[redacted]1761 00181301

Digitized by the Internet Archive
in 2009 with funding from
University of Toronto

http://www.archive.org/details/operaomniaiussui01thom

SANCTI

THOMAE AQUINATIS

ORDINIS PRAEDICATORUM

OPERA OMNIA

G Angelico dip

D.Chioesone dise inc.

ALLA SANTHTA' DI LEONE XIII

questa immagine del grande Aquinate
contemplante i dolori del Redentore
dedica un alunno domemcano
perche' gli sia di conforto nelle sue grandi affliziom.

SANCTI

THOMAE AQUINATIS

DOCTORIS ANGELICI

OPERA OMNIA

IUSSU IMPENSAQUE

LEONIS XIII. P. M.

EDITA

TOMUS PRIMUS

COMMENTARIA

IN ARISTOTELIS LIBROS PERI HERMENEIAS ET POSTERIORUM ANALYTICORUM

CUM SYNOPSIBUS ET ANNOTATIONIBUS

FR. THOMAE MARIAE ZIGLIARA

ORDINIS PRAEDICATORUM

S. R. E. CARDINALIS

ROMAE

EX TYPOGRAPHIA POLYGLOTTA

S. C. DE PROPAGANDA FIDE

MDCCCLXXXII

Proprietas litteraria.

LEONI XIII

SVMMO · SACRORVM · ANTISTITI

QVO · AVCTORE · ET · AVSPICE · MVNIFICENTISSIMO

SCRIPTA · S · TH · AQVIN · VNIVERSA

SVMMO · STVDIO · CVM · LECTISSIMIS · CODICIBVS

CONLATA · ET · RECOGNITA

PVBLICANTVR

VTI · PHILOSOPHIA · CATHOLICA · POST · DIVTVRNAS · CLADES

IN · SPEM · PRISTINAE · DIGNITATIS

REVOCETVR

PATRES · CARDD · ANTONIN · DELUCA · IO · SIMEONI · TH · ZIGLIARA

CVRATORES ⁜ OPERI · PERFICIVNDO

VOLVMEN · PRIMVM

DEDICANT

DEVOTI · CATHEDRAE · MAIESTATIQVE · PONTIFICIS

BEATISSIME PATER

Quod olim opus sanctissimus pontifex Pius V anno post Christum natum MDLXX aggressus est perfecitque, elapsis iam tribus saeculis reficiundum atque adornandum, LEO OPTIME MAXIME, adsrante Deo, decrevisti. Nobis enim novam hanc omni S. Thomae operum editionem cogitantibus, arcana dnae providentiae consilia, et sapientes rerum temporumque opportunitates animo obversantur.

Exorta saeculo sextodecimo Lutheriana peste, nefarii homines, novandi libidine abrepti, Catholicae veritati repugnabant, sacras litteras humanae rationis igniculo et pravitate arbitrii (uti ferme fit ab haereticis) licenter interpretati. Huic malo remedium afferri posse existimavit summus Pius, si novis ad pugnam militibus et Ecclesiae defensoribus, ducem belli atque imperatorem S.Thomam praeficeret: in cuius limpidissima et angelica mente, ve-

ritas divinitus nobis patefacta, sive scripto, sive per traditionem, tamquam placido quodam sapientiae lumine enituerat. At lutherianum virus, quod iamdiu per Europae fibras serpens, in multorum animos late descenderat, tandem mutato nomine et forma, illud doctrinae monstrum, cogente logica, protulit, quod verbo Dei posthabito et prorsus repudiato, humanae rationis imbecillitati unice confidit: atque ita factum est, ut saeculo xix apertum et teterrimum belli genus deflere debeamus, Christo, Ecclesiae Deoque ipsi indictum. Quapropter sapientissime in hoc tanto nostrorum temporum scelere, in hac severiorum studiorum inclinatione, omnibus iis, qui nunc Christianae veritatis iura rationis armis tuentur, illum proponis magistrum, qui in thesauros caelestium veritatum naturalia omnis generis scita, ac tot interioris philosophiae opes praedivite vena effudit, ut – *ratio ad*

humanum fastigium ihornae pennis evecta iam fere nequeat sublimius assurgere – (Litt. Encycl. *Aeterni Patris}',* magistrum scilicet illum, quem Ecclesia theologorum principem appellat, hoc est hominem, in quo summum attigit culmen Theologia, illa nimirum scientia, in qua veritates, sive quae homini a Deo manifestantur, sive quibus homo a creatis rebus ad Deum enititur, mirifice coniunguntur.

Sapientissimum hoc magnificentiae TUAE monumentum quo in pretio habendum sit, posterorum esto indicium. Nobis enim in aleam certaminis coniectis vix pugnae labores et anxietates experiri datum est: illi autem fructum colligent Christianae victoriae, quam nos pro ea pugnantes, suavissima spe iam complectimur, et certo exorituram irrevocabili gaudio praegustamus. Interim romanos editores sequuti, qui Pianam editionem Pio V de-

dicarunt, nonnisi LEONI XIII inscribere possumus editionem Leoninam. Opus hoc prope giganteum TUA mens concepit: TUA animi celsitudo romanam eius magnitudinem introspexit: TUA munificentia opes et praesidia attulit. TUO igitur nomine illustrandum. Et nos primum volumen apud sacros pedes TUOS laeti deponimus: dum Apostolicam benedictionem implorantes, faustum fortunatumque exitum toti editioni feliciter auspicamur.

DE

PHILOSOPHIA CHRISTIANA

AD MENTEM

SANCTI THOMAE AQUINATIS

DOCTORIS ANGELICI

IN SCHOLIS CATHOLICIS INSTAURANDA

SANCTISSIMI DOMINI NOSTRI

LEONIS

DIVINA PROVIDENTIA

PAPAE III.

EPISTOLA ENCYCLICA

AD PATRIARCHAS PRIMATES ARCHIEPISCOPOS ET EPISCOPOS UNIVERSOS CATHOLICI ORBIS GRATIAM ET COMMUNIONEM CUM APOSTOLICA SEDE HABENTES.

VENERABILIBUS FRATRIBUS PATRIARCHIS PRIMATIBUS ARCHIEPISCOPIS ET EPISCOPIS UNIVERSIS CATHOLICI ORBIS GRATIAM ET COMMUNIONEM CUM APOSTOLICA SEDE HABENTIBUS.

LEO PP. XIII.

VENERABILES FRATRES

Salutem et Apostolicam Benedictionem

eterni Patris Unigenitus Filius, qui in terris apparuit, ut humano generi salutem et divinae sapientiae lucem afferret, magnum plane ac mirabile mundo contulit beneficium, cum caelos iterum ascensurus, Apostolis praecepit, ut *euntes docerent omnes gentes* (Matth. XXVIII, 19); Ecclesiamque a se conditam communem et supremam populorum magistram reliquit. Homines enim, quos veritas liberaverat, veritate erant conservandi: neque diu permansissent caelestium doctrinarum fructus, per quos est homini parta salus, nisi Christus Dominus erudiendis ad fidem mentibus perenne magisterium constituisset. Ecclesia vero divini Auctoris sui cum erecta promissis, tum imitata caritatem, sic iussa perfecit, ut hoc semper spectarit, hoc maxime voluerit, de religione praecipere et cum erroribus perpetuo dimicare. Huc sane pertinent singulorum Episcoporum vigilati labores; huc Conciliorum perlatae leges ac decreta, et maxime Romanorum Pontificum sollicitudo quotidiana, penes quos, beati Petri Apostolorum Principis in primatu successores, et ius et officium est docendi et confirmandi fratres in fide. Quoniam vero, Apostolo monente, *per philosophiam et inanem fallaciam* (Coloss. II, 8) Christifidelium mentes decipi solent, et fidei sinceritas in hominibus corrumpi, idcirco supremi Ecclesiae Pastores muneris sui perpetuo esse duxerunt etiam veri nominis scientiam totis viribus provehere, simulque singulari vigilantia providere, ut ad fidei catholicae normam ubique traderentur humanae disciplinae omnes, praesertim vero *philosophia,* a qua nimirum magna ex parte pendet ceterarum scientiarum recta ratio. Id ipsum et Nos inter cetera breviter monuimus, Venerabiles Fratres, cum primum Vos

omnes per Litteras Encyclicas allocuti sumus; sed modo rei gravitate, et temporum conditione compellimur rursus Vobiscum agere de ineunda philosophicorum studiorum ratione, quae et bono fidei apte respondeat, et ipsi humanarum scientiarum dignitati sit consentanea.

Si quis in acerbitatem nostrorum temporum animum intendat, earumque rerum rationem, quae publice et privatim geruntur, cogitatione complectatur, is profecto comperiet, fecundam malorum causam, cum eorum quae premunt, tum eorum quae pertimescimus, in eo consistere, quod prava de divinis humanisque rebus scita, e scholis philosophorum iampridem profecta, in omnes civitatis ordines irrepserint, communi plurimorum suffragio recepta. Cum enim insitum homini natura sit, ut in agendo rationem ducem sequatur, si quid intelligentia peccat, in id et voluntas facile labitur: atque ita contingit, ut pravitas opinionum, quarum est in intelligentia sedes, in humanas actiones influat, easque pervertat. Ex adverso, si sana mens hominum fuerit, et solidis verisque principiis firmiter insistat, tum vero in publicum privatumque commodum plurima beneficia progignet. — Equidem non tantam humanae philosophiae vim et auctoritatem tribuimus, ut cunctis omnino erroribus propulsandis, vel evellendis parem esse judicemus: sicut enim, cum primum est religio christiana constituta per admirabile fidei lumen *non persuasibilibus humanae sapientiae verbis* diffusum, *sed in ostensione spiritus et virtutis* (I. Cor. II, 4), orbi terrarum contigit ut primaevae dignitati restitueretur; ita etiam in praesens ab omnipotenti potissimum virtute et auxilio Dei expectandum est, ut mortalium mentes, sublatis errorum tenebris, resipiscant. Sed neque spernenda, neu posthabenda sunt naturalia adiumenta, quae divinae sapientiae beneficio, fortiter suaviterque omnia disponentis, hominum generi suppetunt; quibus in adiumentis rectum philosophiae usum constat esse praecipuum. Non enim frustra rationis lumen humanae menti Deus inseruit; et tantum abest, ut superaddita fidei lux intelligentiae virtutem extinguat aut imminuat, ut potius perficiat, auctisque viribus, habilem ad maiora reddat. — Igitur postulat ipsius divinae Providentiae ratio, ut in revocandis ad fidem et ad salutem populis etiam ab humana scientia praesidium quaeratur: quam industriam, probabilem ac sapientem, in more positam fuisse praeclarissimorum Ecclesiae Patrum, antiquitatis monumenta testantur. Illi scilicet neque paucas, neque tenues rationi partes dare consueverunt, quas omnes perbreviter complexus est magnus Augustinus, *huic scientiae tribuens... illud quo fides saluberrima... gignitur, nutritur, defenditur, roboratur* (De Trinit. lib XIV, c. 1.).

Ac primo quidem philosophia, si rite a sapientibus usurpetur, iter ad veram fidem quodammodo sternere et munire valet, suorumque alumnorum animos ad revelationem suscipiendam convenienter praeparare: quamobrem a veteribus modo *praeviam ad christianam fidem institutio* (Clem. Alexand., Strom, lib. I, c. 16; lib. VII, c. 3), modo *christianismi praeludium et auxilium* (Orig. ad Gregor. Thaum.), modo *ad Evangelium paedagogus* (Clem. Alex., Strom. I, c. 5), non immerito appellata est.

Et sane benignissimus Deus, in eo quod pertinet ad res divinas, non eas tantum veritates lumine fidei patefecit, quibus attingendis impar hu-

mana intelligentia est, sed nonnullas etiam manifestavit, rationi non omnino impervias, ut scilicet, accedente Dei auctoritate, statim et sine aliqua erroris admixtione omnibus innotescerent. Ex quo factum est, ut quaedam vera, quae vel divinitus ad credendum proponuntur, vel cum doctrina fidei arctis quibusdam vinculis colligantur, ipsi ethnicorum sapientes, naturali tantum ratione praelucente, cognoverint, aptisque argumentis demonstraverint ac vindicaverint *Invisibilia enim ipsius,* ut Apostolus inquit, *a creatura mundi per ea, quae facta sunt, intellecta conspiciuntur, sempiterna quoque eius virtus et divinitas* (Rom. I, 20)· *et gentes quae legem non habent... ostendunt* nihilominus *opus legis scriptum in cordibus suis* (lb. II, 14-15). Haec autem vera, vel ipsis ethnicorum sapientibus explorata, vehementer est opportunum in revelatae doctrinae commodum utilitatemque convertere, ut reipsa ostendatur, humanam quoque sapientiam, atque ipsum adversariorum testimonium fidei christianae suffragari. Quam agendi rationem, non recens introductam, sed veterem esse constat, et sanctis Ecclesiae Patribus saepe usitatam. Quin etiam venerabiles isti religiosarum traditionum testes et custodes formam quamdam eius rei et prope figuram agnoscunt in Hebraeorum facto, qui Aegypto excessuri, deferre secum iussi sunt argentea atque aurea Aegyptiorum vasa cum vestibus pretiosis, ut scilicet, mutato repente usu, religioni veri Numinis ea supellex dedicaretur, quae prius ignominiosis ritibus et superstitioni inservierat. Gregorius Neocaesariensis (Orat, paneg. ad Orig.) laudat Origenem hoc nomine, quod plura ex ethnicorum placitis ingeniose decerpta, quasi erepta hostibus tela, in patrocinium christianae sapientiae et perniciem superstitionis singulari dexteritate retorserit. Et parem disputandi morem cum Gregorius Nazianzenus (Vit.Moys.), tum Gregorius Nyssenus (Carm. I, Iamb. 3) in Basilio Magno et laudant et probant' Hieronymus vero magnopere commendat in Quadrato Apostolorum discipulo, in Aristide, in lustino, in Irenaeo, aliisque permultis (Epist. ad Magn.). Augustinus autem, *Nonne aspicimus,* inquit, *quanto auro et'argento et veste suffarcinatus exierit de Aegypto Cyprianus, doctor suavissimus et martyr beatissimus? quanto Lactantius? quanto Victorinus, Optatus, Hilarius? ut de vivis taceam, quanto innumerabiles Graeci*? (De doctr. christ, lib. II, c. 40). Quod si vero naturalis ratio opimam hanc doctrinae segetem prius fudit, quam Ghristi virtute fecundaretur, multo uberiorem certe progignet, posteaquam Salvatoris gratia nativas humanae mentis facultates instauravit et auxit.— Ecquis autem non videat, iter planum et facile per huiusmodi philosophandi genus ad fidem aperiri?

Non his tamen limitibus utilitas circumscribitur, quae ex illo philosophandi instituto dimanat. Et revera divinae sapientiae eloquiis graviter reprehenditur eorum hominum stultitia, qui *de his quae videntur bona, non potuerunt intelligere Eum qui est,' neque, operibus attendentes, agnoverunt quis esset artifex* (Sap. XIII, 1). Igitur primo loco magnus hic et praeclarus ex humana ratione fructus capitur, quod illa Deum esse demonstret: *a magnitudine enim speciei et creaturae cognoscibiliter poterit Creator horum videri* (Ibid. 5). — Deinde Deum ostendit omnium perfectionum cumulo singulariter excellere, infinita in primis sapientia, quam

nulla usquam res latere, et summa iustitia, quam pravus nunquam vincere possit affectus, ideoque Deum non solum veracem esse, sed ipsam etiam veritatem falli et fallere nesciam. Ex quo consequi perspicuum est, ut humana ratio plenissimam verbo Dei fidem atque auctoritatem conciliet — Simili modo ratio declarat, evangelicam doctrinam mirabilibus quibusdam signis, tamquam certis certae veritatis argumentis, vel ab ipsa origine emicuisse: atque ideo omnes, qui Evangelio fidem adiungunt, non temere adiungere, tamquam doctas fabulas secutos (II. Petr. I, 16), sed rationabili prorsus obsequio intelligentiam et iudicium suum divinae subiicere auctoritati. Illud autem non minoris pretii esse intelligitur, quod ratio in perspicuo ponat, Ecclesiam a Christo institutam (ut statuit Vaticana Synodus) *ob sitam admirabilem propagationem^ eximiam sanctitatem et inexaustam in omnibus bonis fecunditatem, ob catholicam unitatem, invictamque stabilitatem, magnum quoddam et perpetuum esse motivum credibilitatis, et divinae suae legationis testimonium irrefragabile* (Const, dogm. de Fide cath., cap. 3.).

Solidissimis ita positis fundamentis, perpetuus et multiplex adhuc requiritur philosophiae usus, ut sacra Theologia naturam, habitum, ingeniumque verae scientiae suscipiat atque induat. In hac enim nobilissima disciplinarum magnopere necesse est, ut multae ac diversae caelestium doctrinarum partes in unum veluti corpus colligantur, ut suis quaeque locis convenienter dispositae, et ex propriis principiis derivatae apto inter se nexu cohaereant; demum ut omnes et singulae suis iisque invictis argumentis confirmentur. — Nec silentio praetereunda, aut minimi facienda est accuratior illa atque uberior rerum, quae creduntur, cognitio, et ipsorum fidei mysteriorum, quoad fieri potest, aliquanto lucidior intclligentia, quam Augustinus aliique Patres et laudarunt et assequi studuerunt, quamque ipsa Vaticana Synodus (Constit. cit. cap. 4), fructuosissimam esse decrevit. Eam siquidem cognitionem et intelligentiam plenius et facilius certe illi consecuntur, qui cum integritate vitae fideique studio ingenium coniungunt philosophicis disciplinis expolitum, praesertim cum eadem Synodus Vaticana doceat, eiusmodi sacrorum dogmatum intelligentiam *tum ex eorum, quae naturaliter cognoscuntur, analogia; tum e mysteriorum ipsorum nexu inter se et cum fine hominis ultimo* peti oportere (Ibid.).

Postremo hoc quoque ad disciplinas philosophicas pertinet, veritates divinitus traditas religiose tueri, et iis qui oppugnare audeant resistere. Quam ad rem, magna est philosophiae laus, quod fidei propugnaculum ac veluti firmum religionis munimentum habeatur. *Est quidem,* sicut Clemens Alexandrinus testatur, *per se perfecta et nullius indiga Servatoris doctrina., cum sit Dei virtus et sapientia. Accedens autem graeca philosophia veritatem non facit potentiorem; sed cum debiles efficiat sophistarum adversus eam argumentationes, et propulset dolosas adversus veritatem insidias^ dicta est vineae apta sepes et vallus* (Strom. lib.I, c. 20). Profecto sicut inimici catholici nominis, adversus religionem pugnaturi, bellicos apparatus plerumque a philosophica ratione mutuantur, ita divinarum scientiarum defensores plura e philosophiae penu depromunt, quibus revelata dogmata valeant propugnare. Neque mediocriter in eo triumphare fides

Christiana censenda est, quod adversariorum arma, humanae rationis artibus ad nocendum comparata, humana ipsa ratio potenter expediteque repellat. Quam speciem religiosi certaminis ab ipso gentium Apostolo usurpatam commemorat S. Hieronymus scribens ad Magnum: *Ductor christiani exercitiis Paulus et orator invictus, pro Christo causam agens, etiam inscriptionem fortuitam arte torquet in argumentum fidei: didicerat enim a vero David extorquere de manibus-hostium gladium, et Goliath superbissimi caput proprio mucrone truncare* (Epist. ad Magn.). Atque ipsa Ecclesia istud a philosophia praesidium christianos doctores petere non tantum suadet, sed etiam iubet Etenim Concilium Lateranense V. posteaquam constituit, *omnem assertionem veritati illuminatae fidei contrariam omnino falsam esse, eo quod verum vero minime contradicat* (Bulla *Apostolici regiminis},* philosophiae doctoribus praecipit, ut in dolosis argumentis dissolvendis studiose versentur; siquidem, ut Augustinus testatur, *si ratio ~contra divinarum Scripturarum auctoritatem redditur, quamlibet acuta sit, fallit veri similitudine; nam vera esse non potest* (Epist. 143, [al. 7] ad Marcellin., n. 7).

Verum ut pretiosis hisce, quos memoravimus, afferendis fructibus par philosophia inveniatur, omnino oportet, ut ab eo tramite nunquam deflectat, quem et veneranda Patrum antiquitas ingressa est, et Vaticana Synodus solemni auctoritatis suffragio comprobavit. Scilicet cum plane compertum sit, plurimas ex ordine supernaturali veritates esse accipiendas, quae cuiuslibet ingenii longe vincunt acumen, ratio humana, propriae infirmitatis conscia, maiora se affectare ne audeat, neque easdem veritates negare, neve propria virtute metiri, neu pro lubitu interpretari; sed eas potius plena atque humili fide suscipiat, et summi honoris loco habeat, quod sibi liceat, in morem ancillae et pedisequae, famulari caelestibus doctrinis, easque aliqua ratione, Dei beneficio, attingere. — In iis autem doctrinarum capitibus, quae percipere humana intelligentia naturaliter potest, aequum plane est, sua methodo, suisque principiis et argumentis uti philosophiam: non ita tamen, ut auctoritati divinae sese audacter subtrahere videatur. Imo, cum constet, ea quae revelatione innotescunt, certa veritate pollere, et quae fidei adversantur pariter cum recta ratione pugnare, noverit philosophus catholicus se fidei simul et rationis iura violaturum, si conclusionem aliquam amplectatur, quam revelatae doctrinae repugnare intellexerit.

Novimus profecto non deesse, qui facultates humanae naturae plus nimio extollentes, contendunt, hominis intelligentiam, ubi semel divinae auctoritati subiiciatur, e nativa dignitate excidere, et quodam quasi servitutis iugo demissam plurimum retardari atque impediri, quominus ad veritatis excellentiaeque fastigium progrediatur.— Sed haec plena erroris et fallaciae sunt; eoque tandem spectant, ut homines, summa cum stultitia, nec sine crimine ingrati animi, sublimiores veritates repudient, et divinum beneficium fidei, ex qua omnium bonorum fontes etiam in civilem societatem fluxere, sponte reiiciant. Etenim cum humana mens certis finibus, iisque satis angustis, conclusa teneatur, pluribus erroribus, et multarum rerum ignorationi est obnoxia. Contra fides christiana, cum Dei auctoritate nita-

tur, certissima est veritatis magistra; quam qui sequitur, neque errorum laqueis irretitur, neque incertarum opinionum fluctibus agitatur. Quapropter qui philosophiae studium cum obsequio fidei christianae conjungunt, ii optime philosophantur: quandoquidem divinarum veritatum splendor, animo exceptus, ipsam iuvat intelligentiam; cui non modo nihil de dignitate detrahit, sed nobilitatis, acuminis, firmitatis plurimum addit. — Cum vero ingenii aciem intendunt in refellendis sententiis, quae fidei repugnant, et in probandis, quae cum fide cohaerent, digne ac perutiliter rationem exercent: in illis enim prioribus, causas erroris deprehendunt, et argumentorum, quibus ipsae fulciuntur, vitium dignoscunt: in his autem posterioribus, rationum momentis potiuntur, quibus solide demonstrentur et cuilibet prudenti persuadeantur. Hac vero industria et exercitatione augeri mentis opes et explicari facultates qui neget, ille veri falsique discrimen nihil conducere ad profectum ingenii, absurde contendat necesse est. Merito igitur Vaticana Synodus praeclara beneficia, quae per fidem rationi praestantur, his verbis commemorat: *Fides rationem ab erroribus liberat ac tuetur, eamque multiplici cognitione instruit* (Constit. dogm.de Fide cath., cap. 4). Atque idcirco homini, si saperet, non culpanda fides, veluti rationi et naturalibus veritatibus inimica, sed dignae potius Deo grates essent habendae, vehementerque laetandum, quod, inter multas ignorantiae causas et in mediis errorum fluctibus, sibi fides sanctissima illuxerit, quae, quasi sidus amicum, citra omnem errandi formidinem portum veritatis commonstrat.

Quod si, Venerabiles Fratres, ad historiam philosophiae respiciatis, cuncta, quae paullo ante diximus, re ipsa comprobari intelligetis. Et sane philosophorum veterum, qui fidei beneficio caruerunt, etiam qui habebantur sapientissimi, in pluribus deterrime errarunt. Nostis enim, inter nonnulla vera, quam saepe falsa et absona, quam multa incerta et dubia tradiderint de vera divinitatis ratione, de prima rerum origine, de mundi gubernatione, de divina futurorum cognitione, de malorum causa et principio, de ultimo fine hominis, aeternaque beatitudine, de virtutibus et vitiis, aliisque doctrinis, quarum vera certaque notitia nihil magis est hominum generi necessarium. — Contra vero primi Ecclesiae Patres et Doctores, qui satis intellexerant, ex divinae voluntatis consilio, restitutorem humanae etiam scientiae esse Christum, qui Dei virtus est Deiquc sapientia (I. Cor. 1,24), et *in quo sunt omnes thesauri sapientiae et scientiae absconditi* (Coloss. II, 3), veterum sapientum libros investigandos, eorumque sententias cum revelatis doctrinis conferendas suscepere: prudcntique delectu quae in illis vere dicta et sapienter cogitata occurrerent, amplexi sunt, ceteris omnibus vel emendatis, vel reiectis. Nam providissimus Deus, sicut ad Ecclesiae defensionem martyres fortissimos, magnae animae prodigos, contra tyrannorum saevitiem excitavit, ita philosophis falsi nominis aut haereticis viros sapientia maximos obiecit, qui revelatarum veritatum thesaurum etiam rationis humanae praesidio tuerentur. Itaque ab ipsis Ecclesiae primordiis, catholica doctrina eos nacta est adversarios multo infensissimos, qui christianorum dogmata et instituta irridentes, ponebant plures esse deos, mundi materiam principio causaque caruisse, rerumque cursum caeca quadam vi et fatali contineri necessitate, non divinae providentiae

consilio administrari. lamvero cum his insanientis doctrinae magistris mature congressi sunt sapientes viri, quos *Apologetas* nominamus, qui, fide praeeunte, ab humana quoque sapientia argumenta sumpserunt, quibus constituerent, unum Deum,, omni perfectionum genere praestantissimum esse colendum; res omnes e nihilo omnipotenti virtute productas, illius 'sapientia vigere, singulasque ad proprios fines dirigi ac moveri. — Principem inter illos sibi locum vindicat S. *lustinus* martyr, qui posteaquam celeberrimas graecorum Academias, quasi experiendo, lustrasset, plenoque ore nonnisi ex revelatis doctrinis, ut idem ipse fatetur, veritatem hauriri posse pervidisset, illas toto animi ardore complexus, calumniis purgavit, penes Romanorum Imperatores acriter copioseque defendit, et non pauca graecorum philosophorum dicta cum eis composuit. Quod et *Quadratus,* et *Aristides, Hennias* et *Athenagoras* per illud tempus egregie praestiterunt.— Neque minorem in eadem causa gloriam adeptus est *Irenaeus,* martyr invictus, Ecclesiae Lugdunensis Pontifex: qui cum strenue refutaret perversas orientalium opiniones, Gnosticorum opera per fines romani imperii disseminatas, *origines haereseon singularum* (auctore Hieronymo), *et ex quibus philosophorum fontibus emanarint... explicavit* (Epist. ad Magn.). — Nemo autem non novit *Clementis Alexandrini* disputationes, quas idem Hieronymus sic, honoris causa, commemorat: *Quid in illis indoctum ? imo quid non de media philosophia est?* (Loc. cit.) Multa ipse quidem incredibili varietate disseruit ad condendam philosophiae historiam, ad artem dialecticam rite exercendam, ad concordiam rationis cum fide conciliandam utilissima. — Hunc secutus *Origenes,* scholae Alexandrinae magisterio insignis, graecorum et orientalium doctrinis eruditissimus, pcrplura eademque laboriosa edidit volumina, divinis litteris explanandis, sacrisque dogmatibus illustrandis mirabiliter opportuna; quae licet erroribus, saltem ut nunc extant, omnino non vacent, magnam tamen complectuntur vim sententiarum, quibus naturales veritates et numero et firmitate augentur. — Pugnat cum haereticis *Tertullianus* auctoritate sacrarum Litterarum; cum phflosophis, mutato armorum genere, philosophice; hos autem tam acute et erudite convincit, ut iisdem palam fidenterque obiiciat: *Neque de scientia, neque de disciplina, ut putatis, aequamur* (Apologet. §. 46). — *Arnobius* etiam, vulgatis adversus Gentiles libris, et *Lactantius* divinis praesertim Institutionibus, pari eloquentia et robore dogmata ac praecepta catholicae sapientiae persuadere hominibus strenue nituntur, non sic philosophiam evertentes, ut Academici solent (Inst. VII, cap. 7), sed partim suis armis, partim vero ex philosophorum inter se concertatione sumptis eos revincentes (De opif. Dei, cap. 21).— Quae autem de anima humana, de divinis attributis, aliisque maximi momenti quaestionibus, magnus *Athanasius* et *Chrysostomus* oratorum princeps, scripta reliquerunt, ita, omnium iudicio, excellunt, ut prope nihil ad illorum subtilitatem et copiam addi posse videatur.— Et ne singulis recensendis nimii simus, summorum numero virorum, quorum est mentio facta, adiungimus *Basilium* magnum et utrumque *Gregorium,* qui, cum Athenis, ex domicilio totius humanitatis, exiissent philosophiae omnis apparatu affatim instructi, quas sibi quisque doctrinae opes inflammato studio pepererat, eas ad haereticos refutandos, instituendosque chri-

stianos converterunt — Sed omnibus veluti palmam praeripuisse visus est *Augustinus* qui ingenio praepotens, et sacris profanisque disciplinis ad plenum imbutus, contra omnes suae aetatis errores acerrime dimicavit fide summa, doctrina pari. Quem ille philosophiae locum non attigit; imo vero quem non diligentissime investigavit, sive cum altissima fidei mysteria et fidelibus aperiret, et contra adversariorum vesanos impetus defenderet; sive cum, Academicorum aut Manichaeorum commentis deletis, humanae scientiae fundamenta et firmitudinem in tuto collocavit, aut malorum, quibus premuntur homines, rationem et originem et causas est persecutus? Quanta de Angelis, de anima, de mente humana, de voluntate et libero arbitrio, de religione et de beata vita, de tempore et aeternitate, de ipsa quoque mutabilium corporum natura subtilissime disputavit? — Post id tempus per Orientem *Ioannes Damascenus*, Basilii et Gregorii Nazianzeni vestigia ingressus, per Occidentem vero *Boetius* et *Anselmus,* Augustini doctrinas professi, patrimonium philosophiae plurimum locupletarunt.

Exinde mediae aetatis Doctorcs, quos *Scholasticos* vocant, magnae molis opus aggressi sunt, nimirum segetes doctrinae fecundas et uberes, amplissimis Sanctorum Patrum voluminibus diffusas, diligenter congerere, congestasque uno velut loco condere, in posterorum usum et commoditatem.— Quae autem scholasticae disciplinae sit origo, indoles et excellentia, iuvat hic, Venerabiles Fratres, verbis sapientissimi viri, Praedecessoris Nostri, Sixti V. fusius aperire: « Divino Illius munere, qui solus dat » spiritum scientiae et sapientiae et intellectus, quique Ecclesiam suam per » saeculorum aetates, prout opus est, novis beneficiis auget, novis praesidiis » instruit, inventa est a maioribus nostris sapientissimis viris, Theologia » scholastica, quam duo potissimum gloriosi Doctores, angelicus s. Tho- » mas et seraphicus s. Bonaventura, clarissimi huius facultatis professores,... » excellenti ingenio, assiduo studio, magnis laboribus et vigiliis excolue- » runt atque ornarunt, eamque optime dispositam, multisque modis praeclare » explicatam posteris tradiderunt. Et huius quidem tam salutaris scientiae » cognitio et exercitatio, quae ab uberrimis divinarum Litterarum, sum- » morum Pontificum, sanctorum Patrum et Conciliorum fontibus dimanat, » semper certe maximum Ecclesiae adiumentum afferre potuit, sive ad » Scripturas ipsas vere et sane intelligendas et interpretandas, sive ad » Patres securius et utilius perlegendos et explicandos, sive ad varios er- » rores et haereses detegendas et refellendas: his veço novissimis diebus, » quibus iam advenerunt tempora illa periculosa ab Apostolo descripta, » et homines blasphemi, superbi, seductores proficiunt in peius, errantes » et alios in errorem mittentes, sane catholicae fidei dogmatibus confir- » mandis et haeresibus confutandis pernecessaria est. » (Bulla - *Triumphantis,* an. i588). Quae verba quamvis Theologiam scholasticam dumtaxat complecti videantur, tamen esse quoque de Philosophia eiusque laudibus accipienda perspicitur. Si quidem praeclarae dotes, quae Theologiam scholasticam hostibus veritatis faciunt tantopere formidolosam, nimirum, ut idem Pontifex addit, « apta illa et inter se nexa rerum et causarum cohae- » rentia, ille ordo et dispositio tamquam militum in pugnando instructio, » illae dilucidae definitiones et distinctiones, illa argumentorum firmitas et

» acutissimae disputationes, quibus lux a tenebris, verum a falso distin-
» guitur, haereticorum mendacia multis praestigiis et fallaciis involuta, tam-
» quam veste detracta, patefiunt et denudantur» (Bulla citata), praeclarae, inquimus, et mirabiles istae dotes unice a recto usu repetendae sunt cius philosophiae, quam magistri scholastici, data opera et sapienti consilio, in disputationibus etiam theologicis, passim usurpare consueverunt. — Praeterea cum illud sit scholasticorum Theologorum proprium ac singulare, ut scientiam humanam ac divinam arctissimo inter se vinculo coniunxerint, profecto Theologia, in qua illi excelluerunt, non erat tantum honoris et commendationis ab opinione hominum adeptura, si mancam atque imperfectam aut levem philosophiam adhibuissent.

Iamvero inter Scholasticos Doctores, omnium princeps et magister, longe eminet *Thomas Aquinas;* qui, uti Caietanus animadvertit, veteres *doctores sacros quia summe veneratus est, ideo intellectum omnium quodammodo sortitus est* (In 2m. 2ae., q. 148, a. 4 in fin.). Illorum doctrinas, velut dispersa cuiusdam corporis membra, in unum Thomas collegit et coagmentavit, miro ordine digessit, et magnis incrementis ita adauxit, ut catholicae Ecclesiae singulare praesidium et decus iure meritoque habeatur. — Ille quidem ingenio docilis et acer, memoria facilis et tenax, vitae integerrimus, veritatis unice amator, divina humanaque scientia praedives, Soli comparatus, orbem terrarum calore virtutum fovit, et doctrinae splendore complevit. Nulla est philosophiae pars, quam non acute simul et solide pertractarit: de legibus ratiocinandi, de Deo et incorporeis substantiis, de homine aliisque sensibilibus rebus, de humanis actibus eorumque principiis ita disputavit, ut in eo neque copiosa quaestionum seges, neque apta partium dispositio, neque optima procedendi ratio, neque principiorum firmitas aut argumentorum robur, neque dicendi perspicuitas aut proprietas, neque abstrusa quaeque explicandi facilitas desideretur.

Illud etiam accedit, quod philosophicas conclusiones angelicus Doctor speculatus est in rerum rationibus et principiis, quae quamlatissime patent, et infinitarum fere veritatum semina suo velut gremio concludunt, a posterioribus magistris opportuno tempore et uberrimo cum fructu aperienda. Quam philosophandi rationem cum in erroribus refutandis pariter adhibuerit, illud a se ipse impetravit, ut et superiorum temporum errores omnes unus debellarit, et ad profligandos, qui perpetua vice in posterum exorituri sunt, arma.invictissima suppeditant. — Praeterea rationem, ut par est, a fide apprime distinguens, utramque tamen amice consocians, utriusque tum iura conservavit, tum dignitati consuluit, ita quidem ut ratio ad humanum fastigium Thomae pennis evecta, iam fere nequeat sublimius assurgere; neque fides a ratione fere possit plura aut validiora adiumenta praestolari, quam quae iam est per Thomam consecuta.

Has ob causas, doctissimi homines, superioribus praesertim aetatibus, theologiae et philosophiae laude praestantissimi, conquisitis incredibili studio Thomae voluminibus immortalibus, angelicae sapientiae eius sese non tam excolendos, quam penitus innutriendos tradiderunt. — Omnes prope conditores et legiferos Ordinum religiosorum iussisse constat sodales suos, doctrinis S. Thomae studere et religiosius haerere, cauto, ne cui eorum

impune liceat a vestigiis tanti viri vel minimum discedere. Ut Dominicianam familiam praetereamus, quae summo hoc magistro iure quodam suo gloriatur, ea lege teneri Benedictinos, Carmelitas, Augustinianos, Societatem lesu, aliosque sacros Ordines complures, statuta singulorum testantur.

Atque hoc loco magna cum voluptate provolat animus ad celeberrimas illas, quae olim in Europa floruerunt, Academias et Scholas, Parisiensem nempe, Salmantinam, Complutensem, Duacenam, Tolosanam, Lovaniensem, Patavinam, Bononiensem, Neapolitanam, Conimbricensem, aliasque permultas. Quarum Academiarum nomen aetate quodammodo crevisse, rogatasque sententias, cum graviora agerentur negotia, plurimum in omnes partes valuisse, nemo ignorat. lamvero compertum est, in magnis illis humanae sapientiae domiciliis, tamquam in suo regno, Thomam consedisse principem; atque omnium vel doctorum vel auditorum animos miro consensu in unius angelici Doctoris magisterio et auctoritate conquievisse.

Sed, quod pluris est, Romani Pontifices Praedecessores Nostri sapientiam Thomae Aquinatis singularibus laudum praeconiis, et testimoniis amplissimis prosecuti sunt. Nam Clemens VI (Bulla *In Ordine},* Nicolaus V (Breve ad FF. Ord.Praed. 1431), Benedictus XIII (Bulla *Pretiosus}* aliique testantur, admirabili eius doctrina universam Ecclesiam illustrari; S. Pius V vero (Bulla *Mirabilis}* fatetur eadem doctrina haereses confusas et convictas dissipari, orbemque universum a pestiferis quotidie liberari erroribus; alii cum Clemente XII (Bulla *Verbo Dei},* uberrima bona ab eius scriptis in Ecclesiam universam dimanasse, Ipsumque eodem honore colendum esse affirmant, qui summis Ecclesiae doctoribus, Gregorio, Ambrosio, Augustino et Hieronymo defertur; alii tandem S. 1 hornam proponere non dubitarunt Academiis et magnis Lyceis exemplar et magistrum, quem tuto pede sequerentur. Qua in re memoratu dignissima videntur B. Urbani \ verba ad Academiam Tolosanam: *Volumus et tenore praesentium vobis iniungimus, ut B. Thomae doctrinam tamquam veridicam et catholicam sectemini, eamdemque studeatis totis viribus ampliare* (Constit. 5.a dat die 3 Aug. 1368 ad Cancell. univ. Tolos.). Urbani autem exemplum Innocentius XII (Litt, in form. Brev., die 6 Febr. 1694) in Lovaniensi studiorum Universitate, et Benedictus XIV (Litt, in form. Brev., die 21 Aug. 1752) in Collegio Dionysiano Granatensium renovarunt. — His vero Pontificum maximorum de Thoma Aquinate indiciis, veluti cumulus, Innocentii VI testimonium accedat: *Huius* (Thomae) *doctrina prae ceteris, excepta canonica, habet proprietatem verborum, modum dicendorum, veritatem sententiarum, ita ut numquam qui eam tenuerint, inveniantur a veritatis tramite deviasse; et qui eam impugnaverit, semper fuerit de veritate suspectus* (Serm. de S. Thoma).

Ipsa quoque Concilia Oecumenica, in quibus eminet lectus ex toto orbe terrarum flos sapientiae, singularem Thomae Aquinati honorem habere perpetuo studuerunt. In Conciliis Lugdunensi, Viennensi, Florentino, Vaticano , deliberationibus et decretis Patrum interfuisse Thomam et pene praefuisse dixeris, adversus errores Graecorum, haereticorum et rationalistarum ineluctabili vi et faustissimo exitu decertantem. — Sed haec maxima

est et Thomae propria, nec cum quopiam ex doctoribus catholicis communicata laus, quod Patres Tridentini, in ipso medio conclavi ordini habendo, una cum divinae Scripturae codicibus et Pontificum Maximorum decretis *Summam* Thomae Aquinatis super altari patere voluerunt, unde consilium, rationes, oracula peterentur.

Postremo haec quoque palma viro incomparabili reservata videbatur, ut ab ipsis catholici nominis adversariis obsequia, praeconia, admirationem extorqueret. Nam exploratum est, inter haereticarum factionum duces non defuisse, qui palam profiterentur, sublata semel e medio doctrina Thomae Aquinatis, se facile posse *cum omnibus* catholicis doctoribus *subire certamen et vincere^ et Ecclesiam dissipare* (Beza-Bucerus). — Inanis quidem spes, sed testimonium non inane.

His rebus et causis, Venerabiles Fratres, quoties respicimus ad bonitatem, vim praeclarasque utilitates eius disciplinae philosophicae, quam maiores nostri adamarunt, iudicamus temere esse commissum, ut eidem suus honos non semper, nec ubique permanserit: praesertim cum philosophiae scholasticae et usum diuturnum et maximorum virorum iudicium, et, quod caput est, Ecclesiae suffragium favisse constaret. Atque in veteris doctrinae locum nova quaedam philosophiae ratio hac illae successit, unde non ii percepti sunt fructus optabiles ac salutares, quos Ecclesia et ipsa civilis societas maluissent. Adnitentibus enim Novatoribus saeculi XVI, placuit philosophari citra quempiam ad fidem respectum, petita dataque vicissim potestate quaelibet pro lubitu ingenioque excogitandi. Qua ex re pronum fuit, genera philosophiae plus aequo multiplicari, sententiasque diversas atque inter se pugnantes oriri etiam de iis rebus, quae sunt in humanis cognitionibus praecipuae. A multitudine sententiarum ad haesitationes dubitationesque persaepe ventum est: a dubitationibus vero in errorem quam facile mentes hominum delabantur, nemo est qui non videat. — Hoc autem novitatis studium, cum homines imitatione trahantur, catholicorum quoque philosophorum animos visum est alicubi pervasisse} qui patrimonio antiquae sapientiae posthabito, nova moliri, quam vetera novis augere et perficere maluerunt, certe minus sapienti consilio, et non sine scientiarum detrimento. Etenim multiplex haec ratio doctrinae, cum in magistrorum singulorum auctoritate arbitrioque nitatur, mutabile habet fundamentum, eaque de causa non firmam atque stabilem neque robustam, sicut veterem illam, sed nutantem et levem facit philosophiam. Cui si forte contingat, hostium impetu ferendo vix parem aliquando inveniri, eius rei agnoscat in seipsa residere causam et culpam.— Quae cum dicimus, non eos profecto improbamus doctos homines atque solertes, qui industriam et eruditionem suam, ac novorum inventorum opes ad excolendam philosophiam afferunt: id enim probe intelligimus ad incrementa doctrinae pertinere. Sed magnopere cavendum est, ne in illa industria atque eruditione tota aut praecipua exercitatio versetur. — Et simili modo de sacra Theologia îudicetur; quam multiplici eruditionis adiumento iuvari atque illustrari quidem placet, sed omnino necesse est, gravi Scholasticorum more tractari, ut, revelationis et rationis coniunctis in illa viribus, *invictum fideipropugnamdum* (Sixtus V, Bulla cit.) esse perseveret.

Optimo itaque consilio cultores disciplinarum philosophicarum non pauci, cum ad instaurandam utiliter philosophiam novissime animum adiecerint, praeclaram Thomae Aquinatis doctrinam restituere, atque in pristinum decus vindicare studuerunt et student. Pari voluntate plures ex ordine Vestro, Venerabiles Fratres, eamdem alacriter viam esse ingressos, magna cum animi Nostri laetitia cognovimus. Quos cum laudamus vehementer, tum hortamur, ut in suscepto consilio permaneant: reliquos vero omnes ex Vobis singulatim monemus, nihil Nobis esse antiquius et optabilius, quam ut sapientiae rivos purissimos, ex Angelico Doctore iugi et praedivite vena dimanantes, studiosae iuventuti large copioseque universi praebeatis.

Quae autem faciunt, ut magno id studio velimus, plura sunt. — Principio quidem, cum in hac tempestate nostra, machinationibus et astu fallacis cuiusdam sapientiae, christiana fides oppugnari soleat, cuncti adolescentes, sed ii nominatim qui in Ecclesiae spem succrescunt, pollenti ac robusto doctrinae pabulo ob eam causam enutriendi sunt, ut viribus validi, et copioso armorum apparatu instructi, mature assuescant causam religionis fortiter et sapienter agere, *parati semper*, secundum Apostolica monita, *ad satisfactionem omni poscenti rationem de ea, quae in nobis est, spe* (I. Pct. III, 15); et *exhortari in doctrina sana, et eos qui contradicunt, arguere* (Tit. I, 9). — Deinde plurimi ex iis hominibus qui, abalienato a fide animo, instituta catholica oderunt, solam sibi esse magistram ac ducem rationem profitentur. Ad hos autem sanandos, et in gratiam cum fide catholica restituendos, praeter supernaturale Dei auxilium, nihil esse opportunius arbitramur, quam solidam Patrum et Scholasticorum doctrinam, qui firmissima fidei fundamenta, divinam illius originem, certam veritatem, argumenta quibus suadetur, beneficia in humanum genus collata, perfectamque cum ratione concordiam tanta evidentia et vi commonstrant, quanta flectendis mentibus vel maxime invitis et repugnantibus abunde sufficiat.

Domestica vero, atque civilis ipsa societas, quae ob perversarum opinionum pestem quanto in discrimine versetur, universi perspicimus, profecto pacatior multo et securior consisteret, si in Academiis et scholis sanior traderetur, et magisterio Ecclesiae conformior doctrina, qualem Thomae Aquinatis volumina complectuntur. Quae enim de germana ratione libertatis, hoc tempore in licentiam abeuntis, de divina cuiuslibet auctoritatis origine, de legibus earumque vi, de paterno et aequo summorum Principum imperio, de obtemperatione sublimioribus potestatibus, de mutua inter omnes caritate; quae scilicet de his rebus et aliis generis eiusdem a Thoma disputantur, maximum atque invictum robur habent ad evertenda ea juris novi principia, quae pacato rerum ordini et publicae saluti periculosa esse dignoscuntur.—Demum cunctae humanae disciplinae spem incrementi praecipere,, plurimumque sibi debent praesidium polliceri ab hac, quae Nobis est proposita, disciplinarum philosophicarum instauratione. Etenim a philosophia, tamquam a moderatrice sapientia, sanam rationem rectumque modum bonae artes mutuari, ab caque, tamquam vitae communi fonte, spiritum haurire consueverunt. Facto et constanti experientia comprobatur, artes liberales tunc maxime floruisse, cum incolumis honor et sapiens indicium philo-

sophiae stetit; neglectas vero et prope obliteratas iacuissc, inclinata atque erroribus vel ineptiis implicita philosophia. — Quapropter etiam physicae disciplinae, quae nunc tanto sunt in pretio, et tot praeclare inventis, singularem ubique cient admirationem sui, ex restituta veterum philosophia non modo nihil detrimenti, sed plurimum praesidii sunt habiturae. Illarum enim fructuosae exercitationi et incremento non sola satis est consideratio factorum, contemplatioque naturae; sed, cum facta constiterint, altius assurgendum est, et danda solerter opera naturis rerum corporearum agnoscendis, investigandisque legibus, quibus parent, et principiis, unde ordo illarum, et unitas in varietate, et mutua affinitas in diversitate proficiscuntur. Quibus investigationibus mirum quantam philosophia scholastica vim et lucem et opem est allatura, si sapienti' ratione tradatur.

Qua in re et illud monere iuvat, nonnisi per summam iniuriam eidem philosophiae vitio verti, quod naturalium scientiarum profectui et incremento-adversetur. Cum enim Scholastici, sanctorum Patrum sententiam secuti, in Anthropologia passim tradiderint, humanam intelligcntiam nonnisi ex rebus sensibilibus ad noscendas res corpore materiaque carentes evehi, sponte sua intellexerunt, nihil esse philosopho utilius, quam naturae arcana diligenter investigare, et in rerum physicarum studio diu multumque versari. Quod et facto suo confirmarunt: nam S. Thomas, B. Albertus magnus, aliique Scholasticorum principes, non ita se contemplationi philosophiae dediderunt, ut non etiam multum operae in naturalium rerum cognitione collocarint: imo non pauca sunt in hoc genere dicta eorum et scita, quae recentes magistri probent, et cum veritate congruere fateantur. Praeterea, hac ipsa aetate, plures iique insignes scientiarum physicarum doctores palam aperteque testantur, inter certas ratasque rccentioris Physicae conclusiones, et philosophica Scholae principia nullam veri nominis pugnam existere.

Nos igitur, dum edicimus libenti gratoque animo excipiendum esse quidquid sapienter dictum, quidquid utiliter fuerit a quopiam inventum atque excogitatum; Vos omnes, Venerabiles Fratres, quam enixe hortamur, ut ad catholicae fidei tutelam et decus, ad societatis bonum, ad scientiarum omnium incrementum auream sancti Thomae sapientiam restituatis, et quam latissime propagetis. Sapientiam sancti Thomae dicimus: si quid enim est a doctoribus Scholasticis vel nimia subtilitate quaesitum, vel parum considerate traditum, si quid cum exploratis posterioris aevi doctrinis minus cohaerens, vel denique quoquo modo non probabile, id nullo pacto in animo est aetati nostrae ad imitandum proponi. — Ceterum, doctrinam Thomae Aquinatis studeant magistri, a Vobis intelligenter lecti, in discipulorum animos insinuare; eiusque prae ceteris soliditatem atque excellentiam in perspicuo ponant. Eamdem Academiae a Vobis institutae aut instituendae illustrent ac tueantur, et ad grassandum errorum refutationem adhibeant.— Ne autem supposita pro vera, neu corrupta pro sincera bibatur, providete ut sapientia Thomae ex ipsis eius fontibus hauriatur, aut saltem ex iis rivis, quos ab ipso fonte deductos, adhuc integros et illimes decurrere certa et concors doctorum hominum sententia est: sed ab iis, qui exinde fluxisse dicuntur, re autem alienis et non salubribus aquis creverunt, adolescentium animos arcendos curate.

Probe autem novimus conatus Nostros irritos futuros, nisi communia cepta, Venerabiles Fratres, Ille secundet, qui *Deus scientiarum* in divinis eloquiis (I. Reg. II, 3) appellatur; quibus etiam monemur, *omne datum optimum et omne domini perfectum desursum* esse, *descendens a Patre luminum* (lac. I, 17). Et rursus: *Si quis indiget sapientiay postulet a Deo^ qui dat omnibus affluenter^ et non improperat; et dabitur ei* (Ibid. v. 5).— Igitur hac quoque in re exempla sequamur Doctoris Angelici, qui numquam se lectioni aut scriptioni dedit, nisi propitiato precibus Deo; quique candide confessus est, quidquid sciret, non tam se studio aut labore suo sibi peperisse, quam divinitus accepisse: idcoque humili et concordi obsecratione Deum simul omnes exoremus, ut in Ecclesiae filios spiritum scientiae et intellectus emittat, et aperiat eis sensum ad intelligendam sapientiam. Atque ad uberiores percipiendos divinae bonitatis fructus, etiam B. Virginis Mariae, quae sedes sapientiae appellatur, efficacissimum patrocinium apud Deum interponite; simulquc deprecatores adhibete purissimum Virginis Sponsum B. losephum, et Petrum ac Paullum Apostolos maximos, qui orbem terrarum, impura errorum lue corruptum, veritate renovarunt, et caelestis sapientiae lumine compleverunt.

Denique divini auxilii spe freti, et pastorali Vestro studio confisi, Apostolicam benedictionem, caelestium munerum auspicem et singularis Nostrae benevolentiae testem, Vobis omnibus, Venerabiles Fratres, universoque Klero et populo singulis commisso, peramanter in Domino impertimur.

Datum Romae apud S. Petrum, die 4 Augusti an. 1879, Pontificatus Nostri anno Secundo.

LEO PP. XIII.

DE ACADEMIA

S. THOMAE AQUINATIS

ROMAE INSTITUENDA

DEQUE NOVA OMNIUM OPERUM EIUS EDITIONE

CURANDA

SANCTISSIMI DOMINI NOSTRI

LITTERAE

AD EMINENTISSIMUM AC REVERENDISSIMUM DOMINUM
ANTONINUM EPISCOPUM PRAENESTINUM S. R. E. CARDINALEM DE LUCA
SACRO CONSILIO STUDIIS REGUNDIS PRAEFECTUM

---------- «8=3 ----------

VENERABILI FRATRI NOSTRO ANTONINO EPISCOPO PRAENESTINO S. R. E. CARDINALI DE LUCA
SACRO CONSILIO STUDIIS REGUNDIS PRAEFECTO

LEO PP. XIII.

VENERABILIS FRATER NOSTER

Salutem et Apostolicam Benedictionem

ampridem considerando experiendoque intelleximus, teterrimum quod adversus Ecclesiam ipsamque humanam societatem modo geritur bellum, citius feliciusque, opitulante Deo, componi non posse, quam rectis sciendi agendique principiis per philosophicas disciplinas ubilibet restitutis; ideoque ad summam totius causae pertinere sanam solidamque ubique- locorum reflorescere philosophiam. Litteras idcirco Encyclicas ad universos catholici orbis Antistites nuper dedimus, quibus pluribus ostendimus, huius generis utilitatem non esse alibi quaerendam, quam in philosophia christiana a priscis Ecclesiae Patribus procreata et educta, quae fidei catholicae non modo maxime convenit, sed etiam defensionis et luminis utilia adiumenta praebet Eam ijDsam, decursu aetatum, magnis fecundam fructibus, a S. Thoma Aquinate, summo Scholasticorum Magistro, quasi hereditario iure acceptam commemoravimus; in eaque ordinanda illustranda et augenda mentis illius vim virtutemque sic enituisse, ut cognominis sui mensuram Angelicus Doctor cumulate implesse videatur. Maiorem autem in modum Episcopos hortati sumus ut, collatis Nobiscum viribus, excitare aggrediantur motam gradu et prope collapsam philosophiam illam veterem, scholisque catholicis redonatam, in sede honoris pristini collocare.

Nec mediocrem animi laetitiam ex eo percepimus, quod Litterae illae Nostrae, divina ope favente, pronum ubique obsequium et singularem animorum assensum nactae sunt. Cuius rei testimonium Nobis luculentum impertiunt plures Episcoporum ad Nos ex Italia praesertim, ex Gallia, Hispania, Hibernia, perlatae epistolae, sive singulares, sive plurium eiusdem provinciae vel gentis communes, egregia animi sensa praeferentes. Nec

doctorum hominum suffragium defuit, ultro et reverenter datum, cum insignes eruditorum Academiae eumdem plane ac Sacrorum Antistites, animum Nobis scripto declaraverint. — In his autem litteris placet maxime obsequium auctoritati Nostrae et huic Apostolicae Sedi praestitum' placent mens et iudicia ab auctoribus prolata. Una est enim omnium vox, una sententia, notari et tuto designari Litteris illis Nostris, quo tandem loco sit praesentium malorum radix, et unde petenda remedia. Omnes consentiunt humanam rationem, si a divina fidei auctoritate discesserit, dubitationum fluctibus et praesentissimis errorum periculis esse propositam; haec autem pericula facile evasuram, si ad catholicam philosophiam homines perfugerint.

Quamobrem, Venerabilis Frater Noster, illud Nobis est magnopere inoptatis, ut S. Thomae doctrina, fidei veritati apprime conformis, cum in omnibus catholicis Athenaeis quamprimum reviviscat, tum maxime in hac Urbe principe catholici nominis; quae ob eam causam, quod est sedes Pontificis Maximi, debet optimarum doctrinarum laude ceteris antecellere.— Huc accedit quod Romam, catholicae unitatis centrum, soleant adolescentes ex omni terrarum loco frequentes celebrare, nullibi, quam penes augustam B. Petri cathedram, germanam incorruptamque sapientiam satius hausturi. Itaque si philosophiae christianae, quam diximus, largiter hinc copia defluxerit, non unius Urbis finibus conclusa tenebitur, sed ad omnes populos, velut abundantissimus amnis, manabit.

Sic igitur primo loco curavimus, ut in Seminario Romano, in Lycco Gregoriano, in Urbaniano aliisque Collegiis, Nostrae adhuc auctoritati obnoxiis, philosophicae disciplinae secundum mentem et principia Doctoris Angelici, enucleate dilucide copiose tradantur atque excolantur. Et maxime in hoc omnem vigilare curam et contentionem doctorum volumus, ut quas ipsi doctrinae opes ex voluminibus sancti Thomae diligenter collegerint, easdem explicando dilatando, suaviter et fructuose auditoribus impertiant.

Sed praeterea quo magis haec studia vigeant et floreant, curandum est, ut amatores philosophiae Scholasticae in cius gratiam sedulo, quod possunt, enitantur; maxime autem in societates coeant, coetusque identidem habeant, in quibus studiorum suorum fructus singuli in medium adducant, et in communem afferant utilitatem.

Haec autem iudicia mentemque Nostram Tecum communicare voluimus, Venerabilis Frater Noster, qui sacro Consilio praees studiis disciplinarum regundis, certa spe freti, nec industriam, nec prudentiam Tuam hac in re Nobis defuturam.— Te profecto non latet doctorum hominum coetus sive Academias, nobilissimas voluti palaestras fuisse, in quibus viri ingenio peracri et doctrina praestantes cum se ipsi utiliter exercerent de maximis rebus scribentes ac disputantes, tum adolescentes erudirent, magno cum scientiarum incremento. Ex hoc optimo more institutoque iungendi vires et intelligentiae lumina conferendi, extiterunt illustria Doctorum collegia, alia pluribus simul disciplinis addicta, alia singularibus. Vivax fama et gloria eorum permansit, quae, Romanis Pontificibus non uno nomine faventibus, ubique floruerunt, ut in hac Italia nostra, Bononiae, Pa-

tavii, Salerni, et alibi alia. — Cum igitur tanta fuerit laus et utilitas in voluntariis hisce hominum coetibus ad excolendas perpoliendasque disciplinas coeuntium, cumque eius utilitatis et laudis plurimum adhuc supersit, certum Nobis est eodem uti praesidio, quo consilia Nostra plenius perficiamus. — Scilicet auctores sumus, ut coetus Academicus in Urbe Roma instituatur, qui S. Thomae Aquinatis nomine et patronatu insignis, eo studia industriamque convertat, ut eius opera explanet, illustret; placita exponat et cum aliorum philosophorum sive veterum sive recentium placitis conferat; vim sententiarum earumque rationes demonstret; salutarem doctrinam propagare, et ad grassantium errorum refutationem recensque inventorum illustrationem adhibere contendat. — Idcirco Tibi, Venerabilis Frater Noster, cuius perspecta habemus ornamenta doctrinae, celeritatem ingenii, studiumque rerum omnium quae ad humanitatem pertinent, id negotii damus, ut propositum Nostrum exequaris. Interim rem altius consideres; cumque rationem excogitaveris quae consiliis Nostris opportune respondeat, litteris expressam Nobis inspiciendam subiicies, ut probemus et auctoritate Nostra muniamus.

Demum quo latius spargatur ac disseminetur Angelici Doctoris sapientia, constituimus omnia eius opera de integro in lucem edere, exemplo S. Pii V Decessoris Nostri, rerum gestarum gloria et vitae sanctitate praeclari; cui quidem in ea re tam felix contigit exitus, ut Thomae exemplaria, iussu illius evulgata, permagni sint apud viros doctos, summoque studio requirantur. Verum quanto plus editio illa est rara, tanto magis alia desiderari coepta, quae nobilitate ac praestantia cum Piana comparari possit. Ceterae enim cum veteres tum recentiores, partim quod non omnia S. Thomae scripta exhibeant, partim quod optimorum eius interpretum atque explanatorum careant commentariis, partim quod minus diligenter adornatae sint, non omne tulisse punctum videntur. Certa autem spes est, huiusmodi necessitati consultum iri per novam editionem quae cuncta omnino sancti Doctoris scripta complectatur, optimis, quoad fieri poterit, formis litterarum expressa, accurateque emendata; iis etiam adhibitis codicum manu scriptorum subsidiis, quae aetate hac nostra in lucem et usum prolata sunt. Coniunctim vero edendas curabimus clarissimorum cius interpretum, ut Thomae de Vio Cardinalis Caietani et Ferrariensis, lucubrationes, per quas, tamquam per uberes rivulos, tanti viri doctrina decurrit. — Obversantur quidem animo rei'gerendae cum magnitudo, tum difficultas; nec tamen deterrent quominus ad eam magna cum alacritate quamprimum aggrediamur. Confidimus enim in re tam gravi, quae ad commune Ecclesiae bonum magnopere pertinet, adfore Nobis divinam opem et concors Episcoporum studium, et prudentiam atque industriam Tuam, spectatam iam et diu cognitam.

Interim praecipuae dilectionis testem, Apostolicam benedictionem Tibi, Venerabilis Frater Noster, ex intimo cordis affectu impertimus.

Datum Romae apud S. Petrum, die i5 octobris an. 1879, Pontificatus Nostri anno Secundo.

LEO PP. XIII.

DE OPERIBUS

S. THOMAE AQUINATIS

IUSSU ET AUCTORITATE

LEONIS XIII. P. M.

EX INTEGRO EDENDIS

LEO PP. XIII.

MOTU PROPRIO

acere Nobis, omnia Sancti Thomae Aquinatis Opera de integro Jffpublicari, superiore anno significavimus per Litteras Nostras idiwbus octobribus datas ad Cardinalem Praefectum Sacri Consilii ^studiis disciplinarum regundis. Eiusque caussam propositi hanc esse diximus, ut longe lateque fluat Angelici Doctoris excellens sapientia, qua opprimendis opinionibus perversis nostrorum temporum fere nihil est aptius, conservandae veritati nihil efficacius. Nunc autem quia commodum videtur esse manum operi admovere, decernenda Nobis nonnulla esse censemus, quae spem laetam portendunt, futurum ut coepta Nostra ad exitus pervehantur optatos.

Primum itaque, ne Almae Urbi Nostrae haec pereat laus, editionem, quam supra diximus, reservatam esse volumus Officinae librariae Sacri Consilii Christiano nomini propagando, clarae iam ob alia magnae molis et laudati operis edita volumina.

Editioni autem curandae destinamus ac praecipua auctoritate praeesse volumus tres sanctae Romanae Ecclesiae Cardinales; scilicet Antoninum de Luca Praefectum Sacri Consilii studiis regundis; loannem Simeoni Praefectum Sacri Consilii Christiano nomini propagando; Thomam Zigliara ex Familia Dominiciana, ad disciplinam S. Thomae apprime institutum atque eruditum. His autem ius et potestas esto statuendi ac decernendi Nostro nomine quidquid ad rem pertinere intellexerint. Quare prospiciant ut omnia ac singula Angelici Doctoris Opera integra prodeant, additis clarissimorum Interpretum Thomae de Vio Cardinalis Caietani in *Summam Theologicam* et Francisci de Sylvestris Ferrariensis in *Summam contra Gentiles* commentariis. Similiter curent et provideant ne literarum optima forma, ne accurata emendatio, ne intelligens in rerum singularum delectu iudicium desideretur; ac demum constituant quo ordine, quo tempore singula volumina in lucem oporteat proferri.

Quod vero ad expensas attinet, argenteorum italicorum CCC millia Nos ultro damus atque addicimus suppeditandis sumptibus in praesenti necessariis. Reliquo autem tempore necessarios suppeditari volumus ex eiusdem Sacri Consilii Fidei propagandae aerario: cui tamen quidquid erit vendendis exemplaribus redactum pecuniae, tamdiu in rem cedat, quoad par ratio fuerit acceptorum et expensorum. Si quidquam eidem accrevisse contingat, accrescentem pecuniam omnem insumi iubemus in lucubrationes

eorum Scriptorum edendas, qui S. Thomae Aquinatis illustrandis operibus maxime excellant. Cui vero inter illos scriptores decerni primas oporteat, viderint ipsi Cardinales quos nominavimus: hoc tantum monemus, eos scriptores esse ceteris anteponendos, quorum doctrina maiorem fructuum ubertatem sit allatura, et temporum necessitatibus accommodatior esse videatur.

Datum Romae apud S. Petrum die 18 Januarii 1880. Pontificatus Nostri anno Secundo.

LEO PP. XIII.

DE

SANCTO THOMA AQUINATE

PATRONO CAELESTI STUDIORUM OPTIMORUM COOPTANDO

----------»·*-«>- - - -

LEO PP. XIII.

AD PERPETUAM REI MEMORIAM



um hoc sit et natura insitum et ab Ecclesia catholica comprobatum, ut a viris sanctitate praeclaris patrocinium, ab excellentibus autem perfectisque in aliquo genere exempla ad imitandum homines exquirant; idcirco Ordines religiosi non pauci, Lycea, coetus litteratorum, Apostolica Sede approbante, iamdiu magistrum patronum sibi sanctum Thomam Aquinatem esse voluerunt, qui doc et virtute, solis instar, semper eluxit. Nostris vero temporibus, aucto pa studio doctrinarum Eius, plurimi extiterunt, qui peterent, ut cuncti Lyceis, Academiis, et scholis gentium catholicarum, huius Apostolicae Sedis auctoritate, patronus assignaretur. Hoc quidem optare se plures Episcopi significarunt, datis in id litteris cum singularibus tum communibus; hoc pariter studuerunt multarum Academiarum sodales et collegia doctorum supplice atque humili obsecratione deposcere.— Quorum omnium incensas desiderio preces cum differre visum esset, ut productione temporis augerentur, idonea ad rem opportunitas accessit ab Encyclicis Litteris Nostris *De philosophia christiana ad mentem s. Thomae Aqziinatis Docioris Angelici in scholis catholicis instauranda*, quas superiore anno hoc ipso die publicavimus. Etenim Episcopi, Academiae, doctores decuriales Lyceorum, atque ex omni terrarum regione cultores artium optimarum se Nobis dicto audientes et esse et futuros una pene voce et consentientibus animis testati sunt: immo velle se in tradendis philosophicis ac theologicis disciplinis sancti Thomae vestigiis penitus insistere; sibi enim non secus ac Nobis, exploratum esse affirmant, in doctrinis Thomisticis eximiam quamdam inesse praestantiam, et ad sananda mala, quibus nostra premitur aetas, vim virtutemque singularem. Nos igitur, qui diu multumque cupimus, florere scholas disciplinarum universas tam excellenti magistro in fidem et clientelam commendatas, quoniam tam clara et testata sunt communia desideria, maturitatem advenisse censemus decernendi, ut Thomae Aquinatis immortale decus novae huius accessione laudis cumuletur.

Hoc est autem caussarum, quibus permovemur, caput et summa; eminere inter omnes sanctum Thomam, qüem in variis scientiarum studiis, tamquam exemplar, catholici homines intueantur. Et sane praeclara lumina animi et ingenii, quibus ad imitationem sui iure vocet alios, in eo sunt omnia: doctrina uberrima, incorrupta, apte disposita; obsequium fidei et cum ve-

ritatibus divinitus traditis mira consensio; integritas vitae cum splendore virtutum maximarum.

Doctrina quidem est tanta, ut sapientiam a veteribus defluentem, maris instar, omnem comprehendat. Quidquid est vere dictum aut prudenter disputatum a philosophis ethnicorum, ab Ecclesiae Patribus et Doctoribus, a summis viris qui ante ipsum floruerunt, non modo ille penitus dignovit, sed auxit, perfecit, digessit tam luculenta perspicuitate formarum, tam accurata disserendi ratione, et tanta proprietate sermonis, ut facultatem imitandi posteris reliquisse, superandi potestatem ademisse videatur. Atque illud est permagnum, quod eius doctrina, cum instructa sit atque apparata principiis latissime patentibus, non ad unius dumtaxat, sed ad omnium temporum necessitates est apta, et ad pervincendos errores perpetua vice renascentes maxime accomodata. Eadem vero, sua se vi et ratione confirmans, invicta consistit, atque adversarios terret vehementer.

Neque minoris aestimanda, Christianorum praesertim hominum iudicio, rationis et fidei perfecta convenientia. Evidenter enim sanctus Doctor demonstrat, quae ex rerum genere naturalium vera sunt, ab iis dissidere non posse, quae, Deo auctore, creduntur; quamobrem sequi et colere fidem christianam, non esse humilem et minime generosam rationis servitutem, sed nobile obsequium, quo mens ipsa iuvatur et ad sublimiora eruditur; denique intelligentiam et fidem a Deo ambas proficisci, non simultatum secum exercendarum caussa, sed ut sese amicitiae vinculo colligatae mutuis officiis tueantur. — Cuius convenientiae mirabilisque concordiae cunctis beati Thomae scriptis expressa imago perspicitur. In iis enim excellit atque eminet modo intelligentia, quae quod vult, fide praeeunte, consequitur in pervestigatione naturae; modo fides, quae rationis ope illustratur ac defenditur, sic tamen, ut suam quaeque inviolate teneat et vim et dignitatem; atque, ubi res postulat, ambae quasi foedere icto ad utriusque inimicos debellandos conjunguntur. Ac si magnopere semper interfuit, firmam rationis et fidei manere concordiam, multo magis post saeculum XVI intéressé existimandum est; quoniam per id tempus spargi semina coeperunt finem et modum transeuntis libertatis, quae facit ut humana ratio divinam auctoritatem aperte repudiet, armisque a philosophia quaesitis religiosas veritates pervellat atque oppugnet.

Postremum Angelicus Doctor non est magis doctrina, quam virtute et sanctitate magnus. Est autem virtus ad periclitandas ingenii vires adipiscendamque doctrinam praeparatio optima; quam qui negligunt, solidam fructuosamque sapientiam falso se consecuturos putant, propterea quod *in malevolam animam non introibit sapientia, nec habitabit in corpore subdito peccatis* (Sap. I, 4.). Ista vero comparatio animi, quae ab indole virtutis proficiscitur, in Thoma Aquinate extitit non modo excellens atque praestans, sed plane digna, quae aspectabili signo divinitus consignaretur. Etenim cum maximam voluptatis illecebram victor evasisset, hoc veluti praemium fortitudinis tulit a Deo pudicissimus adolescens, ut lumbos sibi arcanum in modum constringi, atque una libidinis faces extingui sentiret. Quo facto, perinde vixit, ac esset ab omni corporis contagione sciunctus, cum ipsis angelicis spiritibus non minus innocentia, quam ingenio comparandus.

His de caussis dignum prorsus Angelicum Doctorem indicamus, qui praestes tutelaris studiorum cooptetur. Quod cum libenter facimus, tum illa Nos consideratio movet, futurum ut patrocinium hominis maximi et sanctissimi multum valeat ad philosophicas theologicasque disciplinas, summa cum utilitate reipublicae, instaurandas. Nam, ubi se. scholae catholicae in disciplinam et clientelam Doctoris Angelici tradiderint, facile florebit sapientia veri nominis, firmis hausta principiis, ratione atque ordine explicata. Ex probitate doctrinarum probitas gigneturvitae cum privatae tum publicae: probe vivendi consuetudinem salus populorum, ordo, pacata rerum tranquillitas consequentur. — Qui in scientia rerum sacrarum elaborant, tam acriter hoc tempore lacessita, ex voluminibus sancti Thomae habituri sunt, quo fundamenta fidei christianae ample demonstrent, quo veritates supernaturales persuadeant, quo nefarios hostium impetus a religione sanctissima propulsent. Eaque ex re humanae disciplinae omnes non impediri aut tardari cursus suos, sed incitari augerique sentient; ratio vero in gratiam cum fide, sublatis dissidiorum caussis, redibit, eamque in indagatione veri sequetur ducem. Demum quotquot sunt homines discendi cupidi, tanti magistri exemplis praeceptisque conformati, comparare sese integritate morum assuescent; nec eam rerum scientiam consectabuntur, quae a caritate seiuncta inflat animos et de via deflectit, sed eam quae sicut a *Patre luminum* et *scientiarum Domino* exordia capit, sic ad eum recta perducit.

Placuit autem hac super re sacri etiam Consilii legitimis ritibus cognoscendis perrogare sententiam; quam cum perspexerimus, dissentiente nemine, votis Nostris plane congruere, Nos ad gloriam omnipotentis Dei et honorem Doctoris Angelici, ad incrementa scientiarum et communem societatis humanae utilitatem, sanctum Thomarrt Doctorem Angelicum suprema auctoritate Nostra Patronum declaramus Universitatum studiorum, Academiarum, Lyceorum, scholarum catholicarum, atque uti talem ab omnibus haberi, coli, atque observari volumus, ita tamen ut sanctis caelitibus, quos iam Academiae aut Lycea sibi forte patronos singulares delegerint, suus honos suusque gradus etiam in posterum permanere intelligatur.

Datum Romae apud S. Petrum sub Annulo Piscatoris die IV Augusti A. MDCCCLXXX Pontificatus Nostri anno Tertio.

THEODULPHUS Card. MERTEL.

IN OMNIA OPERA

DIVI THOMAE AQUINATIS

APPARATUS GENERALIS

PRAEFATIO

^pera omnia sancti Thomae Aquinatis, doctissimis cuiusque aetatis viris maxime accepta, in unum collecta fuere typisque mandata anno ı5γo iussu s. Pii V, Pontificis Maximi. Vincentius lustinianus et Thomas Marriques haec de suscepto opere habent in Epistola nuncupatoria ad eumdem Summum Pontificem: ‹ Quoniam id semper spectasti ut ea maxime studia vigerent, quae non inanem quamdam oblectationem, sed aeternae vitae fructum excellentibus ingeniis afferre possunt: propterea, cum videres cogitare nos rem maximam et praestantissimam, laboriosam tamen in primis et perdifficilem, ut omnia Doctoris Angelici scripta pristinae restituta integritati, in tomos apte distributa (praesertim in urbe Roma, altrice quondam ingeniorum, nunc Christianae religionis domicilio) eodem simul tempore ederentur, auctor fuisti, ac mandasti etiam ut opus aggrederemur, pollicitus adiumenta illa, quae si abessent, perduci ad exitum tanta res nequaquam posse videbatur. Magnus in emendando labor fuit, in quo suam operam doctissimi homines, Fratres nostri, libenter navarunt: sed omnem laborem vicit omnemque difficultatem, publicae primum cupiditas utilitatis, deinde nostra quaedam erga Te observantia, orta iampridem et quotidie magis aucta ex admiratione virtutum tuarum. Accipe igitur a nobis, Beatissime Pater, vel potius a teipso accipiat, quasi fructum tuae liberalitatis, Christiana respublica Divi Thomae libros, ea doctrina refertos, quae te mirabiliter ab adolescentia delectavit, praeceptisque ad omnem laudem saluberrimis instruxit; ut esses aliquando qui et gratiam studiis optimis referre, et alios ad eadem studia excitare posses. ›

Quamvis autem Piana haec Editio omnium plausu fuerit excepta ac sapientibus probata, haud tamen visa est omnibus numeris absoluta. Hinc Franciscus Garcia hispanus, ex nostra Praedicatorum familia, quoad Summam theologicam plures variantes lectiones ex Codicibus tarraconensibus notavit, quas publici iuris fecit in opusculo Tarracone impresso, anno i5y8 (Cf. De Rubeis, dissert, xvi, cap. i, n. 11). Garciae exemplum imitatus Cosmas Morelles, eiusdem Ordinis, nedum Summam theologicam, sed universa s. Thomae opera ex integro recensuit, ediditque Antuerpiae 1612 sub hoc titulo: *D. Thomae Operum editio nova, quamplurimis, quibus scatebat, mendis correcta, cum exemplari romano* (Piano nempe) *ac aliis vetustissimis mss. codd. collata, nec non variis in sacrae Scripturae locis male allegatis restituta.* Ante recensionem morellianam alia Venetiis saeculo decimosexto exeunte, apud Haeredem Hieronymi Scoti, Operum Aquinatis editio perfecta est. Denique anno 1660 Parisiis apud Societatem bibliopolarum iterum typis commissa sunt *sancti Thomae Aquinatis ex Ordine Praedicatorum, quinti Ecclesiae Doctoris Angelici, Opera omnia adfidem vetustissimorum codicum mss. et editorum emendata, aucta et cum exemplaribus Romano, Veneto et Antuerpiensi accurate collata... Partim a Rev. Patre loanne Nicolai, ex Ordine Fratrum Praedicatorum Doctore theologo Parisiensi et in maiori Conventu Primario Professore, a mendis expurgata et notis marginalibus illustrata; partim ab aliis Patribus eiusdem Ordinis emendata.* Post Parisiensem editionem nulla alia prodiit saeculis XVII et XVIII. Anno quidem 1745 a losepho Bettinello, veneto Bibliopola, curante nostro loanne Francisco Bernardo Maria de Rubeis,

nova editio suscepta est, eo animo ut Operum certe, quae a s. Thoma Aquinate elucubrata sunt (verba sunt De Rubeis), editionis, quae omnium accuratissima aliquando perfici queat, specimen saltem exhiberet. Quo in munere adimplendo egit pro virili non solum, sed etiam pro rei dignitate vir doctissimus aeque ac eruditissimus. Dolendum tamen est quod ipse haud perfecerit quod inceperat (forte ex incuria Typographi, de quo in Praefatione ad suas Dissertationes criticas et apologeticas aperte conqueritur, forte etiam propter nequitiam temporum, quae philosophiae thomisticae vertebantur infensa): etenim editio bettinelliana caret tum opusculis fere omnibus philosophicis, tum omnibus aureis s. Thomae Commentariis in libros Aristotelis. Denique sub initium huius saeculi Thomas Soldati, Ordinis Praedicatorum, vir in sacris disciplinis egregie doctus, consilium, uti videtur, ceperat novam Operum s. Thomae editionem exigendi ad codices manuscriptos. In hunc finem codicum omnium qui in Bibliotheca Vaticana extant diligentem texuit catalogum, quem penes nos ms. habemus. Verum, ut existimamus, a cepto consilio deterritus ob calamitates, quibus res publicae in summum discrimen tunc temporis adducebantur, nonnisi praefatum catalogum perfecit. Mentio hic esset facienda de duabus aliis editionibus, quarum una prodiit Parmae, altera Lutetiae Parisiorum nostris hisce diebus; sed quia satis cognitae, sufficit eas indicasse. De operibus vero Aquinatis singillatim impressis nihil hoc loco est dicendum.

Porro tum antiquis tum novissimis Editionibus Pianam antecellere penes neminem dubium existit. Etenim « cum veteres tum recentiores *(editiones)* partim quod non omnia s. Thomae scripta exhibeant, partim quod optimorum eius interpretum atque explanatorum careant commentariis, partim quod minus diligenter adornatae sint, non omne tulisse punctum videntur » (SS. D. N. Litterae ad Emum. Cardinalem De Luca. - Cf. pag. XXI). Pianam editionem curarunt plerique theologi ex Ordine Praedicatorum (quos inter Remigius Nanni Florentinus, vir doctus in primis - cf. Echard *Scriptor. Ord. Pracd.* ad an. i58o. Tom. II, pag. 259.), quibus praeerant praelaudati Vincentius lustinianus, S. R. E. Cardinalis ex eodem Ordine assumptus, et Thomas Marriques, S. P. A. Magister. Quamvis autem docti illi viri *omnem diligentiam adhibuerint ut expurgata undique prorsusque splendida redderetur* editio, non est tamen existimandum quod nihil in ea exciderit correctione dignum: opera enim hominum humanum sapiunt. Insuper romani Editores videntur ad praecedentes potius editiones quam ad codices manuscriptos emendationes et correctiones exegisse. Id certo factum esse puto quoad commentaria in libros Peri hermeneias et Posteriorum analyticorum, quae in hoc primo Tomo continentur. Quatuor editiones venetas prae manibus habui memoratorum operum, quas inter est illa quae prodiit anno 1526 impensis Lucae Antonii lunta florentini, *adamussim cum ipsis textibus recognita* a fr. Thoma Vicentino. In prima autem lectione secundi libri Peri hermeneias s. Thomas, ut assolet, praebet divisionem textus Aristotelis, quem successive interpretatur, atque in praelaudata veneta editione notantur lectiones in quibus agitur de membris eiusdem divisionis, quia Supplementum Caietani additur. Etiam in editione Piana indicantur in margine lectiones vm, v; sed frustra quaeres huiusmodi lectiones: nam s. Thomas non scripsit nisi secundam lectionem, et Editores romani Supplementum Caietani non dederunt. Adde quod comparando editionem Pianam cum edd. venetis eam convenire cum praefata ed. i526, magis quam cum aliis constanter invenimus. Hisce de causis Piana Editio, quamvis fuerit a nobis assumpta ut typus huius Editionis Leoninae, codices nihilominus manuscriptos adhibuimus, ut ex his diligenter perlectis collatisque cum Piana, haec vel confirmaretur vel corrigeretur. Quod praescriptum a Summo Pontifice Leone XIII est in praelaudatis Litteris ad Eminentissimum Cardinalem De Luca: « Certa spes est, *inquit,* huiusmodi necessitati consultum iri per novam Editionem, quae » cuncta omnino s. Doctoris scripta complectatur, optimis, quoad fieri poterit, for- » mis litterarum expressa, accurateque emendata: iis etiam adhibitis codicum manu- » scriptorum subsidiis, quae aetate hac nostra in lucem et usum prolata sunt. »

Huic Summi Pontificis desiderio ut faceret satis Magister Generalis Ordinis Praedicatorum, cui demandata est a LEONE XIII cura huius novae Editionis Operum

s. Thomae, quosdam religiosos in scientiis simul et arte paleographica eruditos designavit, qui Bibliothecas perlustrant, codices optimae notae inquirunt, scripta s. Thomae inedita diligenter investigant, atque omnia scripto notata aliis religiosis Romae degentibus et novam hanc editionem curantibus transmittunt. - Quid vero in adornando hoc primo volumine ego praestiterim, paucis aperiam. Exceptas a religiosis nostris varias codd. lectiones ad invicem confero easque praeeligo quae dantur a codicibus, qui tum antiquitate tum diligentia amanuensium alios praecellunt: eis namque maiorem fidem adhibendam esse leges sapientioris critices inculcant. Sed non fidem caecam adhibeo. Sciunt enim omnes, ubi autographus deest, vix ac ne vix quidem codices reperiri fas esse qui mendis careant, quique in aliqua parte manci aut imperfecti non sint: adde quod non infrequenter occurrunt postillae marginales, quae successu temporis ex amanuensium imperitia textui adnexae, habitae sunt deinceps quasi partes ipsius textus. Quocirca in unius vel alterius codicis, ut ut optimi, verba non iuro, nec ad illius auctoritatem, ceteris inconsultis, lectionem meam compono. Quinimo accidit quandoque lectionem in aliquo casu videri praeferendam codicis, cui generatim minime est fidendum. Ceterum ne,.. inscio lectore, variae.lectiones a me adoptatae quasi furtim et pro arbitrio habeantur introductae, id scrupulosa fide servandum constitui, neque unum iota aut unum apicem in Editione Piana mutare nisi auctoritate fretus codicum. Attamen varietates lectionum, quae nullius prorsus momenti sunt, e. g. *dicit Aristoteles* pro *dicit Philosophus* aut *inquit Aristoteles, convenit* pro *contingit, igitur* pro *ergo, ponitur in definitione eorum* pro *in definitione eorum ponitur, scientiam haberet alicuius* pro *haberet scientiam alicuius,* aliaque id genus quae passim occurrunt, aut posthabui, aut adhibui, nulla annotatione apposita; alias vero lectiones quae alicuius momenti visae sunt, aut indico in margine aut affero in notis, rationemque assigno cur unam prae alia adhibuerim, et si ab adoptandis nonnullis abstineo, eas transcribo tamen et iudicio sapientiorum submitto, ut quae magis sibi placuerit eligant, deque selecta a me lectione sententiam ferant. Ita visum est et satis me facturum lectorum desiderio, et consultum esse religiosae fidelitati in exprimenda s. mei Doctoris mente, ad quam adsequendam totus sum in hoc adornando volumine.

Sed huic Leoninae Editioni placuit nonnulla addere quae plurimorum erant in votis, et quae omnibus utilitati erunt. Praeprimis ergo textum graecum Operum Aristotelis quae illustrantur a s. Thoma dare constitui, loco duplicis latinae versionis quae Pianae inserta est. Textum graecum adopto iuxta editionem Didot, sed prae oculis habeo alias tum veteres tum recentiores editiones, nempe Basileensem, Pacii, Casauboni, Du-Vallii, Beckeri, Waitz etc. Praeterea praeclaros apud antiquos nactus est Aristoteles graecos interpretes Porphyrium, Ammonium, Themistium, Philoponum, Alexandrum Aphrodisiensem, Eustratium, Anonymum etc., quorum testimonia in hoc primo tomo afferuntur. Hi enim Aristotelis aut verba referunt, aut varietates lectionum explicite notant, aut tales expositiones proferunt quae quid legerint ipsi in Textu manifeste ostendunt. Sequuntur, post Boethium et Averroem (Ibn-Rochd), praecipui scholastici Albertus Magnus, Aegidius, Lincolniensis, Scotus, posterioresque Dominicus a Flandria, Caietanus, Zabarella, Sylvester Maurus etc. Quantum scriptores isti adlaboraverint in explanandis Aristotelis doctrinis nemo est qui ignoret. In exponendo Stagirita saepe saepius offendebant obscuritates, ad quas excutiendas non alia via quandoque erat, nisi recursus ad textum Aristotelis, sive graecum, sive prouti in versionibus ex Arabo idiomate ferebatur, sive in versionibus ex graeco immediate derivatis. Lectiones et expositiones istae hominum doctissimorum praetermittendae non erant, sed comparandae, ubi opus est, cum lectione et expositione s. Thomae, qui nedum-linguam graccam calluisse videtur, sed, ut scriptores tradunt, *librorum* (Aristotelis) *procuravit ut fieret nova translatio, quae sententiae Aristotelis continet clarius veritatem* (Guillelmus de Tocco in Vita s. Th., cap. iv. - Cf. A. Jourdain, *Recherches* etc., cap. i et seqq.; item *Notes (u)* pag. 487). Studium istud comparativum, supra, quam dici potest, improbum est ac perarduum; illud tamen, quantum operis nostri, conditio'patitur, libentissime su-

scepimus. Demonstrandum enim erat sua s. Thomam exegisse commentaria non ad solas versiones quae vulgo sua aetate ferebantur, sed ad novas etiam ex graeco deductas, easque tum inter se tum cum textu graeco, ad sanioris critices leges, comparatas.. Adde quod quantum intime Aristotelis mentem penetraverit s. Thomas ex hac instituta comparatione magis elucescit: « In inventiva et iudicativa, *inquit Tholomaeus,* omnem hominem transcendit... Modernos doctores transcendit sive in philosophia, sive in theologia, sive in quacunque materia, secundum communem omnium hominum intelligentiam et opinionem: et inde in schola hodie Parisiensi *Communis Doctor* appellatur propter suam claritatem doctrinae » (Ap. Echard *Scriptor. Ord. Praed.,* ad an. 1274. Tom. I, pag. 278, coi. i et 282, coi. 2). Quoad versionem textui praefigendam non est electioni locus. Quae enim fuerit versio, qua usus est s. Thomas, nobis non constat: codices nostri versionem nullam habent praefixam commentariis. Hinc *antiqua* versio , quae generatim est ipsa translatio Boethii aut integra aut parum immutata, quaeque habetur in edd. venetis saec. XV et i520, nec non in Piana, quoad libros *Periher.* et *Poster, analytic.,* erat retinenda. Eam tamen comparavimus cum praecitata versione Boethii et praecipue cum littera s. Thomae, ut saltem sphalmata maioris momenti lector non offenderet. Plura denique, quae tum lectionum varietates tum versiones respiciunt, in nostris annotationibus reperiuntur. - Nunc de iis, quae pertinent ad Commentaria s. Thomae, pauca sunt dicenda. Praeprimis ergo distribuo unamquamque s. Thomae lectionem in distinctos numeros, eique praemitto synopsim, quae veluti uno intuitu exhibeat legenti tum asserta in illa lectione, tum rationes quibus illa firmantur. Deinde notas nonnullas apponendas duxi, quae ad quatuor classes reduci commode possunt. Aliae quidem respiciunt varias codicum lectiones, de quibus satis hic supra dictum est. Aliae vero sunt notae quibus s. Thomae textus declaratur, praecipue per alios textus ipsius s. Doctoris, ut sic non ego s. Thomam, sed s. Thomas seipsum dilucidet. Deinde aliae notae adduntur in quibus designantur nonnulla principia quae occurrunt in s. Thomae doctrina, et quibus imbui debent lectores, adolescentes praesertim, si revera philosophari volunt. Denique, data occasione, alias notas duxi apponendas in quibus nova philoso-. phica systemata comparo cum antiquis. Mihi enim visum est utilitati consultum iri novitiorum, si nova placita examinando, vel ea cum antiquis adamussim convenire ostenderem, vel ad ea refellenda, quando falsa sunt, applicarem solida s. Thomae principia, ut novitas ab ipsis auferatur, et error patescat. Horum quae hucusque attigi specimen exhibeo in hoc primo Tomo, qui in lucem iam prodit.

Postremo dicendum quo ordine edenda existimamus s. Thomae opera. Triplex est huiusmodi ordo; chronologicus, dignitatis, et scientificus. Primus adhiberi non potest, quia non de omnibus operibus constat quo tempore praecise ea s. Thomas scripserit. Ordinem dignitatis quibusdam visum est sequi oportere, et ideo a Commentariis in S. Scripturam exordiendum: quae methodus ita plerisque arrisit, ut per ephemerides vulgatum etiam sit eam a curatoribus editionis Leoninae fuisse omnino constitutam. Verum praefatus ordo numquam mihi arrisit, nec doctis viris placere potest, quia a praescriptis methodi scientificae absonus prorsus est. Adolescentes, qui ab humanioribus litteris ad studium scientiarum promoventur, haud certe a Sacra Scriptura, licet digniori, aut a metaphysica, quamvis altiori et fine totius humanae philosophiae, exordiuntur, sed a logica; et pedetentim, quasi per gradus ad altiora ascendunt, ut perceptis et comprehensis iis quae rationis lumine cognosci possunt, fidei magisterio altiora homine, quae nempe Deus nobis in mysterio revelavit, addiscant. Hinc Aristoteles (I (B) *Metaphys.,* cap. in, η. 4), quem s. Thomas laudat (Comm., lib. II *Metaphys.,* lect. v), ante scientias modum sciendi quaerendum esse praescribit, proindeque logicam, quae docet modum omnium scientiarum, ante omnes scientias addiscendam esse. Sed praeterea totius fere philosophiae consideratio ad Dei cognitionem ordinatur, hacque de causa theologia naturalis inter philosophiae partes ultima remanet addiscenda, sicut ipsemet s. Doctor sapienter notat ini *Contra Gentes,* Cap. IV. Denique, sicut fides rationem subaudit, quamvis ratione dignior sit, ita et theologia sacra, quae procedit ex principiis a Deo supernatural! via

revelatis, subaudit theologiam philosophicam seu ex principiis naturali rationis lumine notis comparatam, quamvis scientia haec sit longe inferior sacra theologia. Ergo et in Christiana ordinatione scientiarum ultima tradenda est theologia sacra, suprema nempe metaphysica, ad quam ordinari debet studium naturalis metaphysicae et ipsius theologiae philosophicae. Ista est methodus, quam s. Thomas inculcat, et a qua proinde in edendis eiusdem s. Doctoris Operibus non abscedendum esse putamus. Hisce igitur de causis ordinem quem Editores Piani sequuti sunt, paucis immutatis, quae immutanda forte ratio suadebit, omnino servandum censemus.

Fuisset in animo novum quemdam apparatum generalem in omnia s. Thomae Opera dare, sed praeterquam quod temporis angustiae tantum laborem non patiebantur, necessarium visum non est hoc negotium denuo suscipere. Clarissimus enim Echard noster tanta eruditione talique sapienti critica egit de vita et scriptis s. Thomae in suo primo volumine *de Scriptoribus Ordinis Praedicatorum* (Vol. I, ad an. 1274), ut vix aliquid addendum corrigendumve posterioribus scriptoribus reliquerit. Sed praeterea saeculo XVIII mediante noster De Rubeis triginta duas edidit Dissertationes eruditione et critica sapientissima refertas, plausibus omnium sapientiorum exceptas, in quibus quae ab Echardo disserta erant iterum examinantur, ac vita et scripta s. Thomae splendidiori luce refulgent. Hae ergo Dissertationes ut huic Editioni praemitterentur auctor fuit SS. D. N. Leo PP. XIII, cuius sapientissimum consilium docti viri certo probabunt. Porro quamvis nulla apposita nota hasce Dissertationes damus, non parvum tamen laborem sustinuimus in corrigendis erroribus, quibus eae scatebant. Opus enim fuit ad auctores innumeros, qui ab eruditissimo viro citantur, recurrere, et, quantum fieri potuit, loca adducta comparare, et restituere ubi errata erant. Sed praeterea a novis studiis non abstinendum esse censemus; unde singulis s. Doctoris Operibus parvulae praefationes sunt praemittendae, in quibus quicquid ad ea pertinet commode declarari poterit.

VITA

S. THOMAE AQUINATIS

ORDINIS PRAEDICATORUM

(EX ECHARDO *SCRIPTORES ORDINIS PRAEDICATORUM* AD ANNUM 1274.)

x illustri ac praepotenti in Regno Siciliae Comitum Aquini gente originem duxit j^fô^Thomas; Landulphum Aquini Comitem castrorumque Montis sancti loannis et Rupis-siccae Dynastam, et huius paris nobilitatis coniugem Theodoram ex comitibus Thea- ® «Ramnensibus oriundam parentes habuit: germanos duos natu maiores Reginaldum et Lan- JtP Eo^T&dulphum in exercitu Frederici Imperatoris duces clarissimos: sorores quatuor Mariam *^^*7 Dominam Marani in Aprutio, Theodoram Rogerio Sanseverinati Marsicensi Comiti nuptam, tertiam Comitis Fundensis coniugem, et quartam -sanctimonialem monasterii S. Mariae Capuae Abbatissam. Natus est Thomas vel sub initium anni MCCXXV ut quibusdam placet, vel secundum alios, quibus magis assentior, sub initium anni MCCXXVII. Quinquennis iuxta morem magnatum eius regni monachis Cassinensibus, quibus tum praeerat Abbas Landulphus cius patruus, traditus est ad pietatem et primas litteras informandus. Decennis circiter plus vel minus e Cassinensi monasterio isto eductus, Neapolim amandatur, ubi Petro Hyberno ac Martino ludimagistris operam dedit, sub litteras humaniores, sub illo philosophiam addiscens. Anno MCCXLllI Ordinem Praedicatorum ibidem in S. Dominici coenobio amplectitur, ac vestem, ut verisimilius, circa mensem augustum e manibus non F. loannis a sancto luliano, sed F. Thomae Agni de Lentino tum Prioris induit. Hinc quantocius matris amantissimae seu blanditias seu minas verentibus Sodalibus, Romam primum, Romaque rursus, quo eum mater insequabatur, in Gallias cum quatuor adiunctis sibi ex Ordine sociis ablegatur. Verum Aquapendente ex itinere transiens, dum iuxta fontem quemdam nihil sinistri suspicatus paululum quiescit, a germanis suis ibidem in aula et exercitu Frederici Imperatoris militantibus, quos scilicet irata mater litteris monuerat, e manibus Sociorum vi eripitur, et ad castrum paternum satellitibus stipatus remittitur: quae circa septembrem videntur evenisse. Anno MCCXLIV postquam per annum circiter detentus, frustra de abiicienda veste Dominicana tentatus fuisset, per fenestram dissimulante ac connivente utroque parente dimissus, ac Sodalibus restitutus, Neapolim indeque absque dilatione Romam ad Magistrum Ordinis adducitur. Is erat venerabilis F. loannes Teutonicus, qui eo ipso tempore in Franciam ac inde in Germaniam, ubi capitulum generale anno sequenti congregandum erat, cogitans, iuvenem Thomam tenerrime amplexus, Parisios, ac vix ibi commoratus, recta Coloniam sub Alberto Magno tum maxime florente erudiendum secum ducit. Anno MCCXLV Albertus Magnus.... Parisiis ad legendas sententias assignatur, et cum eo iuvenis Thomas ad studium illud tum unicum generale, ut vocant, mittitur. Ambo eo venisse videntur circa octobrem, quo fieri solebat scholarum instauratio. Cum autem ex constitutionibus nostris ea aetate per quatuor annos theologiam audivisse eum oporteret, qui eamdem publice professurus erat, Thomas, qui iam annum Coloniae egerat, tres sequentes in gymnasio Saniacobaeo perfecit: primum quidem sub Alberto baccalaureo in una e scholis nostris legente, et sub F. loanne Pungensasinum, dicto Parisiensi, recens laurea donato docente in altera: secundum sub eodem Alberto tum licentiate ac magistro, et sub F. Stephano de Varnesia Antissiodorensi baccalaureo, in altera schola sub dicto F. loanne Pungensasinum, qui annum tertium magisterii agebat sententias, legente: tertium sub eodem F. Stephano at iam magistro, ac sub Alberto pro tertio anno magisterii primario scholarum regente, habente sub se in schola sua baccalaureum legentem sententias, quisquis ille fuerit. Anno MCCXLVIII finito cursu, ambo magister et discipulus Coloniam reversi sunt; cumque ibi eo anno in comitiis Ordinis Parisiis ad Pentecosten vn iunii coactis studium generale positum fuisset, in eo deinceps Albertus regentis functus est officio, Thomas vero sub eo, iuxta leges Ordinis de iis qui e studiis generalibus revertebantur, quatuor aut quinque annorum spatio philosophiam, Scripturam sacram, sententias interpretatus est ac legit, lis etiam annis quosdam tractatus edidit scilicet *de ente et essentia* ad Sodales, *de principiis naturae* ad F. Silvestrum, forte etiam alia opuscula. Anno MCCLII vel Coloniae iisdem desudans lectionibus perstitit: vel si quis Parisios ivisse contendat, sacras Litteras interpretaturus ut lector biblicus, sic enim vocabant, qui primus erat ad magisterium gradus, versus septembrem missus fuerit. Certum enim

est anno tantum MCCLIII in instauratione scholarum versus octobrem lectionem sententiarum Parisiis ut baccalaureum aggressum esse, quam integro anno prosecutus est in schola F. Eliae Bruneti Petragoricensis tertium magisterii annum agentis, habens collegam in altera schola F. Hugonem Metensem F. Bonihominis Britonis S. T. M. successorem. Qui quidem Hugo laurea donari eo anno debuerat, sed ob acre ortum a quadragesima praecedenti Academicos inter et Nostros dissidium praesentari non potuerat, ciectis ipsis a gradu suo Bonohomine et Elia Bruneti quamtumvis magistris iam agnitis et officio functis. Anno MCCLIV licentiandus erat, ac sententias pro secundo anno ut magister legendas habebat, nec dubium quin lectiones persecutus fuerit, verum ad magisterium ob turbas illas admissus non fuit. Anno MCCLV more veteri at novo MCCLVI mense februario iam a cancellario licentiatus erat, verum cum ea ratione principium in aula episcopali habere vellet, quod necesse erat ut magister agnosceretur, obstiterunt Academici. Hinc in Italiam ad Alexandrum IV Summum Pontificem se contulit, vocante, ac ut credere proclive, itineris etiam comite venerabili F. Humberto *de Romans* quinto Ordinis Magistro, qui ad Pentecosten iv iunii Parisiis capitulum generale cclebrarat. Certum est cum eodem et S. Bonaventura Ordinis Minorum postea Ministro generali, et Alberto Magno qui iam ab anno in curia, ut aiunt, Romana, ea de causa commorabatur, Anagniae ubi annum illum summus Pontifex resedit, mense septembri adfuisse, iura utriusque Ordinis egregie propugnasse, omnia Guilielmi de Sanctoamore obiecta solvisse, unde et adversus istum v octobris sententia dicta est. Ex eo solemni iudicio litium finis expectabatur, resistentibus tamen adhuc toto anno sequenti Academicis, non ante octobrem anni MCCLVII Thomas ut magister in sacra facultate agnitus fuit. Interea quam Anagniae pro utroque Ordine pronuntiaverat apologiam, recognovit, *contra impugnantes religionem* inscripsit, publicique iuris fecit. Pacatis tandem rebus, laurea donatus quaestiones *de veritate* disputavit, ut qui duobus illis quibus antea docuerat annis suum in quatuor *sententiarum* libros commentarium praelegerat. Eo etiam anno vel sequenti disputationes generales de more habuit, in quibus sex *quodlibeta,* ut aiebant, determinavit. Anno MCCLV1II ab instauratione scholarum ad vacationes sequentes scholam rexit ut primarius regens, habens sub se baccalaureum forte F. Hannibaldum de Hannibaldis postea Cardinalem sententias legentem, dum ipse maiores quasdam quaestiones tractaret, vel etiam quemdam librum sacrae Scripturae, seu Isaiam seu Matthaeum aut alium publice exponeret. Nihilominus quadragesima illius anni, qui stylo novo MCCL1X, conciones habuit Parisiis, et ad Pentecosten sequentem capitulo generali Valencenis iunii i celebrato affuit, vel ut socius Romanae suae provinciae; nam erat capitulum provincialium, vel ob graviores causas a Magistro Ordinis accersitus. Sane ibidem cum Alberto Magno, Bonohomine Britone, Florentio Gallico, Petro de Tarentasia sacrae Theologiae magistris Parisiensibus omnibus, cognitor delegatus .fuit ad rectam studiorum institutionem, qui simul eas posuerunt leges, quas universus Ordo tum amplexatus est. Anno MCCLX vivente adhuc Alexandro IV, vel MCCLX1 Urbano IV ei suffecto, in Italiam reversus, primum Romae docuit, novumque scriptum super primum *sententiarum* legit a se compositum, at quod deperditum; deinceps autem in illis in quibus Summi Pontifices pro libito agebant civitatibus, Urbcvetcri, Anagniae, Viterbii, Perusii, et ipse eos secutus commoratus est, scholam theologicam ubique regens apud Nostros, ubique nova in rem Ecclesiae condens ac edens opera. Tempore Urbani IV die xxix augusti MCCLX1 electi, haec ab eo prodiere: *Commentarii in Aristotelis physica, ethica, metaphysica: Summa contra gentiles: Quaestiones de anima: Expositio libri lob: Officium festi Corporis Christi: Contra errores Graecorum tractatus,* aliaque opuscula. *Catenam auream in quatuor Euangelia* eodem iubente susceperat, Matthaeumque ipsi nuncuparat, verum illo xxx septemb. MCCLXIV e vivis sublato, Marcum, Lucam et loannem, qui citius compleri non potuerant, F. Hannibaldo superius laudato, at tum Cardinali, quicum summa illi animorum coniunctio, dedicavit. Certum etiam in Italia quaestiones *de potentia Dei* et ultra disputasse, sed et partem alteram *quodlibetorum* seu quinque seu sex in concertationibus publicis determinasse, sive ad hunc Pontificatum sive ad sequentem haec videantur referenda. Clemente IV dic v febr. MCCLXV electo, tum primum edendae *Summae Theologicae* consilium coepit, eius ideam efformavit, duoque ipsius priora volumina, primam partem scilicet, et primam secundae quatuor solidis annis a MCCLXV ad MCCLX1X perfecit: ita autem isti operi ut omnium apici luturo incumbens, ut ab aliis edendis non cessaret, sed quae satius est remittere laudanda, ubi de singulis opusculis agetur. Anno MCCLXIX capitulo generali Parisiis ad Pentecosten xn maii celebrato afluit Aquinas, vel ut provinciae Romanae diffinitor, quod verisimile, nam erat diffinitorum primum: vel alia ratione eo vocatus a Magistro Ordinis; tumque altera vice scholae nostrae Parisiensis regens est institutus, quo munere tum biennium functus est, ac *quaestiones de virtutibus* et ultra disputavit: videtur etiam tum Evangelium S. loannis, et Epistolas S. Pauli publice exposuisse, utrumque enim opus auctorem praestat doctrinae consummatae, lis etiam annis Secundam Secundae quam in Italia inchoarat, perfecit, nec mihi dubium quin iuris publici fecerit. Anno MCCLXXI cathedram Parisicnsem F. Romano de Roma loannis Caietani Cardinalis, qui postea Nicolaus III S. P. fuit, nepoti cedens, Italiam repetiit et Romae iterum docuit. Tantum vero cum hac altera vice Parisiis professus est, sui desiderium universitati reliquit, ut eius nomine Rector ad Patres Ordinis anno sequenti in capitulo generali Florentiae congregatos litteras amantissimas urgentissi-

masque scripserit, quibus Aquinatem sibi reddi Parisiosque remitti instabat enixius: verum Caroli utriusque Siciliae Regis sanctique Francorum Regis Ludovici IX fratris vota praevaluere, obtinuitque ille ut Thomas Neapolim mitteretur, in eaque urbe patriae suae primaria, cuius Archiepiscopatum olim sibi oblatum constanter detrectarat, saltem cathedram Theologicam ascenderet, ac sapientiae suae aquas tandem aliquando divideret. Anno igitur MCCLXXII Neapolim adivit, et stipendiis regiis publice professus est ad finem vitae: iis vero annis ab exitu e Francia et in Italiam reditu, partim Romae, partim Neapoli tertiam Summae partem scripsit, et ad quaestionem xc de partibus poenitentiae deduxit, imperfectam relinquens: neque enim' a festo S. Nicolai vi decembri MCCLXXIII ut ultra scriberet persuaderi potuit. Anno MCCLXXIV ad Concilium Lugdunense II generale a Gregorio X vocatus iter arripuit mense ianuario, castrumque Magentiae Terracinensis dioecesis, cuius Dominus erat Annibaldus de Ceccano huiusque uxor Francisca de Aquino sua neptis, germani sui fratris filia, hos invisurus ingressus est; iamque infirmatus, cum morbum sentiret in dies ingravescere, ad monasterium Fossaenovae Cisterciensis Ordinis non procul distans deferri se postulavit, ubi fere per mensem aegrotans, ac mortem proximam praevidens, sacramenta sibi ministrari instanter petiit, et tertio post die in osculo Domini placidissime obdormivit, quadraginta et octo annos tantum natus iuxta quosdam, aut iuxta alios quinquagesimum aetatis a quibusdam mensibus ingressus. Cum toto Ordine indoluit universitas Parisiensis, quod litteris suis ad capitulum generale Lugduni eodem anno ad Pentecosten xx maii coactum summa erga Defunctum aexistimatione plenis testata est. Atque haec est sancti Doctoris vitae seu annorum series.

DE

GESTIS ET SCRIPTIS AC DOCTRINA

SANCTI THOMAE AQUINATIS

DISSERTATIONES CRITICAE ET APOLOGETICAE

FR. IO. FRAN. BERNARDI DE RUBEIS

ORDINIS PRAEDICATORUM

(VENETUS, 1750, TYPIS IO. BAPTISTAE PASQUALI)

PRAEFATIO

gregia celebratissima Theologica et Philosophica Opera, quae sanctissimus Thomas Aquinas, bene multa elucubravit, tametsi collecta simul omnia prodierint Romae iussu Pii V. Pontificis Maximi anno 1570. et Vcnetiis anno iSçB. et insequenti typis Dominici Niccolini, et anno 1612. accurante Cosma Morelles Ordinis Praedicatorum alumno Antwerpiac seu Coloniae, ac demum Parisiis anno 1660. studio ac labore loannis Nicolai eiusdem Ordinis, vana nihilominus ac inutili diligentia, irritoque voto exquirebantur a viris doctis, qui vel eisdem potiri privatos in usus, vel eadem publicas invehere in bibliothecas exoptabant. Hinc aliquot ante annos nova ut Operum omnium editio curaretur, suadebant urgebantque non pauci, qui sanctissimo Thomae, eiusque doctrinae praestantissimae addicti erant: consulebantque, ita peragi editionem debere, ut moderato admodum pretio comparari ea posset, pluraque in Volumina distributa foret in *Quarti* forma, ut aiunt, ad manu tractandum legendumque facillima. Singulis etiam Voluminibus proponebant, praemitti quasdam admonitiones oportere, aut Criticas, aut Apologeticas, ad genuinos germanosque certo discernendos tanti Doctoris foetus, eiusque doctrinam innoxiam ab iniquis quae per tempora succedentia latae sunt, robuste censuris vindicandam: atque demum in hac Novissima simul omnia, aut praecipua congesta reperiri ornamenta, quibus priores omnes locupletatae prodierant celebriores editiones. Ad rem perficiundam commendatione dignissimam, anno 1745. delectus est losephus Bettinellus, Venetus Bibliopola, qui operam typographical!! dirigeret: satisque meam esse tenuitatem existimabatur, ut ipse quod litterarium execution! mandandum fuerat, negotium adsumerem. Rem ego propositam serio cogitabam, ne tandem labor omnis in id unum recideret, ut quod a Viris doctissimis, ac praecipue Gallis duobus Ordinis Praedicatorum spectatissimis alumnis, lacobo Quetiffo et lacobo Echardo, actum esset, inutili ac supervacaneo studio reagerem, coctamque iam crambem non sine Lectorum fastidio recoquerem. Absque mora lustrata sunt opera quaeque, maiora, minorave, quae hocce de argumento clarissimi Scriptores, nostrates et externi, per tempora evulgarunt: statimque persensi, novum opus confici posse, in quo ad alienos labores amplissima addi incrementa possent; deque sancti Thomae gestis ad rem litterariam attinentibus, eiusque Operibus genuinis, aliisque dubiis et suppositis, atque doctrinae pretio cumulatius et uberius pertractaretur. Primo illud animo insidebat consilium, ut Volumina quae ederentur, exhiberent Opera sancti Thomae ordine servato, quem materiae dignitas exposcit, Commentarios nempe in Divina eloquia, Theologicas deinde elucubrationes,

denique Philosophicas. Tum adhibendum studium censebatur, ut sanctissimi Doctoris textus, quoad fieri posset, emaculatus prodiret, ac integer germanusque: quae summi momenti res ut auspicatissimo perficeretur, insigne subsidium praestare poterant diligentissimae curae, quas pridem in hanc adornandam spartam suscepere Franciscus Garzias, Cosmas Morelles, Gregorius Donatus, Lovanienses et Duacenses Theologi, Petrus Pellicanus, Reginaldus Lucarinus, loannes Nicolaius, Editores Patavini, Thomas Madalena: ac nova rursum impenderetur opera, quae variantes lectiones ex optimae notae codicibus, si qui praesto forent, praestantioribusque vetustis editionibus decerptas offerret, Scripturarum atque Patrum et Scriptorum sententias detruncatas aut compendio scriptas restitueret integras, accuratioresque locorum indices praestaret. Singulas praemitti singulis voluminibus Admonitiones constituebatur, sive Criticas, sive Apologeticas, quibus genuini Aquinatis foetus extra dubium omne, omnemque suspicionem collocarentur: etsi qui in controversiam intemperantiore crisi advocati sunt, cumulatissimis vindicarentur argumentis; simulque pro animi candore, ac dominante erga reginam veritatem affectu, aliae non paucae, quae sub eius nomine lucem viderunt, prorsus reficerentur elucubrationes, aliaeque pro dubiis haberentur. Scriptorum, qui hocce de argumento criticum calamum adhibuerunt, minime praetermittenda videbantur errata, levissimae coniecturae, oscitantia, minus aequa iudicia; ut inde addisci facile posset, quam lento gradu qui criticam artem colunt, procedere debeant, ne veritatem exulare imprudentes iubeant, fabulasque donent civitate, seque deridendos propinent. Feruntur censurae plures, olim ac sequiori tempore latae, quae Thomae Aquinatis aut doctrinae partes, aut integrum doctrinae corpus invadunt, eiusque methodum feriunt. Non eas intelligo lites, quas agunt in scholis Doctores, propriis quique opinionibus indulgentes, ac documenta sectantes Aquinati adversa. Iudicia illa intelligenda sunt, quae tulerunt aemuli homines, Robertus de Kildwardbi, loannes Pekamus, Guillelmus De la Mare, Petrus Alliacensis, aliique veterum non pauci, pluresque recentes qui Censores audiunt in republica litteraria, Erasmus, Ricardus Simonius, Casimirus Oudinus, lacobus Bruckerus, Petrus de Alva et Astorga, Theophilus Raynaudus, Io. Baptista Poza, Io. Georgius Dorschaeus, Petrus Zornius, Adamus Tribbechovius, Io. Franciscus Buddeus, aliique sive proprio nomine insigniti, sive anonymi, aut catholici, aut heterodoxi. Mirum sane, quam diverso animorum consilio et affectu, aut invidia, aut aemulatione, aut etiam zeli specie, aut ignoratione, aut sectae praeiudicio attentatum fuerit, vanissimo tamen semper conatu, ut celebratissimae Thomae Aquinatis doctrinae aut adimeretur, aut minueretur pretium, atque splendor infuscaretur! Apologiae texendae fuerant, quibus ingenium eius sublime innotesceret, et multiplex eius coram palamque fieret veterum Scriptorum lectio, qui sacra et prophana argumenta versarunt: latina, et graeca, et hebraica, et arabica eruditio constaret, quantum pro ea tempestate dari poterat, in variantibus Divinorum eloquiorum lectionibus, novisque procurandis, aut accuratioribus seligendis versionibus veterum Patrum ac Philosophorum : soliditas demum ac solertia pateret in Scripturarum Commentariis, et accuratissima in duplici tradenda Theologia Revelata ac Naturali methodus observata, ceterisquc in Ontologicis et Philosophicis Disputationibus acumen. Hinc vero aperiebatur quodammodo campus, in quo latius exspatiari liceret, tum eam illustrando Historiae partem, quae de veteribus nonnullis ac aevi, medii non paucis Scriptoribus agit: tum eam diligentius enarrando, quae ad Censuras pertinet, Parisiis et Oxonii ab Episcopis ac Facultatis Theologicae Magistris latas, instauratas revocatasque : tum alia Academicorum Parisiensium et Oxoniensium dissidia, fabulis amotis, accurato sermone percensendo. Hinc etiam occasio dabatur minime longius quaesita, argumenta plura, quae ad Chronologiam, ad Criticam artem et Diplomaticam, ad Philologicum varium negotium spectant, diligentiorc cura pertractandi : atque demum clarissimorum Editorum, qui aut omnia simul, aut plura vel aliqua seiunctim Opera sancti Thomae evulgarunt, bona et integra fides ad examen vocanda fuerat, et a notis impactis falsati textus, et invectae corruptionis pro meritis vindicanda. Et haec scilicet ad me quidem attinebant: quo in munere adimplendo egi sine dubio pro virili; num etiam pro rei dignitate, aequi iudicent benevolique Lectores.

Operum certe, quae a sancto Thoma Aquinate elucubrata sunt, editionis, quae omnium accuratissima aliquando perfici queat, specimen saltem exhibui. Erecto etiam animo coepit anno 1745. opus exequi Iosephus Bettinellus, Venetus Bibliopola, subscribentium qui Opus idem emerent, collectis nominibus multo sane pluribus, quam optandum videbatur. Eodem anno primum in lucem prodiit Volumen: quod statim ac comparuit, querimoniae auditae sunt de inferiori conditione chartae, deque nimia typorum tenuitate. Haec ad me pertinebant nihil: pretii vero modicitate, quo singula Volumina praestabantur, satis querimoniis fieri posse existimabat Bibliopola. Utinam vero in edendis Voluminibus diligentia pro factis pollicitationibus non defuisset. Quo tamen fato nescio, nimium lento procedebat editio gradu: sexque annorum spatio nonnisi Volumina tredecim viderunt lucem. Aut celeriore nihilominus cursu imposterum, aut etiam remissa cura, omnia tandem aliquando prodibunt sine dubio Aquinatis Opera: quod ipse Bettinellus subscriptis et subscripturis sancte pollicetur. At quod Viri docti quamplures consilium dederant de uno typis evulgando Volumine, in quo simul iunctae prostarent elucubratae Criticae et Apologeticae Admonitiones, nulla interposita mora ut execution! mandaretur, suasit impulitque rationis aequitas. Admonitionum itaque titulo reiecto, triginta in lucem prodeunt Dissertationes, in Capita et Capitum sessiones distributae: quibus praecipua ac nobiliora quaeque argumenta, ad Aquinatis gesta et opera et doctrinam attinentia, pro mea virili percensentur et illustrantur.

INDEX

DISSERTATIONUM ET CAPITUM

DISSERTATIO PRIMA.

Adversus monachatum Benedictinum s. Thomae Aquinatis apud Casinenses antequam ad Dominicanum Praedicatorum Ordinem se transferret.

CAPUT I.

Inter monachos Benedictinos, solemni Religionis voto obnoxium, piures annos egisse divum Thomam propugnat cuiusdam historicae disquisitionis Auctor. Eadem iam dudum fuerat Angeli de Nuce sententia. Obscure loquuti sunt Constantinus Caietanus et Marcus Antonius Scipio. Nonnisi oblatum ac novitium fuisse Thomam Casini, censet Joannes Caramuel: vel etiam saeculari dumtaxat veste indutum, sanctis moribus imbuendum, non abnuit Erasmus Gattula. *pag.* lv

CAPUT II.

Argumenta, quae videntur evincere, quinquennem Thomam a parentibus Deo oblatum apud Casinenses. Ritus oblationis huiusmodi, si qua fuit, monachatum eiusdem aut solemnem professionem non probat. Neque illum suadent, quae decentiae argumenta vocantur. Adhuc impuberem Thomam, Abbate cedente iuri si quid acquisierat, ad saeculum rediisse in scholis ncapolitanis informandum litteris, satis indicant historiae . .» ..... » lvii

CAPUT III.

Argumentis, quae pro divi Thomae oblatione afferuntur, traditum dumtaxat ipsum Casinatibus, tamquam nobilem saecularem puerum, moribus et litteris instruendum, evincitur. Petri Damiani sententia perperam opponitur. Saecularium puerorum scholis non obstant monachorum mores et consuetudines. De habitu disseritur, quem Casini gestare Thomas potuerit..... » lx,

CAPUT IV.

Ante pubertatis annos Casino discedit Thomas, a parentibus de consilio Abbatis revocatus. Neapolim mittitur ad scholas sacculares. Eiusdem familiaritas et consuetudo cum fratribus Ordinis Praedicatorum ..... » LXIV

CAPUT V.

Thomas tum saeculo demum valedixit, cum fratrum Praedicatorum Ordini nomen dedit. Disquisitoris mala fides et oscitantia. » lxvi

CAPUT VI.

Thomae Aquinati, iam vestem Dominicanam induto, Casinensem Abbatiam ab Innocentio quarto Summo Pontifice oblatam, referunt Thomas de Cantimprato et Ptolomaeus Lucensis. Haec narratio diligentius expenditur. Monachatus Thomae iterum profligatur . . » lxviii

CAPUT VII.

Iachetti Malespinae, monastico Instituto addicentis Thomam, pluribus elevatur eluditurque testimonium. Acta translationis corporis eius expenduntur, quae monachatum eiusdem evertunt » txx

CAPUT VIII.

Additamenti ad vetustum Casinense martyrologium fides non est idonea, qua monachatus Thomae suaderi queat. Nonnulla, quae feruntur eiusdem monachatus indicia, levitatis et falsi convicta ac depulsa..... » lxxii

CAPUT IX.

Chronografia gestorum sancti Thomae a Disquisitore aliisque posita expenditur: eademque reformatur. Postremum contra monachatum eiusdem argumentum..... » lxxhi

DISSERTATIO SECUNDA.

De vetustis operum s. Thomae Indicibus: deque genuinis Commentariis eius in lobum, in Psalmos, in Canticum Canticorum : suppositisque in Genesim, in totum Pentateuchum, in Ecclesiastem.

CAPUT I.

Antiqui testes, quorum fide de genuinis s. Thomae suppositisque Operibus judicandum sit. Specimen libri de Viris illustribus sub nomine Ioannis.de Columna Ord. Praedicatorum, cum criticis animadversionibus. Opus est ab sequ'oris aetatis auctore interpolatum. » txxvi

CAPUT II.

Commentarii in librum lob sancto Thomae adjudicantur: itemque in priores quinquaginta et unum Psalmos : et in Canticum Canticorum. Expositio quae incipit : *Salomon inspiratus,* diligentius expenditur : eademque vel dubium Aquinatis Opus est, vel etiam ipsi suppositum. Expositio altera cuius initium : *Sonet vox tua,* legitimus eiusdem foetus videtur..... » lxxxi

CAPUT III.

Postillac in Genesim ab Aquinate auctore non prodierunt. Neque Postillac in Ecclesiastem : s. Antonini censura vindicatur adversus Nazarium. Ab eodem Aquinate Commentaria in quinque libros Moysis abiudicantur.....*pag·* lxxxvi

DISSERTATIO TERTIA.

De genuinis ac suppositis Commentariis in Isaiam, Icremiam, Danielem duosque Machabaeorum libros: deque methodo in exponendis Prophetiis atque typis ab Aquinate servata.

CAPUT I.

Commentarius in Isaiam Prophetam, veluti germanus foetus, vindicatur s. Thomae Aquinati. Sixtus Senensis , Cornelius a Lapide aliique refelluntur..... » lxxxix

CAPUT II.

Litteralis expositio capitis vm eiusdem Prophetae Isaiac a s. Thoma proposita affertur. A Judaeorum commentis longissime dissitam ostendunt peritissimi Scripturarum interpretes ac theologi. Viam aperuit ille in exponendis veteris Testamenti prophetiis ac typis, quam doctiores quique sequioris aetatis sequuti sunt >>> xc

CAPUT III.

Thomae Aquinati adiudicantur Commentarii in leremiam ac in Threnos. Reficiuntur Postillac in Daniclem duosque libros Machabaeorum : num Thomae Anglico, sive lorsio sive Vallensi, tribui debeant dubium. Casimiri Oudini dicteria castigantur..... » xcn

DISSERTATIO QUARTA.

De Commentariis in Evangelia secundum Matthaeum et loannem : deque primo ipsorum editore Bartholomaeo de Spina.

CAPUT I.

Commentarius in Matthaeum inter Opera sancti Thomae, quae reportata dicuntur, enumerandus. Hunc primus edendum curavit Bartholomaeus de Spina. Petro Scaligero Ord. Praedic. Episcopo Veronensi perperam eumdem adiudicant Hieronymus Vielmius aliique viri critici..... » xcv

CAPUT II.

Elogium Bartholomaei Spinae, quod apud Echardum prostat, auctum et correctum. Prima eius nuncupatoria epistola ad Dominicum Grimanum, cum animadversionibus. Altera ad Marinum Grimanum, itemque animadversiones..... » xcvn

CAPUT III.

Commentarius in loannem, partim proprio sancti Thomae stylo scriptus, partim a Reginaldo Privernate reportatus, ab ipso tamen Aquinate correctus adprobatusque. Sixti Senensis locus de Philippo Apostolo et Philippo Diacono ad examen vocatur. Censura refellitur Casimiri Oudini..... » c

DISSERTATIO QUINTA.

De Expositione continua, quae appellatur Catena Aurea, in quatuor Evangelia: deque Operis pretio, textura et modo.

CAPUT I.

Veterum scriptorum fide sancto Thomae adseritur Opus, quod vulgo Catena Aurea in quatuor Evangelia inscribitur. Ipsius Thomae amplissimum testimonium: ratioque in eo contexendo Opere servata.» cut

CAPUT II.

Petrus de Alva refellitur, qui Catenam typis editam adiudicare Pontio Carbonello Ordinis Minorum alumno ausus est. Quorumdam codicum et nuncupationis ad Patriarcham Gradensem, ac aetatis Carbonelli examen..... » erv

CAPUT III.

Adscititius, tametsi vetustus, Catenae titulus : primigenius inquiritur. Patres scriptoresque ecclesiastici, quos in eodem Opere concinnando adhibuit Thomas, loannis Nicolai labores et curae laudantur ..... » cvn

CAPUT IV.

Animadversiones criticae in textus sub Dionysii Areopagitae ac losephi nomine laudatos. Item in Opus imperfectum in Matthaeum ac vetustam latinam Homiliarum Chrysostomi versionem. Item in sententias nonnullas Cyrillo Alexandrino tributas ac Hilarii Pictaviensis genuinam cuiusdam loci lectionem. In Euthymium Zigabenum denique atque Glossas..... » cur

CAPUT V.

Ratio in huius Operis editione servanda: qua de re litigium Joannem Nicolaum inter et Franciscum Combefisium. Simonius et Possevinus notati.....*peg-* exit

DISSERTATIO SEXTA.

De Commentariis in Epistolas sancti Pauli Apostoli eorumque integritate et editionum fide.

CAPUT I.

Veterum iudicium de Commentariis divi Thomae in Epistolas sancti Pauli. Pars eorumdem stylo proprio Aquinatis scripta, alia reportata a Reginaldo Privernensi. Prolixus locus in Epistolam I ad Corinthios Thomae suppositus: an Nicolao Gorrano restituendus, an Petro de Tarentasia dubium.....» cxm

CAPUT II.

Erasmi testimonium de praefatis Commentariis. Ipsius censura depellitur contra doctrinam Aquinatis de lesu Christo praedestinato Filio Dei.....» cxv

CAPUT III.

Socinianismi suspicio propulsatur, qua notari posse eadem Aquinatis doctrina insipienter visum est Richardo Simonio. Oscitantiae ac erroris convincitur idem Simonius, qui Thomam accusat veluti confundentem Origenianum commentum de praeexistentia animarum cum haeresi Pelagiana dc meritorum praecedentia _ _ _ _ » cxvu

CAPUT IV.

Eiusdem Simonii aliae censurae refelluntur de modo motionis divinae ad actus malos. De haeretici notione, atque transubstantiatione. De adoratione Crucis.....› extx

CAPUT V.

De genuino divi Thomae quodam textu retinendo in Commentario in Epistolam ad Romanos disseritur, itemque de altero in Epistolam ad Galatas.....» cxxi

DISSERTATIO SEPTIMA.

De Commentariis in septem Epistolas Canonicas et in Apocalypsim, sancto Thomae Aquinati suppositis.

CAPUT I.

Commentarii in septem Epistolas Canonicas, veluti supposititii reiiciuntur. Elumbe aliorum criticorum argumentum. Solidae ac verae causae suppositionis. Nicolao Gorrano adiudicantur . . » cxxrv

CAPUT II.

Typis editae sub nomine sancti Thomae Expositiones duae in Apocalypsim. Quae incipit: *Vidit lacob in somnis,* a sanctissimo Doctore abiudicatur. Item alia quae incipit: *Vox Domini praeparantis cervos.** cxxvt

CAPUT III.

Superiores expositiones duae invicem comparantur, colligiturque non unum eumdemque dici posse auctorem. Aetas inquiritur auctoris, qui expositionem elucubravit incipientem: *Vidit lacob in somnis.* De Cumanorum conversione: an Thomae Anglico tribui ea debeat expositio?.....» exivit

DISSERTATIO OCTAVA.

De parvis Commentariis quos elucubravit sanctus Thomas in aliquas divinarum Scripturarum particulas, in primam et secundam Decretalem, in librum de Divinis Nominibus et Boethium.

CAPUT I.

Sancto Thomae, veterum testimonio ac fide, adiudicantur expositiones Decalogi, Orationis Dominicae, Salutationis Angelicae, Symboli fidei. Adversa refellitur censura Petri de Alva et Casimiri Oudini; quorum ille Innocentio Papae III ea Opuscula adscribit; iste Henrico de Wrimaria..... exxx

CAPUT II.

Animadversiones in Expositionem Salutationis Angelicae. Sphalmata emendantur, queis corrupta prodierunt veterum haereticorum nomina, qui refelluntur in Opusculo de Articulis fidei et Sacramentis. » cxxxu

CAPUT III.

Eidem Angelico Doctori vindicantur expositiones primae et secundae Decretalis. Item Commentarius in librum de Divinis Nominibus. De latina agitur versione ab Aquinate adhibita.....» cxxxiv

CAPUT IV.

Genuini sancti Thomae foetus habentur Commentarii in Boethii libros dc Hebdomadibus et dc Trinitate. Tituli Hebdomadum expositio. Ab Aquinate Commentarii abiudicantur in eiusdem Boethii libros de Consolatione philosophiae et de Scholarium disciplina: quorum postremus neque germanus est Boethii foetus _ _ _ _ » cxxxvt

DISSERTATIO NONA.

De fide auctoris Operum, quae vulgo Areopagitica dicuntur, an Orthodoxus fuerit an Haereticus, vel Apollinarista vel Euthychianus seu Aionophysita.

CAPUT I.

Orthodoxi quinque Episcopi in collatione Constantinnpolitana anno 532 videntur opera vulgo Areopagitica reiecisse, veluti foetus Apollinaristarum. Natalis Alexandri responsio ad examen vocata.» cxxxvm

CAPUT II.

An Areopagitae scripta vel testimonia Cyrillus Alexandrinus laudaverit in libris contra Diodorum et Theodorum? Orthodoxorum responsio in collatione Constantinopolitana. Liberati Diaconi locus expensus et emendatus.....*pag.* cxxxix

CAPUT III.

Praecipuo Apollinaristarum haereseos capiti passim adversantur opera vulgo Areopagitica: adeoque ab eisdem non prodierunt haereticis. Guillelmi Cave sententia expenditur.....» cxxxix

CAPUT IV.

Ante Constantinopolitanam anni 532 collationem noti erant libri Areopagitici, quos loannes Scythopolitanus illustravit scholiis vindicavitque ab haereseos nota. Quis ille fuerit? Eodem tempore laudavit eos Ephraemius, Patriarcha Antiochenus.....» cxl

CAPUT V.

De alio Areopagiticorum Scholiaste, Dionysio Alexandrino, inquiritur. An eadem, quae loannes Scythopolitanus lucubravit, Dionysii Alexandrini nomine praenotata scholia fuerint? Quis ille Dionysius Alexandrinus? Magno Dionysio Alexandriae Episcopo perperam ipsa Areopagitica opera tribuenda conficit loannes Philippus Baratcrius. . » cxli

CAPUT VI.

Colligitur Areopagitica opera perperam Gregorio Magno Romano Pontifici attribui. Neque illorum auctor est latinus quispiam homo: neque Aegyptius: sed Graecus, ex Achaia ut videtur. . . » cxlh

CAPUT VII.

Ab haereticis Monophysitis seu Eutychianis Areopagitica opera non prodiisse, velut auctoribus, argumenta plura suadent: vulgata Dionysii Areopagitae vetusta praenotatio: Areopagitica dogmata ab orthodoxis Patribus contra Eutychianos et Monothelitas adhibita: suspicio quidem apud aliquos de auctore Apollinarista, apud neminem de Monophysita. Adduntur testimonia plura in eisdem libris contenta, quae Eutychianis erroribus adversantur.....» exuit

CAPUT VIII.

Areopagitica dogmata fatentur innoxia et Monophysitis adversa vel ipsi doctissimi viri, qui eadem esse inficiantur Dionysii Areopagitae: Morinus, Nourrius, Quesnellius. Accedunt Christ. Augustus Salig et Jacobus Brukerus.....» cxlv

CAPUT IX.

Michaelis Lequieni conjecturae, queis opera Areopagitica Petro Cnaphaeo seu Fulloni Monophysitae, aut cuidam ex eiusdem asseclis tribuenda suspicatur. Itemque conjecturae Crozci de Synesio Areopagiticorum auctore simulque praeformatote haereseos Monophysitarum.....» cxlvi

CAPUT X.

Nec Theophilus nec Cyrillus, Episcopi Alexandrini, MonopTiysitarum haeresim praeformarunt. Synesio Episcopo Ptolemaidis perperam Areopagitica tribuuntur opera: neque eadem elucubrata sunt ea mente eoque consilio, ut error unius in Christo naturae evulgaretur. » ibid.

CAPUT XI.

Fullonem esse auctorem Areopagiticorum non probat ritus publicae sacri unguenti consecrationis in Areopagiticis descriptus, quem antiquissimis temporibus nonnullae Ecclesiae adhibebant. Canticum Trisagion in eisdem Areopagiticis vel non memoratur vel certe non redolet Fullonis et Severianorum ingenium.....» cxlix

CAPUT XII.

Symbolum fidei non indicat auctor Areopagiticorum legi aut decantari solitum in Liturgia, quam describit Unde praecipua cadit Lequieni coniectura de Areopagiticis libris Petro Fulloni adscribendis . » cl

CAPUT XIII.

Symbolum simplex Nicaenum fecit sacrae liturgiae partem Petrus Fullo. Symbolum Constantinopolitanum Orthodoxi adhibuerunt: isque ritus in Occidente serius multo receptus. Ritus huiusmodi non exponit nec indicat auctor Areopagiticorum. Hinc vitam egit ille ante eiusdem novi ritus tempora.....» ctt

CAPUT XIV.

Primus Areopagiticorum locus a Lequieno obiectus ex libro dc Divinis Nominibus. Prava dogmata Monophysitica explanantur. Cum his non consonat, imo adversatur praedictus locus, quo divinae naturae integritas et humanae exaltatio in Christo declaratur: Scholiastia et s. Thomae commentarii.....» CLin

CAPUT XV.

Alia Areopagitica testimonia duo ex eodem libro de Divinis Nominibus obiccta. Naturam diserte distinguit a persona auctor: docetque factam naturarum unitionem in persona et hanc ex duabus naturis compositam: divi Thomae commentarius.....» clv

CAPUT XVI.

Epistola quarta, quae est ad Caium, opponitur: eademque ad examen vocatur. Grandioribus verbis unam docet auctor naturae humanae exaltationem in Christo, eiusque operandi modum plane divinum, mirabilem, ineffabilem. Sed haec attamen, salva naturae humanae integritate quoad substantiam, ipsasque quod attinet ad facultates et operationes, intelligenda iubet idem auctor.....» ibid.

CAPUT XVII.

Postrema eiusdem Epistolae ad Caium, veluti speciali nota digna, Lequienus opponit verba: quae tamen non unam, sed novam Deivirilem in Christo operationem enunciant. Haec vero non mixtas dumtaxat ex utriusque naturae confluxu operationes complectitur; verum ad alia quaeque protenditur operationum genera _ _ _ >> ctvii

CAPUT XVIII.

Postremus locus opponitur ex libro de Divinis Nominibus. Mixtam quamdam non invehit Areopagiticorum auctor operationem in Christo, quae ita sit Christi propria, ut in eam sanctissima Trinitas nullam exerceat efficientiam: quid in eisdem operationibus proprium Christi fuerit, quid Trinitati commune, declaratur. Sancti Thomae commentarius: itemque latina versio, qualem exposcit Lequienus correctam, ab ipso Aquinate adhibita et innoxia declarata. » clviii

CAPUT XIX.

Areopagitica dicta comparantur cum Eutychianis et Monotheliticis: latissimumque ostenditur eorum discrimen. Deivirilem operationem reiecerunt Monophysitarum et Monothelitarum aliqui, alii sensu pravo, ab Arcopagitico longe alieno, exposuerunt et propugnarunt ..... *pag.* cix

DISSERTATIO DECIMA.

De Commentario sancti Thomae in quatuor Sententiarum libros eiusque editionum integritate: deque alio Commentario incepto, qui periit, ab eo qui editus est longe diverso.

CAPUT I.

De Commentario sancti Thomae in quatuor Sententiarum libros veterum testimonium ac iudicium. Studiorum ratio in Academia Parisicnsi. Itemque gradus, ac mos invectus ut Petri Lombardi Sententiae explanarentur..... CLXIII

CAPUT II.

Dissidium ortum contra fratres Praedicatores aliosque Mendicantium Ordines in Academia Parisiens!: compositumque. Commentarii ab Aquinate in Sententias elucubrati tempus..... » clxv

CAPUT III.

Quamplurimae praeclari Operis editiones, quae prostant, labe omni depravationis invectae immunes vindicantur. Vindiciae pro Cosma Morellos ..... » CLXVI

CAPUT IV.

Innoxia thesis ostenditur, quam Francischinus Curtius et Io. Antonius Summontius audacissime notarunt, veluti damnatam in Concilio Constantiensi. Refellitur nupera pro Summontio Apologia. Animadversio ..... » CLXVIH

CAPUT V.

Secundum inchoavit in Sententias Commentarium sanctus Thomas, qui periit. Qui vero typis editus est, non est germanus Aquinatis foetus, sed Hannibaldi Ordinis Praedicatorum et S. R. E. Cardinalis.» clxxi

DISSERTATIO UNDECIMA.

De quaestionibus, quarum aliae Disputatae aliacque vocantur Quodlibeta.

CAPUT I.

Veteres scriptores omnes inter germana s. Thomae Opera, Quaestiones Disputatas recensent. Commentarii in easdem elucubrati a Xante Mariali. In Graecum nonnullae translatae: ubi de cognomine Aquinatis agitur, diversimode a Graecis interpretibus expresso. » clxxiv

CAPUT II.

Scholae indicantur ac tempora definiuntur, ubi et quando praedictas Quaestiones Thomas agitavit elucubravitque. De anno, data occasione, disseritur, quo sanctus Doctor Neapolim ad docendum a Rege Carolo accitus est..... » clxxv

CAPUT III.

Prolixum supplementum, quod occurrit in articulo secundo Quaestionis quartae de Potentia, ad examen vocatur: vindicaturque suppletorum peritia et bona fides. Reginald! Lucarini emendationes, aliae adprobatae, rcicctae aliae. Variantes divinarum Scripturarum lectiones frequentius adhibitae ab Aquinate..... » clxxvii

CAPUT IV.

Veterum testimonio Quaestiones, quas vocant Quodlibeta, adseruntur sancto Thomae. Nominis etymon: Operis elucpbrati tempus: ordo varius in mss. ac editis exemplis. Petrus de Alva refellitur, qui easdem attribuendas cuidam Aquinatis discipulo censet. Mendorum correctiones a Lucarino propositae et expensae - - - >> CLXxtx

DISSERTATIO DUODECIMA.

De Opere, quod Summa contra Gentiles inscribitur eiusque partitione, methodo ac pretio.

CAPUT I.

Veteres omnes recensent sancti Thomae opus, quod Summa contra Gentiles inscribi solet, hortatore s. Raymundo de Pcnnafort elucubratum. Genuinus Operis titulus constituitur. Definitur tempus, quod illud Aquinas confecit..... » clxxxi

CAPUT II.

Operis distributio. Theologia naturalis et revelata simul coniunctae: ac methodus, quae in utraque illustranda servatur. Commentarius Francisci Silvestri..... » clxxxh

CAPUT III.

Reginald! Lucarini correctiones, cum animadversionibus. Hebraica versio a losepho Maria Ciantes elaborata. Graeca a Demetrio Cydonio: itemque animadversiones..... » clxxxiii

CAPUT IV.

Solidissimae sancti Thomae doctrinae specimen in eo argumento, quod Religionis revelatae veritatem spectat: ac primo naturae lumine non omnes possunt veritates ad Deum pertinentes innotescere. Istas revelare gratuito favore potuit Deus: itemque alias quae eodem naturae lumine investigari possunt. Utrasque reipsa supremum Numen revelavit. Perperam obiiciuntur, quae mysteria revelata jactabant Gentiles ac iactant Mahometan!. Rationi naturali adversa non sunt mysteria fidei Christianae. Supra ipsam rationem attolluntur ac ordinem constituunt natura qualibet creata superiorem . » clxxxv

DISSERTATIO DEC1MATERT1A.

De Summa Theologica, genuino certissimoque sancti Thomae Aquinatis Opere, adversus loannem Launoium et Petrum de Alva et Astorga: deque Supplemento Tertiae partis: ac etiam tempore, quo idem Opus elucubravit Aquinas: eiusque versione Graeca, Arménien aliisque.

CAPUT I.

Imperita loannis Launoii censura . Natalis Alexandri et lacobi Echardi apologetica scripta. Aquinati Summam Theologiae adiudicant Ptolomaeus de Luca et Bartholomaeus Logotheta, Protonotarius regni Siciliae..... *pag.* cxc

CAPUT II.

De germano eodem sancti Thomae foetu testimonium perhibent Nicolaus Trivetus et Guillelmus de Tocco. Perperam in dubium vocat Antonius Pagius laudatum Guillelmum vulgatam scripsisse Aquinatis vitam..... » excit

CAPUT III.

Testes accedunt Nicolaus de Freaville S. R. E. Cardinalis et Joannes de Friburgo. Alii etiam consodales. Itemque exteri, Galienus de Orto, Guillelmus de la Mare, s. Ludovicus Episcopus Tolosanus. Codices denique mss..... » cxcin

CAPUT IV.

Petrus Rogerius, postea Clemens VI, quem Launoius imperite putavit silentio praeteriissc Theologicam Summam, amplissimis eam memorat verbis in primo Sermone de laudibus sancti Thomae. Itemque in alio, quem eodem de argumento sermonem habuit . » cxciv

CAPUT V.

Tertia Summae Theologicae pars ad xc usque quaestionem, veterum testimonio et ipsius Thomae fide, genuinus ostenditur eiusdem Aquinatis foetus. Petri de Alva et Astorga dubia et obiecta depelluntur ..... » cxcv

CAPUT VI.

Supplementi ad Tertiam partem auctor non videtur esse Albertus de Brixia. Neque Petrus de Alvernia. Henrico de Gorcomio probabilius adiudicatur opus ex Commentario in quartum Sententiarum librum confectum..... » exevi

CAPUT VII.

Scriptores nonnulli referuntur, qui Summam Theologicam a Thoma Juniore et Commentarios in Sententias ab eodem Seniore confectos arbitrati sunt. Opposita chronographia vindicatur - - - >> cxcvu

CAPUT VIU.

De graeca versione eiusdem Summae Theologicae. Quis fuerit auctor inquiritur. Versio Armenica, aliaeque vulgares - - - - » ibid.

DISSERTATIO DECIMAQUARTA.

De Secunda Summae Theologicae parte, quam minime sanctus Thomas ex alio scriptore, sed alter ex Aquinate defloravit: deque Speculi Moralis, nomine Vincentii Bellovacensis insigniti, vero auctore eiusque aetate.

CAPUT I.

Franciscus Garcias primus adseruisse videtur, sanctum Thomam suam Summae Theologicae Secundam partem deflorasse ex Speculo Morali. Validissima repugnant generalia argumenta. De emortuali Vincentii Bellovacensis anno. Num eiusdem Bellovacensis dici debeat foetus Speculum Morale dubium ingerunt gravissimi scriptores. » exetx

CAPUT II.

Genuinum Vincentii Bellovacensis opus vetustissimi optimae notae codices in tria Specula tributum praestant, reiecto Speculo Morali. Idem confirmant synchroni testes probatissimi. Quod etiam evincitur, inita eiusdem Speculi Moralis comparatione cum tribus genuinis, Naturali, Doctrinali, Historiali..... » cc

CAPUT III.

Auctores deflorati in Speculo Morali sunt Aquinate et Vincentio Bcllovacensi rcccntiores: ac primo Petrus de Tarantasia, postea Innocentius Papa V. Item Anonymus auctor De consideratione novissimorum. Et Stephanus de Borbonc interpolatus. Denique Richardus de Mediavilla..... » cent

CAPUT IV.

Alia quaedam indicia et argumenta, quae plagiarium exhibent genuinum s. Thomae opus expilantem. Quo vitam tempore egerit ille, cuiusve fuerit professionis? Quo sensu plagiarius dici debeat . . » cciv

DISSERTATIO DECIMAQUINTA.

De integra sancti Thomae immunitate a plagio, quo Theologica quadripartita Summa, ac Summa quaedam Virtutum Alexandri Halensis, nimia confidentia ab eodem Aquinate surreptae dicuntur expilataeque, adversus Lucam Wadingum et loannem de la Haye.

CAPUT I.

Alexandrum Halensem a s. Thoma Aquinate expilatum excogitarunt Lucas Wadingus et Joannes de la Haye. Nihil de Summa Halensis quadripartita adduci potest , quod ab Aquinate surreptum fuerit loannis Gersonii locus castigatus et expositus - - - - » ccvt

CAPUT II.

Perperam ac temere Summa quaedam Virtutum Halensi tributa obtruditur, quam Thomas expilaverit. Ab eodem Halensi Commentarii in Sententiarum libros abiudicantur. Itemque Summa quae destructoria vitiorum inscribitur..... » cctx

CAPUT III.

Virtutum Summam nuspiam Halensis pollicitus est. Summae Theologicae quadripartitae examen instituitur. Eadem manca est et imperfecta: colligiturque Summam Virtutum non elucubrasse Halensem. » ccx

CAPUT IV.

Num Summae praedictae Theologicae lacunas expleverit Guillelmus de Melitona? Plagium omne ab Aquinate removetur. Hunc in schola Alexandri Halensis auditorem fuisse refellitur..... » eexu

DISSERTATIO DECIMASEXTA.

De praecipuis Summae Theologicae editionibus, cum mendorum correctione: deque genuino eiusdem textu nunquam et nuspiam depravato.

CAPUT I.

Typographiae menda aliaque id genus indicantur, quae in vetustas ac Romanam anni 1570 editiones irrepserunt. In ea mendis expurganda Francisci Garciae studium : eiusdemque vitia nonnulla : Dominici Nicolini typographi Veneti oscitantia: diligentia vero Cosmae Morelles.....*pag.* ccxv

CAPUT II.

Nova Romae a Gregorio Donato curata editio. Lovaniensium doctorum et Duacensium emendationes et notae: quarum aliquae ad examen vocatae. Parisiensis loannis Nicolai accuratior editio: quid in ea videri possit minus laude dignum indicatur. Reginald! Lucarini emendationes aliquae expensae et correctae..... » ccxvi

CAPUT III.

Accuratissimae editiones Patavinae duae: quae invicem comparantur et expenduntur. Emendatiores curari adhuc possunt. Novissimae correctiones Thomae Madalenae Ordinis Praedicatorum, cum animadversionibus ..... » ccxvtit

CAPUT IV.

Neque indicata menda plura quae irrepserant, neque adhibitae a viris peritissimis emendationes, ullam unquam in praestantissimum Summae Theologicae opus corruptionem invexere, loannis Bromiardi sententia quaedam expenditur..... » ccxx

CAPUT V.

Propitiatorium Arcae in quodam Summae loco dicitur lapideum prelo errante. Theophilus Raynaudus refellitur..... » ccxxt

DISSERTATIO DECIMASEPTIMA.

De Opusculis sancti Thomae Aquinatis generatim : tum vero de singulis, Contra errores Graecorum ad Urbanum Quartum: itemque Contra Graecos, Armenos et Saracenos ad Cantorem antiochenum : deque genuino Compendio Theologiae alteroque supposito.

CAPUT I.

Censorum quorumdam iudicium de numero Opusculorum, quae sub nomine sancti Thomae prodierunt. Refellitur. Editiones aliquae expenduntur ..... » ccxxut

CAPUT II.

Genuinus Aquinatis foetus est Opusculum Contra errores Graecorum ad Urbanum Quartum: Auctoris consilium. Imperita et imprudens Casimiri Oudini censura refellitur. Mala fides loannis Launoii, qui Romanum Pontificem adclamatum in Synodo Calchedonensi Oecumenicum inficiatur..... * ccxxv

CAPUT III.

Opusculum contra Graecos, Armenos et Saracenos ad Cantorem antiochenum : eiusque graeca versio. Specimen eiusdem, in eoque servata methodus ad errantes revincendos. Refutatur Iacobi Brukeri censura..... » ccxxvi

CAPUT IV.

Compendium Theologiae, quod incipit: *Aeterni Patris verbum* auctorem habet sanctum Thomam. Ab eo et Alberto Magno abiudicatur Compendium alterum, quod incipit: *Theologicae veritatis.* Philippi Labbei censura expenditur. Genuina restituitur lectio textus, qui Parte prima habetur capite ccxtiv voce loathan mutata in Ptoma . » ccxxvii

DISSERTATIO DECIMAOCTAVA

De Opusculis ad loannem Vercellensem Magistrum Generalem Ordinis Praedicatorum, ad Lectorem venetum, ad Lectorem vesuntinum, ad Reginaldum Privernatem: deque Auctoris eruditione, soliditate ingenii et optima crisi.

CAPUT I.

Genuinum sancti Thomae Opusculum ostenditur Responsio de articulis duobus et quadraginta. Supposititia altera est de articulis centum et octo. Prudentissima Aquinatis animadversio circa iudicia, quae de philosophorum placitis ferri debent ad fidei doctrinam comparatis. Exempla afferuntur de Angelis caelorum motoribus, deque caelorum anima et loco inferni. Richardi Simonii animadversiones refelluntur..... » ccxxix

CAUT II.

Germanus Aquinatis foetus est Opusculum Dc forma absolutionis. Duplex distinguitur quaestio iuris, ac tertia facti: sancti Doctoris sententia. Formae indicativo modo expressae antiquitas. Num impositio manus ad valorem Sacramenti pertineat. Joannes Launoii sententia expenditur refelliturque..... » ccxxxt

CAPUT III.

Ad Aquinatem Auctorem pertinet Solutio triginta sex quaestionum ad Lectorem venetum. Eiusdem foetus est Opusculum de sex articulis ad Lectorem vesontiensem : in quo prudentissima monita ad concionatores. Quo tempore ad fratrem Reginaldum scripserit de Angelorum natura. Opusculi doctrina et eruditio. . . » ccxxxm

DISSERTATIO DECIMANONA.

De Opusculo adversum Averroistas De unitate intellectus ac latina Themistii versione ab Aquinate adhibita: itemque De verbo intellectus, De sortibus, De iudiciis astrorum, De aeternitate mundi: deque censura Io. Ambrosii Barbavara in omnia sancti Thomae Aquinatis Opuscula.

CAPUT 1.

Opusculum recensetur De unitate intellectus contra Averroistas. Operis utilitas : quove illud scriptum fuerit tempore. Io. Ambrosii Barbavara Ord. Praed. censura in Aquinatis Opuscula. . . *pag.* ccxxxvr

CAPUT II.

Vetus latina Themistii versio ab Aquinate adhibita restituitur, reiecta Hermolai Barbari versione aut paraphrasi, quam imprudens editor invexit. Specimen totius Opusculi..... » ccxxxvn

CAPUT III.

Genuina sunt Opuscula De verbi divini et humani differentia, Deque natura verbi. Item illa, quae De sortibus, De iudiciis astrorum et De aeternitate mundi inscribuntur. Dubium est Opusculum De fato, aut certe supposititium..... » ccxxxix

DISSERTATIO VICESIMA.

De Opusculis absque dubio germanis, Contra impugnantes Religionem, De perfectione vitae spiritualis et Contra retrahentes a Religionis ingressu; deque aliis Theologicis aut dubiis aut certe Aquinati suppositis: itemque De sermonibus eius.

CAPUT 1.

Memorata Opuscula tria ordine perturbato prostant in editione Romana: verus ordo restituitur. Lucubratio Contra impugnantes Religionem proprio marte ab Aquinate confecta, minime deflorata ex Alberti Magni scriptis..... » eexu

CAPUT II.

Occasio scribendi data ex dissidio, quod Guillelmus de sancto Amore aliique socii in fratres Mendicantes movere. Thomas Cantimpratensis et Guillelmus de Tocco notati: castigatusque Caesar Egassius Boulaeus. Editi ab Aquinate Opusculi tempus, quod Guillelmo de sancto Amore opposuit..... » ccxLit

CAPT III.

Alia duo scripta ab Aquinate Opuscula adversus Giraldum de Abbatisvilla. Opusculorum praestantia et soliditas - - - - » ccxliii

CAPUT IV.

Abs sancto Thoma Aquinate abiudicantur Opuscula theologica. De Humanitate lesu Christi, De dilectione Christi et proximi, De divinis moribus, De beatitudine, De modo confitendi, De officio Sacerdotis, De expositione Missae, De emptione et venditione ad tempus, De vitiis et virtutibus, numero quaternario procedentibus. Animadversiones variae..... » ccxliv

CAPUT V.

Opusculum De usuris non est Aquinatis : num tribui debeat Aegidio a Lessinia, expenditur. Supposititia videtur epistola de modo idoneo salubriter acquirendi scientiam. Ab eodem Thoma abiudicatur tractatus De praescientia et praedestinatione divina. Sermones, qui prodiere sub eius nomine, expenduntur..... » ccxlv

DISSERTATIO VICES1MAPR1MA.

Oe *Officio in festo sacratissimi Corporis Christi, quod integrum confecit sanctus Thomas Aquinas: deque alio Officio nunc primum in lucem prodeunte eiusque auctore: itemque de Opusculis Aquinati suppositis de venerabili Sacramento Altaris.*

CAPUT I.

Sacratissimi Corporis Christi festum institutum Leodii: compositumque Officium a loannp clerico. Eadem ad universam Ecclesiam a Summo Pontifice Urbano IV extensa solemnitas. Ipsius iussu novum a sancto Thoma Aquinate confectum Officium. Specimen eius : itemque mutationes postea invectae..... » ccxlvhi

CAPUT II.

Godefridus Henschcnius et Daniel Papebrochius censebant, id unum ab Aquinate praestitum, ut prius Leodiense Officium meliorem in ordinem redigeret reformarctque, paucis additis, iuxta morem Romanae Curiae. Vindicias agit validissimas Natalis Alexander: quae uberius confirmantur..... » ccxttx

CAPUT III.

Priorem revocat Papebrochius opinionem. Dupinius et Grancolas refelluntur. Itemque refellitur Wadingus, qui prosam, *Lauda Sion Salvatorem,* tribuit sancto Bonaventurae..... » ecu

CAPUT IV.

Officium Corporis Christi, hymnis exceptis et capitulis, longe diversum exhibetur. Animadversiones. Sancti Thomae foetus esse non potest: deque auctore conieeturae..... » ibid.

CAPUT V.

Opuscula duo, De venerabili Sacramento Altaris et De Sacramento Eucharistiae, non sunt Aquinatis. Eorum auctor ignotus . » ccutt

DISSERTATIO VICES1MASECUNDA.

De Opusculis, De regimine Principum ad Regem Cypri, itemque De eruditione Principum atque De regimine ludaeorum ad Comitissam 1'landriae.

CAPUT I.

Opus Dc regimine Principum ad Regem Cypri sancto Thomae Aquinati adiudicant veteres: quis ille Rex Cypri. Libri quatuor, qui prostant, non unum opus conficere videntur, sed opera duo diversa. Primi Operis pars maior est Aquinatis, reliqua Ptolomaei Lucensis.» ccuv

CAPUT II.

Io. Ambrosii Barbavara censura: animadversiones in primam eiusdem partem, quae priores libros duos abiudicat ab Aquinate. Aequior est pars altera in duos posteriores. Hi Ptolemaeo Lucensi tribui solent..... » cclv

CAPUT 111.
Dubia promuntur, quae posteriorum librorum auctorem indicant diversum a Ptolomaeo Lucensi. Casimirus Oudinus refellitur, qui opus integrum attribuit Aegidio de Columna.....*pag.* cclvi

CAPUT IV.
Non est Aquinatis Opusculum De eruditione Principum. Guillelmo Peraldo restituitur. Genuinus Thomae foetus est Opusculum alterum De regimine Judaeorum ad Comitissam Flandriae. Ambrosii Barbavara censura expenditur.....» cclvui

DISSERTATIO VICESIMATERT1A.

De Commentariis in Aristotelis libros aliisque Philosophicis Operibus ab Aquinate elucubratis.

CAPUT I.
Opera Philosophica recensentur ab Aquinate elucubrata: eademque ab, ipso confecta, provecta iam aetate. Latinae, quae ipsius aevo ferebantur, Aristotelis versiones.....» cclix

CAPUT 11.
Novam Aristotelis, urgente Aquinate, latinam versionem non elucubravit Thomas Cantimpratensis. Is est Guillelmus de Morbeka: eiusdem viri peritia et dignitates. Morbekae operam adiuvisse videntur alii viri docti ut ex codice colligitur Venetae ss.Ioannis et Pauli bibliothecae.....» cclx

CAPUT III.
Commentariorum examen, quos Thomas elucubravit in Libros Perihermenias, Posteriorum Analyticorum, Physicorum, De caelo et mundo, De generatione et 'corruptione, Meteororum, De anima, De parvis naturalibus. Accedunt, expositio in librum De causis, liber De ente et essentia, Commentarii in libros Ethicorum et Politicorum. » cclxh

DISSERTATIO VICESIMAQUARTA.

De opusculis Philosophicis genuinis et supposititiis.

CAPUT I.
Io. Ambrosii Barbavara censurae in XII Opuscula Philosophica, Aquinatis nomine praenotata: animadversiones.....» cclxiv

CAPUT II.
Eiusdem Barbavara censura in alia postrema XIV Opuscula Philosophica cum animadversionibus. Aliae nonnullae adulterinae lucubrationes ..... » CCLXV

DISSERTATIO VICESLMAQUINTA.

De censuris, quae Parisiis et Oxonii latae feruntur adversus nonnulla s. Thomae theologica et philosophica dogmata: deque vindiciis adornatis ac censurae Parisiensis revocatione.

CAPUT I.
Thesium censurae, per Episcopos Parisienses, Guillelmum et Stcphanum Tempier latae, confirmataeque a Roberto de Kildwardbi Archiepiscopo Cantuariensi .in Anglia recensentur. Nonnulla doctrinae a s.Thoma traditae capita per easdem notari audax et imperita quorumdam opinio: praecipui divi Thomae vindices, an etiam Aegidius de Columna. Specimen Operis quod inscribitur *Correctorium Corruptorii.* .....» cct-xvm

CAPUT II.
De peculiari thesium agitur censura, quam tulit Robertus de Kildwardbi, confirmavitque et auxit loannes Pekamus in sedem Cantuariensem suffectus. Recentes alii doctrinae ab Aquinate traditae censores eiusque vindices. Animadversiones generales in Censorium Stephani Tempier Antistitis Parisiensis iudicium. . . » cclxx

CAPUT III.
Stephani Tempier iudicium ab altero Stéphane de Bourretto Episcopo Parisiens! abrogatum, quatenus doctrinam Sancti Thomae tangebat aut tangere adserebatur. Revocatoriae praedictae litterae sunt genuinae et vindicantur.....> cclxxii

CAPUT IV.
Censura quaedam recensetur in triginta et octo ex Alberto Magno et Thoma Aquinate decerptas theses, quae saeculo xrv lata dicitur, nomine Roberti de Bardis inscripta. Reficitur: refelliturque Philippus Villanius.....» cclxxv

DISSERTATIO VICESIMASEXTA.

De innoxia sancti Thomae Aquinatis doctrina, quae Parisiensibus et Oxoniensibus censuris perperam, imperite et per iniuriam notata dicitur.

CAPUT I.
Censura immune ostenditur theologicum dogma de affluentiore dono gratiae aliis et aliis Angelis concesso, pro naturae eorum discrimine. Itemque de potentia Dei, quae ad unum qui conditus est, coarctari mundum videtur..... cclxxvii

CAPUT II.
Vindiciae theseos de sola, quae numerica vocitatur, inter Angelos differentia ab Aquinate rciecta. Deque adserta Angelorum praesentia ad locum per operationem: quae cuiusmodi sit, explanatur. Ac demum de rationalis animae aut mentis humanae, salva unitate specifica, diversa perfectione: eiusdemque diversitatis origine . » cclxxvih

CAPUT III.
Roberti de Kildwardbi et loannis Pekami, Archiepiscoporum Cantuariensium, censura in thesim de una in homine forma substantiali. Refellitur..... » cctxxxn

DISSERTATIO VICESIMASEPTIMA.

De vana ac iniusta corrupti Operum sancti Thomae Aquinatis textus suspicione per invectas aut falsas, aut alienas a communi sensu, aut damnatas opiniones.

CAPUT I.
loannis Baptistae Pozae iudicium refutatur de nonnullis thesibus, quae in sancti Thomae Aquinatis Operibus habentur ac censura dignae judicantur. Catholica fides de uno in sanctissima Trinitate vel duobus spiratoribus. Varia Aquinatis dicta, per sese innoxia, conciliantur. Critica Dionysii Petavii animadversio ad examen vocata .....*pag.* cclxxxiv

CAPUT II.
Thesis, quae Verbum divinum enunciat adsumpsisse hominem, quo sensu catholice dicta: quove sensu, pro varia hypostasis et personae acceptione, aut haeretica aut erronea habenda. Animadversio in Petavii sententiam. Nota censoria ab Aquinate inusta. » cclxxxvi

CAPUT III.
De benedictione panis Eucharistici et calicis, an ipsa fuerit consecratio, multiplex doctorum opinio. Genuina et constans divi Thomae Aquinatis mens. Aequivocatio tollitur in vocabulo benedictionis. Christophori Matthaei Pfassi opinatio.....» cclxxxvu

CAPUT IV.
Episcopatum esse Ordinem a presbyteratu distinctum docet Aquinas. Distinctum etiam dici debere Sacramentum inficiatur. Consectaria et animadversiones, quibus Angelici Doctoris mens illustratur. Tridentina Synodus, ac Patrum dogmata, et Canones non adversantur. Ea ad examen quorumdam opinio vocatur, qui putant diaconos olim, praetermisso praesbyteratu, ordinatos fuisse Episcopos . » ccxct

DISSERTATIO V1CES1MA0CTAVA.

De imperitissima ac iniqua anonymi galli censura, sanctum Thomam Aquinatem imperitiae accusantis in ea, quae remotiore viguit aevo, Ecclesiastica varia disciplina.

CAPUT I.
Nuperi censoris galli iudicium de sancti Thomae Aquinatis eruditione. Falso ac iniuria horam ignorasse dicitur, qua veteres, refectione sumpta, ieiunium solvebant. Peritia Thomae in ritibus in ieiunio ecclesiastico servatis.....» ccxctx

CAPUT II.
Varios vetustos ritus probe noverat Aquinas in Sacramenti Baptismatis administratione, et Confirmationis, et Eucharistiae . . » ccc

CAPUT III.
Variam, quae viguerat, callebat etiam Aquinas disciplinam in Poenitentiae administratione, itemque in extrema Unctione, et in sacra ministrorum Ordinatione, ac demum Matrimonio _ _ _ _ » cccu

DISSERTATIO VICESIMANONA.

Adversus Petri Zornii, /lamburgensis heterodoxi, programma de varia sancti Thomae Aquinatis fortuna in scholis Pontificiorum, praesertim Gallorum: aliaque commenta et dicteria Adami Tribbechovii, heterodoxi Saxo-Gothani.

CAPUT I.
Partium studio in suo programmate laborat Zornius. Bona ac propitia sancto Thomae Aquinati, dum viveret, arrisit pro meritis fortuna. Sinistra nulla passus est Parisiis occasione censurae a Stephano Tempier Episcopo latae..... * cccrv

CAPUT II.
In negotio loannis de Montesono, nihil doctrinae sancti Thomae derogatum. Imperita Petri Aliacensis censura. Aquinas tractatum scripsit nunquam De concordantia dictorum suorum. Vindices Thomae inscite memorat Zornius. Germana eiusdem Opera perperam pauca numerat ac impudentissime corrupta adserit. _ _ _ >> cccvi

CAPUT III.
Rectissime Thomas contra Pelagianos aliosque heterodoxos cum Ecclesia Catholica sensit. Calumnia est ipsum docuisse hominem in . negotio conversionis passive se habere. Vindiciae loannis Duns Scoti.....» cccviii

CAPUT IV.
De schola Nominalium, quos a Thomistis male habitos ait Zornius. loannem Wesselum confundit cum loanne de Wessalia: cuius errorum proscriptio iusta ostenditur. Verae ac solidae Aquinatis laudes. Dicteria Zornii in Ecclesiam Romanam. Iniqua lansenistarum comparatio cum Dominicanis.....» cccix

CAPUT V.
Adami Tribbechovii, heterodoxi Saxo-Gothani, deliria. Inficeta eiusdem censura in eas voces Seraph, Seraphim et Séraphin, itemque Cherub, Cherubim et Chérubin.....» cccxi

DISSERTATIO TRICESIMA.

De quatuor censuris Casimiri Oudini auctoris historiae criticae philosophiae, lacobi Bruckeri ac demum Auctoris examinis vitiorum theologiae: deque vindiciis sancti Thomae, quoad plurima quae scripsit genuina Opera, dictionem eius ac stylum, graecam eruditionem, lectionis copiam et crisim, solidam Scripturarum interpretationem, theologicam gravitatem, in usu philosophiae Peripateticae consilium, servatamque methodum in utraque theologia, revelata ac naturali, tradenda.

CAPUT I.

Casimiri Oudini censura in Opera et doctrinam sancti Thomae, cum animadversionibus. Altera auctoris, qui historiam scripsit criticam philosophiae. Tertia Iacobi Bruckeri. Quarta auctoris, qui vitiorum theologiae examen **instituit**.....*FaK·* cccxm

CAPUT II.

Censor refellitur, qui numerum lucubrationum Aquinatis, quae genuinae sint, plurimum imminuit. Congruam latinam dictionem, qua suis in Operibus usus est Thomas, vindicant ipsi censores Oudinus et Bruckerus. Melchioris Cani iudicium de ornatu orationis neglecto aut **praetermisso**.....» cccxv

CAPUT III.

Num graecae linguae peritia polleret Aquinas dissident scriptores. Graecam certe coluit promovitque eruditionem, utpote qui scriptores graecos in latinum transferri curaverit. Imperfectas vitiatasque novit latinas, quae ferebantur versiones : interpretumque inscitiam castigat : correctasquc profert interpretationes. Variantibus passim utitur divinorum eloquiorum lectionibus, quae ex hebraeo et graeco textu **proficiscuntur**.....» cccxvu

CAPUT IV.

Lectionis copia in Aquinate, qui Graecos, Arabes, Latinos plurimos evolvit philosophos. Eadem lectionis copia in ecclesiasticis monumentis. Artis criticae **specimina**.....» cccxix

CAPUT V.

Diligentia Aquinatis in exponendis sacris Scripturis ac interpretationum soliditas. Simonii et Erasmi **iudicium**.....» cccxxt

CAPUT VI.

Opera sancti Thomae theologica perperam ac falso scatere dicuntur locis topicis : topicorum notio duplex. Perperam etiam inutiles futilesque traducuntur quaestiones plurimae pertractatae. Ut eae pertractarentur, praesto erant veterum exempla et rationes gravissimae. » cccxxtt

CAPUT VII.

Aristotelis varia fortuna in Academia Parisiens!. Sancti Thomae consilium in usu philosophiae peripateticae, ut Stagiritae nempe auctoritatem ac doctrinam iis eriperet, qui eadem abutebantur adversum fidei **dogmata**.....» cccxxiv

CAPUT VIII.

Utraque theologia revelata ac naturalis in Operibus s. Thomae consociata. Utriusque munera egregie ab eodem exposita. Itemque diligentissime expleta.....* cccxxv

CAPUT IX.

Rationes humanas et philosophorum auctoritates adhibet Thomas multiplici ratione permotus. Aristotelicam philosophiam nititur conciliare cum Catholica Religione. Quae praecipua profert philosophica documenta, facillime vario ac multiplici philosophorum sistemati aptari **possunt**.....» cccxxvn

DISSERTATIO TRICES1MAPR1MA.

De quatuor sancti Thomae Aquinatis locis ac doctrinae capitibus inepta et iniusta censura notatis a Joanne Fabricio.

CAPUT I.

Sanctum Thomam notat loannes Fabricius dc mendoso indice Gregorii Magni super Cantica: quaenam eiusdem fuerit in huiusmodi indicibus diligentia. Ante Aquinatem idem index mendosus legitur in Magistro Sententiarum Petro Lombardo: unde Fabricii censura insipiens et iniusta. Vitiosae praedictae citationis origo: an ergo potius Glossam quam Gregorium vere citaverit sanctus Thomas. Huiuscemodi censurae in Thomam ineptissimae. Bona et optima fides **eius**.....» cccxxix

CAPUT II.

Altera Fabricii censura doctrinam Thomae petit de proprio illo Dei nomine, *Qui est:* eiusdem doctrinae subtilitas ac etiam soliditas. Adversae Fabricii rationes expensae et eversae: vindicaturque masorethica textus hebraei lectio. Sancti Thomae doctrina veterum latinorum graecorumque Patrum documentis conformis: ac favent Hebraeorum **magistri**.....*FaS·* cccxxx

CAPUT III.

Unum potius, quam primum, vocari diem **debuisse**, in quo lux facta est, rationibus ostendit Aquinas ex sancto Basilio sumptis : hinc vero iniusta est loannis Fabricii censura. Fallitur Dionysius Petavius, qui rationes praedictas reficit veluti mysticas interpretationes. An vespere praecesserit mane sive lucem, an vice versa. loannes clericus **notatus**.....» cccxxxn

CAPUT IV.

Supposititia Cyrilli Alexandrini testimonia ab Aquinate in Summa theologiae allegari falso notat loannes Fabricius. Launoius, quem ipse laudat, tum bonam Thomae fidem, tum iustum critérium vindicat. **Animadversiones**.....·» cccxxxiv

DISSERTATIO TR1CESIMASECUNDA.

De imperitia in historiae factis inepte ac falso imputata sancto Thomae Aquinati.

' CAPUT I.

Methodum in historiae factis recensendis a sancto Thoma Aquinate servatam scite declarant ac vindicant nostrates aliique viri docti. Validiores, qude agi possunt, indicantur vindiciae. . . » cccxxxvn

CAPUT II.

Praecipuas duas affert sanctus Thomas Patrum sententias de tempore caedis puerorum Innocentium, quas conciliare studet cum sacrae Scripturae textu. Animadversiones. Cur tertiam aliam praetermiserit? Historica quaedam facta ab aliis invecta refert. Falsitatem in aliquibus deprehensam **indicat**.....'. . . » ibid.

CAPUT III.

loannem Evangelistam nubere volentem vel etiam sponsum in nuptiis Canae Galileae, refert sanctus Thomas. Historia, quaecumque ea sit, expenditur: quae id unum prodit nubere illum voluisse: eidemque addiderunt alii nuptiarum celebrationem. Haec sibi nota fuisse indicat Aquinas: cautiusque scribit in Summa theologica. Utrumque permittit: ac nihilominus loannis virginitatem , quam sancti Patres et ipse commendant, sustineri posse ostendit. » cccxxxn

CAPUT IV.

Historiam de Traiani Imperatoris anima precibus sancti Gregorii Magni liberata ab inferis, refert sanctus Thomas: deque modo, quo id fieri potuerit, theologice disserit. Latini et graeci scriptores, qui factum illud litteris mandarunt. Veluti fabulam explodunt viri docti. Natalis Alexandri vindiciae pro sancto Thoma Aquinate. Satis indicat ipse Thomas historiae falsitatem sc deprehendisse – – – >> cccxi.i

CAPUT V.

Panem azymum in Eucharistico Sacrificio, grassante Ebionaeorum haeresi, intermissum fuisse in Ecclesia latina refert alicubi sanctus Thomas cum cius aevi Scholasticis. Commentitiam historiam reficiunt viri docti. Mabillonii dc sancto Thoma aliisque Scholasticis prudens iudicium. Commentum deprehendisse videtur Aquinas in Summa theologica. De nonnullis epistolis agitur sub nomine Gregorii Magni ab eodem Aquinate **citatis**.....» cccxlii

CAPUT VI.

Mendosus index Silvestri pro Silvcrio Romano Pontifice expenditur. Itemque Anglorum Episcopi pro Episcopo Augustodunensi. Ac demum Helenae pro Irene **Imperatrice**.....» cccxliv

caput VII.

Veterum haereticorum nomina , quae deformata leguntur in aliquibus sancti Thomae Operibus, emendantur. Menda sunt, quae causam habent librariorum imperitiam. Codex mss. expensus. » cccxlv

DISSERTATIO I

Adversus monachatum Benedictinum s. Thomae Aquinatis apud Casinenses antequam ad Dominicanum Praedicatorum Ordinem se transferret.

CAPUT I.

Inter monachos Benedictinos, solemni religionis voto obnoxium, plures annos egisse divum Thomam propugnat cuiusdam historicae disquisitionis Auctor. Eadem iam dudum fuerat Angeli de Nuce sententia. Obscure loquuti sunt Constantinus Caietanus et Marcus Antonius Scipio. Nonnisi oblatum ac novitium fuisse Thomam Casini censet Joannes Caramuel: vel etiam saeculari dumtaxat veste indutum, sanctis moribus imbuendum, non abnuit Erasmus Gattula.

ypis Lugdunensibus, revera Venetis, anno 1724 in lucem prodiit *historica Disquisitio,* suppresso nomine auctoris, *De monachatu Benedictine divi Thomae Aquinatis apud Casinenses antequam ad Dominicanum Praedicatorum Ordinem se transferret.* Doctissimo viro, qui magna virtutis et eruditionis opinione florebat, opellam adiudicavit communis fama: ipsumque proprio nomine appellat Marianus Armellinus in Bibliotheca Bcnedictino-Casinensi, Assisii anno 1731 impressa, in elogio Angeli de Nuce. Nolim ego celeberrimi viri iam pridem vita functi turbare pios manes: satisque mihi erit Auctorem disquisitionis historicae vel Disquisitorem deinceps vocare, quisquis ille fuerit. Spargi in vulgus manibusque teri vix coeperat elucubratio, ad fucum faciendum aptissima, cum edita typis Andreae Mercurii veneti responsio paucos post dies opposita est, quae benevolo lectorum animo iudicioque ut exciperetur, per sese splendida causae merita, quam tutandam susceperam, effecerunt. Titulus erat: *De fabula monachatus Benedictini divi Thomae Aquinatis: Responsio ad historicam disquisitionem* etc.

Elapso fere decennio, lucem vidit *Historia Abbatiae Casinensis,* Venetiis anno iy33 excusa apud Scbastianum Coletum: in qua doctissimus auctor Erasmus Gattula parte II, num. 5 et in Addendis, idem pertractat argumentum, presso quidem contractoque calamo, sed eo robore omni quod rei conditio ferre poterat. Utriusque superioris dissertationis altum priore loco silentium: ac leviuscula solummodo in Addendis mentio *historicae Disquisitionis* ab anonymo vulgatae; ut quae pridem collegerat Gattula de monachatu divi Thomae, ex opusculo Angeli de Nuce, de quo dicendum infra, dubio procul desumpta, typis edidisse videatur, quin anonymi disquisitionem, meamque voluerit novo insumpto labore vocare ad examen. Quae vero protulit ipse, diligentius ego expendi omnia: pronumque mihi fuit ut opusculum secundis curis reficerem, novis auctum argumentis pluribusque animadversionibus locupletatum, quo fictitius divi Thomae monachatus magis magisque innotesceret.

Ad ipsam quaestionem accedo. Auctoris *historicae disquisitionis* consilium ac sententiam verbis eius iam refero. « Quod hic demonstrandum *(ait ille capite 1, num. 1)* » aggredior, *est:* primo Thomam Aquinatem anno aetatis » suae quinto ad Coenobium Casinense a parentibus mis- » sum esse, non piis dumtaxat moribus primisque litterarum » rudimentis inter alios nobiles pueros informandum; sed » Deo sub divi Benedicti monastica disciplina oblatum, ac » velut in monachum consecratum pro iure patriae pote- » statis, ut iam tunc religioso instituto adstrictus nunquam » redire posset ad saeculum; sed potius adultam tandem » aetatem adeptus, oblationem de se a parentibus factam » ratam haberet, vitamque monasticam ibidem expresse » solemniterque profiteretur: quod et ille pubertatem in- » gressus, pro illius aevi more, et ex sacris Ecclesiae legibus » execution! demandavit; eo plane modo quo divus Placi- » dus, Bonifacius Moguntinus Archiepiscopus, Hildebrandus » in Sede Pontificia Gregorius VII nuncupatus, septennes » Deo sub divi Benedicti regula a parentibus suis oblati; » divus Maurus duodennis; Godefridus, Petrus Diaconus, » venerabilis Beda... quinquennes; aliique bene multi a prima » pueritia, monastico instituto ex parentum voto adstricti » et obligati, ut nec inde redire ad saeculum possent; » puberes tandem facti, egressique ex ephebis, sacra vota » quibus olim ex patria potestate damnati fuerant, sole- » mniter exsolverunt. »

Heic non sistit ille: promissa largius effundens, ultra progreditur: « Alterum *(inquiens)* quod hic demonstrare » instituo, etsi ex illo primo sponte iam fluit, istud est: Tho- » mam Aquinatem, non anno, ut fingitur, vitae nono vel » decimo e monachorum Casinensium cura et educatione » revocatum, ad scholam neapolitanam auditorem saecu- » larem et laicum a parentibus missum esse; unde ille sui » postmodum iuris factus, relicto saeculo, ad Dominicanos » accesserit: sed contra potius annos circiter quindecim » natum, emissaque professione, veri iam nominis mona- » chum, Abbatis sui iussu atque mandato, Neapolim con- » tendisse, altioribus ibi studiis sub suorum tamen mona- » chorum disciplina perpoliendum; unde ille nonnisi post » annos circiter octo *(aetatis anno 23)* victus cultusque » asperioris, arctiorisque paupertatis studio succensus, ad » surgentem Praedicatorum Ordinem se transtulerit; non » relicto tunc primum saeculo, cui diu antea cucullum » induens valedixerat, sed nova religiosae vitae ratione » suscepta. »

Hinc vitae gestorumque Thomae chronographiam sic digerit digestamque proponit: «Anno 1220 die 16 aprilis » nascitur divus Thomas in castro Rocca-sicca, patre » Landulfo Comite Aquinate, matre Theodora Theatis » Comitis filia. »

« Anno 1225, aetatis 5, ad Casinense Monasterium mit- » titur a parentibus, oblatus Deo atque dicatus sub re- » gula divi Benedicti. »

« Anno 1235, aetatis 15, monasticam ibidem professio- » nem emittit: ac tum ad altiora studia Neapolim ab Abba- » te mittitur, sub Benedictinorum magistrorum disciplina. »

« Anno 1239, aetatis 19, Casinensi Monasterio a Friderico II Imperatore expilato et in munitionem converso, cum caeteris monachis eiicitur.

» Anno 1243, aetatis 23, relictis Benedictinis, ad Dominicanos Praedicatores accedit, parentibus repugnantibus ac filium repetentibus. »

II. Haec primum historicae disquisitionis Auctori non insedit opinatio: imo laudat ille capite vi, num. 4 adsertorem eiusdem acerrimumque propugnatorem, Angelum de Nuce Casinensis Congregationis alumnum, Archiepiscopum Rossanensem, cuius sunt Notae eruditissimae in chronicon Casinensc. « Thomam Aquinatem *(inquit)* religiosa » professione monachum, e Benedictinis Casinensibus ad » Dominicanos transiisse, in Academica collatione Romae » *defenderat* ille *(Angelus de Nuce)* in aula augustissimae » Christinae Svecorum Reginae, quo eruditorum omnium » natio convenire consueverat. Quod cum monstri pene » instar ab adstantibus exceptum esset, eorumque supercilia » mentesque admiratione suspendisset; is ad redimendam » dictorum fidem, dissertationem scripto consignavit, cui » titulum dedit: *Divum Thomam monachum fuisse Bene*» *dictinum ostenditur.* Cuius exemplum ante annos triginta » *(anno circiter i6g5),* Romae cum essem, ab Emincntis» simo Cardinali de Noris mecum humanissime commu» nicatum et vidi et legi. » Haud ullus dubito et excriptam dissertationem illam fuisse, ac pene eamdem cum *historica Disquisitione,* quod attinet ad praecipua controversiae et capita ct argumenta, dici posse.

Hanc Erasmus Gattula in Historia Abbatiae Casinensis parte II, num. 5 laudat *Dissertationem de monachatu sancti Thomae eruditissimi Archiepiscopi Angeli de Nuce:* quam *manuscriptam* vidit ac legit, compendioque contractam ibidem profert. Calculos ita subducit, ut natus fuerit Thomas *initio saltem anni 1225* ante diem septimam martii: *anno I23o,* pro illorum temporum more, *puer quinquennis* monachus Casinensis evaserit: consederit Neapoli *anno I23g,* ubi studia scientiarum perficeret, Casino cum reliquis monachis in exilium actus violentia Friderici Imperatoris: Dominicano demum Ordini nomen dederit *anno 124-3* aut initio anni 1244, cum annum aetatis ageret decimum nonum aut vicesimum: hinc vero *septem circiter annis* Casini manserit ad annum aetatis usque decimum tertium, ac *annis pariter septem* Neapoli diversatus fuerit in Benedictino s. Severini vel s. Demetrii monasterio, minime vero in saecularium domo. Iam vides eadem esse controversiae capita, chronographia excepta, eademque argumenta, quae Angelus de Nuce in sua dissertatione ms. posuerat, quaeque Auctor historicae disquisitionis enarrat politiore adhibito stylo, ac meliore fortasse methodo servata.

III. Oblationem Thomae Deo factam Casini a parentibus veluti certam habet ac indubitatam Marcus Antonius Scipio, placentinus patria, Bcncdictini coenobii sub titulo s. Sixti ibidem alumnus, in elogiis Abbatum Monasterii Casinensis, quae Neapoli apud Octavium Bcltramum anno 1640 fol., ac iterum anno 1643 apud Iacobum Gaffarum in 4. prodierunt: de professione vero monastica voto solemni emissa satis obscure loquitur. In Appendice ad Landulfum Abbatem LVI sic ait : « Landulfo secundum » iam suae administrationis annum agenti, divum Tho» mam ipsius nepotem quinquennem parentes educandum » obtulere, eo prorsus modo, quo Tertullus olim et Equi» tius, Romanorum nobilissimi, liberos suos Placidum et » Maurum divo Benedicto religiosa disciplina imbuendos » tradiderunt. Nec enim apud Casinum moris erat (quid» quid alibi secus in nostris etiam coenobiis sanctae ct lau» dabiliter fieri consuevisset) ut nobilium virorum filii ad s monachorum scholas admitterentur, nisi quibus ex pa» rentum spontanea oblatione statutum esset, ubi adolcvis» sent, religiosi status professionem emittere. » Causas affert, quibus permoti Comites Aquinates fortasse constituerint puerulum Thomam in Coenobio Casini offerre Deo sub regula s. Benedicti: ac nihilominus eo ipsum in loco diutius non mansisse, neque adhaesisse Ordini Benedictino, sponte fatetur. <Quod si Thomas *(inquit)* diu inter mona» chos educatus, nostro tamen Ordini non adhaesit; id vero » nemini mirum videri debet: nam praeterquam quod bellum » atrox, quod inter Pontificem Romanum et Federicum » Imperatorem exarserat, cum toti Campaniae, tum nomi» natim Casinati sodalitio maxime calamitosum, eamdem » Thomae, quam caeteris monachis attulit alio demigrandi » necessitatem; parentum insuper consilia^ et machinationes » de Casinati Abbatia cum illi suboluissent, ab omni sem» per honorum spe atque ambitu alienissimo, cogitationes » suas ad aliud vitae genus amplectendum convertit, in quo » posset dignitatum insignia et titulos omnes facilius ac » probabilius in omnem vitam declinare. »

Obscuriora quoque pauca verba scripserat eodem circiter tempore Constantinus Caietanus siculus, Ordinis Bcnedictini vir illustris, in epistola nuncupatoria ad Patres Societatis , quæ praefixa legitur opusculo *De religiosa s. Ignatii sive Enneconis, Fundatoris Societatis Iesu, per patres Benedictinos institutione,* Venetiis edito anno 1641 apud Christophorum Thomasinum. Ait ille *(pag. 16): Omitto nunc ceremonias ritusque Benedictinos, quos sacer hic Praedicatorum Ordo, mei amantissimus, quotidie frequentare non cessat. Praeterquam quod Angelicum illud Ecclesiae lumen, Ihomas Aquinas, doctoribus Benedictinis non abs re adseribendus venit.* Huiusce operis vices narrat omnes laudatus Marianus Armellinus: mihi vero sat fuerit animadvertere Constantinum Caietanum ab Annalium Ecclesiasticorum Parente ad annum 494, num. 77 et 78 inter illos notari, *qui perperam* sanctissimo Patriarchae Benedicto *quos non genuit, alienos partus supponunt ; qui nimio eius Ordinis, sub quo profitentur, amore, nonnullos fama illustres viros eiusdem fuisse regulae professores , imprudenter ct inconsulte nimis affirmant.... Qui veritatis candorem non illustrant, sed obscurant: et nullum habentes delectum, quoscumque repererunt doctrina vel sanctitate claros... eosdem sub sancti Benedicti regula constituunt professores.*

IV. Sunt alii vero clarissimi viri cx Ordine Benedictino, qui apud Casinenses oblatum ac novitium fuisse Thomam arbitrantur, minime vero solemni professione emissa, aut oblatione de se a parentibus facta voto firmata, monachum veri nominis: imo sunt etiam qui eo sancto in loco moribus et litteris dumtaxat imbuendum, in veste saeculari traditum non admodum repugnant. Priorem sententiam disertissimis verbis profert Ioannes Caramucl in Theologia regulari tomo I, lib. VI, disp. xxxrx, num. 445 ubi haec habet: *Attamen infantes sic devoti a parentibus, sine nota aliqua, imo laudabiliter, cum ad aetatem pubertatis veniebant, poterant Religionem illam deserere et reverti ad saeculum, aut transire ad aliam Religionem, si indicabant convenientius. Sic divus Ihomas studiorum causa legitime potuit, imo debuit discedere, non obstante parentum oblatione ---- Monasterium devotos pueros potuit dimittere vel ante vel post pubertatis annos, ut etiam quoslibet novitios. Videatur Sylvester verb. Religio II,* qu. x et xm, *ubi expendit circa oblationem huiuscemodi curiosas aliquot difficultates.*

At ipsa demum argumenta, quae scriptores alios Benedictinos induxere ut a parentibus crederent Deo oblatum devotumque Thomam Casini sub regula s. Benedicti, haud multo videtur Erasmus Gattula habuisse in pretio; utpotc qui, eadem omnia postquam exhibuit, proque virili instauravit, puerulum denique Thomam eo in Coenobio moribus littcrisquc imbuendum, in veste saeculari dumtaxat, traditum fuisse ultro permittit. Verba cius refero, quæ loco prius citato in calce habentur: *Sive tamen,* inquientis, *quo tempore Casini moram traxit, monachorum habitum sanctus Thomas induerit, quod veri esse simillimum non pauci opinantur, sive in laicali permanserit, perinde nobis est. Neque enim parum gloriae Casinensibus accedit, quod Sancti huius in moribus optimi fuerint institutores, atque ipsum in grammaticalibus, logicalibus et philosophicis erudiverint. Itaque memorandus fuit in hac nostra historia: nec tamen ideo Casini monachum se Deo vovisse asserimus.* Haec varia sunt scriptorum placita, quæ diligentiore examine versat Dissertatio, quam aggredior.

CAPUT II.

Argumenta, quae videntur evincere, quinquennem Thomam a parentibus Deo oblatum apud Casinenses. Ritus oblationis huiusmodi, si qua fuit, monachatum eiusdem aut solcmnem professionem non probat. Neque illum suadent, quae decentiae argumenta vocantur. Adhuc impuberem Thomam, Abbate cedente iuri si quod aquisiverat, ad saeculum rediisse in scholis neapolitanis informandum litteris, satis indicant historiae.

I. '"Ablatum a parentibus Casini Thomam, quinque na-V_^/tum annos, Deo sub regula s. Benedicti, pro certo Disquisitor habet: capiturque admiratione, si qui sint qui rem hanc in dubium advocare potuerint. Rem hanc ante tradiderant Angelus de Nuce, Marcus-Antonius Scipio et Ioannes Caramuel: eamdemque post omnes crambem recoxit Erasmus Gattula. Scriptorum ex Praedicatorum Ordine aliorumque testimonia proferuntur, qui Thomae synchrony fuerunt vel suppares, ipsiusque vitam ac gesta scripserunt ac testes iurati adhibentur in processu canonizationis eiusdem. Guillelmum de Tocco primum affert Disquisitor capite nr historicae disquisitionis, num. i: « Coaevum, ut inquit, Aquinati nostro scriptorem eiusque » sodalem: qui capite i vitae ab illo descriptae, rei fidem » locupletissimam -facit: Landulphus Comes Aquinas et » Theodora Theatis Comitis filia, *parentes eius* (inquiens) » *sic enutritum* (domi) *libenter Deo offerunt, et quin-* » *quennem ad Monasterium* (Casini) *per nutricem cum* » *bona societate transmittunt, in quo instrueretur sanctis* » *moribus, divinis illustrationibus* (illuminationibus) *prac-* » *parandus*. En tibi oblatum Deo puerum Thomam, et • quidem quinquennem adhuc atque tenellum. » Hanc vitam exhibent Bollandi continuatores ad diem vn martii. Guillelmum de Tocco minus proprie *sodalem Aquinatis* vocat ille: utpote qui se dumtaxat *vidisse* ipsum *scribentem et audivisse praedicantem et legentem,* narrat in Actis inquisitionis anno i3io institutae, num. 58, apud eosdem Bollandistas.

« Non longo seqqitur intervallo Ptolomaeus Lucensis, » Episcopus Torcellanus, quippe qui divi Thomae tum » Romae tum Neapoli discipulus fuisse dicitur libro XXII » *Historiae ecclesiasticae,* quae ms. extat in bibliotheca Va- » ticana, quamque saepissime laudat Odoricus Raynaldus » in *Annalibus,* capite xix: *Hic Thomas in sua pueritia,* » inquit, *nutritus fuit in Abbatia Montis Casini, qui sunt* » *monachi nigri: et secundum morem nobilium illius pa-* » *triae, ut patet de beatis Mauro et Placido*. En tibi rursus » nutritum in Casinensi Monasterio Thomam puerum, in » eum sane modum, quo nobiles pueri Maurus et Placidus, » quos nemo negat sub monastica divi Benedicti disci- ♭ plina Deo dicatos atque devotos, primam illic aetatem » exegisse. » Ptolomaei Lucensis historiam ecclesiasticam ex duobus mss. codicibus Ambrosiano et Patavino vulgavit doctissimus Muratorius anno 1727, inter rerum Italicarum scriptores tomo XI. Quae verba profert Disquisitor, habentur citati libri XXII capite vicesimo. Minus vero accurate dictum,· Ptolomaeum *non longo sequi intervallo* Guillelmum de Tocco: cui potius ipse praemittendus fuerat. Non *libro* XXII, sed XX111 Historiae ecclesiasticae testatur ille capite vin: Se *confessionem* Doctoris nostri *saepius audivisse, cum, ipso multo tempore conversatum esse familiari ministerio ac ipsius auditorem fuisse.*

« Suffragatur s. Antoninus, Archiepiscopus Florentinus, » tertia parte *Chronici,* titulo xxnr, c. vn, §. 1; *Completo,* » inquit, *aetatis suae quinquennio, parentes eius Puerum* » *Deo offerunt; et cum decenti comitatu, tamquam al-* » *terum Samuelem ad Heli, ad Monasterium Montis Ca-* » *sini ex Ordine s. Benedicti mittunt, moribus et litteris* » *imbuendum; ne tam praeclarum vitae speculum conver-* » *satio saecularis aliqualiter inficeret cum mundanis.* En » tibi pariter ad Casinense Monasterium missum Thomam, » non saeculo mundoque relictum, sed oblatura Deo, pe- » rinde ac Samuelem, quem pia mater necdum conceptum » Deo voverat atque addixerat. »

His addit extranea testimonia duo, Bartholomaei de Capua, Logothetae et Protonotarii Regni Siciliae, ac Boni, solitarii cuiusdam, qui faustum Theodorac Comitissae proxime pariturae vaticinium denunciavit. Primus « testis ac- » ceptus, omni exceptione maior, in processu canoniza- » tionis sancti Thomae, quem apud Boilandum in actis » Sanctorum legere est, ad diem vn martii, capite ix, » num. 76, ubi hoc ipsum inter caetera divi Thomae gesta, » interposito etiam sacramento contestatur: *Pater origine* » *nobilis atque potens monachavit dictum fr. Thomam pue-* » *rum, disponens eum Abbatiae praeficere Casinensi.* Quid » hoc autem est, *monachavit,* nisi monachum fecit?. . .♦ » Quid etiam illud alterum, *disponens eum Abbatiae prae-* » *ficere Casinensi?* nisi eo ritu monachatum iam tunc » fuisse puerulum Thomam et monasticae vitae addictum, » unde illi ad Casinensem Abbatiam, aliquando pro me- » ritis obtinendam, aditus fieret.'

» Hinc illud eremitae cuiusdam, pietate et sanctitate » illustris, cui nomen Bono, vaticinium Theodorae Comi- » tissae proxime pariturae denunciatum (quod refert Guil- » Icimus de Tocco, capite l, num. 2): *Paries filium, quem* » *vocabis Thomam: et tu et vir tuus cogitabitis cum facere* » *monachum in Monasterio Montis Casini, in quo corpus* » *b. Benedicti quiescit: habentes spem ad magnos ipsius* » *Monasterii reditus pervenire per illius filii vestri apicem* » *et praelaturam. Sed Deus de illo aliter ordinabit, quia* » *erit frater Ordinis Praedicatorum etc.* Quis ergo non » videat, parentes sic affectos et ad amplissimos Abbatiae » reditus inhiantes, id egisse reipsa quod in processu ca- » nonizationis testatus est Regni Siciliae Protonotarius, *Tho-* *main puerum monachasse?* Non aliter enim filii sui in » suscepto monastico instituto firmitatem, stabilitatem atque » constantiam sibi poterant adpromittere, qua sola posset » ad optatam praelaturam pervenire. »

Haec eadem argumenta habet omnia Erasmus Gattula loco citato: eademque sine dubio pridem adhibuerat Angelus de Nuce in sua dissertatione, quam Disquisitor adversarius et ipse Gattula laudant manuscriptam, viderunt- que et exscripserunt. Quomodo vero pueri a parentibus Deo offerrentur in monasterio, sanctissimus Patriarcha Benedictus explicat in Regula, capite i.ix, hisce verbis: *Si quis forte de nobilibus offert filium suum Deo in monasterio, si ipse puer minori aetate est, parentes eius faciant petitionem, quam supra diximus: et cum oblatione ipsam petitionem et manum pueri involvant in palla altaris, et sic eum offerant.* Quo loco Disquisitoris animadversionem non praetermitto: « Nec quemquam *(inquientis)* fore arbitror, » qui Thomam vere proprieque Deo oblatum a parentibus » neget, quod per alios (maximeque *nutricem)* ad Casi- » nense Monasterium missus ab iis fuerit. Quasi vero le- » gatione quoque fieri oblatio non posset: cum et Othlo- » num perinde quinquennem a parente, missa legatione, » oblatum Deo legamus in Vita sancti Bonifacii, capite ll: » *Ab aegrotante patre per legatos idoneos ad Monasterium* » *directus est.* » Quam egregie miscet omnia! Edmundus Martene in Commentario ad caput l ix Regulae, sic habet: *Poterant tamen parentes per alios, filios suos offerre, ut patet cx Othlono in vita sancti Bonifacii, capite* it. Non Othlonum, sed Bonifacium per alios, quam per parentes, oblatum Deo, notat Martene, probatque cx Othlono in eiusdem Bonifacii vita: sed ipsum Othlonum, missa legatione, Deo oblatum intellexit Disquisitor, probatque (perperam scilicet) ex vita s. Bonifacii. Huiusce vitam ab Othlono concinnatam ediderunt Canisius, Serrarius, Mabillonius saeculo III Benedictino. Capite ll citato, haec habentur verba: *Pater, qui solus erat impedimento, repentina infirmitate correptus, pristinam mentis pertinaciam deposuit, puerumque per legatos idoneos ad Monasterium ... direxit.* Quod aliis monumentis et exemplis evincit laudatus Martene.

Petitionis praedictae ac oblationis formulam exhibeo, quam erutam ex ms. codice Casinensi describit Gattula loco citato, protulitque Disquisitor cx Angeli de Nuce dissertatione. Nempe: « Ego N. Princeps, vel Comes, in Dei » omnipotentis nomine hunc filium meum N. coram do- » mino N. Abbate, et cuncta congregatione huius sancti » loci, trado in hoc Monasterio s. Confessoris Christi Be- » nedicti, cuius corpus hic continetur, coram testibus cum

» oblatione atque petitione, in hoc sancto Coenobio re-
» gulariter permansurum et cum caeteris gratanti animo
» militaturum; ita ut ab hac die non liceat illi collum excu-
» tere de subiugo regulae, sed magis studeat eius instituta
» servare; et ut haec mea traditio inconcussa permaneat,
» promitto sub iureiurando coram Deo et Sanctis eius,
» numquam per me, numquam per suffectam personam,
» nec quolibet modo facultatem exeundi de hoc Mona-
» 'sterio me illi tribuere. Ad firmamentum huius meae pe-
» titionis, manu propria eam subter firmavi et idoneis
» testibus affirmare curavi. Ego N. subscripsi etc. »

II. Hunc oblationis puerorum impuberum oblatique Thomae quinquennis ritum adsumit Disquisitor, veluti principium inconcussum, ex quo impositam Aquinati obligationem numquam redeundi ad saeculum, deque se factam a parentibus oblationem ratam habendi vitamque profitendi Monasticam apud Casinenses colligat ac evincat. Eius verba dedi capite superiore, num. i; sed hoc etiam loco repetenda sunt, ut quas vires argumentum habeat, quod ipse *demonstrationem* vocat, quisque deprehendat. Ait ergo capite r, num. i, sibi esse *demonstrandum :* « Tho-
» mam Aquinatem, anno aetatis suae quinto, ad Coenobium
» Casinense a parentibus missum esse, non piis dumtaxat
» moribus primisque litterarum rudimentis inter alios no-
» biles pueros informandum; sed Deo sub divi Benedicti
» monastica disciplina *oblatum* ac velut in monachum
» consecratum pro iure patriae potestatis; ut *iam tunc* re-
» ligioso instituto adstrictus, *numquam redire posset ad*
» *saeculum;* sed potius adultam aetatem adeptus, oblatio-
» nem de se a parentibus factam *ratam haberet* vitamque
» monasticam ibidem expresse *solemniterque profiteretur:*
» quod et ille pubertatem tandem ingressus, *pro illius aevi*
» *more et ex sacris Ecclesiae legibus executions deman-*
» *davit.* »

Fidem hoc loco datam ut liberet (hoc enim opus, hic labor), ritum illum oblationis puerorum olim ex praescripto regulae sancti Benedicti frequentari solitum, eisdemque impositam tum non redeundi ad saeculum, tum indeptae pubertatis tempore monasticam vitam profitendi obligationem, integro capite n *explicat, asserit, vindicat,* qua exemplis, qua Pontificum rescriptis, qua decretis Conciliorum, qua monachorum coqstitutionibus, qua clarissimorum virorum suffragio. Quibus lato calamo enarratis, caput suum denique tertium his verbis exorditur: « Quid nunc si Tho-
» mam ostendero, ex tenellis illis pueris unum, qui Deo
» sub divi Benedicti Regula a prima pueritia vovebantur?
» Annon Bencdictino instituto *iam tum* addictus ac plane
» obstrictus habendus erit, *ut non ultra redire posset ad*
» *saeculum?* » Ita porro se rem habuisse contendit ille, scriptorum testimoniis in medium prolatis, quae superiore num. i descripta sunt. *Demonstrationem* habes, quam magnifice iactat Disquisitor.

At hunc Disquisitori explicanti, asserenti et vindicanti ritum, repugnat nemo. Ritum illum olim frequentissimum, quo pueri sic oblati, ubi pubem indepti essent, ad exsolvendum parentum votum tenerentur, nec monasticae professionis iugum excutere possent, sed expressam tunc professionem emittere deberent, vel potius monasticam obligationem pridem inductam ratam habere, probare ac roborare tenerentur, extra dubitationis aleam posuerunt Hugo Menardus in Regulam sancti Benedicti, Joannes Mabillonius Praefat. II in saeculum IV et Pracfat. I in saeculum VI Ord. S. Benedicti et inter Analecta, Edmundus Martenius in Commentario ad caput i.ix Regulae s. Benedicti, et Ludovicus Thomassinus parte I Vet. et Novae Ecclesiae Disciplinae, libro III, capp. l v i, i.vn et i.vm. Si quae videntur difficultates ritum illum impetere, ex iure naturae ac divino et civili desumptae, excutiunt omnes ac elidunt clarissimi laudati scriptores, quibus addo Petrum Gibertum in Corpore Iuris Canonici tom. II, in tractatu poster, *de Eccclesia* titulo xiv, sect. iv. Illud erat Disquisitionis caput, an aevo divi Thomae *mos ille* vigeret, quo pueri oblati *numquam redire possent ad saeculum?* An *sacrae Ecclesiae leges* adhuc obtinerent, quibus Thomas adstrictus oblationem de se factam, si qua fuit, *adultam tandem aetatem adeptus, ratam haberet?* An pro sui aevi more et ex sacris Ecclesiae legibus ita fuerit tenellus Thomas Deo oblatus in Coenobio Casinensi, ut pubes iam factus vitam adhuc monasticam ibidem expresse solemniterque profiteri teneretur? Hunc morem, has Ecclesiae leges pronum erat inficiari, aevo divi Thomae viguisse: neque sane id evincunt documenta illa superiorum saeculorum, quae solum larga manu profudit Disquisitor, ut fucum faceret; Gregorii nempe II Romani Pontificis Rescriptum ad Bonifacium Moguntinum Episcopum, Concilii Toletani quarti et decimi decreta, Isidori, Bernardi, Lantfranci suffragia; aliaque demum Bedae, Placidi, Mauri, Bonifacii Moguntini, Hildcbrandi exempla, quae sola profert ille, quorumve recentius Hildcbrandi exemplum ad medium spectat undecimum aerae Christianae saeculum.

Contra namque liquet omnibus, ritum eumdem, saeculo XII cadente, quoad eam praecipuam partem, qua pueris obligatio imponebatur, ne a parentibus oblati Deo sub monastica disciplina, *redire umquam ,* cum ad annos pubertatis pervenissent, *ad saeculum possent,* relaxatum fuisse ac aevo divi Thomae in desuetudinem abiisse. Novum ius istud invexisse dicitur Clemens III, cuius haec verba sunt capite *Cum virum, de Regularibus : Utrum ea, quae infra discretionis annos a parentibus monasterio tradita, habitum Religionis induens benedictionem accepit, et exiens postmodum se cuidam militi copulavit, ad monasterium redire cogatur. Consultationi tuae taliter respondemus, quod cum iuxta Concilii Toletani* (IV) *censuram, monachum aut paterna devotio, aut propria professio faciat ; quidquid horum fuerit allegatum tenebit, revertendi ad saeculum aditu penitus interdicto. Non enim videtur illa monasticae professionis a se posse iugum excutere, cum eam non constet evidenter contradixisse, cum benedictionem accepit, quam nonnisi in aetate discretionis recipiunt quae velantur.'* Ubi filiorum, quos paterna devotio monasteriis obtulit, requiritur praesumiturque ratihabitio in aetate adulta. Ab anno 1188 rexit Ecclesiam Clemens III ad annum 1191, quo temporis intervallo Decretalis illa scripta fuit. Luculentiora sunt Caelestini III, qui Clementi successit, verba, eodem tit. *de Regularibus,* cap. *Cum simus:* Nempe; *Si dictus puer ad annos discretionis pervenerit et habitum retinere noluerit monachalem: si ad hoc induci nequiverit, non est ullatenus compellendus: quia tunc liberum sibi erit eum dimittere et bona paterna quae ipsi ex successione proveniunt, postulare.* Caelestini vestigia premens Innocentius (II, anno 1198 suffectus, aliquanto etiam disertius rem definit apud Thomassinum parte I citata, lib. HI, capite l ix, num. 5: *Cum cautum,* inquiens, *reperiatur in canone, ut minoris aetatis filiis, qui oblati monasterio fuerint, suscipientes habitum vel tonsuram, si a praelatis suis anno quintodecimo requisiti, se in assumptae Religionis proposito consenserint permansuros, poenitendi licentia praecludatur: alioquin eis non adimatur ad saeculum redeundi facultas, ne coacta praestare Deo servitia videantur.* Haec habentur in Epistola cxvi libri quintidecimi apud Baluzium. Ac demum ne actum agere videar remque notissimam, qua de agunt laudati omnes scriptores, vano labore exponam, satis hoc loco fuerit cum loannc Mabillonio concludere in Observationibus de oblatione puerorum in monasteriis inter Analecta: *Saeculo demum duodecimo in desuetudinem penitus abire coepisse hanc puerorum oblationem, eiusque obligationem sublatam esse decreto Clementis Papae III, cap.* Cum simus. - Caelestinum III allegare voluerat vir doctissimus: exciditque calamo Clçmens III.

Rem igitur impossibilem tentât Disquisitor, dum nimia confidentia sibi *demonstrandum* proponit: Thomam puerulum monachis Casinensibus traditum, *iam tunc religioso instituto adstrictum, numquam redire potuisse ad saeculum, pro illius aevi moribus et ex sacris Ecclesiae legibus;* ac perperam sane vanoque conatu, ad id probandum, *explicare, asserere, vindicare* aggressus est ritum illum, tum puerorum oblationem, tum eorum non resiliendi obligationem complectentem, uti saeculis superioribus usu receptum, ita divi Thomae aetate quoad illam impositae pue-

ris non resiliendi obligationis partem sine dubio sublatum obsoletumquc. Fuerit namque in Monasterio Casinensi a parentibus oblatus Thomas quinquennis pro patria potestate: at ritus ille, cum aevo illius praedicta exsolutus fuerit non resiliendi obligatione, adsumi nonnisi imprudenter veluti principium potest, ex quo monastica professio voto solemni roborata colligatur. Abit ergo in auras magnifica illa Disquisitoris *demonstratio,* quae uni praedicto ritui innititur, ut inde evincat, oblatum Thomam redire ad saeculum non potuisse. Probandum, illi fuerat, Thomam Casini apnd Benedictinos mansisse ad annos usque pubertatis, ipsumque in adulta aetate, eum ex sacris Ecclesiae legibus aevo suo vigentibus potiretur facultate resiliendi ac redeundi ad saeculum, ratam nihilominus oblationem de se factam habuisse emisisseque solemnia vota. Neutrum probat ille.

111. Non adeo vero in historia monastica hospes erat, quin agnosceret tandem, nullam fuisse pro aevi more, quo degebat Thomas, obligationem, qua ille, si oblatus umquam exstitisset, *redire numquam posset ad saeculum*. Hinc secum ipse pugnat manifeste. « Duo in prisco illo » ritu (inquit capite nr, num. 3.) secernenda veniunt, oblatio scilicet ipsa puerorum Deo ex voto parentum fieri » solita; tum obligatio pueris ipsis imposita, in susceptae » monasticae vitae instituto remanendi votaque solemnia, » dum ad aetatem adultam venirent, expresse atque ex » publica formula nuncupandi. Secundum hoc penitus su» stulit Clemens III, cap. *Cum simus, de Regularibus:* » puerisque licentiam fecit, ut cum pubertatem attingerent, » abiecto cucullo, redire ad saeculum possent, patrimonium » repetere ac etiam matrimonio iungi. » Quis umquam credidisset dici potuisse a Disquisitore: aevo divi Thomae pueros oblatos *redire ad saeculum potuisse;* qui sibi demonstrandum proposuerat, Thomam monachis traditum iam tunc religioso instituto adstrictum, *numquam redire potuisse ad saeculum*? Utrumque tamen scribit ille disertissime. Animadverte rursus, caput illud, *Cum simus,* quod habetur in titulo *de Regularibus,* adtribui Clementi tertio, sphalmate scilicet, quod e calamo doctissimi Mabillonii exciderat, ut adnotavimus, non correcto, sed adoptato.

Hinc relicto stricti iuris argumento, quod in praesidium suae causae adhiberi non poterat, alia quaerit capite iv, solius *praesumptionis* momenta. *Verisimillimum* esse ait, piissimum Thomam, qualem etiam a prima aetate in monasterio sese praebuerat adhuc impubes, voluisse oblationem de se factam implere, non irritam facere: *ad quod eum sin minus ius strictum, at certe pietas, religio cultusque Deo debitus obligabant.* ». Clemens autem *(Caelestinus)* » huius nominis tertius (eius verba sunt, cap. iv citato, » num. i.) obligationem dumtaxat sustulerat *stricti iuris,* * *et fori,* ut ita dicam, *externi;* ne (quod prisci ferebant » canones) oblati Deo devotique a parentibus pueri, profiteri demum solemniter cogerentur: obligationem tamen » *ex religione ac pietate* natam minime sustulerat. Quid » enim filium vere pium ac religiosum *magis deceat,* quam » conceptum de se parentum votum implere, non irritum » facere? nisi grave obsit impedimentum, quod nullum » in Thoma adolescente sanctissimo et asceticae vitae can» didato religiosissimo deprehendimus: quem potius ad id » ex religiosa institutione propensissimum egregieque fa» ctum habemus. Eum itaque, ex quo pubertatem ingres» sus est, parentum votum implevisse seque votis mona» sticis solemniter obstrinxisse, iustc pro eius pietate ac » religione *praesumitur.* » Quid? quod, Thoma ipso indice, probari posse contendit, adhuc etiam post Clementis III, vel potius Caelestini 111 Rescriptum, *obligationem nihilosecius mansisse ex decentia, ut aiunt, ex, pietate, ex religione natam.* « Nam Quodlib. IV, art. xxin, de hac » ipsa puerorum oblatione ac traditione ex parentum voto » suis adhuc temporibus frequentata sermonem habens, » *teneri* pueros docet, utique *ex pietate atque decentia,* » factam illam de seipsis oblationem, cum ad annos pu» bertatis pervenerint, ratam habere, atque ita solemniter » profiteri: illudque Gregorii II Romani Pontificis oracu» lum in dicti sui probationem affert, suoque accommodat » instituto.... *Utrum liceat* pueris *intra septa monasterii* » traditis *in infantiae annis, postquam pubertatis implevе» rint annos, egredi et matrimonio copulari, hoc omnino* » *devitamus....* Quidni ergo Thomam Aquinatem, ab ipsa » infantia piissimum religiosissimumque, cum iam quin» quennis Deo fuisset oblatus, id demum fecisse puberem » existimemus, quod ille sin minus stricto iure, at saltem » ex pietate ac religione faciundum existimabat? »

Antequam novum istud *praesumptionis, verisimilitudinis ac decentiae* argumentum discutio ac elido, nonnulla mihi sunt proponenda animadversione dignissima. Ac primo, quid illud est, Romanos Pontifices, obligationem pueris pridem impositam non redeundi ad saeculum, dum annos pubertatis attingerent, ex eorum oblatione ortam, relaxantes et auferentes, abstulisse illam *in foro,* ut ita dicam, *externo?* Imo vere factam illis in foro conscientiae facultatem monasticum habitum exuendi ac redeundi ad saeculum, eorumdem Pontificum iam citata verba omnino declarant. Quid etiam illud est, obligationem *ex religione et pietate natam* minime sublatam fuisse, propterea quod filium vere pium ac religiosum nihil *magis deceret* quam conceptum de se parentum votum implere? Nempe sus deque miscentur omnia. Veram obligationem *religio ac pietas* inferre possunt; at veri nominis obligationem affert nullam sola *decentia.* Oblati, pueri porro, cum in ipso foro conscientiae exsoluti fuerint obligatione non redeundi ad saeculum in adulta aetate; verae alicui obligationi *ex religione ac pietate natae* adhuc illos obnoxios, nemo sapiens dicat. Id vero *decuisse* si contendas, decentiam hanc omnem reponam ego, eorumdem cum adoleverint, subditam esse libero consensui et arbitrio; integra eisdem facta a Pontificibus, novo iure inducto, facultate resiliendi vel non resiliendi, prout sibi expediens, re maturius considerata, visum fuerit.

Divi Thomae praeterea doctrina manifeste abutitur Disquisitor, dum ea fulciri contendit distinctionem illam duplicis debiti ac duplicis obligationis, tum *stricti iuris ct fori externi,* tum *decentiae, pietatis ac religionis;* illamque priorem sublatam scribit aevo divi Thomae, ac posteriori obnoxios adhuc fuisse pueros illos, qui a parentibus Deo offerebantur. Integrum attente lege citatum articulum divi Thomae; in coque ne verbulum quidem ullum invenias, quod illud *pietatis, religionis, decentiae* debitum indicet. Probandqm adsumpserat s. Doctor: *pueros etiam infra annos pubertatis in religionem recipi, non esse secundum se malum, imo expediens ct fructuosum.* Positam confirmat propositionem veteris ac novi Testamenti scripturis. Tum differentiam quamdam hac in re observandam esse monet, hisque verbis declarat quae Disquisitor spectasse videtur: *Nam pueri ante annos pubertatis ex naturali iure sunt sub cura parentum, propter hoc quod patiuntur discretionis defectum, secundum quem possint bene regere seipsos; et ideo in hac aetate possunt quideni religioni tradi, si a parentibus offerantur: et erit rata traditio, praecipue si, cum ad annos pubertatis pervenerint, ratam habuerint paternam oblationem.* Quibus docet ille, pueros quidem a parentibus offerri posse, ac firmam tum demum eorum fore traditionem, cum pueri pubertatem adepti ratam fecerint parentum oblationem: sed *pietatis, religionis, decentiae* debitum, quo illi tenerentur oblationem de se factam non irritam facere, video nullum. Cur ergo Gregorii II Romani Pontificis Rescripto, debitum et obligationem sonante, utitur sanctus Doctor? Nempe cum istud duo complectatur, et oblationem impuberum pro iure patriae potestatis et puerorum debitum non resiliendi; et hoc iam pridem relaxatum sublatumque fuerat, illa vero in usu adhuc erat; illud propterea in sui dicti probationem adsumere poterat Angelicus Praeceptor suoque instituto accommodare. Unde et alia subiicit Patrum testimonia, quibus id unum probatur: *Expediens esse et fructuosum ut pueri infra annos pubertatis in religionem recipiantur.*

Iam vero fateor ego, quod norunt omnes, ritum illum oblationis puerorum, ea tamen obligatione mulctatum, qua in annis etiam pubertatis obstringebantur non resilire, aevo

divi Thomae viguisse. Hac de re nulla cum Disquisitore controversia, quam diligentissime exponunt saepe laudati scriptores et confirmant exemplis : imo vel hodieque oblationem illam in usum revocari posse admonent Thomassinus parte 1, libro III, citato capite ι.νπι, num. 5 et 6, Franciscus Suarius tomo III de Religione, lib. V, cap. i et ii , Prosper Fagnanus part. II libri 111 Decretalium, cap. *Si quis,* et cap. *Cum virum, de Regularibus.* Ad huiuscc ritus, eo quo divi Thomae aetate vigebat modo ac hodieque in usum revocari posset, splendidiorem expositionem , addendum est ; nec parentibus, qui puerum Deo semel obtulerint, integrum amplius esse, ut ipsum revocent ; neque filio impuberi ante annos pubertatis, adhuc patriae subiecto potestati, licere egressum moliri e monasterio vestemque deponere quam induit pro iure parentum. Ita sane tenet docetque, communem sententiam declarans, laudatus Suarius loco citato, capite i, num. i3: «Interrogabit aliquis, *inquiens,* quidnam operetur haec » oblatio facta filii alicui religioni ? Communis responsio » est oblationem hanc tria operari. Unum est, ut talis » licite possit a religione recipi ac retineri. Secundum » est, ut pater non possit amplius uti patria potestate ad » revocandum filium, quia iam cessit iuri suo ; et quan» tum in se est, donationem filii religioni fecit, quam » ipsa acceptavit. Tertium est, ut neque ipse filius sua » voluntate egredi possit ante annos pubertatis : quia in » illa aetate, non tam sua quam patris voluntate regendus » est ; pater autem voluntatem suam in Religionem trans» tulit. »

Atqui vero fieri poterat (quod postremo loco animadvertendum est) ut praedicti pueri pro parentum potestate oblati Deo in aliquo coenobio, abiicere cucullum possent et redire ad saeculum infra pubertatis annos, ipso videlicet monasterio, aut monasterii Abbate seu Praelato cedente iuri quod acquisiverat. Rem per sese notam exponit Suarius loco citato : *Et ideo,* inquiens, *sine religionis consensu exire non potest* (puer oblatus) *infra illam aetatem, quamvis ab ipsa religione possit expelli etiam ante pubertatem , si ita sibi expedire censuerit, quia pro nullo tempore se obligavit ad retinendum illum.* Paria sunt loannis Caramuclis verba, quae capite i, num. 4 allata sunt : *Monasterium devotos pueros potuit dimittere vel ante, vel post pubertatis annos.* Silvestrum laudat, cuius haec demum refero voc. Religio, ll quaest. xi. *Advertendum est, quod nec pater, nec tutor, nec magister, nec quicumque alius custos, potest impuberem de religione extrahere propria authoritate, sive ex voto sive sine voto intraverit: sed authoritate habentis potestatem in monasterio.*

Quibus praemissis, iam dare hoc loco liceat, Thomae Aquinatis parentes pro iure patriae potestatis ipsum Casini obtulisse Deo sub regula sancti Benedicti. Demus etiam atque fateamur, eosdem Thomae parentes , si quidem ipsum Deo per oblationem devoverint, non amplius ipsum revocare potuisse: neque ipsi Thomae infra pubertatis annos egredi monasterio sua voluntate licuisse. At contingere tamen potuit (quod inficiari nequit Disquisitor) ipsius Thomae egressus e monasterio; sive demum ille pubertatem adeptus pro facultate novo iure inducta, expediens iudicaverit ad saeculum remeare ; sive ut e monasterio egrederetur infra etiam pubertatis annos, iterumque rediret in patriam potestatem, expediens duxerit Casinensis Coenobii Abbas. Neutrum contigisse, validis argumentis demonstrandum foret, ut monachatus divi Thomae aut religiosa voto solemni ab ipso nuncupata professio evinceretur.

Ad *praesumptiones* et ad argumenta *decentiae* confugit Disquisitor, ut Aquinatem, pubertatis annos adeptum, ostendat oblationem a parentibus de se factam votis nuncupatis ratam habuisse: ac si certum compertumque foret, sub monastica Benedictinorum disciplina ipsum ad pubertatem usque versatum esse, neque dimissum e coenobio infra pubertatis annos, iuri cedente Abbate, si quod in illum acquisiverat. Ad argumenta *praesumptionis ac decentiae* quod attinet, ea demum ad id unum rediguntur omnia: *Filium vere pium ac religiosum nihil magis decere, quam conceptum de se parentum votum implere, non irritum facere, nisi grave obsit impedimentum, quod nullum in Thoma adolescente sanctissimo et asceticae vitae candidato religiosissimo deprehenditur :* ac sane *de piissimo tunc et religiosissimo adolescente opinari nefas esse, eum abiecto cucullo ad saeculum rediisse.* Nimium exiles quis non videat huiusmodi praesumptiones et coniecturas? Solidiores, melioresque praesto forent, quae decentissimas rationes exhiberent , quibus adolescens Thomas permotus, expediens iudicaverit Casinensi Monasterio egredi ac redire ad saeculum, supremi Numinis illustrationibus praeparandus, quod *aliter de ipso ordinaverat, quia erit frater Ordinis Praedicatorum,* ut prophetice praedictum fuerat. Quidni .etiam, cum eidem parentum consilia et machinationes de Casinati Abbatia suboluissent, ab omni semper honorum spe atque ambitu alienissimo, ut ait Marcus-Antonius Scipio, abiicere cucullum voluerit cogitationesque suas ad aliud vitae genus amplectendum convertere, in quo posset dignitatum insignia ac titulos omnes facilius ac probabilius in omnem vitam declinare? Ipse demum Caramuel audiendus est: *Sic divus Thomas,* inquiens, *studiorum causa legitime potuit, imo debuit discedere, non obstante parentum oblatione: quia Angelica illa mens, magistris suis doctior, debebat publicis universitatibus esse admirationi et mundo, magisterio: quae si in Casinensi Monasterio mansisset, fuisset minus culta et quasi abscondita; careretque Ecclesia excellentissimis libris, quos perpetuo choro addictus scribere non potuisset. Est ratio manifesta, quia licet Casinenses pro tempore haberent doctissimos viros, Doctoris tanti ingenium indigebat expeditiore tempore. Propterea iuste et legitime ipsi a Casinensibus persuasum reor, ut excoleret ingenium Neapoli, et transiret ad Praedicatores, ubi melius Deo, Ecclesiae et populo servire posset. Monasterium devotos pueros potuit dimittere, vel ante vel post pubertatis annos, ut etiam quoslibet novitios.*

IV. Reque ipsa dimissum c coenobio Thomam, iuri suo cedente Abbate, dimissumque infra pubertatis annos, historica documenta demum non desunt, quae satis indicare videntur. Testem affero Guillelmum de Tocco, cuius haec verba sunt in eiusdem Vita, capite l: *Abbas autem praedicti Monasterii providus, cum adverteret in puero tam certa et matura futurae perfectionis indicia... advocato domino Landulpho, patre praedicti pueri, ei consuluit ut puer mitteretur Neapolim ad studendum, ubi studens inciperet addiscere quae Deus tot indiciis coeperat demonstrare: unde puer de utriusque parentis consilio Neapolim mittitur.* Quid ultra requiritur? Si quod in puerulum Thomam ex oblatione parentum ius acquisiverat Abbas Casinensis, ultro cedit ille, carere consentiens tam claro puero, ut eiusdem in scientiis profectui consuleret: consilioque suo patrem permovit, ut omni, si qua teneretur, difficultate summota, filium de coenobio dimissum reciperet mitterctque Neapolim *ad studendum.* Id contigisse vero infra pubertatis Thomae annos praedicta Guillelmi verba, quaeve praemiserat, prorsus evincunt. Ait enim : « *Parvulus* (Thomas Casini exceptus) a nobilium puero» rum consortio se frequentius absentabat: habens in manu » chartulam, continentem in scripturis prima addiscentium » puerilia rudimenta. Erat autem praedictus *puer, non* » *verbis garrulus, sed meditari intra se iam incipiens ta*» *citumus... ut iam in eo novitia aetas ostenderet, quae* » *postmodum provecta monstraret. Abbas autem praedicti* » *Monasterii etc.* » Quibus plura dantur indicia tenellae aetatis eo toto tempore, quo Casini moram traxit Thomas, quove Casino discessit ac Neapolim profectus est. Habemus *parvulum* Thomam sub monachis institutoribus morum sanctitate in dies crescere; iam *primis addiscentium puerilibus rudimentis* apprime instructum apparere; ac in *novitia illius aetate* fulgentissima sanctitatis ac scientiae futurae signa micare. Habemus etiam, providum Abbatem, animadvertentem *in puero* tam certa futurae perfectionis indicia, Landulpho patri *praedicti pueri* consilium dedisse, ut Neapolim mitteretur idem *puer* Thomas. Quae sane omnia egressum Thomae e Coenobio Casinensi in tenella aetate infra pubertatis annos egregie probant.

Satis vero de hac chronographiae parte, de qua infra sermo redibit. Adde, Neapolim missum Thomam saeculares frequentasse scholas ac saeculares audivisse magistros; ipsumque tum denique saeculo valedixisse, cum Praedicatorum Ordinem ingressus est (quae duo capitibus sequentibus demonstranda mihi sunt): confectamque sine dubio rem habes, qua de agimus, ex oblatione divi Thomae a parentibus facta, quam hoc loco damus Disquisitori indulgentes, monachatum eius aut monasticam professionem voto solemn! emissam nullo modo probari ac evinci posse.

CAPUT III.

Argumentis, quae pro divi Thomae oblatione afferuntur, traditum dumtaxat ipsum Casinatibus, tamquam nobilem saecularem puerum, moribus et litteris instruendum, evincitur. Petri Damiani sententia perperam opponitur. Saecularium puerorum scholis non obstant monachorum mores et consuetudines. De habitu disseritur, quem Casini gestare Thomas potuerit.

1. /^Ablationem Thomae pueruli, Casini a parentibus Deo factam sub regula s. Benedicti, veluti demonstratam putat Disquisitor, positamque extra dubium omne, scriptorum testimonio allato, *quorum verba miror* (inquit capite ni, n. i.) *non satis a recentioribus ponderari, ut rem per sese patentissimam deprehendant.* Verba illa, quae pariter Angelus dc Nuce et Erasmus Gattula adhibent, quaeve M. Antonius Scipio et loannes Caramuel spectasse videntur, iterum sub oculos pono; Guillclmi de Tocco inquientis: *Puerum sic enutritum libenter Deo offerunt, et quinquennem ad Monasterium Casini per nutricem cum bona societate transmittunt, in quo instrueretur sanctis moribus, divinis illustrationibus praeparandus;* Ptolomaci de Luca, qui haec habet: *Hic Thomas in sua pueritia nutritus fuit in Abbatia Montis Casini, qui sunt monachi nigri, et secundum morem nobilium illius patriae, ut patet de beatis Mauro et Placido;* sancti Antonini sic habentis: *Completo aetatis suae quinquennio, parentes eius puerum Deo offqrunt, et cum decenti comitatu, tamquam alterum Samuelem ad Hcli, ad Monasterium Montis Casini ex Ordine s. Benedicti mittunt moribus et litteris imbuendum, ne tam praeclarum vitae speculum conversatio saecularis aliqualiter inficeret cum mundanis;* Bartholomaei demum de Capua: *Pater origine nobilis atque potens,* inquientis, *monachavit dictum fratrem Thomam, disponens eum Abbatiae praeficere Casinensi.*

Haec,libuit capite superiore, ut Auctori historicae disquisitionis indulgeremus, de vera oblatione intelligerc, qua facultas erepta foret, parentibus quidem oblatum Thomam revocandi, ac ipsi oblato puero pro sua voluntate infra pubertatis annos ad saeculum redeundi. Qua gratis etiam admissa oblatione, negaverit puto nemo, Disquisitoris argumentum, quod ex eo ritu desumebatur pro monachatu Bénédictine sancti Thomae, nullius nihilominus momenti esse ac in auras abire: sive Thomas ipse pubem adeptus, expediens indicaverit, cucullum abiicere, Casino discedere cogitationesque suas ad aliud vitae genus amplectendum convertere; sive Casinensis Abbas fuerit ille, qui iuri cesserit quod in ipsum acquisiverat, eoque infra pubertatis annos carere voluerit, ut meliora charismata eidem procuraret. Quid nunc vero, si ostendero Thomae nostri educationem in Casinensi Coenobio ita describi a priscis illis laudatis scriptoribus, ut nulla appareat oblati pueri disciplina, sed solum saecularis illustrioris familiae ephebi in moribus litterisque informatio? Res ita se habet.

Quae verba allegati scriptores habent, aut neglecta a Disquisitore aut praetermissa, diligentius expendenda sunt ac proferenda. Guillelmus de Tocco ait loco citato, num. 5: *Puerulum*, Thomam, quem *a parentibus Deo oblatum* dixerat, *coepisse in dicto Monasterio sub disciplina magistri diligentius educari: puerulum* ipsum *a nobilium puerorum consortio, qui ibidem nutriebantur in moribus, ut moris erat patriae, se frequentius absentare* consuevisse: deque profectu eius in moribus litterisque'instructam-matrem, *ad gaudium mirari de puero, conferentem in corde suo. et sperantem impleri in filio quae praedicta fuerant spiritu praenuntiante divino* per Bonum eremitam. Ait etiam Ptolomacus Lucensis: *Puerum Thomam nutritum fuisse in Abbatia Montis Casini, secundum morem nobilium illius patriae, ut patet de beato Mauro et Placido: ibidemque in sua pueritia in logicalibus et naturalibus optime profecisse, habentem secum semper magistrum specialem, more nobilium regionis.* Paria scribit s. Antoninus: Thomam puerulum *oblatum* Casini, *aliorum puerorum nobilium, qui ibi nutriebantur, puerilia devitasse consortia:* seque *sequestrasse ab eis cum poterat,* in ea litterarum *rudimenta* incumbentem, quibus instruebatur. Ait demum Bartholomaeus dc Capua: Fratrem Thomam *crescentem* Casini *in vita, moribus et scientia,* ac *virtnosum et exemplarem hominibus, missum fuisse Neapolim.*

Digna sunt animadversione illa verba, quae prisci laudati scriptores habent, *nutritum* in Abbatia Casinensi Thomam fuisse *secundum morem nobilium illius patriae:* alios ibidem exstitisse *nobiles pueros,* qui nutriebantur in moribus, *ut moris erat patriae:* habuisse Thomam specialem magistrum, *more nobilium regionis.* Cuique praeiudiciis vacuo nil haec significant aliud, nisi morem apud Casinates vigentem, nobilissimos pueros illius patriae et regionis, utique saeculares, moribus ct litteris imbuendi. Quid enim opus erat *morem patriae* et *morem regionis* exprimere, si de more pueros oblatos recipiendi eosque informandi institutis monasticis sermo fuisset, qui caeteris etiam monachorum coenobiis alia qualibet in regione satis communis erat; quive Casini, non pro *more patriae et regionis* sed ex statuto Regulae s. Benedicti, cap. lix, inscripto, *De filiis nobilium vel pauperum qui offeruntur,* ct ex antiqua monachorum consuetudine in usu erat?

Praetermitti non debent illa Ptolomaci Lucensis verba; *Habens semper secum specialem magistrum, more nobilium:* quae de iuniorum monachorum oblatorumque puerorum magistro nemo intelligat; sed de quodam veluti camerae praefecto sive custode, Thomae educationi specialiter praesidente, non ex religionis ac monasticae disciplinae praescripto, sed *more nobilium regionis;* quo id obtinuisse intelligimus, ut si qui pueri nobiles illius patriae et regionis tradebantur Casinatibus informandi moribus et litteris, specialem hi magistrum, custodem, praefectum haberent, qui eorum educationi invigilaret. Legere quidem est apud Martene de antiquis monachorum Ritibus, libro V, capite v, plures educationi puerorum oblatorum deputatos fuisse magistros; principalem unum, sequiorem locum tenentes alios: quidni ergo ex his alter (inquies) Thomae educationi specialiter deputatus fuerit? Attentiore mente expende verba a Martenio ibidem, num. 5 relata, tuaque difficultas evanescet. Nempe; *Pueri autem, qui sunt in conventu nostro, non ultra senarium protendunt: et eorum magistri si non plures,, tamen numquam sunt pauciores, [deo vero tot habent magistros, aut eo amplius, quoniam non licet alium umquam assumi pro magistro praeter eos qui deputati sunt. Cellarius tamen, granetarius, hospitarius, eleemosynarius, camerarius, si viderint quod opus sit, possunt esse magistri sine licentia et intrare scholas eorum.* Quo in loco viderit nemo *specialem* illum *magistrum,* quem *secum semper* puerulus Thomas *habebat;* ipsumque datum eidem in custodiam, non ex legum statuto, sed *more nobilium regionis.*

Quid est etiam illud Guillclmi dc Tocco et s. Antonini: *A nobilium puerorum consortio, qui ibidem nutriebantur in moribus, se frequentius absentabat?* Satis intelligimus, de consortio impuberum oblatorum, quos numquam fugisset, minime fuisse Thomam: sed ut familiae illustrioris puerum, aliorum consortium pro libertate frequentius evitasse, ut orationibus litterarumque studio liberius vacaret. Eo vel maxime quidem, quod puerorum oblatorum disciplinam, quam loco citato describit Martenius, diligenter observanti colligere liceat, pueros oblatos simul pietatis et religionis officia exercere debuisse, simul litteris et scientiis vacasse, simul ivisse quocumque ire opus erat, ac nequidem ad naturae necessaria officia sine socio et magistro ire ipsis umquam permissum esse. Quae deinde educatio Thomae in Casinensi Coenobio ita a coaevis illis laudatis scriptoribus enarratur, ut ipsum quidem Christianis *moribus* informatum

esse appareat litterarumque *rudimentis* imbutum : at monastica disciplina, quae nocturnas diurnasque preces, iciunia, flagellationes ac id genus alia plura complectitur, videatur nulla.

De Thomae filii profectu in moribus litterisque cum certior redderetur mater eius, nimio gaudio exultabat ipsa, teste Guillelmo deTocco: *Sperabatque impleri in filio suo, quae praedicta fuerant, spiritu praenuntiante divino.* Praedixerat quippe solitarius quidam, Bonus nomine: *Gaude Domina,* inquiens, *quia es praegnans et paries filium quem vocabis Thomam : et tu et vir tuus cogitabitis eum facere monachum in Monasterio Montis Casini... habentes spem ad magnos ipsius Monasterii reditus pervenire per ipsius filii vestri apicem et praelaturam : sed Deus de ipso aliter ordinabit, quia erit frater Ordinis Praedicatorum, tantae claritatis in scientia et sanctitatis in vita, quod in mundo sibi similis suo tempore non poterit inveniri.* Parentum cogitationes reditibus Casinensium inhiantes, simulquc spes matris implendum aliquando fore, quod sibi divino spiritu praenunciante praedictum fuerat, optime conciliantur, si Thomam intelligamus nobilem saecularem puerum Casinatibus traditum litteris et moribus imbuendum. At quae prudens fuisset spes matris de prophetiae adimpletione, quam ipsa, quantum in ea erat, impedire curasset, si filium Deo inter oblatos pueros Casini devovisset?

Haec vero omnia cum tam accurate prisci illi Thomae vitae scriptores enarraverint, sponte fluit: eo etiam naturali ac pervio sensu, quem hodieque de pueris, qui religiosi instituti viris instruendi traduntur, usurparemus, Thomam illos dixisse *oblatum Deo a parentibus,* eumdemque a patre, disponente cum Abbatiae praeficere Casincnsi, *monachatum fuisse;* quod nempe in monasterio nutriendus traditus est, ibidem moribus Christianis et litteris imbuendus: eo etiam parentum consilio, ut puer erga monachos magistros affectus, monasticam vitam adultior factus eligeret ac tandem Abbatiae praefecturam, cuius reditibus inhiabat Landulphus, aliquando pro meritis obtineret. Quo denique sensu eumdem Thomam ab eisdem comparatum Samueli, Mauro, Placido, par est intelligerc ; ut nempe comparatio dumtaxat instituatur quoad familiae splendorem, ortus nobilitatem ac aetatem tenellam, qua Thomam, sicut illos, in domo Dei, in monachorum coenobio sub sanctissimis praeceptoribus tradere parentes voluerunt, moribus Christianis et litteris informandum. Paucis verbis hoc idem ante proposuerat argumentum Jacobus Echardus in vita et elogio ipsius Thomae : quod pluribus additis animadversionibus nos illustravimus.

II. At coepto pergit Auctor disquisitionis historicae inficiaturque confidenter, *Numinum* etiam *fide* invocata, Thomam infantulum, saecularem tamen, ad externas dumtaxat Casinensis Monasterii scholas fuisse missum, ut ingenii cultum dumtaxat caperet moresque Christianos nobilissimo puero congruentes sub tantis institutoribus addisceret. At Numinum fides, quam invocat ille, satis non est eluendo argumento, quod protulimus. Peccat imo contra aequissimas criticorum leges, queis praescribitur, nonnisi omnibus expensis, quae narrant historici, de illorum sententia iudicium proferendum; cum verba tamen illa *oblationis* Thomae *a parentibus Deo* factae dumtaxat expenderit Disquisitor ; caetera neglexerit aut praetermiserit omnia, quae satis evincunt de vero proprioque ritu oblationis puerorum haud illos cogitasse. Reponit ille capite **iii,** num. **i,** Thomam quinquennem ex puerorum Deo sub regula divi Benedicti oblatorum numero dicendum esse : « cum nullae Casini, « nisi pro oblatis Deo pueris (quorum illic copia erat) scholae » essent, iuxta Conventus Aquisgranensis decretum num. 43: » *Ut schola in monasterio non habeatur, nisi eorum qui* » *oblati sunt.* Unde et beatus Petrus Damiani Epistola xvn, » libro 11, quae est ad Desiderium Abbatem et Cardinalem, » eidem gratulatur, quod Casinum cum venisset, scholas ibi » puerorum non invenisset, utique externorum et saecula- » rium: *Inter caeteros autem virtutum flores, quos in illo agro* » *pleno, cui benedixit Dominus, reperi, fateor, hoc mihi* » *non mediocriter placuit, quod ibi scholas puerorum, qui* » *saepe rigorem sanctitatis enervant, non inveni.* Mortem * obiit Petrus Damiani anno aerae Christianae 1072.»

Temere prorsus puerorum saecularium scholas Casino abigere studet Disquisitor, Petri Damiani sententia et Aquisgranensi decreto in probationem adductis; cum illum intellexerint viri clarissimi, scholas puerorum oblatorum in Coenobio Casincnsi negare; ac istud scholas confirmet puerorum saccularium, non intra claustra monachorum positas, sed monasteriis adiunctas: ut propterca eisdem monumentis evinci queat, monachorum mores et consuetudines non obstare, quominus parvulus Thomas Casinatibus traditus fuerit , moribus et primis litterarum rudimentis imbuendus ; non ut oblatus Deo sub regula s. Benedicti, sed ut illustrioris familiae saecularis puer. A sententia Damiani incipio, eamque de scholis puerorum oblatorum doctissimi viri intelligunt. Ludovicus Thomassinus parte II, libro I, capite cr, num. 8, scholas a Petro Damiani non inventas in Coenobio Casincnsi intelligerc videtur scholas puerorum, externorum utique et saecularium: at parte I, lib. III, cap. Lviii, num. 1, et 2, verba Damiani interpretatus fuerat de scholis impuberum, *quibus in solam spem monasticae professionis institutio accurabatur.* Eadem est expositio Mabillonii in Observationibus de oblatione puerorum in monasteriis inter Analecta, et Praefatione I in saeculum VI Ord. s. Benedicti, §. v, num 36; et Edmundi Martene in Commentario ad caput 1.1.x Regulae.

Sed ita scholas in Damiani sententia accipi debere, eius verba postulare videntur, si exhibeantur omnia et expendantur. Ait enim Epistola citata, vel in Opusculo xxxvi, cap. xvi, tomo III: *Inter caeteros autem virtutum flores, quos in illo agro pleno, cui benedixit Dominus, reperi, fateor, hoc mihi non mediocriter placuit, quod ibi scholas puerorum, qui saepe rigorem sanctitatis enervant, non inveni : sed omnes, aut senes, cum quibus utique nobilis vir sedebat in portis Ecclesiae; aut iuvenili vivendi decore laetantes, qui nimirum ut filii Prophetarum, idonei sunt ad Eliam per deserta quaerendum ; aut certe adolescentiae adhuc flore vernantes, qui iuxta Apostolum loannem vicere malignum.* Ubi animadversione dignum, scholas illorum puerorum Casini non invenisse Petrum Damiani, *qui saepe rigorem sanctitatis enervant.* Sed hoc plane malum ex oblatis pueris timendum erat, aut propter corporis adhuc tenelli imbecillitatem disciplinae monasticae rigorem sustinere non valentibus , aut pro aetatis ingenio petulantibus plerumque et tumultuosis. Numerat deinde, quos ibi invenit: *Aut senes* scilicet, *aut iuvenili vivendi decore laetantes, aut certe adhuc adolescentiae flore vernantes.* Video monachos iam canos; iuvenes etiam, sed professos; adolescentes tandem, qui novitii dicuntur in constitutionibus monachorum, iusta in aetate tirocinium ponentes: nullos video tenellos pueros et impuberes oblatos, qui cucullum gestantes monastica disciplina instituerentur.

Quidni demum scholas puerorum oblatorum clausas fuisse Casini ea aetate, narret Petrus Damiani, quas etiam non ferebat, sustulitque aliorum coenobiorum usus? Rem disserunt certissimis documentis Mabillonius et Martenius locis citatis. Martcnii verba referre liceat : « S. Udalricus in » praefatione ad consuetudines Cluniaccnses, quam Willelmo » Hirsaugiensi Abbati nuncupat, eumdem laudat, quod lege » lata providisset, ne pueri admitterentur propter abusum » nonnullorum, qui non tam devotionis quam sublevandae » familiae gratia, hos in monasteria intrudebant: *Ut opus sit,* » inquit, *praefatis saecularibus alium sibi nidum providere,* » *ubi reponant pullos suos abortivos, velut exhaeredatos.* De » qua re addit paullo post: *Sentiat quisque quod voluerit:* » *ego certus sum, illam te radicem funditus extirpasse, ex* » *qua sola praecipue omnia monasteria sunt destructa, quae* » *destructa sunt vel in Teutonica vel in Romana lingua.* » Idem quoque animadvertcratGuigo,Cartusiae maiorisPrior » quintus, uti ipse testatur in Statutis, capite xxvn : *Pueros sive* » *adolescentulos non recipimus, quia per eos monasteriis* » *multa contigisse dolemus, et magna spiritualia simul et* » *corporalia pericula formidantes.* Unde etiam Petrus Da- » miani ad Casinenses scribens: *Inter caeteros,* inquit, *virtu-* » *tum flores, etc.* »

Quae omnia Petri Damiani sensum, quem exposuimus, mirifice confirmant. Hinc mos ille Casinensium monacho-

rum a Damiano propositus commendatusque non obstat, quominus puerulus Thomas traditus eisdem fuerit, piis dumtaxat moribus ac primis litterarum rudimentis, non relicto saeculo, imbuendus: scholas imo puerorum oblatorum, Casinum invisens, cum non invenerit ille, hoc subinde inspecto more, si ad aevum divi Thomae protendi debeat, deque Thoma quidpiam probare velit Disquisitor, telum quod ipse vibrat, contra ipsum torquendum est; ac iure potiore colligendum, in numero puerorum oblatorum non fuisse Aquinatem.

Quamquam non is ego sum, qui huic argumento haeream; et ex more illo, quem Petrus Damiani anno 1063, ut notat Baronius ad eumdem annum num. 2, observavit Casini, de more ibidem vigente aevo pueruli Thomae indicium ferre velim. Quin non me fugit, in usu fuisse eo sancto in loco, ut pueri reciperentur, tum paullo ante dictum annum 1063, ut patet de Landenulpho, de quo agit Petrus Diaconus, eiusdem Coenobii monachus, libro de Viris illustribus Casinensibus, capite xi., tomo XXI Biblioth. PP. *Lugdun.,* et apud Muratorium tomo VI Scriptorum Italiae: tum postea saeculo duodecimo, quo Roboas, Petrus, Raynaldus, Gelasius ab-eodem scriptore *parvuli oblati* dicuntur; deque ipso Petro Diacono legimus: *Quinquennem* ipsum *sub Girardo Abbate beato Benedicto oblatum fuisse a patre.* Satis est ergo, Damiani sententia haud confici, puerorum saecularium scholas Casini clausas fuisse, uti pro aevo etiam divi Thomae perperam arguebat Disquisitor; quamquam praeterea morem non recipiendi pueros oblatos, de quo idem loquitur Damianus, non diu apud Casinates viguisse libentissime fateor.

111. Fcliciorne fuerit Disquisitoris interpretatio, qua Conventus Aquisgranensis decretum, *ut schola in monasterio non habeatur, nisi eorum qui oblati sunt,* intelligendum putat de puerorum saecularium scholis, a monachorum coenobiis omnino eliminatis? Iudicium ferat peritissimus Mabillonius. Sic habet ille Praefatione I in saeculum III Ordinis s.Benedicti, §. iv, num. 11: « Quia vero pueris Deo conseeratis non conveniebat, ut saccularium collegio commiscerentur, alii ab aliis divisi sunt in duas turmas, et *scholae interiores et exteriores* constitutae. Certe Abbates nostri in Concilio Aquisgranensi anno 817 statuerunt, capite xi.v: *Ut schola in monasterio non habeatur nisi eorum qui oblati sunt:* non quo pueri saeculares ab scholis nostris excluderentur, sed quo diversi ordinis pueri divisis in scholis non unos audirent praeceptores. Quo magis mirari subit securitatem cuiusdam recentioris scriptoris, qui eo capite existimat monachos ab docendis externis pueris removeri iussu et auctoritate Principis: cum statutum istud ab ipsis Ordinis nostri praefectis conditum sit eo animo, ut ne pueri monachi saccularia cum pueris saecularibus discerent; ea scilicet animi sententia, qua vetuerant capite xlh: *Ut nullus plebcius seu clericus saecularis in monasterio ad habitandum recipiatur, nisi voluerit fieri monachus.* Erant ergo, ut dixi, in coenobiis nostris scholae *interiores* seu *claustrales* pro monachis; *exteriores* seu *canonicae* pro saecularibus. Huius discriminis auctorem habemus imprimis Ekkehardum in Vita s. Notkeri, capite vir: *Traduntur post breve tempus Marcello scholae claustri cum beato Notkero Balbulo et caeteris monachici habitus pueris: exteriores vero, idest canonicae, Isoni cum Salomone et eius comparibus.* » Paria docet Mabillonius in tractatu *De studiis monast.,* cap. π, quod inscribitur: *De academiis, seu collegiis, quae singulis temporibus in coenobiis Ordinis Benedictini floruere:* eademque habet Nebridius a Mundalhem, Canonicus regularis apud s. Mariam Leopoldinam in Austria, in *Antiquario monastico,* epistola 62.

Ex chronico Ccntulensi Thomassinus, parte II, libro I, capite xcvm. num. 12, haec profert: *In hoc coenobio Duces, Comites, filii Ducum, filii Comitum, filii etiam Regum educabantur.* Quod adeo disertum pro re, qua de agimus, testimonium existimavit laudatus Thomassinus, ut asserere non dubitaverit: *Decretum Aquisgranense* (quod minus attentus intellexerat de scholis puerorum saecularium a monasteriis prorsus eliminandis) *in usu vocatum non fuisse, aut non ubique vocatum, aut denique in desuetudinem abiisse.* Hinc demum de scholarum huiusmodi fortuna ac vicibus Mabillonius paucis omnia complectitur, quae desiderari umquam possunt, loco posterius citato: «Relatae academiae perseverarunt, inquiens, ac perpetuo durarunt in nostris coenobiis, tametsi variis vicissitudinibus ordinisque alterationibus iugiter subiectae: modo namque effloruerunt, modo pene aruerunt, modo demum repullularunt, iuxta maiorem nempe vel minorem regularis disciplinae vigorem. » Hinc vero si quis Damiani locum, quem supra expendimus, intelligendum contendat de *interioribus* monachorum scholis, e quibus pueri saeculares eiecti fuerint, per me licet. Satis est, *exteriores,* ut appellantur, scholas perseverasse apud monachos: quas aevo divi Thomae viguisse Casini in eisque ipsum Thomam moribus et litteris educatum esse, luculento testimonio produnt scriptores Vitae eius, qui perhibent: *Nobiles pueros Casini enutritos fuisse in moribus, ut inoris erat patriae;* ipsumque puerulum Thomam *ibidem nutritum fuisse secundum morem nobilium illius patriae, et in logicalibus et naturalibus optime profecisse.*

IV. Quamquam et illud postremo loco addere ad cumulum liceat, *morem illum patriae et regionis,* quem aevo divi Thomae vigentem toties inculcant, dataque opera proponunt attentiore mente considerandum laudati scriptores, in eo fortasse positum fuisse, ut monachi Casinates ita saeculares *nobilium* familiarum *illius patriae ac regionis* pueros exciperent moribus et litteris imbuendos, ut eos sive intra, sive extra monasterii septa enutrirent; eosque modesta et humili, vel etiam monastica veste, devotionis et pietatis causa, induere consuescerent; quidni rursus monasticis institutis, quae saeculari eorum statui ac tenellae aetati congruere poterant, eo fine consilioquc informarent, ut ad monasticam professionem capessendam allicerentur: quin eosdem tamen haberent inter pueros vere oblatos ac monasterio devotos, quibus resiliendi habitumque deponendi facultas adempta erat: ac integra demum eorum parentibus potestate remanente, puerulos suos, cum eis placeret, e monasterio revocandi? Morem similem Casini, vel in monasterio sanctae Mariae de Albaneta aliisque neapolitanis aliorum Ordinum in coenobiis, hodieque vigere, certiorem me fecere gravissimi viri.

Remotiora eiusdem consuetudinis exempla saepe laudatus Thomassinus affert parte I, libro III, capite lix, num. 6: « Carolus VI Rex Galliarum filiam quinquennem obtulit monasterio Pixiacensi anno 1397. Repraesentata sunt puellae religionis vota et instituta regulae: cumque illa se iis obsecuturam 'spopondisset, statim a Priorissa exuta est regiis vestibus et religiosis induta.... Aliquantis post annis, nempe anno 1405 (aetatis eius duodecimo) Rex Pixiacum venit et filiae coniugium proposuit, in quod ipse hortatu principum regii sanguinis sui consenserat. Puella, quae necdum velum religionis induerat, respondit se irrevocabili voto fidem suam obligasse caelesti sponso etc. » Ubi regiae puellae oblatio quaedam a Rege patre facta satis apparet: quae tamen nec ipsam potestati monasterii integre addicebat, neque patri ademerat arbitrium eamdem revocandi e monasterio. Sola educatio aut institutio videtur in veste religiosa; cui tamen, divino Spiritu afflante, votum adieccrat filia Regis, quo fidem suam caelesti sponso obligaverat. Iam ante scripserat idem auctor: « Placuisse beato Ludovico Galliarum Regi, idque testamento quoque decrevisse, ut duo, quos in orientali expeditione susceperat, liberi in monasteriis enutrirentur: alter apud Dominicanos, apud Franciscanos alter, ut ita suavissime illicerentur ad religiosum institutum: *ut illic sacris institutis ac litteris instruerentur, et ad amorem religionis salubriter inducerentur: desiderans toto corde, ut documentis salutaribus informati, Domino inspirante, loco et tempore ipsas Religiones intrarent.* » Haec habet verba Gaufridus de Bello-loco in Vita sancti Regis apud continuatores Bollandi ad diem xxv augusti, cap. 11, num. 16, ubi et fiilios nominat, alterum *loannem* et *Petrum* alterum. Haec vero sancti Ludoviei praefervida vota morem indicant tunc etiam vigentem apud' fratres Minores et Praedicatores, puerulos excipiendi, quos

induerent religiosa veste piisque institutis ac litteris informarent, ac ita suavissime illicerent ad religiosum institutum.

Similis fuerit *mos ille nobilium regionis et patriae,* quos Monachi Casinates in tenella aetate exciperent imbuendos ac monastica veste induerent, aevo divi Thomae vigens: perque me licet, si quispiam contendat, Casini gestasse ipsum monasticam vestem, non ex ritu verae propriaeque oblationis de ipso a parentibus factae, sed ex pia quadam invecta consuetudine, ut sic enutriti pueruli, Domino inspirante, loco et tempore monasticum institutum profiterentur. Hinc etiam pervium sensum denique habes, quo puerulum Thomam *Casini oblatum* dicere potuerint scriptores vitae eius; et quo scripserit Logotheta, parentes eiusdem *monachavisse* ipsum. Ad graviora iam sermo procedat.

CAPUT IV.

Ante pubertatis annos Casino discedit Thomas, a parentibus de consilio Abbatis revocatus. Neapolim mittitur ad scholas saeculares. Eiusdem familiaritas et consuetudo cum fratribus Ordinis Praedicatorum.

I. T^rasmus Gattula, qui loco citato constituerat, *natum* **liesse** Thomam *initio saltem anni 1225, ante diem septimam martii,* ipsumque *anno I23o, pro illorum temporum more, puerum quinquennem monachum Casinensem effectum;* egressum eius *e* Coenobio Casinensi ad annum Christi i23g, ac aetatis Thomae quartumdecimum expletum refert, causamque egressionis putat Friderici 11 Imperatoris violentiam. Verba sunt: « Illud quidem credimus, sanctum » Thomam Neapolim anno 1239 consedisse, ubi studia » sua omnia perficeret, Casino cum reliquis monachis in » exilium actum violentia Federici Imperatoris, de quo » haec ait Richardus a s. Germano (ad eumdem annum): » *Mense aprilis Monasterium Casinense, Imperatore man-* » *dante, servientibus et aliis ad custodiam necessariis com-* » *mittitur, quibusdam monachis ex eo exclusis etc.* Et » inferius: *Eodem mense* (iunii) *iterum alii, qui remanserant,* » *monachi de Casinen. Monasterio excluduntur, quibus simul* » *cum primis exclusis morari apud Vallem-luci provisum* » *est, paucis admodum in Monasterio remanentibus.* Paul- » loque post: *Eodem* (iulii) *mense tertia fit exclusio mo-* » *nachorttm de Monasterio Casinensi, quorum quidam* » *apud Vallem-luci, quidam apud sanctum Petrum Mo-* » *nasterii, et quidam moram facere in parentum domibus* » *elegerunt: et in ipso Monasterio nonnisi octo tantum* » *monachi ad celebrandum in eo divina officia reman-* » *serunt etc.* Ante id certe tempus nulla iusta causa san- » cto puero fuerat resiliendi a parentum oblatione iurciu- » rando firmata, nam eo tempore redire ad saeculum po- » terat quatuordecim iam annorum pubes. Ea tamen aetate, » fuisse ab eodem exacta apud Casinates studia grammati- » cae, logicae, philosophiae, testatur Ptolomaeus Lucensis.»

Longe diversam chronographiam statuit Disquisitor: sed in eo convenit, quod summum controversiae caput est. Thomam contendit *anno 1220* natum, *anno /225* oblatum Casini a parentibus Deo, *anno 1235* post emissam monasticam professionem missum Neapolim *anno aetatis eius quintodecimo:* eiectumque Casino cum caeteris monachis *anno i23g, aetatis decimonono.* Quae verba eius sunt cap. 111, num. 5, refero: « Nec facile concesserim ego, Thomam » decennem, ut vulgo dicitur, e Monte Casino Neapolim » ad altiora studia contendisse: sed aetate aliquanto pro- » vectiorem ac puberem, imo iam expresse solemniterque » professum; cum ille in Monte Casino, quo puerulus » missus fuerat, *in logicalibus et naturalibus disciplinis* » *optime profecisse* dicatur apud Ptolomaeum Lucensem. » Quis enim tantus in decenni puero profectus esse po- » tuisset? etc. »

Haec pro genio adserentes, Gattulam et Disquisitorem, paucis verbis, at luculentissimis refellit Guillelmus de Tocco in Thomae Vita, capite 1: *Abbas autem praedicti Monasterii providus,* inquiens, *cum adverteret in puero tam certa et matura futurae perfectionis indicia et clara iam praenuncia semina futurae segetis Scripturarum, advocato domino Landulpho, patre praedicti pueri, provide ei consuluit, ut puer mitteretur Neapolim ad studendum; ubi studens inciperet addiscere, quae Deus tot indiciis coeperat demonstrare. Unde puer de utriusque parentis consilio Neapolim mittitur, ut sub magistri Martini in grammaticalibus et logicalibus, et magistri Petri de Hybernia studiis in naturalibus edoceretur: in quorum scholis tam luculenti coepit esse ingenii et perspicacis intelligentiae, ut etc.* Quo loco de violentia a Friderico Imperatore inlata monachis Casinensibus deque monachorum Casino eicctione mentio nulla, nullum vestigium: imo ratio tota Thomae egressus ex eo sancto loco adducitur ea, quod cum in puero mirabilem praecocem in scientiis profectum adverteret Abbas, consilio suo apud parentes eius effecit, ut mitteretur Neapolim, ibidem in scholis diligentius pro ingenii acumine, feracitate ac velocitate excolendus.

Nondum ,vero pubem tum adeptum esse Aquinatem satis indicant ac evincunt animadversa *in puero* futurae perfectionis ipdicia, data Landulpho patri *praedicti pueri* consilia ut mitteretur Neapolim, eiusdemque pueri neapolitanum iter. An quindecim-annorum iuvenem, professumque monachum toties *puerum* appellasset Guillelmus de Tocco? Sed hunc Abbatem, sub quo Casini moribus et litteris informabatur Thomas, fuisse Landulphum Senebaldum, temporum ratio postulat; cum illum narret Richardus de sancto Germano in chronico, Abbatiae Casinensis praefecturam suscepisse *anno 1227,* mortemque obiisse *anno 1236, mense iulii in festo sanctorum Na;arii et Celsi.* Hinc vero conficere par est, Landulphum Abbatem, qui Thomam puerulum exceperat Casini litteris et moribus imbuendum, illum ipsum fuisse, qui cum nobilissimum Thomae ingenium advertisset, parentibus consilium dederit, ut ipse Neapolim mitteretur. Missus ergo fuerit ille anno 1235, aut ineunto anno 1236, quo natus erat ipse decem vel undecim annos; nam eius natalitia illiganda esse cum anno aerae Christianae 1225 aut insequente, infra dicendum est. At *in Monte Casino,* inquit Disquisitor, antequam inde discederet, *in logicalibus et naturalibus disciplinis optime profecisse* dicitur apud Ptolomaeum Lucensem: *quis vero tantus in decenni puero profectus esse potuisset, quae tanta philosophicarum rerum peritia, ut pares eius institutioni procurandae magistros ac praeceptores Casini non haberet?* Ptolomaei scilicet verba plus nimio exaggerat ille. Idem Auctor et Guillelmus de Tocco invicem conferendi sunt, ut legitimus sensus habeatur. Ait iste, *puerum* Thomam missum esse Neapolim, ut *grammaticalia et logicalia* addisceret sub disciplina magistri Martini, et *naturalia* seu philosophica sub magistro Petro de Hybernia. Unde Ptolomaeus Lucensis, Thomae Casini degentis profectum narrans, intelligendus est non tam de *optimo* profectu *in logicalibus et naturalibus disciplinis,* qua late patent spectatis, quam potius in primis earumdem *rudimentis,* ut refert Guillelmus. Utriusque scriptoris inita concordia, vim exerit totam argumentum ex verbis laudati Guillelmi depromptum, quae Thomam adhuc *puerum* et impuberem repraesentant, cum ille Casino Neapolim missus est. Ac sane quaenam miratio fuisset illa Abbatis Casinensis de profectu Thomae in scientiis, si pubertatis annos iam tum indeptus esset ac aetatem quindecim annorum attigisset?

Sed etiam Casino a parentibus revocatum puerum Thomam verba suadent Guillelmi: *Abbas autem praedicti Monasterii providus....* inquientis, *advocato domino Landulpho patre praedicti pueri, provide ei consuluit, ut puer mitteretur Neapolim ad studendum. . . . Unde puer dc utr.iusque parentis consilio Neapolim mittitur.* Itaque de puero Thoma deque studiis cius non audet Abbas pleno iure, ut de monacho suo, statuere (Iacobi Echardi animadversio est); at Landulphum patrem advocat monetque ut si filio suo consultum velit, mittat Neapolim, aptiores in ea urbe quam in Monasterio, praeceptores nacturum. Neapolim vadit ille, non cum litteris aut ex‘praescripto Abbatis, sed *ex consilio,* seu deliberatione ac imperio parentis utriusque; quin ipsum, ex quo semel Casino egressus est, utpote nihil ad se attinentem, curaverint deinceps Abbas vel monachi. Hunc planum ac pervium verborum Guillelmi sensum amplector, et adprobo: quae paullo aliter intelligenda capite 11, num. 3, proposueram, ut si Thomas quidem Casini oblatus Deo a

parentibus fuerit, iuri cedere, si quod in ipsum acquisiverat, voluerit Abbas. Sed haec agendi ratio in Abbate, si Disquisitorem audis, ad solius *urbanitatis officia* referenda est.

11. Hinc monasticas intelligit ille scholas, quas Neapoli adibat Thomas ac monachos praeceptores quos audiebat. Verba eius sunt, cap. m, num. 4: « Ecquid quaeso vetat, » puerum Thomam, cucullatum licet ac tonsum, e Monte » Casino Neapolim ad altiora studia missum esse, ut et hic » monachus canditatus, sub monachorum pariter disciplina, » suscepta Casini studia prosequeretur? Cum et illic Bε- » nedictini Ordinis monasteria tunc essent, sancti scilicet » Scverini et sancti Demetrii: quod ultimum iuris tunc » erat Coenobii Casincnsis... Aliunde etiam verisimilius sit, » Martinum illum et Petrum Hibernum, quos Neapoli » praeceptores habuisse dicitur Thomas junior, Bencdictini » Ordinis monachos exstitisse; uti Constantinus Abbas Ca- » ietanus et Bucelinus in martyrologio Benedictino con- » tendunt. Imo de hoc ultimo liquet plane: non alius quippe » est ille Petrus Hibernus, quam Petrus de Donis, patria » Ultoniensis, quae Hiberniae regio est ; quem ex Casinen- » sis Abbatiae tabulis constat monachum s. Severini tunc » fuisse. Nomen-enim et patria conveniunt apprime. »

Hac de re disserentem quoque Gattulam audire praestat: « Incertum, *ait ille,* an Neapoli manserit in monasterio » s. Severini Ordinis nostri vel s. Demetrii, quod Casina- » tibus suberat. Quamquam probi sancti adolescentis mores » suadent, in uno ex hisce monasteriis, non in saecularium » domo commoratum. Verisimile etiam est Neapoli Bene- » dictinos praeceptores audivisse: nam anno 1240 *(mense* » *novembres, apud Richardum de s. Germano)* regno exu- » lare compulsi sunt, iussu Federici secundi, fratres Ordi- » nis Praedicatorum et s. Francisci: atque Neapolitana Aca- » demia Erasmum Casinatem monachum ad docendum » ibidem sacram theologiam per litteras accersit *(quas re-* » *citat ibidem num. 6).* Ex quo etiam constat, haud stu- » diorum causa missum Neapolim sanctum Thomam. »

Constat imo s. Thomam studiorum causa Neapolim missum esse, luculentissimo Guillelmi de Tocco testimonio: *Provide ei consuluit* Abbas, inquientis, *ut puer mitteretur Neapolim ad studendum... Unde puer de utriusque parentis consilio Neapolim mittitur, ubi sub magistri Martini in grammaticalibus et logicalibus, et magistri Petri de Hibernia studiis in naturalibus edoceretur.* Ad rem non attinet, fratres Minores ac Praedicatores anno 1240 regno exulare iussu Friderici secundi compulsos esse; quamquam Richardus addit loco citato, non omnes exilio pulsos, *duobus tantum relictis, qui sint de Regno nativi, in singulis quibusque illorum domibus, ad custodiam earumdem.* Pro *incerto* demum habet Gattula (quod animadversione dignum est) an Neapoli manserit Thomas *in monasterio s. Severini Ordinis Benedictini vel s. Demetrii, quod Casinatibus suberat.* Mansisse vero coniicit ille, coniicit Disquisitor, praeiudicio occupati de oblatione Thomae Casini a parentibus Deo facta, deque monastica professione voto solemni ab illo firmata: quae duo pluribus iam argumentis refutata sunt ac validioribus deinceps refutabuntur.

Scholas interim, quas Neapoli adibat Thomas, dum perquiro, saeculares illae occurrunt, quas Fridericus II Imperator ea in urbe aperuerat, ut bonas litteras aut ereptas aut iacentes restitueret et excitaret, Thomae pneri ac adolescentis aetate florentes. De his verba faciens Richardus de s. Germano in Chronico ad annum 1224 scribit: Imperatorem *mense iulio pro ordinando studio Neapolitano ubique per Regnum misisse litteras generales;* illas fortasse, quae libro III Epistolarum Petri de Vineis, eiusdem Imperatoris cancellarii , recensentur numero xi et sequentibus. Sunt illae, queis *invitat scholares ad studium Neapolitanum,* in eisque inter alia legimus: *In primis quod in civitate praedicta doctores et magistri erunt in qualibet facultate. Scholares autem, undecumque venerint, secure veniant, morando, stando et redeundo, tam in personis quam in rebus nullam sentientes in aliquo laesionem.* Inter facultates praedictas locum etiam habuisse artem grammaticam, colligitur ex epistola num. i3 posita, qua *lustitiario Terrae Laboris* significatur, ne occasione edicti imperialis *magistris* molestiam inferat, qui *per terras iurisdictionis* eius *pueros in artis grammaticae primitiis et rudimentis edocent,* altioribus studiis ac reconditiore artis grammaticae eruditione Neapolitano studio reservatis. Scribit etiam Richardus de s. Germano ad annum 1234 studium idem Neapolitanum, quod elanguere ac pene aruisse videbatur ob dissidia Sacerdotium inter et Imperium oborta, denuo ab Imperatore instauratum. Verba sunt: *Studium, quod Neapoli per Imperatorem statutum fuerat, quod extitit, turbatione inter Ecclesiam et Imperium secuta, penitus dissolutum, per Imperatorem Neapoli reformatur.*

In his ergo scholis sese Thomas exercebat Neapoli degens: ad easque ut mitteretur consilium dedit Coenobii Casinensis Abbas ac voluerunt parentes eius, ut angelicum ingenium, quod in pueritia praemonstraverat, illudque rudimentis artis grammaticae, logicae ac philosophiae excultum Casini fuerat, altiorem penitioremque huiusmodi artium et facultatum eruditionem in tam celebri Academia assequeretur. Tempora sane conveniunt, cum studium illud Neapolitanum anno 1234 instauraverit Fridericus Imperator, Casinoque Thomas anno insequente vel 1236 revocatus fuerit. Scholas etiam istas manifeste indicant quae narrat Guillelmus de Tocco de iuvene Thoma in scholis ncapolitanis auditore. Scribit nempe: *Festinum profectum Thomae in scientiis magistros et alios* in admirationem rapuisse: *famam eius per scholas volitasse: et quemdam fratrem Ordinis Praedicatorum, praefati invenis admirandam scientiam considerantem,* de ipsius doctrina et sanctitate *visionem accepisse.* Quibus ita se rem habuisse evincitur, ut Thomas publicas illas et sacculares adiret scholas; dc mirabili propterea ipsius profectu in scientiis invicem verba facerent, qui in eisdem auditores erant ac ipsi etiam magistri; sicque fama eius per scholas volitaret; fratres etiam Praedicatores, qui ibidem sacras doctrinas tradebant, praeclarissimum invenis ingenium admirari potuerint. Bene cohaerent omnia. Thomam vero si monachum facias, in privata monachorum schola sese exercentem, nihil est horum quod de illo dici queat.

Neque solum scholas hic habeo saeculares et publicas, quas adiret Thomas altioribus studiis exornandus, easdemque a prisco vitae eius scriptore satis indicatas: verum etiam saeculares fuisse praeceptores eius, Martinum et Petrum Hibernum, non levi coniectura colligi ex eo potest, quod illos Guillelmus de Tocco titulo dumtaxat *magistri* exornet; non fratres, non monachos appellet. Fratribus Minoribus ac Praedicatoribus, qui in Neapolitana Academia theologicas disciplinas tradebant, e Regno exulare iussis anno 1240, ad publicum illud gymnasium invitant Erasmum monachum doctores et scholares litteris datis, quae monasticam eius professionem exprimunt: *Honestissimo et peritissimo viro* (inquientes apud Gattulam loco citato). *magistro Herasmo, monacho Casinensi, theologiae professori, Universitas doctorum et scholarium Neapolitani studii salutem* etc.

At coniecturis non haeream ego, qui magistrum et doctorem, quo Thomas in philosophicis disciplinis addiscendis utebatur, mihi videor invenisse; non *Petrum de Donis Ultoniensem* Benedictini Instituti professorem, aut alium quemvis monachum, monachorum privatae scholae praesidem; sed *Petrum de Hibernia,* in publicis illis et saecularibus a Friderico secundo scholis institutis doctorem eximium. Is ille *Petrus de Hibernia est,* ad quem inter epistolas Petri de Vineis libro tertio inscripta legitur decima, *Magistro Petro de Hibernia.* Imperatoris nomine data est, qua constat, illum ad studium Neapolitanum regendum advocatum fuisse, ac plurium auri unciarum mercede pacta pro summa eiusdem Imperatoris munificentia conductum. Epistolae verba haec sunt: *Te igitur, quem antiquae fidei praescripta sinceritas et praestita dudum felicis recordationis domino Patri nostro grata servitia nobis efficaciter recommendant; de cuius etiam experta scientia, probitate cognita et doctrina probata, in conspectu nostro iam pluries multorum testimonia claruerunt;*

ad celebranda communis studii eiusdem festiva solemnia, hilariter providimus invitandum : fidelitati tuae praecipiendo mandantes, quatenus de favore et gratia nostra securus, ad civitatem ipsam ob reverentiam Maiestatis Nostrae, personaliter recturus, accedas. Et ut certam concipias de nostrae gratiae liberalitate fiduciam, firmiter te tenere volumus, quod in adventu tuo, in signum secundioris auspicii, de valore annuo i 2 *unciarum auri tibi faciat nostra munificentia provideri.* Quid est ergo ultra, ut de scholis neapolitanis, quas frequentabat Thomas deque magistris eius quaeramus? Magister adest *Petrus de Hibernia:* nomen enim et patria et tempora conveniunt apprime; qui cum in scholis publicis et saecularibus moderator esset, scholas etiam saeculares et publicas adiisse Thomam compertum est.

111. Thomae Neapoli degentis profectum in scientiis attestantem habemus allatis iam verbis Guillelmum de Tocco. Testis accedit Bartholomaeus de Capua Logotheta in Processu canonizationis cap. ix, num. 76 : *Missus,* inquiens, *ad Neapolitanum studium, in grammaticalibus et logicalibus omnes antecedebat, conferendo et disputando.* Sed christianis etiam piisque moribus maxime proficiebat: *Cogitabatque commissum* sibi *talentum naturalis ingenii* (verba sunt laudati Guillelmi) *dono gratiae spiritus, per transitum ad aliquem Ordinem augmentare.* Frequenti utebatur fratrum Ordinis Praedicatorum consuetudine: duosque praesertim eximios viros Bartholomaeus de Capua memorat, *fratrem loannem de Caiatia, qui erat homo magnae auctoritatis, multum familiarem dicto fratri Thomae; et fratrem loannem de s. luliano, hominem magnae vitae et humilitatis.*

Divinae vocationis, qua se pertractum ad Ordinem Praedicatorum sentiebat, conscium reddidit laudatum fratrem loannem de s. luliano: Qui et *iuvenem a Deo sibi destinatum* optimis consiliis adiuvit, et *ad ingressum praedicti Ordinis mente dispositum inclinavit.* Verba sunt Guillelmi de Tocco, quae verborum Bartholomaei de Capua, *dicebatur notarié,* inquientis, *fratrem Thomam de Aquino receptum fuisse in Ordine Praedicatorum* a fratre loanne de s. luliano, legitimum sensum declarant, adolescentem Thomam consiliis eius adOrdinem adductum; constat quippe, fratrem Thomam Agni de Lentino , qui tum conventus Priorem agebat, eum veste induisse, ut habet Bernardus Guidonis. Quae demum omnia, si attentiore mente expendantur, notum fit compertumque, haud ita facile Thomae iuveni convenire potuisse, si Neapoli frocum gestasset, litterisque ac scientiis in Bénédictine coenobio, tamquam monachus recens professus, operam dedisset.

CAPUT V.

Thomas tum saeculo demum valedixit, cum fratrum Praedicatorum Ordini nomen dedit. Disquisitoris mala fides et oscitantia.

I. A d illud piissimi adolescentis Thomae praeclarum xkfacinus, cum Ordinem Praedicatorum amplexus est, iam sermo devenit: quo vel uno in bona luce posito, cuncta micant omnia fulgentissime, quae hactenus enarravimus. Non enim negaverit Disquisitor, si Thomam validissimis argumentis probavero tum demum saeculum reliquisse, cum Ordini fratrum Praedicatorum nomen dedit, uno ictu monachatum eiusdem concidi: caque omnia cadere ac ruere, quae narrat de Thoma cucullato ac monastico instituto sacra emissa professione obnoxio, sive Casini sive Neapoli degente.

Sed ita est, degisse Thomam in saeculo, donec divina favente gratia, quae illum Dominican! Ordinis professorem, antequam nasceretur, praenunciaverat, frater Praedicator effectus est. Rem testatur disertissime Guillelmus de Tocco, scriptor vitae eius; primo quidem illis verbis: « Cogitans » praedictus iuvenis, quod poterat sibi esse damnabile , si » commissum ei talentum naturalis ingenii, dono gratiae » spiritus augmentatum, sub terra velut sudario *negle-* » *ctioris vitae* absconderet, quod poterat *per transitum ad* » *aliquem Ordinem* augmentare, ductus est ad fratrum » Praedicatorum Ordinem, *diu cordis desiderio affectatum.* » Haeccine quaeso convenirent Casinensi monacho a multis annis professo? Cogitat vero Thomas, *per transitum ad aliquem Ordinem* sibi doctrinae augmentum parare; igitur satis est indicio, nullum Ordinem hactenus ingressum ipsum fuisse. Timebat ille, ingenii talentum *abscondere sub neglectioris vitae* statu; igitur monasticam vitam non erat amplexus. Quis enim credat, humillimum Thomam, si monastico instituto addictus esset, monasticam vitam existimare potuisse *vitam neglectiorem?* Aut cur timendum illi fuerat, ut commissum sibi talentum *absconderet* in Ordine Benedictino, in quo praecesserant tot praeclarissimi viri, sanctitate et sapientia praestantes; et ex quo Erasmum monachum illis pene diebus ad tradendum publice theologiam evocaverat Neapolitana *doctorum et scholarium Universitas?* Denique cum Thomae cordi esset, *per transitum ad aliquem Ordinem,* otium excutere *vitae neglectioris;* ductusque fuerit ad Ordinem fratrum Praedicatorum, *diu cordis desiderio affectatum;* quis inde non colligat, tum demum saeculum reliquisse Thomam, cum inter fratres Praedicatores, eorum induta veste, cooptatus est?

Novum suppeditat eiusdem rei momentum laudatus Guillelmus, qui Thomae ingressum in Ordinem Praedicatorum cum narrasset, statim haec subiicit: *Dc cuius ingressu admirati sunt nobiles civitatis, quod tam nobilis iuvenis parentum domum desereret.* Commentario opus non est, sed animo praeiudiciis vacuo, ut noverint omnes, quotquot haec legerint, Thomam saccularem vitam egisse Neapoli; actum demum *parentum domum* et bona omnia, quibus eius familia perillustris et potens abundabat, *deseruisse,* cum lesum pauperem sequi maluit in Ordine Praedicatorum, eumque amplexus est. Rem confirmat s. Antoninus parte III Chronici, titulo xxm, capite vin, §. 1 inquiens: *Coepit secum* Thomas, *Domino agente, disponere saeculum relinquere et Ordinem Praedicatorum introire.* Coecus esto, qui saecularem Thomae statum, antequam Dominicano Ordini nomen daret, hisce verbis descriptum non intelligit.

Pergit narrare Guillelmus, motas in Thomam Dominicanam vestem indutum persecutiones, captum etiam et in carcerem domesticum ihtrusum, gravissimas demum a fratribus inlatas iniurias: Ac inter alia, *dilaniatum ab ipsis habitum* praedicti Ordinis Dominicam, *ut prae verecundia dilaniatum deponeret et alium indueret, qui placeret ei.* Quomodo, inquio ego, monacho a multis annis professo, qualem fuisse Thomam, cum haec contigerunt, contendit Disquisitor, facultatem fecissent fratres irati, ut una veste Dominicana deposita, *alium indueret habitum, qui placeret ei?* Sed haec evincunt, saecularem fuisse Thomam, donec vestem Dominicariam induit: quam subinde ab ipso indutam in frusta conciderunt prae ira fratres; aliumque habitum, aut monachalem, aut ecclesiasticum, aut laicum obtulere, ut uno habitu Praedicatorum excepto, qucmcumque mallet, minis et iniuriis cedens, tandem adsumeret.

Haec narranti Guillelmo testis accedit Bartholomaeus de Capua, auditus et iuratus in Processu canonizationis capite ix, num. 76, ubi testatur: Se inter alia audivisse *a fr. loanne de Caiatia et a fr. loanne de s. luliano,* qui cum Thoma vivente familiaritatem habuerunt, *et ex quodam communi praeloquio,* factum esse, *ut favore et potentia dicti patris* (Landulphi scilicet) *idem frater Thomas captus, fuerit in castro paterno detentus... et licet idem suus genitor sibi monachales vel laicalcs vestes offerret, eas numquam recipere voluit.* Quae verba saecularem Thomae vitam, antequam Dominicano Ordini adstringeretur, clarissime repraesentant. Quo se ab his expediat modo Disquisitor, referendum est. Ait scilicet cap. v, num. 3: « Hinc observamus, parentem cius Landulphum Comitem, » cum illum c castro Aquaepcndentis ad se adductum, » domestico carccri addixit, et Dominicanas, quas ille rc- » cens induerat, vestes in frusta concidit, *monachales in-* » *duendas* obtulisse: quod laudatus supra Bartholomaeus » de Capua Regni Siciliae Protonotarius, testis in Processu » canonizationis auditus, iuramento testatus est. » Ubi animadverte, solas *monachales vestes* ab illo exponi; *laicalcs* vero etiam *oblatas,* ut testatur J.ogotheta, silentio premi. Hinc sequitur ille, hanc efformare demonstrationem:

Non levis est, inquiens, *suscepti a nobis argumenti probatio, ne dixerim, demonstratio: qua etenim libertate, quo iure monachales vestes induendas obtulisset parens, si eas numquam antea filius induisset?* At neque demonstratio est, neque probatio etiam levis, monasticas antea gestasse Thomam vestes, ex quo induendas iilas obtulerit pater. Eas namque cur obtulerit, patet; ut si quas regularis Instituti vestes induere filius vellet, prae Dominicains eligeret monachales, quas etiam animo destinaverat eidem, cum ipsum Casinensibus Monachis tradidit moribus et litteris informandum.

At verba rursum Logothetae, si omnia adnotentur, non levem probationem, sed clarissimam demonstrationem suppeditant, non qua monachatus Thomae, antequam ad Praedicatorum Ordinem se transferret, ut putat Disquisitor, ulla ratione evincatur, sed qua monachatus idem profligetur: Thomamque tum demum saeculo valedixisse, cum Praedicatorum Ordinem ingressus est, ostendatur. Non solum enim Thomae in carcere detento *monachales vestes obtulit* pater, sed etiam *laicales:* qua igitur libertate, quo iure *laicales vestes* induendas obtulisset filio, si antea in saeculo non existons, sed monachus a multis annis professus, vestem Dominicanam induisset?

II. Malam fidem Disquisitoris in afferendis scriptorum testimoniis quis non admiretur? Patet etiam oscitantia eius, ut mitius agam: quem sane oportet, priscos illos Thomae vitae scriptores, qui tam clara, tam diserta saccularis status, in quo versabatur ille, cum Dominicanae Familiae adseriptus fuit, testimonia proferunt, aut vidisse numquam aut oscitanter legisse. Nihilominus sic ille Disquisitionem suam exorditur capite i, num. i: «Divum Thomam, scholarum » Angelum, antequam dominicano Praedicatorum Ordini » nomen daret, Bencdictinum monachorum Institutum apud » Casinenscs professum esse, ibidemque per aliquot annos » monachum solemnibus votis obstrictum substitisse; iis » certe paradoxum videbitur inauditum, qui priscos vitae » eius historicos leviter tantum ac defunctorie lectitarunt. » Imo paradoxum inauditum maxime videtur iis, qui diligentissime Thomae acta a priscis historicis conscripta expenderunt: et quam aliis affingit Disquisitor, ipse reum se prodit incuriae maximaeque socordiae.

Sed ipse sibi repugnans, hac de re siluisse priscos illos historicos fatetur capite vni, ubi, numero i, difficultati, quae sumitur ex eorum silentio, respondet in haec verba: « Nihil in historica concertatione roboris habere abnuti- » vum argumentum: quive de divi Thomae monachatu » siluere prisci scriptores Dominicani, non idcirco negasse, » aut commentitium esse suo illo silentio docuisse. » Verum patet quammaxime, priscos historicos Dominicanos de monachatu Thomae nedum non siluisse; sed etiam ea narrasse, quae illum omnino prdfligant: quod est eumdem apertissime negare. Siluisse ne dicendus est Guillelmus de Tocco, qui refert: Tum nolentem Thomam talentum ingenii *abscondere sub neglectioris vitae statu, quod poterat per transitum ad aliquem Ordinem augmentare, ductum esse ad fratrum Praedicatorum Ordinem, diu cordis desiderio affectatum;* tum *nobiles civitatis de ingressu illius in Ordinem admiratos esse, quod tam nobilis invenis parentum domum deseruisset;* tum demum germanos fratres iratos vestem Dominicanam recens indutam in frusta concidisse, *ut prae verecundia dilaniatum habitum deponeret et alium indueret, qui placeret ei?* Non siluit, haec scribens Guillelmus: sed ac si monachatus Thomae vel tum ab aliquo fabulatore obtrusus esset, apertissime illum inficiatur. Silet ne praeterea Antoninus, qui narrat: *Coepisse secum Thomam, Domino agente, disponere saeculum relinquere et Ordinem Praedicatorum introire?* Silet ne tandem Bartholomaeus de Capua, dum iuramento testatur Landulphum patrem Thomae, ut vestem iste Dominicanam deponeret, *ei obtulisse monachales vel laicales vestes,* quas *numquam* constantissimus adolescens *recipere voluit?* Si haec pro silentio et pro nihilo habenda sunt, libeat diem noctem dicere: nihilque erit ab historicis,' licet clare, licet diserte dictum, quod pro non dicto non habeatur.

Sed invitos tametsi deos patiatur Disquisitor, non ante Dominicanas vestes indutas a Thoma contendit ille, quam exuerit monasticas, in oblatione de se a parentibus Deo facta Casini primum adsumptas, ac deinceps ob monasticae professionis votum firmata strictiori iure retentas. Tabulas Casinenscs in argumentum affert cap. vi, num. i: « Richardus » a s. Germano, *inquit,* monachus ea aetate Casinensis, cuius » Chronici fragmenta laudat saepenumero Odericus Ray- » naldus in Annalibus ecclesiasticis ad saeculum decimum- » tertium, eiectionem monachorum suorum referens, dum » Fredericus II Imperator Monasterium in munitionem » convertit, paulo antequam Thomas Aquinas, relicto Ca- » sino, Praedicatorum Ordinem adiisse creditur; illud inter » caetera notat maxime, monachorum aliquos suis sedibus » eiectos ac disturbatos Benedictinum cucullum exuisse. » *Anno,* inquit, i23q *mense iulii, tertia fit exclusio'monachorum de Monasterio Casinensi: et in ipso Monasterio, nonnisi octo tantum monachi, ad celebranda divina officia remanserunt, quorum nomina sunt haec* etc... » *Eiecti autem coenobitae, alii ad monasterium Vallis Lucis se receperunt, alii apud consanguineos, alii habitum reliquerunt:* non utique facti apostatae (absit a viris re- » ligiosissimis tantum nefas, quod nec si forte fuisset, Ri- » chardus a sancto Germano in sui Ordinis dedecus pro- » didisset) sed in alios Ordines convolantes.

Antequam refero argumentum quod inde Disquisitor exprimit, animadverto: Richardum de s. Germano perperam dici *monachum ca aetate Casinensem:* ac mirum esse, editum eiusdem Chronicon a Ferdinando Ughello anno 1647 in Italiae sacrae tomo III iterumque recusum tomo X editionis Venetae anno 1722 non vidisse Disquisitorcm. In Prooemio sic ait ipse chronista: *Ego Richardus de s. Germano notarius.* Et infra: *Quoniam ergo Regni filius ego sum, qui legerit non me causetur detestando, si Regni gesta scribo.* Casinensis monachatus eius vestigium nullum, vola nulla: nec ipsum inter Casinates monachos recenset Gattula; ipsumque *notarium,* non monachum appellant Nicolaus Toppius in bibliotheca Neapolitana, et Guillelmus Cave in Historia litteraria, qui suo ingenio addit, adnotante Mutatorio, ipsum fuisse *Regis Siciliae secretarium.*

Iam vero sic argumentum efformat Disquisitor: «Quidni » quaeso de divo Thoma Aquinate, tacito nomine, locu- » tum illic Richardum *(cum ait, ex eicctis monachis alios ha- » bituntreliquisse, non utique factos apostatas, sed ad alios » religiosos Ordines convolantes)* existimemus, quem prae » caeteris Casino exclusum oportuit, dum ea monachorum » eiectio ex Frederici Imperatoris iussu facta est, tamquam » filium Comitis Aquinatis, quem Caesar maxime oderat, » quod contra ipsum Pontificis partes secutus fuisset? Sed » sunt haec, inquis, merae coniecturae ad arbitrium fictae. » Siste Disquisitor: non meras hasce tuas inquio contecturas esse ad arbitrium fictas, sed malam insuper fidem noto scriptorum loca depravantem. Richardi de s. Germano Chronicon editum prostat anno 1647 et 1722 apud Ferdinandum Ughcllum in Italia sacra, et anno 1725 apud Muratorium tomo VII Scriptorum Italiae, et apud Erasmum Gattula anno 1734 in Accessionibus ad historiam Abbatiae Casinensis parte II; quibus omnibus in editionibus illa verba, ex quibus argumentum promis, desiderantur, *Alii habitum reliquerunt.* Integrum ac genuinum accipe textum: *Eodem mense* (iulii) *tertia fit exclusio monachorum de Monasterio Casinensi; quorumi quidam apud Vallem-Lucis* (Vallem-Luci) *quidam apud s. Petrum Monasterii, et quidam moram facere in parentum domibus elegerunt: et in ipso Monasterio nonnisi octo tantum monachi ad celebrandum in eo divina officia remanserunt, quorum nomina sunt haec* etc. Iam ergo delenda verba sunt, quae vel mala fide Disquisitor addidit, vel ab alio adiectà per summam oscitantiam transcripsit, ipso Richardi Chronico nec lecto, nec viso: quaeve inde sumitur conjectura, tametsi ad arbitrium ficta, evanescit.

Quae rursum abit in auras, canente fabulam Disquisitore, cum ait: *Thomam prae caeteris Casino exclusum oportuit, dum ea monachorum eiectio ex Frederici Imperatoris iussu facta est, tamquam filium Comitis Aquinatis, quem Caesar maxime oderat, quod contra ipsum*

Pontificis partes secutus fuisset. Verum enimvero Comites Aquilii eo anno 1289, et insequente, et anno 1248 quo vestem Dominicanam induit Thomas, ac deinceps ad usque Lugdunense Concilium Oecumenicum anno 1245 celebratum, Fridcrici partes secutos esse, historiae produnt. Richardus de s. Germano ad annum 1289 adnotat: *Mense madii.....Thomam de Aquino, Acerrarum Comitem, vocatum ad Imperatorem in Lombardiam* profectum esse. Editione utor quam Gattula correxit et emendavit. Haec rursum habet ad annum 1240: *Mense iunii, Imperator cum exercitu suo, quem de Regno collegerat, venit ad s. Germanum, ubi per sex dies moram protrahens, e vestigio per Aquinum transitum faciens, et secum ducens Pandulphum Dominum Aquini, apud insulam Pontis Solerati posuit castra sua.* Narrat etiam Guillelmus de Tocco: Thomam recens indutum vestem Dominicanam, captum fuisse *a fratribus germanis, qui erant cum Frederico Imperatore in castro Aquae-pendentis Tusciae regionis:* quae nempe anno 1248 vel insequente acciderunt. Ac demum ex his Thomae fratribus, alterum vocat *Reginaldum* Ptolomaeus Lucensis libro XXII Hist, eccl., capite xx, *inter Maiores in curia Frederici.* Luculentissime haec evincunt, Imperatoris partibus hoc tempore adhaesisse Comites Aquinates. Adnotat vero idem Ptolomaeus, praedictum Rcginaldum *postea ab ipso* Imperatore fuisse *interfectum;* Comitumque de Aquino *progeniem in parte* a Friderico *destructam, quia fideles erant Ecclesiae;* eamdemque *praevaluisse* demum *tempore Caroli:* quae contingere non potuerunt nisi post Concilium Lugdunense anno 1245 celebratum, in quo anathematis fulmine percussus est Imperator. Paucis ergo in Disquisitoris verbis commenta plura putidissima innotescunt: quibus superstructa, quaenam fuerit coniectura eius de monastica veste, quam Thomas tum demum exuerit, cum meliora charismata quaerens, Ordinem Praedicatorum ingressus est?

CAPUT VI.

Thomae Aquinati, iam vestem Dominicanam induto, Casinensem Abbatiam ab Innocentio quarto Summo Pontitice oblatam, referunt Thomas de Cantimprato et Ptolomaeus Lucensis. Haec narratio diligentius expenditur. Monachatus Thomae iterum profligatur.

I. ' I Torna de Cantimprato et Ptolomaeo Lucensi in A testes advocatis, quos sequuntur et cxcribunt Paulus Langius in chronico Citizensi ad annum 1268, et Leander Albertus lib. Ill de Viris illustribus, *rem singularem plane et observatione dignam* refert Disquisitor capite v de Abbatia Casinensi in gratiam parentum Thomae Aquinati oblata a Romano Pontifice: indeque monachatum Thomae sibi videtur probare et evincere posse: *Quid sibi vult,* inquiens, *ea divi Thomae Praedicatoribus recenter adiuncti in Abbatem Casinensem electio, si Benedictinus, et quidem expresse professus, reipsa non erat?* Addit Pontificum Romanorum decreta, Innoccntii III ct Gregorii IX queis cautum est, ne monachis praeficerentur Abbates extranei, ut magis Thomae monachatum pro viribus colligat et confirmet.

Utriusque scriptoris verba sub oculos primum ponenda sunt; invicem praeterea conferenda ac nonnullis detergenda mendis; quo demum fiat, rem hanc singularem ct observatione dignam, prout eam prisci narrant historici, minime Thomae monachatum confirmare, sed evertere. Thomas de Cantimprato lib. 1 de Apibus, capite xx, §. 10, editionis Georgii Colvencrii, Duaci 1627, haec habet: « Cum » quidam nobilis adolescens, de Romanorum partibus, » Thomas de Aquino nomine, haec ct his similia *(de quibus » antea disseruerat)* vereretur, intravit Ordinem fratrum » Praedicatorum Bononiae. Qui cum Domino ibidem in » magno fervore et alacritate spiritus deserviret, invidit » diabolus, et instigavit parentes cius et maxime duos » fratres illius potentissimos ac feroces, qui obtinuerunt a » Papa, ut ad curiam per litteras Apostolicas citaretur. » Qui ut comparuit, iussus est habitum Ordinis deponere » et dignitatibus ecclesiasticis insigniri. Quod cum sper- » neret mira constantia, furtim a suis fratribus raptus est, » et in carcerem clam detrusus. » Iniurias Thomae inla.tas postmodum narrat; fratresque tandem ab Imperatore, ne fratrem male haberent, cohibitos. Quibus recensitis, pergit narrare: « Nec diu Satan distulit insidias adolescenti spar- » gere. Instinctu enim fratrum suorum carnalium et ami- » eorum quos habebat in curia, per litteras Apostolicas » iterum mandatus est frater Thomas. Venienti autem mox » a Papa praecipitur, ut regimen Abbatiae Montis Casini » susciperet.... Renuit ergo praeclarissimus adolescens, nec » Ordinem vel habitum suum deserere ulla conditione con- » sensit. Cui cum Papa concederet, *ut in Ordine et habitu » suopraeesset officio,* noluit ille; et clam prolapsus a curia » fugit et in Coloniam Agrippinam venit. » Haec ille, qui aevo divi Thomae vitam agebat, mortemque videtur obiisse anno circiter 1272, vel etiam postea. Hunc facit Disquisitor *Episcopum suffraganeum Cameracensem:* quam illi tamen dignitatem adimit lacobus Echardus in eiusdem Elogio. Dionysius Sammarthanus tomo III Galliae Christianae, de Nicolao III Cameracensi Episcopo agens, qui sedem illam tenuit ab anno 1284, et anno 1272 adhuc in vivis erat, haec habet: *Sub hoc praesule Thomas Cantimpratensis.... consecratus sub titulo mendicato Episcopi Lusentini, munia pastoralia et episcopalia obivit vice ipsius.* Rem ego in medio relinquo.

Sequitur Ptolomaeus Lucensis, cuius haec verba sunt libro XXII Hist, eccl., capite xxi, non xxix: De carcere eductum Thomam, *statim animalia sunt parata ad ipsum deducendum Romam. Inde vadit Coloniam ad fratrem Albertum, ubi multo tempore fuit; et ibidem existenti, oblata fuit eidem Abbatia Montis Casini per Alexandrum gratia parentum, quia erant expulsi de Regno; et recusavit.* Quo loco emendandum adnotat Echardus vel Ptolomaeum, vel potius eius Notarium, qui *Alexandrum IV* scripsit pro *Innocentio IV*. Pauli Langii et Leandri Alberti verba praetereo, qui sequiore aetate floruerunt, cxscripseruntque Ptolomaeum et Cantimpratensem.

II. Menda plura, quibus haec narratio scatet, advertere primum liceat; quaeve aut vera aut verisimilia non sunt, aut dubia indicare. Negaverit nemo a veritate abludere Thomam de Cantimprato, dum narrat: *1.* Aquinatem dc Romanorum partibus venisse *Bononiam;* 2. Dominicanam vestem Bononiae indutum, *ibidem* aliquamdiu substitisse; 3. In curiam semel ct iterum *per litteras Apostolicas* vocatum eoque profectum esse; 4. Dignitatibus ecclesiasticis a Pontifice oblatis insigniri nolentem, tunc a fratribus *furtim raptum* et in carcerem detrusum; 5. E curia demum secunda vice *clam prolapsum,* Coloniam Agrippinam petiisse. Probatus nemo vitae Thomae priscus historicus, aut Ptolomaeus Lucensis, aut Guillelmus de Tocco, aut Bernardus Guidonis, aut adhibiti testes in Processu canonizationis, quidpiam simile narrant: hominique Brabantio longe dissito, haec narranti ex incerta fama, parcendum est.

Sed neque paria sunt ct consona, imo longe diversa ac repugnantia, quae referunt Cantimpratcnsis et Ptolomaeus. Scribit iste, Thomae *Coloniae existenti* Abbatiam Casinensem oblatam fuisse; narrat ille, id factum, antequam idem Thomas Coloniam proficisceretur. Ait etiam Ptolomaeus, Abbatiam eidem longe a curia Pontificia dissito per Innocentium oblatam; ait vero Cantimpratanus, Thomam *in curiam* advocatum ibidemque existentem, illam sibi oblatam respuisse. Quod semel demum contigisse narrat alter; bis, alter.

Haec fortasse videri cuipiam poterunt totidem argumenta, queis narratio illa de Abbatia Casinensi Thomae oblata in dubium vocari possit ac etiam explodi. Non is vero ego sum, qui id contendam. Ea tantum in illius facti examine mens mihi fuit, ut a fabellis adiunctis detergeretur; ipsamque Abbatiam revera Thomae oblatam si quis putet, iuxta fidem utriusque scriptoris, per me licet. Oblationis factae tempus, quantum ferunt probabiliores conjecturae, inquirendum est. Quod ut praestem, praemitto partem chronographiac gestorum sancti Thomae, quam lacobus Echardus, diligentissime synchronis scriptoribus collatis, digessit. Sic habet ille in Vita vel Elogio ipsius: « *An- » no 124.3* Ordinem Praedicatorum Neapoli in sancti Do-

» minici coenobio amplectitur.... Aquapendente ex itinere » transiens, a germanis suis, ibidem in aula et exercitu » Frederic! Imperatoris militantibus, e manibus sociorum » vi eripitur: quae *circa Septembrem* videntur evenisse *(qua* » *de re capite postremo agendum mihi est). Anno* 1244, » postquam per annum circiter detentus esset, per fene- » stram dimissus ac sodalibus restitutus est. Neapolim, » indeque Romam absque dilatione ad Magistrum Ordinis » adducitur. Is erat venerabilis frater loannes Thcutoni- » eus, qui iuvenem Thomam tenerrime amplexus, Parisios. » ac vix ibi commoratus, recta Coloniam sub Alberto Ma- » gno tum maxime florente erudiendum secum ducit. » *Anno* 1245 Albertus Magnus, Parisiis ad legendas Sen- » tentias assignatur: et cum eo iuvenis Thomas ad stu- » dium illud mittitur. Ambo eo venisse videntur *circa* » *octobrem,* quo fieri solebat scholarum instauratio ---- » *Anno* 1248 finito cursu, ambo, magister et discipulus, » Coloniam reversi sunt: cumque ibi eo anno in comitiis » Ordinis Parisiis ad Pentecosten 7 *iunii* coactis, studium » generale positum fuisset; in eo deinceps Albertus re- » gentis functus est officio, Thomas vero sub eo iuxta le- » ges Ordinis, philosophiam, Scripturam sacram, Sententias » interpretatus est ac legit... *Anno* 1252 vel Coloniae iis- » dem desudans lectionibus perstitit : vel si quis Parisios, » ivisse contendat, Sacras litteras interpretaturus, ut lector » biblicus (sic enim vocabant, qui primus erat ad magi- » sterium gradus) *versus septembrem* missus fuerit. Cer- » tum enim est, *anno tantum* 1253 in instauratione scho- » larum *versus octobrem,* lectionem Sententiarum Parisiis » ut baccalaureum aggressum esse. »

Porro oblatam Thomae Abbatiam Casinensem nnno 1243, *fratribus Praedicatoribus recenter adiuncto,* Disquisitori *certum* est : in eamdemque sententiam olim ego ferebar. Re maturius discussa, id eo tempore factum pernego. Ptolomaeus Lucensis oblatam narrat Abbatiam Thomae, *gratia parentum, quia erant expulsi de Regno:* atqui illo anno 1243 et sequentibus ad annum usque 1245, gratos Imperatori Friderico fuisse Comites Aquini in eiusque aula versatos esse, proque ipso militasse, probatissimis testibus adductis, Richardo de s. Germano, Guillelmo de Tocco, Ptolomaeo Lucensi, demonstravimus capite superiore num. 2 in calce. Ad haec, Abbatiam Casinensem *anno* 1239 *mense februarii,* teste Richardo de s. Germano, regendam suscepit Stephanus de Curvario : rexitque illam *annis novem,* ut habet series ms. Abbatum Casinensium, qua utitur Erasmus Gattula in sua Abbatiae Casinensis historia parte II, num. 2. Regimen ergo eiusdem Stephani de Curvario ad annum usque 1248 circiter protenditur: adeoque praedictam Abbatiam anno 1243 aut insequente Thomae offerre et conferre voluisse Innocentium Pontificem, non ita facile dictu. Notum vero illud est compertumque, germanos Thomae fratres illos fuisse, qui eidem captivo detento, multisque exagitato iniuriis, Dominicana veste in frusta concisa, *monachales vestes* induendas obtulere, teste Bartholomaeo de Capua : quae fortasse res ita spargi potuit in vulgus, ut etiam diceretur Abbatiam Casinensem eidem obtulisse Summus Pontifex. Ita vero vulgari fama delatam rem, diligentiore neglecta perquisitione, scriptis mandavit Thomas de Cantimprato.

Ab Imperatore diris devoto in Concilio Lugdunensi, quod anno 1245 celebratum est, inter plures, qui partibus eius adhaeserant, Aquini Comites defecere. Hinc ille percitus ira, *Reginaldum* Thomae nostri fratrem *interfecit,* Ptolomaeo Lucensi teste, Comitumque Aquini perillustrem progeniem expulit Regno. Interim Thomas Parisiis degebat sub disciplina Alberti Magni, remigravitque Coloniam Agrippinam anno 1248 cum eodem suo magistro, ubi substitit aliquot annos. Hoc tempore *Coloniae existenti* Thomae, laudato Ptolomaeo si credimus, *oblata fuit Abbatia Montis Casini* per Innocentium Papam, *gratia parentum, quia erant expulsi de Regno.* Haud sane repugnant monumenta Casinensia. Post Abbatem Stephanum de Curvario, qui anno 1248 fato concessit mortalitatis, *densissimae deinceps tenebrae offunduntur* (inquit Gattula loco citato) ac *incerta ad Abbatum electionem finemque cognoscendum via est.* Post ipsum Stephanum numerat *Nicolaum* Abbatem Casinensem : cuius tamen *nulla mentio* in memorata manuscripta serie. Nomen eiusdem occurrit in tabulis anno i25i confectis : diciturque *dominus Nicolaus Dei gratia venerabilis Casinensis electus:* sed quando electus, ait Gattula, vel quousque rexerit, incertum. Quidni ergo coniici potest, hoc tempore Casinensem Abbatiam ab Innocentio Pontifice, *gratia parentum,* fuisse Thomae oblatam ?

III. Sua igitur, si lubeat, huic historiae veritas constet; at eiusdem adnotatorem primum, Thomam de Cantimprato , causae qua de ago adversum non habeo, sed potius patronum disertissimum. Illud imprimis animadverto, quod ait: *Quemdam nobilem adolescentem de Romanorum partibus Bononiam venisse,* ut vestem Dominicanam indueret: quae verba nonnisi iuvenem saecularem sub oculos ponunt. Quid est illud alterum: Thomam in curiam vocatum, *iussum esse, ut habitum Ordinis deponeret et dignitatibus ecclesiasticis insigniretur,* nisi tunc illum minime fuisse monachum professum, sed Dominicanum novitium dumtaxat, qui, veste Ordinis deposita, dignitatibus ecclesiasticis quibuscumque posset insigniri ? Quid est etiam silentium illud pristinae monachalis professionis, qua Thomae persuadere potuisset Pontifex, ut libentius ac facilius regimen Abbatiae Casinensis adsumeret, nisi eloquentissimum argumentum eius monachatus abnutivum? Quid demum illud est: Thomae *nec Ordinem, nec habitum suum deserere volenti,* facultatem fecisse Pontificem, *ut in Ordine ac habitu suo praeesset officio;* nisi alterius Ordinis et Instituti numquam illum fuisse, nec cucullum monasticum gestasse umquam?

Sed inquit Disquisitor: Thomae fratres, et Innocentium Pontificem *latere non potuisse, quam districte, quam sancte paucis ante annis Innocentius III et Gregorius IX vetuissent, ne monachis praeficerentur Abbates extranei, quique expresse hoc in Ordine professi non essent.* Ac certe *ita socordem et inertem dixerit nemo Innocentium, ut quae certissime noverat proximorum decessorum statuta, revellere vellet.* Citat vero caput, *Cum ad nostrum,* et caput, *Cum in magistrum,* de Electione. Haec Romanorum Pontificum rescripta diligentius hoc loco expendere non vacat : quorum alterum electionem Abbatis irritam facit, qui *incontinenti* monachus effectus et Abbas electus a monachis fuerat, rudis adhuc minimeque *instructus in regula monachali ;* alterum eligi vetat in Abbates, qui *ordinem regularem professi* non sunt. An vero denegatam monachis facultatem adimere sibi pro rerum et temporum circumstantiis voluerint Pontifices ? Adde, Casinensem Abbatiam in casu nostro erigi in Commendam potuisse: quamquam non me latet, quod adnotat Thomassinus parte II, libro III, capite xix, tertiodecimo saeculo abbatiarum commendas haud facile occurrere. Nihilominus ex Ptolomaeo Lucensi libro XXII Hist, eccles., cap. xxxix, patet : Clementem quartum Summum Pontificem, qui obiit anno 1268 *voluisse conferre* Thomae nostro de Aquino *Archiepiscopatum Neapolitanum,* et etiam *Abbatiam s. Petri ad Aram dicti loci.* Illam fuisse *Ordinis s. Augustini extra muros Neapolitanos,* adnotat Lubinus in Notitia Abbatiarum Italiae.

Utut haec se habeant, de facto sermo est, quod narrant Cantimpratanus et Ptolomaeus Lucensis: neque iuribus et Pontificum statutis confici potest, factum non fuisse quod factum fuit. Negari enim nullo modo potest, si vera narraverint illi, Abbatem extraneum praefectum Casinatibus fuisse ab Innocentio Pontifice, dum illis pracficiundum curavit Thomam, ea servata conditione, ut *in Ordine et habitu suo,* scilicet Dominicano, *praeesset officio.* Nec *socordem* vero, nec *inertem* Innocentium dixero, qui decessorum statuta, quae noverat, revellere poterat, ac forte voluit, ut Comitibus Aquinatibus, optime tunc de Apostolica Sede meritis, gratificaretur; Thomam, licet Dominicanum, Abbatiae Casinensi praeficiendo, eo sane tempore quo insigne Monasterium illud maxime bellis quassatum erat ac in arcem et munitionem conversum, neque multum eas ob causas regulari disciplina florebat: id affore sperans, ut illud sub tanti viri praefectura, cuius familia potens erat, in pristinum decorem redigeretur. Iam vero patet, ex hac Abbatiae Casinensis oblatione nil extundi posse, quod monacha-

tum Thomae suadeat: quem potius everti Cantimpratani testimonio, qui primus rem hanc litteris mandavit, compertissimum est.

CAPUT VII.

lachetti Malaspinae, monastico Instituto addicentis Thomam, pluribus elevatur eluditurque testimonium. Acta translationis corporis eius expenduntur, quae monachatum eiusdem evertunt.

I. Tachettum Malaspinam advocat Disquisitor capite vin tesJLstem Benedictini monachatus Doctoris Angelici, *non adeo in ferendo testimonio diminutum, ut abundet potius, abeatque in extremum nulla ratione ferendum:* « Illi enim » usque adeo persuasum erat *(de novo teste, quem saepius* » Sacchettum *appellat, loqui pergit)* Thomam Aquinatem » monasticum Benedictinorum Institutum initio professum » esse, ac tum ad Praedicatores convolasse, ut cum Florenti tiae degens, ex publica fama inaudivisset, Thomam Aqui- » natem, summum illum theologorum apicem, sub vitae » finem ad Cisterciense Fossae-novae monasterium divertisti se, illicque inter monachorum brachia extremum clausisse » diem; externa illa rerum specie delusus, existimaverit ad » pristinum Institutum morti proximum rediisse, resumpto- » que cucullo monachum obiisse. »

lachettum ipsum inducit haec patrio idiomate pronunciantem capite ccxxin Auctarii ad historiam Ricordani Malaspinae patrui sui, ad annum 1286 (1284) ubi Caroli primi Andegavensis Siciliae Regis res gestas exequitur. *Dal* (del) *detto Carlo rimase Carlo seconde, Principe* (Prenze) *Conte di Salerno: ed ebbe* (ed era bello dei corpo e grazioso, ed ebbe) *piii figliuoli della sua donna, figliuola ereda (e* reda) *del Re di Ungheria. II primo suo figliuola fu Carlo Martello, che poi fu Re d' Ungheria: il secondo* (e 'l secondo) *fu Lodovico, che si fece frate dclla povera vita, e mai entre* (e mai non entrô) *avvegnacchè Vabbino appropriato a loro: siccome i frati Predicatori Tomaso d Aquino, il quale innandi che fosse frate Predicatore, fu monacho: e quando venne a morte, ch' infirm'o in cammino* (a cammino), *rimordendo la cosciença, si fece portare alla badia, donde era* (d'ond' era) *prima stato monacho, e monacho mori, e monachi anno il suo corpo.* Veram lectionem restitutam habes ex operis editione, quae prostat apud Muratorium tomo VIII Scriptorum Italiae. Textum vero sic latine reddit ipse Disquisitor: *Carolopraedicto superstes fuit Carolus secundus, Salerni Princeps. Is ex Hungariae Regis filia et haerede, quam uxorem habuit, complures sustulit filios: quorum primus fuit Carolus Martellus, postea Rex Hungariae: alter Ludovicus, qui fratrum pauperum, seu Minorum, Instituto se devovit: eorum tamen claustra numquam ingressus est, quamvis illum Udem sibi vindicent: quemadmodum et Praedicatores Thomam Aquinatem, qui antequam ad Praedicatores transiret, monachus fuerat; et ad extremum cum in itinere morbo premeretur, religione tactus, in coenobium ubi prius monachus exstiterat, portari se voluit, ibique monachus mortuus est: eiusque corpus obtinent monachi.*

Haec lachetti verba monet Disquisitor, non extare in exemplaribus cusis, quae Florentiae primum anno 1568 prodierunt. Non exstant (addo ego) neque in eiusdem loci alia editione, quae anno 1718 iterum curata est. Extant nihilominus (pergit ille) in pervetusto codice ms. olim apud Petrum lunium Ugolini filium patricium Florentinum adservato: *Quod testatur* (inquit) *illustrissimus praesul Angelus de Nuce Archiepiscopus Rossanensis in opusculo ea de re adornato.* Patet quam maxime, dissertationem Angeli de Nuce defloratam a Disquisitore fuisse. Eadem verba addit Erasmus Gattula in Addendis, legi in codicibus mss. duobus bibliothecae Strozzianae, certiorem se reddentibus amicis florentinis: *quamvis tamen iis verbis* (verba sunt eius animadversione digna) *usus non sim, nec sim usurus, ad meam sententiam probandam.* Quae denique verba ex citato codice ms. penes Marchionem *Giugni* civem Florentinum suppleta leguntur in editione, quae inter Scriptores Italiae a doctissimo Muratorio collectos habetur tomo VIII.

Monachatum Thomae hoc adseri monumento, quod allatum est, negari nequit: fides eius expendenda, an satis idonea ad illum persuadendum? Id ego inficias eo. Ac primum abs re non erit, si admonuero, Ioannem Villanum, qui res eiusdem aevi in sua Historia, iisdem pene verbis Malaspinarum Ricordani et lachetti, solet recensere, nullam ibi mentionem Thomae eiusque monachatus ingerere, quamquam et ipsum liberiore calamo scripsisse nemo nescit. En illius verba libro VII, capite xciv in editionibus Veneta 153y, Florentina 158y et Mediolanensi in Muratoriana Scriptorum Italiae collectione tomo XIII: *Del detto Carlo non rimase altra reda, che Carlo secondo Prençe di Salerno, di cui avemo fatto mençione: e questo Prende Carlo era dei corpo bellissimo, graçioso, et largo. . . . et hebbe piii figliuoli della Prencessa sua moglie, figliuola et reda dei Re d'Ungheria. II primo fu Carlo Martello, che fu poi Re d' Ungheria; il secondo fue Luis, che si rendeo frate Minore, e poi fu Vescovo di Tholosa etc.* Ubi Malaspinae irrisio de fratribus Minoribus, Ludovicum Caroli secundi filium sibi veluti suum vindicantibus, omissa est, nullaque ingesta mentio Thomae Aquinatis eiusque monachatus: quod est forte indicio, rem hanc uti manifestam fabellam ab eodem Villano reiectam fuisse ac silentio pressam. Eo vel maxime quod Aquinatis apotheosim narrans ad annum 13z3 libro IX, capite ccxvn inter caelites relatum fuisse scribit *Fratrem Thomam de Aquino Ordinis sancti Dominici, philosophiae ac theologiae magistrum, eximium in omni scientiarum genere virum:* additque, quod fama ferebat, veneno sublatum sanctissimum virum, quod propinandum iusserit Carolus primus Siciliae Rex; caeteris praetermissis commentis, quae scripto reliquerat Malaspina. Historiam suam perduxit Ioannes Villanus ad annum usque 1348.

At ipsa lachetti narratio penitius expendenda est, in qua tot ille peccata patravit, ut mirum esset, Thomae monachatum vere narrasse. Ait fratres Minores *vindicare sibi* voluisse Ludovicum Caroli secundi filium Tolosanum Episcopum, sibi ipsi apertissime repugnans, cum etiam narret se fratrum pauperum seu Minorum Instituto devovisse Ludovicum, *si fece frate della povera vita:* unde Ludovicum Minorum Instituto addictum cur sibi non vindicarent fratres Minores? Bollandi Continuatores adi ad diem 19 augusti; compertumque erit, non prius ipsum in infulas Tolosanas consensisse, quam in verba regulamque sancti Francisci solemni professione, annuente Ioanne XXII Summo Pontifice, iurasset. Haec vero satis superque sunt, ut illum sibi veluti suum vindicent fratres Minores.

Quid est illud, quod etiam fratres Praedicatores sibi Thomam Aquinatem vindicaverint, *Γabbino appropriato a loro?* luvenem ergo, quem prophetica vaticinia, nondum natum, praenunciaverant, *quod erit frater Ordinis Praedicatorum:* qui Neapoli Dominicanam vestem induit ac OrdiAi nomen dedit, ipsum excipiente Thoma Agni de Lentino coenobii s. Dominici Priore; qui per annum et amplius plurimas tulit a parentibus ac fratribus inlatas iniurias, ut Dominicana deposita veste aut monachalem aut saecularem indueret, hisque recusatis constantissime retinuit illam; qui duos et triginta annos Praedicatorum Ordinem professus est, illustravitque sanctis moribus ac litteris, editisque operibus: hunc iuvenem, inquam, virumque eximium sibi vindicarunt, si Malaspinae fides, suumque fecerunt, cum suus non esset, nimium audaces fratres Praedicatores! Nae putidissimum insani capitis commentum.

Sed ipsum, ait, cum in itinere morbo premeretur, portari se voluisse in monachorum coenobium, *ubi primum monachus degerat.* Nemo vero nescit, non Casini, ubi moribus et litteris imbutus fuit, sed Fossae-novae apud Cistercienses hospitio exceptum fuisse. Addit etiam, *conscientiae stimulis tactum,* voluisse in coenobio monachorum diem ultimum claudere; ac si conscientiae stimulis agi debuisset is qui etiamsi monachus antea exstitisset, rite tamen et ex iuris formulis, ac aliorum praevio exemplo, Ordinem religionis commutasse dicendus esset. At verissimas alias causas aperit Ptolomaeus Lucensis, quae Thomam impulerunt, ut cum morbo premeretur, ad monachos Fossae-novae declinaret: quod nempe nullus praesto erat vicinis in locis

conventus Ordinis Praedicatorum: eiusque consanguinei Domini de Ceccano in eo monachorum Cistercensium coenobio conveniens hospitium impetrarunt, ubi vir sanctissimus sanitati suae consuleret. In Annalibus, quae prostapt tomo XXV Biblioth. Patrum, et tomo XI inter Scriptores Italiae, haec habentur ad annum 1274: Thomas *recedens de Neapoli et veniens in Campaniam in domo Dominorum de Ceccano, apud dominum Annibaldum, qui neptem suam habebat in uxorem, graviter infirmatur continuo. Unde coactus aegritudine, et ad instantiam dictae suae neptis declinavit ad monasterium Fossae-novae, ibidemque mortuus est.* Paria sunt, quae ab eodem scripta legimus libro XXIII Hist. eccl. capite vni: *Veniens in Campaniam,* inquiente, *ibidem graviter infirmatur. Et quia prope locum illum nullus conventus Ordinis Praedicatorum habebatur, declinavit ad unam solemnem Abbatiam, quae dicitur Fossanova, et quae Ordinis erat Cisterciensis, in qua sui consanguinei Domini de Ceccano erant patroni.* Quis ergo tam bonus, qui lachetto credat uno Verbo narranti, aut potius occasione, ut poterat, arrepta, effutienti Thomam conscientiae stimulis actum ad monachos accessisse, ut monachus tandem e vita migraret? Illos imo numquam vidisset, neque ad eos declinare cogitasset, nisi necessitate compulsus, ut testatur Ptolomaeus, quod in vicinia nullum erat, ubi exciperetur, fratrum sui Ordinis monasterium', et consanguineorum adstrictus humanitate, qui locum eidem in monachorum Coenobio procuraverant, eo adire constituisset, ut viribus tandem refectis iter suum ad Concilium Lugdunense prosequeretur. Haud vero inficias iverim, et ipsum Thomam in eo potius coenobio, quam in saeculari consanguineorum domo, sanitati consulere voluisse; *nullis* attamen *conscientiae stimulis actum,* sed pro viri religiosissimi indole, religiosas domos saecularibus praeferentis. Id sancte attestatum habeo a Nicolao Abbate monasterii Fossae-novae, qui in Processu canonizationis capite ii, num 8, sic ait: *Dum dictus fr. Thomas vocatus iret ad Concilium Lugdunense, et transitum faceret per Campaniam, infirmatus fuit in castro Magentiae cuiusdam domini Annibaldi de Ceccano; et cum ipsa infirmitate gravaretur, dixit* (ut audivi a pluribus): *Si Dominus voluerit me visitare, melius est quod reperiar in domo religiosorum quam in domibus saecularium: et ex tunc causa devotionis fecit se portari ad monasterium Fossae-novae.* Quod ergo *ex devotione,* ex pietate factum fuit, ut testis in Processu canonizationis iuratus perhibet, ex *conscientiae stimulis* factum narrat in sua Historia florentinus Malaspina.

Pergit ultra, et ait, Thomam *obiisse monachum:* quo nihil magis a veritate abhorret, cum spiritum emiserit inter fratrum suorum Dominicani Instituti, quos in via comites habebat, amplexus; factaque apud fratrem Rainaldum de Priverno eiusdem Ordinis generali exomologesi. Haec sane omnia, quae lachctti commenta evertunt, narrat disertissime Guillelmus de Tocco, his verbis: *Post hoc cum praedictus Doctor fuisset aliquibus remediis confortatus, ut videretur sibi quod posset iter inceptum prosequi versus Romam; iuxta monasterium Fossae-novae transiens, invitatus ab Abbate et monachis, volens ibi aliquibus diebus vires resumere, praedictum monasterium est ingressus* (eius etiam nepte agente, Ptolomaeo teste, ut monachos benevolos hospites experiretur). *Qui cum primo ingressus fuisset ecclesiam, claustrum postea intravit --- et tactus spiritu prophetiae dixit, pluribus audientibus monachis et sui Ordinis fratribus, et praecipue suo socio, cui consueverat similia revelare: Frater Raynalde, haec requies mea etc. Post quod propheticum dictum, de suo obitu fratribus sui Ordinis praecipue lamentantibus, positus fuit Doctor in camera Abbatis etc. Post devotum sepulturae officium, frater Raynaldus de Piperno... praedicavit et dixit: Ego istius Doctoris totius vitae exterioris et conscientiae testis sum, et frequenter audivi meritum eius tam evidens, et nunc generalem eius confessionem audivi etc.* Effutientem quis modo ferat lachettum Malaspinam, monachum obiisse Thomam in coenobio Fossae-novae?

Fabulam claudit ille: *Eiusque* fato functi, inquiens, *corpus obtinent monachi;* ac si eiusdem, veluti cuiusdam monachi, sibi corpus deberi contendissent Cistercienses. Sibi ius istud, qupd Malaspina commentus est, non arrogarunt Fossanovani: factumque sine dubio vi et violentia consanguineorum Thomae Dominorum de Ceccano, ne corpus eius trasferrent fratres Praedicatores. Rem testatam reliquit Ptolomaeus in Annalibus loco citato: *Voluerunt autem fratres eius,* inquiens, *corpus transferre: sed Domina* (neptis Thomae) *non permisit pro dilectione et devotione quam ad ipsum gerebat: sicque fecit occultari per monachos.* Paria scribit in Historia ecclesiastica: *Tradunt autem historiae, quod ibidem multis miraculis claruit et multis indiciis Deus suam sanctitatem ostendit: propter quam causam sui consanguinei, cum sint potentiores de Campania, non permiserunt corpus inde transferri; imo cum audissent quod fratres sui Ordinis hoc attentabant, corpus ipsius occultaverunt.*

Tot ergo deturpatam mendaciis putidisque commentis lachetti sententiam, quae nonnisi scriptoris, Thomae gesta, quae scirent omnes, supine ignorantis, foetus esse potest; mirum est allegari a Disquisitore potuisse, ut praeconceptae opinationi de monachatu Thomae fidem conciliaret! Prudentior Erasmus Gattula professus est: *Iis* lachetti *verbis,* inquiens, *usus non sum, nec sum usurus ad meam' sententiam probandam.* Vel ex ipsa tamen tot mendis scatente lachetti narratione id saltem colligendum esse, ait Disquisitor: *Monachatum Thomae tunc temporis compertissimum fuisse;* de quo propterea ansam ille arripuerit caetera confingendi. Undenam Disquisitor habet, tunc temporis compertissimum fuisse monachatum Thomae, silentibus synchronis aliis probatissimis scriptoribus, imo apertissime abnuentibus? Nonne potius lachettus, qui vel pro genio finxit, vel ignoranter scripsit monachum obiisse Thomam, actumque conscientiae stimulis portari se voluisse ad coenobium Fossae-novae, in codemque coenobio posuisse tirocinium monachatus, aut pari licentia finxerit, aut pari ignorantia scripserit monachum ipsum fuisse? *Id nemo dixerit,* reponit ille, *nisi qui lachettum mortalium imprudentissimum simul et impudentissimum finxerit.* Summam imprudentiam, repono ego, et impudentiam quis non agnoscat in eo, qui paucis in verbis tot alia mendacia de Ludovico Tolosano et fratribus Minoribus, de divo Thoma et fratribus Praedicatoribus liberrime venditat? Una illa, si placeat, excusatio fuerit: scriptori ad calumniam prono fucum fecisse habitam a puerulo Thoma in Coenobio Casinensi educationem; parentum eius consilium, quod ferebatur, ut monachus evaderet; adhibitas quoque violentias ut vestem Dominicanam exueret adsumeretque monachales vestes; ac fortasse Casinensem Abbatiam demum oblatam eidem a Romano Pontifice. Haec lachettum, cum minus attente expenderit, fortasse deceperint ac permoverint, ut monachum Thomam faceret.

II. At hunc denique monachatum evidentissime evertunt, quotquot acta sunt in causa translationis corporis s. Thomae, quae anno 1368 contigit. Historiam scripsit Raimundus Hugonis, illius aetatis auctor: eamque ex pervetusto ms. autographo, apud fratres Praedicatores Tolosae adservato, ediderunt Continuatores Bollandi ad diem 7 martii. Nemo nescit namque monachos Cistercienses Fossanovanos, apud quos diem ultimum clausit maximus Ecclesiae Doctor, eiusque corpus conditum fuit, de sacris lipsanis sibi postmodum ereptis graviter doluisse, ac provocatione ad Romanum Pontificem interposita, nihil non praeteriise, ut illa sibi restituerentur. Si monasticam institutionem aliquando Thomas amplexus esset; si conscientiae stimulis actus, ad monachos cum morbo premeretur, portari se .voluisset, ut extremam saltem vitae periodum apud monachos viveret; si monachus tandem, velut eiurato Praedicatorum Ordine, mortem obiit: summa sine dubio ratio Cisterciensibus praesto fuisset, quam adversus fratres Praedicatores opponerent, ac Urbano V Pontifici Maximo ad causae defensionem adducerent, ut pro votis tandem quod optabant felicissime consequerentur. Sed hoc momento, quo nihil aptius, nihil solidius, nihil gravius adferri umquam potuisset, causam suam non perorarunt illi; nullam iniecere mentionem de monachatu divi Thomae, sive pueruli, sive

adolescentis, sive morbo extremo laborantis; unaque furti accusatione intentata, sibi sacrum thesaurum ablatum restitui postulaverunt.

En verba, en causae argumenta omnia, quae, laudato Raimundo referente, capite π nomine Abbatis, Iacobus de Seva, *Advocatus Fiscalis,* coram Pontifice Romano, apud quem lis agebatur, brevi sententia proposuit, inquiens: *Quod Magister* Generalis Ordinis Praedicatorum , Elias nomine, *intraverat conventum Fossae-novae, et fregerat campanile, et commiserat sacrilegium, et fecerat furtum.* Furtum etiam sacri depositi nihilque praeterea aliud Eliae obiecit Urbanus V qui monachis favebat: *Tu furatus es,* inquiens, *corpus s. Thomae?* Cui summa fidentia respondit ille: *Sanctissime Pater, caro et frater noster est;* nempe ut subiicit historicus, *voluit dicere, quod quis rem propriam non furatur.* Quis credat, meliori mente, meliorique consilio non acturos fuisse causam suam Fossanovanos, e monachatu s. Thomae argumento desumpto, si monachum eumdem et primis et postremis vitae annis scivissent? Cur monachum Thomam non adserit Pontifex eiusque monachatum non opponit, ut ex parte saltem Eliae responsum elideret, qui sancti Doctoris corpus, tamquam *rem propriam,* sibi ac Ordini Praedicatorum restitutum, ne monachis extraneis reddere cogeretur, iura omnia sibi favere declamans, obtestabatur?

Neque semel tam altum mirabileque silentium in Pontifice, in monachis de monachatu Thomae admirari subit; cum eiusdem mentio nulla iniecta unquam fuerit, tametsi ferret occasio ac ipsius ratio causae postulare videretur. Praedicatorum votis parum faventem Urbanum, subiratumque respondisse illis narrat idem Raimundus capite m : *Se iustitiam velle facere in hac causa,* lustitiae, aut aequitatis quaedam species erat, ut corpus Thomae, si aliquando fuisset monachus, eoque magis si monachus obire voluisset stimulis conscientiae actus, ipsi monachi Fossanovani, apud quos fato functus mortalitatis fuerat, servarent. At nihil huiusmodi in Pontificis mentem venit, qui furtum dumtaxat animo versans, *respondit se velle iustitiam facere et Decretalem* de raptoribus *observare, qua dicitur praedonem debere restituere;* et Eliae subiicienti, honores maximos *a fratribus suis Praedicatoribus* Thomae sanctissimo exhibendos esse, id unum respondit: *Numquid non Ordo meus s. Benedicti est potentissimus, et Ordo tuus quasi nullus ad honorandum dictum Sanctum? Melius ergo videtur quod apud monachos nostros ipse remaneat.* Quam apte monachatum memorasset Pontifex, quem iuvenis Thomas aliquando professus fuisset: sed qui nullus erat, non obiecerunt monachatum eius Cistercienses Fossanovani, sibi corpus ereptum restitui postulantes; nec obiecit Summus Pontifex, qui monachis primum favebat subiratusque fuerat fratribus Praedicatoribus.

CAPUT VIII.

Additamenti ad vetustum Casincnse martyrologium fides non est idonea , qua monachatus Thomae suaderi queat. Nonnulla, quae feruntur eiusdem monachatus indicia, levitatis et falsi convicta ac depulsa.

I. Nfimium dolet Disquisitor, clarissimi Casinensis MoINnasterii tabulas, quippe quod Friderici secundi Imperatoris ira ac furore expilatum illud fuit, perturbatum, ac pene devastatum, ad nos usque non pervenisse, quae maxime patefacerent, qua fuerit vitae conditione Thomas quandiu Casini substitit, quodve. illic tenuerit institutum. *Ecquid aliud vero* (ait ille capite vi, num. i) *ultra sperandum in rebus alta caligine mersis, et forte non sine industria occultatis?* Mirum est, monachatum Thomae inter alta caligine mersas res numerari, quem gravissimis argumentis ac certis etiam demonstrationibus in apricum se tulisse frequentius gloriatur Disquisitor. *Age tamen,* (pergit ille) *et si quis inde radius emicat, excipiamus.* Radium porro, quem exciperet, sibi videre emicantem visus est in aliquibus Richardi de s. Germano verbis ad annum 1239 quibus *tertia monachorum exclusio* refertur *de Monasterio Casincnsi.* Locum expendimus capite v, num. 2, quem mala fide interpolatum demonstravimus: ipsamque praeterea interpolationem nihil exhibere omnino, quod monachatui divi Thomae faveat, ostendimus.

At *exstat etiamnum hodie* (inquit) *Casini optimae notae documentum anni circiter i38o quod virum sanctum ex Benedictino Instituto ad Dominicarium transiisse, disertissime notat,* lam ergo dolorem suum cohibere Disquisitor debuisset de tabulis Casinensibus expilatis, deque rebus propterea alta caligine mersis, cum vel uno documento *optimae notae,* quod etiamnum hodie adservatur, monachatus Thomae *disertissime* notetur. Illud est, quod Joannes Mabillonius in Musaeo Italico publici iuris facto anno 1687 memorat ac in lucem profert parte I, pag. 123: « Ex Mar» tyrologio veteri discimus, *inquiens,* Thomam Aquinatem » Casini monachum fuisse, antequam in Dominicanorum » religionem convolaret. Ita enim de eo nonis martiis, se» eunda quidem manu, sed ante annos 3oo *(scilicet circa » annum Christi i38o)* adseriptum legitur: *Nonis martii, » apud Fossamnovam, natalis s. Thomae confessoris, viri » eruditissimi: quPoriundus de Aquino, primo Casinensis » monachus factus, postmodum in Ordine beati Dominici » Praedicator effectus, sua multiplici et fructuosa doctrina » illuminavit valde Ecclesiam sanctam Dei.* » Quis contra mutire *(Disquisitor clamat)* quis hiscere audeat?

Cur vero hiscere non liceat contra monachum, eidemque fidem denegare, qui saeculo integro, ipso adnotante Mabillonio, ab obitu Thomae, qui anno 1274 accidit, interpolabat vetustum martyrologium, saeculo undecimo scriptum, si Erasmo Gattulae credimus? Sed vel *ea aetas* a Mabillonio constituta *satis scriptori* (verba sunt Disquisitoris capite vi citato, num. 3*) conciliat auctoritatis, ut in facto de quo nunc quaeritur, fidem integram faciat: cum eo in loco scripserit ille, ubi ex publicis tabulis rescire facile potuit, quae fuerit Thomae fortuna, Casini dum degeret adolescens.* Publicas monachatus Thomae tabulas exstitisse Casini anno circiter 138o, quo monachus ille scribebat, adserit modo Disquisitor, qui paullo ante dolebat periisse illas in expilatione Coenobii Casinensis, quae *contigit Friderico II Imperatore in religiosissimos monachos furente,* anno scilicet i23g,ac deinceps usque ad annum i25o, quo mortem obiit ille. At vetustiora quae lustrare potuerit monumenta bonus ille monachus, si quae supersunt, et ad nos pervenerunt, ab auctoribus conscripta, qui Thomam viderunt et cum eo versati sunt, aut eidem aetate proximi fuerunt, oppositum tradunt manifeste. Ptolomacum Lucensem intelligo, et Guillelmum de Tocco, et Bartholomaeum de Capua Logothetam Regni Siciliae, et Thomam Cantimpratensem, quos monachatum Thomae pluribus evertere ostensum est. Adde testes in Processu canonizationis vocatos et iuratos, qui plurimi sunt, non ex Ordine Praedicatorum dumtaxat, sed monachos et laicos; qui cum de Thomae gestis testimonium perhibeant, eiusque vitae circumstantias, quocumque modo noverint eas, etiam minutissimas patefaciant, monachatum eius aut alto silentio premunt aut certe profligant. Quae hactenus disseruimus recole et expende.

Fuerit ergo tam bonus Ioannes Mabillonius, cui tantum debet litteraria Respublica, quantum vix alteri, qui praedicti additamenti ad Casinense martyrologium allegata fide, *addiscendum* proponit in Musaeo Italico: *Thomam Aquinatem Casini monachum fuisse, antequam ad Dominicanorum Religionem convolaret?* Refert ea vir doctissimus, quae praedicto in Additamento legerat: quorum tamen se vadem ipsum dare haud puto. Rem affero praeterea animadversione dignam. Thomas dicitur in illa marginali adnotatione, *primo Casinensis monachus factus:* indeque addiscendum scribit Mabillonius, *Thomam Aquinatem Casini monachum fuisse;* quae sine dubio verba, in obvio proprioque sensu accepta, monachatum exhibent, quem solemn! emisso voto Casini professus fuerit, aut certe ratum renovato voto habuerit sanctus Thomas. At probe senserat Mabillonius nemini fore monachatum divi Thomae persuadendum; unde proprio marginalis illius notae relicto sensu, maluit eam cautior effectus intelligere de sola Thomae inter monachos educatione, eiusque pueruli divo Benedicto a parentibus facta oblatione, in Praefatione partis primae

ad saeculum sextum Benedictinum, quod Parisiis anno 1701 publicam lucem vidit. Verba eius haec sunt num. 36: *Attamen pueros in Casinensi Monasterio saeculo* xin *educatos fuisse probat exemplum s. Thomae Aquinatis, quem a puero monasticum illic habitum induisse sacri eiusdem loci martyrologium testatur.* Sed neque hanc pueri Thomae educationem Casini in habitu monastico verisimilem esse, latiore iam calamo ostendimus cap. in. Aut ergo Thomam auctor Additamenti ad Casinense martyrologium *monachum* dixit, hoc est, in eo Coenobio nutritum, moribus et litteris a monachis informatum: aut minus prudens simplicem illam Thomae educationem, quae cuique notissima erat, ut inde Casinatium gloriam quodammodo augeret, pro vero oblationis ritu venditavit accepitque pro monastica professione.

II. Externa quaedam huiusce demum monachatus profert capite vn, num. 4 indicia Disquisitor, quibus *olim* se *maxime excitatum profitetur, ut Benedictinum divi Thomae monachatum, de industria forte a nonnullis occultatum, inquireret veteresque chartas volvendo retegeret.* Evolvit scilicet, quae sua in dissertatione manuscripta iam. antea collegerat Angelus de Nuce, nihilquc aliud praeterea quod grave aliquod afferret momentum. « Movit me pri- » mum. *(inquit)* quod Parisiis olim in maiori conventu » divi Iacobi, ubi maximam vitae partem divus Thomas » exegit, a plerisque magistris et antiqui moris viris acce- » perim, ex prisca maiorum traditione haberi communiter- » que teneri Doctorem Angelicum sub alba Dominicano- » rum veste Benedictinum schema, seu scapulare nigrum » gestare solitum fuisse : quod idem a viro doctissimo, » eodemque eximiae probitatis magistro Iulio Mercoro, apud » Mediolanum fidei Quaesitore, accepisse profitetur lauda- » tus hic saepe vir summus Angelus de Nuce Archicpisco- » pus Rossanensis. » Reposueram ego in praefatione opusculi, quod anno 1724 typis editum est, inani prorsus coniectura hanc Benedictini schematis gestationem pro monachatu afferri posse ; cum pietatis causa schema illud nigrum (quod cuiusque Instituti religiosis hominibus licitum esset) sub veste sui Ordinis alba gestare Thomas potuerit, ut coleret maxime sanctissimum Patriarcham Benedictum, in cuius Casinensi Coenobio primas litteras didicit moribusque christianis imbutus est. Haec satis nobis fuerant. Ampliora legimus in compendio opusculi nostri, quod recensitum habetur in Trcvoltinis eruditorum diariis, anno 1725 mense ianuario, articulo x. Haec legimus gallice scripta : *Au reste on croit devoir avertir ici, qu'on a pris soin de s'informer de la vérité d'un fait allégué par le même auteur, en faveur du monachisme prétendu de saint Thomas. Ce fait est, que c'est une tradition constante dans la maison des Dominicains de la rue saint Jacques, que le saint Docteur, qui y a passé la plus grande partie dc sa vie, avoit coutume de porter sous son habit blanc le scapulaire noir de V Ordre de s. Benoît. On s'est enquis du fait dans la maison même, et il a été répondu unanimement, et en particulier par un père très-ancien dans Γ Ordre et qui demeure dans la dite maison depuis 52 ans, qu'on n'y avoit jamais entendu parler de cette prétendue tradition, et qu'on ne la pouvait regarder que comme un fait aussi fabuleux que le monachisme de saint Thomas dans l'ordre de saint Benoît.* Quae latine reddita, haec fere sunt : « Monitos lectores volumus, dedisse nos operam, ut » de traditione gestati a Thoma sub alba Dominicana veste » schematis Benedictini, quae constantissima adseritur pro- » manasse ad nos usque in maiori Parisino s. Iacobi coe- » nobio, certiores efficeremur. Responsum communi voce » dederunt patres illi, maximeque testatus est vir annosus, » qui ab annis duobus et quinquaginta fixam in eo coe- » nobio sedem habet, hanc apud illos minime vigere tra- » ditionem, neque se ullum audivisse umquam quidpiam » tale attestantem : rem ergo illam cum divi Thomae Be- » nedictino monachatu inter fabulas amandari tuto posse. » Haec eadem habentur italice conversa ac edita Veneriis apud Aloysium Pavinum tomo XLII operis inscripti *Giornale de' letterati oltramontani.*

Aliud profert indicium Disquisitor: «Illud me quoque, » *inquiens,* non mediocriter movit, quod plenissimam re- » rum Benedictinarum cognitionem in Doctore Angelico » deprehenderim; singularem in Benedictinis ritibus, regu- » lis, institutis, moribus explicandis diligentiam, qualem ne » in explicandis quidem Dominicanis invenias; flagrantissi- » mum denique studium, quo Benedictina quaeque, caeteris » ferme neglectis, non nata modo, sed et quaesita de indu- » stria occasione defendit, ut orare pro domo sua Cicero » videatur etc.» Exaggerationis plurimum haec Disquisitoris verba habent, solidi nihil quod monachatum Thomae indicet. Pars quidem fuerit summae peritiae rerum omnium, qua clarebat vir sanctissimus, rituum notitia et regularum et institutionum atque morum ad Benedictinos monachos attinentium : at eam facillime comparare sibi poterat (quod et cuique monasticae disciplinae diligenti indagatori pervium esset) ex regulae s. Benedicti aliorumque statutorum Casinensium lectione. Plura quoque eiusdem Casinensis disciplinae capita didicerit ille, cum Casini degeret, tametsi puerulus saecularis moribus et litteris imbuendus, nobili tamen ingenio praeditus expeditoque ad ea quaeque observanda, in quibus monachi exercebantur. At quaenam demum tam intima, tam recondita fuerint illa monastica instituta, quae nonnisi monachus potuerit scire ? Docet ille Opusc. XVII, capite xi, et IIa IIae q. clxxxix, art. 11, ob. 1: *Concedi in regtda b. Benedicti probationis annum nuper ad religionem conversis;* et art. v: *Beato Benedicto romanos Nobiles dare suos filios omnipotenti Deo nutriendos coepisse;* et Ia IIae q. xiii, art. v, ob. 3: *Si praelatus aliquid impossibile praeceperit, tentandum esse a subditis iuxta beatum Benedictum;* et Quodlib. IV, artic. xxm, ob. 5: *B. Benedictum mandare, quod venientibus ad religionem non sit facilis praebendus ingressus;* et Quodlib. I, art. xx, ob. 2 et ad 2: *Monachos ex voto obligari ad servandam regulam beati Benedicti...* ; sed *comedere carnes non esse contra votum monachi, nisi quando comederet ex inobedientia vel ex contemptu.* Haec et similia sunt, quae a Thoma sciri non potuisse, nisi monasticae fuisset obnoxius professioni, dixerit nemo prudens.

An memorari inter monachatus indicia debeat consuetudo et amicitia cum Benedictinis, quam sanctissime coluit sanctus Thomas toto vitae suae tempore ? Hanc Erasmus Gattula loco citato ob oculos ponit: tabulasque refert, quibus Bernardus Abbas *anno 1*270 facultatem fratribus Praedicatoribus facit, domum et ecclesiam erigendi in oppido s. Germani, *ad honorem Dei, et vener. viri fratris Thomae de Aquino ac religiosi virifratris Troiani de eodem Praedicatorum Ordine, charissimorum amicorum nostrorum, promerente dilectione.* Haec si monachatus indicia haberi debeant, monachus olim fuerit, ut video, non solum Thomas Aquinas, sed etiam frater Troianus, quos *charissimos amicos* vocat Bernardus Abbas. Abeant haec vero non monachatus indicia, sed commenta ad fucum faciendum quaesita.

CAPUT IX.

Chronographis gestorum sancti Thomae a Disquisitore aliisque posila expenditur: eademque reformatur. Postremum contra monachatum eiusdem argumentum.

I. Oatis in propatulo positam monachatus divi Thomae Ofabellam puto, ac disertis etiam manifestisque documentis ostensum, Angelicum Doctorem Casini ab ineunte aetate moribus et litteris veluti nobilem puerum saecularem informatum esse ; pubertate nondum adepta, Neapolim ad publicas saecularesque scholas a parentibus missum, ac saeculo valedixisse tum demum, cum dominicanum Praedicatorum Ordinem ingressus est. Rerum huiusmodi chronographiam hoc loco diligentiore opera ut expendam, suadent plura ; ut res easdem suis temporibus illigatas quisque percipiat; quae etiam posita est ab Auctore disquisitionis historicae chronographia, ut minus accurata, profligetur; ac demum novo ac postremo validissimo argumento quae contra monachatum Thomae disseruimus, confirmentur.

Quatuor potissimum anni sunt, qui diligentius, quoad fieri poterit, et expendi debent et definiri: 1, Annus aerae Christianae, quo Thomas dominicano Praedicatorum Ordini nomen dedit, de quo non multum cum adversario dissi-

dium erit; 2, Annus aetatis, quo natus erat, cum diem supremum clausit in coenobio Fossaenovae; 3, Annus Christi, quo in lucem datus est; 4, Annus aetatis, quo Dominicanam vestem induit: quos ita digessisse ac ordinasse mihi videtur Disquisitor, ut causae susceptae favere voluerit, non veritati. Methodus vero, quae a certioribus aut probabilioribus procedendum praescribit ad incerta minusque nota, cogit ut ordine quodam perturbato annos aetatis Thomae, ac annos aerae Christianae cum quibus illigari illi debeant, perquiramus.

Contendit Disquisitor capite iv, num. 2: *Non ante annum aerae Christianae* 1243, *aut etiam* 1244 *figi posse divi Thomae ingressum in Praedicatorum Ordinem*. Huiusce anni quem inquirimus, notam quamdam afferunt Ptolomaeus Lucensis et Guillelmus de Tocco. Ait ille libro XXII Hist, eccl. capite xx Thomam, Dominicana veste indutum, *versus Perusium venientem, in Tuscia ad quoddam Imperatoris castrum quod Aquapendente vocatur, ibidem Fredericum invenisse:* cumque, Imperatore dissimulante, a Reginaldo fratre suo captum *missumque in Campaniam ad quoddam castrum vocatum s. Ioannis.* Aquapendente, latine *Acula* seu *Aquula,* urbs est Tusciae in ditione Pontificia in agro Urbevetano. Hanc Friderici Imperatoris Aculae commorationem, cum Thomas captus est, memorat etiam Guillelmus de Tocco capite 11, num. 8 et 9: Exceptum illum Neapoli in Ordine Praedicatorum refert, ductumque *Terracenam, inde Anagniam* in Campania, *et usque Romam ad conventum sanctae Sabinae:* Theodoram matrem in furias actam, quod filium Dominicano Ordini recens adseriptum videre non potuit, nuncium direxisse *ad filios suos, qui erant cum Friderico Imperatore in castro Aquaependentis Tusciae regionis:* ipsosque de re admonitos, *accepta licentia* Imperatoris, *fratrem suum iuxta cuiusdam fontis irrigua quiescentem cepisse.*

Quo anno Aculae moraretur Imperator, perquirendum. Eius ergo gesta et Innocentii quarti paucis referenda sunt ex Chronico Richardi dc s. Germano, et ex Vita eiusdem Pontificis a Nicolao de Curbio scripta. Innocentius IV electus est Anagniae *anno* 1243 *dic* 23 *iunii.* Legatos ad ipsum mittit Imperator, qui Melphi morabatur in Regno Neapolitano, *mense iulio:* eodemque mense *civitas Viterbii* in Tuscia *venit ad mandatum Ecclesiae.* Obsidione cinctam illam ab Imperatore *mense septembres* adnotat Richardus: id factum *circa festum Omnium Sanctorum,* labente scilicet mense octobri, refert Nicolaus a Curbio. Anagnia discessit Pontifex xvii *kal. novembres* (adnotante laudato Nicolao de Curbio, cuius dumtaxat fide deinceps usuri sumus, Chronico desinente Richardi de s. Germano), idest die 16 octobris; exceptusque Romae fuit xvn *kal. decembris,* seu die 15 Novembris. Viterbii obsidionem ursit Fridericus *duobeis mensibus et dimidio:* quo tempore de pace constituenda per legatos egit Pontifex cum Imperatore. Sed *iterato* legatos ad ipsum misit *ad Aquampcndcntem.* Aculam venisse Fridericus dicendus est post *duos menses cum dimidio* obsidionis Viterbii; quae cum inceperit *circa festum Omnium Sanctorum* anni 1243, nonnisi mense ianuario incepto anni 1244 mittere legatos ad ipsum Innocentius potuit *ad Aquampendentem.* Itaque Thomas a fratribus, *qui erant cum Friderico Imperatore iee castro Aquaependentis,* capi potuit ineunte ianuario eiusdem anni 1244, ac potuit ipse anno superiore extremis diebus mensis decembris vestem induere Dominicanam.

Utrumque anno incepto 1244 contigisse si quispiam contendat, repugnare non licet; cum adhuc Aculae perstitisse Imperatorem mense martio et aprili huius anni diserte Nicolaus de Curbio attestetur. Ait quippe, missos ab Imperatore legatos, pollicitos esse nomine ipsius promptam obedientiam in *die Coenae Doenini* anni 1244, nempe die 31 martii, cum eo anno sanctum Pascha in diem tertiam aprilis incideret: sed mandata Pontificis *de restituendis Ecclesiae terris* a Friderico contempta, qui *adhuc apud Aquampendentem persistebat.* Interim Pontifex, tutum cogitans locum, ubi fortius machinas Imperatoris eluderet, *die septima iunii* egreditur urbe profcctusquc est *ad Civitatem Castellanam.* Nuncios ad illum direxit Imperator, *qui apud Interamnum tunc erat.* Praedicta *in civitate* cum *dierum* 19 *spatio* perstitisset Pontifex, discessit: ac *in die praecedente vigiliam Apostolorum Petri et Pauli,* scilicet dic 27 iunii *Sutrium devenit,* ac demum *Civitatem Vetulam;* indeque solvit lanuam. Cum his egregie consonant, quae de Thoma carcere mancipato narrat Guillelmus de Tocco. Refert ille num. 9: Sanctissimi iuvenis matrem, *cum non posset ipsum inducere ad praedictum habitum deponendum, fecisse ipsum custodire sub bona custodia usque ad reditum filiorum.* lacturam nobilissimi adolescentis dolebant fratres Praedicatores: accesscruntque *ad Summum Christi Vicarium Innocentium Papam quartum, qui tunc erat in Tuscia.* Annum 1244 satis puto indicatum mensemque iunium, quo Innocentium in Civitate Castellana diversatum esse iam adnotavimus. Mandavit Pontifex *praedicto Imperatori, qui erat in regione propinquus* (qui nempe apud Interamnum tunc erat) *quod faceret de raptoribus dignam vindictam.* Iussu cius capti sunt *fratres Thomae germani:* contra quos querelas urgere noluerunt Dominicani, *maxime cum audissent praedictum iuvenem constanter tenere habitum, etiam in carcere custoditum.* Haud breve tempus post capturam Thomae elapsum haec satis denotant, lamveroyra/res eius *post reditum,* qui post iunium mensem anni 1244 accidere debuit, *gravius impugnarunt ipsum.* Inlatas iniurias narrat historicus num. 10, factumque describit num. 11 de lasciva puella titione fugata, quem *de camino acceperat* castissimus adolescens. Hinc Bollandistae colligunt, *hyemem* tunc fuisse, adeoque vel annum 1244 cadentem vel ineuntem 1245. At ipsum denique *fere per duos annos custoditum* exceperunt Dominicani fratres per fenestram dimissum: quod incompletum biennium eodem anno 1245 ineunte vel adulto desinit. Biennium aio incompletum, quod ita definit saepe laudatus Logothcta: *plusquam per annum exstitit arcte detrusus.* Quae cum ita demum se habeant, explosa illorum sententia est, qui Thomae ingressum in Ordinem Praedicatorum ad annum 1237 referunt. Malvcndam consule in Annalibus.

Ad annum eiusdem emortualem sermo procedat. Haec habet Disquisitor capite I in Chronographia: *Anno* 1274 *aetatis* 54 *moritur in monasterio Fossae-novae Ordinis Cisterciensis.* Annum aerae christianae adnotatum definiunt omnes, et addunt septimam diem martii: sed positum annum aetatis prisci omnes inficiantur, qui scribunt Thomam, ut summum annos quinquaginta natum, vita mortali migravisse. Ptolomaeus de Luca libro XXIII Histor. eccles. capite x ait: *Obiisse Thomam quinquagesimo vitae suae anno: alios vero dicere, quadragesimo octavo.* In editione Mediolanensi in Muratoriana Scriptorum Italiae collectione, mendum irrepsit, posito anno 44 pro 48. Primum numerum, inchoatum tamen dumtaxat, sequuntur Guillelmus de Tocco, et s. Antoninus; ille: *Et quadragesimum nonum annum suae vitae perficiens, quinquagesimo inchoaret aeternae gloriae iubilaeum*; hic vero: *Obdormivit in Domino... aetatis suae anno quinquagesimo inchoato.* Alterum quadraginta et octo annorum refert frater Iacobus de Viterbio, Augustinianus et Archiepiscopus Neapolitanus, in Processu canonizationis divi Thomae num. 83: *Non est verisimile secundum humanum ingenium, quod* tot ac tanta potuerit scribere *tam brevi tempore, sicut vixit idem frater Thomas, qui in quadragesimo octavo anno finiisse dicitur communiter dies suos.* Utrumque aetatis annum emortualem indicare possunt Notae aliae Chronologicae apud Ptolomacum libro XXII, capite xx inquientem: *Cum autem iam esset sexdecim annorum, habitum fratrum Praedicatorum assumpsit; et in eo in pura innocentia vixit triginta duobus annis vel circa.* Anni sexdecim et triginta duo sunt anni quadraginta octo: sed anni sexdecim completi, ac triginta duo *vel circa,* puta tres ac triginta sunt anni quadraginta novem vel etiam quinquaginta inchoati. Qua tamen de chronographia adhuc infra dicendum. Mirum vero illud est, tam confidenter scribere Disquisitorem potuisse: *Divum Thomam anno aetatis suae quinquagesimo quarto diem ultimum obiisse* contra veterum omnium scriptorum fidem.

Id vero, invitis etiam diis, dicere debuerat, quod Thomam anno aerae christianae 1274 dic 7 martii certissime defunctum, natum facit *anno eiusdem aerae* 1220 *die* 16 *Aprilis.* Auctorum quos laudavimus synchronos ct suppares, fide ct auctoritate conficitur, Thomam in lucem editum fuisse anno 1225, aut 1226, aut etiam 1227 numquam

anno 1220. Certum quidem natalem annum iidem scriptores non designant, de uno vel altero anno inter se dissidentes : at pro certo exploratoque nobis relinquunt minime Thomam anno 1220 natum esse.

Quo ergo iure, qua fide id asserat Disquisitor? Inquit ille capite jv, num. 2 : *Illud longe certius esse, meliorumque scriptorum suffragio comprobatum, Thomam anno* 1220 *natum*. Quae sunt, quaeso, certitudinis istius longe praestantiora documenta ? Quinam *scriptores illi meliores,* quorum suffragio natum Thomam anno 1220 tam certo adserit ? Laudat nempe solos *Leandrum Albertum, Abrahamum Bfovium et Vincentium Fontanam*. Clarissimos viros istos omni laude et commendatione dignos censeo: nihilominus in re, qua de agimus, nemo sapiens *meliores* iis iudicaverit, qui a me laudati sunt ; corumque fidem et auctoritatem minus idoneam non habuerit, qua natalis Thomae annus constitui tuto queat annus aerae vulgaris millesimus ducentesimus et vicesimus. Guillelmus enim de Tocco ac Ptolomaeus Lucensis eodem aevo cum Thoma vixerunt; frater Iacobus de Viterbio in Processu canonizationis testis laudatur a Bartholomaeo de Capua; et s. Antoninus anno 1 38p natus, florebat ante medium saeculum quintumdecimum : Leander "Vero Albertus, Bzovio et Fontana antiquior, ducentis et amplius annis post obitum divi Thomae, anno scilicet 1479 natus est. Favent etiam posito annorum calculo antiquissimi testes plures, quorum laudatus Iacobus de Viterbio *communem* vocem famamque refert de anno aetatis quadragesimo octavo divi Thomae, cum obiit: unum vero potuisset ac debuisset Leandrum Albertum laudare Disquisitor; quod scilicet Vincentius Fontana in monumentis Dominicanis ad annum 1220 unius Abrahami Bzovii fide nititur; et Bzovius ad annum 1264 unum memorat Leandrum. Liceat ergo mihi concludere longe certius esse, meliorumque scriptorum suffragio comprobatum, Thomae natalem annum retrahi non posse ab anno aerae Christianae aut 1225, aut insequente, aut 1227.

Qui vitae eius numerant annos quinquaginta inceptos, illigant natalem annum cum anno Christi 1225 ante diem septimam martii. Hunc referunt ad Christi annum 1227, qui Thomam vixisse putant octo et quadraginta annos eosdemque inchoatos. Quod si Doctor sanctissimus annum aetatis 49 inceperit, cum mortem obiit (ac fortasse probabilior haec est chronographia), emissus in lucem anno 1226 ineunte vel superiore 1225 cadente dicendus est. Annorum 48, quos Thomas vixerit et quidem inchoatos, adhaesisse calculo Ptolomaeus Lucensis videtur, qui tradit eumdem in Ordine Praedicatorum exceptum, *cum iam esset sexdecim annorum;* quae verba sextumdecimum annum completum ac labentem decimumseptimum satis indicant. Caeteroqui vero sanctum adolescentem iam attigisse decimum octavum aetatis annum evincit chronographia quae probabilior videtur. Adversantur in speciem documenta nonnulla, quibus dicitur Thomas infra pubertatis annos Praedicatorum Ordini nomen dedisse. Sic enim testatur Bartholomaeus de Capua in Processu canonizationis num. 76: *Statim,* inquiens, *cum ad annos discretionis pervenit, multum anticipando, nondum pubes adhuc, intravit praefatum Ordinem Praedicatorum*. Sic etiam legitur in Litteris canonizationis a Ioanne XXII datis anno 1323: *Dum adhuc infra pubertatis annos existeret Ordinis Praedicatorum habitum suscepit.* Sic demum s. Antoninus parte III, titulo xxm, capite vn, §. 2 : *Ordinem Praedicatorum infra annos pubertatis existens ingreditur.*

Quae verba si rigidiore sensu intelligi debent, ac si annum aetatis Thomae quartumdecimum definiant, plura convellunt in eius historia certissima : nempe in Ordinem Praedicatorum ingressum illum esse tempore Innocentii quarti Romani Pontificis, adeoque anno 1243 desinente vel ineunte 1244, ac annos demum aetatis quinquaginta attigisse vel quadraginta et octo complesse, cum mortem obiit. At enim Ptolomaeus Lucensis libro XXII Hist, eccl., capite xxn diserte testatur Thomam *tempore Innocentii Ordinem intravisse*. Narrant etiam Guillelmus de Tocco et s. Antoninus , Dominicanos fratres adiisse *Summum Christi Vicarium Innocentium quartum* contra raptores Thomae Dominicanam vestem induti. Quod eo tempore contigisse narrant omnes, Guillelmus de Tocco, s. Antoninus et Ptolomaeus Lucensis, cum germani fratres ipsius Thomae degebant apud Fridericum Imperatorem *in castro Aquaependentis,* idest anno cadente 1243 vel insequentis initio. Hinc scriptores superius allatos ita intelligendos monent Bollandistae in Notis ad caput ix Processus canonizationis , ut videantur voluisse dicere, Thomam *adhuc iuvenem imberbem fuisse*. Ad haec, adnotat Paulus Zachias libro 1 quaest. medico-legal., titulo 1, quaest. vi, num. 64 et seqq. : *Legibus plenam pubertatem constitui in decimo octavo anno.* Ipse demum Thomas Malvenda in Annalibus ad annum 1237, qui nimium proclivem se praebet ad ingressum Thomae in Ordinem Praedicatorum *infra pubertatis annos* constituendum, ipsumque referendum ad tempora Gregorii noni, difficultates gravissimas persensit quae contra militant: easque non alia via solvi posse admonet, nisi *asseramus* (inquit) *ut quidam voluere, s. Thomam natum septemdecim annos* (quos ego completos intelligo) *Ordinem Praedicatorum ingressum esse.*

II. Quorsum vero tam diligenter discussa divi Thomae gestorum chronographia, veterum testimonio digesta et comprobata? Ut postremo nimirum argumento validissimo ea profligentur, quae de monachatu Thomae narrat Disquisitor. Ait ille: *Monasticam professionem Casini a Thoma emissam anno* 1235 *aetatis* 15. At anno Christi 1235 natus erat Thomas aut decimum, aut undecimum dumtaxat aetatis annum; cum ipsum nemo veterum aut adserat aut indicet emissum in lucem ante annum 1225. Pergit ille et ait: *Anno iz3g aetatis* 19, *expilato Casinensi Monasterio a Friderico II Imperatore, eiectum Thomam cum caeteris monachis.* Non eo anno, violentia Imperatoris, e Monasterio Casinensi eiectum, sed adhuc puerulum a parentibus revocatum, ut in scholis neapolitanis felicius excoleret divinum ingenium, apertissime testatur Guillelmus dc Tocco. Ingressum eiusdem in Ordinem Praedicatorum refert *ad annum Christi* 1243 *et aetatis vicesimum tertium*. Nempe adversos habet veteres omnes, qui Thomam produnt dominicano Praedicatorum Ordini dedisse nomen, iuvenem adhuc imberbem, cum annum aetatis ageret, ut summum, decimum octavum. Obitum denique eius *cum anno aetatis quinquagesimo quarto* illigat, repugnantibus synchronis omnibus testibus ac invitis etiam diis. At haec omnia in praeconccptae fabellae gratiam dici, singularemquc ac mirabilem in chronographiam redigi a Disquisitore debuerunt : cui ego demum subiectam tabellam oppono, in qua annis aetatis divi Thomae eiusque gestis, quae ad praesentem attinent Disquisitionem, iuxta meliorum priscorumque eius vitae scriptorum fidem et auctoritatem coordinatis, uno conspectu quisque noverit, nullum superesse locum, cui monachatus Thomae eiusdemque professio voto solemni firmata affigi possit. Nempe:

Anno 1226, ut probabilior fert chronographia veterum fide comprobata, nascitur divus Thomas, patre Landulpho Comite Aquinate, matre Theodora Theatis Comitis filia.

Anno 1231, aetatis quinquennio forte expleto, Casinum mittitur a parentibus, ubi tum monachis praeerat Landulphus Senebaldus, moribus et litteris informandus, more nobilium patriae et regionis.

Anno 1235 aut 1236 ineunte, aetatis anno decimo vel undecimo inchoato, Abbate suadente, Casino revocatur a parentibus et Neapolim mittitur ad publicas et saeculares scholas, anno 1224 a Friderico Imperatore institutas, ab eodemque anno 1234 instauratas.

Anno 1243 cadente vel ineunte 1244, cum annus aetatis eius laberetur decimus octavus, Ordinem Praedicatorum Neapoli in s. Dominici coenobio amplectitur.

Anno 1248, vel postea oblata eidem fuit Abbatia Casinensis, si tamen umquam oblata dici debeat, ea conditione, ut in Ordine et habitu suo praeesset officio.

Anno 1274 aetatis quadragesimo nono incepto, ut probabilius videtur, cum iter ageret ad Lugdunense Concilium, morbo correptus et in coenobio monachorum Cisterciensium Fossae-novae hospitio exceptus, ingravescenti morbo cedit'ac moritur placidissime in osculo Domini.

DISSERTATIO II.

De vetustis operum sancti Thomae Indicibus: deque genuinis Commentariis eius in lobum, in Psalmos, in Canticum Canticorum: suppositisque in Genesim, in totum Pentateuchum, in Ecclesiastem.

CAPUT I.

Antiqui testes, quorum fide de genuinis sancti Thomae suppositisque Operibus iudicandum sit. Specimen libri de Viris illustribus sub nomine loannis de Columna Ord. Praed. cum criticis animadversionibus. Opus est ab sequioris aetatis auctore interpolatum.

I. ert'us ct aptius argumentum adhiberi nul- ^/Xry^^pTum potest, quo de genuinis germanisque sanct' Thomae Aquinatis Operibus iudicium ferri queat, quam veterum scriptorum testimonium: quorum alii synchroni, familiares ac discipuli,suppares alii simulque diligentissimi,Thomae operum Indicem aut Elenchum texuere; accuratissimumque ut texerent studium adhibuerunt omne optimamque crisin. Viros praestantissimos nosse, veluti dc facie, praestat. Primum memoro Ptolomacum, seu Tholomacum, seu Bartholomaeum de Luca, illustrem Ordinis Praedicatorum alumnum, Episcopum in Venetis aestuariis Torccllanum, qui de s. Thomae gestis ac operibus fuse disserit in Historia ecclesiastica libris xxrv comprehensa, inter Scriptores Italiae, cura et opera doctissimi Muratorii, tomo XI typis vulgata. Testatur ille libro XXIII, capite vm: Se *confessionem* Doctoris nostri *saepius audivisse, cum ipso multo tempore conversatum esse familiari ministerio, ac ipsius auditorem fuisse.* Obitum eius cum anno circiter i322 illigandum censuit lacobus Echardus in Bibliotheca scriptorum Ordinis Praedicatorum; sed vitam adhuc ipsum egisse anno 1325 ex monumentis vetustis conficitur, quae in Veneta Italiae sacrae Ughellianae editione allegantur.

Sequitur Guillelmus de Tocco siculus eiusdem Ordinis in vita, quam integram sanctorum Actis inseruerunt Bollandi Continuatorcs ad diem 8 Martii. Libros cius capite iv enumerat omnes, quotquot elucubratos ab eodem certo nosse potuit: Seque *vidisse* ipsum *scribentem ct audivisse praedicantem et legentem* narrat in Actis Inquisitionis anno 1319 institutae num. 58 apud eosdem Bollandistas: fuitque praecipuus Praeceptoris sui canonizationis promoter. Adhuc anno i323, adnotante lacobo Quetifo in citata scriptorum Ordinis Bibliotheca, vitam ducebat inter mortales.

Tertius est Nicolaus Trivetus, anglus gente, origine nortwicensis, professione Dominicanus, anno 1328 denatus, ut habent post Baleum Quetifus et Echardus. In Chronico, quod a Luca Dacherio asceta Bencdictino e Congregatione s. Mauri typis editum est in spicilegio, Thomae *amplum texuit Indicem operum: atque emunctae vir naris* (verba sunt ipsius Dacherii) *ac studio partium minime addictus, germanos a spuriis partus accurate descripsit:* neque mirum ab homine anglo id agi potuisse, cum philosophicis et theologicis disciplinis imbutus in patria iuvenis excellenti ingenio praeditus, Parisios postea missus fuerit perficiendus in gymnasio Saniacobaco, quod annos plures rexerat illustravitque s. Thomas.

Quarto loco Bartholomaeum de Capua, Logothctam et Protonotarium Regni Siciliae numero, qui inter Acta laudatae Inquisitionis pro apotheosi sancti Doctoris *testis iuratus* habetur anno i3ig *die mercurii* 8 *mensis augusti.* Lati ab eodem testimonii fragmentum, quod apud Bollandianos desideratur, Stcphanus Baluzius vulgavit tom. II *Paparum Avcnionensium:* ubi lucuplctissimus operum Thomae Index habetur, itemque illorum, *quae non ipse scripsit et notavit, sed alii recollegerunt post eum legentem vel praedicantem.* Parem adhibitam a Triveto diligentiam cum Luca Dacherio adnotavimus.

Quinto succedit loco Bernardus Guidonis gallus, ex Ordine Praedicat, ad infulas Lodovenses adsumptus, fatoque demum mortali ereptus anno i33i apud Quetifum et Echardum. Fusiorem scripsit *Legendam s. Thomae dc Aquino,* in duos libros tributam. Capitum titulos dumtaxat exhibent Bollandiani editores: quorum quinquagesimum quartum libri primi *Dc numero et nominibus librorum ct tractatuum s. Thomae* vulgatum legimus a Casimiro Oudino in Commentario dc Scriptoribus ecclesiasticis tomo III. Probatissimi testis fidem integram et ipse recognoscit ac plurimi facit Oudinus morosissimus censor.

Sextum profero Petrum Rogerium lemoviccnsem in Gallia, Bcnedictinum monachum, perque varios in Academia Parisicnsi et in Ecclesia honoris gradus ad summum Pontificatus fastigium anno 1342 evectum, dictumque Clementem sextum. Inter quamplures sermones, quos habuit vir litteratissimus et facundia pollens, adservabatque manuscriptos Tclleriana bibliotheca, et nunc possidet Regia, exstat *Sermo dc laudibus sancti Angelici Doctoris Thomae Aquinatis,* cum Indice operum eius apud eumdem Casimirum Oudinum typis vulgato: dignumque animadversione, habitum a Rogerio sermonem illum in ipsis canonizationis eius solemniis coram Summo Pontifice anno i323 mense iulio.

His accedunt sequioris aevi scriptores, Ludovicus de Valleolcti hispanus, Laurentius Pignon gallus burgundus ct s. Antoninus florentinus: quorum auctoritatem contemnere audeat nemo; cum et veteres ab ipsis exscriptos fuisse constet, ac plurima usos etiam in elencho contexendo diligentia. Saeculum quartumdecimum aetate superant omnes. Index Valleoletani praesto cuique est apud Martenc et Durand tomo VI amplissimae collectionis: ciusdcmque testimonia ac Pignoni, -ex eorum operibus mss. decerpta afferunt Quetifus et Echardus: accuratissimumque demum s. Antoninus praestat Indicem parte III Chronici, tit. xvnr, capite x, §. I ct 2.

Sub nomine fr. loannis de Columna Ordinis Praedicatorum Veneta ss. loannis et Pauli bibliotheca servat librum ms. *de Viris illustribus,* parte prima *Infidelibus* et altera *Christianis* ordine alphabetico recensitis. Trium ex Ordine Praedicatorum elogia texuntur, *Alberti Theutonici, Dominici genere hispani Ducis ct Fundatoris Ordinis,*

Thomae de Aquino Doctoris eximii cum Indice operum: ac elogio demum Innocentii III gesta inseruntur *loannis de Comite,* ex Ordine Praedicatorum ad Sedem primum Pisanam episcopalem, deinde ad archiepiscopalem Nicosiensem in insula Cypro adsumpti. In elogio Alberti Theutonici *Flos* vocatur *doctorum* Thomas *et sanctus:* ipsiusque Alberti indicatur obitus, quem anno 1280 ex hac vita sublatum scimus. In elogio Thomae celebratam *a Papa loanne XXII* eius apotheosim legimus *anno Incarnationis Dominicae* 1325 (23) *in Avinione civitate Provinciae',* notaturque demum loannis Nicosiensis obitus *in insula Cypri anno* 1322 (1332) *ultima die iulii.* Quibus annorum notis iiotum fit compertumque, auctorem libri *de Viris illustribus,* qualem exhibet Venetus codex, dici non posse loannem de Columna romanum, divo Thomae synchronum, ad infulas Messanenses in Sicilia anno 1255 promotum ab Alexandro quarto, scriptorem chronici sub titulo *Maris historiarum,* ac dimissis infulis Messanensibus Vicarium Urbis anno 1263 ab Urbano quarto deputatum. Hanc eius aetatem, hos dignitatis et honoris gradus referunt Rocchus Pirrus in Sicilia sacra et Iacobus Echardus. Obitum eiusdem inter annos 1280 et 1290 contigisse idem coniicit Echardus, coniectura sumpta ex indicato Alberti Magni anno emortuali: sed aeque vitam eius prorogandam ultra annum 1323 evinceret memorata divi Thomae apotheosis, imo et ultra annum 1332 notatus obitus loannis Nicosiensis. Latius infra ac diligentius agendum mihi est: in eamque sententiam iam pronus feror, ut conficiam librum *de Viris illustribus* a loanne de Columna scriptum quidem fuisse, recentiore tamen interpolatum manu scriptoris, qui anno 1330 vitam adhuc agebat. Hinc fide omni dignissimus novus adest Operum s. Thomae testis loannes de Columna: neque fides etiam interpolator! neganda est, qui Thomae aetati suppar fuit, simulque florebat cum Bernardo Guidonis et Petro Rogerio.

Integrum operum Indicem pretium operae duco proferre in lucem, ut locus nondum editus modo pateat, ex quo plura deinceps testimonia desumenda sunt: « Scripsit » autem hic incomparabilis Doctor super Isaiam, super leremiam, super Threnos, super Iob ad litteram, opus quidem mirabile. Ista superius scripsit super libros veteris Testamenti. Super libros autem Novi haec scripsit quae sequuntur: primo super quatuor Evangelia ad Urbanum Papam, opus incomparabile: super Epistolam ad Romanos, super primam Epistolam ad Corinthios; et licet raro reperiantur, tamen a fide dignis audivi quod ipse scripserit super omnes Epistolas Pauli. Scripsit super quatuor libros sententiarum, cui non invenitur adhuc simile, cum plures alii post eum scripserint. Summam contra gentiles fecit. Summam theologiae, quam divisit in quatuor volumina. Super Dionysium de divinis nominibus. Super Boethium de hebdomadibus: super eumdem de Trinitate. Quaestiones de veritate, de spiritualibus creaturis, de potentia Dei, de virtutibus, de anima. Quodlibeta undecim. Super octo libros physicorum. Super tres libros de caelo et mundo. Super primum de generatione et corruptione. Super duos libros mechanicorum (meteororum). Super librum de anima. Super librum de sensu et sensato. Super librum de memoria et reminiscentia. Super librum de causis. Super duodecim libros metaphysicorum. Super decem libros ethicorum. Super quatuor libros politicorum. Super primum librum perihermenias. Super librum posteriorum. Tractatum de modalibus. Tractatum de fallaciis. Opuscula contra impugnantes Dei cultum et religionem. Brevis compilatio theologiae. De perfectione vitae spiritualis. De regimine Regum ad Regem Cypri, quod quidem opus minime complevit. De aeternitate mundi contra Averroistas. De operibus occultis naturae. De articulis fidei et Ecclesiae Sacramentis. Contra errorem Graecorum. Expositionem super orationem Dominicam. Expositionem Symboli. Expositionem decem praeceptorum Decalogi. Tractatum de unitate formarum. De iudiciis astrorum. De forma absolutionis. De motu cordis. De sortibus. De rationibus fidei. Expositionem super primum decretalium. Declarationem quaestionum quarumdam ad Magistrum Ordinis. Declarationem quorumdam articulorum. De ente et essentia. De genere. Super Cantica Canticorum. Composuit autem multa alia opuscula, quae a multis in diversis locis habentur. Hic autem s. Doctor adseriptus est catalogo Sanctofum a Papa loanne XXII anno Incarnationis Dominicae 1325 (23) in Avinione civitate Provinciae. Composuit autem et hic felix et sanctus Doctor officium de Corpore Christi, quo devotius in Ecclesia Dei non dicitur, nec cantatur. » Interpolatricem mihi videor in hoc Indice videre manum. Quid est enim Opera sancti Doctoris recensere, tum eius narrare apotheosim ac iterum ad eiusdem reverti Opera? Quid est praeterea, sub initium Indicis Commentarios enumerare *super Isaiam, super leremiam, super Threnos, super Iob;* admonere vero, *ista superius a* divo Doctore *scripta fuisse super libros veteris Testamenti;* ac demum in calce indicis addere commentarium *super Cantica Canticorum?* Haec recentioris cuiusdam, qui libros a primo scriptore omissos adiungebat, videntur indicia esse. Neque loci tamen huiusce auctoritatem fidemque minimi faciendam iam adnotavimus ac uberius dicemus infra.

11. Hocce de opere loannis de Columna nonnihil diligentius agendum mihi est, ut quae fides novo testi in Operum s. Thomae censura adhibenda sit splendidius innotescat; ac operis etiam nondum editi ac una in praedicta Veneta bibliotheca extantis specimen aliquod exhibeatur. Codicem et opus vidit lustravitque doctissimus Montfauconius, eiusque meminit in Diario Italico cap. III, pag. 50 ubi testatur: *Codicem esse XV saeculi, et opus non spernendum et luce dignum.* Excerpta quaedam a Iacobo Hyacintho Serry in gymnasio Patavino theologiae primario professore, et a Io. Benedicto loannelio bibliothecae Casanatensi praefecto ac postea sacri Palatii Magistro, accepit Iacobus Echardus ediditque in elogiis sancti Dominici in *Addendis,* sancti Thomae et loannis de Columna: quo etiam loco: *Utinam,* inquit, *aliquando ss. loannis et Pauli Sodalibus Deus O. M. inspiret, ut opus hoc iuris publici tandem faciant, et rei litterariae et scholae nostrae adeo necessarium in tenebris diutius retinere in animum non inducant.*

Conspectum totius operis praestare modo liceat, quem acceptum refero humanissimo viro Dominico Mariae Berardello, eiusdem coenobii ss. loannis et Pauli alumno ac bibliothecae praefecto. Animadversiones, prout occasio feret, appingo: quae simul iunctae conficere videntur, opus illud loannis de Columna tamquam primaevi auctoris foetum esse, manu tamen recentiore interpolatum aut quibusdam auctum additamentis. Prooemium legitur in haec verba: « De vita et moribus virorum illustrium, tam sanctorum quam aliorum philosophorum tractaturus, quae in diversis libris de eisdem sparsim scripta reperi, in unum colligere laboravi, ne ipsorum gloriosa exempla et dicta elegantia memoratu digna (pereant): et quae ab illustribus sunt dicta Auctoribus huic libello inserui, ut documenta virtutum sumere volentibus longae inquisitionis labor absit: quae etiam ad mores componendos corrigendamque vitam, necnon et passiones frenandas atque domandos affectus plurimum valebunt; ad instar Socratis, qui, ut ait Augustinus de Civit, lib. VIII, cap. m, *primus universam philosophiam ad corrigendos componendosque mores flexisse memoratur.* Fecerunt hoc idem apud Graecos, ut ait Hieronymus in prologo de viris illustribus, Hermippus Peripateticus, Antigonus Carystius, Satyrus doctus vir et longe omnium doctissimus Aristoxenus musicus; apud Latinos autem Varro..... Quod illi in enumerandis gentilium litterarum viris fecerunt illustribus, beatissimus Hieronymus, Doctor doctorum excellentissimus, omnes qui de Scripturis sanctis aliquid prodiderunt memoriae collegit deque iis breviter disseruit. Ad cuius exemplum viri, provocati Gennadius Massiliensis presbyter, Isidorus Hispalensis multos subrogaverunt. Ego autem non solum ecclesiasticos doctores in ordine digeram, sed et viros illustres gentilium litterarum edoctos: nam in hoc maxime est litterarum et scriptorum fructus, cum res scitu dignas aboleri non pa-

» tiuntur.... Variis igitur occupationibus sic in curia di-
» stractus sum, ut vix aliquid quandoque scribere licuerit.
» Sed illud volvens in animo, quod Seneca Epist. lxxxii,
» *Otium sine litteris mors est et hominis vivi sepultura,* ista
» aggredi coactus sum. Haec quoque ipsa, quae huic libello
» inserui, aliena sunt: et etiam quae loquor ab aliis accepi,
» ut antiquorum scriptorum historias veteres annalesque
» replicans, possim quasi de ingenti prato opusculi nostri
» coronam texere. Omnesque igitur libros, qui in hoc opere
» allegantur, me vidisse non arbitror; sed quamplurima de
» allegatis alibi inde extraxi et huic libello applicui. Ideo
» omnia tuo, lector, reservantur examini, ut tibi maior et
» iustior corrigendi, quam mihi scribendi gloria praebeatur.
» Sed, ut ait Seneca Epist. i.xxxrv, *Quaecumque ex diversa*
» *lectione congessimus separare debemus: melius enim di-*
» *stincta servantur.* Ideo ut dicenda melius elucescant,
» praemittam distinctionem, per ordinatas alphabeti litteras
» et capitula incedendo. »

Verba illa, *Variis igitur occupationibus sic in curia distractus sum,* loanni de Columna maxime conveniunt. Is Messanam in Sicilia anno 1255 ab Alexandro IV missus est Archiepiscopus, testibus Bernardo Guidonis, Conrado Gratiadei, Thoma Fazello aliisque. Turbis excitis Manfredorum, Romam ipsum repetiisse *post septem menses* Echarchus coniicit: sed apud Rocchum Pirrum et Antoninum Mongitorem in Sicilia sacra legimus, primum lapidem templi in honorem sancti Dominici in loco qui dicitur Monticellus a loanne nostro anno 1259 positum fuisse. Romae consistebat ille anno 1263, quo in ecclesia s. Sabinae *Altare ad honorem beati Petri Martyris* divino Numini nuncupatum fuit *per* ipsum *venerabilem patrem fratrem loannem de Columna Archiepiscopum Messanensem, Vicarium tunc temporis D. Papae Urbani* (IV). Epigraphem praestat Vincentius Maria Fontana in *Theatro Dominicano.* Vacasse Messanensem Ecclesiam *anno* 1264, v *kal. iulii,* constat ex monumentis allatis a Roccho Pirro: neque tamen constat tunc mortali fato functum fuisse loannem; quem, dimissis infulis Messanensibus, Romae deinceps perstitisse, haud levis laudati Echardi coniectura est. En igitur virum habemus qualem se prodit auctor libri *de Viris illustribus,* quo de agimus, *variis occupationibus in curia distractum.* Accedunt illa etiam verba, *antiquorum scriptorum historias annalesque replicans;* quae sicuti virum historiarum studio maxime addictum declarant, ita satis indicare videntur loannem de Columna chronici compilatorem quod inscribitur *Mare historiarum.*

Pars prima libri *de Viris illustribus,* complectitur ethnicos ordine alphabetico. Sunt vero

Anaximander.
Anaximenes.
Anacharsis.
Anaxagoras.
Aristides.
Archesilas.
Aristippus.
Aratus.
Antisthenes.
Archilogus.
Alcibiades.
Architas.
Anaxarchus.
Antipater.
Aristoteles.
Anaxtomanes *(Mendum).*
Apuleius.
Archimenides (f. *Archimedes).*
Athenodorus.
Apollonius.
Actius.
Aetalius (f. *Aethlius).*
Ariston.
Asinius Pollio.
Albucius.
Appion.
Arinicius (f. *Arinasius).*
Bias.
Basilius.
Bocorus (f. *Boccoris).*
Brutus.
Chilo.
Cleobolus.
Crates.
Chrysippus.
Carneades.
Cato.
Curio.
Caelius.
Democritus.
Demosthenes.
Diogenes.
Dernas (f. *Demus).*
Diodorus.
Demetrius.
Democharcs.
Dernarachus (f. *Demaratus).*
Didymus.
Esopus.
Epimenides.
Euclides.
Eschines.
Empedocles.
Euripides.
Euripides Cretensis.
Eraclitus.
Epicurus.
Emnius *(Ennius).*
Egesilaus *(Agesilaus).*
Eudoxius.
Ferecides *(Pherecydes).*
Fabianus Papyrius.
Gorgias.
Galenus.
Homerus.
Heschilus.
Hesiodus.
Heumerus (f. *Eumelus,* seu *Eumoeris).*
Hermes.
Hystaspes.
Heresistratus *(Erasistratus).*
Iulius Caesar.
Iulius Celsus (an *M. Livius Celsus).*
Juvenalis.
Kalistratus *(Callistratus).*
Kalistenes *(Callisthenes).*
Kanius *(Canius).*
Lycurgus.
Lucius.
Lucretius.
Lucanus.
Mysson (seu *Miccion, et Mischion).*
Menander.
Maecenas.
Marius.
Numa Pompilius.
Nigidius.
Orphaeus.
Ovidius.
Pittacus.
Periander.
Pytagoras.
Pericles.
Prothagoras.
Plato.
Plotinus.
Phaedon.
Philemon.
Philemon *(alter:* an *Polemon).*
Ptolomaeus Philadelphus.
Parmecius (an *Parmeniscus).*
Possidonius.
Pacubius. *(Pacuvius).*
Plautus.
Philo Iudaeus.
Pescennius Festus.
Perpecius *(Perpetuus).*
Quintilianus.
Quintus Curtius.
Secundus.
Solon.
Socrates.
Simonides.
Stilpo.
Sophocles.
Speusippus.
Sextius.
Sallustius.
Scaurus.
Serapion.
Seneca.
Sixtus Pythag.
Thales.
Themistocles.
Theophrastus.
Terentius.
M. Tullius Cicero.
Titus Vespasiani f.
Titus Livius.
Theodorus.
Taurus.
Timagenes.
Trogus Pompeius.
Varro.
Virgilius.
Titus Lucretius.
Valerius Maximus.
Victorius (an *Vestorius).*
Xenocrates.
Xenophanes.
Xenophon.
Xystus.
Ysocrates *(Isocrates).*
Yppocratcs *(Hippocrates).*
Zoroaster.
Zeno I.
Zeno II.
Zeno III.

Explicit liber de Viris illustribus infidelibus editus a fratre loanne de Columna Ordinisfratrum Praedicatorum.

Pars altera Viros illustres christianos continet eodem ordine alphabetico recensitos.

Aristides.
Agrippa Castor.
Apollinaris.
Apollinaris Laod.
Ammonius.
Alexander.
Agatholus *(Anatolius).*
Ambrosius Diaconus.
Ambrosius Alex.
Ambrosius Mediol.
Archelaus.
Arnobius.
Athanasius.
Asterius.
Achilius *(Aquilius).*
Achacius *(Aeacius).*
Appion.
Arabianus.
Asclepiades.
Antiochus.
Asclepiades.
Antiochus E.
Augustinus Hip.
Arator.
Alcuinus.
Anselmus Cantuar.

* Albertus Theutonicus de Ordine fratrum Praedica-
» torum, vir excellentis ingenii fuit. Hic a pueritia Ordi-
».nem Praedicatorum intravit, in quo in omni vitae puritate
» proficiens, diu noctuque studio et orationi vacabat, adeo
» ut infra breve tempus inter doctos etiam doctissimus suo
» tempore habebatur. Quare Parisiis honorem magisterii

» meruit, ubi diu in magna omnium opinione et reputa-
» tione rexit. Ad cuius scholas sacrae theologiae omnes
» confluebant, maxime quando contingebat cum aliquam
» disputare vel determinare quaestionem. Sed cum aliquan-
» diu Parisiis rexisset, rediit in Theutoniam atque de man-
» dato fratrum suorum lectiones non intermisit: sed ipsas
» continuans, multos discipulos tam saeculares quam re-
» ligiosos habuit, qui ad ipsum audiendum undique con-
» volabant propter eminentem et profundam magistri scien-
» tiam. Inter quos fuit Flos doctorum s. Thomas de Aquino,
» iuvenis tunc nobilissimus de stirpe Comitum Aquino-
» rum, de quo plenius suo loco dicemus. Cumque fama
» huius praeclari Doctoris ubique clareret, factus est Epi-
» scopus vel Archiepiscopus Ratisponensis. Cum autem ali-
» quandiu cum omni solicitudine praedictam rexisset ec-
» clesiam, considerans onus et periculum pastoralis officii,
» propter quod plurimum ab illa sua consideratione et
» contemplatione divinae scientiae et studii retrahebatur; li-
» cet cum difficultate et multa instantia,' de voluntate ta-
» men Summi Pontificis, pontificali dignitate cedens, ad
» claustrum fratrum sui Ordinis remeavit: ubi longo tem-
» pore, orationi et studio vacans, scribebat libros et do-
» cebat indoctos.'Scripsit autem super totam logicam per
» modum commenti. Item super totam philosophiam na-
» turalem et moralem, et commentavit excellentissime, adeo
» ut commentator latinus ab omnibus appelletur. Vocatur
» autem commentator latinus ad differentiam Averrois, et
» etiam quia in commentis suis loquitur clarius et verius
» secundum Aristotelis intentionem. Scripsit etiam com-
» mentando super librum de animalibus, opus utilissimum
» et necessarium omnibus physicis. Item scripsit super qua-
» tuor libros sententiarum. Item Summam theologiae. Item
» librum de Sacramentis. Item de mineralibus. De mysterio
» Missae. Item de statu animae de corpore separatae, quem
» librum praeventus morte non complevit. »

An in illis elogii verbis, *Factus est Episcopus vel Archiepiscopus Ratisponensis,* additio tituli *Archiepiscopi* manum indicet interpolatricem? An eadem titulum *Sancti* invexerit, quo Thomas insignitur? Alioqui vero tempus memoratae Alberti mortis, quae anno 1280 contigit, loanni de Columna convenire potest. Narrat auctor libri de vitis Fratrum, ipsum loannem missum Parisios fuisse a patruo suo Cardinali, pariter loanne de Columna appellato: ad ipsumque in Ordinem Praedicatorum a b. Iordano Magistro Generali cooptatum datas *a Gregorio IX ad instantiam* eiusdem Cardinalis *litteras praeceptorias*. Anno 1227 die 19 martii Sedem Apostolicam conscendit Gregorius: ac Iordanus consistebat Parisiis anno 1228 celebraturus Generale Capitulum. Fac vero, loannem annos 20 aut 22 aut 24 natum Dominicanae familiae nomen dedisse: aetatem habes annorum duorum, vel quatuor, vel sex supra septuaginta, quae iusto longior aut diuturnior non est.

Barnabas.
Bardesanes.
Beryllus.
Bacchylus.
Babyllus.
Bachiarius.
Basilius Caesar.
Bembovolus *(Mendum)*.
Boetius.
Beda Ven.
Bernardus Clar.
Clemens Rom.
Clemens Alex.
Cyprianus.
Cornelius Ep.
Candidus.
Cassianus.
Caelestinus.
Cyrillus.
Cassiodorus.
Claudianus Mamert.
Claudianus Poeta.
Dionysius Corinth.
Dionysius Areop.
Dionysius Alex.
Dorotheus.
Didymus Alex.
Damasus.
Dominicus genere hispanus, Dux et Fundator Ordinis Praedicatorum fuit etc.
Donatus.
Egisippus *(Hegesippus)*.
Eraclas *(Heraclas)*.
Eusebius Caesar.
Eusebius Vercell.
Eusebius Emissem
Eustathius.
Ephrem.
Evagrius Ponticus.
Eutropius Presb.
Epiphanius.
Faustinus Presb.
Fulgentius Rusp.
Faustus Ep.
Gregorius Neocaes.
Gregorius Nazianz.
Gregorius Nyss.
Gregorius Magnus.
Gaius.
Gelasius.
Gratianus Monachus.
Hirenaeus *(Irenaeus)*.
Hermas.
Hilarius Pictav.
Herius.
Hildebertus.
Hugo de s. Victore.
Hugo de Folieto.
loannes Evangel,
lacobus Apostolus.
ludas Apost.
Ignatius.
losephus ludaeus hist.
lustinus Martyr,
ludas.
Julius Afr.
lacobus Sapiens,
luvencus.
lulius Rom. Ep.
leronymus *(Hieronymus)*.
loannes Chrysostomus.
lulianus.
Innocentius I.
loachim Abbas.
Justinianus Imp.
Innocentius III.

III. Romani Pontificis Innocentii III elogio gesta inseruntur loannis Nicosiensis Archiepiscopi ex Ordine Praed. adsumpti. Locum integrum in lucem profero, ut probatissimi viri splendidior ac tutior notitia habeatur, simulque certum innotescat manus recentioris interpolatricis argumentum. « Ex cuius Pontificis (Innocentii III) clara pro-
» sapia, quae usque nunc *Domus Comitum* vocatur, *Romae*
» *originem traxit* ille recolendae memoriae *fr. Iohannes*
» *de Comite* Ordinis Praed., qui in suo Ordine post Pari-
» siense studium factus est primo lector Urbevetanus, po-
» stea Senensis: de qua lectoria assumptus est ad Pro-
» vincialem Provinciae Romanae, quam Provinciam rigidis-
» sime et religiosissime rexit. Nam *cum dicta Provincia*
» *tunc temporis nimium esset diffusa,* cum ab insula Si-
» ciliae inclusive usque ad alpes Bononienses protenderetur, numquam nisi pedes vel super asellum sedens, ipsam
» visitavit, cum singulis annis ex sibi iniuncto officio ipsam
» circuire teneretur. Ex quo officio assumptus est ad Epi-
» scopatum Pisanum per Bonifacium Papam octavum: po-
» stea per Clementem V factus est Archiepiscopus Nico-
» siensis; quae est Primas Regni Cypri. Ad quem locum,
» quamvis confectus senio, accessit hoc animo, ut terram
» illam promissionis, quam Christus sua praesentia ... vi-
» sitaret, quod semper desideravit. Veniens ergo in insu-
» lam Cypri, *multas ordinationes sanctas* in clero instituit:
» et cum in divitiis ibidem se conspiceret abundare, coepit
» magis solito pauperibus esse munificus adeo ut ibidem
» ab omnibus pater pauperum diceretur. Nec immerito, nam
» eius affectus erga pauperes, ut uno verbo complectar,
» plura dabat quam etiam haberet: in hoc enim quidquid
» habere poterat, expendebat. Dicebat enim, *me audiente*
» *frequenter:* omnia dabo, ut propter pauperes cogar etiam
» mendicare. Nam cum eius reditus usque ad viginti millia
» florenorum ascenderent, nihil sibi et familiae praeter vi-
» ctum et vestitum reservari volebat. *Et cum triginta annis*
» *et ultra esset Praelatus,* numquam ab aliquo inclinari
» potuit, ut consanguineis aliquid largiretur; sed talibus
» suasoribus respondebat: Unde exeunt flumina revertantur.
» Ut autem pauca de multis, imo infinitis eleemosynis re-
» feram, annuatim quingentos pauperes sua manu indue-
» bat, praeter vestes quas dabat pauperibus infra annum.
» Semel autem cum quidam pauper clericus coram ve-
» nisset et diceret quia non posset in publicum comparere,
» quia verecundabatur nudus apud alios apparere, cum in
» promptu nec pannus aliquis, nec forte pecunia non esset,
» *me cappa propria expoliari iussit* et dicto clerico tri-
» buit. Pascebat omni die in aula sua vigintiquinque pau-
» peres, de quorum cibis ante omnem escam beatus Pon-
» tifex gustare volebat. In festis autem Christi, sicuti in
» Natali, in Circumcisione, in Epiphania, in Coena Domini,
» in Paschate, in Ascensione, in Pentecoste, in quatuor fe-
» stivitatibus b. Virginis, in utroque festo ss. Iohannis Ba-
» ptistae et Evangelistae, in utroque festo b. Dominici, in
» festo b. Petri Martyris, in festo b. Mariae Magdalenae, in
» festo Apostolorum Petri et Pauli, in Anniversario pa-
» tris et matris suae semper centum pauperes abundantis-
» sime pascebat. Praeterea in omni feria quinta dabat omni-

» bus advenientibus victum, de quo commode illa die poterant sustentari. Omni mense maritabat unam pauperem orphanellam, cui-viginti florenos ad minus dabat pro dote. In illis partibus multos captivos Christianos de roanibus Saracenorum redemit, in quibus magnam summam pecuniae expendit. Saracenos emebat, quibus ipse frequenter per interpretes praedicabat: etsi qui forte inspirati a Deo verbum reciperent, cum multa solemnitate eos faciebat in maiori ecclesia baptizari; deinde reddebat eos libertati et multis ditabat bonis. Cuius sanctam famam Soldanus Babyloniae audiens, sibi honorabiles litteras misit: inter alia scribens, quod sibi placeret suum Regnum personaliter visitare, quia eius sanctis operibus provocatus, volebat quaedam tractare, quae erant ad magnam exaltationem fidei christianae: quod et fecisset nisi fuisset per suos Superiores impeditus. De ornamentis ecclesiarum, quae diversis donavit ecclesiis, quid dicam, aut quid referam? maxime conventibus Ordinis sui, cum omnem excedant numerum. Nam vix fuit magnus conventus in Ordine, quem aliquo pretioso iocali non dotaverit, maximè conventum Bononiensem, quem ob reverentiam b. Dominici multis eleemosynis sustentavit et multis iocalibus ornavit. Numquam Ordo Praed. habuit Praelatum cuiuscumque status,qui tot bona Ordini faceret. Mortuus est v autem in insula Cypri *anno Domini* 1322 *ultima die Iulii:* ad cuius tumulum multi diversis infirmitatibus sunt curati.»

Oscitantiam corrige exscriptoris ac lege, *anno Domini* 1332. Siquidem loannem ad infulas Pisanas anno 1299 evexit Bonifacius octavus. Bullam electionis refert clarissimus Antoninus Bremond (de quo Magistro Generali anno 1748 die i iunii electo universus Praedicatorum Ordo gratulatus est) in *Bullario Dominicano,* datam iv *idus februarii Pontificatus Nostri anno quinto.* Sed ipsum *triginta annis et ultra* Ecclesiae primum Pisanae, deinde Nicosiensi praefuisse, testatur auctor superioris elogii: adeoque vitam illum ultra annum 1329 produxisse, certum est compertumque. loanni vero in eamdem Sedem Nicosiensem suffectum Eliam de Nabinallis narrat Wadingus ad eumdem annum 1332 citatque Bullam loannis XXII quae incipit, *Militanti Ecclesiae,* datam xvi *kal. decembris,* unde loannem nostrum ad annum 1332 pertigissc satis conficitur. Haec vero qui scribebat auctor, post eumdem annum vitam agebat: ipsumque cum loanne Nicosiensi constitisse in insula Cypro dubitare non sinunt verba illa, *Me audiente, me cappa propria expoliari iussit.* In *Constitutionibus* citatis, a loanne pro insulae clero latis anno 132O editisque inter Acta conciliorum, nomina occurrunt *Religiosorum virorum fratrum Benedicti de Burgo s. Sepulchri et lacobi de Urbeveteri Ordinis fratrum Praedicatorum sociorum domini Archiepiscopi.* An ergo ex his alter fuerit, qui loannis Nicosiensis elogium concinnaverit? Divinare nolim. Certum vero sit, et omnino compertum, librum *de Viris illustribus,* si loannem de Columna auctorem habeat, additamentis auctum fuisse ab aliquo scriptore, qui sequiore florebat aetate.

Antequam de tabula subduco manum, in virum spectatissimum loannem Nicosiensem liceat paullo attentiorem figere obtutum. Hunc in Episcopis Pisanis vocat Ughellus *loannem de Provincialibus, seu de Caietanis nobilibus, pisanum, quem alii de Polo appellant.* Apud Echardum dicitur *etruscus patria et professione pisanus ;* ac verba Laurentii Pignon, inter viros dignitate conspicuos enumerantis *fr. loannem Romanum Archiepiscopum Nieosiensem,* ita accipiuntur, ut ipse dictus fuerit *Romanus, non patria, sed quod esset Romanae Provinciae alumnus.* Nonnulli denique sunt, quibus loannem de Columna Archiepiscopum Messancnsem ad Sedem placuit Nicosiensem transferre. At narrat superioris elogii scriptor, *cx clara* Innocentii III *prosapia,* quae *Domus Comitum* dicta est, *Romae originem traxisse* loannem ipsumque appellatum esse *loannem de Comite:* quo ipsum etiam cognomine nuncupatum legimus in historia Regum ex gente Lusignana apud Henricum Giblet, seu loannem Franciscum Lauretanum, *Giovanni del Conte Arcivescovo di Cipro.* Bulla extat Caelcstini V data *anno* 1294 *dic* 1 *septembris* apud Brcmondum tom. VII Bullarii in supplemento, qua Romanae Provinciae divisio indicitur a Provincia Regni Siciliae; simulque *fr. lohanni de Polo Priori Provinciali Romanae Provinciae* limites exercendae iurisdictionis constituuntur. Is vero loannes de Polo non alius fuerit a loanne de Comite, quem etiam auctor superioris elogii praefectum facit *Provinciae Romanae, ab insula Sici.iae inclusive ad alpes Bononienses protensae.* Cur ergo dictus *de Polo?* Nempe a loco principatus vel comitatus, quo potitur, quemve possedisse illo iam tempore videtur nobilissima familia *Comitum Romanorum.* Apud Ciaconium inter S. R. E. Cardinales a Lucio 111 anno 1182 renunciatos occurrit ex eadem *Comitum Romanorum gente Octavianus, patruus Odonis de Polo, affinis Innocenta tertii;* et apud Riccardum de sancto Germano ad annum 1237 mentio ingeritur *Iohannis de Poli Senatoris Urbis Romae.* Haec vero satis. Ad Viros illustres revertor, in libro, quo de agimus, recensitos:

Lucas Evang.
Lucianus Presb. Antioch.
Lucifer Calarit.
Lactantius Firmianus.
Leo 1 Papa.
Lanfrancus Arch. Cant.
Matthaeus Evangel.
Marcus Evangel.
Melito.
Modestus.
Musanus.
Melchiades.
Minutius Felix.
Malchion.
Methodius Tyri Ep.
Marcellus Ancyr.
Maximus Taurin.
Macarius Aegypt. Mon.
Maximus Cp. Ep.
Narcissus Hieros. Ep.
Novatianus.
Nicetas.
Origenes.
Orosius.
Oriesiesis *(seu Oriesius').*
Olympius.
Paulus Apost.
Petrus Apost.
Plutarchus Hisp.
Plinius secundus.
Ptolomaeus Alex.
Polycarpus.
Papias.
Pantacnus.
Pcrmitus *(Pynitus)* Cretensis.
Philippus Cretensis.
Polycrates.
Pamphylus Caesar.
Pierius Alex.
Phileas.
Petrus Alex.
Paulonas.
Pachomius.
Porphyrius Philos.
Prudentius Poeta.
Petronius Bononien.
Pelagius haereticus.
Paulinus Nolanus.
Prosper Aquitanus.
Priscianus Grammaticus.
Petrus Damiani.
Petrus Alphonsus.
Petrus Lombardus.
Petrus Comestor.
Quadratus.
Rhodon.
Reticius.
Rufinus Aquil.
Richardus de s. Victore.
Serapion Antioch.
Serapion Thmneus.
Sempronius.
Severianus.
Sabbatius.
Simplicianus.
Sidonius Apollinaris.
Symmachus.
Statius rhetor et poeta.
Theophilus Antioch.
Tatianus.
Tertullianus.
Theophilus Caesariensis.
Tryphon.
Theodorus, qui et Gregorius Ncocacsaricn.
Theophilus Alex. Ep.
Triphyllius.
Ticonius Afer.
Theodorus Ciriae *(Theodoretus Cyri Ep.).*
Titus Bostrcnsis.

Menda plura occurrunt in catalogo, quorum aliqua patefecimus et emendavimus. Animadversione digna est scriptorum aetas, qui saeculum duodecimum non excedunt, si Innocentium III excipias, Dominicum, Albertum Magnum, Thomam Aquinatem et loannem Archiepiscopum Nicosiensem: saeculo quippe XII floruerunt *Hugo de s. Victore, Hugo de Folieto, Petrus Alphonsus, Petrus Lombardus, Petrus Comestor.* Ad sacculum quartumdecimum pertinet loannes Nicosiensis. An vero eiusdem saeculi scriptor, qui viros illustres recensendos adsumpserit, illos omnes praeteriisset silentio, qui tcrtiodecimo saeculo claruerunt, tribus vel quatuor exceptis, Innocentio 111, Dominico, Alberto, Thoma? Quae fortasse omissio non ita facile redargui debeat in scriptore, qui tertiodecimo eodem sacculo etiam adulto, claros viros, eosque non omnes, sed selectos recenseret. Qua coniectura opus istud loanni de Columna

veluti genuinus foetus adiudicari potest; quod attamen recentior manus interpolaverit.

Elogium sequitur Thomae Aquinatis, quod integrum in lucem profero: «Thomas de Aquino, Doctor eximius de Ordine fratrum Praedicatorum, cx illustri prosapia Comitum Aquinorum oriundus fuit. Hic mirificus Doctor ab ipsa puericia Ordinem Praedicatorum ingressus, totum se Christo tradidit et studio litterarum. Sed scientiam suam plus orationum suffragio quam studii exercitio possidebat: unde veraciter ipsam scientiam ex infusione divina creditur habuisse. Nam quotiescumque ei in Scriptura sacra aliquod dubium occurrisset, in oratione positus mox revelationem manifestam et declarationem veridicam obtinebat. Hic enim magnus et mirabilis Doctor magnis etiam miraculis in vita dicitur claruisse. Talis quippe debuit scientia tanti Doctoris existerc, quam per se ad suos Sanctos Dei sapientia revelasset: sic debuit novi Magistri doctrina clarescere, quam virtutum ac meritorum confirmasset *(sensus mutilus)*. Parisiis revelatione contigit res miranda. Ad preces enim omnium magistrorum scripserat hic Doctor determinationem difficilis quaestionis: quomodo scilicet dimensiones et accidentia sine subiecto_in altaris subsisterent Sacramento. Die autem, qua ipsam determinationem proferre debebat, librum, in quo ipsam conscripserat, super altare deposuit et ibidem in oratione se humiliter prostravit. Mox a socio eius et Priore conventus et quibusdam aliis ad tam grande spectaculum convocatis, Christus super librum corporaliter stando residere conspicitur, et Doctor sanctissimus coram eo in aere quasi duobus cubitis elevatus. Quetn cum obnixius precaretur, ut si vera essent quae de sui Corporis Sacramento determinaverat dicere, confirmaret: si autem minus vera, secundum modum suae providentiae cognitum emendaret; Christus ei talia loquebatur: *Thoma, quae scripsisti et definivisti de mei Corporis Sacramento, sicut est possibile definiri per aliquem viatorem, verissima sunt.* Sed et alia vice in conventu Neapolitano in quadam capella visus est per duos cubitos elevari, et vox ei de Crucifixo ante quem orabat progrediens loquebatur: *Bene scripsisti de me, Thoma; quam ergo recipies pro tuo labore mercedem?* Cui Doctor: *Domine, non aliam nisi te ipsum*. Dum ipse super Isaiam scriberet, et quemdam textum ad plenum intclligere non valeret, ac se ad consueta orationum suffragia contulisset, beati Apostoli Petrus et Paulus, eius corporali aspectui apparentes, audientem illum et interrogantem de praedicto dubio instruxerunt. Adiuratus autem *(Per)* socium suum fratrem Raynaldum de Piperno, qui extra cameram existens Doctorem inter Apostolos sic diu familiariter conferentem *(audierat)*, licet nec verba discernere, nec personas cognoscere potuisset, eidem retulit ordinem gestae rei, praecipiens et contestans, sicut erat humillimus et toto annisu gloriam fugiens vanae laudis, ne alicui quandiu viveret, revelaret. Vocatus autem hic sacer Doctor a Summo Pontifice ad Generale Concilium Lugdunense, ut de factis et quaestionibus fidei cum eo tractaret, recedens de Neapoli, apud Fossamnovam monasterium Cisterciense migravit ad Christum. Obiit autem eximius Doctor anno Domini 1274 nonis martii.» Tum Index operum sequitur locupletissimus.

Quo attentius hocce elogium Thomae lego, eo proclivius feror ut iudicem, scriptum illud ab auctore fuisse paullo post obitum sancti Doctoris. Verba illa, *Magnis in vita miraculis dicitur claruisse,* haud satis convenire scriptori videntur, qui post acta *Processus* canonizationis, in quibus de patratis in vita a Thoma miraculis testimonium ferunt probatissimi viri, postque vitam eius a Guillelmo de Tocco editam eiusque sacram apotheosim, elogium texuerit. Eiusdem etiam aetatis scriptorem produnt apparitiones illae Iesu Christi et Apostolorum Petri et Pauli cum ipsius Thomae doctrinae commendatione, quae simplici illo modo describuntur, quo iam vulgo circumferebantur. Latiore sermone narrantur a Guillelmo de Tocco in vita Aquinatis, ex quo addiscimus apparitionem alteram statim post obitum Thomae vulgatam fuisse a Reginaldo eiusdem socio aliasque, dum viveret ipse Thomas, iam notas. Nihil est ergo quod obstet quominus loannes de Columna librum scriberet de Viris illustribus, ac inter eos Dominici, Alberti Magni ac Thomae elogia texeret. Indicem addit operum s. Thomae, quo in concinnando se *fide dignos* testes *audivisse* testatur. At vero iam animadvertimus nonnulla eodem in Indice legi quae nonnisi a sequioris aetatis scriptore exarari potuerunt.

Viros denique illustres, qui post s. Thomam in catalogo recensentur, enumero, ut integer totius operis conspectus habeatur.

Victorinus Petaviensis Ep. *(Petavionensis).*
Victorinus Afer.
Valentinus Haereticus (Lege *Vigilantius).*
Ursinus Monachus.
Ypolitus *(Hippolitus).*

Explicit liber de Viris illustribus Christianis editus a fr. loanne de Columna Romano Ordinis fratrum Praed.

Varias quas posuimus attentius confer et expende animadversiones: illudque iudicium praesto erit, compositum librum *de Viris illustribus* a loanne de Columna romano Archiepiscopo Messanensi, simulque recentioris alicuius manu interpolatum fuisse: utrumque vero in censura Operum s. Thomae, veluti optimae fidei testem, advocari posse; nec enim audiendos illos puto qui teste nullo, nulla fide, duplicem loannem de Columna distinguunt, Archiepiscopum Messanensem alterum cadente saeculo tertiodecimo denatum, alterum saeculi quartidecimi iam adulti scriptorem. Consule Iacobum Echardum.

CAPUT II.

Commentarii in librum Iob sancto Thomae adiudicantur: itemque in priores quinquaginta et unum Psalmos: et in Canticum Canticorum. Expositio quae incipit: *Salomon inspiratus,* diligentius expenditur: eademque vel dubium Aquinatis Opus est, vel etiam ipsi suppositum. Expositio altera cuius initium: *Sonet vox tua,* legitimus eiusdem foetus videtur.

I. I ot ergo maiorum omni exceptione testium fide et 1 auctoritate, sancto Thomae Aquinati, veluti certi ac genuini foetus, adiudicandi sunt Commçntarii *in librum Iob*. Ptolomaeus Lucensis in Hist. eccl. libro XXII capite xxiv Opera Thomae, quae Parisiis redux sub Pontificatu Urbani IV edidit in Italia, recensens ait: *Exposuit Iob*. Idem Opus diserte memorat Guillelmus de Tocco in Vita sanctissimi viri capite iv, simulque Operis methodum ac pretium patefacit: *Scripsit,* inquiens, *super Iob ad litteram: quem nullus doctor litteraliter tentavit exponere propter profunditatem sensus litterae, ad quetn nullus potuit pervenire. In quo Opere quasi inter eum* (Iob) *et amicos suos arbiter fuisset* (Thomas) *de communi concordia positus, sic respondet ex utraque parte ad singula, velut si quislibet quod proponebat arguere, potuisset ei oretenus revelare.*

Consentiunt Nicolaus Trivetus, Bernardus Guidonis, Petrus Rogerius seu Clemens sextus. In Elogio Thomae sic habet loannes de Columna: *Super Iob ad litteram, Opus quidem mirabile.* Testes denique accedunt, qui eumdem Commentarium pro genuino s. Thomae foetu habent, Ludovicus de Valleoleti, Laurentius Pignon et s. Antoninus. Huiusce verba accipe, quae digna sunt animadversione: *Scripsit super Iob ad litteram, quod nullus doctor prius attentaverat. Nam Gregorius Magnus expositionem fecerat moralem potius quam litteralem, pulcherrimam. Nicolaus de Lyra post eum exposuit, ab ipso multa furatus, et aliter contra eum impingens, sed sine ratione.*

Sequitur *in Psalmos Davidis Expositio;* in primam scilicet quinquagenam ac etiam Psalmum quinquagesimum primum. Inter ea, quae a Thoma praedicante vel e suggestu docente reportarunt auditores exscripseruntque, hoc Opus recensent Trivetus et Logotheta. Illius verba sunt: *Iterum Lectura super tertium Nocturnum, quam fr. Reginaldus eiusdem socius recollegit.* Ita in editis apud Lucam Dacherium. Logotheta: *Item Lecturam super quatuor* (tres) *Nocturnos: idem,* nempe ut supra, *quam recollegit idem fr. Raynaldus* (Reginaldus de Piperno seu Priverno socius eius). Rem hanc pro certa non habent Bernardus Guidonis et s. Antoninus. Ait ille: *Frater vero Reginaldus socius eius*

dicitur reportasse Postillam super tres Nocturnos Psalterii, ipso legente, quae incipit: In omni opere suo dedit confessionem. Ait iste : *Circa finem vitae scripsit super tres Nocturnos Psalterii. Fr. Reginaldus dicitur reportasse, ipso legente, Postillam, quae incipit: In omni opere suo dedit confessionem.* Sed hanc expositionem Operibus ab ipso Thoma scriptis et elucubratis accensent Guillelmus de Tocco et Ludovicus Valleoletanus: *Scripsit,* inquit ille, *super magnam partem Psalterii.* Item : *Incepit scribere,* ait iste, *super Psalterium et scripsit super tres primos Nocturnos, et praeventus* (praevento) *morte remansit incompletum. Incipit: In omni opere suo.*

An discordiam componat codex ms. Triveti, quem legebat Echardus? Haec in eo primum habentur : *Iterum Lectura super tres Nocturnos.* Et infra: *Super tertium Nocturnum Psalterii:* inter opera scilicet a fratre Reginaldo reportata. Hinc vero ad id genus pertinere videtur *Lectura super tertium* dumtaxat *Nocturnum.* At enim eadem sine dubio fulget ubique ac passim interpretandi ratio, eadem methodus, vis eadem, dictio eadem. Tres autem intellige Nocturnos, primos quinquaginta et unum Psalmos, qui matutinas feriae tertiae horas claudunt. Silent quidem Ptolomaeus Lucensis, Petrus Rogerius et loannes de Columna: quod eorum silentium disertissimo testimonio suo satis elevant ac elidunt caeteri quos laudavimus optimae fidei testes.

Tertium locum obtinet *Expositio in Cantica Canticorum,* de qua paulo operosius accuratiusque agendum mihi est. Divinum hocce Canticum commentario suo expositum illustratumque a divo Thoma dubitare antiqui testes non sinunt. Silent Ptolomaeus de Luca, Guillelmus de Tocco, Nicolaus Trivetus; at opus recenset Logothcta, qui enumeratis commentariis in libros novi et veteris Testamenti, continuo addit: *Super Cantica.* Bernardus Guidonis: *Scripsit et super Cantica Canticorum.* Petrus Rogerius: *Item super Cantica,* loannes de Columna, seu Interpolator aetate suppar: *Super Cantica Canticorum.* Idem perhibent Laurentius Pignon et Ludovicus Valleoletanus testimonium. Denique s. Antoninus: *Scripsit et super Cantica Canticorum, multum tamen breviter et ad litteram.*

An extremo laborans morbo in monasterio Fossaenovae; an cum viribus et sanitate valeret, litterisque tradendis scribendisque libris operam daret, sacrum Epithalamium exposuerit Thomas? Verba sunt Guillclmi de Tocco in Vita cap. x, num. 58 : *Rogatus ab aliquibus monachis, qui capere poterant, ut aliquod memoriale suae scientiae eis in fine relinqueret, breviter eis exposuit Cantica Canticorum.* Hinc sibi colligere posse, ac definire non pauci nostrates videntur editi ab Aquinate morituro Commentarii in Cantica tempus. Immo et nonnullis additamentis factum exornant illi; quae refert omnia Sixtus Senensis libro IV Bibliothecae sanctae: « Cum in monasterio... Fossaenovae... dccum-
» beret, rogatus a monachis, qui lectulo cius assidebant,
» ut Canticum Salomonis ad imitationem sensus ac spiritus
» divi Bernardi, sed longe brevius explicaret, recusavit, in-
» quiens : Date mihi spiritum Bernardi, et ego vobis exposi-
» tionem spirantem Bernardi spiritum exhibebo. Verum cum
» illi enixius adhuc efflagitarent, ut saltem de proprio sensu
» brevem aliquam Canticorum explanationem depromeret,
» acccrsitis ad se nonnullis monachis, qui ex ore cius verba
» describentes exciperent, exorsus est secundam in Cantica
» enarrationem *(incipientem, Salomon inspiratus)* stylo ct
» eruditione a priori *(quae incipit, Sonet vox tua)* in cum-
» dem librum expositione diversam, veluti tempus illud
» et preces monachorum et aegritudinis postulabat occasio:
» scribens non quod ars, sed quod sincera pietas ct animus
» iam iam ad futuram immortalitatem properans, eructavit.
» In hac igitur explanatione, cum usque ad sextum libri
» caput exponendo pervenisset; eaque verba eiusdem capi-
» tis, quae illi novissima fuerunt, vehementi spiritus ardore
» et summa vocis alacritate, erectis in caelum oculis pro-
» ferret: *Veni, dilecte mi, egrediamur in hortum:* repente
» sanctissima cius anima de mortali corpore egressa, in
» hortum sempiternae felicitatis ad Dilectum suum omnibus
» vitae diebus expetitum et postremis vitae vocibus evocatum
» feliciter abiit... Reliquum vero expositionis usque in finem
» libri studiosus quidam adiecit. » Eadem ac Sixtus, in Vita s. Thomae anno 1737 gallice Parisiis edita narrat Antonius Touron; sed integrum Canticum, integro opere quod desinit: *Nostra conversatio in caelis est* etc., ab Aquinate monachis annuente explanatum contra Sixtum refert. In ora paginae tomus primus martii Bollandiani pag. 677 allegatur, nempe Guillelmi de Tocco locus iam supra descriptus: ubi tamen nullum ex additamentis legas quae a Sixto et a Touronio proferuntur. Tradit ille, nimia licet debilitate corporis pressum Thomam, benevolis hospitibus postulantibus, *breviter exposuisse Cantica Canticorum:* tum animadvertendum proponit, optime factum *ut praedicti Doctoris transituri de corporis ergastulo studium suae sapientiae in Dilecti et Dilectae Canticum terminaret amoris:* ac demum pergit num. 59 ea narrare quae adseitis historiae ornamentis adversari videntur. Ait nempe: *Deinde cum coepisset praedictus Doctor nimia debilitate deficere et sui exitum de hac vita praescire, cum magna devotione petiit exhiberi sibi christianae peregrinationis Viaticum, sacrosanctum Christi Corporis Sacramentum... Quo Sacramento suscepto..., petivit consequenter die altera sacrae Unctionis oleum, exeuntium Sacramentum... Post paullulum autem suum spiritum Domino reddidit.* Nulla in his verbis expositi sacri Cantici mentio, nulla inceptae expositionis abruptio ad illum versiculum: *Veni, Dilecte mi;* imo nullus inter haec postrema morituri Thomae pia officia patere divino Cantico, veluti ab illo tunc explanato, videtur locus. Hinc etiam superiora Guillelmi de Tocco verba sic intelligenda censet Echardus, ut nonnisi versiculos quosdam libri Canticorum monachis petentibus, quoad permittebat aliquando morbus, quibusdam collationibus exposuerit s. Doctor: quas ex eius orj exceptas monachi illi sibi privatim scripserint, sed non ediderint: *Quae omnia,* inquit ille, *sapientiorum censurae libens permitto.*

II. At expositum a divo Thoma Salomonis Canticum, sive propria manu commentarium scripserit ipse, sive dictaverit excipiendum ab aliis, idque ab eodem vel sano vel morituro factum fuerit, dubitandi ratio nulla debet esse. Duae sub eius nomine circumferuntur ac typis vulgatae sunt expositiones. Incipit altera: *Sonet vox tua,* quae absque loco editionis prodiit anno 1545, 8, apud Petrum Gualtcrum, et Lugduni anno 1562, 8, curante Amadeo Scoto, ct Parisiis anno 1634, 8, apud Guillelmum Perè, et iterum Parisiis anno 1656, f. typis loannis lost atque studio Petri Pelicani. Eamdem ex codice mss. Venetae ss. loannis et Pauli bibliothecae erutam, procurante demum Innocentio Pcncino eiusdem conventus alumno, prelo commisit Venetus typography Bartholomaeus Tramontinus anno 1670, f., in calce *Novae veteris Legis mystico-sacrae Galaxiae.* Codicem memorat in suis bibliothecis venetis mss. Philippus Tomasinus; qui tamen periit post editionem: ipsumque testatur Pencinus inscriptum fuisse: *Aurea divi Thomae Aquinatis Expositio in Cantica Canticorum.* De ipsa vero editione, praecedentibus longe praestante, sic ait ille in Praefatione: *Vidit* (expositio isthacc) *alias lucem, quod exercitatis reor innotescere, at forte nusquam correctior ct purior.*

Alterius initium expositionis est : *Salomon inspiratus.* Hanc sub nomine sancti Thomae, ex ms. codice Fabrianensis coenobii depromptam, primus in lucem protulit Laudatus Amadeus Scotus Lugduni anno 1562, 8, apud heredes Iacobi Iuntae. Una ista in Romana Operum s. Doctoris editione sub Pio V anno 1570, f. iterum prodiit: ac simul utraque demum in citata Pelicani editione anno 1656, f. praestatur. Sed iam antea sub *Cassiodori* nomine seorsim anno 1538, 8, prodierat Friburgi: cidemquc novissimus operum Cassiodori editor Garetius monachus s. Mauri *consulendum* censuit, *ne forte periret,* ut inquit, *deficiente editione Germanica, quae rara est et unica.* At pridem Coloniae typis edita fuerat anno 1533 sub nomine *Haemonis Halberstatensis:* camque demum in mss. codicibus tributam *Remigio Antissiodorensi* testatur Casimirus Oudinus, ut infra latius dicendum. Quid? quod sub nomine *Brunonis Astensis* Episcopi Signini eamdem prorsus expositionem tomo 1 operum cius anno 1651 , f. excudendam Venctiis Maurus Marchesius, ex codice Casinensis bibliothecae descriptam, curavit.

Locum inter opera Isidori Hispalensis, laudato admonente in praefatione Garetio, idem Commentarius obtinet, adeo tamen pressus et contractus, ut huiusce, de quo agimus, videatur epitome. Rem sub oculos ponere pretium operae duco.

Caput I: *Apud Garetium et inter Opera s. nomae.*	*Inter opera Isidori Hispalensis.*	*Apud Garetium.*	*Inter Opera S. Thomae.*
V. i. *Osculetur me osculo oris sui.* . t Vox est Synagogae desiderantis Christi adventum. Quasi diceret: Toties mihi adventum suum promisit per Prophetas; veniat ergo iam, *et osculetur me osculo oris sui,* idest per seipsum mihi loquatur. »	*Osculetur me osculo oris sui.* « Tangat me dulcedine praesentiae suae, quem saepius a Prophetis promissum audivi. »	« Salomon inspiratus divino Spiritu composuit hunc libellum de nuptiis Christi et Ecclesiae, idest Canticum super thalamos. Unde et Cantica Canticorum vocavit hoc opus, quia omnia Cantica superexcellit... Est autem in hoc obscurior iste libellus, quia nullae ibi commemorantur personae, et quasi comico stylo compositus est. »	« Unde et Cantica Canticorum vocavit hunc libellum. « Est autem in hoc obscurissimus iste liber, quia nullae ibi commemorantur personae; cum tamen stylo quasi comico sit compositus. Ait ergo: *Osculetur* » etc.
Quia meliora sunt ubera tua vino. ·. Repente ad jpsum, cuius desiderio flagrabat, verba convertens subdit: *Quia meliora sunt ubera tua vino.* Per ubera Christi dulcedo Evangelii intelligitur, quia eo veluti lacte nutritur infantia credentium. *Vinum* autem austeritatem legis significat; sed ubera Christi meliora sunt vino, quia dulcedo Evangelii melior est austeritate legis » etc.	*Quia meliora sunt ubera tua vino.* « Dulcedo Evangelicae doctrinae austeritate legis melior est. »	Paullo ante finem capitis r: « Et hoc attendendum, quod laquearia tignis affixa sunt: sic et vita fidelium in Ecclesia a doctoribus pendet, quia illorum doctrina instruitur et roboratur. Bene autem *tigna cedrina et laquearia cupressina* dicuntur » etc.	« Et hic attendendum est, quod sicut laquearia tignis affixa sunt; et sic vita fidelium in Ecclesia ex doctoribus pendet, quia illorum doctrina instruitur et roboratur. Bene autem » etc.
Fragrantia unguentis optimis. * Unguenta sunt dona Spiritus sancti vel etiam operationes virtutum, de quibus Apostolus: *Christi bonus odor sumus.* »	*Fragrantia unguentis optimis:* « Donis Spiritus sancti. »	Caput II: *Ego flos campi et lilium convallium.* « Postquam Sponsa qualem domum ipsa et Sponsus eius habeant ostendit, ipse quoque Sponsus de sc qualis sit ostendit, dicens: *Ego sum flos campi* et reliqua » etc.	« Ipse quoque Sponsus de se qualis sit ostendit, postquam Sponsa qualem domum ipsa et Sponsus cius habeant ostendit, dicens: *Ego flos campi* et reliqua » etc.
V. n. *Oleum effusum nomen tuum.* *. Nomen tuum, o Christe, effusum est. Chrisma graece, latine unctio, unde Christus... Hoc enim oleum effusum est, quando haec gratia, quam Christus singulariter habuit, data est omnibus electis. Unde et a Christo Christiani dicuntur, participio nominis Christi. » « Et bene non stillatum, sed *effusum* oleum dicitur; quia abundanter haec gratia omnibus data est fidem Christi recolentibus. »	« A chrismate Christus, idest ab unctione unctus; quod nomen cum gratia sancti Spiritus in baptismo effunditur in omnes fideles. »	In calce totius operis: «Verumtamen ne me in praesenti sine tua visitatione deseras; sed dignare me crebra tua visitatione requirere, mihique te saepius videndum praebere. Et hoc est quod dicit: *Similis esto capreae hinnuloque cervorum super montes aromatum* » etc.	« Verumtamen ne me in praesenti sine tua visitatione relinquas, mihique te penitus subtrahas. *Similis esto capreae hinnuloque cervorum* » etc.
Ideo adolescentulae dilexerunt te. « Adolescentulae dicuntur animae electorum, quae in baptismo reliquerunt sordes veteris hominis, et renovatae sunt in Christo » etc.	*Ideo adolescentulae dilexerunt te.* ‹ Electorum animae gratia baptismatis renovatae. »		

Paria sunt, quae Sequuntur, omnia. Verum et in eodem fusiore Commentario, quem alii Thomae, alii Cassiodoro, aut Haymoni, aut Remigio Antissiodorensi,. aut Brunoni attribuunt, discrimina quaedam occurrunt, quorum nonnulla profero exempla. Eadem scilicet ubique servatur sententia; diversitas cubat in verbis verborumque structura.

Cum Garctiana editione fere convenit idem Commentarius, quem sub nomine Haymonis Aiberstatensis editum adnotavimus: codicemque ms. Sorbonicum citat Echardus, in quo non multum absimilis contineri videtur expositio, ab utraque editione, tum Garetiana operum Cassiodori, tum Romana Operum s. Thomae, longe verbis discrepans. Incipit enim apud eumdem Echardum: *Osculetur me osculo oris sui. Haec est vox Synagogae, quae Christum venturum in mundum didicerat ab Angelis* etc., ac verba sequuntur ab editis diversa. An vero hanc diversitatem pepererit nimia exscriptorum licentia?

Utrumque Commentarium divo Thomae adiudicat Sixtus Senensis loco citato, quem plerique sequuntur; alterum, *Sonet vox tua,* ab ipso dum integro esset corpore confectum; alterum, *Salomon inspiratus,* extrema cum laboraret aegritudine. Posterius opus istud Thomae aliisque tribui in codicibus et in editis iam adnotavimus; sed etiam mirum est apud Sixtum legi elucubratam ab Aegidio Romano fuisse expositionem in Cantica, quae incipit, *Sonet vox tua.* An opera duo longe inter sese diversa idem habuerint initium? Ut ut se res habeat, non ita facile dictu duplicem a divo Thoma editum Commentarium in sacrum Epithalamium: *Cum duplicem super Cantica Postillam ipsum edidisse* (ut ait Echardus) *nemo veterum astruat:* ac utramque praeterea diligentius perpendenti expositionem, utraque appareat completum absolutumque opus, ut neutrum videatur Thomae graviter aegrotanti ac vehementibus paroxysmis anhelanti ad mortem convenire.

At quandoquidem sapientissimis editoribus Romanis sub Pio V (verba sunt eiusdem Echardi) visa est praeferenda et sub nomine sancti Doctoris praestanda, quae incipit, *Salomon inspiratus,* eorum censurae eo libentius subscribo, quod ista magis convenit cum idea, quam s. An-

toninus dat Postillac s. Doctoris. Verba scilicet eius sunt: *Scripsit et super Cantica Canticorum, multum tamen breviter et ad litteram*. De styli diversitate, quam Scotus opponi posse praeviderat, sic disserit in Praefatione; « Illud » autem nec negare possumus, nec inficias imus, exposi- » tionem hanc ab illa *(Sonet vox tua)* reliquisque Ope- » ribus, quae beatus Doctor paullo accuratius conscripsit, » nonnihil apparatu et stylo distare. Sed et illud etiam » constanter asseveramus, si qui diligenter hanc *(Salomon* » *inspiratus)* inspiciat, et brevitatem styli, et cum ipsa styli » brevitate sententiarum gravitatem et devotionem castis- » simam quam illa praesefert, nonnisi consummatissimi viri » atque itidem doctissimi hanc esse nobiscum affirmabit. » Ita prorsus ut eam Doctoris nostri sanctissimi esse cre- » dere obstet nihil: quemadmodum, ut praediximus, et in » antiquo illo exemplari *(ms. Fabrianensi)* praenotatum » adhuc videre licet. »

Nondum tamen in tuto res est. Argumentis opus foret, quae veterum nullius, nec Cassiodori, nec Remigii, nec Haymonis, nec Brunonis Astensis foetum esse Commentarium, quo de agimus, facile ac dilucide persuaderent. Praesto sunt vero argumenta allata a Garetio, quae Cassiodoro abiudicant opus. Ipsius Cassiodori silentium opponitur, qui praefatione in librum dc ortographia libros omnes enumerans, quos monachus ediderat, Commentàrii in Cantica liullam ingerit mentionem. Gregorius M. laudatur in expositione in Evangelia, quae nonnisi post obitum Cassiodori edi potuit. Styli diversitas apparet manifesta: adhibeturque sacrae Scripturae textus iuxta versionem sancti Hieronymi, cum fuerit illi familiare uti versione των yo.

Graviora difficultatum momenta sequuntur. Commentarium praedictum Casimirus Oudinus testatur, se vidisse in plurimis Galliarum et Belgii bibliothecis *anonymum* in codicibus mss. *ducentos circiter annos aetatem s. Thomae Aquinatis excedentibus,* ipsumque haberi ms. in bibliotheca Cluniacensi intra Gallias celeberrima sub *Remigii Antissiodorensis* nomine, cui nomenclatores omnes adscribunt Commentarium in Cantica Canticorum, ac istum profecto, de quo agimus, quantum coniccturis assequi datur, Remigio assignandum esse. Equidem et Sixtus Senensis recenset ipsius *Remigii* in Cantica Canticorum librum unum, *Salomon inspiratus*. Praemiserat ille se quoque legisse sub nomine Haymonis Alberstatensis Commentarium in eadem Cantica, incipientem: *Cum omnium Sanctorum;* qua in re deceptum Sixtum pro certo habent monachi s. Mauri in Hist, litteraria Galliae tom. V, in Haymone §. it, cum revera istius expositio, ut inquiunt, incipiat: *Salomon inspiratus*. Hinc opus pro genuino Haymonis foetu plerique habent: sub eiusque nomine Coloniae prodiit anno i533, 8, ex officina Eucharii Ccrvicorni, Garetiano, quod memoravimus, simillimum, ut facta cognovimus collatione. Florebant porro saeculo nono adulto Haymo et Remigius' extremo.

Quidni diversa haec, quae in codicibus occurrit, notatio nominum, Cassiodori, Remigii, Haymonis, Brunonis etiam, adhuc integrum relinquat, ut inscriptum codici Fabrianensi nomen Thomae Aquinatis tueamur? Litem conficeret codicum antiquitas, quae profertur, ducentos circiter annos aetatem Aquinatis excedens: at eorum esto iudicium, quibus codices mss. in bibliothecis lustrare diligentiusque expendere licet. Ex hocce tamen Commentario contendit nonnemo, iam undecimo saeculo plura decerpta, suumque translata fuisse in Glossarium a Papia, qui circa annum Christi io63 florebat, adnotante Io. Alberto Fabricio. V. g. in eodem Papiae Glossario, quod Venetiis impressum est anno 1485 f. per Andream de Bonetis, haec habentur: *Grossi primitivae et immaturae ficus, non habiles ad edendum, quae ad pulsum venti facile cadunt.* Item: *Cyprus est arbor aromatica, cuius semen simile coriandri, album ct sublucidum, quod oleo coctum ct expressum Cyprus vocatur.* Item: *Fistula brevis arbuscula est, quae et cassia dicitur, purpureum habens corticem.* Item: *Elatae palmarum sunt productiores rami et excellentiores, interdum aurei coloris, crispantes ct ad excelsa semper tendentes.* Quae totidem αυτολεξει habentur in Commentario, sive Cassiodoro, sive Remigio, sive Haymoni, sive Brunoni, sive Thomae tributo capite 11, >. i3, iv, 14, v, ÿ. 11. At nondum fortasse eliquata videtur quaestio, num Papias ex antiquiore scriptore, vel Remigio, vel Haymone; vel sequioris aetatis auctor ex Papia praedicta descripserit? Iniici quoque dubium potest, num potius fusiorem ven. Bedae Commentarium in Cantica Papias decerpserit? Paria namque in isto leguntur: *Grossos vocant primitivas et immaturas ficus atque inhabiles esui: quae etiam, si concussae fuerint, levi tactu decidunt.* Item: *Cyprus in Aegypto est arbor aromatica, qifiphifoliis, semine coriandri candidior. Coquitur haec in oleo premiturque postea : quod Cyprus vocatur.* Item: *Fistula, quae et cassia dicitur, inter aromaticas annumeratur arbores: est autem robusti corticis et purpurei.* Item: *Comae eius sicut elatae palmarum, ut crispae nimirum videantur et rutilae... ut palmarum instar excellant, auri instar refulgeant.* Sed et paria sunt, licet brevius expressa, in alio Commentario, qui incipit: *Sonet vox tua;* ac Papiae certe aetate posterior est. Nempe: *Protulit grossos suos, idest protulit ficus suas, quae licet non sint maturae, sed sint grossae* etc. Et *cypriis secundum glossam arbor est aromatica, habens semen candidum.* Et *fistula, seu cassia.* Et *comae eius quasi elatae palmarum ; quia erectae sunt superius huiusmodi comae sicut palmae.*

Dignum vero animadversione, quod ab aliis praetermissum videtur: quemadmodum Commentarius in Cantica apud Isidorum Hispalensem nihil aliud est quam pressa et contractissima epitome Commentarii, qui sub nomine Cassiodori et Haymonis et Brunonis ac Thomae prostat; ita hunc nil aliud sine dubio esse, quam epitomen fusioris laudatae expositionis, quae Bedam habet auctorem. Satis me puto lectoribus facturum, si pauca nonnulla exempli causa loca subiieiam, caetera ipsis quaeque omnia propriis oculis, initaque utriusque Commentarii collatione, exploraturis.

Inter opera ven. Bedae.	*Inter opera Cassiodori et Thomae.*
« *Osculetur me osculo oris sui.* Quod est aperte dicere : obsecro, non semper ad me erudiendum Angelos, non Prophetas destinet: veniat iam aliquando ipse , qui tamdiu promissus est, et praesentiae suae luce informet; ac veluti osculum offerens, proprio me ore alloquens, confortet etc... *Osculetur me osculo oris sui;* idest ipse mihi dona suae doctrinae impertiatur. Repente ad ipsum, cuius desiderio flagrabat, verba convertens subdit: *Quia meliora sunt ubera tua vino.* Ac si patenter diceret: Ideo te advenire, tuis oculis recreari cupio, quia tuae dulcedo praesentiae cunctis incomparabiliter eis, quae per praecones adventus tui misisti, muneribus antecellit. *Vinum* quippe fervorem scientiae legalis, *ubera* vero dicit rudimenta Evangelicae fidei » etc.	« *Osculetur me osculo oris sui.* Vox est Synagogae desiderantis Christi adventum ; quasi diceret: Toties mihi adventum suum promisit per Prophetas: veniat ergo iam et *osculetur me osculo oris sui,* idest per se ipsum mihi loquatur. » « Repente ad ipsum, cuius desiderio flagrabat, verba convertens subdit : *Quia meliora sunt ubera tua vino.* » « Per *ubera* Christi dulcedo Evangelii intelligitur , quia eo veluti lacte nutritur infantia credentium. *Vinum* autem significat austeritatem legis » etc.

Illa in Commentario Bedae verba, *Non semper ad me erudiendum Angelos... destinet,* satis manifesto mihi sunt indicio, ex hac eadem Bedae expositione et illum prodiisse Commentarium, quem in codice ms. Sorbonico legebat Echardus, incipientem: *Haec est vox Synagogae, quae Christum venturum in mundum didicerat ab Angelis.*

« *Fragrantia unguentis optimis.* Unguenta optima sunt dona Spiritus sancti,	« *Fragrantia unguentis optimis.* Unguenta dona sunt Spiritus sancti; vel etiam

quibus ubera Christi fragrant: quia doctores sancti, ministri videlicet lactis Evangelici, per unctionem Spiritus in virtutum amorem proficiunt » etc.

« *Trahe me, post te curremus.* Hucusque Synagogae vox, hoc est illius plebis quae Incarnationem Salvatoris fide devota praecessit. . . . Hinc Ecclesiae vox subinfertur, idest eorum, qui post tempora Incarnationis illius, ad fidem venerunt » etc.

« *Sicut lilium inter spinas, sic amica mea inter filias* (cap. π). Quia non solum adversa pati habes ab his qui sunt a te et mente et professione omnimodo extranei; sed illarum quoque animarum-saepius improbitate acriter compungeris quas per fontem regenerationis, perque fidem ac perceptionem Sacramentorum caelestium, in filiarum te numero accepisse gaudebas » etc.

« *In lectulo meo per noctes quaesivi* etc. (cap. in)... *In lectulo meo quaesivi,* idest illecebris adhuc carnis meae subdita; quia per *noctes,* hoc est in tenebris profundae ignorantiae quaesivi... Haec autem fuisse gentilitatis vota Deum scire cupientis, sed necdum scientis, testantur studia philosophorum, qui pro indagine veritatis ac sapientiae tot lustravere terras » etc.

« *Quam pulcra es, amica mea, quam pulcra* (cap. iv)! Pulcram esse Ecclesiam dixit, pulcram repetit, quia hanc et actione et praedicatione vidit esse laudabilem. Actione videlicet, qua ad se per desertum, sicut virgula fumi ex aromatibus, ascendit; praedicatione autem, qua ad suum consortium etiam proximas suas ascendere satagit, dicens: *Egredimini et videte* » etc.

« *Veni in hortum meum, soror mea, sponsa mea* (cap. v). Veni, inquit, saepissime in Ecclesiam meam : imo hoc facere nullo modo, peregrinationis eius tempore, desisto. Venio autem, ut et errantes corrigam, et infirmantes adiuvem,etdubitantes in fide confirmem, et bene agentium fructibus perfectis quasi suavissimis dapibus pascar, et certantes ab hostium defendam insidiis, et victores hostium perpetuae meae Visionis corona remunerem.»

« *Dilectus meus descendit in hortum suum* (cap.vi). Iam notum est quid sit hortus operationes virtutum, de quibus Apostolus » etc.

« *Trahe me, post te curremus.* Nam hactenus locuta est Synagoga; hinc incipit loqui Ecclesia de gentibus » etc.

« *Sicut lilium* etc. Spinae, quae pungunt et lacerant, significant pravos quosque vel intra Ecclesiam vel extra... Non solum ab his qui extra Ecclesiam sunt mala pateris, verum etiam ab illis, qui generati per baptismum in filiationem Dei venisse videntur. »

« Vox Ecclesiae de gentibus congregatae. *In lectulo,* inquit, *meo,* hoc est, cum adhuc in desideriis carnalibus requiescerem, et cum adhuc in tenebris infidelitatis et ignorantiae posita essem. . . Multi enim philosophorum Deum ignorantes, summo studio illum requirebant, per creaturas Creatorem volentes agnoscere » etc.

« Bis repetit : *Quam pulcra es, quam pulcra es!* idest in opere et in praedicatione » etc.

« Desideranti Ecclesiae, ut ad se veniat Sponsus, respondet se iam hoc fecisse. Ego iam *veni...* Venio ad eam ut errantes corrigam, infirmantes roborem, dubios confirmem et perfectos quosque praemiis caelestibus donem. »

« Iam supra diximus qui sit hortus Christi; sancta videlicet Ecclesia, de qua supra dilecti: ipse enim dixit: *Hortus conclusus soror mea sponsa.* Hortus quippe eius est Ecclesia: hortus eius est anima quaeque electa. Et bene cum dixisset: *Dilectus meus descendit in hortum,* addit *suum;* idest, quem ipse fecit, ipse excoluit, ipse virtutum pigmentis consevit ; ipse fonte gratiae suae, ne deficeret, rigavit; ipse muro custodiae suae, ne ab exteris prophanaretur, conclusit. »

In calce demum totius operis :

« *Fuge ergo, dilecte mi,* inquit, *et assimilare capreae hinnuloque cervorum super montes aromatum.* Ac si aperte dicat: Quoniam in carne apparens, praecepta mihi ac dona vitae caelestis, quae semper optabam, conferre dignatus es; iam nunc peracto munere piae dispensationis, ad superna iam, ad Patris sinum revertere ; nec mihi tamen obsecro penitus tuae crebrae visitationis lucem subtrahas » etc.

dictum est: *Hortus conclusus soror mea sponsa.* Descendit, inquit, Christus in hortum suum; hoc est, quem ipse praeparavit et excoluit; quem virtutum germinibus consevit, quem muro suae custodiae ab incursu malignorum spirituum defendit. »

« Verumtamen ne me in pradSenti sine tua visitatione deseras; sed dignare me crebra tua visitatione requirere, mihique te saepius videndum praebere. Et hoc est quod dicit : *Similis esto capreae* » etc.

Iam ergo fontem digito tangis, ex quo Commentarium, d. Thomae aliisque tributum, perspicue deductum derivatumque vides. Sed Haymoni in more positum fuisse ut ex antiquis plerumque scriptoribus commentarios suos decerperet adnotant periti de scriptoribus ecclesiasticis Tractatores; ac etiam Papias in praefatione Glossarii enumerans auctores, quibus in opere concinnando usus est, inter alios *Bedam* recenset et *Hapmonetn.* An quidpiam obstet vero quominus id etiam aliquando s. Thomas egerit, quod ipsum agere potuisse negaverit nemo, indicent sapientiores.

De Brunone Astensi pauca postremo loco dicenda sunt, ne et hunc praeterire intactum videamur, quem putat nonnemo Commentarii, quo de agimus, auctorem. Obitum eius cum anno ii25 illigat Mabillonius in Annalibus Benedictinis. Inter opera eius recenset Petrus Diaconus de Viris illustr. Cassinensibus capite xxtv *Expositionem super Cantica Canticorum.* Quis inde colligat hunc ab illo confectum Commentarium, qui incipit: *Salomon inspiratus?* Huncce vero inter eiusdem opera duobus comprehensa tomis in fol. typis edendum Venetiis apudBertanos anno i651 curavit Maurus Marchesius, clarissimus Congregationis Casinensis monachus. In Dissertatione historica de s. Brunone Astensi atque ab eo conscriptis libris haec solum Marchesius habet: *Ex eadem* (Casinensi) *bibliotheca Commentarios in Cantica Canticorum accepimus.* Laudat hanc Venetam editionem Angelus de Nuce in Notis ad chronicum Cassinense lib. IV, cap. xxxi, in eamque it ille sententiam, ut praedicta expositio adiudicari Brunoni omnino debeat. *Extat,* inquit, *in bibliotheca Casinensi codex vetustissimus et, ut coniecto,ante divi Thomae aetatem exaratus, Brunonem in épigraphe praeferens in Canticum Canticorum.* Vim argumenti, quam voco ad examen, infirmam puto ct exilem. Quandoquidem extabat etiam in bibliotheca coenobii Fabrianensis codex antiquissimus, nomine *Thomae* nostri praenotatus: ac servantur sine dubio in bibliothecis codices, qui nomen *Cassiodori et Haymonis Alberstatensis et Remigii Antissiodorensis* praeferunt. *Coniectat* vero Nuceus, pro certo non habet, codicem Casinensem excedere divi Thomae aetatem: neque hanc vetustiorem aetatem codicis aut allato specimine characterum aut alia indubia nota certam facit Erasmus Gattula, qui post Marchesium et Nuceum Brunoni tribuendum iubet praedictum Commentarium in Historia Casinensi saeculo VII, num. 6.

Quid? quod doctissimi Congregationis s. Mauri ascetae Benedictini in Hist, litteraria Galliae pro genuino *Haymonis Alberstatensis* foetu illum habent; illumque *Remigio Antissiodorensi* adiudicandum censet Casimirus Oudinus, ut superius iam satis superque disseruimus. Huiusce vero demum Commentarii a Marchesio editi collatione facta cum Garetiana editione .inter opera Cassiodori et cum Romana inter Opera s. Thomae, eas modo offendimus verborum discrepantias, quae in Garetiana sunt editione; modo illas, quae in Romana leguntur: passim vero cum editione priore consonantia occurrit eademque structura verborum. Ita perplexis litem hanc, quae opus unum spectat quinque doctorum nominibus insignitum Cassiodori , Haymonis, Remigii Antissiodorensis, Brunonis -Astensis ac Thomae Aquinatis, argumentis agere licuit, sapientiorum iudicio dirimendam. Non esse opus Cassiodori, confecta res est. Neque Thomae adiudicandum facilius indicaverim, qui Commentarios in sacram Scripturam, quos germanos novimus, proprio marte conficiebat, ex aliis defloratos consarcinavit numquam. Haymoni demum, Remigio et Brunone reiectis, illud adiudicant peritiores.

III. Expositionem alteram, *Sonet vox tua,* pro certo habet Casimirus Oudinus *accedere ad doctrinam et pietatem, ad unctionem aliasque dotes s. Thomae Aquinatis: nec abhorrere a stylo saeculi XIII extremi vel circiter, quo Angelicus Doctor floruit.* Liberrimi censoris ac saepe audacis indicium praetermittendum non fuerat. Verba quoque sunt Petri Pelicani in Monito: *Praesentem Commentarium magis stylum et doctrinam s. Thomae redolere: et ordine, dispositione, partitione et nexu omnium illorum quae in Canticis continentur, evidentissime demonstrari esse germanum foetum tanti Doctoris.* Quod mihi liceat argumentum paullo latius explanare. Prologus Commentario, quo de agimus, praemittitur cum themate ex divina Scriptura desumpto, in eoque totius operis oeconomia, titulus et scopus patefiunt: quod etiam constantissime in aliis genuinis ac indubitatis Commentariis exsequitur Thomas, ex aliquo sacri eloquii textu frequentius initio facto. Ad primum Cantici caput accedit, totius Cantici partitionem tradit, primum ipsum caput distribuit in partes, eodemque procedit ordine in sequentium expositione capitum: ac eamdem sine dubio in aliis Commentariis methodum servat, ut cuique singulos diligentius percurrenti innotescere poterit. Solet Doctor sanctus dubitationes inficere, miscere quaestiones ac textus opponere Sacrarum litterarum dictaque ss. Patrum, aptissimoque responso ex ipsis Sacris litteris, sanctisque Patribus, ipsaque theologiae penu deprompto conciliare omnia: et haec habes etiam in Commentario nostro. Quam lucida vero, quam mira et constans doctrinae consonantia passim conspicitur cum caeteris Aquinatis Operibus! Loca plurima in ora paginarum indicarunt editores, quae mirifice id evincunt.

Loca duo proferam ego et expendo. Capite i, ÿ. i, ad illa verba, *Meliora sunt ubera tua vino,* haec habentur: *Unde cum beatitudo philosophorum consistat in intellectu, beatitudo vero spiritualis completive et consumative consistat in voluntate, ut suo loco poterit declarari* etc. Satis perspicue doctrina indicatur, quam ipse Thomas tradiderat in IV Dist. xLix, quaest. i, art. i, quaestiunc. n: *Beatitudo,* inquiens, *quae est ultimus finis hominis, in intellectu consistit; tamen id quod est ex parte voluntatis, scilicet quietatio eius in fine, quod potest dici delectatio, est quasi formaliter complens rationem bcatitudinis.* Paria docet ille Ia IIae q. iv, art. i et n maximeque ad rem, qua de agit citato Canticorum loco, faciunt quae disserit IIa IIae qu. clxxx, art. i, ubi post Gregorium Magnum ait: *Vitam contemplativam in caritate Dei constitui, in quantum aliquis ex dilectione Dei inardescit ad eius pulcritndinem conspiciendam: et quia unusquisque delectatur cum adeptus fuerit id quod amat, ideo vitam contemplativam terminari ad delectationem, quae est in affectu.* Quae sequuntur verba illa, *ut suo loco poterit declarari,* haud mihi videntur opus polliceri postea edendum; sed referuntur ad ea quae in eodem Commentario in Cantica deinceps dicenda fuerant. Agit quippe citato capite r, ÿ. 3 de beatitudinc quam omnes appetunt, de sensilium bonorum discrimine ac spiritualium, deque delectatione longe differenti, quae illorum adeptionem consequitur: et capite 11, y. 3 et seqq. vitae contemplativae et activae notiones exponit ac differentias, ipsiusque contemplationis dulcedinem declarat: et capite iv statum contemplantium, illustrem Ecclesiae Christianae portionem considerat, deque dotibus eorum ad voluntatem pertinentibus pertractat: et capite v multiplicem contemplationis delectationem expendit, quae in uno causatur ex maiestate Dei, in alio ex pietate et in alio ex sapientiae profunditate. Similia passim habentur toto in Opere. Quod si quispiam contendat auctorem operis prodere, se citatis verbis novum aliquod opus vita comite scripturum; nihil obstat quo minus s. Thomas Summam theologicam indicare voluerit. Hanc elucubravit ille, teste Ptholomaeo Lucensi in Histor. eccles. libro XXII, capite xxxix, *tempore Clementis IV,* qui sedit ab anno 1263 ad finem anni 1268, et tempore *vacationis sequentis* usque ad septembrem anni 1271, *et tempore Gregarii X* successoris *ultimam* scribebat *partem, quae Sacramentalis dicitur.* Hinc vero si quis intra praedictum annorum spatium explanati a divo Thoma Cantici tempus definiat, per me licet. Quae si ita se habeant, evidentissimum conficitur argumentum, eamdem sancto Doctori, dum extremo in monasterio Fossacnovae laborabat morbo, seque iam iam moriturum certo praesciebat, non convenire expositionem.

Locus alter citato capite 1 occurrit ad illa verba 3: *Trahe me,post te curremus* etc. Ait ille: *Notandum, quod sponsa cum postulat se trahi, nominat se in singulari, dicens: Trahe me post te. Cum dicit huiusmodi tractui se obedire, nominat se in plurali, dicens: Curremus. Cuius ratio est, quia Deus quantum est de se, uno modo trahit; quia secundum Dionysium* 4. de Divinis Nominibus, *sicut sol non ratiocinans, neque praeeligens immittit radios suos sensibiles etc. Quomodo autem intelligendum sit dictum Dionysii, et quomodo se habeat uniformiter ad omnia, alibi declaravimus.* Dionysii dictum late simulque elegantissime declaratum habes in eius operis Commentario a Thoma confecto lectione I, ac rursus 1 par., qu. xi.vn, art. 1 docet ille dedaratque *bonitatem, quae in Deo est simpliciter et uniformiter, in creaturis esse multipliciter et division* Praeterire non licet, praedictum huiusce Commentarii textum, Thoma de Lemos admonente in Panoplia Gratiae tomo IV, parte II, libro IV, capite xvi, num. 206 audaci manu in superiorem editionem , quae pariter Aquinati tribuitur , invectum fuisse in editione Parisiensi anni 1587. Intcrpolatoris consilium aperit ipse Lemosius: tametsi putaverim ego, iudicentque nobiles Thomae discipuli, Thomisticae de Gratiae efficacia doctrinae preiudicium irrogari nullum posse. Unde vero additamentum illud sumptum fuerit ignorasse videtur Thomas de Lcmos.

CAPUT III.

Postillac in Genesim ab Aquinate auctore non prodierunt. Neque Postillae in Ecclesiasten : s. Antonini censura vindicatur adversus Nazarium. Ab eodem Aquinate Commentaria in quinque libros Moysis abiudicantur.

1. /~>ommentaria, sive Postillac *in Genesim, in Ecclesia-* \->*sten, in* integrum *Pentatheucum,* doctis quibusdam viris accurantibus, prodierunt sub Aquinatis nomine. Suppositos ego foetus pronunciaverim. Prima est *Postilla, seu Expositio aurea in librum Gcnescos, litteralem sensam atque spiritualem complectens;* cuius initium, *Liber iste dicitur Genesis.* Typis vulgari Opus sancto Doctori tributum primus curavit Antonius patria lusitanus Ordinis Praedic, ex peculiari erga virginem Catharinam de Senis devotione vulgo dictus Senensis. Id vero praestitum Antuerpiae anno 1572, 8, apud Bcllerum, iterumque Lugduni anno insequente. Decem et septem Romanis tomis additus est Antuerpiae seu potius Coloniae, tomus XVIII in fol. anno 1612, ubi prostat idem *in Genesim* Commentarius; ac etiam in editione Parisiensi anno i636 incepta et anno 1660 completa. Has memorat editiones omnes Echardus. Primi editoris Antonii Senensis verba sunt in calce operis: *Hunc Commentarium in Genesim, extantem in suo*

originali in bibliotheca Minoritarum Middelburgensiium sub titulo s. Thomae, transcribi curari ct perlegi ego fr. Antonius Senensis s. theologiae Doctor Lovaniensis, et prelo dignum iudico pro utilitate Christianae Reipublicae. Datum Lovanii apud Praedicatores die 3t *augusti*
Fr. Antonius Senensis. An *Originalis* voce, qua utitur Antonius, codicem ipsum autographum intellexerit an vetustum apographum ?

Suppositum opus evincere videtur altum de illo silentium veterum omnium, qui Thomae vitam scripserunt, vel Operum eius elenchum adhibita summa texuere diligentia. Tam accuratum, quem confecerat indicem, existimabat sanctus Antoninus, ut scribere p. III Chronici, titulo xvm, cap.x, §. 2 veritus non sit: *Ex his patet* (ex indice, nempe superius posito, in quo opus, quo de agimus, non recensetur) *quod Postillae super Genesim et Ecclesiasten, quas vidi sibi* (Thomae) *intitulatas, et Compendium quoddam theologiae quod incipit,* Thelogicae facultatis (lege *Veritatis theologicae) quod etiam beato Thomae aliqui intitulant, non sunt eius, quum non connumerentur inter supradictos.* Antonini censurae acquiescit Sixtus Senensis; editamque Postillam istam fuisse ab altero quodam Thoma eiusdem Ordinis, viro quidem erudito ac pio, sed neutiquam Thomae Aquinati styli facilitate ac sensus gravitate comparando, ipsum Antoninum testem vocat id *affirmantem*. Pluris quidem iudicium Sixti de stylo operis faciendum: at fallitur ille, dum Thomae alteri Dominicano *Postillam in Ecclesiasten* attribuit, Antonino teste: quem de solo *Compendio theologiae* memorato loqui satis evincunt quae sequuntur eiusdem verba: *Compendium enim, quod b. Thomas edidit, de quo supra* (in indice) *facta est mentio, aliter incipit, et est multo brevius et de paucis tractat. Sed illud quod incipit,* Theologicae, *de omnibus pene brevissime tractat materiis theologiae.... Sed nec Alberti Magni est, ut alii quidam dicunt; sed cuiusdam alterius doctissimi viri, qui dictus est frater Thomas.* At vero ad allata ex s. Antonino (verbis utor Echardi) respondet Antonius Senensis: Postillam a se visam negare Antoninum esse s.Thomae, sed non omnem ab aliis inventam. *Quod nugatorie dictum,* inquit ille, *nemo non videt: qua enim ratione Postillam a se visam reiicit Antoninus, eadem omnem aliam respuit, cum nulla in antiquis operum catalogis recenseatur.* An auctoritatem conciliaverint operi iudicia recentium quorumdam scriptorum, ex quibus memorare sat fuerit Michaelem Pium seu Plodium parte II dc Viris Illustribus lib. 1, pag. 81 editionis Bononiensis ann. 1607 curatae, Paulum Nazarium in opusculo de Scriptis divi Thomae Aquinatis dubitatione iv et Ambrosium de Altamura in Bibliotheca Ord. Praedic.? Unum Antonii Senensis, si quod est, argumentum instaurant illi, praetereaque nihil. Quod iterum refellit Echardus: *Dixerim,* inquiens, S. *Antonini argumentum eo efficacius esse, quod ab obitu s. Doctoris in id eius discipuli, imo omnes per ordinem sodales potissimum incubuerint, ut ne minimam quidem eius chartulam oblivione deleri ac perdi sinerent. Mirum autem esset maioris molis opera, qualia illa in Genesin et Ecclesiasten Commentaria, illis fuisse incognita, et in Indicibus eius operum omissa: praesertim cum scriptores illi veteres tam accurate in Postillis eius secernant quas propria manu exaravit et quas ex eius ore in schola dicentis auditores reportarunt. Itaque s. Antonini de his duabus Postillis iudicio vir cordatus omnis stabit.*

II. Iam vero et *Postillam in Ecclesiasten* pari efficacia reiectam vides. Narrat loco citato Nazarius dubit. v se praedictam Postillam *manuscriptam* vidisse *audivisseque* ex antiquo exemplari desumptam, quod Senis in conventu sancti Dominici adservabatur, ac legi etiam in fine codicis: *Expliciunt Postillae beatissimi Thomae de Aquino super Ecclesiasten.* Testimonium addit Thomae Boninsegnii: *Expositionem hanc suprascriptam valde pulcram atque utilem censet fr. Thomas Boninsegnius s. theologiae professor; et redolere satis phrasim, stylum et modum exponendi, quo in suis libris utitur d. Thomas de Aquino, ut credi possit suam sancti Doctoris esse interpretationem.* Quod etiam tulere iudicium *nonnulli doctissimi patres, quibus Romae a Reverendiss. nostro Generali Nicolao Rodulfio fuit Operis huius censura demandata.* De mala fide deque imperitia censores istos postulat audacissimus Casimirus Oudinus: quam immerito, dicendum infra.

Inter codices suos, quibus abundat clarissimus ac summa praeditus humanitate Apostolus Zenus, *Expositionem* mutilam et imperfectam possidet *divi Thomae Aquinatis super Ecclesiasten.* Prologus incipit: « *Aspexi terram, et ecce vacua erat.* Haec verba leguntur 1er. 4. Quae » verba bene competunt Salomoni, in quantum fuit auctor » huius libri; qui etiam per leremiam bene potest desi- » gnari. lercmias enim *excelsus* interpretatur, Salomon au- » tem fuit valde celsus etc. » Capitis 1 initium accipe: « *Verba Ecclesiastes filii David Regis lerusalem.* Liber » iste dividitur primo in titulum sive prooemium ct tracta- » tum. Qui secundum Hebraeos incipit ibi, *Quid habet am- » piius homo:* secundum Hieronymum ibi, *Vanitas vanita- » tum.* » Num idem fuerit codex a Nazario visus? Diversum fuisse libri initium apud *Hebraeos* et apud *Hieronymum,* haud unquam dixerit peritissimus Thomas: commentum est imperiti scriptoris.

Accipe vero Nazarii verba, silentium veterum et censuram Antonini elevantis. *Non obstat___cum post catalogum divi Antonini et alios eo priores, multa s. Doctoris Opera diu tenebris obvoluta in lucem prodierint, et a viris doctissimis ut eius legitimae lucubrationes fuerint approbata et caeteris eiusdem Operibus annumerata; ut patet de scriptis in quatuor libros Sententiarum ad Anibaldum, de Commentariis in libros Perihermenias, in libros de caelo et mundo et aliis pluribus, quae in solis recentioribus catalogis supra diximus contineri.* Haec minus fortasse accurate dicta videri possunt. Inficias namque iveris primo allegata non recenseri opera ab antiquis. Disertissime memorant Commentarios in libros Perihermenias, deque caelo ct mundo Ptolomaeus dc Luca, Trivctus, Logotheta, Rogerius, Pignon, Valleoletanus, s. Antoninus. Eorum indices consule. Adde ex eorum addisci testimonio non integra illa Opera a s. Doctorc elucubrata, sed maiorem partem; ac partem aliam suppletam fuisse a diversis auctoribus: quod etiam testimonium fert Ioannes dc Columna, Commentarios *super tres libros* dumtaxat de *caelo et mundo, et super primum librum Perihermenias* tribuens Aquinati. Suo loco de his diligentiorc opera disserendum.

Quod attinet demum ad Commentarium in quatuor libros Sententiarum, quem secundum numerant nonnulli, illum commemorant antiqui ct divo Thomae abiudicant. Satis hoc loco fuerint Ptolomaci Lucensis verba, quibus contra nonnulli pugnant. Ait ille libro XXII Hist, eccles., cap. xxm: *Urbanus IV fecit duas ordinationes, in quibus fuerunt creati duo Cardinales, quorum unus fuit nepos suus vocatus dominus Anicherius; alter fuit nepos domini Richardi de Anibaldis, qui vocatus est frater Anibaldus de Ordine fratrum Praedicatorum, qui fuit magister in theologia et fuit vir magnae humilitatis et veritatis, et sanctus homo, quem frater Thomas multum dilexit; fecitque* (non fr. Thomas, sed absque dubio fr. Anibaldus) *scripta super Sententias, quae intitulantur domino Anibaldo* (hoc est attribuuntur d. Anibaldo Cardinali, seu vulgo circumferuntur sub nomine d. Anibaldi: minime vero nuncupantur seu dedicantur ipsi d. Anibaldo). *Quae* (scripta) *nihil aliud sunt quam abbreviatio dictorum fratris Thomae.* Porro quam absurda et inepta locutio foret: *Fecitque frater Thomas scripta super Sententias, quae nihil aliud sunt quam abbreviatio dictorum fr. Thomae!* Quam bene vero cohaerent omnia, si legas: *Fecitque d. Anibaldus scripta super Sententias, quae nihil aliud sunt quam abbreviatio dictorum fratris Thomae!* At si Anibaldus, inquies, fecerit scripta illa super Sententias, cur addit Ptolomaeus, eadem *intitulari domino Anibaldo!* Nempe admonitio est praedicta scripta circumferri sub nomine Anibaldi, titulo *Domini* propter Cardinalitiam dignitatem insigniti. Integer ergo sensus est: *Fecitque frater Anibaldus scripta super Sententias, quae intitulantur domino Anibaldo* (S. R. E. Cardinali) *quae nihil aliud sunt quam ab-*

breviatio dictorum fratris Thomae. Quo demum intellectu verbum *intitulari* passim accipi solet; ut etiam in loco s. Antonini superius citato bis occurrit, *Postillas,* inquientis, *super Genesim ct Ecclesiasten vidi sibi* (Thomae) *intitulatas* (attributas nempe, minime nuncupatas). Et infra: *Quod etiam Compendium theologiae beato Thomae aliqui intitulant.* At extra fines iam satis quodammodo vagati sumus, ut iniectas a Nazario difficultates expediremus.

III. Ad Commentarium denique in *Pentateuchum* accedo, de quo audiendus est Casimirus Oudinus loco citato cap. xv : « Miror plurimum *(inquit ille)* oscitantiam fra» trum Dominicanorum, qui editioni Operum omnium » s. Thomae Aquinatis praefuerunt, quod in editionibus » suis omiserint *Commentaria in quinque libros Moysis,* » sub huius Doctoris nomine edita in folio Compluti » anno 15g5 apud Viduam loannis Graciani, ex fide ms. » codicis bibliothecae s. Pauli Vallissoletani. Editionem hanc » procuravit fr. Franciscus de Mendoza Ord. fratrum PP. in » Academia Complutensi s. theologiae professor, qui san» cto Dominico Ordinis fratrum Praed. Patriarchae opus de» dicavit, ea inscriptione atque pompatica ostentatione, quae » monachum eiusdem Ordinis decet. In hoc opere nihil » omnino est quod conveniat cum aliis Commentariis, quae » huic Doctori edita inscribuntur: ita enim ieiunum est, » ut ex nuda lectione mentiatur auctorem, cuius nomen » praefert. Unde prudenter abstinuerunt editores omnium » Operum d. Thomae Aquinatis ut opus istud stramineum » caeteris accenserent. » At si prudenter ab hoc opere typis vulgando abstinuerunt Colonienscs et Parisienses editores, cur ergo paullo antea mirabaris, Oudine, eorum oscitantiam quod illud praetermiserint? Nempe ironice carpit ille *qelurn indiscretum Dominicanorum* (ut ait in citata de Operibus s. Thomae dissertatione, idemque saepe ad nauseam repetit), *qui absque ullo delectu, absque ratione 'ct iudicio, omnia undequaque anonyma collecta, sub s. Doctoris nomine temerarii et audaces evulgare satagunt... Quod apud Mendicantes frequentissimum est.* Quid aliud exspectandum fuerat quod promeret Oudinus; qui videlicet Monachorum et fratrum Mendicantium osor, eorum castra deseruit simulque fidem catholicam? Caeteroquin vero si quae Dominicani vulgarunt sub nomine s. Doctoris Opera, id ab illis sine dubio praestitum vel quadam styli similitudine, vel consonantia doctrinae, vel codicum aliquorum fide permotis: quae tamen argumenta peritioribus quibusque accuratius expendenda reliquerunt. An vero supradicti Commentarii, quos Aquinati adiudicare non audemus, tribui debeant Thomae Anglo de Valleis seu Vallensi seu Guallensi, qui anno 13qo florebat, an Thomae pariter Anglo de lorz seu lorsio, qui anno i3to mortem obiit, in medio relinquendum puto.

DISSERTATIO III.

De genuinis ac suppositis Commentariis in Isaiam, leremiam, Danielem duosque Machabaeorum libros: deque methodo in exponendis Prophetiis atque typis ab Aquinate servata.

CAPUT I.

Commentarius in Isaiam Prophetam, veluti germanus foetus, vindicatur s. Thomae Aquinati. Sixtus Senensis, Cornelius a Lapide aliique refelluntur.

I. -MA f?enuinos germanosque Thomae sanctis- foetus adsero Commentarios in *Isa-* ey ity *iam,* ac *leremiam* et *Threnos:* rt supposito sque pronuncio in *Danielem* duosque jk felibros *Machabaeorum.* Illustre certumque testimonium *de Postilla in Isaiam* perhibent veteres omnes. Ptolomacus seu Tholomaeus de Luca libro XXI11 Hist, eccles., capite xv, ait: *Scripsit etiam super Esaiam, sed raro invenitur.* Non ita frequentes aetate illius ac etiam sequiore occurrebant codices in bibliothecis, qui sanctissimum Prophetam ab Aquinate illustratum praestarent. Guillelmus de Tocco in Vita capite iv: *Scripsit super Isaiam : in cuius quodam textu difficili, post orationes frequentes et lacrymas, beatorum Apostolorum Petri et Pauli, qui ipsum instruerent, habuisse dicitur visionem.* Logotheta apud Baluzium: *Super Isaiam.* Trivetus in Chronico, quod vulgavit Dacherius, ad annum 1274: *Item super Isaiam..... Postillas conscripsit.* Bernardus Guidonis apud Oudinum : *Scripsit etiam super Isaiam Postillam, quae raro invenitur: in cuius passu quodam textus difficilis, post orationes et lacrymas eius, sanctorum Apostolorum Petri et Pauli, qui ipsum instruxerunt, habuit visionem.* Rogerius seu Clemens VI : *Item super Isaiam.* Joannes de Columna in Elogio s. Doctoris, quod integrum in lucem protulimus: *Scripsit autem incomparabilis hic Doctor super Isaiam:* eoque pluris hocce testimonium faciendum est, quod ipse Joannes, ubi dubium aliquod ingerebatur, se *fide dignos* consuluisse diserte testetur. Consentiunt Valleoletanus et Pignonus apud Echardum : ac postremus denique omnium s. Antoninus haec habet: *Scripsit Postillam super Isaiam, quae raro invenitur.* Pauci nempe huiusce Postillae codices in paucis servabantur bibliothecis.

Hunc typis edendum Commentarium *in Isaiam* primus curavit Bartholomaeus de Spina Pisanus, ornatissimus Ordinis Praedicatorum alumnus. In calce editionis Venetae, quae prima est, haec habentur: *Divi Thomae Aquinatis Ord.Praed. theologorum omnium Monarchae Commentaria in Evangelium Matthaei, item et in Hieremiam Prophetam eiusdemque Hieremiae Threnos, necnon et in Esaiam, nuper in lucem emissa et diligentissime castigata, Venetiis impressa fuerünt sumptibus Heredum q. D. Octaviani Scoti civis Modoetiensis ac Sociorum, anno salutiferae Incarnationis Domini nostri ı5ζγ, die vero 28 mensis septembres.* In Epistola nuncupatoria, quae *Reverendissimo in Christo patri D. Dominico Grimano Episcopo Portuensi S. R. E. sancti Marci Cardinali* inscripta legitur, laudatus Bartholomaeus Pisanus testatur: *Se infinitis pene vigiliis, et non sine Numinis ope, Commentarios divi Thomae in Matthaeum, in Esaiam, Hieremiam et eiusdem Hieremiae Threnos emendasse; vel ut rectius dixerim* (verba eius sunt) *laceros et mutilos iniuria temporum in sua membra pro viribus redegisse.* Data Epistola est *Ferrariae 21 iulii i52i.* Aut ergo impressio ad annum 1527 dilata dici debet; aut certe priore anno inchoata, tum aliquo spatio temporis praetermissa, ac demum anno posteriore completa, ut colligi videtur ex eiusdem Bartholomaei Epistola ad *Reverendissimum in Christo patrem ac dominum D. Marinum Grimanum Aquileiensem Patriarcham dignissimum,* Dominici Cardinalis nepotem, quam exhibet postrema pagina voluminis praedictos Thomae Commentarios continentis. Haec enim habentur verba: *Iure igitur hereditario cuncta, quae patruo* (Dominico Cardinali) *debebantur spiritalia praecipue munera, tibi vindicas: inter quae minimum, quod ex me per impressam epistolam eidem fuerat oblatum; sed interpositione impressionis, ut pars qua mutilum erat opus hoc sanctissimum diligentius inquireretur, nequaquam adhuc redditum, tibi nunc aptatum atque perfectum debetur.*

II. Dubius attamen Sixtus Senensis videtur fuisse, num genuinum divi Thomae Commentarium *in Isaiam* praedicta editio praestaret: eodemque tenebantur dubio Ferdinandus Castillus in Hist, sancti Dominici parte I, lib. III, cap. χχχı, et Io. Michael Pius parte II, libro I. Sixti verba sunt lib. IV Bibliothecae Sanctae : *Fertur ad haec Postilla in Esaiam, cuius initium est; Scribe visum et explana etc. quam plerique ob eruditionis inopiam ipsius non esse arbitrantur. Lyranus ex eius dictis a studioso quopiam asserit concinnatam.* Lyrani verba accipe in caput viu Isaiae: «Primo » videndum est, quid sit tenendum de puero, de quo fit » sermo in hoc capitulo, cum dicitur: *Et accessi ad Pro-* » *phetissam, et concepit filium.* Et dixerunt aliqui, quod » iste fuit filius Isaiae de sua uxore, quae vocatur hic *Pro-* » *phetissa.* Et hoc dictum videtur sequi ThomaS de Aquino » in quadam Postilla, quae sibi attribuitur tamquam ex eius » dictis reportata. » Iniectos profert scrupulos, revocat eos ad examen convellitque omnes lacobus Echardus. Ad eruditionis inopiam quod attinet, cordatus ac sapiens lector animadvertat: Postillas huiusmodi nihil esse aliud, quam adnotationes in litteralem dumtaxat sensum: in quibus non eruditionis copia, sed eruditio cum brevitate iuncta quaeritur. Utroque munere in Commentario, quo de agimus, absolutissime functum esse Aquinatem negaverit nemo, qui opus illud attentiore mente versaverit.

De Lyrani censura, qua octavi Isaiae capitis expositio in eodem Commentario prolata redarguitur, infra dicendum: interim vero vel ipse Lyranus, qui fratrum Minorum Ordini anno 1291 iuxta rationes a Waddingo subductas nomen dedit, suamque universalem Postillam fertur anno 1293

inchoasse, validissimum argumentum suppeditat hanc ipsissimam Postillam in Isaiam iam tum sancto Doctori tributam fuisse; eamdemque in illorum saltem Operum Thomae censu habitam, quae *ex eius dictis* per socios vel auditores *reportata* dici solent. Accedit vetusta quaedam *Nota, ex* libro Rectoris Universitatis Parisiensis a diligentissimo Echardo desumpta, scriptaque *anno i3o3 die martis in festo s. Matthiae,* idest stylo novo, anno i 304 littera dominicali E D insignito; ex qua discimus inter alia *fratris Thomae* Aquinatis Opera venalem illo anno prostassc *Postillam super Isaiam :* illam scilicet quam s. Doctori tributam noverat Lyranus, quamve nobis exhibent vulgatae omnes editiones. Dignam animadversione denique adnotationem profero, quae in calce huiusce Commentarii legitur in Veneta anni 1527 prima editione : *Et sic terminatur sententia et expositio ad litteram super Esaiam secundum fr. Thomam de Aquino, quam transtulit ex libro dicti Doctoris, scripto scilicet manu sua, ad litteram legibilem, cum complemento auctoritatum frater lacobinus Astensis de Provincia Lombardiae tunc temporis studens in studio generali Neapolitano: ordinavit etiam collationes caeteris locis super quaslibet lectiones.* Hinc vero codex ms. innotescit, unde Commentarium prompserit Bartholomaeus de Spina: quod etiam exemplum ex vetusto codice sumptum a lacobino Astensi constat : an vero ex ipso divi Thomae autographo penes ipsum lacobinum fides esto.

Longius excessit Cornelius a Lapide. In argumento Commentarii in Isaiam sic habet: « Hunc Commentarium non » esse sancti Thomae Aquinatis, aut certe multa ei infarta » esse censent Sixtus Senensis, Adamus Sasbout et noster » Delrio: nam in multis iudaizat. Exempli instar sit illud » cap. vin, 2: *Accede ad Prophetissam; hoc est,* inquit, » *accede ad uxorem tuam, o Isaia :* qui sensus iudaicus » est... Verius est haec Commentaria esse Thomae Doctoris, » non Angelici, sed Anglici, qui ex Ordine Praedicatorum » theologiae scholasticae professor floruit sub annum Chri» sti 1400.... Plane enim videtur hic auctor R. Salomone » et Lyrano esse posterior; ab iisque iudaicas hasce tradi» tiones accepisse.» Sphalmata plura paucis in verbis: neque mirum, cum nihil facilius quam doctissimos etiam viros oculatissimosque aliquando dormitare et labi. Commentarium nostrum vidit ac decerpit Lyranus : quomodo ergo auctor eius fuerit Lyrano posterior? In eodem Commentario improbat Lyranus filium Prophetissae accipi pro filio Isaiae: quomodo ergo eiusdem auctor hanc interpretationem, quae pro iudaica habetur, ex eodem desumpserit Lyrano ? Thomas Anglicus alter est cognominatus *de lorq,* Cardinalitia dignitate ac litteris clarus, qui anno 131 o e vita migravit apud Echardum : an ergo dicendus Lyrano posterior, cuius obitum cum anno 1340 illigat Waddingus ? Alter est Thomas Anglus *Vallensis* seu *Guallensis.* Certior eius chronographia florentem ipsum exhibet potissimum sub loanne XXII Romano Pontifice, qui anno 133q fato cessit mortalitatis: itaque et annum 1400 longe antecessit ille, ac etiam posterior est Ptolomaeo de Luca, caeterisque vocatis allegatisque testibus synchronis, qui iam Thomae Aquinati Postillas in Isaiam luculentissime adiudicavcrant. Neque tamen inficias imus ab ipso Thoma Vallensi Commentarium in eumdem Prophetam confectum esse; sed hunc longe diversum evincit initium illius, quod erutum ex codicibus mss. profert Echardus : *Beatus vir qui custodit verba prophetiae huius libri.*

Salomonem denique , quo posteriorem Cornelius facit Commentarii nostri auctorem, non alium indicari puto quam celebrem inter ludaeos totius sacrae Scripturae expositorem, cognominatum *Isaacidem,* et vulgo *larchium.* Inter divinorum eloquiorum celebriores interpretes numerat ipsum Ricardus Simonius libro III Histor. criticae veteris Testamenti, capite vi, et lacobus le Long tomo II Bibliothecae Sacrae. Obitum eius plerique apud Christophorum Wolfium tomo I Bibliothecae Hebraeae ad annum 1 io5 referunt; aliique ad annum 1180 vitam eius prorogant. Hinc auctor Commentarii, quo de agimus, fuerit sine dubio Salomone posterior : Thomas attamen Aquinas esse potuit, neque Thomas alter sequioris aetatis quaerendus est.

CAPUT II.

Litteralis expositio capitis vm eiusdem Prophetae Isaiae a s. Thoma proposita affertur. Λ ludaeorum commentis longissime dissitam ostendunt peritissimi Scripturarum interpretes ac theologi. Viam aperuit ille in exponendis veteris Testamenti prophetiis ac typis, quam doctiores quique sequioris aetatis secuti sunt.

1. Τudaica, inquiunt, expositio est, quae *filium Prophetissae,* Ide quo Isaias capite octavo, ipsius Isaiae filium intelligit. Hanc adoptaverit practuleritque nunquam Angelicum Thomae Aquinatis ingenium, quae tamen in Postilla eidem Thomae attributa legitur. Verba sunt: *« Et accessi ad Pro» phetissam.* Hic confirmatur (signum) facto, quia aliquando » Prophetae annuntiabant futurum verbo, aliquando autem » ipso facto; sicut infra (capite xx, vers. 2): *Vade, et solve » saccum de lumbis tuis, et calceamenta tua tolle de pe» dibus tuis: ct fecit sic, vadens nudus et discalceatus.* » Unde intelligitur ad litteram, quod accessit ad uxorem » suam. Unde duo ponuntur: primo pueri generatio, *Et » accessi:* secundo generati vocatio, *Voca nomen eius, Ac» celera. »*

Quae videbantur adversari argumenta, profert omnia: exhibetque vulgatam expositionem : « *Prophetissa* autem » *(inquiens)* beata Virgo est, quae prophetavit dicens: *Ma» gnificat anima mea Dominum,* (Lucae 1). Ad quam acces» sit per propheticam intelligentiam et per fidem. Vel *Pro» phetissa* dicitur Spiritus sanctus, qui est principium omnis » prophetiae: II,Petri (cap. 1, vers. 21): *Non enim vo» luntate humana allata est aliquando prophetia, sed Spi» ritu sancto inspirati locuti sunt sancti Dei homines.* » Apud Hebraeos enim est feminini generis, scilicet *Eva* » (leg. *Ruah,* ΠΉ *Spiritus):* et secundum hoc, *concepit,* » idest concipere fecit: *quod enim in ea natum est, de » Spiritu sancto est* (Matthaei 1). *Voca nomen eius,* scilicet » lesus, idest praenuntia nomen eius, ut supra. » Hanc vero ad examen Postillac nostrae auctor interpretationem vocat: eamque censet non ita solidam esse ac priorem. « Haec » autem expositio non est tantae auctoritatis, sicut superior, » quae fuit supra septimo capite (ÿ. 14. *Ecce Virgo con» cipiet etc.)* de alio signo: quia magis extorta est, et ex » Scripturis non habet auctoritatem : sicut illa Matthaei *(au» ctoritate confirmatur capite 1, vers. 23).* Nam quidam » dictfnt non esse inconveniens si hoc intelligatur ad litte» ram; ita tamen quod puer iste sit figura Christi. »

II. Haec Lyrano, Cornelio a Lapide aliisque medullitus iudaica expositio est, divi Thomae ingenio prorsus indigna. Non ita censuit Paulus Burgensis, eruditione Scripturarum clarissimus, cuius verba sunt *Addit.* 1 in Postillas Lyrani loco citato: *Patet manifeste quod ipse* (Thomas) *non improbat illam expositionem, quae dicit ista intclligi de Christo ad litteram : sed dicit quod non est tantae auctoritatis, sicut superior. Cuius rationem reddit manifestam.* Doctissimos bene multos divinarum Scripturarum interpretes mitto, ac unum profero Augustinum Calmctum, qui duplicem veterum ac recentium interpretum sententiam de locis Isaiae, quae habentur capitibus vn, vm et ix, exponendis compendio colligit exhibetque in Dissertatione ad illud Isaiae, *Ecce Virgo concipiet,* per haec verba: « Veteres hanc » prophetiae seriem (capp. vu, vni et ix, comprehensam) » totam Messiae vindicant. Nomine *Virginis,* quae *Emma» nuclem* concepit (cap. vn) designatam credunt Mariam » lesu Christi parentem: quemadmodum illam agnoscunt » in *Prophetissa* capitis vin, sicut de Filio Dei interpretan» tur filium, cui nomen *Velociter spolia detrahe.* Duo re» ges armis ludaeam opprimentes sunt scelera, idololatria, » infidelitas. Maior tamen recentium catholicorum inter» pretum pars (*la pluspart)* duas ibi personas, conceptum » foetum in lucem emittentes, distinguunt: alteram nempe » Mariam Virginem, quae lesum Christum verum *Emma» nuclem* peperit: alteram *Prophetissam* uxorerti Isaiae, ma» trem filii, cui nomen *Velociter spolia detrahe.* Reges » ludaeam aggressi sunt Phacee filius Romeliae Rex Sama» riae et Rasin Damasci. Isaiae filius futurae mox liberatio» nis Regni luda pignus datus est: Deus enim fidem suam » obligat Regi Achazo, futurum ut antequam puer a bono

» malum discernat atque parentes nomine appellare norit, » regio luda exactis duobus Regibus in libertatem asse- » renda esset, devictique hostes in praedam Regibus Assy- » riae permittendi. Verus *Emmanuel* ille est, de quo ca- » pite ix dicitur: *Et vocabitur nomen eius Admirabilis,* » *Consiliarius, Deus fortis, Pater futuri saeculi:* quem » Principem filius Isaiae, tamquam symbolum et imago, » designabat. » Haec iam antea egregie tradiderat omnia s. Thomas: suaque auctoritate viam aperuit, quam deinceps *maior interpretum catholicorum pars* tuto incederet.

Verum enim vero iudaica dici illa debet expositio, quae in veteris Testamenti prophetiis nihil aliud praenuntiatum putat, nisi Davidem, aut Salomonem, aut filium Isaiae, aut Ezechiam Regem, aut alium quemvis in historia iudaica notum. Haud satis procul abeunt a ludaicis commentis interpretes illi, qui prophetias omnes aut fere omnes unius modi censent, in eisque geminum sensum distinguunt: alterum proximum et immediatum, qui factum aliquod historicum spectet; alterum, sublimiorem quidem, qui medio tamen historico facto in Christum referatur. Haec placuit interpretandi methodus Socinianis, placuit Hugoni Grotio, placuit Ricardo Simonio: quos pro meritis castigant viri clarissimi. Petrus Daniel Huetius in Demonstratione Evangelica prop, ix, capite clxxi, num. 7 animadvertit: *Prophetias* distingui oportere, *unicam admittentes interpretationem, quae Christum mere respiciat:* et *figuras* sive typos, *duplici gaudentes interpretatione, alia secundum verba aut litterae suae sensum, alia iuxta sensum allegoricum: et harum quidem duplex esse genus, cum aliae recta referantur ad Christum, ad alia vero oblique; aliae contra allegorice pertineant ad Christum; iuxta obviam vero et simplicem significationem alio spectent.* Quod ait, luculentissimis declarat exemplis. Iacobi Benigni Bossueti, Episcopi Meldensis, *Admonitio in Psalmos* prostat iqter *Addenda,* ubi pro ea qua pollebat Scripturarum et dogmatum peritia, parem servandam in Prophetiarum figurarumque ac typorum interpretatione methodum tradit: *Non contendimus,* inquiens, *si quid in Prophetis, si quid in Psalmis mere, proxime, vi verborum ac litterae refertur ad Christum, ideo totum Psalmum, totum Prophetae locum eo esse necessario referendum: scimus enim divinos Vates ita spiritu agi, ut a rebus humanis ad divinas, atque ad ipsum Christum repente rapiantur. Neque refugimus, quin quaedam de Christo intelligenda, ad Davidem quoque, ad Salomonem, ad alium quemvis utcumque trahi possint, oblique scilicet, improprie, obscure et quasi per vim, cum recto et plano sensu in Christum ferantur. Id contendimus, nedum necesse sit ut hi gemini sensus ubique quaerantur; contra et esse oportuisse, et esse revera longe plurima vaticinia, quae Christum proxime nulloque medio tangant: ac peccare in Christum, qui quocumque modo egregiis illis a tota Christianitate celebratis de Christi divinitate ac missione testimoniis vim argumenti, legitimaeque et invictae probationis detrahant.* Perinde est quod Balthus in vindiciis Prophetiarum Christianae Religionis, aliique plures repetunt: *typos ac figuras* in veteris Testamenti libris distingui oportere, ac insuper *vaticinia et prophetias vere* et proprie dictas: illas quidem in personis ac personarum gestis, historicisque factis positas esse; in verbis consistere istas, quae proxime et nullo medio futuros praenuntiant eventus: ac praeter figuras typosque Iesu Christi, quibus totum scatet Testamentum vetus, plures etiam admitti debere prophetias, quae non in aliud objectum tendunt, nisi Messiam Christum: ac typos demum figurasque occurrere, quae recta ad Christum referuntur, oblique ad ipsius veteris Testamenti personas et eventus. Inter Heterodoxos consentiunt Ioannes Markius in fasciculo Dissertationum ad selectos textus veteris Testamenti, Campegius Vitringa in praefatione Commentarii in Isaiam ipsoque saepius in Commentario, Salomon Deylingius in Observationibus sacris parte v aliique. Aptissimae ab his maximeque ab orthodoxis doctoribus ac interpretibus constitutae sunt regulae, quibus facile vaticinia seu prophetiae discerni queant a typis figurisque, ipsorumque typorum genus duplex.

III. Egregie servavit hanc methodum auctor Commentarii, quo de agimus, sive Thomas Aquinas; quam nemo non videt sapientiae plenam longissimequc dissitam a ludacorum et judaizantium commentis. Veterum scriptorum expositiones adhibuit ille, despexit nunquam: sed alias etiam exhibendas praeferendasque censuit, quibus *frequentiori,* ut ait Calmetus, *interpretum catholicorum parti* praeivit. Iam liceat vero suprema Prophetiae, quae vocatur in controversiam, capita delibare, eademque Doctoris Aquinatis illustrare documentis. ludaeam ac lerusalcm vastaturi venerant duo Reges, Rasin Siriae et Phacee Samariae. Isaiae. Prophetae praecipit Dominus capite vn, ÿ. 3 ut *egrederetur* ipse *in occursum Acha^, et qui derelictus est lasub filius eius,* signa daturi proxime futurae liberationis. Textus hebraeus habet: *Egredere nunc in occursum Acha; tu, et Schear-Iasubfilius tuus.* Nepotem Isaiae intelligit s. Thomas, filium fratris eius, verbis inhaerens *derelicti filii,* quae in vulgata legebat versione: ipsius Prophetae filium intelligendum censent alii; neque magni momenti haec est discordia. Nomen erat huius filii *Schear-Iasub,* mysticum scilicet, quod ex mandato Dei impositum fuerat, hoc est *Residuum redibit.* Adductum illum fuisse *in testem* docet Thomas: neque tamen obstat, quominus id etiam factum fuerit in consolationem piorum, ut puer ille, cui hoc nomen, *Residuum redibit,* impositum erat, ostentaretur piis veluti quoddam sacramentum divinorum promissorum, ex quo intelligerent nunquam esse eventurum, in gravissima etiam gentis calamitate, ut populum totum Deus reprobaret. Heic typum et figuram habes. Achazum ergo urgebat Propheta ÿ. 2 *ut peteret signum a Domino in profundum inferni, sive in excelsum supra.* Renuit ille, *vel quia in idolis confidebat* (ut ait Thomas), *vel in Rege Assyriorum, vel invidens gloriae Dei, vel quia timebat offendere Deum in angustia positus... Sed male intellexit, quia licebat ei auctoritate Dei petere signum.* A Rege repulsus Propheta, ad ipsam *domum David* convertitur: *propter consensum in malitia* (ait Thomas), *vel quia David promissus est Christus.* Tum Achazi pervicacia et rebellione increpita, ait jr. 14 *Propter hoc dabit Dominus ipse vobis* (non Achazo, sed domui David) *signum.* Quodnam vero signum? *Hoc autem* signum *est,* inquit s. Thomas, *de Christi incarnatione.* Nempe ibidem: *Ecce virgo concipiet et pariet filium, et vocabitur nomen eius Emmanuel.* Vaticinium est quod Christum proxime nulloque medio tangit.

ludaeorum et iudaizantium, qui filium Isaiae intelligunt, obiectioncs profert simulque validissime depellit s. Thomas: propriosque huiusce prophetiae characteres exhibet, qui nonnisi Filio Dei Iesu Christo conveniant. « Contra » hoc obiiciunt ludaei multipliciter. Primo, quia Dominus » dabat signum illius liberationis, ad quam nihil consonat » Christi incarnatio. Ad quod dicendum, quod incarnatio » Christi significat ipsam *(liberationem)* per locum a maiori: » quia si Deus dabit Filium suum ad salutem totius mundi, » multo magis potest salvare vos ab istis hostibus... Vel » quasi causa motiva: hoc enim quasi movet Dominum, » quod multa bona illi populo, quamvis iniusto, conce- » dantur, quia de illo providerat Filium suum incaman- » dum. Item obiiciunt, quia signum sequens datur ad prae- » sentes: sed incarnatio non fuit facta temporibus eorum » et sic videtur quod nullum sit signum. Ad quod dicen- » dum, quod incarnatio, quamvis non fuerit facta praesen- » tibus illis hominibus, fuit tamen manente domo David. » Unde dicit: *Audite domus David.* » Aptissimae sunt causae istae, quae rationem reddunt, cur Isaias, qui sueto Prophetarum more a rebus humanis ad divinas, atque ad ipsum Christum repente rapiebatur a Spiritu sancto, occasione data praenuntiandi liberationem Achazi et ludaeae, totius generis humani liberationem vaticinatus fuerit: signumque daturus eiusdem liberationis in puero aut filio suo, ut infra, Filium Dei salvatorem mundi, sursum evolans, a Spiritu sancto ductus, amplissime praedixerit. Divinae id genus motionis in Prophetis plurima et frequentia profert Bossuetus in Psalmis et in expositione huiusce vaticinii, quo de agimus, exempla.

Pergit Thomas: « Item obiiciunt, quod in Hebraeo non » est Virgo, sed *Alma,* quae apud eos significat iuvenculam » nubilem, sicut habetur Genes, xxiv, (>. 16) de Rebecca, » ubi nos habemus, *Puella decora nimis,* et ipsi habent, *Alma.* » Et si etiam habeatur *Bethula,* quod apud eos significat » virginem, non oportet quod manens virgo conciperet, quia » poterat esse quod quae tunc erat virgo, postea ex semine » viri corrupta concepisset. Ad quod dicendum, quod nul- » lum signum esset, si iuvencula concepisset et etiam virgo » corrupta. Dominus autem aliquod magnum voluit signifi- » care cum dixit: *In profundum inferni, sive in excelsum* » *supra.* Ideo autem apud nos (a/, eos) ponitur magis *Alma,* » quam iuvencula; quia *Alma* significat virginem secundum » nominis originem *(nani* Halam *significat latitare, et abdi-* » *tum, absconditum, occultum esse),* et adhuc plus, *cu-* » *stoditam (consule lexicographes ac interpretes),* de qua » non possit haberi mali suspicio: sed *Bethula* significat » secundum usum loquendi posteriorem. » Iudaicam deni- que Thomas insequitur expositionem, quae tum virginem nuptui datam, tum filium hominis opera conceptum intel- ligit. « Exponunt autem dupliciter : quidam de Ezechia, » quidam de filio Isaiae, quem fingunt esse *Manuel* voca- » tum. Sed quod primum non possit stare sic ostenditur: » quia Ezechias *erat vigintiquinque annorum, quando coc-* » *pit regnare* (IV Reg., xvm, ÿ. 2). Et Achaz regnavit *se-* » *decim annis* (IV Reg., xvt, y. 2). Ergo Ezechias erat de- » cem annorum quando pater suus incepit regnare : et sic » non promittitur hic nasciturus..... Iterum quod secun- » dum non possit stare ostenditur, quia hoc nullum signum » fuisset (scilicet *prodigiale,* quod peteret Achazus *in pro-* » *fundum inferni, sive in excelsum supra') :* et praeterea » filius Isaiae non fuit Dominus ludaeae, cum tamen dica- » tur infra (capite vin, ÿ. 8) terra ludaea esse Emmanuel » possessive. » De Assyriis quippe suppetias ferentibus lo- quens Propheta : *Et erit,* inquit, *extensio alarum eius* (Assy- riorum Regis) *implens latitudinem terrae tuae,o Emmanuel.* Quae verba expendens David Kimchius doctor iudaeus, fateri cogitur per Emmanuclem intelligi personam debere illustrem, *cuius dici possit esse ludaea,* qui dubio procul omni nec est, nec esse poterit umquam filius aliquis Isaiae.

Itaque signi qualitas, nempe *prodigialis* conceptio Vir- ginis ac naturale concepti pueri nomen, scilicet *Emmanuel* totidem notae sunt magnificae, augustae dignaeque sapientia Spiritus sancti, quae liquido probant editam ab Isaia pro- phetiam proxime et sine medio tangentem Christum; mi- nime vero typum positum, qui ad subiecta illius vel proximi temporis absque negotio applicari queat. Accedit omnium maxima Evangelistae Matthaei confirmatio capite r, *f.* 23: *Hoc autem totum,* inquientis, *factum est, ut adimpleretur quod dictum est a Domino per Prophetam dicentem : Ecce virgo in utero habebit* etc. Uno litterali sensu inducto, qui Ezechiae, aut Isaiae filio, aut alteri cuipiam conveniat, Mat- thaei argumentum infringere conantur ludaei: vim eiusdem probationis certe infirmant, qui geminum sensum obtru- dunt iudaizantes scriptores. Simili confirmatione similibus- que notis signum alterum caret, quod capite vnt datum legitur. Iussu Dei *accessit ad Prophetissam* Isaias: quae vox nihil habet tam magnificum et augustum, quod, praetermissa uxore prophetae, aliquod aliud indicet quaeri oportere subie- ctum. Concepit ergo uxor Isaiae et peperit filium, quem vocari mandaverat Dominus *f.* i ; *Velociter spolia detrahe, cito praedare. Textus* hebracus habet: *Maher-schalal chasch- ba;, Properat ad spolium, festinat ad praedam.* Mysticum nomen est. Significationem eius Propheta declarat *jr.* 4: *Quia antequam sciat puer vocare patrem suum et matrem suam, auferetur fortitudo Damasci, et spolia Samariae, coram Rege Assyriorum.* Quod etiam evenit. Opem quippe Achazo tulit Thcglathphalassar, Assyriorum Rex, anno eius- dem Achazi tertio, post Isaiae vaticinium primo : anno eo- dem regnum Damasci eversum fuit, morte Rasin, populique in regionem Kir translatione : eodemque anno Samariae spolia ablata fuerunt, aliquibus tribubus in captivitatem deportatis : ac dignum sane animadversione, non dici a Pro- pheta Samaritanum regnum eversum iri, sed *spolia Sa- mariae* auferenda : adhuc enim aliquot annos viguit illud. Haec eadem est Thomae expositio in Commentario: *Hoc potest intelligi,* inquientis, *de persecutione facta per The- glathphalassar, qui destruxit Damascum* (IV Reg., xvi, >. 9), *et spoliavit regnum Samariae* (IV, Reg., xv, >. 29.). *Unde signanter dicit: Auferetur fortitudo Damasci, et spolia Samariae.* Optime et adamussim quadrant omnia filio Isaiae.

Sunt vero Interpretes, qui praedicto Isaiae filio accomo- dant verba capitis vn, vers. 15 et 16 : *Butyrum et mei comedet;* et *quia antequam sciat puer reprobare malum et eligere bonum, derelinquetur terra, quam tu detestaris, a facie duorum Regum suorum:* ac si Propheta, postquam vaticinatus esset de Emmanuele filio Virginis, prophetarum more ad aliud subiectum transierit, filiumque suum mox concipiendum et patiendum designaverit. Ita se rem habere existimant alii, ut Propheta mentis oculis Emmanuclem Messiam lesum Christum conspiciens, tum educationem eius prioribus verbis exponat in terra luda, in qua neces- saria ad victum ex agris cultis et non ab hoste vexatis abunde suppeterent: tum verbis aliis tempus infantiae Em- manuelis comparet cum statu praesenti ludaicac Reipublicae, vaticinatusque fuerit, non esse plus lapsurum temporis, a quo haec loquutus est verba usque ad excidium Regni Damasci et depopulationem Samariae, quam illud sit tem- pus quod elaboretur a conceptu partuque Emmanuelis ad annos discretionis eius; uti iam contigisse, posito quoque in signum proprio filio, enarravimus. Ita in Commentario Thomas, ita plerique alii Interpretes. At enim puerum istum, Isaiae filium, simul etiam gessisse *figuram* typumque *Christi,* sapienter admonet in Commentario Thomas: qui videlicet victoriam virtute sua relaturus erat de hostibus luda, ho- stibus nempe Ecclesiae ethnicis quidem, qui per Syriae regnum designantur, idolatria sublata; obstinatis etiam Ju- daeis, quos regnum Samariae indigitat, plurium eorum in- credulitate devicta. Adeoque perspicuum esse debet puerum illum figuram Christi gessisse, ut cum Propheta proximam praenuntiaret luda liberationem mystico nomine filii sui si- gnificatam, ad ipsum contemplandum Emmanuelem lesum Christum rapiatur: *Et erit extensio alarum eius* (inquiens vers. 8) *implens latitudinem terrae tuae, o Emmanuel.*

Nonum caput sequitur, in quo historica facta quaedam populi ludaici, ut aliquibus placet, Propheta narrat: simul- que data occasione, a rebus terrenis ad divinas repente ra- pitur fuditque vaticinium, quod mere, proxime, vi verbo- rum et litterae, refertur ad Christum: *Parvulus enim natus est nobis* (vers. 6), *et filius datus est nobis, et factus est principatus super humerum eius; et vocabitur nomen eius, Admirabilis, Consiliarius, Deus, Fortis, Pater futuri saeculi, Princeps pacis. Multiplicabitur cius imperium, et pacis non erit finis* (vers. 7). *Super solium David, et super regnum eius sedebit, ut confirmet illud, et corroboret in iudicio et iustitia, amodo et usque in sempiternum.* Quot verba, tot sunt characteres, qui unum Messiam filium Dei desi- gnant. Paucis complectitur omnia Thomas in Commenta- rio: *ludaei,* inquiens, *exponunt hoc de Ifcchia: sed patet quod regnum cius non fuit corroboratum in aeternum; nec nomina conveniunt sibi, quae significant divinam eminen- tiam.* Sed haec iam satis. Cancellos quippe iam ultra quam par est fortasse transgressi sumus, nedum maiestate argu- menti veluti rapti, verum etiam vehementer commoti mi- nus aequa in Auctorem Commentarii nostri censura; e re nostra existimantes esse, ut methodum in exponendo Isaia Propheta servatam a Thoma tueremur, veluti aptissimam, a ludaicis commentis alienam, dissitam etiam a gemino sensu eorum qui iudaizant, ac frequentiori tandem catho- licorum Interpretum choro communem.

CAPUT III.

Thomae Aquinati adiudicantur Commentarii in leremiam ac in Threnos. Reiiciuntur Postillac in Danielem duosque libros Machabaeorum : num Thomae Anglico, sive lorsio sive Vallensi, tribui debeant du- bium. Casimiri Oudini dicteria castigantur.

I. A d opera sancti Thomae redeat sermo. Sequuntur /YCommcntarii in leremiam eiusque Threnos. Silent Ptolomaeus de Luca et Guillelmus de Tocco. At Logo-

theta: *Super leremiam, super Threnos.* Trivetus; *Item super Isaiam, leremiam et Threnos Postillas conscripsit.* Bernardus Guidonis: *Scripsit etiam super leremiam et super Threnos.* Joannes de Columna: *Scripsit autem hic incomparabilis Doctor super Isaiam, super leremiam, super Threnos.* Rogerius seu Clemens VI: *Item super leremiam, item super Threnos.* Par est Valleolctani et Pignoni testimonium. Denique s. Antoninus: *Scripsit etiam super leremiam et super Threnos.* Hanc vero Postillam typis Venetis apud Heredes Octaviani Scoti, curante doctissimo Bartholomaeo dc Spina Pisano, prima vice editam anno 1527 adnotavimus capite 1, num. 1, ipsumque opus Dominico Grimano S. R. E. Cardinali amplissimo, tum eius nepoti Marino Aquileiensi Patriarchae nuncupatum.

Dubius haeret Sixtus Senensis: *Extat,* inquiens, *et in Ieremiam et in Threnos Postilla, cuius initium: Hic est fratrum amator et populi; quae propter doctrinae sterilitatem eius esse non creditur.* Simili obiectioni, quam idem Sixtus contra Postillam in Isaiam proposuerat, eadem praesto ac satis est responsio quam adhibet Echardus, dubio procul omni prudens et apta: haec nimirum divi Thomae annotata tantum esse circa sensum litteralem, in quibus non eruditionis copia, sed eruditio cum brevitate coniuncta quaeritur. Censuram refert Oudinus capite xv a Natali Alexandro latam in Selectis Historiae ecclesiasticae capitibus tomo XXI, dissert, vi, art. 1, fol.787 (prima haec est editio Parisiensis) in haec verba: *Postillae etiam in leremiam et Threnos et Apocalypsin indignae sunt s. Thomae ingenio, nec inter eius Opera ab antiquioribus recensentur.* Quae si verba doctissimo viro exciderint, re melius consulta, suppressa et eliminata eadem voluit in Parisiensi altera editione anni 1699 fol. tom. VII, in qua loco citato haôc tantum habet: *Postillae etiam in Apocalypsin indignae sunt s. Thomae ingenio, nec inter eius Opera ab antiquioribus recensentur.* Neque rursum priores expositiones divo Thoma indignas et ipse iudicat Oudinus, *quamvis paullo demissioris animi sint ac styli, quam aliae.* Castillum denique atque Pium sive Plodium locis citatis contra sentientes insequitur Nazarius in Opusculo de scriptis divi Thomae: eosdemque, ctMichaelcm Ghislerium Praefatione Comment, in leremiam apud Placcium de Pseudonymis, aio ego, pro nimia ingenii licentia, teste nullo, fide nulla, praedictam tribuere Thomae Anglico Postillam in prophetiam leremiae eiusque Threnos.

11. Reiici debent, quae circumferuntur ac editae prostant sub nomine s. Doctoris, expositiones *in Danielem Prophetam et in duos libros Machabaeorum.* Prior incipit; *Intelligentia opus est in visione.* Hanc typis vulgandam primus curavit Cosmas Morelies.tomo XVlll Antuerpianae seu Coloniensis Operum Thomae editionis anno 1612, fol. eademque iterum lucem vidit tomo XIX editionis Parisiensis. Cosmae verba sunt: *Erant porro in tomo eodem* (ms. bibliothecae fratrum Ord. Praedic. Lovaniensis) *Commentaria s. Thomae in Iob, eadem prorsus quae alias impressa extant: tum Commentaria in Danielem, necnon in omnes Epistolas Canonicas... omnia haec una manu, et in fronte libri praefixa inscriptio non inferioris aetatis.* Ad codicis scripturam quod attinet, ait ille: *Obsoletissimam esse litterae antiquitatem, vetustissimas abbreviationes, plurimis nec tamen indoctis prorsus incognitas, ut Scriptor certe duorum abhinc saeculorum videri possit.* De ipso Auctore dubia miscet: ac demum *utcumque sit* (concludit), *auctor si dubius est, extra dubium doctissimus est, in s. Thomae doctrina apprime versatus.*

Silentium obstat, quod argumento mere negativo longe maiores vires exerit, veterum omnium, qui Thomae Operum indicem texuerunt, eoque in texendo diligentiam adhibuerunt omnem. Hocce argumento usus est Antoninus, ut a sancto Thoma *Postillas super Genesim et super Ecclesiasten* abiudicaret. Hinc Echardi verba sunt: « Nos vero argumento » s. Antonini innitentes, cum nullus veterum praedictam » expositionem in Danielem Prophetam inter Opera s. Tho» mae recensuerit, ei omnino abiudicandam censemus. »

Morellium dicteriis vellicat Oudinus ac veluti ex tripode sic pronuntiat: «Ego contra cum doctis Criticis dico » hunc tractatum videri spectare ad Thomam Anglicum, » cognomento lorgium, cuius plurimae sunt in s. Scriptu» ram commentationes. Favet ms. codex, quem anno 1612 » *ducentorum circiter annorum* facit Cosmas Morellius: » qua ratione incidit in tempora Thomae Anglici, qui ad » annum 1381 vel circiter scribebat, ad annum 1400 vita » protracta. Favent *obsoletissima litterae antiquitas et ve» tustissimae abbreviationes:* quae non erant in usu tem» porc sancti Thomac Aquinatis, sed consuetae dum Tho» mas Anglicus florebat. » Plures nempe in errores incidit nimium de se ipso confidens Oudinus. Errat primo dum vitam Thomae Angli *lorsii* ad annum 1400 prorogat: e vita namque mortali migrasse ipsum anno i3io diserte narrat Bernardus Guidonis, scriptor aequalis, apud Echardum. Verum etiam Thomas Anglus, cognominatus *Vallensis,* longe ante annum 1400 mortem obiit, floruitque potissimum sub Pontificatu loannis XXII. Accedit, in vetustis indicibus operum utriusque Thomae Angli, quos vidit ac recenset Echardus, nullam ingeri huiusce Commentarii *in Danielem Prophetam* mentionem: adeoque levis fuerit ingenii id genus opera, teste nullo, fide nulla, aut Thomae lorsio tribuere, aut Vallensi. Caeterum critica demum illa animadversio circa *abbreviationes,* tempore s. Thomae, scilicet saeculo xni, ut ait, *non consuetas,* vera non est. Codicum aliarumque chartarum eius aevi repugnat diligens inspectio: repugnatque sane doctissimus Abbas Gottwiccnsis tomo prodromo in Chronicon Gottwicense libro I, capite vi, num. n, ubi haec habet: «Circa subsequentis sacculi *(tertii decimi)* characte» rismos magna pariter codicum est diversitas: alii enim » a principio dicti saeculi, alii circa medium, alii in fine » conscripti alios etiam et diversos characteres praeseferunt. » Priores similes sunt litteris saeculi xn, nisi quod litterae » non ita directac, sed magis tremulae sint: secundi tener» rimi aliquando sunt, aliquando maiusculi: quod ct in » codicibus ad finem sacculi xm perscriptis frequentius re» peritur; ibi enim aliquando litterae maiores, nonnum» quam conglobatae, innexae, rotundae et valde tenerae » occurrunt. Singularis huius saeculi nota characteristica est » litteram I accentu quodam acuto superius notari coc» pisse, licet aliquot iamdudum exempla in saeculo unde» cimo supra attulerimus. *Abbreviaturae* plurimae compa» rent. » Quae tamen peritissimi viri admonitio in hunc locum allata non est, ut codex a Morellio visus ad sancti Thomac aetatem referri debeat; cum satis ipse declaret, codicem videri *duorum abhinc* (ab anno 1612) *saeculorum,* sacculo nempe xiv cadente aut ineunte quintodecimo exaratum. Frequentes Oudini lapsus indicantur, qui se suaque, comptemptis aliis despectisque, nimia praefert confidentia.

Melioris notae, atque praecedens, non est *Expositio in I librum et II Machabaeorum.* Typis Parisinis primum prodiit anno 15q6, 8, curis Stephani Sampaio Lusitani: itemque prostat in utraque editione in fol. Antuerpiana et Parisina iam memoratis. Ex eodem educta dicitur codice ms. fratrum Minorum Middelburgensium, ex quo Antonius Senensis protulit Commentarium *in Genesim.* Aegidius Romanus, Augustinensium lumen, fertur huiusce operis meminisse lib. IV, dist. xlv, ubi agit de oratione pro mortuis, his verbis: *Sicut in expositione Machabaeorum Reverendus Praeceptor meus Thomas tradidit.* Quantumvis illustris et eximii testis deserendam iudicat fidem Oudinus: at Echardus testatur se totam illam distinctionem quadragesimam quintam percurrisse, quin id alicubi invenire potuerit. Itaque, argumento s. Antonini, cum nullus veterum meminerit, et haec s. Doctori abiudicanda expositio manet.

III. Carpit vero pro more Morellium, carpit Sampaium Oudinus, carpit alios utriusque praedictae Expositionis editores, veluti nimium faciles ac pronos ad supposititia sub nomine s. Thomac cudenda opera. Argumentandi genus irridet, quo ipsi utuntur: vocat eos plus quam par est *devotos,* ac passim laborantes aequivo'catione Thomae *Angelici* pro Thoma *Anglico.* Nimirum bilem, qua percitus erat, in religiosos viros, quorum castra deseruerat, quacumque arrepta evomit occasione: in ipsumque vitium incidit imprudens, quod affingit aliis. Si namque id genus opera, quae Thomac Aquinati falso inscripta ultro fatemur, Thomac

lorsio aut Vallensi tribui, te auctore, debeant; cur nullum bonae notae codicem affers, nullum synchronum supparemve advocas testem, quibus evincas quod adseris, ne et tu pro genio agere ingenioque dicaris?

Facilis quidem Sixto Senensi olim visa est illa concordiae via, *Thomae* scilicet Anglici in *Thomam Angelicum* commutatio: at eamdem generatim sumptam, ac sine peculiari ratione passim adhibitam, veluti periculi plenam ac improbandam solertiores peritioresque existimarunt: deque dubiis praedictis operibus nihil decernendum censuit prudentissimus Echardus, *nisi ex inspectione antiquorum codicum mss. lux maior affulgeat.* Si quae vero dederunt nostrates opera Thomae, cuius eadem non esse diligentiore postea indagine innotuit, id ab illis certe factum, vel quia codices mss. nomine Thomae licet falso inscriptos invenerunt; vel ob quamdam operis inventi sine auctoris nomine cum veris Aquinatis Operibus doctrinae sibi visam consonantiam: idemque postremo ita praestitum, ut foetus illos certissime genuinos non habuerint ipsi, hinc inde criticam quaestionem versaverint litemque finiendam sapientiorum iudicio reliquerint. Methodus haec est, quae satis seipsam contra dicteria Oudini tuetur ac vindicat.

DISSERTATIO IV.

De Commentariis in Evangelia secundum Matthaeum et loannem: deque primo ipsorum editore Bartholomaeo de Spina.

CAPUT I.

Commentarius in Matthaeum inter Opera sancti Thomae, quae reportata dicuntur, enumerandus. Hunc primus edendum curavit Bartholomaeus de Spina. Petro Scaligero Ord. Praedic. Episcopo Veronensi perperam eumdem adiudicant Hieronymus Viclmius aliique viri critici.

I. ^Ærimum nov' Testamenti librum, *Evangelium lesu Christi secundum Matthaeum,* 'i Commentario suo Thomam nostrum Angelicum Praeceptorem exposuisse ac illustrasse disertissime perhibent antiqui Operum eius probatissimi nomenclatores. Bartholomaeus Logotheta in fragmento, quod in lucem protulit Baluzius, inter Opera s. Thomae, quae *alii recollegerunt post eum legentem vel praedicantem,* laudatum collocat Commentarium, inquiens: *Lecturam super Matthiam* (Matthaeum). *Idem frater Petrus* (nempe *de Andria). Quidam scholaris Parisiensis.* Sensum accipe: Divum Thomam e suggestu exposuisse Matthaeum: eamdemque expositionem partim exceptam a fr. Petro de Andria, partim ab alio Parisino scholari seu in parisiensibus scholis auditore. Addit Logotheta: *Quae* (lectura super Matthaeum) *defectiva est.*

Paria sunt Nicolai Triveti verba in Chronico apud Dachcrium: *Alia quidem inveniuntur sibi* (Thomae Aquinati) *attributa, quae tamen ipse non scripsit, sed post eum legentem vel praedicantem ab aliis sunt collecta, ut puta... Lectura super Matthaeum completa* (alicubi tamen, teste Logotheta, manca et hiulca): *quam partim idem frater* (quem *Petrum de Andria* paullo superius appellat); *partim saecularis quidam (scholarem* vocat Logotheta) *recollegit eius studio delectatus.*

Idem protulit iudicium Bernardus Guidonis in elencho Operum Thomae, quem integrum luci dedit Casimirus Oudinus: *Lecturam super Matthaeum, quae defectiva est, frater Petrus de Andria dicitur reportasse.* Consentiunt Pignonus et Valleoletanus apud Echardum: eademque verba, ac Bernardus Guidonis, habet s. Antoninus in Chronico parte III, titulo xvm, capite x, §. i i. Laudatum vero Petrum, qui hanc divi Thomae expositionem excepisse scriptoque mandasse dicitur, *de Andria* cognominatum a patriae loco in Apulia, Angelici Doctoris in Italia ac Parisiis auditorem, Praedicatorum Ordinis insignem alumnum, ad sedem Aequensem sub Metropoli Surrentina a Clemente V evectum, fatoque demum mortalitatis anno circiter i3i6 ereptum condigno praeconio celebrat lacobus Echardus in Bibliotheca.

lamvero colligere pronum est: i. S. Thomam, dum Parisiis commorabatur regebatque scholas, Evangelium secundum Matthaeum e suggestu coram palamque exposuisse: 2. Hanc Postillam, quam ore dictabat Thomas, exceptam scripto notisque fuisse a Petro de Andria alioque Parisino auditore, Doctori Aquinati eiusque doctrinae addictissimis: 3, Veluti mancam et imperfectam seu *defectivam* proponi illam a Logotheta, Triveto, Bernardo Guidonis et Antonino: sive quia inchoatam expositionem non compleverit Thomas, aut inexplicatas et intactas reliquit aliquas Evangelii partes; sive quia Commentarium, quem ore promebat e suggestu s. Doctor, non exceperint integrum auditores. Porro silentii, quo opus istud praeteriere Ptolomaeus Lucensis, Guillelmus de Tocco, loannes de Columna, Petrus Rogerius, optima ratio patet; cum ipsi maxime de Operibus enumerandis solliciti fuerint, quae proprio stylo Thomas conscripserat, non quae ex eius dicentis ore reportarunt recollegcruntque alii.

11. Hanc praestant *expositionem in Matthaeum* editiones omnes, Romana anni τ5ρο, Antuerpiensis seu Coloniensis anni 1612 et Parisina anni 1660. Idem opus primus in lucem protulit Bartholomaeus Spina, patria ac professione pisanus, litteris moribusque clarissimus. Operam quippe eo dante, *Venetiis, sumptibus heredum q. D. Octaviani Scoti Modoetiensis ac Sociorum,* sub nomine sancti Thomae, *Commentaria in Evangelium Matthaei, item et in Hieremiam Prophetam eiusdemque Hieremiae Threnos, necnon et in Esaiam,* typis prodierunt *anno salutiferae Incarnationis Domini nostri* 1527, *die vero* 28 *mensis Septembris.* Voluminis initio, et in calce duae habentur eiusdem Bartholomaei nuncupatoriae epistolae: altera inscripta *Reverendissimo in Christo patri D. Dominico Grimano Episcopo Portuensi S. R. E. sancti Marci Cardinali:* altera, *Reverendissimo in Christo patri ac D. D. Marino Grimano Aquileiensium Patriarchae dignissimo.* Prior *I'errariae* 21 *iulii* 1521 data legitur: temporaria nota caret posterior, quae tamen non alia fuerit, quam annus completae editionis 1527. Inchoatam priore anno impressionem, tum adigente causa praetermissam, ac anno demum posteriore perfectam completamque satis indicant haec alterius epistolae ad Marinum Grimanum verba: *hire igitur hereditario cuncta, quae patruo* (Dominico Cardinali) *debebantur spiritalia praecipue munera, tibi vendicas: inter quae minimum, quod ex me per impressam epistolam* (priorem) *eidem* (Dominico) *fuerat oblatum; sed interpositione impressionis, ut pars qua mutilum erat opus hoc sanctissimum, diligentius inquireretur, nequaquam adhuc redditum, tibi nunc aptatum atque perfectum debetur.*

Quid operae, laboris ac diligentiae in huiusmodi Commentariorum editione praestiterit Bartholomaeus de Spina, enarrat ipse in eadem priore ad Dominicum Grimanum Epistola: *Cum infinitis,* inquiens, *pene vigiliis, et non sine Numinis Ope, Commentarios divi Thomae in Matthaeum, in Esaiam, Hieremiam et eiusdem Hieremiae Threnos emendassem; vel (ut rectius dixerim) laceros et mutilos iniuria temporum in sua membra redegissem* etc. Codices mss., qui praedictos divi Thomae Commentarios complectebantur, a Spinaeo adinventos animadverte, *laceros* nempe *et mutilos iniuria temporum,* ab ipso Bartholomaeo Pisano multis *vigiliis emendatas* suppletosque. Hinc vero ratio

redditur cur in expositione in Matthaeum, quam *defectivam* vocant antiqui testes, nulli occurrant defectus, lacunae nullae: ac diligentissimus iam innotescit emendator, scilicet Bartholomaeus de Spina Pisanus.

III. Editum ergo a Spinaeo Commentarium in Matthaeum pro genuino s. Thomae opere, ex eo tamen illorum genere quae *Reportata* dicuntur, habuerunt Sixtus Senensis, caeterique nostrae gentis bibliographi ac Robertus Bellarminus. Exstabant olim in Veneta s. Antonii bibliotheca, quae iam incendio consumpta tota periit, codices mss. plut. 17 apud Iacobum Philippum Thomasinum, cum hac épigraphe: *Divus Thomas in Iob. Item in Ioannem et Matthaeum.* Sed hanc expositionem primus a Thoma Aquinate abiudicare ausus est Hieronymus Vielmius, patria Venetus, conventus ss. Ioannis et Pauli insignis alumnus; adiudicavitque Petro Scaligero Ordinis Praedicatorum, viro aetate sua doctissimo, infulisque Veronensibus ab anno 1290 ad annum 1295 apud Ughellum ornato. Prostat eiusdem Vielmii opusculum *De divi Thomae Aquinatis doctrina et scriptis* tributum *in libros duos,* typis editum Patavii apud Pasqualium anno 1564, in 4, et Venetiis apud Juntas anno 15y5, in 4. Sicque habet ille libro II: *Circumferuntur vero in Matthaeum quoque et in Epistolas septem quas Canonicas vocant atque postremo in Apocalypsim Commentarii, sive expositiones eius* (sancti Thomae) *nomine inscriptae: quarum aliquot quaterniones, earum scilicet quae in Matthaeum, ego adolescens, cum Veronae in coenobio s. Anastasiae religioni et litteris operam darem, deprehendi esse fr. Petri Scaligeri Ordinis nostri et Veronensis Episcopi, cuius scripta in communi bibliotheca servabantur. Et paulo*
1 *post repetundarum veluti reum admonui magistrum nostrum et praeceptorem meum fr. Bartholomaeum Spinam, qui id opus omnium primus typis in vulgus dederat, quod lectori factum non indicasset. Reliqui vero, quos iam enumerabam* (Commentarii in Epistolas Canonicas et in Apocalypsim) *nec stylo nec diligentia cum aliis eius viri commentariis conferri possunt: nec sunt a sectatoribus alumnisque Thomae antiquioribus agniti; ut pluribus coniecturis eos vel non esse foetus Aquinatis nostri haesitare liceat, vel certe eutndem supremam manum illis non imposuisse.*

In eamdem, quod attinet ad Commentarium in Matthaeum, ivere sententiam, qui Vielmium exceperunt viri critici, Antonius Possevinus, Philippus Labbe, Ludovicus Ellies Dupinius, Guillelmus Cave, Theophilus Raynaudus in Erotematis de bonis et malis libris, Vincentius Placcius dc Scriptoribus Pseudonymis. Labbci verba refero ex historica eiusdem Dissertatione; *Quae* (expositio) *in Matthaei Evangelium dicitur, supposititia est: et teste Hieronymo Vielmio pertinet ad Petrum Scaligerum Doniinicanum Veronensem Episcopum, cuius nomine prostabat Veronae in bibliotheca coenobii sanctae Anastasiae, cum Vielmius ibi tironem ageret. Sed neque cum stylo, spirituve, aut diligentia, quae in suis scriptionibus beatus Thomas adhibuit, conferendam monet Possevinus.* Haec eadem promunt alii. Criticae nempe artis, qua pollebant illi, leges aequissimas praeterierunt. Caecis oculis errantem Vielmium, ut infra dicendum, secuti sunt: adhibitamque a Vielmio censuram in Commentarios *in Epistolas Canonicas et Apocalypsim,* minus attenti latam intellexerunt in expositionem in *Evangelium Matthaei.* Labbei et Possevini in Apparatu sacro tom. II, lector humanissime, verba compara cum verbis Vielmii et expende. Ceteroqui vero quid mirum, *Styli spiritusque ac diligentiae,* quae in divi Thomae scriptionibus effulgent, diversitatem aliquam in hocce Commentario deprehendi, cum ad id operum genus pertineat iste, quae proprio auctoris pugno scripta non sunt, sed ex ore dictantis reportata?

Sed ostio toto errasse Vielmium, iam ostendamus. Rem confecit omnem doctissimus Iacobus Echardus, cuius accipe verba: «Ego vero quatuor minimum exempla Commentariorum Scaligeri super Matthaeum vidi, tria in Sorbona, quorum duo nomen *fr. Petri de Scala Ordinis Praedicatorum* ipsa prima codicis totius manu exhibent, tertium non repraesentat; aliud in Victorina... in quo deest nomen auctoris, sed monetur esse Ordinis Praedicatorum: caeterum omnia eiusdeçn omnino rationis, quaeque nec stylo nec annotationibus conveniunt cum Commentario sub nomine sancti Doctoris edito.» Echardi itaque fide constat, Commentarium Petri Scaligeri *in Matthaeum* in quatuor codicibus Parisinis, quos ipse vidit lustravitque, integrum adservari: ipsumque nec stylo, nec annotationibus convenire cum expositione, qua de agimus. Abiudicandam ergo hanc esse Petro de Scala, divoque Thomae cum Bartholomaeo de Spina diligentissimo eiusdem editore tribuendam nemo iam ambigat.

Ex eodem Commentario Petri Scaligeri loca nonnulla decerpta Echardus exhibet in eius elogio, quae liceat lectorum oculis collata subiicere cum expositione s. Doctoris Aquinatis nomine insignita, ut latissima statim appareat discrepantia, iudiciumque praeceps Vielmii magis innotescat.

Prooemium s. Thomae in Commentarium super Matthaeum.

«*Matthaeus ex Iudaea* etc. Hieronymus praemittit prologum, in quo tria facit: primo enim ipsum Auctorent describit: secundo Evangelii mysteria aperit, ibi: *Duorum in se* etc.; tertio suam intentionem ostendit, ibi: *Nobis autem in hoc studio*» etc.

Prologus I Petri Scaligeri in Postillam super Matthaeum ex cod. Sorbon. apud Echardum.

«*Habet argentum venarum suarum principia et auro locus est in quo conflatur* (Iob xxvm). Sicut dicit beatus Augustinus IV lib. de Doctrina Christiana, capite ii.» etc.

Prologus II ex codd. Sorbon. et Victorino.

«*Ostendit mihi fluvium aquae splendidum tamquam christallum procedentem de sede Dei et agni.* Verba proposita scripta sunt xxn Apocal. in quibus verbis super suscepto opere in expositione Evangelii secundum Matthaeum, causa quadruplex declaratur» etc.

Animadverte in antiquis Bibliis mss. editisque, praeter genuinum Hieronymi prologum in quatuor Evangelia Damaso Papae inscriptum, qui incipit; *Novum opus facere me cogis;* ac praeter eiusdem prooemium Commentarii in Matthaeum, cuius initium; *Plures fuisse qui Evangelia scripserunt;* peculiares quasdam legi alias praefationes ac etiam librorum argumenta, quae olim veluti genuini Hieronymi foetus vulgo habita sunt. Hac dc re consule Ricardum Simonium in Hist, critica versionum novi Testamenti cap. ix. Biblia prae manibus habeo Venetiis impressa per Franciscum de Hailbrum et Nicolaum de Frankfordia Socios 1476 ubi prologus in Matthaeum incipit; *Matthaeus cum primo praedicassct in Iudaea.* Sequitur argumentum, cuius initium est: *Matthaeus ex Iudaea, sicut in ordine primus ponitur:* ipsumque suo illustrat Commentario Thomas. Haec sunt vero aliarum praefationum initia; in Marcum, *Marcus Evangelista Dei electus, et Petri in baptismate filius;* in Lucam, *Lucas Syrus natione Antiochensis, arte medicus;* in Ioannem, *Hic est Ioannes Evangelista unus ex discipulis Domini, qui virgo a Deo electus est:* quem postremum pariter Commentario suo, de quo infra agendum, prologum exponit Doctor Aquinas. Idem aetate suppari ac sequiori praestitum a Lyrano aliisque Bibliorum interpretibus.

Cap. XXIII Matthaei.

«Supra ostensum est, quomodo Pharisaei et Scribae provocati sunt ex gloria Christi, et etiam ex sapientia eius» etc.

Cap. XXIII Matthaei.

‹Haec est secunda pars a xxn cap. in qua declaratur iustitia divinae actionis» etc.

Finis Commentarii.

«Ecce ego vobiscum sum etc. Hic promittit auxilium. Quare respondet dicentibus: Tu mandas quod doceamus omnes; non sumus sufficientes. Non timeatis, *quia ego vobiscum sum.... omnibus diebus usque ad consummationem saeculi.* Non sic dicit, ut quasi post non sit nobiscum, nisi usque ad consummationem saeculi; sed qnia tunc erimus per consummationem in gloria. .. *Usque ad consummationem saeculi;* quasi dicat: Generatio fidelium fortior est, quam mundus: non enim peribit mundus donec omnia fiant, idest Ecclesia fidelium consummetur, et compleatur numerus electorum a Deo in vitam aeternam, cui est honor et potestas per infinita saeculorum saecula. Amen. »

Finis Commentarii.

« *Ecce ego vobiscum sum;* cum ipse corporaliter in caelum ascenderit? Resp. Intelligendum est, quod *nobiscum est usque ad consummationem saeculi* in Sacramento altaris. Vel, secundum Bernardum, dicit: *Vobiscum sum,* quantum ad divinitatem, auxiliator in tribulationibus semper vestris: et vos, finitis laboribus, mecum regnabitis sine fine per infinita saeculorum saecula. »

Longe lateque ac omnino diversum Petri Scaligeri commentarium *in Matthaeum* nemo non videt ab alio Commentario, quem sub nomine divi Thomae in codicibus mss. inventum protulit in lucem Bartholomaeus de Spina. Aut ergo deceptus Vielmius, utpote *adolescens* adeoque nondum in auctorum lectione versatus, ut conicctat Echardus, *fr. Petrum de Scala* in illis quaternionibus, quos in Veronensi s. Anastasiae bibliotheca invenit, legit accepitque pro *fr. Petro de Andria,* quem dictatam e suggestu a divo Thoma Expositionem *in Matthaeum* reportasse litterisque excepisse produnt veteres; vel etiam quaterniones mss. revera Commentarium s. Thomae complectentes, sed falso Petri Scaligeri nomine inscriptos nactus fuerit: praetermissoque maturiore examine, iuvenili tractus ardore, postulandum repetundis censuerit Bartholomaeum de Spina, eiusdem Commentarii primum editorem. Audaciam modo quis non admiretur Petri a Valle Clausa, seu Theophili Raynaudi, qui Diatriba II de Immunitate Ciriacorum sic habet: *De Commentario Petri* (Scaligeri) *Veronensis in Matthaeum abs se primum vulgato, et absque veri auctoris ignoratione supposito sancto Thomae, fassus est Hieronymo Vielmio Bartholomaeus Spina.* Imposturam recinit Diatriba VI: *Intrusionem Commentarii Petri Veronensis in Matthaeum inter Opera s. Thomae,* inquiens, *factam malitiose a Bartholomaeo Spina superius attigi ex Vielmio Spinae discipulo.* Equidem a Vielmio repetundis postulatum Spinam ex ipso Vielmio novimus: at crimen repetundarum fassum esse Spinam delirae mentis somnium est, ac Petri de Valle Clausa aperta calumnia.

CAPUT II.

Elogium Barlholomaci Spinae, quod apud Echardum prostat, auctum et correctum. Prima eius nuncupatoria Epistola ad Dominicum Grimanum, cum animadversionibus. Altera ad Marinum Grimanum, itemque animadversiones.

I. Tn tuto iam posita laudati Spinaei fide, sibi constat 1etiam edita per ipsum sub nomine Thomae Aquinatis Expositio *in Matthaeum;* eadem dubio procul, quam antiqui testes meminerunt. De viro praestantissime addere hoc loco pauca liceat, quae vel augent elogium eius ab Echardo concinnatum vel corrigunt. Nuncupatoriae Epistolae, quas memoravimus ac integras ne pereant dabimus infra, ipsum repraesentant imprimis carum Grimanae genti, Veneriis inter Patricias nobilitate, honoribus, dignitatibus opibusque praepollenti. Dominico S. R. E. Cardinali ac Marino nepoti Aquileiensi Patriarchae nuncupatos vidimus Commentarios divi Thomae, quos ipse primus edendos anno i52i et 1527 curavit, *in Esaiam, Hieremiam ac Threnos* eiusdem *et Matthaeum.*

Refert Echardus: «Anno 1536 mortuo Thoma Omni» bono Veneto viro clarissimo, qui cathedram theologiae » in via s. Thomae Patavii moderabatur, eodem anno › die 19 novembris a Senatu Veneto suffectum ei fuisse » *(Grimanis absque dubio favorem praestantibus)* in ea» dem cathedra Bartholomaeum nostrum, ut narrat To» masinus Gymn. Patav. pag. 282. Exinde evecto ad purpu» ram Thoma Badia sacri Palatii Magistro, Paulum III ei » mox Spinam substituisse anno 1542 mense iulio... Senio » demum ac meritis gravem Romae piam exhalavisse ani» mam anno Christi 1546. » Eamdem indepti Magisterii sacri Palatii epocham definierant Vincentius Maria Fontana in *Theatro Dominicano* et Ambrosius de Altamura in *Bibliotheca.* Sed hanc dubiam efficiunt ac pene convellunt epocham verba laudari Tomasini loco citato, quae refero: *In eius* (Omniboni) *locum successit* 1536, 19 *novembris, Bartholomaeus Spina pisanus eiusdem Ordinis; qui anno* 15q5 *electus a Summo Pontifice sacri Palatii Romani Magister, cathedram reliquit, in quam accitus est* 15q5 *Sixtus Medices venetus.* Mirum est, diligentissimum Echardum non advertisse animum in ea Tomasini verba, quae sacri Palatii Magisterium anno 15q5 conlatum Bartholomaeo de Spina efferunt; in eisque cubantem non ostendisse errorem, si pridem anno 1542 ad eam quidem dignitatem electus fuerit Spinaeus! At fidem Tomasini confirmant monumenta Universitatis Patavinae. Haec diligentius, abs me sciscitatus, cum lustraverit doctissimus Iacobus Facciolatus, qui in Historiam eiusdem Universitatis texendam totus incumbit, humanitate summa rescripsit in haec verba: « Anno 1536, vn kal. de» cembris fr. Mag. Bartholomaeus Spina pisanus Ord. Prae» dicatorum observantium ad theologiam ex doctrina divi » Thomae tradendam conductus florenis 80. Ahno i5qi » Protector Artium et Consiliarii, Universitatis nomine, » litteris ad Triumviros v id. ian. datis queruntur Mag. » Spinam toto anno Religionis suae negotiis detentum » gymnasio abstinuisse: itaque rogant, ut eo abdicante, 3 sufficiatur Mag. Paris dc Cingulo picenus Ordinis eius3 dem, quem aiunt ab universo coenobio commendari. Con3 tra an. 1542 Mag. Spina queritur apud Magistratum sti› pendia sibi negari, quamvis muneri suo minime deessct: 3 quod cuiusmodi sit Triumviri quaerunt a Rectoribus 3 Civitatis per litteras v kal. ianuarii datas. Anno· 1545 3 cum Mag. Spina Romam· migrasset sac. Palatii Magister › a Pontifice dictus, loco eius v kal. novembris succedit 3 fr. Mag. Sixtus de Medicis ex eodem Ordine. » Quo in loco Bartholomaeum Patavii commorantem habes anno cadente 1542 seu v kal. ianuarii; ac iterum definitum annum 1545 quo Magister sacri Palatii Romani dictus ille est, eique in Patavinam cathedram successit Sixtus de Medicis. Ac sane huiusce viri praeclarissimi stromata mss. propriis oculis lustrare licuit, favente Dominico Maria Berardello coenobii ss. loannis et Pauli alumno ac bibliothecario; quorum volumine quinto recensetur eiusdem *Oratio de ingenio theologicis facultatibus excolendo, Patavii habita, antequam sacram theologiam auspicaretur, sexto idus novembris i545, Marco-Antonio Foscareno Praetore, Hieronymo Zane Praefecto:* itemque continentur *Lectura primi anni i545 in eodem gymnasio publico Patavino de Providentia Dei, in quadragesima de potestate Concilii et Papae; Lectura anni secundi, nempe 1846 in gymnasio, de Trinitate, de Libero arbitrio, de Angelis;* et sic deinceps. Memorata Sixti Medicis *oratio,* quam habuit ipse cum primum ad theologiam publice in gymnasio Patavino tradendam accederet, lucem vidit typis Venetis edita anno i555. Alia eiusdem eodem anno impressa prostat *Oratio de humanae industriae praestantia,* cum nuncupatoria epistola *clarissimis viris, M. Antonio Venerio doctori praestantissimo, Marco Molino, Antonio Priolo et Antonio Mocenico Patriciis venetis, divi Marci Procuratoribus meritissimis* inscripta, in qua se Bartholomaeo Pisano suffectum in cathedra Patavina disertissime testatur. Verba sunt: *Sacrae vero theologiae interpretes Patavii fuerunt ex hoc eodem* (ss. loannis ac Pauli coe-

nobio) *exorti. . . Post Bartholomaeum Pisanum ego, qui per octo annos nullis laboribus parcens, contuli quae pro viribus potui.* Quam bene consonant omnia.

Quae negotia Religionis ac Ordinis, in monumentis Universitatis Patavinae indicata, detinerent anno 1541 occuparentque Bartholomaeum de Spina, explicare videtur Dominicus Codalius in Historia insulae s. Secundi prope Venetias anno 1609 typis edita. Nempe locum illum, ex eodem abire iussis sanctimonialibus Benedictinis, exceptisque in insigni monasterio ss. Gosmae et Damiani, Veneti Senatus munificentia fratribus Praedicatoribus concessit, imme'diato Magistri Generalis regimini subiectum. Vicariam praefecturam primus gessit Zacharias Lunensis Provinciae Romanae alumnus ab anno 1535 ad annum 15qo quo successit *Bartholomaeus de Spina pisanus, vir litteris ornatissimus, magister sacrae theologiae.* (Anni partem Patavii moderaturus theologicam cathedram traducebat ille, partem in Insula cum fratribus.) *Absente illo, cum Lucam profectus esset Clementem* (VII, *lege* Paulum III) *Papam invisurus, ac alibi pertractaturus negotia, pro viribus egerunt alumni Provinciae Lombardiae, ut eorum regimini idem coenobium s. Secundi adiiceretur. Quod exoptabant, eodem Spinaeo frustra renitente, obtinuere.* Lucense Bartholomaei iter ad annum 1541 pertinet, quo Pontifex, teste Raynaldo in *Annalibus,* die 27 augusti discessit Roma, Lucam ingressus est die 8 septembris, in eadem civitate die 19 eiusdem mensis commorabatur, elapsoque dierum aliquot intervallo Bononiam migravit et Romam. Anno insequente 1542 ad sacram Purpuram die 2 iunii iuxta Raynaldum, vel die 2 iulii, ut Echardus ac Fontana notant, Thomam Badiam Magistrum sacri Palatii aliosque evexit: eodemque tamen anno cadente mense novembri, coenobiolum in insula sancti Secundi adhuc regebat Bartholomaeus de Spina; ut epocha electionis eius in Magistrum sac. Palatii, quam cum praecedente *mense iulio* illigat Echardus, iam cadat. Quod aio, certum faciunt compertumque autographae Tabulae, quae in archivio eiusdem coenobii s. Secundi adservantur. Verba refero, quae initam conventionem inter Bartholomaeum nostrum ac Bartholomaeum de Passis bergomatem enunciant: « In » Christi nomine Amcn. Anno nativitatis eiusdem millesimo » quingentesimo quadragesimo secundo, indictione quinta» decima, die lunae sexto mensis novembris. Constitutus » coram me Notario et testibus infrascriptis sicr Bartholo» maeus de Passis de Bergomo quond. sier loannis Petri, » narravit et exposuit, sibi a venerabili in Christo patre et » sacrae theologiae Magistro D. fratre Bartholomaeo Pisano, » Vicario Generali conventus s. Secundi Venetiarum Ordi» nis Praedicatorum, datam fuisse notitiam de quadam » minera: et non habens idem sier Bartholomaeus, ut as» serit, modum faciendi huc Venetias conducere ipsam » mineram, supplicavit praefatum venerabilem fratrem Bar» tholomaeum ut sibi dare velit auxilium et favorem tam » de pecuniis, quam dc personis pro faciendo conducere » aliquam partem dictae minerac etc. Actum Venetiis in » confinio s. Hieremiae, domi habitationis suprascripti sier » Bartholomaei; praesentibus ibidem sier lacobcto Albanensi » qu. sier Petri barcharolo ad tragitum Margariae, ct sicr » loanne Andrea quond. sier Boni deputato super coloribus » ad officium magnificorum dominorum Provisorum Com» munis, testibus vocatis ct rogatis. Ego Angelus de Calvis » qu. sier loannis... Notarius praemissa rogatus scripsi etc. »

Quis ergo substitui debeat, qui post Badiam, ct ante Spinaeum, sacri Palatii Romani Magisterium obtinuerit, incompertum mihi, cum certa monumenta desint. Michael Pius parte II de Viris illustribus in Ticinensi editione anni 1613, pag. 210, seriem Magistrorum sacri Palatii italicc texit hoc modo: *Fr. Tommaso Badia. Fr. Bartolomeo Spina pisano. Fr. Pietro Martire da Brescia, seconde il Panormitano creato* 1542. *Fr. Girolamo Mo^arello. Fr. Egidio Foscarari.* Si Magisterium sacri Palatii anno 1542 iuxta fidem Panormitani conlatum Petro Martyri brixiensi fuerit, difficultas evanescit omnis, quam hactenus versavimus: simulque vero series a Pio proposita reformanda esset, ut sequiorem post eumdem Brixienscm obtineat locum Bartholomaeus de Spina. Qua demum in serie contexenda animadverto minus attentos videri nostrates, ut ex sequenti patet, quam exhibet Vincentius Fontana: *Thomae Badia* scilicet, *Bartholomaei Spina, Petri Martyris de Brixia, Egidii Foscherarii, Hieronymi Mu^arelli;* cum c contra *Mu^arellum* praeposuerit *Foscarario* Michael Pius. Splendidior lux, quae tenebras omnes dispellat, ex regestis Romanis expectanda.

II. Nuncupatorias Bartholomaei nostri epistolas iam profero, ut eas a facillimo interitu, cum semel gothicis, ut aiunt, characteribus impressae fuerint, vindicemus. « Reve» rendissimo in Christo fratri D. Dominico Grimano (a), » Episcopo Portuensi S. R. E. sancti Marci Card., Domino » meo colendissimo fr. Bartholomaeus de Spina pisanus » Ordinis Praedicatorum felicitatem. Cum primum, praesul » amplissime, et rumor et ipse constans, ct amicorum lit» terae mihi significassem clarissimum patrem tuum Anto» nium Grimanum nobilissimae urbis Venetiarum *(F)* Prin» cipem declaratum esse, idque civium omnium summa » gratulatione et totius Senatus assensu; nihil mihi fuit » antiquius, quam uti Deum immortalem pie sancteque » colens ex religionis instituto nostrae, illi gratias agerem; » simulque omni studio ab eo peterem ut diuturnum ac » felix hoc munus suum nobis esse vellet. Optime enim » videbam sic consultum fore primo amplissimae civitati » vestrae, quae situs admiratione, civium concordia, imperii » diuturnitate et magnitudine, rerum gestarum gloria, chri» stianae pietatis propugnatione adversus Tureas constan» tissima, omnibus facile civitatibus aliis esset anteferenda. » Deinde facile sperare poteram hac patris tui designatione, » cum tali Reipublicae praeesset hoc tempore, ut Turearum » haec rabies et immanitas adversus christianum nomen eius » auspiciis ct ductu non modo in praesens reprimeretur, » sed ita in posterum tolleretur, ut quae gens septingen» tesimum iam annum in nos debacchatur ac saevit, tan» dem extincta cum imperio nomen amitteret. Nec vero » augurari id mens falso videbatur mea, cum tacitus mccum » agitarem animo, qualisnam semper ab initio aetatis pater » ipse fuisset tuus, quamve indolem ille in omni vitae parte » de se praestitisset. Qui natus in clarissima omnium civi» tate et familia in ea maxime insigni, iam tum eas digni» tates fuisset assecutus ab honorum suorum auspicio, quas » ad eam diem adeptus esset nemo. Neque solum id ei » contingit, ut quasi per amplissimos dignitatis decurreret » gradus, sed ut in amplissima fortuna positus maximis » semper honoribus excelleret (c), qui illi toties demanda» bantur, quoties ille gerere voluit. Quare ut reliqua digni» tatum eius omittam tempora, non possum non eius recor» dari temporis cum illi maris imperium maximo civitatis » assensu demandatum est. Nam cum nunciaretur Payze» tem Turearum potentissimum principem mari terraque » ad evertendum imperium vestrum contendere, iamque » instructissima classis Graeciae ac Peloponesi littora com» pleret ct maria, nemo sane fuit in vestro Senatu, qui » non statim existimaret aut patris tui prudentia ct felicitate » tantam tempestatem sedari posse, aut certe immanissimi » hostis libidini serviendum esse. Nec sane sapientissimos » homines fallebat divinatio, qui cum meminissent quam » ille semper in Magistratibus omnibus gerendis sapientiam » ct auctoritatem exhibuisset, quamque fortiter ac feliciter » primum classi Venetae praefuisset imperator cum bello » Gallico priore Appuliac oppidum munitissimum expu» gnassct, non eamdem fortunam sibi hoc bello polliceri » non poterant. Et certe quantum humana prudentia per» spici, quantum auctoritate persuaderi, quantum scientia » rerum maritimarum praestari, quantum felicitate impera» toria sperari ab initio potuit, declaravit facile solus cum » primum ventis vela (sicut ego accepi) ex patriae littore » dedisset. Nam tantam classem brevissimo tempore com» paravit, quantam nemo usquam sperasset ab omni ferme » Europa conflari anno vertente posse. Sic omnes Graeciae » tumultus sedavit, ut iam victoriam omnes in manibus » haberent. Sic omnem classem ct navium numero, et viro» rum robore, et omni reliquo apparatu instruxit, ut Tureae » ad primum nuncium trepidi, qui de excidio christiani

» nominis antea cogitabant, portui salutem, cui Longo co-
» gnomen esse audio, crediderint suam. Unde cum fame
» adacti prodiissent, victi quantum in patre tuo fuit, Co-
» rinthiaci sinus latebris sese inclusere. Quod si illi per
» adversam christianae Religionis et Patriae fortunam tuae,
» licuisset sequenti anno manum extremam funesto bello
» imponere, non dubitarem nunc Tureas, qui Ungariae im-
» minent et universae pietatis nostrae infensissimi hostqs, de
» sua salute solicitos hoc tempore futuros. Caeterum Dei
» consilia alta et sublimia sunt, nec qui consiliarius illi sit,
» dicente Apostolo, invenitur ullus. Quare si coniectura
» nostra valet, facile divinare possum eius potissimum
» providentia factum, ut calamitosissimo patriae tuae tem-
» pore suis restitueretur civibus, qui labantes eorum animos
» sua auctoritate et prudentia per Gallici belli secundi tem-
» pestatem excitaret. Qui Procuratoriam dignitatem iterum
» statim assequutus, eum tandem bello finem imponeret,
» quem sapientissimi viri consilia parare possunt : qui de-
» nique luctuosissimis hisce temporibus summae rerum
» praeesset, ut omnia felicissime moderetur et temperet.
» Quod nisi verear ne modum servasse epistolae non dicar,
» commemorarem sane quamplurima, quae doctissimi no-
» strates homines scripsere in hanc sententiam divinitus,
» cum scilicet dicant, et id quam verissime, principum con-
» silia a Deo ipso regi, eosque Dei providentia potissimum
» gubernari; eorum principatus in difficillima saepe tempora
» incurrere, ut eorum virtus magis eluceat; principem, quem
» ille elegerit unum, salutem afflicto populo afferre solere;
» nec militum numero ac robore, neque classium apparatu
» magnas res magis geri, quam principis unius prudentia
» et auctoritate expediri. Quod si umquam fuit princeps
» apud vos, de quo haec omnia dici iure possint, hic certe
» est unus gloriosissimus pater tuus; qui Leonardo Lau-
» retano Principi optimo vita nuper functo succederet; qui
» re domi composita, post ingentem omnium ordinum gra-
» tulationem, post populi faustissimas voces, post reliqua
» gaudiorum et laetitiae argumenta, quae passim per omne
» imperium vestrum exhibita plane sunt, rem foris ea fe-
» licitate et laude administret, ut omnium principum qui
» antea floruere laudes adaequet, posteris autem aemulationis
» faces relinquat. Qui praeter alias virtutes suas et fortunae
» dona, te filio, magnus et celebris ad omnem posteritatem
» transeat. Nam cum illa patris tui amplissimi Principis
» merita et benefacta celebrabit sine ulla invidia, falleris
» si non tuas quoque laudes cum parentis laudibus adiun-
» gendas semper fore non existimes, ut nesciam profecto
» quandoque dignoscere plusne laudis accedat tibi ex pa-
» remis hac tui nova dignitate Grimanae familiae quaesita,
» an te filio hac doctrina, hac morum sanctimonia, hac
» dignitate, hac animi moderatione *(d)* patri plus aliquando
» decoris addatur. Etsi enim ille multis et amplis tum animi
» bonis, tum fortunae et corporis commodis omnes mor-
» tales excellat ; te uno tamen filio eam laudem assequi-
» tur, ut ad virtutum cumulum postrema tua semper ac-
» cedat gloria. Caeteri enim principes viri, qui umquam
» floruere, id quod saepe legi, aut nullos reliquere liberos,
» aut certe sui genuere dissimiles. Pater cum stirpem eam
» habuit, quae maxime semper fuerit illustris et ampla ; tum
» vero te eum procreavit, quem non solum ut filium
» amaret, sed quem plane propter amplissimam dignitatem
» et vitae integritatem et coleret ac prope adoraret. Quae
» omnia cum saepe mecum cogitarem, memor etiam eius
» vinculi quo tibi iampridem astringor, volutabam crebro
» animo quodnam argumentum ad gratulationem meam
» afferrem animi ac voluntatis gratissimae erga te meae. Et
» voluntati, ut arbitror, occurrit certissimum : nam cum
» infinitis pene vigiliis, et non sine Numinis ope, Commen-
tarios divi Thomae in Matthaeum, in Esaiam, Hieremiam
» et eiusdem Hieremiae Threnos emendassem ; vel, ut re-
» ctius dixerim, laceros et mutilos iniuria temporum in sua
» membra pro viribus redegissem; videbatur munus dignum
» tua hac excellenti doctrina et probitate. Cui enim iustius
» offerrem doctissimi viri lucubrationes, quam doctissimo
» omnium Cardinali ? Cui sanctissimi viri vigilias dicarem,
» nisi illi qui in amplissima dignitate positus, vitae maxime.
» sanctitate excellat ? Aut cui magis ipse debeam quam tibi,
» qui me tamquam aliquem esse eorum crederes qui Christo
» mererent, ita semper amplexus es ut nostri Ordinis fere
» magis neminem? Accipies igitur illos primo nunc editos, et
» cum tibi sacrae imprimis litterae placuerint, hosce quam-
» libenter lege, quos velim nepoti tuo integerrimo (e) et
» sapientissimo Patriarchae Aquileiensi postea tradas. Cui
» ego propter eius egregiam humanitatem et divinam plane
» virtutem, idest tuam, me addictum semper esse cupio.
» Bene ac feliciter R. D. T. cum patre amplissimo et re-
» liqua familia valeat. Ferrariae 21 iulii 1521. »

(d) In numerum Cardinalium S. R. Eccl. anno 1493 Dominicum Grimanum cooptaverat Alexander VI die 21 augusti, ut Oldoinus habet, vel potius die 20 septembris, ut diserte notant Stephanns Infissura apud Muratorium tomo III, par. II, et Marinus Sanutus in historia Ducum Venetorum apud eumdem. Inter Diaconos locum habuit ille, mox inter Presbyteros: consecratusque Episcopus Ecclesias rexit Albanensem, Tusculanam ac demum Portuensem ab anno 1511 ad annum 1523 emortualem. Consule Ughellum. Patriarchatum Aquileiensem, Veneto Senatu nominante, pridem obtinuerat anno 1498 die 13 februarii, ut evincitur in monumentis Aquileiensibus capite exin. Eiusdem Patriarchatus titulum praeterit in inscriptione nuncupatoriae epistolae Bartholomaeus de Spina, cum ipsum in gratiam Marini nepotis iam abdicasset Dominicus cum regressu ut in more positum tunc fuerat. Vide citata Aquileiensia monumenta typis edita anno 1740.

(6) Eiusdem Dominici pater Antonius Grimanus, vir prosperis adversisque rebus iactatus, Dux Venetiarum electus est anno 1521 die 7 iulii, quindecim diebus ante datas a Spinaeo litteras.

(c) Egregias Grimani Principis dotes ac virtutes, honores, dignitates ac gesta praeclarissima percensent Petrus Marcellus, Andreas Maurocenus, Petrus lustinianus, loannes Baptista Contarenus, lovius, Egnatius, Palatius in fastis Ducalibus. Viri principis laudes et ipse Bartholomaeus de Spina pro sua parte digne ac vere celebrat.

(ff) Dominici Grimani elogium vide apud scriptores Venetos, Ughellum etOldoinum. Instructissimam codicum mss. bibliothecam publicae commoditati Venetiis posuerat in coenobio s. Antonii , quae postea incendio totà periit anno 1687 die 23 aprilis, divo Georgio sacra. Codicum numerum ac titulos posteritati servavit Thomasinus in bibliothecis mss. Venetis, inter quos non pauca numerabantur divi Thomae Opera. Ingentem iacturam *magnopere dolet* Mabillonius tomo I *Musaei Italici* in praefatione.

(e) Nepotem Dominici, Patriarcham Aquileiensem, intellige laudatum Marinum: quem infulis Ecclesiae Metropolitanae Aquileiensis, abdicante se Patriarchatu Dominico patruo, ornatum an. 1517 ante diem tertiamdecimam martii late ostendimus loco citato.

III. « Reverendissimo in Christo patri ac D. D. Marino
» Grimano Aquileiensi Patriarchae dignissimo (a) frater Bar-
» tholomaeus de Spina pisanus Ordinis Praedicatorum fe-
» licitatem. Sicut hereditario iure, Praesul honoratissime,
» carnis filiis debentur bona corporis, quae praedefuncti
» parentes aut sanguine magis proximi possidebant: sic et
» virtutum heredibus debentur praemia, quae virtutes ipsae
» deposcunt, honor, inquam, et gloria delegantibus debita.
» Felicitatem terrenam Antonius Venetiarum Princeps, so-
» luto carnis debito, in caelestem et aeternam, ut pie cre-
» ditur, commutavit: terrenae gloriae super cumulatissimas
» opes duo ex filio nepotes, Marcus (i>) atque Victorius
» fratres tui, sic heredes effecti sunt ut etiam Procuratoria
» dignitate, qua post Principatum in praecelso Venetorum
» Senatu nulla maior est, virtutum suarum veluti praemio
» donarentur. Extinctus est corpore quidem, non autem
» perpetua triumphantis animae gloria, sanctae Matris Ec-
» clesiae lumen praefulgidum, Dominicus praefati Principis
» filius, toto terrarum orbe celebratissimus Cardinalis: sed
» quasi non esset mortuus, tu Praesul amplissime, una cum
» germano tuo domino loanne (c) reverendissimo Episcopo
» Cenetae, vivam illius praesentiam supra terrenas divitia-
» rum copias, virtutibus, sapientia, ecclesiastica dignitate

» praefers, in proximo etiam non minus factus heres illius » bonorum omnium capacissimus. Iure igitur hereditario » cuncta, quae patruo debebantur, spiritalia praecipue mu- » nera, tibi vindicas: inter quae minimum, quod ex me » per impressam epistolam eidem fuerat oblatum, sed in- » terpositione impressionis ut pars, qua mutilum erat opus » hoc sanctissimum, diligentius inquireretur, nequaquam » adhuc redditum, tibi nunc aptatum atque perfectum de- » betur, uti primario primum et spirituali Principi spirituale » donum; cuius auctoritate fratribus suis commune fiat » doni principium et in preclarissimam Grimanorum do- » mum amor meus atque perpetua observantia per illud » utcunque manifestetur. Accipe igitur, observantissime Do- » mine, quod tuum est, nedum inquam meum in hoc opere » corrigendo et ut Ecclesiae sanctae uberrimam afferret uti- » litatem quoad fieri potuit coaptando laborem, verum etiam » laborantis amorem : perpetuoque tibi non minus, quam » patruo tuo dignissimo fuerim, obsequentissimum ama. »

(a) Nuncupatos Marino Grimano Aquileiensi Patriarchae divi Thomae Commentarios a Bartholomaeo de Spina typis in lucem prodiisse *anno 1827 die 28 mensis septembres* adnotavimus, eodemque etiam anno datam epistolam superiorem nuncupatoriam. Hoc anno Clemens VII, die quinta maii renunciaverat Marinum Presbyterum Cardinalem s. Vitalis titulo Vestinae; sed ipsum tamen nonnisi anno insequente i528 publicatum fuisse initio mensis februarii prodit Oldoinus: unde factum, novae dignitatis Cardinalitiae titulum non legi in eiusdem nuncupatoriae epistolae inscriptione. Caetera praeclarissimi viri gesta praetereo, quae prostant apud Oldoinum et Ughellum, et in monumentis Aquileiensibus.

(Z>) Dignitate Procuratoria Marcum Grimanum ornaverat Senatus Venetus anno 1522 *die 26* martii, teste Sansovino in chronico Veneto, vel *die 28* ut Fulgentius Manfredus habet in libro inscripto, *Dignità Procuratoria di s. Marco di Veneria,* vel potius *die 3o* ut in mss. monumentis. Dignitatem eamdem obtinuit Victorius, frater Marci, anno insequente 1523 vel die 25 ianuarii iuxta fidem Sansovini, vel die 26 iuxta Manfredum ac monumenta mss. Patriarcha Aquileiensis dictus est Marcus, abdicante se regimine Marino cum regressu, anno 1529 dic 26 aprilis: eodemque anno die 9 decembris temporalis possessio decreta legitur in saepe iam citatis mss. monumentis. Commentarium nostrum Aquileiensem et Ferdinandum Ughellum consule. Hunc Paulus III renunciavit Pontificiae classi Praefectum contra Solimanum Turearum Imperatorem anno iSSyvcl insequente, ut habent Rainaldus, Spondanus, Andreas Mauroccnus, Hieronymus Bardus, Ioannes Sagredus et Io. Nicolaus Doglionus. Numisma eius circumfertur, in cuius priori facie Marci imago cum barba, bireto in capite ornata inspicitur: legiturque in aversa, *Marcus Grim. D. M. Proc. Pat. Aquil. Pont, classis Imper. 1824.* Annum expende, temere sine dubio expressum: proque certo habe, neque dignitatem Procuratoriam, neque infulas Aquileienses, neque Pontificiae classis Praefecturam Marco conlatas eodem anno fuisse : quodve attinet ad Aquileiensem Patriarchatum, et ipsum silentio praeterit Spinaeus in praedictis litteris anno 1527 datis. Fortasse annum 1524 posuere pro anno 1542 oscitantes artifices.

(c) Marco Patriarcha praemortuo, annuit Summus Pontifex, ut Ecclesiae Patriarchalis infulae, iterum cedente Marino cum regressu, loanni fratri imponerentur. Id vero factum anno 15q5. Iamvcro Ecclesiam Cenetenscm, a Dominico Grimano Cardinali resignatam, anno 1520 regere inceperat Ioannes. Administrationcm eius post undecim annos, anno scilicet i53i resumpsit Marinus : qui hac infula se iterum spoliavit anno 1540 in eiusdem Ioannis favorem. Hinc Episcopum Cenetenscm vocat Ioanncm in suis anno 1527 datis litteris Bartholomaeus de Spina.

Haud ingratas lectoribus adnotationes nostras, tametsi extra cancellos quodammodo vagantes, fore puto, quae sicuti eiusdem Bartolomaei fidem maxime probant in recensendis Grimanae familiae ornamentis, ita diligentiam omnem facile suadere possunt ab ipso adhibitam in edendis Commentariis *in Esaiam, ac Hicremiam eiusque Threnos, et Matthaeum,* adiudicandisquc divo Thomae.

CAPUT III.

Commentarius in Ioannem, partim proprio sancti Thomae stylo scriptus, partim a Reginaldo Privernate reportatus, ab ipso tamen Aquinate correctus adprobatusque. Sixti Senensis Jocus de Philippo Apostolo et Philippo Diacono ad examen vocatur. Censura refellitur Casimiri Oudini.

I. Sequitur Expositio in Evangelium s. Ioannis, eidem Doctori Aquinati tributa. Quinque priora capita Commentario illustravit ipse, quem proprio pugno scripsit: ex eius ore dicentis e suggestu reliqua recollegit mandavitque litteris fr. Reginaldus de Priverno: eademque demum diligentius revisa correxit adprobavitque ipse Thomas. Rem disertissime narrat Ptolomaeus de Luca in Historia ccclcsiast. libro XXIII, capite xv: *Item Postilla super Ioanncm,* inquiens, *de qua ipse* (Thomas) *super* v *capitulo* (quinque capitula) *proprio stylo notavit: totum aliud reportatio fuit, sed correctum per ipsum.* Consonum est Bernardi Guidonis testimonium apud Oudinum: *Scripsit quoque Postillam super Evangelium Ioannis, maxime super quinque capitula, stylo proprio: residuum vero dicitur reportasse, ipso legente, fr. Reginaldus socius eius: quod postmodum idem Doctor correxit et approbavit.* Eadem habet ipsissima verba s. Antoninus in Chronico parte III, capite x, §. n.

Nulla quinque capitulorum exceptione ingesta, in eorum operum censu hanc *in Ioannem Expositionem* annumerant Logothcta, Trivetus et Valleoletanus, quae dici *Reportata et recollecta* consueverunt. Bartholomaei Logothetae accipe verba apud Baluzium: *Item Lecturam super Ioannem, qua non invenitur melior: quam recollegit idem fr. Raynaldus* (Reginaldus); *sed correxit eam frater Thomas.* Trivetus ait apud Dacherium: *Iterum Lectura super Ioannem.* Et apud Echardum Valleoletanus: *Item scripsit postillam super Ioannem. Incipit:* Vidi Dominum sedentem; *et hoc per modum Lecturae.* Quod eorum testimonium ne putes Ptolomaco Lucensi, Bernardo Guidonis et Antonino adversum, cum maiorem Postillac partem ex ore dictantis Thomae exceptam intellexerint illi, ac priora quinque dumtaxat capita adnotaverint isti proprio fuisse stylo conscripta. Pretium vero animadverte, quo eadem expositio, cum primum innotescere ac teri manibus coepit, habita est, ut *non inveniri meliorem* perhibuerit Logotheta.

Egregium idem opus, nullam *reportationis* mentionem inficientes, absolute Thomae tribuunt Guillclmus de Tocco et Petrus Rogcrius. Ait ille in Vita capite iv, num. 18: *Praeter quod opus* (quod vulgo *Catena Aurea) fecit postillam super Evangelium beati Ioannis: in qua ostendit quam alte de suo ingenio, adiutus per gratiam, ad profunda mysterii libri pervenerit, quae Sanctorum auctoritatibus declaravit.* Iterum animadverte, quam magno in pretio hoc haberi opus debeat. Ait vero Rogerius sive Clemens VI, apud Oudinum: *Item Postillas super Evangelium Ioannis.* An ergo pugnent inter se antiqui, synchrone supparesque scriptores, qui Thomae Operum texuere catalogum? Cave antilogiam aut pugnam ullam suspiceris. Commentarium quippe Doctoris Aquinatis ore dictatum exccptumquc ab aliis, ab ipso postea revisum, correctum adprobatumque, cur eidem absque nota simpliciter non adiudicaverint Guillelmus de Tocco et Clemens VI?

At maiorem huiusce Commentarii partem a Reginaldo Privernate recollectam fuisse, luculentissimo demum ipsius Reginaldi testimonio evincitur. Codices mss. *Expositionis in Ioannem,* qua de agimus, teste Echardo in elogio laudati Reginaldi, adservantur Parisiis in ecclesia Metropolitana et in bibliotheca Regia, apud Saniacobaeos Praedicatores et Augustinianos ad Pontem novum, quibus omnibus appicta legitur notatio sequens: *Haec ergo sunt quae ego fr. Raynaldus de Piperno Ordinis Praedicatorum ad preces quorumdam sociorum, et specialiter 'ad mandatum R. P. D. Praepositi s. Adornari post fratrem Thomam de Aquino, quasi qui colligit racemos post vindemiam, utinam non diminute, collegi.* Tam illustri testimonio rem confectam nemo non videt. Praepositum illum s. Adornari adnotat Echardus fuisse *Adenulphum de Anagnia,* una Canonicum Ecclesiae Parisicnsis : sed qui ne infulam accipere cogeretur,

ad Canonicos regulares Victorinos secessit, vestem eorum induit regulamque professus est, anno 1289 morte sublatus. Ita scilicet *Annales Victorini* ferunt apud Gerardum Dubois in Historia Ecclesiae Parisiensis tomo II, libro XVII, capite π, ubi rem attamen paullo aliter accidisse narrat ipse Dubois num. 14: *In locum,* inquiens, *Ranulfi Episcopi subrogatus est communi Canonicorum consensu Adenulfus de Anagnia, qui olim Praepositus Ecclesiae Audomarensis fuerat et Parisiensis Ecclesiae Canonicus, ac deinde ad Victorinos secesserat. Is quidem confirmationem electionis acceperat, sed ante consecrationem decessit anno* 1289. *In choro basilicae Victorinae sepultus est.* Quod historiae discrimen mihi in medio relinquendum. Quam inde vero coniecturam Echardus haurit, lubens amplector: hanc ab Aquinate lectam fuisse Expositionem, et e suggestu dictatam, cum secundo scholas Parisiis regeret ipse ab anno 1269 ad annum 1271.

Tum seorsim idem prodiit Commentarius, tum ipsum praestant editiones hactenus curatae, quae Thomae Qpera omnia complectuntur. Miratio forte subeat, eamdem *(Expositionem)* silentio praetermissam a loanne' de Columna suo in indice. At miratio nulla fuerit, si animadvertas, hanc inter Opera *reportata* locum habere Postillam, idque genus Opera omnia a loanne de Columna praetermissa. Ipsius divi Thomae prologus a themate incipit, quod ex verbis Isaiae cap. vi, V. i desumptum est: *Vidi Dominum sedentem* etc. Sequitur eiusdem Aquinatis *in prologum b. Hieronymi Expositio: Hic est loannes Evangelista* etc. Nempe Thomae aetate tum iste, cum alii peculiares in novi Testamenti libros circumferebantur prologi sub nomine s. Hieronymi : quos iam Doctori Maximo abiudicandos censet iubetque criticorum natio.

II. Haec ignorasse omnia, quae disseruimus, videtur Sixtus Senensis, qui in Bibliotcca lib. IV, praedictum Commentarium *in loannem,* unius Trithemii fide, adiudicat divo Thomae; seque dubium et ancipitem prodit libro VI, annotatione ccvn. Verba cius sunt: « Thomas Aquinas in » *Commentariis super loannem,* qui eius esse dicuntur, » affirmat Philippum Apostolum, qui Gentiles duxit ad » Christum *(Io. cap.* xn, *vers.* 20 *et. seqq.),* eum esse quem » Lucas octavo capite Actuum *(vers. 5)* refert Samaritis » praedicasse, et Eunuchum Reginae Candacis *(vers.* 27 » *et seqq.)* baptizasse. Adversatur huic sententiae Eusebius » libro 11 Eccles. Histor., capite 1. Chrysostomus hom. xvm » in Actus dicens, eum fuisse unum de septem Diaconis, » secundum a Stephano. Idem confirmat in Collectaneis » Oecumenius....; idipsum Beda in Commentar. Aposto- » licorum Actuum comprobat. »

Trithemii testimonio opus non est, ut Commentarii auctorem addiscamus; cum veterum fide constet dictatum a divo Thoma e suggestu , a Reginaldo quidem auditore scriptis exceptum, sed ab eodem Aquinate correctum adprobatumque. Adnotati a Sixto Senensi loci verba refero: *Gentiles Christum videre volentes non venerunt immediate ad eum, sed ad unum ex discipulis eius, scilicet ad Philippum : et hoc congruenter, quia ipse primus praedicavit his qui erant extra ritum ludaeorum, scilicet Samaritanis, ut habetur Act.* vin, ubi Philippus, de quo loannes, idem adseritur ac Philippus, de quo Actuum loco citato. Miratio nulla subeat: notum quippe compertumque veterum nonnullis eamdem insedisse sententiam : quod etiam diligenter adnotarunt Cotelerius in caput vn libri VI Constitutionum, Valesius in caput xxxi libri III Histor. eccl. Eusebii, et Mbntfauconius in Nota marg, in homil xxxv Chrysost. in Genesim. Dubius haerebat s. Augustinus tract. VI in loannem, num. 18: *Ibi* (Act. vm, V. i 3) *legimus,* inquiens, *multos credidisse in Samaria per praedicationem Philippi: intelligitur autem sive unus ex Apostolis sive ex Diaconis.* Dubio soluto, Diaconum intelligendum censet, non Apostolum serm. cclxvi, al. v, in vigiliis Pentecostes num. 4: *Philippus Evangelista,* inquiens, *qui praedicavit Evangelium in Samaria, unus erat de septem Diaconibus.* Eamdem sententiam tenet, altera satis indicata, Chrysost. hom. xvm in Act. : *Puto certe,* inquiens num. 3, *hunc Philippum ex septem illis esse.* At eumdem Philippum, qui Samaritas ad Christi fidem convertit, *Apostolum* vocant idem Chrysostomus hom. xxxv in Genesim, Tertullianus libro de Baptismo cap. Xvm, Auctor Constitutionum Apostol. libro VI, cap. vn, aliique: quo sane *Apostoli* vocabulo, quod ampliore quadam significatione viris etiam Apostolicis, Evangelii praedicatoribus, ac Philippo Diacono indi potuit, fortasse factum, ut nonnulli existimarent Philippum Apostolum fuisse, qui Samaritis verbum Dei annunciavit. Haec vero satis.

III. Antiquorum testium, quos allegavimus, fidem secutus Casimirus Oudinus, utrumque Commentarium *in Matthaeum et in loannem* tribui posse divo Thomae pronunciat, si opus utrumque inter *Reportata* collocetur. Admonet ipse, 1. *Lecturam* in Matthaeum, quae *in impressis sub nomine sancti Thomae simpliciter inscripta est, ne fucus lectori fiat, inscribendam* in posterum esse, ab eodem Aquinate *explicatam, et a fratre Petro de Adria eius auditore seu discipulo reportatam;* 2. Ad Expositionem in loannem quod attinet, et ipsam a fr. Reginaldo, maiorem sane partem, recollectam fuisse admonendos *in proximis editionibus* lectores esse; *ne omnia ista, quasi propria divi Thomae Opera, vulgus eruditorum opinetur ac credat.*

Votis cius in his nostris Dissertationibus satis puto factum: neque veterum editorum mens alia fuit, qui ab aliis excerpta quidem ex ore dictantis Thomae haec opera novere; Thomae tamen unius doctrinam ac sententiam in eisdem agnoscentes, neque piaculum neque absurdum existimarunt simpliciter sub nomine Doctoris Aquinatis in lucem ea proferre. Modestae censurae, quam hoc loco tulit Oudinus, transiliit metas in Elogio *Petri de Adria,* ut ait, ad annum 1280. Verba eius sunt: *Plura scripsit Petrus de Adria, quae omnia etiamnum habentur sub nomine sancti Thomae Aquinatis inverecunde inscripta, atque inter Opera eius inserta.* Ac si Operum Thomae editores, omni deposita verecundia, libros eripuerint Petro de Andria, ut librorum Thomae numerum impudentes augerent. De inusta *inverecundiae* nota, quod affert, accipe argumentum: « Au- » diamus *(inquit)* ea de re scriptorem, utrique *(Thomae* » *et Petro de Adria)* ferme supparem, eiusdemque fami- » liae Dominicanae, Nicolaum Trivetum in Historia sua, » ubi postquam magna et genuina sancti Thomae recen- » suit Opera atque Ôpuscula minora, subdit: *Alia quidem* » (inquit de sancto Thoma) *inveniuntur sibi attributa,* » *quae tamen ipse non scripsit; sed post eum legentem* » *vel praedicantem ab aliis sunt collecta; ut puta Le-* » *dura super Epistolam ad Corinthios ab undecimo ca-* » *pitulo usque ad finem et Expositio super primum de* » *Anima, quas frater Reginaldus eius socius collegit.* » *Iterum* (ecce opera Petri de Adria) *Lectura super loan-* » *nem et super tertium Nocturnum Psalterii: Collationes* » *de Oratione Dominica et Symbolo: item Collationes do-* » *minicales et festivae : item Collationes de decem Prae-* » *ceptis, quas collegit frater Petrus de Adria ; item Le-* » *ctura super Matthaeum completa, quam partim idem* » *frater, partim saecularis quidam recollegit eius studio* » *delectatus.* »

Quo in loco ipse *inverecunde* miscet omnia Oudinus; cum *Lectura in loannem et super tertium Nocturnum Psalterii* ad opera pertineant, quae frater Reginaldus de Priverno excepit, non frater Petrus de Andria: ipsumque Oudinum, quod attinet ad *Expositionem in loannem,* id affirmantem habemus in Elogio sancti Thomae capite xvm iuxta fidem Bernardi Guidonis et Antonini, suipsius postea immemorem sibique adversantem. Cur vero tam *inverecunde* se gesserint nostrates, Thomae simpliciter eosdem Commentarios tribuentes? Optima certe non defuit illis causa. Fuerit enim utriusque *Expositionis* stylus aut Reginald! Privernatis aut Petri de Andria; doctrina tamen, sententia, interpretatio, ordo Thomam auctorem habent: ipsumque rursum recollectum Commentarium *in loannem* revisit Thomas, correxit, adprobavit.

Caeterum abs morosissimo censore, qui tam leves aliorum festucas insequitur, quaerendum est cur Petrum eodem in ipsius elogio appellet *de Adria, de Andria et Adria-*

nensem, loco natalis in ancipiti relicto? Equidem *Petrum de Adria* habet Trivetus apud Dacherium, habet Bulla Caelestini V apud Fontanam in Provincia Romana; at *de Andria* legimus apud Logothetam, Bernardum Guidonis et sanctum Antoninum, et *Andriam* ferunt Apuliae locum in provincia Terrae Barii lexica Geographorum. Quo rursum teste, qua fide, post indictam anno 1294 die 3 septembris a Caelestino V divisionem Provinciae Romanae a Provincia Regni, hunc Petrum dixerit Oudinus *in Capitulo Provinciali Aquilae in festo Exaltationis s. Crucis Regni Siciliae Provincialem electum fuisse?* Illum in eadem Bulla constitutum a Caelestino legimus Apostolicum novae Provinciae Vicarium ad futuri Provincialis electionem usque proxima festiva Exaltationis s. Crucis die peragendam. At Ordinis monumenta, quae ignorabat Oudinus, produnt apud Vincentium Mariam Fontanam loco citato neque Petrum de Andria novae institutae Provinciae electum fuisse Praefectum, quem *Priorem Provincialem* vocamus, neque praedictam utriusque Provinciae divisionem execution! mandatam esse: hanc vero, data per Bonifacium VIII Constitutione anno 1295 die 1 martii, iterum indictam completamque, atque demum in acta Capituli Generalis Argentinae anno 1296 celebrati redactam. Eadem acta consule typis edita apud Martene et Durand, Benedictines s. Mauri ascetas, tomo IV Thesauri Anecdotorum. In homine importuno censore, qui vel ipsas perquam levissimas tricas arripit, ut in alios litem moveat, tam frequentes ac pingues quis miti animo ferat errores?

DISSERTATIO V.

De Expositione continua, quae appellatur Catena Aurea, in quatuor Evangelia: deque Operis pretio, textura et modo.

– CAPUT I.

Veterum scriptorum fide sancto Thomae adseritur Opus, quod vulgo Catena Aurea in quatuor Evangelia inscribitur. Ipsius Thomae amplissimum testimonium: ratioque in eo contexendo Opere servata.

ontinua *super quatuor Evangelistas* Expositio, latinorum graecorumque Patrum sententiis et glossis, quasi uno tenore contextuque concinnata, quam sub nomine Thomae Aquinatis manuscript! codices praestabant, typis commissa in lucem prima vice prodiit *Romae in Domo Petri et Francisco de Maximis* anno 1470 duobus voluminibus in fol. comprehensa, *praesidentibus Conrado Stveinheim et Arnoldo Pannart;* ac *recognoscente loanne Andrea Episcopo Aleriensi* in Corsica, qui apud Raphaelem Volaterranum libro XXI Antropologiae *in librorum locis emendandis iure laudatur.* loannem Antonium perperam vocat ipsum Ughellus in eiusdem Ecclesiae tabulis. Hanc primam fere innumerae secutae sunt aliae editiones, multiplici typorum figura ac voluminum forma, ibidem Romae et Norimbergae, Venctiis, Lugduni,Coloniae,Parisiis, Rotomagi,Antucrpiae, alibi; eodem retento Thomae Aquinatis nomine, ipsoque Opere doctissimorum virorum studio ac cura diligentius recuso, purgato mendis, si quae irrepserant, additisque locorum indicibus, ex quibus depromptae Patrum scriptorumque sententiae credebantur, locupletato.

Quod egregium Opus ab Angelico Doctorc elucubratum fuisse luculentissimo produnt testimonio veteres scriptores, qui disertam mentionem eius ingerunt, ciusdcmquc conscribendi occasionem, servatamque in eo texendo methodum, aliasqUc loci ac temporis circumstantias diligentissime enarrant. Primus adest Ptolomaeus Lucensis in Historia eccles. libro XXII, capite Xxiv in Muratoriana Scriptorum Italiae collectione : *Tunc* (post electionem Urbani IV Pontificis Maximi anno aerae vulgaris 1261, dic 29 augusti) *frater Thomas rediit de Parisiis ex certis causis et ad petitionem Urbani multa fecit et scripsit, sed praecipue duo. Unum fuit, quod exposuit Evangelia sub initio textu* (leg. *subitineto textu,* vel *sub miro contextu) diversorum Doctorum, ita ut unus auctor videatur. Quod non fuit sine magna tradentis subtilitate et omnino sancti Spiritus inspiratione, cuius organum mirum fuit. Tunc florebat in Ordine fratrum Minorum fr. Bonaventura, patria tuscus et magister in theologia, de quo infra dicetur. Huic Urbanus duo Evangelia glossanda commiserat: sed excusans se propter officium quod habebat, quia Magister Generalis erat, idem Doctor sanctus frater Thomas supplevit.* Fato mortalitatis Urbanus concessit anno 1264, die 11 octobris: adeoque incepti Operis tempus innotescit. Inceptum Opus aio. Summo namque Pontifici Urbano una *in Matthaeum* Expositio a sancto Auctore inscripta fuit: quae sequuntur, post eiusdem Pontificis obitum perfecit ipse Commentationes *in Marcum, Lucam et Loannem;* nuncupavitque fr. Hannibaldo S. R. E. Presbytero Cardinali, ut infra dicendum. Pontifici mentem fuisse ut laborem inter se partirentur Aquinas et Bonaventura Franciscani Ordinis lumen, duoque Evangelia exponeret alter, ac alter duo reliqua, satis indicat Ptolomaeus: simulque testatur, veniam impetrante Bonaventura quominus id ageret, supremae Ordinis Praefecturae quam gerebat muneribus implicitus, integrum ab ipso Thoma compositum Opus completumque.

Sequitur Guillelmus de Tocco. In Aquinatis Vita sic habet ille capite iv: *Scripsit praedictus Doctor Opus super quatuor Evangelia, Sanctorum auctoritatibus miro ordine contextum: ex quibus sic Euangeliorum continuavit Historiam, quasi unius doctoris videatur esse Postilla. In quo Opere mirandum Deus creditur ostendisse miraculum, quia discurrens per varia monasteria et diversorum Sanctorum legens volumina, pro maiori parte ipsorum auctoritates mente retinuit, quas in exponendo notavit.* Quaenam vero tanti momenti negotia fuerint, ut summota quiete ad elucubrandos libros aptissima, *per varia monasteria* Thomas *discurreret,* egregiumque ac laboriosum, de quo agimus, opus discursando concinnaret? Summos nempe Pontifices, Urbanum quartum, eique suffectum anni 1265 initio Clementem quartum, qui pro libito proque temporum circumstantiis in diversis agebant civitatibus, Urbeveteri, Anagniae, Viterbii, Pcrusii, ct ipse Thomas sequebatur, scholam theologicam ubique regens in coenobiis apud nostrates, ac ubique nova in rem Ecclesiae condens ac edens opera, Iacobum Echardum consule in eiusdem Aquinatis Vita.

Succedunt Trivetus, Logotheta, loannes de Columna, Bernardus Guidonis, Petrus Rogcrius postea Clemens sextus. Triveti verba sunt in Chronico apud Dacherium ad annum 1274: *Quatuor Evangelia continuata Expositione de dictis Sanctorum glossavit.* Logotheta in Fragmento, quod Baluzius luci publicae donavit: *Glossas,* ait, *super quatuor Evangelia.* loannes de Columna in Indice, quem integrum nos primi edidimus, *Super quatuor Evangelia,* inquit, *ad Urbanum papam, Opus incomparabile.* Bernardi Guidonis accipe verba apud Oudinum: *Scripsit etiam ad mandatum Domini Papae super quatuor Evangelia Opus insigne miro contextum ordine, ex dictis et auctoritatibus Sanctorum: ex quibus sic uniuscuiusque Evangelistarum quatuor continuavit historiam, quasi unius doctoris videatur lectura.* Rogerii denique in eo sermone, qui incipit *Vir Dei es tu* etc. habito coram summo Pontifice loanne XXII in solemniis Canonizationis b. Thomae mense iulio anni i3z3 verba sunt apud Echardum et Oudinum: *Scripsit super quatuor Evangelia ex puris Sanctorum auctoritatibus mirabile Opus connexum, ac si per unum hominem omnia essent dicta.* Alius ab Echardo sermo profertur, cuius initium : *Ecce plusquam Salomon hic* etc., ab eodem Rogerio habitus in ecclesia Parisiens! sancti Iacobi coram doctorum Universitate anno insequente *thi^feria 4 quatuor temporum Quadragesimae,* scilicet die 7 martii, littera dominicali currente A G in quo haec habentur: *Stiper quatuor*

.Evangelia Opus mirabilissimum ex dictis omnium Sanctorum recollegit: ubi eorum dicta sic contexuit, ac si per unum solum ordinatissime essent facta.

Novum accedit, illudque praeclarum, testimonium *fratris Conradi de Suessa, sacerdotis Ordinis Praedicatorum antiqui.* Perhibet ipse, *testis citatus et iuratus* in Processu canonizationis cap. v, n. 47 apud Continuatores Bollandi: *Quod cognovit et vidit eum* (Thomam) *et conversatus fuit cum eo pluribus annis Neapoli, Romae et in Urbeveteri tempore fel. ree. Domini Urbani Papae: ubi de mandato suo idem frater Thomas fecit Expositiones super quatuor Evangeliis.* Locum animadverte scilicet *Urbemveterem,* in quam, Viterbio relicto, secesserat Urbanus anno 1262 ad finem vergente: *ubi* Thomas, iubente Pontifice, mentem operamque applicuit ut quatuor Evangeliorum texeret Expositionem. Urbeveteri die 9 septembris anni 1264 discessit Urbanus, mortemque Tudcrti dic 2 octobris obiit: adeoque intra biennii spatium tum continuam Expositionem *in Matthaeum* complevit Aquinas dicavitque Pontifici; tum alias paraverat Expositiones *in Marcum, Lucam et loannem,* quas post eiusdem Urbani obitum perfectas completasque inscripsit Hannibaldo S. R. E. Presbytero Cardinali.

Hisce demum synchronis supparibusque testibus consentiunt sequioris aevi diligentissimi scriptores, Valleoletanus et Pignonus apud Echardum, ct s. Antoninus in Chronico parte 111, titulo xvm, capite x, §. 11.

II. Omnium denique amplissimum de Opere suo fert ipse Thomas testimonium. Eius extant in codicibus manuscriptis editisque exemplis nuncupatoriae epistolae duae, quas h actenus criticorum nemo aut rciicerc ausus est aut in dubium vocare, *Matthaei Evangelio* altera, ac altera *Marco* et *Lucae* ac *loanni* praefixa; quibus impositum sibi ab Urbano quarto Pontifice Maximo munus, complctamque adhuc eo in vivis agente Expositionem *in Matthaeum,* manum ultimam post eius obitum integro operi admotam, susceptiquc demum laboris methodum ac rationem, luculentissime narrat ipse ac declarat.

Nuncupatoria. prior ad Urbanum Pontificem Epistola incipit: *Sanctissimo ac Reverendissimo Patri Domino Urbano divina providentia Papae Quarto frater Thomas de Aquino Ordinis Fratrum Praedicatorum, cum devota reverentia pedum oscula beatorum.* Hanc unam *in Evangelium Matthaei* perfectam a Thoma Expositionem ante emortualem Urbani diem 2 octobris anni 1264 eidemque Pontifici nuncupatam iam adnotavimus. Quae narrat vero ipse Thomas, quaeve admonenda de opere elucubrato duxit, haec sunt: 1. Sibi *commissum* a Summo Pontifice Urbano quarto ut *Matthaei Evangelium* commentationibus explanaret: 2. Consultis perlectisque *diversis doctorum libris,* confectam *praedicti Evaitgelii Expositionem continuam*: 3. Adhibita quidem *certorum auctorum verba;* at *Glossas* ut plurimum, quae ferebantur, decerptas, easdemque *sub Glossae titulo praenotatas:* 4. Curam fuisse *in Sanctorum dictis, ut singulorum auctorum nomina* describerentur, *necnon in quibus habeantur locis assumpta testimonia* indicaretur: 5. Praetermissam, utpotc supervacaneam, hanc diligentiam, *cum decerperentur libri et expositiones super loca quae exponebantur:* unde *sicubi nomen inveniatur* (exempli causa) *Hieronymi, de libro mentione non facta, intelligendum esse, quod hoc dicat super Matthaeum et in aliis rationem similem* passim et ubique *servatam:* 6. At sententias illas, quae *de commentario Chrysostomi super Matthaeum sumuntur, oportuisse inscribi in titulo super Matthaeum ut per hoc ab aliis quae sumuntur de eius Homiliario distinguerentur:* 7. In ipsis autem *Sanctorum testimoniis,* quae allegantur et afferuntur, *plerumque de medio* aliqua consulto *rescissa ad prolixitatem vitandam:* ac etiam sententiarum verborumque *ordinem commutatum,* sive *ad manifestiorem sensum* assequendum, vel ut ipsi *litterae* magis *congrueret* expositio: 8. Factum vero *interdum,* ut *sensus* exprimeretur *verbis demissis:* idque *praecipue in Homiliario Chrysostomi, propter hoc quod est translatio vitiosa:* 9. Neque solum *litteralem* denique *sensum* explanatum, verum etiam *mysticum:* itemque *errores* contra fidem *interdum destructos, confirmatamque catholicam veritatem.* Exploratissimam mentem habes Thomae: operamque intclligis ab eo in hoc Opere *super Evangelium Matthaei* adhibitam, quam verissime, candido animo, sine fuco ipse patefacit.

Evangelio Marci altera praemittitur Epistola nuncupatoria, cuius initium est: *Reverendo in Christo patri domino Hannibaldo Basilicae* xu *Apostolorum venerabili Presbytero Cardinali,frater Thomas de Aquino Ordinis Fratrum Praedicatorum, se totum.* Mandatum memorat pridem acceptum a Summo Pontifice Urbano quarto: *Evangelicae sapientiae,* inquiens, *a saeculis in mysterio absconditae, quam in lucem produxit Dei Sapientia incarnata, ministerium expositionis adhibui, sacrorum doctorum sententias compilando ad quod me induxit primitus fel. rec. Urbani Papae quarti mandatum.* Expositionem in *Matthaeum,* quam adhuc inter vivos agente Pontifice compleverat, ipsi nuncupavit. Unde subdit: *Verum quia eo Summo Pontifice ex hac vita subtracto, tria Evangelia, Marci, Lucae et loannis, exponenda restabant; ne opus quod obedientia inceperat, negligentia imperfectum relinqueret, cum multo labore diligens adhibui studium ut quatuor Evangeliorum Expositionem complerem.* Constitutas vero in priore epistola regulas in reliquo opere perficiundo tenuit: *Eadem,* inquiens, *in omnibus forma servata in ponendis Sanctorum auctoritatibus ac eorum nominibus praescribendis.* Sed aliquid etiam diligentioris operae contulit, quod his verbis patefacit: A7 *ut magis integra et continua praedicta Sanctorum Expositio redderetur, quasdam expositiones doctorum graecorum in latinum feci transferri, ex quibus plura expositionibus latinorum doctorum inserui, auctorum nominibus praenotatis.* Plurimae sunt ipsi agendae gratiae, cuius labore ac studio commentationes et glossae scriptorum Ecclesiae graecae, quae manuscriptis in codicibus delitescebant, innotuerunt Latio. Quod *Expositionis evangelicae* demum *opus,* sui *laboris fructum, Apostolorum Presbytero* fratri Hannibaldo de Hannibaldis *obtulit* nuncupavitquc.

Hannibaldi ex perillustri et antiqua Hannibaldensium gente Romae nati, Ordinis Praedicatorum ab adolescentia professoris in Urbe apud s. Sabinam, clarissimi viri litteris moribusque, elogium texit lacobus Echardus in Bibliotheca. Sanctae Romanae Ecclesiae Presbyterum Cardinalem tit. xu Apostolorum ab Urbano quarto renunciatum coniectat idem Echardus in prima creatione mense decembri anni 1261 facta, iuxta Stephani Salanhaci scriptoris aequalis non spernendi fidem et auctoritatem: *Fratrem Hannibaldum Romanum magistrum in theologia,* inquientis, *assumpsit in Presbyterum Cardinalem basilicae duodecim Apostolorum Dominus Urbanus Papa IV anno Domini 1261.* Hanc illi conlatam dignitatem in secunda creatione, eodem mense decembri anni 1262 putant Onuphrius et Oldoinus: vel anno insequente 1263 Ciaconius et Frizonius. Quod attamen evenisse probat ac evincit Franciscus Pagitis in Breviario Romanorum Pontificum, *in secunda* quidem *creatione* et *anno* rursum 1262, sed *mense maio;* fide allegata Gregorii Decani Baiocensis qui vitam scripsit Urbani, ct Theodorici Vallicoloris tunc viventis, qui Antheri eiusdem Summi Pontificis nepotis iussu gesta patrui litteris consignavit. Pracstantissimum Cardinalem nostrum *frater Thomas valde dilexit,* teste Ptolomaco Lucensi in Historia eccl. libro XXII, capite xxni, eique maiorem partem *Expositionis continuae in Evangelia,* quam post obitum Urbani Papae complevit, dicatam voluit. Fato mortalitatis concessit Hannibaldus anno 1272 ut prodit Salanhacus: unde ante hunc annum et post annum 1264 scriptum a Thoma completumque insigne opus.

CAPUT II.

Petrus dc Alva refellitur, qui Catenam typis editam adiudicnre Pontio Carbonello Ordinis Minorum alumno ausus esi. Quorumdam codicum et nuncupationis ad Patriarcham Gradensem, ac aetatis Carbonelli examen.

I. TDraefatum sancti Thomae Opus, luculentissimis vete-
JU rum scriptorum, et ipsius Thomae munitum testimoniis, in editionibus prostare, quotquot ab anno 1470 quampluribus in locis, operam suam doctissimis viris prae-

stantibus, curatae sunt, tum seorsum, tum coniunctim cum reliquis Angelici Doctoris elucubrationibus, ambigebat nemo, neque ulla certe ambigendi ratio est; donec medio circiter aerae nostrae Christianae saeculo decimo septimo, primus et solus Petrus de Alva et Astorga Ordinis Minorum et rem dubiam facere, et confidenter inficiari ausus est. Tentamina eius prima habentur in *Sole veritatis* etc. et in *Nodo indissolubili* etc.; coram denique palamque pugna indicitur in duplici libello hispanice vulgato, quorum alteri titulus est: *Indicio de Salomon* etc. sub nomine fr. Martini Perez de Guevara Lovanii i663 in 12, inscribiturque alter: *Rcspuesta sin respuesta* etc. Caesaraugustae eodem anno i663 in 12.

Epistolas, quas recensuimus, Urbano IV Summo Pontifici et Hannibaldo S. R. E. Presbytero Cardinali inscriptas, veluti spurias confictasque non reiicit ille; immo pro genuino habet eas Thomae Aquinatis foetu. Hinc earum auctoritate pressus, fateri cogitur continuam quamdam in evangelia Expositionem ab eodem Doctore, mandante Pontifice, concinnatam esse; ab ea tamen longe diversam, quae hactenus typis prodiit, quamve praestant frequentiores codices mss. in -bibliothecis adservati. Adscrit porro genuinam Thomae Expositionem *a se visam* in Belgio servari, in monasterio Canonicorum regularium Corsendoncano ad Antuerpiam, quae prelum nondum passa est; illamquc vero, quae typis edita legitur, falso Thomae veluti auctoris nomine inscriptam, cum sit legitimum Pontii Carbonelli Ordinis Minorum opus: et huic demum, utpote accuratiori, praefixas Dominicanorum sodalium fraude nuncupatorias epistolas, quas pro alia sua continua Expositione Thomas dederat. Pergit ille, ac ait: Carbonellum ab anno 1224 grande incepisse Opus catenae sanctorum Patrum in universa Biblia: partem illam, quae commentarios in quatuor Evangelia complectitur, anno 1240 inchoatam et anno 1252 completam, loanni Patriarchae Gradensi *(Juan Patriarca Gradense)* nuncupatam fuisse, antequam Operi suo elucubrando manum Thomas admoveret: ac laboriosissimum denique Opus, octo voluminibus comprehensum, in Toletano fratrum Minorum coenobio s. loannis *de los Reyes* etiamnum servari: atque septimo volumine ipsissimam contineri Catenam in quatuor Evangelia sub nomine s. Thomae typis editam.

Commentum hocce, quod omnium fabulosissimum sesc prodit ipsum, egregie confutarunt nostrae gentis scriptores, Vincentius Baronius, Francischs lanssens Elinga, lacobus Echardus, itemque exteri duo, quos novi, Nicolaus Antonius in Bibliotheca Hispanica veteri et Casimirus Oudinus, qui lansium passim exscribit. Rem et ego pro virili aggredior. Nova profero argumenta, quae fabulam excogitatam reficiunt; veterumque (ut ita dicam) argumentorum vim aut luculentius expono, aut magis acuo. Age vero. Genuinas fatentur omnes, fatetur ipse Petrus de Alva epistolas illas, quae Thomae Aquinatis nomen praeferunt, et continuam in quatuor Evangelia Expositionem offerunt Urbano quarto Pontifici et Hannibaldo Presbytero Cardinali. Atqui adamussim praestita inveniuntur omnia in Opere, quod in editis exemplis et manuscriptis codicibus sub Thomae nomine prostat, quae in eisdem epistolis proposuit sibi servanda idem Thomas: unde non alterius, nisi Thomae Opus illud est. Ita namque sententiis Patrum scriptorumque ecclesiasticorum simul contextis, continuam se adornasse Expositionem narrat Aquinas, ut *singulorum nomina* expresserit; loca etiam indicaverit, ex quibus eruta sunt *assumpta testimonia;* et hanc diligentiam praetermiserit, cum ipsi decerperentur *libri,* aut *expositiones* adducerentur *supra loca quae exponebantur.* At in Opere, quo de agimus, nomina legis Patrum scriptorumque: sententiarum quoque promuntur loci, v. g. *Augustinus de Quaest. novi et veteris Testamenti, Abbas Isidorus ad Archipresbyterum, Cyrillus in Epistola ad loannem Antiochenum, Leo ad Constantinopolitanos;* sed *Hieronymus demum, Rabanus, Remigius,* aliique frequentius indicato loco nullo allegantur, quorum nempe sententiae ex ipsorum commentario in eumdem textum, quem Thomas exponebat, depromptae sunt. Ad loannem Chrysostomum quod attinet, peculiaris est Thomae animadversio: ea scilicet testimonia, quae *de Commentario* ipsius *super Matthaeum sumuntur, oportuisse inscribi in titulo super Matthaeum, utper hoc ab aliis quae sumtmtur de eius Homiliario distinguerentur.* Quae sane distinctio, variusque locorum index passim in Opere occurrit, constantissimeque observatur hoc modo: *Chrysostomus,* vel *Chrysostomus in Hoinilia,* ac deinde *Chrysostomus super Matthaeum.* Thomas admonet *plerumque aliqua de medio* sententiarum *rescissa,* verborumque *ordinem commutatum,* ac interdum *verbis dimissis* redditum *sensum:* et haec oppido omnia proprio experimento nosse cuique licet in Expositione typis edita, posuitque sub oculos loannes Nicolaius, qui in editionibus abs se curatis integra testimonia improbo labore restituere nisus est. Verum denique *mysticis* interpretationibus et *errorum* confutatione (quae duo se praestiturum pollicetur Aquinas) totum scatet typis excusum Opus, quod versamus: ac praeter latinos adhibentur etiam graeci Patres, quorum *expositiones* Latio se curante redditas ipse Thomas testatur: latinaeque translationes, homiliarum maxime Chrysostomi, minus accuratae videntur, sed potius eodem admonente *vitiosae.* Tam bene perfecteque regulis omnibus, quas mente conceptas, sibique propositas declarat Aquinas in epistolis nuncupatoriis, typis edita continua Expositio super quatuor Evangelistas congruit, ut alterutrum eligi omnino debeat, aut eamdemExpositionem genuinum esse divi Thomae foetum, aut spurias confictasquae praedictas epistolas. Partem alteram nec audet adserere Petrus de Alva, neque potest: priorem ergo partem amplectatur, adseriptumque Pontio Carbonello Opus vero parenti restituat Thomae Aquinati.

Opus quidem in Evangelia quatuor, sanctorum Patrum scriptorumque ecclesiasticorum sententiis contextum, ab Aquinate mandatis Urbani IV obsequente elucubratum fuisse, luculentissime testantur veteres omnes, qui saeculo tertiodecimo et quartodecimo accuratissimos indices Operum ipsius Thomae texuerunt. Atqui egregiam hanc lucubrationem intra huiusce temporis spatium, quod ad inventam typographiam usque excurrit, non periisse, immo frequentiores eiusdem codices manuscriptos in bibliothecis publicis privatisque adservatos, ex eodem colligitur scriptorum testimonio, qui Opus recensent et pretium eius celebfant ac methodum patefaciunt in eo texendo servatam, nuspiam iacturam indicantes, verum quod legebant oculis manibusque contrectabant bona fide exponentes. Meminit quidem Ptolomaeus Lucensis in Historia eccl. libro XX111, capite xv cuiusdam *primi* libri, quem Thomas *Romae* anno circiter 1261 *scripsit super Sententias;* simulque addit, *quem ego vidi Lucae, sed inde subtractum nusquam ulterius vidi.* Commentarios *in Isaiam* recensent laudatus Ptolomaeus, Bernardus Guidonis et s. Antoninus; at eosdem *raro inveniri* in bibliothecis lectores admonent. Memorat loannes de Columna Postillas *in Epistolam ad Romanos et in Epistolam ad Corinthios;* et ad alias quod attinet, adnotare non praetermittit: *Et licet,* inquiens, *raro reperiantur, tamen a fide dignis audivi quod ipse scripsit super omnes Epistolas Pauli.* Nihil simile de Opere, quo de agimus, quodve praedicti diligentissimi nomenclatores *mirandum* vocant, *incomparabile, miro artificio contextum,* ab eisdem animadversum; quod eius dolendam iacturam indicet, aut codicum paucitatem. Collige vero iam duo: tum fabellam esse, quam profert Petrus de Alva, de uno codice Corsendoncano genuinam Thomae Expositionem servante: tum plurimos huiusmodi codices exstitisse, ac etiamnum extare, ex quibus editiones Operis sub nomine Thomae, tamquam veri auctoris, prodierunt.

Codices manuscriptos, qui post apotheosim sancti Doctoris exarati fuerint, veluti dubiae aut nullius fidei reficiendos pronunciat censor. Verum enimvero tum isti, cum antiquiores, qui bonis avibus non pauci supersunt, absolutissime conveniunt omnes, eamdemque sub nomine Thomae praestant *continuam Expositionem* iam typis editam. Codices manuscriptos triginta numerat doctissimus Echardus, quorum alios ipse oculis lustravit, legit alios in indicibus bibliothecarum Italiae, Galliarum et Belgii: ac longe plures quidni*, servent tot aliae in Europa publicae priva-

taeque bibliothecae? Sunt aliqui vero ipsius Thomae aetate, monente Echardo, exarati, pluresque saeculo tertiodecimo ac saeculo insequente alii, aliique post ann. 1400. Exempla duo, quae ad aetatem Thomae pertinent, in bibliotheca Sorbonae Parisiensi adservantur: testaturque laudatus Echardus exstare in primo imaginem tenuiore penicillo pictam, in qua figura Dominicanam vestem induta, idest sanctus Doctor, suum Opus offerre Summo Pontifici exhibetur. Codicem memorat Possevinus in Apparatu sacro tomo II, *vetustissimum bibliothecae* olim *Marcelli Secundi Romani Pontificis,* quem versavit *accuratissime Emmanuel Sa* theologus Societatis Iesu. Codices demum bene multos idem profert'Echardus, tertiodecimo saeculo nondum elapso scriptos, qui obvii prostant Parisiis apud Saniacobaeos Fratres, et Canonicos Victorinos, et in bibliotheca Colbertina, cum hoc titulo plerosque: *Incipit Expositio continua edita a ven. fratre Thoma Ordinis Praedicatorum super quatuor Euangelia.* Sed hisce vetustissimis, diligenti collatione facta a doctissimis viris, simillimi sunt, qui saeculo quartodecimo ac deinceps ante inventam typographiam descripti fuere codices; ac hisce demum omnibus consonant quotquot hactenus typis excusa prodierunt exempla; ut iam typis editam continuam Expositionem divo Thomae Aquinati adiudicare necessum sit; aut codices nedum recentiores, sed vetustos omnes veluti falsatos reiicere: quod audaciae summae, immo dementiae fuerit.

Fidem supremam eisdem codicibus, ac inde prodeuntibus editionibus, conciliant praefixae nuncupatoriae Epistolae, quas Thomas dubio procul omni scripsit. Figmento opus fuerat ut hanc argumenti vim elevaret Petrus de Alva: sodales nempe Dominicanos accuratiori Catenae, quam Pontius Corbonellus confecerat (si ulla tamen ab eo auctore prodiit unquam) scriptas a Thoma pro sua elucubratione nuncupatorias Epistolas praefixisse. Fuerit ergo oportet sodalibus Dominicanis libera ac integra facultas Aquinatis nomini supponendi Catenam, quam alius confecerat. An igitur codices manuscriptos, qui Carbonelli nomen praenotatum habebant, comparaverint nostrates ac possederint omnes, ut uno vel altero excepto, quibus nomen Thomae inscriberetur, reliquos absumerent igne aut alio quocumque modo perderent, quin aliqui bonae notae in medium aliquando proferri possent, queis enormis patefieret impostura? An potius, abraso veri auctoris nomine, omnes falsare codices potuerint, quotquot publicis in bibliothecis privatisque in scriniis exstabant, quin audacissimum facinus proferri in lucem in posterum posset? Sed haec concipere insano capiti licet. Adeo ne linguam et calamum cohibuissent fratres Minores, ut tam grave furtum vel impudentem rapinam, silentio sibi imposito, aequo ferrent animo; sodalique suo egregium opus, quod falso Aquinati inscriptum nosse poterant, vindicare noluerint?

II. Codicem *Corsendoncanum* opponis, quem longe diversum ab editis attestaris. Cur vero codicem unum praeferas tot aliis, quos memoravimus post Echardum? Animadverte scriptum manu codicem illum dici *anno 1431 per fratrem Walterum Vande Vliet,* regularem eius loci Canonicum: cur ergo caeteris bene multis eiusdem aevi exemplis ac aevo superiore exaratis praestiterit idem codex? Immo vero lis denique omnis fide praedicti codicis dirimatur: siquidem in eo, Canonicis Corsendoncanis testimonium perhibentibus apud Echardum, ipsissima legitur Expositio in quatuor Evangelia, quae ab incunabulis typographiae sub nomine Thomae Aquinatis prodiit, quaeve in aliis codicibus vetustis et recentibus continetur. Abeant ergo Petri de Alva figmenta.

Codicem profers in Toletano monasterio servatum, in quo eadem continetur sub nomine Pontii Carbonelli Catena, quae typis edita est sub nomine Thomae. Nempe, Opus illud falso inscriptum Pontio Carbonello probant ac evincunt quotquot hactenus disseruimus. At Carbonellum suam complevisse expositionem in Evangelia reponis, antequam Catenae suae contexendae operam daret Aquinas. Argumenta forent afferenda, queis elucubratum a Carbonello simile opus evinceres. Confectum vero ab eo fuerit; at non illud, quod ais in volumine Toletano prostare; cum istud et veterum scriptorum auctoritas, et codicum qui Thomae aetate ac deincCps exarati fuerunt fides, et ipsius Thomae amplissimum testimonium ac mira consonantia cum regulis ab eodem Thoma constitutis, genuinum solius Thomae foetum demonstrent.

Quid? quod si qua demum Catena in Evangelia a Carbonello contexta fuerit, non ipse (ut ais) Thomae, sed iste Carbonello praeivit. Quod ipse narras adsumo, ac principii loco statuo: laudati Carbonelli opus Ioanni Patriarchae Gradensi *(Juan Patriarca Gradense)* nuncupatum fuisse. Atqui vero apud Ughellum in serie Patriarcharum Gradensium et apud Dandulum in chronico, recensitum legimus *Ioannem Signale,* vel *Signolo Patriarcham Gradensem* ab anno 1182 aut verius 1186 ad annum usque 1200 circiter; quem satis est memorasse, utpote longe dissitum tempore a re qua de agimus. Alter occurrit eiusdem Ecclesiae Patriarcha *Ioannes Anconitanus* ab anno 1272 ad annum 1279, itemque tertius *Ioannes de Zambottis* ab anno 1406 ad annum 1408, neque alium, nomine *Ioannem,* Dandulus et Ughellus numerant, qui intra saeculum tertiumdecimum et insequens Gradensem Ecclesiam Patriarchalem rexerit. Fuerit ergo *Ioannes Anconitanus,* cui Pontius Carbonellus, ut Petro de Alva indulgcamus, opus suum nuncupaverit. De anno 1272, quo ipsum Gradensi Ecclesiae praefectum narrat Ughellus, dubium nullum: favent quippe et calculi Danduliani, diemque *nonam septembres* addit ipse Ughellus ex *Regesto Vaticano.* Iam habeo Catenam Carbonelli, si qua umquam exstitit, ante annum 1272 nuncupari *Patriarchae Gradensi,* qui *Ioannes* appellatus fuerit, non potuisse. Itaque toto aberrat ostio Petrus de Alva, qui refert idem opus anno 1252 completum, eidemque Ioanni nuncupatum; cum Gradensem Ecclesiam nemo rexerit adsignato anno Patriarcha, nomine *Ioannes.* Neque dixerit anno 1252 completum quidem opus, at illud post annum 1272 nuncupatum Ioanni: nec enim in hisce historiae factis hariolari licet, quaeve placent ac arrident pro genio ingenioque proferre, teste nullo, fide nulla: neque rursum verisimile est, Catenam suam in Evangelia complevisse Carbonellum, eamque in scriniis repositam viginti servasse annos; ac tandem Gradensem Patriarcham, qui *Ioannes* vocaretur, veluti exportasse, cui opus longe antea elucubratum perfectumque denique nuncuparet. At an. 1272 retento, perspicue iam patet, tum ante octo annos 'completam a divo Thoma Expositionem *in Matthaeum,* eamdemque Urbano Quarto inscriptam, qui anno 1264 die 2 octobris vita migravit: tum etiam Commentationes in *Marcum* et *Lucam* et *Ioannem* ante annum 1272 elucubratas, utpote quae Hannibaldo Presbytero Cardinali nuncupatae fuerint, quem fato mortalitatis concessisse eodem anno 1272 adnotavimus. Aut ergo nuncupatoriam Carbonelli epistolam, *Ioanni Patriarchae Gradensi* inscriptam, reiiciat Petrus de Alva; aut Carbonello praeivisse Thomam in Catena texenda fateamur.

De ipso Pontio Carbonello quaerendum postremo loco esset quis ille fuerit, quove saeculo vitam egerit ac floruerit: responsaque optanda forent, quae synchronis supparibusque probatae fidei monumentis inniterentur. Duplicem memorat Echardus notitiam eius ex Historiis seraphicis. Tradit altera datum ipsum morum magistrum s. Ludovico nono Francorum Regi: altera s. Ludovico confessori, Caroli II utriusque Siciliae Regis filio primogenito. Qui primam sectantur notitiam, ad illud munus Carbonellum anno 1239 adlectum narrant; id anno 1287 contigisse, qui alteri notitiae adhaerent. Satis Petro de Alva arridet prima: hanc habet pro fabula Wadingus altcramque amplectitur. Verum et haec omnia per solam coniecturam dicta sunt, nullo vetusto fulta documento. Immo Carbonellum detrudit ad quartumdecimum saeculum Nicolaus Antonius in sua Bibliotheca veteri hispanica; allegatquc monumenta anni 1337 in quibus legitur *fr. Pontius Carbonellus Provincialis Aragoniae.* Sed haec, quae diligentius expenderint alii, missa facio.

CAPUT III.

Adscitilius, tametsi vetustus, Catenae titulus: primigenius inquiritur. Patres scriptoresque ecclesiastici, quos in eodem Opere concinnando adhibuit Thomas. Ioannis Nicolai labores et curae laudantur.

I. J~~)raeclarae Expositionis, quam Thomae nostro Aquinati certis et inconcussis argumentis hactenus vindicavimus, primaevum ab ipso auctore impositum perquiro titulum, Ioannes Albertus Fabricius in Bibliotheca graeca libro V, cap. xvn, num. i, vol. VII ubi *Catenas Graecorum in sacrae Scripturae libros* recenset, sic habet: « *Catenae* » autem vocabulo primus, ni fallor, hoc sensu usus ex » Latinis Thomas Aquinas est: nam Graeci quidem scripta » huiusmodi vocant επιτομά; ερμηνειών ut apud Lambe- » cium III pag. 60 sive ερμηνειαν συνερανισΟεισαν sive » έξη'γησιν συλλεγεΐσαν εκ διαφόρων πατέρων etc. Non » absurde autem *Catenae* vocabulum hisce scriptis applic- » catur; quoniam ut catena ex pluribus constat annulis » inter se connexis, sic illae expositionem librorum sacro- » rum ex plurimis scriptorum cogitatis contextam offerunt.» Aptissimam vocabuli *Catenae,* huiusmodi scriptis adplicati, interpretationem accipimus a Fabricio: at fallitur ille Thomam Aquinatem proferens, qui primus hoc sensu usus eo vocabulo fuerit. Non alium ipse Operi suo titulum inscribendum cogitaverit, nisi quem in Epistolis nuncupatoriis diserte proponit ac exprimit; in priore ad Urbanum IV inquiens: *Sollicite diversis doctorum libris praedicti Evangelii* (secundum Matthaeum) *Expositionem continuam compilavi:* et in altera ad Hannibaldum: *Ministerium Expositionis adhibui.... ut quatuor Euangeliorum Expositionem complerem... et ut magis integra ct con-. tinua praedicta sanctorum Expositio redderetur.* Cuique patet Operi suo inditum a Thoma titulum *Expositionis continuae.*

Diligentiam Fabricii fugerunt haec verba sancti Doctoris; at suum olfecit ipse tamen errorem capite citato num. 17, ubi de *Catena aurea* eiusdem Aquinatis disserens, hanc notam appingit: « Ita (nempe *Catena)* inscribitur in recen- » tioribus editionibus; sed in antiquioribus video *Glossam* » *continuam* vocari; ideo dubito iam Thomas ne ipse » *Catenae* vocabulo usus fuerit, uti ab eo factum supra » innui. Est mihi ad manus editio anni 1476 fol. sine loci » notatione. » Immo nullius dubitationis locum citata Aquinatis verba relinquunt, quae diligentissimo bibliographo legere licebat. Titulum *Glossae continuae* antiquioribus editionibus inditum adnotat ille: allegatque editionem anni 1476 fol. sine loci notatione. At frequentius editiones antiquiores prodiere sub hoc titulo: *Continuum sancti Thomae.* Ipsum offert apud Echardum exemplum typis editum Venetiis anno 1474 in 4, itemque prima editio Romana anni 1470 fol. quam Fabricius ignorasse videtur ut ex eius verbis colligitur, quae habentur num. 17 citato: *Prodiit ab anno 1474 saepius separatim variis in locis;* ac si prima fuerit illius anni 1474 editio.

Parisinam editionem anni 1517 profert Echardus, dignam animadversione. In calce haec habentur: *B. Thomae Aquinatis Continuum in quatuor Evangelistas multis mendis tersum felici auspicio finem suscepit in Academia Parisiensi expensis Ioannis Petit anno i5i~,* 11 *kal. septemb.* Antiquum operis titulum habes: at in fronte inscribitur: *Catena aurea, opus videlicet insigne sanctissimi et excellentissimi Doctoris divi Thomae Aquinatis in quatuor Evangelistas* etc.

Novus adhiberi iam coeperat titulus *Catenae* in editionibus, quae curabantur. Lugdunensem editionem ad manus habeo anni 1520 in 8, in qua singulis commentariis in singulos Evangelistas haec praefigitur inscriptio: *Divi Thomae Aquinatis Continuum in librum Evangelii secundum Matthaeum:* vel *super Evangelio sancti Lucae Continuum sancti Thomae* etc. At generalis in fronte titulus his verbis effertur: *Catena aurea Angelici Thomae Aquinatis in quatuor Evangelia ex receptissimis Ecclesiae Doctoribus miro artificio concinnata.* Haec habet vero fr. Lambertus Campester theologus in nuncupatoria Epistola ad Rolinum de Sinemuro, Archipraesulis Lugdunensis vicarium: *Inter reliqua Angelici ingenii sui monumenta hos Commentarios fabre contexuit, quos Glossulas continuas, aut certe Catenam appellitant auream, utroque haud inconcinno vocabulo.* Campestri ex Ordine Praedicatorum elogium vide apud Echardum. Desunt mihi quae per haec tempora prodierunt editiones; quibus invicem comparatis consultisque, certum inditi *Catenae* tituli tempus definire liceat. Lucem aliquam affert quae Venetiis anno 1521 ab Alberto Castellano Ordinis Praedicatorum curata est in fol. Inscribitur ea quidem, *Opus aureum s. Thomae de Aquino super quatuor Evangelia* etc.; at in calce haec habentur: *Sanctissimi Aquinatis de Ordine fratrum Praedicatorum Doctoris Angelici et clarissimi in continuam Explanationem sanctorum quatuor Evangelistarum iussu sanctissimi Pontificis D. Urbani PP. Quarti a se editam: Cathena aurea nuperrime nuncupata, per ven. p. fr. Albertum Castellanum venetum eiusdem Ordinis infinitis mendis purgata* etc. *Venetiis mandato et expensis Heredum nobilis viri D. Octaviani Scoti Modoetiensis Sociorumque anno salutis i52i, i3 novetnbris diligentissime impressa.* Titulum ergo *Catenae* anno 1521 *nuperrime* in editionibus inditum scribebat Castellanus.

Sed illum offerunt antiquiores manuscript! codices. Scriptus saeculo xiv apud Echardum prostat, in bibliotheca Ecclesiae Turonensis adservatus, in quo inscriptio legitur: *Cathena Thomae de Aquino in Matthaeum et Marcum.* Alius ibidem recensetur *in Lucam et Ioannem* anno 1443 manu exaratus. Immo paullo j'iost sancti Doctoris obitum usurpari coeptum *Catenae* titulum, colligi doctissimo Iacobo Echardo videtur posse ex testamentariis tabulis Nicolai de Freauvilla, S. R. E. Cardinalis ex Ordine Praedicatorum adsumpti, a Baluzio tom. II, *Paparum Avenionensium* col. 410 et seqq. luci publicae datis. Confectae leguntur *anno Nativitatis Domini i32i indictione* iv *die 16 mensis octobris.* Quae verba ad rem faciunt, haec sunt: « Item » declaramus, quod libri, videlicet *Biblia, Summa decreta- ti Hum* in duobus volutn., *Summa contra Gentiles et Se-* » *eunda Secundae,* quos habebamus antequam essemus fa- » ctus Cardinalis, fuerunt dicti conventus Ordinis Prae- » dicatorum Rothomagensium.....Item legamus dicto » conventui fratrum Praedicatorum Rothomagensium *Sum-* » *mam,* quae dicitur *Catena aurea,* pro communi studio. » Quo in loco, nomine *Catenae aureae,* tametsi divi Thomae nomen non addatur, non aliud intelligi opus debet (animadvertente Echardo) nisi eius Expositio in Evangelia ex sanctorum Patrum auctoritatibus contexta: quemadmodum cum superius, ubi dc libris restituendis agitur, *Summa contra Gentiles* simpliciter appellatur, et *Secunda Secundae,* nemini dubium esse poterat quin haec Opera Thomae Aquinatis essent. Quae si ita se habeant, non longe a Thomae obitu opus, quo de agimus, vulgo *Catena* vocitari solebat et *Catena aurea:* at eidem primi Editores frequentius titulum inscripsere *Continui, et Glossae continuae,* sanctissimi Auctoris verbis convenientem, qui Commentationes suas in Epistolis nuncupatoriis appellavit *Expositionem continuam.*

II. Ad intimam, ut ita loquar, texturam Operis iam sermo procedat. Ipse Thomas perspicue declarat eam. In Epistola ad Urbanum IV: *Diversis doctorum libris,* inquit, *praedicti Evangelii* (in Matthaeum) *Expositionem continuam compilavi: pauca quidem certorum auctorum verbis, ut plurimum ex Glossis, adiiciens; quae ut ab eorum dictis possent discerni sub Glossae titulo praenotavi.* In altera ad Hannibaldum: *Et ut magis integra,* ait, *et continua praedicta sanctorum Expositio redderetur, quasdam expositiones doctorum Graecorum in latinum feci transferri; ex quibus plura expositionibus latinorum doctorum interserui, auctorum nominibus praenotatis.*

Nomina Patrum scriptorumque Ecclesiae, quorum sententiae aut testimonia afferuntur, exhibent editiones omnes, catalogis duobus operi praefixis, altero Latinorum Patrum, altero Graecorum. Accuratiores videntur qui chronologiae servato ordine prostant in editione Romana iussu Pii V confecta anno 1570.

Graeci	*Latini*
Dionysius Areopagita.	Iulius Africanus.
Origenes.	Cyprianus Carthaginensis.
Dionysius Alexandrinus.	Hilarius Pictavorum Ep.
Titus Bostrensis.	Damasus Papa.
Eusebius Caesariensis.	Ambrosius Mediolanensis.
Athanasius Alexandrinus.	Hieronymus Presbyter.
Didymus Alexandrinus.	Augustinus Hipp. Ep.
Gregorius Nazianzenus.	Leo Papa I.
Iosephus Hierosolymitanus.	Prosper Rhegiensis.
Basilius Caesariensis.	Maximus Taurinensis.
Gregorius Nyssenus.	Fulgentius Ruspensis Ep.
Epiphanius Salaminae Ep.	Gregorius Papa I.
Ioannes Chrysostomus.	Isidorus Hispalensis Ep.
Severianus Gabalensis.	Beda Presbyter.
Theophilus Alexandrinus.	Alcuinus seu Albinus.
Cyrillus Alexandrinus.	Haymo.
Isidorus Pelusiotes.	Rabanus Maurus.
Theodoretus Cyrensis Ep.	Remigius.
Ioannes Damascenus.	Petrus Alphonsus.
Theophylactus.	Glossae diversorum.
Euthymius Monachus.	
Graecus Anonymus.	

Patres vero scriptoresque laudatos, eorumque opera, ac operum indicata loca diligentius expendentes viri critici, animadvertenda nonnulla proponunt: alterius scriptoris nomen pro altero interdum poni, supposititia quoque adhiberi opera, ac plura sine dubio depravata inveniri loca. Neque tamen Angelico Doctori id vitio vertas, quod ipsi caeterisque eius aevi scriptoribus commune est. Causa fuit rudioris et impoliti saeculi conditio. Difficultatem auxit extrema codicum penuria, qua viri docti adigebantur Patrum sententias non ex fonte haurire, sed ex Glossis aut similibus collectionibus. Graecorum etiam Patrum latinae interpretationes, quae prae manibus habebantur, vitio laborabant: ac ipsi demum interpretes, Patrum scriptorumque nomina aut litteris dumtaxat initialibus, aut notis compendiariis indicata pro libito efferebant. Id genus causas novit ipse Thomas ac enarrat. Candide fatetur *ut plurimum ex Glossis,* non ex fonte, verba Patrum desumpta: adhiberi oportuisse *translationes vitiosas,* in *Homiliariq* maxime Ioannis Chrysostomi: doctorumque Graecorum *quasdam expositiones in latinum,* se curante, conversas ab interprete, cuius fidem sequi debuit ipse. Verum enim vero ea semper fuerit Operis a Thoma elucubrati maxima laus: *Quo factum est* (Antonii Possevini S. I. verba refero) *ut et Evangelicum sensum, et Patres antiquos latinos, qui delitescebant, aut minore erant in usu, ac Graecos ipsos interpretes assequeremur, divina viri caritate procurante ut latine propterea verterentur.*

III. Mendis porro, sive quae laboriosissimi operis conditio ferebat in rudi saeculo, sive quae postea exscriptorum typographorumque oscitantia irrepserant, improbo labore tergere ac purgare opus ipsum aggressus est Ioannes Nicolaius Ordinis Praedicatorum gallus, professione primum Virdunensis, postea Blesensis. Quid ipse praestiterit satis indicat titulus editionis, quae Parisiis primum prodiit anno 1655 fol. Eadem locum habet in tomo XVII Parisinae omnium Operum Thomae editionis anno 1660, quae demum Herbipoli recusa est impensis Ioannis Ziegeri bibliopolae anno 1704. Titulum profero: « Sancti Thomae Aquinatis » ex Ordine Praedicatorum quinti Ecclesiae Doctoris An» gelici Expositio continua super quatuor Evangelistas, ex » latinis et graecis auctoribus, ac praesertim ex Patrum sen» tenths et glossis miro artificio, quasi uno tenore contextuque » conflata: Catena aurea iustissimo titulo nuncupata: nunc » *vero* tandem ab innumeris et enormibus mendis aliarum » editionum expurgata, locorum indicibus antea falsis vel » imperfectis insignita, novis additamentis, marginibus et » ornamentis aucta, ut singulis Evangelistis praefixa prae» fatio plenius indicabit. »

Tam ardui adsumpti laboris primae partes fuerunt, ut locorum vel sententiarum, quae afferuntur, indices accuratissime adnotarentur. Hinc diligentissime cum Patrum scriptorumque iam editis libris atque catenis collatione facta, uterque catalogus tum latinorum, tum graecorum Patrum emendatior proponitur, ac magno illorum numero auctus, qui vel nominibus propriis, vel sub nomine *Glossae,* vel vage sub nomine *Graeci scriptoris,* vel denique nominibus commutatis allegantur a s. Thoma. Liceat illum et hoc loco proferre lectorum oculis, ut quae et quanta legere debuerit Aquinas ad unam contexendam Catenam suam innotescat.

Auctores Latini.

Alcuinus, qui et Albinus.
S. Ambrosius: et sub eius nomine Commentator in Paulum.
S. Ansclmus Cantuar., multoties Glossae nomine indicatus.
S. Augustinus: et sub eius nomine Auctor quarumdam quaestionum.
Beda Presbyter.
S. Cyprianus Carthag. Ep. et M.
S. Damasus Papa.
S. Fulgentius Rusp. aliquando sub Augustini nomine.
S. Gregorius· Papa Magnus.
Haymo Halberstatensis.
S. Hieronymus: et sub eius nomine Commentator in Marcum.
S. Hilarius Pictaviensis.
Ioannes Cassianus, Collator dictus.
S. Isidorus Hispalensis.
S. Leo Papa Magnus.
S. Maximus Taurinensis: verius Maximus Martyr inter Graecos.
Petrus Alphonsus, ex Iudaeo postmodum Christianus.
S. Petrus Ravennas, qui et Chrysologus: etiam sub nomine Severiani.
S. Prosper Aquitanus.
Rabanus Maurus.
Remigius Altissiodorensis.
Severianus pro Chrysologo positus, ut supra.
Glossae variae anonymae.

Auctores Graeci.

Alexander Monachus.
S. Amphylochius Iconiensis.
Anastasius, Maximi discipulus.
S. Andreas Caesariensis.
Antipater Bostrensis.
Apollinarius Laodiccnus.
Asterius Apamicnsis.
S. Athanasius: et sub eius nomine adseriptitius Auctor.
S. Basilius Caesar. Magnus.
S. Cyrillus Alexandrinus.
S. Cyrillus Hierosolymit.
Clemens Alexandrinus.
Clemens Romanus.
Cosmas Monachus.
Diadochus Photiccnsis.
Didymus Alexandrinus.
S. Dionysius Areopagita.
Dorothcus Archimandrita.
S. Ephraem Syrus.
S. Epiphanius Ep. Salaminae.
Eusebius Caesariensis.
Eutychius Patriarcha.
Euthymius Monachus.
Evagrius Scholasticus.
Geometer.
S. Gregorius Nazianzenus.
S. Gregorius Neocaesaricns.
S. Gregorius Nyssenus.
Hcsychius Hierosolymitanus.
Hippolytus Portuensis.
S. Ignatius Antiochenus M.
S. Ioannes Chrysostomus.
S. Ioannes Clymacus.
S. Ioannes Damascenus.
Iosephus, Iudaicarum Antiqq. auctor.
S. Irenaeus.

Isaac Monachus
Isidorus Pelusiota, qui et Isidorus Abbas.
S. Iustinus M.
S. Macarius Senior.
Marcus Monachus, vel etiam Marcus Heremita.
S. Maximus M.
Metaphrastes, qui et Simeon.
S. Methodius Episcopus Tyri et M.
Nicetas Paphlagonius.
S. Nilus monachus Copi, etiam Nilus Abbas dictus.
Origenes Adamantins.
Philo Carpatius.
Photius Cpolit. testimonio s. Cyrilli commendatus.
Proclus et ipse Constantinopol.
Severus Antiochenus.
S. Synesius Ptolemaidis Episc.
Theodoretus.
Theodotus in Concilio Ephesino.
Theophanes.
Theophrastes.
Theophylactus.
Theopistus.
Titus Bostrensis.
Victor Antiochenus.

Tot Patres scriptoresque, quos maxime Graecos numeravimus, in Opere divi Thomae allegari docet Nicolaius, vel nomine suppresso *in Glossis,* vel sub nomine vago *Graeci,* aut *Expositoris Graeci:* idque se didicisse admonet, diligenti facta collatione tum *Catenae* i.xxv *Graecorum Patrum,* quam edidit Corderius, tum *Graece Expositionis in Lucam* instar Catenae concinnatae, quam servat manuscriptam Parisiensis Cardinalis Mazarini bibliotheca, sibique indigitaverat doctissimus consodalis Franciscus Combefisius. Tam laboriosam vero laudati Nicolai operam in indicibus locorum accurate notandis, ipsisque locis vero suo auctori restituendis, quis impensius non commendet? Ultra processit ille. Narrat quippe in Praefatione: * Adulterata » Patrum vel aliorum quoque auctorum verba, et praesertim Graecorum, quae latine perperam reddita sunt, ex » ipsismet fontibus restituisse : corrupta reparavisse, mutila » integrasse..., praetermissa supplevisse, imperfecta complesse, perturbata digessisse , ambigua evolvisse : et vel in » textu immutasse, cum immutari absolute necessarium fuit; » vel veriorem lectionem ac legitimam ex graecatum locutionum usu ad marginem posuisse : et graecas ipsas voces » vel phrases aliquando integras ad maiorem certitudinem » annotavisse. » Qua in re an liberius egerit ipse quam par esset orta lis est cum Francisco Combefisio, de qua infra dicendum.

CAPUT IV.

Animadversiones criticae in textus sub Dionysii Areopagitae ac Iosephi nomine laudatos. Item in Opus imperfectum in Matthaeum ac vetustam latinam Homiliarum Chrysostom! versionem. Item in sententias nonnullas Cyrillo Alexandrino tributas ac Hilarii Pictaviensis genuinam cuiusdam loci lectionem. In Euthymium Zigabenum denique atque Glossas.

I. /~>apita quaedam adhuc manent, ad ipsos Patres eoV_>rumque opera latinasque versiones attinentia, quae animadversione digna sunt. Paullo fusiorem instituere sermonem liceat, quo ipsum Thomae Opus aut illustremus aut vindicemus.

Dionysius Areopagita, eiusque opera occurrunt primo. Natales eorum incerti videntur et obscuri. Contra censores, qui primi prodiere, egerunt vindicias ineunte- saeculo sexto Ioannes Scythopolitanus et Maximus martyr saeculo Ecclesiae septimo, quorum apologiae in scholiis ad Opera vulgo Areopagitica habentur et in prologo: eamdemque Spartam ornavit Theodorus quidam presbyter apud Photium codice primo. Superioribus saeculis, ad aetatem usque Theodori Gazae et Laurentii Vallae, qui saeculo quintodecimo florebant, haec opinio obtinuit praevaluitque; omniumque consensu atque veneratione scripta illa , tamquam genuinus antiquissimi Areopagitae Apostolorum discipuli foetus, recipiebantur; ut mirum minime sit eiusmodi libros absque ulla haesitatione allegasse Thomam, suoque Commentario inscriptum opus, *de divinis Nominibus,* illustravisse. Saeculo nono Ioannes Erigena Scotus latine vertit libros *de coelesti,* et *de ecclesiastica Hierarchia, de divinis Nominibus', deque mystica Theologia.* Novam latinam interpretationem, postulante Odone de Diogilo Abbate s. Dionysii prope Parisios, aggressus est Ioannes Saracenus, complevitquc post annum ii53. Utramque videre ac lustrare licuit Aquinati.

Iosephus Hierosolymitanus, qui in Romana editione anni i 370 recensetur, *obiisse* dicitur *anno 3~o.* Hinc Ioscphum illum ab Editoribus intellectum puto, quem *natione iudaeum, patria tyberiensem.., ingenti miraculo ad fidem pertractum,* rei Christianae in Iudaea amplificatorem, refert Sixtus Senensis *claruisse sub Constantio Principe,* sublatumque morte *anno Domini 3~o nonagenarium.* Cum eodem plerique apud Caveum confundunt Iosephum alium Christianum, auctorem *Hypomnestici* seu Commonitorii, in quo breviter dubia solvuntur, quae rudiores Christiani, minusque in sacra historia periti proponere poterant. Sed hunc circa annum 3yo floruisse conficiunt laudatus Caveus et Ioannes Albertus Fabricius.

Neutrum vero ab Aquinate nostro allegatum Nicolai sententia est. In suo Catalogo, quem capite superiore descripsimus, utroque reiecto, substituit ipse *Iosephum Historicum, hidaicarum antiquitatum auctorem.* Ac sane ad caput ii Matthaei V. 22 ex eodem Iosepho Historico, quem allegat, plura ad genealogiam Herodis et Archelai attinentia deflorat Thomas ex libris Iudaicarum antiquitatum, et de bello Iudaico. De antiqua librorum Iosephi latina versione egregie disputat illustrissimus Iustus Fontaninus Archiepiscopus Ancyranus libro V Historiae litterariae Aquileiensis capite xvr, ubi docet nullas in ea adornanda fuisse partes Rufini Presbyteri Aquileiensis, ut vulgo creditum est: *Iudaicas* vero *antiquitates',* flagitante Cassiodoro, latine conversas ab eius amicis, Epiphanio Scholastico, Bellatore Presbytero et Mutiano : libros denique *de bello Iudaico* latine contractos translatosque ab Ambrosio, necdum Episcopo Mediolanensi, sed adolescente. Uberiora lege apud laudatum Fontaninum.

II. Sub *Ioannis Chrysostomi* nomine passim affert sententias Thomas, ex *Opere imperfecto in Matthaeum* decerptas; quod opus abs sanctissimo Constantinopolitano Episcopo iam tota abiudicat criticorum natio. Quin eius verus auctor Chrysostomus esset Thomae aetate ambigebat nemo. Publice in Ecclesia sub nomine sanctissimi viri inter divinas laudes legebantur Homiliae ex eodem opere desumptae : ex eoque passim inducebantur sententiae in Glossis authenticis quas vocant *Ordinarias,* in Catenis Evangelicarum explanationum, in Decretis Summorum Pontificum , in Summis theologicis. Consule Sixtum Senensem.

Homilias in Matthaeum, legitimum Chrysostomi foetum, quae frequentissime citantur in Catena, quanti faceret Auctor Catenae, divus Thomas, facile colligi ex eo potest quod ab eo dictum traditur, referente *Papirio Massono libro VI de Romanis Pontificibus, in Ioanne Papa XXI, malle se utifrui Chrysostomi libris in Matthaeum, quam possidere fruique Lutetia Parisiorum.* Ita Montfauconius initio Praefationis in Homilias s. Ioannis Chrysostomi in Matthaeum : ubi addit ille, *id ab Oldrado Iurisconsulto, qui sub hoc Ioanne Avenione vivebat, memoriae proditum esse..* Tam magnificae laudis a Thoma effusae advocari testes debuissent Bartholomaeus Logotheta et fr. Nicolaus de Malasorte, in *Processu* canonizationis apud Continuatores Bollandi ad diem 7 martii. Verba refero, quae habentur capite ix, num. 78 : « Dum ipse frater Thomas rediret de » sancto Dionysio ad civitatem Parisiorum, ut viderunt eam, » quieverunt aliquantulum: et unus illorum fratrum dixit, » dirigens sermonem suum ad cumdem fratrem Thomam: » *Pater, quam pulchra villa est ista Parisii!* fr. Thomas » respondit: *Certe pulchra.* Tunc dixit frater: *Utinam.esset » vestra.* Et idem fr. Thomas respondit: *Quid facerem » ego de ipsa?* Et frater respondit: *Venderetis eam Regi*

» *Franciae, et de pecunia aedificaretis omnia loca fra-* » *trum Praedicatorum.* Et idem fr. Thomas respondit: » *In veritate plus vellem Chrysostomum super Matthaeum.* » Haec a multis et multis praefatus testis (Bartholomaeus » Logotheta) audivisse se dixit, et specialiter a fr. Nicolao » de Malasorte de Neapoli consiliario Regis Francorum, » qui fuerat scholaris dicti testis et specialis 'amicus ; et » veniens nuncius ab eodem Rege Francorum ad illustrem » Principem Dominum Regem Carolum 11 dixit hoc dicto » testi in terra s. Germani ; et dixit quod hoc erat vul- » gariter et quasi communiter notum Parisiis. »

Ad *latinam* quod attinet *huiusmodi Homiliarum versionem,* qua Thomas in opere suo contexendo usus est, non ambigit laudatus doctissimus Montfauconius illam esse, quam Anianus confecit: Anianus ille, Celedensis Diaconus, qui Diospolitanae Synodo interfuit, librosque pro adserenda haeresi Pelagiana scripsit, ac indubie Homilias septem Chrysosthomi *De laudibus s. Pauli Apostoli* latine transtulit. Quaeritur porro utrum Homilias omnes eiusdem sanctissimi viri in Matthaeum latio donaverit ille, an eas tantum octo quae adhuc supersunt vel plures quidem, sed non universas? *Re accuratius perpensa* (ait Montfauconius in Praefatione cit. §. v.) *illum omnes omnino Chrysostomi Homilias in Matthaeum latine convertisse, ni fallor, deprehendi.* Inter plura rationum momenta, quod sequitur animadverte: *Divus Thomas Aquinas, qui tam magnifica hunc Commentarium laude celebravit . . . ubi hunc Commentarium legere potuerat, nisi in Aniani versione, quae tunc una ferebatur?* Et latinam quidem versionem, qua utebatur, veluti *vitiosam* redarguit Thomas: ac Anianum sane in sua translatione parum feliciter processisse, maximeque incassum saepe verba multiplicare, et circuitione usum ea pluribus enunciate quae poterant brevius et commodius exhiberi, adnotat saepe laudatus Montfauconius. At Anianam hanc versionem num Thomas adhibuerit gravissimum ingerit mihi dubium enormis discrepantia, quae in sententiis ab eodem Thoma decerptis apparet. Nonnulla conferre loca praestat, latissimumque lectorum oculis discrimen subiicere.

Ex Aniani versione apud Montfauconium.	*Ex continua Expositione seu Catena d. Thomae.*
Homil. i. « Num quid posset esse aequale his tam bonis nunciis? Deus in terris, homo in coelo : facta est omnium una permixtio... Erat cernere antiquum repente praelium dissolutum... Deum hominibus reconciliatum, diabolum vero confusum .... mortem peremptam, paradisum apertum... Quae... Evangelia nominantur, non tantum quia firma sunt ac penitus immobilia, supraque nostram eminentia dignitatem; sed quia cum omni etiam facilitate nobis donata sunt. Non enim laboribus nostris atque sudoribus, non doloribus et aerumnis; sed per Dei in nos tantummodo caritatem tam grandia haec promissa suscepimus. »	JnPraefat. « Chrysostomus in homil. super Matthaeum : Quid enim his bonis nunciatis fiat aequale ? Deus in terra, homo in coelo, amicitia Dei ad nostram facta naturam, prolixum solutum praelium, diabolus confusus, mors soluta, paradisus apertus. Et haec omnia supra dignitatem nostram et cum facilitate nobis data sunt: non quia laboravimus , sed quia dilecti sumus a Deo. »
Homil. 2. « Non igitur exigua te aliqua opineris audire, cum hanc generationem audis edisseri, sed totam in te mentem prorsus exsuscita... Usque adeo enim istud mirabile £rat et nulli ante prorsus auditum... Valde etenim audire mirabile est, quod ineffabilis	**Cap. i.** « Chrysostomus in Homil. Nec tamen parva aestimes te audire, hanc audiens generationem: est enim valde auditu mirabile, quod ineffabilis Deus ex muliere nasci dignatus est, et habere progenitores David et Abraham. »
	Deus... per Virginis ad nos venit uterum, et fieri ex muliere dignatus est, et habere progenitores David et Abraham.»
Homil. 3. « Simul etiam illud agit, ut ostendat omnes, ipsos quoque progenitores eorum, subditos esse peccatis... Urget enim Thamar, fornicationem eius accusans. David quoque Salomonem ex muliere , quae illi fuerat adulterio iuncta, suscepit. Quod si a magnis illis custodita lex non est, multo potius a minoribus. Si ergo non est impleta lex, omnes utique peccaverunt, et necessaria facta est Christi praesentia. »	**Ibid.** « Chrysost. in Homil. Post hoc monstratur omnes obnoxios fuisse peccatis: instat enim Thamar fornicatio ludam accusans, et David a fornicata muliere genuit Salomonem. Si autem a magnis lex non est impleta, nec a minoribus: et sic omnes peccaverunt, et necessaria facta est Christi praesentia. »
Homil.4. «Postquamdixit, quod esset ex Spiritu sancto et absque ulla mixtione sexuum, sermonem suum etiam aliunde confirmat.... Ne putares discipulum (Matthaeum evangelistam) quasi gratificatum Magistro ista confingere introducit loseph ex iis quae passus est fidem dictis per cuncta facientem. »	**Ibidem.** « Chrysost. in Homil. Cum dixisset Evangelista , quod ex Spiritu sancto et sine concubitu inventa est in utero habens ; ne suspectum habeas Christi discipulum , quasi grandia de suo Magistro fingentem, introducit loseph, per ea quae passus est ad fidem eorum quae dicta sunt conferentem. »
Ibidem. « lustum hic in omni virtute dicit esse perfectum. Est enim iustitia specialis quaedam et ex parte iustitia, avaritiae vitio non teneri : est vero iustitia altera generalis, quae ex cunctis omnino perficitur. »	**Ibidem.** « Chrysost. in Homil. Sed sciendum quod iustum hic virtuosum in omnibus dicit. Est enim iustitia specialis quaedam, ut avaritiam non habere : et altera universalis virtus. »
Ibid. « Consideras certe modestiam ac maturitatem viri, non modo non punivit aliunde gravidam,sed nec cuiquam moeroris sui causam retexit, ne illi quidem ipsi de qua eum suspicio mordebat; sed secum ipse etc. »	**Ibid.** « Chrysost. in Homil. Notatur etiam mansuetudo loseph, quia nulli enarravit suam suspicionem, neque ei quae suspecta erat ; sed in se cogitabat. »

Satis haec superque sunt, ut versionis utriusque maximam noverit lector discrepantiam ; ac ingeri posse non leve dubium intelligat, num Aniana versione usus fuerit s. Thomas? Equidem admonentem audivimus ipsum in epistola ad Urbanum Quartum: *Interdum* a se *positum sensum* ac *verba dimissa, praecipue in Homiliario Chrysostomi, propter hoc quod est translatio vitiosa.* At in allatis locis, quae collata sunt, Aniana translatio dici quidem redundans potest, minime *vitiosa :* ac praeterea testimonia Chrysostomi, quae adhibet frequentissime Thomas, non *interdum,* sed passim tum vocibus latinis, tum vocum ordine ab eadem discrepant Aniani versione; ut hanc sub oculos haud habuisse videatur Aquinas, sed aliam quae graccum textum pressius ad litteram exprimebat. Quaenam vero fuerit ista et a quo confecta incompertum mihi.

Mabillonius in Itinere Italico ad annum 1686 refert in Florentina s. Crucis bibliotheca se vidisse « Codicem s. Io. Chry- » sostomi Homilias xxvi Aniano interprete, subséquentes » a Georgio Trapezuntio in latinum versas complectentem: » *et* in alio codice aliam versionem earumdem Homiliarum » (in Matthaeum) num. 90 a Burgundione iudice, origine » pisano, factam *Domino Papa Eugenio III praecipiente,* » *anno Dominicae Incarnationis ii5i indictione* xv, *in* » *kal. decembris,* uti Burgundio ipse in fine testatur: qui » alia tum Chrysostomi, tum loannis Damasceni latine ver- » tit. » Tomo I amplissimae collectionis Martene et Durand pag. 827 prostat *Prologus Burgundionis iudicis in translationem s. loannis Chrysostomi in loanncm :* ubi ait ille

se *eiusdem Chrysostomi commentationem super Evangelium sancti Matthaei Evangelistae iam pridem beatae memoriae Tertio Eugenio Papae integre translatam tradidisse.* Hanc translationem latinam cum ea, qua Doctor Angelicus usus est, conferre non licet, ut indicium proferre possimus.

III. *Cyrilli Alexandrini* sententias proferentem Thomam ex libro *Thesauri,* aut nimiae credulitatis aut etiam apertae fraudis plerique pudore omni'deposito insimulant. Insignem affero locum, qui legitur in Expositione capitis xvi Matthaei ad ea verba, *Tu es Petrus* etc. Nempe: « Cyrillus in libro » Thesauri : *Secundum autem hanc Domini promissionem* » *Ecclesia Apostolica Petri ab omni seductione haereticaque* » *circumventione manet immaculata, super omnes Praepo-* » *sitos et Episcopos, et super omnes Primates Ecclesiarum* » *ct populorum, in suis Pontificibus, in fide plenissima et* » *auctoritate Petri. Et cum aliae Ecclesiae quorumdam* » *errore sint verccundatae, stabilita inquassabiliter ipsa* » *sola regnat, silentium imponens et omnium obturans ora* » *haereticorum. Et nos necessario salutis non decepti su-* » *perbia, neque vino superbiae inebriati, typum veritatis,* » *et sanctae Apostolicae traditionis, una cum ipsa confi-* » *temur et praedicamus.* »

Quod insigne testimonium et alia quaedam parem sensum pro Romani Pontificis primatu exprimentia, in opusculo contra Graecos et alibi prolata, tametsi diligentissime perquisita, haud umquqm in libris *Thesauri,* aut aliis Cyrilli operibus inveniri potuerunt, nec sane exstant. Hinc falsi crimen divo Thomae impingere veriti non sunt Rainoldus, Rivetus, Dallaeus, heterodoxi homines: leviore notavit ipsum credulitate Launoius in epistola I et II ad Antonium Faurum. Utroque vitio doctissimi ct sanctissimi Aquinatis nomen editis apologiis abstersere loannes Nicolaius, Bernardus Guyardus, Vincentius Baro ct Natalis Alexander, Ordinis nostri praestantes alumni ; itemque Robertus Bellarminus de Romano Pontifice, lacobus Gretscrus in eiusdem Bellarmini defensione et Philippus Labbcus in Dissertatione historica de s. Cyrillo Alexandrino.

Putant aliqui mutilum ad nos pervenisse Cyrillianum *Thesauri* opus, adeoque sententias ab Aquinate decerptas in libris deperditis per quam facillime extitisse. At eas (indulgcndum est) scripserit numquam Cyrillus : inventas attamen in quibusdam, quae aevo illo ferebantur, collectionibus nomine Cyrilli praenotatis, bona fide deprompsit attulitque Thomas, non ipse confinxit. Ac testimonium sane, quod superius descriptum est, legi testatur Guyardus in vetusto manuscripto codice apud Saniacobaeos Parisinos: aliasque pares Cyrilli nomine insignitas reperiri sententias in Colbertino codice Bonacursii, qui Doctoris Angelici postremis annis vivebat, fidem facit Michael Lequienus in praefatione Panopliae contra schisma Graecorum. Haec vero fraudem sine pudore impactam amoliuntur omnem: censuramque nimiae credulitatis vel ipse emollire studet Launoius, qui animadvertendum epistola I citata proponit : *Thomam factum doctiorem et cautiorem, testimonia haec pro derelicto habuisse; et silentio, deprehensae vel saltem olfactae falsitatis indice, suppressisse :* nempe IIa IIae quaest. r, art. x, et qu.xi, art. it, et quaest.xxxix, art. i, et Quodlib. IX, art.x, quibus in locis de Romano Pontifice eiusque potestate uberius agitur.

Utut sese haec habeant, sui ipsius validissimas agit vindicias ipse Thomas in opusculo contra errores Graecorum, in praefatione ad Urbanum IV Summum Pontificem. Dignissima sunt animadversione quae sequuntur verba: *Libellum* (inquit ille) *ab Excellentia vestra mihi exhibitum... diligenter perlegi, in quo inveni quamplurima ad nostrae fidei assertionem utilia et expressa.* Ecce fontem illum, unde Aquinas hausit non paucas Graecorum Patrum et ipsius Cyrilli Alexandrini auctoritates, quae frustra in eorum libris perquiruntur. Sed illarum vadem se non dat ille, fidem relinquens penes collectorem: in idque solummodo incumbit unum, ut eas quae fidei tuendae conferre possunt exponat, aliasque quae videbantur adversae ad rectum sensum convertat. Ait enim: *Consideravi autem, quod eius* (libelli a Papa oblati) *fructus posset apud plurimos impediri propter quaedam in auctoritatibus sanctorum Patrum contenta, quae dubia esse videntur, et unde possent materiam ministrare errorum et contentionis dare occasionem et calumniae. Et ideo ut remota omni ambiguitate, ex auctoritatibus in praedicto libello contentis verae fidei fructus purissimus capiatur; proposui primo ea, quae dubia esse videntur in auctoritatibus praedictis, exponere; et postmodum ostendere quomodo ex eis veritas catholicae fidei et doceatur et defendatur.* Fraus ergo Thomae nulla locum habet, bona et optima fides patet, ac sincerissima innotescit mens cum fide catholica conciliandi, quae forte minus congrue dicta inveniebat in ea Patrum collectione, quam Urbanus tradiderat, ipsamque fidem roborandi convenientibus Sanctorum testimoniis. Perinde res est de Cyrilli testimonio in *Catena* descripto, sive illud ex eodem *libello* decerpserit Thomas, sive ex alia vulgata collectione. Criticas eiusdem discussiones praetermisit: illudque adhibendum censuit ad eam fidem exponendam, quam de primatu Petri et Romanorum Pontificum, deque praerogativa Romanae Ecclesiae tradit ipse Cyrillus indubiis ac sinceris in aliis locis, ac tradunt una voce Ecclesiae Patres. Consule dogmaticos et polemicos theologos: ac lege dissertationem *pro Cyrilli testimonio contra nugas Launoianas vindicando,* quae repetitur in praefatione apologetica *in Catenam auream s. Thomae, et Patris Nicolai editionem novam.* Ipsius loannis Nicolai opus est sub nomine Honorati a sancto Gregorio Parisiis apud lacobum Greu 1668 in 12.

Praeclarum aliud praeterire non licet testimonium, quod sub eiusdem Cyrilli nomine allatum a sancto Thoma, in eius operibus, quae ad nos pervenere, *nullibi exstare* adnotat Richardus Simonius in historia critica interpretum novi Testamenti capite xxxm. Ad ea verba Lucae cap. xxii, V. 19; *Et accepto pane gratias egit* etc. prolixa Cyrilli sententia profertur, in qua haec habentur verba: *Condescendens Deus nostris fragilitatibus influit oblatis vim vitae, convertens ea in veritatem propriae carnis.* Cyrilli locus, ubi haec docuerit ille, vano conatu hactenus perquisitus. At neque falsi crimen Thomae impingendum, neque sanctum Doctorem levitatis notandum ipse animadvertit Simonius, tum quia Commentariorum eius in novum Testamentum parte non modica malo fato caremus, tum quod allegatum testimonium sub nomine Cyrilli prostat in gracca Catena in Evangelium Marci, cuius plura manuscripta exempla servantur in regia Parisiens! bibliotheca: ac locum eumdem extare in graeco ms. Victoris Antiocheni, et in Catena graecorum Patrum Tolosae edita a Possino ex ms. codice bibliothecae Bavaricae adnotat Natalis Alexander dissert. XII saeculi XI et XII, art. 17, ubi Angelicum Doctorem vindicat a calumnia Albertini Calviniani ministri.

Dignum et illud est animadversione locum a Thoma indigitari nullum, ex quo prolixa illa sententia decerpta fuerit, sed nomine Cyrilli praenotato, integram uno tenore describi : diligentia tamen loannis Nicolai iam innotescere, ex uno loco partem, partes alias ex aliis locis ab Aquinate depromptas. Integrum sub oculos pono testimonium cum variis citationibus a Nicolaio adiunctis: « *Cyrillus.* Nec du- » bites an hoc verum sit, eo manifeste dicente: hoc est » corpus meum: sed potius suscipe verba Salvatoris in fide: » cum enim sit veritas, non mentitur. *Et ad Calosyrium* » *Episcopum :* Insaniunt igitur dicentes mysticam benedi- » ctionem a sanctificatione cessare, si quae reliquiae reman- « serint eius in diem subsequentem : non enim mutabitur » sacrosanctum Christi Corpus, sed virtus benedictionis et » vivificativa gratia iugis in eo est. *Et lib. IV in loannem* » *capite* xrv *ac deinceps:* Virtus enim vivificativa Dei Patris » unigenitum Verbum est; quod caro factum est, non desi- » nens esse Verbum, sed efficiens carnem vivificativam. *Et* » *cap.* xxiii : Si enim in aliquo liquore modicum panis im- » miseris, reperies hunc imbibitum qualitate illius. Igitur » vivificativum Dei Verbum, uniens seipsum propriae carni, » fecit eam vivificativam. Numquid ergo et quoniam in » nobis vita Dei est, Dei Verbo existente in nobis, vivifi- » cativum erit nostrum corpus? *Et alibi:* Sed aliud est, » secundum participationis habitudinem nos habere in no- » bis Dei Filium: aliud, ipsum fuisse factum carnem, idest,

» corpus sumptum ex alma Virgine, proprium corpus ef-
» fecisse. Decebat ergo eum nostris quodammodo uniri cor-
» poribus per sacram eius carnem et pretiosum sanguinem,
» quae accepimus in benedictione vivificativa in pane et
» vino. Ne enim horreremus carnem et sanguinem ap-
» posita sacris Altaribus, condescendens Deus nostris fra-
» gilitatibus influit oblatis vim vitae, convertens ea in
» veritatem propriae carnis » etc. Indices locorum adiun-
ctos tolle: sententia manet sub uno tenore, quam caeterae praestant editiones. Postremae vero partis locum neque novit ipse Nicolaius: unde satis illi fuit adnotare eam *alibi* a Cyrillo scriptam.

Ad illa verba Matthaei capite v, V. 13, Vos *estis sal terrae,* haec Hilarii verba ex eius commentario profert in sua Catena Thomas; « Hilarius. *Est hic proprietas quae-*
» *renda dictorum, quam Apostolorum officium et ipsius*
» *salis natura monstrabit. Hoc igitur in omnem usum*
» *humani generis effectum, incorruptionem corporibus,*
» *quibus fuerit aspersum, impartit et ad omnem sensum*
» *conditi saporis aptissimum est. Apostoli autem sunt re-*
» *rum caelestium praedicatores et aeternitatis veluti sali-*
» *tores: merito sal terrae nuncupati, quia per virtutem*
» *doctrinae, quasi salientes, aeternitati corpora servant.* »
Haec postrema verba sic effert editio doctissimi Constantii ascetae Maurini: *Per virtutem doctrinae, saliendi modo, aeternitati corpora reservantes.* Legendum, *Satores* ut in omnibus s. Hilarii exemplis editis ac mss. contendebat loannes Nicolaius: emendandam Hilarii editionem ex divi Thomae Catena reponebat Franciscus Combefisius, ac legendum *Salitores:* hinc inter utrumque lis erudita exorta est. « Nulla enim *(inquiebat Combefisius) Salis* metaphora *Sa-*
» *tionis* causa, nisi quam Hieronymus affert, qua scilicet
» omnis facultas germinis sublata significetur, eoque semi-
» nata terra sterilitate damnetur. Una vero *salis* utilitas,
» conservatio a putredine: ex qua capta metaphora, *Sali-*
» *tores* aeternitatis, qui Dei gratia renovatos in ea conser-
» vant, ut beata aeternitate fruantur. » Aptissimam et optimam inficiari potest nemo metaphoram, quam exponit Combefisius. An ea vero lectionem Catenae Aureae satis vindicet, dubium mihi. Nullas circa praedictum vocabulum, *Satores,* varias reperit in codicibus Hilarii, quas adnotaret lectiones, laudatus Constantius. Immo testatur lacobus Echardus in exemplis mss. *Catenae,* quae Parisiis vidit ac diligenter lustravit, constantissime se legisse *Satores.* Habent, *Salitores,* editiones Romana anni 15yo et Veneta anni 15q3 et Antuerpiensis anni 1612. At *Satores* lego in vetustis, Romana anni 1470, Lugdunensibus 1520, i53o et 1542, Veneta 152t, ac Paris. 1552 et 1611.

IV. *Euthymii Zigabeni,* Graeci monachi, pauca proferuntur verba ad caput 1 Lucae V. 5: *Fuit in diebus Herodis Regis ludaeae* etc. nempe: « *Chrysostomus...* Alius autem
» Herodes fuit, qui loannem occidit; sed ille Tetrarcha
» fuit, hic autem Rex. *Euthymius:* Rex, inquam, ille qui
» infantes occidit, pater illius Herodis, qui Praecursorem
» interemit. *Beda:* Tempus autem Herodis alienigenae,
» Regis etc. » Ex ipsius Euthymii commentario in Lucam desumpta verba sunt. Nec *Euthymii* nomen, nec allata eius verba legi in Veneta Catenae editione anni i486 neque in Parisina anni 1566 adnotat loco superius citato Simonius: eademque, cum auctoris nomine, interpolatoris cuiusdam manu adiecta suspicatur. Brevis quidem illa sententia deest in aliis editionibus, quas expendere licuit, prima Romana 1470, Lugdun. 1520, i53o, 1542, Veneta 1521 et Parisina 1611. Attamen ea legitur in Romana 1570, Veneta i5p3, Antuerpiensi 1612. An ergo hocce additamentum causam habeat audacem interpolatriccm manum, an Codicum variantium innoxiam discrepantiam?

Ad *Glossas* demum quod attinet, quae frequentius in Catena promuntur, paucis admonere praestat: eas ut plurimum obvias nunc non esse, proque *Anonymis* haberi: at aliquas reperiri tamen, quae, animadvertente Nicolaio, occurrunt in Commentariis in Matthaeum, Anselmo Cantuariensi, vel Laudunensi tributis, vel potius Hcrveo monacho Dolensi adiudicandis.

CAPUT V.

Ratio in huius Operis editione servanda: qua de re litigium loannem Nicolaium inter et Franciscum Combefisium. Simonius et Possevinus notati.

I. T~Ne ratione in editione huiusce Catenae servanda, quac-
1 Vsrionem olim agitatam inter laudatos doctissimos viros, Nicolaium et Combefisium, narrat Echardus. Censebat contendebatque primus loca sacrae Scripturae sanctorumque Patrum, quae ab Aquinate allegantur, ad rccentiores accuratioresque, ut putabat, editiones conferri et emendari debuisse: remque partim exsecutus est Parisiis apud Societatem anno 1657 edito volumine in fol.; titulum novae editionis dedimus.

Vero et recto minus congruam critcrio hanc iudicabat rationem Combefisius: constituebatque genuinum ac germanum Thomae Opus ut habeatur, loca illa non ut nunc leguntur, sed ut ea legit attulitquc sanctus Doctor, producenda esse: variantesque et novas lectiones ad marginem, si ita videatur, apponi posse. Hinc speciminis loco, in iis *Catenae* partibus, quae sua in *Bibliotheca concionatoria* locum habent, antiquas lectiones, quas esse Thomae censuit, intactas reliquit, ad marginem immutationes a Nicolaio factas annotans et aliquando castigans.

In suae defensionem causae opusculum typis edidit Nicolaius inscriptum: *In Catenam auream sancti Thomae et p. Nicolai editionem novam apologetica praefatio,* sub adseititio nomine Honorati a s. Gregorio, Parisiis apud lacobum Grcu anno 1668 in 12. Libello respondit Combefisius edita apologia, cui titulus: *Prolusio ad praefationem apologeticam in p. Nicolai editionem novam Catenae aureae divi Thomae,* Parisiis apud Andr. Cramoisy anno 1668 in 8. Sed aliis etiam utrinque pugnatum est libellis, quos recenset lacobus Echardus in utriusque Elogiis.

Praeconceptae inhaerens opinioni Nicolaius, dum alteram editionem parabat novis curis recognitam, vita mortali migravit: eademque, operam dante Francisco Chauchemero Ordinis nostri alumno gallo, lucem vidit Lugdunensibus typis Antonii Briasson. Huic editioni priorem anni 1657 praefert Echardus: ct hanc ego cum doctissimo Combcfisio minus etiam probarem, utpote quae Angelici Doctoris Opus non exhibeat, quale sanctissimus Auctor concinnavit. Candide fassus ille est, in Sanctorum testimoniis *plerumque* aliqua de medio *rescissa,* verborum etiam *ordinem commutatum, interdum sensum* expressum *verbis dimissis,* ac *vitiosam* adhibitam latinam praesertim Homiliarum Chrysostomi versionem. Cur ergo immutari haec vel supprimi debeant?

11. Vetustas editiones censet Simonius loco citato rcentioribus praeferendas: ac inter illas Possevinus praefert Antuerpiensem, quae non solum Patrum nomina, sed locorum etiam indices in ora paginae exhibet. Indicem servarunt posteriores editiones, Romana 15yO, Veneta 1593, Antuerpiensis 1612 ac sequiores.Sed hanc *Antuerpiae cusam,* quamquam *praefert aliis Possevinus ut accurate loca indicantem,* et ipsa tamen *voces habet depravatas* (verba sunt Nicolai) *involutas constructiones, perturbatas phrases, vitiosas versiones, mutilatos textus, indices omissos, vel praepostere annotatos, hiantes* ct *imperfectos sensus.* Satis fuisset admonere lectores, frequentius in illa eadem Antuerpiensi editione a Possevino laudata locorum indices omitti; cosdemquc frequentius praepostere annotari. Caetera quippe censurae capita, quae voces, constructiones, phrases, versiones, textus, sensus carpunt, non operam ab Editoribus Antuerpiensibus adhibitam tangunt, sed Opus ipsum a Thoma compositum. Novae, quae cacteris praestet, curandae editioni iuverint sine dubio ipsius Nicolai et Combefisii labores.

DISSERTATIO VI.

De Commentariis in Epistolas sancti Pauli Apostoli eorumque integritate et editionum fide.

CAPUT I.

Veterum iudicium de Commentariis divi Thomae in Epistolas sancti Pauli. Pars eorumdem stylo proprio Aquinatis scripta, alia reportata a Reginaldo Privernensi. Prolixus locus in Epistolam I ad Corinthios Thomae suppositus: an Nicolao Gorrano restituendus, an Petro de Tarentasia dubium.

[. ^*^feJLsu»jSïJjommentationum ab Angelico DoctoreThoma Aquinate elucubratarum Opus in *Epist°las omnes sancti Pauli,* recentium criticorum nemo unus est, qui Thomae nostro non adiudicet; illudque praestantissimum ac omnigena refertum eruditione non fateatur. Nostrates mitto omnes: exterosque memoro, qui nostra ac superiori proxima scripserunt aetate, Possevinum, Bellarminum, Labbeum, Dupinium et Caveum. Diligentiorem operam sibi videtur adhibuisse Casimirus Oudinus, qui veterum nomenclatorum testimonia fert ac expendit; sicque demum iudicandum de hoc Opere divi Thomae censet: *Sunt igitur,* inquiens,· *certo hi Commentarii in omnes divi Pauli Epistolas, partim s. Thomae Aquinatis, ut evincunt allatae auctoritates; partim fratris Reginaldi eius socii, qui post ipsum illos reportavit: quam reportationem approbasse et correxisse, et consequenter suam fecisse dicitur.* Quae minus consone ad veterum testimonia ab Oudino scripta sunt: eademque ita composita videntur, ut deteriorem in partem converti facile queant.

Veterum ego sub oculos verba pono, ut quae Thomas in hisce Commentariis proprio scripserit stylo, quae rursum animo concepta dictaverit e suggestu, postque ipsum legentem exceperint alii, quae demum ab aliis reportata expenderit, emendaverit, adprobaveritque, perspicue omnique summoto dubio innotescat. Ptolomaei Lucensis libro XX11I Hist, eccles. capite xv verba sunt: *Alia etiam multa scripta sunt ab eo utilia, quae magis habentur per modum reportationis: quae ipse videns postea correxit et inde ulterius approbavit. Unde sunt Postillae super omnes Epistolas Pauli, praeter Epistolam ad Romanos, quam ipse notavit: quas ego vidi et legi.* In suo codice legebat doctissimus Echardus: *Quam ego vidi et legi; ac* si solam Epistolam *ad Romanos* vidisset Ptolomaeus ac legisset. Priorem lectionem, *Quas ego vidi et legi,* praestat Historia Ptolomaei Lucensis, curante doctissimo Muratorio, typis edita tomo XI inter Scriptores Italiae: eamdemque habet locus idem, quem integrum descripsit Casimirus Oudinus, ac profert tomo 111 Commentarii de Scriptoribus ecclesiast., Dissertatione de Scriptis sancti Thomae cap. n et χνηι.

Guillelmus de Tocco in Vita Aquinatis haec habet pauca et simplicia verba capite rv: *Scripsit super Epistolas Pauli omnes, quarum scripturam praeter Evangelicam super omnes commendabat.* Hinc ratio patet, cur Evangelica historia Commentario explicata, caeteris novi Testamenti libris praetermissis, mentem operamque Thomas applicuerit, ut Paulinas Epistolas elucidaret. At enim quas Commentationes proprio stylo scripserit ille in easdem Epistolas Pauli, quas etiam e suggestu legerit exceperintque alii, silentio praeterit Guillelmus.

Hanc adhibet distinctionem Bartholomaeus Logotheta, minusque clarum disertumque Ptolomaei Lucensis testimonium exponit ac declarat. Verba refero ex fragmento Baluziano. Ait primo: *Scripsit. .. super Epistolam ad Romanos, super Epistolam primam ad Corinthios.* Addit vero: *Si autem alia sibi adseribantur, non ipse scripsit et notavit, sed alii recollegerunt post eum legentem vel praedicantem: puta Lecturam super Paulum ab* xi *capitulo primae Epistolae ad Corinthios usque ad finem: quam recollegit frater Rainaldus de Piperno socius eius.* Epistolam *ad Romanos* annotationibus ab ipso Thoma scriptis illustratam, Ptolomaeo Lucensi consentiens, narrat Logotheta: eodemque modo addit ipse decem priora capita Epistolae primae *ad Corinthios* Commentationibus exposita, quas ipse Aquinas proprio stylo notaverit. Qua in re par est Triveti testimonium in Chronico ad annum 1274 apud Dacherium: *Super Epistolam vero ad Romanos,* inquientis, *et super decem capitula Epistolae* (primae) *ad Corinthios:* et infra: *Alia quidem inveniuntur sibi attributa, quae tamen ipse non scripsit, sed post eum legentem vel praedicantem ab aliis sunt collecta: ut puta Lectura super Epistolam ad Corinthios ab undecimo capite usque ad finem . . . quas frater Reginaldus eiusdem socius recollegit.*

Mendi, quod irrepserit in utriusque Logothetae ac Triveti textum, suspicionem ingerit auctoritas Bernardi Guidonis et Antonini, qui tradunt Aquinatem praeter Epistolam *ad Romanos,* Commentatione proprio stylo edita integram etiam illustrasse primam Epistolam *ad Corinthios,* ac decem praeterea capita priora Epistolae *ad Hebraeos.* Guidonis verba sunt apud Echardum et Oudinum: *Scripsit etiam,* inquientis, *Postillas super Epistolam Pauli ad Romanos: item super Epistolam* (utique primam) *ad Corinthios: item super Epistolam ad Hebraeos usque ad undecimum capitulum. Ab inde vero sunt Postillae eius super sequentes Epistolas Pauli reportatae per praedictum socium suum* (Reginaldum) *post ipsum legentem: quas idem Doctor fertur postmodum correxisse.* Eadem habe. Antoninus loco saepius citato, scilicet in Chronico titulo xvni partis III, capite x §. n. Quae sane si accuratius annotata, admonente Echardo, Logothetae ac Triveti calamo exciderit Epistola *ad Hebraeos* oportet: quae illa est, quam ad caput undecimum Thomas exposuit; non autem, ut eorum in textu legitur, Epistola prima *ad Corinthios.* Guidoni favere videtur testimonium Petri Rogerii, qui postea Clemens VI, in priore Sermone inquientis: *Item scripsit super Epistolas ad Romanos, ad Corinthios, et ad Hebraeos.* Ipsamque quod attinet ad integram primam *ad Corinthios* Epistolam, par esse videtur loannis de Columna iudicium: *Scripsit ---- super Epistolam ad Romanos, super Epistolam primam ad Corinthios: et licet raro reperiantur, tamen a fide di-*

gnis audivi, quod ipse scripserit super omnes Epistolas Pauli. Commentationes Thomae intellige in omnes Pauli Epistolas, vel ab ipso revera scriptas, vel e suggestu dictatas et a Reginaldo socio exceptas.

Quo sensu par est intclligere Pignonum et Valleoletanum, qui *scripsisse* Thomam *super omnes Epistolas Pauli* dixere. In iis porro Paulinis Epistolis explanandis, divino lumine sanctum Doctorem aliquando collustratum fuisse tradit Guillelmus de Tocco in eius Vita loco citato: *In quarum Expositione,* inquiens, *Parisiis visionem praefati Apostoli dicitur habuisse.* Paria sunt quae scripsit Valleoletanus: *Super quas Epistolas cum Parisiis scriberet et quidquam sibi obscurius occurrebat, omissis scriptionibus, in oratione se prosternebat, et tunc clarum illi erat quod obscurum antea.* Visionem quamdam fr. Pauli de Aquila, viri magnae probitatis et famae, quae rem hanc confirmat, Guillelmus de Tocco refert in Vita citata capite x, num. 61, apud Bollandi Continuatores. *Ipso* (Thoma) *migrante in Fossanova* (extremis vitae diebus) *fr. Paulus de Aquila, vir magnae probitatis et famae, existens in conventu Neapolitano, vidit in visione imaginaria praedictum Doctorem in scholis legentem Neapoli coram multitudine copiosa scholarium et beatum Paulum eius scholas intrantem cum societate Sanctorum. Cui cum Lector de cathedra descendens vellet occurrere, Apostolo ei innuente quod legeret et quod prosequeretur quam coeperat lectionem, Doctor rogavit Apostolum, ut ei diceret, si habuisset verum de suis Epistolis intellectum; qui respondit: Bene, sicut in hac vita homo vivens in corpore potest scire* etc. Loca, aut scholae, aut urbes hinc satis innotescunt, ubi suas in Epistolas Pauli elucubraverit Thomas Expositiones aut e suggestu dictaverit: partim scilicet Parisiis, cum altera vice in eam urbem Reginaldo comite profectus est, Guillelmo de Tocco et Valleoletano testibus; partim vero post alterum eius reditum in Italiam, sive Romae sive Neapoli, ut satis indicat laudatus Guillelmus in visione fr. Pauli de Aquila.

II. Iamvero allata si conferantur invicem veterum testimonia, sponte fluit quod ferri de praestantissimo Thomae Opere in *Epistolas Pauli* iudicium debeat: 1. Integram Epistolam *ad Romanos,* ac priora saltem decem capita Epistolae primae *ad Corinthios,* Commentario illustravit Aquinas, quem proprio stylo scripsit. Id uno consensu perhibent veteres omnes: 2. In ipsam fortasse integram *ad Corinthios* primam Epistolam, ac decem priora capita Epistolae *ad Hebraeos* editae proprio stylo ipsius Thomae Commentationes fuerunt: quod asserunt Bernardus Guidonis et Antoninus, ac indicare videntur Petrus Rogerius et Ioannes de Columna: 3. Quae supersunt in caeteras *Epistolas Pauli,* ex ore Thomae dictantis e suggestu Postillas excepit frater Reginaldus; easdemque novis curis expendit ipse Aquinas, correxit adprobavitque: qua de re dubitare non sinunt Ptolomaeus Lucensis, Logotheta, Trivetus, Bernardus· Guidonis, sanctus Antoninus.

III. In Commentario typis edito, quo prima ad Corinthios Epistola explanatur, prolixus occurrit locus, a decimo scilicet commate septimi capitis ad undecimum usque caput, qui revocari in dubium potest num germanus haberi debeat Aquinatis foetus. Ad hunc quippe locum notam appingit in margine Remigius Florentinus in Veneta editione quam ipse *anno 1562 apud Juntas* curavit: « Advertas, *inquiens,* 'candide lector, quod in quodam manuscripto » exemplari, quod Venetiis in divi Dominici (u *Castello,* » ut aiunt) bibliotheca extat, habebantur haec verba: *Nota,* » *quod hinc usque ad* xi *caput exclusive, non est exposi-* » *tum secundum s. Thomam; sed sumptum est de verbo* » *ad verbum de Expositione cuiusdam fratris Nicolai Gal-* » *lici Ordinis Praedicatorum, qui tamen satis docte et lu-* » *eide omnes Epistolas explanavit.* Quod verum esse, ex » phrasi et modo exponendi patet. Et ego nec labori, nec » sumptui parcam, ut fragmentum ipsum reperiam. » Eadem nota legitur in Parisina Ioannis Nicolai editione.

Difficultatem ingerit sane styli ratio, quae multum dissimilis eo loci apparere incipit: augetque difficultatem *Thema* quoddam *in festo beatae Caeciliae* pro texendo sermone in eiusdem Beatae laudem, quod in expositione quartidecimi commatis intrusum videri potest, cum simile exemplum occurrat nuspiam in genuinis Thomae Commentariis. Ea vero demum ab Aquinate passim ct constantissime servata methodus patet, ut Scripturae sanctae verba et commata explanans, emergentes, si quae sunt, inserat difficultates et solvat; argumentaque proponat, si quae digna censet animadversione: ad aliaque tum procedat, quae sequuntur, exponenda commata. Alius est ordo in eo quo de agimus loco. V. g. lectio secunda in septimum caput exponit commata decimum, undecimum, tertiumdecimum et decimumquartum: et lectione tertia explanantur commata sex quae sequuntur. Porro in eiusdem lectionis tertiae calce obiectiunculae plures proponuntur cum responsionibus, quae ad ipsum comma decimum spectant: « Hic quae- » ritur super illo, *Uxorem a viro non discedere* (V. 10) » quare solam causam fornicationis Dominus excipit, cae- » teras vero omnes molestias iubet fortiter sustineri. Con- » tra etc. » Lectio prima in caput nonum priora commata decem complectitur. Continuo commentario septem exponuntur commata: tum serie interrupta, adnotationes interseruntur, quae comma primum magis declarant: «Notandum » super illud, *nonne Dominum lesum vidi* (*f.* 1), quod mul- » tiplicem Domini legimus visionem etc. » Plura occurrunt similia exempla, quorum alia ab illis ordiuntur verbis: *Hic quaeritur super illo:* ab iis alia, *Notandum hic,* vel *Notandum super illud;* quae stylum methodumque divi Thomae minime sapiunt.

Huiusce prolixae Commentarii partis auctorem prodit *Nicolaum Gallicum Ordinis Praedicatorum* adnotatio, quae legitur a Remigio Florentino ad eumdem apposita locum. Nicolaum indicari pro certo habeo, dictum *de Goran* vel *de Gorain* a loco natali, vel etiam ex stirpe Dominorum loci. Anglum hominem pleriquc putant, flandrum alii: suisque Symmistis accensct illum Wadingus in Bibliotheca. Tum gallum natione, tum Praedicatorum Ordinis alumnum solidis argumentis evincit Iacobus Echardus ad annum 1295, quod utrumque confirmat superius allata codicis mss. nota a Remigio Florentino in lucem edita. De viro ornatissimo fusiore mihi agendum sermone in dissertatione de Commentario in Epistolas Canonicas divo Thomae tributo. Postillas *in Epistolas Pauli omnes* ab ipso elucubratas testantur Bernardus Guidonis, Laurentius Pignon, Leander Albertus. Vulgo iam ipsi Commentarius in easdem Epistolas adiudicatur, cuius initium: *Dedi te in lucem gentium:* qui pluries typis prodiit, Coloniae, Hagenoae, Parisiis, Antuerpiae et Lugduni anno 1692 *apud Anissonios, Ioan. Posuel et Claud. Rigaud,* tomis II in fol. sub hoc titulo: *R. P. Nicolai Gorrani Ord. fratrum Praed. in omnes divi Pauli Epistolas enarratio* etc. *invigilante R. P. F. Iacobo le Gall, eiusdem Ordinis theologiae professore* etc. Haec editio diligentissimo excidit Echardo; qui tamen, an Gorrano, an potius Petro de Tarentasia, postea Innocentio V, praedicta tribui debeat Postilla anceps haeret. Codices mss. profert optimae notae, qui sub Gorrani nomine Commentarios in Epistolas Pauli complectuntur longe diversos, quorum initium: *Vidi alterum Angelum volantem per medium caeli, habentem Evangelium aeternum:* codicesque affert alios, in quibus Petro de Tarentasia Commentarius adiudicatur, qui incipit: *Dedi te in lucem gentium:* similemque satis vetustum servat Foroiulicnsis bibliotheca Ordinis Praedicatorum c Congregatione b. Iacobi Salomonii, quem propriis oculis lustrare licuit.

Commentarii partem, qua de agimus, eamdem omnino in editis exemplis sub nomine divi Thomae ac ipsius Gorrani vel Petri de Tarentasia, ponere sub oculos liceat ac invicem comparare.

Apud s. Thomam Aquinatem.

V. 10: *« His autem, qui matrimonio iuncti sunt* etc. Supra Apostolus posuit documenta de contractu matrimonii: hic instruit eos, qui iam matrimonium contraxerunt,

Apud Nicolaum Gorranum.

V. 10: *« His autem, qui matrimonio iuncti sunt* etc. Superius egit de matrimonio quantum ad carnalem copulam: hic agit dc ipso quantum ad inseparabilitatem. Et

de matrimonio non dissolvendo. Et primo docet eos, qui sunt matrimonio iuncti, ut in matrimonio maneant : secundo ponit utilem doctrinam quantum ad omnes status et conditiones hominum; ibi : *Unumquemque sicut vocavit Deus.* Circa primum duo facit : primo agit de indissolubilitate matrimonii, quantum ad eos qui sunt unius cultus; secundo, quantum ad eos, qui sunt in dispari cultu; ibi: *Nam caeteris ego dico.* Circa primum duo facit: primo ponit praeceptum de indissolubilitate matrimonii; secundo docet quid sit servandum, quando matrimonium quodammodo separatur; ibi: *Quod si discesserit.* Dicit ergo primo : *Dixi non nuptis,* idest virginibus et viduis, quod melius est eis si sic permanserint. *His autem qui matrimonio sunt iuncti* non patet eadem conditio : *his enim praecipio non ego,* scilicet indicta mihi auctoritate ; sed *Dominus* hoc praecipit dicens. » primo inter personas eiusdem cultus, scilicet quorum uterque est fidelis ; secundo inter personas disparis cultus, scilicet quorum alter est infidelis : *Nam caeteris dico ego.* In prima parte, primo praecipit uxori virum non dimittere ; secundo si dimiserit ob causam fornicationis, ostendit quod non debet se alteri copulare; *Quod si discesserit;* tertio, scilicet viro praecipit idem servare: *Et vir uxorem.* Dicit ergo : *Iis autem;* quasi, hoc consulo his, qui non sunt coniuncti matrimonialitcr./isuH-*tem, qui in matrimonio iuncti sunt;* quasi quodam vinculo. Matrimonium enim est legitima coniunctio maris et foeminae. *His,* inquam, *praecipio non ego;* quasi scilicet hoc praeceptum ex me adinvenerim : sed *Dominus* in propria persona praecipit. » rimit, ac insuper alias addit animadversiones : *Nota,* inquiens, *quod personarum acceptio cavenda est in multis* etc. Consule caput primum Epistolae secundae Petri a commate decimonono ad primum et vicesimum : ubi commentatione expleta, animadversiones adiunguntur ad priora verba spectantes: *Nota super illud supradictum,* cui benefacitis attendentes... *Nota, quod quando vita est obscura et lubrica et praeceps* etc. Consule caput secundum a commate quarto ad nonum : quibus explanatis, ad quartum redit commentator : *Quaeritur,* inquiens, *de hoc, quod dicit Glossa super illud, si Angelis peccantibus* etc. Integrum demum in easdem septem Epistolas Commentarium lege: pluraque loca offendes, quae methodum hanc, in loco de quo agimus et in editis sub nomine Gorrani postillis in Epistolas sancti Pauli servatam, passim exhibent: ut iam idem huiusmodi omnium commentationum videatur auctor. At iam superius laudatos iterum codices mss. memoro, quorum alii Commentarium in Epistolas Pauli sub nomine Petri de Tarentasia praestant incipientem ab illis verbis: *Dedi te in lucem gentium :* aliosque ab Echardo relatos, in quibus longe diversa Nicolai Gorrani postilla legitur, incipiens: *Vidi alterum Angelum volantem per medium caeli.* Qua tamen de re sapientiorum esto iudicium : satisque mihi fuerit candide lectorem admonuisse, veluti certa Aquinatis Opera, certasque Operum eius particulas a nobis non venditari, si quae sint, quae solidioribus argumentis in dubium revocentur.

Hactenus Commentarii duo discriminantur, quorum alter proprias notas habet, quae genuinum Thomae foetum produnt ipsum : non alter. In Foroiuliensi laudato codice, sub nomine Petri de Tarentasia scripto, priora huius loci verba differunt. Legimus enim : « *His autem qui matrimonio* etc. » Egit de matrimonio contrahendo : hic agit de contracto » non separando: primo inter personas eiusdem cultus» etc. ut supra. Quae porro sequuntur apud Thomam, et apud Gorranum, aut Petrum de Tarentasia, de verbo ad verbum eadem sunt.

Matth. 19 : « *Quod Deus coniunxit homo non separet.* Praecipio, inquam, *uxorem a viro non discedere',* et subintelligendum est , excepta causa fornicationis » etc.

Matth. 19: « *Quod Deus coniunxit, homo non separet.* Praecipio, inquam, *uxorem a viro non discedere:* et subintelligendum est, excepta causa fornicationis » etc.

Et sic deinceps ad undecimum usque caput. Dolendum sane partem hanc Commentarii, quae sit genuinus Thomae foetus, excidisse; aut latitantem in forulis nondum obstetricantem invenisse manum, quae eam in lucem edat. Quae vero editis in exemplis prostat, an Nicolao Gorrano, an Petro de Tarentasia tribui debeat, dubium et haerentem vidimus Echardum. Pro Gorrano stat superior nota illa, quam in Veneto codice manuscripto legebat Remigius Florentinus. Accedit in Commentario *in septem Epistolas Canonicas,* quem pro germano Gorrani foetu habet Echardus, tametsi prodierit sub nomine sancti Thomae Aquinatis, methodum illam ac interpretationis rationem apparere, quam servari iam animadvertimus in loco, quo de agimus. Frequentibus nempe scatet *notationibus, notandisque :* pluribusque textus commatibus continua expositione declaratis, ad priora, quo magis ea illustrentur, per huiusmodi adnotationes redit auctor: vel inserit quaesita, pluresque nectit obiectiunculas ac solvit. Commentarium ipsum consule. Ut exemplis res innotescat, expendere liceat secundi capitis Epistolae Iacobi commata quatuor priora. Haec omnia dilucido Commentario exposita vides. Tum ad primum comma revertitur auctor, in quo de personarum acceptione sermo est: *Hic. quaeritur,* inquiens, *utrum acceptio personae sit peccatum;* eaque de re quaestiunculas plurcs movet ac di-

CAPUT II.

Erasmi testimonium de praefatis Commentariis. Ipsius censura depellitur contra doctrinam Aquinatis de Iesu Christo praedestinato Filio Dei.

I. Tactenus vero de Operis auctore. Praecipua nonnulla doctrinae capita, quae tradit in Opere Thomas, ad examen ut advocem invidia cogit quam conflare moliti sunt criticissimi viri, ut videntur Erasmus et Richardus Simonius. Laudibus Aquinatem eiusque commentationes ornat Erasmus, quae egregiae in eo sunt, qui parce laudabat : simulque tamen censuram adhibet in annotationibus ad caput 1 Epistolae ad Romanos. Verba illa *'i.* 4, *Qui praedestinatus est Filius Dei in virtute* etc. exponens, sic ait: « Dictu mirum est quam se torqueat hoc loco Thomas » Aquinas, vir alioqui non suo tantum saeculo magnus. » Nam meo quidem animo nullus est recentium theologo- » rum, cui par sit diligentia, cui sanius ingenium, cui so- » lidior eruditio : planeque dignus erat, cui linguarum quo- » que peritia, reliquaque bonarum litterarum suppellex » contingeret, qui iis quae per eam tempestatem dabantur, » tam dextre sit usus. » Verius dixisset ea verba Apostoli exponendo non se torquere Thomam, ut apposite reponit Echardus, sed modos omnes, quibus hae voces intelligi poterant et a variis exponebantur, afferre, ut certiorem, saltem sancti Augustini sententiae conformiorem tandem eligeret: quod in re obscurissima eruditi et accurati est interpretis.

II. Ipsum quaestionis momentum liceat paullo diligentius expendere, ut Aquinatem non se torsisse, veluti ancipitem ubi figeret pedem, sed interpretis ac theologi partes omnes explesse, ipsumque Erasmum neque critica neque theologica peritia satis pollentem se ostendisse, perspicue constet. Quid ipse senserit censor, verbis eius expressum accipe: « *Qui praedestinatus est.* Magno consensu graeci » codices habent ὁρισθεντο , idest, *qui finitus* seu *definitus* » *erat;* hoc est, iuxta graecorum scholiorum interpretatio- » nem, *certo pronunciatus, demonstratus ac declaratus.* » Atque ita legit Chrysostomus et Theophylactus: ac le- » gendum esse nominatim etiam admonet Origenes, enar- » rans hunc locum... Dictu mirum est quam se torqueat » hoc loco Thomas Aquinas etc. » Dubium nullum plerosque Graecae Ecclesiae Patres in eo Apostoli 'loco legisse, ὁρισθέντο : et hanc vocem plurimis synonimis explanasse, idem esse dicentes ac *ostensum, demonstratum, indicatum et omnium sententia pro confesso habitum:* totiusque demum loci sensum esse, Christum *qui factus est ex semine David secundum carnem,* multis argumentis ostensum co-

gnitumque *Filium Dei* ex *virtute* seu vi prodigiorum, ex *spiritu sanctificationis* quem in se credentibus Christus infundit, ex *resurrectione* demum qua se a mortuis excitavit.

In hanc interpretationem non ivit attamen Origenes, ut confidentius putavit Erasmus: idque contendit unum, ut *destinatum Filium Dei* dixerit Apostolus, non *praedestinatum*. Disertissima profero, quae verba habet in idem caput primum Epistolae ad Romanos: « Observandum est enim, » quia non dicit: *Praedestinatus est Filius Dei in virtute* » *secundum spiritum sanctificationis:* sed qui *destinatus est* » *Filius Dei in virtute*.... Destinatur enim ille, qui est: prae- » destinatur vero ille qui nondum est: sicut de his quibus » dicit Apostolus (ibid, capite vin, V. 29):' *Quos autem prae-* » *scivit, illos et praedestinavit.* Praesciri ergo et praedesti- » nari possunt illi, qui nondum sunt; ille autem qui est, » et semper est, non praedestinatur. Haec dicta sint propter » eos qui in Unigenitum Filium Dei impietatem loquun- » tur, et ignorantes differentiam *destinati* et *praedestinati,* » putant eum inter eos qui, cum ante non fuerint, prae- » destinati sunt, esse numerandum. » Origenianae sententiae subscribit Hieronymus in caput I ad Ephesios: *Differentiam,* inquiens, *graeci sermonis,* προορίσα (seu προορισθέντο) *et* ὁρισΟέντο, *latinus sermo non explicat. Superior quippe sermo ad eos refertur qui antea non fuerunt: et priusquam fierent, de his cogitatum est, et postea substiterunt. Inferior vero de eo quem nulla cogitatio, voluntas nulla praecessit: sed semper fuit, et numquam ut esset accepit exordium. Unde recte nunc de his* (ad Ephesios cap. 1, V. 5, qui praedestinavit nos in adoptionem etc.) *qui cum ante non essent, postea substiterunt, dicitur* προορισθέντο. *De Filio vero, hoc est de Domino nostro Iesu Christo in alio loco* (ad Romanos cap. 1, V. 4) *scriptum est* ὁρισΟέντο, *quia semper cum Patre fuit et numquam ut esset voluntas paterna praecessit.* Hanc vidit Origenianam interpretationem vocatque eam ad examen Thomas; sensumque adprobat, qui elici inde potest, Pauli Apostoli menti consonum: «Propter hoc, *inquiens,* Origenes dicit: quod littera » non debet esse, *qui praedestinatus est,* sed *qui destinatus* » *est Filius Dei in virtute,* ut nulla antecessio designetur. » Et secundum hoc planus est sensus, quia Christus desti- » natus, idest missus est a Deo Patre in mundum, tam- » quam verus Filius Dei in virtute divina. »

Prudens ac necessaria sequitur eius animadversio: *Sed quia,* inquientis, *communiter omnes libri latini habent, Qui praedestinatus est, aliter alii hoc exponere voluerunt.* Latinos libros, qui hanc afferunt lectionem, vulgatae Bibliae codices intelligit Thomas. Idem aetate sua adnotaverat Origenes loco citato: *In latinis codicibus et exemplaribus,* inquiens, *praedestinatus solet inveniri.* Haec esse interpretis verba in Origenis textum intrusa suspicatur Erasmus: at perinde nobis erit, si Hieronymus interpres, aut potius Rufinus hanc *praedestinati* vocem codicum latinorum auctoritate fulciri testetur. Accedunt Latini Patres, qui eo in loco idem vocabulum expressere; vetus interpres Irenaei libro III contra haereses capite xvi, al. xvn, num. 3; Hilarius libro VII de Trinitate in exemplis excusis, postrema ascetarum Maurinorum editione excepta, et in codice Corbeiensi; Ambrosiaster in eumdem Apostoli locum; Augustinus tract, xc in Evangelium Ioannis num. 8 et in Expositione inchoata Epistolae ad Romanos. Graeci aliqui Patres non desunt. Rufinus, qui Origenis libros περὶ ἀρχῶν latine vertit, *praedestinatum Filium Dei* exprimit libro II, capite iv, num. 2, adeoque legisse προορισθέντο videtur; idemque sentire licet de Irenaeo eiusque vetusto interprete loco citato. Ita legit etiam Epiphanius contra Theodosianos num. 6, et Marcellus Ancyranus similiter, Eusebio teste libro I contra ipsum capite II inquiente: «Quam ille sententiam (Apo- » stoli ad Rom. cap. 1, V. 4) qua mente nescio, sed pervertit » sane. Legit enim in textu apostolico, προορισθέντο, » *praeviso et praedestinato:* qui debuerat, ὁρισΟέντο, *con-* » *stituto et determinato:* in eum nempe finem, ut intelli- » gatur Filius esse eo modo, quo sunt illi qui per prae- » scientiam designantur. » Quo tamen loco perperam Eusebius adulteratae Scripturae crimen obiicit Ancyrano, cum vox, *praedestinatus,* ante eius aetatem iam legeretur; camdemque vocem, veluti haereticae pravitatis notam, perperam ac nimia reiicit confidentia.

Quid? quod tametsi in Apostoli textu legeretur ὁρισΟέντο, attamen tum graeca ὁρίζειν et προορίζειν, cum latina *destinare* et *praedestinare* pro eodem in huiusmodi re usurpari callentissimi. viri adnotarunt; ut iam invecta ab Origene distinctio subtilior mage sit, quam vera ac solida. Hinc verba illa Actorum capite n, V. 23, ὡρισριένη βουλὴ καὶ προογνοίσει, perinde vertas, *hunc definito consilio (seu praedefinitione) et praescientia Dei traditum esse:* et Actorum capite x, V. 42, ὡρισριένο κριτή, *constitutus (definitus, praedefinitus, praedestinatus) iudex mortuorum:* et Actorum capite xvn, V.26, ὁρίσα προστεταγριένου καιροὺ, *definiens (praedefiniens) statuta tempora:* et Lucae capite xxii, V. 22: *Et quidem Filius hominis* κατὰ τὸ ὡρισριένον, *secundum quod definitum (seu praedefinituin est) vadit.* Consule interpretes ac theologos in III par. d. Thomae q. xxiv, art. 1 et 11. Ipsius Erasmi, qui etiam favet, verba refero: « Caeterum si hoc nos offendit, quod *prae-* » *destinari* ob additam antecessionis praepositionem refe- » ratur ad aliquid quod nondum sit, idem scrupulus manet » in verbo simplici. Quum enim *destinare* sit non *mittere,* » quemadmodum vulgus illiteratum putat, sed certum ali- » quid in animo praefigere; nimirum ipsa verbi natura rei » futurae significationem habet, quemadmodum *sperare,* » *timere, decernere, deliberare, statuere.* Nihil enim horum » fit, nisi ad aliquid futurum referatur etc. » Ubi animadverte ad vulgus illiteratum referri, quod latina vox *destinare* significet etiam *mittere:* quo sensu Origenianam interpretationem exposuit Aquinas. At in Glossariis eamdem verbo illi significationem subiici adnotavit Dionysius Petavius libro IX de Praedestinatione capite 1, num. 1. Idque satis erat superque Doctori Aquinati, qui theologica dogmata exponebat; vim vocis, quae latinissimis hominibus placeret, scrupulosius non indagabat.

Hisce praenotatis, ad rei summam accedo. Probabilis ea quidem sententia sit, quam Graeci codices Patrcsquc confirmant: Christum, *qui factus est ex semine David secundum carnem, ostensum esse et agnitum demonstratumque Filium Dei* variis indiciis et argumentis prodigiorum. At fuerit nemo tam petulantis ingenii, qui codicum latinorum ac Patrum lectionem reiiciat, quae Christum effert *praedestinatum* aut *destinatum Filium Dei in virtute.* Hinc alia commentatio quaerenda, quae menti Apostoli consilioque consona sit. Id cum agere pergat Angelicus Thomas, iniuria *mirum in modum se torquere dicitur:* qui nisi id egisset, accurati doctique interpretis ac theologi munere functus non esset. Aliorum ergo interpretationes profert, vocat eas ad examen, seligit verisimiliorem. Fuerunt ergo nonnulli, «Qui hoc exponere voluerunt secundum consue- » tudinem Scripturae, in qua dicitur aliquid fieri, quando » innotescit; sicut Dominus post resurrectionem dicit Mat- » thaei ultimo *(capite,* \'. *18); Data est mihi omnis potestas:* » quia post resurrectionem innotuit talem potestatem sibi » esse datam ab aeterno. » Hanc invexisse commentationem videtur Ambrosiaster, qui locum Apostoli enarrans: *Hic ergo,* ait, *qui incarnatus quid esset latebat, tunc praedestinatus est secundum spiritum sanctificationis in virtute manifestari Filius Dei, cum resurgit a mortuis.* Quae difficultates insunt, qubminus haec sententia adprobetur, patefacit omnes Aquinas: « Sed secundum hoc, *inquiens,* quod » dicit, *praedestinatus,* non proprie accipitur: quia praede- » stinatio est de eo quod pertinet ad gratiam; non autem » in hoc gratia Christo facta est, quod eius virtus divina » innotuit, sed potius nobis: et ideo etiam in Glossa di- » citur, quod secundum hunc sensum *praedestinatus* large » ponitur pro *praescito:* ut sit sensus, *Christus praedesti-* » *natus est,* idest *ab aeterno praescitus, ut innotesceret ex* » *tempore esse Filius Dei* in virtute. » Iamvero in antecessum tradiderat Angelicus Doctor, praedestinationi de qua hic loquimur, proprie ac theologice acceptae, cum sit rei alicuius ordinatio ad rem aliam, illam ipsam rem quae ordinatur ad alteram, praeintelligi iam constitutam, ac naturalibus omnibus, et necessariis ad id ut sit, instructam; adeoque *naturalia proprie sub praedestinatione non cadere,*

sicut non dicimus proprie quod homo est praedestinatus habere manus. Tum deinde: *Praedestinationem dici proprie eorum solum quae sunt supra naturam, in quae rationalis creatura ordinatur:* esse vero *supra naturam rationalis creaturae Deum solum, cui unitur rationalis creatura per gratiam.* Sed hanc praeterea gratuitam rationalis creaturae unionem cum Deo trifariam contingere: *Uno modo quantum ad actum ipsius Dei, puta cum per gratiam prophetiae communicatur homini praecognitio futurorum, quae est propria Deo, et huiusmodi dicitur gratia gratis data: alio modo quantum ad ipsum Deum cui unitur rationalis creatura, communiter quidem secundum affectum dilectionis..; quod quidem fit per gratiam gratum facientem, quae est gratia adoptionis: alio modo, qui est singularis Christo, per unionem in esse personali, et haec dicitur gratia unionis.* Haec est vero illa gratia, eademque omnium suprema, quae *Christo facta est* in tempore, et ad quam ab aeterno praedestinatus dici ille debet.

Hinc in ea Apostoli sententia: *Qui* (Christus) *praedestinatus est Filius Dei in virtute,* subiectum quaeritur, quod divina praedestinatione ordinatum fuerit *ad unionem in esse personali,* seu ad filiationem Dei naturalem. Unde altera est apud Aquinatem interpretatio illorum, qui *praedestinationem ad ipsam unionem referentes, non attribuerunt eam personae, sed naturae; ut sit sensus, qui praedestinatus est Filius Dei in virtute, idest, cuius natura praedestinata est, ut sit ei unita qui est Filius Dei in virtute.* Quamplures novi theologos, quos memorare non refert, qui huic sententiae acquiescunt, sive demum naturam humanam Christi *abstracte* sumas pro humanitate, sive *concrete,* ut aiunt, pro isto homine certoque naturae humanae individuo: notantque singularem hanc naturam humanam concipi quidem τη ἐπινοίχ seu *ratione* posse prius, quam Dei Filii personali proprietate affecta subsistat; re tamen ipsa nec momento exstitisse, antequam Verbo divino, Filio Dei copularetur. At propriam hanc esse locutionem pernegat s. Thomas: eamque si mavis impropriam, haud renuit ille: *Sed haec etiam expositio,* inquiens, *impropria est et extorta. Cum enim praedestinatio importet ordinem in finem, eius est praedestinari, cuius est per suam operationem ordinari in finem. Agere autem propter finem non est naturae, sed personae.* Quam ergo verisimiliorem putat ille sententiam his denique verbis profert: « Ideo si proprie accipiatur, oportet quod praedestinatio » attribuatur ipsi personae Christi. Sed quia persona Christi » subsistit in duabus naturis, humana scilicet et divina, » secundum utramque potest aliquid dici de eo. Sicut enim » de homine potest aliquid dici secundum corpus, ut *tangi* » et *vulnerari;* aliquid autem secundum animam, ut *intelligere* et *velle:* ita de Christo potest aliquid dici, et secundum divinam naturam, sicut ipse de se dicit Ioannis x » *(capite,* V. *30): Ego et Pater unum sumus;* et aliquid » secundum humanam, sicut cum dicimus eum esse *crucifixum* et *mortuum.* Et hoc modo dicitur esse *praedestinatus* secundum humanam naturam. Quamvis enim » ipsa persona Christus semper fuerit Filius Dei, tamen » non semper fuit, ut existens in humana natura esset Filius Dei; sed hoc fuit ineffabilis gratiae. » Quae postrema verba impietatem evitant et convellunt, quam ex invecto inter *destinationem* et *praedestinationem* discrimine subtilius colligebat Origcnes. Quaestiunculas annectit Aquinas, ut si quae videantur depellat difficultates, selectamque commentationem confirmet. Apposita illa est, quae memoratur in Glossa: *Utrum Christus, secundum quod homo est, sit Filius Dei. Et videtur quod sic: quia hic est Christus, qui praedestinatus est ut sit; sed secundum quod homo, est praedestinatus ut sit; ergo secundum quod homo, est Filius Dei.* Solidissima atque perspicua praesto est responsio: « Dicendum, quod si ly *secundum quod* denotat unitatem » suppositi, verum est quod *secundum quod homo* est » Filius Dei; quia unum est suppositum Dei et hominis. » Si autem designat conditionem naturae vel causam, falsum est, non enim ex natura humana habet ut sit Filius » Dei. In argumento autem est fallacia *compositionis* et *divisionis,* ex eo quod ly *secundum quod* potest determinare participium, *praedestinatus;* et sic verum est, quod » *secundum quod homo,* est praedestinatus. Vel potest determinare *ipsum esse Filium Dei,* ad quod ordinatur » praedestinatio: et sic falsum est, non enim praedestinatus » est, ut *secundum quod homo* sit Filius Dei; et in hoc » sensu procedit ratio. » Ita ille.

Alibi vero diligentiore opera eamdem versat quaestionem, eamdemque definit sententiam, III par., quaest. xxiv, art. i et n. In 111, dist. vn, qu. 111, art. i, lib. IV'cont. Gent, cap. ix. Subtiliores ac implexae (non me latet) agitantur in scholis quaestiones a theologis, sive quibus ea Thomae sententia minus arridet, sive qui eam pro virili vindicare student. Illas omnes si hoc loco ego praeteriero, mihi nemo vitio vertat, cum satis fuerit id enarrasse, quod tum evincit potuisse s. Thomam Graecorum Patrum interpretationem deserere, aliasque debuisse commentationes afferre, quae Apostoli Pauli menti congruerent; tum etiam censuram Erasmi, qui Thomam *ceu Proteum quempiam semet in omnia vertentem, si qua possit elabi,* in scenam inducit, omnino profligat.

CAPUT III.

Socinianismi suspicio propulsalur, qua notari posse eadem Aquinatis doctrina insipienter visum est Richardo Simonio. Oscitantiae ac erroris convincitur idem Simonius, qui Thomam accusat veluti confundentem Origenianum commentum de praeexistentia animarum cum haeresi Pelagiana de meritorum praecedentia.

I. Λ cerbiorem voco ad examen *Socinianismi* notam, quam jikdivo Thomae, praedestinationem iam expositam *hominis Christi ex* meritis praecedentibus pendulam deneganti, impingit criticus alius homo, Richardus Simonius, aut nimia certe confidentia deceptus, aut ignorantia rei qua de agitur egregie laborans. Docet Doctor Angelicus citato loco seu lect. in in caput t. Epistolae ad Romanos: *Praedestinationem Christi, qui est praedestinatus ut sit Filius Dei per naturam, esse mensuram praedestinationis nostrae, qui praedestinamur in filiationem adoptivam, quae est quaedam participatio et imago naturalis filiationis.* Colligit vero: *Sicut igitur homo Christus praedestinatus non est propter merita praecedentia, sed ex sola gratia, ut sit Filius Dei naturalis: ita et nos ex sola gratia, non ex meritis praedestinamur ut simus filii Dei adoptivi.* Carpit haec verba Simonius et ait: « Mais pour être trop subtil, » il semble appuyer les sentimens de Socin: *Comme donc,* » dit-il, *l'homme Christ* etc. » Hoc est: « Prae nimia disse- » rendi subtilitate videtur Thomas Socinianis commentis » favere: *Sicut igitur,* inquiens, *homo Christus* etc.»

Sic ille cum blateret, tum Socinianam impietatem ignorasse videtur, tum verba ac mentem divi Thomae certe non intellexit. Christum secundum personam impie tradit Socinus purum putum hominem esse; Deumque vocari, *non ratione substantiae vel personae sed auctoritatis, potentiae ac beneficicntiae; quia salutis nostrae, vitaeque aeternae dux et auctor et consummator extitit, divina, dum in terris ageret, potentia et auctoritate praeditus.* Itemque Filium Dei appellari, tametsi purus homo esset, *quatenus divini Spiritus vi, sine viri ope, in Virginis utero conceptus et formatus fuit.* Ac denique dici Primogenitum omnis creaturae, *quod ut dignitate, sic tempore omnium novarum creaturarum prima sit: nam et conceptio ex Spiritu sancto et ab omni peccati labe immunitas eum novum hominem et consequenter novam creaturam constituunt.* Haec Fausti Socini loca profert Natalis Alexander in Hist, eccles. saeculi XV et XVI, capite n, artic. xiv, §. 4. Age vero: haec impia commenta convellit omnia loco citato sanctus Thomas; neque verbulum habet ullum, quod tantam impietatem sapiat. Purum putum hominem, quem Sociniani Christum habent, praedestinatum fuisse ad gratias gratis datas, ad munera praestantissima, ad sublimia dona gratiae gratum facientis, fatentur illi, praetereaque ad nihil aliud. Fidem catholicam profert s. Thomas, ipsoque loco citato docet: *Hominem Christum praedestinatum, ut sit Filius Dei naturalis.* Paullo ante praemiserat: *Uniri Deo rationalem creaturam, communiter quidem secundum affectum*

dilectionis, quod fit per gratiam gratum facientem, quae est gratia adoptionis: at *alium* esse unionis *modum, singularem Christo,* scilicet *per unionem in esse personali.* Quot nempe verba, tot iacula adversum Sociniana commenta.

An voces illae, *Homo Christus,* iniquae ferendae censurae occasionem dederint, ac si *homo ille Christus,* qui tum dicitur *praedestinatus Filius Dei,* extiterit aliquando sine divinitate? Nec illi subeunt hanc censuram Theologi, qui tametsi humanitatem Christi aut individuum eius humanitatis τη ἐπίνοικ seu ratione cogitent veluti prius, quam personali affectum proprietate subsistat, illudque pronuntient praedestinatum ut cum natura divina copuletur in persona Filii; simul attamen catholicam addunt animadversionem, hominem illum singularem ita provectum praedestinatumque ad *gratiam unionis,* ut non prius in natura rerum existeret, quam esse Deus inciperet. Longius abest a censura, comrnentoquc Sociniano, doctrina Thomae, qui non humanitatem Christi, si proprie loqui velimus, sed ipsam divinam personam, secundum humanitatem tamen, in qua ea subsistit, dici debere adserit praedestinatam ad filiationem Dei naturalem. Quid vero ab haeresi Sociniana magis remotum? Quod si aliqua mentis vel unum ab altero seiungentis, vel unum prius altero cogitantis operatio admittenda sit in hac interpretatione, quam prae caeteris Thomas adprobat; non ea locum habet, quae individuum humanitatis Christi prius incepisse concipit, quam personali affectum proprietate subsisteret, ut nonnullis placuisse theologis memoravimus; sed quae in una divina persona Filii duo munera distinguit, alterum subsistendi in natura divina, et alterum subsistendi in natura humana. Hinc vero denique fit hunc hominem Christum, qui persona divina est, sub ea ratione qua vices gerit personae hominis, praedestinatum dici ut esset Filius Dei: et hanc illi quidem, ratione humanitatis, convenire praedestinationem; sed ipsam tamen Christi personam praedestinationis esse subiectum. Luculentissima divi Thomae accipe verba, quae capite superiore allata sunt: « Si proprie accipiatur, » oportet quod praedestinatio attribuatur ipsi personae Christi. Sed quia persona Christi subsistit in duabus naturis, » humana scilicet et divina, secundum utramque potest » aliquid dici de eo. Sicut enim de homine potest aliquid dici secundum corpus, ut *tangi et vulnerari;* » aliquid autem secundum animam, ut *intelligere et velle:* » ita de Christo potest aliquid dici et secundum divinam » naturam, sicut ipse de se dicit Ioannis x: *Ego et Pater* » *unum sumus;* et aliquid secundum humanam, sicut cum » dicimus eum *crucifixum et mortuum.* Et hoc modo dicitur esse praedestinatus secundum humanam naturam: » quamvis enim ipsa persona Christi semper fuerit Filius » Dei; tamen non semper fuit, ut existens in humana natura esset Filius Dei; sed hoc fuit ineffabilis gratiae. » Iamvero castissimam, omnique labe ac suspicione immunem, nemo non videt Aquinatis doctrinam. Censori Simonio parcamus potius, quam subirascamur, cui tam altius assurgere, ut videtur, datum non fuit ut sublimem Angelici Doctoris theologiam assequeretur.

II. Commoveri vehementius in eumdem criticum hominem quisque se sentiat, qui Thomam futilia commenta, Origcnianum de praeexistentia animarum et Pelagianum de meritorum praecedentia, ita enarrantem inducit ut alterum cum'altero confuderit miscueritque in loco, in quo utrumque nulla verborum ambage disertissime distinguit ac utrumque appositissimis convellit argumentis. Theologica peritia si defuerit Simonio, oculi certe non deerant ut, attentius Thomae verbis perlectis, latae censurae iniquitatem deprehenderet.

Allegatum s. Doctoris locum ponderemus. Ait ille lect. m in caput ix Epistolae ad Romanos ad ea verba V. 14: *Quid ergo dicemus? Numquid iniquitas apud Deum?* « Postquam » praemisit Apostolus, quod secundum Dei electionem unus » alteri praeferatur non ex operibus, sed ex gratia vocantis; » hic inquirit de iustitia huius electionis. Et primo proponit dubitationem... *Quid ergo dicemus, numquid iniquitas apud Deum?* » Infelices conatus Origenis profert, qui dubitationem ut solveret, incidit in errorem, insano excogitato commento. « Origenes hanc obiectionem solvere » volens, incidit in errorem. Ponit enim in suo Periarchon: » Deum ab initio solum creaturas spirituales fecisse et » omnes aequales, ne ex eorum inaequalitate posset secundum rationem praedictam iniquitas Deo adseribi: sed » postea creaturarum diversitas subsecuta est ex diversitate » meritorum. Nam illarum creaturarum spiritualium quaedam per amorem conversae sunt ad Deum plus, minus: » et secundum hoc distincti sunt diversi ordines Angelorum. Quaedam vero aversae sunt a Deo plus, vel minus: » et secundum hoc alligatae sunt corporibus vel nobilibus » vel ignobilibus; quaedam quidem caelestibus corporibus, » quaedam autem corporibus hominum. Et secundum hoc » ratio condendi et distinguendi creaturas corporeas est » peccatum spiritualis creaturae. » Quod erroneum figmentum paucis demum refellit Thomas inquiens: « Est contra » id quod Genesis 1 dicitur: *Vidit Deus cuncta quae fecerat et erant valde bona.* » Hunc locum examine versat Simonius: notatque Doctorem Aquinatem ac si Origenianum commentum imputaverit Pelagianis. Verba eius refero: « Il » combat sur le chap, ix de la même Epitre l'opinion d'Origène, qui a écrit dans son livre des Principes: *Que Dieu* » *n'a créé d'abord que des êtres spirituels et qu'il les a* » *même faits tous égaux, pour n'être pas injuste à l'égard* » *d'aucun; en sorte que cette diversité qui est arrivée dans* » *la suite, vienne de la diversité de leurs mérites.* Il soutient, que cette rêverie d'Origène est l'héresic des Pélagiens, qui ont cru que Dieu accordoit la grâce aux hommes en vue de leurs mérites; mais quoi qu'il suive en » cela saint Augustin, il est évident, que Pélage est très-éloigné d'Origène, contre le quel les Pélagiens se sont » déclarés fortement. On peut de plus défendre la prévision » des mérites sans tomber dans le Pélagianisme. » Hoc est latine: « In Commentario capitis ix Epistolae ad Romanos, » pugnat Thomas contra Origenem, qui in libro περι αρχὼν » scripto reliquit: *Deum ab initio solum creaturas spirituales fecisse et omnes aequales, ne ex carum inaequalitate posset secundum rationem praedictam iniquitas Deo* » *adseribi: sed postea creaturarum diversitas subsecuta est* » *ex diversitate meritorum.* Putat ille hoc Origenis figmentum ipsam esse, quam Pclagiani invexerunt haeresim, » arbitrantes Deum largiri gratiam hominibus intuitu meritorum. Tametsi vero Augustinum in hac re sectetur, » nihilominus perspicuum est ab Origene longissime distare » Pelagium, ab eiusque nomine abhorruisse Pelagianos. » Quid? quod sustineri demum absque ulla Pelagianismi » nota potest praevisio meritorum. » Haec ille.

Simonio itaque si credimus, figmentum Origenis de praeexistentia animarum, meritorumque ac demeritorum in alia vita accepit Aquinas pro ipsa Pelagianorum haeresi. Ubinam vero haec dixerit ille? In illis profecto verbis, quae Simonius attulit, ne vestigium quidem ullum. Addit plura, Commentario suo mentem Apostoli exponens Thomas: at Origenis ac Pelagii errores non confundit, imo alterum perspicue distinguit ab altero. Aut ipsum Thomae locum non legit censor Simonius aut obtrectandi libidine percitus non intellexit. Reiecto commento Origcniano, legitimum Apostoli sensum patefacit Angelicus Doctor. Profert Apostolus V. 14 Moysis verba, quae desumpta sunt ex cap. xxxtn Exodi V. 19: *Miserebor cuius misereor, ct misericordiam praestabo cuius miserebor:* quae multifariam ab scriptoribus intellecta notat Aquinas: «Exponitur autem, *inquit,* haec » auctoritas in Glossa dupliciter ct secundum hoc ex auctoritate hac dupliciter solvitur quaestio ct obicctio. Uno » modo sic: *Miserebor, cui misereor,* idest illi qui est dignus misericordia... Et secundum hoc licet misericorditer » sua impendat, tamen ab iniustitia excusatur, quia dat » quibus dandum est et quia non dat cui dandum non est, » secundum rectitudinem sui iudicii. Sed *misereri cui dignum est* potest intclligi dupliciter. Uno modo, ut intclligatur aliquis dignus misericordia propter opera praeexistentia in hac vita, licet non in alia ut posuit Origenes; quod pertinet ad haeresim Pelagianorum, qui posuerunt gratiam Dei hominibus secundum merita dari.

» Sed hoc stare non potest: quia, sicut dictum est, ipsa » etiam bona merita sunt homini a Deo et sunt praede- » stinationis effectus » etc. Coecus est, qui non videat errores duos a Thoma diligentissime distinctos: alterum *operum praeexistentium in alia vita, ut posuit Origenes*: alterum *operum praeexistentium in hac vita, quod pertinet ad haeresim Pelagianam*. Ipsa ratio, qua Pelagianos refellit Thomas, haeresim eorum positam in operum praeexistentia in hac vita satis indicat: *sed hoc stare non potest, quia ipsa etiam bona merita,* quae in hac vita comparantur, *sunt homini a Deo et sunt praedestinationis effectus.* Structura verborum in divi Thomae textu, quae cuique pervia ac plana est, decepit criticum Simonium; qui paullo attentiore mente textum si ponderasset, errorem eiuravisset, quem tam bonus hauserat.

Hinc iniquam censuram, qua Thomam afficit, eadem iniuria adhibet ille in Augustinum. Quid est praeterea quod ab Origene eiusque erroribus tam longo dissitos intervallo Pelagianos constituat? Nonne trita sunt Hieronymi dicta, pronunciantis in Epistola ad Ctesifontem capite π: *Pelagii doctrinam esse ramusculum Origenis;* et libro I adversus Pelagium capite vn: *Pclagianorum magistrum esse* τον ἀρχαῖον, auctorem nempe operis trspl ἀρχών; et libro III eiusdem lucubrationis in fine postremi capitis, *Pelagianorum amasium* appellantis Origenem? Nonne viri docti, quos inter memoro Danielem Huetium in origenianis, demonstrarunt in negotio de divinae gratiae auxiliis haud recte sensisse Origenem, quamquam potius haeresim Semipelagianorum praeformavit, quam Pelagianam? Invexit ille praeterea *impossibilitatem* seu *impeccantiam,* quam etiam Pelagiani adoptarunt; alia tamen, et alia eiusdem rei consequendae permoti illi ratione. Quid est postremo, quod Simonius ait: Tuto *defendi posse absque nota Pelagianismi praevisionem meritorum?* Saltem addidisset, merita quae praevidentur, proficisci a gratia; gratiamque illam, quae *praeveniens* dicitur, haud inniti praecedentium meritorum praevisione, ut catholici omnes profitentur. Longe quidem (neminem latet) ab Augustini ac Thomae sententia aberat censor: at se refutatum ab Angelico Doctore sentiat loco citato, *Alio modo,* inquiente, *potest intelligi, ut aliquis dicatur dignus misericordia, non propter aliqua merita praecedentia gratiam, sed propter merita subsequentia: puta ut dicamus, quod Deus dat alicui gratiam, et proposuit ab aeterno illi se daturum, quem praescivit ea bene fore usurum... Sed videtur quod nec hoc convenienter dici possit. Manifestum est enim, quod nihil potest poni ut ratio praedestinationis, quod est praedestinationis effectus, etiamsi accipiatur prout est in Dei praescientia: quia ratio praedestinationis praeintelligitur praedestinationi, effectus autem in ipsa includitur. Manifestum est autem, quod omne Dei beneficium, quod homini confert ad salutem, est divinae praedestinationis effectus: divinum autem beneficium non solum extendit se ad infusionem gratiae, qua homo iustificatur, sed etiam ad gratiae usum.* Lege caetera, quae in hanc rem docere pergit, elegantissima.

CAPUT IV.

Eiusdem Simonii aliae censurae refelluntur de modo motionis divinae ad actus malos. De haeretici notione, atque transubstantiatione. De adoratione Crucis.

I. Eodem Epistolae ad Romanos nono capite ad illa verba 1–/*. 17: *Dicit etiam Scriptura Pharaoni* (Exodi cap. ix, vers. 16) *quia in hoc ipsum excitavi te, ut ostendam in te virtutem meam,* criticas adhibet ac theologicas animadversiones divus Thomas. Admonet: *Secundum aliam litteram* iapud Ambrosiastrum) legi, *servavi te:* et *nostram litteram* (loco citato Exodi) *habere, posui te.* Tum sententiae planum affert perviumque sensum: « Considerandum est, *inquiens,* » quid Deus circa reprobos faciat, quod ostendit dicens: » *In hoc ipsum servavi te;* idest, dignus eras mori propter » mala quae feceras: sed tamen non statim tibi mortem » induxi, sed servavi te in vita eo fine, qui sequitur ut » scilicet *ostendam in te virtutem meam.* » Pari intelligi sensu posse Apostoli Pauli lectionem docet: *In hoc ipsum excitavi te:* « Et in hoc etiam sensu, *inquiens,* potest legi » quod dicitur: *Excitavi te;* idest, cum apud me pro tuis » meritis mortuus esses, concessi tibi vitam, quasi te ex- » citarem. In quo apparet, quod Deus iniquitatem in re- » probis non facit; cum ipsi ex suis meritis essent digni » statim consumi; sed hoc ipsum quod eos servat invita, » procedit ex nimia sua bonitate. » Alia sequitur eiusdem loci commentatio, quam diligentius vocat ad examen Aquinas: quid in ipsa praecavendum admonet; quid etiam ei addendum profert. Verba refero, quae subdola animadversione carpere videtur Simonius: « Alio modo potest intel- » ligi, *excitavi te* in peccatum, ut deterior fias. Quod quidem » non est intelligendum hoc modo, quod Deus in homine » causet malitiam: sed est intelligendum *permissive,* quia » scilicet ex iusto suo iudicio permittit aliquos ruere in » peccatum propter praecedentes iniquitates; sicut supra » primo *(cap., vers. 24)* dictum est: *Tradidit eos Deus in* * *reprobum sensum.* Sed aliquid amplius videtur mihi in » hoc esse intelligendum: quia videlicet instinctu quodam » interiori moventur homines a Deo ad bonum et ad ma- » lum. Unde Augustinus dicit in libro de Gratia et Libero » arbitrio *(capite* xx), quod *Deus operatur in cordibus ho-* » *minum ad inclinandas eorum voluntates quocumque vo-* » *luerit,* sive ad bona pro sua misericordia sive ad mala » pro meritis eorum. Unde et Deus dicitur saepius suscitare » aliquos ad bonum secundum illud Danielis xni *(cap.,* » *vers. 45): Suscitavit Deus spiritum pueri iunioris.* Dicitur » etiam suscitare aliquos ad malum faciendum, secundum » illud Isaiae xm *(cap., vers, 17): Suscitabo Medos, qui sa-* » *gittis parvulos interficiant.* Aliter tamen ad bona, aliter » ad mala: » ut infra.

Animadversionem Simonii iam accipe: « Sur ces autres » mots du même chapitre, *In hoc ipsum excitavi te* etc. » il embrasse le sentiment du saint Augustin, qui ne veut » qu'on entende d'une simple permission, *permissive,* cette » expression, *Excitavi te;* parce que Dieu pousse par un » certain instinct intérieur les hommes au bien et au mal, » comme s. Augustin l'assure dans son livre de la Grâce et » du Libre arbitre. » Hoc est: « In Augustini sententiam it » Thomas, qui et verba, *Excitavi te,* de simplici permis- » sione intelligcnda non vult; quandoquidem interiore quo- » dam instinctu movet homines Deus ad bonum malumve.» Mala censoris fides prodit seipsam. Cur enim inprimis motionem Dei per interiorem instinctum ad bonum malumque veluti absolute ab Augustino ac Thoma adsertam pronunciat, cum *aliter* id contingere *ad bona, aliter ad mala* disertissime Thomas animadvertat? Fucum deinde facit illedum refert, Augustinum ipsumque Thomam nolle ea verba, *Excitavi te in peccatum,* de simplici permissione intelligi; ac si in iis, qui sano et catholico sensu, ut infra dicendum, *excitari* dicuntur *ad peccatum,* locum non habeat permissio Dei, sed interiore quodam id fiat instinctu a Deo immisso. Imo *intelligendum* id esse *permissive* docet Aquinas absque ulla ambage: addit vero, emphasim Scripturarum si attentiore mente perpendamus, *aliquid amplius intelligendum videri: quia videlicet,* inquit, *instinctu quodam interiori moventur homines a Deo ad bonum et ad malum... aliter tamen ad bona) aliter ad mala.*

Quod ipse latissimum docet intercedere discrimen affero, ut mens eius perspicue demum innotescat: « Aliter tamen » ad bona, *inquit,* aliter ad mala. Nam ad bona inclinat » hominum voluntates directe et per se, tamquam auctor » bonorum: ad malum autem dicitur inclinare, vel suscitare » homines occasionaliter; in quantum scilicet Deus » homini aliquid proponit, vel interius vel exterius, quod » quantum est de se est inductivum ad bonum; sed homo » propter suam malitiam perverse utitur ad malum.» Aptissimis rem omnem patefacit exemplis. Quod affert Pharaonis exemplum satis fuerit: *Et hoc modo circa Pharaonem accidit, qui cum a Deo excitaretur ad regni sui tutelam, abusus est hac excitatione in crudelitatem.* Itaque in ea, quam Pharao crudelitatem in ludacos exercebat, oneribus eos affligendo, ac indicta masculorum caede et submersione, non solum divina permissio consideranda est, Augu-

stino et Thoma auctoribus, qua ruere Pharao in peccata sinebatur : verum interiore quodam etiam instinctu movebatur in ea facinora Aegyptius Rex. Interiorem instinctum theologi docent positum esse in affectu indeliberato, quo volentes nolentes pertrahimur in aliquod bonum, etiam particulare. Tutelam v. g. regni sui libero deliberatoque amore sub iudicio mentis indifférente velle poterat Pharao: sed etiam in eius corde nemo iverit inficias indeliberatum a Deo movente imprimi amorem potuisse, quo se pertractum in tutelam regni sui sentiebat ipse, veluti in quoddam bonum. Hic interior vocatur instinctus. Porro media non deerant, quibus licite uteretur Pharao ad illud assequendum bonum quod amabat, incolumitatem regni: at perverse judicabat utilia media, quae adhibenda forent, oppressionem esse Iudaeorum,masculorumquc caedem: eademquedemum concludebat eligenda. Permittente utique Deo, errabat intellectus Pharaonis, eiusque voluntas in pravam incidit electionem : at praeter hanc permissionem, *aliquid amplius intelligendum est, interior* nempe *instinctus* a Deo immissus, quo ad incolumitatem regni tutandam pertrahebatur cor Pharaonis ; quove ipse, veluti occasione bona data, perverse abutebatur in peccatum. Hinc vero verborum Scripturae emphasis satis declarata manet, quae Pharaonem *excitatum* pronunciat in malum, scilicet *occasionaliter: cum enim a Deo excitaretur ad regni sui tutelam, abusus ipse est hac excitatione in crudelitatem.* Quam, puto ego, commentationem adducere in invidiam censor imprudens potest, nemo doctus non amplectatur. Motionem aliam Dei ad eam, quae dicitur entitas actus peccati, hoc loco praetermitto.

Neque interiore solum instinctu , quo abutitur homo, contingere hanc motionem vel excitationem in peccatum docet Angelicus Thomas: sed etiam *proposito aliquo exteriori quod, quantum est de se, est inductivum ad bonum ;* quo tamen *propter suam malitiam perverse utitur homo ad malum.* In eodem Pharaonc rem elegantissime explicat Augustinus, beneficiis, quae populo Hebraeorum a Deo conlata noverat impius et invidus Rex, perverse abutente. Locum integrum profero ex Enarratione in Psalmum civ. Rex Propheta V. 25 ait: *Convertit cor eorum* (Pharaonis et Aegyptiorum) *ut odirent populum eius, et dolum facerent in servos cius.* Perinde est cor Aegyptiorum converti a Deo, atque suscitari vel excitari in odium Hebraici populi: «Num» quid nam *(ait Augustinus)* intelligendum est vel creden» dum quod Deus cor hominis ad facienda peccata con» vertat? An peccatum non est, vel parvum peccatum est, » odisse populum Dei et dolum facere in servos eius? Quis » hoc dixerit? Numquid ergo tam gravium peccatorum au» ctor est Deus, qui nullius vel levissimi peccati auctor » credendus est? Quis sapiens et intelliget haec?» Sapientis est id intelligere *permissive :* ac sapientis est, ut emphasim Scripturarum assequatur, *aliquid amplius intelligere;* ut quemadmodum *ad bona inclinat Deus hominum voluntates directe et per se, tamquam auctor bonorum :* ita *ad malum dicatur inclinare, vel suscitare* (vel convertere) *homines occasionaliter; in quantum scilicet Deus homini aliquid proponit, vel interius vel exterius quod, quantum est de se, est inductivum ad bonum ; sed homo propter suam malitiam perverse utitur ad malum.* Motionem hanc per interiorem instinctum iam exposuimus ; eamdemque per aliquod exterius bonum a Deo propositum pergit loco citato explanare Augustinus. Ait quippe: « Ipsa est illa mirabilis » Dei bonitas, qua bene utitur etiam malis vel Angelis vel » hominibus. Cum enim ipsi vitio suo mali sint, ille de » malo eorum bene facit. Non enim antequam odissent » populum cius boni erant; sed maligni et impii tales » erant, quod facile incolis suis felicibus inviderent. In eo » ergo quod populum suum multiplicavit, hoc beneficio suo » malos ad invidendum *convertit.* Invidia est enim odium » felicitatis alienae. Sic ergo *convertit cor eorum,* i/f.per » invidentiam *odissent populum cius, et dolum facerent in* » *servos cius.* Non itaque cor illorum malum faciendo, sed » populo suo benefaciendo, cor illorum sponte malum » *convertit* ad odium... Non illos malos faciendo, sed istis » bona, quibus mali facillime possent invidere, largiendo.» Utroque modo malos homines reprobosque, *interius* vel *exterius,* quandoque a Deo moveri et excitari, eosdemque tum interiori illa motione, tum excitatione exteriori ex perversitate cordis abuti, veluti occasione sumpta, ad perpetrandum malum vel ipso experimento constat: adeoque Scripturae verba, quae huiusmodi excitationem ad malum exprimunt, par erat, sapientissimi Patres Augustinus et Thomas ita intelligerent, ut simplicem permissionem non significarent dumtaxat, sed *aliquid amplius,* interiorem nempe instinctum a Deo in hisce casibus immissum, vel exteriorem alicuius boni propositionem, ac utriusque perversum usum. Quam longe vero haec sanctorum Patrum doctrina ab eo calumniae colore distat, quo eam illinire censori Simonio placuit!

II. Tria supersunt ex eisdem Commentariis deprompta loca, quae lectoribus animadvertenda proponit censor, nulla quidem adhibita censura, sed neque declarans qua id ipse egerit mente. Ait vero: «De hacrcsi fusiore sermone per» tractat lectione iv in caput xi Epistolae primae ad Co» rinthios, ac haereticum definit *qui spernens disciplinam* » *fidei* (Thomae verba sunt) *quae divinitus traditur, per* * *tinaciter proprium errorem sectatur:* unde haereticum » non mentis error tantum facit, sed voluntatis pertinacia. » Id antea Augustinus frequentius tradiderat. Libro III *de Anima et eius origine* capite xiv, num. 20: *Modo proba, carissime,* (ait) *non te fallaciter ista dixisse, ut de tua indole non solum ingeniosa, verum etiam cauta, pia, modesta, gaudeat catholica Ecclesia, non de contentiosa pertinacia haeretica exardescat insania.* Et capite xv, num. 23: *Haec si pertinaciter singula defendantur, tot haeresesfacere possunt, quot opiniones esse numerantur.* Pertinaciae naturam et indolem exponit libro IV *dc Baptismo* contra Donatistas capite xvi, num. 23: *Istum,* inquiens, *nondum haereticum dico, nisi manifestata sibi doctrina catholicae fidei, resistere maluerit, et illud quod tenebat elegerit.* Et Epistola XLin, al. cLxn, num. 1: *Qui sententiam suam, quamvis falsam atque perversam nulla pertinaci animositate defendunt... quaerunt autem cauta sollicitudine veritatem, corrigi parati cum invenerint, nequaquam sunt inter haereticos deputandi.* Praetermitto huiusce rei reliqua plura documenta. Mens ipsius Thomae alibi eadem est lectione III in caput in Epistolae ad Titum, et IIa IIae quaest. xi, artic. I et π, et de Malo qu. vin, art. I ad 7. Consentiunt theologi omnes, quorum unum dissidium fervet: num pertinacia ad haereticae quoque propositionis qualitatem aliquo modo pertineat, et non solum proferentis animum afficiat, qui pro haeretico habendus est. Consule illos.

Pergit Simonius: « Ea verba Apostoli loco citato V. 23: » *Ego enim accepi a Domino* etc. commentatione sua ex» ponens Aquinas lectione v funditus quaestionem versat » dc *Transubstantiatione:* nihilquc praetermittit, quod ve» tusti Scholastici ea de re docuerunt. » Addere censor debuisset nihil etiam a Thoma praetermissum, ut Apostoli verbis, quae divinam afferunt revelationem, legitimo sensu explanatis (quae supremae sunt theologi partes) Eucharistiae Sacramenti institutionem ac dignitatem patefaceret; veritatemque corporis Christi, ipsamque transubstantiationem tutaretur, haereticorum errore profligato, absurdisque quibusdam opinationibus reiectis. Haec omnia loco citato egregie praestat s. Thomas.

III. Laudibus demum sanctum Doctorem nostrum exornat Simonius, ceu diligentissimum interpretem, qui veterum commentationes omnes et noverat, ac profert et expendit: quaeve sumit pertractanda argumenta omnigena eruditione, quae praesto illi erat, exhaurit. In exemplum adducit Commentarii locum in Apostoli verba capite xi Epistolae ad Hebraeos V. 22: *Fide Iacob moriens singulos filiorum Ioscph benedixit, et adoravit fastigium virgae eius,* nempe Joseph. Ita Geneseos capite xr.vn, vers. 3i iuxta versionem των lxx. Sensum habeto iuxta frequentiorem interpretum sententiam: Iacobum morientem, postquam se Iosephus sacramento obstrinxit ut pro votis patris corpus cius deferretur in Chananaeam regionem sepeliendum, veneratum esse sceptrum quod ipse Joseph gerebat, seu regiam a Deo illi datam potestatem. Eadem retenta versione, variantes

lectiones affert Thomas, quae ex graeco textu profluunt; multiplicesque adducit litterales et allegoricas doctorum interpretationes. Hanc inter.caeteras profert: *Vel,* inquiens..., *adoravit Christum significatum per virgam illam: sicut et nos adoramus Crucifixum, et Crucem ratione Crucifixi passi: unde proprie non adoramus Crucem, sed Christum crucifixum in ipsa.* Ad haec Simonius: « Dignum, *ait,* » animadversione, in adoratione Crucis, auctore Thoma, » cultum nostrum in eadem Cruce non'sistere, sed ipsum » referri ad Crucifixum. »

An eos perstrinxerit ille theologos, qui cum Bellarmino libro 11 de Imaginibus SS., capite xxi arbitrantur: *Imagines Christi et Sanctorum venerandas esse non solum per accidens vel improprie, sed etiam per se et proprie, ita ut ipsae terminent venerationem ut in se considerantur, et non solum ut vicem gerunt exemplaris:* et capite xxv: *Cultum, qui per se et proprie debetur imaginibus, esse cultum quemdam imperfectum, qui analogice et reductive pertinet ad speciem eius cultus qui debetur exemplari?* Liceat in sensu suo abundare Simonio. An vero Thomam committere voluerit cum Thoma, qui III par., qu. xxv, art. m et iv docet *adoratione latriae,* qua *Christus adoratur, imaginem eius* et Crucem *adorandam esse?* Integrum lege textum, dissidiumque evanescit omne, si quod apparet. *Duplex est motus animae in imaginem: unus quidem in ipsam imaginem, secundum quod res quaedam est: alio modo in imaginem, in quantum est imago alterius. Et inter hos duos motus est haec differentia, quia primus motus, quo quis movetur in imaginem ut est res quaedam, est alius a motu qui est in rem: secundus autem motus, qui est in imaginem in quantum est imago, est unus et idem cum illo qui est in rem. Sic ergo dicendum est, quod imagini* (vel Cruci) *Christi, in quantum est res quaedam, puta lignum sculptum vel pictum, nulla reverentia exhibetur, quia reverentia nonnisi rationali naturae debetur. Relinquitur ergo quod exhibeatur ei reverentia solum, in quantum est imago: et sic sequitur quod eadem reverentia exhibeatur imagini Christi et ipsi Christo. Cum ergo Christus adoretur adoratione latriae, consequens est quod 'eius imago sit adoratione latriae adoranda.* Duo haec divi Thomae loca si conferantur, facile patet quaenam eius sententia fuerit: eodem nempe cultu Christum coli et eius imaginem Crucemque; hunc vero, quantus quantus est, in prototypo consistere ac nonnisi per imaginem atque Crucem transire in ipsum: ad ipsum Christum si referatur, absolutum esse; positumque in mera σχέσει seu relatione, quatenus imaginem attingit: priore demum modo dici et esse veram propriamque latriam; sed etiam modo posteriore, cum sit idem animae motus, latriam appellari minus proprie. Nihil dictum, quod sanctissimae fidei regulis apprime non conveniat.

Dionysium Petavium novi aliosque theologos, qui σχε'σεν illam, seu cultum relativum, quo imaginem Christi Crucemque transeundo attingimus, latriae nomine renuunt insigniri:, quod uni absoluto cultui, qui in Deo et Iesu Christo sistit, tribuendum censent. At dissidium fortasse totum ad verba redigitur. Praeclarissimam affero illustrissimi Iacobi Benigni Bossueti Episcopi Meldensis animadversionem, qua fides Ecclesiae hac in re perspicue declaratur, vindicaturque doctrina a divo Thoma tradita. Gallica profero eius verba ex Epistola ad Ascetam quemdam scripta de Crucis adoratione: « Saint Thomas attribue à la Croix » le culte de latrie, qui est le culte suprême, mais il » s'explique en disant que c'est une latrie respective, qui '» dès là en elle même n'est plus suprême, et ne le de- » vient, que parce que elle se rapporte à Jésus-Christ. Le » fondement de ce saint Docteur c'est, que le mouvement » qui porte à l'image est le même, que celuy qui porte > à l'original, et qu'on unit ensemble l'un et l'autre. » Qui peut blâmer ce sens? Personne sans doute.' si l'ex- » pression déplaît, il n'y a qu'à la laisser, comme a fait » sans hésiter le père Pétau: car l'Église n'a pas adopté » cette expression dc saint Thomas: mais on sera bien » foible et bien vain, si on est étonné de choses, qui ont » un sens si raisonnable. » Quac latine reddita, haec sunt: *Cruci tribuitur a divo Thoma latriae cultus, qui supremus est: at ipsum tamen adserit ille cultum latriae respectivum, adeoque ea dumtaxat ratione supremum,, quia ad lesum Christum refertur. Momentum rationis accipe, qua nititur Aquinas: quod motus qui est in imaginem, est unus et idem cum illo qui est in reni, ac res ipsa et imago simul coniunctae considerantur. Hunc vero sensum quis audeat improbare? Hemo prudens ac doctus. At voces huiusmodi, si minus placeant, relinquere licet, easque adhibere Petavius noluit, cum nec eas suas fecerit adoptaveritque Ecclesia. Nimium levis fuerit ac vanus, qui de rebus huiusmodi, sine dubio innocuis ac rectae rationi consentientibus, admiratione capiatur.*

CAPUT V.

De genuino divi Thomae quodam textu retinendo in Commentario in Epistolam ad Romanos disseritur. Itemque de allero in Epistolam ad Galatas.

1. **f** Juamplures numerat Operis praestantissimi editiones 's>^_lacobus Echardus: Basileenscm 1475 fol., aliamque Wolfangi Lachner 149$, Bononiensem 1481 fol. correctam et emendatam *per fr. Petrum de Bergomo Ord. Praed.,* Parisinam typis loannis Petit 1526 fol. *ab omnibus mendis studiosissime purgatam cura et solicitudine Nicolai Savetier,* aliamque 1529 et l 532 ex typographia Nicolai Prevost, et 1541 itemque t563 fol. loannis de Roigny quam curavit/r. *Iacobus Albertus Castrensis Ord. Praed.,* ac demum i5g2 et 1654 fol. Lugdunensem, 1545 et 1556 in 8 Bartholomaei Honorati, Antuerpiensem 15pi fol., Venetam *ex vetustissimorum codicum collatione repurgatam a fr. Iac. Alberto* 1548. fol. et l 555, itemque a *fr. Remigio Florentino adornatam* 1562 apud Juntas, aliasque 1586, i5g3 et i5g8. Venetam his addo vetustiorem 1498 fol. gothicis, ut aiunt, impressam characteribus. In calce haec habentur: *Finit explanatio s. Thomae de Aquino Ord. fratrum Praed. in omnes Epistolas beati Pauli Apostoli, characteribus Bonetti Locatelli bergomensis impressa; ductu vero et imperio nobilis viri domini Octaviani Scoti civis Modoetiensis in medium data, anno a partu Virginis salutifero millesimo quadringentesimo nonagesimo octavo, die vero vigesima secunda mensis decembris, in inclita urbe Venetiarum, Augustini Barbadici Ducis invictissimi tempestate.* Aliam addo Venetam l 533 fol. In fronte legimus: *Expositio clarissima atque catholica divi Thomae Aquinatis super Epistolas Pauli, cum duplici textu ad veritatem graecam correctissime addito* etc. In brevi ad lectorem Epistola, quae praefigitur operi, haec habetur admonitio: *Verum cum illa* (Commentaria) *adulterata valde depravataque forent, ad pristinam restitui integritatem curavimus.* In calce demum: *Finis expositionis christianae sancti Thomae de Aquino Ord. Praed. in omnes Epistolas beatissimi Principis Apostolorum Pauli. Venetiis impensa* (impressa) *expensis nobilium heredum nobilis D. Octaviani Scoti civis Modoetiensis, anno a Nativitate Dom. i533 regnante inclito Principe Andrea Grito Dux* (duce) *Venetiarum.* Vulgatae Bibliae textui praemittitur versio Erasmi Roterodami; ciusdemque ad singulas Epistolas argumenta, quae ex eiusdem novo Testamento desumpta sunt, Angelici Doctoris prologis praefiguntur. Quod idem prorsus exemplar alia repraesentat editio Veneta, quam gothicis characteribus anno 1536 fol. curarunt laudati Octaviani Scoti heredes. Venetam demum anni 1562 apud luntas in fol. non praetermitto, quae *ad lectionem antiquorum codicum, praesertim eorum, qui Venetiis in aedibus dd. Io. et Pauli, et d. Dominici extant, fideliter a Remigio Florentino Ord. Praedicatorum restituta* dicitur. Hisce demum seorsum curatis accedunt integrae omnium Operum editiones, Romana i5yo fol. iussu ss. Pii quinti, Antuerpiensis 1612 f. procurante Cosma Morelles, et Parisina 1660 fol. studio et curis loannis Nicolai.

Romanam editionem ad unguem repraesentari in Veneta Bettinelliana iussimus, patentibus dumtaxat typographorum sphalmatis emendatis, iisdemque ad inferiorem paginae

oram inter alias varias lectiones reiectis, ne quidpiam a nobis immutatum ulla esse unquam suspicio queat. Sed varias praedictas inter lectiones exceptionem quamdam, quae aliquibus in editis exemplis legitur, immaculatae Conceptioni Deiparae faventem, praetermittendam consulto duximus, utpote quam interpolatrice editorum manu intrusam fuisse in textum plura sunt quae suadeant. Absit, velim ego piam, quae dicitur habeturque, vexare sententiam: imo Sedis Apostolicae decretis lubentissimo animo et pareo ct obsequor. An eadem exceptio auctorem habeat s. Thomam, eamdemque praestent codices bonae notae ac edita sinceriora exempla, una mihi versanda quaestio est, ut omissio praedicta vitio verti nullo modo debeat.

Reginaldus Lucarinus Ordinis Praedicatorum in *Animadversionibus in textum Operum s. Thomae,* quae Romae typis editae anno 1666 adiunctae sunt Manuali Thomisticarum controversiarum, sic habet: « Capite v ad Rom. » lect. in ad ly *in quo omnes peccaverunt,* in aliquibus » codicibus haec subiunxisse s. Thomas legitur: *Una ex-* » *cepta beata Virgine, quae nullam contraxit maculam* » *originalis peccati.* » Quot illi codices fuerint, tibinam adserventur; an Thomae aetate, vel suppari, vel aevo sequiore illos exaraverint notarii, an eosdem propriis oculis inspexerit Lucarinus, frustra perquiras: haec ille silentio praeterit omnia. Exceptionem illam non habent vetustissimae editiones, quae saeculo quintodecimo ex mss. codicibus prodierunt; nec eam exhibent frequentiora exempla posteriore tempore edita: eamdemque praetermiserunt Romani editores, qui iusssu Pii V *omnem diligentiam* adhibuere, consultis collatisque *emendatioribus exemplaribus,* ut Operum s. Thomae editio *expurgata undique prorsusque splendida redderetur.*

An codices mss. quos postulamus indicent alii proferantque? Eusebius Nierembergius inter opera Parthenica edita Lugduni anno i65q in exceptionibus Concilii Tridentini cap. xxt testimonium profert *Ferdinandi Guevara ct Adorno,* qui testatur Romae dum ageret an. 1625 in cod. mss. *Fminentiss. Cardinalis Sforqa,* Commentarios Thomae in Epistolas d. Pauli exhibente, ad illius textus expositionem, *omnes in Adam peccaverunt,* se propriis oculis haec legisse verba: *Una excepta b. Virgine, quae nullam contraxit maculam originalis peccati.* De codicis nota sic habet idem Fcrdinandus: *In bibliotheca Eminentissimi Domini Cardinalis Sfor^a quemdam librum inveni fortuito ex Operibus s. Thomae super Epistolas s. Pauli ad magnitudinem unius Missalis, ex littera perantiqua, tabulis coopertum.* Additquc postremo, adhibita diligentia inventam exceptionem illam non fuisse in eisdem Doctoris Angelici Commentariis, *Romae, Mediolani et Neapoli* editis. Integrum idem testimonium descripsit Auctor *Innocentiae vindicatae* typis Sancti Galli anno 16g5 impressae', illudque memorat Thomas Strozzius in Historia controversiae de Conceptione Deiparae Panormi edita anno iyo3 libro IV, capite vn. Ad unum scilicet bibliothecae olim Sfortianae codicem fides refertur allati testimonii. Nihil interest, *tabulis* ipsum *coopertum* fuisse, et *ad magnitudinem unius Missalis:* aetas *perantiquae,* quae adseritur, *litterae* definienda fuerat; notaque codicis, si quid animadversione dignum habuisset ad conciliandam fidem, diligentius exponenda. In editionibus Romana, Mediolanensi et Neapolitana non inveniri saepe dictam exceptionem mirari non debuisset Fcrdinandus, cum cam neque primae vetustae editiones habeant, neque frequentiores aliae sequiori aevo curatae, ut infra dicendum. Hinc Sfortiano' codici opponi iure possunt quotquot adhibiti fuere codices illi, ex quibus quintodecimo saeculo ac deinceps, viris diligentissimis accurantibus, Commentariorum Thomae in Epistolas Pauli Apostoli prodierunt editiones.

II. Alia sequitur laudati Lucarini animadversio loco citato: « Capite ni ad Galatas lect. vi: *Virum de mille* (verba » sunt divi Thomae) *unum reperi, scilicet Christum, qui* » *esset sine omni peccato: mulierem autem ex omnibus* » *non inveni, quae omnino a peccato immunis esset, ad* » *minus originali vel veniali.* Alibi: *Virum de mille re-* » *peri unum, scilicet Christum, sine omni peccato: de mu-* » *Here ullam, scilicet quae a peccato immunis fuerit, ad* » *minus originali vel veniali: excipitur purissima et omni* » *laude dignissima Virgo Maria.* Henriquez apud Salazar » in tract, de Concept, b. Virginis cap. xlii, sect, xiii in » vetustissimis codicibus supradictam lectionem se com- » prehendisse testatur, cum hoc addito: *Excepta b. Virgine,* » *quae omnino immunis a peccato fuit originali et veniali.* » De hac lectione dubitat Silvius in III par., quaest. xxvn, » art. π, editionis Antuerpiensis apud loannem Keerbergium » anno 1618. Verum eam plures graves patronos semper » habuisse certum est. » *Vetustissimorum codicum* loco, cum non indicet Henriquez ubi adserventur illi, nec eorum definiat aetatem neque notam exponat, typis edita nonnulla adhibent exempla scriptores alii. Nierembergius loco citato sic ait: « In Epistola ad Galatas lect. vi sic dicitur: *Virum* » *de mille unum reperi, scilicet Christum, qui esset sine* » *omni peccato: mulierem autem ex omnibus non inveni,* » *quae a peccato omnino immunis esset, ad minus origi-* » *nali vel veniali: excipitur purissima et omni laude di-* » *gnissima Virgo Maria.* Haec verba inveniri possunt in » impressionibus horum Commentariorum, quae factae sunt » Parisiis anno salutis i52g et r532, ac Venetiis anno l555, » ac denique in impressionibus, quae post annum t5go in » lucem emerserunt. Remigius tamen Florentinus illa verba » obliteravit: *Excipitur purissima et omni laude dignissima* » *Virgo Maria.* » Auctoris *Innocentiae vindicatae* paullo fusiora verba, quae loco citato habentur, haud praetermitto. Ait ille: «Secundus locus divi Thomae habetur in » caput lll Epistolae ad Galat. lect. vi ubi: *Non inveni mu-* » *lierem a peccato originali vel actuali omnino immunem,* » *praeter purissimam et omni laude dignissimam Virgi-* » *nem Mariam.* Ita habet editio antiquissima bibliothecae » Viennensis in collegio Societatis Iesu apud Allobrogas. » Et editio anni i52g apud patres Minimos Tolosae; allc- » gaturque hic locus a P. Henriquez lib. Ill Summae, cap. π, » lit. M, et Pineda in cap. vn Ecclesiast. num. 2g. » Hacc eadem scripserat Theophilus Raynaudus tomo VIll Operum in Pietate Lugdunensi pag. 2g 1. Pergit vero laudatus auctor: « Et in editionibus, Parisiensi anno i52g, et 1532, ct 1541, » et i5g2, et Lugdunensi anno iSqi, et Veneta anno' l555 » et anno 15go, sed in recentioribus editionibus omissa. » Et quidem editionem Venetam an. l555 profitetur Io. Al- » bertus Castrensis Dominicanus ex correctissimis cxempla- » ribus editam esse; sed quidam Remigius Florentinus in » sua recentiori editione Antuerpicnsi anni 15g l verba, quae » favebant Immaculatae Conceptioni, intrepide expunxit, » adiccta liturae causa: *Quia,* inquit, *non bene addita sunt* » *in editione Veneta.*» Eadem transcripsit VincentiusHoudry in *Bibliotheca Condonatorum* parte II, tomo III, de Concept. Immacul. §. v. in calce.

Hacc illi. Plura sunt vero animadversione digna. -I. Plures ut exhibeat auctor *Innocentiae vindicatae* editiones, quarum numero fidem conciliet exceptioni qua de agimus, bis editionem eamdem repetit: *Editio,* inquiens, *anni i52g apud patres Minimos Tolosae.... et in editionibus Parisiensi anno i52g* etc.-II. Editum vetustius exemplum, quod invenire potuerunt laudati scriptores, illud est quod Parisiis anno i52g excusum fuit: at iam aliae ante prodierant editiones, Parisina i526 *ab omnibus mendis purgata, cura et solicitudine Nicolai Savetier,* Veneta iqg8 *characteribus Bonetti Locatelli bergomensis impressa, ductu vero et imperio nobilis viri domini Octaviani Scoti,* Basileensis 14g5 ex typographia *Wolfangi Lachner,* Bononiensis 1481 *correcta et emendata per fr. Petrum de Bergomo* et alia Basileensis 1475. Vetustiores istas novi ego, quae controversam non habent exceptionem.-III. Hanc, veluti temere adiectam, reiici iubet reiecitque a sua Veneta apud luntas editione an. 1562 Remigius Florentinus, his permotus rationibus: *Nam nec in manuscriptis,* ut inquit, *nec etiam alibi impressis codicibus (quos viderim, nam multos vidi) haecparticula reperitur. Et in eo Parisiis impresso, a fr. Io. Alberto Castrensi a mendis expurgato, non invenitur.* IV. At Venetas ac Parisinns, quae faveant, numerat Strozzius loco superius citato ab an. i5i3 ad annum i555 *(dal mille cinquecento e trcdeci sino al cinquantacinque)* in eisque visam a Tur-

rccremata praedictam exceptionem ait, *(in queste dovettero vederla Torrecremata* etc.) tametsi in recentioribus *(meno antiche)* non habeatur. Diligentiorem ac certe necessariam operam praestitisset Strozzius, si editionum, quae annum 1529 praecesserint, annum memorasset ac typographum. Papae vero, quam felix et accurata allegatio loannis de Turrecremata, qui in hisce editionibus ab anno 1513 curatis exceptionem viderit ac legerit! Qui nempe quinque et quadraginta annos iam ante obierat, anno Christi 1468, suoque in tractatu de Veritate Conceptionis Romae anno 1547 impresso praedictae exceptionis veluti a Thoma adiectae nuspiam meminit.

Quinto, sed eam post annum 1529 insertam legi nonnullis editis in exemplis, quae decem ut summum numerantur, non imus inficias : at manum recentem, quae Parisinam anni 1529 editionem interpolaverit, vetustiores evincunt, quae saeculo quintodecimo ex codicibus mss. prodierunt, ac frequentiores aevi sequioris doctissimorum virorum curis purgatae et emendatae, quae plurimae sunt.

Sexto, eiusdem Parisinae editionis corruptionem testatur Thomas de Lemos in Panoplia Gratiae tomo IV, parte II, libro IV, cap. xvi se perspectam *Romae* fecisse *ex omnibus mss. et codicibus in Vaticano servatis et in bibliotheca Ducis Altemps et Ducis Florentiae.* Postremo loco, peculiari digna animadversione occurrunt loannis de Pineda, quem allegat Sfondratus, verba ad caput vn Ecclesiastis V. 29. *In tanta ergo codicum varietate* (typis edita exempla intellige) *quid vere scripserit divus Thomas, incertum est.* Itaque dubius haeret ille, num divo Thomae auctori, an interpolator! cuipiam tribui saepe dicta exceptio debeat. Neque vero *tanta* dicenda fuerat *codicum varietas :* tres etenim memorat ipse editiones,Parisinam anni 1529 et 1532,ac Venetam anni 1555, quibus recentiores aliae ut summum septem addi possunt. At recentes ipsae, quae post annum 1529 pluribus in locis prodierunt, longe numero praestant; ac vetustiores omnes, quotquot excusae fuerunt saeculo quintodecimo, praedicta carent exceptione. *Illud vero exploratum in editione Romana* (anni 15yo) *quae correctissima habetur, desiderari exceptionem illam.* Quidni exceptionem illam praeterire debuerint prudentissimi Romani editores, quam in vetustis omnibus editis exemplis non invenere, neque in' frequentioribus aliis, quae sextodecimo eodem saeculo curatae sunt? Pergit attamen adnotare Pineda : *Quamquam neque ex hoc firmum prorsus argumentum fieri possit rei ipsius et mentis divi Thomae.* Cur, sodes ? *Cum in illa ipsa editione Romana quaedam ex Commentariis domini Caietani iustis de causis omissa fuerint; potuit itaque aliqua ex causa ab aliquo vel addi aliquid, vel omitti in illo s. Doctoris Commentario.* lustae causae, cur omissa quaedam fuerint in Caietani Commentariis, patent, ac ab ipsis Romanis editoribus narrantur: *Amotis etiam ex eisdem Commentariis,* inquientibus, *atque expunctis omnibus locis iuxta nostri Ordinis sanctiones, qui post decreta Tridentinae Synodi lectorem poterant detinere dubium vel suspensum: quos videlicet vel ipse Commentator vivens emendaverat et si viveret emendasset.* Quid inde vero extundas, quod exceptionem illam, ac si tamen a divo Thoma scripta fuerit, expungere *aliqua de causa* voluerint Romani editores? Insertam quidem aliquibus in editionibus, sed *emendatioribus in exemplaribus,* quibus usi sunt, non inventam, scilicet omnibus ante annum 1529 excusis, ac numero pluribus post eumdem annum impressis, iure ac merito praetermiserunt, veluti divo Thomae auctori temere sine dubio tributam.

Ac sane una eademque illa exceptio tam diversis concepta verbis profertur (quod postremo loco animadvertendum est) ut eam inter variantes genuinas lectiones nemo sapiens numeraverit, eamdemque quisque colligat pro genio ingenioque, nimiaque licentia procusam. Quod aio, ex sequenti collatione certum fit compertumque.

1. *Apud Lucarinum.*

« De muliere ullam, scilicet, quae a peccato immunis fuerit, ad minus originali vel veniali : excipitur purissima et omni laude dignissima Virgo Maria. »

III. *Apud Nierembergium.*

« Mulierem autem ex omnibus non inveni quae a peccato omnino immunis esset, ad minus originali vel veniali : excipitur purissima et omni laude dignissima Virgo Maria. »

11. *Apud Henrique^.*

« Excepta beata Virgine , quae omnino immunis a peccato fuit originali et veniali. »

IV. *Apud Auctorem Innocentiae vindicatae.*

« Non inveni mulierem a peccato originali vel actuali omnino immunem, praeter purissimam et omni laude dignissimam Virginem Mariam. »

Cur itaque in Bettinelliana Veneta editione, cui curas nostras commodavimus, variae praedictae lectiones praetermissae fuerint, causas habes, lector humanissime: quas pro aequitate si expenderis, calculo tuo consilium nostrum adprobatum iri confidimus.

DISSERTATIO VII.

De Commentariis in septem Epistolas Canonicas et in Apocalypsim, sancto Thomae Aquinati suppositis.

CAPUT I.

Commentarii in septem Epistolas Canonicas, veluti supposilitii reiiciuntur· Elumbe aliorum criticorum argumentum. Solidae ac verae causae suppositionis. Nicolao Gorrano adiudicantur.

I r*t,cas animadversiones, quae aptae visae sunt ac idoneae ad illustrandos divi Thomae Commentarios *in Epistolas s. Pauli,* S fD?'eosque a severiore ac etiam iniqua nonnullorum censura vindicandos, complectitur omnes superior Dissertatio. Methodum servatam hactenus sequor ego; causasque profero, quae me impulerunt, cur depulsas reiectasque velim Expositiones *in septem Epistolas Canonicas et in Apocalypsim,* quae sub nomine Angelici Doctoris Thomae typis editae circumferuntur.

Typis Parisinis loannis Boulle, studio et curis Claudii de Spina Galli Neustrii, Ordinis Praedicatorum alumni, patria et professione rothomagensis , anno 1543 iterumque anno i55o in 8 prodierunt Commentaria *in Epistolas omnes Canonicas,* nomine divi Thomae Aquinatis velut auctoris inscripta. Posteriores alias editiones praetereo. Prologus operis incipit, *Missae sunt epistolae Regis nomine per veredarios* etc. ipsiusque operis initium est, *lacobus Dei et Domini nostri lesu Christi servus etc. Haec epistola dividitur principaliter in duas partes, in salutationem et instructionem.* In sua ad lectorem Praefatione refert primus editor laudatus Claudius de Spina, erutum hoc opus ex *pervetustis exemplaribus, ante annos nonaginta manu exaratis, quae in bibliotheca nostra Lovaniensi vetustate prope obliterata exstabant.* Momenta rationum, quae idonea putavit, ut illud Thomae, tamquam vero parenti, adiudicaretur, haec sunt: 1. quod *fidem faciunt satis prima illa exemplaria, quae auctorem divum Thomam in fronte affirmant:* 2. ipsius Aquinatis *ingenii dexteritas in iis resplendet ac conspicitur:* ac *rursus dividendi artificium, locutionis puritas, sententiarum lumen, docendi succosa brevitas:* 3. *cuncta conspirant reliquis Thomae Operibus, quae assidua lectione deprehendet studiosus lector:* 4. nec veterum silentium obstare debet, cum *unum hoc argumentum ab auctoritate negativum* nihil probet.

Inter Opera divi Thomae genuina, nullo iniecto dubio, praedictos Commentarios numerat Sixtus Senensis. Nostrae etiam gentis viri docti, Castillius, Nazarius aliique consentiunt: ac favent Possevinus et Bellarminus. Huiusce iudicium accipe eiusdem verbis: « Commentaria vero *in EpistoUas* » *Canonicas* videntur mihi erudita et digna ingenio sancti » Thomae, praesertim cum in iis cernatur stylus et modus » procedendi s. Thomae. Neque obstat quod in editione » Romana (anni i5yo) hoc opus non recenseatur: siquidem » eo tempore hoc opus nusquam inveniebatur, et primum » in lucem prodiit Antuerpiae anno 1592. » Vitiosam Bellarmini animadversionem castigat consodalis eius Theophilus Raynaudus in Erotcmatis de bonis ac malis libris: *Extat enim,* inquiens, *editio Parisiensis anni i55o et Lugdunensis anni i556* quae Romanam anni i5yo praecedunt. Immo et alia (addo ego) prior exstat editio Parisiensis iam laudata anni 15q3 in 8.

II. lacobus Echardus in elogio Nicolai de Gorran, criticos viros memorans, qui *difficultatem movent,* num Aquinati praedictae Commentationes tribui debeant, *Bellarminum* numerat, *Theophilum Raynaudum, Labbeum, Richardum Simonem.* Praetermittere Bellarminum debuisset, cuius iam protulimus iudicium. Quae fuerit difficultas a Raynaudo mota, haec eius verba loco citato exponunt: *Commentarius in Epistolas Canonicas suppositus est s. Thomae : nam auctor 1 Petri* (cap. 11, V. 16) *ad illud,* Quasi liberi, *citat Lyranum tanto posteriorem sancto 'Thorna.* Eadem habet Philippus Labbe in Dissertat, histor. de s. Thoma eiusque Scriptis: Quis *enim* (inquiens) *ferat citari Lyranum a divo Thoma in illud 1 Petri cap.* 11, Quasi liberi etc. Eademque demum animadversio est Simonii in Historia critica interpretum sacrae Scripturae capite xxxm.

Locum profero ex Commentario: « *Quasi liberi.* Glossa: » Et haec bene facite, quasi liberi, scilicet ex amore, non » ex timore. Unde Lyra: *Quasi* est expressivum virtutis; » *quasi,* idest, sicut vere liberi estis. » Quo loco Seraphinus Piccinardus libro 11 de Approb. Doctrinae divi Thomae qu. vn, art. ir ad 9 conicctabat, *Lyra,* vel *Lyranum* ab imperito notario positum fuisse pro *ly* nota seu particula indicativa, qua aliquam vocem peculiari animadversione dignam denotare solemus. Quod etiam sphalma in aliis codicibus non infrequens esse, exemplo comprobabat Innocentii Pencini, qui in codice ms. ex quo Commentarium *in Cantica Canticorum,* incipientem, *Sonet vox tua in auribus meis,* in lucem protulit, nomen *lyrani* ex imperitia exscriptoris quodam loco appositum invenit, ubi nota *ly* sine dubio legenda erat. Quis porro tam caecus aut stupidus, qui superiore in textu s. Thomae legi oportere non videat eamdem notam indicativam hoc modo: « Unde ly » *quasi* est expressivum virtutis; *quasi,* idest, sicut vere » liberi estis. » Neque sane haec habet verba ad illum locum Lyranus, sed ista: *'Quasi liberi: secundum veritatem quae est libertas a vitiis.*

Accidere idem potuit Spinaeo, qui codicem ms. nactus fuerit eo loco depravatum, legeritque *Lyra* seu *Lyranum* pro *ly* vulgari ac trita apud Dialecticos nota, quae apponi solet, ut lector ad vim vocabuli, cui adiungitur, diligentius attendat. Immo Spinaeum allucinatum fuisse nihil haesitat lacobus Echardus; proque certo habet, legentem ipsum in suo codice *ly* vocem, legendum putavisse *Lyra,* cum eo loci nihil minus agatur quam de Lyrano. Nolim ego laudatum Spinaeum tantae oscitantiae ac imperitiae insimulare. Sed litem denique dirimit omnem doctissimi Echardi testimonium: « Ego, *inquiens,* in omnibus codicibus ms. Pa» risiensibus supra laudatis, (numero quinque) a me visis » testor scriptum, *ly quasi:* quod et clarissimis viris Petro » Berthe bibliothecae Sorbonicae tum praefecto, et Abbati

» d' Argentrè, et postea D. Nourry ascetae Sammaureo in » ipsis codicibus legendum exhibui; qui το *Iy* etiamnum » in scholis frequentatum in *Lyranum* converti potuisse » stupuerunt. » Cadit ergo argumentum, quo abiudicandum divo Thomae hoc opus contendebant Raynaudus, Labbeus, Simonius: simulque animadvertendum criticis viris obiter propono, quanta mentis maturitate indigeant qui criticam artem excolunt, ne praecipiti iudicio quidpiam negent aut affirment; cum in re, qua de agimus, unius Claudii de Spina allucinatio tot viros deluserit doctrina claros.

111. Nihilominus praedictas Commentationes *in Epistolas Canonicas* censet Vielmius noster *nec stylo nec diligentia cum aliis* divi Thomae *Commentariis conferri posse,* casque putat *vel non esse foetus* eius, *vel certe* sanctum Doctorem *supremam manum illis non imposuisse.* Inter opera dubia numerat easdem Io. Michael Pius, quem Plodium vocant alii. Cum doctissimo ac prudentissimo Echardo fidenter ego suppositiitium opus esse pronuncio. Quis enim sibi suadeat iustae molis elucubrationem, si parentem haberet divum Thomam, silentio praeteriisse veteres testes omnes, synchronos aliquos, aliosque suppares et sequioris aetatis, probatissimos omnes diligentissimosque? Silent Ptolomaeus-Lucensis, Guillelmus de Tocco, Bartholomaeus Logotheta, Bernardus Guidonis, Petrus Rogerius, loannes de Columna; ac silent Pignonus, Valleoletanus et sanctus Antoninus. Argumento huiusmodi abnutivo *nihil esse frigidius* reponit Claudius de Spina. Puto ego pro mero abnutivo argumento habendum non esse hac in re silentium veterum, qui data opera Librorum Thomae catalogos texuerunt, eosque diligentissime ut texerent nihil studii ac solertiac praetermisere; qui ubi dubia occurrebant, viros fide dignos in consilium adhibuerunt; qui vel opellas parvae molis ab Aquinate scriptas diligentius perquisiverunt, inventasque in catalogis recensuerunt, quos conficiebant; qui vel ipsa demum opera, quae *Reportata* dicuntur, et ab aliis recollecta fuere, descripserunt omnia. Quemadmodum ergo in simili quaestione *de Pastillis super Genesim et super Ecclesiastem, ex* veterum silentio *patere* ait s. Antoninus *non esse* illas *Thomae foetus:* ita eodem evincitur conficiturque argumento ab eodem Aquinate abjudicandos esse Commentarios, de quibus agimus, *in septem Epistolas Canonicas.*

Codices bonae notae afferri possunt nulli, qui nomen Thomae de Aquino praenotatum habeant. Codicem Lovaniensem affert Spinaeus, illumque *ante annos nonaginta exaratum.* Heic ille scribebat anno 15q3 quo eadem Expositio *in Epistolas Canonicas,* ipso accurante, Parisiis prima vice prodiit: unde codicem illum Lovaniensem anno circiter 1450 manu exaratum fuisse colligitur. At longe vetustiores vidit memoratque codices lacobus Echardus, plerosque sine nomine, ac nomine Nicolai Gorrani praenotatos aliquos: tres nempe Sorbonicos tertiodecimo saeculo scriptos, aliosque apud Augustinianos ad Pontem-novum, apud s. Germanum a Pratis, et apud Canonicos regulares Victorinos. Quidni tam venerandae 'antiquitatis exempla praeferri debeant Lovaniensi codici, quem pro genio praenotaverit recentior manus?

Neque tutum denique ac peremptorium reputari argumentum debet, quod ex operis stylo ducitur ac artificio, quod in aliis familiare est Thomae operibus. Quam facile ^ronumque sit viris criticis genio suo indulgere, et ex praeconcepta ferre sententiam opinione, ne remotiora quaeramus exempla, satis patefaciunt longe dissita laudati Spinaei et Vielmii iudicia. Ait ille in hisce Commentariis per sese emicare *incliti Thomae ingenii dexteritatem, puritatem locutionis, sententiarum lumen, docendi succosam brevitatem.* Contra ait iste opus istud *nec stylo, nec diligentia cum aliis* Aquinatis *Commentariis conferri posse.* Quod attinet vero *ad artificium dividendi,* magis lubricam puto ego, quae inde eruitur argumentatio: vix enim aevo Thomae,'ac aetate sequiore scriptor aliquis occurat, qui methodum dividendi, quam didicerat in scholis, in ipsa etiam divinorum eloquiorum expositione non adhibeat. Neque tamen inficias iverim in eo divisionum ac partitionum artificio, quod in genuinis Thomae Operibus habetur, quidpiam peculiare effulgere, quod Angelicam indicet cius mentem. Stylum quidem ac dividendi artificium servatum in eo *in Cantica* Commentario, qui incipit *Sonet vox tua in auribus meis,* nos etiam adhibuimus, quo illum sancto Thomae adiudicaremus; at fulgentissimum praelucebat veterum omnium testimonium de Commentario *in Cantica* ab Aquinate elucubrato; ad alia iam tradita aut exposita doctrinae capita se referebat illius commentarii auctor, quae ab ipso Thoma alibi tradita aut exposita in genuinis Operibus inveniuntur; ipsumque demum, ut ita dicam, individuum, divi Thomae proprium, dividendi artificium, inficiendi quaestiones, varias invicem Scripturarum sententias conciliandi, ut aliis in operibus, ita illo etiam in commentario servatum digito monstrabamus.

VI. Sed luculentiora adhuc supersunt. Praesto codices apud Echardum habemus, quos ipse vidit lustravitque, vetustos ac optimae notae, quibus opus, de quo agimus, Nicolao de Gorran attribuitur. Suae genti doctissimum virum accenset Wadingus; quem Ordini Praedicatorum restituendum pluribus evincit Echardus in eius Elogio. Anglum patria fuisse nonnullis placet; Gallum vero eidem Echardo, in confiniis Cenomanensium et Armoricorum natum. Eximius fuit aevo suo concionator et Scripturarum interpres. Parisiis venales anno 13^3 sub nomine *Nicolai Gorrani* prostabant *Postillac super Epistolas Canonicas,* quod in libro Rectoris Universitatis iam saepius citato adnotatum legitur. Vetustissimus codex in Parisina s. Victoris bibliotheca servatur, cuius pars prima *Quodlibeta M. Petri de Alvernia* continet: pars altera exhibet *Postillam Guorrani,* sed non integram; ac illam sine dubio, quae sub nomine s. Thomae typis edita est. Ubi Gorrani opus, quod mancum in eo codice exhiberi' notavimus, deficit, supplementum alterius Auctoris habetur: illudque confectum dicitur *anno Domini 1281 die veneris ante festum beati Laurentii*' Annus aerae Christianae 1281 litera Dominicali E insignitus erat: unde dies *veneris* seu feria vi incidebat in diem octavam augusti, *festo beati Laurentii* et eius vigiliae praecedentem. Incidit vero feria vi in diem nonam augusti, vigiliam s. Laurentii, anno Christi 1280 insignito littera Dominical! G F. Hinc animadverte aetatem codicis, ac illius qui imperfectam Gorrani expositionem supplebat. Citatus etiam codex, quem servant Parisini Augustiniani ad Pontem-novum, *Gorrani postillam* habet in Matthaeum et post hanc *postillam in Epistolas Canonicas,* eamdem scilicet qua de agimus et eiusdem ut videtur auctoris.

Aliunde quippe notum est compertumque simile opus a Gorrano confectum. Illum diserte notant Laurentius Pignon et Ludovicus Valleoletanus commentarios edidisse *in Epistolas Canonicas;* et Leander Albertus libro IV de Viris illustribus Ord. Praedic, sic ait: *Nicolaus Goran gallus incedit cum volumine satis grandi, continente Commentaria ab se edita.....et super Epistolas Canonicas* etc. Quorum sane testium fides codicibus allatis, qui Gorrani nomine praenotantur, auctoritatem omnem conciliat.

Eosdem codices tertiodecimo saeculo cadente, aliquos scilicet, manu fuisse exaratos adnotavimus. Hinc eodem florebat saeculo eximius vir; suamque *in Epistolas Canonicas* expositionem elucubraverat ante annum 1281, quo vidimus eidem in codice Victorino, ubi deficiebat, addita ab alio scriptore supplementa fuisse. Hinc etiam falsi sunt, qui ad sequiorem aetatem illum detrudunt; ad annum i35o Bellarminus, ad annum 1 38o Casimirus Oudinus, ad annum i3go Eisengrenins et Sixtus Senensis, ad annum 1400 Simlerus, Pitseus, Caveus. Integro saeculo labuntur viri docti. Sed aetatem eius, quam ex codicibus elicere licuit, confirmant alia monumenta. Ipsum praefuisse Priorem Parisino s. lacobi coenobio *ante annum 1280* notat Echardus. Refert insuper Chronicon loannis Parisiensis Canonici Victorini, quod *Memoriale Historiarum* inscribitur, servaturque manuscriptum in eadem s. Victoris bibliotheca, in quo ad annum 1286 emortualem Philippi III Regis, vulgo dicti Audacis, haec habentur: *Rex Invenis* (Philippus IV) *ad petitionem confessoris sui fr. Nicolai de Gorreno de Ordine fratrum Praedicatorum, concesserat inconsulte cor patris sui ipsis fratribus Praedicatoribus, ad ipsum Pari-*

siis in ecclesia sua tumulandum. Ipsum vero adhuc anno 1304 inter vivos cgisse^ putat Antonius Senensis; at emortualem eius annum 1295 verisimilius definiunt Echardus et Leander Albertus.

CAPUT II.

Typis edilae sub nomine sancti Thomae Expositiones duae in Apocalypsim. Quae incipit: *Vidit Tacob in somnis,* a sanctissimo Doctore abiudicatur. Itemque alia quae incipit: *Vox Domini praeparantis cervos.*

I. A d examen postremo loco revocandae sunt Expositio- Xxncs duae, quae sub nomine sancti Thomae circumferuntur, *in beati loannis Apocalypsim*. Altera Florentiae anno 1549 typis data est apud Laurentium Torrentinum in 8. Incipit: *Vox Domini praeparantis cervos et revelabit condensa.* In Praefatione ad lectorem typographus admonet: *Perusiae in sodalitio Dominicanorum* repertos *hosce Commentarios, in membranis descriptos, una cum iis quibus Esaiam explicat* sanctus Doctor: cum doctis viris habito consilio, maximeque *cum rev. Thoma Rembotto florentine, viro praestanti eruditione praedito,* Ordinis Praedicatorum alumno , cognita haec .esse *vera, minimeque supposititia divi Aquinatis Commentaria:* id vero facile cuique innotescere *cx constanti inscriptione* ac *vetustate exemplaris* ct *ex peculiari tractationis stylo reliquis eiusdem scriptoris elucubrationibus simillimo:* atque demum rationem illam contemnendam esse, quae ducitur ex *vetustis catalogis,* in quibus eiusdem Operis nulla mentio.

Cura ac diligentia fr. Remigii de Nanninis florentin! Ordinis Praedicatorum prodiit altera Venetiis apud luntas anno 1562 in fol. Initium eius est: *Vidit lacob in somnis scalam stantem super terram et cacumen eius tangens caelum* etc. In fronte voluminis dicitur *quavis alia, sancto Doctori adseripta, certior ac fidelior.* At ipse Remigius in Epistola nuncupatoria *ad Seraphinum de Caballis brixiensem* dubius haeret. Ait primo: *Incidit forte* (typographus) *in hunc super Apocalypsim libellum, e Sicilia Venetias usque advectum. Hic divi Thomae Aquinatis nomen in fronte gestabat, eiusdem viri praeseferebat doctrinam, licet non phrasim. Aspexit lacrymans et semivivum amplexus, illum e faucibus orci eripere statuit ratus, si non divi Thomae, Thomae tamen cuiusdam* (Anglici) *nostrae Familiae illum afferre ac amplecti labores.* Proprium divo Thomae characterem dictionis in hocce Commentario haud elucere fatetur Remigius: perque ipsum licet, si quispiam Thomae Anglico eumdem adiudicet. Ait etiam: *Cuiuscuius tandem sit Commentarium hoc, divo Thomae ascriptum est, qui forte iuvenis (ut sui erat acumen ingenii) vel alia quavis de causa illud conficere valuit.* Quae verba eam Remigio insedisse opinionem indicant, utramque ab Aquinate confectam expositionem in Apocalypsim; alteram, cumiuvenis esset; alteram, cum provectam attigisset aetatem.

In varias partes abiere viri critici, nostrates et exteri, de duplici praedicta expositione indicium ferentes: immo noverunt alteram aliqui, non alteram ; ac utramque confuderunt alii. Priorem recenset inter Opera s. Thomae Sixtus Senensis: *In Apocalypsim,* inquiens, *volumen ingens quod incipit: Vox Domini praeparantis cervos.* At etiam in Thoma Anglico (lorsium et Wallcnsem non distinguit) sic ait: *Huius auctoris esse creduntur Commentaria in Genesim, in Esaiam, in leremiam, in Epistolas Canonicas, in Apocalypsim ... adseripta divo Thomae.* Hac praetermissa, vocat alteram ad examen Casimirus Oudinus, cum diserte notet: *Primam editionem Commentarii in,Apocalypsim procuratam fuisse in fol. Venetiis apud luntas anno 1562 a Remigio de Nanninis florentine Ordinis Praedicatorum,* eamque non Angelico, sed potius Anglico Thomae tribuendam censet. Hanc etiam, non illam novisse videtur Theophilus Raynaudus in Erotcmatis de bonis ac malis libris. Indicium accipe, quod ipse fert: « Thomac Anglico non- » nemo adseribit opus *in Apocalypsim,* editufn sub sancti » Thomac nomine; sed hoc non vacat difficultate. Quia » auctor illius operis refert se non semel ad suum Com- » mentarium *in* IV *Sententiarum,* cum tamen nullus sit » Thomae Anglici Commentarius *in* IV *Sententiarum*. Quid ? » quod auctor illius Commentarii in Apocalypsim capite xvi, » V. 18 meminit suo tempore factae conversionis *Cumano- » rum* ad fidem Christianam: at haec conversio facta est » longe ante aetatem Thomac Anglici, qui claruit anno 1400. » Fcrnandus autem de Castillo eam refert in aetatem sancti » Thomae. Cui tamen quominus certo tribui possit hic » Commentarius obstant nonnulla: nam et aliqua in eo » continentur discrepantia ab iis quae sanctus Doctor tradit » in Summa; et abest hinc characterismus genuinus Scri- » ptionum indubiarum s. Thomae. » Quod ego iudicium hoc loco refero tantum, non expendo : errasse vero Raynaudum aio, tum primo adserentem Thomam Anglicum anno 1400 floruisse; tum deinde editos ab eo Commentarios in libros Sententiarum negantem. Mortali vita migrasse Thomam Anglicum, dictum de lorz, anno 1310 , teste Synchrono Auctore, docet Echardus; alterumque Thomam sub loanneXXII floruisse idem evincit Echardus: ac utrique Commentarios in libros Sententiarum *a* nonnullis attribui in eorum adnotat Elogiis.

Commentario suo divinam ab Aquinate expositam Apocalypsim Castillius pronunciat : at eam expositionem, quae typis edita est, Thomae Anglico censet adiudicandam. Hanc numerat inter opera dubia Pius. Id unum habet Ambrosius de Altamura: quod *Antonius Senensis lusitanus in liibl. dicit divum Thomam etiam scripsisse super Apocalypsim loannis.* Sed hoc opus *diligentia et stylo cum caeteris Thomae scriptionibus conferri non posse* Vielmii sententia est: hisque demum assentiendum esse arbitratur Nazarius, qui Thomae foetum pernegant hanc expositionem. Vel Thomae Anglico vel alteri scriptori tribuendam existimant Guillclmus Cave et Philippus Labbeus. Qui tamen omnes scriptores, de qua loquantur expositione in Apocalypsim, an typis edita Florentiae per Laurentium Torrentinum , an Venetiis per luntas, cura et studio Remigii de Nanninis, haud satis declarant. Priorem diserte ab Aquinate abiudicandam nihil haesitans docet Echardus: quam cum altera confundere videtur in elogio Innoccntii Pencini ad annum 1690.

Is vero, Veneti sanctorum loannis et Pauli coenobii insignis alumnus, utramque pro germano Aquinatis foetu habet in Epistola nuncupatoria ad Reverendissimum Magistrum Generalem Ordinis Praedicatorum, quae praefixa legitur operi italice scripto: *Delia Elefione canonica pratica morale parenetica,* typis edito Tarvisii 1664 in 4. Illam, quae incipit, *Vidit lacob scalam,* elucubratam a Thoma putat adhuc iuvene; alteram, cum maturioris esset aetatis: quam et Remigio Florentino insedisse opinionem vidimus. Quae cum adserat, coniecturis indulgct, validis rem non agit argumentis.

II. Interim silent vero veteres, ac suppares omnes et sequioris aevi nomenclatores, qui accuratissimos Operum Thomac catalogos texuerunt; quod ego silentium, quantum in hac re roboris habeat ac momenti iam saepius in superioribus exposui : adeoque pronus feror, ut ab Angelico Praeceptore praedictae duae *in Apocalypsim* expositiones abiudicentur. Eoque sane maiores vires accipit silentium veterum adversus opinionem Remigii de Nanninis et Innocentii Pencini : si namque non unam, verum duplicem elucubraverit Aquinas expositionem in Apocalypsim, portentum foret, cui nihil simile, si utramque tam alto presserint silentio veteres et suppares et sequioris aevi auctores, qui Thomae Opera recensuerunt.

Occurrunt nonnulla in posteriori Commentario, quae Pencinus adnotat , eademque aut praetermittit aut flocci facit; quae mihi tamen satis valida videntur, ut ille divo Thomae abiudicetur. Ait quippe auctor capite xxii Apocalypseos ad V. 3: *Et omne maledictum non erit amplius.* « Glo. » Idest,subtractio gratiae non fiet amplius. Ad litteram: nul- » lum malum verbum erit in patria, quia omnes ibi dicent » gloriam. Hoc totum sumptum est cx Ezcchiele xlvhi (xlvi) » ubi dicitur (v. 12): *Et in ripis eius ex utraque parte est » lignum pomiferum*. Ibi plenius dicta sunt et ideo hic su-

» persedemus ad praesens. » Commentarium indicat auctor, quod ipse elucubraverit *in Eqechielem :* quale opus ab Aquinate confectum veterum nemo umquam prodidit. Sed ipsum a Thoma concinnatum ex hoc loco colligit Pencinus: nimirum incertum ex incerto probat, immo falsum ex falso. Accedit genuinus characterismus Angelici nostri Praeceptoris, quem ab hocce Commentario longe abesse vidit Raynaudus, non videat nisi coecus. Ipse Remigius Florentinus fatetur *eiusdem viri praeseferri doctrinam, licet non phrasim.* At neque doctrinae demum consonantiam iactari posse puto. Locum affero de novissima conflagratione mundi, de qua agit ille capite xxi, ad V. i: *Et vidi caelum novum et terram novam:* seque refert ad ea, quae *diximus,* inquit, *in fine* IV *Sententiarum.* Invicem conlata sub oculos pono loca, ut iudicium lector ferat.

Ex libro IV Sentent. dist.xLvn, q. n, art. n, quaestiunc. n.

« Quidam enim dicunt, quod omnia elementa manebunt quantum ad materiam, omnia autem mutabuntur quantum ad imperfectionem; sed duo eorum retinebunt propriam formam substantialem, scilicet aer et terra, in duobus vero, scilicet igne et aqua non remanebit forma substantialis eorum, sed mutabuntur ad formam caeli; et sic tria elementa, scilicet ignis, aer et aqua, caelum dicentur... Sed'haec opinio est omnino absurda.... Et ideo alii dicunt, quod omnia elementa manebunt secundum substantiam, sed qualitates activae et passivae ab eis removebuntur... Et huic etiam videtur consonare, quod Augustinus dicit xx de Civitate Dei (cap. xvi) de illa conflagratione mundana: elementorum corruptibilium qualitates, quae corporibus nostris congruebant *(etc).* Sed istud non videtur probabile, cum qualitates propriae elementorum sint effectus formarum substantialium, quod formis substantialibus manentibus, qualitates praedictae possint mutari... Et ideo videtur dicendum, quod manebunt elementa quantum ad substantiam et qualitates eorum proprias ; sed purgabuntur ab infectione, quam ex peccatis hominum contraxerunt, et ab impuritate, quae per actionem ct passionem mutuam in eis accidit : quia iam cessante motu primi mobilis, in inferioribus elementis mutua actio et passio esse non poterit. Et hoc Augustinus appellat qualitates corruptibilium elementorum, scilicet innaturales eorum dispositiones, secundum quas corruptioni appropinquant. »

Ex Commentario in Apocal. capite xxi.

« *Caelum novum.* Glo. Id-est, aerem innovandum. *Et terram novam,* idest terram innovatam. Quae innovatio fiet per illum magnum ignem, qui praecedet faciem iudicis: sicut dicitur II Pet., in (v. 10): *Adveniet,* inquit, *dies Domini sicut fur, in qua coeli magno impetu transient, elementa vero calore solventur, (t.* 13) *Novos vero caelos et novam terram secundum promissa .ipsius expectamus, in quibus iustitia habitat.* Ibi Glo. Elementa quatuor, quibus mundus consistit, ille maximus ignis absumet; nec cuncta in tantum coilsumet, ut non sint; sed duo ex toto consumet, duo vero in meliorem restituet faciem et statum. Ex hac Glo. videtur, quod non omnia elementa mutabuntur, sed duo tantum et alia omnia consumentur. Sed dicendum est, quod revera omnia innox'abuntur elementa et remanebunt secundum substantiam suam, sed transibunt secundum exteriorem formam ; et qualitates substantiales eorum remanebunt, secundum quod sunt, sed secundum actionem et passionem mutuam transibunt. Homines vero existentes in statu mortis indigent mutua elementorum actione; et ideo peribunt qualitates, secundum quod sunt agentes et patientes. Unde Augustinus xx de Civitate Dei cap. xvi: Elementorum, *inquit,* corruptibilium qualitates, quae in corporibus nostris corruptibilibus congruebant, ardendo penitus interibunt, atque eorum substantia eas qualitates habebit quae in corporibus immortalibus mirabili mutatione conveniunt; ut mundus in melius innovatus apte accommodetur hominibus in carne in melius immutatis. De hac » etc.

Quam perspicua, quam distincta sunt, quae Thomas docet: quam implexa ct inordinata, quae habet auctor Commentarii. Mirum foret s. Thomam, post lucidam in loco super Sententiis traditam doctrinam, scribere tam involuto stylo potuisse in Commentario in Apocalypsim. Quo etiam loco Augustini verba, nulla adhibita expositione, afferuntur; quae tamen, utpote obscuriora, declarat articulo citato Aquinas.

III. Ad priorem quod attinet Expositionem *in Apocalypsim,* hanc esse divi Thomae foetum coram palamque nostrates inficiati sunt in Congregationibus de auxiliis. Disputatione xi die g decembris anni 1602 habita, Ferdinandus de Bastida opposuerat Angelici Doctoris sententiam esse Deum expectare, postquam pulsat, cooperationem nostram, in citato Commentario capite ni. ad illa verba V. 20: *Sto ad ostium, et pulso.* At nihil haesitans *tunc Cardinalis Asculanus* (fr. Hieronymus Bernerius) *dixit: Iste liber non est s. Thomae. Similiter fr. Thomas* (de Lemos) *aiebat: Liber iste s. Thomae non est. Sed gratis omnino admittamus esse s. Thomae: legat, et constabit nihil pro se adducere.*

In huiusce praeterea Commentarii prologum nonnulla mihi liceat animadvertere. Veluti duas tribuitur in partes. Exponit prima comma nonum Psalmi xxvm: *Vox Domini praeparantis cervos, et revelabit condensa :* ipsumque libro Apocalypseos adaptat. Incipit altera: *Gratia introducendi in librum sequentem* (eiusdem Apocalypsis) *praemittit Magister Gallicus prooemium, in quo sic procedit* etc. Puto ego, immo pro certo habeo, duas ab editore Florentino simul iunctas fuisse Praefationes, alteram auctoris Commentarii ex citatis Scripturae verbis deductam ; alteram, quae eiusdem auctoris expositio est in laudati *Magistri Gallici* prooemium. Id in aliis divinorum Eloquiorum Commentariis elucubratis a divo Thoma servatum alibi adnotavimus : quod ct cius aevi interpretibus familiare est, Hugoni Cardinali, Alberto Magno, Nicolao Lyrano. Caeteros praetereo. In ea, qua de agimus, expositione in Apocalypsim, proprius occurrit primo laudatorum interpretum prologus; tum sequitur *Prologus Gilberti* cum eius expositione ab eisdem interpretibus concinnata. Incipit vero Gilberti prologus : *Omnes qui pie volunt vivere in Christo* etc. ac idem ille est, quem *Magistro Gallico* tributum noster auctor exponit. Prologum *Gilberti* vocant Hugo Cardinalis et Albertus Magnus, diciturque a Lyrano *Praefatio Gilberti Pictaviensis.* Is nempe intelligitur, qui et *Porretanus* dictus est, aquitanus gente, domo pictaviensis, ab anno 1141 urbis patriae Pictavorum Episcopus, ad palinodiam coactus in Rhemensi Concilio anno 1147 agente divo Bernardo, quod obscurius de sanctissima Trinitate disseruisset. Fuerat ante *Magister theologicae scholae Parisiis,* ut ait Henricus de Gandavo de Scriptoribus ecclesiasticis capite xvn, unde ab auctore Commentarii vocatus *Magister Gallicus.* Inter opera, quae eidem attribuunt laudatus Gandavensis, et Miraeus, et Oudinus, et Cave, mirum nullam huiusce Prologi mentionem ingeri: quam ego rem hoc loco praetermitto, cum tanti momenti ea non sit, ut diligentiores curas aut ipsa exposcat, aut adhibere nos debeamus.

CAPUT III.

Superiores expositiones duae invicem comparantur, colligiturque non unum eumdemque dici posse auctorem. Aetas inquiritur auctoris, qui expositionem elucubravit incipientem: *Vidit lacob in somnis.* De Cumanorum conversione: an Thomae Anglico tribui ea debeat expositio.

I. xpositiones duas *in Apocalypsim,* quas hactenus ex- 1–/pendimus, ab uno eodemque prodiisse auctore existimat laudatus Pencinus; parergis et maiori doctrinae et verborum copiae indulgente in ea, quam edendam curavit Remigius Florentinus; pressiorem adhibente stylum in altera, ac litterali sensui magis adhaerente. Loca nonnulla, quae invicem conferri possunt, indicat, heic scilicet ampliora, illic compendio redacta, unius tamen et eiusdem sententiae. V. G.

Ex editione Veneta apud lunctas.

« Cap. xn. ad v. i. *Corona aurea stellarum duodecim.* Idest in initio Ecclesiae duodecim Apostoli, quibus quasi stellis duodecim illuminata, quasi duodecim margaritis ornata cognoscitur. Ipsi enim hostes Ecclesiae vicerunt: ipsi Ecclesiam ornaverunt: ipsi quasi praecipui milites in capite exercitus positi, sicut stellae in firmamento caeli, in nocte adversitatis luxerunt, et totum mundum illuminaverunt. Unde Matth. v: *Vos estis lux mundi.* Baruch, m: *Stellae dederunt lumen in custodiis suis:* Thomas in India maiori,. Bartholomaeus in India minori, Simon et Iudas in Persia, Philippus in Samaria, Matthaeus in Aethiopia, Matthias in Alexandria, Ioannes in Asia, Andreas in Achaia, duo Iacobi in Judaea, Petrus in Cappadocia, Paulus in Graecia et tandem Paulus ct Petrus in Italia. In his regionibus praedicaverunt et miracula multa fecerunt Apostoli et sic *stellae dederunt lumen in custodiis suis.*»

Ex editione Florentina apud Torrentinum.

« *Corona stellarum duodecim.* Idest nobilis victoria duodecim Apostolorum: hoc est, duodecim Apostoli in se lucidi ct aliorum illuminativi: in oculis terrenorum minimi, coram Deo magni: contra vitia et contra diabolum et contra hostes fidei victoriosi. Quae victoria per coronam signatur, quia victoribus dari solet: et dicitur haec corona esse in Christo, quia hoc cedit ad honorem ipsius et ad ostensionem regiae dignitatis in eo, cuius milites fuerunt Apostoli, et cuius virtute,et ad cuius gloriam vicerunt omne vitium et diabolum ct fidei impugnatores: quos vicerunt efficacia doctrinae, operatione, potestate, miraculis et virtute constantiae: quia propter adversa non cesserunt.il Cor., π: *Deo autem gratias, qui semper triumphat nos in Christo Iesu.* Comparantur autem stellis, quia in se luminosi aliis praebent lucem in nocte adversitatis et infidelitatis. Baruch m: *Stellae dederunt lumen in custodiis suis;* sicut Thomas in India maiore, ipse Ioannes in Asia, Andreas in Achaia, similiter de aliis. »

Locum alterum ex altero desumptum esse haud putaverim ego: et quamquam una eademque sententia sit, haec attamen tam varia dicendi copia exprimitur, variisque Scripturarum dictis confirmatur cxplanaturque, ut solum pro genio ingenioque unus idemque dici possit auctor. Pari argumento quispiam dixerit et ab eodem prodiisse scriptore Commentarium in Apocalypsim, qui legitur inter opera Alberti Magni, cum similis loci eius occurrat explanatio: « *Corona stellarum duodecim.* Idest duodecim Apo» stoli, qui sicut corona capiti Christo adhaeserunt. Per » ipsos in circuitu gentes crediderunt, per eos Christus » victoriam reportavit de mundo, diabolo et carne, quae » in corona intclligitur. Hi dicuntur stellae, quia tenebras » de mundo fugaverunt infidelitatis. Item sua praedicatione » auditores illuminaverunt. *Daniel* xir, et qui ad iustitiam » erudiunt plurimos. Item quia in Christo sicut in firma» mento fixi fuerunt. *Indicum* v, stellae manentes in or» dine. Est ergo sensus, *et in capite eius,* idest in Christo, » *corona stellarum duodecim,* idest duodecim Apostoli. » Vel *in capite eius,* idest in principio Ecclesiae *corona* » *stellarum duodecim*, idest duodecim Apostoli, qui un» dique muniunt Ecclesiam. » Hic habes veluti compendio collecta quae in utroque superiore loco fusiora sunt. Immo demum ct eamdem sententiam paucioribus repraesentat verbis Lyranus: « *Corona stellarum duodecim.* Idest prae» dicatio xn Apostolorum, quae resplenduit in primitiva » Ecclesia, qnae dicitur *caput cius* eo modo loquendi quo » principium alicuius rei communiter dicitur caput eius. » Caetera, quae Pcncinus comparat loca, cum eodem se habeant modo, praetermitto.

II. Haud erit operae dispendium, si nonnullas animadversiones subiecero, quae spectant auctoris illius aetatem, qui praedictam a Remigio Florentino editam expositionem elucubravit. Eam indicare verba videntur quae capite xvi legere est ad t i8: *Et facta sunt fulgura, et voces, et tonitrua: et terraemotus factus est magnus.* « Talis terraemotus sic magnus respicit hoc tempus prae» sens, in quo multi ad praedicationem modernorum prae» dicatorum sunt conversi ad fidem et poenitentiam. Nam » de solis Cumanis conversi sunt ad fidem et baptizati » in duobus vel tribus annis et in modico tempore plus» quam centum millia. Multi etiam de Gcorgianis, etiam » de Barberia; multi de Africa; multi haeretici et quam» plures de aliis partibus mundi. » Theodorico ab Apoldia teste in vita s. Dominici capite xxvn apud Continuatorcs Bellandi, *Cumanos personaliter adire* sanctissimus Pater *decreverat, qui nullam Dei omnino notitiam habebant.* Quod ipsi perficere datum non fuit, impleverunt filii, duce fratre Paulo ex Hungaria. Cumanorum Dux, *nomine Brut,* eorum opera primo conversus ad fidem: itemque *nobilior Dux* alter *Bcraborch cum mille circiter de familia ipsius.* Rei huiusce mentio in Constitutione Gregorii IX anno 1227 data die 3i iulii. Sedi Apostohcac hanc ad Cumanos missionem promoventi pro sua virili fratres Praedicatores obsecuti sunt, magnum animarum lucrum reportantes: quod colligere cuique licet ex Constitutionibus Gregorii IX anno 1228 dic 21 martii, et 1234 die 14 novembris; Innocentii IV anno 1253 die 24 ianuarii et 12 iulii; et sequiorum deinceps Romanorum Pontificum. Inter haec vero acciderat anno circiter 1240 irruptio Tartarorum in Hungarian·!, qui sicuti universam misere foedeque depopulabantur, ita inceptae Cumanorum conversionis cursum abruperunt. Sed eadem tamen instaurata: ac plura ab Innonocentio IV concessa sacras agentibus Missiones privilegia, edita Constitutione anno 1253 die 23 iulii, ubi praeter *Cumanos* numerat Pontifex *Saracenos, Bulgaros, Aethiopes, Syros, Iberos, Alanos, Ga^aros, Gothos, Ruthenos, Iacobitas, Nubianos, Georgianos, Annenos, Indos, Tartaros, Hungaros,* aliosque, quibus ad Christi fidem, ad Ecclesiae unitatem, ad poenitentiam reducendis insudabant zelantissimi viri. Dc hac instaurata apud Cumanos Evangclica praedicatione sic habet auctor Brevis Historiae Ordinis Praedicatorum tomo VI amplissimae Collectionis apud Martenc: *Post Tartarorum autem expulsionem, missi sunt alii fratres, qui indefesse Dei verbum praedicantes, multa millia ex eis converterunt et bapti^averunt.* Paria sunt quae ex Chronico Bernardi Guidonis refert Sigismundus Ferrarius de Rebus Hungaricis parte I, capite v: Qui *usque hodie cum eisdem die noctuque in officio praedicationis permanentes, bapti;avcrunt ex eis multa millia; et de die in diem cum Dei adiutorio per Fratrum solicitudinem et laborem adfidei unitatem conveniunt baptizandi.* Porro qualis gens Cumanorum fuerit, ac ubi suas habuerit sedes; an ad Borysthenem fluvium consisterent, an loca incolerent modernae Valachiac; an ex Tartaria prodierint, an Hungari baptismi expertes dici debeant, non una est auctorum sententia. Bzovium consule, et Sigismundum Ferrarium, ct Bollandistas in Commentario praevio ad Vitam s. Dominici, et Michaclem Bombardum in Topographia Magni Regni Hungariae, Viennae Austriae typis edita anno 1718. Id vero certum, Cumanos, cum anno circiter 1240 premerentur a Tartaris, receptos in Hungaria a Bela IV qui tunc rerum potiebatur,, peramplas ad Tibiscum plagas incoluisse', coque tempore Cumaniae regnum Hungaricae coronae adiectum.

Definita iam tempora, quae post medietatem sacculi tertiidccimi excurrunt, satis indicare videntur allata verba ex Commentario in Apocalysim. Hinc auctor eius eodem saeculo ad finem vergente floruerit. Nihil enim aevo illo a Regibus Hungariae praetermissum, ut Cumani vel ad fidem converterentur vel ad unitatem Ecclesiae, colligitur ex epistola Ladislai Regis, data *Budae anno Domini 1279,* quam in Topographia citata refert laudatus Bombardus e Societate Iesu pag. 314 et Carolus Peterffy eiusdem Soc. inter Concilia Ecclesiae Romano-Catholicae in Regno Hungariae. Haec, in ea leguntur verba: *Et quia nihil est, quod lumine clariore praefulgeat, quam in Principe recta fides: cupientes toto mentis annisu tentorium fidei Dominicae ampliare, eiusdem sanctissimi Regis Stephani Protogeni-*

toris nostri vestigiis pro modulo inhaerentes, ut in arcam Domini sub unitatefidei, inter caeteros, Cumanorum multitudinem, pro parte charactere dominico insignitam, suscepto baptismatis Sacramento, quamvis adhuc in via morum errantem ; reliquam etiam partem a ritu paganismi ad agnitionem Christianae fidei, mediante venerabili et sanctissimo Patre Domino Philippo Dei gratia Episcopo Firmano, Apostolicae Sedis Legato, eiusque sancto ministerio, Domini coopérante clementia, perducamus etc. Refert Wadingus ad annum 1278 litteras a Nicolao III datas *Viterbii nonis octob. anno* I Pontificatus, anno scilicet Christi 1278, ad eumdem *Episcopum Firmanum,* quibus eidem Tartarorum conversio impensius commendatur: itemque litteras alias eodem anno, mense ac die scriptas ad *Ministrum Provincialem Ordinis fratrum Minorum Regni Hungariae* : ut viros idoneos *ad Cumanos, qui ad suscipiendam fidem catholicam dispositi esse videntur, transmittat.* Superiora Hungarica Concilia consule, ubi hac de re plura addisci possunt.

Qua demum si floruerit aetate auctor Commentarii, quo de agimus, eorum reficienda coniectura non videtur, qui opus illud Thomae Anglico .adiudicant. lorsium intelligo, qui ad annum i3io pervenit, ut saepius adnotavimus, contra ac putavit Raynaudus, qui *florentem* ipsum *ad annum 1400* detrudit. Obstat vero Commentariorum *in E^echielem* mentio, quos ipsum elucubravisse non produnt certiores vetusti Operum ipsius catalogi. Nihil ergo pronunciaverim ego, prudentissimae animadversionis lacobi Echardi memor, qui *id decernere in se non esse* candide fatetur, *nisi ex inspectione antiquorum codicum (quod non sperat,* inquit, *animus) lux maior affulgeat.*

DISSERTATIO VIII.

De parvis Commentariis quos elucubravit sanctus Thomas in aliquas divinarum Scripturarum particulas, in primam et secundam Decretalem, in librum de Divinis Nominibus et Boethium.

CAPUT I.

Sancto Thomae, veterum testimonio ac fide, adiudicantur expositiones Decalogi, Orationis Dominicae, Salutationis Angelicae, Symboli fidei. Adversa refellitur censura Petri de Alva et Casimiri Oudini; quorum ille Innocentio Papae III ea Opuscula adscribit; iste Henrico de Wrimaria.

I· ^$33 ervatus hactenus ordo, ab argumenti di-8n'tate desumptus, iure postulat a nobis, ut P°st eiusdem Angelici Doctoris Commentarios in sacram Scripturam, selecta P'ŭηοηηι|l1;l Opuscula modo proferamus, quorum aliqua eiusdem sacrae Scripturae ^'particulas exponunt, de argumento satis proximo agunt alia, veterum denique scriptorum Ecclesiae lucubrationes alia illustrant. Occurrunt primo Opuscula id genus quinque; eademque tomo XVII editionis Romanae anni i5yo f. hoc'ordine recensita, typisque edita habentur: quartum, *De duobus Praeceptis cantatis et decem legis Praeceptis:* quintum, *De Articulis fidei et Sacramentis Ecclesiae:* sextum, *Super Symbolo Apostolorum, scilicet Credo in Deum:* septimum, *Expositio devotissima Orationis Dominicae, videlicet Pater noster:* octavum, *Super Salutatione Angelica, scilicet Ave Maria.*

Num auctoris menti hic ordo conveniat, dubium ingerere videntur priora Opusculi quarti verba: nempe, *Tria sunt homini necessaria ad salutem, scilicet scientia credendorum, scientia desiderandorum et scientia operandorum. Primum docetur in Symbolo, ubi traditur scientia de Articulis fidei: secundum in Oratione Dominica: tertium autem in lege.* Hinc fortasse quispiam coniecerit auctoris consilium fuisse ut primum Commentario suo *Symbolum fidei* explanaret, tum *Orationem Dominicam,* denique legem, seu *decem Praecepta:* quibus postea accesserint Opuscula duo, alterum *super Salutatione Angelica,* et alterum *dc Articulis fidei et Sacramentis Ecclesiae.* At iis Commentariolis in recensendis varius est ordo apud veteres nomenclatores: neque opus erat ut ordini veluti naturae ac disciplinae adhaerere voluerit, cum eosdem conficiebat auctor. In Lugdunensi editione apud Heredes Iacobi Iuntae anni i562 f. tertium Opusculum exhibet *Expositionem Orationis Dominicae:* quartum *Expositionem Salutationis Angelicae:* quintum *Expositionem Symboli Apostolorum:* septimum *duo Praecepta caritatis, et decem legis Praecepta* explanat: octavum agit *de Articulis fidei et Sacramentis Ecclesiae.* Sacrae Scripturae librorum ordinem, ex quibus desumpta loca sunt quae exponuntur, sequi mihi liceat: primumque obtineat locum Opusculum *dc duobus Praeceptis caritatis et decem legis Praeceptis,* quorum ista in Exodo lata sunt, diserte efferuntur illa in Evangelio: secundo loco prodeat *Expositio Orationis Dominicae,* ac tertio *Expositio Salutationis Angelicae;* quae ipsius Evangelii particulae sunt: ac his demum accedant reliqua Opuscula duo, *De Articulis fidei et Sacramentis Ecclesiae,* deque *Symbolo Apostolorum.*

Veterum testimonia iam profero, qui lucubrationes istas divo Thomae Aquinati attribuunt: eademque diligentiore examine mihi sunt discutienda, ut argumenta adversariorum, quibuscum postea committenda pugna est, facillimo negotio dissipentur. Ptolomaeus Lucensis libro XXIII Hist, eccl., capite xi ubi Thomae Opera recenset, quae tempore *huius Pontificis* Gregorii X elucubravit: « Et quamvis » multa sint, *inquit,* quae scripsit; quae Opera sunt dif» fusa, ut materia requirit: scripsit tamen quaedam Opu» scula secundum consultationes sibi factas a diversis Prin» cipibus ct personis, quae in uno volumine reponuntur, » sicut Epistolae Augustini; et eo ordine, quo traduntur, » hic scribuntur. » Animadverte Ptolomaei aetate volumen iam exstitisse, quo Aquinatis Opera minora comprehendebantur. Quot ea sint et quaenam tribus capitibus xn, xm, xiv numerat ac patefacit: docetque volumen illud *tres in partes* tributum fuisse. Inter Opuscula primae partis, quae capite xn recensentur, legitur *Tractatus de Articulis fidei et Ecclesiae Sacramentis ad Archiepiscopum Panormitanum, qui sic incipit: Postulavit a me vestra dilectio.* Ab anno 1261 ad annum usque 1276 rexit Ecclesiam Panormitanam Leonardos de Comitibus, ut exhibent eius Ecclesiae tabulae apud Roccum Pirruin in Sicilia sacra. Opuscula secundae partis complectitur caput xm, ubi sic ait laudatus scriptor: *Item Tractatus, quod lex amoris fuerit necessaria homini. Incipit: Tria sunt homini necessaria ad salutem: ct attende, quia iste libellus ab aliquibus vocatur liber de Praeceptis.* Quartumdecimum, quod sequitur, caput continet Opuscula tertiae partis, inter quae legitur tum *Tractatus quod beata Virgo excedit Angelos in plenitudine gloriae ct gratiae, qui sic incipit: Ave gratia plena:* tum *Tractatus de expositione Symboli, qui sic incipit: Credo in unum Deum.* Una praetermissa *Expositione Orationis Dominicae,* reliqua Opuscula quatuor diserte memorat Ptolomaeus, eorumque initia repraesentat: qua summa synchroni auctoris diligentia evincitur foetus esse germanos divi Thomae Aquinatis.

Minorum Operum, quae lucubravit sanctus Doctor, paucissima refert Guillelmus de Tocco, cui satis fuit generarim admonere, *alia multa* ab eo scripta *Opuscula theologicae veritatis, plusquam 20 diversis Dominis et Religiosis personis.* At uno excepto, *super Angelica Salutatione,* numerat omnia Ioannes de Columna, inquiens: *De Articulis fidei ct Ecclesiae Sacramentis.... Expositionem super Orationem Dominicam, Expositionem Symboli, Expositionem decem praeceptorum Decalogi.*

Postremum caput libri primi de Vita s. Thomae, quam concinnavit Bernardus Guidonis, his verbis apud Casimi-

rum Oudinum loco saepius citato inscribitur: *Sequitur de Opusculis sancti Thomae.* Digna sunt animadversione priora capitis verba: *Scripsit etiam s. Doctor diversos Tractatus et Libellos ad instantiam diversarum personarum, quibus scilicet, dum mittebant dubia, dabat ipse de veritate responsa. Qui Tractatus recollecti in unius voluminis corpore ipsum efficiunt satis magnum: et intitulantur communiter Opuscula s. Thomae, et possunt coordinari in uno volumine ad beneplacitum ordinantis, quia unus ab alio non dependet. Sunt autem numero circiter 40, paullo plus minusque.* Solum *plusquam viginti* numerat Guillelmus de Tocco: sed *Opuscula theologicae veritatis* dumtaxat intelligit. Iterum volumen unum animadverte, quo Guidonis aetate haec Opera minora divi Thomae comprehendebantur: ipsumque eorum animadverte ordinem, quo recenseri atque describi solebant, ad beneplacitum scilicet ordinantis, *quia unum ab alio non dependet.* Tum vero quatuor numerat ille Opuscula ex his de quibus agimus: nempe « Tracta- » tum continentem expositionem Salutationis Angelicae, » *Ave gratia plena,* qui incipit, *In salutatione ista con-* » *tinentur tria:* Tractatum continentem expositionem Ora- » tionis Dominicae, *Pater noster,* qui incipit, *Inter alias* » *orationes Dominica oratio principalior invenitur:* Tracta- » tum de Articulis fidei et Ecclesiae Sacramentis ad Ar- » chiepiscopum Panormitanum, qui incipit, *Postulat a me* » *dilectio vestra, ut de Articulis fidei et Ecclesiae Sacra-* » *mentis* ---- Tractatum de Praeceptis, quod lex amoris » fuit homini necessaria, qui incipit, *Tria sunt homini* » *necessaria ad salutem.*

In hoc indice a Guidone contexto desideratur *Expositio Symboli Apostolorum.* Sed illam fortasse notariorum oscitantia praetermissam ex eo coniici potest, quod sanctus Antoninus praedictis Opusculis eo ordine recensitis, quo factum a Guidone vidimus, disertis verbis praemittit *Tractatum continentem expositionem Symboli, Credo; qui incipit, Primum quod est necessarium Christiano:* sanctus Antoninus, inquam, qui divi Thomae Opera recensens, quae et ipse noverat ac manibus terebat, indicem ab ipso Guidone confectum passim sequitur eiusque verba describit. Habetur vero allatus locus in Chronico parte III, titulo XVM, /Capite x, §. 2.

Scrupuli nonnihil ingerit testimonium Bartholomaei Logothetae et Nicolai Triveti, qui inter Opera Aquinatis, proprio quidem eius stylo scripta, numerant *Tractatum de Articulisfidei et de Sacramentis Ecclesiae ad Archiepiscopum Panormitanum;* sed praetermissa *Expositione Salutationis Angelicae,* tres alios Commentariolos inter opera referunt, quae *Reportata* dicuntur. Sic enim habent: *Collationes de decem Praeceptis quas collegit frater Petrus de Andria.* Quae tamen cum protulisset verba Casimirus Oudinus loco saepe citato capite XXR ait: *At alii omnes, qui fide digniores sunt,* haec Opuscula tria, veluti proprio stylo scripta, *attribuunt sancto Doctori Angelico in suis catalogis, quos contexuerunt.*

Itaque haec splendidissime, veterum testimonio, innotescunt, üt paucis recolligamus omnia: 1. Germanum sancti Thomae foetum esse *Tractatum de decem Praeceptis,* quem diserte memorant Ptolomaeus, Ioannes de Columna, Bernardus Guidonis et s. Antoninus, habentque saltem inter *Reportata* Logotheta et Trivetus: 2. Ad id genus operum *Orationis Dominicae Expositionem* referri ab eisdem duobus postremis testibus; sed illam in eorum haberi censu, quae proprio stylo composuit Angelicus Doctor, a Ioanne de Columna, Bernardo Guidonis et sancto Antonino: 3. Disertum esse pro *Expositione Angelicae Salutationis* testimonium Ptolomaci, Guidonis et s. Antonini: 4. Pro genuino foetu agnosci ab omnibus *Tractatum de Articulis fidei et Sacramentis Ecclesiae:* 5. Scriptam denique proprio Thomae stylo *Expositionem Symboli Apostolorum* testimonio innotescere Ioannis de Columna, Bernardi Guidonis et Antonini: praetermitti quidem illam a Ptolemaeo Lucensi, at notariorum oscitantia id fortasse factum; ac inter opera saltem *Reportata* eamdem annumerari a Triveto et a Logotheta. Quae demum minora quinque Opera nihil haesitantes Thomae Aquinati adiudicant Pignonus et Valleoletanus apud Echardum: eiusque nomine praenotati servantur quamplures mss. quos idem Echardus affert, Parisini sanctae Genovefae et sancti Victoris, ac Florentini Medicei et sancti Marci codices.

II. Longe diversum indicium ferunt de his Opusculis Petrus de Alva et Casimirus Oudinus; ambo divo Thomae uno consensu eadem eripientes; eademque primus Innocentio Papae III attribuens, alter Henrico de Urimaria seu Wrimaria. Illius haec verba sunt apud Piccinardum de Approb. Doctrinae divi'Thomae lib. τι, quaest. vir, artic. π, obiect. 5; «Expositio *super Salutationem Angelicam* nullo » modo est s. Thomae, neque *super Orationem Dominicam:* » et idem dico de Opusculis inscriptis *de Articulis fidei,* » *et de Ecclesiae Sacramentis,* atque *super Symbolum.* Haec » enim quinque opuscula sunt Innocentii Papae III, qui » obiit antequam Angelicus Doctor nasceretur: quae scili- » cet Innocentii esse constat ex quodam originali ms. exi- » stente apud s. Martinum Lovanii, litt. O, num. 7. » Addit Echardus et alium regium codicem Parisinum ab eodem adversario pro sua allegari sententia.

Eadem Opuscula non esse Aquinatis fidentissime pronunciat Oudinus; putatque verisimile scripta fuisse ab Henrico de Wrimaria, Ordinis Augustiniani clarissimo viro. Verba sunt eius: «Ex his Opusculis duo in mss. codici- » bus attribuuntur Alexandro Halensi inter mss. codices » Bodleianae bibliothecae cod. 663, in mss. codicibus Gui- » liclmi Laudi olim Cantuariensis Archiepiscopi, litt. C, » cod. 11, num. 1, *Alexandri Halesii Expositio 10 Praece-* » *ptorum legis:* num. 4, *Alexander Halesius de Symbolo* » *sanctorum Patrum.* Inter eosdem mss. codices bibliothe- » cae Bodleianae, alia duo ex his opusculis attribuuntur » Henrico de Wrimaria, qui circa annum 1290 et 13oo » florebat in Ordine Eremitarum divi Augustini. Itaque » inter mss. codices... Guilielmi Laudi litt. G, cod. 34, *Hen-* » *rictis de Urimaria, de perfectione spirituali, seu Expo-* » *sitio in Orationem Dominicam et super Ave Maria.* Ibi- » dem... litt. D, cod. 56, num. g, *Henrici de Urimaria Ex-* » *positio Orationis Dominicae;* num. 10, *Expositio Salu-* » *tationis Angelicae.* Cumque etiam scripserit, ex fide mss. » codicum, *Expositionem in decem praecepta Decalogi;* » hinc verisimile est, ipsum esse horum quinque opuscu- » lorum verum auctorem: quae... a fratribus Praedicato- » ribus s. Thomae gratis attributa sint. » Haec repetit omnia Oudinus in eiusdem Henrici de Wrimaria elogio ad annum i33o in Bibliotheca Scriptorum.

Nimia censoris licentia est, dum haec Opera minora *gratis* pronunciat a fratribus Praedicatoribus attributa divo Thomae. An *gratis attributa* dici debeant, quae inter genuina eius Opera agnoverunt vetusti scriptores, vel ipsius Thomae discipuli et socii, vel eidem synchroni supparesque, diligentissimi Operum eius et Opusculorum scrutatores? An *gratis* eadem Thomae adjudicaverint ipsi vetusti scriptores, qui accuratos indices ut contexerent, diligentiam adhibuerunt omnem, fideque dignos, si quidpiam ingerebatur dubii, consulebant? An *gratis* numerum Opusculorum Thomae auxerint, qui praedicta quinque, de quibus agimus, lustrabant oculis, terebantque manibus; inter alia uno volumine comprehensa, indicatis etiam ipsius voluminis partibus, prima, secunda et tertia, adnotant recensita; eorumque singulorum initia proferunt? An *gratis* denique id ut adsererent convenerint omnes, scrupulo tantum a duobus iniecto, num potius operibus, quae *Reportata* dicuntur, accenseri ea debeant, an iis quae stylo proprio scripserit Thomas?

Ipse Oudinus, *ad agnoscenda vera et indubia s. Thomae Aquinatis Opera vel Opuscula,* canones praescribit capite XM, quorum primus est: *Audiendi sunt veteres et contemporanei potissimum auctores, qui de scriptis s. Thomae locuti sunt, illiusque Opera et Opuscula recensent;* memoratque Ptolomaeum Lucensem, Nicolaum Trivetum, Guillelmum de Tocco, Bernardum Guidonis; hisque demum annumerandum putat sanctum Antoninum, *qui facile,* ut ait, *rejiciendus non est.* Atqui laudati testes omnes Aquinati nostro praedicta quinque Opuscula adiudicant; quod et ipse agnoscit Oudinus capite XXI, ubi addit etiam eadem *in*

manuscriptis antiquis et bonae notae sub eius nomine inveniri.

Canon alter ab eodem Oudino praescriptus sic habet: *Nec audiendi sunt scriptores recentes, qui s. Thomae scripta ab antiquis collata auferunt ex proprio capite, absque rationibus idoneis aut demonstrativis, uti nostro isto saeculo a nonnullis factum est.* Quibus verbis nemo non videt potissimum notari Petrum de Alva. Attamen limitationem addit: *Nisi recentes,* inquiens, *probent idoneis ac demonstrativis rationibus veteres scriptores in suo Syllabo vel calculo deceptos fuisse.* An ergo Petro de Alva et ipsi Casimiro Oudino praesto fuerint huiusmodi *rationes idoneae aut demonstrativae,* quibus permoti haec Thomae eripuerint Opuscula, adiudicaverintque vel Innocentio III, vel Alexandro de Hales, vel Henrico de Wrimaria?

Manuscriptum scilicet codicem affert Alva, qui Lovanii apud s. Martinum adservatur, in exteriori compactura, ut ait, inscriptum: *Innocentius PP. super Psalmos poenitentiales: item Expositio super Pater noster, Ave Maria et Credo in Deum.* Immo animadvertat lector codicem illum, teste Martino Harncyo Batavo Ord. Praedic, in Epistola apologetica ad Petrum de Alva, typis edita Bruxcllis anno 1664, ita pariter in interiori compacturae parte inscriptum legi: *Innocentius Papa super Psalmis poenitentialibus;* tum vero: *Super Ave Maria, super Pater noster, super Credo in Deum, super Credo in Spiritum Sanctum, super Articulis fidei, super Sacramentis Ecclesiae, super Pater noster per auctoritates Doctorum, Methodus conferendi calendario et mobilibus.* Atqui nemo prudens, qui in huiusmodi inscriptionum modum intenderit animum, statim non videat Opuscula illa praeter primum, non referri uti foetus Innocentii Papae, sed uti contenta in eodem volumine, quorum primum ad laudatum Summum Pontificem spectat. Ac sane Ludovicus Iacob in Bibliotheca pontificia, Guillelmus Cave in Historia litteraria et Franciscus Pagius in Breviario historico-chronologico-critico, Innocentii Tertii opera omnia recensentes, tum genuina, tum etiam dubia, sive quae typis edita sunt sive quae adhuc in bibliothecis mss. delitescunt, superiorum opusculorum, de quibus agimus, mentionem nullam ingerunt. Accedit, penultimo illo in opusculo, quod inscribitur *super Pater noster per auctoritates Doctorum,* ipsum Thomam Aquinatem, laudato Harncyo admonente, allegari, qui post obitum Innocentii natus est', adeoque perspicue constare ea omnia opuscula sanctissimo Pontifici attribui non posse. Addit Echardus minora praedicta opera in codice Regio ms. iam eo tempore, quo ipsum vidit Alva, sancti Thomae nomine praenotata fuisse, ne quis in auctore erraret. Praeter Parisinos denique codices, fatetur ipse adversarius Alva alios prostare cum Thomae Aquinatis nomine in bibliothecis Belgicis, scilicet Parcensem apud Sanderum et Corscnduncanum. Iam ergo in auras abire puto Petri de Alva rationem, si quam ille *idoneam et demonstrativam* iactabat.

An magis propitiam Oudinus habeat Minervam? Non alia praesto ratio illi est, nisi quae ducitur ex manuscriptis Bodleianis, in quibus similis argumenti opuscula praenotantur nomine Hcnrici de Wrimaria. At illi argumenta propone solvenda, quae sequuntur: 1. Praedicta quinque Opuscula fateri cogitur Oudinus *in manuscriptis antiquis et bonae notae inveniri sub Thomae nomine:* cur alios ergo praeferat codices alio nomine praenotatos? 2. Codices etiam affert ille ex eadem bibliotheca Bodleiana, qui *Expositionem Symboli,* itemque *decem Praeceptorum legis* Alexandro de Hales tributam exhibent: cur vero et Halensi et Aquinati ereptis praedictis Opusculis, ea Henrico de Wrimaria adiudicanda pronunciat? 3. Haec Opuscula, quae Thomae Aquinatis nomine et Henrici de Wrimaria insignita leguntur in codicibus, aut eadem omnino sunt aut certe diversa: neque enim insolens est super eisdem argumentis Commentarios edere scriptores plures, eadem aut suppari aetate degentes, in eadem provincia aut domo et in longe dissitis regionibus. Si diversa sint, quis ergo non videat vanam futilemque Oudini obiectioncm? Si eadem, ratio quaeritur *idonea aut demonstrativa,* cur neglectis reicctisque codicibus *manuscriptis antiquis et bonae notae,* qui ea Thomae nostro attribuunt, adiudicari Henrico de Wrimaria debeant? Eo vel maxime quod hisce codicibus consonant veterum testimonia, qui non solum inter germanos Aquinatis foetus numerant praedictos Commentariolos; verum eorum initium referunt, eosque legebant in uno volumine iam collectos: 4. At haec tribuebant divo Thomae Opuscula Ptolomaeus Lucensis, Ioannes de Columna, Bernardus Guidonis, Trivetus, Logotheta, eo tempore quo vitam igebat florebatque, suaque edebat opera Henricus de Wrimaria: an verisimile fuerit, alienos foetus tribui Thomae ab illis potuisse, qui illis, ut ita dicam, diebus spargebantur in vulgus et adhuc inter vivos parentem habebant? Laudati quippe nostrae gentis scriptores ad annum i33o circiter vitam duxerunt; et Logotheta testis vocatus anno 1319 in Processu canonizationis, Operum Thomae, quae noverat, catalogum texuit; et Henricus de Wrimaria, Oudino si credimus Joco citato, *circa annum i2go et i3oo* florebat: immo *floruit ille valde senex anno i33o* ut ipse Oudinus ait in supplemento ad Bellarminum: ipsumque demum *anno i34o claruisse* adnotat Possevinus tomo II Apparatus et consentit Guillelmus Cave in Historia litteraria: quo rursus anno 1340 vel paullo post vita ipsum migrasse Oudinus coniectat in eiusdem Elogio in Bibliotheca Scriptorum: 5. Hinc vero ex varia chronographia Henrici facile colligitur praedicta quinque Opuscula longe ante, quam editis operibus ipse floreret Henricus de Wrimaria, sub nomine divi Thomae innotuisse, cademque in uno iam volumine collecta, testimonium perhibente Ptolomaco Lucensi: 6. Atqui demum ex laudato Possevino constat Tractatum *de decem Praeceptis legis* Henrico tributum longe diversum esse ab eo qui Thomae nostro adscribitur. Ait quippe Possevinus in huiusce auctoris elencho operum: *De decem praeceptis lib. I, Audi Israel;* cum aliter Opusculum Thomae adseriptum incipiat, *Tria sunt homini necessaria ad salutem.* Sed et eiusdem Hcnrici expositiones *Orationis Dominicae et Angelicae Salutationis* ita recenset Possevinus, ut opuscula diversa videantur: scilicet, *super Orationem Dominicam lib. II: Super Ave Maria lib. I;* nec enim in libros tributa sunt, quae feruntur de his argumentis Opera s. Thomae. Si quid ergo augurari liceat, fore puto, ut prudenti cuique cordatoque viro *idoneae aut demonstrativae* videantur rationes allatae, quibus Thomam quinque Opusculorum, de quibus agimus, verum auctorem esse hactenus disseruimus.

CAPUT II.

Animadversiones in Expositionem Salutationis Angelicae. Sphalmala emendantur, queis corrupta prodierunt veterum haereticorum nomina, qui refelluntur in Opusculo de Articulis fidei et Sacramentis.

I. Ad Expositionem Salutationis Angelicae quod attinet, jiYnonnullae praetermittendae non sunt animadversiones. His verbis suum orditur Opusculum s. Thomas: « *Ave Maria gratia plena, Dominus tecum.* In ista salu» tatione continentur tria: unam partem fecit Angelus, » scilicet *Ave gratia plena, Dominus tecum, benedicta tu* » *in mulieribus;* aliam partem fecit Elisabeth mater Ioannis » Baptistae, scilicet *Benedictus fructus ventris tui;* tcr» tiam partem addidit Ecclesia, scilicet *Maria:* nam An» gelus non dixit, *Ave Maria;* sed *Ave gratia plena.* » Haec illa sunt verba, quae Commentario suo Thomas illustrat; neque ullum verbulum addit, quod indicet additamentum illud, *Sancta Maria Mater Dei* etc. Angeli salutatio et verba Elisabethae simul iuncta leguntur in Offertorio, ut vocamus, feriae quartae post Dominicam tertiam Adventus apud Gregorium Magnum in Antiphonario: unde et conjunctionis illius auctor primus videtur ipse Gregorius. Quod reliquum est, *additamentum illud, Sancta Maria Mater Dei ora pro nobis,* Baronio si credimus ad annum 431 num. 179 *accepisse* in Concilio Ephcsino contra Nestorium celebrato *creditur Angelica Salutatio.* Post illud Concilium *Mariam Matrem Dei* omnium fidelium ore ferri consuevisse nullus dubito: at Angelicae Salutationi eam

precationem iam tum adiunctam nec idoneis argumentis probat Baronius, neque Baronio consentiunt doctissimi viri. Plura et egregia in hanc rem disserit Mabillonius Praefat. in saeculum V Ordinis s. Benedicti num. cxix et seqq. Prima scilicet pars, quae Angeli salutationem et verba Elisabeth complectitur, in vulgari apud fideles usu non videtur fuisse ante saeculum undecimum. Libellum vetustum memorat idem Mabillonius num. cxxvni, in quo *Papa Urbanus* /Edicitur *addidisse ad Angelicam Salutationem hanc clausulam, Iesus Christus, amen : de* qua tamen in Commentariolo s. Thomae nulla mentio; an ideo fortasse quod illum ante Urbani tempora scripserit? Appendix denique, *Sancta Maria,* non reperitur in libellis precum, tam editis, quam manuscriptis, ante annum millesimum quingentesimum : occurrit eadem in Breviario Carthusiano, quod anno i52i editum est, his verbis desinens, *Ora pro nobis peccatoribus, amen :* sed immo tum haec verba, tum postrema illa clausula, *nunc et in hora mortis, amen,* legere demum est in Breviariis fratrum Minorum aliorumque Ordinum ab anno 1614 ac deinceps editis. Laudatum Mabillonium ct loannem Grancolas in Commentario historico in Breviarium Romanum consule, qui hac de re latiore calamo pertractant, ac vetusta nonnulla monumenta recentiore sine dubio manu interpolata vocant ad examen, cuiusmodi sunt veteres quaedam liturgiae ac libellus de Ritibus Baptismi tomo XII Lugdunensis bibliotecae Patrum sub nomine Severi Alexandrini Patriarchae, qui nullus exstat in serie Patriarcharum illius Ecclesiae, editus; in quo Salutatio Angelica cum precatione his verbis effertur: *Pax tibi Maria plena gratia, Dominus noster tecum, benedicta tu inter mulieres et benedictus est fructus, qui est in utero tuo Iesus Christus. Sancta Maria mater Dei ora pro nobis, inquam, peccatoribus, amen.*

Sequitur animadversio, quae malam fidem Dominicanis impactam amolitur; ac si nempe in huiusce Opusculi editione verba suppresserint, quae in ms. codicibus habentur, Immaculatae Virginis Deiparae Conceptioni faventia. Fidem doctrinamque totis ulnis amplector ego quam tenendam proponit Mater Ecclesia ; ac decretis hac de re a Sede Apostolica latis pronissimo animo obsequor. Auctor *Innocentiae vindicatae* §. 1, num. 3 sic habet: «Tertius locus » s. Thomae est ex Opusculo IV dc Salutatione Angelica *(in* » *editione Romana anni ı5yo est Opusculum octavum, in* » *Lugdunensi anni i56'2 quartum),* in qua'olim sic lege- » batur: *Maria purissima fuit quantum ad omnem cul-* » *pam, quia nec originale, nec mortale, nec veniale pec-* » *catum aliquando incurrit.* Ita hoc testimonium divi Tho- » mae citant Salmeron in Epist. ad Romanos d. 5i (Obiit » vero anno 1585). Et Petrus Canisius lib. I dc b. Virgine, » cap. vi (Obiit 1597): uterque magnae doctrinae parisque » sanctitatis, ut fraudis suspecti esse non possint. Sed in » ultimis editionibus omissum est; cum tamen habeatur in » ms. Parcensi (Monasterio patrum Pracmonstratensium » prope Lovanium); in manuscript© bibliothecae Corsen- » doncanae Canonicorum regularium prope Thurnantum in » folio, chartaque pergamena ; in ms. bibliothecae Regiae » Parisicnsis num. 690; in ms. Monasterii s. Martini Lova- » niensis litt. O, num. 7; itemque in editione impressa Mo- » nasterii in Boom Ordinis s. Birgittae in Ducatu Cliviensi » opusc. 8; et in alia editione patrum Franciscanorum Co- » Ioniae. » lam antea scripserat Nierembergius in Exceptionibus Concilii Tridentini capite xxi allegatum pro Immaculata Conceptione locum *iam esse mutatum vel ablatum in editione Antuerpiae de Opusculis s. Thomae anno 1612, sed illum agnosci et calculo suo confirmari a loanne de Turrecremata, nobili satis Thomista.*

Editiones ultimae, in quibus ea verba praetermissa adnotat laudatus *Innocentiae vindicatae* auctor, quo prodierint anno patefacere debuisset. Antuerpiensem sive Coloniensem anni 1612 veluti primam, quae vitiata fuerit, accusare videtur Nierembergius. At priores aliae prostant, Veneta anni 15q3 f. apud Dominicum Nicolinum, Romana anni 1570 f. iussu Pii V curata, Lugdunensis anni ı562 fol. apud heredes Iacobi Iuntac. Has habeo prae manibus, in quibus locus, quo de agitur, sic habet: *Ipsa enim purissima fuit et quantum ad culpam, quia ipsa Virgo nec mortale, nec veniale peccatum incurrit',* ubi originis culpae mentio nulla. Fides adducitur Ioannis a Turrecremata in tractatu de Veritate Conceptionis etc., quod cius opus in fronte compositum dicitur *pro facienda relatione coram Patribus Concilii Basileae, anno Domini i43j mense iulio,* typisque prima vice prodiit Romae anno ı547 apud Antonium Bladum in 4. An ergo adversariis, qui divi Thomae Opusculum veluti corrruptum depravatumque iactant, faveat *nobilis* ille *Thomista ?* Locum controversum opponit parte XII, cap. xv eiusque responsio haec est, digna animadversione: « Ad istam respondetur primo; quod du- » bium magnum est, quod sanctus Thomas illud verbum » dixerit ; multis quippe originalibus perspectis non est re- » perta illa particula, quod *peccatum originale* non in- » currit; sed tantum illa, *veniale et mortale non incurrit.* » Manuscriptos codices *originales,* quos oculis propriis lustravit, allegat ille, idest vetustos et bonae notae, in quibus vox illa desideratur; nec alios indicat inventos fuisse, qui vocem illam exhiberent. Fontem iam habes, unde prodierunt editiones, quae perperam et inique a Dominicanis depravatae adseruntur.

An Deiparam vero dixerit Auctor Opusculi *non incurrisse peccatum originale,* quem paullo superius docentem legimus : *Peccatum enim aut est originale, et de isto fuit mundata in utero; aut mortale aut veniale, et de isto libera fuit?* Itemque, *Christus excellit beatam Virginem in hoc quod sine originali conceptus et natus est; beata autem Virgo in originali concepta, sed non nata?* Opinionem ipsam in medio relinquo : quid expresserit Auctor solum affero. Iam vero si locum, quo de agimus, corruperint Dominicani, suppressa voce *originalis* peccati; superiora et duo loca ab ipsis corrupta fuisse dicendum foret, non una vel altera addita voce, sed integris periodis in textum intrusis. Nec *vindicatae Innocentiae* auctor, nec Petrus de Alva, nec Nierembergius tam malae fidei ac impudentiae Dominicanos editores insimularunt. Sed ita tamen esse suspicantur nonnulli apud Thomam Strozzium libro IV, capite vir. Sed ita non esse, evincunt codices ms. quos Turrecremata expendebat: *Ante illa verba allegata,* inquiens, *ex adverso dicit ita s. Thomas: Christus excellit beatam Virginem in hoc quod sine originali fuit conceptus et natus, beata autem Virgo in originali concepta est, non nata* etc. Ac demum quaenam fuerit suspicionis ratio, cum nec edita ulla exempla, nec manuscripta afferat Strozzius, quae si aliter scripta essent, aliquam ingerere possent suspicionem? Haec satis; ipsumque laudatum Turrecrematam lege, qui et aliam adhibet responsionem.

II. In Opusculo *De Articulis fidei et Sacramentis Ecclesiae* veteres haereticos plures recenset sanctus Thomas eorumque refellit errores. In eorum efferendis nominibus foeda irrepserunt sphalmata: quibus emaculata et abstersa ut prodiret editio, curas suas Parisiis anno 1656 impendit Petrus Pelican, patria ct religiosa professione Carnutensis Ordinis Praedicatorum, consultis Goario et Combefisio sodalibus, graecae linguae peritissimis. Emendata editio prodiit ibidem eodemque anno in fol. apud loannem lost. Haec eadem mihi ornanda sparta est. In expositione primi articuli *de Ecclesiae divinae unitate,* tertius numeratur error *Atropomonsitarum.* Monstrosam vocem reiice ac repone, *Anthropomorphitarum,ponentium unum Deum,* ut ait Thomas, *sed dicentium eum corporeum et ad modum humani corporis formatum.* Labe ista caret Bettinelliana editio. Haereticos aut Schismaticos istos Augustinus vocat *Vadianos* libro de Haeresibus capite ı , vocant eos *Audianos et Odianos* Graeci apud Epiphanium haeresi ı x x ab auctoris nomine, qui *Auditis* vocabatur.

Contra quartum articulum, *qui pertinet ad effectum gratiae, per quam vivificatur Ecclesia a Deo,* excogitatas haereses plures recenset s. Thomas. « Alii vero, *inquit,* » qui *Passalonitae* dicuntur, intantum silentio student, ut » naribus et labiis digitum opponant. *Passalos* enim graecc » dicitur *Palus et Ranchos* nasus. » Legendum iubet Pelicanus ρὐγχο , *Rjrnchos:* itemque πάττκλο , *Pattalos :* ac demum πατταλορυγχίται, *Pattalorjrnchitae.* At Lexica

et Graeci scriptores docent, legi etiam posse, πάσσαλο , *Passalos,* ct πασσαλορυγχίται, *Passalorynchitae.* Sanctus Augustinus haeresi lxiii sic ait: « *Passalorynchitae* in tan- » tum silentio student, ut naribus et labiis suis digitum » opponant, ne vel ipsam taciturnitatem voce praeripiant, » quando tacendum sibi esse arbitrantur; unde etiam illis » est nomen inditum: πάσσαλο enim graece dicitur *palus,* » *ct* ρυγχο *nasus.* Cur autem per *Palum* digitum significare » maluerint, a quibus hoc nomen compositum est, ne- » scio: cum graece et dicatur digitus δάκτυλο ct possint » utique *Dactylorynchitae* multo evidentius nuncupari. »

Ibidem decimus error in aliquibus editionibus est *Ariscianistarum,* in aliis *Priscianistarum.* Utrumque sphalma corrige, quod irrepsit pro vero nomine *Priscillianistarum:* quos *in Hispania,* inquit Augustinus haeresi lxx, *Priscillanus instituit.* Cur etiam *Mathematici* dicti fuerint docet ibidem Augustinus : *Adstruunt etiam,* inquiens, *fatalibus stellis homines colligatos, ipsumque corpus nostrum secundum duodecim signa caeli esse compositum; sicut hi, qui Mathematici vulgo appellantur, constituentes in capite Arietem, Taurum in cervice* etc.

Eodem loco duodecimus numeratur error, quo implicati referuntur *Texerarecochitae,* idest *Quartadecumani.* Opica sunt omnia et barbara: cum appellari debeant *Tcssarescaedecatitae,* τεσσαρεσκαιδεκατιται idest *Quartodeeimani.* Vide Epiphanium haeresi l et Augustinum haeresi xxix. Dicebant illi *quartadecima luna Pascha esse celebrandum, quocumque die septimanae occurreret.*

Parte II *de Sacramentis Ecclesiae* inter errores, catholicae de Baptismo doctrinae dissonos, primus numeratur *Solentianorum, qui baptismum in aqua non recipiunt, sed solum baptismum spiritualem.* Absonam vocem spongia dele. Dicendi sunt haeretici illi *Seleuciani, seu Hcrmiani,* ut ait Augustinus haeresi lix *ab auctoribus Seleuco, vel Hermia, qui elementorum materiam, de qua factus est mundus, non a Deo factam dicunt, sed Deo coaeternam .... Baptismum in aqua non accipiunt.*

Adversus augustissimum Eucharistiae Sacramentum secundus recensetur error *Arrodinicarum, qui offerunt in Sacramento hoc panem et caseum.* Verum nomen *Artotyritarum* docent Epiphanius haeresi XLix,et Augustinus haeresi xxviu. Ita vero errantes homines vocatos adnotat Epiphanius num. 2 *quod ad celebranda mysteria sua* (ἀρτον, arton) *panem,* (καὶ τυρὸν, tyron) *et caseum adhibent.*

Ibidem sequitur tertius error *Cataphrygum et Praeputiatorum, qui de sanguine infantis, quem de toto eius corpore minutis punctionum vulneribus extorquent, quasi Eucharistiam suam conficere perhibentur, immiscentes eam farinae, panemque indefacientes.* Infame et crudele facinus istud tribuit Augustinus hacr. xxvi haereticis, quos vocat *Cataphryges,* et haer. xxvn haereticis, quos vocat *Pepufianos.* Hinc vero corrupta vox *Praeputiatorum* profecta. Ab oppido *Pepu;a in Phrygia,* quem locum praecipue venerabantur, dictos *Pepufianos* Epiphanius admonet haeresi xlvhi, num. 14. Praedicta impia sacra, quae peragebant, refert etiam Damascenus de, Haeresibus num. 49.

Idem recurrit mendum ibidem in expositione sexti erroris *Praeputiatorum, qui tantum dant mulieribus principatum, ut Sacerdotio quoque apud eos honorentur.* Corrige et lege: *Pepufianorum.* Hunc illis errorem tribuunt Augustinus loco citato, Epiphanius haeresi xlix, num. 2 et Damascenus loco iam indicato.

Denique *contra hoc Sacramentum extremae unctionis,* (verba sunt divi Thomae iuxta vulgatas editiones), *est error Eraconitarum, qui feruntur suos morientes novo modo quasi redimere per oleum et balsamum et aquam et invocationibus, quas hebraicis verbis dicunt super capita eorum.* Haec antea scripserat Augustinus haeresi xvi, ubi vero nomine *Heracleonitae* appellantur *ab Heracleone.* Hanc λυ'τρωσιν, sive *redemptionem* ab *Heracleone* excogitatam, eiusque sectariis seu *Heracleonitis* communem, refert Epiphanius haeresi xxxvi, num. 2, et Damascenus num. 36. Tam putida menda dixerit nemo e calamo Thomae excidisse ; invexit ea aut librariorum oscitantia aut imperitia typothetarum.

CAPUT III.

Eidem Angelico Doctori vindicantur expositiones primae et secundae Decretalis. Item Commentarius in librum de Divinis Nominibus. De latina agitur versionc ab Aquinate adhibita.

I. A d alia id genus Opera pergo, quae a divo Thoma -Zxelucubrata fuere. Superioribus Opusculis ob argumenti proximitatem subnectimus Opuscula duo, quae in editione Romana anni t5yo numerantur vicesimum tertium et vicesimum quartum. His Commentario suo illustrat sanctus Doctor primam ct secundam Decretalem, seu Decreta duo ad fidem catholicam attinentia, quae ab Innocentio III Summo Pontifice, sacro approbante Concilio Lateranensi quarto, quod anno 121 5 celebratum est, primo et secundo loco lata fuerunt. Ab his etiam decretis initium sumit collectio *Decretalium* aut Sanctionum, quam iussu Gregorii IX aggressus est perfecitque s. Raymundus de Pennafort inter annum i23o et 1234. Consule praefationem in eiusdem s. Raymundi Summam, Veronae anno 1734 typis editam.

Utrumque Commentariolum sanctissimo Aquinati adiudicant communi calculo veteres. Ptolomaeus Lucensis libro XXIII Histor. eccles., capite xli ait: *Item Tractatus de expositione primae Decretalis, qui sic incipit: Salvator noster, ad Archidiaconum Tridentinum.* Corrige edita exempla, in quibus typo errante habetur: *ad Archidiaconum Cudestinum.* Paria sunt quae loannes de Columna refert: *Expositionem,* inquiens, *super primum* (leg. *primam) Decretalium.* Primam et secundam Decretalem a Thoma explanatam diserte memorant qui sequuntur scriptores. Logotheta apud Baluzium : *Expositio circa primam Decretalem, de Fide catholica et summa Trinitate; et secundam, Damnamus, ad Archidiaconum Tudertinensem,* (lege *Tridentinensem).* Triveti verba sunt in Chronico ad annum 1274 *Exposuit et primam Decretalem de Fide catholica, et secundam, Damnamus, ad instantiam Archidiaconi Tridentini.* Bernardus Guidonis apud Oudinum : *«.Tractatus,* ait, » *continens expositionem* primae Decretalis de summa Tri- » nitate, *Firmiter credimus,* qui incipit: *Salvator noster.* Tractatus continens expositionem secundae Decretalis, *Damnamus et reprobamus,* qui incipit : *Exposita forma* » *catholicae fidei.* » Consentiunt denique s. Antoninus, Pignonus et Valleoletanus.

Petrus de Alva apud Echardum censuram Barbavarii sic refert (quis ille sit clarissimus vir dicam infra): *Opusculum* xxiii, *quo Decretalis Innocenta exponitur, in dubium aliqui revocant.* « Sed quid ipse Barbavarius censeat (ipsius » Echardi animadversio est), non subiicit. Nos autem (per- » git ille) post scriptorum aequalium et supparium testi- » monia, ac etiam codicum mss. eius aetatis fidem, certo » sancto Doctori asserimus.» Io. Ambrosius Barbavara, mediolanensis patria ct professione, Ordinis Praedicatorum insignis alumnus, *Censuram* lucubravit *Opusculorum, quae sub divi Thomae Aquinatis titulo hactenus prodiere, ad R. P. Magistrum Seraphinum Caballum brixiensem Ordinis s. Dominici, Generalem Inquisitorem et in Romana Curia Procuratorem.* Libellum ms. habeo, qui desideratur inter alia ab Echardo recensita eius opera ad annum 1594. Quaenam ergo fuerit Barbavarii, quem allegat Petrus de Alva, hac de re sententia, profero ego ex codice ms. citato. « Opusculum xxiii, *inquit,* quo Decretalis Iimocentii » exponitur, in dubium aliqui revocant, quod ibi divus » Thomas (ad illa scilicet Decretalis verba, *Simul ab initio* » *temporis utramque de nihilo condidit creaturam, spiri-* » *tualem et corporalem, angelicam videlicet et mundanam)* » tamquam Ecclesiae definitionem approbare appareat, quod » Angeli una cum corporeo mundo conditi sint. Ex quo » sequeretur oppositam sententiam esse haeresis damnan- » dam; quod tamen ipsi minus placet I par., q. i.xi, art. 3. » Sed Reverendissimus Caietanus hoc scrupulo nos satis » liberat in Commentariis suis ad eumdem articulum. » Doli ergo ct fraudis incusandus est Petrus de Alva, qui verba Barbavarii nectentis dubium affert; caetera silentio premit, quae dubium solvunt ct elidunt.

Loca duo divi Thomae proferenda sunt ac invicem

comparanda; simulque subiicienda Caietani animadversio, ut difficultas omnis evanescat. Sic ait ille I par., q. I x i, art. 3: *Respondeo dicendum, quod circa hoc invenitur duplex sanctorum Doctorum sententia: illa tamen probabilior videtur, quod Angeli simul cum creatura corporea sunt creati... quamvis contrarium non sit reputandum erroneum.* Ait vero in Expositione primae Decretalis: «Alius fuit error » Origenis ponentis, quod Deus a principio creavit solas » spirituales creaturas; et postea quibusdam earum peccantibus, creavit corpora, quibus quasi quibusdam vinculis » spirituales substantiae alligarentur; ac si corporales creaturae non fuerint ex principali Dei intentione productae, » quia bonum esset eas esse; sed solum ad puniendum » peccatum spiritualium creaturarum, cum tamen dicatur » Genesis i: *Vidit Deus cuncta, quae fecerat et erant* » *valde bona.* Unde ad hoc excludendum dicit: *Simul ab* » *initio temporis utramque de nihilo condidit creaturam,* » *spiritualem ct corporalem, angelicam videlicet et mandait nam.* » Docet ergo priore loco ad fidem catholicam non pertinere simultaneam utriusque angelicae ct mundanae creaturae creationem: docet altero loco, fide catholica tenendum esse utramque illam creaturam conditam a Deo fuisse ex primaria destinatione. Quae duo adversa non sunt, sed verissima. Accipe vero Caictani animadversionem: «Mihi » videtur, quod sciens (Thomas) ac prudens hacc scripserit » (loco citato primae partis). Nam illa verba Decretalis » interpretanda sunt in sensu, in quo fiunt, magis quam » in sensu quem faciunt: et ut dicit s. Thomas in Expo» sitione illius Decretalis, verba illa apposita sunt contra » errorem Origenis et eorum, qui ponunt creaturas spiri» tuales tantum esse per se productas a Déo; ac postmo» dum propter demerita earum, corporales creaturas pro» ductas fuisse. Unde cum dupliciter teneatur Angelos » productos esse ante corpora, scilicet tamquam res sic per » se productas, quod propter earum demerita, quodam» modo per accidens, mundus corporeus sit productus; vel » simpliciter et absolute, quod ex voluntate Dei Angeli » praecesserint mundum visibilem; Decretalis illa, quamvis » secundum verba utramque positionem destruat, contra » primam tamen, tamquam contra hacrcsim, interpretanda » est; ad secundam vero, tamquam ad minus probabilem, » applicari potest. Et ratio huius glossae est, quia deter» minationes istae nonnisi contra aliquos errores consue» verunt fieri. » Hanc theologorum communem doctrinam egregie illustrat Dionysius Pctavius, theologicorum dogmatum peritissimus, libro I de Angelis, capite xv, ubi ad illa Decretalis verba quod attinet sic ait num. i3: « In isto Ca» none vox *simul* eodem sensu... ponitur, ut sit *aequaliter.* » At sanctus Thomas in Opusculo, quo Decretalem illam » exposuit, censet ita decrevisse Synodum adversus Origenis » errorem, qui spiritales creaturas solas, ac per se ab initio » conditas asserebat; corporeas vero ex accidenti, non autem » ex primaria destinatione, ut eo velut carcere spirituum » delicta plecteret. Contra quos Innocentius ita sanxit; » utramque simul, hoc est pari consilio et primario, con» stitutam a Deo, idque ab initio temporis, hoc est, non » ex omni aeternitate. » Addi plura in re per sese clara non debent.

11. Sequitur *Expositio in librum beati Dionysii de Divinis Nominibus.* Hanc primae parti Summae theologicae subiunctam exhibet Romana editio anni 15yo. De germano hocce divi Thomae foetu testimonium perhibent veteres omnes, nec ulla mota est ab intemperantioris criticae censoribus difficultas. Ptolomacus Lucensis libro XXIII Hist, eccles., capite xiv ait: *Item scripsit super librum de Divinis Nominibus.* Guillelmus de Tocco in Vita Aquinatis capite iv, *Super Dionysium de Divinis Nominibus.* Eadem verba habent loannes de Columna et Bartholomaeus Logotheta. Trivetus in Chronico ad annum 1274 *libros Dionysii de Divinis Nominibus... exposuit.* Bernardus Guidonis apud Oudinum: *Tractatus continens expositionem librorum beati Dionysii de Divinis Nominibus.* Paria scribunt Pignonus, Valleoletanus et s. Antoninus.

Praetermittendum non est laudatum Valleoletanum addere veluti a Thoma Commentario suo expositos libros *de Caelesti Hierarchia, itemque de Ecclesiastica Hierarchia, de Mystica Theologia et omnes Epistolas eiusdem Dionysii:* Pignonum vero unam addere expositionem in librum *de Caelesti Hierarchia.* At delusos illos non pudeat fateri (ut Echardi verbis utamur); ct quae Alberti Magni erant, in sancto Doctore duplicasse. Neque verba Henschenii et Papebrochii negotium facessant, qui tomo VIII martii in Analectis ad vitam sancti Thomae §. 1, pag. 741 sic habent: « In conventu s. Dominici Neapolitano... est praeterea cella » s. Thomae in piissimum sacellum commutata, ubi ct liber » *Supra Dionysium de Caelesti Hierarchia* propria s. Tho» mac manu conscriptus habetur. Nos ipsi anno 1661 Nea» poli in festo s. Thomae existentes, singula ista monu» menta venerati sumus. » At enim quis credat Neapolitanos consodales Praedicatores (verbis utor Antonini Touron in Vita s. Thomae lib. VI, capite vi) Angelico Doctori eiusque gloriae addictissimos hactenus in tenebris consepultum reliquisse opus, si propria illud manu exarasset Aquinas?

Nolim ego celebrem instaurare ac movere quaestionem inter viros criticos agitatam; quorum alii Opera vulgo *Arcopagitica* reficiunt omnia, vindicant alii editis apologiis. Satis est divi Thomae aetate dubium nullum de volLia, aut suppositione ingestum (quod in dissertatione ad Catenam auream adnotavimus) ut opus pro genuino habitum, omniumque ore celebratum, absque ulla nimiae credulitatis nota suo Thomas Commentario illustraret. Fidem auctoris, quisquis ille fuerit, versat alia quaestio; ipsumque heterodoxum fuisse, aut Apollinaristam, aut Monophysitam seu Eutychianum putant nonnulli, vel ex ipso libro *de Divinis Nominibus* argumento haereseos deprompto. Aegre admodum mihi persuaserim ego, haeresibus librum illum scatere, easque nobile ingenium divi Thomae non deprehendisse, aut certe cognitas ad catholicum torquere sensum voluisse. Integra hac de re Dissertatio sequitur, in qua pro meritis, ut censeo, auctoris Areopagiticorum orthodoxiam lato calamo vindico.

III. De latina eiusdem Areopagitici libri versione, quam egregius interpres divus Thomas adhibuit, paucis agere hoc loco liceat. In dissertatione in Catenam auream vetustas duas laudavimus Operum Areopagiticorum latinas translationes: alteram saeculo nono confectam ab loanne Scoto Erigena, cuius meminit Anastasius bibliothecarius in sua de Scholiis loannis Scythopolitani et sancti Maximi latine redditis Praefatione: alteram a loanne Sarraceno, qui Abbas s. Andreae Vercellensis ordinis Canonicorum regul. dicitur, adornatam medio circiter saeculo duodecimo. Utramque ac tertiam insuper Ambrosii abbatis Camaldulensis; et quartam, sed imperfectam, ut quae solum Divina Nomina continet ac mysticam theologiam, Marsilii Ficini; et quintam denique, instar paraphraseos, Thomae abbatis Vercellensis, cum Dionysii Carthusiani Commentariis complectitur ac praestat editio *Colonicnsis impensis Petri Quentel anno i536* fol. A folio 377 laudati Sarraceni latina versio prostat. Libros *de Caelesti,* deque *Ecclesiastica Hierarchia,* latio redditos, *Magistro Iohanni de Saresberiis,* eximio gentis Anglicae et saeculi sui viro, nuncupat Sarracenus; librumque *de Divinis Nominibus,* caeterosquc, *Odoni s. Dionysii reverendo Abbati.* Hanc Sarraceni translationem adhibuit, sequiturque divus Thomas in suo in librum *de Divinis Nominibus* Commentario. De re certissima, quam inita collatione et oculorum experimento deprehendere cuique licet, fusiorem non vacat instituere sermonem.

Sed aliis in operibus modo Scoti Erigenae versionem adhibet Aquinas, modo Sarraceni, ut exemplis innotescit. Ait ille I par., qu. 1, art. ix: « Dicit Dionysius 1 cap, Caele» stis Hierarchiae: *Impossibile est nobis aliter lucere di» vinum radium, nisi varietate sacrorum velaminum cir» cumvelatum.* » Quae nempe verba sunt Scoti Erigenae interpretis; aliter ab Sarraceno latine reddita *Etenim neque possibile aliter nobis supersplendere thearchicum radium, nisi varietate sanctorum velaminum sursum active circumvelatum.* Sarraceni versio est, qua utitur I par., qu. xm, art. π, obiect. 2: « Dicit Dionysius I cap. de Divinis Nomi» nibus: *Omnium Sanctorum theologorum hymnum invenies* » *ad beatos thearchiae processus manifestative ct laudative*

» *Dei nominationes dividentem ;* » cum tamen Erigena sic habeat : *et omnem sic dicere sacram theologorum hymnologiam invenies, ad beneficas divinitatis processiones manifestative et laudative nominationes divinas praeparantem.* Paria occurrunt passim exempla. Sed frequentius, utroque interprete dimisso, Arcopagitici textus reddit sensum nitidioribus propriis verbis ; ipsumque textum graecum videtur ipse aliquando aut alius ab eodem sciscitatus, diligentius consuluisse ac latine reddere accuratiore translatione. Exemplum profero. Sic habet ille III par., quaest xix, artic. i, obiect. i: « Dicit enim Dionysius in 2 cap. de Divinis Nomi- » nibus: *Discreta autem est benignissima circa nos Dei* » *operatio per hoc, quod secundum nos, ex nobis, integre* » *vereque humanatum est Verbum, quod est supra sub-* » *stantiam : et operari et pati quaecumque humanae eius* » *divinaeque operationi congruunt.* » Haec textui graeco maxime consonant: διακεκριται δε τη ἀγαθοπρεπου ει ἠρ.α θεουργια , το καθ' ἡ[κά ἐξ ἠριών ὀλικώ καί αλη- θώ οὐσιωθηναι τον υπερούσιον λόγον , καί δράσαι καί παθεῖν οσατη ἀνθρωπικη ἀυτού θεουργια ἐ'στίν εκκριτα καί εξαίρετα. Non ita convenit Sarraceni translatio: *Discretum autem est a benigna ad nos divina operatione, secundum nos, ex nobis, totaliter et vere substantiam factum esse supersubstantiale Verbum; facere et pati quaecumque humanae ipsius contemplationis sunt electa et semota.* Ubi θεωρία , pro θεουργία legisse videtur Interpres. Neque felicius haec verterat Scotus Erigena verba: *Discernitur autem bene decora in nos divina operatione, secundum nos, ex nobis, universaliter et vere substantifcari superessentiale Verbum : et operari et pati quaecumque humanitatis eius divina actione sunt discreta et summe miranda.* Quid? quod in eisdem postremis verbis latine reddendis videntur haesisse interpretes recentiorcs. Ambrosius Camaldulensis ita vertit: *Eaque et gessit et pertulit, quae sunt humanae ipsius assumptionis electa atque praecipua.* loachimus Pcronius : *Fccitque et passus est omnia, quae humanae ipsius actionis praecipua sunt et singularia.* Balthasar Cordcrius demum: *Eaque gesserit tuleritque, quae humanae ipsius actionis praecipua sunt et singularia.* Vocis nempe illius, θεουργία , vim adsequuti minime videntur. Quo de loco recte intelligendo plura dicenda sunt in subiecta Dissertatione.

CAPUT IV.

Genuini sancli Thomae foetus habentur Commentarii in Boethii libros de Hebdomadibus et de Trinitate. Tituli Hebdomadum expositio. Ab Aquinate Commentarii abiudicantur in eiusdem Boethii libros de Consolatione philosophiae et de Scholarium disciplina: quorum postremus neque germanus est Boethii foetus.

1. A d Opuscula duo, quae postremum locum tenent, IYscrmo procedit: quorum alterum inscribitur, *Expositio in librum Boethii de Hebdomadibus:* alterum, *Praeclarae quaestiones super librum Boethii de Trinitate;* primum num. 69 inter Opuscula recensitum, numero 70 alterum. Unum in Boethii librum *de Trinitate* Commentarium memorat Ptolomaeus Lucensis libro XXIII Hist, cedes., capite xiv: *Item scripsit,* inquiens, *super librum de Trinitate Boethii.* Error irrepsit in Mediolanensem editionem tomo XI Muratorianae Scriptorum Italiae collectionis, ubi legitur: *Super librum de Felicitate Boethii.* Utrumque recensent veteres alii. Guillelmus de Tocco ait: *De Trinitate, de Hebdomadibus.* loannes de Columna: *Super Boethium de Hebdomadibus : super eumdem de Trinitate.* Bernardus Guidonis: *Tractatus continens expositionem super librum Boethii de Hebdomadibus, qui incipit: Praecurre prior in domum tuam. Tractatus super librum Boethii de Trinitate, qui incipit: Ab initio nativitatis investigabo.* Trivetus: *Librum... Boethii de Hebdomadibus exposuit. Sed super librum eiusdem de Trinitate expositionem inchoatam non perfecit.* Consentiunt denique Pignoni, Valleoletani, s. Antonini testimonia.

Notissimus est Boethii liber *de Trinitate:* alioquc etiam titulo in editis et mss. insigniri solet: *Quomodo Trinitas unus Deus, ac non tres Dii;* ac incipit: *Investigatam diutissime quaestionem.* Q. Aurelio Memmio Simmacho, socero suo, opus nuncupavit auctor: quod commentario illustrasse dicitur venerabilis Beda vel Eadmundus Albanus, ut aliis placet. Fertur etiam Commentatio Gilberti Porretani: eamdemque spartam egregie ornavit Angelicus Doctor.

II. Liber alter *de Hebdomadibus* quaestionem versat : *An omne quod est, bonum sit, cum non sint substantialia bona.* Io. Albertus Fabricius in Notis ad Trithemium de Scriptoribus ecclesiasticis et in Bibliotheca latina hanc notam appingit: «In catalogo manuscriptorumAngliae tomo I, » pag. 94, num. 1900, *Boethius de Hebdomadibus, qui alio* » *modo intitulatur de Paradoxis, videtur potius esse Alani,* » *de maximis theologiae.* » Is est Alanus Insulensis, quem iuniorem vocat Guillelmus Cave, anno circiter i2o3 denatus, ut calculos subducit Casimirus Oudinus in eius elogio ad annum 1 i5o. Inter eius opera numeratur *liber I de Maximis, seu axiomatibus theologiae.* Huius initium est apud laudatum Oudinum : *Omnis scientia suis utitur regulis :* unde longe differt ab Opusculo, quo de agimus, quod incipit: *Postulas a me, ut ex Hebdomadibus nostris, eius quaestionis obscuritatem* etc. Qui solutionem obscurae quaestionis postulaverat, vocatur a s. Thoma in Commentario *loannes Diaconus Romanae Ecclesiae:* ille nempe, cui alia a Boethio opuscula inscripta leguntur. Evincere allata verba videntur minus proprie inditum Operi titulum *de Hebdomadibus;* cum potius excerptum sit ex alio ampliore opere, quod *de Hebdomadibus* scripserat Boethius; quod etiam novit Aquinas : *Scribit autem,* inquiens, *hunc librum ad loannem Diaconum Ecclesiae Romanae, qui ab eo petierat, ut ex suis Hebdomadibus.... dissereret et exponeret quamdam difficilem quaestionem.* Ita vero liber ille amplior videtur inscriptus, exemplo M. Terentii Varronis, qui libros composuit *de Hebdomadibus,* alias *de Imaginibus.* Putat Io. Albertus Fabricius, in singulis huius operis libris Varronem septem virorum illustrium imagines stylo suo delineasse, adeoque totum opus dictum *de Hebdomadibus.* Non aliter ergo Boethius in singulis Hebdomadarum suarum libris forte septem selectas versaverit exposueritque difficiles quaestiones, quarum excerptum unum exhibeat Opusculum, de quo agimus. Alia est tituli *Hebdomadarum* expositio , quam laudatus Fabricius profert ex Samuele Petito.

Longe diversa est divi Thomae interpretatio ; « Boe- » thius, *inquientis,* de suis conceptionibus librum nobis » edidit, qui *de Hebdomadibus* dicitur, idest *de Editionibus :* » quia in Graeco *hebdomada* idem est quod *edere.* » Appositam habet in hunc locum animadversionem doctissimus Echardus : « Qui sancto Doctori, *inquiens,* persuasit, *de* » *Hebdomadibus* idem esse ac *de Editionibus,* in suo co- » dice ms. forsan legebat *Ecdomadibus* vocabulum barba- » rum ac inauditum, quod ex graeca voce ἐκδίδωριι pu- » tavit originem ducere, unde εκδοσι *editio:* cum contra » *de Hebdomadibus,* ἐ^δθ|Λασι, significet de septem dierum » spatio, seu *Septimanis.* » An ergo naevus iste dubium ingerat, num germanus divi Thomae foetus haberi debeat Opusculum ? Censuram profero laudati Io. Ambrosii Barbavara : « Commentaria, *inquientis, ad Hebdomadas* et li- » brum *de Trinitate* Severini Boethii et stylum et doctri- » nam Aquinatis satis praeferunt; nisi quempiam turbet » expositio illa rudior graeci nominis, *hebdomas. Boethius,* » inquit, *de suis conceptionibus librum nobis edidit, qui* » *de Hebdomadibus dicitur, scilicet de Editionibus : quia in* » *graeco hebdomada idem est quod edere.* At contendant, » qui volunt: ego sane talem naevum in his scriptis malo » agnoscere, quam auctorem debita gloria frustrari; maxime » quod constet eum graecarum litterarum peritiam nus- » quam iactare solitum. »

III. Sed ab Aquinate abiudicandi omnino sunt Commentarii, qui feruntur, *Super librum Boethii de Consolatione philosophiae,* itemque *in Tractatu Boethii de Scholarium disciplina.* Incipit primus : *Philosophiae servias oportet:* initium alterius est, *Solum hominem nexum fore Dei et mundi.* Typis uterque sub nomine s. Thomae saepius prodiit: pluresque editiones memorat Echardus. Codicem membranaceum in folio, anno circiter 1400 manu-

exaratum, se vidisse testatur idem Echardus in Parisiens! Colbertina bibliotheca, in quo singulae paginae per columnas divisae duplicem exhibent expositionem in eosdem Boethii libros *de Consolatione*. Quae legitur in sinistra columna incipit, *Explanationem ;* eademque tribuitur Nicolao Triveto. Quae vero in dextra legitur, hunc titulum praefert: *Prologus alius in librum Boethii de Consolatione philosophiae secundum s. Thomam de Aquino Ordinis FF. Praedicatorum;* idemque prologus sic incipit: *Sicut dicit Philosophus primo Politicorum :* ac initium denique expositionis est, *Carmina qui quondam. - Modus autem tractandi in genere est didascalicus.* Hinc innotescit hanc ms. expositionem longe ab ea differre, quam saepius typis editam adnotavimus. Equidem inter Qpera Angelici Doctoris numerat expositionem *Super Boethium de Consolatione philosophiae* Laurentius Pignonus, qui sub finem saeculi quartidecimi florebat: at neutram, sive manu in citato Colbertino codice scriptam sive typis excusam, Thomae *asserere audeo* (ait Echardus) *quia nullus veterum inter Opera s. Thomae recenset.* Negantis huiusce argumenti vires iam saepius ponderavimus.

Eodem pariter silentio veterum adigente, reiicienda est expositio, quae dicitur, *in Tractatu Boethii de Scholarium disciplina.* Peremptorium inde sumitur argumentum, quod ipse libellus communi hodie criticorum sententia negatur opus Boethii. Ioanni Scoto Erigenae illum adiudicant nonnulli , alii Dionysio Carthusiano ; vel Petro Blesensi vel Hugoni Heteriano alii; ac alii demum Thomae Brabantino seu Cantimpratano. Io. Albertus Fabricius haec late enarrat omnia affertque librum excusum anno 15og, 4., qui inscribitur, *Auctoritas Aristotelis et aliorum philosophorum;* in eoque adnotatum legi ait, *Quod liber de Institutione scholastica Boethio humilitatis et maioris auctoritatis causa adseriptus sit a Thoma Brabantino, graece ac hebraice docto, qui ex graeco transtulit libros Aristotelis.* At Brabantinus ille scriptor, si ullus quidem fuit, qui Boethio praedictum libellum ‘supposuit, non est Thomas de Cantimprato, sed Guillelmus de Moerbeka sive Morbeka, sic dictus a loco natali in Brabantiae et Flandriae confiniis, et ipse Ord. Praedicatorum insignis alumnus, graece, hebraice et arabice doctus, qui libros Aristotelis plures ad preces Thomae Aquinatis consodalis latine transtulit. Consule elogium eius apud Echardum. Foetum ergo Guillelmi Brabantini coniectari licet libellum *de Scholarium disciplina:* at habendum pro certo compertoque divi Thomae non esse expositionem, quae fertur, in idem opus.

DISSERTATIO IX.

De fide auctoris Operum, quae vulgo Areopagitica dicuntur, an Orthodoxus fuerit an Haereticus, vçl Apollinarista vel Eutychianus seu Monophysita.

CAPUT I.

Orthodoxi quinque Episcopi in collatione Constantinopolitana anno 532 videntur opera vulgo Areopagitica reiecisse, veluti foetus Apoliinaristarum. Natalis Alexandri responsio ad examen vocata.

I. imiae credulitatis aut imperitiae notam impingi divo Thomae Angelico Praeceptori nullam posse in Dissertatione superiore adnotavimus, quod librum *de Divinis Nominibus* pro foetu Dionysii Areopagitae iuxta praevalentem ea aetate theologorum opinionem acceperit, ipsumque omnium ore celebratum commentario explanaverit. Non ita fortasse summa et egregia, qua pollebat theologicorum dogmatum peritia in tuto foret, si Apollinaristarum deliriis et commentis Monophysitarum scateret opus illud, ut putant proque certo habent nonnulli. Orthodoxam auctoris fidem inconcussis argumentis vindicari posse arbitror ego: adeoque miratio tollitur omnis, haereses in eo opere acutissimum ac nobile divi Thomae ingenium non vidisse, quae nullae sunt. Rem ipsam aggredior.

Opera quae vulgo Areopagitica audiunt sive testimonia quaedam ex illis deprompta, prima vice coram palamquc allegata a Severianis haereticis invenimus, qui Constantinopoli collationem cum orthodoxis Episcopis anno 532 habuerunt. *Severiani* erant impia propago Eutychianorum seu Monophysitarum, qui unam in Christo naturam contra fidem catholicam ac synodi Calchedonensis definitionem propugnabant. Nomen obtinuere a Severo, qui primum Petri Mongi partes adversus Timotheum Solophaciolum catholicum Alexandriae Antistitem sectatus est: tum ab eius postea communione abstinuit, Zenonis Imperatoris edicto, quod *Henoticon* vocant, subscribere nolens, utpote quo non satis Calehedonensi Concilio derogari censebat: ducemque illorum se praebuit, qui ab eodem Mongo secedentes ac nulli obtemperantes Episcopo, dicti sunt *Acephali.* Thronum denique Antiochenum anno 5 12 invasit, ubi quinque annos et aliquot menses tyrannidem exercuit. Foedam adhuc vitam agebat anno 536, quo Synodus Constantinopoli, praeside Menna, celebratum est. Consule Michaelem Lequicnum Ordinis Praedicatorum in Oriente christiano et Petrum Boschium Societatis lesu in Historia chronologica Patriarcharum Antiochiae inter Acta Sanctorum tomo IV iulii.

Nomen etiam *Semieutychianorum* Severianis inhaesit. Istos inter ac Eutychianos discrimen Petavius enarrat libro I de Incarnatione, capite xvn, num. 9 cx Facundo Hermianensi, qui primus videtur *Semieutychianorum* vocabulum usurpasse; quod meri Eutychiani unam tantummodo naturam eamque simplicem, post unitionem mansisse in Christo dicebant, sive in humanitatem Divinitate conversa sive potius humanitate in Divinitatem absorpta, aut per eam consumpta; quod plerique ex ista haeresi sequebantur. At Semieutychiani unam *ex duabus* naturam compositam sic esse constituebant, quemadmodum ex anima et corpore una consurgit integra natura humana; ut eadem propterea Deo Patri et homini consubstantialis esset. Impium hocce dogma satis obscurum et implexum ita declarant alii, ut sine alterutrius naturae permutatione vel confusione, una tamen illa esset: una videlicet natura divina primas agente partes, cui accesserit humana, velut instrumentum, per quod illa actiones ederet vel quod passiones forinsecus inlatas reciperet. Hae de re adhuc infra diligentiore opera agendum.

Cum his Haereticis Constantinopoli anno 532 collationem habuere orthodoxi quinque Antistites, quorum primus erat Hypatius Episcopus Ephesinus. Patres nonnullos vetustos, veluti *unam naturam Dei Verbi decernentes post linitionem,* allegabant Heterodoxi homines, *beatum Cyrillum et beatum Athanasium Alexandrinae civitatis Episcopos, Felicem et lulium Romanae Ecclesiae, Gregorium mirabilium factorem et Dionysium Areopagitam.*· Spurias invehi ac venditari merces nihil haesitans reponit Hypatius: *In tantum falsae sunt,* inquiens, *epistolae, sive testificationes illae, quas dicitis, ut neque unam ex illis beatus Cyrillus voluerit recordari.* Suspicionem falsi amoliri student Severiani et aiunt: *Quid ergo suspicamini, quia nos eas falsavimus?* Non ipsis, sed antiquis Apollinaristis hanc esse tribuendam fraudem et imposturam ait Hypatius: *Vos non suspicamur, sed antiquos haereticos Apollinaristas.* Tum contentione mota ob citatos Cyrilli libros adversus Diodorum et Theodorum, de quibus capite sequente, expendere pergit Ephesinus Antistes testimonia Patrum, quae primo loco Severiani attulerant: *Nam et beati Iulii,* inquiens, *famosam illam epistolam manifeste Apollinaris ostendimus fuisse, scriptam ad Dionysium ... Quod autem prius dici debuit, hoc in ultimo loco dicimus: illa enim testimonia, quae vos Dionysii Areopagitae dicitis, unde potestis ostendere vera esse, sicut suspicamini? Si enim cius erant, non potuissent latere beatum Cyrillum. Quid autem de beato Cyrillo dico? Quando et beatus Athanasius, si pro certo scisset cius fuisse, ante omnia in Nicaeno Concilio de consubstantiali Trinitate eadem testimonia protulisset adversus Arii diversae substantiae blasphemias. Si autem nullus ex antiquis recordatus est ea, unde nunc potestis ostendere quia illius sint, nescio.* Ad opera igitur vulgo Areopagitica quod attinet, spuria et conficta illa esse ostendebat Hypatius ex veterum silentio maximeque Cyrilli et Athanasii, eademque videtur habuisse pro foetu Apollinaristarum, quemadmodum et aliorum Patrum testimonia, quae allegaverant Severiani: *Vos non suspicamur,* inquiens, *sed antiquos haereticos Apollinaristas.*

II. De libris Areopagiticis litem in hac Collatione actam non fuisse putat Natalis Alexander dissert. XXI| saeculi primi; sed intentatam postulationem falsi adversus unam dumtaxat epistolam vel quaedam testimonia, quae in Areopagitae scriptis contineri contendebant Severiani. Quod ego non ita solidum doctissimi viri existimaverim responsum, cum certum sit compertumque, obiecta ab Heterodoxis testimonia in ipsis contineri libris, quae tribui Dionysio Areopagitae solent. Ex collectaneis mss. contra eosdem hae-

reticos, quae a se visa ac diligenter lustrata refert Michael Lequienus dissertatione 11 Damascenica, Severum Patriarcham addiscimus in patrocinium erroris haec attulisse sub nomine Areopagitae verba, *Dei facti viri novam quamdam Dei virilem operationem :* quae habentur in Epistola IV ad Caium. Affert etiam Anastasius Sinaita in Ὁδηγώ, seu *Duce viae* capite xm, prolatas ab Acephalis sub eiusdem Dionysii nomine sententias, quae pariter totidem verbis in citata ad Caium Epistola leguntur et in libro de Divinis Nominibus. Alia plura dabimus infra. Haec vero satis indicant Severianos prae manibus opera Areopagitica habuisse; ex hisce deprompta ab eisdem, quae objiciebantur testimonia, ut una in Christo natura suaderetur et operatio: tum ipsa vero testimonia, tum Areopagitica scripta, ab orthodoxis Episcopis in collatione Constantinopolitana veluti spuria rciccta fuisse et ab haereticis cusa.

CAPUT II.

An Areopagitae scripta vel testimonia Cyrillus Alexandrinus laudaverit in libris contra Diodorum et Theodorum ? Orthodoxorum responsio in collatione Constantinopolitana. Liberati Diaconi locus expensus et emendatus.

I. /^um Hypatius et Orthodoxi Episcopi, *testificationes* v_>Athanasii, Felicis et lulii Romanorum Pontificum, Gregorii Thaumaturgi et Dionysii Areopagitae, quas in medium protulerant Severiani, veluti spurias et *ab antiquis Haereticis Apollinaristis* confictas rciecisscnt, reposuerunt in haec verba ipsi Severiani, ut oppositam νοθεία notam amolirentur:'*Possumus ostendere,* inquientes, *quia beatus Cyrillus usus est istis testimoniis in libris adversus Diodorum* (Tarsensem) *et Theodorum* (Mopsuestenum) *editis.* Hinc lis inter partes erupit, id ita esse negantibus Orthodoxis, aientibus Severianis. Parvi momenti res non esset, si certo innotescere quidem posset, testimonia quaedam sub nomine Dionysii Areopagitae ante medium saeculum quintum allegasse Cyrillum Alexandrinum, obiit quippe sanctissimus pater anno 444.

At reclamantis Hypatii verba sunt: *Modo maxime et illos adversus Diodorum et Theodorum libros ambiguos facitis, tamquam fictos; adversus mortuos prolatos dicentes, qui non poterant refellere falsitatem. Si enim adversus mortuos prolati sunt, multo magis contra Nestorium* (praemiserat etiam Hypatius, testimonia illa non inveniri a Cyrillo adhibita in libris contra blasphemias Nestorii elucubratis) *et eos qui contra capitula eius* (nempe Cyrilli) *scripserunt, proferre habuerit eadem testimonia. Sed nunc videtur quoniam et in illis libris haeretici falsantes addiderunt ea.* Severianis reponentibus facile posse ex antiquis exemplaribus, maxime si ex Alexandriae archivis eruantur, comprobari revera Cyrillum praedictas attulisse Dionysii et aliorum auctoritates; regessit Hypatius *indubitata* fore dumtaxat exemplaria, quae sub *Proterio* vel *Timotheo* Solofaciolo descripta ostenderentur : cum enim illa *a* multis, qui rectae duarum naturarum confessioni adversabantur, iampridem retinerentur; adigi Catholicos nequaquam posse, ut adversariorum suorum testimonia suscipiant.

Laudatum ergo a Cyrillo Areopagitam eiusque testimonia adhibita in libris contra Diodorum et Theodorum contendebant Severiani. Dolendum haec opera deperdita esse, quae consulere cum non liceat, dubium manet, quod satis expediri numquam poterit, num vere Severiani dixerint in eisdem prostare Areopagitae testimonia. Infirma quoque videntur Hypatii responsa. Reposuit primo Cyrillo libros istos contra Diodorum et Theodorum falso attribui: quae certe responsio maxime nutat, cum illi pro genuinis admissi lectique fuerint collatione quinta Synodi quintae Oecumenicae; id quod etiam agnovere Liberatus Diaconus in Breviario capite x, Leontius Byzantinus de Sectis actione *vrn et Eulogius Alexandrinus in Excerptis apud Photium. Neque solida est, quae subditur ratio, ac si non potuerit Cyrillus veterum illorum Patrum sententias, quas praetermiserat in libris contra Nestorium viventem lucubratis, in aliis afferre libris, quos contra Diodorum et Theodorum vita functos conscripsit. Sed utriusque rationis forte cognita levitate, eo tandem se recepit Hypatius, ut eosdem Cyrilli libros diceret depravatos, haereticorum manu testimoniis insertis, de quibus agimus: *Sed nunc videtur,* inquiens, *quoniam et in illis libris haeretici falsantes addiderunt ea.* Quo sane responso confici posse videtur, in eisdem Cyrilli libris *testificationes* insertas esse, quae a Severianis afferebantur sub nominibus Athanasii, Felicis ct lulii Romanorum Pontificum, Gregorii Thaumaturgi et Dionysii Areopagitae : at eas veluti spurias tamen reiectas ab Orthodoxis, utpote *ab antiquis haereticis Apollinaristis* confictas additasque intcrpolatrice manu Cyrilli libris.

11. Favere videtur Liberatus Archidiaconus Carthaginensis in Breviario causae Ncstorianorum et Eutychianorum, quod paullo post praefatam Constantinopolitanam collationem scribebat. Sic habet enim capite x : *Basilius quidam Diaconus, sumens tomum Procli* (Constantinopolitani Episcopi) *quem Armeniis scripserat, Alexandriani venit et Armeniorum libellos suis libellis annectens obtulit Cyrillo eiusdem urbis Antistiti. Quibits (ut ferunt rumores) permotus Cyrillus quatuor libros scripsit, tres adversus Diodorum et Theodorum, quasi Nestoriani dogmatis auctores, et alium de Incarnatione librum : in quibus continentur antiquorum Patrum testimonia incorrupta, idest Felicis Papae Romani, Dionysii Areopagitae Corinthiorum Episcopi et Gregorii Mirabilis cognominati.* Verba illa, *ut ferunt rumores,* sensum edere videntur, rumore publico ac fama communi constare editos a Cyrillo contra Diodorum et Theodorum libros: quamquam et eadem verba non ad ipsos Cyrilli libros referri, sed ad solam scribendi eos occasionem datam, animadvertunt doctissimi viri.

Ad illa verba, *Dionysii Areopagitae Corinthiorum Episcopi,* notam appingit in sua editione loannes Garnerius: *Addita erat,* inquiens, *in editis codicibus vox Areopagitae, sed expungenda fuit.* Retinendam esse vocem *Areopagitae,* vocemque *Corinthiorum* expungendam, felicius coniectatur Lequienus in dissertatione citata num. 12 : « Garnerius, *in-i' quiens,* hunc locum non sanavit, demta voce *Areopagi-» tae:* ac si Dionysius Corinthi Episcopus, qui secundo flo-» ruit saeculo, laudatus potius a Cyrillo credi posset. Nam » Liberatum hic paucis narrare constat quid in collatione » Constantinopolitana gestum sit cum Severianis; ex cuius » proinde actis *Areopagitae* nuncupationem retinendam do-» ccmur. Hunc vero scriptorem memoriae lapsu, *Corinthio-» rum Episcopum,* pro *Atheniensium* posuisse parum refert » *(quamquam fortasse notariorum error dici debet).* Sed » eius textus sic forsan restitui potest: *In quibus continentur » antiquorum Patrum incorrupta testimonia, idest Felicis » Papae Romani, lulii ad Dionysium Corinthiorum Episco-» pum, Dionysii Areopagitae et Gregorii Mirabilis cogno-» minati.* Dionysium etenim illum, ad quem lulii Papae data » epistola ferebatur, Corinthi Episcopum appellat Leontius » actione vin de Sectis. » Quae ita si sese habeant, dicendum foret in illis Cyrilli contra Diodorum et Theodorum libris laudatum fuisse Dionysium Areopagitam eiusque allegata testimonia. Sed num ea ipse adhibuerit Cyrillus, an haeretica manus addiderit, dubium est, quod in collatione Constantinopolitana haud satis expeditum videtur. Illud postremo adnotare non praetermitto, Leontii Byzantini loco citato sententiam esse, epistolam illam lulii *ad Dionysium Corinthi Episcopum, quin et septem alias epistolas, quae eius esse dicuntur, ab Apollinare* prodiisse, tamquam auctore.

CAPUT III.

Praecipuo Apollinaristarum haereseos capiti passim adversantur opera vulgo Areopagitica: adeoque ab eisdem non prodierunt haereticis. Guillelmi Cave sententia expenditur.

1. T Tumanitatem Christi Domini mutilabant Apollinaristae i 1 nobiliore sua parte, humana scilicet mente. Cum nempe ex duabus rebus perfectis et integris componi unum aliquid non posse exstimarent, ab humanitate Christi, ut is unus agnosceretur, eam sustulere partem, quae rationalis

est, eiusdem munia in Verbum propter unionem cum carne transferentes. Sophistas Platonicos *secutus est Apollinarius* (verba sunt Nemesii capite i de Natura hominis) qui *aliud esse animum, aliud intelligentiam statuebant,* atque *ex tribus hominem constare volunt, corpore, animo, intelligentia:* quo *opinionis suae iacto fundamento, reliqua suo dogmati convenienter adstruxit.* Hinc inferebat ille, nedum unam esse Christi personam et hypostasim, verum et naturam unam. Hanc anathemate percusserunt haeresim Synodus Alexandrina sub Athanasio anno 302, Romana sub Damaso Papa anno circiter 3γ3, Antiochena anno 3?8 et Constantinopolitana Oecumenica secunda anno 381.

Luculentissima sunt in operibus vulgo Areopagiticis testimonia, quae impium hocce dogma funditus convellunt. De libellis Gregorio Thaumaturge, Felici et Iulio Romanis Pontificibus attributis et ex Apollinaristarum officina prodeuntibus, si credimus Hypatio in saepe laudata Constantinopolitana collatione, hoc loco non ago. Pauca Areopagiticorum proferre loca liceat, quorum primum in Epistola IV ad Caium monachum habetur: *Iesus... caeteris hominibus substantialiter aggregatus est... inquantum est revera homo, secundum totam hominis substantiam, 7.ατ* οὐσιαν δλην. In Scholiis, quorum aliqua Ioannes Scythopolitanus edidit, lucubravit alia Maximus martyr, legere haec est: « *In hac autem dispensatione,* tamquam secundum totam hominis substantiam substantialis homo dicitur... Observa autem totum Epistolae contextum, quoniam est contra omnem haeresim, tam antiquam, quam novam. » De ecclesiastica Hierarchia cap. in, η. 3, §. *η* in fine legimus: *Perfectaquc rerum nostratium assumptione, suarum nos participes efficiat.* Scholiastes ait: « *Perfecta.* Nota quid de Christo dicat, sive de *perfecta* eius assumptione humanitatis, etiam contra Apollinarium. » Et capite iv, num. 3, §. io divino unguento Christus denotatur, ἐν τη καθ' ἡαα; ολικὴ πρὸ αλήθειαν ἐ'νανΟρωπησει, *in totali et omnimoda secundum veritatem humanitatis assumptione.* Quae verba animadvertenda proponuntur in Scholiis: « Nota autem integram naturam humanam assumpsisse, contra illos qui illum mentis expertem asserrunt. » De Divinis Nominibus capite t, §. 4 ait auctor: *Se nobis προ* ἀλχθειαν ὀλικὼ *vere integre in una persona sua communicavit.* « Nempe quod dicit *integre (ut ait Scholiastes)* est etiam contra Apollinarium: significat enim ipsum assumpsisse hominem perfectum.» Et capite ir, §.6: ὀλικὼ καί αληθὼ *integre et vere nostram substantiam assumpserit.* Paria occurrunt plurima, quae cum praecipuo Apollinaristarum haereseos capite pugnant ex diametro.

Auctor prologi in eadem opera Areopagitica, qui nomen s. Maximi praefert in editione Corderiana, sed parentem habet Ioannem Scythopolitanum, ut infra dicendum, hanc impietatis Apollinaristicae notam iam eius aetate impactam his verbis amolitur: *Quin audent aliqui,* inquiens, *hacreseos insimulare divum Dionysium, cum prorsus non cognoscant, quae sint haereticorum. Si enim cum singulis, quae in haereticis damnata sunt, huius dogmata conferrent, ab impiis istis multo magis distare cognovissent, quam verum lumen a tenebris. Quid enim dixerint de iis, quae de sola adoranda Trinitate ab ipso theologice exponuntur? Quid de uno beatissimae huius Trinitatis Iesu-Christo, unigenito Dei Verbo, qui τελείω* ἐνανθρωπησαι *perfecte humana indui natura voluit? An non* ψυχὴν εννουν, *animam intellectualem et corpus terrenum nostro simile recensuit?* Haec sane qui tam diserte docet, tam perspicue profitetur, dici Apollinarista non potest.

II. Guillelmi Cave, in Historia litteraria Scriptorum ecclesiasticorum, opinio fuerat operum de quibus agimus auctorem esse Apollinarium Antistitem Laodicenum, nempe Apollinarium filium, mutilatorem mentis in Iesu Christo, regni millenarii propugnatorem. Laodiceae, quae ad mare dicitur, in Patriarchatu Antiocheno gestas ab illo infulas ostendit Lequienus in Oriente Christiano. « Verum re melius perpensa *(inquit Cavens)* eruditis disquirendum relinquo, an non Apollinario patri potius, quam filio Areopagitica sint tribuenda? Certe filium, ut in aliis fidei articulis' haereticum, ita inter *Millenii* propugnatores recensent veteres; qui tamen error, ut notavit olim s. Maximus, in his libris liquido damnatur. Pater vero in fide sanus erat; nec de illo aliter loquuntur veteres, nisi quod Socrates semel eum eadem cum filio haeresi involvere videtur.» Haec satis essent, inquio ego, ut Areopagitica ab haereticis Apollinaristis haud prodiisse liquido certoque constaret. Rem quippe luculentissime confirmat aperta Regni millenarii damnatio, quod Apollinaristae heterodoxi propugnabant. Insignem locum profero ex capite vu de ecclesiastica Hierarchia num. 1, §. 2: *Alii porro, nescio quo pacto ad terrenas cogitationes dilapsi, dixerunt praesenti vitae similem Beatis promissam esse sanctissimam beatissimamque sortem; cibosque vitae variabili proprios iis, qui Angelis aequales sunt, nefarie applicuerunt. Sed absit ut umquam sanctus vir quispiam in istiusmodi errores incidat.* Appositissimum refero scholion quod sub nomine s. Maximi in Corderiana citata editione prostat: ‹ *Beatissimamque.* Haec ait insinuans, ut opinor, Papiam Hieropolis Asiae Episcopum, qui divi Ioannis Evangelistae temporibus floruit. Hic autem Papias libro IV dominicarum suarum Explanationum scripsit fore in resurrectione voluptates, quae percipiuntur ex cibis: in quod quidem dogma postmodum Apollinarius credidit, quod aliqui vocant *Annum millenarium.* Quomodo igitur scripta sancti Dionysii possint esse Apollinarii, uti aliqui delirant, cum haec Apollinarium refutent?»

At illa Apollinario patri tribuenda censet Caveus, *qui in fide sanus erat.* Novit ipse tamen adversantem sibi Socratem. Is enim libro II Hist, eccles., capite xlvi ait: *Laodiceae in Syria duo erant viri, eodem nomine nuncupati, pater et filius. Uterque enim Apollinaris dicebatur. Et pater quidem presbyteri gradum in Ecclesia obtinebat, filius vero lectoris officio fungebatur... Florebat una cum illis Epiphanius sophista* (philosophus gentilis), *cui cum essent arctissimo amicitiae vinculo coniuncti, omni studio eum fovebant. Theodotus vero Laodicenus Episcopus, veritus ne assidua hominis consuetudine paullatim ad Gentilium superstitionem dclaberentur, vetuit ne ad illum ventarent. At illi parvipendentes Episcopum, amicitiam Epiphanii constanter retinuerunt. Post haec Georgius, successor Theodoti, ab Epiphanii consuetudine eos avellere conatus, cum id illis persuadere non potuisset, utrumque communione mulctavit. Id factum Apollinaris filius contumeliae loco duxit: ct sophistica dicendi facultate fretus, novam ipse quoque haeresim condidit... Et initio quidem dicebant* (uterque, pater et filius) *hominem absque anima a Deo Verbo assumptum esse in dispensatione Incarnationis. Postea vero tamquam poenitentia ducti ac pristinum emendantes errorem, adiecerunt animam quidem assumptam esse, sed quae mentem non haberet; Deum autem Verbum mentis loco esse in homine assumpto.* Errorem utrique Apollinario communem, patri et filio, diserte narrat Socrates. Quidni ita fuerit, cum ambo arctissimo amicitiae vinculo conjungerentur Epiphanio sophistae gentili, a quo dogmata Platonica edocti fuerint, quibus eorum haeresim superstructam fuisse docentem supra audivimus Nemesium?

CAPUT IV.

Ante Constantinopolitanam anni 53a collationem noti erant libri Areopagitici, quos Ioannes Scythopolitanus illustravit scholiis vindicavitque ab haereseos nota. Quis ille fuerit? Eodem tempore laudavit eos Ephraemius, Patriarcha Antiochenus.

I. Anastasius bibliothecarius in Epistola ad Regem Carolum Calvum de sua latina, quam adornavit, translatione scholiorum in Areopagitica sic ait: *Ipsorum autem scholiorum, quaecumque in calce sui signum vivificae Crucis habent, a beato Maximo confessore et monaco inventa narrantur; caetera s. Ioannis Scythopolitani Antistitis esse narrantur.* « Quae tamen in libris Dionysii ab anno 1562 inclusive editis (admonente Usserio Armachano apud Caveum et Lequicnum locis citatis) simul confusa sunt Ioannis et Maximi scholia: quae non in antiquioribus solum, quae Cyparissiotae tempore ferebantur editionibus

» fuerunt distincta, sed etiam in utroque quo usus est Morellius codice ; in quorum altero ad marginem apposita » sunt loannis Scythopolitani sine nomine scholia; in altero » vero seorsim post absolutum textum integrum Dionysii), » Maximi nomine insignita scholia; eo breviora, quod ab » amplioribus loannis, cum quibus ea coniunxit Morellius, » separata fuerant. » Obiter animadverte non ipsa Areopagitae opera, sed scholia ab Anastasio bibliothecario latine translata fuisse, ut contra Vossium disserit Labbeus. Ipsum consule.

II. loannem urbis Scythopoleos in Palaestina Antistitem, qui sedem illam anno circiter 496 conscendit, recenset Lequienus in eius Ecclesiae tabulis in Oriente christiano. Apud Photium codice ccxxxt legimus excerpta Epistolae Synodicae, quam Sophronius Patriarcha Hierosolymitanus dedit ad Honorium Papam'adversus Monothelitas: in eaque *beatus loannes Antistes Scythopolitanus* memoratur, *qui docte et pie de Synodo Calchedonensi scripsit.* Synodus illa anno 431 celebrata est. Fato functus anno 518 iam fuerat, cum eodem anno Scytopolitanam Ecclesiam regeret Theodosius.

Recenset idem Photius codice xcv libros duodecim *loannis Scythopolitae scholastici adversus Ecclesiae desertores, sive contra Eutychem et Dioscorum, eiusdemque sectae asseclas, qui in duabus naturis praedicare Christum recusabant:* notatque ipsum loannem in suis libris praecipue insequi *Basilium Cilicem* Nestorianum, quem anno circiter 517 vita mortali migrasse animadvertunt bibliographi. Dubium vero, an iste fuerit idem cum loanne Episcopo Scythopoleos? Imo diversus videtur, idemque cum illo, quem Cyrillus Scythopolitanus in Vita s. Sabae his verbis repraesentat apud Lequienum in Theodosio Episcopo laudati loannis successore : *Erat porro quidam Scythopoli scholasticus loannes, Expelleutae flius, vir bonus et animo illuminatus.* Hunc a Basilio Cilice multis scriptis exagitatum satis indicat Photius codice evii: *Lectus est,* inquiens, *liber Basilii Presbyteri Cilicis adversus loannem Scythopolitani, cui et Causidici nomen.* Vitam ergo adhuc agebat hic loannes scholasticus Scythopolitanus sub Theodosio eiusdem urbis Episcopo, quem adnotavimus sedem eamdem anno 5 18 conscendisse.

Hunc potius loannem scholasticum, quam priorem Scythopoleos Antistitem lucubrasse scholia in opera Areopagitica, gravem ingerunt coniecturam nonnulla scholiorum loca, animadversione dignissima. In Scholio ad caput vu de caelesti Hierarchia, §. 3 haec habentur : « *In caelum.* Nota » contra Basilianos, sive Ncstorianos, lesum Christum ut » hominem in caelos assumptum, ipsum etiam Dominum » omnium spirituum et Regem gloriae existere.» Et ad caput vn de ecclesiastica Hierarchia num. 3,§. 7: « *Et sanctam* » *illam.* Intelligit sanctam illam confessionem, *Tu es Chri-* » *stus filius Dei vivi;* quod notandum est contra Basilianos » et Nestorianos et Paulianistas et similes. » *Atqui nusquam alibi reperias* (optima Lequieni animadversio est, dissert. II Damascen.n. 12) *Nestorianos appellari Basilianos. Haec autem appellatio ab alio auctore indita eis esse non potuit, praeterquam a loanne Scythopolitano, qui variis scriptis a Basilio Cilice Antiochenae Ecclesiae Presbytero lacessitus, eumdem Basilium, tamquam versutissimum Nestorianae impietatis propagatorem, antirrheticis dissertationibus traduxerat ; veluti narrat Photius in Bibliothecae codicibus* xcv et cvn.

lamvero sive scholiorum in Areopagitica auctor fuerit Joannes Scythopolitanus Antistes sive loannes alter Scythopolitanus scholasticus et causidicus (qua in re non adeo constans videtur saepe laudatus Lequienus) plura colligere pronum est : 1. Eadem opera ante Constantinopolitanam anni 532 collationem, tum haereticis hominibus, tum orthodoxis nota fuisse: 2. Eadem ab haereticis adhibita contra fidem catholicam : deque illis inter orthodoxos dubitasse nonnullos, num potius Apollinaristarum foetus essent : 3. Saeculo tamen sexto ineunte, vel etiam quinto vergente ad finem, scholiis suis Areopagitica illustrasse loannem' Scythopolitanum ; eadem etiam eripuisse Apollinaristis haereticis, tamquam auctoribus; ac data occasione demonstrasse, quantum dogmata in eisdem contenta different a vetere qualibet haeresi, ac nova maxime Monophysitarum seu Eutychianorum.

III. Eodem tempore florebat Ephraemius, pluribus pro Synodo Calchedonensi scriptis editis clarus, quae Photius recenset codicibus ccxxvm et sequente. Rexit etiam Antiochenam sedem ab anno 527 ad annum 5q5, ut calculos subducunt Lequienus in Oriente christiano et Boschius de Patriarchis Antiochenis tomo IV iulii inter Acta Sanctorum. Areopagitica opera laudat ille, utiturque testimonio ex libro de Divinis Nominibus desumpto. Verba eius sunt apud Photium codice ccxxix iuxta versionem Andrcae Schotti: *Et unam personam, hoc est Verbi incarnati hypostasim, pronuntiamus. Quandoquidem simplicem ponit lesum divus Dionysius Areopagita* (in libro de Divinis Nominibus) *et de hypostatica quidem unione iuste contra pietatem compositum dicitur; compositum vero dicere nemo audeat praeter Apollinarium.* Vitiosam corrige translationem: *Quoniam et simplexlesus componebatur,* ὁ ἁπλοῦ Ἰησοῦ συνετέθη, *secundum sanctum Areopagitam Dionysium. Etenim de unione secundum hypostasim iuste ab ipsa pietate compositum dicitur, πα,ρά* τη ἐυσεβεία το' σὐνδετον: *substantiam autem compositam,* σύνδετον δε ουσίαν, *nemo dicere ausus est praeter Apollinarium.*

CAPUT V.

De alio Areopagiticorum Scholiaste, Dionysio Alexandrino, inquiritur. An eadem, quae loannes Scythopolitanus lucubravit, Dionysii Alexandrini nomine praenotata scholia fuerint? Quis ille Dionysius Alexandrinus ? Magno Dionysio Alexandriae Episcopo perperam ipsa Areopagitica opera tribuenda coniicit loannes Philippus Baraterius.

I. NTon pauci Areopagiticorum operum Scholiastae, no-1N mine, suppresso, memorantur in Scholiis quae s. Maximo tribuuntur in editione Corderiana, qua utor. Ad caput xi de Divinis Nominibus, §. 2 haec habentur: « *Ad* » *integram unitatem.* Integram unitatem aliqui quidem in- » tellexerunt simplicem atque individuam rerum causam, » ad quam omnia conversa sunt, ut quae in ipsa consi- » stant: alii vero compagem universi ex elementis diversae » naturae contemperatam. » Inter cos, honoris causa, nomine proprio vocat Magnum Dionysium, Alexandriae Episcopum et oratorem, ad caput v de caelesti Hierarchia: « *Caelestes essentias.* Cur porro, cum Ecclesia tradat omnes '» sanctos Angelos unius esse substantiae, divus Dionysius » multas virtutes nominat ? Magnus ille Dionysius Alexan- » driae Episcopus et orator, in scholiis a se in b. Dionysium » sibi cognominem concinnatis, notat etc. »

Petrus Halloixius quaestione 11 dcVita et Operibus s.Dionysii Areopagitae animadvertendum proponit: non dicere s. Maximum eum scripsisse *in Dionysium Areopagitam,* sed in *Dionysium sibi cognominem ;* tales autem fuisse multos, Dionysium Corinthiorum Episcopum et Dionysium Papam Romanum : adeoque certo dici non posse loqui Maximum de Areopagita, ac non potius de Corinthio. *Si enim,* inquit ille, *Areopagitam intellexisset, potius, ut fert scriptorum consuetudo, sic locutus fuisset: in notis, quas scripsit in hunc ipsum Dionyšium: agebat enim tum .de Dionysio Areopagita.* Verum enim vero hunc Areopagitam utroque modo nominari potuisse, scriptorum consuetudo ferre videtur. Ad haec, par est loquendi modus quo utitur Anastasius Sinaita, qui eodem de argumento agit in 'Οδηγὼ capite xxn: *RursuSj* inquiens, *cum Ecclesia doceat unam esse Angelorum substantiam; idem divinus et apostolicus Dionysius nominat supernas virtutes multas substantias. At Magnus Dionysius Alexandrinus, ex rhetorum numero Episcopus factus, in scholiis quae scripsit in sibi cognominem Dionysium, haec habet etc.* Eadem fere sunt verba Anastasii et Maximi : quo tamen loco cognominis ille Dionysius intelligi sine dubio videtur Areopagita. Rem ponit extra controversiam loannes Cyparissiota, cognomento Sapiens. Decades eius de Theologia Symbolica habentur tomo XXI Lugdunensis Bibliothecae Patrum. Decade prima capite 1 cum Areopagiticam sententiam ex Epistola ad Ti-

tum protulisset, *Hoc dictum,* addit, *sanctus Maximus et Dionysius Alexandrinus annotarunt.* Aliam sententiam ex eadem Areopagitae epistola cum adduxisset Decade secunda capite n, *Alter,* inquit, *Dionysius* (Alexandrinus) *haec edisserens ait* etc.

II. Usserius Armachanus in observationibus ms. ut citat Lcquicnus, vel ut citatio est Io. Alberti Fabricii libro V biblioth. graecae capite i, numero 6, in dissertatione de Dionysio, quam H. Warthonus edidit ad calcem libri de scripturis vernaculis, putat loanni Scythopolitano reddenda esse Scholia, quae Dionysio Alexandrino perperam attributa erant. *Quod ex sententia,* inquit, *a Cyparissiota ex Dionysii Scholiis citata patet; quae in scholiis istis totidem verbis reperitur, ut liquet ex latina translatione Scholiorum Scythopolitani, a Roberto Lincolniensi Episcopo facta et in bibliotheca collegii Corporis Christi apud Oxonienses asservata.* At mirum, inquio ego, maxime fuerit, Anastasium Sinaitam, qui sexto saeculo vitam agebat, eamque ut summum ad initia saeculi septimi traduxit, ut Bollandi Continuatores notant ad diem 20 aprilis, Scholia ignorasse loannis Scythopolitani eiusdem saeculi sexti scriptoris, eademque Dionysio Alexandrino tribuisse! Equidem loca duo, quae Cyparissiota profert capite I Decadis primae et capite II Decadis secundae sub nomine Dionysii Alexandrini, totidem verbis reperiuntur in scholiis, quae sub nomine s. Maximi prodierunt: et miratio subit maior, loannis Scythopolitani nomen deleri oblivione potuisse, eiusque loco substitui *Magnum Dionysium Alexandrinum Episcopum et oratorem!*

An fortasse locum habeat coniectura, Scholia in Areopagitam adornata fuisse et a Dionysio quodam Alexandrino et a loanne Scythopolitano; et hunc pleraque, quae prior alter antea scripserat, sua fecisse; vel potius e contra? Pro certo ac indubitato tamen illud habendum existimo, *magnum* illum, quem vocant *Dionysium Alexandrinum Episcopum et oratorem,* non esse Dionysium, cognomento Magnum, qui saeculo Ecclesiae tertio sedem Alexandrinam tenuit. Cum enim loannes Scythopolitanus in Prologo ad opera Areopagitica ad eam responderet adversariorum obiectionem: *Quod nec Eusebius Pamphili, nec Origenes Scriptorum Dionysii* (Areopagitae) *meminerint;* sine dubio (ut ait Halloixius) si scivisset Dionysium Alexandrinum, Origcni aequalem et Eusebio superiorem, conscripsisse Scholia in Areopagitam, nullo modo reticuisset; sed eius auctoritate scriptisque ab eo Scholiis adversantium ora obturasset. Consentit loannes Pearsonius in vindiciis Ignatianis parte I, capite x: *Hunc quidem Dionysium,* inquiens, *quem* εκ Ρητόρων *indigitat Maximus* (et ante ipsum Anastasius Sinaita) *haud credo fuisse Alexandrinum Episcopum tertii saeculi, quem optimum oratorem quidem fuisse agnosco; sed in Areopagitica scripsisse Scholia non puto.* Putat vero, satis vetustum fuisse auctorem : an priorem Scythopolitano an sequiorem, ignotum mihi. At Maximus et Sinaita habent: ρ.εγα Διονύσιο ὸ 'Αλεξανδρεία 'Επίσκοπο , ὸ ἀπο' ρητόρων, *Magnus Dionysius, Alexandriae Episcopus, e rhetoribus.* An ergo cum nobili illo celcbratoque Alexandrino Episcopo confuderint alium quempiam Dionysium Alexandrinum, oratorem et Areopagiticorum Scholiasten?

II. Nolim ego dc tabula manum ante subducere, quam peculiarem Io. Philippi Baraterii sententiam enarro ac paucis refello. Is inter *Dissertationes* adiunctas operi, quod inscriptum, *Disquisitio Chronologica de Successione antiquissima Episcoporum Romanorum* etc. typis Ultraiectinis an. 1740 edidit, nonnullas profert coniecturas, queis ipsa Areopagitica opera laudato Magno Dionysio, Alexandrinae Ecclesiae Episcopo, tribuenda suadet. Peto mihi concedi, inquit ille, Dionysium aliquem auctorem horum librorum esse, cum omnes codices, omnes citationes Dionysio haec opera tribuant. Atqui Dionysius iste (pergit) iam sexto, iam quinto, immo et quarto saeculo citatur: ergo prior est. Atqui rursum primis quatuor sacculis, immo ct sacculo sexto ct ultra, alii Dionysii non fuerunt, vel eruditione vel alio nomine noti, praeter Areopagitam Corinthium et Alexandrinum. Sed noster, sane eruditus, non est Areopagita: quod ab aliis ad oculum demonstratum est. Neque est Corinthius, tum quod Corinthius praeter quasdam epistolas a veteribus recensitas, nihil scripsisse memoretur, tum ob alias multas rationes: ergo est Alexandrinus. Haec Baraterii sententia: in qua tamen primum, quod sibi dari, postulat hic auctor, non ita facile concesserint, qui opera, vulgo Areopagitica, Dionysio Areopagitae tribuenda pernegant. Hypatius Ephesinus et alii Catholici Antistites in collatione Constantinopolitana contendebant eadem opera ab Haereticis Dionysio eidemque Areopagitae, supposita fuisse. Neque praeterea satis constat, saeculo praesertim quarto eadem nota ac vulgata fuisse opera, atque demum ab eius aevi scriptoribus laudata: unde an aetate prior fuerit auctor Areopagiticorum non demonstrat, non evincit Baraterius.

Inanes futilesque, ut puto, addit ille coniecturas, queis Magno Alexandrino Dionysio laudata adiudicet opera. Legenda iubet fragmenta epistolarum eius *ad Germanum* apud Eusebium libro VI, cap. xl et libro VII cap. xi, in quibus ait et *Timothei* et *Caii* mentionem fieri : ac si idem sit *Timotheus,* idem *Caius,* quibus epistolas aliquas et libros nuncupat ac scribit auctor Areopagiticorum. Lubricum ac elumbe quis non videat argumentum? Styli demum consonantiam in prolixo fragmento περι φὐσεω , *de Natura,* quod affert Eusebius libro XIV de Praeparatione evangclica, capite xxm, profert ille: *Stylum* nempe, ut in Areopagiticis, *intricatum admodum et obscurum, atque compositis ampullatisque vocibus plenum.* At simile quidpiam nihil ego video, nihil videant eruditiores. Commenta philosophorum ibidem Alexandrinus Dionysius refert: quorum alii *Universum infinitum esse putabant, ortu carere, nec ullo providentiae consilio regi.* Atomos alii invexere, *incorrupta quaedam exigua corpuscula, numeroque infinita, unaque spatium aliquod vacuum, nec ullis finibus circumscriptum.* Hinc *dum casu propter impetus perturbationem aliae cum aliis concurrunt, ac propter multiplicem figuram inter sese commiscentur, hic mundus, imo mundi etiam infiniti facti sunt.* Quid heic intricatum, quid obscurum, quacnam verba composita et ampullata? Pergit vero Dionysius capite xxiv, xxv, xxvi et xxvn, haec vana commenta simplici, claro, didascalico stylo expendere ac refutare.

CAPUT VI.

Colligitur Areopagitica opera perperam Gregorio Magno Romano Pontifici attribui. Neque illorum auctor est latinus qirspiam homo: neque Aegyptius: sed Graecus, ex Achaia ut videtur.

I. Ingularem, quae sibi insederat, de auctore Areopagi-Oticorum opinionem datis litteris ad Guillelmum Cave his verbis significavit Henricus Dodwellus, quae habentur in eiusdem Cavei Historia litteraria: 1. Dubium esse, annon Dionysius, quem in collatione anno 532 habita Constantinopoli citabant Severiani pro *una natura,* alius fuerit ab eo, cuius opera habemus hodie: 2. Contentioso isto saeculo non defuisse catholicos, forsan ipsum Gregorium postea Romanorum Pontificem, qui diu Constantinopoli vixerat, qui Dionysium catholicum confingerent, quem pro una hypostasi, aliisque quibusdam controversiis tunc temporis agitatis, Orientalibus opponerent: 3. Hinc vero haec opera in Romanae Ecclesiae scriniis reposita, teste Scholiaste in prologo, et a Gregorio Papa primum diserte producta: 4. Suspicionem exinde augeri, ut habet idem Dodwellus in libro de Sacerdotio laicorum capite vin, §. 3, quod Areopagita Romanorum potius, quam Graecorum mores, id adnotante Maximo in Scholiis, enarravit: quod quidem ab homine graeco, gente nimirum et lingua, fieri aegre admodum probabile est.

Nutat quaquaversum ac rimas agit insolens haec Dodwelliana opinatio. Alium non esse Dionysium, quem citabant Severiani, ab eo Dionysio, cuius opera vulgo Areopagitica hodie habemus, certo evinci potest ex iis, quae proferebant Severiani testimonia; totidem enim verbis reperiuntur eadem in operibus, quae supersunt, Dionysio Areopagitae tributa. Loca nonnulla indicavimus capite I in calce: alium capite iv protulimus ex Ephraemio: plura dabimus infra.

Quid est vero, quod Areopagiticorum auctorem suspicetur Dodwellus hominem latinum quempiam, *ac forsan ipsummet Gregorium, qui diu Constantinopoli vixerat?* lussus a Pelagio II migravit Constantinopolim, Apocrisiarii munere defuncturus Gregorius, anno 5y8 aut insequente: Romamque rediit ille anno circiter 585. Utramque epocham definiunt ascetae Sammauraei in eiusdem Gregorii Papae Vita capite v, ac nos etiam expendimus et constituimus in monumentis Aquileiensibus capite xxvi, num.4. Iamvero notum compertumque fecimus, saeculi sexti initio, vel etiam saeculo quinto cadente, nota fuisse opera Arcopagitica, eademque laudata in collatione Constantinopolitana, et ab Ephracmio Patriarcha Antiocheno memorata et illustrata Scholiis a loanne Scythopolitano; ut insana sine dubio opinatio illa sit, vel eadem Gregorio attribuere velut auctori vel ab hominibus latinis procusa adserere eo tempore, quo idem Gregorius Constantinopoli morabatur.

An ipsius praeterea sanctissimi Gregorii probitas pateretur, ut opera, quae ipse confinxerit aut ipsis confingendis ansam et opem praebuerit, sub nomine Dionysii Areopagitae laudaret? Laudat ea vero Homilia xxxrv in Lucam: *Fertur,* inquiens, *Dionysius Areopagita, antiquus et venerabilis pater, dicere quod ex minoribus Angelorum agminibus foras ad explendum ministerium, vel visibiliter vel invisibiliter mittuntur.* Haec allegatio Gregorii iam tum vulgata fuisse evincit opera sub nomine Dinoysii Areopagitae, quae prae manibus omnium forent. Sed attamen sanctissimum Pontificem de illorum saltem auctore dubium haesisse reponunt pleriquc: quod si placeat, per me licet; quamquam haesitationem eius, quam significat verbum *fertur,* non ad auctorem eiusque opera, sed ad doctrinam in libro de caelesti Hierarchia contentam, quam in ipso fonte expendere forte Gregorio non vacabat, referri posse docti viri interpretantur: quam ego intactam hoc loco relinquo quaestionem.

Accedit demum et ipsa aetate Scythopolitani, tot scilicet ante Constantinopolitanum Gregorii iter annis, in archivis Romanae Ecclesiae exstitisse opera, quae Areopagitica dicuntur. Qua de re fidem Petri cuiusdam Romani Diaconi allegat ipse Scythopolitanus in prologo: *Quidam vero,* inquiens, *Diaconus Romanus, nomine Petrus, narravit mihi omnia divi Dionysii opera Romae in sacrorum scriptorum bibliotheca reposita servari.* Sonoram fabellam loanni Scythopolitano cecinisse Petrum illum Diaconum putat Lequienus; quandoquidem sexto saeculo iam affecto (ait ille) Gregorius Magnus ex auditu solo illa extare noverat; profertque locum eius iam allatum ex Homilia xxxiv in Lucam. At locum illum satis non esse, ut pro fabella habeatur Petri illius Diaconi Romani narratio, adnotavimus.

II. Areopagiticorum auctor, inquit Dodwellus, *Romanorum potius, quam Graecorum mores, id etiam ipso Maximo adnotante in Scholiis, enarrat.* Locum Maximi afferre satis fuerit, qui habetur in Scholiis ad caput iv de ecclesiastica Hierarchia num. 2. « *Proponunt.* Hoc est se» eundum consuetudinem, quae Romae viget; illic enim » septem soli Diaconi altari serviunt, quos hic arbitror *se*» *lectos* appellari. » Latinum ergo si exinde concludas fuisse auctorem Areopagiticorum, toto aberras ostio. Quidni enim Graecus homo, qui ritus liturgicos, aliosquc ecclesiasticos aggreditur data opera explanandos, non potuerit, vel etiam non debuerit ritus eos exponere, quos in Occidentali et Romana Ecclesia adhiberi facillimo negotio nossc poterat? Frequentes sunt latini scriptores, vetusti ac recentes, qui idem argumentum pertractantes et latinos ritus declarant et graecos aliosquc.

Plura adducit argumenta Lequienus loco citato, ut Atticum fuisse illum scriptorem evincat. Atticismis opera eius scatere loannes Scythopolitanus aliique Graeci observarunt. In Notis ad caput vu de caelesti Hierarchia pag. go edit. Corder, haec habentur: *Nemo soloecismum suspicetur ___Atticorum enim est participia masculina foeminini*s *coniungere.* Ipsum vocat Michael Syngelus in eiusdem encomio *Attici^antium atticissimum et grammaticorum peritissimum.* Hinc vero coniicit laudatus Lequienus, Romanorum ritus ab eo saepe describi, propterea quod cum Ecclesiae Achaiae, Thessaliae et Illyrici ab ipso Apostolorum aevo addictae essent Romano Primati, Romanae Ecclesiae caeremonias aliquot usurpabant, quas aliae graeci ritus et idiomatis non haberent. Hanc peculiarem Romanae Ecclesiae curam in praedictas Provincias ex eo colligit laudatus auctor in Orientis christiani Dioecesi Illyrica num. 4, quod earum Ecclesiarum fundator ac institutor Paulus, cum Romam subinde profectus esset ibique martyrio functus, eas dedit Romanae Ecclesiae administrandas. « Quamobrem ali» quandiu ab eius obitu , orta in Corinthiorum Ecclesia » (sub qua Athenae) contentione de iis, quos Episcoporum » seu Presbyterorum gradu movendos ducebant, causam » Romanae Sedi detulerunt, apud quam iudicaretur et fi» niretur. Clementis Papae primi epistola exstat, quam Ec» clesiae suae nomine ad Corinthios de illo negotio scribit. » Huc quoque spectat, quod Hegesippus apud Eusebium » libro IV Historiae ccdesiast., capite xxn memorabat se » Romam cum Primo Corinthiorum Antistite navigasse .. » Navigabat illuc Primus ob negotia Ecclesiae suae urgen» tissima. Dionysius, Primi successor, Soteri Papae data » epistola significavit illam Clementis ad Corinthios suos » epistolam statis temporibus apud se legi solitam; quin » illam pariter, quam Soter quoque Papa sibi scripserat. » Graecus ergo homo et ex Achaia vel Atheniensis, ut videtur, cum fuerit Areopagiticorum auctor, mirum esse non debet ritus aliquos Ecclesiae Romanae suis in operibus ipsum explanasse.

Pergit Lequienus in Dissertatione II damascenica sic disserere: «Sacram unctionem, quam nos *Confirmationem* » appellamus, non a Presbyteris fieri concedit, ceu qui per» ficiendi potestate careant, sed a Pontifice, ἐπὶ τον ιεράρχην » ἀυτον ἀναγουσιν *(illum* (baptizatum) *ad Pontificem du*» *cunt, qui divinitus sacrato oleo virum consignans* etc., » capite II de eccl. Hierarchia, num. 2. §. 7). Qui locus ar» gumento erit larvatum hunc Dionysium non fuisse Ale» xandrinae Ecclesiae obnoxium; in qua penes etiam Pre» sbyteros iam olim esset huius unctionis peragendae of» ficium. » Haec nimirum dicta sunt contra Paschasium Quesnellium ct loannem Bonam, de quibus infra: coniecturamquc confirmant de auctoris patria et Ecclesia, Romanae Ecclesiae subiecta. Quamquam theologi viri animadvertunt, allato loco ordinarium Confirmationis ministrum indigitari ; ipsumque scriptorem alibi Presbyterum simplicem agnovisse ministrum extraordinarium, ut apud Graecos in more positum est. Locum afferunt ex capite v de ecclesiastica Hierarchia num? 1, §. 5, ubi Pontificem esse primum in ordine hierarchico, ab eoque sacram omnem potestatem ad inferiores promanare cum probet, sic deinceps ait : *Licet enim a Sacerdotibus veneranda quaedam Sacramenta conficiantur, numquam tamen Sacerdos divinam illam regenerationem* (seu baptismum) *sine divinissimo illo unguento consummabit.* Quod unguentum sine dubio consecrat Pontifex: an etiam illud ipse semper adhibeat, baptizatos consignando? Ita sane Pachimeres, Dionysii Paraphrastes : non ita Arcudius, qui baptizatum eo loci ab ipso simplici Sacerdote inungendum intelligi arbitratur.

CAPUT VII.

Ab haereticis Monophysitis seu Eutychianis Areopagitica opera non prodiisse, velut auctoribus, argumenta plura suadent: vulgata Dionysii Areopagitae vetusta praenotatio: Areopagitica dogmata ab orthodoxis Patribus contra Eutychianos et Monothelitas adhibita: suspicio quidem apud aliquos de auctore Apollinarista, apud neminem de Monophysita. Adduntur testimonia plura in eisdem libris contenta, quae Eutychianis erroribus adversantur.

I. TTactenus leviora disseruimus, quae nulla tamen prac1 Itermitti ratione potuere, ut inoffenso pede ad graviora adsurgeremus. Num Eutychianus homo fuerit auctor Areopagiticorum, quaestio est, quam celebrem fecit doctissimus vir Michael Lequienus Ordinis Praedicatorum, eruditissimis editis operibus clarissimus. In Dissertatione damascenica II, num. 14 et seqq. ostendere pro virili sua nititur

errores Monophysitarum, sive Eutychianorum, sive Dioscoritarum, sive Acephalorum ac Severianorum in Areopagiticis libris contineri: suspicaturque num. 16 eorumdem auctorem fuisse Petrum Cnaphaeum seu Fullonem, Ecclesiae Anthiochenae tyrannum, aut alium quemlibet partium eius et consiliorum socium. Id saltem argumentis Lequieni evinci contendit Maturinus Veyssiere la Croze in opere Gallico Hagae Comitum anno 1739 typis edito, quod inscribitur *Histoire du Christianisme d'Ethiopie et d'Arménie,* ut Areopagitica quinto Ecclesiae saeculo elucubraverit scriptor, qui commentum Apollinarii temperaverit, praeformaveritque haeresim Monophysitarum; ac iste fuerit Synesius Episcopus Ptolemaidis. Mihi nemo vitio vertat, nimiaeque audaciae haud me notet, si maxime pugnam cum Lequieno doctissimo viro committere audeam, quem a facie novi dum anno 1722 degerem Parisiis, quemvc me docentem ac eruditis colloquiis beantem saepe audivi. Sed et ipsius Crozei opinatio refellenda mihi est.

Praesto sunt argumenta plura, queis auctoris Areopagiticorum orthodoxiam vindicem; ac praesto mihi sunt gravissima, ut puto, responsa, quibus opposita argumenta infirmari possunt, ac etiam elidi. Ipsa occurrit primo praenotatio *Dionysii Areopagitae,* sub cuius nomine vetusti Orthodoxi Patres Areopagitica laudabant: quod argumento est, eorumdem auctorem fuisse illis, sin minus apostolicum virum, sancti Pauli discipulum, orthodoxum certe, ac nulla haerescos nota infamem. Allegantem sub Dionysii Areopagitae nomine testimonia ex iis libris deprompta iam audivimus Ephraemium, Patriarcham Antiochenum. Immo Dionysio Areopagitae vindicavit eadem opera (qua de rc iudicium ego non profero) loannes Scythopolitanus sexto saeculo ineunte vel cadente superiore. Andreas Caesariensis in Cappadocia Episcopus, quem eodem circiter tempore floruisse bibliographi notant, in Commentario in Apocalypsim capite x, ubi de senis alis quatuor animalium agitur, ita *Magno Dionysio* (Areopagitae) *visum* admonet: ipsumque non semel alibi laudat in eodem opere. lobius Monachus, sacculi sexti, ut videtur, scriptor, novem libros edidit *de Verbo incarnato,* quos Photius recenset codice ccxxn. Haec habentur vero lib. VI, num. 22. « Quamobrcm etiam » ineffabilium enarrator *(Paulus Apostolus I Corinth,* xm » *v. 9)* clamat: *Ex parte cognoscimus, et ex parte pro-* » *phetamus: cum autem venerit quod perfectum est, eva-* » *cuabitur quod ex parte est.* Huiusque germanus di- » scipulus, sapiens ille Dionysius, haec ipsa iisdem prope- » modum testata verbis reliquit; maxime ubi de perfecto » atque uno agit, » scilicet capite xm de Divinis Nominibus. Anastasii Sinaitae aliquot iam loca protulimus: afferunt alii plura. Leontium denique Byzantinum memoro, qui libro II contra Nestorianos et Euthychianos, *passibile et corruptibile* corpus Christi probat ante resurrectionem, Dionysii Areopagitae verbis allegatis ex libro de Divinis Nominibus. At ipsis laudare haec opera sub Areopagitae nomine, perinde erat ac virum orthodoxia ac fide integra eximium allegare.

Eiusdem testimonia cum Haeretici, Eutychiani et Monothelitae, proferrent, scriptorem opponere Orthodoxis existimabant, qui nullius ob haerescos suspicionem reficiendus foret. Sed abuti doctrina eius Eutychianos et Monothelitas ostendebant orthodoxi Patres; ipsosque premebant auctoritate eiusdem auctoris, veluti catholicae fidei luculentissimi testis. An hodie ergo tot in operibus eius innotescant errores, quos videre datum non fuit vetustis illis Patribus in acerrimis illis, quae agitabantur, de una natura deque una voluntate controversiis? Patres quamplures memoravimus, qui sexto sacculo floruerunt, et Areopagiticorum auctoritate Monophysitas insecuti sunt. Inscquenti saeculo septimo acta contra Monothelitas paucis refero. Lateranense concilium sub Martino I Papa anno 649 celebratum est adversum Monothelitas, Eutychianorum propaginem. Areopagitica testimonia pro fide duarum in Christo voluntatum et actionum, proque impio dogmate adverso, ab orthodoxis Patribus et ab haereticis prolata leguntur non pauca. At Haeretici quidem corrupta loca allegabant; fraudem eorum evincebant orthodoxi, *codicem sancti Dionysii Episcopi Atheniensis ex bibliotheca Sedis Apostolicae* proferentes: eorumque dogma, quo unam constituere voluntatem et actionem nitebantur, genuinis textibus ex codice illo desumptis convellebant. Idem quoque in Oecumenica Synodo sexta sub Agathone Papa anno 680 praestitum, ut cuique innotescere faci'e potest, qui quartam, et octavam, ct undecimam actiones expendat. Vitam agebat hoc eodem saeculo s. Maximus, Constantinopolitanus monachus, martyrio pro fide clarus, qui praedicta Areopagitica opera brevibus illustravit scholiis: florebatque Sophronius, qui sedem Hierosolymitanam anno circiter 633 tenere coepit, ac Dionysii Areopagitae testimoniis Monothelitas insequebatur. Haec satis. Quorsum vero haec omnia? Ut nempe liquido innotescat pro orthodoxo Areopagiticorum auctorem habuisse Patres illos, quos memoravimus saeculi septimi et sexti, ac fortasse quinti: eosdemque orthodoxia et sublimitate doctrinae eius facillime induci potuisse, ut etiam germana illa, (diligentiore indagine, si placeat, praetermissa), apostolici viri Dionysii Areopagitae, sub cuius nomine ferebantur, opera nihil haesitantes crederent.

Ac dignissima profecto animadversione res est, incidere quidem suspicionem de auctore Apollinarista apud nonnullos catholicos potuisse, qui ab haereticis deprompta ex libris Areopagiticis testimonia minus primo aspectu intelligebant; nunquam vero de auctore Monophysita, seu Eutychiano. Cum prolatas a Severianis in collatione Constantinopolitana nonnullas *testificationes* Dionysii Areopagitae, ac veterum aliorum Patrum, reiecisset veluti *falsas* Hypatius Ephesinus Antistes; *quid ergo suspicamini,* reposuerunt Severiani, *quia nos eas falsavimus?* Non illis, neque caeteris Monophysitis crimen falsi impegerunt orthodoxi, sed antiquis haereticis Apollinaristis: *Vos non suspicamur,* inquientes, *sed antiquos haereticos Apollinaristas.* Hac in re deceptum quidem Hypatium cum collegis capite III ostendimus: at notum fit compertumque nullam Episcopis orthodoxis tum temporis insedisse suspicionem de impostura, quam Monophysitae seu Euthychiani fecerint.

Ab haerescos nota auctorem Areopagiticorum vindicat loannes Scythopolitanus; sed ipsum ab una Apollinaristarum impietate vindicatum invenimus, quin ullum indicium pateat Eutychiani erroris, cuius ille insimulatus aliquando fuerit. Verba cius sunt: *Quid enim dixerint* (qui fidem auctoris in controversiam vocant) *dc iis quae de sola adoranda Trinitate ab ipso theologice exponuntur? Quid de uno beatissimae huius Trinitatis lesu Christo, unigenito Dei Verbo, qui perfecte humana indui natura voluit? Annon animam intellectualem, et corpus terrenum nostro simile recensuit?* Caetera plura se *in Scholiis pro occasione* pertractaturum spondet. Unus hoc loco Apollinaristarum memoratur error, quem auctor Areopagiticorum passim confoderit; sive qui humanam Christi naturam nobiliore sua parte, scilicet anima vel mente, mutilabat; sive qui gradus in sanctissimam Trinitatem invehebat, ut Spiritus sanctus magnus, maior Filius, Pater maximus diceretur.

II. Quidni vero res ita se habeat, cum sententiae plures in Areopagiticis habeantur, quae dogmatibus Eutychianis adversantur ex diametro? Id observatum frequentissime a Scholiastc legimus. Dabimus infra loca plura. Illud in exemplum profero, quod habetur capite I dc Divinis Nominibus, § 4. Ait auctor: *Se nobis vere et integre in una persona sua communicavit, revocans ad se, sibique iungens humanam humilitatem, ex qua simplex /esus ineffabili modo constitit.* Quae nemo dixerit, nemo confiteatur 'Monophysita. In Scholiis nota appingitur. ‹ Nota vero unam » illam personam nobiscum integre communicasse: quodve » dixerit, ipsum Dominum nostrum Icsum Christum, » cum simplex existcrct, deinde compositum, humanam » extremitatem ad se revocasse. Recte igitur dicimus, unam » personam sanctissimae Trinitatis crucifixam esse: quod » est contra Nestorianos et Accphalos Monophysitarum » propaginem. » Alia damus contra Eutychianos luculentissima testimonia capite sequente ac deinceps.

CAPUT VIII.

Areopagitica dogmata fatentur innoxia et Monophysitis adversa vel ipsi doctissimi viri, qui eadem esse inficiantur Dionysii Areopagitae, Morinus, Nourrius, Quesnellius. Accedunt Christ. Augustus Salig et lacobus Brukerus.

I. TTaud leve puto pro orthodoxia auctoris Areopagitico-1 Arum argumentum illud, quod suppeditat auctoritas doctissimorum virorum, qui multiplici argumentorum genere opera illa Dionysio Areopagitae abiudicantes, integram habent et omni censura immunem auctoris fidem maximeque adversam erroribus Monophysitarum. Eminet inter eos loannes Morinus, qui et opera Areopagitica prodiisse in lucem arbitratur antequam Eutychiani prodirent. Sic ait vero parte II de sacris Ordinationibus in Praefatione capite vi, num. i i : « Certum est, nemoque diffiteri » potest, anno Christi quingentesimo aut pauculis post an- » nis, Dionysii opera e tenebris in lucem emissa fuisse. » Deinde certum est tum primum composita non fuisse » nec eo anno; sed quisquis eorum fuerit auctor, tempus » adnotatum aliquot annis praecessisse. Praeterea cum pro- » pter sententias quasdam ambiguas, Eutychiani ea catho- » licis opposuerint, certum quoque mihi videtur, ante Eu- » tychetis condemnationem, hoc est ante Concilium Calche- » donense, eorum auctorem vixisse. Nam apud omnes notum » et confessum catholicos doctores liberius et minus caute » ante natam hacresim nonnumquam scribere et loqui so- » Iere. Ideo nihil novum et insolens fecit, si verba quae- » dam ambigua protulit, quae haeresis postmodum nata » in suum commodum interpretata est. Forsan post Ne- » storium scribens, dum (tacita haeresi) personae in Chri- » sto unitatem vehementer confitetur et explicat, visus est » Eutychianis naturarum unitatem et confusionem indu- » cere. » Id videbatur Eutychianis, qui opera illa, quae vetustissimi auctoris foetum putabant, catholicis opponebant. Id quoque visum quinque illis Constantinopolitanae collationis Episcopis, qui propterea auctorem suspicabantur vetustum quempiam Apollinaristam. Sed « paulatim » catholici librorum istorum lectioni diligentius incumben- » tes *(pergit Morinus capite* r *num. ii iudicium suum* » *exponere)* eorum soliditatem in fide sensumque absolute » catholicum admirati sunt.... Cum enim maturius et pe- * nitius examinassent testimonia ab haereticis Eutychianis » in haeresis suae defensionem hinc deprompta, animad- » verterunt ea facile dissolvi posse et longe plura in istius » haeresis eversionem ex iisdem colligi. » En ergo solertissimum Areopagiticorum scrutatorem, qui verba ut summum ambigua in illis reperit, quibus abuterentur Monophysitae ; sensum novit absolute catholicum ac longe plura in istius haeresis eversionem ex iisdem colligi posse animadvertit.

Aliam definit auctoris aetatem Nicolaus Nourrius, asceta Benedictinus Sammauraeus: sed eius orthodoxiam certam habet prolatisque nonnullis testimoniis confirmat. Verba eius sunt Dissertatione X dc Operibus s. Dionysii : « In iis » libris haeresis contra Incarnationis Christi mysterium non » minus aperte, quam omnes contra eius Divinitatem et » unam trium divinarum Personarum naturam errores, » proscribitur. Haec etenim de Incarnato Dei Filio variis » in locis legimus. De ecclesiastica Hierarchia capite in » (num. 3, § 2): *Deiprincipalis bonitas... nostrorum omnium* » *vere facta particeps, absque peccato, humilitatique no-* » *strae unita, salvo proprietatum suarum statu, eoque* » *prorsus inconfuso et inviolato.* In alio autem de Divinis » Nominibus libro: *Verbum divinissimum.... per inconfu-* d *sam humanitatis nostrae adsumptionem.* Et in Epistola IV ad Caium: *Quatenus erat Deus et homo, novam* » *quamdam nobiscum conversando,* θεανδρικην ἐνε'ργειιζν » *(Dei virilem operationem) exhibebat.* Quid planius, quid » dilucidius post sparsos Nestorii Eutychetisque errores, » a quovis auctore usquam scriptum est? » Tam perspicua putabat Nourrius haec et similia plura testimonia contra Eutychianos errores, ut etiam *non levi conjectura* colligendum existimaverit auctorem Areopagiticorum, *maximas cum turbas ab haereticis Nestorianis et Eutychianis cieri videret, tunc ut utrosque confunderet ac pro viribus Ecclesiae partes tueretur, animum ad scribendum appulisse:* adeoque praedicta opera *intra annum 431 quo Synodus Oecutnenica Ephesina adversus Nestorianos et 451 quo Synodus Chalcedonensis contra Eutychianos celebrata est, ab illo profecta videri.*

Ad saeculum Ecclesiae sextum detrudit operum eorum natales Paschasius Quesnellius. Auctorem habet apprime catholicum, sed tanto contra Nestorianos zelo actum, ut in contrariam quandoque declinare sententiam videatur. Epistolam ms. hocce de argumento ab eodem Quesncllio scriptam refert ac decerpit Papebrochius in Ephemeridis Graeco-Moschis tomo 1 maii pag. 45. Nihil ambigendum ait de fide auctoris: tametsi *tanto contra Nestorianos qelo actus scripserit, ut plusquam par sit in contrariam Eutychianorum vel Semieutychianorum declinaverit sententiam, phrases cis familiares usurpans; quas tamen catholice interpretari quis possit fortasse et debeat.* Addit ille auctorem sibi videri *ex ludaeis prognatum, natione aegyptium, professione monachum, disciplina platonicum.* Hanc video loanni Bonae ex parte placuisse opinionem, cum libro I Rerum Liturgicarum capite vni doceat : *Unum fortassis fuisse ex professoribus Platonicae philosophiae, qui in schola Alexandrina circa finem quarti saeculi vel initio quinti sapientiae laude fioruerunt.* Sed ipsum non fuisse alexandrinum haud spernendis conjecturis probantem iam audivimus Michaelem Lequienum : ipsumque ad saeculum Ecclesiae sextum detrudi non posse, plura sunt argumenta quae enarravimus. Ut ut sese res habeat, viros criticissimos habemus, qui auctorem Areopagiticorum catholicum pronunciant, non Apollinaristam, non Eutychianum, non Semicutychianum.

II. Recentissimos addo scriptores duos heterodoxos, Christianum Augustum Salig et lacobum Bruckerum. Lequieni opinionem novit ille, nec adprobat. Verba eius affero, quae habentur in tractatu de Eutychianismo ante Eutychen capite xvm: « Ut ego dicam, quod sentio: ab Apol- » linaristis et Eutychianistis non profecta Dionysii opera... » exinde mihi probare videor, quod et Eutychianismus in » scriptis illis notetur ac refutetur... Credam ego totum » librum *de Divinis Nominibus,* quin et alios, nullo alio » consilio esse scriptos, quam ut confusionem et com- » mixtionem naturarum contra Eutychianos prosterneret » auctor ipsorum... Fullonem numquam tam candide ct » fortiter contra Eutychianos pugnare potuisse existimo, » dum et ipse Fullo inter Eutychetis fautores refertur. »

Minus aequo in eumdem Areopagiticorum scriptorem comparatus animo fortasse videri poterit Bruckerus, qui in Historia critica philosophiae, tomo III, capite in *de Philosophia Patrum in specie,* notat ipsum veluti *philosophum eclecticum, sive Alexandrinum, qui nugis platonicis christianae fidei simplicitatem depravavit,* saeculo circiter Ecclesiae quinto. At eius pariter sententia est § 29 scriptorem istum, *non tam confirmandi Monophysismi, quam propagandae confirmandaeque philosophiae Alexandrinae causa, nugas suas magno cuidam inter Christianos nomine supposuisse.* Adnotat etiam § 3i haud esse ferendam eorum opinionem, qui Apollinario patri hos foetus adiudicant, cum recte observatum Pearsonio fuerit, fragmentis eius, quae supersunt, similes haud esse, nec dogmatibus eius consentaneos: neque Apollinario iuniori tribuendos, cum nonnulla contineant ab eius placitis longe lateque diversa. Mirum foret Apollinaristarum Eutychianorumque commenta non vidisse in Areopagiticis aut purgare ipsorum auctorem voluisse scriptores, qui virga nimium censoria eadem notare opera, severumque proferre de illis iudicium non haesitarunt !

CAPUT IX.

Michaelis Lequieni eoniecturae, queis opera Areopagitica Petro Cnaphaeo seu Fulloni Monophysitae, aut cuidam ex eiusdem asseclis tribuenda suspicatur. Itemque conjecturae Crozei de Synesio Areopagiticorum auctore simulque praeformatore haereseos Monophisitarum.

I. Tnnoxiam doctrinam Areopagiticam esse, maximeque lEutychianorum erroribus adversam, diligentiore inito examine, infra mihi ostendendum est in argumentorum solutione, quae validiore, quam hactenus egerint alii, conatu opposuit Lequienus. Coniecturas eius modo expendo, queis permotus auctorem Areopagiticorum suspicatus est dici posse Petrum Fullonem Monophysitam. « Hic omittere non » possum *(inquit in dissertatione Damascenica* 11, *num. 16)* » pessimum hunc hominem (Cnaphaeum) aut quemdam » saltem ex eius asseclis, genuinum fuisse videri parentem » librorum, qui Areopagitici audierunt. Cuius meae suspi- » cionis haec ratio est, quod capite ni de Hierarchia cc- » clesiastica, ubi strictim primum refert moxque subinde » enarrat divinae liturgiac partes, quas ab Apostolis tradi- » tas esse persuadere lectoribus voluit, mentionem etiam » fecerit recitationis symboli: προομολογηΟείση ὑπό παν- » το τοῦ τη ἐκκλησία πληρώματο τη καθολικὴ » ὑμνολογία ; *cum omnis Ecclesiae coetus confessus ante* » *fuerit catholicam laudationem :* hoc est ut ipse in theo- » ria mysterii exponit, τη θρησκεία το σύμβολον, *reli-* » *gionis symbolum ;* quod nempe recitandum statim ab » egressu catechumenorum et energumenorum ait: uti post- » ea fieri consuevit in Ecclesiis graeci ritus, quarum etiam » morem latini deinceps imitati sunt. Atqui ecclesiasticae » Historiae monumenta perhibent, paucis annis antequam » supposititia Dionysii volumina prodirent, Petrum Cna- » phaeum, cum Antiochenum thronum denuo occupasse! » (anno 476 ut infra) instituisse ut symbolum fidei *in omni-* » *bus missis* recitaretur; καὶ ἐν πάση συνάξει το σύμβο- » λον λέγεσθαι, inquit libro 11 Theodorus Lector. Quem » ritum paullo post sub Anastasio Imperatore, Timotheus » Constantinopolitanus Antistes Monophysita, Calchedonen- » sique Synodo infensus, in urbe regia observari sanxit, » eodem Lectore teste. Ex quo capite compertiorem habe- » mus aetatem, qua spuria Areopagitica conscripta sunt. »

« Ad haec, quemadmodum Cnaphaeus iterum excogi- » tavit ut unguentum sanctum seu chrisma palam in Ec- » clesia, adstante populo, sacraretur, το' μύρον ἵ'ν τη ἐκκλη- » σία επὶ παντὸ λαοῦ ἁγιζζεσθαι (Thcod. Lect. libro 11), » quae proinde consecratio prius clam et extra divinam li- » turgiam fiebat; ita quoque libro de Eccles, hierarch, ca- » pite iv legitur, statim valere iussis cathecumenis et aliis » qui a sacrificio de more arcebantur, auspicandam esse » intra Missarum solemnia, ac proinde Christiana plebe » praesente, divini unguenti consecrationem. »

« Quinimo ritus alter, qui ibidem subiungitur, quem- » que hodieque observant Graeci, ut unguentum super al- » tare depositum seraphicis figuris duabus contegatur, quo » significetur Christum qui unguento repraesentatur, per- » petuo Seraphim cantico, quod *Trisagium* seu *lersanctum* » dicitur, celebrari; annon hoc etiam Cnaphaei et Severia- » norum mentem et ingenium redolet, qui *Trisagia* can- » tica modo toti Trinitati accinunt, modo soli Filio ac Chri- » sto, quemadmodum Ecclesiasticum illud, *Sanctus Deus,* » *Sanctus fortis, Sanctus ct immortalis,* adicta interdum » voce, *qui crucifixus es pro nobis,* ut ad Christum referri » significetur? Huius additamenti, quo Filius ter procla- » maretur *sanctus,* auctorem fuisse Fullonem, vel pueri » norunt. » Haec ille.

II. Sequitur opinio vel potius commentum Maturini Veyssieris la Croze, cuius haec adserta sunt libro 1 citati operis: 1. Scilicet, Areopagiticas lucubrationes *revera abs scriptore prodiisse,* qui perversum *Apollinarii dogma temperavit quidem,* sed *haeresim praeformavit,* quam *Eutychiani et Monophysitae* coluerunt. Qua in re satis illi est consentientem habere doctissimum Lequicnum: 2. Theophilum Alexandriae Episcopum prima novi dogmatis lineamenta praeformasse; auctoremque Synesio Episcopo Ptolemaidis fuisse, ut ad errori conciliandam auctoritatem libros concinnaret sub viri apostolici nomine, Dionysii Areopagitae: 3. Haec opera tam venerando nomini supposita in archivis Ecclesiae Alexandrinae latuisse, donec Cyrillus Theophili successor, qui errorem maxime promovit, nonnulla ex illis deprompta testimonia adhibuit contra Diodorum et Theodorum, quae postea Sevcriani allegarunt in collatione Constantinopolitana anno 532 habita.

Porro Theophilum Alexandrinum inter praecursores Eutychctis numerandum esse colligi ex eo posse putat Crozeus, quod ipse ex eorum numero fuerit, qui apud Nyssenum, in epistola ad ipsum Theophilum adversus Apollinarem, Orthodoxos duas in Christo naturas confitentes insimulabant erroris, ac si *duos filios colerent in dogmate, unum quidem secundum naturam, alterum autem secundum adoptionem postea acquisitum.* Novo huicce dogmati expoliendo promovendoque animum adplicuisse Cyrillum, Theophili in sede Alexandrina successorem, dubitaverit nemo (inquit ille) qui prolatam expenderit ab eo sententiam de *una Verbi natura incarnata,* quam suam fecere Eutyches et asseclae. A Synesio denique Areopagitica prodiisse opera, tria videntur evincere, Areopagiticorum collatio cum eiusdem Sinesii operibus, eiusque animi character ad mentiendum proni, ac peculiaris quaedam calami facilitas ad varia styli genera. In fine libri, qui *Dion* inscribitur, fatetur ipse perquam facile sibi fuisse, ut variis *plurimumque a se invicem diversis dicendi formis* mentem et calamum adaptaret. Effata eius nonnulla occurrunt, quae satis indicant ad fingendum proclivitatem. Sententia eius est in Encomio Calvitii: *Populum faciles nimium parabilesque res deridere: portentis autem,* τερατεία (seu imposturis) *opus habere* (il a besoin d'imposture.) Et in epistola CV tum scripta, cum ad Episcopale fastigium postulabatur, quod eiurare omni ope contendebat, sic ait: *Animus certe quidem philosophia imbutus ac veritatis inspector, mentiendi necessitati nonnihil remittit.... Mendacium vulgo prodesse arbitror, contra nocere veritatem iis, qui in rerum perspicuitatem intendere mentis aciem nequeunt.* Quem animum sic affectum ct Episcopus factus (Crozei verba sunt) servavit. Par denique stylus, par sententiarum sublimitas in Areopagiticis et in Synesii operibus. Ait iste Hymno 111 ubi de Patre aeterno agit, παγὰ πάγων, *fontem fontium, principium principiorum, radicum radicem* (v. 171, seqq): ait etiam ille capite 11 de Divinis Nominibus §. 7, πηγαία Θεο'τη *fontalis divinitas.* Eodem in Hymno divina vocat Synesius βυθόν *affynxvi, profunditatem ineffabilem* (v. 189): legiturque capite ix libri citati de Divinis Nominibus §. 5, βάθο ... ἀπερίληπτον, *profundum... cunctis inaccessum.* Alia demum loca conferenda iubet, ac praecipue caput primum libri citati Areopagitici pag. q3q editionis Cordcrianae cum primo ct altero Synesii hymno.

CAPUT X.

Nec Theophilus nec Cyrillus, Episcopi Alexandrini, Monophysitarum haeresim praeformarunt. Synesio Episcopo Ptolemaidis perperam Areopagitica tribuuntur opera: neque eadem elucubrata sunt ea mente eoque consilio, ut error unius in Christo naturae evulgaretur.

1. Cuperius descriptum Crozei commentum liceat ante Opaucis refellere, quam expendere Lequieni doctissimi coniecturas ct argumenta, eademque pro mea virili refutare aggredior. Posita a Crozeo principia nutant ac labascunt omnia, fabulisque adinventis fabulam fulcit ille. Manus habeo mihi porrigentem laudatum Bruckcrum tomo 111 Historiae criticae Philosophiae capite 111, § 29. Commentum aio putidissimum esse, unam in Christo naturam credidisse Theophilum Alexandrinum ipsumque Apollinaristis iunctum insimulasse orthodoxos, qui duas integras in Christo naturas profitebantur, ac si duos inveherent Filios. Tanti criminis, cuius reus fuerit Alexandrinus Antistes, vola nulla, vestigium nullum apud Gregorium Nysscnum. Admonet ille Theophilum, Apollinaristas, qui *carnale Verbum faciunt, atque saeculorum conditorem hominis filium et mortalem Filii Deitatem,* insimulare *quosdam in catholica Ec-*

clesia audere, veluti qui *duos Filios in dogmate colunt,* utpote duas naturas in Christo confitentes, *unum quidem secundum naturam, alterum autem secundum adoptionem postea acquisitum*. Catholicos viros haec mussitantes fatetur ipse se nosse nullos: *Nescio a quo talia audientes aut cum qua'persona luctantes: nondum enim cognovi qui talia effutiret.* Hinc Theophilum adhortatur ut, pro ea qua pollebat auctoritate, Ecclesiae causam vindicet cohibeatque maledicos Apollinaristas: *Verumtamen,* inquiens, *quoniam istam proponentes adversus nos causam, ex eo quod videntur tale fiagitium impugnare, suas opiniones corroborant; bonum est, ut tua in Christo perfectio, prout tibi in mentem iniecerit Spiritus sanctus, eorum occasiones amputet, qui quaerunt adversus nos occasiones, et persuadeat eis, qui per calumniam haec Ecclesiae Dei crimini vertunt, nullum huiusmodi apud Christianos esse dogma, neque praedicari.* Tum in eo denique totus est, ut ostendar *binarium filiorum numerum* minime colligi ex *coniunctione naturae humanae cum Verbo;* sed *propter exactam unionem assumptae carnis et assumentis divinitatis,* uni Filio Christo *communicari et mutuo dari nomina, ita ut et humanum ex divino et divinum ex humano denominetur.* Verbulum occurrit nullum, quod subindicet Theophilo Alexandrino placuisse temperatum Apollinaristarum dogma; ipsumque curasse ut naturae unitas in Christo editis libris vindicaretur; eosque invecti binarii filiorum numeri insimulasse, qui duas in Christo naturas tutabantur. Imo Apollinaristas, veluti imposturae fabros, apud Theophilum accusat Nyssenus; ipsumque permovere studet, ut hominum audaciam cohibeat causamque Ecclesiae pro virili defendat.

Vita mortali functo Theophilo, sedem Axexandrinam anno 412 obtinuit Cyrillus. Ex Areopagiticis iam confictis libris deprompta ab eo nonnulla testimonia, eademque adhibita in opere contra Diodorum et Theodorum, nimia confidentia pronunciat Crozeus. Severianis id aientibus in Constantinopolitana collatione tam facilem fidem praestandam non esse, admonuimus capite n. Lequienum vero, quem veluti sibi faventem appellat, diserte adversum habet in dissertatione Damascenica II num. 17, ubi haec habet: « Ex illis itaque, de quibus ante disputavi, lucubrationibus » variis, ac non ex Dionysii (Areopagitae) libris, Cyrillus » intulit *unam* dicendam esse Christi Domini *naturam* » propter arctissimam unionem divinitatis cum humanita- » te : *unam* itidem *Dei Verbi naturam incarnatam*. » Nimirum haec posteriora verba leguntur libro II contra Nestorium, et in Epistola ad Aeacium Melitinensem, et in Commonitorio ad Eulogium; eademque ab omni Apollinarismi suspicione purgavit in Epistolis ad Successum. Habentur vero priora verba in laudato commonitorio, ubi sic ait sanctissimus Pater: *Unitione concessa, non distant amplius ab invicem, quae unita sunt; sed deinceps Filius est una ipsius natura, Verbo utique carne facto.*

Quae cum ipse et scripserit et vindicaverit, quantum ab errore Apollinaristarum Eutychianorumque longissime distaret egregie probant ac evincunt Lequienus loco citato, Ludovicus Thomassinus de Incarnatione libro III, capite xni, et Dionysius Petavius libro IV, capite vn, et libro VI ubi Anonymum calvinianum hominem pro meritis castigat, qui hoc demonstrandum suscipit, Nestorium impurissimum haeresiarcham pium et catholicum fuisse; illos autem, a quibus condemnatus est, Cyrillum et Ephesinam Synodum, haereticos et impios. Consule caput vm in quo sententia, quam et Crozeus opponit, innoxia et apprime catholica ostenditur. Mentem Cyrilli consiliumque omnium lucidissime patefacit laudatus Thomassinus loco citato. Verba eius refero, quae maximo et infra usui nobis erunt: « Nestorio, » *'inquit,* insidiosius duas iactante in Christo naturas et » (quod nequissimum fraudis genus est) de veritate ipsa » veritati invidiam conflante ; ne duarum naturarum ob- » tentu duae quoque impingerentur personae, hanc aut » excogitavit aut instauravit Cyrillus iam pene obliteratam » eloquendae Incarnationis formulam (cum diceret *unam* » *esse Verbi Dei naturam incarnatam').* Cuius oraculi haec » maxime significatio, haec sententia sanissima est: minus » tute (aevo potissimum illo) duas dici in Christo natu- » ras, nisi *una* dicatur *Verbi natura incarnata.* Propterea » quod ubi duae dicuntur Christi naturae, duarum statim » ebullit suspicio personarum. Etenim non aliud est na- » tura, aliud persona, sed una et eadem res cum sit, ali- » ter et aliter significatur (quae distinctio in scholis *vir- » tualis* appellatur); quocirca plurimum periculi ingruit, ne » geminata natura, geminetur et persona. Deinde cum duae » dicuntur naturae, quasi ex aequo numerantur, eoque » seorsim unaquaeque cogitatur : vix autem, ac nec vix » cogitari seorsim quaelibet potest natura, quin personae » proprietate vestiatur. Denique non alia magis machina » Nestorius duas scindebat personas, quam naturae duplicis » praedicatione ; atque ita ab ipsa veritate falsitati praesidia » comparabat. Si duae autem naturae non ita statuantur » ob oculos, ut binae simul ex aequo procedant, sed ut » altera subiungatur alteri; ut una principaliter emineat, » altera accessio eius sit; una fuerit semper et pergat esse, » altera nuper illi accreverit; una sua sibi sit, sui iuris » suaeque potestatis sit, per se immutabiliter et sempiterne » sit; altera illi ut subiecto accidens incumbat, illi super- » struatur ut fundamento, illius iuri censuique adscripta » sit, illius propria et quasi portiuncula sit, per se seor- » sim nec sit nec unquam fuerit; tum vero omnis eluetur » in geminae naturae professione suspicio geminatae per- » sonae. »

« At id Cyrillus molitus, id consecutus est ubi *unam* » dixit *naturam Verbi incarnatam*. Eminet enim et primas » tenet, imo sola in conspectum statim se dat principaliter » divinitas Verbi: nec latet interim caro seu humanitas, » ex quo dicitur incarnata. Occursat itaque non Deitas et » taro, sed Deitas cum carne: non Deus et homo, sed » Deus humanatus: non duplex natura, Deitas et huma- » nitas, sed simplex natura Deitatis cum accessione hu- » manitatis. Etenim ubi duae naturae dicuntur Deus et » homo, utraque natura per se nominatur, per se cogita- » tur: et per se nominari cogitarive vix potest, quin per- » sonae cuique suae suspicio obrepat. At ubi natura tan- » tum Verbi incarnata dicitur, una primario per se subsi- » stens natura obversatur animo, cum naturae alterius » additamento.

« Quamobrem singula eius confessionis verba momenti » plurimum adferre non immerito videntur ad fidei ad- » versusNestorianas insidias stabilimentum. Nam: 1. *Natura* » *una* dicitur *Verbi;* ac proinde perinde nobis est, seu » naturam ibi pro natura strictius seu pro persona latius » sumptam arbitreris (namque Cyrillum alii aliter interpre- » tati sunt). Nihil aut perparum interest utrislibet accedas : » nam persona et natura non differunt, nisi conceptu men- » tis; et seu personam vel hypostasim Verbi incarnatam, » seu naturam Verbi ut 'principalem et summam et tota- » litate sua per se fretam cum carnis adiunctione iam co- » gites, perinde est. Persona enim non aliud est, quam » natura ut principatum sui tenens, ut per se consistens, » ut accidentibus et additamentis omnibus substans : 2. *Na-* » *tura Verbi* dicitur, ne ad totam Trinitatem spectare exi- » stimetur carnis assumptio: 3. *Incarnata* dicitur, quo caro » designatur, sed oblique, et ut non per se, nec sui causa, » nec sui iuris: adeo ut unitati hypostaseos vindicandae » accommodatius sit dici, *naturam Verbi incarnatam,* quam » naturam Verbi et carnem: 4. *Una* dicitur *Verbi natura,* » nam unitas sicut et totalitas penes naturam principalio- » rem est attendenda. Una est enim persona Christus, quia » unus est Dei Filius sempiternus et incorruptibiliter idem; » prius sine carne, nunc cum carne, semper idem, unusque » semper idem; nec minus totum prius sine carne, nec » magis totum cum carne; auctus sine incremento, nec » maior factus carnis accessione. Unitas ergo personae tota » a Verbi natura repetenda est...

» Hinc litem (inter eos, qui in propositione Cyrilli no- » men naturae pro persona seu hypostasi usurpatum opi- » nantur, et qui pro natura Verbi ipsa positum existimant) » componere non arduum est, si medullitus Cyrilli doctrina » indagetur. Illi enim hypostasis vel persona non aliud est, » quam natura, sed tota et integra; adeoque non alterius

» cuiusquam facta, vclut pars et accessio. Illi nomen φυ'σεω , » ὕποστάσεω promiscue pro eodem habetur. Illi, quominus » persona aut hypostasis sit humanitas Christi, non alicuius » inopia est, sed superioris naturae copia. Ergo ubi *una* » *natura Verbi incarnati* pronunciatur, et pro natura, et » pro persona nomen naturae usurpatur: quia natura, ubi » tota et princeps suique iuris est, utique persona est.... » Hinc etiam consultissime a Cyrillo dictum, non Christi, » sed *Verbi unam naturam incarnatam*. Nam Christi duae » sunt naturae: at Verbi una est natura seu una Divinitas » incarnata. Puerili autem cavillatione Semieutychiani, Chri- » stum et Verbum eumdem esse blaterantes, unam Christi » naturam incarnatam hinc fabulabantur. » Hactenus egregie Thomassinus.

Nihil vero ab eo dictum, quod ipse Cyrillus pluribus in locis, quae laudatus auctor allegat, luculentissime non expresserit. Ad rem hanc demum illustrandam maxime facit exemplum in creatis compositi accidentalis, puta albi, quo divus Thomas utitur opusculo II, capite ccxi. Si namque in albo quispiam dixerit unam esse naturam parietis dealbati seu dealbatam, verum dicit: significat quippe, naturam seu substantiam parietis esse principalem, accessorium accidens; illam per se subsistere, illud in subiecto per inhaerentiam; ac duas naturas parietis et accidentis fatetur distinctas, non discretas aut separatas. Par est significatio Cyrillianae propositionis, caeteris omnibus salvis conditionibus, quae substantialem hypostaticam dqarum naturarum, quae substantiae sunt, in Christo unitionem comitantur.

II. Iam vero colligitur, somnium esse et commentum Crozei existimantis elucubrata Areopagitica opera eo consilio fuisse, ut in iis Monophysiticum unius in Christo naturae dogma vulgaretur. Verum etiam facinus istud a Synesio perpetratum, commentum est atque vanissimum somnium. Ptolemaidis Cyrenaicae Episcopatum gessit ille, Theophilo Alexandrino incentore: quod anno 407 accidisse putant Petavius et Lequienus. Nihil ille praetermisit, ut ad Episcopale fastigium non promoveretur: eamque potissimum causam affert, quod ipse Platonicae philosophiae praeceptis imbutus a praecipuis aliquot fidei Christianae capitibus dissentiret; easque opiniones ita animo fixas esse ait, ut licet dissimulare pacis et concordiae causa posset, dimittere tamen aut mutare easdem nolit. Dogmata autem tria proponit: primum, *animam praexistcre,* alterum *de mundi aeternitate,* quem ut interiturum aliquando crederet neutiquam adduci poterat: tertium *de mortuorum resurrectione,* quam mysticum et arcanum aliquem sensum recondere, nec cum vulgo accipiendam esse asserit. Non serio ista a Synesio inculcata fuisse contendit Baronius ad annum 410, sed arte ad declinandum Episcopi munus. Animi sui sensus candide illum aperuisse veteres plures ac recentes arbitrantur, tantum animi candorem collaudantes. Caeterum quae verba opponit Crozeus, non exhibent hominem ad mentiendum fingendumque paratum, neque adserentem bonum esse quandoque et utile mendacium proprie dictum; sed pacis et concordiae causa bonam quandoque esse veritatis dissimulationem, illa scilicet in corde retenta, mendacio tamen numquam prolato. Aiebat enim, dogmata illa sua platonica, si Episcopus fuerit, silentio premere posse, nihil contra eadem docturum. Verba eius accipe: *Ut nihil penitus docens, sic nihil etiam dedocens atque in praesumpta animi opinione permanere sinens.* Haec licet contestaretur Synesius, ea tamen spe initiatus Episcopus fuit, fore ut verae religionis vertex et colophon accederet: neque cam spem fefellisse Thcophilum aliosque, qui Syncsium ad Episcopale munus postulabant, tradit Evagrius libro I, capite xv: *Recte omnino coniicientes,* inquiens, *ad reliquas eius viri virtutes ista esse accessura, cum divina gratia nihil imperfectum habere sustineat: ncc spes eos fefellit.* Paria scribit Photius codice xxvi.

Loco altero in Encomio Calvitii de sacerdotibus Aegyptiorum agit, qui *populum ludunt, ipsi in interiores latebras recepti, quod ipsi efficiunt populi oculis eripientes:* si namque quod efficiunt ipsi videret populus, succenseret ipsis: utpote *quifaciles nimium, parabilesque res derideat', portentis enim opus habet,* quorum ipse causas non norit. An haec animum Synesii repraesentent mendaciis, commentisque ac imposturis addictum? At licitam putaverit ipse fraudem et suppositionem ad ducendum naso populum: peculiaris haec ipsi non insederat opinatio; neque pro Synesio quidpiam colligere Crozeo datur. Sibi quidem vindicat ille gloriolam in *Dione,* quod eo pervenerit studio et exercitatione, ut vix distinguenda similitudine styli imitari valuerit veteres scriptores, quodve de suo scriptis eorum adnecterct, ab ipsis dictum scriptumque putarent lectores. Sed haec probant (inquit Bruckerus) interpolandi vel supponendi artem egregie calluisse Synesium; ad libros Dionysii Areopagitae nomine insignitos minime quadrant. Vel enim ea scripta Synesii aetate non extabant, quorum ipse stylum imitaretur; quod si extarent, non eadem sub falso nomine Synesium elucubravisse peritia evincit, qua pollebat in aliorum scriptorum styli imitatione.

Quaenam vero tanta inter Synesii stylum ac sententiam similitudo ac Areopagiticorum auctorem, ut haec foetus illius dici debeant? An adeo sublime et reconditum fuerit Deum cogitare et appellare *fontem fontium et ineffabile profundum;* ut si quae diversa opera hanc habuerint sententiam, ab eodem prodiisse auctore existimandum sit? Quamquam Synesius Patrem *fontem fontium* appellat, et alter *fontalem divinitatem:* quae vim eamdem non exserunt et significationem. Ait etiam auctor Areopagiticorum capite n de Divinis Nominibus §. 1, τήν πηγαίαν καὶ ἀνε'κλειπτον αιτίαν, *scaturientem et numquam deficientem causam;* et §. 5: |χονη δὲ πηγη τη υπερουσίου Οεότητο ὁ πατήρ, *solus fons supersubstantialis deitatis Pater:* quibus paria in Synesio frustra perquiras.

Conferendum denique Crozeus iubet primum et secundum Synesii hymnum cum loco de Divinis Nominibus capite 1, §. 1. Annuimus lubentissime. Haec loco citato habentur: *Supra substantias est illa suprasubstantialis infinitas et supra mentes illa supra mentem unitas: et omnibus ratiocinationibus inscrutabile est illud supra ratiocinationem unum: omnique verbo ineffabile est' illud supra verbum bonum: unitas effectrix universae unitatis et substantia supra substantiam et mens non cadens sub intelligentiam, ratio non effabilis, ratione, intelligentia, nomineque vacans: nullius rei similitudinem habens: quae quidem causa est, ut omnia sint* etc. Haec vero inter alia, quae Hymno secundo (v. 25, seqq.) Synesius canit, accipe: *Unus fons, una radix... Ubi enim profunditas Patris, ibi etiam illustris Filius... Bonorum tulit copiam et supersubstantialem propaginem... Patris gloriam et primogenitam formam... Tu pater, tu es mater: tu mas, tu foemina: tu vox, tu silentium... Unitas divinorum numerorum.* Haec paria qui dixerit, coccus est. Canit etiam Hymno I (v. 52,seqq.): *Ille quidem cx se ortum principium, gubernator paterque rerum omnium, ingenitus.... unitatum unitas sancta, monadumque monas prima, simplicitas summitatum... Unitas ineffabilem in modum diffusa, trinam adepta est vim. Supersubstantialis vero fons coronatur pulchritudine prolis, quae ex centro profluxit.* Sunt quaedam utrique communia, utpote quae de summo Deo ac sanctissima Trinitate celebrentur: sunt alia Synesio-propria, quae nuspiam scripsit auctor Areopagiticorum. Ac duo sunt postremo loco animadvertenda; alterum cum Jo. Ernesto Grabio in Notis ad cap. 1 s. Irenaci, *Synesium in hymnis poetica licentia abusum, omnem fere Valentinianorum mataeologiam verae theologiae adaptasse, ac haeretica voce orthodoxam cecinissefidem;* alterum cum Tillemontio tomo XII in eiusdem Synesii vita articulo iv nempe dogmata Christianae fidei in hymnis parum accurate edisseri, ac plura promi potius ex philosophorum scriptis, quam divinis ex eloquiis. Haec ab Areopagiticis longe absunt, quorum integerrima fides adhuc inferius patefacienda est ac vindicanda.

CAPUT XI.

Fullonem esse auctorem Areopagiticorum non probat ritus publicae sacri unguenti consecrationis in Areopagiticis descriptus, quem antiquissimis temporibus nonnullae Ecclesiae adhibebant. Canticum Trisagion in eisdem Areopagiticis vel non memoratur vel certe non redolet Fullonis et Severianorum ingenium.

1. Transmittere liceat Areopagiticorum auctoris verba, quibus unguenti sacri conficiendi ritus describitur, de ecclesiastica Hierarchia cap. iv, num. 2: *Eodem modo, quo in Synaxi, ordines eorum, qui minus perfecti sunt, excluduntur: praemissis videlicet sacra per totum templum cum odoris fragrantia processione psalmorumque sacra modulatione et divinissimorum eloquiorum promulgatione.* Hactenus Missarum solemnia vides ad evangelium usque lectum promulgatumque. *Deinde Pontifex, accepto unguento, ponit illud supra divinum altare, duodecim sacris alis obvelatum, cunctis sanctissima voce concinentibus illud divinitus afflatorum prophetarum canticum afflationis.* In altari adeoque intra Missarum solemnia, adstante populo fideli, sanctum unguentum sacratum a Pontifice haec verba declarant. Atqui Theodori Lectoris in Historia eccles. libro II verba sunt: *Petrum Fullonem instituisse ut sacrum chrisma caram omni populo consecraretur.* Hinc Lequieni suspicio, aut ipsi Fulloni aut eius socio et asseclae Areopagiticos libros tribuendos esse.

At haec scribens Theodorus Lector si deceptus fuerit, cadat oportet labaturque Lequieni coniectura. Errasse vero Theodorum, si Fullonem fuisse intellexerit, qui primus in universa Ecclesia Christiana ritum invexerit chrisma sacrandi in altari inter actionem liturgicam, coram populo fideli, pro certo habet Edmundus Martene de antiquis Ecclesiae Ritibus capite xxn, §. 3, num. 1, ubi: « Publica » huiusce consecrationis solemnitas *(ait)* in Africana Ec» clesia iam longe ante obtinuerat: utpote quam ad altare » peractam fuisse, non secus ac Eucharistiam, docent haec » s. Cypriani verba in Epistola LXX: *Porro Eucharistia, et » unde bapti;ati unguntur oleum in altari sanctificatur.* » Et quidem invocato Christi nomine, ut discimus ex Optati » Milevitani libro VII adversus Parmenianum: *Oleum no» minant illum liquorem, qui in nomine Christi conditur, » quod chrisma, postquam conditum est, nominatur.* »

Cypriani locum adhibet Martene, prout ab Erasmo emendatus est, suaque in editione a Pamelio positus legitur. Aliter legendum censuit Baluzius iuxta fidem codicis Corbeicnsis: *Porro autem Eucharistia est, unde baptiqati unguntur oleo in altari sanctificato.* Aliamque post Manutium lectionem amplectitur Rigaltius: *Porro autem Eucharistia est, unde baptfiati unguntur, oleum in altari sanctiflcatum;* ac si ipsa Eucharistia dicta intelligatur oleum spirituale eodemque in loco de spiritali unctione agatur, quae ab ipso proficiscitur Eucharistiae Sacramento. Quaenam praeferenda, veluti genuina, lectio sit, diligentius perquirere non vacat: certum vero mihi compertumque eodem in loco Cyprianum de ipso etiam chrismate loqui deque consecratione eius in altari. Post allata verba statim subiicit ille *Sanctificare autem non potuit olei creaturam, qui nec altare habet, nec ecclesiam* (idest haereticus): *unde nec unctio spiritualis apud haereticos potest esse, quando constet oleum sanctificari et Eucharistiam fieri apud illos omnino non posse.* Quo loco *olei creaturam,* quae *sanctificatur,* quis intelligat Eucharistiam? Imo *oleum* distinguit Cyprianus et *Eucharistiam;* docetque neque illud *sanctificari,* neque istam *fieri* apud haereticos posse, qui *nec altare* habent, *nec ecclesiam.* Hocce argumentum, quo Cyprianus haereticorum sacramenta reficiebat, adducit ac solvit Augustinus lib. V de Baptismo contra Donatistas, capite xx, oleumque accipit ab Eucharistia distinctum: *Cur autem,* inquiens, *ad verba, quae procedunt ex ore homicidae* (non haeretici, sed intra catholicam Ecclesiam peccatoris), *possit tamen Deus oleum sanctificare; et in altari, quod haeretici posuerunt, non possit, nescio... Quomodo exaudit homicidam deprecantem vel super aquam baptismi, vel super oleum, vel super Eucharistiam, vel super capita eorum, quibus manus imponitur?* Materiae aut elementi nomine distincta numerat et appellat sacramenta, baptismum, confirmationem, Eucharistiam, ordinationem.

In altari ergo, intra Missarum solemnia, coram populo fideli longe ante Fullonis aetatem sacratum fuisse chrisma seu sacrum unguentum certo constat. Neque reponas Petrum Fullonem, Theodoro Lectore teste, ritum illum consecrandi chrismatis primum invexisse apud Graecos; eumdemque ritum iam olim in Ecclesia latina obtinentem spectari minime potuisse a Graeco Areopagiticorum auctore. Praesto namque responsio prima est, sibi etiam scriptorem illum proposuisse, Lequieno consentiente ac animadvertente Scholiaste, ut Ecclesiae Romanae et Occidentalis ritus aliquos afferret et exponeret: quod capite vi exemplis confirmavimus. Sequiturque responsio altera, Theodori testimonio id unum evinci, Fullonem in Ecclesiam Antiochenam, in qua tyrannidem exercebat, ritum illum potuisse primum invehere; at colligi non posse eumdem ritum in aliquibus Graecae communionis Ecclesiis antea non obtinuisse.

« II. At ritus ille, qui ibidem subiungitur *(Lequieni » verba sunt),* ut unguentum super altare depositum se» raphicis figuris duabus contegatur, quo significetur Chri» stum, qui unguento repraesentatur, perpetuo Seraphim » cantico, quod *Trisagion* seu *Tersanctum* dicitur, cele» brari; an non hoc etiam Cnaphaei et Severianorum men» tem et ingenium redolet, qui *Trisagia* cantica modo toti » Trinitati accinunt, modo soli Filio et Christo? » Duo animadverte in ritu, quem describit Areopagiticorum auctor: 1. Unguentum supra divinum altare positum, scraphicis figuris duabus, *seu duodecim alis obvelari:* 2. Concinere adstantes *illud divinitus afflatorum Prophetarum canticum afflationis.* Verba haec cum integro textu superius dedimus. Canticum istud, quod adstantes concinunt, ita declarat Scholiastes: « *Canticum.* Scilicet *Sanctus* vel *Alleluia.* » Sed hoc posterius, *Alleluia,* intellexisse auctorem Areopagiticorum, ipse sui interpres est loco citato num. 3, §. 12, ubi latius exponit, quae strictim proposuerat: *Porro,* inquiens, *melos illud sacrum Prophetarum divinitus afflatorum sciunt hi, qui hcbraice norunt, Dei laudem significare sive laudate Dominum.* Itaque canticum illud, quod in confectione sacri unguenti concinebant adstantes, nil aliud erat nisi *Alleluia;* quod latine perinde esse ac *laudate Deum* vel pueri norunt. Nulla ergo in his verbis *Trisagii* mentio. Neque te moveat (obviam praevenio ac depello difficultatem) chrismatis confectionem ad sanctam et magnam feriam quintam Hebdomadis sanctae reservatam esse; illudque canticum, *Alleluia,* minime Quadragesimae tempore decantari solitum. Olim enim liberum Episcopis fuisse, ut sacrum chrisma omni die conficerent, perspicue patet ex Concilio Toletano I quod aerae Christianae anno 400 celebratum est, canone xx, ubi haec habentur: *Episcopo sane certum est omni tempore licere chrisma conficere.* Quibus adde Goarii animadversionem in Notis ad Euchologium Graecorum: « In Officiis qua» dragesimalibus canticum, *Alleluia,* frequentare saepius et » iterare Graecos; eique decantando facilius indulgere, quo » tempus illud diuturniores divinas laudes requirere agno» scunt: ac idem quoque in mortuorum exequiis assumere. »

Dixerit Lequienus de *Trisagio* se loqui, quod seraphicae illae figurae duae, sacrum unguentum obtegentes, significent. Annuo lubentissime. Ipse auctor Areopagiticorum loco citato num. 3, §. 5 sic ait: In alis duodecim unguentum in altari positum obvelantibus significari *ordinem Seraphim,* qui *adstant lesu,* et *multum decantatam illam theologiam incessabili voce proclamant.* Voce illa, *theologiam,* adnotat Scholiastes intelligi Canticum *Sanctus, Sanctus, Sanctus.* Ecce Trisagion, quod etiam *theologiae* voce indicari docet Cyrillus Hierosolymitanus Catechesi xxiii, Mystagogica v, num. 4. « Mentionem etiam facimus » Seraphim, quae in Spiritu sancto vidit Hesaias thronum » Dei circumstantia, et duabus alis faciem tegentia duabus» que pedes, ac duabus volantia et dicentia: *Sanctus, » Sanctus, Sanctus Dominus Sabaoth.* Propterea traditam » nobis ab Seraphim *hanc theologiam* xecitamus, ut com-

» muni laudum modulatione cum superioribus mundo » exercitibus coniungamur. » Notas consule doctissimi Sammauraei editoris. Significent ergo figurae illae duae seraphicae Canticum *Trisagion,* quod in caelis perpetuo decantatur; quid inde extundas, quod mentem et ingenium redoleat Cnaphaei et Scverianorum, cum illud in liturgico officio antiqua omnis catholica Ecclesia adhibuerit?

At in eo contendit laudatus Lequienus pravam latere Severianorum mentem, quod *Trisagion* illud ad solum Filium lesum Christum, sacro unguento significatum, adplicetur. Ac sane Fulloni datum crimini fuit, quod ad ipsum solum Filium carmen illud redegerit, *Sanctus Deus, Sanctus Fortis, Sanctus Immortalis,* invecto additamento, *qui crucifixus es pro nobis.* Petavium lege libro V de Incarnatione, capite iv, § 4. Nolim ego subtiliores hoc loco quaestiones agitare. Pro certo illud habeo Areopagiticorum auctori mentem consiliumque non fuisse, ut *Trisagion* soli Christo adplicatum eo ritu intelligeretur. Quinimo Seraphim illi, *adstantes lesu,* concinere intelliguntur Trisagion sanctissimae Trinitati, lesum sanctificanti et oleo gratiae plenissime inungenti. Auctoris luculentissima accipe verba loco citato num. 3, § 1o: *Nequaquam igitur,* inquientis, *divinissimus caelestium essentiarum ordo ignorabat lesum divinissimum sanctificationis ergo descendisse: verum sciebat.... et ab ipsomet Patre Spirituque humano more sanctificatum.* Consonat Scholiastes : *Nam et lesus, qui ut Deus omnia sanctificat, ut homo etiam sanctificatus fuit a Patre et a semetipso, quia etiam Deus est, et a Spiritu sancto; scientibus quoque caelestibus ordinibus....* Eodem ritu hodieque utuntur Graeci, ut apud Goarium videre est: neque puto, quispiam dixerit, se conformare illos velle menti consilioque Petri Fullonis et Severianorum.

Caeterum ad illud quod attinet Trisagion, *Sanctus Deus, Sanctus Fortis, Sanctus et Immortalis,* cum additamento Petri Fullonis, *Qui crucifixus es pro nobis,* nec illud indicant Areopagiticorum auctoris verba; nec illud est, quod abs Seraphim in caelis decantari audiebat Isaias. Originem eius narrant ecclesiastici scriptores.

CAPUT XII.

Symbolum fidei non indicat auctor Areopagiticorum legi aut decantari solitum in Liturgia, quam describit. Unde praecipua cadit Lequieni coniectura de Arcopagiticis libris Petro Fulloni adseribendis.

I. Λ/Γorem legendi aut cantandi fidei Symbolum post IVlEvangelium, catechumenis et energumenis dimissis, in sacra liturgia, a Petro Fullone primitus invectum post secundam eius sedis Antiochenae invasionem anno 476 pro certo habent doctiores quique, qui de sacris ritibus agunt, fide et auctoritate innixi Theodori Lectoris. Verba eius cap. vni dedimus. Ritum istum satis indicari Lequienus contendit ab auctore Areopagiticorum capite iri de ecclesiastica Hierarchia num. 2, ubi haec habentur: *Sacrarum Scripturarum lectione finita, sacro ambitu cathccumeni arcentur, et cum iis energumeni et poenitentes.... Qui autem in ministrorum ordine primas tenent* (Diaconi) *una cum Sacerdotibus divino altari panem sacrumque calicem benedictionis imponunt, ab universa plenitudine Ecclesiae* (seu ab omni Ecclesiae coetu) *communi Hymnologia* (seu catholica laudatione, τη καθολικὴ υμνολογια) *praemissa.* Hanc laudationem catholicam intelligit vir doctissimus fidei Symbolum: quod etiam clarius indicatum putat ab eodem auctore num. 3, § 7, ubi latius theoriam mysterii exponit: *Hunc autem hymnum,* inquiente, *alii Laudis canticum, alii religionis Symbolum,* τη θρησκεία το συ'μβολον, *appellant.* Itaque auctor ille fuerit aut ipse Fullo aut quidam alius cius assecla.

His verbis Arcopagiticis indicari Symbolum fidei credidit etiam Hugo Menardus in Notis et Observationibus in librum Sacramentorum: « Fuit quidem, *inquiens,* illius » (Symboli) usus in Ecclesiis antiquorum graecorum, ut » constat ex s. Dyonisio capite in Hierarchiae eccles. cum » proferens diversas opiniones circa hymnum, qui in sa» eris Mysteriis cantatur, sic ait : *Hunc autem hymnum alii* » *Laudis canticum* (appellant), *alii religionis Symbolum,* » *alii, mea quidem sententia, divinius hierarchicam Eucharistiam.* » Quo tamen loco cum Symboli fidei usum in sacra liturgia referat Menardus ad Ecclesias *antiquorum graecorum,* idque probet *ex sancto Dionysio,* annon spectasse tempora videatur Petro Fullone anteriora?

II. Vidit hanc vero obiectionem Scholiastes, sive Maxiximus sive loannes Scythopolitanus, depcllitque duplici modo: « *Ab universa.* Quoniam, *inquiens,* etiam tum fidei » quoddam Symbolum praemittebatur; vel potius doctrina » ista, quam tum acceperant, seu fidei explanatio. » Haec habet ille ad num. 2, et ad num. 3, §. 7, sic ait: « *Generali.* Generale Laudis canticum dixit, vel quod ab omni» bus canitur vel pro universali quasi gratia offertur. *Hunc* » *autem hymnum.* Nota, ut hunc hymnum Symbolum et » professionem et gratiarum actionem appellet. * Quamdam fidei explanationem professionemque, quae symbolum vocari posset, ac etiam hymnus et laudis canticum dicebatur, editam ac decantatam ab omni Ecclesiae consessu, locum antiquitus in sacra liturgia habuisse animadvertit primo Scholiastes, quin inde tamen colligere liceat Areopagiticis allatis verbis indicatum esse Symbolum fidei sive Apostolicum, sive Nicaenum, sive Constantinopolitanum. Symboli Nicaeni usum, Theodoro Lectore teste, in Ecclesiam Antiochenam invexit Petrus Fullo, et in Ecclesiam Constantinopolitanam Timotheus Monophysita: erat vero ab hisce formulis longe diversa, quae describitur ab auctoctore Areopagiticorum, in officio liturgico adhibita confessio fidei, utpote quae *hymnologiae,* et *cantici Laudis,* et *hierarchicae Eucharistiae,* seu gratiarum actionis modum haberet; tametsi et *Symbolum religionis* vocaretur, propterea quod divina beneficia, quae fide credimus nobis a Deo in Redemptione collata, canebantur et laudabantur.

Ad rem hanc facit animadversio losephi Binghami, qui libro XV Originum ecclesiasticarum capite ni cum explanasset *maiorem gratiarum actionem,* quae in liturgia legitur, illam scilicet, quae hymnum seraphicum includit, *Sanctus, Sanctus, Sanctus Deus Sabaoth;* adnotat mentionem deinceps fieri in Constitutionibus Apostolicis cuiusdam specialioris actionis gratiarum pro divinis beneficiis in Redemptione per Christum acceptis. *Quod integrum Symbolum erat,* inquit, *quo Ecclesia tunc temporis in hoc officio utebatur. Nondum enim solemnis recitatio Symboli pars officii ecclesiastici erat, uti quidem in posterioribus saeculis; sed tantum istae doctrinae recitabantur, quae specialioris gratiarum actionis pro magnis Incarnationis ac Redemptionis mysteriis erant argumentum.* Locum affert ex Constitutionibus, itemque testimonia loannis Chrysostomi, Homilia xxiv in Epist. 1 ad Corinth, et Cypriani, Epistola cxiu edit. Oxon.

lamvcro ad alteram Scholiastis responsionem dilapsi sumus, quae potius est prioris allatae lucidior explanatio. Ipse namque Areopagiticorum auctor *catholicam illam hymnologiam,* quam post Evangelium decantatum, iussisque foras abire catechumenis et energumenis ct poenitentibus, totus Ecclesiae consessus concinebat, positam docet in commemoratione quadam beneficiorum Dei, Deique maxime benevolentiae in sacro Mysterio mox peragendo, cum laude supremi datoris et cum gratiarum actione pro donis datis. Eius accipe verba, quae habentur num. 3, §. 7: *Tum denique,* inquientis, *sancti sacrorum administri, spectatoresque studiosi* (ecce consessum Ecclesiae omnem) *sacratissimam hostiam* (quae nempe parabatur in altari immolanda) *contuentes, catholica hymnologia* (seu generali laudatione) *concelebrant beneficum munificumque principium, a quo salutaria nobis exhibita sunt sacramenta, quae sacrosanctam illam initiatorum* (baptizatorum) *consumant deificationeni.* Quis indicari his verbis dixerit Symbolum fidei seu formulam illam aut Apostolorum, aut Nicaenam, aut Constantinopolitanam, quam recitantes aut legentes fidei nostrae suprema capita profitemur? Pergit auctor: *Hunc autem hymnum alii Laudis canticum, alii religionis Symbolum appellant; alii denique, mea quidem sententia, divinius hierarchicam Eucharistiam, sive Sacro-principalem gratiarum actionem ; ut quae divinitus ad nos dima-*

nantia sacra dona complectitur. Hymnus iste dicebatur *Laudis canticum,* quo sacri ministri et fideles supremum datorem bonorum omnium canendo laudabant: verum etiam gratias agebant pro sacris donis ad nos dimanantibus, unde et *Sacro-principalis gratiarum actio* vocabatur. Ab aliquibus item *Symbolum religionis* dictum fuit; ubi dignum est animadversione, *Symbolum* dici non *fidei,* sed *religionis:* nec enim simplex erat fidei professio; sed Christianae religionis mysteria, Deo laudes effundendo, eique gratias pro collatis donis agendo, commemorabant fideles. Diciturque demum *catholica hymnologia,* propterea quod universus Ecclesiae coetus hymnum illum decantabat.

Nihil est ergo, quod formulam illam, quam *Symbolum fidei* vocamus, indicet. Mirum foret, tot nominibus insignitam illam fuisse, quae Patres alii ecclesiasticique scriptores numquam usurparunt, neque ipse Areopagiticorum auctor alio in loco, ubi de Symbolo fidei Apostolorum agit. Porro Symbolum sive Apostolorum, sive Nicaenum, sive Constantinopolitanum a graecis Patribus dictum legimus ττιστιν, et εκδοσιν, et ορο , et πίστεω , et κανὼνα, et ἁγιον ρ.ὰ-Οημα, et γράμμα, et γραφὴν: nullibi *hymnum,* aut *hymnologiam,* aut *canticum laudis,* aut *gratiarum actionem.* Ipse auctor Areopagiticorum capite n de ecclesiast. Hierarchia num. 2, §. 6 de Symbolo fidei loquens, quod initiandi baptismo edebant ac profitebantur, vocat illud θεοπαραδότου ἱερολογια , *sacra a Deo tradita eloquia.* Quod argumento demum est, nihil esse in eo loco Areopagitico, quod Symbolum fidei indicet, quodve spectet ad ritum in officio liturgico invectum a Petro Fullone.

CAPUT XIII.

Symbolum simplex Nicaenum fecit sacrae liturgiae partem Petrus Fullo. Symbolum Constantinopolitanum Orthodoxi adhibuerunt: isque ritus in Occidente serius multo receptus. Ritus huiusmodi non exponit nec indicat auctor Areopagiticorum. Hinc vitam egit ille ante eiusdem novi ritus tempora.

I. ^/Tondum satis. Invectum a Fullone ritum penitius in-1N trOspicere praestat, ut liquido demum pateat, nihil esse in Areopagiticis dictis, quod mentem ac ingenium Petri Fullonis ac Severianorum redoleat. Illum verissime declarat christianus Lupus in Dissertatione de Symbolo Apostolico et Nicaeno capite vi: *Tertio discimus,* inquiens, *quod Nicaenum Symbolum solemniter cantari ad omnem liturgiam, primus in Antiochena Ecclesia ac Dioecesi iusserit foedus Eutychianista Petrus Fullo. Quarto, quod eumdem ritum in Constantinopolitanam Ecclesiam ac Dioecesim invexerit eiusdem Patriarcha Timotheus.* Iam tene, ritum illum a Fullone in Ecclesiam Antiochenam, a Timotheo in Constantinopolitanam, Eutychianistis hominibus invectum, in sola Symboli decantatione positum non esse, sed in usu Symboli Nicaeni, reiecto Constantinopolitano.

Cur ita? Animadverte formulam fidei, quam in Concilio Nicaeno adversus Arium trecenti decem et octo Patres condiderunt, quibusdam postea auctam fuisse additamentis, vel maioris explicationis gratia, vel novae ut haereses claris verbis confoderentur. Nicaenum quidem Symbolum his verbis desinit: *Qui propter nostram salutem incarnatus est, et inter homines versatus: qui passus est, et resurrexit tertia die: ascendit ad Patrem, et iterum venturus est cum gloria, ut vivos indicet ac mortuos: credimus etiam in Spiritum sanctum.* Ita vero se habent Symboli Constantinopolitani additamenta : *Qui propter nos homines, et nostram salutem descendit de caelis: et incarnatus est de Spiritu sancto ex Maria Virgine, et homo factus est: crucifixus etiam pro nobis sub Pontio Pilato, passus et sepultus est* etc.

Utrumque Symbolum in Synodo Calchedonensi, quod habitum fuit adversus Eutychem et asseclas, publica orthodoxorum adclamatione ac Patrum decreto confirmatum; utrumque Actione II recitatum: ac primo his adclamatum Nicaeno verbis : *Haec catholicorum fides, huic omnes credimus, in hac baptfati sumus, in hac baptizamus ;* tura pariter Constantinopolitano : *Haec omnium fides, haec orthodoxorum fides, sic omnes credimus.* In definitione demum fidei, quae habetur Actione V,ita pro utroque decretum latum legitur: *Communi iudicio dogmata expellentes erroris, et inerrabilem Patrum renovavimus fidem, Symbolum trecentorum decem et octo omnibus praedicantes: et eos, qui hanc veluti tesseram pietatis acceperunt, ut proprios Patres etiam adseribimus; eos nimirum, qui postea in magna Constantinopoli congregati sunt centum quinquaginta, et eamdem fidem ipsi quoque confirmaverunt. Decernimus igitur... praefulgere quidem rectae et immaculatae fidei expositionem sanctorum et beatissimorum 3i8 Patrum, qui in Nicaea temporibus piae memoriae Constantini Imperatoris congregati sunt: servari autem et ea, quae apud Constantinopolim a sanctissimis i5o Patribus decreta sunt, ad expellendas quidem haereses quae eo tempore germinaverant, et ad confirmationem eiusdem catholicae et apostolicae nostrae fidei.* Hinc vero factum, ut Orientales orthodoxae Ecclesiae, singularibus fidei formulis praetermissis, quibus utebantur pro libertate, quae tunc obtinebat, paullatim Symbolum Constantinopolitanum adhibere coeperint in baptismatis collatione, illudque constantissime retinuerint hodieque retineant; idemque Symbolum nihilominus in ecclesiasticis monumentis appellatum fuerit Nicaenum, cum revera sit ipsum Nicaenum aliquibus additamentis auctum.

At haec additamenta, quae in Symbolo Constantinopolitano habentur, pertinacissime reficiebat Eutyches: adhaerebatque soli ac simplici Nicaeno, quo divinae sacramentum Incarnationis non ita perspicue, ut in Constantinopolitano, explanatum fuerat. Apertissime rem produnt acta Synodi Oecumenicae Calchedonensis. Actione 1 libellus refertur confessionis Eutychetis, in quo Symbolum Nicaenum continebatur cum his verbis ad Incarnationis mysterium attinentibus : *Qui propter nos homines et propter nostram salutem descendit, et incarnatus est, et homo factus est, passus, et resurrexit tertia die* etc. Tum sic addit Eutyches : *Sic ab initio,* inquiens, *a progenitoribus meis accipiens, credidi, et credo... Et in hacfide baptizatus, signatus sum, et usque hodie vixi... Eum, qui praeter istam addiderit aliquid, aut minuerit aut docuerit, damnationibus... subiacere.* Pravam haeretici hominis mentem statim patefecit Diogenes Episcopus Cyzici. Haec ille reposuit: *Dolose,* inquiens, *praeposuit* (Eutyches) *Synodum sanctorum Patrum, quae in Nicaea facta est. Accepit namque additamenta a sanctis Patribus* (Nicaenis ad Symbolum Apostolorum facta) *propter perversum intellectum Apollinaris, et Valentini, et Macedonii, et qui eis similes sunt* (quibus Eutiches animo adhaerescebat). *Et additum est in Symbolo sanctorum Patrum* (nempe Constantinopolitano): *Qui descendit, et incarnatus est de Spiritu sancto ex Maria Virgine. Hoc namque praetermisit Eutyches, sicut Apollinarista. Nam etiam Apollinaris suscipit sanctam Synodum, quae in Nicaea facta est, secundum propriam perversitatem intelligens verba. Effugit, de Spiritu sancto et Maria Virgine, ut ne omnino unionem carnis confiteretur. Etenim sancti Patres, qui in Nicaea convenerunt, quod Incarnatus est, dixerunt. Sancti autem Patres, qui post ipsos fuerunt* (Constantinopoli congregati in Synodo) *explanaverunt dicentes: De Spiritu sancto, et ex Maria Virgine.* Haec Cyziceni Episcopi verba insuper habentes Episcopi quidam Aegyptii, qui Eutychetis ac Dioscori Alexandrini Antistitis, Eutycheti patrocinium impendentis, partibus adhaerebant, adiectiones Nicaeno Symbolo factas reficere perrexerunt : *Nemo,* inquientes, *suscipit adiectionem, nemo diminutionem : quae in Nicaea constituta sunt, teneant.* Ac rursum: *Adiectionem nullus suscipit: teneant, quae Patrum sunt: teneant, quae in Nicaea constituta sunt.*

Satis iam patet solemne Eutychianis fuisse, ut Constantinopolitanum Symbolum sugillarent ac reficerent, solumque Nicaenum profiterentur. Hoc idem consilium Monophysitis Petro Fulloni Episcopo Antiocheno, et Timotheo Episcopo Constantinopolitano insederat: eodemque pravo inducti consilio partem liturgiae divinae fecerunt Symbolum, non Constantinopolitanum, quod reficiebant; sed Nicaenum, quo abutebantur. Refert ergo Theodorus Lector libro II Petrum Cnaphaeum *(cum rursus Episcopatum re-*

cuperasset Antiochenum) *excogitasse ut in singulis collectis Symbolum diceretur.* Quod Nicaenum fuisse haec alia eius verba evincunt: *Timotheus* (Episcopus Constantinopolitanus) *Symbolum fidei trecentorum et octodecim Patrum in singulis collectis recitari praecepit, in odium scilicet Macedonii, quasi ille non susciperet id Symbolum.* Secundam Cnaphaei irruptionem in sedem Antiochenam ad annum 476 pertinere docent Lcquienus in Oriente christiano, Continuatores Bollandi tomo IV iulii, Antonius Pagius. Macedonio huius nominis secundo anno 511 in exilium pulso, Monophysita Timotheus suffectus est in sedem Constantinopolitanam rexitque Ecclesiam illam septem annos. Invecti novi ritus auctor fuit in Antiochena Ecclesia Petrus Fullo seu Cnaphaeus: ipsumque imitari in Ecclesia Constantinopoleos Timotheo placuit.

Verba illa, *in odium scilicet Macedonii,* expendens Natalis Alexander, sibi colligere videtur, agi eo loco de Symbolo Constantinopolitano, tametsi dicatur illud *trecentorum et octodecim Patrum:* Macedonium scilicet intelligens, Spiritus sancti divinitatis hostem, in Synodo Constantinopolitana Oecumenica II damnatum. Ita ille saeculo IV, dissertatione xxxvn, art. 1 in fine. Fallitur vir doctus. Macedonius est, non primus, Spiritus sancti hostis, sed huius nominis II immediatus ipsius Timothei antecessor, catholicae fidei in Synodo Calchedonensi constitutae professione clarus. Hanc ob causam ab Anastasio Imperatore in exilium anno 511 pulso, ipse Timotheus haereticus et Synodi Calchcdonensis impugnator suffectus fuit. Plura pessimus homo egit, Theodoro Lectore teste, contra ipsum Macedonium: ac inter alia *Symbolum fidei trecentorum et octodecim Patrum* (Nicaenum) *in singulis collectis recitari praecepit, in odium scilicet Macedonii* (praecessoris) *quasi ille non susciperet id Symbolum* (nempe Nicaenum).

II. Ritui porro, quem pravo consilio invexerant haeretici Monophysitae, ritum opposuerunt orthodoxi, quo palam coramque in sacra liturgia rectam ct catholicam Incarnationis Dominicae fidem profiterentur, Symbolo Constantinopolitano, quod reficiebant illi, adhibito. Praesto est ecclesiasticum monumentum, quod ad annum 518 pertinet, quo maxime constat, iam tum in usu fuisse apud orthodoxos, ut in divina liturgia Symbolum fidei legeretur aut decantaretur. Inter acta Synodi Constantinopolitanae, anno 536 sub Menna celebratae, libellus recensetur inscriptus: *Quomodo praedicatae* (seu promulgatae) *sint Synodi.* Ad aliud Concilium spectat Constantinopoli anno 518 habitum, lustino Seniore catholico regnante post Anastasium Imperatorem Calchcdonensis Concilii hostem. Eius initium est: *Introitu facto secundum consuetudinem in sanctissima magna Ecclesia nostra, die Dominica i5 praesentis mensis iulii, indictione* xi *a domino sanctissimo Archiepiscopo et Oecumenico Patriarcha loanne* etc. Annum 518 indicat undecima indictio: quo loannes II cognomento Cappadox die 17 mensis aprilis in sedem Constantinopolitanam Timotheo Monophysitae memorato suffectus fuit. Insignitus annus erat littera dominicali G, qua constat Dominicam incidisse in diem i5 mensis iulii. Prope finem libelli haec habentur verba iuxta versionem ab Henrico Valesio emendatam in notis ad.Evagrium libro IV, cap. xi: *Et post lectionem sancti Evangelii, cum Missa ex more celebraretur, et clausis ianuis, et sacro Symbolo* (του ἁγίου ρ-αΟηματο) *ex more recitato* (κατὰ το συνηΟε) *ubi ventum est ad Dypticha* etc. Perspicue patet Symbolum fidei in liturgia iam anno 518 *ex more* lectum recitatumque ab orthodoxis fuisse.

At illud erat Symbolum Constantinopolitanum. Extant loco citato epistolae eiusdem Synodi Constantinopolitanae anno 518 celebratae ad ipsum loannem nuperum Patriarcham, in quibus haec habentur: *Tertium capitulum in petitione continebatur, ut pro maiori Scripturarum auctoramento sancta ct magna Synodus 3i8 Patrum congregatorum in Nicaea, qui sanctum Symbolum fidei definierunt, et exclamaverunt: In quo baptfati sumus et baptizamus: et quae in Constantinopoli sub Nectario sanctae memoriae congregata est, et praedictum sanctum Symbolum 3i8 Patrum confirmavit, ponantur in sacris Dyptichis* etc. Ubi Symbolum illud fidei, quod Nicaena Synodus definivit confirmavitque Synodus Constantinopolitana, non aliud est nisi Constantinopolitanum seu Nicaenum cum additamentis. Paria leguntur verba ibidem in epistolis monachorum et loannis Hierosolymitani ad eumdem loannem Patriarcham.

Accedit luculentissima confirmatio ex Chronico Abbatis Biclarensis Lusitani, qui saeculo sexto florebat didicitque litteras Constantinopoli. Chronicon illud, quod ab anno 566 perducitur ad annum 590 vulgavit Henricus Canisius. Locus est, luxatus quidem, sed ab Henrico Valesio ad sua tempora redactus, qui rem mirifice confirmat. Nempe ait Biclarensis: *Romanorum* (Imperatorum) *LIII lustinus lunior annis undecim. Qui lustinus anno primo regni sui* (anno Christi 566) *ea, quae contra Synodum Calchedonensem fuerant commenta, destruxit: Symbolumque sanctorum i5o Patrum Constantinopoli congregatorum et in Synodo Calchedonensi laudabiliter receptum, in omni Ecclesia Catholica a populo concinendum intromisit, priusquam Dominica dicatur oratio.* Quae nempe lustino Seniori conveniunt, factaque fuerunt anno 518 deceptus Biclarensis tribuit lustino luniori, redigitque ad annum 566. Ita Henricus Valesius in Notis ad caput iv libri V Evagrii. Quo loco refert ipse Evagrius, ab lustino luniore transmissum fuisse anno primo Imperii, Christi 566, edictum *ad omnes qui ubique sunt Christianos: cui omnes quidem consensum suum accommodarunt, rectam in eo fidem ac doctrinam promulgatam esse dicentes; nullum tamen ex membris Ecclesiae, quae discissa fuerant, ad pristinam rediit unitatem; propterea quod disertis verbis edixerat Imperator, ut firmus atque immotus Ecclesiarum status imposterum servaretur, sicut antea servatus fuerat.* Nempe satis fuit lustino luniori orthodoxam edicto suo exposuisse fidem; deque Eutychiano et Nestoriano dogmate disputationes imposterum vetasse, ita ut unicuique de hisce rebus pro suo sentire arbitrio liceret. *Ex hoc itaque edicto colligitur* (verba sunt Valesii) *nullam utilitatem consecutam esse, ut. recte scribit Evagrius. Male igitur loannes Biclarensis in Chronico lustino luniori ea tribuit, quae Seniori lustino potius conveniebant.* Is fuit ergo, qui anno 518 ut ea destrueret, quae contra Synodum Calchcdosem peracta fuerant, Symbolum fidei Constantinopolitanum, quod ipsa Calchcdonensis Synodus laudabiliter acceperat, quodve reficiebant Eutychiani, decantandum in sacra liturgia praecepit *in omni Ecclesia Catholica,* cum aliquae iam illud adhibere coepissent, postquam Petrus Fullo anno 476 concinendum prava mente invexit Symbolum Nicaenum. Concinendum illud vero iussit, si Biclarensi credimus, *ante Orationem Dominicam:* quod utique postea praestitum novimus in Ecclesiis Hispaniae, non alibi.

Sero in Occidente ritus idem receptus. In collatione baptismatis tradere Symbolum, quod Apostolorum dicitur, perrexerunt latinae Ecclesiae: ipsumque Symbolum Constantinopolitanum ut divinae liturgiac pars esset, Hispani Patres in Concilio Toletano III, quod anno 589 sub Recaredo Rege adversus grassantem Arianam impietatem celebratum est, primi decreverunt capite 11: *Ut pro reverentia sanctissimae fidei,* inquientes, *et propter corroborandas hominum invalidas mentes, consultu piissimi et gloriosissimi domini nostri Recarcdi Regis... per omnes Ecclesias Hispaniae vel Gallaeciae, secundum formam Orientalium Ecclesiarum, Concilii Constantinopolitani, hoc est i5o Episcoporum, Symbolum fidei recitetur: ut priusquam Dominica dicatur oratio, voce clara a populo decantetur.* Sacculo nono mos idem vigebat in Galliis. Valafridus Strabo in libro dc Rebus ecclesiasticis capitexxn ait: *Apud Gallos et Germanos post deiectionem Felicis haeretici, sub gloriosissimo Carolo Francorum Rectore damnati* (anno 792 in Synodo Ratisponensi et anno 794 in Francfordicnsi) *idem Symbolum latius et crebrius in Missarum coepit Officiis iterari.* Satis indicant haec verba (animadvertente Edmundo Martcne libro 1 de antiquis Ecclesiae Ritibus capite tv art. v) iam antea Symbolum in Missis recitatum fuisse; sed non ita latius et crebrius ac post damnatum Felicem. Saeculo demum undecimo, eumdem in Ecclesia Romana, Henrici

Imperatoris temporibus, admissum ritum, plcrique arbitrantur: sed toto etiam saeculo nono dictum lectumque, licet non decantatum, apud Romanos Symbolum, contendit laudatus Martene loco citato, ubi scriptorum, qui adversari videntur, testimonia declarat et conciliat. Quam viri doctissimi sententiam non adprobaverim ego.

III. lamvero ritum huiusmodi nullum, quem diligenter exposuimus, indicant Areopagitica verba ab Lequieno opposita, sive prava mente a Petro Fullone et Monophysitis, sive catholico consilio ab Orthodoxis invectum. Nulla Symboli Nicaeni, nulla Constantinopolitani mentio, quod in sacra liturgia decantaretur. Una proponitur *hymnologia,* quam totus Ecclesiae consessus post Evangelium, catechumenis et energumenis et poenitentibus pulsis, cum hostia in altari immolanda parabatur, concineret. Quae nempe hymnologia complectebatur tum laudem supremi Numinis, a quo bona cuncta procedunt, tum pro donis datis gratiarum actionem. Hinc vero colligi potest auctorem Areopagiticorum, qui inter partes liturgicas nullam Symboli fidei mentionem ingerit, vitam egisse ante ritum huiusmodi invectum anno 476.

_ CAPUT XIV.

Primus Areopagiticorum locus a Lequieno obiectus ex libro de Divinis Nominibus. Prava dogmata Monophysitica explanantur. Cum bis non consonat, immo illis adversatur praedictus locus, quo divinae naturae integritas et humanae exaltatio in Christo declaratur: Scholiastis et s. Thomae commentarii.

I. Cummam disputationis iam attigimus. Pravis Eutychia-Onorum dogmatibus opera Areopagitica scatere, contendit Lequienus. Id ad examen vocandum est. Locum profert ille, qui capite π de Divinis Nominibus §. 10 legitur sub nomine s. Hierothei: in quo *Dominus lesus* dicitur υπερφυέ καὶ υπερούσιον, *quod supernaturale et supersubstantiale est, quando factus fuit homo, servasse; non solum quatenus nostra participavit sine alteratione et confusione, nihil ex inesplicabili sua inanitione quoad immensam plenitudinem suam perpessus: sed (quod omnium novorum perquam novum est) in nostris naturalibus supernaturalis erat et in iis quae substantiae sunt supersubstantialis, quoad omnia nostra supra nos eximie supereminens.* « Ut huius loci sensus visque percipiatur *(Lequieni verba » sunt Dissert.* II *Damascen. n. i5),* attinet observare, vocibus » υπερούσιο et υπερφυή apud istum auctorem non signi» ficari eximium quemdam statum, qui tamen naturae crea» tae terminos ex toto non excedat; sed divinam omnem » praecellentiam, quae ab omni creatae substantiae quan» talibet perfectione infinite discrepet. lamvero si Dominus » lesus supematuralem, supersustantialemque statum suum » servavit, non solum quatenus cum Deus esset, sine sui » demutatione et confusione nostrarum rerum particeps » fuit; sed etiam quatenus humana nostra, seu nostrae » substantiae ac naturae propria, supernatural! supersub» stantialique ratione gessit et habuit: quid aliud restat, » nisi Christum divine humana quaeque nostra gessisse; » eiusque adeo humanitatem ad divinitatis naturam perti» nuisse velut eius appendicem? qui quidem purus putus » Monophysitarum error fuit. »

II. Reponenda plura sunt. Ac primo Monophysitica commenta, non una, sed alia et alia ratione efferebant Heterodox! ipsi homines, ac intellexisse videntur Patres, qui in illo negotio versati sunt, s. Leo Papa, Patres Calchedonenses, Theodoretus aliique plures. Paucis ea Damascenus libro III de Fide orthodoxa, capite n complectitur: *Unitus,* inquiens, Filius Dei naturae humanae perfectae ac integrae *secundum hypostasim absque confusione, aut mutatione, aut divisione: ita ut nec divinitatis suae naturam in carnis substantiam mutaverit, nec substantiam carnis suae in naturam suae divinitatis; nec ex divina sua natura et quam assumpsit humana natura, unam confecerit naturam* (sive confusam, ex divina scilicet et humana simul commixtis coalescentem; sive ex duabus illis integris quidem manentibus, sed veluti imperfectis incompletisque partibus compositam). Tres vel quatuor huiusmodi insani ac pestiferi erroris explicandi modos passim afferunt Patres. Nihil vero simile in Areopagiticis allatis verbis nihilque prorsus in opere toto: immo dicitur Filius Dei *nostra participavisse sine alteratione et confusione; nihil ex inexplicabili sua inanitione quoad immensam plenitudinem suam perpessus.* Quae Scholiastes expendens ait: «Observa » itaque, neminem tam divine loqui contra Nestorianos » et Acephalos (seu Monophysitas) et Phantasiastas. » Adhuc plura, eaque solidissima, dabimus infra.

At fuerint Monophysitarum aliqui vel plerique, qui impium ac impossibile unius Christi naturae commentum praedictis modis expositum reficientes, novum addiderint, ne ita insani viderentur: quod nempe verbis citatis indicat Lequienus, ac superius *(n.14)* ex doctissimo Combefisio ita repraesentaverat: Ut unam dixerint Eutychiani naturam, non « quasi caro sive humanitas... Christo defuerit, vel per mu» tationem sive conversionem, vel per absorptionem aut de» perditionem;» (nequeut divinitas conversa intelligi debeat in carnem, aut in unam tertiam naturam differentem per commixtionem adunata, aut veluti demum pars imperfecta compositam quamdam simul cum carne conficiens); « sed ut natura divina sola proprie natura sit et dicatur, » quae primas in Incarnatione partes habeat, non humana, » quae secundas tantum: illa, inquam, quae aliam habeat, » non quae habeatur et superioris habentis sit, tanquam » illius videlicet appendix, eique pene immersa.» Qui tamen error, inquio ego, ut magis innotescat, satis non est dicere naturam divinam in Christo principalem esse et humanam veluti appendicem, illamque habere et istam haberi. Hae videntur innoxiae locutiones, ni aliquid aliud addatur. Dixerat namque Vigilius Tapsensis libro IV contra Eutychem num. 4: *Quia ergo non est idipsum haberi et habere; Verbum quippe habet, habetur autem caro: perspicue et liquido comprobatur Christum utriusque esse naturae, unius vero personae.* Quo loco ex illa distinctione *habentis et habiti* dogma colligit Vigilius Eutychianis adversum. Quamquam et illud animadvertendum est, quod docet s. Thomas in Opusculo contra Graecos et Armenos capite vi, non tam esse divinam naturam, quae habeat humanam, quam potius personam Verbi esse illam, quae vere ac proprie naturam humanam habet; nihilominus vero *propter rei identitatem,* ut ait ille Opusculo I, capite rv, cum natura divina non distinguatur a persona, dici recto sensu posse naturam divinam habere humanam. Ea recole quae latiore sermone versavimus capite ix, ubi Cyrilli sententiam expendimus de *una natura Verbi incarnata.*

Hinc merito Dionysius Pctavius libro IV de Incarnatione, capite vm, num. 4 colligit, primarium in Incarnatione locum obtinere divinitatem, ad quam humanitas, velut appendicis ct accidentis instar est ad substantiam. Id ante luculentissime docuerat Doctor Angelicus Opusculo II capite ccxi, ubi reiecta compositione ex natura divina ct ex humana velut ex partibus, non aliud inquit huiusce compositionis in Christo *exemplum posse in creaturis inveniri,* nisi quod suppeditat subiecti et accidentis unio: *quae non sic uniuntur, ut ex eis aliquod tertium constituatur; unde subiectum in tali unione non se habet ut pars, sed est integrum quoddam, quod est persona, hypostasis et suppositum; accidens vero trahitur ad personalitatem subiecti, ut sit persona eadem hominis et albi.* Neque tamen quispiam colligat naturam humanam accidentis more ad personam divinam adhaerescere, ac unionem duplicis naturae in Christo accidentalem dici debere: humana quippe natura est vera substantia, eademque ad subsistentiam Verbi divini tracta constituit personam Christi, quae non est distincta a persona Verbi pariter subsistente in natura divina. Theologos consule, qui haec omnia late pertractant.

Haereticum sensum si velit Lequienus locutionibus illis, quas adhibet cum Combefisio, efferri, addat oportet quae postea refert ipse (ib. n.xiv) ex Timotheo Aeluro, qui in lucubratione, qua Leonis Magni ad Flavianum epistolam vellicabat, pronunciare non dubitavit: « Humanitatem Christi omni » actione propria caruisse; nec operationes alias, nisi divinas, » per eam exsertas esse; atque adeo quae humanitatis ope» rationes censebantur, πχθη passiones potius et meras exse-

curiones, πράξει , esse nuncupandas. » Quo commento admisso sponte fluit, quod idem Aelurus contendebat: *Solam divinitatem esse Christi naturam, etsi incarnatam :* se nimirum carne vel humanitate habente instar appendicis adjunctae, vel instar instrumenti, per quod divinae exsererentur operationes. Quo pariter admisso commento et illud intelligi potest quod effutiebant: per Incarnationem humanitatem totam ad Deitatis naturam pertinuisse, sed sine ulla tamen permixtione, vel absorptione, vel conversione: nec enim humanitas deperdebatur, sed salva consistebat, propria tamen operatione spoliata ac divinae naturae effecta instrumentum. Eutychianum hunc sensum confirmat Petavius libro VIII de Incarnatione, capite vi enarrans dogma Monothelitarum, qui sicuti unam Christi operationem esse putabant, ita unam eius naturam fateri cogebantur. « Christi humanitatem ab divinitate Verbi actam *(ait ille » num. 5)* et impulsam ac gubernatam fuisse, inter Ortho» doxos convenit... Verum hoc eo fine Monothelitae pro» ferebant, ut nonnisi una amborum esset ἐνε'ργειχ, eaque » ex toto divina; quae manans ab divinitate, trajiceretur » in animam et carnem, ab quibus tantummodo recipe» retur, nulla autem efficeretur ex parte. Siquidem ani» mam illi censebant nullis in Christo facultatibus instru» ctam esse, neque spiritalibus, neque sentienti ac vege» tanti parti congruentibus, sed solam inesse substantiam; » δὔνχιχιν vero et potentiam, ac consequentem ex ea ἐνε'ρ» γειχν in solidum divinitatis esse. Sicut malleus ab ar» tifice ad opus adhibitus et impulsus, nullam ex sese » motionem confert: sed hanc totam ab movente rece» ptam, tamquam alienam in opus refundit. » Et infra num. 6: « Duo sunt in ipsa *(corporis)* perpessione consideran» da : alterum motio ipsa et agitatio carnis, aut divisio vel » contusio et huiusmodi alia: alterum doloris perceptio, » quam scholae... *sensationem* nominant. Horum prius sola » caro per sese patiebatur, utpote materia et quantitate natura » sua constans: posterius ex vi et sentiendi facultate profici» scebatur, non humana vel creata, sed divina, quae carni se » accommodans, idem in carne Christi faciebat, quod in » carne communium hominum anima rationalis. » Itaque *(ut numero superiore concludit ille)* « quidquid vitale ac vegetum » et spirans inessct homini Christo, atque omnis eius actio » et impulsio, qua vel seipsam in caeteris Adami posteris » movet anima, vel subiectam sibi carnem agit et excitat, » non ab ulla creata potentia et facultate fluebat, sed ab » ipsamet divinitatis substantia, quae naturales animae fa» cultates altiori et extraordinaria virtute supplebat, ct con» sentaneas humanae substantiae operationes exprimebat. » Haec ille, quae et Lequienus adprobat in Notis ad hacresim Monothelitarum. Hinc demum perspicue ratio patet, ob quam Monothelitas et Euthychianos Orthodoxi Patres appellarent Apollinaristas : hi namque anima vel mente mutilabant humanitatem Christi; illi propria energia ac omni facultate vitali spoliabant eam, id omne munus in divinitatem reficientes.

III. An ergo tam impium dogma tradiderit allato loco auctor Areopagiticorum ? Age, locum ipsum diligentius expendamus. Praetermissa a Lequieno verba primum affero, lesu Christi divinitatem extollit, quae *ineffabilis est et inexplicabilis, supra sensum, supra vitam, supra substantiam: supernaturaliter habet supernaturalitatem et supersubstantialiter substantiam excedit.* Quos loquendi modos passim toto opere usurpat auctor; non tam substantiam dici debere Deum, quam supra substantiam, frequentius animadvertens, neque naturam, sed supra naturam. · Pergit ille: ex humani generis amore, inquiens, εω φὐσεω , *ad naturam se demisit;* xxl χληΟώ ουσιώθη, *et vere substantiate est;* xxl χνηρ ὁ ὑπε'ρΟεο ἐχρηριχτισεν *et homo (qui supremus Deus erat) nuncupatus est.* Catholicam fidem haec verba exprimunt; neque verbulum est, quod varia Eutychiana dogmata redoleat. Id etiam aevo suo observatum a Scholiaste: « *Usque ad naturam*. Vides quomodo » dicat, quoniam etiam *ad naturam* venit (naturam scilicet » nostram intcllige): ct naturam non recte de Deo dici » (Deus quippe supra naturam est). Eccc enim quomodo » dicat, quoniam usque *ad naturam* descendit, idest eo » usque vilitatis, atque eius quod ipse non habebat, per» venit. Ubi nota significantiam verborum. »

An ita vero descenderit ad naturam nostri generis, ut haec in adsumptione conditionem proprii generis amiserit, actione propria spoliata et effecta instrumentum, per quod quidquid energiae et actionis erat in Christo Domino una Deitas operaretur? Ita nonnullos Eutychianos contendisse dictum est; ac ita sequentibus verbis voluisse Areopagiticorum auctorem arbitratur Lequienus. Iam verba, quae sequuntur, profero et expendo. *Etsi in istis* (in natura scilicet nostra, nostraque substantia adsumptis) *habeat quod supra naturam et supra substantiam est.* Quod bifariam ostenditur. Ac primo quia divinitas, quam paullo superius vocandam docuerat *supra naturam et supra substantiam,* salva consistit in Incarnatione; unde ait: *Non solum quia immutabiliter et sine confusione nobis sese communicavit, nihil in exuberanti sua plenitudine ex ineffabili exinanitione perpessus.* Ac deinde quia *verum etiam (quod omnium novorum novissimum) in naturalibus nostris supernaturalis erat et in substantialibus supersubstantialis, omnia nostra ex nobis et supra nos excellenter habens.* Si Monophysitica haec verba sint, sensum edant oportet, naturam nostram et substantiam nostram in Christo propria caruisse actione; nec operationes alias, nisi quae divinitatis erant, per humanitatem eius exsertas esse. Sed hunc sensum convellit auctor, qui diserte docet: Deum, seu Dei Filium in Incarnatione *vere substantiatum esse,* et insuper *habere omnia nostra ex nobis,* naturam scilicet ipsam et naturae proprietates ct actiones; sed haec omnia tamen ab illo haberi *supra nos,* idest *excellenter,* seu excellenti modo. Quam sine dubio excellentiam plura declarant in Christo Domino notissima: 1. Quia natura humana Verbi divini personali proprietate subsistit; 2. Quia operationum, quas Christus exserebat, principium erat Persona divina, seu Verbum divinum in ipsa subsistens natura humana; 3. Quod ipsa natura humana auctore et moderatore Deo ita gubernabatur, nihil ut sine ipsius nutu prorsus ageret; 4. Denique quod multiplici ac sublimi dono gratiae insignitus fuerat homo Christus, veluti ortus ex Virgine, impeccabilitatis ac miracula patrandi facultatis: quae omnia novissima sunt, soli Christo conveniunt; ac sane mirabilia quis non agnoscat, non adoret? Haec vero sunt illa, quae pervio ac plano et catholico sensu ostendunt in ipsis naturalibus et substantialibus nostris per Incarnationem adsumptis maxime elucere divinitatis *supernaturalitatem et supersubstantialitatem*.

Haec illustrat omnia Petavius libro VIII de Incarnatione, capite x et xn. Haec eadem antea enarraverat Scholiastes, quem consule. Non alium vidit sensum perspicacissima Angelici Praeceptoris mens. Ait enim lectione v: « Quamvis » enim acceperit propria nostrae naturae, tamen in ipsis » rebus *humanis* habuit *supernaturale et supersubstantiale:* » idest uno modo, inquantum communicavit nobis, assu» mens nostram naturam absque variatione divinae naturae » et absque commixtione ipsius et confusione ad huma» nam naturam; ita quod per exinanitionem ineffabilem, de » qua Apostolus loquitur Philipp. 11, *Nihil passus est ad » superplenum ipsius,* idest nihil diminutum est de plenitudine suae Deitatis: non enim dicitur exinanitus per diminutionem Deitatis, sed per assumptionem nostrae naturae deficientis. Alio modo quia *(quod est inter omnia » nova magis novum* et mirabile) ipse erat *in naturalibus » nostris supernaturaliter* et *in substantialibus nostris su» persubstantialiter, omnia* humana quae *ex nobis* accepit, » *supra nos habens:* quia caro eius maioris virtutis est et » dignitatis quam alterius ct anima cius dignior omni anima » ct actus cius ct operationes fuerunt unificae *(vivificae, » deificae)* ex virtute Deitatis. » Cur ita ? quia nempe caro et anima seu humanitas Christi, Dei Verbi personali proprietate affecta subsistebat, ac operationes cius a persona divina, velut a principio, proficiscebantur: unde verissime dictum, Christum divino et excellenti modo humana nostra gessisse et habuisse.

CAPUT XV.

Alia Areopagitica testimonia duo ex eodem libro de Divinis Nominibus obiecta. Naturam diserte distinguit a persona auctor: docetque factam naturarum unitionem in persona et hanc ex duabus naturis compositam ; divi Thomae commentarius.

I. L}odem in allegato loco, quem capite superiore expen--L/dimus, digna censet animadversione Lequienus verba nonnulla sub Hierothei nomine prolata: nempe, *Causa omnium, et quae omnia implet, est lesu divinitas,* του 'Ιησού θεο'τη , *quae usque ad nostram naturam se demisit et vere substantiata est,* αληθώ ούσιώθη. Ubi « Severia» norum more *(inquit Lequienus n.i5)* contra quam inter » Catholicos, post Synodum praesertim Calchedonensem, » ratum fixumque erat, *Deitatem* seu naturam divinam hic » minime secernit ille ab hypostasi, ut eam esse incarnatam » censeat: » Quem Eutychianum sensum confirmari ait aliis verbis, quae eodem in libro de Divinis Nominibus capite i, §. 4 habentur: *Deitas,* θεότη , *humanissimam se praebuit, quia nostris secundum veritatem integre in una suarum hypostasium communicavit, ad seipsam referens, sibique vindicans humanam vilitatem, ex qua ineffabili modo simplex lesus compositus est* etc. « Hoc in loco *(verba sunt » Lequieni ib.)* humanitatem sic a Deitate assumptam censet, » ut ipsamet divina natura propria sibi fecerit, quae huma» nitatis sunt, ac non solum divina Verbi persona; ut, in» quam, non modo divinae personae Verbi, secundum accu» ratas mutuae communicationis proprietatum regulas, hu» manitatis dotes adscribat, verum et ipsimet Deitati. Quo » dato, Deitas ipsa de Virgine nata, passa et crucifixa erit; » aliaque portenta impune proferrentur, quae Eutychianis › et Severianis familiarissima fuere, cum naturam ab hy» postasi non distinguerent, ubi de Dei Verbi Incarnatione » disputabant. »

II. At Areopagiticorum auctor, reponam ego, si naturam Severianorum more non distinguebat ab hypostasi cur ei satis dicere non fuit, *Deitatem nostris vere et integre communicavisse?* Cur addiderit hanc Deitatis cum nostris unitionem factam esse *in una suarum hypostasium* , εν μια των αυτή υποστάσεων? Nonne vero, qui in Deitate *hypostases* cognoscit ac pronunciat, easdem fatetur distinctas a Deitate, quae una est? Addo vocem θεο'τη eo in loco non haberi, sed θεαρχία . Hanc porro *supremam divinitatem* animadvertit ibidem Areopagiticorum auctor collaudari primo, *ut monadem quidem ac unitatem,* ώ μονάδα μέν και ένάδα; deinde, *ut Trinitatem,* ώ τριάδα, *propter superessentialis foecunditatis in tribus personis,* τρισυπόστατον, *manifestationem* : et hanc denique *se nobis vere et integre in una suarum hypostasium communicavisse.* Quid vero non catholicum in his verbis reprehendi potest? Quodnam fuerit verbulum, quo indicaverit auctor humanitatis dotes ipsi naturae divinae adscribi debere, ut non solum Filius Dei dicatur natus ex Virgine, passus, crucifixus; sed ipsa Deitas aut natura divina dici nata ex Virgine, passa, crucifixa debeat? Imo *pulchre heic explicat* (Scholiastis verbis utor) *mysterium Incarnationis, quoniam una persona Trinitatis passa est. Nota vero, unam illam personam nobiscum integre communicasse.... Recte igitur dicimus unam personam sanctissimae Trinitatis crucifixam esse: quod est contra Nestorianos et Acephalos,* seu Eutychianos.

Non alium sensum efferunt, qui haereseos ftota configi debeat, verba primo loco obiecta: tibi quemadmodum docet ille *Deitatem lesu ad nostram usque naturam venisse, ac vere substantiatam esse;* ita simul etiam diserte adserit factum, *appellatumque esse hominem, qui summus Deus est.* Paria sunt quae ab eodem tradita legimus capite ni de Mystica Theologia: *lesum supersubstantialem* (quatenus Deus est) *humanae naturae veritatibus substantiatum fuisse,* idest veram adsumpsisse naturam humanam. Quibus in locis *Deus* et *lesus,* qui factus et *appellatus homo* dicitur, atque *substantiatus,* divinam proculdubio personam significat, in qua naturarum unitionem factam esse credimus. Illae vero *humanae naturae veritates,* ανθρωποφνϊκαΐ άληθειαι , nonne integram significant naturam humanam, quae per Incarnationem neque suae conditionis metas transilierit, neque proprias amiserit facultates et operationes? Quo certe nihil magis Eutychiano commento adversum. Caeterum denique scitissime adnotavit Petavius libro IV de Incarnatione, capite vni, num. 4: *Plerumque Patres naturae divinae tribuere, quod non ei simpliciter ac secundum se convenit, sed eatenus qua est hypostasis.* Exempla affert plura ibidem et libro V, capite 1, num. 4. Cuius rei egregiam divus Thomas, hac eadem de re disserens, rationem affert in Opusculo I contra Errores grecorum, capite iv: *Licet modus,* inquiens, *significandi diversus sit, cum dicitur Deus et Deitas, tamen res est eadem penitus; et ideo propter rei identitatem sicut unum de altero praedicatur, ut cum dicitur, Deus est Deitas, vel persona divina sive Pater est divina essentia ; ita et a Sanctis interdum unum pro alio ponitur et sic dicitur quod essentia divina generat, quia Pater, qui est essentia divina, generat; et essentia est de essentia, quia Filius qui est essentia, est de Patre qui est eadem essentia divina.* Quod impune dici potuit ab aliis sanctis Patribus, cur veluti haereticum et medullitus monophysiticum reiici omnino debeat in verbis Areopagiticorum auctoris ?

Quid est vero, quod ea verba, *Simplex lesus compositus,* Lequienus carpat, ac si *quid verae theologiae minime consentaneum sonent?* Ipsa verba satis admonent theologum, lesum eatenus dictum *simplicem,* qua Filius Dei est subsistens in natura divina; *compositumque* praeterea, qua subsistit etiam in adsumpta natura humana. Illud ego expendendum in iis verbis propono, quod Eutychianis maxime adversatur: tum primo compositum dici lesum, ex duabus scilicet naturis: tum etiam compositum appellari *ex humana vilitate , humilitate, extremitate,* ἀνθρωπίνην εσχατιάν ίζ η etc. quae verba perspicue demonstrant humanam naturam per Incarnationem non transcendisse metas sui generis: atque demum in hac compositione *servatas esse proprietates integras et inconfusas,* μετά τη άμεταβόλου και άσυγχυ'του των οικείων ίδρυ'σεω . Haec sunt orthodoxa dogmata Eutychianis commentis adversa, ut etiam notavit Scholiastes: *Nota,* inquiens, *quod dixerit, ipsum Dominum nostrum lesum Christum, cum simplex existeret, deinde compositum, humanam extremitatem ad se revocasse... Quod est contra Nestorianos et Acephalos.* Egregiam subiicio divi Thomae commentationem *(in cap. I, de divin, nomin. lect.u): « lesus* qui est ineffabiliter *simplex* » secundum Deitatem, ipse idem hypostasi est *compositus* » secundum humanitatem... Et ne aliquis perverse intelligeret, quod Deus factus sit homo secundum aliquam con» versionem Deitatis in carnem vel in animam *(eo nempe » sensu, quo Apollinaristae effutiebant divinitatem gessisse » munus animae vel mentis; quove Eutychiani et Monothe» litae putabant divinitate suppletas fuisse proprias huma» nitatis facultates et operationes)* vel etiam secundum ali» quam commensurationem, ut sic esset una natura Dei et » hominis,utEutyches confinxit; subiungit, *cum intransmu» tabili et inconfusa collocatione,* idest firma salvatione *pro» priorum,* idest proprietatum utriusque naturae. » Animo nimium praeoccupato Areopagitica legisse videtur opera, qui eadem scatere Monophysitarum commentis contendit.

CAPUT XVI.

Epistola quarta, quae est ad Caium, opponitur: eademque ad examen vocatur. Grandioribus verbis unam docet auctor naturae humanae exaltationem in Christo, eiusque operandi modum plane divinum, mirabilem, ineffabilem. Sed haec attamen, salva naturae humanae integritate quoad substantiam, ipsasque quod attinet ad facultates et operationes, intelligenda iubet idem auctor.

I. ^~>oepto pergit Lequienus. Monophysiticum virus, quo v^putat aspersum Areopagiticorum auctorem, effundi totum in Epistola quarta ad Caium contendit ille. « Etsi » Christum *(inquit loc. cit. n. i5)vere* fuisse hominem con» cedit... attamen eum supra quam hominum conditio ferat, » hominem fuisse iterum docet Monophysitarum more: *Su» pra homines et secundum homines, ex hominum substan» tia, cum supra substantiam existeret, substantiam as-*

» *sumpsit.* Itemque: *Ad substantiam vere veniens, supra* » *substantiam substantiates est et supra hominem operaba-* » *tur quae hominis sunt.* Id quod probat ex eius in utero » Virginis conceptione et incessione super aquas. Quae qui- » dem exempla ipsissima sunt quae Leo Magnus in Epistola » ad Flavianum adhibuerat, ut ostenderet Deitatem Christi » peculiares suas operationes divinas ab humanis distinctas » exercuisse; quemadmodum humanitas, suas, absque utra- » rumque confusione aut divisione: cum alioqui Monophy- » sitae adversus ipsum ex iisdem mirificis operibus unicum » operationis genus, subindeque naturam unam, Deitatis sci- » licet, in Christo fuisse inferrent... Proprietates humanas ad » divinam naturam revocabant et transferebant, ac praecipue » operationes quascumque, ut caro Deitatis dotibus imbue- » retur »; quaeve humanae operationes videbantur, revera Deitatis ipsius actiones propugnabant. Quin demum idem auctor ibidem subiungit « ea, quae de humanitate Christi as- » severando dicuntur, vim potius habere *eximiae negationis.* » Unde ait *(Dyonis.): Ut enim compendio dicamus, neque* » *homo erat, non ut prorsus non fuerit homo sed ut qui ex* » *hominibus cum esset, ab hominibus longe distabat, vere* » *factus supra hominem homo.* Quibus verbis Apollinarii vo- » cem imitatur, ac Christum absolute dici hominem inficia- » tur: veluti fere quondam Eutychcs corpus eius humanum » esse corpus effutierat, non corpus hominis.» Haec Euty- chetis recitantur verba in Synodo sub Flaviano celebrata.

Christum non fuisse *absolute hominem* dicere potuerat debueratque Apollinarius, qui humanitatem nobiliore sua parte, mente scilicet, mutilabat ipsumque Verbum gessisse vicem mentis effutiebat. Haereseos quoque suae principiis inhaerens Eutyches, corpus Christi fateri *corpus hominis* renuebat, tametsi vocaret illud *corpus humanum.* Quo- modo namque *corpus hominis,* aut vera humanitas dice-' retur, quae ita absorpta a divinitate adserebatur, ut spoliata esset proprietatibus suis, ac facultatibus et operationibus, quae illas consequuntur; eademque admittebatur in Christo, veluti inanime quoddam instrumentum,'per quod nonnisi divinae actiones transfunderentur, quae operationes hu- manas supplerent? Longe ab hisce commentis distant Areo- pagitica dicta. Plura superioribus capitibus eademque lu- culentissima in medium protulimus testimonia, queis egregie idem auctor docet adsumptam a Filio Dei, ab unà Trinitatis persona humanitatem *vere, integre, perfecte, totaliter, omni- mode.* An haec toties ac passim inculcaret, qui humanitatem in Christo Domino spoliatam arbitraretur proprietatibus suis ac facultatibus et operationibus quae consequuntur?

II. Favent et ipsa testimonia ab Lequieno obiecta. Gran- dioribus quidem verbis mirabilissimum Incarnationis my- sterium enarrat auctor; at in id recidit tamen semper, ut ipse Christus vere fuerit homo. Ait ille: *Neque homo erat;* sed veluti se corrigens addit: *Non, ut prorsus non fuerit homo:* erat ergo prorsus et omnino homo. Ait etiam: *Vere factus super hominem homo;* ita ut, tametsi Christus dici debeat *super hominem,* ut infra declarandum, *vere* tamen *factes homo est.* Quod illis demum verbis confirmatur: *Ad substantiam vere veniens, supra substantiam substantiates est.* Dei Filius nempe, cum nec natura nec substantia proprie sit, sed supra naturam et supra substantiam; ad nostram naturam nostramque substantiam *vere venit et substantia- tes est* per eiusdem naturae ac substantiae adsumptionem et cum eiusdem proprietatibus, facultatibus,-operationibus.

Tam catholica, et commentis eutychianis adversa dog- mata clariora fiunt, si brevis Epistolae ad Caium integrum contextum expendamus. Inquirentem Caium inducit: *Quo- modo inquis, lesus cum sit omnibus superior, caeteris ho- minibus substantialiter,* οὐσιωδώ , *aggregatus est?* Pla- num ac pervium sensum accipe: quomodo Filius Dei, qui rebus omnibus et hominibus superior est, factus fuerit ho- minibus consubstantialis? Reponit auctor: *Non utique, ut auctor hominum, hoc loco homo dicitur.* Idcst, nc putes ea ratione lesum dici hominem, qua nomen effectus emi- nenti quodam modo tribui solet causae, ac hominem dici lesum, quia auctor est hominum; quemadmodum et sol et lux vocatur Deus, qui suprema est causa et lucis et solis. *Sed inquantum secundum substantiam totam vere homo est,* κατ' οὐσιαν δλην αληθώ ἀνθρωπο ὠν. Verba sunt, quae *contra omnem haeresim, tam antiquam, quam novam* militant, ut ait Scholiastes. Adversantur ea *Phantasiastis,* qui verum corpus veramque humanitatem Christo nega- bant; et *Apollinaristis,* qui totam hominis substantiam in Christo non agnoscebant, utpote mente eam mutilantes; et *Acephalis* ac Monophysitis, qui eamdem Christi huma- nitatem proprietatibus suis, et facultatibus, ac operationibus quae consequuntur, spoliabant: unde nec illi admittebant, *totam* in Christo *vere* existere humanitatem.

Sequitur: *Nos autem lesum non humanitus definimus.* Quomodo enim *humanitus* tantum definiri potest Christus, qui a caeteris hominibus longe distat, nec est solus homo, sed homo et Deus? *Neque enim ille homo tantum est, quia nequaquam supersubstantialis existeret, si solus homo foret.* Solus namque homo natura constat humana, et sub- sistentia creata: at lesus ita homo est, ut humanitas affe- cta subsistat personali Filii Dei proprietate, quae supersub- stantialis est; et haec unio, quae dicitur hypostatica, tran- scendit omnem naturae ordinem. *Sed* attamen *revera homo:* nec enim per eamdem unionem aut mutata, aut deperdita fuit natura humana, aut mutilata aliqua sui parte, aut de- mum spoliata proprietatibus, quae veritatem consequuntur naturae humanae. Quandoquidem *Filius Dei, supra homi- nes, et secundum homines, ex hominum substantia, cum supra substantiam existeret, substantiam assumpsit.* Filius nempe Deus incarnatus et est *supra homines,* quia Filius Dei ac verus Deus: et est *secundum homines,* quia verus homo. Ipscque, cum in natura divina subsistens sit supra naturam, et *supra substantiam, ex hominibus* tamen *sub- stantiam assumpsit.* Nonnisi lividus oculus heterodoxa in his verbis videat portenta.

Sed ampliora pergit ille enarrare. Inquit: *Verumtamen supersubstantialitate supra modum plenus est.* lesu nam- que persona, utpote divina, est supra substantiam; ac su- pernaturalis et supersubstantialis est naturae divinae et na- turae humanae unitio in una divina Filii Dei persona. *Ut qui semper supra substantiam sit, abundantia quadam supersubstantialitatis etiam ad substantiam vere veniens, supra substantiam substantiatus est.* Divina Verbi persona· ita supra substantiam dici debet, ut etiam *ex abundantia quadam supersubstantialitatis* fecerit naturam humanam supersubstantialiter subsistere, personali scilicet divina Filii proprietate affectam: ct licet *vere* ad nostram *venerit sub- stantiam,* maneat simul tamen *supra substantiam.* Imo de- mum *et super hominem gessit ea, quae sunt hominis;* pro- pterea nempe quod humanae operationes non procedebant a solo homine, sed ab homine Deo, qui sine dubio *super hominem* est. Et haec etiam supernaturalitas et abundan- tia supersubstantialitatis, quam Dei Filius in humanitate adsumpta integram servat, maxime apparet in mirificis ope- ribus, quod *Virgo supra naturam parit,* quod *aqua pro- fluens pedum ex materia terraque concretorum gravitatem sustinet, neque cedit; sed virtute supernaturali sine diffu- sione subsistit.*

Hinc vero sponte ac necessario fluit: ea, *quae de hu- manitate lesu affirmantur, excellentis quoque negationis vim continere.* Ita namque affirmamus lesum esse homi- nem, ut simul negari oporteat ipsum esse simplicem ho- minem; cum sit supra hominem, utpote persona divina in natura humana subsistens, et a Virgine conceptus fuerit, deque Virgine Matre natus. *Nam, ut summatim dicamus, ne homo quidem erat: non quod non esset homo, sed quod ex hominibus natus, homines longe superaret; et supra hominem vere homo factus sit.* Non erat homo solus, sed vere tamen factus est homo, simulque omnes homines su- perabat, et supra hominem erat; quoniam persona divina, quae supra hominem est, et supra naturam, et supra sub- stantiam, vere subsistebat in natura nostra, in substantia nostra, in humanitate nostra: ct sic subsistens Dei Filius *vere homo factes erat.* Commentum omne Monophysita- rum, ut video, longe exulat ab hac Epistola: quod etiam vidit Scholiastes, *Observa,* inquiens, *totum Epistolae con- textum, quoniam est contra omnem haeresim, tam anti- quam, quam novam.*

111. Neque reponat doctissimus Lequienus has nostras interpretationes esse, quae haereticas loquutiones obscuriore quodam modo propositas ad catholicum sensum detorquent. Sunt imo simplices sententiarum grandiore stylo scriptarum explicationes, quae catholicum sensum, non longe petitum, sed pervium ac planum patefaciunt. Hisce dictis abutebantur quidem Monophysitae, haereticorum more proprios errores ut poterant tegentes: at eadem Areopagitica dicta nec haeresim efferunt, nec haeresim involucro verborum tectam complectuntur, ut illius aevi Patres ostendebant. Opus foret, Areopagiticorum auctor probaretur haereticus argumentis aliunde petitis, ut quae demum grandiore quodam stylo ac insueto protulit, prava mente ac pravo sensu dicta dicerentur. At haec argumenta praesto non fuerunt Lequieno.

Caeteroqui vero ex hac intima et mirabili naturae humanae in Christo coniunctione cum natura divina in una sanctissimae Trinitatis persona colligebant veteres Patres, absque ulla erroris suspicione, factam illam esse divinam et deificatam, et in alterum quodammodo statum translatam, ac recto demum et catholico sensu a divinitate absorptam. Id vero, ac praeterea nihil, verborum suorum magnificentia, et grandi sublimique dicendi genere, docet auctor Areopagiticorum. Patrum testimonia Dionysius Petavius libro IV de Incarnatione, capite ix, et libro X, capite i non pauca profert, quae naturam humanam in Christo *Deificatam* enunciant: quae perperam et iniuria ad invidiam conflandam traducerentur. Orthodoxum, cuique pervium, exprimit sensum loco posterius citato num. 8, ubi varias naturae humanae proprietates distinguit; docetque quibus illa, salva integritate, spoliari possit, quibusve non. Aliae sunt *specificae,* ut ratiocinari posse, intelligere, loqui, libere agere, individuis omnibus humanis communes, et ad essentiam pertinentes vel profluentes ex essentia. Aliae *adventitiae et accidentes,* sine quibus constare natura potest; vel individuis omnibus convenientes, cuiusmodi sunt aegrotare posse vel sanum esse posse, morti et corruptioni obnoxium esse, concupiscentia, et in peccatum propensio, quibus hominum nemo caret citra singulare Dei beneficium: vel certis dumtaxat individuis, non omnibus competentes, ut aegritudo, bona valetudo, vitium corporis aut animi, quae non insunt omnibus. Iam vero cum proprias naturae humanae affectiones protulere Patres in divinitate Iesu Christi absorptas ac velut extinctas, de priore genere proprietatum locuti minime sunt. Ac sane quod attinet ad auctorem Areopagiticorum, quis dixerit hanc ab eo admissam absorptionem extinctionemque, cum passim doceat, naturam humanam a Verbo adsumptam *vere, integre, perfecte, totaliter, omnimode,* salvis *humanae naturae veritatibus,* ac *inviolato* manente *proprietatum statu:* quae tam frequenter inculcata verba sensum omnem reiiciunt et apollinaristicum et eutychianum.

Alterius generis proprietatum quasdam statim exclusas funditus penitusque in Christo docuere Patres; quasdam, dum in terris ipse viveret, procurandae salutis humanae gratia retinuisse. Priores eae sunt, quae contagione culpae aliqua sunt afflatae; cuiusmodi est peccandi potestas, intestinus concupiscentiae morbus, id genus alia. At quae sunt alterius speciei, et procul ab vitio peccatoque sunt, tametsi vilissima ac indignissima tanta maiestate fuerint, aliquanto in se tempore suscepit; ut est moriendi conditio, tristitia, fames, lassitudo, sitis ac reliqua id genus humanae infirmitatis argumenta. Quae tamen, mortali vitae statu perfunctus, deposuit omnia, et in praestantiorem ac divinum absorberi abolerique voluit, nempe post resurrectionem. Egregium praesto est Areopagiticum testimonium, quo haec doctrina orthodoxa mirifice confirmatur. Capite m de ecclesiastica Hierarchia num. 3, § 11, sic habet auctor: *Dei principalis bonitatis infinita benignitas..... nostrorum omnium vere,* εν ἀληΟεῖ, *facta particeps absque peccato,* ἀναριαρτιότω, *humilitatique nostrae unita, salvo proprietatum suarum statu prorsus inconfuso et inviolato, cuius etiam nobis, utpote congeneis, consortium dedit.* Peccato, et iis quae peccati contagione aliqua afflata sunt exceptis, *particeps* factus est Dei Filius *omnium nostrorum*. Animadverte, *omnia nostra* a Dei Filio adsumpta, animam, corpus, humanitatem ex iis coalescentem, praeditamque suis facultatibus et operationibus. Animadverte rursus, haec eadem verba, *Nostrorum omnium vere facta particeps,* sensum edere nonnisi orthodoxum, Eutychiano dogmati ex diametro adversum, iliumque cuique pervium. Quis vero dixerit eadem ab auctore ita usurpari potuisse, ut significarent humanitatem sibi Deum iunxisse, facultatibus suis ac operationibus mulctatam, ac veluti instrumentum inanime, per quod suas exereret divinas operationes, quae nostras humanas imitarentur et supplerent? Eutychianum hocce commentum impingi auctori, qui superiora protulit scripsitque verba, per iniuriam quidem potest, iure ac merito (me sane iudice) minime potest.

CAPUT XVII.

Postrema eiusdem Epistolae ad Caium, veluti speciali nota digna, Lequienus opponit verba: quae tamen non unam, sed novam Deivirilem in Christo operationem enunciant. Haec vero non mixtas dumtaxat ex utriusque naturae confluxu operationes complectitur; verum ad alia quoque protenditur operationum genera.

I. T)ostrema eiusdem quartae ad Caium Epistolae verba, L quae animadvertenda proponit Lequienus, haec sunt: *Caeterum divina, non qua Deus patrabat: neque humana, quatenus homo gerebat: sed quatenus erat Deus et homo, novam quamdam, nobiscum conversando, Deivirilem,* θεανδρικην, *operationem exhibebat.* Ad quae sic *W\e(n.i5):* «Pergit » ementitus auctor, statimque subdit quae magis adhuc unam » Deitatis humanitatisque naturam compositam adstruunt, » propter mixtae *unius* ac *Deivirilis* operationis vocem, » quam ipse omnium primus invexit. » Miratio subit adseri a Lequieno, mixtam *unam* ac *Deivirilem* operationem ab illo auctore invectam, qui ηόη *unam,* sed *novam quamdam* appellat Deivirilem operationem. Animadvertit ibidem ipse doctissimus auctor: Cyrum Alexandrinum anathematismo VII, et Sergium Constantinopolitanum in epistola ad eumdem Cyrum, ambo Monothelitarum haereseos patronos praecipuos, ut virus suum de una Christi voluntate et operatione melius infunderent, Dionysii ipsius verba labefactare non dubitasse: quasique vero non eis sufficeret, auctorem istum *novam quamdam Deivirilem* operationem protulisse, vocem illam in *unam Deivirilem* operationem mutasse. Cur ergo et ipse textum eumdem labefactat, ac *unam* enunciat, non *novam* operationem Deivirilem?

Addit ille: « Quod quidem postremum Epistolae membrum, licet sequioris aevi Patrum complures post Scythopolitanum loannem, aliique subinde theologi... ad sanum » sensum variis interpretamentis transferre conati sunt, ita ut » iam Domino lesu *Deivirilis* operatio quaedam absque » fidei detrimento attribuatur: nihilominus obvia totius periodi, maxime ubi cum iis quae praecesserunt comparatur, significantia, nihil praeter naturae unius compositae, » in qua tamen potior sit, humanamque involvat divinitas, » assertionem repraesentat. » At quae praecesserunt omnia in Epistolae contextu, non unius Christi naturae assertionem repraesentant: neque verbulum adest quod naturam Christi ita compositam significet, ut potior tamen sit divina, et haec involvat humanam, et haec humana se habeat instar instrumenti inanimis, per quod divinitas operetur; nec aliae ab natura humana operationes profluant nisi divinae, quae imitentur ac suppleant humanas. Hinc vero postremum Epistolae membrum, sive comparetur cum praecedentibus sive obvia eius significantia- expendatur, nihil certe minus repraesentat, quam Monophysitica commenta.

II. Ad ipsam *novam Theandricam* seu *Deivirilem* operationem accedo. Voces istas tam parum aptas ad arcessendum unitati naturae, et operationis patrocinium existimavere Cyrus Alexandrinus et Sergius Constantinopolitanus, ambo monothelitae et monophysitae; ut ille *novam immutando, unam pro nova asseruerit* et iste *immutationem novae confirmans, Deivirilem amputaverit penitus vocem, unam absolute in Christo Deo dogmatizans operationem.* Haec sunt verba Martini Romani Pontificis in Synodo Lateranensi Consultatione III.

Novam ergo ex Incarnatione Filii Dei operationem Deivirilem apparuisse docet auctor: quidni vero ita docuerit, cum plane nova ac mirabilis facta fuerit duarum naturarum in uno supposito unitio? Id genus operationum naturam propriamque indolem, quae *Deiviriles* seu *Theandricae* appellantur, praeter loannem Scythopolitanum et Maximum in Scholiis, aliosque veteres Orthodoxos Patres, qui Eutychianos et Monothelitas insequuti sunt, tam luculenta oratione enarrant Petavius libro VIII de Incarnatione a capite x, et Thomasinus libro VI a capite vni, ut mirum sit auctorem Areopagiticorum propter ea verba, quae multiplicem efferunt catholicum sensum, ad invidiam traduci. Pauca paucis verbis delibo ego. Triplex operationum Christi genus discernitur: earum, quae Deitatis sunt, sicut mundum creare: earum item, quae humanitatis propriae sunt, velut edere, bibere, loqui, flere, pati: earum denique, quae mixtae sunt quodammodo ex utriusque naturae confluxu, ut tactu carnis mortuum exsuscitare.

Fuerunt veterum nonnulli, qui *Theandricas* operationes intelligerent mixtas illas tantum: qua de re difficultas nulla, cum tangere v. g. sit hominis, Dei autem excitare mortuum. At operationis *Theandricae* vocem latius patere, seseque ad alia operationum genera protendere, egregie ac perspicue patefaciunt laudati scriptores ac theologi omnes.

Cur enim humana quaeque operatio dici non debeat *Theandrica,* cum eadem sicuti a natura humana, ita et a Persona divina proficisceretur? Norunt philosophi, consentiunt theologi quique, nullam, nisi subsistentem, agere naturam quidpiam: ac prius definiri ac terminari illam oportere, certaque consistendi proprietate devinciri, quam functionem ullam praestare possit: ac personalem demum proprietatem, etsi per se et praecise loquendo non sit efficax et actuosa, eam tamen vim habere, ut naturam afficiens et complens ac terminans, eamdem ad agendum instructam et idoneam reddat. Quae cum ita se habeant, sponte illud oritur, ut quaelibet actio Christi divina sit, etiam illa quae mere est humana; propterea quod humanitas eam exercere vel perpeti, nisi divina Verbi personali proprietate affecta et completa ac determinata non potest. Adest ergo orthodoxo apprime sensu *Deivirilis* operatio in Christo, v. g. locutio: loquebatur enim Deus homo; eademque operatio proficiscebatur et ab humanitate et a Persona divina; ab ista ut a supposito, quod loquitur; ab illa ut a principio, quo Persona divina loquitur. Sed et alii demum sunt modi,queis divinitas sese humanis operationibus infundebat, eas regendo ac moderando, etsque dignitatem maximam ac Jnfinitum pretium communicando.

Divinas ipsas, quae supersunt, ac sunt Dei Verbi operationes, multifariam multisque modis diet *Theandricas* posse laudati scriptores egregie declarant. Rationem duplicem, quam veteres Patres exponunt, paucis exhibet loannes Damascenus libro Ill de Fide orthodoxa, capite xix: Namque *et caro vicissim,* ait, *cum operante Verbi divinitate communicabat: tum quia per corpus, velut instrumentum quoddam, divinas actiones* (puta miracula) *efficiebat: tum quia unus idemque erat, qui et divino simul et humano modo operabatur.* Rationem hanc posteriorem adoptat Anselmus libro de Sacramento Altaris capite in: *Natura carnis,* inquit, *ex quo summae illi naturae unita est, in tanta unitate ei ab ipso conceptu Virginis est connexa, ut nec sine homine divina, nec sine Deo agerentur humana; et per hanc unitatem etiam in diebus carnis suae homo Christus potuit divina.* Christi namque operationes, quarum aliae sunt humanae, aliae sunt divinae, unius et eiusdem sunt operantis: qui quemadmodum Deus simul et homo est, ita naturae propria utriusque exequi dicitur. Latiorem praetermitto sermonem.

Animadvertendum est ad id summam quaestionis redigi, utrum *Deivirilem* operationem Monophysitico sensu dixerit Areopagiticorum auctor, ut operatio, quamcumque Christus ederet, nec humana esset, nec divina, tametsi ab homine Deo proficiscens; verum tertia quaedam ex utraque coagmentata, ut Monothelitae nonnulli loquebantur; vel divina quidem, sed per humanitatem edita, ac propriam supplens humanitatis operationem? Tam absurdos sensus in Areopagiticis verbis invenerit nemo, nisi qui verba ipsa ad id significandum torqueat, quod minime significant. Ait vero auctor: *Caeterum divina, non qua Deus patrabat: neque humana, quatenus homo gerebat; sed quatenus erat Deus et homo.* Porro quaerendum est num divina cum patraret Christus, v. g. regendo mundum, haec revera non esset operatio divina, sed tertia quaedam, nec divina, nec humana? Apage tam pravum sensum, ab Areopagiticis dogmatibus longe alienum. Pari ergo demum ratione docuerit ille numquam, humanas Christi operationes non fuisse vere humanas, sed tertium quid, quod ne cogitando quidem adumbrari potest. Sed erant tamen *Deiviriles* operationes multiplici orthodoxo illo sensu, quem satis declaravimus.

CAPUT XVIII.

Postremus locus opponitur ex libro de Divinis Nominibus. Mixtam quamdam non invehit Areopagiticorum auctor operationem in Christo, quae ita sit Christi propria, ut in eam sanctissima Trinitas nullam exerceat efficientiam: quid in eisdem operationibus proprium Christi fuerit, quid Trinitati commune, declaratur. Sancti Thomae commentarius: itemque latina versio, qualem exposcit Lequienus correctam, ab ipso Aquinate adhibita et innoxia declarata.

I. IXÆale sanam ac haereticam de una illa Domini lesu 1V1 operatione composita sententiam suam, Lequieno si credimus, vocibus aliis iterum exhibet Areopagiticorum auctor, quae capite π de Divinis Nominibus §. 6 habentur. Sunt illae vero: *Porro a benignissima erga nos efficientia divina secernitur, quod ipse Deus Verbum, qui supra substantiam est, integre ac vere, iuxta ac nos, atque ex nobis substantiatus fuerit; egeritque et perpessus sit, quae* τη ἀνθρωπικη ἀυτοῦ θεουργία, *humano-divinae operationis ipsius praecipua sunt et singularia. In his nihil commune habuit Pater ac Spiritus sanctus; nisi quis dicat secundum benignissimam voluntatem.* Inviolabilem Ecclesiae doctrinam esse adnotat Lequienus, externa quaevis Deitatis opera tribus Personis perinde communia esse, ut quaecumque miracula Christus, etiam adhibita carne, ediderit, eadem Pater et Spiritus Sanctus simul et ex aequo perfecerint: « Quod si Christus seu Verbum incarnatum *(sub-*
» *sumit ille)* praeter efficientiam suam mere divinam, quam
» cum Patre et Spiritu sancto communem habet, altera
» insuper *divino-humana,* quae nec Patri nec Spiritui sancto
» communis est, eximia opera seu miracula edidit; quid
» aliud hinc consequitur, nisi auctorem istum qui haec
» effutiit, eo in errore versatum esse, Deum Verbum, as-
» sumpta humanitate, mixtum quoddam naturae genus na-
» ctum esse seu naturam compositam, quae huius effi-
» cientiae veluti formale, ut Scholastici loquuntur, prtn-
» cipium esset; quaeque nec Patris, nec Spiritus sancti
» existeret. »

II. Mira nobis haec videntur. Haec eadem Areopagitica verba in Synodo Lateranensi, Consultatione seu Secretario V allegantur omnia, ut duplex in Christo evincatur operatio, quemadmodum duplex in eo natura est. Argumenti vim expono. Nempe aliqua necessario stabilienda est Christi operatio usque adeo propria et peculiaris, ut in eius communionem ncc Pater, nec Spiritus sanctus vocetur. At haec non alia quam humana operatio potest excogitari, quae ita sit Verbi propria, ut non sit Patris et Spiritus sancti, ad eum modum quo est Verbi; sicut et humanitas adsumpta ita est Verbi peculiaris, ut eadem ipso iure nec Patris sit, nec Spiritus sancti. Quia enim solus se cami implicuit Verbum Deus, humanitatem sua personali divina proprietate complendo, definiendo, terminando; in eius etiam unius ius personale et proprium censum.eadem humanitas adseripta est. Ex quo id etiam efficitur, ut omnis operatio humanitatis, veluti peculium sit Verbi proprium, tamquam ex proprio cius agro succrescens .arbor, vel in propria arbore fructus enatus. Est autem praeterea Verbi operatio divina, ut creare, conservare, regere mundum, miracula patrare ac ea operari quaecumque, quae Deus operatur, cum Patre et Spiritu sancto sine dubio communis. Ergo duplex est Christi operatio.

Agnitam ab auctore Areopagiticorum hanc *efficientiam mere divinam* fatetur Lequienus, quam Christus *communem cum Patre et Spiritu sancto habeat.* Alteram, ait ille, ab eodem auctore distingui et appellari *humano-divinam,* quae *nec Patri nec Spiritui sancto communis est :* quod repugnat, inquit, inviolabili doctrinae Ecclesiae, quae tradit: externa quaevis Deitatis opera (omnia autem opera nostra et ipse operatur Deus) tribiis personis perinde communia esse. Magna latet aequivocatio, in quam incidisse videtur vir doctissimus. Animadverto humanas operationes Christi hoc loco ab illo auctore appellari *humano-divinas,* eodem plane sensu quo alibi vocavit eas *Deiviriles:* utpote quae a natura humana velut principio formali procedunt, et a persona divina tamquam supposito agente ; sunt enim actiones passionesque suppositorum. Rursum animadverto, in hisce *humano-divinis* operationibus quidpiam esse, quod sanctissimae Trinitati commune est, nempe efficientiam illam, qua dicitur Deus omnia opera nostra operari: sed etiam quidpiam admitti oportere, quod esset Verbi divini proprium, cuius ratione dicebatur ille in humanitate assumpta intelligere, velle, esurire, sitire, edere, bibere, pati; non item Pater, non Spiritus sanctus. Haec trita est apud theologos doctrina. Sylvium audire liceat III par., quaest. xix, art. i: « At dices *(sic opponit):* actiones ad extra sunt com- » munes toti Trinitati : tales autem erant humanae opera- » tiones Christi : ergo... - Resp. neg. C. Quoniam humanae » Christi operationes erant quidem communes toti Trini- » tati, inquantum ex ea, velut causa principaliter efficiente » procedebant; peculiari tamen aliqua ratione procedebant » a Christo, secundum quam non procedebant a Patre, nec » a Spiritu sancto. Quia Christus operabatur eas per na- » turam humanam, sibi *(non Patri, non Spiritui sancto)* » hypostatice unitam ; ac per consequens Persona Verbi » *(non Pater, non Spiritus sanctus)* erat causa proxima illas » eliciens per naturam humanam, quam terminabat ; atque » ita dicebant intrinsecum ordinem ad humanitatem, ut ad » principium quo *(agitur)* et ad Verbum humanitati con- » iunctum, ut ad principium quod *(agit).* »

Id unum docet auctor Areopagiticorum. Ait ille: *Porro a benignissima erga nos efficientia divina* (quae toti Trinitati sanctissimae communis est) *secernitur, quod ipse Deus Verbum, qui supra substantiam est* (non Pater, non Spiritus sanctus) *integre et vere, iuxta ac nos, atque ex nobis substantiatus fuerit.* An qui contenderet a Deo Verbo adsumptam fuisse humanitatem, mutilatam anima vel mente, propriis facultatibus et operationibus spoliatam, ita loqueretur, ut ex nobis humanitatem adsumpserit integre et vere, ac homo factus esset iuxta ac nos ? Hinc etiam oritur, quod ipse Deus Verbum *egerit et perpessus sit, quae humano-divinae operationis ipsius praecipua sunt et singularia,* quin *in his commune aliquid habuerit Pater et Spiritus sanctus:* propterea nempe quod Deus Verbum in humanitate adsumpta peculiari iure exercebat quidquid ad humanas pertinebat operationes: ipseque dicebatur intelligere, velle, esurire, edere, sitire, bibere ac pati: non item Pater, non Spiritus sanctus. Sed istas humanas tamen operationes ac perpessiones vocat insuper auctor *humano-divinas ;* cum non solus homo, sed Deus et homo esset ille, qui ageret, qui pateretur.

Quod attamen in eisdem operationibus commune sanctissimae Trinitati dici poterat, statim enarrat laudatus auctor: *Nisi quis,* inquiens, *dicat secundum benignissimam voluntatem :* ac insuper *secundum omnem illam eminentem atque ineffabilem divinam operationem, quam, apud nos existens is qui immutabilis erat, exercuit, inquantum Deus et Dei Verbum ;* quae verba praetermittit Lequienus. Primo itaque sanctissima Trinitas consilio et beneplqcito suo, sicut humanitatis adsumptionem adprobavit, ita et caeteras omnes Verbi divini operationes in humanitate adsumpta. Deinde communis eidem Trinitati erat efficientia illa eminens et ineffabilis divina, qua et Verbum ut subsistens in natura divina et Pater et Spiritus sanctus operationes omnes humanas Christi simul operabantur.

Tam perspicue vero, tam egregie cum auctor Areopagiticorum de humano-divinis Verbi Incarnati operationibus et passionibus agat; mirum sane, silentio praeteriisse Lequienum perpessiones Christi omnes, neque animum in id applicuisse, quod ea quae Verbum Dei passum est, nec Pater sine dubio, nec Spiritus sanctus perpessi sunt ! Mirum etiam, praedicta omnia, quibus Pater et Spiritus sanctus iuxta sententiam auctoris non communicarunt, peculiari scilicet eo iure quo eadem in carne adsumpta sibi vindicabat Verbum, ad unam redegisse Lequienum *efficientiam* illam, qua *eximia opera seu miracula edebat Christus;* cum absque ulla ambage de iis pertractet omnibus auctor, quae *'egerit* Christus *et perpessus sit !* Quid est vero, quod in eisdem mirabilibus operibus, quae Christus patrabat, non discreverit ille quod toti Trinitati commune, quod proprium et peculiare Verbi erat ? V. g. sputo coeci nati oculos liniendo, visum eidem restituit Christus. Linire sputo oculos eosque tangere erant actiones hominis vel etiam *humano-divinae,* ut saepe dictum; curare coecum ac visum restituere erat operatio divina. Ita Deus Verbum in natura humana subsistens delinivit oculos, ut nec Pater nec Spiritus sanctus dicantur oculos linivisse ac tetigisse: at curatio coeci nati Deo Verbo et Patri et Spiritui sancto aequo modo convenit: imo et ipse oculorum tactus motusque impressus efficiebatur a sanctissima Trinitate, ut effectus a causa suprema. Quid est postremo, verba illa, *operatum passumque eximia quaecumque et excellentia divino-humanae efficientiae opera,* in sensum Monophysiticum pertrahere: ac si Christus, non modo qua homo exstabat, verum etiam ipsa Deitate cum humanitate composita propter nos, sublimiori quadam ratione esset passus? Pervius et planus sensus catholicus his effertur verbis: sublimiori quadam ratione Christum operatum, passumque esse eximia quaecumque et excellentia, quae ad eius Incarnationem et Incarnationis oeconomiam pertinebant: quia non homo solus, verum Deus et homo erat ille, qui agebat, qui patiebatur, prout Incarnationis dispensatio postulabat.

Haec omnia pari ratione ac sensu intellexit Scholiastes; eademque Eutychianis commentis maxime adversa adnotavit. Scholia profero: « *Secernitur, vel distinctum est.* » Nota, Verbi Incarnationem a sancta Trinitate omnino ac » vere distinctam esse. » Item: « *Nostri, vel iuxta ac nos.* » Hoc loco iterum de Dispensatione seu Incarnatione tractans, eam soli Deo Verbo attribuit, sine ulla Patris et » Spiritus sancti communicatione, nisi secundum voluntatem. Nota vero accuratam Dispensationis enarrationem. » Quoniam Deus Verbum *supersubstantiale,* substantiam » *immutabiliter* assumpsit, permansit enim Deus; et *uti* » *nos,* ex nobis substantiam *integre* accepit, idest corpus » et animam rationalem vere habuit. Item Deus Verbum » est id, quod *patiebatur,* scilicet secundum carnem, et » *humana* simul ac *divina* erat eius operatio, quoad omnia » quae concernunt dispensationem. His autem Pater et Spi- » ritus non communicarunt, nisi ex beneplacito, volendo » Incarnationem et in divinis signis Deo Filio cooperando. » Nota vero haec, maxime contra Nestorianos et Acepha- » los atque Phantasiastas. »

III. Latior et luculentissima divi Thomae commentatio caput claudat. Verba eius haec sunt lect. min cap.n: « *Di-* » *scretum est:* idest ad unam tantum personam pertinens: » *supersubstantiale Verbum,* idest Dei Filium, *esse factum* » *secundum nos,* idest hominem similem nobis in natura, » *ex nobis* accepta carne, non de coelo allata secundum Va- » lentinum ; *totaliter,* idest non subtracta anima vel intelle- » ctu secundum Arium et Apollinarium, *et vere,* non phan- » tastice secundum Manichaeum. Et non solum ipsa Incar- » natione discretum, sed secundum etiam *actiones* et *passio-* » *nes* Dei Filium credimus incarnatum; *quaecumque sunt,* » cum quadam electione et segregatione ab aliis, attributa » Christo secundum considerationem humanitatis ipsius, ut » concipi, nasci, comedere, bibere, dormire, crucifigi et alia » huiusmodi. *Istis enim Pater et Spiritus secundum nul-* » *lam rationem communicaverunt;* quia neuter eorum est » incarnatus aut mortuus. *Nisi* forte *dicat aliquis,* quod » communicaverunt praemissis *secundum voluntatem* boni- » tati divinae *convenientem* et *benignam* quoad nos: ac-

» ceptaverunt enim Pater et Spiritus sanctus Incarnationem » Filii et passionem et alia huiusmodi. Et similiter com- » municaverunt *secundum, omnem divinam operationem* » *superpositam* creaturis et *ineffabilem* nobis ; *quam fa-* » *ciebat* Christus, *factus secundum nos,* idest factus homo » passibilis; *invariabilis* manens, *secundum quod Deus et* » *Dei Verbum.* Non enim sic factus est homo, quod di- » vinitatem amitteret: unde ut homo existens habebat ope- » rationem divinam, quae communis est sibi et Patri et » Spiritui sancto. Et sic destruitur hic error ponentium » unam operationem *(et unam naturam)* in Christo et per » hoc, quod attribuit secundum operationem divinam com- » munem toti Trinitati et operationem propriam sibi. »

Latina versio, qua utitur hoc loco s. Thomas, sic habet: *Discretum autem est a benigna ad nos divina operatione, secundum nos ex nobis totaliter et vere substantiam factum esse supersubstantiale Verbum, et facere et pati quaecumque humanae ipsius contemplationis sunt, electa et semota. Ac* si legisset interpres, ut Lequienus adnotat, ανδρικὴ θεωρία , pro ανδρικὴ Οεουργία : unde non mirum, ait ille, quod errorem non adverterit s. Thomas. At (inquio ego) nec in restituta vera lectione errorem Doctor Angelicus advertisset, quem cubare nullum ostendimus. Coniecturis opus non est.

Veram ille vidit adhibetque lectionem III p., qu. xix, art. j, ac sane mirum hunc a Lequieno non visum, praetermissumque locum. Contra Monothelitas quaestionem movet : *Utrum in Christo sit una tantum operatio divinitatis et humanitatis?* Quod ipsi obiiciebant ex auctore Areopagiticorum, num. i sic habetur: « Videtur, quod in » Christo sit una tantum operatio divinitatis et humanita- » tis. Dicit enim Dionysius in n cap. de Divinis Nomini- » bus: *Discreta autem est benignissima circa nos Dei ope-* » *ratio per hoc quod secundum nos, ex nobis, integre* » *vereque humanatum est Verbum, quod est supra sub-* » *stantiam, et operari et pati quaecumque humanae eius* » *divinae operationi congruunt.* Ubi unam operationem » nominat *humanam et divinam,* quae in graeco dicitur » *Theandrica,* idest *Deivirilis.* Videtur igitur esse una ope- » ratio composita in Christo. » An aliquem hoc loco, in quo diserte operatio nominatur *humano-divina,* seu *Dei-virilis,* errorem adverterit s. Thomas ? Responsum eius accipe, quo tum allatis verbis, tum aliis a Lequieno oppositis utitur sanctissimus Doctor in fidei catholicae confirmationem, reprehensionemque Monothelitarum et Eutychianorum. * Dicendum, quod Dionysius *(loco citato)* ponit in » Christo operationem theandricam, idest *divinam-virilem,* » vel *divinam-humanam,* non per aliquam confusionem » operationum seu virtutum utriusque naturae, sed per » hoc quod divina operatio eius utitur humana, et humana » eius operatio participat virtutem divinae operationis. Unde, » sicut ipse dicit in quadam Epistola ad Caium (IV), *Su-* » *per hominem operabatur ea, quae sunt hominis:* quod » monstrat Virgo supernaturaliter concipiens et aqua insta- » bilis terrenorum pedum sustinens gravitatem. Manifestum » est enim quod concipi est humanae naturae, similiter » et ambulare ; sed utrumque fuit in Christo supernatura- » liter. Et similiter divina operabatur humanitus, sicut cum » sanavit leprosum tangendo. Unde in eadem Epistola *(ad* » *Caium)* subdit: *Non secundum Deum divina faciens,* » *non humana secundum hominem; sed Deo homine fa-* * *cto, nova quadam Dei et hominis operatione.* Quod au- » tem intellexerit duas esse operationes in Christo, unam » divinae naturae, aliam autem humanae, patet ex his, » quae dicit in ii cap. de Divinis Nominibus, ubi dicit : » Quod *his, quae pertinent ad humanam eius operatio-* » *nem, Pater et Spiritus sanctus nulla ratione communi-* » *eant; nisi quis dixerit secundum benignissimam et mi-* » *sericordem voluntatem,* in quantum scilicet Pater et » Spiritus sanctus ex sua misericordia voluerunt Christum » agere et pati humana. Addit autem: *Et secundum omnem* » *sublimissimam ct ineffabilem Dei operationem, quam homo* » *pro nobis factus adimplevit, immutabilis prcfecto Deus* » *et Dei Verbum.* Sic igitur patet, quod alia est operatio * humana, in qua Pater ct Spiritus sanctus non commu- » nicant, nisi secundum acceptationem misericordiae suae : » et alia est eius operatio, inquantum est Dei Verbum, in » qua communicant Pater et Spiritus sanctus. » Paucis verbis Angelicum divi Thomae ingenium, quae lato sermone nos enarravimus, complectitur omnia, illudque animadvertere non praetereo, *Dei-viriles,* aut *humano-divinas* operationes intellexisse hoc loco eas videri Thomam, quas dixerunt veteres mixtas quodammodo ex utriusque naturae confluxu. Sed etiam testimonia praesto sunt, ubi praeter id genus *Deivirilium* operationum, vocem hanc protendit ad alias Christi quaslibet operationes, utpote proficiscentes a persona divina in natura humana subsistente. Ait enim in III, dist. xvrn, qu. i, art. i ad i : « Dicendum, quod actio- › nem Christi dicit Dionysius *Deivirilem,* non quia sit » simpliciter una actio Deitatis et humanitatis in Christo: » sed quia actiones duarum naturarum quantum ad tria » uniuntur. Primo, quantum ad ipsum suppositum agens » actionem divinam et humanam, quod est unum. Secundo, » quantum ad unum effectum, qui dicitur opus operatum, » vel *apotelesma* secundum Damascenum, sicut mundatio le- › prosi. Tertio, quantum ad hoc, quod humana actio ipsius » Christi participabat aliquid de perfectione divinae natu- « rae: sicut intellectus eius aliis eminentius intelligebat » ex virtute divini intellectus sibi in persona coniuncti. » Quam denique doctrinam paucis, sed luculentissimis comprehensam verbis legimus libro IV contra Gentes, cap. xxxvi: *Dionysius humanam Christi operationem vocat Theandricam, idest Deivirilem, etiam quia est Dei et hominis.* Vidit ergo Thomas in Areopagiticis dictis, quae toties versat vocatque ad examen, multiplices sensus omnesque apprime orthodoxos; errorem nec vidit, nec refutat ullum.

CAPUT XIX.

Areopagitica dicta comparantur cum Eutychianis et Monotheliticis : latissimumque ostenditur eorum discrimen. Deivirilem operationem reiecerunt Monophysitarum et Monothelitarum aliqui, alii sensu pravo, ab Areopagitico longe alieno, exposuerunt et propugnarunt.

I. I\Æ onophysiticam in Areopagiticis dictis pravitatem se IVI deprehendisse frequentius adnotat admonetque Lequienus, comparatione eorum facta cum Eutychianorum et Monothelitarum sententiis, quas putat omnino pares similesque. Hanc ct mihi postremo loco inire comparationem liceat cum eisdem Eutychianorum seu Monophysitarum testimoniis, quae profert in medium vir doctissimus: idque lucri obventurum confido, ut Areopagitica dicta tum verbis, tum sensu longe lateque diversa appareant.

Sectae Coriphaei Eutychetis dicta occurrunt primo, quae exhibentur Actione septima Concilii Constantinopolitani anno 448 sub Flaviano celebrati, cuius acta in Actione I Concilii Calchcdonensis recensita leguntur. Nempe, urgenti laudato Flaviano, orthodoxo Constantinopoleos Antistiti, ut Archimandrita ille fateretur non solum *consubstantialem Patri* Christum *secundum divinitatem,* verum etiam *consubstantialem Matri* ac nobis *secundum humanitatem;* reposuit 1. Sui non esse, *Dei et Domini caeli et terrae naturam* edisserere: 2. Se dixisse numquam, *corpus Domini et Dei nostri consubstantiale nobis:* 3. Se pariter minime dicere, *corpus hominis corpus Dei; humanum autem esse corpus,* quod inerat Iesu Christo *et corpus Dei.* Negantia postrema haec verba catholicum edere sensum possunt; quandoquidem corpus Christi, si ad Verbum divinum, cuius est, referatur (ut adnotant theologi) non est corpus hominis, sed Dei, qui qua Deus est aut Verbum, non est homo: at puerile tamen est ob hanc rationem inficiari, corpus Christi esse corpus hominis, eo nempe sensu quia idem Deus ac Verbum sine dubio est homo secundum susceptam ab eo carnem. Penitior alia Eutychetis mens erat, quam Lequienus aperit: unam esse Christi naturam, scilicet divinam et huic humanitatem coniunctam instar appendicis cuiusdam; ac etiam divinitati immersam et a divinitate absorptam, seu pertractam ad ipsius divinitatis operationem : ita ut quidquid vitalis et actuosi in -Christo foret, id esset revera operatio divina, per naturam humanam traiecta veluti per instrumentum, ipsius huma-

nitatis operationes quaslibet imitans ac supplens. Consule quae latiore sermone supra disseruimus.

Verum enim vero paria aut affinia docuit nuspiam Areopagiticorum auctor. Quamplura ex eius operibus testimonia attulimus et expendimus, quae perspicue et absque ambage, sive per se spectentur sive cum praecedentibus comparentur et subsequentibus, dogmata perhibent Eutychianae sententiae adversa: nempe, Verbum Dei *integre, vere, totaliter, Omnimode* ad nostram venisse *naturam* et *substantiam* et *vilitatem :* adsumpta ab eo fuisse *omnia nostra,* omnesque *veritates humanas* in eo elucere: nihil in eadem adsumptione passam esse detrimenti divinitatem, cum Deus Verbum permanserit supra naturam, supra substantiam, supra hominem : attamen ipsum *vere* factum esse appellatumque *hominem,* et hominibus *vere aggregatum,* nobisque *congeneis* ὁμογένεσι consortium dedissse: atque demum *absolutam et inconfusam* dici debere *nostrae humanitatis adsumptionem,* τη παντελεί και άσυγχύτω καθ' ημά ε'νανθρωπη'σει, ut legimus capite in de ecclesiastica Hierarchia numero 3, §. 2.

Severianos ita loquentes apud Anastasium Sinaitam in οδηγώ inducit Lequienus (n. 15): *Si Christus non erat Deitas, quomodo sputum eius coeco medicinam fecit? Quomodo lacrymae eius Labarum excitarunt ? Sed neque dormisse nisi semel in navi legimus: sed neque in Evangelio constat eum, ut Sors ferebat, bibisse. Quae omnia argumento sunt carnem Christi divinam evasisse, nec humanis proprietatibus obnoxiam fuisse. Quamobrem una tantum Christus natura est,* scilicet divina; quae per naturam humanam, veluti appendicem sibi adiectam vel instrumentum conjunctum, efficientia sua divina id efficeret omne, quod Icsus Christus operabatur. Commentum habes abs Monophysitis excogitatum, quo unam in Christo naturam esse, scilicet divinam, ostenderent ac humanam adsumptam evasisse divinam. Pugnat ex diametro contra auctor Areopagiticorum. Magnificis quidem et grandiloquis verbis divinitatem Christi passim extollit: simul vero in eo totus est, ut doceat et inculcet et exaggeret Deum Verbum, non obstante summa eius divinitate, supersubstantialitate, supernaturalitate ac eminentia super homines, vere factum esse hominem: ad *nostram venisse naturam,* licet ipse sit *supra naturam:* ad *nostram* descendisse *substantiam,* licet ipse sit *supra substantiam:* nostram ab eo adsumptam *vilitatem,* licet ipse sit *supra hominem.* Neque satis tam ampla et splendida fuerunt ipsi. Adsumptam praeterea naturam cum suis proprietatibus egregie declarat; cum nempe edisserat *omnia nostra* adsumpta ab eo fuisse, *humanas* persistere *veritates* in eadem humanitatis nostrae adsumptione, ac unum excipiendum esse *peccatum*, idque omne quod in nobis peccati contagione aliqua afflatum est. Recole quae iam protulimus testimonia, diligentius eadem expende.et scrutare : ipseque luculentiora deprehendes ab Eutychiana pravitate longe aliena.

Severianorum principem Severum, Antiochenae Ecclesiae tyrannum, perhibet s. Maximus Epistola II ad Marinum, dolo et fraude adhibitis, *In mysterio Incarnationis idem esse asseruisse hypostasim et naturam,* ut nimirum unius hypostasis nomine naturarum confusionem statueret. Ad ipsius humanitatis adsumptae proprietates quod attinet, non eas aliquando visus est negasse : sed in variis tamen librorum eius et epistolarum locis, quae in sexta Synodo recitata sunt, aperte negat, Lequieno admonente *(n. i5), humanas* ένεργεια η Ιδιότητα *operationes sive proprietates.* An vero naturam confuderit cum hypostasi, qui luculentissimis docet verbis *supremam divinitatem,* in qua *una est Deitas, tres sunt hypostases, nostris secundum veritatem integre in una suarum hypostasium,* idest Filii, *communicavisse ?* Haec autem tradit auctor Areopagiticorum, qui rursum addit Filii Dei adsumentis propriam effectam *humanam vilitatem, ex qua ineffabili modo simplex Iesus compositus est: et qui aeternus est temporalem sumpsisse accessionem : necnon ad intima nostrae naturae descendisse,* εῖσω τη καθ' ημά εγεγόνει φύσεω , *qui universum totius naturae ordinem superessentialiter transcendit, servatis tamen proprietatibus prorsus integris et inconfusis.* An duarum naturarum, quae inconfusae permaneant, in una divina Filii persona luculentius explicari unitio potest? Quid aptius, quid clarius adversum unam Christi naturam, eamque divinam, proferri verbis poterat, quam *simplicem* Iesum, qua Deus est, adserere *compositum ex humana vilitate,* cum Deus homo factus est? Inficiari si velis humanam in Christo naturam non evasisse ullo modo divinam, aptiorané praesto fuerint verba, quam Areopagitica, queis docemur Iesum *ineffabili modo ex humana vilitate compositum* esse; et qui aeternus est, *temporalem sumpsisse accessionem ;* et *ad intima nostrae naturae descendisse,* qui universum totius naturae ordinem transcendit? Animo demum attento perpende , Dei Verbum *nostris secundum veritatem integre communicavisse,* ipsumque descendisse *ad intima nostrae naturae:* quae Eutychianorum nemo dixerit, eo praeoccupatus errore, ut naturam humanam perneget *cum proprietatibus suis et operationibus adsumptam.*

Timothei Aeluri verba sequuntur, quae legimus in eius lucubratione contra epistolam s. Leonis Magni ad Flavianum: *Sola divinitas est Christi natura, etsi incarnata.* Pravam mentem suam aperire apud Lequienum *(n.14)* pergit, dum ait: « Humanitatem Christi omni actione propria caruisse, nec » operationes alias nisi divinas per cam exsertas esse : atque » adeo quae humanitatis operationes censebantur, *passiones* » potius et meras *exequutiones,* πάθη et πράξει , esse » nuncupandas. » Locum Severi similem profert vir doctissimu *(ib.)* ex epistola ad Occum. Comit. (Actione x Synodi sextae) ubi haec habentur: In Christo, « sive divina ageret, » puta miracula patrando, sive humana, *gradiendo, mutando locum* (id quod suapte natura prorsus humanum » est), *non illud illius naturae esse, nec istud istius:* sed » unius et eiusdem divinitatis, quae *divina ratione tum » prodigia, tum humana opera efficiebat.* » His paria sunt, Lequieno si credimus, Areopagitica dicta nonnulla. Ait ille cap. n de Divinis Nominibus §.10: *Divinitas Filii Dei (quod omnium novorum novissimum) in naturalibus nostris supernaturalis erat, et in substantialibus supersubstantialis, omnia nostra ex nobis et supra nos excellenter habens.* Dixerat superiore §. 6 : *Ipse Deus Verbum, qui supra substantiam est, integre ac vere, iuxta ac nos, atque ex nobis substantiate est: egit et perpessus est quae humano-divinae operationis ipsius praecipua sunt et singularia.* Ait etiam in Epistola IV ad Caium: *Supra hominum conditionem gessit ea, quae sunt hominis: quod declarat et Virgo, quae supra naturam parit, et aqua profluens, quae pedum terrenorum gravitatem sustinet, nec cedit sed virtute supernaturali sine diffusione subsistit.* Ait demum ibidem : *Caeterum divina, non qua Deus patrabat; neque humana, quatenus homo gerebat: sed quatenus erat Deus et homo, novam quamdam, nobiscum conversando, Deivirilem operationem exhibebat.*

Pervios facilesque huiusmodi sententiarum cuique obvios propriosque sensus orthodoxos iam exposuimus. An easdem cum Monophysiticis allatis testimoniis comparatas expendentibus Eutychiana suboleat pravitas ? Animadverte de illo agi Monophysitico commento, quo una divina efficientia, quae uni convenit naturae divinae, constituebatur in Christo, qua ille, qua Deus est, per naturam humanam, veluti per instrumentum, tum opera miraculosa operabatur, tum ea efficiebat humana omnia, quae in nobis ab ipsa humana natura, tamquam a principio actuoso formali proficiscuntur. Nihil est in Arcopagiticis dictis, quod hunc errorem adumbret. Docet auctor Verbum Dei in nostris *naturalibus* et *substantialibus* adsumptis propriam retinuisse absque ullo detrimento divinitatem, supernaturalitatem, supersubstantialitatem : imo et omnia nostra *ex nobis* adsumpta habuisse *supra nos excellenti* et eximio modo. Integram quis non videat catholicam fidem, qua credimus, omnia nostra a Filio Dei adsumpta, *ex nobis* quidem, idest vere ac integre, sed *supra nos,* utpote qui conceptus fuerit ex Virgine, ab omni immunis peccato ac omni peccati contagione ? Qua rursum credimus eadem omnia nostra excellenti modo ac divino inesse Christo, cum divina Filii persona subsistentem reddat naturam humanam, eademque Persona divina in humana natura adsumpta sit principium quarumque Christi operationum ?

Ea est etiam sententia auctoris : *Deum Verbum* in humanitate *integre et vere* sibi copulata, *egisse et passum esse, quae humano-divinae operationis eius praecipua sunt et singularia.* Non ait divina quadam efficientia egisse opera divina miraculosa et egisse ac supplesse operationes caeteroqui humanas. Ait vero Deum Verbum egisse ea omnia, quae ad humano-divinam eius operationem spectabant; propterea quod omnis operatio Christi, sive quae miracula patrabat sive quae humana erat ab ipsa procedens humanitate integre et vere adsumpta, non erat humana solum, non erat divina solum, sed erat humano-divina, procedens a Deo Verbo subsistente in humana natura. Longe haec absunt ab una illa Eutychiana Christi operatione, quae non erat nisi divina efficientia, tum miracula efficiens, tum etiam supplens humanas operationes, humanitate se habente instar appendicis et instrumenti. Neque solum Deus Verbum in sibi copulata natura humana ita agebat; verum etiam pati dicebatur, tum passiones forinsecus immissas recipiendo, tum etiam passiones ipsas, v. g. dolores, percipiendo in ipsa humanitate adsumpta : supposito namque et personae, sicuti actiones, ita passiones attribuuntur. At non solum actiones in Christo Domino, ipsae etiam passiones erant *humano-divinae,* cum ad ipsum Deum Verbum in natura humana subsistens verissime pertinerent.

An errorem redoleant ea verba, *Supra hominum conditionem gessit ea, quae sunt hominis ?* Vel ipsa, quae subiiciuntur exempla, errorem omnem amoliuntur. Namque *Virgo* est, quae *supra naturam parit.* Verissima hominis est operatio parere, ac vere peperit Maria Virgo: sed Virginem parere *supra hominum conditionem* dicitur. Aquas tangere, moveri et mutare locum, sunt humanae operationes ; sed aquas pedum gravitate pressas non diffluere *hominum conditionem* excedit. Christum denique (ut verissimas humanas omnes operationes complectamur) esurire, edere, sitire, bibere ac similia exercere, perinde est ac Christum ea *gerere quae sunt hominis;* sed haec ille, cum non esset solus homo, sed Persona divina in natura humana subsistens, gerebat *supra hominum conditionem.*

Sensum hunc apprime orthodoxum confirmant, errorem nullum propinant, ea demum verba: *Caeterum divina, non qua Deus patrabat ; neque humana, quatenus homo gerebat; sed quatenus erat Deus et homo.* Videlicet, neque miracula quae patrabat Christus, neque operationes humanas quas ille edebat, aut solus Deus operabatur aut solus homo: sed homo-Deus vel Deus-homo simul, hoc est Persona divina in natura subsistens humana. Quod si dicendum foret humana non gessisse Christum, quatenus hominem, eo quia divina efficientia operabatur ea; ita fabulandum esset divina non patrasse Christum, quatenus Deum, ac si efficientia quaedam humana miraculosos illos effectus operaretur. Apage nugas.

II. Quae cum ita se habeant, vox nulla excogitari aptior poterat ad huiusmodi Icsu Christi operationes declarandas, quam *novae Deivirilis operationis.* Quemadmodum enim Christum credimus Deum verum verumque hominem; ita operationes eius (meras humanas in exemplum adduco) proficiscebantur ab humanitate, velut a principio formali, et a Persona divina vel ab hypostasi, veluti principio agente: adeoque una voce appellandae sunt *Deiviriles.* At quemadmodum non una est Christi natura ex duabus conflata, sed nova duarum naturarum in eo unitio facta est; ita nec una, scilicet divina, fuit Christi operatio, sed *nova* apparuit in eo *Deivirilis.* Non ita Eutychiano errori consonam agnoverunt Monophysitac Deivirilem operationem, quin potius veluti adversam reieccrint non pauci. Pro *nova* substituerunt *unam* nonnulli : *unam* retinentes, *Deivirilem* reiecerunt alii, divinam solummodo agnoscentes.

In Lateranensi Concilio sub Martino Papa Romae anno 649 celebrato Monophysitarum duorum conflictus exponitur Secretario 111, scilicet Colluthi ct Themistii : quorum iste *unam Deivirilem* operationem statuebat, quod etiam Cyrus Alexandrinus, Theodorus Pharanites, Sergius et Pyrrhus Constantinopolitani aliique dixerunt: unam ille quidem, at *divinam* solummodo, seu *Deo congruentem,* ut vocabat ille, aut barbaro vocabulo *Deo decibilem*, graccc Οεοπρεπη, appellandam esse contendebat. Verum in id consentiebant demum omnes ut una esset in Christo operatio divina, cuius unum esset principium actuosum penes divinitatem, humanitate seu anima rationali et corpore se habentibus instar organi et instrumenti, per quod ipsa traiiceretur. Theodori Pharanitae verba refero, quae habentur in Synodo VI Oecumenica Actione xin et in Lateranensi citato Concilio Secretario 111, desumpta ex eius Epistola ad Sergium Arsenoitam: *Oportet igitur ita sapere et dicere nos, omnia, quae in incarnatione Salvatoris Christi dicuntur esse, unam scire operationem esse: huius autem opificem et creatorem Deum Verbum, organum vero humanitatem consistere. Ergo quaeque velut de Deo, aut humane de ipso dicuntur, omnia una operatio est Verbi divinitatis.* Quo loco Monotheliticum et Monophysiticum errorem perspicue expositum habes. Quam longe vero lateque distant Areopagitica dicta! *Unam* vocat operationem Christi Theodorus, *novam* auctor noster: *divinam* solummodo ille, *Deivirilem* aut *humano-divinam* iste, proficiscentem a sola *Verbi divinitate* Pharanites, a *Deo et homine* auctor Areopagiticorum; traiectam demum per humanitatem veluti per organum ille, qua voce, aut simili aut affini usus iste numquam est.

Patet quam maxime mentem cius consiliumque haud fuisse, ut unam in Christo divinam efficientiam statueret, quae efficeret omnia, sive divina essent sive humana apparerent opera eius. Imo id sibi ab ipso propositum satis constat, ut novam operationem Christi, ex nova duarum naturarum in una persona Filii unione exsurgentem, declararet, conditionem indolemque in eo positam, ut operatio Christi quaelibet *Deivirilis* esset aut *humano-divina.* Triplex iam genus operationum eius distingui oportere adnotavimus : earum scilicet, quae Deitatis sunt, ut mundum creare : earum item, quae humanitatis specialiter propriae sunt, ut esurire, edere: earum denique, quae mixtae dicuntur quodammodo ex utriusque naturae confluxu, ut tactu carnis mortuum exsuscitare. Huiusce extremae classis operationibus frequentius Patres, qui Monothelitas et Monophysitas insequuti sunt, *Deivirilis* operationis nomen indiderunt: eodemque operationum genere adhibito, duas in Christo operationes constituebant, quarum altera a divinitate, ab natura humana proficiscebatur altera. Tangere carnem, inquiebant, cuius est nisi hominis; et cuius est mortuum excitare, nisi Dei?

Caeterum cum Areopagiticorum auctor et post ipsum Scholiastcs cius, aliique Patres universim affirment (verbis utor Ludovici Thomassini de Incarnatione libro V,capite νπι): « Nec ut Deum divina, nec ut hominem humana operatum » esse Christum; sed ct in divinis operationibus hominis, » ct in humanis Dei aliquas partes fuisse : quid aliud re» stat, nisi ex Deo et homine mixtas quodammodo fuisse » omnes Christi operationes ac proinde omnes Thcandri» cas? Alioquin non ita indiscriminatim, non ita inconsi» derate pronunciandum erat, nec divina ut Deum, nec » humana ut hominem operatum esse; sed circumspectius » aiendum fuerat divina quidem ut Deum, humana ut » hominem plerumque peregisse; raro autem, nempe dum » miracula ederet, divina ut hominem, humana ut Deum » effecisse, dum tangendo suscitabat mortuum ct suscitando » tangebat. At nullum sibi limitem figit auctor: *Caeterum » neque divina ut Deus, neque humana ut homo agebat : » sed quatenus erat Deus et homo, novam quamdam, no» biscum conversando, Deivirilem operationem exhibebat.** Qui et alio loco, non solum Οεουργιαν *divinam operationem,* sed etiam ἀνδριζην *humanam,* hoc est *humano-divinam* vocat: « Ac praeterea Thcandricae operationis prin» cipium indigitat auctor *Deum hominem factum:* et a Deo » homine facto non tertium tantum mixtumque genus ope» rationis, sed et primum ct secundum profluebat; et sui » fontis saporem triplex hic rivulus pro suo quisque mo» dulo aliquem sane servabat. » Egregia plura pergit ille docere. Haec satis nobis erunt, quae hactenus tradidimus, ut integra catholica fides Areopagiticorum auctoris, longe diversa, maximeque adversa Eutychianis commentis, pro virili vindicata et exposita innotescat.

DISSERTATIO X.

De Commentario sancti Thomae in quatuor Sententiarum libros eiusque editionum integritate: deque alio Commentario incepto, qui periit, ab eo qui editus est longe diverso.

CAPUT I.

De Commentario sancti Thomae in quatuor Sententiarum libros veterum testimonium ac indicium, Studiorum ratio in Academia Parisiensi. Itemque gradus, ac mos invectus ut Petri Lombardi Sententiae explanarentur.

I. Inter Opera theologica, quae sanctus Thomas bene multa elucubravit, primum tenent locum, temporis ordine servato, Commentarii *in quatuor Sententiarum libros.* De hoc opere eiusdemque auctore iudicium accipe, quod proferunt veteres. Ptolomaeus Lucensis lib. XXII Histor. cedes., capite xxi sic habet: *Post hoc* (post traditas nempe *Coloniae, ubi multo tempore fuit,* sacras litteras) *vadit Parisios* Thomas. *Annorum 25 erat cum primum venit Parisios, ubi infra trigesimum annum Sententias legit, et conventum in theologia sive licentiam recepit. Infra autem magisterium quatuor librosfecit super Sententias, videlicet primum, secundum, tertium et quartum.* Involutum, implexumque, et obscurum locum, quod attinet ad ipsius Aquinatis aetatem eiusque temporis vices in Academia Parisiensi, inferius declaramus.

Guillelmi de Tocco in Vita, capite in, num. 15, apud Bollandi Continuatores, haec verba sunt, hoc elogium: *Scripsit,* inquientis, *in bacellaria et in principio sui magisterii, super quatuor libros Sententiarum : opus stylo disertum, intellectu profundum, apertum intelligentia et novis articulis dilatatum : ad quarum determinationum rationem.... humanas scientias, quasi ancillas ad arcem divinae sapientiae, in obsequium adduxit.* Vocem illam, *Bacellaria,* intellige academicum eorum gradum, qui, cum theologiae candidati essent, ad theologicum cursum, *Sententiarum* explanatione, percurrendum admittebantur: de quo infra latiore calamo.

Accedunt probatissimi testes alii. Nicolaus Trivetus: *Super libros Sententiarum quatuor,* inquiens, *scriptum fecit.* Ioannes de Columna : *Scripsit super quatuor libros Sententiarum: cui* (Operi) *non invenitur adhuc simile, cum plures alii post eum scripserint.* Bartholomaeus Logotheta : *Quatuor libros super Sententias.* Bernardus Guidonis : *Scripsit etiam super quatuor libros Sententiarum scripta quatuor: primum videlicet, et secundum, et tertium et quartum : opus siquidem stylo disertum, intellectu profundum, intelligentia clarum et novis articulis dilatatum.*

Hocce Commentariorum opus, quos in Gymnasio nostro Parisiensi dictavit e suggestu proprioque stylo in scripta redegit Aquinas, quam magno florentissima in illa Academia habitum fuerit in pretio, satis testantur elogia, quae testes adhibiti proferunt, Guillelmus de Tocco, Ioannes de Columna, Bernardus Guidonis. Bibliographi, quem primo loco memoravimus, haec insuper verba sunt' loco citato : *Factus autem bacellareus, cum coepisset legendo effundere, quae taciturnitate deliberaverat occultare ; Deus tantam ei infudit scientiam et in labiis eius tanta divinitus est effusa doctrina, ut omnes etiam magistros videretur excedere, et claritate doctrinae scholares plus caeteris ad amorem scientiae provocare. Erat enim novos in sua lectione movens articulos, novum modum et clarum determinandi inveniens et novas reducens in determinationibus rationes.* Laudem omnem verba denique superant Alexandri IV Summi Pontificis, quae in litteris, anno 1256, die 3 martii, ad Universitatis Parisiensis Cancellarium datis habentur : *Delectabile est nobis auditu percipere, quod dilecto filio fratri Thomae de Aquino Ordinis Praedicatorum, viro utique nobilitate generis et morum honestate conspicuo ac thesaurum litteralis scientiae per Dei gratiam assecuto* etc. Quae sine dubio magnam nominis famam litterarumque peritiam luculentissime significant, qua praecedentibus annis legerat ille in Parisiensi Gymnasio *Magistri Sententias,* easque explanaverat.

II. Hanc praestitam Parisiis ab Aquinate operam pro dignitate ut illustremus, vigentem studiorum rationem in nobilissima Academia, florentes etiam scholas nostras, candidatorum sacrae theologiae varios gradus, orta dissidia, eademque composita, paullo fusiore enarrare liceat sermone. Ptolomaei Lucensis verba supèrius allata iam repeto: *Post hoc,* inquit ille (postquam scilicet *multo tempore Coloniae fuit Aquinas') vadit Parisios. Annorum 25 erat cum primum venit Parisios, ubi infra trigesimum annum Sententias legit.* Accuratioribus chronographiae calculis non consentiunt anni illi aetatis Thomae, quos *quinque et viginti* numerat Ptolomaeus. Carcere namque eductus, quo ipsum fere-biennio tenuere inclusum irati fratres eius, post Parisinum iter, Coloniam missus est, sub disciplina Alberti Magni erudiendus: quod accidisse cadente an. 1244 docet Echardus, vel etiam incepto anno insequente 1245 haud levi coniectura nos confecimus in nostra adversus Benedictinum monachatum eitis Dissertatione. Eodem anno 1245 circa mensem octobrem, quo fieri scholarum instauratio consueverat, Parisios venit, theologicam doctrinam acceptu-rus ab eodem Alberto, qui ad legendum *Sententias* in Parisiensi Gymnasio nostro designatus fuerat. Completo post triennium cursu, ut moris erat, Coloniam anno 1248 ambo remigravere: novum ibi studium generale recturus Albertus, qui lauream doctoralem Parisiensem receperat; in eoque philosophiam, sacram Scripturam et Sententias sub ipso magistro Alberto explanaturus Thomas. Hisce muneribus qui fungebantur, appellari *Magistri studentum* solebant, ac *Lectores,* sive *Biblici,* sive *Cursores,* sive *theologiae Secundarii.* Haec vero diutina est illa mora, quam *Coloniae* traxisse Thomam adnotat Ptolomaeus, praedicta scilicet explentem munera ad annum usque 1252.

Magnam ipse cum sibi de litterarum peritia famam comparasset, ad gradus percurrendos in Academia Parisiensi illum designavit, magistro Alberto incentore, Ioannes Theutonicus Generalis totius Ordinis Magister. Rem narrat Guillelmus de Tocco: *Post haec autem cum frater Thomas*

sic mirabiliter in scientia et vita proficeret (sacras Coloniae litteras tradendo) *et magistro Alberto ex commissione R. P. F. loannis* (Theutonici) *Magistri Ordinis incumberet, ut Parisiensi studio de bacelario provideret: magister praedicti sui discipuli* (Aquinatis, qui munere secundarii sub ipso in gymnasio Coloniensi theologiae lectoris fungebatur) *praevidens velocem in doctrina profectum, suasit per litteras Magistro Ordinis, ut dictum fratrem Thomam Parisios mitteret. Quem cum non duceret acceptandum, ignorans eius sufficientiam, suasu Hugonis Cardinalis, cui erat de ipso per litteras intimatum, praedictus Magister ipsum in bacelarium Parisiensem acceptavit, scribens ei, ut statim Parisios se conferret et ad legendum Sententias se pararet.* Datae sine dubio ad Aquinatem praedictae litterae fuerunt ante diem 4 novembris anni 1252, qua vita mortali loannes functus est.

Itaque *annorum vigintiquinque erat* (Ptolemaei Lucensis verba sunt) *cum primum venit Parisios, ubi infra trigesimum annum Sententias legit.* Illa verba, *cum primum venit Parisios,* cave ne absolute ct universim accipias: iam enim Parisios ipse venerat anno 1244 cadente vel inuente 1245, inde .profecturus Coloniam, ut litteris operam daret sub Alberto Magno: iterumque eodem anno 1245 ad finem vergente in amplissimam urbem remigravit, theologiae cursum sub laudati Alberti disciplina completurus. Adventum eius in urbem Parisiensem vocat *primum* Ptolomaeus, cum primo nempe illuc missus est ad publice legendum docendumque sacras litteras, gradusque Academicos percurrendos. Annos aetatis eius cum numerat *quinque et viginti,* praeconceptae inhaeret sententiae de Thomae aetate annorum *octo et quadraginta,* cum anno Christi 1274 ad caelitum gloriam evolavit: qua posita chronographia, calculos accurate si subducas, *annos vigintiquinque,* eosdemque completos, natus esse debuit, cum anno Christi 1262 ad finem vergente *Parisios venit.* Sed annum vigesimum septimum iam tunc egisse Thomam alibi probabiliore coniectura confecimus: quam eius aetatem notula quaedam confirmat, quae legitur in vetusto codice bibliothecae ss. loannis et Pauli, ubi *Chronicon Breve Capitulorum Generalium* continetur: ad annum quippe 1251, quo Metis Generale Capitulum celebratum fuit, haec habentur: *Circa istum annum s. Thomas fuit factus bachallarius Parisius ad mandatum huius Magistri* (loannis Theutonici), *ct erat s. Thomas tunc aetatis iam annorum* 27, quod ego monumentum debeo humanissimo viro Dominico Mariae Berardello, eiusdem coenobii alumno et bibliothecario. Sed haec luculentioribus argumentis firmanda inferius est aetatis Thomae chronotaxis.

Florebant aevo isto scholae Parisienses. Celeberrimo Academicorum coetui aggregati fuerant nostrates, duaeque patebant in coenobio Saniacobaeo theologiae scholae. .Erecta prima fuit anno 1228, quam primus rexit loannes Aegidius Anglus: patuitque altera post annum 1231, ut scilicet quemadmodum Franciae sodales in priore excolebantur, ita externarum Provinciarum alumni doctrina Facultatis Parisiensis imbuti in altera, eam copiose apud nationes suas refunderent. Hinc privatas distingue scholas in coenobiis ac publicas, quas loci Universitas adprobavcrat ; privatosque lectores distingue ac publice legentes, qui gradus percurrebant, ut Academicorum denique coetui adseriberentur. Hinc etiam factum, ut qui sacras litteras in privatis scholis tradiderunt, Academicos postea gradus percurrendos aggrederentur; quive post emensos gradus illos laurea doctoral! donabantur, privatas in coenobiis regerent scholas tironesque sodales philosophicis ac theologicis doctrinis imbuerent. Doctissimum Echardum consule in Elogiis loannis Aegidii, Alberti Magni et sancti Thomae.

Post plura idoneitatis specimina, quae suis in Provinciis ac Gymnasiis edebant fratres extranei, postque similes litterarios agones, quos intranet subire debebant, ad gradus promovebantur, qui plures erant. *Lectoris biblici* primus vocabatur: quem et *baccalaureum cursorem Bibliorum* appellabant. Magisterii stadium proprie dictum sequebatur, integro conclusum triennio. Qui Biblia explanaverat, primo huiusce triennii anno *baccalaureus sententiarius,* vel *Sententiarum* evadebat : cuius munus erat *Sententias* Petri Lombardi legere in alicuius magistri schola. Hoc est, scholam quamlibet regebat magister; in eiusdemque magistri schola, eiusque sub regimine, explanare Sententias tenebatur baccalaureus ad magisterium promovendus. De *Baccalaurei* etymo Ducangium consule in Glossario mediae et infimae latinitatis.

Anno primo expleto, Saniacobaei coenobii Prior ac Magistri actu legentes Cancellario Universitatis offerebant baccalaureum, iuramento adserentes pro digno illum se habere, qui *licentiam* acciperet; cui videlicet facultas docendi fieret, tamquam magistro. Accepta licentia, principium solemne in aula episcopali habendum fuerat, adstante sacrae theologiae Magistrorum omnium conventu : idque dici propterea consueverat, *Aulam suam habere,* vel *Conventum in theologia recipere.* Hinc rude donatus ille declaratusque magister, pergebat anno altero explanare *Sententias* in schola tunc sua, quam ipse videlicet regebat, tamquam Magister. Tertio demum adhuc anno scholam moderabatur, quaestiones quasdam pro libito pertractando, generales habendo disputationes vel respondendo *de Quodlibetis,* ut inquiebant: simulque in schola sua baccalaureum habebat sub suo ductu legentem *Sententias;* cui in fine anni de peritia et idoneitate testimonium reddebat ipsumque licentiandum pro more praesentabat. Emenso triennio *magister emeritus* habebatur, regebatque deinceps privatas coenobiorum scholas, sacrae Facultatis Parisiensis doctrinam traditurus; iterumque ad ipsas publicas Parisienses scholas regendas non raro pro meritorum praestantia advocabatur, ut infra dicendum de Aquinate. Haec compendio collecta latiore sermone locis citatis enarrat laudatus Echardus.

Ill. De gradibus Academicis, quos memoravimus ac vocant *Baccalaureatum, Licentiam* et *Doctoratum* eorumque nominibus ac etymo agit Ducangius. Eorumdem institutionem referunt scriptores ad Gratianum, qui sacros Canones in corpus unum collegit: diciturque Eugenius Papa 111 illos adprobasse ac ornasse privilegiis, ut hocce specioso titulo ad ius canonicum addiscendum iuvenes excitarentur. Communis etiam fert opinio Petrum Lombardum, Gratiani imitatione, Parisiis in theologicae disciplinae cursum eos invexisse.

Erat is natione italus et insuber, patria novariensis. Bononiae studiis operam dedit. Litterarum amore vehementer accensus, ut scientiarum suppellectilem augeret, in Galliam et Parisios demum, ubi florentissimae patebant scholae, sc contulit. Adeo sacris in litteris profecit, ut ipse docendi magisterium, consentientibus Academicis, sibi sumpserit eoque in munere magnam laudem comparaverit. Universam theologiam, qua late patet, in summam contraxit, libris quatuor comprehensam, divinorum eloquiorum et sanctorum Patrum sententiis contextam. Hinc *libri Sententiarum* dicti sunt ipseque *Magistri Sententiarum* nomen promeruit. Quo in opere concinnando plagii a quibusdam accusatum Lombardum egregie vindicat Casimirus Oudinus. Id attamen genus opera, quae sententias decerptas ex Patribus certumque in ordinem digestas complectuntur, remotiore etiam aevo prodiisse constat; cuiusmodi certe nemo ignorat confecta fuisse ab Isidoro Hispalcnsi, Leontio Cyprio, loanne Damasceno aliisque. Itcmque exemplo suo Petrus Abaelardus praeivit Lombardo, *Sententiarum libris* ab ipso editis: codcmque pariter aevo *Sententias* compilarunt non pauci, Simon Tornacensis, Petrus Pictavicnsis, Gilbertus Porretanus ct alii. At Lombardi nostri denique opus maximam prae ceteris celebritatem obtinuit ; mosque invaluit, ut in Parisina Academia caetcrisque theologorum Gymnasiis eius *libri Sententiarum* legerentur ac editis illustrarentur commentariis. Hinc vero factum, ut fere innumera in eosdem libros volumina commentariorum prodierint, quos baccalaurei in theologico stadio scribere tenebantur, perficiebantque magistri effecti. Infulas Ecclesiae Parisiensis anno 1159 obtinuit Lombardus! quas brevi tempore gestavit, insequente anno 1160 fato communi sublatus. Non omnes viri clarissimi Sententias theologicas receptas esse, pluresque consono theologorum calculo explosas docet index, quem

in calce libri *Sententiarum* quarti editiones exhibent. Naevos omnes ad quatuordecim capita revocat s. Antoninus in Summa part. IV, titulo xi, capite vin.

Sed hanc *Sententiarum Petri Lombardi* lectionem seu explanationem, quae in scholis a baccalaureis et magistris coram audientibus habebatur, non ita accipiendam esse animadverto ac si scripta sua ex quaternione auditoribus discipulisque traderent ipsi ac dictarent. Morem alium apud veteres illos vigentem pandit saepe laudatus Echardus. Lectiones videlicet suas, iam summo studio prius compositas, memoriae mandatas proferebant a suggestu, casque excipiebant ex ore dicentis redigebantque in scripta, qui celeri ad scribendum inter auditores manu valebant. Haec'porro scripto excepta opera dicebantur *Reportata:* quibus, utpote frequentius imperfectis, fides non. habebatur, donec ab auctore diligentius recognita ac serio emendata fuissent. Id genus scripta, ex ore divi Thomae dicentis e suggestu excepta ab aliis, ab eodcmque postmodum correcta et adprobata, hactenus non pauca memoravimus. Mos denique ille invaluit ut, quae in quaternione scripserant baccalaurei vel magistri, ea legendo traderent auditoribus : eiusdemque moris in Academia Parisiens! tempus notat Echardus annum 1452. Cave-tamen, Commentarios dc quibus agimus, *Reportatos* ab aliis existimes. Ipsos confecit proprioque stylo scripsit Aquinas, ante magisterium inchoatos complctosque post lauream receptam doctoratus.

CAPUT II.

Dissidium ortum contra fratres Praedicatores aliosque Mendicantium Ordines in Academia Parisiens!: compositumque. Commentarii ab Aquinate in Sententias elucubrati tempus.

I. A d *Sententias* explanandas in Parisiensibus Saniacojtkbaei coenobii scholis designatus Aquinas a loanne Theutonico Ordinis Magistro, partes implere coepit suas anno 1252, quo lectorem scu baccalaureum *biblicum* egit. Insequente anno 1253, in consueta studiorum instauratione, baccalaureus *Sententiarum* effectus, explanationem *Sententiarum* Petri Lombardi aggressus est in schola fratris Eliae Bruncti Petragoricensis, qui secundum magisterii gradum decurrebat. Ait vero Ptolomaeus de Luca: *Venit Parisios* Thomas, *ubi infra trigesimum annum Sententias legit et conventum in theologia sive licentiam recepit. Infra autem magisterium quatuor libros fecit super Sententias.* Quo loco historiam detruncat ille reticetque dissidia, quae tunc temporis eruperant. Res ita se habuit. Danda pro more Aquinati *licentia* fuerat anno 1254 in scholarum instauratione, ut pro secundo incuntc stadii theologici anno *Sententias,* tamquam magister, légère et explanare pergeret. Quominus vero *conventum* ipse in *theologia reciperet,* suumque *principium solemne in aula episcopali haberet* coram omnibus Academiae magistris, orta dissidia fecerunt.

Praecedente anno 1253 tempore Quadragesimae, turbae ab eisdem Academicis motae iam fuerant contra fratres Praedicatores, ac si legibus Academiae subesse nollent; eiectique sunt gradu suo Bonus-homo Brito et Elias Brunetus, tametsi *aulam suam* habuissent regerentque scholas tamquam magistri, ille intraneam, extraneam iste : adeoque Hugoni Metensi, qui Sententias legerat in schola Bonhominis, eodem anno 1253 denegata licentia ac etiam Thomae Aquinati anno insequente 1254.

Dissidium auxit editus a Guillelmo de Sancto-amorc libellus contra fratres Praedicatores aliosque Mendicantium Ordines, inscriptus : *De periculis novissimorum temporum.* Is erat abs soli natalis oppido apud Sequanos nuncupatus *de Sancto-amore,* Canonicus Bellovacensis, in sacra Parisiens! Facultate doctor theologus. In eius Operum editione Parisina anni 1632 dicitur *e celeberrima Domo Sorbonica :* quod oppido falsum notat Carolus Duplessis Dargentrè, Sorbonicus doctor et Episcopus Tutelensis, tomo I de Novissimis erroribus; propterea quod in sacra Facultate magisterium iam obtinuisset Guillelmus, *antequam Sorbonicae Domus fundamenta iacta essent.* Erectum quippe Sorbonicum Gymnasium anno 1252 refert Echardus in Elogio loannis Aegidii ; illudque dignum addit animadversione, scholas plures diversis in locis aevo illo patuisse Parisiis, saeculares alias, alias intra coenobia regularium, quibus Universitas Parisiensis coalescebat : maximeque celebritate et vetustate floruisse scholam ecclesiae scu claustri ecclesiae episcopalis, quam tres eiusdem Canonici vel ab iis instituti magistri regebant. loannem Launoium consule de Scholis celebrioribus capite lix, articulo v.

Guillelmo pervicaci viro adhaerebant Odo de Duaco, Nicolaus Decanus de Barro super Albam, Christianus Bellovacensis aliique magistri : factoque agmine, ex Academiae gremio fratres Praedicatores aliosque Mendicantes pelli curabant totis viribus. Extingui sub înnocentio Papa IV exorta lis non potuit: eademque delata ad Alexandrum IV, anno 1254 electum coronatumque, cum libello Guillelmi de Sancto-amore. Plures hac de re, quas idem Summus Pontifex edidit Constitutiones, prostant tomo I Bullarii Ordinis Praedicatorum, egregiis illustratae notis ab doctissimo viro Antonino Bremond. Ex his integram ac sinceram huiusce dissidii concinnari historiam, ac saepe non integrae fidei redargui ac revinci Bullaeum posse, qui Parisiensis Universitatis Historiam scripsit, verissime laudatus Bremondus animadvertit.

Suas interea lectiones publice persequebatur sanctus Thomas, ipsumque initio anni 1256, qui tertius inceptus magisterii annus esse debuerat, *licentiam* obtinuisse ab Cancellario dubitare non sinunt Alexandri IV litterae ad ipsum datae v *idus martii, Pontificatus anno secundo,* vulgaris aerae 1256 stylo novo. Verba sunt: «Delectabile nobis est » auditu percipere, quod te in his promptum reddis et vi» gilem, quae pietatem continent vel sapiunt honestatem, » prout patenter agnoscitur, quod dilecto filio *fratri Tho» mae de Aquino* Ordinis Praedicatorum, viro utique no» bilitate generis et morum honestate conspicuo ac the» saurum litteralis scientiae per Dei gratiam assecuto, » dedisti *licentiam* in theologica Facultate docendi, prius» quam illuc nostrae litterae pervenirent, quas tibi super » hoc specialiter mittebamus. Quia vero condeccns est ut » huiusmodi negotium, a tc laudabiliter inchoatum, festi» num habeat exitum et felicem; devotionem tuam attente » rogandam duximus et monendam, per Apostolica tibi » scripta mandantes, quatenus eumdem fratrem in prae» dicta Facultate cito facias *regiminis habere principium.* » Habita scilicet *licentia,* opus deinde erat ut in aula episcopali *solemne sui regiminis principium* coram magistris haberet, qui munere baccalaurei functus, ad *Sententias* legendas, tamquam magister, promovebatur. Non habitum ab Aquinate hocce regiminis principium, quamplurimis repugnantibus Academicis, quos in partem traxerat Guillelmus de Sancto-amore, discimus ex eiusdem Summi Pontificis ,Bulla , *Anagniae* data xv *kal. iulii* (die 17 iunii) *Pontificatus anno secundo* (Christi 1256), ubi haec habentur: *Quid plura? Praedicti magistri et scholares huiusmodi concordiam , stimulis discordiae circumscriptam,* (quam bono pacis a fratribus Praedicatoribus initam cum Parisiensibus magistris rescindit ea Constitutione Pontifex) *observare, sicut accepimus, non curarunt; illis, qui volunt fratrum ipsorum lectiones ac disputationes et praedicationes audire, nec non illis, qui dilecti filii fratris Thomae de Aquino voluerunt interesse principio, se nequiter opponendo.*

Hinc in Italiam ad Summum Pontificem Anagniae degentem se contulit Aquinas. Aderant etiam Albertus Magnus et sanctus Bonaventura: communemquc cum fratribus Minoribus causam adversum Parisienses magistros maximeque Guillelmum de Sancto-amore strenue propugnavit Thomas. Eodem anno 1256 die 5 octobris lata sententia est contra libellum *De periculis novissimorum temporum.* Dic 18 eiusdem mensis plura legatis theologicae Facultatis Parisiensis, qui negotium apud Summum Pontificem agebant, facta mandata : alterumque erat, *quod fratres Praedicatores et Minores Parisiis degentes, magistros et auditores eorum et specialiter ac nominatim fratres Thomam de Aquino de Ordine Praedicatorum et Bonaventuram de Ordine Minorum, doctores theologiae ex tunc,*

quantum in eis esset, in societatem scholasticam et ad Universitatem Parisiensem reciperent. Haec verba legimus in Pontificia Constitutione *die* 2 *octobris anni 125?* data, qua demum dissidiis optatissimus finis impositus est.

II. In urbem ergo Parisinam redux Thomas *principium regiminis* habuit in aula episcopali, *conventumque recepit* in theologia ac Parisiensis magister agnitus est: quod alii accidisse putant eodem mense octobri anni 1256, alii anno insequente post editam *die* 2 *octobris* memoratam Constitutionem. Biennium inde magisterii de more peregit Aquinas: atque anno primo, cum iam *Sententias* anno 1255 et 1256 turbarum tempore explanasset, earum loco *Quaestiones de Veritate,* ut appellantur, pertractavit: alteroque succedente anno generales disputationes habuit, in quibus *sex Quodlibeta,* ut aiebant, determinavit: qua de re latius suo loco agendum. Hinc vero de tempore, quo Thomas Commentarium in *Sententias* edidit, agens Ptolomaeus de Luca: *Infra trigesimum annum,* inquit, *Sententias legit et conventum in theologia sive licentiam recepit.* Legit nempe *Sententias* ab anno 1253 cadente ad annum 1256. Hoc anno 1256 ineunte, data eidem ab Cancellario Universitatis *licentia:* minime tamen *regiminis principium* ab eo habitum ob illa dissidia, quae narravimus. Compositis denique fluctibus, magister agnitus anno cadente 1256 vel insequente, biennium magisterii inchoavit perfecitque. Porro *infra magisterium* (laudati Ptolomaei verba sunt) *quatuor libros fecit super Sententias.* Iam ergo scripti ab Aquinate Commentarii definitum tempus habes: quo annum aetatis tricesimum agebat ille, si eidem Ptolomaeo credimus, qui totius vitae solum numerat annos *quadraginta et octo;* vel potius aetatis annum 32, ut probabilior fert sententia de vita Thomae ad annos 49 vel etiam 50 inchoatos protensa

CAPUT III.

Quamplurimae praeclari Operis editiones, quae prostant, labe omni depravationis invectae immunes vindicantur. Vindiciae pro Cosma Morelles.

I. /^'Aperis praeclarissimi codices mss. quamplures adservant bibliothecae: postque invectam typographiam plurimae prostant editiones. Iacobum Echardum hac de re uberrime disserentem consule. Calumniam amoliri liceat, quam sodalibus impactam video, ac si typis edita exempla interpolatrice manu violata prodire curaverint. Insignem tanti facinoris locum exhibent, depromptum ex tertio Sententiarum libro, dist. ni, q. 1, art. r, quaestiunc. 11, ubi sic edita habent: *Dicendum quod sanctificatio beatae Virginis non potuit esse decenter ante infusionem animae, quia gratiae capax nondum erat; sed nec etiam in ipso instanti infusionis, ut scilicet per gratiam tunc sibi infusam conservaretur ne culpam originalem incurreret.* Addita inquiunt verba illa, *Sed nec etiam in ipso instanti infusionis* etc. quae piam exhibent opinionem, deque additamento incusant Dominicanos. Ad piam quod attinet opinionem, obsequentissimo animo mandata Ecclesiae sanctae Romanae amplector; invectam pernego a Dominicanis interpolationem. Age vero: audacissimum interpolatorcm ut prodas postulo. Petrus de Alva incusat Bartholomaeum de Spina, qui novam huius operis editionem anno 1530 accuravit: Thomam Nerium, paullo sequioris aevi ornatissimum virum, Silvester de Saavedra. Accusatores iam habeo dissidentes. Rursum criminis reus non fuerit Nerius, cum in priore anni 1530 editione verba illa habeantur: sed neque incusari de interpolatione Bartholomaeus de Spina potest, propterea quod eadem verba in suo *de Veritate Conceptionis* tractatu parte VI, capite xm praecedente saeculo descripserat loannes de Turrecremata. Hinc in virum hunc celeberrimum corruptelae invidiam refert Petrus dc Alva, sua nempe in accusatione sibi minime constans. At integram Turrccrematae fidem vindicat Capreolus, anno 1444 denatus, qui praedicta divi Thomae verba, ac illa etiam quae ad invidiam traducuntur, profert omnia in eadem distinctione tertia, quaest. unica, articulo primo.

Vetustas in huiusce rei confirmationem praetermitto editiones. Vetustissimus quaestionem dirimit codex ms. quem ex *bibliotheca Abbatiae Parcensis prope Lovanium* affert Franciscus Janssens Elinga in opusculo, quod inscriptum, *Auctoritas divi Thomae Aquinatis* etc. typis prodiit *Gandavi apud Maximilianum Graet anno 1664.* Venerandam codicis antiquitatem probat nota sequens, quae in calce ipsius codicis legitur, publici notarii fide munita: *Hic liber consummatus est anno Domini 1282 in vigilia beati Andreae Apostoli: quem scribi fecit fr. Wilhelmus de Libbeke ad suam et communem fratrum Ecclesiae de Parco utilitatem.* Octo post Aquinatis obitum annis manu codicem exaratum intelligis, in quo omnia et singula habentur verba Thomistici textus, quo de agitur. Eademque demum verba legere licet in volumine membranaceo ms. in Veneta ss. loannis et Pauli bibliotheca adservato, quod *librum tertium Sententiarum* complectitur. Haec habentur in calce: *Explicit tertius Sententiarum sancti Thomae:* ubi verba illa, *Sententiarum sancti Thomae,* manu recentiore scripta sunt. Quae prius, totius codicis charactere, exarata fuerant, deleta videntur: unde puto primigenia manu scriptum fuisse, *Fratris Thomae de Aquino.* Hinc vetustatem codicis habes, quae genuino Aquinatis textui fidem omnem conciliat.

II. Festiva sequitur historiola, quam narrat Theophilus Raynaudus tomo VIII in *Pietate Lugdunensi* pag. 291, ut invectae in Opera divi Thomae corruptelae reum agat et evincat Cosmam Morelles, qui Antuerpiensem seu potius Coloniensem Operum eius editionem anno 1612 accuravit. Locum integrum refero. « Sanctus itaque Thomas in I, dist. xliv, quaest. unica, art. m, ad 3 sic scribit: *Dicendum,* * *quod puritas intenditur per recessum a contrario: et ideo* » *potest aliquid creatum inveniri, quo nihil purius esse* » *possit in rebus creatis, si nulla contagione peccati sit* » *inquinatum. Et talis fuit puritas beatae Virginis, quae* » *a peccato originali et actuali immunis fuit. Fuit tamen* » *sub Deo, inquantum erat in potentia ad peccandum.* Sic » habet hic locus in editione Romana iussu Pii V emaculata, » et in editionibus Parisiensibus anni 1529 et 1532, nec non » in editione Veneta anni 1555. Et cum bona anima Claudii » Donyoli ex eo loco a me commonstrato, pro Immaculata Conceptione divi Thomae auctoritatem urgeret apud » D. Chrysantum, Carthusiae cuiusdam in extrema Arecomica » ora Priorem; res digna Priori visa est, pro qua textus » ipse sancti Thomae adiretur. Factum est, sumpto in » manus volumine *ex editione Antuerpiensi per Kecrbergium emissa anno 1612.* Sed nihil tale in textu apparet, » quale in aliis editionibus; unde parum abfuit, quin bonus ille Nathanael audiret impostor. Verum non ita multo » post alii multi codices prolati sunt, quibus fides allegantis est liberata, non absque sugillatione *audaciae Cosmae Morelles Dominicani,* qui editioni Antuerpiensi » praefuerat. » Haec eadem paucis verbis intentata ab eodem Raynaudo accusatio legitur sub nomine Petri a Valle clausa in Diatriba VI *de Immunitate Auctorum Cyriacorum a censura.*

Ita sane: audaciae, temeritatis, imposturae iniquissimae reus agatur Cosmas Morelles, si sua quidem Antuerpiensi in editione expunxerit praedicta verba, *a peccato originali,* quae in Romana iussu Pii V curata aliisque in editionibus habentur. Praesto mihi tamen est Commentarii in quatuor Sententiarum libros *editio nova, quamplurimis quibus scatebat mendis correcta.... per Ii. P. F. Cosmam Morelles Ordinis Praedicatorum, Antuerpiae apud loannem Kecrbergium anno 1612* in fol. Oculis metipsis video, lustro, perlego *distinctionem quadragesimam quartam* libri primi, et *quaestionem unicam,* et *articulum tertium,* et *responsionem ad tertium:* eaque verba, quae per nimiam Morellii audaciam expuncta dicuntur, minime expuncta deprehendo, sed nitidis expressa characteribus lego: *Et talis fuit puritas beatae Virginis, quae a peccato originali et actuali immunis fuit.* Quis ergo in hominem, qui putidissima haec mendacia, ut Dominicanis invidiam creet, pudore omni abiecto venditat, non irascatur? Satis imo fuerit, Morellii fidem optimam, editionemque Operum Thomae ab ipso curatam,

omni prorsus interpolationis labe immunem, miti animo demonstrasse. At mirum denique est eadem legi recusa commenta in Opere, quod inscribitur, *Innocentia vindicata* etc. § i, num. i.

Siste lector. Malam fidem, quam pridem *loannes Nicolai et alii Parisienses magistri, allegantes exemplar unum illiusmet editionis* Morellianae, *quod penes ipsos erat,* adamussim Romanae editioni conforme, opposuerant Theophilo Raynaudo , is amoliri abs se studet, vindiciis actis in Syntagmate de Libris propriis num. 33: « Non erit, » *inquit,* operosum hanc labem detergere. Verissimum igi- » tur est, quod dixi de *adulteratione textus* praedicti san- » cti Thomae facta per Cosmam Morelles. Causa autem, » cur inventum sit *exemplar* eiusdem editionis *sincerum,* » ista est. *D. Bernardus de Thoro* doctor hispanus, qui » Romae negotium Conceptionis urgebat, deprehensa illa » sancti Thomae depravatione per dictum fratrem Morel- » les, *dicam illi impegit apud Paulum V,* a quo frater » praedictus increpitus et multatus *mutavit folium illud,* » adulteratione sublata. Caeterum exstare *dicuntur* in his » oris et alibi varia exemplaria eiusdem editionis deprava- » tae, ut Villananovae cis Avenioncm in Carthusia Vallis » Benedictionis, et Anesii apud Allobroges, et Aquis-Sextiis » apud Salyos. Ex quibus liquet, me nihil imposuisse Co- » smae Morelles, sed adulterationem ab eo factam esse » rite convictam. »

Rite convictum ais Cosmam Morelles de falsato sancti Thomae textu, pluribus expunctis verbis ? Id eius iniquum facinus quomodo probas ? Bernardus de Thoro, inquis , dicam Cosmae Morelles impegit apud Paulum V Summum Pontificem : is increpuit ipsum ipsumque multavit: increpitus ille multatusque mutavit folium, depravatione sublata: hinc vero exemplarium discrimen, quorum alia sincera, non alia. Facta et quidem plura habeo. Scriptores probatos ac testes convenientes adduci debent, qui eadem testati fuerint ac scripto reliquerint, ut sibi constent. Scriptorem vero testemque neque unum affert Raynaudus. Num haec ipsi narranti credendum fuerit, quem sine dubio convictum tenemus de pluribus aliis in Aquinatem, in consodales eius excogitatis mendaciis ? Non pauca nostris in Dissertationibus exempla prostant.

Plura mihi praesto sunt, quibus historiolam excogitatam convellam. Alia editionis a Cosma Morelles curatae exemplaria sincera esse, inquis, quae scilicet habent *folium mutatum ;* alia depravata, quae *folio mutato* carent. Pronum erat ut depravata proferrentur exemplaria, quae adhuc exstare plurima deberent, locis indicatis quae adire cuique liceret, ut propria oculorum experientia depravationem deprehenderet. Profert ne aliqua Raynaudus? Astutiam hominis animadverte: *Caeterum,* inquientis, *exstare dicuntur in his oris et alibi varia exemplaria eiusdem editionis depravatae.* Cur inquis, *exstare dicuntur?* Id minime satis. Historiola ut constet, omnino opus est ut *reipsa exstent* alicubi depravata exemplaria. Haec tamen nullibi videre Raynaudus potuit: neque probatos, quos nominaret, viros invenit, qui certo rem testarentur. Quidpiam tamen reponendum fuerat: unde *dicuntur,* inquit, *exstare in his oris et alibi varia exemplaria editionis depravatae.*

At ubinam *exstare* demum *dicuntur ?* Reponit ille : *Villananovae cis Avenionem in Carthusia Vallis Benedictionis.* Festivam utique rem animadverte. Primum *depravatae editionis* exemplum inventum fuisse narrat Raynaudus in Pietate Lugdunensi, *in Carthusia quadam in extrema Arecomica ora :* invenitur alterum *in Carthusia Vallis Benedictionis cis Avenionem.* Ad pios ergo ascetas Carthusianos pergendum est, ut dc facinore convincatur Cosmas Morelles. Caeterum, locum ubi haec posterior Carthusia, non *Villananovam* vocant geographi, sed *Villam-novam.* Iosephus Morotius in Theatro Chronologico sacri Cc.rthusiensis Ordinis *Carthusiam* appellat *Villaenovae iuxta Avenionem, et Villanovanam, et Vallis Benedictionis de Villanova.* Item depravatum exstare exemplum ais *Anessii apud Allobroges, et Aquis Sextiis apud Salyos.* Parum erat admonere, *Anessium civitatem* esse *Allobrogum,* et *Salyorum Aquas Sextias:* exposcebat diligentis viri bona fides, ut locus, vel coenobium vel bibliotheca indicaretur, ubi Anessii, et Aquis Sextiis adservaretur, quaerendumque foret depravatae editionis exemplar. loannes Nicolaius exemplar, quod nullam habet depravationem, indicavit Parisiis exstare apud suos consodales. Simile profero ego, quod in nostro Veneto sub nuncupatione Rosarii coenobio adservatur. Exemplaria quae vidit, memorat Vincentius Baronius in libro Apologetico IV, sectione II, § 3, pag. y3, ubi sic ait: *Vellem, docuisset nos* (Raynaudus), *quibus verbis hunc locum corruperit Morelles, cum editio illius consentiat caeteris, nec apparedt quibus verbis possit haec corruptela adhaerere.* Fugit denique depravata haec editio, quae alicubi exstaret, solertissimos diligentissimosque Quetifum et Echardum in Elogio eiusdem Morelles.

Pergit suam texere apologiam Raynaudus: *Bernardus de Thoro,* inquiens, *qui Romae negotium Conceptionis urgebat, deprehensa illa sancti Thomae depravatione per dictum fratrem Morelles, dicam illi impegit apud Paulum Quintum: a quo praedictus Frater increpitus et multatus mutavit folium.* Haec Raynaudo sine teste narranti opponere liceat Thomam Strozzium S. I. qui cum in Controversia Conceptionis historice descripta diligentissime ea omnia referat libro IX quae Romae sub Paulo V acciderunt, dicae Cosmae Morelles impactae, mutatique ab eo folii mentionem nullam ingerit. Eodem Strozzio teste pag. 5io et 53| degebat Romae Bernardus de Thoro *anno 1618 mense Decembri,* quo in Urbem adventavit Antonius de Treio, orator a Philippo III Hispaniarum rege missus: eaque etiam in Urbe moras trahebat anno 1622, Sedem Apostolicam tenente Gregorio XV qui anno praecedente Paulo succcesserat mense februario. Suae historiolae color aliquis ut inesset, annus erat Raynaudo definiendus, quo Morellio dica impacta fuit, quove ipse multatus coactusque ut folium mutaret. Animadverte, Opera Thomae Aquinatis, ipso Morellio curante, anno 1612 prodiisse: abhinc vero intervallum sex annorum haberi ad annum usque 1618, ac plurima sine dubio editionis, quae depravata dicitur, distrahi debuisse exemplaria a loanne Keebergio typographo et bibliopola. Cur ergo frequentissima non occurrant depravata huiusmodi exemplaria? Cur tria vel quatuor dumtaxat extare dicuntur, quae si cuique videre in votis esset pergendum illi foret *Anessium, Aquas Sextias, Avenionem et in extremam Arecoinicam oram?* Figmentum nemo non videt.

At *anno* eodem 1618 *die 24 maii* ab Apostolica Sede datus fuerat Cosmas Morelles, ut Echardus narrat in eius Elogio, Generalis Fidei Inquisitor in Tractu Rhenano sive Archidioecesibus Moguntina, Trevirensi et Coloniensi: quod ipse munus strenue prudentissimeque gessit plures annos. An vero Summus Pontifex hominem iam falsarium convictum tam splendido munere cumulasset? An qui morum candore, peritia litterarum et zelo fidei dignum se praebuit, ut munere praeclarissimo in rfegotio Religionis ab Apostolica Sede honestaretur, genuinum Thomae textum supprimere ausus aliquando fuerit? Praeterea quaerendum est num Bernardus dc Thoro, qui Romae degebat, dicam impegerit praesenti vel absenti Morellio? Num ipsum praesentem increpuerit Paulus V, an increpatorias litteras ad absentem ipsum in Belgium transmiserit? Circumstantiae sunt, quae factum, quo de agimus, intime afficiunt; at illas satis non indicat Raynaudus. Neque ita in abscondito haec fieri potuerunt, quin eorum fama longe lateque diffunderetur: attamen unus est Bernardus de Thoro, qui haec sciverit: unus est, qui haec resciverit, Theophilus Raynaudus! Quae certa sunt, pandam ego viri clarissimi gesta Quetifum et Echardum secutus: patria scilicet catalanum fuisse et alumnum sancti Onufrii prope Valentiam Aragoniae: sacras litteras in Academia Coloniensi professum esse vitamque suam in Belgii partibus egisse, heterodoxis arguendis redigendisque ad fidem catholicam totum addictum: ac demum anno 1618 Quaesitorem Fidei in Tractu Rhenano a Sede Apostolica renunciatum partes commissi muneris explesse omnes. Haec evincunt innoxiam Cosmae Morelles fidem: deque impostura tum excogitata, tum defensa convincunt Raynaudum. His addere demum praestat

rationem adfuisse nullam, qua permotus germanum Aquinatis textum supprimeret Morelles: nihil enim verbis Thomae inesse, quod Immaculatae Conceptioni conferat, iam adnotavit Ioannes Nicolai.

CAPUT IV.

Innoxia thesis ostenditur, quam Francischinus Curtius et Io. Antonius Summontius audacissime notarunt, veluti damnatam in Concilio Constantiensi. Refellitur nupera pro Summontio Apologia. Animadversio.

I. 'Ch'heseos cuiusdam ab Angelico Doctorc in Commentario in secundum librum Sententiarum propugnatae veritatem integritatemque recentium Operum eius editionum, ut hoc loco vindicem latiore sermone nimia facit nuperrimi scriptoris confidentia. Is est Scipio Christophori neapolitanus in vita Io. Antonii Summontii. Regni Neapolitani historicus iste narraverat facinus Comitis de Caserta, qui cum in castris Manfredi Regis militaret situsque difficillimi custodiam adsumpsisset, aditu non arcuit advenientes Caroli Andegavensis copias suasitque Comiti Iordano Lanciae ut transitum permitteret. Proditorium facinus, quod non pauci exeerantur, purgare studet Summontius, Thomae nostri (inepte sine dubio) adhibita doctrina, quam mox anathemate ecclesiastico percussam ait. Vindicias Thomae egerat Rhaphael Maria Filamondus Ordinis Praedicatorum: vindicemque modo aggreditur Scipio Christophori, inlatam Aquinatis doctrinae iniuriam propugnans, recentesque Operum eius editiones veluti detruncatas traducens.

Res ab ovo pertractanda mihi est miti animo, gravi serioque certamine instituto, argumentorum robore. Summontii verba sunt tomo II, libro II (secunda utor editione anni 1675): « San Tommaso d'Aquino, avendo forse ri» guardo a questo caso del Zio *(Rinaldi Aquinatis, quem* » *vocat, Comitis de Caserta),* disse una cosa più forte e » mirabile *(in II Sent. art. penult.)* ch' è opra'lecita e me» ritoria al vassallo in questo caso uccidere il Signore. » Perd in contrario a questo tenne Agostino d' Ancona nel » *Trattato della Potestà ecclesiastica nella q. 54, art.* 3, » *vers. Omnia autem ista:* e contro l'opinione di s. Tom» maso fu nel Concilio Constantiense determinato, come » riferisce nel medesimo luogo Curzio *(de Feudis in sexta* » *parte).* » Pro carne et sanguine strinxerit ergo calamum Thomas Aquinas, locum si habeat Summontii coniectatio: quod est viri sanctissimi integritatem castissimamque doctrinam denigrare. Nolim ego diligentius perquirere, num Comes ille de Caserta ad nobilissimam gentem Aquinatem pertineret ac patruus esset Thomae Angelici seu frater Landulphi patris. Hunc sanguinis nexum tuetur ille auctoritate Matthaei lovenatii, loannis Villanii et Cypriani Manentis, aliisque vetustis quibusdam chartis, quas attentiore mente expendere non vacat. Contra sentientem laudat ipse historicus Ammiratum, diligentissimum huiusmodi rerum indagatorem; cui addiderim ego CamillumPeregrinium, qui in historia Principum Longobardorum *in partem VI Anonymi Salernitani,* perillustre genus Thomae Aquinatis data opera scrutatur, gentis eiusdem facit Comites Acerranos, Comitumque de Caserta nullam ingerit mentionem. At pertinuerit iste ad gentem Aquinatem: in gratiam eius quidpiam scripsisse Thomam, consanguinitatis affectu ductum, suspicio foret putidissima.

Locum, ubi indicata perquirenda sit doctrina Thomae, denotat Summontius *in II Sent. art. penult.* Nempe textum certissime adludit, qui habetur *in II Sententiar. dist.* xl iv, *quaest.* n, *art.* ll (is est pcnultimus totius libri secundi) *ad 5.* Verba sunt: *Tullius (qui in libro de Officiis salvat eos qui lulium Caesarem interfecerunt, quamvis amicum et familiarem, qui quasi tyrannus iura imperii usurpaverat) loquitur in casu illo, quando aliquis dominium sibi per violentiam surripit, nolentibus subditis vel etiam ad consensum coactis, et quando non est recursus ad superiorem, per quem iudicium de invasore possitfieri: tunc enim qui ad liberationem patriae tyrannum occidit, laudatur et praemium accipit.* Animadverte illa apud Summontium verba italicc, *ch' è opra lecita e meritoria ;* et illa apud Aquinatem latine, *laudatur et praemium accipit:* quae certissimos de indicato textu Thomae nos efficiunt. Haec vero Comitis Casertani facinori favere eiusque in gratiam scripta fortasse fuisse putat Summontius. At facinus illud ad annum 1266 spectat: suos vero Commentarios in Sententiarum libros, adhuc iunior, elucubraverat Thomas ab anno 1253 ad annum 1257. Quis deinde non videat nonnisi ineptissime hanc Thomae doctrinam adhiberi posse ad purgandum facinus Comitis de Caserta, qui Manfredo Regi fidem obstrinxerat, in eius castris militabat simulabatque fidem, loci custodiam pro suo munere adsumpsit, advenientibus Ducis Andegavensis copiis non obsistit, aditum transitumque suadet sub specie boni consilii, idque demum agit incestum uxori a Manfredo sororio illatum ulturus? Circumstantias huiusmodi, nonnullas alii, alii simul omnes, narrant scriptores probatissimi, Nicolaus de lamsilla, Ricordanus Malespina, loannes Villanius, Summontius ipse, Odoricus Raynaldus, alii plures: quas vel in ipsius tyranni, qui nullo plane titulo imperium invadit, occisione exeeratur Thomas, ut infra dicendum. Casertani Comitis facinus scrutari diligentius hoc loco non vacat : illudque memorare mihi liceat, quale ipse etiam Summontius narrat, ut vel ex historia, quam ipse adprobat et amplectitur, depromi contra ipsum arma queant.

Verum admonet historicus propugnatae a Thoma sententiae refragari Augustinum Triumphum anconitanum Ordinis s. Augustini; definitionemque contra illam haberi in Concilio Constantiensi latam. Quis non admirctur solertiam historici, qui doctrinam affert, a doctissimo Triumpho propulsatam et in Concilio Constantiensi percussam anathemate, ut facinus Comitis de Caserta vitio purget? Adversari Triumphum inquis doctrinae Aquinatis? Non ita. Locum ab ipso Summontio indicatum expendamus *(qu.* i.iv *artic.* in). Integrum profero. « Dicendum, quod aliqui di» eunt personam a qua furtive aliquid accipitur, aut pu» blicam esse et de stipendiis communitatis vivere, vel pri» vatam. Et si est publica, dupliciter: quia vel habet do» minium tyrannicum (per iniustam invasionem absque » ullo titulo) vel iusto titulo adquisitum. Utroque modo » dicunt quod licitum est furari a persona publica in casu » necessitatis propriae vel alienae : quia non est contra Ic» gem naturae tyrannum spoliare, quem honestum est ne» care, ut dicit Tullius *de Officiis.* Similiter licitum est » furari de bonis publicae personae, habentis dominium » iusto titulo adquisitum, quia bona eius stipendia sunt » communitatis... Omnia autem ista *(Nota locum a Sum» montio indicatum)* non videntur esse bene dicta. Quam» vis enim hostem vel tyrannum spoliare licitum sit au» ctoritatc superioris, non est tamen licitum propria vo» luntate, ut dicit Augustinus. Bona vero publicae perso» nae, habentis dominium iusto titulo adquisitum, licet sint » stipendia communia; sunt tamen sibi appropriata pro » communi administratione, quam exercet : unde ea ratione » non est licitum furari de bonis eius. » Haec disserit ille, a me descripta ex editione *Romana* in quarto *in domo nobilis viri Francisci de Cinquinis apud s. Mariam de populo* curata *anno Domini 1479, die 20 Decembris.* Oscitabat dormiebatque sine dubio Summontius, cum locum istum Triumphi sibi videbatur Aquinati adversum videre. Agit ille de spoliatione bonorum ; agit iste de occisione eoque magis de furto. Occidi licite posse adeoque et spoliari bonis tyrannum, qui absque titulo alienum invadit imperium, habito prius *recursu* (si fieri possit) *ad superiorem,* caeterisque servatis candidi et moderati animi conditionibus, Thomae doctrina est loco citato. Non repugnat, convenit apprime doctrina Triumphi: *Hostem,* inquientis, *vel tyrannum* (iurc nullo alienum imperium invadentem), *spoliare licitum est auctoritate superioris, non est tamen licitum propria voluntate et auctoritate.* Soporem excute, aperi oculos, locum utrumque compara, fac ut intelligas ; capiesque perfectissimam consonantiam. Id unum, si quod est, afferri discrimen potest, quod Ciceronis auctoritatem Triumphus insuper habet : exponit eam Aquinas rectoque sensu donat. Quod si de tyranno sermo sit, qui cum iusto

potiatur titulo sive hereditario sive per conventiones et Reipublicae consensum adquisito, tyrannice tamen regit subditos; verissimam uterque sententiam tenet, illicitam fore, nec ullo modo impune ferendam, si quae intentaretur, occisionem eius bonorumque spoliationem. Clarissima sunt Triumphi verba superius allata. Aeque splendida ac sane luculentiora docet Aquinas articulo n citato : ac primum in argumento prolusorio, allegata Petri Apostoli auctoritate Epist. I, cap. π, vers. 18 : *Servi, subditi estote in omni timore dominis, non tantum bonis et modestis, sed etiam dyscolis;* et Apostoli Pauli ad Rom. capite xm, vers. 2: *Qui resistit potestati, Dei ordinationi resistit:* et in corpore, quod vocant articuli ubi aptissima documenta traduntur, ac etiam tituli accedentes numerantur, quibus iustum effici dominium potest, quod per iniustam violentiam adquisitum est, *vel per consensum subditorum vel per auctoritatem superioris.*

Pars altera censurae acerbior est, qua Thomae doctrina notatur, veluti adversa decreto Synodi Constantiensis. Putasne Concilii Constantiensis decretum doctrinamque Thomae expenderit Summontius, ipsumque, ut par erat, attigerit fontem? Nihil minus. Francischini Curtii, quem laudat, latina'verba italice transcribebat: minime sane ad iudicandum idoneus, num vera, num falsa Curtius proferret. En egregii jureconsulti verba in sexta parte de Fendis, inter Tractatus universi iuris tomo XI, parte II: *Imo fortius et mirabilius dixit s. Thomas in secundo Sententiarum artic. pen. quod licitum et meritorium est ipsum (dominum intolerabiliter opprimentem vassallos) interficere. Sed contrarium in hoc tenet Augustinus de Ancona in tractatu de Potestate ecclesiastica q.* l iv *art.* in. V. *Omnia autem ista, et contra b. Thomam fuit decisum in Concilio Constantiensi.* Neque id Curtius dicebat proprio accuratoque edoctus studio; verum *secundum Brixiensem,* ut addit, *in Repertorio.* Pudet litterariam committere pugnam cum imperitis hisce hominibus. Augustini Triumphi mentem haud illos attigisse certissime constat: Constantiense decretum proferendum est, quo etiam turpissime abutuntur. Sessione xv, quae habita fuit *sabbato die sexta mensis iulii* anno 1415, post anathema latum in loannis Hussi theses, decretum sequitur in hanc adsertionem: *Quilibet tyrannus potest et debet licite et meritorie occidi per quemcumque vassallum suum vel subditum, etiam per clanculares insidias et subtiles blanditias vel adulationes, non obstante quocumque praestito iuramento seu confoederatione factis cum eo, non expectata sententia vel mandato iudicis cuiuscumque.* Cum dira et execranda iustoque percussa anathemate adsertione comparemus Aquinatis doctrinam. *Quemlibet tyrannum* universim effert thesis damnata, sive sit titulo et iure dominii tyrannus sive sola administratione ac modo regendi : unum tyrannum titulo, qui iure nullo *dominium sibi per violentiam* aut iniusto moto bello *surripit,* spectat doctrina Thomac. De *quolibet tyranno* agebat auctor theseos damnatae, tametsi proinde accesserit postmodum subditorum consensus vel auctoritas superioris : id in ipso etiam qui iure dominii tyrannus est excipiendum docet Aquinas, *nisi forte,* inquiens, *postmodum dominus verus effectus sit vel per consensum subditorum vel per auctoritatem superioris.* Minime *expectari* debere *sententiam, vel mandatum iudicis cuiuscumque* dira thesis enunciat: id eo tantum casu, si quidem contingeret, licitum Thomas ait, *quando non est recursus ad superiorem, per quem iudicium de invasore possit fieri.* Adprobat theseos auctor *clanculares insidias, subtiles blanditias, adulationes;* factamque *confoederationem praestitumque iuramentum* nihili habendum indicit. Hisce impiis de facinoribus verbum nullum apud Aquinatem, qui locis quampluribus aliis toto ea pectore execratur. Hinc vero damnatam in Concilio Constantiensi thesim reiicit universa theologorum natio, quae simul attamen Thomae sententiam amplectitur ac tuetur. Summa theologorum capita satis est recensere: Caietanum IIa IIae, quaest. i.xiv, art. in; Dominicum Soto de lustitia et Iure libro V. qu. l, art. vin, Alphonsum a Castro adversus Haereses V. *Tyrannus;* Petrum de Aragon et Michaelem Bartholomaeum Salonium loco citato IIa IIae, quaest. i.xiv, art. in, itemque Franciscum Sylvium; Gregorium Valentiam tomo 111, disp. v, quaest. vnr de Homicidio puncto ni; caeteros omnes, nemine excepto: quibus adde Hugonem Grotium, Hcnricum Henninges, Io. Gotti. Heineccium. Quid ? quod loannes Gersonius, qui maximam contulit operam, ut eam adsertionem damnaret Concilium Constantiense, lati anathematis aequitatem vindicat sancti Thomac doctrina, pluribus indicatis locis, ac illo etiam de quo agimus. Verba eius accipe, quae habentur in Sermone II contra assertiones magistri loannis Parvi, parte II (Antuerpiae 1706, Vol. II, coi. 344): « Promi- » seramus inducere rationes cum auctoritatibus et historiis... » Continentur... in Summa confessorum super his vocabu- » lis, *bellum, homicidium, insidiae, periurium.* Sanctus » Thomas ad idem IIa IIae quaest. l xiv multis articulis: et » *quaest. de Insidiis* (xi. art. 111) et *qu. de Iuramento* (l xxxix) » item *qu. penult, secundi.* » Mendum corrige et lege : *ult. qu. penult, art.* libri *secundi* Sententiarum , ubi quaestionem pertractat, *utrum Christiani teneantur obedire potestatibus saecularibus et maxime tyrannis.* Truncus esto, qui haec tam clara, tam diserta non intelligat; aut nimia certe confidentia percitus fuerit, qui Thomae doctrinam Constantiensis Concilii decreto damnatam suspicetur.

II. Aquinatis vindicias egerat Raphael Maria Filamondus in opere quod inscriptum legitur, *il Genio bellicoso di Napoli,* in calce secundae partis anno 1694 typis editae. « Primieramente è dannata Γ assertiva (quam adhibet Sum- » montius), con cui egli (idem historicus) scusa il Conte » di Caserta. Volerla poi corroborare con la presunta auto- » rità dell' Angelico è sfrontataggine de vergognarsene ogni » più grossolana ignoranza. Non bisognando per confon- » derla, che leggere il testo di s. Tommaso *in* II *Sentent.* » *dist.* xi.iv, *quaest.* n, *art.* 11, ove dimanda, *utrum Chri-* » *stiani teneantur obedire potestatibus saecularibus et ma-* » *xime tyrannis.* Risponde che si ne' precetti non con- » trarii alla virtù, adducendo nell'argomento che si dice » *sed contra,* l' autorità di san Pictro : *Servi subditi estote* » *in omni timore dominis, non tantum bonis et modestis,* » *sed etiam discolis:* spiegandolo con riflessioni bellissime, » alie quali rimetto il lettore. Che se darà un' occhiata ad » un altro testo IIa IIae q. i.xiv, art. iv, (in) *utrum occidere* » *hominem malefactorem* (peccatorem) *liceat privatae per-* » *sonae,* et ivi il Cardinal Gaetano § *Ad hoc dicitur;* co- » noscerà non esser parola nell' cretica proposizionc di Gio- » vanni Hus dannata nel Concilio di Costanza l'anno 1414 » che non si confuti con la dottrina insegnata in que'luo- » ghi da san Tommaso.... Falsamente ancora cita l' eruditissimo Monsignor Sacrista fr. Agostino Trionfo d'An- » cona, che nel trattato *de Potestate ecclesiastica* in tutto » si regola con la dottrina di san Tommaso.... Guardisi » d' incontrarsi in quelle autorità di scrittori, che Giovan- » antonio (Summonte) riferisce, o mancanti o contrarie » alie loro proprie parole. » Ad rei summam quod attinet, paucis ac luculentissimis verbis apologiam. Thomae ornavit Filamondus. Textum eius indicatum a Summontio non exprimit: satis vero denotat verbis illis, *con la presunta autorità del! Angelico* et illis etiam, *in quelle autorità, che riferisce, o mancanti o contrarie alie loro proprie parole;* atque demum cum lectorem remittit ad Caietani commentarium, ubi data agitur opera de praedicto Aquinatis textu, quem a Summontio indicatum legimus, his verbis: *Dubium occurrit: nam Auctor in* II *sent., dist.* xl iv *art. penult, ad ultimum* (seu ad 5) *dicit* etc. Minuta quaedam Filamondi menda expurganda sunt. Theseos a Synodo Constantiensi damnatae auctor fuerat loannes Parvus, non *loannes Hus.* Latum anathema est Sessione xv, quam non *anno 14,14, seà* insequente 1415 celebraverunt Patres *Sabbato, die sexta mensis iulii.* Quo demum iure munus *Pontificii Sacristains* tribuatur Augustino Triumpho, ignotum mihi. Angelus Rocca officium illud ab anno 13oo ad haec usque tempora fratres Ordinis eremitarum s. Augustini, nullo unquam tempore interrupto, exercuisse narrat in Chronistoria de Apostolico Sacrario : elenchum Sacristarum texit a tempore Alexandri VI et ab anno Domini i5o i, aliosque remotioris aetatis, quos invenire potuit, recenset: Augustini

Triumphi non meminit, qui ad annum 1328 superstes fuit. Eiusdem praeclarissimi viri opera memorat in Indice theologico et scripturali, ac eius elogium scribit, nulla muneris eiusdem iniecta meptione: idemque silentium altissimum apud Dominicum Antonium Gandolfum in Dissertatione historica de ducentis celeberrimis Augustinianis Scriptoribus, itemque Trithemium, Miraeum, Bellarminum, Labbeum.

Pro Summontio aggredi Filamondum pretium operae duxit Scipio Christophori, scriptor nuperrimus, in eiusdem Summontii Vita. Consilium eius praestat ex ipso excipere. Quod ad vindicias attinet, quas pro Comite Casertano egit Summontius, reiicit eas, utpote nixas truci opinione, quae anathema subiit in Concilio Constantiensi, adversaturque iuri naturae, divino, humano. Quod attinet ad Aquinatis textum ab eodem historico indicatum, veluti praefatae opinioni faventem, nihil dubitat in operibus Thomae extare: suaque tamen e re non esse ait pulverem theologicum movere, ut perquirat *quo sensu intelligi* debeat Aquinas. Tum Filamondum, Thomae vindicem, his verbis insequitur: « Surse alto rumoreggiando il p. Filamondo per l'os- » servazione fatta, che nellc edizioni più recenti da lui ve- » dute, de' libri delle Scntenze dell' Angelico, il luogo in- » dicato dal Summonte non solo affatto non si rinveniva; » ma che ali' opposito nella sua Somma il santo Dottore » istesso era di un sentimento contrario direttamente a » quello che gli attribuiva il nostro storico. Per la quai » cosa non cessb, dopo averlo chiamato *notaio laureato* » *teologo, degno di satire, e pieno di soverchia audacia* ec. » di assordare l' aere co' suoi lamenti, e di trattarlo come » un menzognero, e falso apportatore di autorità non ve- » raci. Ma con buona pace nondimeno del p. Filamondo, » noi confessiamo di non sapere per qual cagione egli del » Summonte per l'addotta autorità di san Tommaso la- » gnossi; mentre quantunque sia vero che nelle edizioni » più moderne dell' opere dell' Angelico non si legga nel » luogo additato del secondo libro delle Sentenze il passo » da quello recato, altres'i è verissimo ancora che nolle più » antiche edizioni dell'opera del suddetto Padre si ritrova: » e la qual cosa fa argomentare, essere stato per giusti » motivi da' nuovi editori dell'opere di quello, un tai passo » tronco e mutilato. Or cib posto, siccome rilucc assai » chiara l' innocenza del nostro storico, che non citb un » passo falso per imposturare la gente; cosi poi patente- » mente si discovre la trascuraggine del Filamondo, il » quale per non aversi voluto prendere alquanto la briga » di ricercare l'edizioni antiche di san Tommaso, non » senza lezzo c nausea voile caratterizzare il Summonte » come frodolento e mentitore, per avere arrecato nella » sua storia un passo falso dell' Angelicp, quando quello » chiaro e sfolgorante nolle prische edizioni delle opere » dei santo Dottore si rinviene. Essendo dunque manife- » sto che abbia s. Tommaso una si fatta opinione tenuta, » sebben duretta alquanto, non iscrisse male il Summonte, » siccome vuol pure ingiustamente il Filamondo, che Ago- » stino d' Ancona, o sia il celebre Agostino Trionfo Apo- » stolico Sagrista nel libro della Potestà ecclesiastica, fosse » contrario ali' opinione di quel Padre; giacchè essendo » stato s. Tommaso dei sentimento di sopra espresso, giu- » stamente il Trionfo, che diversamente dall'Angelico avea » scritto, dovea riputarsi a quel santo Dottore in opinione » contrario. Il Filamondo perô non trovando in san Tom- » maso il passo indicato, anzi nella Somma del medesimo » leggendo l' opposito, trattb giustamente da impostore il » Summonte anche intorno alla contrarietà del Trionfo al- » l'Angelico; mentre giusta il suo principio il suddetto » autore era seguace della dottrina di quello, facendo quindi » baldoria e tripudio della sua trascuraggine c della scarsa » sua critica. »

Haec Scipio Christophori: verba nempe et verba plura, quae taedium ingerunt praetereaque nihil. Age vero: *Causam ignoras, cur de Summontio ob allegatam Thomae auctoritatem querelas egerit Filamondus?* Causa patet: quod traditam ab Aquinate sententiam fuisse pro certo habuerit, quae in praesidium diris devotae opinionis advocari possit. Quis non indignetur? Textus ille, quem Summontius mente versabat, novitque verbis illis, *ch' è opera lecita e meritoria,* non alius utique fuerit, nisi qui legitur II Sent., dist. xliv, qu. n, art. n seu *penultimo totius eiusdem secundi libri,* ad 5 ubi haec habentur consona verba, *laudatur et praemium accipit.* Sed hunc miscere textum cum damnata opinione summam esse dementiam iam superius ostensum est. *Locum a Summontio indicatum Filamondus animadvertit in recentibus Commentarii in secundum Sententiarum librum editionibus non inveniri.* Haec a Filamondo dicta nuspiam lego. Cur imponis? Id unum ait, sententiam Thomae tribui aut traditam a Thoma ita intelligi, ut damnatae opinioni faveat, facinus esse temeritatis plenum. Verius nihil dici poterat. *Imo Filamondi animadversio est in Summa theologica doctrinam ab Aquinate tradi, quae adversatur sententiae a Summontio indicatae.* Imo etiam ex *penultimo articulo secundi Sententiarum libri* arma promi, quae damnatam opinionem iugulant, rectissime Filamondus admonet: hanc enim evertit textus indicatus, sive per seipsum sumptus sive cum argumento prolusorio et cum integra articuli doctrina connexus.

Atqui *verissimum est in antiquioribus operum Thomae editionibus textum reperiri, quem indicat Summontius.* Viro egregie critico satis fuit antiquas universim memorare editiones: tua fuerit, lector, lustrare bibliothecas atque inter vetustas editiones plures illam invenire, quae textum Aquinatis indicatum praestet. At huiusmodi textus, de quo agitur, vel ille ipsissimus est, qui II Sentent., distinet, xliv, quaest. n, artic. n ad 5 legitur; vel alius quislibet. Si prior ille, quid opus, vetustas perscrutari editiones, cum ipsum sicut antiquae, ita recentes praeferant omnes? Quod si alius quislibet, hunc demum afferas ac vetustam editionem indica, ubi habeatur. *Hinc argumentari licet novos editores novas mutilasse editiones, quae textu illo carent.* Calumnia est, quae probatissimis affingitur recentioribus operum Thomae editoribus. Indicatum a Summontio textum, quem supra descripsimus, praestant editiones, Romana anni i5yo sub Pio V, Veneta i5p3 typis Dominici Niccolini, Antuerpiensis (seu Coloniensis) 1612 cura ac studio Cosmae Morelles, Parisina 1660 accurante loanne Nicolaio, Veneta demum quae nunc prodit praeviis admonitionibus, quae singulis tomis insunt, abs me elucubratis munita. Recentes alias et antiquas recenseo editiones, quae textum indicatum habent, Venetam 1586 apud Heredem Hieronymi Scoti, Venetam aliam 1529 mandato et expensis Heredum nobilis viri D. Octaviani Scoti, Lugdunensem 1520 typis Iacobi Myt, Venetam i5o3 per Simonem de Luere pro D. Andrea Torresano de Asula. Cur antiquiores diligentius perquisiverim, cum tot inter se omnino consonae suspicionem iniquae manus, quae quidpiam detruncaverit, abiiciant omnem? *Itaque Summontii integra fides constat, qui textum falsum non indicavit, ut aurito gregi fucum faceret.* Huiusce probri Summontium non insimulavit Filamondus in ea qua de agimus quaestione. Audaciam arguit, qua innoxiam Thomae doctrinam adduxit, veluti damnatae opinioni faventem: additque postremo loco animadversionem, in eiusdem historici universo opere indicata quaedam aliorum scriptorum loca aut reperta non esse aut perperam intellecta. *Innotescit etiam Filamondi negligentia, qui textum a Summontio indicatum exquirere in vetustis Thomae editionibus praetermisit.* Eadem semper oberras chorda. Indicatus Aquinatis textus cur in vetustis editionibus a Filamondo diligentiorc cura perquirendus erat, quem invenerat legebatque in ea, sive recenti isive antiqua, qua utebatur editione? Locum etiam Caietani refert, ubi textus eiusdem rectissima et innoxia sententia exponitur. *At idem textus in editionibus priscis prostat splendidissimus.* Prostat etiam in recentiore editione qualibet: ac plena calumniae suscipio est, quae de mutilatis recentibus Thomae operum editionibus ingeritur. *In hanc ergo opinionem, tametsi duriusculam, abierat Aquinas.* Verissimam a Thoma traditam opinionem gratulamur. Tu *duriusculam* vocas, quam moderatione plenam et tranquillo Dominorum regimini et paci publicae faventem pronunciant doctissimi theologi quique. Illam scilicet intclligimus, quam

propriis oculis legere cuique pronum est in II Sent., dist. xl iv, quaest. n, art. n in argumento prolusorio, in corpore articuli et in responsione ad 5. Hanc indicaverat Thomae sententiam Summontius, qua adversus Doctoris mentem abutitur. Num alium ipse eiusdem Praeceptoris Angelici textum mente versas, quem traducas in invidiam? *Putat Filamondus Thomae doctrinae et opinioni non adversari Augustinum Thriumphum Apostolici Sacrarii custodem:* qua in re *arte critica* destitutum se prodit. Impacto vitio te laborantem video, qui erras cum Filamondo, novum Apostolici Sacrarii custodem creans Augustinum Triumphum. Huiusce amplissimi viri doctrinam in *Summa de Potestate Ecclesiae* adamussim convenire Aquinatis opinioni, iudicium est Filamondi verissimum. Id si tu inficias iveris aut in dubium vocaveris, minime theologum, neque criticum, ut mitissime dicam, te praebes. Consule Triumphi locum superius descriptum. Quid est vero, quod imbecillum imparatumque adversarium pluribus insequamur? Thomistici namque textus, quem Curtius et Summontius indicaverant, omnino ignarum se prodere videtur Scipio Christophori: fingendumque fuit in vetustis, quas minime vidit ipse, nec lustravit, inveniri editionibus, quem non extare in recentibus pari fictione excogitavit. Apage nugas.

III. Post editam typis apologiam nostram, qua innoxia thesis a sancto Thoma Aquinate adserta contra Io. Antonium Summontium, et recentiorum Commentarii in alterum Sententiarum librum editionum fides ac integritas, atque demum brevis Raphaelis Mariae Philamondi defensio contra Scipionem Christophori ineluctabilibus (me iudice) argumentis vindicatae sunt; foliola ecce duo in quarti forma Neapoli transmissa Venetias in manus pervenere: quorum primum paginas exhibet 429 et q3o libri tertii *dell' Historia di Napoli* a Summontio elucubratae: et alterum paginam 67 Vitae *dell' autore,* ipsius Summontii, a Scipione Christophori digestae. Paginae 42g subiecta in margine adnotatio legitur, quam sive confectam sive propositam audio a Iosepho Terralavoro, Neriani Instituti sacerdote, pietate ac doctrina viro praestantissimo. Integram propriis italicis verbis describere, sua cuique ut laus constet, hoc loco praestat: *La dottrina, chc qui propone il Summonte e prétende poi autenticare coi passo di san Tommaso d'Aquino dell'articolo penult, nel seconde libro delle Sentence, è dallo stesso Angelico Dottore riprovata nel passo medesimo dal Summonte addotto. Poichè il vero senso, ch'esprimono le parole del testo, è tutfaltro da quello, cite mal intese lo Storico: il che chiaro apparisce a chiunque da vero teologo o leggista lo considera. Quindi nasce primieramente che al santo Dottore non potè mai, nel commentare il Maestro delle Sentence, cadere in pensiero quel riguardo, che il nostro autore par che voglia supporsi. Ed in seconde luogo, che non è stata mai opinione di san 'Tommaso, ma di Giovanni Parvo quella, che fu condannata dal Concilio di Costanza iiella Sessione i5. Qiial sia poi il vero senso dei suddetto luogo dell' Angelico Dottore, ci viene dottamente rapportato dal Gaetano, dal Banne;, dal Salonio, dall'Aragonio, dal Lessio, e da altri chiarissimi teologi in 11" 11", quaest.* lxiv, *art.* 111, *ove fanno mensione di questo luogo dei secondo libro delle Sentence.* Haec ille pauca, at luculentissima: quibus addere par est censuram a Summontio latam, non ipsi veluti auctori adscribendam, sed ex Francischino Curtio Jureconsulto, italice redditam, αυτολεξει desumptam esse.

Alterius folii pagina 67, quae ad vitam Summontii pertinet, novi quidpiam invectum prodit, de quo monendus lector est. Novis excusa typis longe differt ab illa, quae in eadem Summontii vita ante menses Venetias transmissa prostat. Nova enim, quam dixero, pagina haec 67 sex lineas paginae prius editae praestat, hisque immediate subiectas lineas quindecim, quibus praedictae vitae in integra prima editione finis imponitur, suppressis atque eliminatis maiore paginae 67 prius editae parte, integris etiam paginis 68· et 69, ac decem denique lineis paginae 70 postremae. Nova pagina 67 haec legenda primum offert: *Alie leggi divine ed umane, perché sorgente di rovine, di scandali e di sconvolgimenti grandissimi* (dira et iniqua opinatio notatur, quam Summontius tenuerat): *e per la quai cosa concordemente riprovata da'teologi, da' moralisti, da filosofi, da' giureconsulti e da tutti coloro che trattarono dei diritto naturale e pubblico.* His novi typi, medio nullo, lineas quindecim subiiciunt, quae paginae 70 in priore integra editione locum postremum obtinent, nempe: *Fu il Summonte uomo di bello aspetto, di carnagione vermiglia* ecc. At eadem pagina 67 prout primis e typis emersit, post sex lineas priores iam descriptas, haec immediate verba legentibus exhibet: *Aia se una tale opinione, perché assurda e pregiudifale, cagionb ragionevolmente il divieto della storia dei Summonte; Γ autorité poi da lui recata di s. Tommaso, (il quale forse attendendo il successo dell' Aquino, cli esser dovea strettamente a lui congiunto per sangue, nell' articolo penultimo dei secondo libro delle Sentence, non solo sostenne Γ opinione medesima, ma fra le opere meritorie un somigliante trascorso annoverb), soggettollo alie derisioni, e beffeggiamenti, an;i alie rampogne ed aile satire del P. Filamondo.* Alia adiiciuntur pauca, atque tum singula et omnia verba, quae italice, prout eadem scripsit auctor, nostra prostant in apologia, nempe: *Certa cosa è perô, che surse alto rumoreggiando il padre Filamondo* ecc.

Quorsum haec vero? Ad me pertinet alterum, alterumque ad auctorem vitae Summontii. Fucus umquam ne fieri alicui possit, sancte testor ego ad me Venetias integram Summontii vitam, septuaginta comprehensam paginis, transmissam fuisse eamdemque in publica coenobii Bibliotheca repositam custodiri, in qua singula habentur et omnia, non addito verbo, non detracto, quae concinnatae abs me apologiae interserta sunt. Quid? quod integra prius edita exemplaria, quae aut clanculum aut palam, Neapoli ab aliis empta, aliis dono data, bene multa adservantur, luculentissimum integrae fidei meae hodieque reddunt, futurisque temporibus testimonium dabunt. Auctori vitae Summontii demum (quod alterum est) gratulor ego ipse, gratulentur omnes, qui meliora sentiens, quacumque permotus ex causa fuerit, quae primum in Angelicum Praeceptorem scripserat, revocanda, supprimenda, averruncanda (quis enim id ab aliis intentatum suspicetur?) optimo consilio duxit.

CAPUT V.

Secundum inchoavit in Sententias Commentarium sanctus Thomas, qui periit. Qui vero typis editus est, non est germanus Aquinatis foetus, sed Hannibaldi Ordinis Praedicatorum et S. R. E. Cardinalis.

I. Ad ipsum Thomam sermo redit, qui Parisiis redux IXin Italiam, *secundum scriptum in Sententiarum libros* aggressus est. Nempe in Parisino Saniacobaeo coenobio post dissidia composita, anno 1256 vel inseqqente 1257, tamquam magister ac primarius regens externam scholam moderabatur: sub eoque Sententias, tamquam baccalaureus, explanavit fortasse Hannibaldus de Hannibaldis, postea S. R. E. Cardinalis ex Ordine nostro adsumptus. Vetusta praeterea monumenta apud Echardum docent conciones Aquinatem habuisse Parisiis in Quadragesima anni 1258 qui stylo novo numerandus est 1259, et ad Pentecostem sequentem, die prima iunii, Valencennis interfuisse generali Provincialium Capitulo vel ut Socium Romanae suae Provinciae vel graviores ob alias causas accersitum. Tum discessit remigravitque in Italiam anno 1261 quo in Petri Sedem Urbanus IV conscenderat, teste Ptolomaeo de Luca libro XXII Histor. eccl., capite xxm et xxiv.

Scholas theologicas apud nostrates regebat Thomas in iis locis, ubi diversabatur; ac primo quidem Romae eo munere functus est. Ptolomaei de Luca verba accipe Libro XXII citato Hist, eccl., capite xxiv: *Isto autem tempore Thomas tenens studium Romae* etc. et libro XXIII, cap. xv: *Scripsit etiam eo tempore, quo fuit Romae, de quo supra dictum est, iam magister existens, primum super Sententias; quem ego vidi Lucae, sed inde subtractum nusquam ulterius vidi.* Manum admovisse Thomam addiscimus, ut novum in sententias Commentarium elucubraret: expia-

nasse vero earumdem Sentenliarum librum primum, sed hanc malo fato explanationem periisse. Commentarium primum recenset Bernardus Guidonis deque altero incepto sic habet: *Cumque post tres annos sui magisterii rediisset in Italiam tempore Urbani Papae, existons Romae scripsit iterum scriptum super primum Sententiarum, sicut testatur in sua Chronica fr. Ptolomaeus Episcopus Torcellanus, qui discipulus et auditor fuit, asserens se vidisse illud in conventu Lucano, quod nunc non invenitur, quia furto sublatum esse creditur et ideo non fuit multiplicatum.* Paria scribit in Chronico s. Antoninus parte III, titulo xvm, cap. x, §. i. Quis ergo non doleat novi operis irreparabilem iacturam?

11. At in editione tamen Romana tomo XVII recensitum editumque post opuscula legitur: *Divi Thomae Aquinatis Doctoris Angelici Scriptum secundum in quatuor libros Sententiarum ad Annibaldum Annibaldensem Romanum Ordinis Praedicat. S. R. E. Episcopum Cardinalem.* Quod opus nemo' diversum ab eo non agnoscat, quod loco citato memorat Ptolomaeus: cum istud *scriptum* fuerit *super primum* dumtaxat *Sententiarum,* maloque fato sublatum periisse dicatur, proque deperdito haberetur tum. Bernardi Guidonis aevo, tum etiam s. Antonini. Hinc mota quaestio num inter germanos divi Thomae foetus debeat accenseri, quod in editis prostat.

Publicam vice prima vidit lucem laudatus Commentarius *Basileae* typis *Nicolai Keser* vel *Kesler anno 1492* fol. « Quam primam editionem *(Echardi verba refero in » elogio Hannibaldi)* videtur ignorasse Thomas Nerius no» ster, cum hortatu Pauli IV, tum adhuc in minoribus » constituti, suam adornavit Parisiis apud Michaelem Son» nium circa i56o sub hoc titulo: *Divi Thomae Aquinatis » Ordinis Praedicatorum Doctoris Angelici secundum » Scriptum appellatum super IV libros Sentenliarum ad » Hannibaldum Hannibaldensem S. R. E. Cardinalem, » nunc primum in lucem editum cum duobus* etc. Quo loi quendi modo se ex codicibus manuscriptis dare satis in» dicat. » Nerii verba in Praefatione haec sunt: *Quoniam Sanctissimi Domini nostri Domini Pauli Quarti Pontficis Maximi, cum esset adhuc in minoribus, pium desiderium fuit cunctis prodesse, hoc divi Thomae aureum Opus, quod diu quasi sub terra latuerat, in lucem eius providentia extulit, quod veluti totius sacrae theologiae summarium quoddam est.... Placuit eidem Sanctissimo Domino nostro, ut in marginibus alia tibi assignarem loca, in quibus eadem divus Thomas pertractat et copiosum insuper principalium magisque notabilium propositionum indicem huic praemitterem Operi.* Veluti ac si hoc Opus tum primo emerserit e tenebris disertissime praefatur Nerius: ipsumque, cum pro germano Aquinatis foetu haberet, *secundum Scriptum* appellavit *in quatuor Sententiarum libros.*

Ncrium sequuti sunt quamplures. Vielmius haec habet: *Deinde vero aetate provectior* (Thomas), *ad Anibaldum Cardinalem magnopere efflagitantem, contracte et pressius illustravit opus Petri Lombardi, quod Sententiarum inscribitur.* Illud inter genuina opera recensuerunt editores Romani: eademque est sententia Fcrdinandi Castillii, Michaelis Pii et Pauli Nazarii. loannes Nicolaius in Praefatione sic habet: « Sed quoniam et illud scriptum in gra» tiam eiusdem Hannibaldi ea methodo dispositum a sancto » ipso Thoma, eidemque dicatum Ptolomaeus Lucensis » noster, discipulus ipsius, profitetur; nec alioqui tam An» gelico ingenio indignum, ut nec caetera, existimari po» test: indubitatum remaneat contra quamlibet coniectu» ram, ac legitimam Thomistici Operis cum caeteris au» ctoritatem retineat; nec esse Hannibaldi velut ab ipso » scriptum existimetur, sed inscriptum dumtaxat *Hanni» baldo.* » His accedit Bellarminus.

Mirum sane in hanc illos, iniecto dubio nullo, sententiam ivisse, quam veterum s. Thomae Operum nomenclatorum silentium satis convellit, profligatque disertissimum Ptolomaei de Luca testimonium, quo, si rite recteque expendatur, germanum adseritur opus ipsius Hannibaldi, postea S. R. E. Cardinalis. Ptolomaei verba sunt libro XXII Hist, eccl., capite xxiu: « Hic (Urbanus IV) fecit duas » ordinationes, in quibus fuerunt creati duo Cardinales, » quorum unus fuit nepos suus, vocatus Dominus Ani» cherius: alter fuit nepos Domini Richardi de Anibaldis, » qui vocatus est fr. Anibaldus (de Anibaldis) de Ordine » fratrum Praedicatorum. Qui fuit magister in theologia » et fuit vir magnae humilitatis et veritatis et sanctus ho» mo: quem frater Thomas multum dilexit. Fecitque scripta » super Sententias, quae intitulantur Domino Anibaldo: » quae nihil aliud sunt, quam abbreviatio dictorum fratris » Thomae. » Agit hoc loco Ptolomaeus de Hannibaldo, ex nobilissima Hannibaldensium gente Romana prognato, Ordinis Praedicatorum alumno, litterarum peritia moribusque sanctissimis ornatissimo, ad sacram Purpuram evecto: obiterque adnotat dignujn ipsum fuisse, quem sanctus Thomas *multum diligeret.* Hinc verba, quae sequuntur, *fecitque scripta super Sententias,* ad ipsum Hannibaldum pertinent, minime ad Thomam. *Fecit* itaque, auctore Ptolomaeo, ipse Hannibaldus *scripta super Sententias.* Thomae Aquinati huncce Commentarium si tribueret Ptolomaeus quam inepta, quam ridicula foret haec eius locutio: *Fecitque* (frater Thomas) *scripta super Sententias... quae nihil aliud sunt, quam abbreviatio dictorum fr. Thomae!* Cohaerent vero omnia, si *Hannibaldus* dicatur *fecisse scripta,* quae nihil aliud sint, quam brevis epitome fusioris Commentarii *a fratre Thoma* elucubrati.

Sponte sequitur alia ea verba, *quae intitulantur domino Anibaldo,* vel intelligi ita debere, ut frater Hannibaldus confecerit Commentarios, quos nuncupaverit *domino Richardo Annibaldo* patruo suo S. R. E. Cardinali; vel ita potius ut Commentarii, quos ipse frater Hannibaldus elucubravit, vulgo circumferrentur sub honorifico *titulo domini Hannibaldi,* ipsius nempe fratris Hannibaldi de Hannibaldis ad sacram Purpuram evecti. Priorem sensum amplexus fuerat Iacobus Echardus: quo postea repudiato, adhaesit alteri, ea permotus ratione, quod codicem nancisci potuerit nullum, in quo epistola nuncupatoria ad Richardum Hannibaldensem prostaret. Hunc et ego sensum amplector: neque obstat verbum illud, *intitulantur,* cum perinde sit atque *inscribuntur* seu *feruntur sub titulo* domini Hannibaldi: quo pariter sensu aiebat s. Antoninus in Chronico parte 111, titulo xvm, cap. x, §. 11, *Pastillas super Genesim et Ecclesiastem vidi, sibi* (Thomae) *intitulatas,* hoc est attributas, minime nuncupatas dicatasquc: *Et compendium theologiae beato Thomae aliqui intitulant,* idest inscribunt, adiudicant feruntque sub eius nomine ac titulo. In re per sese clara ac splendida piget diutius immorari.

Hinc vero corrigendus venit Casimirus Oudinus, qui priore sensu adoptato, nimia confidentia scribit capite xiv dissert, de Scriptis divi Thomae: « Hunc Commentarium » ex Ptolomaeo Lucensi inscribendum esse *Annibaldi Com» mentarius in quatuor libros Sententiarum ad Annibaldum » S. R. E. Cardinalem.* » Imo codex nullus praedicto operis titulo favet: quotquot vero hactenus adinveniri ac lustrari potuerunt, sequentem exhibent, *Opus Annibaldi super Sententias,* vel *Scriptum Hannibaldi super Sententias,* vel demum *Quaestiones magistri Hannibaldi super I, H, III et IV Sententiarum.* Egent quoque spongia, quae verba legimus in elogio eiusdem Hannibaldi apud Ciaconium in vitis Pontificum et S. R. E. Cardinalium: « Tanti fecit Hanni» baldum Cardinalem Angelicus Doctor divus Thomas, ut » doctas *in quatuor Sententiarum libros* lucubrationes illi » dicandas iudicaverit. Vir hic multae lectionis atque in» defessi studii scripsit, cum Lutetiae theologiam profite» retur, *Commentaria in quatuor libros Sententiarum,* in » quibus divi Thomae *Summam* cmedullasse videtur. » Partem primam a vero abludere demonstratum hactenus est. Verum falsumque miscet pars altera; cum elucubraverit quidem Hannibaldus Commentarios in Sententiarum libros, quibus attamen non *theologicam sancti Thomae Summam,* sed opus ipsius in eosdem *quatuor Sententiarum libros* emedullavit ac veluti contraxit, quod illis verbis Ptolomaeus Lucensis prodit: *Quae nihil aliud sunt, quam abbreviatio dictorum fratris Thomae,* scilicet in Sententiis ab eo explanatis, ut inita collatione facile quisque deprehendat.

Sed opus denique istud, quod *in Sententias* concinna-

vit Hannibaldus, illud ipsum esse, quod in editis prostat sub titulo *Secundi Scripti* d. Thomae, peremptoria praesto sunt argumenta. Manuscriptum profert Echardus catalogum codicum bibliothecae Sorbonicae, *quadringentis circiter* abhinc *annis* confectum, in quo haec habentur: *Item opus Hannibaldi super Sententias ex legato magistri Stephani Burgundi. Incipit* (folio 2), *Subiecti cuius.* Haec insuper legere est : *Item tres sexterni quaestionum magistri Hannibaldi supra IV Sententiarum* (quorum initium fol. 2), *sine medio.* Atqui vero allegata verba, *sine medio,* habentur in edito Commentario, quo de agimus, lib. IV, dist. 1, art. 11, ad i, et illa rursum,.*subiecti cuius,* lib. I, qu. r, post prologum, art. n, in argumento secundo. Accedit Rainerius de Pisis, Ord. Praedic, alumnus quartodecimo saeculo clarus, qui in Pantheologia V. *Claves ecclesiae,* cap. 1, sic ait: « Haec b. Thomas IV Sent. dist. xvin *de Clavibus,* qu. 1, » art. i, quaestiunc. 1, *Utrum debeant esse claves in Ecclesia.* Et Petrus de Tarantasia, et Dom. Hannibaldus Ro» manus Ord. Praed. idem dicit ibidem. » Quae porro a Rainerio describuntur verba, totidem legimus in hocce Commentario, dist. xvin, qu. 1, art. 1, nempe : *Haec autem potestas est triplex: quaedam auctoritatis... quaedam excellentiae... altera ministerii etc.* Dionysium Carthusianum addo, cuius haec verba sunt libro II Sent., dist. 1, quaest. 1, pag. 9 (Venet. 1584): « Denique Hanibal (seu Hannibal» dus): *Omnis,* inquit, *res, cuius essentia non est suum » esse, habet esse suum ab alio sibi influxum: quia si esse » rèi est praeter essentiam eius, oportet quod ei coniunga» tur per aliquam causam...* Haec Hanibal. » Quae scilicet omnia et singula in Commentario legimus libro II, dist. 1, qu. i, art. n. Paria sunt, quae frequentius allegantur apud eumdem Carthusianum. An vero, quod inde promitur argumentum , Pauli Nazarii eludi queat effugio : *Quod autem Dionysius,* inquientis, *illud alleget sub nomine Anibalis, facile fieri potuit aut ex falso codicis titulo aut quia nimia vetustate conscripta esset inscriptio?* Pro genio scilicet praeconceptam opinionem tuetur Nazarius, quam penitus convulsam profligatamque puto.

DISSERTATIO XI.

De Quaestionibus, quarum aliae Disputatae aliaeque vocantur Quodlibeta.

~ ' ix.

CAPUT I.

Veteres scriptores otnnes inter germana s. Thomae Opera Quaestiones Disputatas recensent. Commentarii in easdem elucubrati a Xante Mariali. In graecum nonnullae translatae: ubi de cognomine Aquinatis agitur, diversimode a Graecis interpretibus expresso.

I. ntegro ac praegrandi volumine, quod octavum numeratur in Romana anni i 5yo editione, sancti Thomae Aquinatis *Quaestiones* continentur, quas vulgo *Disputatas* appellamus. Inscriptae sunt, decem *Potentia,* sexdecim *de Malo,* octo *de Spiritualibus creaturis, de Anima, de Unione Verbi Incarnati et Virtutibus,* novem denique supra viginti *de Veritate.*

Habitas ab Aquinate Quaestiones huiusmodi, dum in rem theologicam tradendam incumbebat in scholis disertissimo produnt testimonio veteres. Ptolomaeus Lucensis adest primus. Libro XXII Hist. eccl., capite xxn, sic ait: « Ipso (Thoma) magistrato (anno cadente 1256 vel inse» quente) fecit Quaestiones *de Veritate.* Post tres annos » sui magisterii (anno 1260 vel 1261) redit in Italiam, » tempore videlicet Urbani IV... Fecit tunc temporis (sub » Clemente IV successore, ac ferme triennio *vacantis* post » ipsum Romanae Sedis) Quaestiones *de Spiritualibus Crea*» *turis, de Malo et de Virtutibus* (ut ipse Ptolomaeus » habet capite insequente xxxix). Et hoc etiam tempore » (Gregorii X) *disputavit Quaestiones* (eiusdem verba sunt » libro XXIII, capite xi), *de Potentia Dei et Creaturis.* » In aliis codicibus apud Echardum et Oudinum legimus, *et Creaturae:* hoc est *de Potentia Dei et Creaturae.* Auctoris menti optime consonat haec lectio. Chronologiae pars, quam exhibet Ptolomaei textus, insequente capite diligentius illustranda.

Paucis verbis integrum opus memorat Guillelmus de Tocco in Aquinatis Vita capite iv: *Scripsit insuper,* inquiens, *Quaestiones de Potentia, de Veritate et Malo: magna volumina.* Diligentiore narratione rem exequitur Bartholomaeus Logotheta in Fragmento, quod Baluzius edidit: *De Quaestionibus Disputatis partes tres. Unam disputavit Parisiis, scilicet de Veritate: aliam in Italia, scilicet de Potentia Dei et ultra: aliam item Parisiis (*ab anno 1269 ad 1271), *scilicet de Virtutibus et ultra.* Abs titulo primae Quaestionis inscribuntur singulae partes. Paria verba sunt Nicolai Triveti in chronico ad annum 1274 apud Dacherium: « Scripsit et primam partem dc Quaestionibus Dispu» tatis, *de Veritate* et ultra; quas Parisiis disputavit. Item » secundam partem de Quaestionibus Disputatis, *de Populo* » *Dei* (leg. *de Potentia Dei)* et ultra, quas in Italia di» sputavit. Item ct tertiam partem de Quaestionibus Dispu» tatis, quarum initium est *dc Virtutibus;* quas disputa» vit cum secundo Parisiis legeret. »

Accedunt loannes Columna, Petrus Rogcrius seu Clemens Papa VI, ct Bernardus Guidonis. Primus haec habet: *Quaestiones de Veritate, de Spiritualibus Creaturis, de Potentia Dei, de Virtutibus, de Anima.* Alterius verba sunt: *Quaestiones de Veritate, item Quaestiones de Potentia Dei, item Quaestiones de Anima, item Quaestiones de Virtutibus, item Quaestiones de Malo, item Quaestiones de Spiritualibus Creaturis;* quo loco diserta fit mentio *Quaestionum de Malo,* quas reticet loannes de Columna. Tertius denique sic ait: « Scripsit idem Doctor non parva volu» mina *Quaestionum de diversis materiis,* per diversos ar» ticulos distinguens, et prosequens, et elucidans veritatem. » Quae intitulantur *Quaestiones de Veritate,* item Quaestio» nes *de Anima,* item Quaestiones *de Virtutibus,* item Quae» stiones *de Malo,* item Quaestiones *de Spiritualibus crea*» *turis.* » Ubi *Quaestiones de Potentia* desiderantur. His denique paria scripto reliquerunt s. Antoninus, et Pignonus, et Valleoletanus.

Opponat fortasse quispiam, inter peculiares huiusmodi Quaestionum titulos reticeri apud omnes laudatos nomenclatores Quaestionem illam, quae in editis exemplis prostat, *De unione Verbi Incarnati.* Dubium nullum te moveat ac procul esto scrupulus omnis: tum quia Quaestionem illam, utpote unicam, sub alio Quaestionum titulo comprehendisse dicendi sunt, qui expressam eiusdem non ingerunt mentionem: tum quia Valleoletanus in suo, quem texuit, Operum Thomae catalogo, diserte ac speciatim Quaestionem memorat *De unione Verbi Incarnati:* tum postremo quod eadem recensita legitur in vetustis codicibus mss. quos affert lacobus Echardus, Parisiensibus duobus ac duobus Anglicanis, per haec verba: *Thomae de Aquino* QQ. *de Anima, de Virtutibus, de Amore* (leg. *de Unione') Verbi Incarnati, de Spiritualibus creaturis.*

Haec vetusta attentiore mente expendentibus monumenta duo nobis occurrunt, quae colligi debeant: 1. Memoratas Quaestiones, quae *Disputatae* vocantur, pluribus olim in voluminibus collectas prostasse.' 2. Easdem postea coordinatas fuisse tresque in partes redactas. Huiusmodi *Quaestionum* recenset Guillelmus de Tocco *volumina magna: et non parva volumina* Bernardus Guidonis. Plurium voluminum numerum indicant codices, qui ante annum 1300 venales prostabant in Parisicnsi Universitate, ut adnotatum legimus in libro Rectoris eiusdem apud Echardum. V. g. *Quaestionum de Veritate* lxv *pecias: Quaestionum de'Potentia* xxvni *pecias: Quaestionum de Spiritualibus Creaturis y pecias: Quaestionum de Malo* xxvni *pecias: Quaestionum de Anima et Virtutibus* xxiv *pecias.* At Quaestionum denique omnium *tres* numerant *partes* Ptolomaeus Lucensis, Bartholomaeus Logotheta, Nicolaus Trivetus.

II. Dignissimum censuit opus, quod commentariis illustraret Xantes Mariales, nobili apud Venetos ortus familia, conventus ss. loannis et Pauli insignis alumnus. Tomi duo in fol. prodierunt *Bononiae ex typographia IIH. de Duciis i658.* Lucem non viderunt alii, quos paraverat. Titulus est: *Amplissimum artium scientiarumque omnium Amphitheatrum: hoc est, De rebus universis celeberrimae Quaestiones Disputatae ab orbis Oraculo divo Thoma Aquinate Ecclesiae Doctore, ad hanc usque diem a nemine expositae, nunc primum in lucem prodeunt cum Commentariis.* In Praefatione, *Auctor,* quantum ex huius-

modi Quaestionum lectione profecerit, his verbis prodit Mariales: *Ego octuagenarius sum et ab ineunte aetate in studiis consumptus. Fateor sincere his tribus vel quatuor annis, quos in edendis his Commentariis consumpsi, me longe plus profecisse, quam toto decursu prioris vitae meae.*

III. Innumera ad utramque Theologiam, *naturalem* et *revelatam,* argumenta pertinentia in his pertractat Quaestionibus sanctus Thomas et copia eruditionis et disserendi subtilitate. Dignissimae habitae sunt nonnullae, quae graece redditae Graecis hominibus innotescerent. Codicem bibliothecae, olim Seguerianae, postea Coislinianae, profert Echardus, in quo *Quaestiones Disputatae de Potentia Dei et de Spiritualibus creaturis* graece translatae continentur. In eadem bibliotheca typis edita adnotatum legimus a Bernardo de Montfaucon, Quaestiones illas, quae graece redditae sunt, numerari duas: ac priorem *de Potentia* in novem libros tributam esse, quos putaverim novem esse priores Quaestiones, vulgo *de Potentia* inscriptas: posterioremque *de Spiritualibus creaturis* in capita undecim, hoc est *undecim articulos* eiusdem quaestionis. Caret prior interpretis nomine. Hanc pars altera praefert inscriptionem: Βιβλίον του σοφωτάτου καί λογιωτάτου του κυρίου Θωριά καί πρεδικατο'ρο , ήτοι κη'ρυκο etc. *Liber sapientissimi et doctissimi domini Thomae Praedicatoris, vel Praeconis* etc.

In Caesarea Vindobonensi bibliotheca iuxta Reimannum lib. V. cod. CCL, num. 27 (ait Echardus) exstant graece ex s. *Thomae Aquinatis QQ. Disput. de Potentia Dei, excerpta de processione Spiritus Sancti.* In eiusdem bibliothecae catalogo, quem Nesselius post Lambecium vulgavit, cod. CXC num. 27 haec habentur: *Ex s. Thomae Aquinatis Quaestionibus disputationum de Potentia Dei Excerpta de processione Spiritus sancti.* Titulus et principium est: Θων.ά του άπο τη κηρύκων τάξεω , καί διδασκάλου παρά Λατίνοι τη ίερά των χριστιανών γεγονο'το θεολογία etc. *Thomae ex Ordine Praedicatorum et apud Latinos sacrae Christianorum theologiae magistri* etc. Quae quidem *Excerpta* deprompta sunt ex quarto decimae quaestionis articulo, inter eas, quae *de Potentia* inscribuntur: ubi inquiritur, *utrum Spiritus Sanctus procedat a Filio.*

Refert demum Echardus ex catalogo bibliothecae Vaticanae graecum Excerptum *ex Quaestionibus de Malo sapientissimi Thomae de Aquino, numero et ordine articulorum omnium servatis.* Quisnam huiusmodi versionum auctor dici debeat? Hanc spartam ornarunt graeci homines et latini graece docti. Saeculo tertiodecimo inter nostrates claruit Guillelmus Bernardi, Gaillacensis dictus, quod Gaillacum, nobile Occitaniae ad Tornem fluvium oppidum, patriam haberet, in Ordinem Tolosae adlectus. *In Graeciam transfretavit* (Bernardi Guidonis verba sunt apud Echardum), *pervenitque Constantinopolim, ubi et locum ad habitandum accepit anno* 1298, *ibique libros fratris Thomae de Aquino e latino graecos fecit.* Quinam fuerint isti libri non indicat Bernardus. Aetate sequiore Marsilius Ficinus dicitur, iubentc Laurentio de Medicis, graecas operum aliquorum Thomae versiones concinnasse, quae in Laurentiana Florentina bibliotheca adserventur. Optandum ut diligentiores catalogi easdem tandem aliquando praestent: quod an praestitum hactenus fuerit, ignotum mihi.

Graeci quatuor scriptores memorantur, qui operam suam contulerint. *Maximo Planudi* tribui solet graeca versio *Summae theologicae.* Auctor versionis *Summae contra gentes* dicitur *Demetrius Cydonius.* Graece vertit *Opuscula* quaedam *Prochorus Presbyter monachus.* Denique graeca *Quaestionum Disputatarum,* quas memoravimus, tribui versio solet *Gennadio,* qui primus Constantinopoleos, post Orientalis Graecorum Imperii excidium, renunciatus fuit Patriarcha, dictus ante susceptam dignitatem *Georgius Scholarius.*

Non erit operae dispendium postremo loco admonere Thomae nostri cognomen in hisce codicibus graecis varie scriptum legi, eaque varietate deceptos in errorem abiisse scriptores. Diligentissimo Echardo admonitionem debemus: debet ille Petro Lambecio. Scriptum aliquando . legimus , του άκίνου, alias δέ άκουίνου et δέ άκίνου, item άπο του κουίνοὐ, ac demum του άγχίνου. Hinc deceptus Io. Iacobus Frisius (verbis utor Lambecii libro I Biblioth. Caes. Vindob. pag. 146 et 147) novum sibi finxit auctorem *Thomam Anchinum :* qui revera non est alius ab Aquinate. Valere quoque idem Lambecius iubet Antonium Verderium in Bibliotheca Constantinopol. eiusque exscriptorem Possevinum tomo 111 Apparatus Sacri, legentes *Thomam Theacinum,* ipsumque existimantes ab Aquinate diversum. Quid? quod *Thomas Anort,* eodem admonente Lambecio, in catalogo Posseviniano occurrit: qui non alius demum quam noster Aquinas.

CAPUT II.

Scholae indicantur ac tempora definiuntur, ubi et quando praedictas Quaestiones Thomas agitavit elucubravitque. De anno, data occasione, disseritur, quo sanctus Doctor Neapolim ad docendum a Rege Carolo accitus est.,

I. T oca atque tempora, ubi et quando *Disputatas Quaei^istiones* agitavit sanctus Thomas, indicant ac definiunt laudati probatissimi scriptores. Logothetae et Triveti verba sunt: *Quaestiones de Veritate et ultra Parisiis disputavit.* Quod idem opus ab Aquinate compositum Ptolomaeus adnotat, *ipso* Thoma *iam magistrate,* seu ad gradum magisterii in Parisiensi Universitate promoto. In Dissertatione de Commentario in quatuor Sententiarum libros amplo sermone ostendimus, Aquinatem nostrum anno 1253 suos in *Sententias* inchoasse Commentarios, baccalaurei munere fungentem in schola fratris Eliae Bruneti. Dissidio moto a Guillermo de Sancto-amore ab aliisque Parisiensibus magistris, denegata fuit ac dilata *licentia,* quae pro more anno 1254 concedi Thomae debuerat, ut easdem exponere *Sententias* pergeret tamquam magister. Datae factaeque *licentiae* anno 1256 ineunte ab Universitatis Cancellario obstiterunt pervicaces magistri; *suamque aulam,* seu *principium sui regiminis habere,* ut inquiebant, seu thesim publicam in aula archiepiscopali propugnare coram palamque non potuit, ut laurea doctoris aut magistri donaretur. Dissidio demum anno 1256 aut insequente 1257 composito, agnitus pro magistro Aquinas, regere nomine suo scholam coepit. Hinc factum, ut cum superioribus dissidii annis, numquam intermissis lectionibus, explanasset *Sententias* Thomas, earum loco, post ipsum dissidium compositum, *Quaestiones de Veritate* integro biennio traderet. Tempus ergo notum, quo pars haec *Disputatarum Quaestionum* elucubrata a Thoma fuit.

Pars altera sequitur, de qua sic habent Logotheta et Trivetus: *Aliam partem Quaestionum de Potentia Dei et ultra scripsit in Italia.* Non istas, sed quae inscribuntur *de Spiritualibus creaturis, de Malo et de Virtutibus* ab Angelico praeceptore *in Italia* pertractatas disertissime refert Ptolomaeus. Viri probatissimi, qui sancti Thomae *auditor* fuit, *familiarem* cum ipso *multo tempore* consuetudinem habuit, cum eoque demum extremis vitae annis comes adlectus itinera confecit, caeteris fortasse praeferenda fides ct auctoritas.

Reditus Thomae in Italiam, commorationis eiusdem in diversis'Italiae locis, reditusque in urbem Parisiorum definire tempora praestat, ut quo demum tempore hanc alteram *Quaestionum* partem confecerit, clarius innotescat. Verba refero Ptolomaei Lucensis libro XXII, capite xxn: *Post tres annos sui magisterii redit in Italiam, tempore videlicet Urbani IV.* Ait etiam capite xxm: *Anno Domini 1261 Urbanus IV in Cathedra Petri sedet, assumptus in Decollatione s. loannis Baptistae* (die 29 Augusti). Et capite xxiv: *Tunc frater Thomas redit de Parisiis ex certis causis et ad petitionem Urbani multa fecit et scripsit.* Ex his collige duo: 1. Post 29 mensis augusti diem anni 1261 in Italiam remigrasse Aquinatem: 2. Verba illa Ptolomaei, *post tres annos sui magisterii,* non ita presso rigidoque calculo computanda, ut completo triennio statim Italiam ingressus fuerit Thomas. Lauream magisterii ab ipso acceptam vel anno 12 56 vel insequente 1257 iam adnotavimus. Triennium illud exinde si numeres completum illud habes

vel anno i25g vel anno 1260, supremum adhuc Ecclesiae Pontificatum tenente Alexandro IV. Discesserit ergo Parisiis post illud triennium Thomas, itinera quaedam prolixiora confecerit negotiorum causa remigraveritque in Italiam anno 1261 post diem 29 mensis augusti: quo tempore Sedem Romanam obtinebat Urbanus IV. Meliore digeri fortasse ratione non potest chronographia, quam satis implexam fatetur Iacobus Echardus.

Quaenam scripserit, in Italiam redux, Opera Thomas refert Ptolomaeus capite citato xxiv, libri XXII. Mandante Urbano IV, qui breviores Viterbii et Urbeveteri diutiores moras traxit, composuit s. Doctor *Opus continuum in quatuor Evangelia et Officium Corporis Christi et Tractatum contra errores graecorum*. Pergit ille alias eiusdem lucubrationes recensere: « Isto autem tempore tenens studium Ro» mae, quasi totam *Philosophiam,* sive *moralem* sive *na*» *turalem* exposuit et in scriptum scu commentum redegit: » sed praecipue *ethicam* et *mathematicam* (leg. *metaphy*» *sicam)* quodam singulari et novo modo tradendi. Scripsit » etiam tempore eiusdem Pontificis *Librum contra Gentiles* » et *Quaestiones de Anima*. Exposuit *Iob* et quaedam alia » opuscula fecit. »

Memoratas *Quaestiones de Anima* par est intelligere *viginti et unum articulos,* qui sub titulo *Quaestionis de Anima* locum habent in editis exemplis post Quaestionem *de Spiritualibus creaturis*. Eosdem igitur articulos tempore Urbani IV scriptos fuisse constat. Ad idem pertinere tempus pro certo habeo novum inceptum Opus in Sententiarum libros, de quo Ptolomaeus libro XX1П, capite xv, sic habet : *Scripsit etiam eo tempore, quo fuit Romae, de quo supra dictum est* (libro praecedente XXII, capite xxiv), *iam magister existens primum super Sententias*. Quo de opere, quod periit, egimus in superiore Dissertatione capite rv.

Vita mortali Urbanus IV migravit anno 1264 die 2 Octobris. Insequentis anni 1265 februario mense ad Summum Pontificatum provectus est Clemens IV, ipsumque tenuit ad exeuntem mensem novembrem anni 1268. Diem emortualem Ptolomaeus libro XXII, cap. xxxvm, definit *Festum beati Andreae* seu diem 3o eiusdem novembris : diemque praecedentem 29 adsignant alii. Adnotante laudato scriptore capite xxxix, *huius* (Clementis IV) *tempore,* florebat sanctus Doctor ac *scripsit Summam theologicam... Istius Summae tres partes quasi scripsit tempore istius Pontificis* (Clementis IV) *et vacationis sequentis: quod fuit spatium duorum annorum et 9 mensium*. Kalendis nempe Septembris anni 1271 Thealdum Vicecomitem placentinum, Archidiaconum leodiensem, qui in obsequium Christi trans mare in Syria apud Ptolemaidem degebat, in Summum Pontificem elegerunt Viterbii post diuturnas discordias Cardinales : isque Gregorii X nomen adsumpsit. Narrare pergit Ptolomaeus: *Fecit etiam,* inquiens, *tunc temporis Quaestiones dc Spiritualibus creaturis, de Malo et de Virtutibus.* Quae verba, *tunc temporis,* non adeo definita sunt, quin eo spatio intelligamus comprehensos tum annos Pontificatus Clementis, tum vacationem sequentem ad Gregorii X electionem. Unde iam certo innotescit praedictas pertractavisse Thomam *Quaestiones de Spiritualibus creaturis, de Mâlo, de Virtutibus,* post annum 1265, quo Romanam in Sedem conscendit Clemens Quartus. Quo vero in loco eas tradiderit Aquinas, an Romae, an Perusii, an Viterbii, quibus in locis sedem habuit Clemens, an alibi, dixerit nemo. In scholis absque dubio nostris versavit easdem scripsitque Thomas.

Sequitur pars tertia *Quaestionum,* quas inscriptas *de Virtutibus et ultra* (nempe *de Malo, de Anima, de Spiritualibus creaturis)* produnt Logotheta ac Trivetus; easque *Disputatas* aiunt *cum secundo Parisiis legeret* Aquinas. In argumento Quaestionum dissidet laudatus Ptolomaeus: temporis notam confirmat. Verba eius sunt libro XXIII, capite xi: *Hic Doctor, tempore huius Pontificis* (Gregorii X) *scripsit ultimam partem Summae.... sed non complevit, morte praeventus. Hoc etiam tempore disputavit Quaestiones de Potentia Dei et Creaturis* (al. *et Creaturae'). Scripsit etiam super Philosophiam: videlicet de coelo et de generatione, sed non complevit.* Grcgorium X anno 1271 die i septembris ad summum Pontificatus apicem evectum adnotavimus. Thdmam nostrum Parisiensibus Ordinis Comitiis anno 1269 ad sacram Pentecosten adfuisse, iterumque Gymnasio Saniacobaeo datum esse praesidem vetustis monumentis evincit Echardus in eius elogio. Ad annum usque 1271 vergentem ad finem theologicam rexit scholam : regimen cessit fr. Romano de Roma ex Ursinorum gente prognato: remigravitque in Italiam. Pro more suo in sacras tradendas litteras incumbebat, quas iterum Romae docuit, donec anno 1272 ab Rege Carolo Neapolim accitus est ad docendum. Haec tradunt omnia Ptolomaeus Lucensis libro XXIII, capite xvi, Guillelmus de Tocco in Vita capite vni, aliique scriptores nostrae gentis apud Echardum. Hinc demum conficitur tertiam partem *Quaestionum,* quas vocant *Disputatas,* Parisiis elucubrasse Thomam ab anno 1269 cadente ad annum 1271.

Non eo servato *temporis* ordine, quo sanctus Doctor praedictas agitavit Quaestiones in scholis, praestant eas edita exempla: neque ordinem materiae aut argumenti sequuti sunt editores sive quem Logotheta et Trivetus exhibent, sive quem tradidit Ptolomaeus Lucensis, sive quem demum repraesentant alii veteres, quos laudavimus nomenclatores. Rem parvi licet momenti admonitione nostra intactam praeterire non licuit.

II. Neapolim ab Rege Carolo anno 1272 accitum Thomam memoravimus. Hanc gestorum ipsius Thomae chronographiae partem liceat ἐν παρόδω diligentius illustrare. Regium diploma legitur apud magistrum Aquarium in calce tractatus *de Significationibus terminorum* et apud Nicolaum Toppium in Bibliotheca Neapolitana pag. 290 (Neapoli 1678), datum *Neapoli mense octobris,* 16 *eiusdem* 1274. Enorme nullaque venia dignum cubat mendum in anno. Eo namque anno 1274 ad caelites evolaverat Doctor Aquinas die 7 martii: quomodo ergo *mense octobri* potuerit Neapolim advocari ad docendum ?

In ipso diplomate haec habentur verba: « Unam unciam » auri ponderis generalis, pro quolibet mense, quamdiu » ibidem legerit (Thomas), sibi provideri velimus.... Man» damus quatenus ad requisitionem Prioris.... praedicta » uncia auri.... per dohenarios Neapoli de proventibus » dohannae, quam anno praesenti *primae Indictionis* exer» cent.... sine difficultate qualibet satisfieri faciatis. » *Doana, duana* vel *dohana,* et *dohanna* aedes est, in quam fiscales reditus, vectigalia, portoria et alia id genus tributa pro mercibus et mercium transvectione inferuntur. Hinc *dohenarii* et *dohanarii,* qui *doanae* vectigalia ac tributa exigunt vel recipiunt. His neapolitanis ministris ab Rege Carolo mandatum, ut auri uncia solveretur Thomae in singulos menses, quae pro stipendio decreta fuerat. Datum vero absque dubio diploma regium anno *prima indictione* insignito. Reiice ergo annum 1274 notatum *indictione secunda.* Annum praecedentem 1273 indicat ipsa *indictio prima:* quae tamen et annum 1272 indicare potest a die prima septembris. *Graecorum* haec dicitur indictio et Constantinopolitana. Admonet Muratorius tomo 1 de Antiquitatibus Italicis medii aevi dissertat, vin, coi. 439 innumeris etiam in Italia exemplis constare novam indictionem computari consuevisse a kalendis septembris, aut serius, eodem tamen mense, nimirum a die 24 (quae indictio *C011stantiniana* appellatur et *Imperatoria).* Eadem est eiusdem animadversio tomo III, dissert, xxxrv, col. 48 post sacculum Ecclesiae nonum fere semper usurpatam legi indictionem Graecorum: exempla tamen non raro occurrere indictionis Constantinianae a die 24 septembris, et *Romanae* seu Pontificiae ab kalendis mensis ianuarii deductae. Multiplicem huiusmodi usum indictionis mihi proprio deprehendere experimento in vetustis chartis frequentissime contigit. Hinc pronus feror, ut *primam indictionem* in diplomate Caroli regis deductam a kalendis septembris anni 1272 accipiam: datum quippe diploma legitur *mense octobre.*

Quaestionem dirimit omnem Ptolomaei Lucensis auctoritas. Sic habet ille libro XXIII, capite x: « Cum ego (ipse » Ptolomaeus) cum ipso (Thoma Aquinate) venirem dc » Roma (Neapolim versus, quam in urbem accitus fuerat); » declinavit (ipse Thomas) Molariam ad castrum domini

» Richardi Cardinalis: ibique praefatus Doctor infirmatus » est de tertiana, socius vero suus frater Raymundus de » continua gravi... Tunc venerabilis Doctor recepit reliquias » beatae Agnetis, quas ex devotione secum ferebat de Urbe: » et misit dicto fratri (Raymundo) quod super se poneret » et haberet plenam fidem in eis. Quod et fecit et curatus » est ultra spem medicorum. Propter quam causam dispo- » suerat *singulis annis* facere *festum solemne de ipsa,* » cum bona refectione fratrum: quod *et illo anno fecit* » *Neapoli.* Sequenti vero transiit ad Deum. » Quo ex loco certissime constat peculiari solemnitate Thomam celebrasse *Neapoli* festum diem sanctae Agnetis, anno praecedente *transitum* eius *ad Deum,* anno scilicet 1273. Itaque hoc eodem anno Neapoli degebat Aquinas mense ianuario, quo in diem 21 incidit festum beatae Agnetis: adeoque iam primo eiusdem anni 1273 mense sacras litteras Neapoli tradebat in scholis. Fuerit ergo ab Rege Carolo eam in urbem ad docendum accitus postremis anni 1272 mensibus: ac sane datum diploma dicitur tum *indictione prima,* tum *mense octobre.* Hinc dicendum est vel ipso labente mense octobri aut etiam septembri *Roma* exivisse Thomam (quod narrat Ptolomaeus): ad castrum Cardinalis Richardi ex itinere divertisse: receptaque post tertianam febrim valetudine, Neapolim ingressum esse, litteras sacras traditurum. Echardum consule in Notis ad elogium Thomae.

CAPUT III.

Prolixum supplementum, quod occurrit in articulo secundo Quaestionis quartae dc Potentia, ad examen vocatur: vindicaturque suppletorum peritia et bona fides. Reginald: Lucarini emendationes, aliae adprobatae, reicctae aliae. Variantes divinarum Scripturarum lectiones frequentius adhibitae ab Aquinate.

1. Tnter animadversiones in textum sancti Thomae, typis 1editas Romae a Reginaldo Lucarino anno 1666 sic habet ille ad art. 11 quaest. iv de Potentia: «Magna, *in-* » *quiens,* eius pars non est sancti Thomae, sed Vinccntii » Baldelli (Bandelli) de Castro-novo, qui fuit theologiae » magister insignis et Generalis Ordinis nostri.» Raymundus Capisuccus in Controversia xxrv de Propitiatorio pag. *5y5: Optassem,* inquit, *ut hic auctor huiusmodi assertionis rationem vel patronum attulisset, cum ait: articulum* π *quaestionis* iv *de Potentia non esse divi Thomae.*

Rem ego diligentius enarro. Venetiis prodierunt *Quaestiones Disputatae* anno i5o3 fol. typis heredum Octaviani Scoti, duobus voluminibus comprehensae, quae *revisae et emendatae dicuntur per Magistrum 'Ordinis fr. Vincentium Bandellum de Castro-novo.* Is anno i5oi sabbato vigilia Pentecostes, 20 maii, Romae ad summam Ordinis Praefecturam evectus fuerat. Iam ante prodierant illae sciunctim ac simul collectae. Romanam editionem memoro typis *Arnoldi Pannartq* 1476 fol. voll. 2, et Coloniensem typis *Henrici Quentell* 1499 et insequente.

Coloniensis haec editio praesto mihi est, cui titulus: *Quaestiones Disputatae Angelici Doctoris sancti Thomae Aquinatis Ord. Praed. per sacrarum litterarum professorem eximium magistrum Theodericum de Susteren, insignis conventus Coloniensis eiusdem Ordinis regentem profundissimum, in luculentam erectae consonantiam.* In calce voluminis haec habentur: *Impressa Agrippinae, opera atque impensis providi viri Henrici Quentell, civis eiusdem, anno salutis humanae nonagesimonono supra millesimum quadringentesimum.* In hac editione articulus 11 quaest. iv *de Potentia* inscribitur: *Secundo quaeritur utrum materiae formatio tota simul fuerit an successiva.* Tum argumenta quatuor supra triginta opponuntur; quae eadem sunt ac in editione Bandelli et Romana Pii V aliisque sequioris aevi. Sequuntur argumenta prolusoria, quae inscribi solent *sed contra;* quae decem in praedictis omnibus editionibus numerantur. Decretoria succedit Thomae responsio, quam vulgo *corpus articuli* vocant. Postrema verba in editione Coloniensi haec sunt: *Et tunc per vespere intelligitur cognitio rei in propria natura, per mane vero cognitio in Verbo.* Prolixum in editione revisa a Bandello et in aliis posterioribus additamentum sequitur, quod incipit: *Secundum vero alios Sanctos, per istos dies et temporalis ordo et productionis rerum successio ostenditur.* Desinit vero: *Ut neutri harum expositionum praeiudicetur, titramque opinionem sustinentes, utriusque rationibus respondendum est.* Hinc solutiones habentur tum ad priora 34 argumenta, tum ad 10 posteriora: quae in editione Coloniensi desiderantur omnia. Admonere mihi liceat Disputatas huiusmodi Quaestiones eadem in editione Coloniensi vocari *materias:* adeoque numerari *materiam primam* dc Potentia Dei, *materiam secundam* de Potentia generative in divinis, *materiam tertiam* de creatione, *materiam quartam* de creatione informis materiae; ac pari modo reliquas omnes.

Apud laudatum Theodericum de Susteren animadversio sequitur, quae praeteriri non debet, praedicto *secundo articulo* quaestionis quartae *de Potentia* subiecta: *Istam* (inquit ille) *Quaestionem nullibi reperimus beatum Thomam complevisse: sed tamen eius complementum cum solutio-' nibus argumentorum ex tribus aliis passibus suae doctrinae haberi potest facillime; scilicet* par. 1, qu. lxxiii*per totum: item* in secundo scripto dist. xii, artic. iv *et in* dc Veritate, Materia *(seu Quaestione)* vui,art.xvn. *Talis igitur, qui huius petit ampliorem declarationem et argumentorum solutionem, ad illos recurrat passus.* Loca a Theoderico indicata expendimus: quorum tamen index, prelo errante, vitiosus est. Quaestio *primae partis* lxxiv numeranda fuerat, quae inscribitur: *De omnibus septem diebus in communi,* ac tres in articulos tributa est. Ad hanc etiam rem pertinent praecedentes Quaestiones, nempe lxvii et quae sequuntur. Articulo quarto duodecimae distinctionis adde *articulum* 111 et 11 praecedentes. Quaestionis denique *de Veritate* octavae expende articulos xvi et xvn. Ex his potissimum locis Bandellus prompsit, quae in eodem articulo secundo quaest. iv *de Potentia* supplevit ipse.

Iamvcro vitio primo verti Lucarino posse videtur, quod *magnam* articuli praefati partem *Vincentia Bandello* adscripserit; partemque non indicaverit proprio sancti Doctoris calamo confectam. Hanc in editione Romana ac Veneta Dominici Niccolini, ut par erat, indicatam legimus marginali sequenti nota: «Haec autem ab illis verbis corporis, » *Secundum vero alios Sanctos,* usque ad finem articuli a » patre Vincentio a Castro-novo adiecta sunt. » Praecipuos deinde memoratos fontes aliosque, si qui sunt, indigitare Lucarinus debuerat, ut Bandelli suppletoris bona fides innotesceret; ac certiores redderentur lectores genuinam sancti Thomae doctrinam, sin minus eius verba ac stylum, in eodem offerri additamento. In codicibus mss. Operum Thomae, qui adhibiti descriptique fuerunt, ut ea publicam in lucem typorum beneficio prodirent, desiderantur alicubi particulae quaedam aut solutiones alicuius argumenti. Paucas, quae occurrunt, pro data occasione indicabimus eiusmodi lacunas. Impletas illas quidem suppletosque defectus iam praestant edita exempla: at omnis procul esto suspicio de doctrina invecta, quae mentem Aquinatis in aliis fulgentem locis aut non exprimat aut vitiatam exhibeat. Peritissimi theologi supplementa fecerunt, quae ex ipso doctrinae thomisticae penu deprompta sunt.

II. Aliae prostant apud eumdem Lucarinum *Animadversiones in textum sancti Thomae:* quarum nonnullas, utique praecipuas, vocare praestat ad examen. Inquit ille: « Quaestione vi *de Potentia* art. x in fine cor. *quae re-* » *trahunt ab electionibus,* lege, *a delectationibus.* » Pro articulo x qui prelo errante irrepsit, *nonum* repone. Docet ibidem Aquinas: *Continentiam et abstinentiam retrahere ab electionibus, quibus homo sensibilibus rebus immergitur.* Non abnuerim mentem auctoris te optime adsequi, si cum Lucarino legas, *retrahere a delectationibus.* Salva genuina codicum bonae notae lectione, quos invisere ac perlustrare non licet, quidni et prior iam vulgata lectio retineri queat? Retrahunt quippe illae virtutes, *continentia* et *abstinentia,* animum hominis ab iis *electionibus,* quibus voluntas, passionum illecebris permota, amplecti posset delectabilia, sensilibus rebus nos immergentia. Ait Doctor Aquinas IIa IIae, qu. cxLiii, art. un.: *Primus quidem est motus voluntatis commotae ex impetu passionis: et hunc motum refraenat*

continentia, ex qua fit ut licet homo immoderatas concupiscentias patiatur, voluntas tamen non vincatur. Atqui vero *continens* homo non vincitur, cum liberum consensum retinet liberamque non prodit in *electionem* delectationis.

« Quaestione v *de Malo,* art. iv ad octavum: *Sed posteri eius morerentur propter peccatum originale.* Textus » iste censetur a Bellarmino Controvers. tomo III *de Amissione gratiae,* libro IV, capite xm, in fine, sic corrigendus : *Sed posteri eius non morerentur propter peccatum originale.*·» Integrum accipe textum Thomae: *Si ergo aliquis ex posteris Adam peccasset, eo* (Adamo) *non peccante, moreretur quidem propter suum peccatum actuale, sicut Adam mortuus est: sed posteri eius* (alicuius nempe ex Adae posteris, qui peccasset) *morerentur propter peccatum originale.* Dubium ingerit Bellarminus, an fortasse corruptus hic locus dici debeat? Non censet, nec pronunciat corrigendum esse. Verba eius sunt: « Communis sen» tentia est, si primus homo non peccasset, qui totius na» turae personam gerebat, quocumque alio peccante, pec» catum fuisse personale et particulare : et ideo posteritatem » eius infici et vitiari minime potuisse. Videtur quidem » s. Thomas contrarium indicare qu. v *de Malo,* art. iv ad » ult. Sed fortasse corruptus est is locus. » Vitio laborare textum sibi colligere posse nonnulli videntur ex ipsius Aquinatis doctrina, qui par. II, qu. lxxxi, art. ll tradit: Tum *impossibile esse, quod aliqua peccata proximorum parentum vel etiam peccata primi parentis praeter primum, per originem traducantur:* tum *alia peccata actualia, vel primi parentis vel aliorum, non corrumpere naturam, quantum ad id quod naturae est, sed solum quantum ad id quod personae est, idest secundum pronitatem ad actum : unde alia peccata non traduci.*

Vitium nihilominus, quod irrepserit in textum, non agnoscentes alii, opinionem hocce in loco traditam existimant ab Aquinate sapientia ac aetate provectiore revocatam fuisse *in Summa Theologica.* Neutrum arridet aliis. Io. Baptistae Gonet verba refero disp, vu *de Peccato originali,* art. iv, qu. in, num. 68 : « Sed melius respondetur ipsum » (Thomam) loqui non ex vi legis de facto statutae a » Deo; sed ex vi alterius decreti, quod probabiliter autu» mat Deum in illa hypothesi habiturum. Nam satis pro» babile et verisimile est quod, decernente Deo non per» mittere peccatum in Adamo et permittere in cius filio, » consequenter decerneret talem filium Adami constituere » caput morale suorum descendentium : cum ratio capitis » moralis potentiam ad transfundendum in posteros pec» catum vel originalem iustitiam, prout ipsi placuerit, » importet. Supposito autem hoc decreto, sine dubio pec» catum illius in istos descenderet. » Eadem est sententia Conradi Koellin in par. II, qu. lxxxi, art. π. Quae cum ita se habeant, textum sancti Thomae corrigere aut immutare non licet, ut integrum cuique sit eam amplecti lectionem et sententiam, quae menti s. Doctoris magis consona videatur.

Felicior est Lucarini animadversio, quae sequitur: «Quae» stione vn *de Malo,* art. π ad 16. Illa ratio non concludit, » *(Thomae verba sunt)* quod peccatum veniale in Purga» torio non remittatur, *sed quod statim ibi non remittatur.* » Legit Sylvius III p., qu. lxxxvii, art. i, quaest. ir, §. *Deinde,* » inhaerens veteribus codicibus: *Sed quod statim ibi remit» tatur* (scilicet quoad reatum culpae).» Ratio, quae adducebatur, eo innititur principio: quod *in anima separata,* cui imminet acerba Purgatorii poena ac dilatio vitae aeternae, *statim excitatur fervens desiderium; fervor autem caritatis non compatitur secum peccatum veniale:* adeoque *in Purgatorio separata anima habere veniale non potest:* idemque demum *veniale peccatum non potest in Purgatorio remitti.* Non alia Thomae consentanea potuit esse responsio, nisi quod ea ratione non concluditur *peccatum veniale in Purgatorio non remitti,* sed *quod statim ibi remittatur* ob illum caritatis fervorem: *et hoc,* inquit, *satis videtur probabile.* Eamdem lectionem, absque particula negante, amplectuntur Carmelitae Discalceati Salmanticenses III p., quaest. lxxxvii, artic. iv in Commentario, numero 12.

III. Spongia indiget eiusdem scriptoris animadversio, quam postremo loco ad examen voco. Verba sunt: «Qu.xin » *de Malo,* artic. vi ad 2, Ecclesiastici xxrx (v'. 10): *Multi vero » causa nequitiae.*» Lege iuxta Vulgatam: *Multi vero non causa nequitiae.* Integrum profero textum: « Dicendum, » quod *foenerare* quandoque large accipitur pro *mutuare,* » ut patet Ecclesiastici xxix: *Multi vero causa nequitiae non » foenerati sunt,* idest, *non mutuaverunt.* » Ad hunc locum adnotat Cornelius a Lapide nonnullos delere prius, *Non;* alios, posterius. Textus graecus auctoritate Sixti V typis editus Romae anno 158y sic' habet : πολλοί χάριν πονηριά , *Multi causa nequitiae.* Itemque codex Alexandrinus: πολλοί ούν χάριν πονηριά , *Multi itaque causa nequitiae.* Hanc lectionem pluribus graecis codicibus confirmat Drusius: additque codices latinos exstare, teste lansenio, qui particulam negantem non habent. In vulgata legimus : *Multi non causa nequitiae non foenerati sunt, sed fraudari gratis timuerunt.* Sensus est: multos esse, qui a mutuo dando abhorrent, *non causa quidem nequitiae* seu perverso animo; sed eo quod *fraudari gratis,* idest nulla spe emolumenti, seu potius nulla satis idonea metuendi causa, *timuerunt.* At graecae lectionis sensus prodit multos per nequitiam avertere se a mutuo dando petentibus. Iam patet sanctum Thomam suo in codice textum legere absque priore negante particula potuisse aut graecam ipsum sequutum esse lectionem. Cur ergo Lucarinus iubeat *legendum esse iuxta Vulgatam ?* Utroque modo textus ille si efferatur, menti consonat sancti Doctoris.

Variantes huiusmndi lectiones a Thoma adhibitas adnotat alibi saepe Lucarinus; meliusque consultus non iubet corrigendas. V. g. I p., qu. lxxiv, art. m, arg. 5, verba Geneseos cap. 1 refert Aquinas : *Dixit Deus, fiat firmamentum : et factum est ita.* Nempe lectione των 70, fatente et vidente Lucarino, utitur ille: desunt vero in Vulgata verba illa, *et factum est ita.* Notus etiam Lucarino fuit insignis ipsius Thomae locus libro IV contra Gentes, capite xvn, num. 2 ubi sic ait: « Dicit enim Apostolus Philippens. lll (tf. 3): » *Nos sumus circumcisio, qui Spiritui Deo 'servimus.* Et » licet quidam libri habeant, *qui Spiritu Domini* (vel Dei) » *servimus:* tamen graeci libri et antiquiores latini habent, » *qui Spiritui Deo servimus.* » Sunt absque dubio graeci codices, in quibus legimus, πνεύριατι θεω : sunt latini, qui habent, *Spiritui Deo.* Sunt etiam graeci codices habentes, πνεὐ[Λ<ζτι θεοϋ: sunt etiam latini cum his verbis, *Spiritui Dei.* Hanc posteriorem, veluti genuinam, amplectitur s. Ambrosius libro II de Spiritu sancto, capite vi. Notam consule ascetae Sammaurei Benedictini editoris. Neutra in vulgata nostra occurrit lectio, sed ista, *qui spiritu servimus Deo.* Vocem illam, πνεὔριατι, quae dandi auferendique, seu tertio et sexto casibus communis est apud graecos, latine reddidit vetus interpres in sexto casu, qui terminatione latina differt a casu dandi. Qua de re Vossium lege libro III *de Arte grammatica,* capite xlv, et ad ipsam quod attinet versionem, consule sacrae Scripturae interpretes. In vulgata nempe, non obiectum cultus voce illa πνεὔριατι explicatur, sed ratio modusque cultus, *idest cultus in spiritu et veritate.*

In hisce variantibus Bibliorum et sacri textus lectionibus peritissimum se passim praebet sanctus Thomas, in commentariis praesertim, quos in sacrae Scripturae libros elucubravit. Haec industriae ac diligentiae eius tribui debet sacrae eruditionis pars: at ferre subsidium etiam poterat opus insigne, quod nostrates, Hugone de Sancto Charo praesidente, in Parisiensi conventu Saniacobaeo perfecerunt. Inscribitur illud: *Sacra Biblia recognita et emendata, idest a scriptorum vitiis expurgata, additis ad marginem variis lectionibus codicum mss. hebraeorum, graecorum et veterum latinorum codicum aetate Caroli Magni scriptorum.* Latiore sermone de hac eruditione sancti Thomae in alia Dissertatione dicendum: ubi *recentes censurae quatuor in Opera sancti Thomae in ciusquc doctrinam* refelluntur.

CAPUT IV.

Veterum testimonio Quaestiones, quas vocant Quodlibeta, adseruntur sancto Thomae. Nominis etymon: Operis elucubrati tempus: ordo varius in mss. ac editis exemplis. Petrus de Alva refellitur, qui easdem attribuendas cuidam Aquinatis discipulo censet. Mendorum correctiones a Lucarino propositae et expensae.

I. T)rodierunt sub nomine Doctoris nostri Thomae 1 Aquinatis *Quaestiones,* vulgo dictae *Quodlibetales,* tum seorsim typis editae, tum vel Quaestionibus Disputatis, vel Summae contra Gentiles, vel Commentario in secundum Sententiarum librum subiunctae. Germanum foetum esse Angelici Praeceptoris dubitare non sinunt veteres probatissimi testes. Ptolomaeus Lucensis libro XXIII Histor. eccl., capite xv luculentissimum testimonium fert his verbis: *Hic etiam notavit suas Quaestiones de Quolibet, in quibus multa dubia declarantur magnaque in eisdem scientia continetur.* Guillelmus de Tocco in Vita: *Scripsit... Quaestiones de Quolibet.* Logotheta in Fragmento apud Baluzium: *Undecim Quolibet disputati.* Trivetus in Chronico ad ann. *12.74:. Item Disputationes undecim de Quolibet: quarum sex Parisiis et quinque determinavit in Italia.* Ioannes de Columna: *Quodlibeta undecim.* Bernardus Guidonis.· *Item scripsit Quodlibeta undecim disputata.* Petrus Rogerius, postea Clemens VI: *Item undecim Quodlibeta disputata.* Consentiunt denique Valleoletanus, Pignonus et s. Antoninus. Nempe hoc Opus, vario quaestionum argumento ac multiplici dubiorum resolutione refertum, disertissimo testimonio, omnes absque ulla discrepantia sancto Thomae Aquinati adiudicant, quotquot synchroni et suppares. aliique Operum eius nomenclatores numerari possunt. Mirum foret ac simile portento, dubium aliquod ingeri de Operis auctore! Sed attamen ingestum fuisse dubium ac proxima superiore aetate inventum esse, qui non ipsi Thomae eas *Quaestiones,* sed cuidam eiusdem discipulo tribuendas existimaverit, infra dicendum.

Pignonus et sanctus Antoninus, quos postremos inter testes advocavimus, non *undecim,* contra ac caeteri, sed *duodecim* numerant *Quodlibeta disputata.* Nullam esse antilogiam iam primus animadvertit diligentissimus Echardus. Qui namque *undecim* tantum laudat (verbis eius utor) duo ex illis simul iungit, ut in suis mss. codicibus copulata videbat: qui vero *duodecim,* illa eademmet duo distinguit, ut in suis codicibus distincta erant; quod ex pluribus codicibus mss. etiamnum servatis facile evincitur.

II. Cur vero *Quodlibetales* Quaestiones dictae fuerint haud inutilis quaestio moveri potest. Lambertus Campester in ea, quam curavit editione, inscribendas huiusmodi Quaestiones censuit, *Problemata divi Thomae: quae,* ait, *Quodlibetas Quaestiones* inepte neoterici vocant; nos autem rectius placita theologica nuncupamus. De nominis etymo agunt etiam Vossius libro III *de Vitiis sermonis,* capite xl et Ducangius in Glossario. Vossii verba refero: « *Quodli-* » *betum (inquientis)* de quo in utramque disseritur partem, » ex eo dictum, quia *quod libet* defenditur. Vox ea a com- » pluribus saeculis obtinuit in scholis .... Graecis dicitur » ει ἑκάτερχ ἐπνχείρησι . » Hinc *Quodlibetales Quaestiones,* eadem notione, ut addunt Parisienses monachi s. Mauri in laudato Ducangii Glossario, quod ipsi quamplurimis additamentis auxerunt et locupletarunt.

Utut dc nominis etymo sese res habeat, alia certe subiecta voci ratio aut notio dici debet, si animum mentemque ad *Quodlibetales* Aquinatis *Quaestiones* advertamus: in quibus non disseritur in utramque partem, neque defenditur quod modo libuerit, quod postea; unde neque *Problemata* dicenda sunt, quae iuxta vulgatissimam notionem in quamlibet partem ambiguo et ancipiti certamine disceptantur, nec definite constant. Singula *Quodlibeta* in *Quaestiones* tributa sunt, et Quaestiones in *Articulos,* quibus argumenti principalis in quaestione propositi ad examen vocantur variae partes, expenduntur, illustrantur. Pro more suo contraria primo loco ponit Aquinas argumenta: unum vel plura sequuntur argumenta prolusoria, quae solent appellari argumenta *sed contra:* tum proposita solvitur dirimiturque quaestio: adversis denique respondetur argumentis. Hanc adhibuit ille methodum in *Commentariis in Sententiarum libros et in Quaestionibus Disputatis:* eamdemque servavit *in Summa Theologica:* quae tamen opera appellaverit nemo *Quaestiones Quodlibetales.* Eo itaque nomine appellatas arbitror illas quaestiones, quibus Doctor noster de variis *quibuslibet* argumentis pertractavit, sive quae pro data occasione occurrebant sive quae proponebantur ab aliis. Hinc differunt a *Quaestionibus Disputatis*, quas ipse data opera versavit in scholis agitavitque: ac differunt etiam a *Commentariis* et a *Summa Theologica,* propterea quod haec Opera integrum complectantur qnoddam veluti doctrinae theologicae corpus, nonnisi varia quaedam theologicae doctrinae capita contineant illae. Qua demum notione *Quaestiones Quodlibetales* intellectas puto a Ptolomaeo Lucensi, qui loco citato sic eas recenset: *Hic etiam,* inquiens, *notavit suas Quaestiones de Quolibet, in quibus multa dubia declarantur.* Quo demum fit, neque recte se habere propositum a Campestro titulum *Placitorum Theologicorum;* cum eo similiter nomine nuncupari merito possint ac multo insignius debeant quaecumque in aliis operibus theologicis, maximeque in Summa versat et discutit et resolvit sanctus Thomas.

Ubi vero, quove tempore eas Thomas ediderit Quaestiones narrat Trivetus in Chronico: *Item Disputationes undecim,* inquiens, *de Quolibet: quarum sex Parisiis et quinque determinavit in Italia.* Mos vigebat in scholis Parisiensibus, ut qui gradus percurrebant, anno primo explanarent Sententias in alicuius magistri schola sub eiusque regimine ac censura: secundo anno, *licentia* accepta, Sententias legere pergerent tamquam magistri, scholam ipsi regentes: anno demum tertio quaestiones, quas vellent, pertractarent et responderent *Quodlibetis.* Explanare *Sententias* coeperat Aquinas anno 1259 in consueta studiorum instauratione. Moto dissidio a Parisiensibus magistris, vertente anno in nova instauratione scholarum, licentiam non obtinuit: perrexitque *Sententias* exponere. Dissidio composito, scholae regimen aut magisterium auspicatus est vel anno 12 56 vel insequente. Hinc *Quaestiones Disputatas* agitavit, cum Sententias iam explanasset; et *Quodlibetales* resolutiones edidit ad annum usque 1258 vel insequentem, ut alibi hanc partem chronographiae digerentes tradidimus.

Non omnia Parisiis, tempore iam statuto, scripta ab Aquinate, verum *sex* dumtaxat *Quodlibeta* Trivetus narrat. Quae supersunt *quinque,* scripsit ille ediditque *in Italia.* In Dissertatione de *Quaestionibus Disputatis,* reditum Thomae in Italiam referendum esse ad annum 1261 cum Ptolomaeo Lucensi, verisimiliori adhaerentes chronologiae, confecimus: unde tempora innotescunt, quibus alteram Operis partem elucubravit Thomas, cum nostras Romae, Urbeveteri, Perusii, Viterbii scholas moderaretur.

Num Parisiis priora *sex* et in Italia *quinque* posteriora scripserit *Quodlibeta* non ita facile dictu: nec enim idem huiusmodi quaestionum ordo in editis exemplis et manuscriptis codicibus. Hanc notat varietatem Echardus: hanc nos ipsi deprehendimus in codice, quem servat bibliotheca Veneta ss. Ioannis et Pauli. Hinc demum colligitur nomen *Quodlibetalium Quaestionum* in Parisiensi Universitate invaluisse, quaestionibus illis impositum, quibus pro data occasione respondebant magistri, qui scholas moderabantur. Unde vana Ioannis Nicolai dubitatio: *An* illud *imposuerit* nomen *sanctus Thomas Operi suo, an aliquod aliud.* Codices *vetusti mss.,* quos optat, opus esse non videntur, ut res ista debeat *certius* explorari.

III. Veterum omnium testimonio iam constat scriptum hoc Opus fuisse a Thoma Aquinate; ac innotescunt scholae atque tempora, ubi et quando illud ipse elucubraverit. Coecutierit ergo in meridiano sole oportet Petrus de Alva, qui auctorem operis, rciecto Aquinate, quemdam obtrudit Thomae discipulum. Quaenam fuerit tam fulgida illa ratio, quae hanc ipsi ingesserit opinionem? Verba eius accipe, quae habentur in opusculo, quod inscripsit *Certum quid certissimae falsitatis.* « Quaestiones, *inquit, Quodlibetales* » esse alicuius sui (Thomae) discipuli, satis liquet ex qua- » dam auctoritate Patris Ioannis de Tabiena in Summa sua

» fol. 734, verbo *Feriae,* num. ı3. » An haec auctoritas Tabienae, si qua foret, synchronis supparibusque 'allatis testibus praevaleat? At indicatum locum Tabienae lustravit Franciscus Janssens Elinga testaturque in eiusdem opusculi refutatione: « Tabienam nec loco allegato in Summa, » videlicet verbo *Feriae,* num. 13, imo nec per totum illud » caput, unum iota habere, quo vel mentio fiat de *Quaeri stionibus Quodlibetalibus* et multo minus de *aliquo discipulo* divi Thomae. * Quod ait, cuique diligentius propriis oculis expendendum proponit in ipso Tabienae opere, quod in bibliotheca Praedicatorum Lovaniensi adservatur, cum his verbis in calce voluminis: *Summa Tabiena, cui titulus, Summa summarum de casibus conscientiae, a proprio originali excerpta et Bononiae impressa anno i5rj.* Haec scilicet prima est eiusdem Operis editio. Mala igitur fide, non ullius praesidio auctoritatis egit Alva, cum Tabienam testem advocat, ut Aquinati abiudicet *Quodlibetales Quaestiones,* easque tribuat Aquinatis discipulo.

Typis editum praesto mihi est eiusdem *Summae* exemplum, in cuius calce haec lego : « *Explicit Summa Tabiena* » *reformata,* cui titulus est. *Summa summarum de ca-* » *sibus conscientiae,* a proprio originali excerpta et Bono- » niae impressa in aedibus Benedicti Hectoris bibliopolae. » Bon. anno Domini i5ao die 21 aprilis, Leone X Pon- » tifice Maximo regnante (in 40). » Haec est editio , secundis curis ab ipso loanne de Tabia, qui et *Cagnaqqo* cognominatus est, impressa. Post epistolam nuncupatoriam ad Thomam de Vio Caietanum S. R. E. Cardinalem, sic admonet lectorem auctor: « Cum hoc opus, quod *Summa* » *reformata* inscribitur, extrema sibi manu imposita ac » formis excusum, in lucem prodiisset; mihi, qui illud » rcmpublicam Christianam iuvandi gratia elucubravi, per- » currere totum atque evolvere placuit, ut si quid adden- » dum detrahendumque foret, officio meo ac religionis no- » strae decori minime deessem.... Hanc tandem *Summam* » *reformatam,* quantum mihi homini viatori possibile fuit, » iterum recensui. » Hanc secundam editionem, quae Petrum de Alva fugere non debuerat, diligentius expendenti occurrunt plura, quae ipsius Alvae opinationem refellunt, elidunt, profligant. Ac 1. Loco allegato, verbo *Feriae* n. 13, nulla *Quaestionum Quodlibetalium,* nulla *cuiusdam Thomae discipuli,* qui eas elucubraverit, ingeritur mentio: 2. Numero 12 praecedente, fol. 229 *tergo,* earumdem *Quaestionum* mentio occurrit, ipsaeque laudantur sub nomine s. Thomae his verbis : « Unde s. *Thomas Ql.* VI, *qu.* v, *artic.* 1 sic ait : » Est considerandum quod unusquisque peccatum originale » contrahit ex hoc, quod fuit in Adam secundum semi- » nalem rationem:» 3. Huiusmodi *Quaestionum Quodlibetalium* index frequentius in Opere legitur. V. g. verbo *Beneficium* num. 24 laudatur Aquinas *Ql.* ix, *qu. ultima, articulo pcnultimo, et Ql.* VIII, *qu.* vi, *art.* v. verbo *Meritum* n. 8 haec habet Tabiena: *Resp. secundum s. Thomam Ql.* VI, *qu.* vi *quod sic: ubi sic ait, aliquis actus potest dici meritorius* etc. In addendis, quae prostant in fine voluminis, praesto sunt haec verba: « Sed primum est expresse contra » s. Thomam, qui in V. *Ql., art.* χvı ait: Quando de adul- » terio procedit infamia vel aliqua signa evidentia appa- » rent etc. » Nullus dubito futurum fuisse ut Petrum de Alva puderet, haec si tandem aliquando animadvertisset, in eam ire se potuisse opinionem, quam hactenus eversam profligatamque prudens quisque doctusque fateri debet.

IV. Menda quaedam, quibus Veneta anni 15q3 editio Dominici Nicolini vitiata prodiit, corrigit Reginaldus Lucarinus suis in Animadversionibus *in textum s. Thomae* Romae impressis anno 1666 apud successores Vitalis Mascardi. « Quodlib. VII, art. xvin ad 8 : *Circa eos qui prae-* » *dicant.* Legendum videtur: *quibus praedicant.* » Imo genuinam et unicam esse hanc lectionem integer textus evincit: *Dicendum quod per actionem intelligitur ibi* (in Glossa) *non solum opus manuale, sed omnia quae ad activam vitam pertinent. Solicitudo autem, quae exhibetur a praedicatoribus circa eos, qui* (absque dubio quibus) *praedicant, ad activam vitam pertinet.*

« Quodlib. VI, art. vu corp.: *Si hoc alteri non conveni-* » *ret, quam Christo.* Lege: *Si hoc alteri conveniret, quam* » *Christo.* » Puto ego mendum nullum esse. Textum profero: *Apostolus dicit ad Rom.* v., *In quo omnes peccaverunt: a qua universitate solus Christus excipitur, qui in Adam non fuit secundum seminalem rationem. Alioquin si hoc alteri non conveniret quam Christo, non indigeret Christi redemptione.* Sensus est: si alteri, quam Christo, non conveniret fuisse in Adam secundum seminalem rationem et peccavisse in Adam, is redemptione Christi non indigeret. Convenit etiam lectio Lucarini, quae sensum reddit: si alteri, quam Christo, conveniret non fuisse in Adam secundum seminalem rationem et non peccavisse in Adam, is redemptione Christi non indigeret. Primigeniam lectionem vetusti codices bonae notae indicabunt.

« Quodlib. V, art. n ad 1 in fin. : *Adiuta per gratiam* ♭ *sunt principia demerendi.* Corrige : *Adiuta per gratiam* » *possunt esse principia merendi.* ♭ Textus est: *Alio modo potest intelligi sic, quod naturalia non sint principia merendi vel demerendi: et sic falsum est. Naturalia enim, adiuta per gratiam sunt esse principia demerendi.* Optima correctio Lucarini ex ipso textu colligitur : *Possunt esse principia merendi.*

« Quodlib. Ill, art. x in corp.: *In his vero quae-pertinent* » *ad fidem ct bonos mores.* Alibi : *Vel,* seu *aut bonos mores.* » Vide nostros s. Antoninum p. III, tit. v, cap. 11, §. 9; » Silvestrum verbo *Opinio* num. 1, qu. 1; Corradum de Con- » tract, qu. c post conclus, ni in solut. 5 arg. » Integer textus Thomae sic habet: «Dicendum, quod diversae opiniones » doctorum sacrae Scripturae si quidem non pertineant *ad* ♭ *fidem et bonos mores,* absque periculo auditores utram- » que opinionem sequi possunt... In his vero, quae perti- » nent *ad fidem et bonos mores,* nullus excusatur, si se- » quatur erroneam opinionem alicuius magistri. » Bis ea verba occurrunt cum particula copulante *et:* at perinde fuerit, ad summam doctrinae quod attinet, si particula disiunctiva, *vel,* legenda foret. Ipse Thomas in resp. ad 1 sic ait iuxta Nicolini editionem: « *Omnia quae dixerint* » *vobis servate et facite,* de illis intelligatur, quae ad ca- » thedram pertinent: ad quam non pertinent ea, quae sunt » *contra fidem vel bonos mores.* » Adnotaverim demum, III Aquinatis textu, quem loco citato integrum affert s. Antoninus, utrobique particulam, *vel,* adhiberi: *ad fidem vel bonos mores.*

Mendum aliud, quod Lucarini diligentiam fugit, corrigendum propono Quodlib. XII, artic. i in corp.: *Ex hac parte non desideratur esse relationis, sed distinctio ct oppositio eius.* Lege: *Ex hac parte non consideratur esse relationis.* Ex ipso textu, quem consule, emendatio colligitur.

DISSERTATIO XII.

De Opere, quod Summa contra Gentiles .inscribitur eiusque partitione, methodo ac pretio.

CAPUT I.

Veteres omnes recensent sancti Thomae Opus, quod Summa contra Gentiles inscribi solet, hortatore s. Raymundo de Pennafort elucubratum. Genuinus Operis titulus constituitur. Definitur tempus, quo illud Aquinas confecit.

^praeclarissimum Opus, quod *Summa con-*
** *tra Gentiles* vulgo inscribi solet, γνήσιον
1) sancti Thomae Aquinatis foetum agnoscunt omnes. Servatam hactenus methodum sequor ego: veteresque primo loco scriptores affero, qui hocce sancti Thoimac Opus recensuerunt. Ptolomaei Lucensis verba sunt libro XXII Hist eccl., capite xxiv: *Scripsit etiam tempore eiusdem Pontificis* (Urbani IV) *librum contra Gentiles.* Guillelmus de Tocco in Vita Aquinatis capite iv, num. 18 apud Bollandi Continuatores: *Scripsit etiam librum,* ait, *qui intitulatur contra Gentiles, stylo disertum et ratio-*
.*ninn novitate et subtilitate profundum. In quo miro modo ostendit quod ex proprio ingenio habuit, et quod raptu mentis in Deum orationibus impetravit.*

Librum, quem vocant Ptolomaeus et Guillelmus de Tocco, *Summam* et *Opus* vocant alii in quatuor libros tributum. Ait enim Bernardus Guidonis apud Echardum et Oudinum: *Scripsit et librum, qui intitulatur Summa contra Gentiles: quem in quatuor libros distinxit in uno tamen volumine. Est autem Opus hoc stylo disertum* etc. Bartholomaeus Logotheta in fragmento apud Baluzium: *Opus contra Gentiles, quod continet quatuor libros.* Nicolaus Trivetus in Chronico ad annum 1274: *Contra Gentiles quatuor libros scripsit,* loannes de Columna: *Summam contra Gentiles fecit.* Paria demum sunt, quae perhibent testimonia Valleoletanus, Pignonus, s. Antoninus.

Hanc inceptam lucubrationem completamque ab Aquinate, hortatore sancto Raymundo de Pennafort, qui totus incumbebat in conversionem Maurorum et Infidelium, memoriae posterorum tradidit Petrus Marsilius. Tertiodecimo saeculo et insequenti ineunte florebat vir illustris, catalanus natione, domus nostrae Barchinonensis professus Ordinis Praedicatorum, multis nominibus probitatis et litterarum peritiae spectabilis. Commentarium scripsit *de Gestis Iacobi I Regis Aragonum:* quo ex opere hactenus inedito prolixum de sancto Raymundo testimonium desumptum prostat apud Franciscum Diagum in Historia eiusdem Sancti hispanice scripta ac typis edita anno 1601, et apud loannem Tamayo de Salazar tomo I Martyrologii hispanici ac demum inter Testimonia selecta, quae *Summae Raymundinae* praemissa legimus in editione ab Honorato Vincentio Laget accurata ac Veronae anno 1744 recusa. Verba sunt: « Conversionem etiam infidelium ardenter desiderans, ro-
.» gavit eximium Doctorem sacrae paginae magistrum in » theologia fr. Thomam de Aquino eiusdem Ordinis... ut » opus aliquod faceret *contra infidelium errores,* per quod » et tenebrarum tolleretur caligo et veri solis doctrina cre- » dere nolentibus panderetur. Fecit magister ille, quod tanti » Patris humilis deprecatio requirebat: et *Summam,* quae » *contra Gentiles* intitulatur, composuit, quae pro illa ma- » teria non habuisse parem creditur. » Suppari testi deneganda fides non est. Ad annum 1275 vitam egit s. Raymundus: proquo zelo, quo Saracenorum et Infidelium salutem aeternam deperibat, potuit Aquinati opus iniungere aut operis iam concepti complementum suadere, quod eorum ad conversionem maxime utile foret. Calamo Petri Marsilii scripta prostat s. *Raymundi vita,* eademque Barchinone anno 1601 typis edita: quae tamen non est, nisi *Excerptum ex* Commentario *de Rebus gestis Iacobi I Regis Aragonum.* Elogium eius accuratissimum consule apud Echardum inter Scriptores Ordinis Praedicatorum.

II. Praestantissimum Opus in editis passim exemplis inscribitur, *Summa catholicae fidei contra Gentiles:* aut *Summae catholicae fidei contra Gentiles libri quatuor.* De tituli antiquitate dubitare non sinunt Bernardus Guidonis, loannes Columna, Petrus Marsilius. Ait primus: *Scripsit et librum, qui intitulatur Summa contra Gentiles.* Alter: *Summam contra Gentiles fecit.* Postremus: *Summam, quae contra Gentiles intitulatur, composuit.* Non adeo constantem hanc fuisse Operis inscriptionem aliorum testimonia evincere videntur. Illud appellat Ptolomaeus Lucensis, *Librum contra Gentiles:* Logotheta, *Opus contra Gentiles:* Guillelmus de Tocco, *Librum qui intitulatur contra Gentiles.* In mss. demum codicibus dictum legimus, *Librum de veritate fidei contra errores infidelium.*

Secundum libri primi caput diligentius expendens ego *intentionem* auctoris et propositum adsequor; inscribendumque putaverim opus *De veritate fidei catholicae.* Textum integrum Aquinatis affero: *Propositum,* inquientis, *nostrae intentionis est, veritatem, quam fides catholica profitetur, pro nostro modulo manifestare, errores eliminando contrarios.* Generatim istos in calce capitis enumerat, *Mahometistarum et Paganorum, qui non conveniunt nobiscum in auctoritate alicuius Scripturae: ludaeorutn, contra quos disputare possumus per vetus Testamentum: et Haereticorum contra quos per novum.* Quod ergo elucubravit opus, non vocat *Summam* Thomas: neque adamussim illa verba, *Contra Gentiles,* conveniunt; cum non solum *Paganos,* verum etiam *Muhamedanos, ludaeos* et homines *Heterodoxos* eodem in opere confutaverit. Hinc eadem verba, ipsa ferme Aquinatis aetate, non alia de causa adiecta existimaverim, nisi quia potior pars operis *contra Gentiles* insumitur.

Obvia difficultas emergit ex illis divinis veritatibus, quas diligenter et prolixe illustrat Aquinas, caeteroqui lumini naturae perviis. Huiusmodi sunt supremi Numinis existentia et unitas, ac caetera plura divina attributa, ac potentia et providentia: quae sicuti *Veritates fidei catholicae* appellari non debuisse videntur, ita titulus Operis non fuerit *De veritate fidei catholicae.* Hanc ipse Thomas difficultatem

praeoccupat, omnemque tollit de genuino, quem adserimus, titulo dubitationem. Distinguit namque capite m *duplicem ventatis divinae modum :* alterius quidem, quae *facultatem omnem humanae rationis excedit:* alterius etiam, *ad quam ratio naturalis pertingere potest.* Primi generis veritates sola Dei libera revelatione innotescunt: credimus eas, at scire non possumus. Veritates alterius generis humanae scientiae subesse possunt: easdemque tamen, tametsi *inquisitioni rationis perviae sint, supernaturali revelatione proponi credendas debuisse* pluribus ostendit sanctus Thomas. Hinc fit integrum veluti corpus *fidei catholicae* utroque constitui veritatum genere, quae ad utramque classem pertinent: casque sine dubio sacrae Scripturae praestant, quae divinam revelationem complectuntur. Potuit ergo debuitque Opus a Thoma compositum aptissime inscribi, *De veritate fidei catholicae :* in quo praedictae veritates omnes exponuntur et vindicantur.

III. Ad tempus, quo elucubratum Opus fuit, definiendum sermo noster convertitur. Certas patefacit temporarias notas Ptolomaeus Lucensis. In libro Historiae ecclesiasticae XXII diserte narrat capite xxin: *Anno Domini 1261 in Cathedra Petri Urbanum IV sedisse, assumptum in Decollatione sancti loannis Baptistae: sedisse autem tribus annis, mense uno.* Addit insequehte capite xxrv : *Tunc fratrem Thomam rediisse de Parisiis ex certis causis: ad petitionem Urbani multa fecisse et scripsisse:* ac etiam *tempore eiusdem Pontificis librum contra Gentiles* ab eo confectum. A die 29 augusti anni 1261 tenuit Romanam Sedem Urbanus ad annum 1264 diemque 2 mensis octobris : quod utique temporis intervallum est, quo Thomas Operi contra Gentiles seu de Veritate fidei catholicae elaborando insudavit. Laurea magisterii iam pridem in Parisiens! Universitate donatus fuerat: ut verissime scribere Petrus Marsilius potuerit sanctum Raymundum de Pennafort *rogavisse eximium doctorem sacrae paginae, magistrum in theologia fratrem lliomam de Aquino, ut opus aliquod faceret contra infidelium errores.*

In Processu canonizationis narratio quaedam legitur, *fratri Antonio de Brixia* facta a *fratre Nicolao de Marsiliaco,* quae calculis Ptolomaei Lucensis repugnare videtur. Verba refero, quae habentur capite vn, num. 67 apud Bollandi Continuatores, ad diem 7 mensis martii : « Frater » Antoni, ego fui cum fratre Thoma Parisiis : et coram » Deo dico, quod nunquam vidi hominem, tantae puri» tatis et paupertatis amatorem. Qui cum scriberet et com» poneret *librum contra Gentiles,* non habebat chartas : » sed in schedulis scripsit ipsum. » Parisios Thomas proficiscitur anno 1245 ibique degit ad finem anni 1248 sacrae theologiae auditor sub Alberti Magni disciplina. In amplissimam remigravit urbem anno 1253, quo agones scholasticos pro adsequendo magisterii gradu sustinere coepit. Dissidio composito , quod Parisienses Academici moverant contra fratres Mendicantes, nonnisi anno 1256 aut insequente 1257 effectus renunciatusquc magister scholam theologiae nomine suo rexit. Post biennium regimen scholae pro more cessit aliis: discedit Parisiis Religionis et Ordinis negotia alibi pertractaturus : ac demum in Italiam revertitur, Petri Cathedram tenente Urbano Quarto. Ad ipsum Parisiense Gymnasium secunda vice regendum anno 1269 missus est: expletoquc munere, in Italiam anno 1271 revertitur. Hanc ego chronographiam in aliis Dissertationibus, veterum probatissimorum testium fide, veluti certiorem digessi. Qua posita, laudati scriptores duo, Ptolomaeus Lucensis et Nicolaus de Marsiliaco, qui tradere repugnantia videntur, facillimo negotio revocari ad concordiam possunt. Parisiis nempe post annum 1253 vel etiam 1256 Opus contra Gentiles animo moliebatur Thomas, ipsumque delineare inceperat, ut Nicolaus de Marsiliaco testatur : quod ab ipso demum, reduce in Italiam, post annum 1261 completum est pcrfcctumque, teste Ptolomaeo.

Refert Ludovicus Valleoletanus eo Aquinatem tempore in huius Operis elucubrationem incubuisse, cum ad mensam s.Ludovici Francorum Regis accumbens in ea verba erupit: *Modo conclusum est contra haeresim Manichaei.* Id ergo acciderit cum Parisiis Opus delineabat Thomas, regens prima vice Gymnasium Saniacobaeum, post annum 1254 quo in regnum ex Oriente remigraverat Rex sanctissimus.

At rem hanc ad *Summam Theologicam* refert Guillelmus de Tocco. Verba sunt disertissima in Vita capite vn, num. 44 : « Cum semel sanctus Ludovicus Rex Franciae » ipsum (Thomam) ad mensam suam invitasset et ipse se » humiliter excusasset propter opus *Summae in Theologia,* » quod dictaret tunc temporis: obtinente autem mandato » Regis . . . dimisso suo studio, cum illa imaginatione, » quam manens in cella conceperat, accessit ad Regem. » Iuxta quem exlstens in mensa, subito veritate fidei inspi» rata, mensam percussit et dixit: *Modo conclusum est » contra haeresim Manichaei.* » Sanctus Ludovicus, nova in Saracenos expeditione suscepta, Parisiis anno 1270 discessit kalendis martiis, ut habet chronographia Spondani. Eam in urbem regiam anno 1269 remigraverat Thomas, iterum ad regendum Gymnasium nostrum in Comitiis Ordinis ad Pentecostem celebratis designatus: quo tempore *Theologicam Summam,* teste Ptolomaeo Lucensi, elaborabat. Hinc tempus patet, quo ad mensam Regis invitari potuerit, seseque pro excusato haberi humiliter exoraverit *propter opus Summae in Theologia.*

Bollandi Continuatores Nota (e) admonent: in eo, quo utebantur, codice ms. legi, *propter Summae compendium.* Theologiae compendium a Thoma confectum veteres scriptores testantur: illudque inter Opuscula prostat. Sed haec opera levior (ut habet Echardus in Notis ad Elogium Aquinatis), non legitimam praebuisset excusationem, ut a mensa Regis se retraheret: neque tamen inverisimile videtur *Compendio Theologico* etiam tum adlaborare subcisivis horis potuisse Thomam.

CAPUT II.

Operis distributio. Theologia naturalis cr revelata simul coniunctac: ac methodus, quae in utraque illustranda servatur. Commentarius Francisci Silvestri.

I. Tn libros quatuor tributum a sanctissimo Auctore pro- JLstat Opus. Singulis praemissum legitur prooemium. Uno absolvuntur capite, quae tertio libro et quarto prooemia praefixa sunt: capita complectuntur plura, quae librum primum praecedunt et secundum. Singula vero ab aliquo ducta sunt aptissimo sacrae Scripturae textu.

Tum *naturalem Theologiam,* tum *revelatam* versat omnem Aquinas. Divinas veritates illas, tametsi divina manifestatas revelatione, naturae tamen lumine adsequibiles, exponit ac vindicat duobus integris primis libris ac tertii parte. Tuetur ac illustrat libro quarto mysteria fidei, quae luminis naturalis vim, potestatem et efficaciam excedunt : cuiusmodi sunt *Personantm Trinitas, Filii divinitas et Spiritus sancti, Verbi Dei incarnatio, una in duplici natura Persona cum duplici voluntate et operatione, Conceptio ex Virgine matre, Sacramenta, Resurrectio corporum, Indicium finale.* Tertii superioris libri partem residuam in iis exponendis legis Evangelicae documentis insumit, quae ad partem moralem pertinet: *Ultima vera hominis beatitate, amore Dei eiusque cultu, consiliis Euangelicis, peccato et merito, ac debita poena, divinae gratiae auxiliis.*

II. Non eodem in utraque Theologia *naturali et revelata ,* procedit modo prudens ac sapiens Thomas. Primi generis veritates explanat contrariosque errantis humanae mentis refellit lapsus, principiis adhibitis naturae lumine notis ac philosophorum testimoniis: robustamque confirmationem addit, quae sumitur ex divina revelatione, sanctorumque Ecclesiae Patrum documentis. V. g. Dei aeternitatem argumentis plurimis, quae naturalis luminis penetratione efformantur, probat ac evincit. Tum revelationis testimonium postremo adducit: *Huic autem veritati,* inquiens , *Divina auctoritas testimonium perhibet. Unde Psalm, ιoi: Tu autem Domine in aeternum permanes. Et ibid.: Tu autem idem ipse es, et anni tui non deficient.* Pari modo philosophicis rationibus docet cap. xxii *quod in Deo idem est esse et essentia:* additque Dei revelatio-

nem in calce capitis: *Hanc autem sublimem veritatem,* inquiens, *Moyses a Domino est edoctus, qui cum quaereret a Domino Exodi* ut *dicens: Si dixerint ad me filii Israel, quod est Nomen eius; quid dicam eis? Dominus respondit: Ego sum, qui sum: sic dices filiis Israel.* Hanc passim, aut frequentius adhibet ille servatque methodum.

Generis alterius veritates, quae *Mysteria fidei* appellantur, divinae revelationis lumine, quod fulget in veteris novique Testamenti libris, veluti.proprio ac nativo, illustrat Aquinas: naturalesque postea ac philosophicas rationes addit, ut lumini : naturali haud unquam revelationem repugnare ostendat, eiusdemque luminis industria probabiles quasdam mysteriorum fidei verisimilitudines proponat ac hostium qui eodem abutuntur lumine, sophismata depellat. Insigne exemplum offert secundum caput libri quarti, ubi quaeritur: *Quid sit Generatio, Paternitas et Filiatio in divinis?* Thomae responsio haec est: «Principium » autem considerationis a secreto *Divinae Generationis* su- » mentes, quid de ea secundum *sacrae Scripturae* do- » cumenta teneri debeat praemittamus. Dehinc vero ea, » quae contra veritatem fidei infidelitas adinvenit, argu- » menta ponamus: quorum solutione subiecta, huius con- » siderationis propositum consequemur. Tradit igitur nobis » sacra Scriptura in Divinis *Paternitatis et Filiationis* no- » mina; lesum Christum *Filium Dei* contestans, quod in » Scriptura novi Testamenti frequentissime invenitur. Di- » citur enim Matth. xi: *Nemo novit Filium nisi Pater, neque* » *Patrem quis novit nisi Filius.* Adhuc, Marcus suum » Evangelium incipit dicens: *Initium Evangelii lesu Christi* » *Filii Dei.* loannes etiam Evangelista hoc frequenter osten- « dit. Dicitur enim Ioan, in : *Pater diligit Filium et omnia* » *dedit in manu eius.* Et Ioan, v: *Sicut Pater suscitat* » *mortuos et vivificat, sic et Filius quos vult vivificat.* Paulus » etiam Apostolus haec verba frequenter interserit. Dicit enim » ad Rom. i: *Segregatus in Evangelium Dei, quod ante* » *promiseratper Prophetas suos in Scripturis sanctis de Filio* » *suo.* Et ad Hebr. i: *Multifariam multisque modis olim* » *Deus loquens Patribus in Prophetis, novissime diebus* « *istis loquutus est nobis in Filio.* Hoc etiam traditur, licet » rarius, in Scripturis veteris Testamenti. Dicitur enim » Proverb, xxx: *Quod nomen est eius, et quod nomen Filii* » *eius, si nosti.* In Psalmo legitur: *Dominus dixit ad me,* » *Filius meus es tu. Et* iterum: *Ipse invocavit me, Pater* » *meus es tu.* Et quamvis haec duo ùltima verba aliqui » vellent ad sensum alium retorquere, ut quod dicitur » *(Dominus dixit ad me, filius meus es tu),* ad ipsum » David referatur: quod vero dicitur *(Ipse invocavit me,* » *Pater meus es tu),* Salomoni attribuatur : tamen ea, » quae coniunguntur utrique, hoc omnino non ita esse » ostendunt. Neque enim *Davidi* potest competere quod » additur: *Ego hodie genui te.* Et quod subditur: *Dabo* » *tibi gentes hereditatem tuam et possessionem tuam ter-* » *minos terrae;* cum eius regnum non usque ad terminos » terrae fuerit dilatatum, ut historia libri Regum declarat. » Neque etiam *Salomoni* potest omnino competere quod » dicitur: *Ipse invocavit me, Pater meus es tu;* cum subda- » tur, *ponam in saeculum saeculi semen eius, et thronum* » *eius sicut dies caeli.* Unde datur intelligi, quod quia » quaedam praemissis verbis annexa *Davidi* vel *Salomoni* » possint congruere, quaedam vero nequaquam ; quod de » *David et Salomone* haec verba dicantur secundum mo- » rem Scripturae in alterius figuram, in quo universa com- » pleantur.» Heic habes accuratissimam regulam, quam postea pluribus illustrarunt Huetius , Bossuetus , Calmetus , Marchius Vitringa, Deylingius aliique plures, discernendi praeter vaticinia proprie dicta, figuras illas eosque typos, qui Davidem quidem v. g. aut Salomonem aut alium quemvis adumbrant oblique, improprie, obscure et quasi per vim ; cum recto et plano sensu in Christùm ferantur.

'. Pergit Doctor Angelicus *Generationem in Divinis* exponere similibus luculentissimis revelationis divinae testimoniis : tum praeterea capite n *Divinitatem Filii* patefacere ac Photinianos, Sabellianos Arianosque errores propulsare, ipsorumque Paganorum, quae opponebantur, argumenta refellere : quod insequentibus capitibus egregie praestat. Methodus haec toto eo libro constantissime servatur. Hinc vana ac iure nullo fulta, vetus ea querela Petri de Alliaco in tractatu, quem contra loannem de Montesono scripsit circa annum Domini ɪ388, capite in, conclus, m, corollar. i, apud Carolum Duplessium D'Argentrè in collectione iudiciorum de Novis erroribus et apud Launoium in libro de Varia Aristotelis fortuna cap. x : *In ipsis arduissimis fidei articulis,* inquientis, *et humanam rationem transcendentibus, utitur ipse* (Thomas) *dictis Aristotelis et immiscet eius philosophiam doctrinae fidei, sicut patet cuilibet intuenti: quod praebet occasionem errandi.* Haec instaurata querela a Casimiro Oudino et lacobo Bruckero in peculiari Dissertatione mihi est refutanda.

Humanas rationes ac philosophorum dicta frequentius ab Aquinate adhibita haud sane inficiamur. Cur vero his Thomas usus fuerit, quodve insit eisdem momentum, cum ad supremas divinas veritates exponendas trahuntur, ipse docet Praeceptor Angelicus locis plurimis. Insignem affero textum, qui libro I Operis, de quo agimus, capite vm habetur: «Considerandum... quod res quidem sensibiles (et creaturae omnes), *ex quibus humana ratio* cognitionis prin- » cipium sumit, *aliquale vestigium in se divinae imita-* *it tionis* retinent, videlicet quod sunt et bonae sunt: ita ta- » men *imperfectum,* quod ad declarandam ipsius Dei sub- » stantiam *omnino insufficiens* invenitur. Habent enim » effectus suarum causarum suo modo similitudinem, cum » agens agat sibi simile: non tamen effectus ad perfectam » agentis similitudinem *semper* pertingit. *Humana igitur* » *ratio* ad cognoscendum *fidei veritatem,* quae solum » videntibus Divinam substantiam *(altiori lumine gloriae* » *roboratis)* potest esse notissima ita se habet quod ad » eam potest *aliquas verisimilitudines* colligere, quae tamen » non sufficiunt ad hoc quod praedicta veritas, *quasi de-* » *monstrative,* vel per se intellecta comprehendatur. *Utile* » tamen est, ut in huiusmodi rationibus, *quantumcumque* » *debilibus,* se mens humana exerceat: dummodo desit » *comprehendendi* vel *demonstrandi* praesumptio, quia *de* » *rebus altissimis,* etiam *parva et debili consideratione,* » aliquid posse inspicere iucundissimum est. » Sapienti prudentique consilio adamussim respondet Opus, quod Aquinas elucubravit.

III. Amplissima in hoc Opus, quo de agimus, commentaria scripsit Franciscus Silvester, patria et religionis professione ferrariensis, Magister etiam Generalis totius Ordinis Praedicatorum, anno ɪ525 electus. Eadem compleverat auctor et Clementi VII Pontifici Maximo nuncupaverat *Bononiae, kalendis sextilibus i5ɯ4,* quo *Venetiis impressa fuere summa diligentia et expensis nobilis viri D. Lucae Antonii lunta florentini die io octobris,* fol. Titulus est: *Sanet. Ihom. contra Gentiles, cum commentariis Francisci Ferrariensis Ord. Praedicatorum.*

Hanc ignorasse editionem videtur lacobus Echardus, cuius haec verba sunt in Elogio laudati Silvestri: « Pro- » dierunt (commentaria) ab eius morte (quae accidit an- » no 1328), seorsim et sine .textu s. Doctoris Parisiis 1552 » in fol., Lugduni t56y et Antuerpiae 1568, postea.cum » s. Thomae Operum editionibus generalibus tomo IX cum » ipsa Summa contra Gentes. » In Veneta laudata editione, post Ferrariensis nuncupatoriam, prostat Io. Baptistae Egnatii epistola ad lectorem, ubi de Aquinatis Opere sic pronunciat vir doctissimus: *Quod Opus ad multorum veterum exemplum conscriptum, sic facile excellit, ut nec graeci, nec nostri, quicumque in hoc curriculo desudarint, conferri cum divo Thoma possint.*

CAPUT III.

Reginald! Lucarini correctiones, cum animadversionibus. Hebraica versio a losepho Maria Ciantes elaborata. Graeca a Demetrio Cydonio: itemque animadversiones.

I. / Aperis editiones alias, quae typorum beneficio cura- v_^/tae sunt, nec recensere aut omnes aut praecipuas licet, nec vacat. Echardum consule. Typoghaphica menda,

quae praesertim in Venetam anni i5g3 editionem Dominici Nicolini irrepserunt, corrigenda proponit Reginaldus Lucarinus in suis in textum divi Thomae animadversionibus. Laude dignum consilium eius, ut eadem utentibus impressione praesto forent mendorum correctiones: at pace Viri clarissimi adnotaverim, aliqua menda non esse, alia correcta prostare in adiecto Francisci Ferrariensis commentario, aliter corrigi posse alia.

Nonnulla profero exempla. Apud Lucarinum: « Libro i, » cap. lxxxv, in fine: *Haec autem excludit contingentiam.* » Lege: *Haec autem sola excludit,* v Textus sic habet: *Ex voluntate igitur divina non potest concludi in rebus creatis necessitas absoluta. Haec autem excludit contingentiam.* Scilicet, *haec necessitas absoluta.* Quid opus erat voce, *sola ?*

« Libro II, capite u, §. Primo quidem, in fin.: *Suae si-* » *militudinis impressam.* Alibi: *Sparsam.*» Textus: *Ex factorum consideratione divinam sapientiam colligere possumus, sicut in rebus factis per quamdam communicationem suae similitudinis impressam.* In margine: « Alias » *sparsam.* » Inutilis ergo Lucarini animadversio.

« Libro III, capite lix, §. Hinc est quod dicitur lob n... » *Sic igitur aliquis omnes rationes rerum creatarum co-* » *gnosceret, si cognosceret omnia bona.* Alibi: *Si igitur* » *aliquis omnes rationes rerum cognosceret, cognosceret* » *omnia bona.* » Felicius fortasse mendum sic corriges: *Si igitur aliquis omnes rationes rerum creatarum cognosceret, sic cognosceret omnia bona, quae in rebus creatis secundum ordinem divinae sapientiae provenire possunt: quod esset divinam bonitatem et etiam sapientiam comprehendere.* Solidissimam Thomae doctrinam egregie declarat Ferrariensis in Commentario.

« Capite i.xxi, §. Tollitur etiam: *Quae sub providentia* » *Dei'bonum locum habere non posset.* Alibi: *Quasi ma-* » *lum sub providentia boni Dei locum habere non posset.* » Textus: *Per hoc etiam tollitur errandi occasio Manichaeis, qui duo prima principia agentia posuerunt, bonum et malum, quae sub providentia Dei bonum locum habere non posset.* In Commentario Ferrariensis idem sic effertur textus: *Qui* (Manichaei) *duo principia agentia, bonum scilicet et malum posuerunt: quasi* (malum) *sub providentia Dei bonum locum habere non posset.* Imo eiusdem Thomae verba sunt num. 5 praecedente: *Non esset locus iustitiae vindicativae, si delicta non essent.* Et num. 6: *Ex* malis *quaedam bona consequuntur ex providentia gubernantis.* Quae verissima documenta sumpta sunt ex Augustini libro *De natura boni contra Manichaeos.*

« Capite lxxxi circa finem: *Divinam providentiam non* » *excludit, provenit neque per huiusmodi.* Lege: *Provenit* » *enim ex permissione divina ex defectu inferiorum agen-* » *tium, sicut de aliis malis dictum est, sed neque per* » *huiusmodi.* » Textus: *Huiusmodi autem inordinatio divinam providentiam non excludit; provenit neque.* Lacuna patet, quam typi errantes fecere. At nihil hiulcum in eodem textu, quem Ferrariensis affert in Commentario: *Ista inordinatio non excludit divinam providentiam: provenit enim ex permissione divina propter defectum inferiorum agentium...* Neque *per huiusmodi inordinationem totaliter naturalis ordo pervertitur.*

« Capite cxvi, fin. *Hic igitur est finis totius legislato-* » *ris.* Videtur legendum: *Finis totus legislatoris.* » Imo retinenda videtur vox *totius,* idest, *omnis legislatoris.* Ferrariensis in Commentario habet, *totius.*

Plura sequuntur menda, quae corrigenda Lucarinus iubet: sed eadem correcta prostant in eiusdem Ferrariensis Commentario. « Libro IV, capite xxx, num. 4.: *Deus misit* » *Filium suum natum ex muliere.* Lege: *Factum ex mu-* » *Here.* Haec enim lectio corresponde! sequentibus, ut le- » genti constabit evidenter. » Ad illum sacrae Scripturae textum ad Galatas capite rv, V. 4, varians lectio ab interpretibus notatur, *factum ex muliere* et *natum ex muliere.* Nihilominus priore lectione usum Aquinatem integer suadet locus cius: « Idem Apostolus dicit ad Galat. 4, quod » *Deus misit Filium suum natum* (factum) *ex muliere* et » Matth. i dicitur, quod *lacob genuit Joseph virum Ma-* » *riae, de qua natus est lesus, qui vocatur Christus.* Non » autem vel ex ea *factus,* vel ex ea *nattis* diceretur, si » solum per eam, sicut per fistulam transiisset, nihil ex ea » assumens: ex ea igitur corpus assumpsit. » Nemo non videt, *factum ex muliere,* legisse Thomam.

« Capite xxxvni, num. 7, de auctoritate inducta ex Cy- » rillo vide quae adnotamus in III p., quaest. n, art. in. » (Nempe) *quasdam vero vehit Deo decibiles.* Alibi: *Velut* »~*Deo dignas.* Ita legitur in can. iv Ephesinae Synodi, » unde sententia fuit a s. Thoma extracta. » Corrigere Lucarinus debuisset, *decibiles* al. *dicibiles,* ut loco citato III p. habetur. Textus graecus: τά δε ὠ -Οεοπρεπεῖ , *voces, tanquam Deo* et divinae Maiestati *decentes, convenientes, dignas.* Hunc locum sic indicat Aquinas in hoc xxxvin capite, libri IV contra Gentes: *Quod est contra sententiam Cyrilli in Synodo* (Ephesina) *confirmatam, dicentis;* et III p., qu. n, art. lll *et hoc etiam est damnatum, approbante Concilio Ephesina.* Utrobique vere et apposite: sententia namque sumpta est ex *Anathematismo quarto* s. Cyrilli Alexandrini, in Ephesina Synodo cum caeteris Anathematismis adprobato.

« Capite lxxxiii, §. Patet quidem: *In hac autem vita* » *inordinatum et vitiosum est, si quis cibis et venereis* » *utatur propter necessitatem sustentandi corporis vel* » *prolis educandae.* Lege: *Propter solam delectationem,* » *non propter necessitatem* etc. Ita legitur in veteribus » exemplaribus. » Ita etiam legendum esse colligitur ex Commentario Ferrariensis. Mendum irrepsit in textum, errante ac deficiente prelo.

II. Praestantiam Operis satis indicant exoticae versiones eius. Hebraicam primo loco memoro, quam losephus Maria Ciantes, Patricius romanus, Minervitani Praedicatorum Ordinis coenobii alumnus, concinnavit. Typis ea Romae vulgata est anno 1571, ex typographia lacobi Phaei, Andreac filii, in fol. sub hoc titulo: *Summa divi Thomae Aquinatis Ord. Praed. contra Gentiles, quam hebraice eloquitur losephus Ciantes romanus, Episcopus Marsicensis, ex eodem Ordine assumptus.* Liber est typis hcbraicis non punctatis editus, ac latinis, qui sibi e regione in qualibet pagina per columnas geminas divisa respondent. Exstant primi libri tres, quartus desideratur.

III. Graecam versionem praestant codices mss. quos adnotat lacobus Echardus in bibliothecis adservari, Vaticana, Regia Parisiensi, Caesareo-Vindobonensi, Veneta s. Marci itemque ss. loannis ct Pauli. De codicibus Bessarionis Cardinalis in eadem veneta s. Marci bibliotheca sic habet laudatus Echardus: *Laudatur* (idem Opus *contra Gentiles* graece versum) *et Venetiis inter libros Cardinalis Bessarionis, codd. tribus fol. par. papyr. in quorum uno liber* I, *in altero l et* II, *in tertio tres libri.* Num integrum Opus hi codices complectantur Echardi verba non patefaciunt. Rem clarius manifestat Index, si accuratus quidem sit, qui typis prodiit Venetiis fol. anno 1740 studio et cura Antonii M. Zanetti bibliothecae custodis et Antonii Bongiovanni I. U. D. Addiscimus enim in cod. cxlv contineri s. Thomae Aquinatis contra Gentes *librum tertium,* in cod. cxlviii *librum primum, secundum et quartum* et in cod. cxLix *librum primum et secundum.* Hinc vero integrum praestantissimum Opus adservat graece versum veneta s. Marci bibliotheca inter Cardinalis Bessarionis codices.

Non ipsum praestant opus codices Vindobonenses, sed *capita* quaedam *miscellanea* xlv, decerpta *ex libris quatuor de Veritate fidei catholicae contra Gentiles et ex eiusdem* (Thomae) *Summa theologiae.* Consule ipsos codices a Nesselio recensitos, cccxliii, num. 4 et cclvi, num. 4. Primum caput inscribitur et incipit per haec verba: Θωμά Ἀγχίνου (leg. Ακουίνου) λο'γοι τη θεία σαρχώσεω . Αντιθέσει κατά τη θεία παρουσία . Αλλ' οί τη πίστει ἀντικείμενοι τοιαϋτά τινα ἀντεπάγουσι τη θεία σαρκώσει. θεό ούτε σώμα έστίν, ούτε δύναμι έν σώματι κ. τ. λ. *Thomae Aquinatis rationes divinae Incarnationis. Oppositiones contra divinam Incarnationem. Sed quifidei adversantur, talia quaedam contra divinam Incarnationem adducunt: Deus non est corpus, neque virtus in corpore* etc. Decerpta haec sunt ex quadragesimo capite libri

quarti contra Gentes, ubi sic ait Aquinas: *Sed contra hanc catholicae fidei sententiam plures difficultates occurrunt, queis adversarii fidei Incarnationem impugnant. Ostensum enim est in primo quod Deus neque corpus est, neque virtus in corpore* etc. Hinc habeo Vindobonensibus codicibus Opus integrum *contra Gentiles* non exhiberi. Fallitur etiam Echardus qui putat praefata *miscellanea capita* vel *priores esse quaestiones Tertiae partis de divina Incarnatione,* vel *Quaestionem inter Disputatas de Unione Verbi Incarnati.*

Veneta sanctorum Ioannis et Pauli bibliotheca codices duos possidet, qui graecam versionem eiusdem Operis continent. Ambo chartacei sunt, alter numero 27 et alter num. 72 notatus. Librum tertium et quartum posterior codex complectitur. Titulos accipe: Θομά τοϋ σοφωτάτου γεγονοτο λατίνοι διδασκάλου θεολογία κατά έλληνων Βιβλίον τρίτον; *Thomae, sapientissimi apud latinos magistri theologiae, contra Gentiles liber tertius.* Τοϋ αύτοϋ θωμά κατά έλληνων Βιβλίον τέταρτον; *Eiusdem Thomae contra Gentiles liber quartus.* Integrum utrumque librum graece versum continet codex.

Libri quatuor exstant in codice priore, ut sequitur. I. Τοϋ σοφωτάτου Θωμά, τοϋ παρά ρωμαίοι Μαίστρου τη ίερα των Χριστιανών γεγονο'το θεολογία, περί τη εν τη καθολική πίστει άληΟεία, καί κατά αίρε'σεων των εναντίων μέν αυτή; *Sapientissimi Thomae, qui apud latinos fuit sacrae Christianorum theologiae magister, de catholicae fidei veritate et contra haereses quae illi quidem adversantur.* Vox Μαΐστρο, sive Μαίστρου, legitur in Glossario ad scriptores mediae et infimae graecitatis apud Ducangium. Verba illa, καί κατά αιρέσεων *et contra haereses,* indicant quartum Operis librum, qui contra haereses, quas heterodoxi commenti sunt, totus insumitur. Hinc frustra Echardus, titulum similem codicis Vaticani recensens, *indicandum Romanis* relinquit, *quale opus sit.* Π. Τοϋ αύτοϋ σοφωτάτου Θωμά Βιβλίον Β; *eiusdem sapientissimi Thomae liber secundus.* III. Παρέκβολαι εκ τοϋ κατά έλληνων τρίτου Βιβλίου, τοϋ σοφωτάτου Θωμά: άπερ έκ τη ... διαλέκτου ει την έλλάδα μετηνεικεν ό σοφώτατο κύριο Δημητριο ό Κυδώνη; *Excerpta ex tertio libro contra Gentiles sapientissimi Thomae, quae ex latino graece transtulit sapientissimus Demetrius Cydonius.* IV.... Τοϋ σοφωτάτου Θωμά βιβλίον τό Δ. άπερ έκ τη των λατίνων διαλέκτου ει την έλλάδα μετη'νεικεν ό σοφώτατο καί λογιωτατο Κύριο Δημητριο ό Κυδώνη; *Sapientissimi Thomae liber quartus.... Ex latino graece vertit sapientissimus et eruditissimus Demetrius Cydonius.*

Mutilus est quartus hic liber itemque secundus. Primus et tertius capita complectuntur omnia, ut in exemplis latinis: alia tamen integre in graecum translata, alia non integra. In libro tertio capita nonnulla, quae omissa loco suo fuerant, in libri calce adiecta leguntur. Hinc bis haec verba τέλο τοϋ τρίτου βιβλίου τοϋ σοφωτάτου θωιχά; et iterum τέλο τοϋ τρίτου βιβλίου τοϋ μακαρίου Θωμά.

Graecae versionis auctorem iam vides *Demetrium Cydonium,* quem etiam exhibet codex regiae bibliothecae Parisiensis apud Echardum. Cum autem in codicibus et apud Cantacuzenum, dictum *Demetrium* legerit Io. Albertus Fabricius, ό Κυδώνη; colligendum esse putat libro V. Biblioth. graecae, capite XLnr, num. 8 ita Demetrium potius appellatum, quam *Cydonium* a Cydonia insula Cretae. At Venetis in codicibus nostris dicitur Demetrius ό Κυδώνη. Utut sese res habeat, *Cydonium* cognomine proprio appellatum illum arbitrantur aliqui aliique a *Cydonia Cretae,* ubi domicilium habuerit: hisque *thessalonicensis* patria auditur et his *by^antinus,* ut admonet idem Fabricius loco citato. Lucis usura adhuc fruebatur anno 1384. Hanc illi graecam versionem adiudicant Guillelmus Cave, Fabricius caeterique scriptores frequentius. Consule Echardum, qui plura docet.

CAPUT IV.

Solidissimae sancti Thomae doctrinae specimen in eo argumento, quod Religionis revelatae veritatem spectat: ac primo naturae lumine non omnes possunt veritates ad Deum pertinentes innotescere. Istas revelare gratuito favore potuit Deus: itemque alias quae eodem naturae lumine investigari possunt. Utrasque reipsa supremum Numen revelavit. Perperam objiciuntur, quae mysteria revelata iactabant Gentiles ac iactant Mahometan!. Rationi naturali adversa non sunt mysteria fidei Christianae. Supra ipsam rationem attolluntur ac ordinem constituunt natura qualibet creata superiorem.

I. TAoctrinae solidissimae et amplae eruditionis Thomae JLzAquinatis, quae in hoc adversum Gentiles Opere fulgent, specimen exhibere in eo mihi liceat summi ponderis argumento, quod negotium Religionis revelatae spectat. Aevo priore ac novissimo eruperunt homines impii, qui *Deistae* audiunt, unam profitentes, si ita quidem sit, *naturalem* quam vocant *Religionem;* omnemque *revelatam* inficiantur. Luculentissimae prodierunt apologiae, quae nobile argumentum eleganti methodo, eruditione omnigena et invicto rationum robore pertractant. Quid vero? Nihil utique dictum, quod ingenium Thomae non ante excogitaverit paucisque verbis non expresserit.

Rei periculum facere praestat, ex uno, quo de agimus, Opere selectis collectisque documentis. Ac primo constituendum, naturae lumine non omnes posse veritates ad Deum pertinentes innotescere. Quod notum compertumque ut fiat, duo sunt ad examen vocanda. *Quid sit naturalis ratio, Quaenam eius vires?* Illa est, cuius principium, quod etiam lumen appellatur ab aliis, ex sensibilibus desumitur creatisque rebus. Rem creatam hoc loco praecipue, maximeque intelligo creatam ipsam mentem eiusque affectiones, quas intimo saltem sensu aut per conscientiam sine dubio, viribus nativis novit Angelus, vel anima separata vel homo, atque magis minusque expressa reflexione nosse valet. Hinc Thomas ait libro I, capite ni, num. 2: Angelus *per suam substantiam,* quam novit, *in Dei cognitionem ducitur naturali cognitione:* eorumque notitiam comparat, cum quibus cognationem habet aut relationem. Par est animae separatae et hominis ratio: ac praeterea *intellectus nostri secundum modum praesentis vitae* (verbis utor eiusdem Aquinatis loco citato) *cognitio* etiam *a sensu incipit:* vel *ex rebus sensibilibus* (ut ait capite vm) *humana ratio cognitionis principium sumit.* Naturalis ergo ea esto mentis creatae cognitio, cuius principium aut lumen ex ipsa mente creata rebusque sensilibus hauritur.

His vel sui ipsius vel rerum sensilium foecundata perceptionibus aut ideis creata mens, vires exerit paulo efficaciores, ad alias aliasque comparandas notiones rerum, quae sunt connexae, vel similes vel etiam contrariae, singulares et communes ac magis minusque amplas: idque efficitur multiplici quodammodo facultate, quae adest, ampliatione et imminutione, transferendo et accommodando, aggregatione et abstractione, comparatione et ratiocinio. Ad divina cum adsurgitur, ducta ab effectibus argumentatione, duplex alia praesto est facultas, adfirmatio et remotio: quarum altera Deo adtribuimus perfectiones omnes, quas inesse creaturis deprehendimus: simulque alterius ope a Deo removemus creaturarum imperfectiones. Rem hanc plerique illustres philosophi diligentissime exequuntur. De longo latoque admonere praestat, quod Angelos inter ac homines intercedit discrimen; nam istis imperfecta ratiocinatio convenit, qua ab ignotis ad notiora procedimus: perfectior illis adseritur discursus, quem *virtualem* appellant, absque actuum multiplicitate. Et haec satis innuere hoc loco.

Illud est firmissime tenendum, naturalem creatarum mentium illam esse cognitionem, cuius principium aut lumen sumitur ex ipsis creatis mentibus vel ex rebus sensibilibus: adeoque naturalem rerum aliarum ac Dei creatoris cognitionem commensum habere cum rebus ipsis creatis, ex quibus nativum lumen hauritur. Rem in hominibus, explanat sanctus Thomas I p., qu. lxxxiv, art. vit ad 3: *Incorporea,* inquiens, *quorum non sunt phantasmata, cognoscuntur a nobis per comparationem ad corpora sensibilia, quorum sunt phantasmata. Sicut veritatem* (quae

non est sensilis) *intelligimus ex consideratione rei* (sensibilis), *circa quam veritatem speculamur. Deum autem cognoscimus, ut Dionysius dicit, ut causam, per excessum* (supra res corporeas et sensibiles atque creatas) *et per remotionem* (imperfectionum, quae rebus corporeis et sensibilibus et creatis insunt). *Alias etiam incorporeas substantias in statu praesentis vitae cognoscere non possumus, nisi per remotionem vel aliquam comparationem ad corporalia.* Breve documentum habes, quod exemplis aptisque animadversionibus amplificatum in latissimos redegere tractatus philosophi.

Cum haec sit naturalis ratio mentis cuiusque creatae, iam facili negotio expediri altera quaestio potest, quae rationis naturalis vires investigat cum circa Dei ac ea quae Dei sunt versatur. Quaestionem dirimit in homine s. Thomas capite ni citato: *Intellectus nostri secundum modum praesentis vitae,* inquiens, *cognitio a sensu incipit: et ideo* (Deus) et *ea quae in sensum non cadunt, non possunt humano intellectu capi, nisi quatenus ex sensibus eorum cognitio colligitur. Sensibilia autem ad hoc ducere intellectum nostrum non possunt, ut in eis divina substantia videatur quid sit, cum sint effectus causae virtutem non adaequantes. Ducitur tamen ex sensibilibus intellectus noster in divinam cognitionem, ut cognoscat de Deo quia est et alia huiusmodi quae oportet attribui primo principio.* Angelica naturalis cognitio Dei perfectior est: at neque ipsa penitius introspicere Deum potest. Thomac accipe verba ibidem: *Cognoscit quidem Angelus Deum ex nobiliori effectu, quam homo, quanto ipsa substantia Angeli, per quam in Dei cognitionem ducitur naturali cognitione, est dignior rebus sensibilibus, et etiam ipsa anima, per quam intellectus humanus in Dei cognitionem ascendit... Non autem naturali cognitione Angelus de Deo cognoscit quid est; quia et ipsa substantia Angeli, per quam in Dei cognitionem ducitur, est effectus causae virtutem non adaequans.* Certissimam thesim in Angelo et in homine aliis verbis Thomas illustrat eodem in libro capite vrn: *Res quidem sensibiles* (et creatae) *ex quibus humana* (et alia creata quaecumquc) *ratio cognitionis principium sumit, aliquale vestigium in se divinae imitationis retinent, videlicet quod sunt et bonae sunt: ita tamen imperfectum, quod ad declarandam ipsius Dei substantiam omnino insufficiens invenitur. Habent enim effectus suarum causarum suo modo similitudinem, cum agens agat sibi simile: non tamen effectus ad perfectam agentis similitudinem semper pertingit. Humana igitur* (et creata) *ratio, ad cognoscendum... divinam substantiam ita se habet, quod ad earn potest aliquas veras similitudines colligere: quae tamen non sufficiunt ad hoc... quod... per se intellecta comprehendatur aut percipiatur cuiusmodi est in se.*

Ideas innatas invexit olim philosophia Platonica, quam Cartesius demum instauravit. Imo essentiam divinam Nicolaus Malebranchius statuit, quae menti creatae unita seipsam utcumque intuendam exhibeat ac rerum creatarum sit archetypa idea. Hinc lumen (reponat quispiam) quo mens creata cognoscit aut cognitionis principium ab hisce innatis ideis vel etiam ab essentia divina desumitur. Quidni ultra limites, quos constituimus, sese protendere vires creatae mentis valeant? Id sane reposuerim ego non esse eorum consilium, qui huiusmodi ideas invexerunt. Creatam mentem intima conscientia seipsam nosse fatentur illi: et hinc sine dubio cognitionis illius principium sumitur, quae naturalis est ac appellatur. Itaque quidquid ideae innatae aut ipsa divina essentia exhibeant ac repraesentent, id omne exhibeatur oportet ac repraesentetur ad efficiendam naturalem cogitionem, cum quodam commensu ad naturam et modum ipsius creatae mentis, ex qua naturalis eiusdem cognitionis hauritur lumen sumiturque principium. Quid enim est v. g. ens perfectissimum quod menti obversatur, nisi res quaedam, a qua imperfectiones removemus quas novimus et in quam perfectiones omnes refundimus, quas in creaturis deprehendimus? Quid est etiam infinitum, nisi quod per additionem partium aut perfectionum, ita concipimus, ut eadem in additione finis non innotescat? Si quid amplius denique philosophi velint, involuta et confusa entis perfectissimi et infiniti notio fuerit, quam evolvi et explicari oporteat, facta cum rebus sensilibus creatisque comparatione. Quo pacto *insitam* nobis Thomas docet I par., quaest. n, art. i ad i notionem Dei *in aliquo communi,* sub *quadam confusione,* v. g. *beatitudinis.*

Consectarium, quod ex his documentis fluit, his proponitur verbis a s. Thoma ibidem: *Sunt igitur quaedam intelligibilium divinorum, quae humanae rationi sunt pervia: quaedam vero, quae omnino vim humanae rationis excedunt.* Utramque Paulus Apostolus divinarum veritatum classem distinguit: docetque naturae vires ad alteram attingendam pares, impares ad alteram. Ad primum genus pertinent quae sequuntur verba ad Romanos capite i, V. 19: *Quod notum est Dei* (sive quod lumine naturali nosci de Deo potest), *manifestum est in illis* (Gentilibus): *Deus enim illis manifestavit.* Quo fiat modo naturalis haec manifestatio edisseritur V. 20: *Invisibilia enim ipsius a creatura mundi, per ea quae facta sunt, intellecta conspiciuntur, sempiterna quoque eius virtus et divinitas.* Naturalem Dei cognitionem docet Apostolus originem sumere *a creatura mundi* vel *per ea quae facta sunt:* quatenus rerum conditarum notiones, aut perceptiones aut ideae, quae ministerio sensuum ac mentis reflexione in seipsam comparatae nobis insunt, non modo res ipsas conditas repraesentant; sed mentem quoque excitant, ut in notitiam adsiirgat Creatoris.

Genus alterum *divinorum intelligibilium,* quae omnino vim humanae aut.creatae mentis excedunt, verba Apostoli indicant in Epistola I ad Coririthios capite π, V. 7 et 9: *Loquimur Dei Sapientiam* (Trinitatem personarum, Incarnationem Filii Dei, Deum videndum in futura vita sicuti est). *Scriptum est enim* (Isaiae capite lxiv, V. 4) *quod oculus non vidit, nec auris audivit, nec in cor hominis ascendit, quae praeparavit Deus iis qui diligunt illum.* Haec vero (V. 10) *nobis revelavit Deus per Spiritum suum.* Cur per Spiritum suum? *Spiritus enim omnia scrutatur, etiam profunda Dei:* Haec igitur profunda Dei, nonnisi Spiritus eius manifestare potest. Aptissimum accipe exemplum V. ji: *Quis enim hominum scit quae sunt hominis, liisi spiritus hominis, qui in ipso est? Ita et quae Dei sunt nemo cognovit, nisi Spiritus Dei.* Secreta cordis humani, nonnisi abs spiritu hominis, qui novit ea, manifestantur. At *profunda Dei,* non solum arcana voluntatis eius libera decreta, verum etiam ipsa Dei natura et eius attributa, cuiusmodi sunt in se, si comparentur, ad naturalem creatae mentis cognitionem, quae sumitur ex iis quae facta sunt, inter secreta computari debent, quae nonnisi a Spiritu Dei, qui novit ea, manifestari ac revelari possunt.

II. Dantur ergo profunda Dei, dantur veritates ad Deum pertinentes, quas nativae creatarum mentium vires attingere non valent. Opus est revelatione Spiritus Dei. Num haec repugnet divina revelatio? Ipsa per sese spectata contradictionem involvit exhibetque nullam: neque praeterea contradictorium aut impossibile est produci a Deo sonos in aere, aut motus in organo auditus excitari, aut signa quaedam alia conspicienda praeberi, aut imprimi perceptiones in anima, ut hisce modis veritates innotescant hominibus, quas ipsis manifestare Deo placuerit.

Haec vero supremi Numinis bonitatem et sapientiam maxime decet revelatio: plurimasque hominibus utilitates affert. Aptissimas huiusmodi utilitatum ac decentiae rationes accumulant, qui divinae revelationis ac Religionis revelatae vindicias egerunt. Illas omnes compendio collectas profert Aquinas capite v. Adsurgit enim desiderium hominis *ad altius bonum, quam* quod *experiri in praesenti vita possit humana fragilitas:* hominesque *a sensibilium delectationibus* eo validius *ad honestatem perducuntur,* quod *esse alia bona his sensibilibus potiora* noverint; *quorum gustu multo suavius, qui vacant activis vel contemplativis virtutibus, delectantur.* Imo etiam *verior Dei cognitio* habetur: *tunc enim solum vere Deum cognoscimus, quando ipsum esse credimus supra omne id, quod de Deo cogitari ab homine possibile est,* cum sane *naturalem hominis cognitionem divina substantia excedat.* Hinc firmatur *in homine opinio,* quae divinam deceat infinitam excellentiam. Accedit

praesumptionis repressio, quafe est mater erroris. Sunt enim quidam tantum de suo ingenio praesumentes, ut totam naturam divinam se reputent suo intellectu posse metiri: aestimantes scilicet totum esse verum quod eis videtur et falsum quod eis non videtur. Ut ergo ab hac praesumptione humanus animus liberatus ad modestam inquisitionem veritatis perveniat, necessarium, vel conveniens' et utile *fuit, homini proponi quaedam divinitus quae omnino intellectum eius excederent.* Quid ? Quod rerum nobilissimarum cognitio, quantumcumque imperfecta, *maximam perfectionem animae confert:* unde *quamvis ea, quae supra rationem sunt, ratio humana plene capere non possit; tamen multum sibi perfectionis acquiritur, si saltem ea qualitercumque teneat fide.*

Hisce praecipue argumentis nobile ingenium Thomae agebat, ut divinis attributis consonam nobisque maxime utilem suaderet revelationem, qua supremum Numen veritates divinas, quae nexum necessarium aut sufficientem non habent cum iis quae facta sunt, neque per ea quae facta sunt innotescere possunt, voluerit, sicuti poterat, proponere ac manifestare. Praesto sunt etiam ct decentiae et utilitatis rationes, ut eadem divina revelatio ad eas quoque protenderetur veritates, quae humanae rationis inquisitioni perviae dicuntur. Quarto eiusdem libri primi praecedente capite rem hanc illustrat sanctissimus Doctor. Si namque veritates id genus naturali dumtaxat rationi inquirendae relinquuntur, sequeretur *quod paucis hominibus Dei cognitio inesset.* Plurimi *propter complexionis indispositionem* minus apti sunt ad sciendum : impediuntur alii *necessitate rei familiaris,* quominus *otio contemplativae inquisitionis* potiri queant, *ut ad summum fastigium humanae inquisitionis* pertingant, Dei scilicet eiusque attributorum notitiam. Laborant alii *pigritia,* qua renuunt magnos adsumere labores studii, sine quibus *ad praedictae veritatis inquisitionem perveniri* non *potest.* Vel *illi* praeterea, qui ad eiusdem *veritatis cognitionem vel inventionem pertingerent* vix *post longum tempus* id adsequerentur, tum *propter huiusmodi veritatis profunditatem,* tum propter necessarium multiplicium cognitionum praevium apparatum, tum propter passionum motus, quibus anima commota *non est apta ad tam altae veritatis cognitionem.* Quid ergo ? *Remaneret... humanum genus... in maximis ignorantiae tenebris: cum Dei cognitio, quae homines maxime perfectos et bonos facit, nonnisi quibusdam paucis, et his paucis etiam post temporis longitudinem proveniret.*

Neque praetereas : *qitod investigationi rationis humanae plerumque falsitas admiscetur propter debilitatem intellectus nostri in iudicando et phantasmatum permixtionem.* Hinc facillime accideret primo : quod *apud multos in dubitatione remanerent ea, quae sunt verissime etiam demonstrata, dum vim demonstrationis ignorant: et praecipue cum videant a diversis, qui sapientes dicuntur, diversa doceri.* Contingeret etiam: *inter multa* scilicet *vera quae demonstrantur,* immisceri *aliquando falsum, quod* equidem *non demonstratur, sed aliqua probabili vel sophistica ratione asseritur quae interdum demonstratio reputatur.* Hisce vitiis et absurdis tota scatet veterum gentilium philosophia, quae divinas veritates, caeteroqui pervias lumini naturali, aut minime adsecuta est aut erroribus et commentis turpissimis immixtas proponit. *Et ideo oportuit, per viam fidei, fixa certitudine, ipsam veritatem de rebus divinis hominibus exhiberi;* ut *sic omnes de facili possent divinae cognitionis participes esse et absque dubitatione et errore.*

Iam collige *intelligibilium divinorum* alia distingui oportere,. quae nativum rationis creatae lumen per sese spectatum non excedunt: alia vero, quae nonnisi gratuito divinae revelationis favore innotescere possunt. Qua in re labi nonnullos animadverto inter heterodoxos Religionis revelatae vindices, qui necessariam ac utilem hominibus revelationem divinam vindicantes, argumentum sumunt veluti praecipuum: ex eo corruptionis et ignorantiae statu, in quo nasci homines experimur. At splendidum, ac vegetum, et efficax fuerit nativum creatae mentis lumen: sunt absque dubio veritates, ad Deum pertinentes, quae illud omnino excedunt.

III. Divinae revelationis, quae utriusque generis veritates divinas patefaciat, possibilitas innotescit, decentia, utilitas. An se, suàque, sive humanae rationi pervia per ea quae facta sunt sive rationis humanae perquisitionem omnem excedentia, detegere ac revelare voluerit supremum Numen, quaestio facti est. Huiusce revelationis exstantiam, revelataeque Religionis veritatem adserunt Hebraei et Christiani: Librosque proferunt ex divina, ut aiunt, inspiratione conscriptos, qui divinam complectuntur revelationem; divinas nempe veritates fide tenendas, cultum peculiarem exhibendum Deo, moresque hominum in ordine naturali et in ordine superiori gratiae componendos.

An argumenta praesto fuerint, quae Deum haec voluisse omnia revelare suadeant prudenti cordatoque cuique ? Plurima sunt ac luculentissima, quae rei conditio patitur: quibus nempe quaestiones, quae facti alicuius exstantiam vocant ad examen, felicius ac solidius expediri unquam possunt. Pro sua virili rem agit accuratissime s. Thomas capite'vr, ubi ea doctrinae semina spargit omnia, quae postea viri docti evolventes, ac declarantes, et amplificantes^ latissimas adornarunt apologias adversum impios divinae revelationis revelataeque Religionis hostes.

Integrum affero textum. « Divina Sapientia... ad confir- » mandum ea, quae naturalem cognitionem excedunt, opera » visibiliter ostendit quae totius naturae superant facul- » tatem: videlicet in *mirabili curatione* languorum, *mor- » tuorum suscitatione,* caelestium corporum *mirabili im- » mutatione:* et quod est mirabilius, *humanarum mentium » inspiratione,* ut idiotae et simplices, dono Spiritus san- » cti repleti, summam sapientiam et facundiam in instanti » consequerentur. » Sed illud animadversione dignissimum: « Praedictae probationis efficaciam, *non armorum violen- » tia,* non *voluptatum promissione;* et quod est mirabilis- » simum, *inter persecutorum tyrannidem,* innumerabilem » turbam, non solum simplicium, sed etiam *sapientissi- » morum hominum,* ad fidem Christianam convocavisse. » Quid est vero haec fides Christiana ? Illa nempe : « In qua » *omnem humanum intellectum excedentia* praedicantur, » *voluptates carnis* cohibentur et omnia quae in mundo » sunt *haberi contemptui* docentur: *quibus animos morta- » Hum assentiri* et maximum miraculum est et manifestum » divinae inspirationis opus, ut contemptis visibilibus sola » invisibilia cupiantur. » Quonam vero modo haec acciderint, quae nemo excogitasset? « Hoc autem non *subito,* neque *casu* sed *divina dispositione* factum esse, manife- » stum est ex hoc, quod hoc se facturum *multis ante Pro- » phetarum praedixit oraculis:* quorum libri penes nos in » veneratione habentur, utpote nostrae fidei testimonium » adhibentes. » Inquies fortasse, signa et portenta afferri, quae sub oculos nostros non cadunt. Nonne vero « haec... » *tam mirabilis* mundi conversio ad fidem Christianam » *(quam oculis intuemur)* indicium certissimum est *prae- » teritorum signorum,* ut ea ulterius iterari necessc non » sit, cum *in suo effectu* appareant evidenter? Esset autem » *omnibus signis mirabilius,* si ad credendum *tam ardua,* » ad operandum *tam difficilia,* et ad sperandum *tam alta,* » mundus *absque mirabilibus signis* inductus fuisset *a sim- » plicibus et ignobilibus* hominibus: quamvis non cesset » Deus, etiam nostris temporibus, ad confirmationem fidei » per sanctos suos miracula operari. »

Paucis collecta habes argumenta omnia, quae adduci unquam possint ac debeant ad hanc facti quaestionem dirimendam : ' num se Deus suaque hominibus immediata revelatione manifestaverit? Argumenta intelligo omnia: *insita* alia, quae ex ipsis doctrinae revelatae characteribus ducuntur: alia *adseititia et extranea,* quae depromi solent ex illorum conditione, qui se divinitus inspiratos praeferebant, ex editis miraculis, ex prophetiarum eventu, conversione mundi, Religionis propagatae modo, persecutorum tametsi furentium imbecillitate, constantia martyrum ac perenni omnium saeculorum testimonio. Innumerae prostant elegantissimae ac robustae vindiciae, quibus hoc argumentum viri illustres, veteres et recentes illustrant, in arenam descendentes adversum divinae revelationis hostes : nihil vero dictum, nihil praeclarissimis eorum in Disserta-

tionibus propositum, quod noster Aquinas non delineaverit. Perenne omnium saeculorum testimonium memoravi ; ut inde pateat non solum ius divinum, quod veritates nativum creatae mentis lumen excedentes complectitur, genuinis traditionibus confirmari debere, tamquam aptissimis argumentis ; verum ius etiam ipsum naturale, utpote a Deo quoad plurimas veritates per sese nativo lumini pervias revelatum, earumdem traditionum auctoritate et populorum consensu, exponi et illustrari maxime posse ac debere.

IV. Inconcussam huiusmodi argumentorum vim attenuare nituntur impii: tum primo exemplum obiicientes falsae religionis vel Gentilium vel Mahometis, longe lateque propagatae : tum praeterea mysteria fidei nostrae, veluti rationi adversa caeterisque veritatibus quae naturali innotescunt lumine contraria traducentes. Nullum non movent lapidem Deistae, ut haec argumenta duo exaggerent: quorum vim, si qua est, pro virili agunt Christiani scriptores doctissimi ut elidant ac profligent. Labores eorum ac praestantissima edita opera nemo satis commendaverit : sed in hanc messem auspicatissimo iam falcem suam miserat Aquinas.

Quid enim Mahometem eiusque religionem obtrudis? Hic alia via processit, inquit Aquinas eodem in libro 1, eodemque cap. vi: « *Carnalium* quippe *voluptatum promissis,* ad quarum desiderium carnalis concupiscentia instigat, populos illexit. *Praecepta* etiam tradidit *promissis conformia,* voluptati carnali habenas relaxans, quibus in promptu est a carnalibus hominibus obediri. *Documenta* etiam veritatis non attulit, nisi quae *de facili* a quolibet mediocriter sapiente *naturali ingenio* cognosci possint. Quin potius vera quae docuit *multis fabulis et falsissimis doctrinis* immiscuit. *Signa* etiam non adhibuit *supernaturaliter* facta : quibus solum divinae inspirationi conveniens testimonium adhibetur; dum operatio visibilis, quae non potest esse nisi divina, ostendit doctorem veritatis invisibiliter inspiratum. Sed dixit se *in armorum potentia* missum : quae signa etiam latronibus et tyrannis non desunt. Ei etiam non aliqui sapientes in rebus divinis et de divinis et humanis exercitati, a principio crediderunt: sed *homines bestiales,* in desertis morantes, omnis doctrinae divinae prorsus ignari : per quorum multitudinem alios *armorum violentia* in suam legem coegit. Nulla etiam *divina oracula* praecedentium Prophetarum ei testimonium perhibent: quin potius quasi omnia veteris et novi Testamenti documenta *fabulosa narratione* depravat ut patet eius legem inspicienti. Unde *astuto consilio* libros veteris et novi Testamenti suis sequacibus non reliquit legendos, ne per eos falsitatis argueretur. » Opera perlege, quae contra Alcoranum plurima ac solidissima prodiere : quae viri doctissimi amplo versant tractatu argumenta, ad haec ab Aquinate proposita capita redigi omnia proprio experimento constabit.

Pari convellitur rationum vigore religio aut superstitio Gentium. Tota innititur incertis et fallacibus hominum traditionibus : quas ab ignorantia, aut errore, aut prava affectione animi, aut fraude doloque invectas probari et evinci potest. Vitia probantur ac turpitudines in disciplina morum: eademque vel ipsis hominibus indigna Deo Diisque attribuuntur. Numina suprema plura atque inter se adversa multiplicantur: ac debitus uni Deo cultus transfertur in homines, in sidera, in elementa, in vilia naturae et hominum opera. Deque Deo eiusque attributis, si quae veritates, erroribus putidissimis immixtae proponuntur. Summa huiusce rei capita innuo, quae ipse Thomas in Operis, quo de agimus, decursu uberius pertractat; eademque, non alia, amplificarunt alii.

V. Mysteria fidei christianae pugnare contra rationem contendunt postremo Religionis revelatae hostes, minime abnuit Petrus Baelius. Impium illorum consilium est, ut mysteria fidei, sicuti rationi adversa, ita tamquam falsa et commentitia reficiant. Ea mente rationis pugnam cum fide admittere se profitetur Baelius, ut ipsius fidei triumphos dc prostrata ratione canat. Hanc illum simulasse pietatem gravissima suspicio est: ac illud etiam impium ipsi consilium insedisse, ut fidei, quam ait rationi obsistere non valere, vanitatem obtruderet nihil tale cogitantibus.

Utramque pugnam validissime pugnavit sanctus Thomas Aquinas. Contra Baelium est, quae constituta capite vn thesis legitur his verbis: *Quamvis... praedicta veritas fidei christianae humanae rationis capacitatem excedat; haec tamen quae ratio naturaliter indita habet, huic veritati* (fidei christianae) *contraria esse non possunt.* Naturales veritates intellige, quas mens creata cognoscit lumine ex iis hausto, quae facta sunt, sive ex reflexione sui ipsius sive ex rerum sensilium perceptione. Aliae sunt, quae vocibus rite expositis intimum ac immediatum exhibent nexum subiecti et attributi: aliaeque, quae ratiocinio colliguntur. Ad hanc posteriorem classem pertinent veritates aliquae divinae, quae ex effectibus notae fiunt, supremi principii exstantia, virtus eius omnipotens ac alia attributa quae supremo principio conveniunt. Mysteria fidei christianae pertinent ad Deum, minime per ea quae facta sunt cognitum, sed ad ipsum cuiusmodi est in se: quo ipsum modo ratio naturalis conspicere non valet, cum nullus effectus naturalis ipsum adaequet; neque ullum aut sufficientem, qui appareat, nexum exhibeat, ut inde ad ipsum, cuiusmodi est in se, cognoscendum adsurgat.

Utrasque veritates admittit Baelius. Pugnam inter utrasque exerceri contendit ille, pernegat Aquinas : quod his evincit argumentis. Ac primo, *quae naturaliter rationi sunt insita,* sive illa per evidentem demonstrationem nota fiant sive immediatum subiecti nexum cum attributo offerant, *verissima esse constat, in tantum ut nec ea esse falsa sit possibile cogitare.* Atqui vero neque *id quod fide tenetur, cum tam evidenter divinitus confirmatum sit* (sive cuius revelatio divina eo innotescat genere argumentorum, quae num. 3 allata sunt), *fas est credere esse falsum* : quod etiam aut vera aut simulata pietate ductus fatetur Baelius. Hinc igitur, quia *solum falsum vero contrarium est, ut ex eorum definitionibus inspectis manifeste apparet; impossibile est, illis principiis quae ratio naturaliter cognoscit, praedictam veritatem fidei contrariam esse.*

Ratio sequitur alia, aptissimo exemplo illustrata. Namque *illud idem,* inquit Aquinas, *quod inducitur in animum discipuli a docente,* ipsa *doctoris scientia continet, nisi doceat ficte,' quod de Deo nefas est dicere.* Atqui *principiorum naturaliter notorum cognitio nobis divinitus est indita, cum ipse Deus sit auctor nostrae naturae;* ac rationem indiderit, quae veritates nonnullas per sese claras immediate cognoscit aliasque praeterea lumine priorum collustratas. Itaque *haec principia* (omnesque veritates quas naturales appellamus), *etiam divina Sapientia continet. Quidquid igitur* adversatur *principiis* ac veritatibus *huiusmodi est divinae Sapientiae contrarium: non igitur a Deo esse potest. Ea igitur, quae ex revelatione divina per fidem tenentur, non possunt naturali cognitioni esse contraria.*

Tertium profert sanctus Thomas momentum rationis: *Contrariis rationibus,* inquiens, *intellectus noster ligatur, ut ad veri cognitionem procedere nequeat. Si igitur contrariae cognitiones nobis a Deo immitterentur* (naturali pervia lumini altera et altera revelationis lumine innixa), *ex hoc a veritatis cognitione intellectus noster impediretur: quod a Deo esse non potest.* Baelianum monstrosum commentum de fidei pugna cum ratione luculentioribus argumentis nemo explosit umquam. Hinc vero colligendum Thomas docet: Quaecumque argumenta contra fidei mysteria ponantur, *haec ex principiis primis naturae inditis per se notis,* aliisque ex veritatibus naturalibus, *non recte procedere...,* nec *demonstrationis vim* habere, *sed vel* esse *rationes probabiles,* et apparentes, *vel sophisticas : et sic ad ea solvenda locum relinqui.*

VI. Verissima fatebatur Baelius fidei christianae mysteria et nihilominus cum naturali ratione pugnare: pugnam hanc, quam putant, adsumunt loco principii Deistae, ut inde conficiant eadem mysteria falsa esse. Fidem inter ac rationem ostendit Aquinas pugnam exerceri nullam: unde principium statuit, quo impios refellat mysteriorum ac revelationis veritatem inficiantes. Praeter divina intelligibilia, quae naturali rationi sunt pervia, alia docet distingui oportere, quae naturali quidem rationi non adversantur, sunt

attamen supra rationem. Diserte ait ille capite m *aliqua intelligibilium divinorum* dari, *quae humanae,* creataeque cuiusque *rationis penitus excedunt ingenium :* et capite vn *veritati fdei,* tametsi *humanae* ct creatae *rationis capacitatem excedenti, non esse tamen contrarias* sive primas sive inde illatas *veritates rationi naturali* pervias.

Id veritatum genus pertinet ad Deum, cuiusmodi est in se. Atqui notitiam Dei, cuiusmodi est in se, viribus nativis obtinere non valet mens creata. Nativum eius lumen subministrant èa, quae facta sunt: creata scilicet ipsa mens quae per intimam conscientiam se novit ac sensilia quaeque hausta per sensus. Haec vero, utpote effecta a Deo producta, ducunt in eiusdem cognitionem, tamquam primae causae : at eadem, utpote causae virtutem non adaequantia, ducere non possunt in eiusdem, cuiusmodi est in se, notitiam adaequatam. Haec omnia Thomas locis iam memoratis: quibus efficitur intelligibilia divina dari verissima supra naturam.

Eorumdem intelligibilium veluti duae distinguuntur classes. Sunt alia, quae necessarium nexum non habent cum natura ; sed ea tamen cum naturali rerum ordine Deo placuit pro suae sapientiae consilio pro suaeque voluntatis nutu colligare. Praesto exempla suppetunt in unione hypostatica, in originalis peccati propagatione, in redemptione mundi per lesum Christum, hominum adoptione in filios Dei, haereditate aeterna, quae est visio clara in patria. Sunt alia vero, quae nexum habent cum natura seu cum effectis, quae naturalia appellamus: qui tamen nexus rationi naturali non apparet. V. g. inter conditas creaturas tresque sanctissimae Trinitatis Personas nexus est necessarius, qualis causam inter et effectum intercedit ; cum tres divinae Personae creationis opus et aliud quodlibet ad extra simul peragant. Nexus attamen rationi naturali non apparet : quippe quae ab effectis quidem virtutem ac omnipotentiam colligit supremi Conditoris : tribus tamen virtutem hanc et omnipotentiam, unam eamdemque, absque divisione ac diversitate, inesse divinis Personis nec utique novit, neque nosse valet.

Cur ergo ratio naturalis, quae veritates huiusmodi, se consulta, perspectas habere nequit, easdem negaverit aut in Deo dari, aut revelari a Deo posse, aut revelatas non esse, utpote commentitias? Ac primo *rerum ipsarum sensibilium plurimas nos proprietates ignoramus* (verba sunt sancti Thomae ibidem capite m) *earumque proprietatum, quas sensu apprehendimus, rationem perfecte in pluribus invenire non possumus.* Hanc mentis creatae circa res ipsas naturales imbecillitatem amplissimo tractatu patefaciunt alii. Hunc *defectum in rebus cognoscendis* Aquinas noster paucis indicat: quem, inquit, *quotidie experimur.* An ergo vividiores tutioresque vires habeat ratio nostra ad ea, quae Dei sunt perscrutanda?

Imo *multo amplius illius excellentissimae substantiae, quae omnia transcendit, intelligibilia investigare humana ratio non sufficit.* Cur ergo revelata mysteria ad excellentissimam substantiam, quae omnia transcendit, pertinentia, eo quod ea satis non capis, neque rationes eorum compertas habes, veluti commentitia reieceris? Imo divinae substantiae supra naturam creatam omnem excessus id necessario exposcit, ut vires in natura non suppetant, quae ipsam cuiusmodi est in se adsequantur aut ea, quae de ipsa cuiusmodi est in se enunciari possunt, attingere valeant. Mirum denique et absurdum foret, si divina substantia ita creatae mentis nativo lumini innotesceret, ut nihil de se suisque profundis posset hominibus et Angelis patefacere Deus gratuito revelationis beneficio, quod ipsis non penitus compertum perspectumque esset.

Habet ratio naturalis, inquis, argumenta contra fidei mysteria. Habet scilicet *rationes apparentes* (reponit Aquinas) *vel sophisticas, ad quas solvendas locus relinquitur:* quod ipse Thomas egregie ct uberrime praestitit in hoc adversum Gentes Opere, in aliis passim. Haec sunt vero quae scripsit ille in eo, quod versamus, gravissimo Religionis negotio. Haec eadem, non plura, praestant, dilatant, amplificant suis in apologiis illustres doctique viri, qui egregias revelationis divinae revelataeque Religionis vindicias egerunt.

DISSERTATIO XIII.

De Summa Theologica, genuino certissimoque sancti Thomae Aquinatis Opere, adversus loannem Launoium et Petrum de Alva et Astorga: deque Supplemento Tertiae partis: ac etiam tempore, quo idem Opus elucubravit Aquinas; eiusque versione Graeca, Armenica aliisque.

CAPUT I.

Imperita loannis Launoii censura. Natalis Alexandri et Iacobi Echardi apologetica scripta. Aquinati Summam Theologiae adiudicant Ptolomaeus de Luca et Bartholomaeus Logothela, Protonotarius regni Siciliae.

j. E^^assÉ^ffifograestantissimum *Theologicae Summae* Opiis, quod Angelico Praeceptori maxi- T I / At mam aPud omnes christiani orbis Acade- V] m*as omnesque sacrae theologiae addictos W auctoritatem conciliavit, veluti du- y jy bium foetum (quis crederet?) habuerunt ^Anonnulli, plagioque manifesto ex parte defloratum ex aliorum lucubrationibus putarunt alii. loannes Launoius, sacrae facultatis Parisiensis magister, Socius Navarricus, opusculum *Parisiis* edidit *anno i6?5* inscriptum, *Veneranda Romanae Ecclesiae circa simoniam traditio,* apud viduam Edmundi Martini in 8, ubi cap. I vii in Observatione octava sententiam ac verba divi Thomae allegaturus: *Beatus Thomas,* inquit y *vel alius quis sub illius nomine.* Tum mentem suam criticumque iudicium prodit: *Porro autem,* inquiens, *dixi (beatus Thomas vel alius quis sub eius nomine) : quia ut id dicerem effecit Clemens Papa VI in sermone, quem de beato Thoma recens numero Caelitum adscripto habuit.* Petrus Rogerius (postea Clemens VI electus Avenione die 7 maii anni 1842 eodemque anno redimitus corona in aedibus sacris fratrum Praedicatorum Avenionensium die 19 eiusdem maii), in ipsa solemni sacrae apotheoseos die sermonem habuit de laudibus beati Thomae coram loanne XXI dicto XXII, anno i323 mense iulio. Incipit hic sermo, *Vir Dei es tu* etc. quo et nos hactenus usi sumus genuina Aquinatis Opera recensentes ac vindicantes in superioribus Dissertationibus.

Eo in sermone *Summam Theologicam Tripartitam* a Rogerio praetermissam existimavit Launoius: indeque argumenta promit, quae sequuntur, ut Opus illud in dubium revocet. 1. «Quomodo, *inquit,* Opus tam grande, si beati » Thomae foetus est, fugere potuit Clementis diligentiam, » qui sibi sumpsit Doctorem sanctum a Librorum, quos » edidit, multitudine laudare? Quomodo tam insigne Opus » praetermisisset, qui tot minuta opuscula recenset? 2. De» inde Clemens Parisiensis erat theologus, beato Thomae » aetate suppar et forsan natus antequam Thomas de vita » decederet: et eam ob causam facile nosse potuit, quae » Thomas Opera conscripserat et cum primis *Summam Tri*» *partitam,* quae ab eo sub extremo vitae tempore edita » fuisset: 3. Tum credibile non est Clementem usque adeo » accuratum Librorum Thomae texuisse catalogum incon» suitis Dominicanis, a quibus quin adiutus fuerit vix du» bitari potest. Omisissent ne *Summam,* si haec inter Opera » illius tunc extitisset? 4. Postremo non memini legere » me, fuisse, qui tunc Clementem de imperfecto Librorum » Thomae catalogo accusaverit. Accusatus esset sine dubio, » quia intoleranda fuisset Clementis negligentia: 5. Non me » latet, in praefatione librorum Durandi super Sententias, » *Summae* mentionem fieri eamque citari. Sed non me quo» que latet Durandi *in Sententias* esse scripta duo, quae » exstant in bibliotheca coenobii sancti Victoris ad Lute» tiam. In scripto priori nulla est praefatio: in posteriori est » praefatio, quae alterius esse potest, quam Durandi, cum » ex aliis, tum ex eo quoque, quod in illis scriptis *Summam* » nominarim meminerit nusquam, etiamsi Thomae placita » passim refellat. Deinde si Durandi esset, diceretur veri» similiter unum vel plures fuisse, qui statim atque Thomas » in Sanctorum numerum relatus est, *Summam* ex variis » beati Thomae Commentariis iam confecerant, cum Du» randus praefationem posteriori scripto adtexuit: Durandus » vero relationi Thomae in Sanctorum numerum annis 10 » supervixit. »

Ex silentio, quod Petrum Rogerium, postea Clementem VI tenuisse putat, colligit Launoius *Theologicam Summam,* quae sancto Thomae attribuitur, nondum anni 1323 mense iulio, quo laudatum Rogerius habuit sermonem, prodiisse in lucem: coniectatque vir, ingenio suo genioque indulgens, intra decennium fortasse, quod sancti Doctoris apotheosim sequutum est, Opus illud ab uno vel pluribus consodalibus ex variis ab eodem elucubratis commentariis congestum consarcinatumque fuisse. Addit vero oblationem, pro germano Thomae foetu habiturum se *Tripartitam Summam,* si vetustior Clemente VI et ante ann. 1323 afferatur scriptor, qui Operum Thomae catalogum texens, *Summam* ei adseripserit: *Caeterum,* inquiens, *si vetustior Clemente scriptor Operum Thomae catalogum composuit, eique Summam indidit, illi potius, quam Clementi assentiar.*

II. Id ultro offerenti Launoio satis ut faceret sibi munus adsumpsit Natalis Alexander, *anno iGfl mense iunio,* novus tunc renunciatus Parisiensis doctor, edito opusculo, quod inscribitur: *Summa sancti Thomae vindicata et eidem Angelico Doctori asserta, contra praeposteram loannis Launoii Parisiensis theologi dubitationem: item contra Launoianas circa simoniam observationes animadversio* , Parisiis, Andreae Cramoisy 1675 in 8. Omnium plausu exceptae doctissimi viri vindiciae fuerunt. Auctor Dissertationis *Launoianae,* quae tomo IV operum Launoii habetur, refert parte III *Responsionem* ipsius Launoii ad Alexandri opusculum *ad calcem pene perductam fuisse et 'prelo committi coeptam, cum repente morbo correptus* ille vita mortali migravit die 10 martii 1678. An haec responsio partem dumtaxat illam opusculi ab Alexandro concinnati impeteret, in qua *Annatas,* ut vocant, labe simoniae purgandas vir doctus susceperat, an alteram etiam partem, quae *Summam Theologicam* Aquinati vindicabat, non constat. Opusculi sui exemplaria a longo tempore distracta cum essent, pretium operae existimavit clarissimus auctor, illud ipsum *in novam formam redactum, emendatum, novis etiam auctum observationibus, selectis Dissertationibus in Historiam ecclesiasticam XIII saeculi, quo floruit Thomas et quartidecimi, quo in Sanctorum coetum relatus est, inserere ut ad posteros facilius transmitte-*

retur. Prodierunt Dissertationes illae Parisiis, typis Antonii Dezallier anno 1684 et 1687 in 8, et 1699 et 1714 in fol.,' itemque postea in Italia Venetiis et Lucae, eadem forma.

Novam, solidissimam omnibusque numeris absolutam, molitus est apologiam Iacobus Echardus, quam inscripsit, *Sancti Thomae Summa suo auctori vindicata.* Parisiis prodiit opus anno 1708 in 8, apud Io. Baptistam Dclespine. Launoii dubia vocat ad examen sectione 111, §. 1 eademque luculentissimis argumentis depellit. Hanc egregii operis partem, novis documentis auctam, inseruit auctor tomo primo Scriptorum Ordinis Praedicatorum, qui Parisinis typis I. B. Christophori Ballard et Nicolai Simart lucem vidit anno 1718 in Elogio sancti Thomae. Tam ampla vero testium Clemente VI antiquiorum fide et auctoritate rem pertractat Alexander: tot alia plura perentoria monumenta, ex vetustis auctoribus et manuscriptis codicibus desumpta, addidit Echardus ac omnia peragit diligentissima crisi, ut sententiam dubio prorsus omni *pro oblata* mutaret eiuraretque pollicitatione Launoius.

Muneris etiam mei ratio postulat ut eiusdem doctoris Parisierisis dubia et ego pro virili discutiam eademque probatissimis testibus et argumentis validissimis elidam. Si nova proferre non liceat, dabo vetera meliore fortasse collocata ordine novisque animadversionibus illustrata ac munita. Illud vero mihi probandum adsumo, *Theologicam Summam,* velut Opus germanissimum Aquinatis, tum decennio illo, quod sacram eius apotheosim anno i323 peractam sequutum est, laudatam celebratamque fuisse: tum etiam longe ante sermonem a Petro Rogerio in ipsis canonizationis solemniis habitum, eidem Thomae abs scriptoribus synchronis supparibusque tributam et in codicibus aetate illa manu exaratis nomine eius inscriptam.

III. Primus adest luculentissimus testis Ptolomaeus Lucensis. Divo Thomae mortalem vitam agenti familiarissimus ipse fuit: testaturque libro XXIII Hist, eccles., capite vm' ubi refert Aquinatis obitum, *suam saépe confessionem* se *audivisse et cum ipso multo tempore conversatum essefamiliari ministerio.* Probatiorem testem vel ipse Launoius ndn exoptabit. Ad ipsam ecclesiasticam Historiam libris XXIV comprehensam quod attinet, perduxit eam auctor vel ad annum 1295, ad ipsam usque Bonifacii VIII Summi Pontificis electionem vel ut summum ad annum 1313. Plurium codicum manu exaratorum fide, priorem de fine Historiae ab Ptolomaeo nostro adornatae sententiam confirmat Iacobus Echardus: alteramque praeferre videtur Ludovicus-Antonius Muratorius in amplissima Scriptorum Italiae collectione tomo XI, fide adhibita codicis Patavini optimae notae. Hinc vero, quae in aliquibus mss. additamenta occurrunt ad annum 1336 vel 1342 auctorem non habent Ptolomaeum. Utut sese res habeat, chronicon adest, quod ante Aquinatis apotheosim habitumque a Petro' Rogerio sermonem, concinnatum fuit. Anno demum circiter i322 vita illum migrasse Echardus coniectat: adhuc ipsum egisse vitam anno i3z5 ex monumentis Ecclesiae Torcellanae, cui praefuit Episcopus, satis patefactum legitur in eiusdem Ecclesiae tabulis apud Ughellum in Italia Sacra tomo V Venetae editionis anni 1720. Sed ipsum iam anno 1327 vita functum colligitur ex successione Bartholomaei de Piscialisj quam refert Ughellus ad annum 1328,' *quo anno,* ait, *die 28 mensis februarii sacro Collegio solvit subsidium:* nimirum intra decennium, quod apotheosim Thomae sequutum est.

Probatissimi testis, omni maioris exceptione, iam accipe testimonium, quod ipse perhibet libro XXII Historiae, capite XXXIX. « Huius (Pontificis Clementis IV qui a die 5 » februarii anni 1265 tenuir Sedem ad diem 29 octobris » anni 1268) tempore dictus Doctor scripsit *Summam,* » quam *in Tres partes* divisit: videlicet *Naturalem,* quia » ibi definivit de naturis rerum et primo de Divina essentia » et secundo de rebus 'creatis. *Secundam partem* vocavit » *Moralem,* quam divisit in *duo volumina.* Unum volumen » accepit in universalibus materiis, *quae' Prima Secundae* » vocatur respectu philosophiae (al. scientiae) moralis. Alia » 'vero pars principales materias continet virtutum omnium » et vitiorum, tota fundata et ornata philosophorum dictis » et rationibus ac Doctorum sacrorum auctoritatibus, quam » *Secundam Secundae* respectu eiusdem materiae appella- » mus. *Tertia* autem pars *Summae,* quae est *quartum vo- » lumen,* Sacramentalis vocatur, quia in ea de Sacramentis » agitur et Incarnatione Verbi et *ultima pars* dicitur, quia » ultimo facta sive quia finis est aliarum. » Launoii votis cumulatissime factum satis. Synchronus nempe testis, Clemente VI antiquior, Aquinati adiudicat *Summam Theologicam,* eamque *Tripartitam,* ac Secundam partem eius in volumina duo distributam, quorum alterum *Prima Secundae,* alterumque *Secunda Secundae* iam tum appellabatur, postrema vitae Thomae periodo elucubratam.

Sequitur Bartholomaeus de Capua, Logotheta et Protonotarius Regni Siciliae, in Processu canonizationis *testis citatus et iuratus,* qui de vita et moribus ac scriptis divi Thomae testimonium perhibuit *anno i3ig die 8 augusti,* quatuor scilicet ferme annis ante sermonem, quem'habuit Rogerius, postea Clemens VI, in solemniis apotheoseos. Lati testimonii fragmentum vulgavit Baluzius, quod in eiusdem Processus capite ix desideratur apud Bollandianos num. 84, linea 20 post illa verba, *quem dixerat ipse Dei electus.* Opera divi Thomae eo in loco recensentur, ac inter alia *Tres partes Summae.* Rursum fragmenti initio haec habentur luculentissima: «Item dixit dictus testis quod » cum ipse legisset aliquibus annis in scriptis dicti fratris » Thomae, occurrit sibi quadam vice memoriae se legisse » in eis: quod *consuetudo populi Christiani pro lege ser- » vanda est.* Et dum haec verba idem testis studiose per- » quireret per plures dies, cum essent sibi opportuna, nullo » modo potuit illa invenire. Finaliter tamen idem testis ge- » nuflexit et rogavit dictum fratrem Thomam, quod reve- » laret sibi. Qui statim aperto libro *Secundae partis Se- » eundae,* sine revolutione chartarum invenit ipsa verba in » tractatu *De ieiunio.* » Articulum quartum centesimae quadragesimae septimae quaestionis indicat Logotheta, ubi haec habentur ad 3. *In ieiunio autem quadragesimali interdicuntur universaliter etiam ova et lacticinia: circa quorum abstinentiam in aliis ieiuniis diversae consuetudines existunt apud diversos, quas quisque observare debet secundum morem eorum, inter quos conversatur. Unde Hieronymus dicit, de ieiuniis loquens: Unaquaeque provincia abundet in suo sensu et praecepta maiorum leges Apostolicas arbitretur,* in epistola ad Lucinium num. 6. Splendide ergo constat ante annum 1319 laudatam vulgatamque fuisse *Theologicam Summam* Divi Thomae, *Tres in partes* tributam: ac *Secundae partis* volumen alterum appellari consuevisse *Secundam Secundae.*

In eodem *Processus* capite num. 79 sic ipse fari inducitur Logotheta: « Quod cum dictus frater Thomas cele- » lebraret Missam in dicta capella sancti Nicolai Neapoli, » fuit mira mutatione commotus et post ipsam Missam » non scripsit neque dictavit aliquid, imo suspendit organa » scriptionis in *Tertia parte Summae* in tractatu de *Poe- » nitentia.** Disertissime commemoratam habes et ipsam Theologicae Summae *Tertiam partem,* veluti opus cuique notum vulgatumque, ante sacram canonizationem divi Auctoris habitumque sermonem a Rogerio. Id vero sibi a *fratre loanne de ludice* relatum Logotheta testatur *Anagniae in locofratrum Praedicatorum ... paullo antequam Dominus Papa Bonifacius (VIIT) caperetur.* Captum Anagniae Summum Pontificem historiae produnt anno i3o3 intempesta nocte sabbati ante vii idus septembris: unde eodem anno 13o3 manibus omnium *Summa* Divi Thomae *Tripartita* terebatur. Sed idem Logotheta denique testatur rem hanc *loanni de ludice* narratam fuisse a *fratre Reginaldo de Piperno,* socio Aquinatis fidissimo eiusque arcanorum omnium conscio. Mortali fato functum Reginaldum inter annum 1280 et annum 13oo adnotat Echardus in eius elogio: unde merito colligat quisque pro indubio Thomae foetu ante annum 13oo habitam fuisse Tripartitam Theologiae Summam. Splendiditis exoptari non potest rei testimonium, qua de agimus: fide dignissimum omni, si spectetur vel ab uno Logotheta latum; eoque magis luculentum probatumque, utpote loannis de ludice et Reginald! Privernatis auctoritate munitum.

CAPUT IL

De germano eodem sancti Thomae foetu testimonium perhibent Nicolaus Trivetus et Guillelmus de Tocco. Perperam in dubium vocat Antonius Pagius laudatum Guillelmum vulgatam scripsisse Aquinatis vitam.

I. "N ' icolaus Trivetus rei, qua de agimus, testis accedit IN tertius. Chronicon Regum Angliae a Dacherio in lucem editum perduxit ad annum usque 13c>7 vitamque suam egit ad annum i3z8 teste Balaeo, quem excipiunt Pitseus et Caveus apud Echardum : unde lucis usura fruebatur intra decennium a Launoio praestitutum et ante illud conscripsisse chronicon dicendus est. Ad annum 1274 de Thoma Aquinate agit: ipsumque cum Vocet *Venerabilem Doctorem fratrem Thomam de Aquino,* satis indicat hanc à se chronici partem elucubratam ante sacram eiusdem canonizationem. Neque hominis, utpote angli, respuenda fides: cum enim *in Studio Parisiensi,* ut ipse testatur in chronici prologo , diuturnam traxerit *moram,* litteras theologicas accepturus, addiscere perquam facile potuit ibidem gesta Thomae compositosque ab eo libros. Testis ergo probatissimi, contra quem exceptione intercedi nulla potest, accipe verba loco citato: *Item* (scripsit) *Summam Theologiae:* quam *in Tres partes* divisit et *Secundam in Duas partes.*

Quartum locum tenet Guillelmus de Tocco. Testem scilicet advoco, praecipuum canonizationis divi Thomae promotorem scriptoremque vitae eius anno 1323 adhuc inter vivos agentem, his demum, quas postulabat Launoius, conditionibus munitum ornatumque. Quinimo synchronus Thomae fuit, quem *vidit scribentem,* ut in Processu apud Bollandianos capite vn, num. 58 testatur ipse et *audivit praedicantem et legentem.* Opera eius, quae noverat, capite iv Vitae recenset, et ait; « Praeter Opus, quod fecit » super quatuor libros Sententiarum, *Summam* fecit, quam » distinxit libris, materias quatuor librorum aliter ordinans: » quam cum pluribus articulis ampliavit subtilioribus ra» tionibus, ipsas determinans Sanctorum auctoritatibus. »

II. Dubium ingerit Antonius Pagius, num istam, quam Bollandi Continuatores vitam Aquinatis ediderunt, confecerit Guillelmus de Tocco? Ad Annum 1190 num. 10 sic habet: « luvabit hic obiter observare dubitandi locum esse » an Guillelmus istius vitae scriptor fuerit; cum id tantum » meris coniecturis adstruatur : constetque ex ea, ipsum » anno 13ig collaborasse ut fieret processus canoniza» tionis Doctoris Angelici, quae postea anno 1323 peracta » fuit. Nam eo tempore Doctor Subtilis scholam suam ha» bebat, sicut Doctor Angelicus et tamen in ea vita num. 17 » dicitur: *Est omnibus manifestum, quod in toto mundo* » *inter fideles catholicos, in philosophia et theologia, in* » *omnibus scholis nihil aliud legitur, quam quod de eius* » *scriptis hauritur : quamvis multi alii magistri eius sty*» *lum scribendi, quo potuerunt studio, imitantes, quasi* » *ex eius* (s. Thomae) *scriptis elavem habentes scientiae,* » *ingressi sunt divinorum secreta cellaria et multa volu*» *mina scripserunt, suum exercitantes studium supra po*» *situm dicti Doctorisfundamentum : divina dispensatione* » *mirabiliter permittente, ut quicumque ab huius Doctoris* » *scriptura volunt divertere, contingat eos aut in fide* » *aut moribus aberrare.* Quod vere dici non potuit a Guil» lelmo de Tocco; cum anno i32o schola Scotistarum » iam viguerit, ut manifeste ostendit codex manuscriptus » Francisci Mayronis, loannis Scoti discipuli, *in primum* » *librum Sententiarum,* qui asservatur in bibliotheca con» ventus nostri Cesennae, manuscriptis diviti, a me alias » lectus. In illius enim codicis fine legitur: *Explicit lectura* » *super primum Sententiarum fratris Francisci Mayronis* » *de Provincia Provinciae Ordinis fratrum Minorum, re*» *portata sub eo Parisiis anno Domini millesimo trecen*» *tesimo vigesimo...* Quare cum Mayronius tam in illo » codice, quam in aliis omnibus libris theologicis in lucem » editis, doctrinam Scoti propugnaverit, liquet scholam * Scotistarum iam ab eo saltem anno, floruisse. », Pergit num. 11 praefato tempore scholam Scotistarum iam institutam ostendere: *Ex quibus,* inquit, *necessario sequitur aut Guillelmum de Tocco non edidisse vitam s. Thomae ipsi adscriptam aut eum non vere scripsisse,* quae superius ex eodem desumpta sunt.

Mera et inani coniectura dubitare mihi Pagius videtur de vero vitae Aquinatis parente : quem non *meris coniecturis,* sed solidis rationibus, Guillelmum de Tocco habuerunt bibliographi. Unum proculdubio eumdemque fuisse *vitae* auctorem et promotorem *canonizationis* verba declarant, quae num. 29 habentur: *De huius Doctoris puritate mirabili et inviolata, ac modernis temporibus inaudita, facta est revelatio cuidam fratri devoto dicti Sancti, de quo inferius dicetur.... cum cogitasset eius historiam texere et de quibus posset ipsum virtutibus commendare. Qui cum prosequuturus praedicti Doctoris canonizationem, rediret ad Curiam et esset in portu Asturii* etc. Quo loco idem ipse est, qui canonizationis negotium agebat cogitabatque Aquinatis vitam texere. Imo illam eodem tempore iam elucubratam servabat. Eo quippe in portu *intolerabili tempestate* detentus, dum apparentem sibi Divum adloqueretur : *Magister,* inquit, *ego scripsi totam historiam tuam: unum tamen mirabile est, de quo dicas mihi, si est ut scripsi, plenius veritatem.* Haec acciderunt *cum* ipse *rediret ad Curiam,* negotium scilicet apotheoseos prosequuturus, ulterioremque postulaturus miraculorum perquisitionem : quae demum novis curis ut perageretur iussit Pontifex datis litteris Apostolicis *Avenioni kal. iunii, Pontificatus anno V,* Christi i32i. Mutilum Diploma refert Raynaldus ad eumdem annum numer. 46, unde tempus denique constat, quo vitam Aquinatis iam ille composuerat, qui canonizationem eius promovebat.

Quisnam ille fuerit, loca duo invicem collata splendidissime patefaciunt. Quae sequuntur affero primum verba ex capite xm vitae, de qua agimus, num. 80 : *Ad gloriam etiam dicti Sancti scribenda sunt miracula, quae in prosecutione canonizationis eius divinitus contigerunt fratribus, quibus commissa fuit inquisitio de miraculis a Deo meritis eius factis.... Cum dicti fratres in quadam galea provincialium plurimis onerata, de Neapoli versus Romanam Curiam navigarent.... cum ad montem Argentarium ventus galeam impelleret etc.* Fratres adsunt, quibus de ulteriori miraculorum inquisitione commissum fuerat: quive maris iter fuerant aggressi, ut ad Romanam Curiam apud Avenionem proficiscerentur. Rem hanc pariter scripto reliquit Bernardus Guidonis in ea, quam ipse vitam Aquinatis elucubravit: fratresque praedictos proprio nomine appellat. Verba accipe, quae habentur parte III, capite xcix apud Bollandi Continuatores : *Cum frater Guillelmus de Tocco Ordinis Praedicatorum, Prior conventus Beneventani, cum socio suo fratre Roberto lectore, veniret per mare ad Romanam Curiam apud Avenionem, inventariis factis de miraculis sancti Thomae, de cuius canonizatione tunc temporis tractabatur; accidit, ut ipsis navigantibus quadam nocte... tempestate gravissima excitata in mari, galea, in qua cum aliis navigabat, ad montem Argentarium violentia ventorum nimia impellebatur* etc. Utrumque modo conferas locum; compertumque fiet illum eumdem, qui et canonizationis Thomae negotium praecipue urgebat et vitam eius scripserat, Bernardi Guidonis fide et testimonio, fuisse Guillelmum de Tocco. Nomen scilicet suum, quem ipse prae modestia ubique reticuit, Bernardus Guidonis patefecit, ut meritissimus illius vitae auctor innotesceret.

Quidni vero laudatus Guillelmus, qui anno i32i, ut adnotavimus, vitam Aquinatis iam elucubraverat, scribere potuerit, *in toto mundo inter fideles catholicos in philosophia et theologia in omnibus scholis nihil aliud legi, quam quod de eius scriptis hauriretur?* Ipse Pagius loco citato num. 11 ultro fatetur: *Certum... videri doctrinam Doctoris Angelici ante annum i3oo communiter a professoribus lectam fuisse.* At subdit tamen ille : *Postquam anno i3o4 loannes Scotus lauream doctoratus Parisiis accepit, quamplurimos doctrinam eius professos esse: tandemque, ut quam tardissime, ante annum i3uo theologiam et philosophiam in duas scholas divisam fuisse.* Res ita se habeat. Quidni vero scribere Guillelmus de Tocco potuerit debue-

ritque, doctrinam Aquinatis communiter ab doctoribus traditam in scholis fuisse, eo quidem tempore, quo vix emerserat Scoti schola? Satis haec sunt superque, ut levi motum coniectura Pagium vocasse in dubium vitae Aquinatis auctorem constet.

CAPUT III.

Testes accedunt Nicolaus de Freaville S. R. E. Cardinalis et loannes de Friburgo. Alii etiam consodales. Itemque exteri, Galienus de Orto, Guillelmus de la Mare, s. Ludovicus Episcopus Tolosanus. Codices denique mss.

]. Λ d alios cumulandos testes redit oratio, qui intra dexYcennium, quod apotheosim Thomae sequutum est, et ante ipsam apotheosim, *Theologicam Summam,* pro germano habuerunt eiusdem Aquinatis foetu. Quintum numero Nicolaum de Freaville, conventus Rothomagensis alumnum, anno circiter 1296 a sacris Philippi Pulcri regis Francorum confessionibus adscitum, ad purpuram petitione eiusdem Regis anno i3o5 evectum, vitaque mortali functum anno 1324 die 14 februarii. Ornatissimum testem non.respuat Launoius. Ultimae voluntatis eius tabulas vulgavit Baluzius tomo II Paparum Avenionensium pag. 410, scriptas confectasque *anno Nativitatis Domini i32i Indictione* iv *die 16 mensis octobris.* Haec in illis verba leguntur: «Item declaramus, quod libri, videlicet Biblia, » Summa Decretalium in duobus voluminibus, Summa con» tra Gentiles et *Secunda Secundae,* quos habebamus an» tequam essemus facti Cardinalis, fuerunt dicti conventus » Ordinis Praedicatorum Rothomagensium. » Opinationem Launoii evertit tam insigne testimonium. Putabat morosissimus censor Summam Theologicam eiusque partes *confectas* consarcinatasque fuisse a consodalibus Dominicanis intra decennium, quod apotheosim Thomae excepit, *ex variis beati Thomae Commentariis.* At *Secundam Secundae* Summae illius egregiam partem, ante annum i3o5 iam possidebat conventus Rothomagensis: ab eo anno commodatam habuit Nicolaus de Freaville cum sacram purpuram indutus esset: eamdemque restituit demum anno 1321 integro fere biennio ante canonizationem Thomac.

Audiendus sexto loco venit loannes de Friburgo, quem etiam *Theutonicum* nuncupatum legimus et *loannem Lectorem.* Ipsum commendat Leander Albertus, utpote *virum devotum et litteratura praestantissimum :* eiusque refert obitum ad *anni i3i4 sextum idus Martias.* Dotibus ornatus adest, quas Launoius exposcit omnes. Foetus eiusdem sunt *Quaestiones casuales* sive de casibus. An opus typis aliquando prodierit incompertum mihi. Lucem vidit attamen eiusdem operis praefatio in alia ipsius loannis elucubratione, quae inscribitur *Summa confessorum.* Editione utor Parisina, *expensis loannis Petit denuo impressa anno milleno 5ig idibus ianuarii.* Quae sequuntur, accipe : « Prologus fratris loannis Lectoris in priorem libellum *Quae» stionum casualium....* Sunt autem haec collecta maxime » de libris horum Doctorum memorati Ordinis: videlicet » fratris Alberti quondam Ratisponensis Episcopi, *fratris » Thomae de Aquino* et fratris Petri de Tarantasia. » Ex appellatione, *fratris Thomae de Aquino,* collige operis elucubrati tempus, ante illius apotheosim. Pergit ille: «Sed » hic considerandum est, quod cum *Secunda pars Secundae* » de Summa fratris Thomae praedicti, quasi pro maiori » parte sit moralis et casualis, plurima de illa sumpta in » hoc opusculo posui : et ideo ubicumque solum dicitur, » *resp. secundum Thomam in Summa* vel simile, nullo » addito, semper intelligendum est de *Secunda Secundae,* » nisi *alia pars* specialiter exprimatur. » Summam eo tempore, quod a Launoio definitum est, eiusque partes, vulgatas iam quisque videt, laudatasque a scriptoribus.

Sequitur in editione citata *Prologus eiusdem fratris loannis Lectoris in Summam confessorum.* Haec profero verba : « Modum autem eumdem tenui in hac compilatione, » quem in priori libello. Videlicet, quod cum nominatur » hic *Summa Thomae,* semper intelligitur de *Secunda parte » Secundae,* nisi *alia pars* specialiter exprimatur. » Constantissimo nempe loannis de Friburgo testimonio evincitur revinciturque de praecipiti et iniquo iudicio Launoius.

Verba sequuntur, quae digna sunt animadversione: « Si» militer cum nominatur hic *glossa,* semper intelligendum » est de *glossa Willelmi super Summam Raymundi,* nisi » alia glossa specificetur, ut glossa Innocentii vel Hostiensis, » aut Bernardi, vel glossa super aliquod decretum.» Quod argumentum est clarissimum (verbis utor doctissimi Echardi) *glossas super Summam s. Raymundi* opus esse *fr. Gtiillelmi Redonensis:* easque falso in editis *fr. loanni Lectori* seu *de Friburgo* adscribi. Viri utriusque elogia consule apud ipsum.

II. Dominicanos testes, qui vel eadem, qua superiores, floruerunt aetate vel etiam sequiori, tametsi probatissimos, advocare supersedeo, Bernardum Guidonis, s. Antoninum, Pignonum et Valleoletanum. Fidem vero loannis dc Columna ne confidentius urgerem ea me permovit ratio, quod opus *de Viris illustribus,* abs synchrono quidem scriptore confectum, interpolatrices tamen sequioris aevi manus passum est, ut argumentis luculentissimis in Dissertatione secunda ostendimus. Verba solum, quae eodem in opere habentur, describere liceat, ut iis pro ea, qua pollent auctoritate, uti quisque valeat: *Scripsit... Summam Theologiae, quam divisit in quatuor volumina.*

III. Exteros audire testes aliquos praestat conditionibus insignitos abs Launoio postulatis, qui suffragium ferant. Galienus de Orto primus est. Virum fuisse votis religiosis adstrictum notum est compertumque apud lacobum Echardum, ad annum 1288 inter Scriptores Ordinis Praedicatorum: ignotum vero, cui nomen suum dederit Ordini. Codex ms. membranaceus in Victorina Parisiensi bibliotheca adservatur, cuius initium : *Incipit abbreviatio fratris Galieni de Orto super Secundam Secundae fratris Thomae de Aquino.* Notam accipe in calce codicis appositam: *Explicit anno Domini 1200 octuagesimo 8, mense aprili.* Iam ergo tot ante sacram apotheosim Thomac annis, imo quartodecimo dumtaxat anno post eius obitum, *Secunda Secundae* sub nomine *fratris Thomae de Aquino* in compendium redacta fuerat : quod est argumento ante illum annum vulgatissimum fuisse egregium *Summae Theologicae* Opus, illudque Doctorum omnium manibus die noctuque tritum versatumque.

Similem praetermittere nolim Dominicani licet scriptoris lucubrationem, quam manu exaratam in bibliotheca Colbertina vidit lustravitque diligentissimus Echardus, longe diversam ab ea, quae Galienum de Orto auctorem habet. Haec affero verba, quae idem Echardus descripsit in sua sancti Thomae Summa vindicata: «Explicit Summa ut» cumque abbreviata et per quasdam decisiones dearticu» lata: excerpta *de IIa IIae s. Thomae de Aquino Ordinis » fratrum Praedicatorum,* per fratrem loannem Dominici » eiusdem Ordinis, de expresso mandato sanctissimi Patris » et Domini nostri D. loannis divina providentia sacrosan» ctae Romanae ac universalis Ecclesiae Papae XXII. Com» picta in Avenione anno Domini 1323 Pontificatus sui » anno.... Sabbato post festum venerabilis Doctoris s. Tho» mae praedicti immediate subséquente. » Annum intclligc stylo novo 1324, quo hanc epitomem complevit loannes Dominici: indeque certum argumentum prome de fusioris Theologicae Thomac Summae exstantia ante canonizationem eiusdem. Quomodo enim de opere, quod nondum exstaret, ac post sacram apotheosim collectum fuerit, ut vana ac futilis Launoii coniectura ferebat, abbreviando et in epitomem redigendo cogitari anno 1324 potuisset?

Notum nemini non est opus Guillelmi de la Mare, angli natione, professione Ordinis Minorum , quod inscribitur: *Correctorium fratris Thomae de Aquino.* Florebat auctor anno 1290 teste Wadingo: codemque saeculo cadente decimo tertio *Correctorium,* quod vere *Corruptorium* dixere vindices Thomae, prodiit. Latiore sermone de homine doctrinae divi Thomae infenso agendum erit. Theses quamplures ex universis operibus cius decerpsit inimica manus, quas in invidiam traduceret, ac praesertim ex Theologica Summa: nempe *novem et quadraginta ex* prima parte, ex Prima Secundae *duodecim* et ex Secunda Secundae

sexdecim. Quam luculentum ergo testimonium, quod primus ac vetustissimus hostis fert contra novissimum hostem Launoium pro vindicando Aquinati Opere praestantissimo!

In calce *Sermonum de Sanctis* divi Antonii Paduani legitur, in editione ab Antonio Pagio curata, *testamentum s. Ludovici Episcopi Tolosani,* qui anno 1297 ad Caelites evolavit. In hocce monumento tam vetusto Theologicam d. Thomae Summam laudari ipse Pagius testatur. Verba eius sunt ad an. 1190 num. 11 in Critica ad Annales Baronii: «Hic obiter lectorem monebo, me ex eo (testamento) demonstrasse, *Summam Theologicam,* cuius in eo » mentio, genuinum foetum esse Doctoris Angelici. »

IV. Tam frequenti testium agmini, quo proelium cum Launoio commisimus, accedunt vetustissimi codices, quibus eadem infertur pugna ad internecionem, abs diligentissimo Echardo recensiti. Codices nempe sunt suismet oculis accuratissime lustrati in Parisiensibus bibliothecis, Navarraea, Sorbonica, Victorina, Colbertina aliisque, ipso tertiodecimo saeculo cadente, quo floruit, docuit, scripsit obiitque Thomas, manu exarati; Summam ipsam Theologicam eiusque singulas partes, sub eiusdem *fratris Thomae de Aquino* nomine, praestantes. Plurimos eius aetatis similisque optimae notae, nullus dubito alios adservari codices in Hispaniis, in Belgio, in Germania, in Italia: quos etiam in indicibus librorum manuscriptorum preli beneficio in lucem editis memoratos legimus. His vero sistema Launoianum quis non videat eversum plane profligatumque?

CAPUT IV.

Petrus Rogerius, postea Clemens VI, quem Launoius imperite putavit silentio praeteriisse Theologicam Summam, amplissimis eam memorat verbis in primo Sermone de laudibus sancti Thomae. Itemque in alio, quem eodem de argumento sermonem habuit.

I. **Jjuid** ergo adversus tot luculentissima antiquitatis, **V^longe** maioris quam Launoius expeteret, monumenta valeat illud Petri Rogerii, postea Clementis VI, in sua *de laudibus divi Thotnae* oratione silentium, quod unicum pro suo sistemate laudatus urget Launoius? Verum et hocce telum infensissimo censori eripiendum. Rogerii verba sub oculos pono, quae censor desumpsit ex codice ms. Caroli Mauritii Tellerii Archiepiscopi Remensis, nunc Regio. Thema sermonis est: *Vir Dei es tu* etc. in eoque haec habentur, quod attinet ad libros ab Aquinate elucubratos: « Scripsit enim tam *super Sententias,* quam *alias quae-* » *stiones,* xvi volumina. » Quo loco diligentius animadverte numerum *voluminum,* quae *sexdecim* numerantur: ac materiem expende argumentumque eorum, res nempe theologicas, ut statim infra. Numerata quippe universim volumina, sic recenset singula: « Scilicet *quatuor scripta* » super Sententias: *quatuor libros* in Summa contra Gen- » tiles (ita nempe legebat in codice doctor Parisiensis Lau- » noius): *quaestiones De veritate:* item *quaestiones De po-* » *tentia:* item *quaestiones De anima:* item *quaestiones De* » *virtutibus:* item *quaestiones De malo:* item *quaestiones* » *De spiritualibus creaturis:* item *undecim Quodlibeta* di- » sputata. » Commentarios addit, quos *super Bibliam* scripsit, eosque numerat: tum opera *super Philosophiam* memorat, quae singula recenset: ac demum de Opusculis agit, *item sunt parva Opuscula,* inquiens, *circiter* xu

Locum habes, ubi de *Summa* divi Thomae *Theologica,* auctore Launoio, mentio nulla altumquc silentium. Imo disertam Operis praestantissimi expressamque mentionem nemo non videat, qui mente ct oculis captus non sit. Iam tene, quod animadvertendum proposuimus, *sexdecim* numerari *volumina,* quae de rebus theologicis confecerit Aquinas. Atqui vero si lectioni adhaereas, quam exhibet Launoius, si *quatuor* nempe libros in Sententias, itemque *quatuor* in Summa contra Gentiles ac *septem* quae sequuntur volumina in summam redigas, *quindecim* volumina colligis, numquam *sexdecim*. Fac vero post illa verba *Quatuor in Summa* ct ante illa, *Contra Gentiles,* punctum adesse: iam numerus prodit *sexdecim voluminum:* nempe super Sententias *quatuor,* in Summa *quatuor* et contra Gentiles *unius;* quod Opus, tametsi quatuor in libros tributum sit, uno semper volumine comprehensum recensuerunt veteres. *Novem* iam adsunt volumina. Adde *septem,* quae sequuntur: simulque collecta sunt *sexdecim*. Uti vero coniectamus, habere se rem in codicibus Casimirus Oudinus testatur: « Ego, *inquiens,* qui codicem tenui ac volvi, » lego illius meminisse legens cum puncto *(typorum sphal-* » *ma corrige ac lege,* memini me legisse cum puncto), » *quatuor libros in Summa. Contra Gentiles;* quomodo » certe legendum et punctuandum est. Itaque recte de Io- v anne Launoio dicere possumus, quod de alio vulgus ef- » fatur: *Solo pro puncto cecidit Martinus asello.* »

Diligentiore adhibita crisi, Echardus rem hanc pertractat. Codicem Tellerianum, modo Regium, quo Launoius usus est, vidit ipse lustravitque accuratissime: notatque laudatum Rogerii sermonem *bis* in eodem codice reperiri. In utroque ea primum habentur verba: *Scripsit enim tam super Sententias, quam alias quaestiones, sexdecim volumina.* Hic definitus voluminum numerus pro face habendus est, qua verborum sequentium, si quid insit obscuritatis, explorari sensus tuto valeat. Priore in sermone verba sequuntur: *Quatuor scripta super Sententias. Quatuor libros contra Gentiles;* sed in altero: *quatuor scripta super Sententias. Quatuor in Summa. Contra Gentiles;* cum puncto prima sine dubio manu apposito. Collige plura: 1. Memoriae lapsu Oudinum testari se legisse in codice: *Quatuor libros in Summa. Contra Gentiles:* 2. Ex utraque codicis utriusque lectione tertiam conflasse Launoium: scilicet, *Quatuor libros in Summa contra Gentiles:* 3. Primo in sermone desiderari το' *in Summa:* in altero eiusdem sermonis exemplo ms. το *Libros:* 4. Facta porro utriusque ms. exempli collatione, maximeque numero *sexdecim* non librorum, sed *voluminum* inspecto, ita vere scripsisse Rogerium, ut s. Thomas ediderit *quatuor scripta* (seu volumina) *super Sententias:* itemque *quatuor scripta* (seu volumina) *in Summa:* ac rursum volumen unum *contra Gentiles:* quibus demum si addas *novem* alia quaestionum theologicarum volumina, *sexdecim* illa *volumina* prodeunt, quae ante omnia numeraverat Rogerius.

II. Nondum vero pro veritate satis, quam vindicamus. Bonis utique avibus eodem in codice sermonem alium nactus est Echardus, ab ipso Rogerio habitum in Parisiensi fratrum Praedicatorum templo sub nuncupatione s. Iacobi, in primo divi Thomae post sacram apotheosim festo, anno 1323 stylo veteri seu 1324 stylo novo, die 7 martii, coram doctorum Parisiensium coetu. Thema est: *Ecceplusquam Salomon hic* etc. Mirum est Launoii, qui ipsissimum manu sua versavit codicem, oculos fugisse alterum istum sermonem: aut ab ipso insuper habitum neglectumque. Texitur in eodem brevis Operum s. Thomae elenchus, his verbis: « In theologia, quatuor scripta *super Sententias;* » post, *tres Summas,* quarum *scientiam* (lege *Secundam)* » tractantem de virtutibus, *in duas* divisit, fere loquentes » de omni materia subtilissime, composuit: postea *De ve-* » *ritate et potentia Dei: De malo: contra Gentiles: Quae-* » *libeta* etiam determinavit. » Quo splendidissimo in loco animadverte, Opus *contra Gentiles,* quod etiam *Summa* appellari solet, longe diversum repraesentari ab illis *tribus* Theologiae *Summis,* quarum illa, quae *de virtutibus* tractat, nempe *Secunda,* dividitur *in duas.* Coccus esto, qui non videat et agnoscat disertissime recensitam inter germana Thomae Opera *Summam* Theologicam, ac *Tres* Operis praestantissimi *partes,* ac *Secundam* partem demum *in Duas* distributam. Hinc voces illas in eiusdem sermonis textu, *quarum scientiam,* librarii manu corruptas, emenda ac lege *quartim Secundam* (Summam seu partem Summae) *tractantem de virtutibus* etc. An ergo Petrus Rogerius, postea Clemens VI, elucubratam a divo Thoma *Summam* Theologicam silentio praeterierit? Imo amplissimis utroque in sermone verbis memorat Cam, ac *partes* distinguit, itemque *Secundam partem* in *Duas* distributam notat. Qua de re si quis impostcrum ambigat, nae se deridendum omnibus ct sibilandum dabit.

CAPUT V.

Tertia Summae Theologicae pars ad xc usque quaestionem, veterum testimonio et ipsius Thomae fide, genuinus ostenditur eiusdem Aquinatis foetus, Petri de Alva et Astorga dubia et obiecta depelluntur.

I. TJgregium, quod hactenus adversus Launoium vindiJLvcavimus Opus Doctori Angelico, Petri de Alva et Astorga in *Tertia* et postrema *Parte* effugere censuram non potuit. Hanc ille suppletam cum legeret completamque post obitum Aquinatis, confidentius pronunciare ausus est: illi *Tertiae Parti non debere absolutam fidem praestari: imo, cum, ignoremus* (ut inquit) *ubi fuerit illud complementum, an in principio, fine, medio, totam Tertiam partem suspectam esse.* Haec ille et similia in suo *Sole veritatis,* suoque in *Nodo et Funiculis* ac in libello, quem inscripsit, *Certum quid certissimae falsitatis.*

Quantum a vero deviaverit Alva, quam gravi mentis vertigine se in hocce negotio verti et circumagi siverit, luce meridiana clarius patefaciunt synchroni probatissimi scriptores. Partem hanc *Summae Theologiae Tertiam* ab sancto Thoma Aquinate elucubratam scribunt: tempus definiunt, quo eidem componendae operam impendit: argumenta quaestionum, quae in eadem pertractantur, satis indicant: ipsapique demum quaestionem memorant, quam postremam reliquit mortali fato sublatus. Primus adest Ptolomaeus Lucensis, cuius verba sunt libro XXIII Histor. eccl., capite xt: *Hic Doctor tempore huius Pontificis* (Gregorii X) *scripsit ultimam partem Summae, quae Sacramentalis dicitur, quia de Sacramentis ibidem agitur et de Incarnatione Verbi, in qua articuli fidei continentur secundum ipsius humanitatem: sed non complevit morte praeveniente.* Tertiam, seu *postremam partem* diserte memoratam habes, imperfectam quidem incompletamque *morte praeveniente* relictam; sed quae tamen quaestiones complecteretur *De Incarnatione Verbi* deque *Sacramentis;* adeoque vulgo *Sacramentalem* appellatam: eamdemque demum ab Aquinate confectam *tempore Pontificis* Gregorii X quem, cum absens foret, electum anno 1271 die 1 septembris, coronatumque anno insequente 1272 die 27 martii nescit nemo.

Par est Nicolai Triveti et Bernardi Guidonis testimonium. In Chronico apud Dacherium inquit ille: *Item Summam Theologiae, quam in Tres partes divisit et Secundam in Duas partes: morte autem praeventus Tertiam totius et ultimam non complevit.* Apud Echardum et Oudinum haec habet alter: *Summam praedictam in Tres partes distinxit, videlicet in Naturalem, Moralem et Sacramentalem... Tertia autem pars Summae est quartum volumen eiusdem, quae ideo Sacramentalis vocatur, quia in ea agitur de Sacramentis Christi et Ecclesiae et de toto mysterio Incarnationis Filii Dei: et intitulatur ultima pars Summae, quia finis est aliarum et ultima facta fuit, in qua scribendi et vitae suae finem fecit et morte praeventus incompletam reliquit.* Mens fuerat Angelici Praeceptoris Theologiae Summam elucubrare *in Tres partes* tributam: partemque *Secundam* distinxit *in Duas.* Tertiae Parti conscribendae applicuerit ne manum? Testes adsunt, qui perhibent eam ab Aquinate confectam incompletamque relictam: dubiumque nullum ut supersit, *Tertiam et ultimam Summae partem* vocant, ac insuper *quartum volumen eiusdem.* Quaenam vero ab ipso argumenta pertractata fuerint? Satis voto faciunt laudati testes, inquientes: in eadem Tertia parte agi *de toto mysterio Incarnationis Filii Dei* et agi *de Sacramentis Christi et Ecclesiae.* Manum ultimam Operi suo non imposuit Thomas morte praeventus: unde anno 1274 emortuali adhuc in eo elucubrando insudabat.

Sed hanc denique Tertiam partem eo usque ab Angelico Doctore deductam fuisse, prout in codicibus mss. omnibus, omnibusque editis exemplis prostat ipsa, luculentissimo docet testimonio *Magnificus dominus Bartholomaeus de Capua, Logotheta et Protonotarius regni Siciliae,* in Processu canonizationis *testis citatus et iuratus,* anno i3iq dieque 8 augusti. Haec ab ipso relata leguntur num. 79 apud Bollandi Continuatores ad diem 7 martii: item dixit idem testis; quod cum dictus « Frater Thomas celebraret » Missam in dicta cappella s. Nicolai Neapoli, fuit mira mu» tatione commotus; et post ipsam Missam *non scripsit » neque dictavit aliquid,* imo suspendit organa scriptionis » *in Tertia parte Summae, in tractatu de poenitentia.* » An luculentiora optari possint? Non ambigat ergo nisi caput infirmum elucubrari coeptam ab Aquinate *Tertiam partem,* perductum etiam Opus ad *tractatum de poenitentia,* ipsumque incompletum ab eodem relictum praevento morte. Incipit in editis et ms. exemplis praedictus *tractatus de poenitentia* a quaestione lxxxiv, ac desinit in quaestione xc minime absolutus completusque.

Fidem Logothetae haec referentis fides auget loannis de ludice et Reginald! Privernatis fidissimi sancti Thomae socii. Ex loco namque citato in Processu canonizationis constat Logothetam rem hanc accepisse a *fr. loanne de ludice Anagniae, paullo antequam Dominus Papa Bonifacius* (VIII) *caperetur* intempesta nocte diei sabbati ante vni idus septembris anno i3o3, fratremque loannem rem eamdem didicisse *a fratre Raynaldo Privernate,* dum extremo circa annum i3oo morbo laboraret: coram demum palamque id a Logotheta vülgatum *fratri Guillelmo de Tocco et pluribus aliis Praedicatoribus et postea fel. rec. Domino Benedicto Papae in Urbe moranti,* qui Bonifacio VIII successit anno i3o3 die 22 octobris. Neque firmius adduci neque optari testimonium potest, quod motum a Petro de Alva dubium dirimat ac dissipet.

Quamquam demum et ipse Thomas postremae sui Operis parti testimonium perhibet, tamquam genuino foetui, quem mente concepit propriaque manu conscripsit. Frequentius enim in hac Tertia parte ad nonagesimam usque quaestionem occurrunt indices, quibus ad ea se remittit, quae Prima parte et Prima Secundae et Secunda Secundae pertractaverat, his verbis ac similibus, *ut in Prima parte,* vel *in Secunda parte habitum est, dictum est* etc. Adde, Commentarios in quatuor Sententiarum libros neminem hactenus in dubium vocasse, num germani sint Aquinatis foetus: eosdemque in hac Tertia Summae parte ita allegari, ut unus idemque utriusque Operis appareat auctor, ipse nempe Thomas. Haec verba legimus III par., quaest. ix, art. iv: *Et ideo quamvis aliter alibi scripserim, dicendum est in Christo fuisse scientiam acquisitam* etc. quibus sententiam revocat, quam in III, dist. xrv, quaest. 1, art. ni, qu. v ad 3 tradiderat: *Per lumen intellectus agentis,* inquiens, *in Christo non fuit aliqua species, de novo recepta in intellectu possibili eius:* quo posito inferebat scientiam acquisitam locum in Christo non habere. Similis revocatio sententiae prostat in eiusdem Tertiae partis quaestione lxx, articulo iv ubi sic ait: «Alii dixerunt, quod in circumcisione coqferebatur gratia...» *sed quae* « non sufficiebat re» primere concupiscentiam fomitis, nec ad implendum man» data legis: *quod etiam aliquando mihi visum est.* Sed di» ligenter consideranti apparet hoc non esse verum, quia » minima gratia potest resistere cuilibet concupiscentiae. » Se nempe ad eam opinionem refert, quam in IV, dist. 1, quaest. ir, art. rv, qu. m amplexus fuerat docueratque his verbis: *Ad quod* (totaliter concupiscentiam reprimendam et meritorie agendum) *gratia in circumcisione data sufficere non valebat.*

II. Haec ignorasse omnia Petrum de Alva oportet, cum *Tertiam* Summae Theologicae *partem* in suspicionem vocare ausus est. Quis enim sanae mentis fuerit, qui testimonia tam luculenta et argumenta tam solida noverit, simulque dubitationem moveat, num eadem Tertia pars ab Aquinate prodierit auctore? An graves aliae praesto illi fuerint haesitandi rationes? Suppletam, inquit, completamque partem illam fuisse post obitum Thomae inficiatur nemo: *cum vero ignoremus ubi fuerit illud Complementum, an in principio, fine aut medio, totam Tertiam partem suspectam esse.* Accedit (pergit ille opposita proferre argumenta) partem eamdem laudari nuspiam ab Alberto de Brixia, a Nicolao Eymerico, a Girando Renerio, ab Aegidio Romano in Correctorio corruptorii. En machinas omnes a Petro de Alva adhibitas. Quaenam illis vires insint, experiamur.

Suppleta, inquis, completaque fuit Tertia Summae pars post obitum Thomae. Ita est. Prostat vero, quod alii confecerunt *Supplementum* in codicibus mss. ac editis exemplis. Prima, quae cietur quaestio, agit *de partibus poenitentiae in speciali et primo de contritione, in tres articulos divisa.* Locum scilicet sibi vindicat post quaestionem xc ad quam usque calamus Thomae pervenit; quae *de partibus poenitentiae in generali* pertractat *in quatuor articulos divisa.* Integrum vero hocce *Supplementum* ex quarto s. Doctoris in Sententias Commentario decerptum est. Hinc palam fit ex eodem Supplemento ingeri nullam suspicionem posse contra Tertiam Aquinatis partem; imo solidissimum argumentum promi, quo *nonaginta* priores *quaestiones* ab ipso Aquinate scriptas confectasque fuisse mirifice confirmatur.

Mirum est silentium opponi Alberti de Brixia, Nicolai Eymerici, Girandi Renerii, Aegidii Romani! Vita migravit Albertus anno iSiq. Ad annum usque i3gp pervenit Eymericus. Ante annum i3go florebat Renerius. Hanc illustrat Echardus chronographiam, quam Petrus de Alva turbaverat: ac plura castigat et corrigit alia, quae minus perite dixerat ille. Sileant vero laudati scriptores. Quid inde? Disertissime namque eloquuntur synchroni et suppares testes, Ptolomaeus Lucensis, Nicolaus Trivetus, Bernardus Guidonis, Bartholomaeus Logotheta et his omnibus antiquior Reginaldus de Priverno, fidissimus ac individuus Thomae Aquinatis socius. Quid ipsi vero testentur iam recensuimus: confectam a Thoma *Tertiam partem:* quaestiones in ea pertractari *de toto mysterio Incarnationis Filii Dei* et *de Sacramentis Christi et Ecclesiae:* ipsumque denique Thomam, dum *tractatum de poenitentia* scriberet, vita mortali migrasse inter Caelites collocatum. Pudeat Alvam levissimum scriptorum, quos laudat, opposuisse silentium.

At minime silet Albertus de Brixia. Is vel Parisiis vel in Italia auditor fuit s. Thomae. Opus elucubravit, cui titulus: *De officio sacerdotis sive Summa casuum conscientiae.* Manuscriptum servant bibliothecae. Prologum in auctoris elogio profert Echardus, ipsumque ante vulgaverat Alva in Sole veritatis. Ea sunt inter alia animadversione dignissima verba: « Ideo ego frater Albertus de Brixia de » Ordine fratrum Praedicatorum.... hunc librum compilavi » *ex verbis et quaestionibus et tractatibus fratris Thomae* » *de Aquino* de Ordine praedicto fratrum Praedicatorum. » Codicem diligentius expendit Echardus; testaturque in Recensione Supplementi ad III partem, compendio breviore collecta ab Alberto Brixiano fuisse, quae omnia lato calamo disserit in Tertia parte Thomas *de Incarnatione Verbi,* deque *Sacramentis Ecclesiae.* Si verbis ergo Tertiam partem non laudarit Albertus Brixianus: facto certe, quod omnia verba superat, de eadem Tertia parte genuino Thomae foetu testimonium perhibet.

Abiudicandum ab Aegidio de Columna opus, quod Venetiis anno 1516 typis Octaviani Scoti prodiit sub titulo, *Correctorium corruptorii fratris Thomae,* censent viri peritissimi: qua de re in alia Dissertatione. Quid interest vero sive Aegidium sive alium operis illius auctorem *Tertiam* Summae Theologicae *partem* non laudasse? Guillelmum de la Mare insequitur auctor, qui Thomae theses nonnullas veluti damnatas traducebat, scilicet *novem et quadraginta* ex Prima parte desumptas, duodecim *ex Prima Secundae* et *ex Secunda Secundae* sexdecim. Cur ergo aut Tertiam partem laudasset aut tradita theologica dogmata vindicasset, quae intacta relinquit imprudens Lammaraei censura?

Silentium denique Girandi Renerii, qui ante annum i3go florebat et Nicolai Eymerici, qui ad annum 1399 vitam protraxit, quis non videat frustra ac irrito conatu opponi. Diligentius eorum lustrare opera non vacat, ut certiores reddamur, num *Tertiam* aliquando *partem* laudaverint, an eam praeterierint? Nonne satis fuerint anterioris aevi testes luculentissimi, quos allegavimus? Sed accipe sequioris aetatis testimonia, quae postulas. Ioannem Bromiardum profero, qui anno 1390 florebat. In sua *praedicantium Summa* non pauca is decerpit ex *Tertia* s. Thomae *parte:* citatque quaestionem xxvn, quam ab eodem Aquinate scriptam, superis tamen invitis, dubitat Petrus de Alva. Acta etiam profero, quae anno i38y et insequentibus habita fuerunt Parisiis contra Ioannem de Montesono. Prostant ea tomo I *ludiciorum de novis erroribus,* quae collegit Carolus Duplessis d'Argentrè: in quibus frequens *Tertiae Summae partis* et quaestionis xxvn mentio. Vereor ne si plura addiderim et lectorum patientia abutar et tempore.

CAPUT VI.

Supplementi ad Tertiam partem auctor non videtur esse Albertus de Brixia. Neque Petrus de Alvemia. Henrico de Gorcomio probabilius adiudicatur opus ex Commentario in quartum Sententiarum librum confectum.

I. Oatius erit ultra procedere ac investigare quisnam ille O fuerit, qui memoratum *Supplementum Tertiae partis* compilaverit, totum ac integrum ex *Commentario in librum quartum Sententiarum* decerptum? Laudato Alberto de Brixia opus istud a Vincentio Bandello tribui refert Petrus de Alva in Sole veritatis. Tractatum Bandelli, quem citat, *De veritate Conceptionis gloriosae Virginis Mariae,* prae manibus non habeo, ut ipsum diligentius expendam, deque mente auctoris certiora documenta teneam. Aequivocatione fortasse vel Bandellus vel Alva laborat. Quod enim opus *de sacerdotis officio* elucubravit Albertus, *compilatum* fatetur ipse in prologo *ex verbis et quaestionibus et tractatibus fratris Thomae de Aquino.* Compendio scilicet collecta eo in opere prostant, quae *de Incarnatione Verbi* deque *Sacramentis ecclesiasticis* fuse pertractantur in Tertia parte: quaeve caetera desiderantur, ex *quarto in Sententiarum libros Commentario,* pluribus quidem resecatis, totidem tamen omnia verbis, decerpta sunt. Hinc ansa data, ut Alberto quoddam attribueretur *Supplementum Tertiae partis,* quod aliud ab illo est, de quo agimus.

II. Hunc laborem adscribi Petro de Alvernia in quodam ms. codice Lovaniensis s. Martini monasterii prodit laudatus Alva. Codicis inscriptio est. « Incipit complemen- » tum, quod Petrus de Alvernia, Doctoris sancti sequens » vestigia, ex *quarto scripto eiusdem super Sententias* con- » summavit. » Et in calce haec habentur: « Explicit *Tertia* » *pars Summae* s. Thomae de Aquino, quam ipse morte » praeventus incompletam reliquit, Deo aliqua melius de » eo disponente: quam *Petrus de Alvernia,* Doctoris sancti » sequens vestigia, ex *quarto scripto eiusdem super Sen-* » *tentias* consummavit. »

Virum eximium Ordini Praedicatorum frequentius accensent nostrates, ac etiam Casimirus Oudinus ad annum 1280 et Dionysius Sammarthanus tomo II Galliae Christianae in Episcopis Claromontensibus num. 69. Addunt postremi duo .laudati scriptores eiusdem Ecclesiae Claromontensis cathedram ipsum tenuisse: quod ante traditum legimus a Ptolomaco Lucensi in Hist. eccl. libro XXIII, capite xi. Hanc eius dignitatem pro dubia Echardus habet: Dominicanam vero professionem nihil haesitans pernegat: ipsumque collegio Canonicorum Ecclesiae Parisiensis ac Sociis Domus Sorbonicae restituit. Thomae Aquinati eiusque doctrinae addictissimus fuit: eiusdemque Commentarios *Politicorum, De caelo et mundo, Deque generatione,* imperfectos relictos, proprio marte supplevit complevitque. Hac fortasse ratione ductus notarius quispiam Petro de Alvernia adscripserit Supplementum Tertiae partis, minime proprio alicuius marte confectum, sed *ex quarto scripto* Aquinatis *super Sententias,* totidem quaestionibus et articulis et verbis compilatum.

III. Tertius adest Henricus de Gorrichen seu dc Gorcomio, a loco natali in Batavia nuncupatus. Codices duos Petrus de Alva a se visos testatur Coloniae apud regulares Cruciferos, quorum primus hunc praeferebat titulum: *Sequuntur quaestiones ex quarto scripto s. Thomae de Aquino Ord. Praed. S. T. D. eximii, per ven. tnag. Henricum de Gorrichen doctorem theologum, pro completione materiae in Tertia parte supradicti s. Doctoris declarandae, ut in principio patuit, compilatae.* In altero codice

ad calcem sic idem Alva legebat: *Explicit III pars Summae s. Thomae de Aquino Ord. Praed. quam, ut intendebat, non complevit morte praeventus: cuius Suppletionem ex scripto eiusdem Doctoris magister Henricus de Gorrichen bonae memoriae compilavit.* Mirum est haec Alvam in codicibus mss. legisse; proprio rursum addiscere potuisse experimento in prima Supplementi quaestione *de partibus poenitentiae in speciali et primo de contritione* agi; ac nihilominus veluti se ignarum prodere, *ubifuerit illud Complementum* Tertiae partis, *an in principio, fine, medio;* ipsamque *totam Tertiam partem in suspicionem* vocasse! Doctorem theologum Golonicnsem anno 1420 renunciatum, eiusdemque Universitatis Vicecancellarium fuisseGorcomium et Gymnasii Bursaemontis collegam, inquit Alva, annuit Echardus.

Num ergo ipse revera fuerit *Supplementi* compilator? Id iam dixerat ante Alvam in sua Bibliotheca Belgica anno 1643 typis edita Valerius Andreas. Id ab ipso exceptum verisimile est ex *indice codicum mss. in bibliothecis Belgii vicinarumque provinciarum anno* i5oo *adhuc extantium,* quem loannes Bunderius Ordinis Praedicatorum concinnavit. Id antea fortasse tradiderat Guillelmus Cornificis eiusdem Ordinis Praedicatorum anno i525 denatus, qui praedictorum codicum titulos collegit, a Bunderio postea in ordinem redactos. Adde manuscriptos codices nullos, teste Echardo, indicari posse, laudatum *Supplementum* praestantes, qui saeculo xui et xiv exarati fuerint: unde neque Alberto Brixicnsi, neque Petro de Alvernia collectio illa adiudicari posse videtur. Atqui superiores duo codices ac tertius in Parisiens! Navarrea bibliotheca servatus ad insequentem saeculum quintumdccimum spectant, quo etiam florebat Henricus de Gorrichem. Huius ergo auctoris fuerit opus. Quod cum nihil aliud esse constet, quam *Commentarii in quartum Sententiarum librum* partem, totidem transcriptam verbis; ulla certe ratio non erat, ob quam nostrates, veluti Gorcomii gloriae invidentes, opus istud sibi vindicarent. Ita nihilominus (an serio an ioco) suspicabatur Petrus de Alva.

CAPUT VII.

Scriptores nonnulli referuntur, qui Summam Theologiae a Thoma Juniore et Commentarios in Sententias ab eodem Seniore confectos arbitrati sunt. Opposita chronographia vindicatur.

I. ' I ^mpus iam innotescit, quo praestantissimum Opus A elucubravit verus auctor s. Thomas, extremis videlicet vitae eius annis. Certam chronographiam, inepto consilio ducti, nonnulli vexare ausi sunt. Refert eos auctor Elucidarii Deiparae in defensione cantabrica, qui laudatam *Theologiae Summam* opinati sunt a iuniorc Thoma confectam: ab eodemque iam aetate provecto Commentarios in quatuor *Sententiarum* libros elucubratos. Tam absonae adhaesit etiam opinationi Paulus Sherlogus in Anteloquio xi in Canticum Canticorum. Sic ait sect. 11, num. 14. « In nu» pera editione operum Bellovacensis, quae studio theolo» gorum Vedastini collegii Duacensis s. Benedicti prodiit, » itum est in examine elogii Bellarmini in eam senten» tiam, quae a *iuvene* beato Aquinate compositam esse » *Summam* autumat. Cuius opinationis aliquod esse valeat » fulcimentum, quod beatus Doctor, quam in III p., qu. xxvn, » art. it sustinuit cogitationem de laesa Dei Genitrice a » peccato originali, maturiori iudicio *senior* retractavit in » I Sent., dist. xliv, qu. 1, art. ill ad 3: *Et talis,* inquit, » *fuit puritas beatae Virginis, quae peccato originali et* » *actuali immunis fuit.* » Hinc num. 15 demum: *Certius esse Vincentium a beato Thoma mutuatum esse, quando in studiorum exordio Summam confecerit.* Vedastini illi monachi in prologo, quem Duacenae Speculi Vincentiani editioni anno 1624 accuratae praefixerunt, Vincentium Bellovacensem ad annum 1274 pervenire potuisse putant, imo et Aquinati fuisse superstitem: qua posita chronographia, facillime impacti sancto Doctori plagii, de quo in alia mihi agendum Dissertatione, maculam abstergi posse edisserunt. Hanc Vedastinorum monachorum opinionem validissimis argumentis refellit Echardus, qui in eiusdem Bellovacensis elogio tum obitum eius ante annum 1263 non accidisse probat, tum ipsum clarissimum virum insequente anno 1264 vita demum mortali migrasse. At ex anno Vincentii Bellovacensis emortuali, sive quem constituit Echardus sive quem monachi Vedastini definierunt, colligas nunquam Theologiae Summam a iuniore Thoma confectam esse. Commentum istud est, quod auctor Elucidarii ct Paulus Sherlogus excogitarunt.

II. Otiosorum hominum sistema convellunt synchroni scriptores. Ptolomaeus Lucensis rem diligentissime conficit omnem. Haec habet lib. XXII Hist, eccl., capite xxxix: « Hu» ius (Clementis IV Summi Pontificis) tempore (a die 5 » mensis februarii anni 1265, quo ad Summum Sacerdo» tium evectus est) *dictus Doctor* scripsit *'Summam,* quam » *in Tres partes* divisit... Istius ergo *Summae Tres partes* » quasi scripsit tempore istius Pontificis et sequentis vaca» tionis. » Diem clausit extremum Clemens anno 1268 die 29 novembris: vacavitque Romana Sedes ad annum usque 1271 diemque 1 septembris, quo Gregorius X, cum absens foret, electus fuit, anno insequente 1272 die 27 martii diademate sacro redimitus. Hinc septem annos habes: quo temporis spatio *Summae* suae Theologicae *Tres partes quasi scripserit,* ipsius nempe Operis partem maiorem, Thomas Aquinas. Pergit namque Ptolomaeus libro XX1II, capite xi sic adnotare: « Tempore huius Pontificis (Gregorii X) scri» psit *ultimam partem Summae,* quae *Sacramentalis* vo» catur; quia *de Sacramentis* ibidem agitur et *de Incar» natione Verbi,* in qua articuli fidei continentur secundum » ipsius humanitatem: sed non complevit morte praeven» tus » (anno 1274 die 7 martii). Tempus innotescit, scilicet postremum vitae decennium, quo Thomas Theologicae edendae Summae consilium cepit,' ipsumque elucubravit Opus. Dum versaretur in Italia post annum 1265 manum admovit Operi: in illud Parisiis incumbebat, dum iterum anno 1269 regendam suscepit Saniacobaeam scholam: ipsumque ut ad complementum redigeret, in Italiam anno 1271 redux, insudabat: at morte praevento ultimam non licuit manum eidem imponere. Ita vero ad id Opus conficiendum mentem operamque conferebat, ut simul et scholas regeret, ubi diversabatur et ab aliis edendis lucubrationibus non cessaret, quas partim recensuimus ac porro notabimus alias.

Hanc eamdem temporis epocham indicant confirmantque caeteri Operum Thomae vetusti nomenclatores, qui diserte adnotant *Tertiam Summae partem* fuisse incompletam ab eo morte praevento relictam. Trivetus ait: *Morte autem praeventus Tertiam totius* (Operis) *et ultimam* (partem) *non complevit.* Bernardus Guidonis: *In qua* (Tertia parte) *scribendi et vitae suae finem fecit, et morte praeventus incompletam reliquit.* His vetustior Reginaldus de Priverno, intimus Thomae socius, insigne demum testimonium perhibet, a Bartholomaeo de Capua allegatus in Processu canonizationis apud Bollandi Continuatores num 79 testaturque: *Suspendisse* Aquinatem *organa scriptionis in Tertia parte Summae in tractatu de Poenitentia.* A quaestione LXXXIV initium sumit hic *de Poenitentia* tractatus: idemque mancus incompletusquc desinit in nonagesima quaestione. Quae cum certissima et explorata haberi debeant, quis non miretur dici ab auctore Elucidarii potuisse *iuvenem* Thomam elucubrasse *Theologicam Summam;* provectumque et senem Commentarios edidisse *in quatuor Sententiarum libros?* Maxima subit etiam miratio eam Sherlogo insedisse opinationem de nonnullis doctrinae capitibus, quae Thomas tradiderit in *Summa* ac revocavit in *Commentario!* Gerrae sunt ac nugae ct somnia vanissima.

CAPUT VIII.

De graeca versione Summae Theologicae. Quis fuerit auctor inquiritur. Versio armenica aliaeque vulgares.

I. T2)raestantissimi Operis totius versionem graecam prae-L stant codices ms. plures, qui adservantur in bibliothecis. Vaticanos numerat Iacobus Echardus, Regios Pari-

sienses, Coislinianos, Vindobonenses, Anglos, Venetos sancti Marci. Diligentissima eiusdem scriptoris recensio operam nostram praevertit omnem ac inhibet. Unam ille ex Tomasino *Primam Secundae* graece versam inter codices Cardinalis Bessarionis memorat: *Partem* etiam *Primam* recensitam lego in graeca divi Marci bibliotheca codicum ms.,quae anno 1740 typis prodiit Venetiis, hoc modo: « Codex cxlvi » in fol. chartaceus: *S. Thomae Aquinatis Summae Theo-* » *logicae Prima pars graece versa.* Adiicitur nota: Ἐπλη- » ρώθη τη ἑπτακαιδεκάτη του Ἀπριλλίου τη πρώτη ἰνό. » κατά το ἑξακισχιλιοστον οκτακοσιοστὸν εβδομηκοστὸν » πρώτον ἐτο : *completus est die decimaquarta* (decima- » septima) *aprilis ind. prima anno 68qi* (Christi 1363). » Codex cxLvii in fol. chartaceus... *Prima Secundae partis* » *Summae Theologicae.* Codex cxlviii in 4 chartaceus... » *Prima pars Summae Theologicae. Epitome Primae Se-* » *eundae partis Summae Theologicae.* »

Ex Caesareo-Vindobonensi codice cciv chartaceo apud Lambecium libro I refert idem Echardus *Thomae de Aquino quaestiones De divina Incarnatione:* quae sunt, inquit, vel priores quaestiones *Tertiae partis* Summae s. Thomae vel quaestio inter Disputatas *De unione Verbi Incarnati.* Sed apud Nesselium cod. ccxliii, num. 4 et cod. cclvi, num. 4 sic titulus effertur : *Ex sancti Thomae Aquinatis libris quatuor De veritate catholicae fidei contra Gentiles, et ex eiusdem Summa Theologiae, capita miscellanea quadraginta quinque.* Primi capitis initium affert Nesselius, quod sumptum constat ex capite quadragesimo libri quarti contra Gentiles. Vide quae adnotavimus in Dissertatione duodecima.

In codice regio Parisiensi mmcdxxii, qui *Secundam Secundae* continet, haec latine ab Echardo versa legi idem testatur vir doctissimus : *Utinam, o Thoma, non in Occidente, sed in Oriente natus fuisses, ut esses orthodoxus, ac de Spiritus sancti processione sic recte sentires, ut de aliis praeclare disseris.* Itemque : *Sapiens est iste* (Thomas), *excepto quod est latinus et Barlaamita, nisi potius Barlaam Thomista fuerit et latinus: caetera admirandus* (ipse nempe Thomas). Barlaamus monachus calaber graecus, pro versatili ingenio latinis et graecis infensus, anno 1340 florebat. Duas praedictas adnotationes ad ipsum Summae Thomisticae interpretem pertinere verisimillimum putat Echardus : unde colligit graecam *Summae Theologicae* versionem Demetrio Cydonio non adseribendam, qui latinorum dogma dc Spiritus sancti ex Patre Filioque processione constanter tenuit.

II. Maximo Planudi, quem constat dogmatis eiusdem hostem acerrimum fuisse, graecam istam versionem tribuendam censet. Coniecturam confirmat fide codicis ms. versionem praedictam continentis, in quo eadem translatio *Maximo Planudi* tribuitur. Codex est, inquit, *bibliothecae Baroçynianae* (Barocianae), quae olim Venetiis erat, postea in Angliam translata. Indicem codicum reliquit Tomasinus; quos ipse adnotat *Iacobi Barocii Patricii veneti non minori diligentia, quam sumptu conquisitos, et Thomae Comitis Arundeliani aere in Britanniam translatos.* Codicem, quo de agimus, his verbis recenset pag. 81 : *D. Thomae Summa Theologiae in graecum translata a Maximo Planude, in bomb. fol. 4.12.* Planudes florebat anno 1327 et adhuc anno i353 lucis usura fruebatur, Guillelmo Cave, et Io. Alberto Fabricio adnotantibus. Hinc animadverte in augmentum coniecturae, Planudis aetati proximum esse codicem, quem servat Venetas. Marci bibliotheca, *anno i363 completum;* eidemque homini graeco maxime convenire dicterium, quo Thomas *Barlaamita* vocatur.

III. Armenicam integrae *Summae Theologicae* versionem debemus *D. Michitar* Sebasteno, Abbati monachorum e Congregatione s. Antonii. Hanc ipse Michitar, vir catholica fide, moribus antiquis ac litterarum peritia conspicuus, anno 1712 instituit Methone in Peloponneso. In Peloponnesiaca clade a Tureis inlata, Venetias anno 1716 confugerunt monachi: receptique sunt in Aestuariis prope urbem in insula sancti Lazari anno 1717. Congregationem suam ad obitum usque, idest annum 1749, ipse Michitar prudentissime rexit primus Abbas. In laborioso conficiendo opere sibi socium adseivit *loannem* eiusdem Congregationis monachum, qui vitam adhuc agit. Confectae versionis plura, quae vidi, adservantur volumina mss. in 4.

Eamdem *Summam* carminibus armenicis expressit, *sex in partes tributam, D. Cadatur* Arzerumensis, doctor theologus, qui Venetae Armenorum Ecclesiae plures annos praefuit. Primus tomus et secundus primae partis prodierunt Venetiis anno 1729 typis Antonii Bortoli: lucemque vidit tomus primus secundae partis anno 1734. Caeteri desiderantur.

Mutilum laudati monachi s. Antonii servant ms. codicem, qui antiquiorem, ut aiunt, praestat eiusdem *Summae Theologicae* versionem armenicam. An fuerit Bartholomaei, cognomento Parvi, ex Ordine nostro, Armenorum Apostoli ? Viri sanctissimi, ad Armenorum reconciliationem a loanne XXII anno circiter i32o missi, vitaque mortali anno 1333 functi in monasterio *de Charnà,* elogium consule apud Echardum. Armenicam *Summae contra Gentiles* et *Summae Theologicae Tertiae partis* versionem eidem attribuit Ambrosius de Altamura in Bibliothecae Dominicanae Centuria II, ad annum 1333. Haec sibi si constent, novus accedit pro Summa Theologica, genuino Aquinatis foetu, adversus imperitam Launoii censuram fide omni dignissimus testis.

Vulgares etiam apud Europaeos linguae ad idem Opus exprimendum adhibitae fuerunt ab interpretibus Auctori sanctissimo addictis. Manuscriptam hispanam *Primae partis* versionem ex Antonio Augustino et ex Tamaio refert Echardus tomo II Scriptorum Ord. Praed. pag. 33g, inter Anonymos saeculi sextidecimi. Gallicas aliquot sive integras versiones totius Operis sive epitomes, eorumque auctores aut editores recenset Antoninus Touron in Aquinatis Vita libro IV, capite ix. Mirum vero laborem huiusmodi ab Italorum nemine, quem sciam, susceptum fuisse. Translationem sinensem loco citato Touronius memorat , quae confecta a P. Rugio siculo dicitur in *catalogo Patrum Societatis Iesu, qui post obitum s. Francisci Xaverii in Imperio Sinarum fidem propagaverunt,* Parisiis edito 1686 in 8°.

DISSERTATIO XIV.

De Secunda Summae Theologicae parte, quam minime sanctus Thomas ex alio scriptore, sed alter ex Aquinate defloravit: deque Speculi Moralis, nomine Vincentii Bellovacensis insigniti, vero auctore eiusque aetate.

---------- ..-£=E$·----------

— CAPUT I.

Franciscus Garcias primus adseruisse videtur sanctum Thomam suam Summae Theologicae Secundam partem deflorasse ex Speculo Morali. Validissima repugnant generalia argumenta. De emortuali Vincentii Bellovacensis anno. Num eiusdem Bellovacensis dici debeat foetus Speculum Morale dubium ingerunt gravissimi scriptores.

I. wyfgj ummam Theologicam germanum esse foetum sancti Thomae Aquinatis minime- XζN,Γ' 4 'lue ab ali° aut aliquibus consodalibus post sacram eiusdem apothcosim sive p^Post annum aerae vulgaris 1323, collectam confectamque fuisse perspicuis et invictis argumentis contra loannem Launoium confecimus. Invidiosa quaestio sequitur, cuius movendae excitandaeque occasionem praebet *Speculum Morale* sub nomine Vincentii Bellovacensis Ordinis Praedicatorum insignis alumni vulgatum: in quo partes illae duae *Summae Theologicae,* quas *Primam Secundae* et *Secundam Secundae* appellare solemus, fere integrae iisdemque verbis leguntur. Hinc orta controversia, ingentibus moliminibus hactenus agitata, quisnam ab altero acceperit: an ex Vincendo transcripserit Thomas, an ille ex isto?

Franciscus Garcias hispanus, coenobii nostri Valentini in Provincia Aragoniac alumnus, in libello quem *Tarraconae apud Philippum May anno* typis edidit sub titulo *Emendationis erratorum, quae librariorum aut typographorum incuria in Summa Theologica sancti Thomae hactenus admissa reperiebantur,* primus videtur et imprudens in praefatione scripsisse: *Apertissimum esse* ex Speculo Morali Vincentii Bellovacensis *mutuasse s. Thomam ferme omnia, quae in his duobus codicibus* (Prima Secundae et Secunda Secundae) *de virtutibus et vitiis scripta reliquit.* In hanc sententiam pronus ivit Petrus de Alva et Astorga suis in opusculis, *Nodus indissolubilis, Sol veritatis, Iudicium Salomonis:* mentemque suam his ferme verbis frequentius aperit, non aliter *Primam Secundae et Secundam Secundae* esse Doctoris Angelici, quam Commentarii *in Epistolam ad Romanos* Hieronymi sint (verum interpretem Rufinum Aquilciensem nesciebat Alva), qui eos fatetur ex Origene se transcripsisse: nec aliter quam libri in *Hexaemeron* sint sancti Ambrosii, qui integros transtulit ex Basilio: easdemque Duas demum partes Theologicae Summae ex Vincentii Bellovacensis Morali Speculo surreptas esse.

II. Tam apertum plagii crimen, imo vel ipsam suspicionem eius, removere ab Aquinate nisi sunt docti quique prudentesque viri. Militant pro Doctore Angelico tot alia Opera eius, proprio marte confecta: militantque *Summae Theologicae* pars Prima et pars Tertia, selectissima eruditione, solidissimis documentis, methodo perspicua, suboli ratiocinatione refertae, vim maximam ingenii eius praeferentes ad opera parturienda aptissimam. Summam integram expende partesque in dubium vocatas confer cum indubiis. Idem in Opere toto stylus apparet ac individuam partium omnium inter se connexionem nemo non deprehendit: se articuli omnes ac singuli eodem ex fonte scaturiisse palam demonstrant: fulget aeque in hisce partibus, ac in aliis elucubrationibus eminentissima Thomae sapientia: ordo, dictio, nitor, brevitas, soliditas, notaeque caeterae unum ihdicant parentem.

Accedunt validissima argumenta, quae sententiam fere praeiudicatam evincunt contra Vincentium aut alium Speculi Moralis auctorem. Constat quippe, omni semota dubitatione, Thomam allegari aliquibus in locis a Vincentio, eiusque non paucos articulos totidem verbis describi. Nempe in *Speculo Naturali* libro XXVII, cap. lxxiv legimus: *Qualiter Angelus animam doceat, Thomas de Aquino:* quo loco surrepta sunt verba et documenta, quae ipse Aquinas habet in quaestione xi De veritate, articulo nr. Item capite lxxxii haec habentur: *Quid sit Prophetia, Thomas:* ex quo scilicet defloravit Vincentius, quae disserit omnia de eodem prophetiae argumento ad caput usque xcv, eaque licet cuique legere quaestione xn De veritate, articulo i, iv, v, vr, vu, viti, ix, xn, xiii. Denique capite ci: *Qualiter raptzis fit ad id, quod est supra naturam, Thomas de Aquino,* usque ad caput cx prostant quinque quaestionis xiii De veritate articuli, verbotenus descripti. Suas porro *De veritate* quaestiones ab Aquinate habitas Parisiis post annum i2 5y, quo scilicet Vincentius adhuc vitam agebat florebatque, Dissertatione xi iam ostendimus.

Se denique non auctorem Speculi, quod in *Tres* dumtaxat *partes* tributum dicemus infra, sed collectorem et consarcinatorem candide ac vere fatetur Bellovacensis: « Mihi » omnium fratrum minimo *(inquiens in prologi capite* i) ᴅ *plurimorum libros* assidue revolventi ac longo tempore » studiose legenti, visum est tandem, accedente etiam ma- » iorum meorum consilio, *quosdam flores* pro modulo in- » genii mei *electos* ex omnibus fere, quos legere potui, » sive nostrorum idest catholicorum doctorum sive gen- » tilium scilicet philosophorum et poetarum et ex utrisque » historicorum, *in unum corpus voluminis* quodam com- » pendio et ordine summatim redigere ». Iterum capite iv pro sui animi candore sic habet: *Praesertim cum hoc ipsum opus utique meum simpliciter non sit, sed illorum potius ex quorum dictis fere totum illud contexui: nam ex meo pauca vel nulla apposui; ipsorum igitur est auctoritate, nostrum autem sola ordinatione.*

III. Hinc Vincentii ac Thomae consilium cum pateat in libris conscribendis, nemo non videat, si cui plagium, illi potius, quam isti affingendum esse. At gravis illa ac difficilis militat oppositio, quomodo Vincentius, qui antiquior est Aquinate, *Theologicam Summam* extremis vitae istius annis confectam expilare potuerit? Vita migrasse Bellovacensem anno 1240 putabat Franciscus Garcias: ad annum 12 56 obitum eius producit Antonius Senensis, quem plures alii bibliographi exceperunt. Errant omnes: manifestumque errorem evincunt quaestiones *De veritate,* a Tho-

ma post annum 1267 pertractatae, in *Speculo Naturali* insertae.

Iacobi Echardi sententia est non ante annum 1263 ad plures abiisse Vincentium, neque ultra annum 1264 vitam eiusdem prorogari posse: quo nempe tempore *Summam suam Theologicam* non ediderat Aquinas, testimonium ferente Ptolomaeo Lucensi in Histor. eccl. libro XXII, capite xxxix per haec verba: *Huius* (Clementis IV Summi Pontificis) *tempore* (a die 5 mensis februarii anni 1265 quo ad Summum Sacerdotium evectus est) *dictus Doctor scripsit Summam, quam in Tres partes divisit... Istius ergo Summae Tres partes quasi scripsit tempore istius Pontificis et vacationis sequentis* (a die 29 novembris anni 1268 ad annum 1271 diemque 1 septembres, quo Gregorius X cum absens foret, electus fuit; vel ad annum insequentem 1272 diemque 27 martii, quo Thiaram Pontificiam ipse accepit). Qua posita utriusque, Bellovacensis et Aquinatis, chronographia, nodus intricatissimus apparet, quem neque Alexandri gladius secare possit.

Hinc aliam ineunt alii chronographiae rationem, Bellovacensis vitam producentes ad annum 1274 et ultra: quo tempore biennium et amplius elapsum erat post confectam ab Aquinate Summae suae Theologicae Primam *Secundae* et Secundam *Secundae*. Hinc praedicto biennio vel etiam latiore spatio temporis, quo Vincerttius aut synchronus fuit Aquinati adhuc vitam agenti aut illi superstes, potuisse ab illo partem Summae istius transcribi ac inseri Morali Speculo, prima est responsio Vcdastinorum Ordinis s: Benedicti monachorum in Duaccnsi operum Bellovacensis editione anni 1624.

Ab emortuali eiusdem Bellovacensis anno 1264 non recedunt alii plcriquc, accuratiore calculo chronographiae rationes subducentes, Albertus Castellanus, lldephonsus Baptista, Alphonsus de Ribera, loannes a s. Thoma, lo. Paulus Nazarius, Vinccntius Ferre, Seraphinus Piccinardus. Nodum ergo implicatissimum quomodo secent illi? Videre Bellovacensis, inquiunt, ante annum 1264 potuerit vel integram Theologicam Thomae Summam vel Primam *Secundae* et Secundam *Secundae,* in prima contextura delineatas, adhuc informes et imperfectas, nondum manu ultima perpolitas ac publici iuris factas. Quidni enim quaestiones ad partem moralem spectantes longe ante parasset Aquinas, quam Operi suo eximio manum ultimam imponeret? Quidni Bellovacensis quaestiones easdem sibi communicatas defloraverit convaseritque, ut Speculum Morale compingeret?

IV. Coniecturis huiusmodi minime sibi factum satis fatetur Bellarminus de Scriptoribus ecclesiasticis in Elogio s. Thomae observat, ni. Hinc « in his angustiis, *inquit,* nihil » mihi occurrit, nisi *Speculum illud Morale* fortasse non » esse Vincentii Bellovacensis, sed *alicuius auctoris poste*» *rioris,* qui.... *Secundam partem* sancti Thomae (scilicet » Iam IIae et IIam IIae) in compendium redigere voluerit: id » quod videtur posse confirmari ex eo, quod *Speculum* » *Morale* gravius multo esse videtur, quam sint Speculum » *Doctrinale, Naturale et Historiale,* quae tria sine dubio » sunt Vincentii Bellovacensis. » Paullo diversa monachorum Vedastinorum coniectura est: Vincentium Bellovacensem, qui speculum quadruplex pollicitus fuerat, morte praeventum non composuisse partem illam, quae titulo *Speculi Moralis* inscribenda erat: studiosum porro aliquem post obitum eius, ad perfectionem operis, cui *Speculum Morale* deerat, supplementum addidisse ex illis quaestionibus ad mores pertinentibus confectum, quas in Prima *Secundae* et in Secunda *Secundae* tradiderat sanctus Thomas. In hanc fertur etiam coniecturam Natalis Alexander, qui tamen putat *Morale Speculum* compositum fuisse perfectumque a Bellovacensi: verisimile esse, ut nescio quo fato exciderit illud: in eiusque supplementum substituta a iuniore quoppiam, ac supposita fuisse excerpta ex Prima et Secunda *Secundae* sancti Thomae, titulo eisdem tributo *Speculi Moralis.*

CAPUT II.

Genuinum Vincentii Bellovacensis opus vetustissimi optimae notae codices in tria Specula tributum praestant, reiecto Speculo Morali. Idem confirmant synchroni testes probatissimi. Quod etiam evincitur, inita eiusdem Speculi Moralis comparatione cum tribus genuinis, Naturali, Doctrinali, Historiali.

I. Tta coniecturis in obscura controversia indulgebant viri 1 doctissimi, ea permoti existimatione, quam doctrinae sublimitate, ingenii acumine ac proprio quodam operum stylo ac nitore sibi sanctus Thomas comparavit; cui vel levissima plagii suspicio nonnisi per iniuriam affingi queat. Auspicato demum diisque faventibus factum, ut Iacobus Echardus insignis Ordinis Praedicatorum alumnus, improbo' labore codicibus vetustis perquisitis ac lustratis, ipsoque Speculo Morali accuratissima indagine expenso, luce meridiana clarius deprehendit Vincentium Bcllovaccnsem de laudato Speculo Morali edendo numquam cogitasse: opus immane suum in tria dumtaxat Specula, *Naturale, Doctrinale, Historiale* partitum esse; Moralis eiusdem Speculi consarcinatorem longe Bellovacensi et Aquinate recentiorem dici debere. Luculentissimum hocce de argumento vulgavit opusculum Parisinis typis anno 1708" sub titulo: S'. *Thomae Summa suo auctori vindicata, sive de venerabilis fratris Vincentii Bellovacensis scriptis Dissertatio:* quod etiam opus insertum legitur in elogiis ipsius Bellovacensis et s. Thomae tomo I Scriptorum Ordinis Praedicatorum, quos post Iacobum Quetifum ipse Echardus recensuit, complevit vulgavitque Parisiis anno 1716.

Dissertationum nostrarum ratio postulat, ut hanc celebrem relinquere intactam quaestionem non liceat. Nova non proferam ego argumenta, cum omnia praevenerit pertractaveritque doctissimus auctor. Ipsam eius luculentissimam Dissertationem in pauciora capita contraham, ut veritas facti, quae tandem splendidissime illuxit, uno veluti conspectu innotescat.

Aio primum *Speculum Morale* falso hactenus tributum Vincentio Bellovacensi, sive in manuscriptis codicibus sive in editis exemplis. Primum argumentum suppeditat vetustus optimae notae codex *Speculi Doctrinalis,* quem Parisiensis bibliotheca Sorbonae possidet *ex legato magistri Petri de Lemovicis Socii Domus* eiusdem Sorbonae, ut in fine eiusdem codicis adnotatum legitur. Quo vitam duxerit ac floruerit tempore Petrus ille Lemovicensis accuratissime perquirit laudatus Echardus. Temporarias accipe sequentes notas. Exstat in eadem bibliotheca Sorbonica collectio quaedam ms. *Sermonum,* quos theologi Parisienses *a festo ss. Simonis et Iudae anni 1272 ad festum s. Martini anni 12^3* habuerunt. Ad Sermonem 34 haec appicta legitur adnotatio: *Sermo fratris Aegidii de Aurelianis ad Beguinas in Dominica III Adventus et fuit sermo peroptimus, in quo fuit magister Petrus Lemovicensis.* Alius ibidem servatur codex, *Distinctiones bonas* continens *secundum ordinem alphabeti a magistro Petro de Lemovicis:* quae nempe *Distinctiones* nihil aliud sunt, quam varii conceptus ab eodem Petro Lemovicensi ex aliorum condonantium ore excepti et ordine alphabetico dispositi. Verbo, *Ortus,* Christus nasci debuisse dicitur de beata Virgine *anno 1263,* idest ante annos mille ducentos tres et sexaginta. Haec satis cuique sunt, ut lucide certoque tempus innotescat, quo vitam agebat florebatque Petrus de Lemovicis; simulque constet antiquitas ac optima nota codicis Vincentiani Speculi Doctrinalis.

Prologus primo voluminis loco, tum in editis, tum in mss. exemplis, prostat in capita plura tributus: quem in eisdem editis exemplis aliisque pluribùs manuscriptis codicibus interpolatum depravatumque fuisse ubi operis partitio exhibetur, ex laudato vetusto optimae notae codice luculentissime evincitur. Partem hanc prologi a falsario vitiatam sub oculos ponere praestat.

Ex codice Petri de Lemovicis

Caput xvi « De *trifaria* divisione totius operis.

... Quapropter ipsum opus universum, quod Speculum Maius vocabatur, *in tres partes principales,* tamquam *in tria volumina* vel opuscula perfecta et a se invicem separata distinxi.Quorum etiam unumquodque *Speculi* nomine divisim intitulavi. Prima itaque pars continet totam *Historiam naturalem* et haec vocatur *Speculum Creatoris.* Secunda totam seriem *Doctrinalem* et haec vocatur *Speculum Scientiarum.* Tertia vero totam *Historiam temporalem* et haec vocatur *Speculum Historiarum.* Prima siquidem prosequitur naturam et proprietatem omnium rerum : *secunda* materiam et ordinem omnium artium: *tertia* vero seriem omnium temporum. » Alia sequuntur, quae trifariam tantum partitionem illustrant.

Ex aliis vulgatis exemplis

Caput xvi « De *quadrifaria* divisione totius operis.

... Quapropter ipsum opus universum in *quatuor partes principales,* tamquam *in quatuor volumina* perfecta et a se invicem separata distinxi. Quarum una continet totam scilicet *Historiam naturalem:* alia vero totam seriem *Doctrinalem:* tertia vero totam eruditionem *Moralem',* quarta totam *Historiam temporalem.* Prima siquidem prosequitur naturam et proprietatem omnium rerum : *secunda* vero materiam et ordinem omnium artium: *tertia* proprietates et actus omnium virtutum et vitiorum: *quarta* seriem omnium temporum. » Alia sequuntur, quae partitionem quadrifariam magis declarant.

CAPUT XVII.

De materia uniuscuiusque partis.

* Igitur *primae partis* fundamentum est historia sacra, ab ipso principio usque ad eiectionem hominis lapsi dc Paradiso : cui videlicet historiae interseruntur ea, quae pertinent ad naturam caeli ' *et* mundi: et in fine adiiciuntur cuncta quae pertinent ad ruinam vel sequelam peccati. Porro fundamentum *secundae partis* est reparatio lapsi. Fundamentumvero *tertiae partis* est, primo quidem historia hominis usque ad imperium Neronis, inde vero ... usque ad diem istum...

« Igiturprimae *partis* fundamentum est historia sacra, ab ipso principio creationis rerum usque requiem sabbati: cui etiam interseruntur ca, quae pertinent ad naturam caeli et mundi. Fundamentum *secundae partis* est hominis lapsi reparatio quantum ad intellectum. Et fundamentum *tertiae partis* quantum ad affectum est hominis reparatio. *Quartae partis* fundanlentum, primo quidem sacra Scriptura a creatione hominis...

Invectae depravationis partes alias notat Echardus, integri *vulgati* Prologi collatione facta cum *Prologo,* qui prostat in vetusto citato codice· ms. optimae notae. Hinc duo colliguntur: i. Vincentium Bcllovacensem de *Speculo Morali,* quod a tribus aliis *Naturali, Doctrinali, Historiali* distinctum sit, elucubrando edendoque ne quidem cogitasse: 2. *Speculum* idem *Morale* falso hactenus eidem Bellovacensi tributum fuisse.

Codicis huius, qui tam insigne splendidumque suppeditat argumentum, fidem augent et confirmant duo alia *Speculi Doctrinalis* ac *Prologi* praemissi exemplaria manuscripta : in quibus *trifaria* tantum Speculi, quod Bellovacensis concepit confecitque, occurrit partitio. Servatur alterum in ditissima bibliotheca olim Colbertina: alterum videre ac lustrare licet in bibliotheca maioris conventus Parisiensis Eremitarum s. Augustini. Inquies vero longe plures mss. codices reperiri, eisque typis edita exempla consonare omnia, quae vulgatum Prologum cum partitione *quadrifaria* repraesentant. Reponam ego editionum fidem maiorem non esse fide et auctoritate codicum ita se habentium, ex quibus illae prodierunt: codicesque huiusmodi longe nota ac aetate inferiores esse codice laudato Sorbonico, qui manum saeculi tertiidecimi ad finem vergentis praefert, suaeque antiquitatis ac fidei certissimum signum habet in nomine *Petri de Lemovicis,* quem anno 1263 et 1272 florentem, adeoque synchronum Vincentio Bellovacensi vidimus. Codices alios duos, Colbertinum et Augustinianum, quemcumque ad annum referas, pro sententia nostra militare constat: idque saltem palam ex iis fieri nemo non videt *quadripartitam* operis Vincentiani divisionem nondum eo tempore invectam cognitamque, atque nondum *Speculum Morale* in lucem editum, quo librarius eosdem manu exarabat.

II. Codicibus ac *trifariae* laudati Speculi partitioni, fidem maximam addunt synchroni testes. Primus adest, qui codicem Petri de Lemovicis his verbis propria manu scriptis adnotabat : « Iste liber est pauperum Magistrorum de » Sorbona, ex *legato magistri Petri de Lemovicis,* quon» dam socii Domus huius... In hoc volumine continetur » I pars Speculi Maioris, videlicet novem libri primi ipsius. » Quod quidem Speculum habet *tria* nomina secundum » *tres eius partes.* Quarum prima vocatur *Speculum Na*» *turale:* secunda vero *Speculum Doctrinale :* tertia vero » pars eius vocatur *Speculum Historiale.* » Animadverte *tria nomina* Speculi Maioris, quod est integrum Vincentianum opus : itemque *tres eius partes* tresque titulos Speculi *Naturalis, Doctrinalis, Historialis.* Quartum ergo Speculum, quod *Morale* dicitur, non agnoscebat anonymus hic adnotator.

Sequitur Henricus Gandavensis, quem vita Tornaci migrasse anno 1293 refert loannes Molanus in ms. Bibliotheca sacra. Sic habet ille de Scriptoribus eccl. capite xl iii: « Vin» centius eiusdem Ordinis (Praedicatorum) dicitur scripsisse » quoddam opus magni ingenii et laboris : quod praeti» tulavit *triplex* Speculum, *Historiale, Allegoricum et* » *Morale.* » Quo in testimonio digna sunt animadversione quamplura : 1. Ex aliorum relatu *{dicitur scripsisse)* Vincentii nostri'opus recenseri ab Henrico: 2. Famam operis viguisse, quod praetitulatum esset *triplex Speculum,* non quadruplex: 3. Partem *Historialem* optime laudari, non ita reliquas duas: 4. *Allegoricum* quod inscribitur Speculum, idem esse cum *Naturali:* ita dictum ob ea quae ipse Vincentius habet in utroque Prologo genuino et vulgato, capite xviii inquiente : *Hoc est igitur* Speculum, quod licet Naturale sit, *totum tamen per quasdam rerum similitudines et integumenta figurarum ad aedificationem morum referri valeat:* 5. Speculum denique *Morale* ab Gandavensi appellatum non aliud intelligi debere, nisi *Speculum Doctrinale,* proptereaquod scientiae in eodem ab auctore pertractatae ad ethicam *Universalem* pertinent, *Monasticam, Oeconomicam, Politicam;* ad ius utrumque *Civile et Canonicum ;* et ad omnia gencratim, quae hominis totius eiusque *morum* reformationem complectuntur. Haec habe prae oculis, lector : disertissimumque deprehendes Gandavensis testimonium pro *triplici* dumtaxat Speculo Vincentiano, *Naturali, Doctrinali, Historiali.* Qua de re adhuc infra agendum.

Tertius testis accedit loannes Hautfuney, auctor *Tabulae* in Speculum Historiale. In mss. codicibus, quos plures vidit lacobus Echardus, nuncupata legitur ea Tabula S. *tituli sanctae Priscae Presbytero Cardinali:* qui alius non est, quam *Simon de Archiaco gallus* sanctonensis, Archiepiscopus Viennae: *Primus enim ille est* (verbis utor laudati Echardi) *ab obitu Bellovacensis, cuius nomen ab S. inchoetur et tituli sanctae Priscae Cardinalisfuerit, ad purpuram scilicet evectus die 20 decembris anno i320 a loanne XXII teste Bernardo Guidonis praesente et oculato: et revera in codice ms. eiusdem tabulae monasterii nostri Pissiacensis legitur, Simoni.* Tabulae praefigitur prooemium, in quo haec habentur: « Fr. Vincentius de » Belvaco cum collegis suis Ordinis Praedicatorum ---- » *tres Summas* egregias ac perutiles compilarunt. . . *Pri*» *ma* enim dicitur *Speculum Naturale,* in qua appropriate » tractantur speculabilia, per quae exercitatur intellectus » in cognitione veri. *Secunda Speculum Morale,* in qua » tractantur moralia, per quae excitatur affectus in opera-

» tione boni. *Tertia Speculum Historiale,* in qua tractan- » tur gcsta et dicta virorum illustrium, per quae confor- »,tatur memoria etc.» Expende *tres* tantum operis Vincentiani partes. Animadverte rursum operis eiusdem divisionem iuxta numerum trium animae facultatum, *intellectus, voluntatis et memoriae.* Hinc collige Speculum tunc *Morale* appellatum non aliud esse quam *Speculum Doctrinale.*

Codicem ms. optimae notae, in quo eadem loannis Hautfuney tabula continetur, servat bibliotheca Veneta ss. loannis et Pauli, ubi descripta superius verba propriis oculis perlegi.

Quidni vero eo titulo *Speculi Moralis* insigniri potuerit Speculum, quod auctor *Doctrinale* appellavit? Ad morum quippe instructionem plures pertinent libri in eodem contenti. Libros aliquos eorumque titulos accipe: « Liber *quin-* » *tus* incipit agere de practicis sive *Moralibus Scientiis:* » et agit *de monastica,* tamquam quae priorem locum inter » has tenet, eo quia *vitam propriam* unumquemque *θύτη-* *ν ponere* decet: habet autem clxxvii capitula... Liber *sextus* » adhuc agit *de monastica scientia* et est quasi comple- » mentum quinti libri. In illo namque *generaliter* agitur » *de moribus vel habitibus bonis et malis, idest de vir-* » *tutibus et vitiis:* in hoc autem, primo quidem descri- » buntur *particulariter mores* hominum cuiuscumque con- » ditionis ac sexus et aetatis: postmodum autem in univer- » sali *de bona et mala hominum vita...* habet capitula cxxxiv... » Liber *octavus* incipit agere *de politica,* quae pertinet ad » ad regimen civitatum. Agit itaque de civitatibus earum- » que rectoribus: et etiam *de legibus* ac de iure multiplici, » de personis publicis et privatis, *de rebus quoque sacris* » et non sacris: et habet capitula clii... Liber *nonus* agit » *de actionibus,* sive de illa parte iuris quae pertinet ad » actiones. Continet ergo processum causarum ac litium et » ordinem iudiciorum: habet autem liber iste cxxx capi- » tula... Liber *decimus* agit *de criminibus* sive iudiciis » criminum quae *committuntur in Deum,* secundum quod » pertinent ad utrumque forum, seculare videlicet et ec- » clesiasticum: habet autem capitula clx... Liber *undeci-* » *mus* agit simili modo dc criminibus quae committit » homo *in proximum* vel etiam *in seipsum:* habet autem » liber iste cuv capitula. » Viden magnam *Speculi Doctri-* *nalis* partem ad mores hominum ct ad scientiam moralem attinentem, ut mirum non sit Speculum idem appellari potuisse appellatumque esse *Speculum Morale.*

Ill. Tot vero argumenta, quae mores hominum illustrant, cum eodem in *Speculo Doctrinali* versaverit Bellovacensis, de bono scilicet et malo, de virtutibus et vitiis, de criminibus in Deum, proximum ct seipsum, deque rebus sacris et non sacris; notum fit compertumque, consilium auctoris non fuisse ut *Speculum Morale* ab aliis distinctum elucubraret. Hoc primum argumentum esto inter ea, quae *insita* dicuntur, sive quae ex ipso opere in sese spectato comparatoquc cum *Speculo Morali* depromi possunt.

Alia duo subministrant verba utriusque Prologi, quae habentur capite in: « Denique quoniam ut superius dictum » est, *ex diversis auctoribus* hoc opus contextum est, ut » sciatur quid cuiusque sit, *singulorum dictis eorum no-* » *mina* annotavi : ac ne facile transponerentur de locis pro- » priis, *nequaquam in margine...* sed *inter lineas ipsas,* » sicut fecit Gratianus in Compilatione Canonum , ea in- » serui. Interdum etiam ea, quae ipse vel a maioribus meis » scilicet modernis auctoribus didici vel in quorumdam » scriptis notabilia reperi, nomine meo, idest auctoris, in- » titulavi... Ut autem huius operis partes singulae lectori » facilius elucescant, ipsum *opus totum per libros et libros* » *per capitula distinguere volui.* » Haec postrema tene verba. Speculum *Morale* confer cum tribus aliis, *Naturali, Doctrinali et Historiali,* quae germanos Bellovacensis foetus agnoscit natio omnis. Haec tria vero sunt *in libros* divisa et libri tributi *in capita.* Non ita *Speculum Morale,* quod *in libros* dividitur, *in partes* libri distributi sunt et singulae partes *in distinctiones* et istae *in articulos.* Cur ordinem mutavisset Vincentius, nulla mutationis facta alicubi mentione, nec reddita causa?

Priora eiusdem loci verba recole, quae Bellovacensis bonam fidem patefaciunt plenamque sinceritatem. Datam fidem liberat ille in triplici speculo, *Naturali, Doctrinali, Historiali;* nihil quod suum non est sibi arrogans, scriptorumque nomina, a quibus accepit, non *in margine* notans, sed *intra lineas* inserens. V. g. haec et similia passim occurrunt. Libro I Speculi Naturalis capite i: *De diversis mundi acceptionibus, ex libro qui dicitur imago mundi;* capite π: *De duobus mundis existentibus; Hermes qui et Mercurius et Trimegistus ad Asclepium ;* capite m: *Quod mundus archetypus ipse sit Dei Filius; Basilius in Hexaemeron libro primo;* capite iv: *Quid sit Deus; Dionysius in libro De divinis Nominibus* et sic deinceps. Eadem fulget bona fides Bellovacensis in *Speculo Doctrinali.* Quae pauca sequuntur profero exempla: nempe libro, qui secundus in editis numeratur, capite x: *De primis philosophis qui naturam scrutati sunt; Augustinus De civitate Dei libro octavo;* capite xn: De *diversis generibus philosophorum; Isidorus in libris Ethymolog. octavo libro;* capite xm: *De definitionibus philosophiae; Richardus.* Caetera conveniunt omnia. Notandumque diligenter est capita occurrere, quibus auctoris nomen *infra lineas* non praefigitur: eademque intelligi accepta debere ex auctore proxime antea citato. Ab hac non discedit methodo Bellovacensis in *Speculo Historiali,* ubi passim *infra* capitum *lineas* laudantur *Acta Sanctorum* et *Chronica* et scriptores alii sacri et prophani, qui sacram saecularemque historiam scripsere. Integrum modo evolve, lege ac perlege *Speculum Morale.* Varius passim distinctionum et articulorum stylus apparet : quae varietas diversos absque dubio scriptores indicat, quin eorum nomina adnotentur. Superis grates : hi namque scriptores deflorati atque transcripti, sin omnes, innotescunt aliqui, quos infra dabimus. Id iam vero satis est ut *Morale Speculum,* in quo Bellovacensis bona fides desideratur, nihilque ingenii eius agnoscitur, non ab ipso, sed a falsario consarcinatote emissum innotescat.

Atque tria utique specula, *Naturale, Doctrinale, Historiale* cohaerent sibi invicem, sibique mutuo perhibent testimonium. In *Speculo Doctrinali,* quod secundum iuxta mentem consiliumque auctoris locum tenet in opere, epilogus praemittitur *Speculi Naturalis:* siquidem a capite primo ad quintum usque compendio colliguntur, quae latiore calamo *in Speculo Naturali* pertractata sunt *de lapsu hominis ac hominis lapsi miseria :* indeque fit gradus ad reparationem hominis per doctrinam ct studium philosophiae. Idem epilogus tum *Speculi Naturalis,* tum etiam *Doctrinalis* primo loco apparet *in Speculo Historiali.* A primo capite ad xlvii inclusive compendio perstringuntur, quae in *Naturali Speculo* latissime disseruit auctor *de Deo, de Angelis, de homine deque hominis lapsu:* et a capite octavo et quadragesimo usque ad i.v, breviter agitur *de reparatione hominis per poenitentiam et virtutes, deque scientiis quae datae sunt homini lapso in remedium, de practicis et mechanicis artibus, ac demum de sermocinalibus scientiis et artibus magicis:* quae omnia et singula argumenta luculentiore sermone in *Speculo Doctrinali* illustrantur. Atqui compendium id genus desideratur *in Speculo Morali :* quaeve in ipso late pertractantur, compendio nullo perstringuntur in postremo Speculo, quod est *Historiale.* Cum ergo praedicto morali speculo desit nexus ille, quo simul specula sua colligavit Vincentius : cum illud etiam Speculum Morale duorum praecedentium, *Naturalis et Doctrinalis,* mentionem ingerat nullam: ac postremum *Historiale* nullum perhibeat de *Morali* testimonium; evidens compertumque signum est neque de illo edendo cogitasse Bellovacensem.

Animadversione demum digna profero verba Prologi genuini capite xvin: « Hunc autem *libellum nostrum ἀpo-* *ν logeticum* (qui nempe est ipse Prologus), propter prae- » dictas causas a principio operis huc usque protractum, » quia pari ratione respondet *cuilibet parti,* totum in *unius-* » *cuiusque* capite inserendum putavi. » Interpolatis verbis eumdem sensum effert vulgatus Prologus capite xix: « Hunc » autem *Prologum* propter causas praedictas a principio » operis hucusque protractum, quia pari iure correspondct

» *unicuique parti,* totum *in cuiuslibet* capite inserendum » indicavi, ut simul cum totius partis capitulis adiunctis » locum suppleat unius libri. » Ad mentem auctoris tribus genuinis eiusdem Speculis, *Naturali, Doctrinali, Historiali,* praefixus habetur prologus ille seu libellus apologeticus, unus idemque; sed illum non habet ulla *Speculi Moralis* editio, nec ullus codex manuscriptus. Quid ita ? Tanta scilicet falsarii consarcinatoris cautio non fuit, ut suppositum illud Speculum cum praemisso laudato prologo prodire curaret iuxta mentem consiliumque Bellovacensis.

CAPUT III.

Auctores deflorati in Speculo Morali sunt Aquinate et Vincentio Bellovacensi recentiores: ac primo Petrus de Tarantasia, postea Innocentius Papa V. Item Anonymus auctor De consideratione novissimorum. Et Stcphanus de Borbone interpolatus. Denique Richardus de Mediavilla.

I· ❨ juam longe distat ergo *Speculum Morale* ab ingenio X^et bona fide et consilio Vincentii Bellovacensis, quem Speculi triplicis, *Naturalis, Doctrinalis, Historialis* verum parentem nemo nescit ! Penitiori examine ipsius Speculi Moralis viscera scrutanda sunt. Opus est ex aliorum lucubrationibus surreptis convasatisque compaginatum, nominibus eorum, fide non bona, suppressis. Sunt illi vero inter alios, qui adhuc latent, *Petrus de Tarantasia,* postea Innocentius Papa V. *Stephanus de Borbone,* Anonymus auctor *De consideratione novissimorum, Richardus de Mediavilla:* quos tam supina negligentia et oscitantia transcripsit consarcinator, ut notas temporarias aut reliquerit aut invexerit, quae certo demonstrant longe post obitum sancti Thomae consarcinatum illud opus fuisse. Hinc evidens consurgit demonstratio articulos illos quamplurimos, qui in *Speculo Morali* et in *Summa* divi Thomae totidem verbis reperiuntur, non ab Aquinate surreptos ex alio; sed ex Aquinate falsarium quemdam recentiorem transcripsisse.

Age vero : quod aio, invictis argumentis demonstrandum est. Primum depraedatum scriptorem profero Petrum de Tarantasia. Vitam produxit ille ad annum 1276 diemque 22 iunii, postquam sedem Petri tenuit menses quinque diesque duos. Commentarios elucubravit *in quatuor Sententiarum libros,* quos nemo dubitat compendium quoddam esse doctrinae ab Aquinate traditae in suo in eosdem libros Commentario. Sed opus illud non scriptum, editumque a Petro ante annum 1267 evincit diligentissimus Echardus: quo nempe vir clarissimus ad Sententias suis lectionibus explanandas Parisiis pro forma, ut inquiebant, magisterii adsignatus fuit. Atqui vero in *Speculo Morali* plus *viginti articuli ex* eodem Tarantasiensis Commentario surrepti prostant, quos indicat singulos Echardus: unde post annum 1267 consarcinator eiusdem vitam agebat.

II. Tractatum quemdam *De consideratione novissimorum* praestant codices manuscript! ac typis edita exempla. Servant illos frequentius bibliothecae; cditumque prostat exemplum in typographiae incunabulis absque nota loci, anni, typothetae, in 4 sub hoc titulo: *Sermones de quatuor novissimis.* Tres primi sermones verbis totidem sunt tres primae distinctiones libri primi *Speculi Moralis:* tresque priores partes libri secundi eiusdem Speculi, *de morte, de iudicio, de inferno,* compactae confectaeque sunt ex dicti tractatus parte secunda, tertia et quarta: ac demum eiusdem libri secundi pars quarta, vocibus et sententiis, eadem est cum parte quinta laudati tractatus. Plagium iam certo et perspicue innotescit. Superest ut quandonam scripserit tractator iste anonymus retegatur.

Temporis notam felicissime et auspicato detexit Echardus in eiusdem tractatus Sermone II *De iudicio extremo,* ubi haec habentur : « *Nuper* diebus istis etiam christiani » nostri propter eorum peccata nefaria, quae magis tacenda » censui quam pandenda, iusto Dei iudicio per manus in» fidelium nefandorum trucidati, captivati vel in fugam » conversi, *de terra sancta promissionis,* quam Dominus » lesus sua benedicta nativitate, conversatione et morte » sacratissima consecravit, turpissime sunt eiecti, quia fla» gitiosam eorum vitam non poterat amplius sustinere. 5 Animadverte *nuperam* illam eiectionem, quae contigisse dicitur, *de terra sancta promissionis.* Illa nempe est, quando Aconem seu Ptolemaidam civitatem Saraceni obsederunt coeperuntque anno 1291, ut historiae produnt. Tunc enim *Acone deleta,* teste Ptolomaeo Lucensi in Histor. eccles. libro XXIV, capite xxm, *delentur omnes in circuitu regiones et sic de regno Hierosolymitano, nec de terra promissionis* (haec nota verba, quibus utitur et auctor ille Anonymus) *remansit aliquid, quod non sit a Saracenis occupatum.* Christianorum peccata nefaria inter excidii causas numerat laudatus auctor: eademque pariter incusat Sanutus libro III, p. XII, capite xxi, apud Raynaldum num. 8 : *Cum carnalia,* inquiens,' *caeteraque peccata continue augerentur in fractoribus foederis baptismalis, nec de malis vellent converti, nec per poenitentiam ad viam redire iustitiae* etc. Luculentissimus locus hic est, quo evincitur *Speculum Morale* non esse foetum Vincentii Bellovacensis anno 1264 vita functi: eiusdemque operis auctorem post annum 1291 vitam egisse et *Summam Theologicam* 's. Thomae expilasse.

III. Temporariam posteriorem notam exhibent alia verba, quae habentur libro III Speculi Moralis, parte III, distinctione i *De superbia:* « Ad idem etiam facit conside» ratio infirmitatis alienae : sicut de losaphat et Barlaam » dicitur, quod cum losaphat videret secum leprosum et » decrepitum senem et audiens quod humana miseria po» terat ad hoc devenire, ingemuit intra se humiliatus. Item » dicitur quod Odo Episcopus Parisiensis cum comederet, » despicabiliores pauperes faciebat ante se poni, alios hinc » et alios inde. *Hoc idem faciebat beatissimus Ludovicus.* » Ad idem etiam valent exempla. » Siste lector, expende illa verba, *Hoc idem faciebat beatissimus Ludovicus.* Ludovicum IX Francorum Regem intelligebat scriptor, ipsumque sine dubio mortali vita functum Sanctorumque catalogo inscriptum : quod accidit in *idus augusti,* anno Christi 1297 et *Pontificatus* Bonifacii VIII *anno tertio.* Itaque *Speculi Moralis* auctor prodit se anno 1297 posteriorem, longeque iuniorem Vincentio Bellovacensi et Thoma Aquinate.

Integra praedicta distinctio prima *de superbia* aliaeque plures, quae in eodem *Speculi Moralis* libro tertio et secundo ac primo reperiuntur, transcriptae sunt, surreptaeque omnes, eodem aliquando retento, aliquando nonnihil immutato ordine, aut verbotenus aut aliquibus additis subtractisque, ex opere *De septem donis Spiritus sancti,* a Stephano de Borbone Ordinis Praedicatorum confecto. Accuratissimam instituit Echardus collationem; eoque in loco quo de agimus, adnotat, Vincentiastrum solam illam de suo addidisse lineam, *hoc idem faciebat beatissimus Ludovicus,* loco exempli *sancti Martini,* quod in germano Stephani de Borbone opere legitur. Mortem obiit hic auctor in conventu Lugdunensi, teste Bernardo de Guidonis, anno 1262. Non ita scilicet sibi cavit consarcinator, quin falsariorum more notas appingeret chronicas, scriptorum aetati, quos depraedabatur, repugnantes.

IV. Postremum denique argumentum, quo *Speculum Morale* evincitur confectum ab consarcinatote sequioris aetatis, promitur ex libri III parte decima, distinctionis decimae articulo in. Insignis locus est, ubi quaeritur: *Utrum illi, qui confessi sunt alicui potestatem superioris habenti, teneantur eodem anno confiteri suo Parochiali sacerdoti?* Inter alia, quae sequuntur accipe verba : « Praeterea Papa » *in privilegio concesso Minoribus et Praedicatoribus,* su» per confessionibus audiendis, declarando videtur dicere; » quod in illo Statuto, *Omnis utriusque sexus,* intelligitur » presbyter Parochialis ille, qui in communi usu sic voca» tur, in hoc quod dicit: *Quod confessi Fratribus teneantur semel in anno suis presbyteris Parochialibus confi» teri, prout statuit Concilium generale.* Cum enim di» cendo, *presbyteris,* excludat non presbyteros et per hoc » quod dicit, *suis,* excludat non habentes iurisdictionem » super eos: videtur quod per hoc quod dicit, *Parochia*f *libus,* excludit Episcopos; alias illud verbum, *Parochia*b *libus,* ibi poneretur pro nihilo. Ubicumque autem Papa

» aliquid dicit per modum declarationis iuris, si bullatum » est, ad omnes se extendit, etiamsi non sit insertum in- » ter alias Decretales: ergo cum Episcopus non sit super » Statutum, confessi sibi vel alicui auctoritate eius tenen- » tur eodem anno suo Curato inferiori semel confiteri. Non » sic autem dicendum est de confitentibus Papae vel ha- » bentibus eius auctoritatem absolute, quia Papa est super » Concilium generale. »

Nihil haesitans memoratum *Papam* intcllige *Martinum II,* dictum IV. Datum ab illo, quod dicitur privilegium *fratribus Minoribus et Praedicatoribus,* non aliud est quam Bulla eius, quae incipit, *Ad fructus uberes.* Integram referunt Martene et Durand ascetae Congregationis s. Mauri tomo I Thesauri anecdotorum, coi. 1172 et Ioannes Launoius in opusculo, cui titulus *Explicata Ecclesiae traditio circa canonem, Omnis utriusque sexus,* capite tertio. Quae *Papae* et *Privilegii* verba citato loco referuntur, ipsissima sunt in Bulla: *Volumus autem, quod hi qui Fratribus confitebuntur eisdem, suis Parochialibus presbyteris confiteri saltem semel in anno, prout generale Concilium statuit, nihilominus teneantur:* quae apud antiquiores Pontifices frustra quaeras. Data Bulla legitur *apud Urbemveterem* iv *idus ianuarii, Pontificatus nostri anno primo.* Launoius adnotat: *Hic annus Martini primus incidit in annum Christi 1281,* stylo scilicet veteri ut exponit Echardus: in cursu erat quippe annus 1282 stylo novo. In Cathedram Petri conscendit Martinus anno 1281, die 28 februarii; unde iv *idus ianuarii* seu die 10 eiusdem mensis anno 1282 adhuc *primus* annus *Pontificatus* habebatur. Iam ergo chronica nota fulget, quae luce meridiana clarius patefacit *Speculum Morale* foetum esse aetate longe posteriorem tum Vincentio Bellovacensi, tum Thoma Aquinate; eamque controversiam in auras abire, quae vocat in quaestionem, num ex Bellovacensi Thomas an ille transcripserit ex isto: sed plagium denique certo innotescere, quo *Summam Theologicam* Aquinatis recentior quispiam expilaverit.

Vis augetur argumenti mirum in modum; propterea- quod laudatae *Distinctionis* decimae primus articulus ac tertius citatus et quintus totidem verbis prostant apud Ricardum de Mediavilla Ordinis Minorum in libri IV Sententiarum, distinctione xvn, articulo 111, quaestione 1,11 et nt. Nempe articulo 1 citato quaeritur in Speculo Morali: *Utrum necesse sit cuilibet confiteri proprio sacerdoti,* et responsio est: *Quod proprius sacerdos quadrupliciter potest accipi etc.* Articulo 111: *Utrum illi, qui confessi sunt alicui potestatem superioris habenti, teneantur eodem anno confiteri suo Parochiali sacerdoti: Dicendum, quod Episcopus habet ordinariam iurisdictionem* etc. Articulo v: *Utrum confessi confessori non sacerdoti, quem Parochialis sacerdos posuit loco sui etc. Dicendum, quod tales tenentur illa eadem peccata, si illorum sunt memores, iterum confiteri sacerdoti etc.* Quae omnia sunt integrae partes illae, quae articuli vel quaestionis *corpora* dici consueverunt, apud Mediavillam exstantes quaestione 1, 11 et nt. Insignis ille Ordinis Minorum scriptor *circa annum i3oo obiisse* dicitur a Pitsaeo: *hoc vero tempore superstes* iudicatur a Wadingo, anno scilicet i3o2, ubi num. 10 de viro clarissimo mentionem ingerit. Neque praedictas tantum quaestiones Mediavillae surripuit consarcinator Speculi Moralis: quamplures etiam alias depraedatas indicat omnes doctissimus diligentissimusque Echardus. Finem liti impositum nemo iam non videt.

CAPUT IV.

Alia quaedam indicia et argumenta, quae plagiarium exhibent genuinum s. Thomae Opus expilantem. Quo vitam tempore egerit ille, cuiusve fuerit professionis? Quo sensu plagiarius dici debeat?

I. TNubium iam omne eliminatum est, certoque con- JL/stat auctorem Speculi Moralis, cum Aquinate longe recentior sit, *Summam* eius *Theologicam* in iis expilasse locis, ubi ipsissimis concepti scriptique verbis occurrunt articuli opere in utroque. Pars ista farraginis, quo diligentius accuratiusque expenditur, eo plura ob oculos ponit evidentissima plagii signa. Hoc argumenti genus diligentissimo criterio versat Iacobus Echardus, illudquc antea proposuerat ac illustraverat Vincentius Ferre tomo I *De virtutibus theologicis et vitiis oppositis,* in quaestione prolegomena de vero auctore Secundae partis Summae Theologicae. Selectiora, quae habent illi, profero.

Animadverte ex quaestionibus cxiv, quibus *Prima Secundae* constat, septem supra septuaginta reperiri in *Speculo Morali,* deesse triginta septem: pariterque cx quaestionibus clxxxix quas complectitur *Secunda Secundae,* centum legi et quadraginta quinque in eodem *Morali Speculo,* et abesse quatuor et triginta: earumque quaestionum articulos plusquam quadraginta integros omitti. Ita vero inserti articuli sunt, qui insunt, ut pars illa, quae *Corpus* dicitur, frequentius transcribatur, adiiciatur aliquando argumentum prolusorium *Sed contra;* modo etiam responsio *ad primum* occurrat, modo *ad secundum,* modo *ad tertium,* modo etiam *ad duo,* modo denique *ad omnia;* sed et ipsa intersecantur aliquando opposita argumenta cum responsionibus. Haec signa sunt plagiarii cuiusdam, qui Thomae articulos aut integros aut ex parte, prout eius postulabat consilium, surripiebat.

In ea, quam innuimus, articulorum multitudine, sex dumtaxat exceptis, mutili sunt omnes. Corpus articuli transcribitur, caeteris partibus aut omnino praetermissis aut earum aliquibus tantum appositis. Ita vero apponuntur v. g. responsiones argumentorum, ut argumenta nulla appareant; et ipsa quae in responsionibus doctrina traditur, speciem nullam solutionis ad argumenta praebeat; insulseque coniuncta sit corpori articuli per voces illas *nota, item, sciendum autem* similesque. Fac vero ipsa reddi argumenta, quae supressa fuerunt, habenturque in Summa Theologica; his etiam addi argumentum prolusorium *Sed contra;* tum coniungi doctrinam, quae in Speculo Morali legitur, eamque poni loco corporis articuli. Quid inde? Quae nempe in eodem Speculo additamenta leguntur, vocibus illis *item, nota, sciendum* exclusis, totidem apparent responsiones ad superiora argumenta. An evidentius haberi signum potest integros quosdam articulos exstasse, qui detruncati fuerint? Illos nempe, quos proprio marte scripsit Aquinas, mutilavit postea plagiarius consarcinator.

Festivum lepidumque quidpiam non praetereo, quod accidit in tertio articulo quaestionis sexagesimae primae ex Prima Secundae. Quaerit Doctor Angelicus: *Utrum aliae virtutes magis debeant dici principales, quam istae* (quatuor cardinales)? Tria opponit argumenta: sequitur argumentum *Sed contra:* corpus (ut vocant) articuli succedit, quod his verbis clausum legitur in eadem Summa Theologica: *Et sic etiam cessant obiectiones, quia aliae virtutes possunt habere aliquas alias principalitates: sed istae dicuntur principales ratione materiae, ut supra* (in ipso corpore) *dictum est.* Idem occurrit articulus in Speculo Morali libro I, parte 111, distinctione vi. Hoc est, argumentis praetermissis, corpus integrum legitur ac insuper totitidem verbis clausula superior. At nullae cum obiectiones appareant, cur admonetur lector *cessare obiectiones?* Nimirum plagiarius plagii sui signa reliquit. Animadverte apud Thomam legi: *Et sic etiam cessant obiectiones,* quae nempe in prima parte articuli positae sunt. Vocem unam addit plagiarius, *et sic etiam* (inquiens) *cessant aliae obiectiones:* quae scilicet venire in mentem possunt.

Sex illos articulos, quos integros adnotavimus prostare in Speculo Morali, recensere praestat ex *Secunda Secundae* depromptos: *Primus* est ex quaestione lxxx *De iustitiae annexis virtutibus;* qui habetur in Speculo libro I, parte III, dist. lx. Item ex quaest. cxxxviu, *De mollitie* articulus primus; quem Speculum praestat eodem in libro, eademque parte, dist. ix, art. 1. Tum etiam ex qu. xcv articulus vin, *De divinatione quae fit per sortes,* in Speculo prostat libro 111, parte 111, dist. xxvn, art. vu. Denique ex qu. xevi articulus 1, ni et iv, *De superstitionibus observantiarum;* qui referuntur in Speculo in eodem libro 111, et parte III, dist. xvm, art. 11, ni, iv. Plagii signum praeferunt sex isti articuli, qui solidi et integri inter plusquam mille

alios truncatos mutilosque relicti sunt. Apertissime namque loquuntur et alios omnes integros exstitisse, eosdemque mutilos factos pro instituto consarcinatoris: adeoque ex Summa d. Thomae, ubi habentur integri, absque dubio surreptos.

In hisce articulis detruncatis, qui Speculo Morali insunt, frequentius occurrunt superioris alicuius loci indices, *ut supra dictum est, ut supra habitum est, ut ex supradictis apparet, ut ex praedictis patet.* Similes indices passim in eisdem habentur articulis, quos *Theologica Summa* complectitur, loca denotantes vel in superioribus *Secundae Secundae* quaestionibus, vel in *Prima Secundae,* vel *in Prima parte,* ubi de argumento, quod indicatur, data disseritur opera. Non ita in Speculo, in quo articuli, ad quos lectorem remittunt indices illi, non *supra,* sed postea vel etiam nullibi reperiuntur. An ita sibi solet illudere verus auctor, tamque frequenter sui immemor esse? Se prodit ipsum plagiarius, qui *Theologicam Summam* in Speculo praeceps transcribebat.

Dignissima denique Iacobi Echardi animadversio est: tot s. Thomae quaestiones, quae prostant in Morali Speculo, non esse puras, sed quamplurimis alienis admixtas: sunt enim primo quaestiones alternatim aliquando positae: hoc est ex Aquinate una, altera ex alio: vel ex uno plures pluresque ex altero: praeitque in aliquibus Thomas, subsequitur in aliis. In ipsis articulis eadem conspicitur alienorum commixtio: cum ita variegati compareant nonnulli, ut sex lineae sint unius, sex lineae pluresque sint alterius. *Hoc solum videas* (inquit Echardus), *permitto postea indicium, quem plagiarium existimes. An ita censeas Thomam aurum suum hac et illae sparsum minutatim intra hos arenae cumulos collegisse, quaeque deerant solum supplevisse? Haec duo plane sunt certissima: hinc eum, quisquis ille sit, qui articulos Summae et Speculo communes excogitavit primus, et scripto commendavit, hominem fuisse ingenii excelsioris et indicii acerrimi: contra, qui articulos illos tam sapienter excogitatos alienis tot ac tantis commiscuit, revera nihili censendum.* Illum quis omni summota haesitatione non dixerit continuo s. Thomam? Ac istum *Speculi Moralis,* quisquis ille fuerit, non dixerit auctorem? Illumque verum quaestionum illarum eorumque articulorum parentem, ac istum plagiarium et alieni foetus depraedatorem?

II. Quaestiunculae supersunt, quae paucis dirimantur, ut colophon demum opusculo nostro imponatur. Inquiritur primo, quo verisimilius tempore floruerit consarcinator Speculi Moralis, illudque publici iuris fecerit? Iam egimus capite n, num. 2 de quadam *in Speculum Historiale* tabella, quam post annum 1320 confecit Ioannes Hautfuney. Memorantur in ea *tres* dumtaxat Vincendi Bellovacensis *Summae:* quae item recensetur sub titulo *triplicis* Speculi, *Naturalis,* et *Moralis* seu Doctrinalis, et *Historialis.* Ergo iam constat aetate illa ignotam fuisse *quadrifariam* operis Vincentiani partitionem: ignotum etiam *Speculi Moralis* a Doctrinali discrimen, atque nondum interpolatum depravatumque auctoris prologum. Antiquior adduci scriptor nullus potest, qui partitionis *quadripartitae* meminerit: neque codices mss. *Speculi Moralis* comparuere, qui ante illum annum exarati fuerint. Unus allegari Stephanus de Salanhaco potest, in cuius tractatu *De quatuor, in quibus Deus Praedicatorum Ordinem insignivit,* Vincendi opus memoratur, *quatuor Speculis distinctum.* Mortem obiit vir illustris anno 1290. At negotium inde facessat nullum, cum praedictus tractatus modo purus non exstet, qualem Salanhacus elucubravit. Additamentis ubique insertis adiectisque capitibus integris et longioribus interpolatum fuisse a Bernardo de Guidonis, qui vita mortali migravit anno 133x evincit Echardus.

Conditionem professionemque plagiarii, quem Thoma et Bellovacensi recentiorem vidimus, altera perquirit quaestio. Laudato Echardo duo sunt hac in re pene certissima: 1. Hominem fuisse votis religiosis adstrictum: 2. Ad Ordinem Praedicatorum non pertinere. Peculiarem Ordinem definire non audet: tot vero conjecturas accumulat, quas Petro de Alva animadvertere si licuisset, nihil haesitans *Morale Speculum* sui Ordinis alumno vindicasset.

111. Notari ergo ne *plagiarii* nomine iure queat; quisquis ille fuerit? Nomen nos frequentius adhibuimus: quo vero sensu et intellectu declarandum. Quaestiunculam movit Theophilus Raynaudus Erotemate x De malis ac bonis libris, partitione 1, §. 6, eamque scite ac prudentissime dirimit Echardus. *Plagii* crimen admittebant olim, qui civem romanum ingenuum, libertinum servumque alienum celabant, vendiderant, vinxerant, comparaverant: contra quos lex Fabia rogata est. Ad librorum furtum alienique operis acceptionem vox ea extenditur. Surreptas quaestiones Thomae surreptosque articulos eius, et haec omnia celata sub nomine Vincentii Bellovavcnsis, res est apertissima. Doloso et invido id factum consilio sibi nemo iudicium arroget: ut scilicet Aquinas gloria sibi debita fraudaretur vel etiam ipse traduceretur tamquam plagiarius, qui suos fecerit scriptoris antiquioris labores.

Non longe fortasse a vero abeat ille, qui existimet ea mente farraginem illam *Speculi Moralis* aliorum tractatibus, quaestionibus, articulis compactam fuisse, ut in librorum penuria subsidium praesto foret concionatoribus praesertim, ac iis qui proximorum confessionibus excipiendis addicti sunt. An vero absolvi omni plagio debeat farraginis consarcinator? Pro crimine amoliendo ea verba faciunt, quae in Prologo interpolato vulgatoque habentur capite xix: *In tertia vero* (parte seu Speculo Morali) *virtutes ac vitia describendo, non potui, ut supra dixi, omnium librorum moralium, etiam quos in promptu habebam, omnes flores in unum colligere; sed de multis pauca pro modulo meo eligere.* Candor animi videtur illucescere, quo fatetur consarcinator *aliorum flores* in eodem Morali Speculo *collectos in unum* proponi. Minui notam plagii constat. Verum adhuc vituperatione dignum est: tum depraedatos scriptores, proprio appellatos nomine, non legi: tum suppositum opus Vincentio Bellovacensi fuisse, qui Thoma Aquinate aliquot annos antiquior est. Hinc enim debita gloria illi frustrantur auctores, qui nondum innotescunt, transcriptique sunt in Speculo: ac ansa praeterea data ut in dubium vocaretur, num s. Thomas proprio marte *Primam Secundae* et *Secundam Secundae* elucubraverit; an potius utramque expilaverit, maiorem partem, ex Bellovacensi?

At ipsum denique plagium, imminutum etiam purgatumque quodammodo, longe absit ab Aquinate: quod imo eo magis grave in ipso appareret, si quaestiones articulosque ex Vincentio Bellovacensi deflorasset, quem neque proprio unquam nomine appellavit, neque ulla indicavit generali nota: quod a consarcinatote factum adnotavimus. Facinus istud admitti qua ratione ab Aquinate potuerit, qui cum acerrimo praeditus esset ingenio ad opera proprio marte cudenda aptissimo, et sanctitatis eximiae praerogativa excelleret, ab alienis foetibus ullo sibi modo vindicandis alienissimus esse debuit?

DISSERTATIO XV.

De integra sancti Thomae immunitate a plagio, quo Theologica quadripartita Summa, ac Summa quaedam virtutum Alexandri Halensis, nimia confidentia ab eodem Aquinate surreptae dicuntur expilataeque, adversus Lucam Wadingum et loannem de la Haye.

CAPUT I.

Alexandrum Halensem a s. Thoma Aquinate expilatum excogitarunt Lucas Wadingus et loannes de la Haye. Nihil de Summa Halensis quadripartita adduci potest, quod ab Aquinate surreptum fuerit, loannis Gersonii locus castigatus et expositus.

I. plagii notam, qua s. Thomam Aquinatem superiore in Dissertatione imtnunem pronunciavimus, integre detersam penitusque detritam inquiunt. Convulsa fuerit difficultas, quae *Theologicam Summam* Aquinatis ex *Morali Speculo* Vincentii Bellovaccnsis decerptam opponebat: adhuc fontes alios indicant Lucas Wadingus et loannes de la Haye, ex quibus integras quaestiones plurimosque articulos in suam Thomas derivaverit Summam Theologicam.

Wadingus profert *Summam virtutum,* nescio quam ab Alexandro Halensi elucubratam, veluti *Summae* seu *Theologicae, in quatuor partes distributae, supplementum:* quam noster Aquinas, dum simili operi concinnando operam daret, adhibuerit, defloraverit, expilarit. Ad annum 1245 num. 27 edit. Rom. 1732 fol. sic habet ille: « Quod si » quis opinionem praeferre vellet rationi (et) dicat, *Speculum Morale* alicuius esse posterioris et Vinccntio ct » Thoma auctoribus: nihil salvat, nec huic accrescit quod » alteri surripitur: quia *Summam virtutum* esse constat » Alcnsis utroque antiquioris, cstque ipsius auctoris fide » *Supplementum* III par., iuxta ea quae promisit *De virtutibus* III p., q. xxvt, q. lxi et lxviii ct nullibi nisi in *Summa* » *virtutum* exhibentur, cuius auctor continuationem et » ordinem cius ad tertiam partem primis verbis sic exprimit: » *Habito ergo,* inquit, *de gratia gratum faciente et gratis* » *data sermone, consequenter dicendum est de virtute.* » Quo loco: 1. Permittit Wadingus ut *opinio* illa praeferatur, quae *Speculum Morale* foetum existimat auctoris et Vinccntio Bcllovaccnsi et Thoma Aquinate posterioris: quamquam *non opinio,* animadvertente Echardo, *praelata rationi* dici debet, verum *depulsis tenebris manifesta veritas, quae rationis est regula.* Superiorem Dissertationem nostram Consule: 2. *Summam virtutum* obtrudit, quam instar *Supplementi tertiae partis* Summae Theologicae composuerit Alexander de Hales, utroque, Bcllovaccnsi et Aquinate, *antiquior:* vita quippe mortali anno 1274 migravit sanctus Thomas, non ante annum 1263 obiit Vincentius Bcllovaccnsis et anno 1245 iam ad plures abierat Alexander de Hales: 3. Hanc ergo *Summam virtutum,* tot ante Aquinatis obitum annos ab Halensi scriptam, *verbotenus plene Secundae Secundae* ipsius Aquinatis *insertam,* Wadingi sententia est, quam eodem loco numero superiore 26 confidentissime pronunciat.

Symbolam suam affert loannes de la Haye in vita Alexandri Halensis, quam praefixam eiusdem Alexandri Commentario *in Apocalypsim* Parisini typi praestant anno 1647. Nihil haesitans adseverat ille in *Theologica* sancti Thomae *Summa* frequentius occurrere Scripturae sententias, Augustini aliorumque Doctorum Ecclesiae testimonia, rationes etiam ac doctrinae fundamenta ct responsa, quae pariter in Theologica Summa Halensis reperiuntur, *aut eadem aut quasi eadem, quoad sensum, quoad substantiam, et aliqualiter quoad verba' aut non valde dissimilia.* Hanc Alexandri Halensis vitam videre et expendere mihi non licuit: quae vero ex ipsa decerpta sunt, profert Natalis Alexander in opusculo De titulo praeceptoris s. Thomae, profert etiam lacobus Echardus. Mens ergo loannis de la Haye perspicue patet, non solum *Summam virtutum,* quae Alexandro Halensi tribuitur, verum *Theologicam* etiam eiusdem *Summam* ab s. Thoma Aquinate expilatam fuisse, ut suam ipse Theologiae Summam concinnaret.

II. Hanc primo loco subiicio examini partem controversiae, quam videtur loannes de la Haye induxisse. Plurima Thomam mutuatum esse ex ipsius Halensis *Theologica Summa* contendis? Id vero quomodo probas? Quia eadem, inquis, Scripturae loca, eadem testimonia Patrum eademque doctrinae fundamenta in utriusque, Halensis antiquioris ct iunioris Aquinatis, reperiuntur Summa. Appositissimum est Natalis Alexandri responsum loco superius citato: « Scilicet Scripturam sacram ac Patres Doctor An» gelicus aeque non pervolverat ac Halensis? Aeque ad» miranda vi ingenii obiectioncs non praevidebat? Numquid » optima ratio communis res non est? Si quid ponderis » est in his patris de la Haye ratiunculis, nullus erit theo» logus, qui ab altero non sit dicendus accepisse: cum » nemo sit, qui aliquibus Scripturae sacrae et Patrum te» stimoniis non utatur, quibus in iisdem controversiis usus » est alter. Nemo, qui momenta graviora ab haereticis » obicctari solita vel trita in scholis argumenta non diluat; » propria quisque eruditione ac methodo eadem tractans, » discutions ac edisserens. »

Vagum istum argumentandi modum elumbem dicas et nugacissimum. Vaga utique, quae proferri solent responsa, non ea vi et efficacia praedita fateor, quae positam difficultatem elidant. Seligat Lahaius articulum quempiam ex Theologica Summa Halensis, qui cum pari Summae divi Thomae articulo collatus, idem appareat *quoad sensum, quoad substantiam et aliqualiter quoad verba aut non valde dissimilia.* Quod optamus, factum iam ab adversario. *Articulum secundum* quaestionis c *partis Primae* s. Thomae conferendum proponit cum *articulo tertio* membri primi, quaestionis i.xxxxv, *partis Secundae* Theologicae Summae ipsius Halensis: quos adeo verbis ac sententiis putat similes, ut alter ex altero decerptus fuerit; iunioris nempe Thomae articulus ex articulo senioris Alexandri.

Propositam utriusque loci collationem recusare non licet. Utor ego Romana Operum s. Thomae editione anno 1570 confecta fol. Utor etiam quadripartitae Alexandri de Hales Theologicae Summae editionibus, Norimbcrgensi 1481 et 1482 f. et Veneta 1575 et 1576 apud Franciscum

Franciscium f. Apprime conveniunt ambae, solo quaestionum numero excepto, qui in editione Norimbergcnsi maior est, minor in Veneta, prelo ut puto errante.

Apud s. Thomam.

Utrum pueri in statu innocentiae nati fuissent in iustitia confirmati.

Apud Halensem.

Sequitur inquirere, utrum (liberi) *essent heredes paternae iustitiae, quantum ad iustitiam confirmatam.*

Quam dilucide concinnisque verbis propositus ab Aquinate status quaestionis! Obscurum et implexum quis inficiabitur positum ab Halensi titulum? Quatuor opponit argumenta s. Thomas: quatuor etiàm leguntur in Halensi, quae facile resolvi in sex possunt. Argumentum primum, quod ex auctoritate Gregorii Magni trahit Aquinas, in Alexandro desideratur: quae sequuntur, longe differunt stylo, verbis, argumentationis modo.

1. « Videtur, quod pueri in statu innocentiae nati fuissent in iustitia confirmati. Dicit enim Gregorius IV Moral, (c. xxxvi alias xxxi) super illud lob: *Sommo meo requiescerem : Si parentem primum nulla putredopeccati corrumperet, nequaquam ex sefilios gehennae generaret: sed hi, qui nunc per Redemptorem salvandi sunt, soli ab illo electi nascerentur.* Ergo nascerentur omnes in iustitia confirmati. »

2. « Praeterea Anselmus dicit in libro I *Cur Deus homo* (c. xvni),quod *siprimiparentes sic vixissent, ut tentati non peccassent, ita confirmarentur cum omni propagine sua, ut ultra peccare non possent.* Ergo pueri nascerentur in iustitia confirmati. »

Apud Halensem post quatuor vel sex memoratas obiectiones, responsio sequitur, quae argumento 2 a Thoma posito consona est. « Ad hoc dicendum, secundum Anselmum, quod si stetissent primi parentes, genuissent filios heredes paternae iustitiae, quantum ad iustitiam confirmatam: sed haec confirmatio esset quantum ad iustitiam. originalem. Unde Anselmus lib. I *Cur Deus homo* (c. xvm), *quamvis nondum proveherentur ad illam aequalitatem Angelorum, ad quam perventuri erant homines, cum perfectus erat numerus de illis assumendus: in illa tamen iustitia, in qua erant, videtur quod si vixissent, ut tentati non peccassent, ita confirmarentur cum omni propagine sua, ut ultra peccare non possent etc.* »

3. « Praeterea bonum est potentius, quam malum. Sed propter peccatum primi hominis consecuta est necessitas peccandi in his qui nascuntur ex eo: ergo si primus homo in iustitia perstitisset, derivaretur ad posteros necessitas observandi iustitiam. d

Apud Halensem obiectio, quae primo loco posita est, ita procedit: « Quia malum non est potentius in malum, quam bonum in bonum. Sed Adam peccando transmisit posteris necessitatem peccandi, saltem venialiter: ergo videtur, quod stans sive proficiens .... transmisisset illis iustitiam confirmatam. »

4. « Praeterea Angelus adhaerens Deo, aliis peccantibus, statim est in iustitia confirmatus, ut ulterius peccare non posset: ergo similiter et homo, si tentationi restitisset, confirmatus fuisset. Sed qualis ipse fuit tales alios generasset.· ergo et filii confirmati in iustitia nascerentur. »

Ob. 2. « Item Angeli stantes, statim confirmati sunt. Si ergo meritum Adae non fuisset minus, quam meritum Angeli (quod patet per hoc quod non erat tantae fortitudinis) videtur, quod ipse si stetisset, statim esset confirmatus. Sed tales filios generasset, qualis statim fuisset: ergo etc. »

Verba, stylus ac sententiae nitor longe differunt: ipsumque, quod est obiectionis momentum, non idem apud utrumque. Pro hac quaestionis parte, quae *iustitiam confirmatam* filiorum spectat, pergit Halensis depromere argu7 menta ex aliis Anselmi verbis et ex Philosophi auctoritate ac rationum fundamentis: quae non habet Aquinas. Affert hic vero in argumento prolusorio, vulgo *Sed contra,* Augustini sententiam, qua sibi viam paret ad quaestionem dirimendam: eodemque utitur testimonio Halensis, quod ipse demum deserit.

« Sed contra: quod Augustinus dicit XIV De civitate Dei (c. x): *Tunc felix universa esset humana societas,* (sensum habes non litteram) *si nec illi, scilicet primi parentes, malum in posteros traiicerent : nec quispiam ex stirpe eorum iniquitatem committeret, quae damnationem reciperet.* Ex quo datur intelligi, quod etiamsi primi homines non peccassent, aliqui *ex eorum stirpe* potuissent *iniquitatem committere:* non ergo nascerentur in iustitia confirmati. »

Apud Halensem: « Contra: August. XIV De civitate, capite x: *Quam felices erant* (primi homines) *et nullis agitabantur perturbationibus animorum* (et) *nullis corporum laedebantur incommodis! Tam felix universa societas esset humana, si nec illi malum, quod etiam in posteros traiicerent* (traiecerunt): *nec quispiam ex* (eorum) *stirpe iniquitatem committeret, quae damnationem reciperet.* Ex hoc verbo Augustini videtur, ad hoc quod posteri primorum parentum stetissent in prima felicitate, · necesse fuisset quod nec parentes eorum, nec illi peccarent. Ex quo videtur, quod si parentes stetissent , quod adhuc posteri peccare potuissent: ego poterant esse alieni a paterna iustitia et ita non esse heredes iustitiae confirmatae. »

Tum quaestionem dirimit Doctor Angelicus: *Respondeo dicendum,* inquiens, *quod non videtur possibile, quod pueri in statu innocentiae nascerentur in iustitia confirmati.* Hanc ille, quam delegit sententiam, solidissimis argumentorum momentis probat ac evincit: nihilve eorum, quae disserit, sive sensum, sive substantiam, sive verba spectes, apud Halensem reperitur. Imo franciscanus Doctor, post allatas obiectiones, *responsionem* pro aiente parte subiicit: in qua Anselmi sententiam superius allatam profert additque Boethium et Augustinum libro XIV De civitate Dei, cap. 1, ipsiusque demum Augustini testimonium ex eodem De civitate libro cap. x desumptum sic interpretatur: *Ut felix esset societas humana, si primi parentes non traiicerent malum in posteros; quia tunc nec aliquis de posteritate iniquitatem committeret. Quod autem,* inquit, *subditur:* (quae damnationem reciperet), *nota est expressionis; quia omnis iniquitas in statu illo damnationem induceret.* Sensum inducit nempe praeposterum et ab Augustini mente longe dissitum. Adversa argumenta quatuor solvit sanctus Thomas, ut sententiae negantis veritas confirmetur et elucescat: eademque, scilicet secundum, tertium et quartum, ita solvere nititur Halensis, ut in problemate tamen sistat. Sed ipsae demum solutiones differunt apud utrumque et verbis, et sensu, et substantia.

« Ad 2: dicendum quod Anselmus hoc non dicit asserendo, sed opinando: quod patet ex ipso modo loquendi, *videtur quod si vixissent.* »

Apud Halensem: « Sunt autem quidam, non acquiescentes sententiae Anselmi, dicentes quod semper geniti fuissent filii in statu illo in

« Ad 3 : dicendum quod ratio ista non est efficax, quamvis per eam Anselmus motus fuisse videatur, ut ex eius verbis apparet. Non enim sic per peccatum primi hominis eius posteri necessitatem peccandi incurrunt, ut ad iustitiam redire non possint: quod est tantum in damnatis. Unde nec ita necessitatem non peccandi* transmisisset ad posteros, quod omnino peccare non possent : quod est tantum in Beatis. »

« Ad 4: dicendum quod non est simile de homine et Angelo. Nam homo habet liberum arbitrium vertibile, et ante electionem et post: non autem Angelus, sicut supra dictum est (qu. i.xiv, art. π) cum de Angelis ageretur. »

possibilitate peccandi; quod videtur sentire Hugo de s.Victore. »

Apud Halensem: «Dicendum, quod necessitatem peccandi dupliciter potest intelligi aliquis habere, aut quia necesse habet secundum statum, in quo est, in aliquod peccatum incidere; aut quia necesse habet in peccato permanere. Primo quidem modo reperitur necessitas in statu naturae humanae post lapsum: sed secundo modo, in statu ruinae Angelicae. Si quis ergo recto intellectu velit arguere, ex hoc non habebit, quod Adam si obedivisset, necessitatem habuisset permanendi in iustitia, sicut habent Angeli qui non possunt labi: sed quod statu illo manente, necesse esset, ipsum in aliquod opus bonum et laudabile exire. Et hoc utique verum est, quia sicut status naturae corruptae ponit defectus et deordinationes: sic status ille requireret rectas et ordinatas operationes et cogitationes ; nunquam enim homo in statu innocentiae otiosus fuisset.»

Apud Halensem : « Ad illud, quod obiicitur dc Angelis etc. dicendum quod non est simile: et hoc diffusius habet explicari, cum agitur de irremediabilitate peccati Angelici. Sed nunc sufficit tantum dixisse , quod ratione nobilitatis, et simplicitatis , et incorporeitatis ac deiformitatis naturae Angelicae, quae nullum habebat retardans, et ratione status merendi sunt praefixi, sicut volunt Damascenus etAugustintis : Angelus statim in primo conflictu fuit confirmatus in bono vel obstinatus in malo. Homo vero, quia erat alterius conditionis, sicut per demeritum non fuit in malo obstinatus, secundum quod patet, nec in se, nec in posteris: sic non fuit in bono confirmatus. Ideo non oportuit ipsum iustitiam confirmatam in posteros transfudisse. »

En utriusque articuli diligentem collationem, quam tibi sisto, lector humanissime. Articulum Thomae ex articulo Alexandri decerptum contendit loannes de la Haye, *quoad sensum, quoad substantiam et aliqualiter quoad verba, aut non valde dissimilia.* Nihil aliud colligi posse aio ego, nisi eamdem ab utroque, Halensi et Aquinate, versari quaestionem: quod alii fecere eius aevi theologi. Non eadem occurrunt verba, nec *aliqualiter,* nec *non valde dissimilia.* Primum adversum argumentum cum responsione desideratur integrum in Halensi. Desunt etiam eius, quae *corpus* vocari solet, *verba, sensus, substantia.* Tres alias obiectiones fateor, si rem ipsam spectemus, easdem legi in utroque: at non idem apparet in utroque argumentationis momentum, neque solus ante Thomam easdem adhibuit Alexander. Suas uterque solutiones affert: quae invicem collatae longe differunt et verbis, et sensu, et substantia. Styli denique nitor ubique fulget in articulo s. Thomae: obscura sunt et implexa omnia in articulo Alexandri. Augustino duce, quaestionem solvit ac dirimit ille: Augustinum deserit iste ac problematice disserit. Animi candorem postulo et oculos, ut quisque indicet, articulum Aquinatis dici non posse ex Halensi articulo decerptum expilatumque.

III. Indicium opponunt, quod inquiunt a loanne Gersonio latum, Doctore theologo et Cancellario Parisiensi, iudice aequissimo. Epistola ab eo missa Lugdunum cuidam fratri Minori anno 1426, in laudem doctrinae s. Bonaventurae, prostat tomo I editionis Antwerpiensis, ut legitur, anno 1706 curatae f. coi. 117, in qua haec habentur : « De » qua *(doctrina fratris Alexandri de Hales')* fertur re» spondisse *sanctus Thomas,* dum inquireretur ab eo, quis » esset optimus modus studendi theologiam: respondit, » exercere se in uno Doctore praecipue. Dum ultra pete» retur, quis esset talis Doctor: *Alexander de Hales,* inquit. » Testor, me ita legisse pridem in tractatu quodam *De* » *visione beata* contra loannem XXII. Testantur scripta » eiusdem sancti Thomae, maxime *Secunda Secundae,* quam » intimum sibi fecerat et familiarem illum, quem laudabat, » Doctorem Alexandrum. » Gersonii locum, quem opponis, lego, perlego, pondero: idque unum extundi posse consentio, Halensis opera habuisse in pretio Aquinatem: seque ipsum ad Summae Theologicae opus elucubrandum comparantem, sicuti plurimos aliorum libros, ita quadripartitam Alexandri Summam evolvisse : reiectisque subtilitatibus minime theologo dignis, doctrinam solidam, quam in Halensi deprehendere sibi videbatur Gersonius, ubique in sua Summa, maximeque in parte *Secunda Secundae* partis, ut idem notat auctor, consectatum esse. Eo namque loci Parisiensis Cancellarii scopus est, ut Lugdunensem Minoritam ab vehementiore in subtilem Scotum studio retraheret, ipsumque induceret ad s. Bonaventurae et Alexandri Halensis lectionem, quos eruditiores gravioresque theologos existimabat. Ipsam epistolam consule.

Si quid amplius a Gersonio scriptum, imputatumque Aquinati plagium velint, id oppido est, quod a vero longissime aberrat: quod neque historiolae ab eodem Gersonio allatae fide, neque ipsius Parisiensis Doctoris auctoritate satis fulciri potest. Verba illa, *de quo* (Halensi) *fertur respondisse s. Thomas,* historiae veritatem multum elevant : utpote quae rem vulgi rumore iactatam, non certam exploratamque, plerumque significent. Quis deinde fuerit auctor ille tractatus cuiusdam *De visione beata,* qui praedictam historiam narrare dicitur? Ignota eius professio, aetas ignota, ac ignota demum occasio ob quam in theologico tractatu rem hanc inseruerit, fidem detrahere narrationi valent. Gesta praeterea dictaque Thomae, diligentius perquisita, collegerunt, scriptoque mandata tradidere posteris Ptolomacus de Luca, Guillelmus de Tocco, Nicolaus Trivetus, Bernardus Guidonis, plures alii: eiusdemque historiolae vola nulla apud eos, nullum vestigium.

Quod ipse Thomas *de optimo studendi modo* percontatus, responsum consiliumque dedisse fertur, *exercere se in uno Doctore praecipue,* refelli validissime potest ipsius Thomae exemplo : quem peritissimum maximeque versatum in multiplici librorum lectione, quotquot'illi praesto esse poterant, eius Opera perspicue evincunt. De lectionis copia in Aquinate et inexhausta industria, quam etiam commendat lacobus Bruckerus, licet sancto Doctori parum amicus, in historia critica philosophiae, in alia mihi diligentius agendum Dissertatione.

Quid est vero, quod adhuc haereamus? Si quid ab Alexandro accepit surripuitque Thomas, loca expilata digito monstrentur: impositusque liti et controversiae finis erit. Articulum tertium membri primi, quaestionis xcy, Secundae partis proponit Lahaius : ex quo suum Aquinas confecerit articulum secundum,quaestionis c, Primae partis. Iam utrumque numero superiore e regione articulum ‘ob oculos posuimus, ut diligens et accurata institui collatio posset. Quid

inde vero confectum? Oculos et animi candorem postulavimus iterumque postulamus, ut quisque propria inspectione proprioque experimento edoctus, ferat sententiam, nihil inter utrumque simile repcriri aut verbis, aut sensu, aut substantia. Haud me latet, alios quosdam ab eodem Lahaio articulos proponi conferendos : « At si gustum lector » habere voluerit (fidens ac tutus loquor cum Echardo); » utrumque et Thomam et Halensem conferat: experietur- » que, non solum in aliis, sed et in his, quae plane eadem » asserere Lahaius audet, ne lineolam quidem s. Thomae, » verbis totidem, apud alterum legi. »

CAPUT II.

Perperam ac temere Summa quaedam virtutum Halensi tributa obtruditur, quam Thomas expilaverit. Ab eodem Halensi Commentarii in Sententiarum libros abiudicantur. Itemque Summa quae destructoria vitiorum inscribitur.

I. K'Niscrimcn fuerit, illudque latissimum, Theologicam 1 ysaneti Thomae Summam inter ac quadripartitam Summam Alexandri de Hales, atque inter utriusque articulos ct quaestiones : nondum tamen integer plagii ac purus evincitur Aquinas. *Intelligit quippe Gerson* (inquit Wadingus ad an. 1245, num. 26) *Summani virtutum, scriptam ab Alensi, familiarem potissimum fuisse sancto Thomae: ut quam verbotenus plene Secundae Secundae huius insertam excepit:* illam nempe *Summam virtutum,* quae ab Halensi elucubrata, veluti *Supplementum Tertiae partis* quadripartitae Summae Theologicae, *ipsius auctoris fide* dicitur (ut ipse addit Wadingus num. 27) *iuxta ea, quae promisit de virtutibus eadem Tertia parte, quaestione* xxvi, lxi et lxvhi, *et nullibi nisi in Summa virtutum exhibentur.* Superis gratias. Ultro fatentem habemus Wadingum, nihil ab Aquinate nostro acceptum de *Summa quadripartita* Halcnsis. Aliud opus ab eodem dicitur confectum Halensi, *Summa virtutum* inscriptum, quod *verbotenus plene Secundae Secundae inseruit* Thomas : quodvc intellexerit loco citato Gersonius.

Ad Cancellarii Parisiensis mentem quod attinet, non aliud ipsi obversatum fuisse Halensis opus pronum est intelligere, nisi quod vulgatissimum omniumque manibus tritissimum erat, *Theologicam* nempe *quadripartitam Summam.* Favet Gersonianae epistolae scopus, ut *Doctores isti duo, Alensis et Bonaventura,* qui *videbantur quasi sepulti cum illis, quorum non est memoria amplius,* excitarentur in scholis apud fratres Minores: quo plane evincitur Gersonii consilium fuisse, ut Bonaventurae commentarios, aut Halensis theologicum quadripartitum opus, in quibus gravem et solidam traditam doctrinam commendabat, ipsi fratres Minores amplecterentur. Non aquiescit Wadingus: intellectamque a Gersonio putat *Summam* quamdam *virtutum,* quam ipse Halensis elucubraverit : indeque colligi posse arbitratur hocce illud opus esse, quod spoliaverit Aquinas, suamque in Summam, maximeque *Secundam Secundae* plene et verbotenus corraserit. Age vero: paucis finiri lis tota potest. In medium tandem aliquando haec humma proferatur. Germanum Halensis foetum esse probetur: diligens eiusdem instituatur collatio cum Summa divi Thomae, maximeque cum Secunda Secundae : proprioque experimento quisque deprehendat num *Summam* illam *virtutum* Operi suo theologico *verbotenus plene* inseruerit Aquinas? Quid vero? Neque hactenus tam necessaria ab ullo inita est collatio: neque ipsa *virtutum Summa* in medium prolata, ut eadem institui collatio queat.

Donec utrumque praestetur reque ipsa peragatur, liceat nobis aut fictitiam credere praedictam Summam aut foetum esse cuiusdam recentioris, si quidem uspiam extet. Hanc se vidisse numquam lubens fatetur Wadingus: nec vidit eam loannes de la Haye. Petrus ipse de Alva, qui se bibliothecas Europae omnes lustrasse iactat, nullibi suas in manus tam celebre venisse opus memorat. *Extat,* inquit Wadingus, *Tolosae ms. in bibliotheca Fuxensi.* « Quis non » expcctarat *(reponit Echardus)* dicturum passim in biblio- » thecis Ordinis Minorum servari? Aut saltem celebrem » aliquam Europae bibliothecarum, Vaticanam, Venetas, » Patavinas, Florentinas, Regiam et alias Parisienses, An- » glicanas, Belgicas, Germanicas laudaturum? Sed (heu in- » feliciter) nec in illis, nec in ipsa Fuxensi, quae tota in » Colbertinam transiit, invenitur: nam nec in ea a se visam » quis aut ex ea ab aliquo subreptam meminit aut con- » questus est. »

Esto desint codices mss. (pergit suam Wadingus causam orare) *ea typis prodiit Parisiis i5og et alibi.* Viderit ergo eam doctissimus Minorum Annalista, legerit contuleritque cum Theologica sancti Thomae Summa? Minime. Quomodo ergo et locum typorum et annum indicet? Animadverte, lector humanissime: 1. Antiquis omnibus librorum nomenclatoribus, Henrico Gandavensi, Trithemio, Gesnero, Simlero, Eyseingrenio et omnium vetustissimo Nicolao Triveto in Chronico, hoc ignotum fuisse, quod obtruditur, Halensis opus: 2. Primum videri Possevinum, qui et opus recenset et anni 15og editionem notat sine loco typorum: 3. Wadingum esse, qui primus *Parisiense* prelum addidit: typographumque demum legi *loannem Parvi* in Gallica de origine typographiae Historia loannis de la Caille. Fama scilicet de opere deque operis editione crevit eundo : 4. Possevinum excipientes, *virtutum Summam* Halensi tribuisse Bellarminum, Pitsacum et Miraeum, neque codicibus mss. indicatis, neque editionibus: 5. Wadingi demum ipsissima verba a Labbco excepta et a Guillelmo Cave: ut tota demum ad unum Possevinum fides redigatur.

Hinc aut fictitium illud opus esse iam nemo non intelligit aut falso tributum Alexandro Halensi, si quidem extet. Dupinii iudicium accipe in eiusdum Halensis elogio: *Je ne croîs pas même qu'on lui doive attribuer la Somme des vertus, imprimée à Paris l'an i5oq.* Negotium facessit nullum loannis de la Caille fides, qui sua in typographiae Historia quamplurimos libros, non omnes a se visos, ipso teste, sed ex variis bibliopolarum catalogis, qui ad nundinas mitti soient, descriptos recenset. Suppetias validiores non fert Possevinus, cui suo in Apparatu lapsus plurimos pro humana infirmitate admissos notarunt viri doctissimi. Commentarium *in Psalmos* adiudicavit primum Halensi, abiudicavitque doctior factus, ac germanum Hugonis de sancto Charo foetum agnovit.

II. Fuerunt etiam, qui praeter *Summam quadripartitam* tribuerunt Halensi Commentarium *in Sententiarum libros.* Sed utrumque unum esse idemque opus invicte probat Natalis Alexander, collatione facta cum duobus bibliothecae Parisiensis Victorinae codicibus. Codex alter ipsam Halensis *quadripartitam Summam* exhibet ac praeterea textum Magistri Sententiarum : in eiusque calce haec habentur, *Primus liber Sententiarum, sive Summae Theologiae domini Alexandri de Halis;* itemque *Tertius liber Sententiarum seu Summae Theologiae, quem composuit magister Alexander de Halis.* His Victorinis codicibus addit *Sorbonicos* aliosque lacobus Echardus. Hinc compertum esse adnotat Natalis Alexander: « Commentarios *in quatuor f libros Sententiarum,* Lugduni *sub nomine Alexandri* » *Alensis* excusos anno l51 5, ut refert Possevinus in Ap- » paratu, alterius auctoris foetum esse. » Hanc se diligenter lustrasse et expendisse editionem testatur Casimirus Oudinus: docctquc nihil aliud in ea praestari, nisi *Summam* ipsissimam *quadripartitam* Halensis.

III. Fuit demum, qui germanum foetum laudati Alexandri de Hales existimavit *Summam destructoriam vitiorum,* quae Venetiis edita prostat anno 1082 et antea Parisiis per Petrum Levet expensis loannis Cohelens, praefati Levet et Michaelis Morin, tertio idus aprilis 1497. Ex huius editionis vetustae calce adnotationem profert Oudinus, quae sic habet: « Insignis notabilisque compilatio, haud modicum » cuique statui conferens, omne genus vitiorum suis cum » speciebus clarissime evidenterque eradicans, ob id non » immerito *Destructorium* nuncupata, a quodam *Alexandro* » *nationis anglicae* et cuiusdam fabri lignarii filio, maxi- » mam ad Ecclesiae utilitatem *anno Domini 142g* collecta. » Animadverte temporis notam, quae praeceps elidit eorum iudicium, qui opus istud Halensi adjudicarunt aut adiudicandum coniecere.

Quid? quod in eadem Summa ipse non raro citatur 5. *Thomas et Lyranus, Iacobus de Voragine, Ioannes de Genua, Robertas Holkot, Richardus Radulphi Armacanus,* quorum aliqui medietatem saeculi quartidecimi transgressi sunt. Addo verba, quae partis primae capite i *De peccato in communi* habentur: *Peccatum isto modo sumptum dicitur nihil, ut dicit s. Thomas De veritate theologiae libro III, capite* m, quod est nempe opusculum falso tributum Aquinati. Eadem parte I, capite v locus adducitur ex ipsius Thomae Commentario *in Sententiarum libros* et alibi ex ipsa Theologiae Summa. Mirum ergo non esset aut fingi potuisse *Summam* quamdam *virtutum,* quae Halensi tribueretur: aut cius foetum existimari simile quodpiam opus, quod alius auctor confecerit.

CAPUT III.

Virtutum Summam nuspiam Halensis pollicitus est. Summae Theologicae quadripartitae examen instituitur. Eadem manca est et imperfecta: colligiturque Summam virtutum non elucubrasse Halensem.

I. A t ^ummam *stam *virtutum* elucubrasse Alexandrum tide Hales instar *Supplementi* ad Tertiam *Summae quadripartitae* partem *constat* (reponit Wadingus), *iuxta ea quae promisit de virtutibus eadem Tertia parte* q. xxvi, q. i.xt et lxviii. Tria haec sub oculos habeo loca, quae indicantur. Factas ab Halensi pollicitationes lego et expendo: promissam ab eo *virtutum Summam,* ab ipsa *quadripartita Summa* diversam, instar Supplementi ad Tertiam partem, pernego: ac aio demum promissa sua praestari ab auctore, aliqua saltem, sin minus omnia, in eadem *Summa quadripartita.*

Verba, quae locis citatis habentur, in antecessum profero, Quaestionis xxvi prologus est: « Summa theologicae » disciplinae in duobus consistit, in *fide* et *moribus.* Expe» ditis inquisitionibus pertinentibus *ad fidem,* ut de Re» demptore; procedendum est ad inquisitiones pertinentes » ad *mores.* Ad informationem autem morum concurrunt » necessario *leges et praecepta,* ut ostendentia debitum » boni faciendi et mali vitandi: *gratia et virtutes* etc. ut » praestantia facultatem faciendi et vitandi. Prima igitur » pars inquisitionis moralis erit *de legibus et praeceptis:* » secunda *de gratia et virtutibus:* tertia *de donis, fructibus* » *et beatitudinibus.* » Argumenta animadverte, dc quibus acturum sese pollicetur auctor. Fidem liberare suam incipit ipsa in quaestione xxvi, quae *tricesima sexta* errante prelo numeratur, *de lege aeterna.* Promissa pergit praestare q. xxvn *de lege naturali:* q. xxvm *de lege Moysis generaliter:* q. xxix *de praeceptis Decalogi in generali:* q. xxx *de adoratione:* q. xxxt *de secundo praecepto Decalogi:* q. xxxn *de tertio praecepto Decalogi:* q. xxxni *de quarto praecepto:* q. xxxiv *de quinto praecepto:* q. xxxv *de sexto praecepto:* q. xxxvi *de septimo praecepto:* q. xxxvii *de octavo praecepto:* q. xxxvm *de ultimis duobus praeceptis:* q. xxxix *de explanatione Decalogi:* q. xl *de legibus iudicialibus, quantum ad personam iudicis:* q. xli *dc persona rei:* q. xLii *de persona accusatoris:* q. xliii *de testibus:* q. xliv *de advocatis:* q. xlv *de processu iudicii:* q. xlvi *dc legibus permissionis:* q. XLvii *de legibus punitionis:* q. xr.vm *de praeceptis iudicialibus circa personas:* q. xlix *de praeceptis iudicialibus circa possessiones:* q. l *de praeceptis iudicialibus circa actiones:* q. i.i *de decimis:* q. lu *de primitiis:* q. lui *de oblationibus:* q. liv *de ccrimonialibtts in generali:* q. lv *de ratione cerimonialium* etc. q. i.vi *de numero et differentia cerimonialium:* q. lvii *de observantia cerimoniarum circa immunditias:* q. lviii *de ritu sacrificiorum legalium:* q. lix *de cessatione cerimonialium.* Datae ab Halensi fidei partem plenissime expletam iam vides.

Quaestio sequitur lx *de lege et praeceptis Evangelii in generali.* Prologum profero: « Consequens est, invocata » Spiritus Sancti gratia, inquirere de lege et praeceptis Evan» gelii, cuius inquisitionis erit talis modus: ut primo quae» ramus in generali *de latione et conditionibus legis Evan» gelii:* deinde vero in speciali *de praeceptis et consiliis* » *Evangelii.* » In hac ipsa quaestione lx *de lege et praeceptis Evangelii in generali* disseritur. Sexagesima prima sequitur questio, quam secundo loco citat AVadingus, inscripta, *de lege Evangelii in speciali, ordinante primo motum irascibilem.* Quaenam sint ab Halensi facta promissa, in Prologo continentur. Eius accipe verba: « Expletis inqui» sitionibus *de lege Evangelii in generali,* inquirendum » est in speciali de sanctionibus legis Evangelii. Notandum » igitur quod sicut in lege Moysis sunt leges circa opera ne» ccssitatis, quae sunt in praecepto et circa opera supereroi» gationis, quae sunt in voto: sic lex Evangelii continet » duas partes, *praecepta* in operibus necessitatis et *consilia* » in operibus supererogationis. Primo igitur inquirendum » erit *de praeceptis Evangelicis,* secundo *de consiliis.* Item » sicut praecepta legis Moysis in tres differentias distinguun» tur, in praecepta moralia, iudicialia et figuralia: ita prae» cepta Evangelii in tribus partibus continentur. Prima pars » erit moralium, secunda iudicialium, tertia sacramenta» lium. Ideo isto ordine erit *de praeceptis Evangelicis* in» quirendum: primo *de praeceptis moralibus,* secundo *de* » *iudicialibus,* tertio *de sacramentalibus.* Item praecepta » *moralia* Evangelii dupliciter sunt: nam quaedam sunt » *generalia* respectu omnium, ut ea quae continentur in » Sermone Domini habito in monte *(Matth. v, vi et* vu *et Lu» cae* v *et* vi). Quaedam vero sunt *specialia* personarum » praesidentium ut praecepta quae dantur Apostolis *(Matth.* x » *et Lucae* ix *et* x). Primo igitur erit inquirendum de gene» ralibus, secundo de specialibus seu particularibus. Item » circa generalia praecepta procedet inquisitio secundum » ordinem Evangelicae traditionis: in qua primo dispo» nuntur praecepta *ad determinationem faciendorum et* » *vitandorum;* consequenter *ad ordinandam intentionem* » faciendorum et vitandorum. » Hoc loco suprema duo capita, quae *ad generalia legis Evangelicae moralia praecepta* spectant pluribus, quas indicat, pollicetur se quaestionibus illustraturum Halensis: promissaque exponere argumenta incipit in ipsa quaestione lxi in qua agitur *de lege Evangelii in speciali, ordinante primo motum irascibilem.* Ad sequentes procedit auctor quaestiones lxii *de praecepto Evangelico ordinante motum concupiscibilem:* Lxni *de praeceptis Evangelii ordinantibus motum rationalem et primo de prohibitione iurationis illicitae:* i.xiv *de praeceptis patientiae respectu triplicis iniuriae:* lxv *de praecepto beneficentiae seu dationis:* lxvi *de praecepto mutui:* Lxvii *de praecepto caritatis.*

Ad quaestionem lxviii devenimus, quam tertio loco indicat Wadingus, ac si polliceatur auctor in ea se *virtutum Summam* elucubraturum, tanquam *Supplementum* ad hanc Summae'suae quadripartitae Tertiam partem. Titulus est, *de praeceptis ordinantibus intentionem.* Hanc nimirum promiserat Halensis quaestionem in prologo quaestionis lxi. *Item circa generalia praecepta* legis Evangelicae, *inquiens,* « procedet inquisitio secundum ordinem Evangelicae tra» ditionis: in qua primo disponuntur praecepta *ad deter» minationem* faciendorum et vitandorum, consequenter *ad* » *ordinandam intentionem* faciendorum et vitandorum; » Matth. v, *Attendite, ne iustitiam vestram faciatis coram* » *hominibus.* » Eiusdem quaestionis lxviii prologum describo: « *Attendite, ne iustitiam vestram faciatis coram* » *hominibus, ut videamini ab eis* (Matth. v). Hic disponun» tur praecepta *ad ordinandam intentionem* faciendorum » et vitandorum. Ordinatur autem tripliciter, quantum *ad* » *rectitudinem,* quantum *ad simplicitatem* et quantum *ad* » *discretionem* etc. » Quae sunt eiusdem quaestionis *tria membra,* in alios articulos tributa. In calce articuli n membri m haec habentur: *Et hoc sufficit de praeceptis.* Quaestio sequitur lxix *de gratia absolute considerata.* Hinc palam fit compertumque promissa varia, quae in prologis quaestionum habentur, in hoc eodem opere partim expicta esse, non omnia: desiderantur quippe quaestiones *depraeceptis Evangelii specialibus personarum praesidentium, de iudicialibus deque consiliis,* dc quibus peracturum se pollicitus fuerat Halensis in prologo quaestionis lx et LXI.

Sed haec eius promissa lege et expende: Summae ali-

cuius *de virtutibus,* quam instar *Supplementi* ad hanc tertiam partem pollicitus Halensis fuerit, nulla mentio occurrit in locis a Wadingo indicatis, nullum vel levissimum vestigium. Varia in allatis prologis habentur eius promissa: promissaeque illae quaestiones partim pertractantur ab auctore, partim praetermissae sunt, utpote aut morte praevento aut aliis implicito occupationibus.

II. Neque solum indicatae, sed aliae plures in hoc Halensis opere lacunae patent: ut mirum fuisset doctum prudcntemque auctorem, praetermissis illis, tempus in alio conficiendo opere instar *Supplementi* insumere voluisse. Verisimile fuerit ne Summae suae quadripartitae *Supplementum* scripsisse auctorem, qui potius ut idem opus continuaret ct perficeret ratio postulabat?

Quod aio, diligenti demonstrandum est eiusdem *quadripartitae Summae* examine. De ipsa tertia parte nondum subduco manum. Quaestionis r.xrx Prologum accipe: ‹ Post » tractatum de legibus et praeceptis, quae ad cognitionem » cavendorum feruntur et faciendorum, aggredientes in- » quisitionem de gratia ct virtutibus, quae conferunt ad eo- » rumdem exeeutionem; adiutorium divinae gratiae implo- » ramus a Deo Patre et Domino lesu Christo. » Hanc *de gratia ct virtutibus* pertractationem pollicetur Halensis in prologo quaestionis sextae supra vicesimam. Pergit ille in Prologo quaestionis lxix: « Modus autem inquisitionis erit, » ut imprimis *separatim de gratia* disputantes, *ad virtutes* » secundum theologicam et veram acceptionem, *dona, fru-* » *ctus, beatitudines* ordine congruo procedamus. » Acturum se *dc donis* etiam et *fructibus* et *beatitudinibus* in citata quaestione xxvr promiserat.

Datam fidem liberat instituta quaestione lxix *de gratia absolute considerata:* q. lxx *de effectibus gratiae:* q. lxxi *de cognitione gratiae.* Quaestionis lxxii Prologus est: « Inqui- » sito *de gratia absolute,* inquirendum est de gratia *in com-* » *paratione.* Sciendum igitur, quod est gratia perficiens et » gratia reficiens: gratia sanitatis et gratia curationis. Item » gratia perficiens et sanitatis spiritualis creat *virtutes, dona,* » *fructus et beatitudines:* gratia vero reficiens seu cura- * tionis aegritudinis spiritualis dat vim *Sacramentis* evan- » gelicis, quae sunt medicinae et remedia animarum. De » *Sacramentis* vero in parte alia (scilicet quarta Summae » quadripartitae) agendum est: *reliqua* vero sunt praesentis » negotii. » Itaque in ipsa quaestione lxxii *de gratia* disseritur *in comparatione* ad virtutes, ad dona, ad fructus, ad beatitudines: q. lxxih *de gratia gratis data* generatim: q. lxxiv, lxxv, lxxvi *de gratia gratis data homini propter se,* scilicet *de fide informi, de spe informi, de timore servili:* q. lxxvii *de gratia gratis data ad honorem Dei et utilitatem proximi.*

Hactenus *de gratia separatim* quaestiones agitavit auctor, ut ipse in prologo quaestionis lxix pollicitus fuerat. Tum se pertractaturum pollicetur ibidem de *virtutibus secundum theologicam et veram acceptionem, donis, fructibus et beatitudinibus.* At in opere quaestio sequitur lxxviii *de fide formata:* colligiturquc ex prologo, qui praefigitur, desiderari quaestionem *de virtutibus in genere.* Prologi verba sunt: « Post tractatum *de virtutibus in genere,* inqui- » rendum est *de speciebus virtutum* secundum praeassigna- » tam differentiam (scilicet secundum theologicam et ve- » ram acceptionem). » Lacunam patentem et hiatum habes. Sequitur Prologus, quo promissae ab auctore quaestiones *de speciebus virtutum* continentur: « Et primo agatur de » virtutibus theologicis, quae sunt virtutes ad finem, ut » *fides, spes, caritas* etc: consequenter vero de *virtutibus* » *cardinalibus,* quae sunt de his quae sunt ad finem, ut » *prudentia, iustitia, fortitudo, temperantia.* Primo ergo » quaeretur *de fide,* secundo *de spe,* tertio *de caritate* etc. » Agit auctor dicta quaestione lxxviii *de fide formata secundum rem et definitionem:* q. lxxix *de obiecto fidei:* q. lxxx *de subiecto fidei:* q. lxxxi *de passionibus consequentibus fidem:* q. lxxxii *de articulis fidei et Symbolis.* Haec huiusce tertiae partis postrema quaestio est", unde quamplures aliae, ab Halensi promissae, desiderantur quaestiones *de spe, dc caritate, de virtutibus cardinalibus, de donis, de fructibus, de beatitudinibus.*

Otium ac tempus habuerit idem Halensis, ut in studia incumberet atque conscribendis quaestionibus operam daret: cur ergo patentes in sua *quadripartita Summa* hic et illic lacunas non expleverit, sed opus diversum instar *Supplementi* aggressus fuerit? Animadverte in ea Prologi in quaestionem lxxviii verba: *Post tractatum de virtutibus in genere, inquirendum est de speciebus virtutum* etc. Nimirum consilium auctoris erat, ut expeditis quaestionibus de gratia sanctificante deque *gratia gratis data,* a quaestione lxix ad quaestionem inclusive septimam et septuagesimam; ad alias quaestiones procederet *de virtutibus in genere* primum, deinde *de speciebus virtutum.* Tractatum *de virtutibus in genere* non scripsit ille: hinc factum, ut in quaestione lxxviii in qua de eisdem *virtutibus in genere* agendum fuerat, inquisitio *de fide formata* instituatur, quae prima est *virtutum species.* Sed ea rursum animadverte verba, a quibus exordiri *Summam virtutum* adnotat Wadingus: nempe, *Habito ergo de gratia gratum faciente et gratis data sermone, consequenter dicendum est de virtute.* Iam pronum erit conficere cuidam fortasse, qui praetermissam ab Halensi quaestionem *de virtute in genere* observabat, incidisse in mentem, ut eo scripto prologo modum indicaret lacunas *quadripartitae Summae* explendi, quin illud tamen Supplementum scriptum editumque unquam fuerit. Illud utique haud scripsit aut scribere cogitavit Alexander de Hales.

Ad alias *quadripartitae Summae* partes, *primam, secundam et quartam* progredior, ut inito examine innotescat num eas perfectas completasque elucubraverit Alexander de Hales, an imperfectas et abruptas lacunis reliquerit? Quo casu quaerendum foret an deficientes quaestiones in illa *virtutum,* quae obtruditur *Summa,* suppleverit omnes Halensis, an aliquas? Primam partem examine verso, eamque integram deprehendo. Agit ipsa de Deo uno eiusque attributis, deque sanctissima Trinitate: absolviturque in editione Norimbergensi 1481, 1482 f, qua utor, quaestionibus quatuor supra septuaginta.

Alterius partis Prologum profero: ‹ Completis tracta- » tibus de his, quae pertinent *ad speculationem Dei,* qui » est factor omnis creaturae; sequitur tractatus de his, » quae pertinent *ad considerationem creaturae.* Et primo de » his, quae pertinent ad ipsam creaturam, *in quantum est* » *creatura:* deinde de his, quae pertinent *ad lapsum* sive, » *deteriorationem eiusdem:* tertio sequitur tractatus *de* » *reparatione.* » Duo priora, quae proferuntur amplissima argumenta, in hac secunda parte institutis de more quaestionibus illustrantur.

Quaestiones porro numerantur novem supra nonaginta, quibus agit auctor de creatura, *in quantum est creatura.* In centesima, quae sequitur, incipit agere *de. lapsu* sive *deterioratione creaturae.* Prologus est: « Adiu- » vante gratia lesu Christi, post considerationem eorum, » quae pertinent ad creaturam, *inquantum est creatura;* » procedendum est ad considerationem eorum, quae per- » tinent *ad lapsum* sive *ad deteriorationem eiusdem.* Et » quia deteriorativum creaturae est *malum et peccatum,* » quaerendum est *de malo et peccato* etc. » Malum ergo peccatumque generatim acceptum, tum singulas peccatorum species ac vitia quaeque, consueto *quaestionum et membrorum et articulorum* ordine servato, exponit ac declarat. Postrema numeratur quaestio *centesima octogesima nona;* eiusque ex prologo compertum fit mancam esse et imperfectam hanc alteram *quadripartitae Summae* partem. Laudati Prologi verba sunt: « Dictum est supra de » criminibus, quae *committuntur in Deum:* consequenter » dicendum est de his, quae *committuntur in proximum.* » In quibusdam autem laeditur proximus *in mente,* Sicut est » *scandalum:* in quibusdam laeditur *in corpore,* sicut est » *homicidium* et quae sunt illius generis, sicut sunt *duel-* » *lum et tirocinium.* Aliquando vero laeditur *in posses-* » *sione,* sicut est in *rapina et usura* et in *fraudolento* » *contractu et furto.* Primo autem dicendum est *de scan-* » *dalo.* » Quo de vitio peccatoque in ipsa disseritur *centesima octogesima nona* quaestione: aliaeque desiderantur quaestiones omnes, in quibus agendum fuerat de *homici-*

dio, duello, tirocinio, deque *rapina, usura, fraudolento contractu et furto.*

Tertiam partem iam accurato versavimus examine, pluresque in ea deprehendimus lacunas. Addendum est prolixiorem primo loco prologum occurrere : tum quaestionem primam proponi cum prologo brevi, in quo ipsa quaestio in *membra* et haec in *articulos* dividuntur. Prologus huiusmodi prolixior prostat nullus in prima parte, nec in altera. Utraque initium ab quaestione prima ducit, cui brevis alter praefigitur prologus cum *membrorum et articulorum* partitione. Hinc non abs re fuerit, si conjectemus et hunc esse Theologicae huiusce Summae quempiam defectum. Prolixiorem ipsum Prologum describo « ... Inquisitio igitur catholica de his, quae pertinent ad » fidem, quadripartita est. Prima pars pertinet ad cognitio- » nem *substantiae divinae Trinitatis et unitatis:* secunda » *ad opera divinae conditionis :* tertia *ad personam Sal-* » *vatoris* in natura divinitatis et natura humanitatis: quarta » vero pertinet *ad Sacramenta salutis et opera futurae* » *glorificationis.* Pertractatis igitur *duabus primis partibus,* » pertinentibus *ad fidem conditoris;* nunc accedendum est » ad inquisitionem eorum , quae pertinent *ad fidem Sal-* » *vatoris.* Et primo circa *personam Filii Dei,* qui est caput » nostrae salutis per assumptionem nostrae humanitatis: » deinde vero circa *Sacramenta nostrae salutis et opus* » *glorificationis...* Adiuvante igitur sua gratia, hoc ordine » prosequemur: primo *de Incarnatione et assumptione :* » secundo *de conceptione et nativitate;* tertio *de gratia,* » *scientia et potestate eius:* quarto *de merito et voluntate:* » quinto *de passione et morte:* sexto *de descensu ad in-* » *feros et resurrectione :* septimo *de ascensione ad caelos* » *et ad dexteram Patris sessione:* octavo *de adventu ad* » *iudicium Dei et hominis Iesu Christi.* » Haec porro, quae ad hominis reparationem pertinent octo capita, quinque et viginti quaestionibus enarrantur accuratissime ab auctore. Quaestio sequitur xxvi cuius examen, sequiorumque tum hocce numero, tum superiore initum est.

Quarta demum succedit pars, in qua, praetermisso prologo prolixiore, ab ipsa quaestione prima initium sumitur. Brevi, qui praefigitur, prologo haec habentur: « Dictum est » supra (tertia parte) de *Redemptore,* qui est *per gratiam* » Redemptor: nunc dicendum est de reparatione. Reparatio » autem quaedam est *per gratiam imperfectam;* quaedam » vero *per gratiam perfectam sive consummatam.* Primo » igitur tangitur de prima reparatione, secundo de secunda. » Reparatio per gratiam imperfectam est illa, quae fit *per* » *gratiam Sacramentorum*, ad quam procedendum est. » Quaestiones numerantur quatuordecim supra centum: quibus late disserit Halensis *de Sacramentis in genere,* deque Sacramentis *legis naturae et legis scriptae* usque ad octavam exclusive quaestionem. Ipsa quaestione vni agitur *de Sacramentis legis Evangelicae in genere:* tum *de Baptismo* usque ad quaestionem xxiv: *de Confirmatione* ad xxix *de Eucharistia* ad ltv. Quae sequutur reliquae quaestiones insumuntur omnes in exponendo Sacramento *poenitentiae.* Quaestionis i.xxxiv Prologus est : « Dicto de duabus partibus » poenitentiae, scilicet *contritione et confessione,* sequitur » tertia pars, scilicet *de satisfactione.* Circa quam sic proce- » ditur. Primo agitur *de satisfactione in communi:* secundo » *in speciali,* scilicet de partibus illius, scilicet *oratione* » *ieiunio et eleemosina.* » De hac satisfactionis parte, videlicet *eleemosina* agit auctor in postrema quartae partis quaestione: unde perspicue innotescit et hanc partem quartam *Summae quadripartitae* imperfectam esse incompletamque. Desiderantur quippe quaestiones *de extrema Unctione, de Ordine, dc Matrimonio :* itemque desunt aliae *de operibus futurae glorificationis,* de quibus in hac parte quarta se pertractaturum, pollicentem habemus Halensem in prolixiore prologo, qui tertiae parti praefixus prostat.

111. Quaenam sit quadripartita Alexandri de Hales Theologica Summa iam tenes lector humanissime. Manca illa est, imperfecta: habentque lacunas plurimas secunda, tertia et quarta pars. An fuerit verisimile Halensem incompletum hoc opus relinquere voluisse operamque locasse suam, ut opus diversum sub titulo *Summae virtutum* elucubraret, ipsumque conficere tamquam *Supplementum* quoddam vellet? In ipsa tertia parte lacunae duae ingentes patent: altera post quaestionem i.xvm ubi agendum Halensi fuerat *dc praeceptis Evangelii specialibus personarum praesidentium , de praeceptis eiusdem Evangelii iudicialibus deque consiliis:* altera post quaestionem lxxxii quae iuxta auctoris promissa excipere quaestiones debuerat *de spe formata, de caritate, de virtutibus cardinalibus, de donis, de fructibus, de beatitudinibus.* An lacunas istas omnes expleat Summa illa, quae obtruditur, *de virtutibus?* Cur ergo prima prologi cius verba describuntur, *Habito ergo de gratia gratum faciente et gratis data sermone, consequenter dicendum est de virtute?* Haec alteram tantum, non priorem lacunam spectant. Nos porro doceant, quaenam sint illae quaestiones, quae in *Summa virtutum* pertractantur? An de virtutibus *secundum theologicam et veram acceptionem,* ut ipse ait Halensis Ill. par., quaest.xcvi in prologo? An etiam secundum philosophicam acceptionem disserat ? An argumenta illustret, quae pertinent *ad dona, ad fructus, ad'beatitudines?* An *de spe formata* disserat, deque *caritate Dei* et erga proximum ? An quaestiones *de fide formata,* quae in *Summae quadripartitae* tertia parte enumerantur Lxxvm, lxxix, lxxx , lxxxi et lxxxii praetermittat auctor in sua *virtutum Summa,* an easdem novis curis pertractet? Hactenus vero haec et alia id genus frustra perquisita.

CAPUT IV.

Num Summae praedictae Theologicae lacunas expleverit Guillelmus de Mclitona ? Plagium omne ab Aquinate removetur. Hunc in schola Alexandri Halensis auditorem fuisse refellitur.

I. ^CTondum satis. Morte praeventum Halensem reliquisse £ 1 imperfectam *Summam quadripartitam* passim fatetur Wadingus. Haec insuper narrat ad annum 1257, num. 8, ubi de Guillelmo de Melitona, fratrum Minorum alumno, sermonem habet: « Guillelmus de Militona, qui *Summam* » *Theologicam* Alexandri Halensis, ob auctoris mortem im- » perfectam, absolvit, ita hortante Alexandro (IV) Ponti- » fice et scribente anno I sui Pontificatus (Christi 1255), » ad Franciae Ministrum, ut hic doctissimo viro adiudi- » caret alios, qui in tanto opere ei adlaborarent. »

Diploma Pontificium, quod Wadingus non profert in lucem, inventum a se *in Sorbona ad caput cuiusdam codicis Summae Alensis,* luci publicae tradidit Iacobus Echardus in Adnotationibus ad elogium sancti Thomae. Excerpta nonnulla hoc loco describo. *Alexander Episcopus Servus servorum Dei, dilecto filio Ministro fratrum Ordinis Minorum in Francia salutem et Apostolicam benedictionem.* Quadripartitam Summam Halensis praeconio exornat Pontifex: « Laboriosi operis sanctum aggrediendo propositum » super quaestionibus theologicis, utiliorem utique, quam » prolixam molitus est *Summam,* profectibus in lege Do- » mini studere volentium compendiosius profuturam. » Sed illam inquit imperfectam ab auctore relictam, utpote morte praevento: « Deo eiusdem fratris (Alexandri de Hales) la- › boribus finem, antequam suscepti operis dietam perfi- » ceret, imponente.... perfectae pietatis imperfectus est » labor. » Hinc laudato Ministro iniungit ut « de consilio » discretorum fratrum studentium , ad perfectionem *eius-* » *dem Summae* necessarios pro numero et idoneos pro » merito convocet Parisius.... fratres: quibus ex parte no- » stra (uiz) in remissionem iniungas peccaminum et ad » suorum cumulum meritorum, ut dilecto filio fratri *Guil-* » *lelmo de Milletona,* huic sollicitudini deputato, sedulo » assistentes, ipsumque ac se mutuo adiuvantes, sine dila- » tionis dispendio praedictae *Summae* opus finaliter exe- » quantur... Datum Anagniae v kal. augusti, Pontificatus » nostri anno II, » idest die 28 iulii, anno aerae vulgaris 1256, cum Alexander IV electus in Pontificem fuerit die 21 decembris 1254. Aut diversum est diploma Pontificium, quod anno I Pontificatus datum memorat Wadingus aut errat certe in diplomatis anno efferendo.

II. *Ut perfecit opus* (verba sunt Wadingi loco citato) *a septuaginta duobus magistris Parisiensibus commendatum et sigillis appositis comprobatum, Pontifex etiam suo diplomate confirmavit.* Opus esset ut documentis in medium prolatis haec innotescerent, quae narrat doctissimus Minorum Annalista. Interim vero testatur, *quadripartitam* Halensis *Theologicam Summam* a Guillelmo de Melitona et consodalibus *perfectam* fuisse, *absolutam* suppletamque: et hocce Supplementum a magistris Parisiensibus *comprobatum* confirmatumque a Pontifice. Res ita fuerit. Iam sequitur *Summam* illam *virtutum,* quam instar *Supplementi tertiae partis* confecerit ipse Halensis, adhibitam fuisse a Guillelmo de Melitona, eamque totam inter quaestiones eiusdem tertiae partis repositam. Si namque eam elucubraverit instar *Supplementi* Halensis, cur insuper eamdem habere ac praetermittere voluisset Melitona? Quod si in eadem Summae tertia parte contineatur inserta *Summa* illa *virtutum;* cur *Secundam* partem suae *Secundae* non acceperit Thomas ex ipsa quadripartita Summa, ut ais, sed ex Summa virtutum? Perinde foret et Summam eamdem proferre ac tertiae praedictae partis quaestiones designare, ut plagium divi Thomae evinceretur. At neutrum hactenus praestitum, nec praestari unquam poterit.

Atqui vero *Summa* eadem *quadripartita* typis prodiit numquam perfecta et absoluta: patentibusque lacunis, quas indicavimus, abruptae prostant editiones, quae hactenus curatae sunt anno 1481 et 1482, et anno i5y5 et i5y6, et demum anno 1622 prima Norimbergensis, altera Veneta ac tertia Coloniensis. Hinc argumentum redit, quod evincit, fictitium opus esse illam *virtutum Summam,* quae ab Halensi instar *Supplementi tertiae partis* elucubrata dicitur. Si namque otium fuerit ipsi, quod in scribendis libris insumeret, ipsam sine dubio *Summae quadripartitae* seriem hiulcam et abruptam continuasse! et explevisset: novum opus diversumque molitus non esset. Quod postremo, si alicubi aut typis editum aut manuscriptum reperiatur, in lucem proferri postulamus, ut cum *Summa Theologica* sancti Thomae eiusque potissimum *Secunda Secundae* conferatur. Nondum comparuit illud, neque poterit unquam exhiberi, nisi fortasse eo audaciae processerit quispiam, ut ipsam *Secundam Secundae* sancti Thomae verbotenus describat, eamque sub Doctoris Halensis nomine, apposito *Summae virtutum* titulo, edi curet.

Sive ergo mancam et imperfectam *quadripartitam Summam* Halensis absolverit Guillelmus de Melitona sive iniunctum perficere non potuerit Supplementum; de plagio accusari Thomas Aquinas, nisi per summam iniuriam, non potest. Casimirus Oudinus in Elogio ipsius Melitonae ad annum 1140 sic habet: « Illud autem Guillelmi de Mili» tona *Supplementum* impressum est cum ipsa *Summa* » (quadripartita) seu Commentario Alexandri Halensis, Lug» duni annis i5i5 et i5i6, tomis IV in 4, apud Anto» nium Koberger, ut in *Alexandro Halensi* supra diximus. » Animadversionem eius, quae in Elogio Alexandri Halensis legitur, integram profero: « In bibliotheca sancti Germani » de Pratis Parisiensi, ob suas antiquas editiones celebri, » habetur haec editio facta *Lugduni* anno i5i5 et i5i6, » apud *Antonium Koberger:* eaque est ipsa *Summa* sub » nomine *Alexandri Halensis* saepius impressa, ut Norim» bergae 1482, fol. Venetiis 15y6, fol. Coloniae 1622: unde » patet evidenter, nec manuscriptum inveniri *Commenta» rium in quatuor libros Sententiarum* Alexandri Halensis, » nec impressum ullibi, quod ab ipsa eius *Summa* (qua» dripartita) distinctum probari possit. » Sorbonici quidem et Victorini codices Parisienses adservantur, in quibus ipsa *quadripartita Summa* exhibetur, ac praeterea *textus Magistri Sententiarum.* An istud solum fuerit Supplementum, quod Melitona confecerit?

Eidem Melitonae coniectatur Natalis Alexander tribuendam potius fore *Summam virtutum,* si quidem uspiam eadem exstet, quam Alexandro de Hales: indeque verisimilius esse colligit Guillelmum de Melitona *Summam virtutum* accepisse ex *Secunda Secundae* sancti Thomae, quam istum ex illo quidpiam mutuatum esse. Neutrum coniecerim ego. Summae suae *tres partes,* Primam, Secundam et quae *Secunda Secundae* appellari solet, *scripsit* Aquinas *tempore huius Pontificis* (Clementis IV, ad Summum Pontificatum die 5 februarii anno 1205 evecti) *et sequentis vacationis,* ad annum usque 1271, quo Gregorius X, cum absens foret, electus fuit die 1 septembris vel etiam usque ad annum insequentem 1272, quo diademate sacro die 27 martii redimitus est, ut Ptolomaeus Lucensis diserte notat. Atqui vero Guillelmum de Melitona ante annum 1248 floruisse, vitaque mortali migrasse circa annum 1260 documenta docent, quae afferunt Wadingus et Echardus. Viro suae aetatis clarissimo postillas sive Commentarios tribuit Possevinus *in Pentateuchum, in duodecim Prophetas, in Epistolam ad Hebraeos* ac *Sermones in Evangelia.* Commentationes *in Cantica Canticorum et super Ecclesiasticum* addit Echardus, qui virum celeberrimum restituendum Ordini fratrum Minorum lubens agnoscit et candide fatetur. Postillas denique Casimirus Oudinus addit *in Ecclesiastem* et *in Sapientiam Salomonis.* At *virtutum Summam,* de qua agimus, nemo unus est, qui pro Melitonae foetu habuerit.

Quae demum omnia, totidem validissima puto argumenta, ut fictitia demum evincatur eadem *Summa virtutum.* Caeteroqui vero in germano opere suo, scilicet *in Summa quadripartita,* tametsi manco et incompleto, de pluribus egisse virtutibus Alexandrum de Hales certo constat ex illo quaestionum elencho, quem hactenus data occasione dedimus. Disserit quippe *de fide informi,* deque *fide formata, de spe informi, de timore servili, de scandalo, de oratione, de ieiunio.* Easdem movet versatque Thomas quaestiones in Secunda Secundae, quaest. 1 *de fide,* quaest. xvii *de spe,* quaest. xix *de timore,* quaest. xxxn *de eleemosyna,* quaest. xr.ru *de scandalo,* quaest. lxxxiii *de oratione,* quaest. cxlvii *de ieiunio.* Utroque in auctore si praedictae diligentius conferantur quaestiones, nihil sane in Thoma deprehenditur, quod *verbotenus* corrasum fuerit ex Halensi: ipsacque quaestiones neque resolutione, neque rationibus, neque argumentis, neque responsionibus, neque demum stylo conveniunt.

111. Dispendium operae postremo loco non fuerit, si decantatam illam nostri sanctissimi Aquinatis disciplinam sub Alexandri Halensis magisterio paucis expendam. *Nescio quid hoc opprobrii secum ferat* (ait Wadingus ad annum 1245, numero 24) *divum Thomam Alensis discipulum fuisse?* Nihil neque nos contumeliosum et iniurium sancto Thomae Aquinati in hac cum ipso Wadingo videmus, quae sub.Halensi magistro disciplina decantatur. Quaestionem facti versamus, in qua veritas quaerenda est, ne in errorem veritati iniurium minus consulti imprudentesque incidamus.

Suspensae ad eius (Halensis) *memoriam ab antiquo tabellae* (pergit clarissimus Minorum Annalista) *hoc inter reliqua inscribitur distichon:*

Quo duce praemonitus in proelia divus Aquinas,
Quotquot et usque legis fortius arma gerunt.

Hoc ipsum praefert eiusdem Doctoris imago quaedam vetustate exesa, ad introitum Capituli conventus Parisiensis depicta, in qua divus Bonaventura ac sanctus Thomas docentis magistri verba excipiunt. Scilicet et fabulas canunt parietes. Epitaphium Halensis primo eius lapidi sepulcrali inscriptum, mutilum hactenus editum, integrum profert Iacobus Echardus, descriptum ex codice ms. saeculi tertiidecimi in bibliotheca Sorbonica adservato fol. magn. membran. qui est altera pars *Summae quadripartitae* Halensis. Verba sunt: « In tumba, quae de directo distat per » unam tumbam ab introitu chori ecclesiae fratrum Minorum » Parisiis, haec scribuntur. In tabernaculo capitis imaginis » sculptae in dicta tumba scribitur: *Hic iacet frater Ale» xander de Hales, qui obiit anno Domini 1245,* xn *ka» lendas septembris.* In circuitu dictae tumbae scribuntur » ii versus: *Gloria 'Doctorum, decus et flos philosopho» rum* etc. » ut apud Wadingum. In his carminibus tirocinii ab Aquinate positi sub magistro Halensi mentio nulla: unde evincitur tum aliam superiorem elegiam ad murum

appensam, tum imaginem ad introitum Capituli depictam, novitias esse, ut infert Echardus, antiquis incognitas nulliusque momenti.

Quod sumi solet ex chronographia Halensis et Thomae argumentum, his eludere verbis Wadingus nititur num. 28: « Nam et Parisios studiorum gratia missum fuis- » se praeclarum iuvenem non est ambigendum. Nec ita » mature inde profectus : sed postquam in Curiam acces- » situs oblatam Casinensis Monasterii administrationem » renuit et clam Curia dilapsus aufugit primum Coloniam » ut auctor est Cantimpratanus, qui tum vixit et Thomam » cognovit. Potuit ergo Alexandrum audivisse, quamdiu » Parisiis degit, illo superstite. Nec refert si diu, si pa- » rum, modo in scholis discendi studio, Alexandrum con- » veniens audivit. » Plura sunt animadversione digna. Ac primo verba illa, *nec refert si diu, si parum,* mihi videntur Wadingum exhibere pro ingenii acumine subdubitantem de illa Aquinatis sub Halensi magistro disciplina. Cur enim eam decantari oportuisset, tametsi probari et evinci posset Thomam aliqua vice magistrum Halensem in scholis docentem audivisse, non studii gratia, sed virum in Academia Parisiens! celeberrimum cognoscendi desiderio ? Mirum est ab eodem Wadingo in solutione argumenti, quod Thomae chronographiam spectat, unum laudare Cantimpratensem, diligentioribus et synchronis praetermissis testibus, Ptolomaeo Lucensi et Guillelmo de Tocco. Menda, quibus inquinata est narratio Cantimpratani, protulimus omnia in Dissertatione *adversus Monachatum Benedictinum sancti Thomae,* capite vi, num. 2, ubi ostendimus, a veritate ipsum abludere, dum narrat: 1. Aquinatem de Romanorum partibus venisse *Bononiam'.* 2. Dominicanam vestem Bononiae indutum, *ibidem* aliquamdiu substitisse: 3. In Curiam semel et iterum *per litteras Apostolicas* vocatum, eoque profectum esse: 4. Dignitatibus ecclesiasticis a Pontifice oblatis insigniri nolentem, tunc a germanis fratribus *furtim raptum* et in carcerem detrusum: 5. E Curia demum secunda vice *clam prolapsum,* Coloniam Agripinam profectum esse. Ad ipsam Abbatiae Casinensis oblationem quod attinet, si fides quidem adhibenda est, ad annum 1248 vel insequentem referri commode eam posse loco citato haud levibus coniecturis confecimus.

In eadem Dissertatione capite ix, num. 1, ingressum Thomae in Ordinem fratrum Praedicatorum, capturam eiusdem ac detentionem in carcere per biennium saltem incompletum , egressumque demum e carcere libertatemque ipsi donatam, eo temporis intervallo concludi, quod ab anno cadente 1243 excurrit ad annum 1245 ineuntem, non coniecturis, verum perspicuis argumentis demonstravimus. Atqui vero, fune demisso e carcere Thoma, *statim animalia sunt parata* (Ptolomaei Lucensis verba sunt in Hist. eccl. lib. XXII, cap. xxi) *ad ipsum deducendum Romam. Inde vadit Coloniam adfratrem Albertum, ubi multo tempore fuit.* Verba etiam refero Guillelmi de Tocco capite ni apud Bollandi Continuatores inquientis : *Postquam vero frater Thomas, sicut divinitus Ordini deditus, sic fuit divinitus restitutus... Fratres sui ipsum Romam ad Capitulum generale miserunt, in quo provideretur ei propter spem futuri profectus in proximo de studio generali.* Ut minus accurata haec narratio redigi ad veritatem queat, animadverte Comitia Ordinis generalia *anno 1243* habita fuisse *Parisiis* die 3i maii: *anno 1244 Bononiae* 22 maii: *anno 1245 Coloniae* 4 iunii. Unde Guillelmi de Tocco verba sic intellige, ut Aquinas *Romam* missus fuerit, indeque *ad Capitulum generale* celebrandum *Coloniae* eo anno 1245, in quo de *studio generali eidem provideretur.* Ita factum: *Cum* enim *loannes Theutonicus Magister Ordinis* (pergit referre Guillelmus de Tocco) *ipsum in carissimum in Christo filium suscepisset, duxit eum Parisios et deinde Coloniam,* ubi fratri Alberto tunc florenti erudiendus traditur. Parisinum iter silet Ptolomaeus de Luca: diserte memorat illud Guillelmus de Tocco. Nempe, cum vix ibi commoratus fuerit Thomas, iterque suum Coloniam cum Magistro Generali continuo perfecisset; Parisinam illam neque memorandam duxit Ptolomaeus Lucensis profectionem.

Quae demum accuratissima chronographia satis evincit, neque *diu,* neque *parum,* Thomam nostrum *in scholis, discendi studio,* Alexandrum Halensem *audivisse:* quem scilicet ipso *anno 1245* vita migrasse fatetur Wadingus, die xi! *kalendas septembres* seu die 21 augusti, ut in superiore legimus epitaphio, quod Echardus in lucem protulit; cum Thomas iam Coloniam pervenisset ante *diem 4 iunii,* quo Comitia Ordinis generalia loannes Theutonicus celebravit. Quid ? quod eodem nec anno 1245, neque superiore aliquo post annum 1238 tempore, publicis praefuisse scholis Alexandrum Halensem Echardi sententia est, quam alii expendant. Ipsum consule in Notis ad sancti Thomae elogium, et Natalem Alexandrum in Opusculo hac de re edito, egregie disserentes.

Ego Doctori Angelico (iterum Wadingus numero 25) *nihil in hoc derogatum esse video, si iam senem invenis audivit, quem senex prae reliquis assumpsit imitandum et sequendum.* Priorem facti quaestionem iam solutam diremptamque puto. Quod additur, ad examen vocent alii : num scilicet ita *Halensem sequutus et imitatusfuerit* s. Thomas, ut ipsum etiam superaverit, *theologiam parturiendo* (verbis utor Natalis Alexandri) *Summamque scribendo, cuius ab ordine, methodo, sublimitate, nitore, stylo, eruditione, ratiocinandi vi, Summa doctoris Halensis toto caelo distet.*

DISSERTATIO XVI.

De praecipuis Summae Theologicae editionibus, cum mendorum correctione: deque genuino eiusdem textu nunquam et nuspiam depravato.

CAPUT I.

Typographiae menda aliaque id genus indicantur, quae in vetustas ac Romanam anni 15yo editiones irrepserunt. In ea mendis expurganda Francisci Garciae studium: eiusdemque vitia nonnulla. Dominici Nicolini typographi Veneti oscitantia: diligentia vero Cosmae Morelles.

laud operae dispendium ullum, sed pretium utique fuerit, *Theologicae* a sancto Thoma Aquinate elucubratae *Summae* ^praecipuas editiones, quae prodierunt re-Jjcensere ; menda etiam indicare, quae sive prelo errante sive librariorum oscitantia, in operis praestantissimi textum irrepserunt; atque demum frequentius adhibitas a viris peritissimis palam facere castigationes, quin inde opponi quidpiam iure queat, quod invectae interpolationis corruptionisque suspicionem ullam ingerat. Nonnullos ergo vanos homines, qui corruptam vitiatamque *divi Thomae Summam,* quam recentiores praesertim exhibent editiones, aut palam clamant aut clam mussitant, cohibendos adgrediturhacc nostra Dissertatio.

Ab artis typographicae incunabulis plurimae ac fermae innumerae prodierunt Operis praeclarissimi editiones ; quarum aliae per partes, integrum illud simulque totum praestant aliae. Praecipuas recenset diligentissimus Iacobus Echardus, nominibus typothetarum, locisque et annis editionum ac volumirium formis adnotatis; doctisquc viris commemoratis, qui easdem labore multo summoque studio accurarunt. Post vetustas quamplures, sive nitidis sive gothicis (ut aiunt) characteribus vulgatas, Romana prodiit anno i5yo tum *Summae Theologicae,* tum omnium et singulorum Angelici Doctoris Operum editio in folio, tomis XVII comprehensa, iussu Pii V Pontificis Maximi : operam suam conferentibus , *ut expurgata undique prorsusque splendida redderetur,* Vincentio Iustiniano et Thoma Manriques, eximiis Praedicatorum Ordinis alumni.

Votis curisque adhibitis haud bene cessit, cum eadem scateat non paucis mendis Romana editio, purioresque ferme sint, quae iam antea prodierant. Menda nempe intelligo, quae vel incuriam typothetarum vel eorum qui manuscriptos codices transcribebant oscitantiam aut imperitiam causam habent. Rem nonnullis patefacere exemplis liceat, Romana Summae Theologicae editione collata cum vetusto exemplari, quod praesto est, gothicis characteribus *Venetiis* impresso *per Antonium de Strata de Cremona, anno ab Incarnatione 148g die 24 decembris.* Quaestione i, artic. v in c. legitur in Romana : *Practicarum vero scientiarum illa dignior est, quae ad ulteriorem finem ordinatur.* Sphalma videtur esse, quo caret Veneta, in qua legitur : *Quae ad ulteriorem finem non ordinatur.* Quaest. in, art. vni in c. sic habet illa in fine secundae rationis : *Unde Deus potest esse pars alicuius compositi;* at vero et catholico sensu Veneta: *Unde Deus non potest esse pars alicuius compositi.* In illa, q. tv, art. 1, arg. 1 sic habetur: *Non convenit esse factum, sed Deo;* in ista: *Sed Deo non convenit esse factum,* genuina scilicet verborum structura retenta. Q. v, art. v, ad 2 corruptam lectionem praestat Romana: *Sicut albedo non dicitur ens, quia ipsa in aliquo sit: sed quia ipsa aliquid est secundum quid, ut album;* at germana lectio occurrit in Veneta : *Sicut albedo non dicitur ens, quia ipsa aliquo sit: sed ens* (dicitur) *quia ipsa aliquid est secundum quid, ut album.* In priore sententiae membro, pronomen *ipsa* in recto accipiendum est, in obliquo et ablativo casu in posteriore. Q. vu, art. rv, in c. sic habet Romana: *Quia augmentum multitudinis consequitur divisionem multitudinis;* sphalmate reiecto , sic legitur in Veneta: *Quia augmentum multitudinis consequitur divisionem magnitudinis*

Plurima passim occurrunt id genus errata ; quorum plerisque, non omnibus, carent priores vetustae editiones: inter quas memorare etiam liceat, quae typis prodiit *per magistrum Albertum de Stendael anno Domini i4~3 die 5 mensis octobris.* Laudata Veneta superior editio reliquas *Theologicae Summae* partes gothicis, ut adnotavimus, characteribus praestat: non eodem tamen anno impressas, nec eodem typographo. Pars Prima Secundae partis prodiit *per loannem Rubeum Vercellensem, anno ab Incarnatione Domini i4gq die ultimo iulii.* Liber secundus partis Secundae, eiusdem *loannis Rubei Vercellensis cura* v *idus sextiles i4g6.* Tertia denique pars cum Supplemento, *per Philippum Pinfium mantuanum anno salutis Dominicae i4g3 die 12 septembris.*

II. Hanc Romanam editionem, ne fucum ipsa lectoribus faceret ac imposterum *Summa Theologica* ut mendis expurgata prodiret, corrigendam adgressus est Franciscus Garcias, natione castellanus in Hispania, professione Valentinus in Provincia Aragoniae Ordinis Praedicatorum. Libellum *Tarraconae apud Philippum Mey anno i5;8* vulgavit, Antonio Augustino Archiepiscopo Tarraconensi dicatum, cui titulus: *Emendatio eorum erratorum, quae librariorum aut typographorum incuria in Summa Theologica s. Thomae hactenus admissa reperiebantur.* Quid ipse praestiterit quibusve subsidiis optatissimam perfecerit emendationem, in Prologo narrat his verbis: « Selegimus » ergo ex omnibus exemplaribus illud, quod emendatius » reputatur et profecto est: illud scilicet, quod *modo Ro-* » *mae* (anno 1570) fuit excusum; ut illo penitus repur- » gato, ad illius rectitudinem et normam alia possent re- » purgari omnia. In ista emendatione hanc rationem secuti » sumus. Doctrinam traditam in divo Thoma prius exacte » intelligendam curabamus... Et sicubi obscuritas, aut im- » proprietas, aut dissonantia, quae a vero et germano lit- » terae sensu et a s. Doctoris praeclaro ingenio abhorrere » videretur, occurrebat; statim exemplaria diversa consuleba- » mus, praesertim quaedam manuscripta, quae *in biblio-* » *theca Tarraconensi* reperta sunt, antiquissima quidem » illa, et quae de primis archetypis esse videbantur. In con- » sultationem quoque adhibebantur, interdum *Tabula Ber-* » *gomi, Pantologia Rainerii* aliorumque veterum libri, qui » verbum e verbo ex Operibus divi Thomae sumpti fuere: » in quibus aliquando lucem aliquam inveniebam ad ve- » ram et germanam lectionem reperiendam.... In Ia IIae prae-

» sertim corrigenda, *Commentaria Conradi* multum lucis nobis attulisse constat. In eadem praeterea, pariter et IIa IIae » repurganda, ad *Speculum Morale Vincentii Bellovacensis* » confugiebamus : ex quo apertissimum est s. Thomam » mutuasse ferme omnia, quae in his duobus codicibus *de* » *virtutibus et vitiis* scripta reliquit. »

Garciac studium, nemo impensius non commendet: quo sane factum ut codicum Tarraconensium fide editorumque plurium exemplarium collatione, doctrinae Thomisticae peritia ac optima crisi, plurimum germanae puritatis, quae ab ipso prodiit auctore, *Summae Theologicae* redderetur. At ipse vero, ut in alia luculentissimis argumentis ostensum est Dissertatione, gravissime turpissimeque allucinatus est, seu cum *Speculum Morale* a Vincentio Bellovacensi fabrefactum censuit: seu cum ipsum ornatissimum virum vita mortali anno 1240 functum putavit, qui ante annum 1264 ad plures non abiit: seu cum ex eo demum sanctum Thomam *Primam Secundae* et *Secundam Secundae,* nobilissimas Theologicae suae Summae partes, utramque fere integram, deflorasse aut mutuasse primus et imprudens proferre ausus est. In eo rursum Garcias labitur, cum ait: *Sancti Thomae Summam* ad manuscriptos *Speculi Moralis* codices typisque edita exempla corrigi oportere. Imo res esse contra omnino debet ut verissime Echardus animadvertit: *Ille namquefalsarius auctores, quos depeculatus est, identidem interpolat et sua quaedam immiscet : unde Summa Theologica foedaretur et maculis opplerctur potius, quam expurgaretur si ad Speculi Moralis lectionem exigeretur.*

Quae tamen , tametsi reprehensione digna sint, iusta demum ac debita Garciam laude fraudare non debent: illudque luce clarius constat, propositis ab eo emendationibus germanam quamplurimis in locis restitui *Summae Theologicae* lectionem, quae in editione Romana aliisque vetustis scatebat mendis. Sphalmatum exempla nonnulla iam attulimus, quae in libello Garciae corrigenda iubentur. Pauca subiicio ex laudata Veneta editione pariter et Romana, quae in eodem libello notantur et emendantur. Prima par., q. 1, art. x, arg. 2 legimus: *Scriptura, quae Testamentum vetus vocatur, quadrifariam traditur, scilicet secundum historiam, secundum etymologiam, secundum analogiam, secundum allegoriam.* Corrige vocem alteram et lege *secundum aetiologiam.* Q. vm, artic. ni in arg. *Sed contra: Gre.* seu *Grego, dicit super Cantica Canticorum.* Corrige, *Glossa* etc. Quaest. lx, artic. v ad 4: *In quantum vero est bonum, beatificans naturaliter omnes supernaturali beatitudine.* Corrige: *Beatificans universaliter omnes* etc. Prima ID0, q. n, art. vir, in fine corp, sic habet Veneta editio: *Unde dicendum quod beatitudo est aliquid extra animam.* Tarraconensis codex emendatioresque editiones legendum praebent : *Unde dicendum est quod beatitudo est aliquid animae: sed id in quo consistit beatitudo est aliquid extra animam.* Art. vm, in utraque editione: *Qui est universale subiectum beatitudinis omnium bonorum ;* ubi pro *subiecto* reponi oportere nemo non videt, *obiectum :* vocemque *bonorum* retinent alia exempla, habent alia, *beatorum.* Haec vero satis.

III. Garciae labores commendatione plurima dignos aut ignoravit aut neglexit Dominicus Nicolinus in sua Veneta Operum divi Thomae editione anni 1593-1594, quae omnibus inquinata mendis est, quibus editio Romana scatet. At viri diligentissimi correctiones admisit adprobavitque Cosmas Morelles, qui patria catalanus et alumnus coenobii s. Honufrii prope Valentiam Aragoniae Provinciae Ordinis Praedicatorum, novam Operum s. Thomae editionem curavit *Antwerpiac* (vel potius Coloniae) typis *loannis Keerbergii anno 1612,* tomis XVIII in fol. Haec disserit ille in Praefatione: « Ad corrigendum vero *Summae Iheologi-* » *cae* loca plurima, excitavit me corrcctorium industrie » elaboratum atque editum a perdocto viro fr. Francisco › Garcia, quondam apud Tarraconenses publico theologiae › professore et postea Valentiae Gymnasii Praedicatorii re- » gente. Cuius viri correctionem, etsi non in omnibus lo- » cis ab ipso designatis, pro maiori tamen parte in prin- › cipalioribus, cum manuscriptis tamen plerisque vetustio- » ribus exemplaribus consonam deprehendi. » Hinc patet, Garciae lectionibus, quas ipse ex Tarraconensi praesertim codice sumpsit, quasve in suis *mss. vetustioribus exemplaribus legebat Morelles,* fidem plurimam conciliari.

CAPUT II.

Nova Romae a Gregorio Donato curata editio. Lovaniensium doctorum et Duacensium emendationes et notae: quarum aliquae ad examen vocatae. Parisiensis loannis Nicolai accuratior editio: quid in ea videri possit minus laude dignum indicatur. Reginald: Lucarini emendationes aliquae expensae er correctae.

I. Opartam hanc novis curis ornari posse existimavit exOornavitque Gregorius Donatus romanus, Romanae Ordinis Praedicatorum Provinciae alumnus et Hyacinthi Petronii s. Apostolici Palatii Magistri socius, nova Romana editione *sumptibus Andreae Brugiotti, apud Bartholomaeum Zannettum anno 16'ig* accurata, in tomos XII (in 12) distributa. In Epistola ad *sincerae veritatis candidum amatorem,* quae *Romae* data legitur *die i5 octobris, anno 1618,* haec habentur: « Ipsissimae Angelici Auctoris » menti tuaeque utilitati consulendum duxi: quod factum » est castigatissima emendatione. Nullus quippe codex aut » vetustate eximius aut fide insignis in Italia, Gallia, His- » pania Germaniaque fuit universa, qui Romanam hanc * tertiam plenissime non adiuverit editionem. Habes hic » puram Thomae mentem, cui nihil extraneum admixtum, » nihil detractum actumque. Subrcptitia nonnulla elimina- » vimus: si qua deerant adiecimus. »

Haec eadem recusa prostat editio Amstelodami sub ementitis Coloniae Agrippinae typis Cornelii ab Egmond 1639, voll. XII in 12; et ibidem 1640, tom. V. in 4, quas notat Echardus: et Lugduni sumptibus Io. Baptistae Barbier 1688, voll. X in 12. Errata plura, quae non vidit aut non adverterat Garcias et in editione prostant Cosmae Morelles, correcta in hac Romana editione sunt et expurgata. Exempla profero nonnulla. Prima p., qu. v, art. in ad 4, haec habentur verba: *Sunt autem mathematica separata secundum rationem tantum, prout abstrahunt ut a motu et a materia :* quae emendata leguntur in editione Donati, *prout abstrahuntur a motu et a materia.* Q. vm, art. iv, in c. legit Donatus, *sicut si homo est albus dente:* legunt alii, *secundum dentem* et in editione Cosmae Morelles, *albus dentem.* Prima IIae, q. 1, art. vu in c. sic habet postrema laudata editio, *habens effectum bene dispositum :* recte vero Donatus, *habens affectum bene dispositum.* Id genus plura innotescunt editiones diligentius invicem comparanti et expendenti. -

II. Operam suam studiumque per haec tempora contulere doctores Lovanienses et Duacenses, ut omnibus expurgata naevis, quorum genus et conditionem exemplis hactenus patefecimus, *Summa Theologica* divi Thomae prodiret. Thomas Madalena in sua *Crisi Thomistica,* de qua inferius agendum, *Lugdunensem anni i663* editionem laudat, in qua *observationes theologorum Lovaniensium et Duacensium circa litteram divi Thomae* typis editae exhibentur: quarum aliae codice Tarraconensi a Garcia adhibito et codice Cameraccnsi ab eisdem theologis collato innituntur: ab ipsa theologorum conjectura ct crisi prodeunt aliae. Parisina mihi praesto est editio, quae sumptibus Dionysii Moreau prodiit, partim anno 1648, partim anno 1652, *quorumdam theologorum Lovaniensium opera mendis repurgata,* eorumque criticis *observationibus* in calce uniuscuiusque voluminis munita. Lugdunensis etiam praesto est *anni 1G77* editio, in qua sic lego: « Summa sancti Tho- » mae Aquinatis, divinae voluntatis interpretis, Ordinis › Praedicatorum.... in tres partes ab Auctore suo distri- » buta. Post Lovaniensium atque Duacensium theologorum » insignem operam, novis adhuc mendis castigata etc. »

De notis huiusmodi, quas laudati theologi apposuere, latiore agunt calamo loannes Nicolaius in suae Parisinae editionis Praefatione et Thomas Madalena in Crisi Thomistica. Plurimas nempe laudant : reficiunt alias aliasque veluti superfluas insuper habent. Prima p., q.n,art. ni in corp.

legit Donatus: *Si ergo essent plures Dii, oporteret eos differre. Aliquid ego conveniret uni, quod non alteri. Si autem hoc esset, perfectio alteri eorum deesset et sic ille, in quo esset privatio, non esset simpliciter perfectus.* Nitidam lectionem obscurant theologi Duacenses: *Et si hoc esset privatio, non esset simpliciter perfectus: si autem esset perfectio, alteri eorum deesset.* Interpunctionem mutant Lovanienses hoc modo: *Si autem hoc esset perfectio, alteri eorum deesset* etc. Q. lxi, art. n ad 2, in editionibus, Romana Pii V, Antwerpiensi Cosmae Morelles et Romana Gregorii Donati, haec habentur: *Non tamen est* (Angelus) *supra tempus, quod est numerus successionis esse eius post non esse; et etiam quod est numerus successionis, quae est in operibus eius:* ubi perperam theologi expungenda iubent, *quod est numerus successionis esse eius post non esse.* Secunda IIae, q. xxiv, art. x ad 2, in his verbis: *Est autem alia cupiditas venialis peccati, quae semper diminuitur per caritatem;* negantem particulam desiderari censent theologi legendumque monent: *Quia non semper diminuitur per caritatem.* Q. lxviii, art. iv ad 2, sic habent frequentius editiones: *Et ideo accusatus si innocens fuerit, potest ei iniuriam suam remittere, maxime si non calumniose accusaverit, sed ex animi levitate. Si vero ab accusatione innocentis* (al. nocentis) *desistat propter aliquam collusionem* (al. confusionem) *cum adversario, facit iniuriam reipublicae.* Quo loco theologi Duacenses legunt: *Si vero ab accusatione innocentis desistat propter aliquam confusionem, potest ei remitti ab eo, qui accusatur: si autem ab accusatione nocentis desistat propter aliquam collusionem* etc. Ubi doctiores observant, intrusa verba neque vetusta editione, neque ms. codicis fide niti, neque loco sacrae Scripturae ex decimonono capite Deuteronomii allegato consonare. Pauca diligens lector sedulo expendat loca, quae protulimus, ut ex uno exemplo discat omnia, similemque aliorum conditionem pernoscat.

111. Nondum satis emaculatum in lucem prodiisse visum est praestantissimum opus. Novam curavit *Parisiis anno i663* editionem, *Societatis typis* in fol. Ioannes Nicolai: quem virum clarissimum debito elogio non semel nostris in Dissertationibus exornavimus. Titulus est: *Summa Theologica s. Thomae Aquinatis, quinti Ecclesiae Doctoris, iure merito Angelici, post anteactas omnes ubicumque terrarum eius editiones accuratius recognita: et tum a mendis expurgata, tum restitutis quorumlibet auctorum veris et legitimis indicibus et innumeris Patrum, Conciliorum, Scripturarum ac Decretorum testimoniis, ad materias controversas vel ad moralem disciplinam pertinentibus, in margine locupletata: notisque historicis ac dogmaticis undequaque adiectis aucta, ornata, illustrata, ut paullo post subiuncta praefatio plenius indicabit.* Haec autem iterum lucem vidit editio Lugduni, typis Anisson, Posuel et Rigaud anno 1685 fol. charactere nitido et eleganti et ibidem sumptibus Anisson et Posuel anno 1701 et 1702 in 12. Typographicis mendis textum se repurgasse profitetur Nicolaius in praefatione: historicam alicubi sinceritatem veritatemque restituisse, hiatus plures et lacunas implesse ad supplendam seriem textus: praetermissas non semel supplevisse aliquorum argumentorum solutiones, undecumque praetermissio illa videri possit contigisse: verosque demum indices Patrum, Conciliorum, Scripturarum, Glossarum, Decretorum vel legum civilium, imo et prophanarum auctoritatum reposuisse.

Diligentiae a Nicolaio hac in editione adhibitae specimen habet lector in eiusdem praefatione, ubi nonnulla offeruntur exempla. Ad veritatem historiae restitutam pertinent, quae sequuntur. Secunda IIae, q. n, art. vn ad 3, ex *historiis Romanorum* adinventio refertur cuiusdam sepulcri et aureae laminae cum épigraphe *tempore Constantini Augusti et Helenae matris eius.* Quo loco *Irenem* reponit Nicolaius, matrem Constantini Sexti. Vide Theophanem apud Baronium ad an. 780, num. 8. Item q. cvm, art. 1 ad 4, haec habentur: *Et Sylvester Papa excommunicavit eos, qui eum in exilium miserunt:* ubi *Silverium* lege. Demum q. clxxxix, art. 1, arg. 3, reiecta aliarum editionum lectione, *sicut Gregorius scribit Anglorum Episcopo;* hanc vir peritissimus reponendam iubet: *Sicut Gregorius scribit Syagrio Gallorum Episcopo.* Quae utique subiiciuntur verba, partim legere est, sin omnia, libro IX, epistola cvi *ad Syagrium, Etherium, Virgilium et Desiderium Episcopos.* Laudatam consule epistolam in novissima operum sanctissimi Pontificis editione.

Additamenta vero, quae supplenda censuit doctissimus editor, loco exempli haec accipe. Prima p., q. n, art. v in c. ubi *practicarum scientiarum illa dignior* dicebatur, *quae ad ulteriorem finem non ordinatur,* adiecta leguntur verba: *Sed ad ipsam aliae, sicut ad finem ordinantur.* Secunda IIae, q. cxxxvt, art. in adi, sic habent editiones: *Et ideo pronior est homo ad sustinenda mala, in quibus concupiscentia delectatur praesentialiter:* addit ille, *propter bona, in quibus concupiscentia delectatur praesentialiter* (quod additamentum exposcit series textus), *quam tolerare mala propter bona futura quae secundum rationem appetuntur.* Praetermissae demum solutionis ad argumenta praesto exemplum est Ia IIae, q. cn, artic. vi, ubi solutio ad 10 desideratur in editione Romana anni 1570 et Antwerpiensi anni 1612. Hanc supplevit primus Franciscus Garcias: eademque nitidiore stylo legitur in Romana editione Gregorii Donati, lineolis inclusa, cum adiecta marginali admonitione: quam demum et ipse adoptavit Nicolaius.

Curatam ergo a viro clarissimo editionem caeteris *accuratiorem* vocat Iacobus Echardus: *praesertim quantum ad indices, ubi sanctus Doctor in articulo aliquo ad alium eiusdem Summae articulum remittit.* Maluisset idem Echardus, *ut quaedam sua vir doctus ipsis divi Thomae articulis uno contextu non addidisset:* sed ea *vel alio charactere vel in inferiori margine extra contextum* poni curasset. Unde diligentem demum lectorem admonet, ut *ad asteriscos attendat in principio et fine assumenti positos:* quos attamen admoneo ego nimia typographi incuria praetermissos in Lugdunensi laudata editione anni 1701 et 1702. Sed et multo nimius videri Nicolaius potest in solutione ad 3 quae habetur IIa IIae, q. xi, art. n, quam scilicet prolixo adauxit additamento, Hieronymi et Cyrilli Alexandrini testimoniis adiectis: quae, tametsi aptissima sint, e calamo tamen divi Thomae non prodierunt.

IV. Paucis post hanc editionem annis, *anno* videlicet 1666, lucem *Romae apud successores Vitalis Mascardo* viderunt *animadversiones quaedam* Reginaldi Lucarini, sacri Palatii Apostolici Magistri, *in textum Operum s. Thomae Doctoris Ecclesiae.* Dolet ipse in praefatione Romanam anni i5yo editionem non paucis, errante prelo, inquinatam mendis prodiisse: studiumque se operamque suam collocasse testatur, ut quae sibi in Summa Theologica, *praecipue impressionis Venetae apud Dominicum Nicolinum i564* (lege i5q3) sphalmata occurrerunt vel corrigeret vel suppleret: variasque demum admonet *lectiones apud sapientes,* quas collegerat, *in suo libello communicasse.*

Dolendum illustrem virum moliri novum correctionis opus voluisse, quod iam praestantissimi laudati editores perfecerant: ipsorumque labores dignissimos commendatione vel ignorasse vel paullo confidentius neglexisse. De libello eius proferre satius erit iudicium, quod Raymundus Capisuccus tulit in *Controversiis theologicis selectis* Romae typis editis anno 1670. Haec habet ille Controversia XXIV *De propitiatorio* pag. 572: « Non video, *inquiens,* cur er-
» rorum existentium in textu *Summae Theologicae* Venetae
» impressionis *apud Dominicum Nicolinum anni i564*
» (i5g3) catalogum illum proferre debuerit hic auctor:
» cum errores illi fere omnes iam correcti sint in aliis
» editionibus, *Romana* scilicet, *Lovaniensi, Coloniensi, Pa-*
» *risina,* ante illius *Manualis* (titulus est operis cui *Ani-*
» *madversiones* Lucarini adiectae sunt) editionem: nam hoc
» *Manuale* prodiit anno 1666. Nec enim apparet, quid uti-
» litatis lectoribus- aut laudis Angelico Magistro eiusque
» doctrinae huiusmodi antiquorum errorum refricatio af-
» ferre possit. Refert quidem et Gregorius Donatus in prin-
» cipio Primae partis Summae divi Thomae *editionis Ro-*
» *manae anni 1619* errores, qui olim in eamdem *Summam*
» irrepserant: sed eos ipsos emendatos monet, collatis un-

» dequaque ipsius *Summae* variis codicibus, tum antiquis » manuscriptis, tum in ipsa typographicae artis infantia » impressis. At Lucarinus errores antiquos recenset et cor- » rectionis iam adhibitae non meminit: imo corrigendos » monet etiam illos, qui correcti stint in *editione Romana* » *anni 1619:* quod certe illi notum fuit vel notum esse » debuit. Alios etiam errores profert, qui revera errores non » sunt: iliisque correctiones nullatenus ferendas praescribit... » Plura etiam corrigit, quae utroque modo aeque bene legi » possunt. »

Errantem Lucarinum in locis quae corrigenda censet vel pauca produnt quae profero exempla. I p., q. XIII, art. V ad 1: *Agens vero univocum non est causa universalis totius speciei.... sed est causa particularis respectu huius individui, quod in participatione speciei constituit.* Legendum, ait ille, *consistit:* apertissimo scilicet sphalmate. Sententia namque Thomae est: Agens univocum non agere in ipsam rationem speciei, sed individuum *constituere* in participatione speciei. Q. XXXIV, art. I ad 2: Per *eumdem modum potest intelligi quod dicere Deo sit cogitando intueri.* Aliam ipse praefert lectionem, *dicere de Deo:* absurdam sine dubio et Angelico Doctori repugnantem, qui haec addit: *In quantum scilicet intuitu cogitationis divinae concipitur Verbum Dei.* Hinc vox illa, *Deo,* in dandi casu accipi debet. Verborumque Thomae sensus est: *Dicere* seu producere Verbum, quod convenit *Deo,* est *cogitando intueri.* Q. XLVI, artic. II ad 1: *Non enim mundum temporis volunt* (quidam) *habere, sed suae creationis initium.* Reponit ille *mundum tempus:* hoc est, volunt quidam mundum non habere tempus. Non ita Augustinus, cuius verba adhibet Aquinas, qui libro XI De civitate Dei, capite IV, num. 2 sic ait: *Qui autem a Deo quidem factum* mundum *fatentur, non tamen eum volunt temporis habere, sed suae creationis initium, ut modo quodam vix intelligibili semper sit factus.* Minus attenti et ipsi Patavini editores vocem *temporis* mutarunt in *tempus.* Ia IIae, q. XCII, art. V ad 3: *Bruta animalia moventur ad finem; non quasi considerantia, quod per motum suum possint consequi finem, quod est proprie intendentis: sed quasi concupiscentia, naturali instinctu moventur ad finem.* Quo loco legi iubet Lucarinus: *Sed quasi concupiscentes finem, naturali instinctu moventur ad finem.* At *animalia bruta* si dicas *concupiscentes finem,* Priscianum egregie verberas: itaque retine *concupiscentia,* ac subintellige, ut pervium est, *finem.*

Generis alterius lectionum, quas prorsus inutiles Capisuccus habet, duo, quae sequuntur, exempla accipe. I p., q. LXVI, art. I c.: *Nihil potest praeter Deum ab aeterno fuisse:* et q. I, art. V ad 3: *Omnia deciderent in nihilum, nisi continerentur a Deo.* Loco priore aliam Lucarinus lectionem affert, *nihil oportet praeter Deum* et loco altero, *nisi conservarentur a Deo.* Nullius nempe momenti obtrudit lectiones.

CAPUT III.

Accuratissimae editiones Patavinae duae: quae invicem comparantur et expenduntur. Emendatiores curari adhuc possunt. Novissimae correctiones Thomae Madalenae Ordinis Praedicatorum, cum animadversionibus.

I. T^Jatavina sequitur editio quae anno râpé* prodiit *ex ty-* Jl *pographia Seminarii,* quinque voluminibus comprehensa in folio. In praefatione ad lectorem haec sunt typographi monita: 1. Multa exemplaria diligentius collata esse, ut quae in singulis dispersa venustatem aliquam singulis editionibus afferrent, ea in hanc simul collecta universa, illam prae caeteris illustriorem redderent atque ornatiorem: 2. Tantum in erroribus corrigendis operae ac laboris positum, quantum ab homine navo atque industrio afferri potest: multoque certe in hac editione futura pauciora, quae corrigi debeant, quam in quibusvis vel peregrinis editionibus: neque tamen omnia sublata: 3. Summorum Pontificum, Conciliorum, sanctorum Patrum aliorumque denique scriptorum omnium testimonia, quorum plurima mendosis ad marginem notis in omnibus propemodum editionibus legebantur, ad suos fontes revocata, laborem in quatuor maxime post primum voluminibus alleviante Ioannis Nicolai diligentia. Quae disserit typographus, accuratissime praestita fuisse inficiabitur nemo, qui hanc sedula manu tractaverit ac attentis lustraverit oculis expenderitque editionem: quam revera illustrem ornatamque reddiderunt Patavini editores, germanis a Francisco Garcia restitutis lectionibus adhibitis collatisque vetustis ac recentibus insignioribus editis exemplaribus, locorumque indicibus (quantum patitur humana diligentia) ad suos fontes revocatis. Si quae variae occurrebant *lectiones,* divi Thomae menti ac doctrinae contextui consonae; eam retineri in textu visum est, quae convenientior credebatur: in marginem alia alio charactere reiecta est. Si quae demum suppleri aliquando oportuit, quae desiderabantur; haec *asterisco* vel *cruculae* signo adnotata sunt, ut a germano sancti Doctoris textu quaecumque distinguerentur adsumenta: alia demum, utpote superflua, praetermissa.

Iterum Patavii typis eiusdem Seminarii anno 1712 prodiit *Theologica Summa,* in duodecim distributa volumina in 12. Quid operae ac industriae secundis curis praestitum fuerit, typographus narrat: 1. Ad internum nitorem Operis quod attinet ac perfectionem, nec antehac in priore anni 1698 editione Patavina, nec ab aliis unquam plus operae ac studii emendationi eius tributum: 2. Nullam non adhibitam diligentiam, ut non verba modo divi Thomae, sed ipsa illa per divum Thomam aliunde accita, fidei suae restituerentur: 3. Id porro maxime accuratum, ut optima et probatissima ubique lectio retineretur: tum si qua dubia visa est, adderetur altera: caeteraeque, unde nullus est usus, omnino reficerentur: 4. Idque non pro genio ingenioque a Patavinis editoribus praestitum, sed inito diligentiore vetustorum exemplarium examine consultisque praestantissimorum virorum lucubrationibus, quas editas ad id perficiundum correctionis opus iam memoravimus. Maioris adhibitae in hac editione a Patavinis diligentiae pauca satis fuerint exempla. I p., qu. V, art. V c. editio prior sic habet: *Ad hoc quod aliquid sit perfectum et bonum, necesse est quod formam habeat et quae consequuntur ad istam:* at posterior *et ea quae praeexistunt, et ea quae consequuntur ad istam;* ut in editione Gregorii Donati ac Lovaniensium theologorum et Duacensium. Q. XV, art. I c. in priore editione *Mundus factus* dicitur *a Deo per intellectum agentem:* in altera *a Deo per intellectum agente.* Q. XLVI, art. II ad 1 in illa: *Non enim mundum tempus volunt habere:* in ista, *non enim mundum temporis* (initium scilicet) *volunt habere,* ut apud Augustinum libro XI De civitate Dei, capite IV. Sed hac praeclara in editione quis aegre non ferat *cruculas, lineolas, asteriscos,* ubi supplementa occurrunt, praetermissos fuisse, ut Ia IIae, q. CV, art. VI ad 10. Quo loco admonet Seraphinus Capponi a Porrecta solutionem illam ad argumentum decimum, *quae a sancto Doctore data fuerat, negligentia nonnullorum* excidisse: at dubio procul quae modo legitur, non ipsum Aquinatem, sed Garciam et Donatum auctores habet; unde *asterisco* aut *lineolis* insignienda fuerat, ne pro germano divi Thomae textu acciperetur.

II. Neque tamen in his Patavinis editionibus inficias iverimus, adhuc aliqua exstare menda, quae diligentioribus curis detergenda forent. Sphalmatum huiusmodi, ne velle videamur fucum facere, accipe exempla. IIa IIae, q. II, art. II ad 2 haec habentur in editione Patavina fol. anni 1698: « Unde Leo Papa in quadam epistola ad Procerum (*al.* » Proterium) Episcopum Alexandrinum dicit: *Quod inimici* » *Crucis Christi* etc. » In alia editione anni 1712 in 8 legimus: « Unde Leo Papa in quadam epistola ad Protc- » rium Episcopum Alexandrinum *(quae epistola nunc non* » *extat)* dicit: Quod *inimici Crucis Christi* etc.» Vox illa, *Procerum,* utpote corrupta, omnino reficienda: Leonis vero Magni epistola ad illum Alexandrinum Episcopum data, perperam dicitur *nunc non extare,* cum eam tot ante annos ex insigni codice Dominici Grimani Patriarchae Aquileiensis et S. R. E. Cardinalis typis vulgaverit Paschasius Quesnellius. Allata ab Aquinate verba habentur capite II.

Item III p., q. lxviii, art. in, arg. i in utraque editione legitur : « Dicit enim Leo Papa (epist. iv, cap. v) *duo tempara, Pascha et Pentecoste, ad baptizandum a Romano Pontifice legitimepraefixa sunt. Unde dilectionem vestram monemus, ut nullos alios dies huic observationi misceatis.* » Admonendum fuerat postrema tantum apud sanctum Leonem in epistola iv, num. 16 verba legi: caetera ad titulum pertinere Canoni praefixum, ut colligere facillime quisque potest ex Concilio Moguntino I, anno 847 celebrato, capite in. Denique IIa IIae, q. cxlvii, art. vu *Sed contra* in edit, in fol.: «Concilium Calchedonense dicit: *In quadragesima* etc. (Habetur de Consecrat, dist. 1, cap. 1 *solent).* » Et in altera editione : « Habetur in quodam » Concil. Capitulari incerti auctoris, loci et temporis. » Admonendum fuerat, *Concilium Cabillonense* legi apud Ivonem et Gratianum, ipsumque sanctum Thomam IV Sent., dist. xv, q.m, art.iv in arg. *Sed contra,* q. m : reponi vero demum oportere, ex Capitulari, non *incerti auctoris, loci et temporis,* sed Theodulphi Aurelianensis anno 797.

III. Emendatiorem praeterea purioremque curari posse editionem, correctiones evincunt propositae a Thoma Madalena Ordinis Praedicatorum, natione hispano, Provinciae Aragoniae alumno, conventus Alcanitiensis Priore. Opusculum prostat abs viro doctissimo editum *Caesaraugustae apud heredes Emmanuelis Roman Universitatis typographi, anno iqig.* In fronte titulus legitur his verbis : *Crisis Thomistica et novissima litteralis emendatio, Summae Theologicae Angelici Doctoris sancti Thomae Aquinatis adiicienda ... iuxta antiqua volumina manuscripta, quae divus Vincentius Ferrerius tradidit conventui Alcagnicii Ordinis Praedicatorum.* Adnotat Madalena in praefatione : codicem praedictum ms. *quatuor in volumina* distributum esse *et in cuiusque voluminis fronte* haec verba *antiquo charactere* scripta legi: *Istum librum dedit conventui Alcagnitii venerabilis pater fr. Vincentius Ferrerius, sacrae theologiae magister et confessor Domini Papae Benedicti XIII.* Aetatem voluminum non eamdem esse: in primo quippe libro, seu Prima parte Thomas appellatur *Sanctus,* in aliis tribus *dicitur simpliciter frater Thomas;* ut haec posteriora volumina tria ante sacram eius apotheosim manu fuerint exarata. Atqui vero Summam Theologiae *anno i663 prelo Lugduni mandatam, in qua observationes theologorum Lovaniensium et Duacensium circa litteram divi 7hornae obiiciuntur, adhuc vitio preli ita mendis abundare, ut ipsa* theologorum *emendatio sit novae correctionis indiga.* Hanc auspicato peragi ac perfici posse ope codicis manuscript! Alcanitiensis. Novam denique editionem, quae loannis Nicolai adnotationibus aliisque locupletata *anno i6g8* prodiit *Patavii,* consulto praetermitti, *ne repetitione variarum editionum abiret* opusculum *in volumen : et praesertim quia sensus et ordo litteralis divi Thomae potius ex manuscriptis exemplaribus, quam ex editionibus subsistere debet.*

Nemo laude plurima non celebret Madalenae studium, qui germanum Thomae textum in *Summa Theologica,* manuscriptorum codicum bonae notae fide et auctoritate, restitui curavit ac frequentius restitutum comprobavit. Non ita fortasse videri dignus commendatione auctor potest, quod Patavinam editionem, quae in eius, ut ait, *venerat manus,* praetermiserit: ac sphalmata, quae in eadem correcta habentur, iterum sub oculos corrigenda ponat. Similium emendationum, quae supervacaneae sunt, exempla affero. I par., qu. vi, art. m ad 1: *Unum non importat rationem perfectionis, sed indivisionis tantum:* non, *seu indivisionis.* Qu. vm, art. iv ad 6: *Anima eius esset ubique primo quidem, sed per accidens :* absque negante particula, *non primo,* ut ex collatione textus aperte colligitur. Qu. xtv, art. ix ad 2: *Cum Deus sit ipsum esse:* non, *scit ipsum esse.* Ia IIae, qu. iv, art. 1 ad 3: *Delectatio sensus, contraria rationi, impedit aestimationem prudentiae magis, quam aestimationem speculativi intellectus :* quo loco aliquibus in editionibus desiderantur ea verba, *aestimationem prudentiae magis.* Qu. v, art. v in arg. 1: *Quam id, per quod finem ultimum consequitur:* ubi alia mendosa lectio, *quam id, quod per finem.* IIa IIae, qu. xix, art. 1, c.: *Potest nobis malum culpae provenire:* non, *poenae.* Qu. xxiv, art. x adi: *Potest enim* (caritas) *habere causam augentem:* non, *agentem;* unde subdit Thomas: *Sed non potest habere causam minuentem.* Ill par., qu. xxvn, art. 1 ad 3: *Non tamen fuit liberata.... nisi per Christi hostiam:* non, *ostium.* Qu. xxix, art. ii, c.: *Finis autem matrimonii est proles generanda et educanda, ad quorum primum pervenitur per concubitum coniugalem:* perperam in aliquibus editis, *per consensum.* Qu. xxxi, art. m ad 4 : *Benedictio facta est super lehu :* non, *lesu.* Haec satis: quae et quamplura eiusdem generis, veluti corrigenda proponi non debuisse videntur; utpote in editionibus Donati, Nicolai et Patavina, diligenti instituta codicum manuscriptorum ac editionum vetustarum collatione, iam emendata.

Neque tamen vanos dixerim inutilesque Madalenae labores, ac si laudabile nihil ad aliorum vigilias adiecerit. Plûtes imo in eius opusculo aut emendationes aut lectiones variae prostant, ex codice illo Alcanitiensi desumptae : quibus aut expurgari mendis potest Summae Theologicae textus, aut si quando involutus et obscurus apparet, reddi nitidior. Rem nonnullis patefacio exemplis. I par., qu. x, art. v, c.: *Quaedam vero recedunt minus a permanentia essendi, quia esse eorum nec in transmutatione consistit, nec est subiectum transmutationis: tamen habent transmutationem adiunctam vel in actu vel in potentia. Sicut patet in corporibus caelestibus, quorum esse substantiale est intransmutabile: tamen esse intransmutabile habent cum transmutabilitate secundum locum. Et similiter patet de Angelis, quod scilicet habent esse intransmutabile cum transmutabilitate secundum electionem, quantum ad eorum naturam pertinet, et cum transmutabilitate intelligentiarum, et affectionum et locorum suo modo.* Tolle cum Alcanitiensi codice verba illa, *quantum ad eorum naturam pertinet,* ac nitida remanet plana facilisque lectio. Qu. xvm, art. m c. : *Inveniuntur igitur quaedam, quae movent seipsa, non habito respectu ad formam vel finem, quae inest eis a natura : sed solum quantum ad executionem motus. Sed forma, per quam agunt et finis propter quem agunt, determinantur eis a natura.* Sententiam clariorem habes, si cum eodem codice legas: *Inveniuntur igitur quaedam, quae movent seipsa solum quantum ad executionem motus: sed forma, per quam agunt* etc. Qu. xix, art. 1 ad 3 : *Voluntas, cuius obiectum principale est bonum, quod est extra voluntatem, oportet quod sit mota ab alio:* ubi germanam lectionem, sui codicis ope, sic restituit Madalena, *quod est extra volentem.* Ia IIae, qu. xni, art. v c. : *Ratio eligendi aliquid est, ut ex hoc possimus consequi finem vel hoc quod ducit ad finem.* Sincera videtur Madalenae lectio: *Ratio eligendi aliquid est ex hoc, quod ducit ad finem.* Qu. en, art. Ill ad 7: *Prohibitum erat ne mercedem prostibuli aut pretium carnis in domum Dei offerrent.* Codex Alcanitiensis *pretium canis* habet: ut nempe legitur in xxiii capite Deuteronomii, V. 18. Ibidem art. iv ad 6: *Arca sita erat inter duos Cherubim, qui se mutuis vultibus respiciebant: et super Arcam erat quaedam tabula lapidea, quae dicebatur propitiatorium, subter alas Cherubim.* At propitiatorium *de auro mundissimo* fabrefactum luculentissime testatur sacra Scriptura Exodi cap. xxv, f. 18 et cap. xxxvii, V. 6. Mendo itaque, quod in edita plura Summae Theologicae exemplaria irrepsit, Alcanitiensis aliique codices carent, in quibus ita legitur: *Super arcam erat quaedam tabula, quae dicebatur propitiatorium.* Hac de re latius et uberius infra. IIa IIae, qu. 1, art. v ad 1 : *Infideles eorum, quae sunt fidei, ignorantiam habent, quia nec vident, nec sciunt ea esse credibilia.* Longe nitidior in codice saepe laudato occurrit lectio : *Quia nec vident aut sciunt ea in seipsis, nec cognoscunt ea esse credibilia.* Qu. 11, art. ix ad 3: *Unde non leviter credit, cum habeat sufficiens inductivum ad credendum: et ideo non tollitur ratio meriti.* Sensum textumque legitimum exhibet codex: *Unde non leviter credit: tamen non habet sufficiens inductivum ad sciendum et ideo non tollitur ratio meriti.*

CAPUT IV.

Neque indicata menda plura quae irrepserant, neque adhibitae a viris peritissimis emendationes, ullam unquam in praestantissimum Summae Theologicae opus corruptionem invexere. Ioannis Bromiardi sententia quaedam expenditur.

I. Tandabiles iam curae innotescunt, quas viri praestantissimi per succedentia tempora suscepere, ut *Summa Theologica* divi Thomae, quantum humana conferre industria poterat, expurgata mendis prodiret; textumque praestaret, qui sanctissimi Auctoris genuinus et germanus videretur. Quid ergo? Num sincera ac primaeva verborum sententiarumque lectio, quam dictaverit scripseritque Thomas, dubia fuerit, non explorata? Absit. Errorum qui irrepserant et emendationum quamplura consulto dedimus exempla: queis compertum exploratumque fiat, nihil ex ipsis mendis, quibus edita egregii illius Operis exempla scatebant; nihil ex emendationibus, quas docti solertesque editores adhibuerunt, quod attinet ad sensum, et sententiam, et doctrinam, cepisse illud unquam detrimenti.

Sunt enim spalmata plura, quae prelo errante vel incuria typographorum exciderunt. Sunt alia, quae librariorum oscitantiam aut imperitiam causam habent: quippe qui minus attento corporis oculo, minusque intenta mentis acie codices manuscriptos legebant, notisque praesertim compendiariis decepti vocem alteram pro altera scripserunt. Quo duplici quidem mendorum genere nitor quidem textus inficitur; doctrinae sensus et sententia auctoris non immutantur. Sunt etiam variae quaedam *lectiones,* quae in ipsis manu exaratis codicibus exstant: alteramque praestant edita nonnulla exempla, alteram alia pro codicum varietate, quos illi adhibuere qui editiones accurarunt. An ergo lectionum haec discrepantia variam inferat alicubi sententiam, atque repugnantem? Minime gentium. Exemplo res clara et perspicua fiat. I par., qu. i, art. v, c. sic habent edita et manuscripta exempla quaedam: *Practicarum vero scientiarum illa dignior est, quae ad ulteriorem finem non ordinatur:* habent alia, *quae ad altiorem finem ordinatur:* et rursus alia, *quae ad ultimiorem finem ordinatur.* Alia nempe lectio prae alia nitidior est, non invicem pugnant illae. Quaest. xtv, art. xv ad i: *Dicendum, quod Dominus, et Creator et huiusmodi important relationes ad creaturas, secundum quod sunt in seipsis; sed scientia Dei importat relationem ad creaturas, secundum quod sunt in Deo; quia secundum hoc est unumquodque intellectum in actu, quod est in intelligente: res autem creatae sunt in Deo invariabiliter, in seipsis autem variabiliter. Vel aliter dicendum est: quod Dominus et Creator et huiusmodi important relationes, quae consequuntur actus, qui intelliguntur terminari ad ipsas creaturas, secundum quod sunt in seipsis: et ideo huiusmodi relationes varie de Deo dicuntur secundum variationem creaturarum. Sed scientia et amor et huiusmodi important relationes, quae consequuntur actus, qui intelliguntur in Deo esse: et ideo invariabiliter praedicantur de Deo.* Sunt vero codices, sunt etiam edita exempla, in quibus una dumtaxat responsio legitur, quae secundo loco prostat: at responsa illa duo in aliis editionibus distinguuntur, quorum alterum non repugnat alteri, sed illud declarat.

In Secunda parte partis Secundae, qu. x, art. m ad 3 sic legitur: *Pro alio peccato, puta pro adulterio, si committatur a fideli et ab infideli, caeteris paribus, gravius punitur, quia gravius peccat, fidelis quam infidelis.* Mutilum textum, absque ulla sententiae corruptione, exhibent edita aliqua exempla: *Caeteris paribus, gravius peccat fidelis quam infidelis.* Qu. cxxxtv, art. itt ad i: *Et magnificentiam, quae respicit magnum pecuniae usum:* ubi nitidior alia videtur lectio, *quae respicit magnum in pecuniae usu.* Variantes plurimas id genus *lectiones* notarunt Patavini editores, aliasque praestat ex codice Alcanitiensi Thomas Madalena: quas in argumentum si quis adsumat, ut ancipitem ac dubiam sancti Thomae mentem, eiusque doctrinae sententiam obiiciat, is nihil certe sapiat, imo desipiat oportet.

In ipsis mss. codicibus, quos hactenus lustrarunt *Summae Theologicae* editores, quidpiam excidisse primigenii textus, ultro et candide fateor, v. g. solutionem ad aliquod argumentum, ipsumque interdum prolusorium, quod vocant, argumentum *Sed contra:* ac mutila huiusmodi loca, quae paucissima sunt, indigitarunt Garcias, Madalena aliique nostrates. Hinc vero factum, ut *Supplementa* alicubi adiecta fuerint. Exemplum praesto est Ia IIae, qu. cn, art. vi ubi quae responsio adio desiderabatur a Garcia et a Donato suppleta legitur. At ipsum adsumentem inter *asteriscos* aut *lineolas* incluserunt diligentes ac sinceri editores, ut ipsum crederet nemo, partem esse primigenii textus; quamquam illud et alia id genus supplementa ex ipsa Aquinatis doctrina desumpta sunt. Sed in eo demum loannis Nicolai et Patavinorum editorum maxime desudavit industria ac diligentia, ut scriptorum allegata testimonia suos ad fontes revocarentur. Indices corruptissimi in vetustis editis exemplis occurrunt: quorum vitium (si partim exciderit ex ipso Thomae calamo, qui non omnia mutuari ex ipso fonte potuit) repeti sine dubio debet, maiorem quod attinet ad partem, ex librariorum oscitantia et imperitia typographorum. His detergi et expurgari Summam Theologicam mendis, non illam est interpolari, sed ornari et illustrari.

II. Insigne corruptionis, quod afferri solet, argumentum praeterire piaculum foret, quod ex quodam loannis Bromiardi Ordinis Praedicatorum loco desumitur. In Summa Praedicantium V. *Maria,* num. 10 ait ille: « Ipsa vero tam » eminenter sanctificata fuit, quod nec *mortaliter, nec ve-* » *nialiter* peccavit, sicut patet per sanctum Thomam in » Tertia parte de Christo qu.xxxvn, art. vi. In eadem etiam » quaestione, art. n ponit eius sanctificationis excellentiam, » quantum ad temporis prioritatem, in hoc quod sanctifi- » cata fuit *in sua animatione, idest in coniunctione animae* » *cum corpore* in utero matris suae, *et non ante:* quia » *sanctificatio et mundatio fit per gratiam, cuius subie-* » *ctum est anima;* nihil enim est capax gratiae, nisi anima » rationalis. » Utor ego Veneta editione apud Dominicum Nicolinum anni i586 in 4.

Quod primo loco tradit Bromiardus de Virginis Deiparae immunitate ab omni culpa lethali ac levi, iam Thomas luculentissime docuerat in Tertia laudata Summae Theologicae parte: nonxxxvn sed xxvn quaestione, non articulo vi sed iv ubi inquirit: *Utrum per huiusmodi sanctificationem fuerit consecuta ut nunquam peccaret.* Hanc vero *vicesimam septimam* Tertiae partis quaestionem conferre mihi libuit cum vetustis pluribus editionibus, maximeque cum Veneta anni 1493, easque omnes cum recentibus omnino consonas deprehendi; quin adiectum quidpiam aut imminutum aut demum immutaturn suspicari quis valeat. At obstare videntur allata Bromiardi verba. Nihil mehercle minus.

Quae namque tradere loco citato pergit ille, partim in articulo 11 eiusdem quaestionis prostant: partim de suo adiecit ipse vel alius quispiam Bromiardi interpolator. Inquirit Aquinas: *Utrum beata Virgo fuerit sanctificata ante animationem?* Quaestionem dirimit: *Dicendum,* inquiens, *quod sanctificatio beatae Virginis non potest intelligi ante eius animationem.* Primae rationis momentum sic habet: « Quia santificatio, de qua loquimur, non est *nisi emun-* » *datio a peccato originali:* sanctitas enim est perfecta mun- » ditia, ut Dionysius dicit in xn cap. De divinis Nominibus. » Culpa autem non potest emundari, *nisi per gratiam,* » cuius subiectum est *sola creatura rationalis:* et ideo » *ante infusionem* animae rationalis beata Virgo sanctifi- » cata non fuit. » Haec eadem apud Bromiardum transcripta leguntur, sed interpolata. Thomas ait: *Sanctificatio, de qua loquimur* (dc qua scilicet art. 1 egerat ipse), *non est nisi emundatio a peccato originali... culpa autem non potest emundari, nisi per gratiam.* Tres quatuorve adsumit voces Bromiardus, caeteras omnes praetermittit: *Sanctificatio,* inquiens, *et mundatio fit per gratiam.* Addit Aquinas: *Gratiae subiectum esse solam creaturam rationalem.* Idem tradit Bromiardus amplioribus verbis: *Cuius subiectum est anima; nihil enim est capax gratiae, nisi anima rationalis.* Concludit Thomas: *Et ideo ante infusionem*

animae rationalis, beata Virgo sanctificata non fuit. Non ita Bromiardus, qui tum adnotat sanctificatam Deiparam fuisse *non ante eius animationem ,* tum addit hanc eiusdem peractam sanctificationem *in sua animatione, idest in coniunctione animae cum corpore.* Invicem diligentius textum articuli n compara cum verbis Bromiardi: non illum interpolatum corruptumque dixeris: sed ista ita composita, ut perperam ac mala fide textum exprimant.

Textum istum fido calamo eisdem pene verbis descriptum legimus apud vetustum auctorem Opusculi, quod Aquinati tributum prostat num. LX. Sic habet ille articulo in: *Triplex est huius sanctificationis effectus. Primus est culpae originalis expiatio, quia sanctificatio est motus ad sanctitatem. Sanctitas autem, ut dicit Dionysius De divinis Nominibus, est ab omni immunditia libera et perfecta et omnino immaculata munditia. Haec autem sanctificatio non potest intelligi ante animationem : tum quia sanctificatio est emundatio a culpa', culpa autem non expellitur, nisi per gratiam gratum facientem, cuius obiectum (subiectum) non est, nisi creatura rationalis: tum etiam quia cum sola creatura rationalis sit susceptiva culpae, ante infusionem animae proles concepta non est culpae obnoxia.* Hinc certo disce qualis olim fuerit ac semper extiterit sancti Thomae textus, quem corruptum, superis invitis, vellent ac iactant censores morosiores aliqui.

Venetam Bromiardi editionem aliae praecesserunt, Lugdunensis i522 4, Norimbergensis 1518 et 1485 f. et alia antiquior absque loco et anno ct nomine typographi: quibus in omnibus corruptissimus occurrit index *Tertiae partis, quaest.* xxxvn, *artic.* vi *et* n. An ita oscitanter Thomae locum, quem exscribebat, indicaverit Bromiardus? Florebat vir illustris cadente saeculo quartodecimo; ac vidit saeculi insequentis *annum tertium decimum,* si Ludovico Valleoletano fides. De loco, quem expendimus, sic habet Iacobus Echardus in eius Elogio: « Nullum mihi dubium, » quin interpolatus fuerit in editionibus laudatis. Id enim » sibi permiserunt, praesertim in Germania, in incunabulis » typographiae ob Decretum Concilii Basileensis, ut videre » est in Summa sancti Raymundi, in Roberti Holkot Com- » mentario super *librum Sapientiae,* in aliis. » *Quod an recte factum* (rursum ait ille in Elogio laudati Holkotii) *penes Summum Pontificem iudicium esto. Id non permiserat tamen Index Romanus in auctoribus Bulla Sixti IV an-, terioribus, intactos manere iubens.* Hinc edita demum referre exempla nihil prodest: ad antiquos codices manuscriptos recurrendum est, ut quid illi scripserint hocce in argumento auctores certo innotescat.

CAPÙT V.

Propitiatorium Arcae in quodam Summae loco dicitur lapideum, prelo errante. Theophilus Raynaudus refellitur.

I. T~Ne mendo certo compertoque agendum est postremo JL^/loco, quod aliquas in editiones *Primae Secundae* irrepsit, ubi Arcae *propitiatorium* dicitur *lapideum.* Illud nimia confidentia exaggerat Petrus a Valle clausa, seu eo sub nomine latens Theophilus Raynaudus: ac si ex mente et calamo sancti Thomae exciderit. Id vero ad examen vocandum est. Verba refero, quae habentur in Diatriba VI De immunitate Cyriacorum: « Dixerat sanctus Thomas Iae IIae, » quaest. cn, artic. tv ad 6: *Propitiatorium fuisse lapideum.* » Hoc Thomas de Lemos... in Romana editione Summae, » absque ulla veterum codicum fide ex suo cerebro mu- » tavit, facta *lapidis* mutatione in *lignum*... Quamvis quod » Lemos erasit, falsum esset; et quod ipse substituit, sit » verissimum: tamen mentitur qui ait sanctum Thomam > in re proposita dixisse veritatem, ut ei Thomas falsarius » attribuit. » Fateor ego pleraque prostare mendo vitiata typis edita exempla, in quibus loco citato ita legimus: *Haec autem Arca sita erat inter duos Cherubim, qui se mutuis vultibus respiciebant: et super Arcam erat quaedam tabula lapidea, quae dicebatur propitiatorium, subter alas Cherubim, quasi ab ipsis Cherubim portaretur.* At hocce mendum Thomae Aquinati auctori adseribendum esse, id est quod nihil haesitans et intrepidus inficior.

Tabulam hanc non lapideam, verum *de auro mundo et de auro mundissimo* constructam, luculentissime testatur sacer Exodi liber capite xxv, V. 17 et capite xxxvn, V. 6. An ita perfunctorie et oscitanter divina lustrasse eloquia sanctum Thomam putaveris, ut imperitissime *lapideam* existimaverit tabulam illam, quae erat *propitiatorium ?* Calumniam amolitur omnem ipse Thomas lectione 1 in caput ix ad Hebraeos, ubi haec habet disertissima: *Inter duas autem alas, quibus tangebant se, erat tabula aurea... et erat supereminens, quae dicitur propitiatorium.* Causa finita est. Dignum vero animadversione, Commentarios in hanc ad Hebraeos Epistolam elucubratos ab Aquinate eo videri tempore, quo priores partes Theologicae Summae scribebat vel etiam postea, ut ex lectione 1 ad caput iv certo colligimus, ubi ait: « De distinctione autem istorum » dierum (in creatione mundi) diversimode loquuntur Sancti: » aliter enim accipit Augustinus ab aliis Sanctis, sicut patet » *Prima parte Summae* (qu. lxxiv, art. ii et in).» Et iterum: « Est enim in ipsis (operibus Dei) duplex perfectio: una » secundum partes mundi, quae sunt caelum et quatuor » elementa; et haec attenditur penes earum essentiam, sicut » habetur in *Prima parte Summae.* » An ergo sui immemor scripserit in *Summa* Thomas *tabulam illam fuisse lapideam,* quam alibi eodem circiter tempore verissime vocat *auream ?*

Typis edita exempla contra auctoris mentem vitiata prodiisse negaverit prudens cordatusque nemo. An aliqui fuerint codices manuscripti ex quibus illa profecta sunt, imperiti librarii vitio depravata? An erraverint illi, qui codices vetustos transcribebant tradebantque typographie descripta folia? Servantur utique vetusti plures in bibliothecis, qui labe illa sunt immunes: *Salmanticensis* apud Bartholomaeum a Medina, *Alcanitiensis* apud Thomam Madalenam, *Parisiensis* apud loannem Nicolaium, *Vaticani* apud Gregorium Donatum, *Coloniensis* aliique apud Thomam Gravinam, in quibus aut vox illa *(lapidea)* desideratur aut legitur *aurea.* Addo Venetum optimae notae in bibliotheca ss. loannis et Pauli adservatum, in quo vox eadem *(lapidea)* non comparet. Initium codicis est: *Incipit Prima Secundae fratris Thomae de Aquino de Ordine fratrum Praedicatorum ;* ubi titulus ille, *fratris,* aetatem codicis indicat ante sacram ipsius Thomae apotheosim. Ad haec, labis illius, qua sive codices manuscripti sive typis edita exempla vitiata inveniuntur, origo fortasse fuerit, quam pandit laudatus Nicolaius. Loco nempe citato sic ait s. Thomas: « In tabernaculo tria continebantur: scilicet » Arca Testamenti, in qua erat urna aurea habens manna » et virga Aaron, quae fronduerat, et *Tabulae* in quibus » erant scripta decem praecepta legis. Haec autem Arca » sita erat inter duos Cherubim, qui se mutuis vultibus » respiciebant: et super Arcam erat quaedam *tabula* (la- > pidea, *in mendosis editionibus vel etiam codicibus),* quae » dicebatur *propitiatorium.* » Fieri potest ut vox, *lapideae,* in margine scripta e regione *Tabularum,* in quibus decem praecepta legis exarata fuerant, ab imperito librario vel typographo in textum recepta fuerit, ac *tabulae* illi, quae dicitur *propitiatorium,* imperite ac falso attributa.

II. Iam error Thomae Aquinati impactus in auras abit. Quid est vero, quod Raynaudus refert, *Thomam de Lemos in editione Romana* quidpiam mutavisse? Nec Romanam, nec aliam alicubi Summae Theologicae editionem accuravit umquam Lemosius. Romanae quidem anni i5yo fol. non *Summae* dumtaxat, sed *omnium Aquinatis Operum* editioni praefuere Vincentius Iustinianus ac Thomas Manriquez, ut praefixum docet Pii V Romani Pontificis diploma: ac Romanae anni 1619. quae solam *Summam* praestat, suam adhibuit diligentiam Gregorius Donatus. Pergit Raynaudus: *Ex suo cerebro* ille, qui Romanae praefuit editioni, *mutavit, facta lapidis mutatione in lignum.* Immo suo ille ex cerebro hanc profert mutationem, quae frustra in utraque recensita editione Romana quaeritur, nec in aliis editis exemplis adhuc inventa est.

Fuerunt sacrae Scripturae interpretes apud Tostatum

ad caput xxv Exodi, quaest. xvu quorum erat sententia: « Arcam habuisse coopertorium suum, quod esset de lignis » setim, secundum quod ex illis compacta erat Arca, et esset » deauratum intus et foris, sicut tota ipsa Arca: et *pro-* » *pitiatorium* non fuisse coopertorium Arcae, sed quamdam » tabulam auream positam ultra coopertorium Arcae inter » duos Cherubim, quasi ipsi Cherubim tenerent ipsam » tabulam propitiatorii in manibus suis. » Frequentius vero docti interpretes existimant, propitiatorium non distingui ab ipso Arcae operculo : quod ahi tamen arbitrantur, adnotante Calmeto, veluti in aera suspensum, super alas detentum fuisse, quin tangeret arcam: ipsi arcae, quam clauderet ac tegeret, immediate superpositum alii, in cuius finibus duo Cherubim aurei consurgerent, unum cum ipso operculo constituentes opus. Aut illa sententia, quam refert Tostatus aut prior alia quam memorat Calmetus, placuisse divo Thomae videtur, qui Iae IIae, quaest. cn, art. iv ad 6 docet: *Super Arcam fuisse quamdam tabulam, quae dicebatur propitiatorium, subter alas Cherubim, quasi ab ipsis Cherubim portaretur:* et lect. i ad c. ix ad Hebraeos: *Inter duas alas, quibus tangebant se Cherubim, fuisse tabulam auream... supereminentem, quae dicebatur propitiatorium.*

At quaecumque demum seligi debeat interpretatio, *lignea* numquam, nisi falso et imperite, dici potest illa tabula, quae *propitiatorium* vocabatur, sive ab Arcae operimento distincta, sive ipsum operimentum fuerit aut suspensum in aera aut immediate tangens et tegens Arcam. Attamen supinum adeo errorem Thomae Lemosio, locum Thomae Aquinatis interpolanti, tribuit Raynaudus: ipsumque amplecti ipse videtur. Nimium certe obscura sunt et implexa verba eius. Ait enim: « Quamvis quod Lemos erasit *(la-* » *pidea)* esset falsum: et quod ipse substituit *(lignea)* sit » verissimum; tamen mentitur qui ait sanctum Thomam » in re proposita dixisse veritatem, ut ei Lemos falsarius › attribuit. › Veritatem *in re proposita* ab Aquinate dictam patefecimus: eidemque quidpiam in eadem re proposita ab Lemosio tributum ipsius Raynaudi somnium est. Immo aut ipse turpissime labitur si *propitiatorium* fuisse *ligneum* credat: aut certe scribit loquiturque imperitissime. Falsum quippe est, *tabulam* illam, quae erat *propitiatorium,* fuisse *lapideam:* cur ergo ita loqueris, *quamvis esset falsum?* Aeque abludit a vero, *tabulam* eamdem fuisse *ligneam:* cur ergo ita scribis, *quamvis sit verissimum?* Sus deque miscentur omnia.

DISSERTATIO XVII.

De Opusculis sancti Thomae Aquinatis generatim: tum vero de singulis, Contra errores Graecorum ad Urbanum Quartum: itemque Contra Graecos, Armenos et Saracenos ad Cantorem antiochenum: deque genuino Compendio Theologiae alteroque supposito.

CAPUT I.

Censorum quorumdam iudicium de numero Opusculorum, quae sub nomine sancti Thomae prodierunt. Refellitur. Editiones aliquae expenduntur.

I. taeter Opera maiora, quae philosophiam fCt sacram doctrinam complectuntur, alia Ij Je Vv KI minora plura, vulgo *Opuscula* nuncu- Ç. Pata› utroque de argumento elucubravit *i'* F ■'•S'\>Âpro data occasione, aliorumque votis ut 'r morem gereret, sanctus Thomas. Ad cri- 1Λ >Adticum iam vocavimus examen illa *Opuscula,* quae partem aliquam divinorum eloquiorum explanant aut his affinia sunt. Theologici argumenti *Opuscula* itemque philosophici supersunt, de quibus agendum mihi est.

Antequam de singulis dissero, Petri de Alva et Astorga aliorumque censuram, quae *Opusculorum* numerum iure nullo imminuit, expendere praestat, refellere, profligare. Ait ille *in Nodo indissolubili de conceptu mentis et ventris:* * Opera sancti Thomae (maiora et minora intellexisse vi- » detur), quae ab initio tantum erant *septem* admissa ut » legitima, saeculo secundo creverunt usque ad *viginti* et » saeculo tertio ascenderunt usque ad *quinquaginta octo* ♭ et modo circumferuntur *centum viginti et octo,* vel se- » eundum aliam supputationem *centum et septuaginta.* » Opuscula item *parva,* ubi initio tantum erant *tria,* cre- » verunt usque ad *septuaginta tria.* » Ad maiora quod attinet Opera Thomae, inscitia et invidia plenam Petri de Alva censuram luce meridiana clarius ostenderunt validissimis adornatis vindiciis nostrates et exteri viri clarissimi; eamdemque nos pro modulo nostro spartam ornamus in Dissertationibus, quas luci publicae damus. De *parvis Opusculis* iam fortunato marte egerunt laudati scriptores, mox agam et ego.

Apud Franciscum lanssens Elingam in sua ad Petrum de Alva Responsione, *Coloniensis quidam infundate* (ut ipse lansius ait) *triginta et octo Opuscula sub sancti Thomae nomine impressa* (Romae anno i5yo maioribus characteribus germana, minoribus dubia), *sancto Thoma subtrahere voluit et ascribere b. Alberto Magno, tamquam legitimo auctori: subtractis enim 38 de y3 solum remanerent 35. Excusabilis tamen est, quod inconsideratius egerit in illa materia pro Alberto, germanus pro germano, coloniensis pro coloniensi, in sanctum Thomam non malevolus, sed conventus sui plus qelans honorem, quam iudicium et veritatem.* Ita pro meritis vapulat Coloniensis anonymus.

Censuram Petri de Alva absurdam adeo et vanam vidit Casimirus Oudinus, bono licet studio erga Aquinatem minime ductus, ut eam procusam dixerit *ad aemulationem et invidiam sancto Thomae conciliandam:* irrito tamen voto et conatu. *Ego solam veritatem inquiro* (inquit ille Dissertat. De scriptis s. Thomae, capite xx) *nec ad contentiones et rixas criticum exerceo.* Hic animus Oudino si fuisset, tam probra multa et invidiosa, quae castigavimus frequentius ac porro castigabimus, scripsisset nunquam. *Itaque ingenue fateor omnes ferme veteres Opusculorum sancti Thomae Aquinatis nomenclatores recensere illa usque ad quadraginta ad diversas personas: non computatis maioribus Operibus et Commentariis, tam philosophicis quam theologicis.*

II. Testibus ipsis iam vocatis, examen instituendum est. Primus adest Ptolomaeus de Luca. Is libro XXIII Hist, eccl., cap. xi sic ait: «Et quamvis multa sint quae scripsit, quae » *Opera sunt diffusa,* ut materia requirit: scripsit tamen » *quaedam Opuscula* secundum consultationes sibi factas » a diversis Principibus et personis: quae in uno volumine » reponuntur... et eo ordine quo traduntur, hic scribuntur.» Singula cum suis titulis recenset quatuor sequentibus capitibus xii, xiii, xiv, xv. Caput xn: «Videlicet (i) Tra- » ctatus quidam de actionibus et operationibus occultis na- » turae, quem scripsit ad quendam militem ultramonta- » num, qui sic incipit: *Quoniam in quibusdam naturalibus » corporibus, (ff)* Tractatus, utrum liceat uti iudicio astro- » rum ad fr. Raynaldum, qui sic incipit: *Quam petiisti ut » tibi.* (3) Tractatus de substantiis separatis ad eumdem, » qui sic incipit: *Quia sacris Angelorum solemniis.* (4) » Tractatus de principiis naturae ad fr. Silvestrum, qui sic » incipit: *Nota quod quoddam potest esse, licet non sit.* » (5) Tractatus de sortibus, utrum liceat eis uti, ad do- » minum Iacobum de Burgo, qui sic incipit: *Postulavit » a me vestra dilectio.* (6) Tractatus de ente et essentia, » quem scripsit ad fratres et socios, nondum existens ma- » gister, qui sic incipit: *Quia parvus error in principio.* » (7) Tractatus de rationibus fidei ad Cantorem antioche- » num, qui sic incipit: *Beatus Petrus Apostolus.* (8) Tra- » ctatus contra errorem Averrois circa intellectum huma- » num, qui sic incipit: *Sicut omnes homines.* (9) Tractatus » de aeternitate mundi, utrum esse potuerit, qui sic incipit: » *Supposito secundum fidem nostram.* (1o) Item tractatus » de expositione primae Decretalis, qui sic incipit: *Salvator » noster,* ad Archidiaconum Tridentinum. (11) Item tra- » ctatus de articulis fidei et Ecclesiae Sacramentis, ad Ar- » chiepiscopum Panormitanum, qui sic incipit: *Postulavit » a me vestra dilectio.* (12) Item tractatus contra errores » Graecorum ad petitionem Urbani Papae, qui sic incipit: » *Libellum ab Excellentia vestra.* (i3) Item responsiva su- » per xxvi articulis ad Lectorem venetum, quae sic incipit: » *Lectis vestris litteris inveni.*

» Caput xiii. (14) Item determinatio quorumdam ca- » suum, ad Comitissam Flandriae, quae sic incipit: *Excel- » lentiae vestrae litteras recepi.* (i5) Item responsiva qua- » rumdam quaestionum ad fr. loannem de Vercellis Ma- » gistrum Ordinis, quae sic incipit: *Reverendo in Christo » Patri.* (16) Item responsiva quarumdam quaestionum ad » fr. Gerardum Bisuntinum, quae sic incipit: *Carissimifilii » in Christo* (leg. *Carissimo sibi in Christo).* (17) Item tra-

» ctatus de fide et spe *(al. compendium theologiae),* qui » sic incipit: *Aeterni Patris Filius,* al. *Verbum.* (18) Item » tractatus contra impugnantes Religionem, qui sic incipit: » *Ecce inimici tui sonuerunt, (ia)* Item tractatus de regi- » mine Principum, qui sic incipit: *Cogitanti mihi quid* » *offerrem:* quem librum scripsit ad Regem Cypri. (20) Item » tractatus de motu cordis, qui sic incipit: *Quia omne,* » *quod movetur.* (21) Item tractatus de fato, an sit, qui » sic incipit: *Quaeritur de fato, an sit.* (22) Item tractatus » contra retrahentes a Religione, qui sic incipit: *Christia-* » *nae Religionis.* (23) Item tractatus de elementis in mixto, » quomodo fuerunt, qui sic incipit: *Dubium apud multos* » *esse videtur.* (24) Item tractatus de absolutione et modo » absolvendi, ad Magistrum Ordinis praefatum, qui sic in- » cipit: *Perlecto libello.* (25) Item tractatus de perfectione » vitae spiritualis, qui sic incipit: *Quoniam quidam perfe-* » *ctionis ignari.* (26) Item tractatus quod lex amoris fuerit » necessaria homini *(al. de duobus praeceptis caritatis et* » *decem legis praeceptis).* Incipit: *Tria sunt homini ne-* › *cessaria ad salutem.*

» Caput xiv. (27) Item tractatus, quod beata Virgo » excedit Angelos in plenitudine gratiae et gloriae, qui sic » incipit: *Ave gratia plena.* (38) Item tractatus de expo- » sitione Symboli, qui sic incipit: *Credo in unum Deum.* »- (29) Item tractatus *de instantibus,* qui sic incipit: *(Lo-* » *eus mutilus est. Supple:* (3o) *Item tractatus de natura* » *verbi intellectus)* qui sic incipit: *Quoniam circa naturam* › *verbi.* (3i) Item tractatus dc principio individual!, qui » sic incipit: *Quoniam duae sunt potentiae cognoscitivae* » *in homine.* (32) Item tractatus de genere, qui sic inci- » pit: *Quoniam omnis creatura.* (33) Item tractatus de » natura accidentis, qui sic incipit: *Quoniam omnis cogni-* » *tio humana.* (34) Item tractatus de natura materiae, qui » sic incipit: *Postquam de principiis sermo habitus est.* » (35) Item dicitur fecisse *de concordantia dictorum suo-* » *rum* (Animadverte incertum loquendi modum). (36) Item » scripsit super librum *de divinis Nominibus.* (37) Item » scripsit super librum *de Trinitate Boethii.* (38) Item li- » brum *de causis.*

» Caput xv. (3q) Item tradidit quibusdam nobilibus ar- » tistis Loycalia, quia scripsit *Modales, (seu de propositio-* » *nibus modalibus)'.* (40) *et Fallacias (seu de fallaciis).*·» His adde *Officium de Corpore Christi,* quod ab eodem Ptolomaeo recensetur libro XXII, capite xxiv. Aiebat Petrus de Alva *Opuscula parva initio tantum fuisse tria:* at *initio,* cum Thomae Opuscula colligi coeperunt ac redigi in unum volumen, ea numeravit *quadraginta et unum* Ptolomaeus Lucensis. Testem nempe affero, qui Thomam legentem et docentem audivit, confessiones eius excepit, comes itinerum fuit, eiusque familiari utebatur consuetudine ac annos quinquaginta vitam duxit post eiusdem obitum.

Haud ego inficior, inter haec a Ptolomaeo recensita Opuscula, pro dubiis aliqua ab aliis haberi, propterea quod eorumdem nomenclatores alii non meminere: verum animadvertendum est ab his etiam nonnulla referri, quorum apud Ptolomaeum nulla mentio. Hac dc re accuratissime mihi agendum in singulorum recensione ac censura. Testem iam alterum advoco Guillelmum de Tocco, qui Vitam Aquinatis circa annum Domini 1320 scribebat, imo iam scripserat, ut alibi adnotatum est. Sic habet vero capite iv, num. 18 apud Bollandi Continuatores: « Scripsit librum, › quem nominavit *Compendium Theologiae.... De perfe-* » *ctione vitae spiritualis, de substantiis separatis... Super* » *Dionysium de divinis Nominibus, de Trinitate, de heb-* » *domadibus Boethii,* et alia *multa Opuscula* theologicae » veritatis *plusquam viginti,* diversis dominis et personis... » scripsit *Officium de Corpore Christi,* et alia *multa* Opu- » scula *de naturalibus quaestionibus* et aliqua scripsit *super* » *logicam.* » Quo loco septem numerantur singularia Opuscula cum suis titulis, ac etiam universim *plusquam viginti* theologici argumenti, itemque *multa* de naturalibus quaestionibus et *aliqua* super logicam. Num sanum caput fuerit iis, qui Thomae Opuscula genuina vel *tria* tantum vel pauciora dixerunt?

Parva haec opuscula numerat Nicolaus Trivetus in chronico *quinque supra viginti:* inter quae mentio diserta *Expositionis* in secundam Decretalem, *Damnamus,* a Ptolomaeo praetermissae. Accuratius agit Bernardus Guidonis apud Casimirum Oudinum: « Scripsit, *inquiens,* sanctus Doctor » tractatus et libellos ad instantiam diversarum personarum... » qui tractatus recollecti in unius voluminis corpore, ipsum » efficiunt satis magnum: et intitulantur communiter, *Opu-* » *scula sancti Thomae.* Et possunt coordinari in uno volu- » mine ad beneplacitum ordinantis, quia unus ab alio non » dependet. Sunt autem numero *circiter quadraginta,* plus » minusve.» Unum et quadraginta ipse recenset. Aliqua sunt, quae a Ptolomaeo Lucensi praetermissa fuerunt: nempe «De » natura Verbi divini et humani, quod incipit: *Ad intellectum* » *huius nominis, quod dicitur verbum.* Tractatus *De qua-* » *tuor oppositis.* Tractatus *De demonstratione.* Tractatus, » continens expositionem secundae Decretalis, *Damnamus.* » Hunc Bernardi Guidonis elenchum exprimit integrum sanctus Antoninus. Advoco demum Petrum Rogerium, postea Clementem VI qui in suo *de laudibus sancti Thomae* sermone: *Item sunt,* inquit, *parva Opuscula circiter quadraginta.*

III. « Impressio prima (Oudini verba sunt capite xx » citato) *Omnium sancti Thomae Opusculorum,* sub na- » scentis typographiae initium, facta est Venetiis in fol. * anno 1488 cura et studio Pauli Soncinatis, ex Ordine » fratrum Praedicatorum doctoris theologi, ubi sunt *Opu-* » *scula* numero li.» Vereor, falli Oudinum. Iacobus Echardus adnotat: *Opuscula, non quidem omnia, sed quae genuina, cum quibusdam dubiis, universim tantum* xlix *typis prodiisse, curante fr. Paulo Barbo Soncinate, Mediolani, Bergii et Xantonii fratrum, 1488 fol.* Mediolanensis editio et annus recte a diligentissimo Echardo recensiti: at nomina typographorum deformata. Ioseph Antonius Saxius, bibliothecae Ambrosianae praefectus, in catalogo librorum, qui Mediolani editi fuerunt, hanc memorat editionem in bibliotheca Sacerdotum Oblatorum s. Sepulchri adservatam. Notam quae legitur in fine, affert: *Expliciunt praeclarissima Opuscula divi Thomae Aquinatis, maxima cum diligentia castigata per fr. Paulum Soncinatem eiusdem Ordinis, vitae regularis professorem, Mediolani impressa per magistros Benignum et Ioannem Antonium de Honate, anno salutiferae Nativitatis MCCCLXXXVIII* (omissa est altera litera *C* per errorem typography, cum exprimi debuisset annus *MCCCCLXXXVIII).* Haec vero Mediolanensis editio praestat quidem *Opuscula,* aut xlix aut li (nec enim eam oculis lustrare licuit): at Echardum admonentem audivisti, genuinis libellis dubios etiam aliquos insertos fuisse.

Opuscula Lxxiii curante Antonio Pizamano Patricio veneto, qui et vitam Sancti praefixit, prodierunt Venetiis (ut ait Echardus) Octaviani Scoti mandato et expensis 1490 et iterum 1498 fol. His adde Venetam editionem, quam habeo, *mandato et expensis Petri Liechtenstein coloniensis germani, cura et ingenio Iacobi Peneio de Leuco, anno Virginei partus i5o8 die i5 ianuarii.* Frons voluminis est: *Opuscula sancti Thomae: quibus alias impressis nuper haec addidimus, videlicet Summam totius logicae, Tractatum celeberrimum de usuris nusquam alias impressum.* Antonii Pizamani *Vita Aquinatis* prostat: tum eiusdem *in divi Thomae Aquinatis Opuscula Praefatio sequitur ad reverendissimum in Christo Patrem D. Dominum Nicolaum Francum Tarvisinum Episcopum ac Legatum Apostolicum.* Tria ac septuaginta numerantur Opuscula: quae tamen omnia pro indubiis non habuit vir clarissimus. Ait enim inPraefat. cit.: *Aliqua an sint Thomae ambigitur, tametsi eius titulo gaudeant: certis tamen nos annotare volumus, ut si Thomae sint ingenio divino elaborata, ab omnibus possint inveniri: sin minus, hoc etiam neminem lateat, ne falsam ignorantia sententiam sibi homines persuadeant.* Sexdecim numerat, quae in dubio sunt. Longe plura aut spuria aut dubia Romani editores noverunt, quae minoribus characteribus anno i5yo edi curarunt: ut iam pateat tum bona editorum fides, tametsi plura quam par erat sub nomine sancti Thomae vulgarint Opuscula: tum mala fides innotescat adversariorum, qui numerum eorumdem plus iusto imminuere conati sunt.

CAPUT II.

Genuinus Aquinatis foetus est Opusculum Contra errores Graecorum ad Urbanum Quartum : Auctoris consilium. Imperita et impudens Casimiri Oudini censura refellitur. Mala fides loannis Launoii, qui Romanum Pontificem adclamatum in Synodo Calchedonensi Oecumenicum inficiatur.

I· TZJrimum, quod inter Opuscula theologica numeramus, A *Contra errores Graecorum ad Urbanum IV* recensent vetusti omnes Operum sancti Thomae Aquinatis nomenclatores. Ptolomaeum Lucensem memoro libro XX11I Hist, ecclcs., capite xu, Bartholomaeum Logothetam in Fragmento apud Baluzium, Bcrnardum Guidonis, cuius verba afferunt lacobus Echardus et Casimirus Oudinus, Nicolaum Trivetum in suo de rebus anglicanis Chronico, quod vulgavit Dacherius, loannem Columna de viris illustribus in Excerpto, quod vulgatum prostat in altera nostra Dissertatione. His probatissimis aut synchronis aut certe supparibus testibus, consonant Valleoletanus et sanctus Antoninus. In id Opus incubuisse Aquinatem, ut Summo Pontifici Urbano IV morem gereret, ex ipso prooemio patet, notavitque Ptolomaeus Lucensis loco citato: *Item,* inquiens, *tractatus Contra errores Graecorum, ad petitionem Urbani IV Papae, qui sic incipit: Libellum* etc.

Elucubrandi Opusculi occasionem eoque in edendo consilium ipse Thomas aperit in Prooemio vel in Epistola ad Summum Ecclesiae Christianae Pontificem: *Libellum,* inquiens, *ab Excellentia vestra mihi exhibitum, Sanctissime Pater Urbane Papa, diligenter perlegi, in quo inveni quamplurima ad nostraefidei assertionem utilia et expressa.* Admonet vero : *In authoritatibus sanctorum Patrum,* eodem in oblato libello contentis, offendi non pauca, *quae possent materiam ministrare errorum et contentionis dare occasionem et calumniae.* Hinc duas veluti in partes tribuitur Opusculum: quarum prior, *quae dubia esse videntur in authoritatibus praedictis,* recto et catholico sensu exponit : ostendit altera, *quomodo ex eis veritas catholicae fidei et doceatur et defendatur.* Pars prima duobus ac triginta capitibus absolvitur: altera complectitur duo supra quadraginta.

In hac altera parte errores Graecorum reficiuntur, qui pertinent *ad Spiritum sanctum, ad Summi Pontificis primatum ac potestatem, ad augustissimum Eucharistiae Sacramentum, ad Purgatorium.* Tota insumitur pars prima in exponendis graecorum Patrum sententiis, quae primo aspectu ambiguae et implexae, minusque fidei catholicae videri consonae possent. Pauca subiicio exempla, ut rem percipias : v. g. *Quomodo intelligatur hoc quod dicitur, quod Filius habet esse a Patre, sicut causatum a causa ? Quomodo intelligatur, quod essentia sit genita in Filio et spirata in Spiritu sancto? Quomodo intelligitur cum dicitur, Deitas homofacta ?*

Graecum textum non vidit Aquinas, neque expendit sive pro sua peritia sive peritorum ope: graecorum enim Patrum sententias iam latine versas complectebatur libellus, quem sanctissimo Doctori legendum exhibuit Urbanus Pontifex Maximus. Attamen minus accuratam novit ipse versionem illam J imperiteque latinum interpretem se gessisse admonet tum in epistola ad ipsum Romanum Pontificem, tum postremo Operis capite. Qua de re in alia mihi agendum Dissertatione.

II. Casimiri Oudini iudicium, nimia confidentia prolatum, ad examen vocandum est. Eius accipe verba, quae habentur in Dissertatione saepe citata capite xxr: « Lu» bens ego *Opusculum istud* sancto Thomae Aquinati » abiudicassem, cum honori illius favere nullatenus possit. » Sed nomenclatores *Opusculorum* huius scriptoris, con» stanter omnes adscribentes illi Opus istud nullius mo» menti vel roboris, hanc a me opinionem amoliti sunt. » Veterum testimonio permotus Opusculum fatetur genuinum Thomae foetum. At *honori illius,* inquit, *favere nullatenus potest.* Cur ita ? *Absurdum enim omnino fuit et Thomae Aquinati temerarium scribere contra Graecos, qui graece non intelligeret.* Linguam graecam non calluerit Aquinas : at illi praesto erant eius linguae periti , qui sicuti urgente ac postulante Thoma, libros Aristotelis latine transtulerunt, ac Patrum graecorum Excerpta illa plurima, quae *Continuo operi in quatuor Evangelia* inserta sunt: ita graecos Patres eo in Opusculo, quod Urbanus IV examinandum praebuit, cum eorum sententiis allegatos, expendere facillimo negotio valebant. Cur vero peritiae in lingua graeca necessitatem urges, cum Patrum graecorum testimonia contineret iam latine translata libellus a Summo Pontifice oblatus ? Cur theologo dignum opus non fuerat, eadem latine versa testimonia ad examen vocare, et si quae ipsis inerant vitia patefacere, quaeve inde hauriri emolumenta poterant declarare ? Id utique ab Aquinate egregie praestitum : qui rursum latinae versionis vitia non pauca indicat, imperitiamque interpretis, quisquis ille fuerit, pluribus exemplis demonstrat.

Ineptire pergit Oudinus: «Unde Opusculum istud, *in» quiens,* impudentissimum appellari potest ob allegationes » falsissimas testimoniorum, quae numquam in scriptis > Graecorum comparuerunt... loannes Launoius *in prima » ad Antonium Faurum Epistola* ostendit, tria ex Cyrille » Alexandrino relata in b. Thomae Opusculo *Contra Grae» eorum errores* testimonia , Cyrillo supposita fuisse__ _ » Et in *Epistola ad Paulum Ratuynum* expendit testimo» nia duodecim, quae in eodem Opusculo sancti Thomae » *Contra Graecorum errores* attribuuntur Conciliis Con» stantinopolitano et Calchedonensi, Chrysostomo et aliis » Patribus graecis : quae falsa esse omnia atque adulte» rata ostendit. » Haec ille. Fuerint vero praedicta testimonia aut falsa aut .adulterata ac venerandis Patrum graecorum nominibus supposita: illorum certe se vadem praebuisse numquam Aquinatem animadvertere Launoius et Oudinus debebant. Ea legebat ipse in libello, quem Urbanus IV obtulerat : idque sibi munus, quod commissum fuerat, obeundum suscepit, ut quae dubia et implexa in illis auctoritatibus videbantur, ad catholicum sensum redigeret ; indicaretque *quomodo ex eis veritas catholicaefidei et doceri et defendi posset.* Num vero sanctis Patribus, quorum nomina in oblato libello inscripta legebantur, recte fuerint attributa, an falso supposita, quaestio est quam minime Thomas versavit.

Veritas ipsa suadet, ut candide fateamur Thomam nostrum, et iuniorem et provectum aetate Cyrilli Alexandrini testimonia quaedam ex eorum numero, quae in libello a Summo Pontifice oblato collecta prostabant, in aliis Operibus allegasse, IV Sent., dist. xxiv, q. in, art. n, et in Opusculo *Contra impugnantes Religionem* et in Catena seu in *Opere continuo in quatuor Evangelia.* At consilium Thomae et bonam fidem ac etiam fortasse crisin animadversiones evincunt, quae sequuntur. Primo namque pronum fuit, ut ea testimonia , severiore critico examine praetermisso, adhiberet Aquinas, quae germanis aliis tum Cyrilli, tum aliorum Patrum documentis ac fidei catholicae consona videbat. Eius etiam aetate codices exstabant, in quibus praedictae legebantur auctoritates, sanctorum Patrum nominibus attributae, quibus easdem falso tandem suppositas criticorum peritia deprehendit. Codicem Colbertinum memorat Michael Lequienus, sub nomine Stephani de Altamura, in praefatione *Panopliae contra schisma Graecorum,* consarcinatum a Bonacursio, qui Doctoris Angelici postremis saltem annis vivebat ; in quo spuriae illae auctoritates , graece latineque descriptae, cum multis aliis genuinis plane continentur. Codicem eumdem recenset Echardus ad annum 1260 ubi vindicat Bonacursii bonam fidem: quippe qui non ea finxerit ipse aut adulteraverit testimonia , sed iam ab aliis vulgata colligebat. Pari bona fide adhibuit eadem Thomas, quae genuinis aliis, ut inquiebam, Patrum dictis et fidei catholicae consona certo noverat. Atqui vero constat denique in postremo ipsius Aquinatis Opere, nimirum in *Summa Theologica,* praedictas auctoritates afferri nuspiam, *silentio* isto *deprehensam aut saltem olfactam falsitatem indicante,* ut ipse Launoius ait in prima ad Faurum Epistola.

III. Singula huiusmodi testimonia, quae supposita aut adulterata dicuntur, vocare ad examen neque libet, neque

vacat. Nimia certe egisse Launoium confidentia vel unico evinci potest exemplo. In tertia ad Ratuynum Epistola sic ait: «Alterum (testimonium, ex duodecim aut suppositis » aut adulteratis, quae in Thomae Opusculo *Contra errores » Graecorum* occurrunt, sic se habet): *Ostenditur etiam, » quod praedictus Christi Vicarius in totam Ecclesiam » Christi universalem praelationem obtinet. Legitur enim » in Calchedonensi Concilio, quod tota Synodus clamavit » Leoni Papae: Leo sanctissimus, Apostolicus et Icume- » raycos, idest universalis Patriarcha, per multos annos » vivat.* Atqui acclamatio haec nec in graecis nec in la- » tinis exemplaribus legitur. Subdititium est testimonium. » Deinde *Icumeraycos* nec latinum, nec graecum, sed opi- » cum et barbarum est nomen. » Nihil est, quod invidus animus ad nocendum non arripiat. Praeiudiciis vacuus nosse Launoius potuisset vitiatam illam vocem, *Icumeraycos,* librario aut typographe tribuendam esse, non Thomae, non eius sententiae aliarumque collectori, non auctori demum. Quis enim non videat legendum esse, *oecumenicus,* οικουμενικό, idest *universalis,* ut ibidem exprimit latina interpretatio.

Adclamationem illam annuimus neque in latinis legi, neque in graecis exemplaribus Concilii Calchedonensis: at bona si Launoio fides, postulabat, ut monitum lectorem vellet, in eiusdem Synodi Actione III supplices prostare libellos, Leoni Magno Pontifici oblatos *a Theodoro Alexandrinae Ecclesiae diacono, ab Ischyrione Alexandrinae civitatis diacono, ab Athanasio quondam presbytero magnae Alexandrinae civitatis, a Sophronio Christiano,* quorum omnium inscriptio est: τω ἁγιωτάτω... οικουμενικοι ἀρχιεπισκόπω καὶ πατριάρχη τη μεγάλη Ρώμη Αε'οντι; *Sanctissimo Oecumenico Archiepiscopo et Patriarchae magnae Romae Leoni.* An reponas privatos diaconos et presbyteros ita libellos suos inscripsisse: quod ipsi generali Synodo tribuendum non est. Sancti Gregorii Magni reddo verba, quae habentur Epistola xxx, libro VII, indictione i: *Et quidem in sancta Calchedonensi Synodo, atque post a subsequentibus Patribus, hoc Decessoribus meis oblatum vestra Sanctitas novit.* Ad Eulogium Episcopum Alexandrinum scribebat. Hinc silentio saltem suo (verissima Thomassini animadversio est parte 1, libro I, capite xr, num. 11) approbavit Calchedonensis Synodus oblatum Leoni in supplicibus compluscuIis libellis *Oecumenici* Patriarchae nomen. Quae denique nuncupatio intelligenda est Leoni oblata, non tamquam *Patriarchae,* sed tamquam *Papae* et universalis Ecclesiae Capiti: unus enim est et universalis Papa, hoc est unus Christi in terris Vicarius et unum Ecclesiae Caput. Hanc doctrinam loco citato tuetur contra Graecos ac illustrat Aquinas.

CAPUT III.

Opusculum contra Graecos, Armenos et Saracenos ad Cantorem antiochenum: eiusque graeca versio. Specimen eiusdem, in eoque servata methodus ad errantes revincendos. Refutatur Iacobi Bruckeri censura.

I. Secundum locum Opusculo damus, quod tertium nti- Omeratur in editione Romana. Inscribitur, *Declaratio quorumdam articulorum contra Graecos, Armenos et Saracenos, ad Cantorem antiochenum.* Recensitum legimus apud synchrones supparesque testes omnes, hactenus adhibitos in Operum Aquinatis censura, Ptolomaeum Lucensem, Bartholomaeum Logothetam, Bernardum Guidonis, Nicolaum Trivctum, Ioannem de Columna, Ludovicum Valleoletanum, sanctum Antoninum. Superiorem Opusculi inscriptionem diserte notant Bernardus Guidonis et s. Antoninus: inscriptumque *De rationibus fidei,* recensent alii. *Cantori antiocheno* nuncupatum est. Quisnam ille fuerit, ignotum plane. De *Cantoris* munere apud Graecos et apud Latinos consule Ducangium in utroque lexico mediae et infimae graecitatis et latinitatis.

Graecam versionem praestant codices mss. Vaticani, Vindobonenses et Veneti. In chartaceo 5o6 Bessarionis inscribitur: διάληψι των λόγων τη πίστεω; *Commentatio rationum fidei.* Vide graecam divi Marci bibliothecam anno 1740 typis editam. Codex item chartaceus 71 adservatur in Veneta ss. Ioannis et Pauli bibliotheca, cum titulo sequente: κεφάλαια περὶ των λόγων τη πίστεω συντεΟέντα παρά του σοφωτάτου Θωμά προ τινα Ψάλτην Ἀντιοχεα: *Capita de rationibusfidei a sapientissimo Thoma composita ad quemdam antiochenum Cantorem.* Idem legitur titulus in codicc Vindobonensi apud Echardum: legiturque vero apud Nesselium, non *Ad,* sed *Contra Psalten antiochenum*; perperam scilicet ac falso. Factam denique graecam istam versionem παρά κυριου Δημητρίου του Κυδώνη, *a Domino Demetrio Cydonio* codex Vaticanus docet.

II. De quibusdam fidei nostrae articulis, quos irridebant ac impugnabant Saraceni, Armeni et Graeci, Cantor ille scripserat ad Aquinatem, convenientes et aptas rationes postulans ad eos, prout par erat, tuendos et vindicandos. Irrisos illos impugnatosque fidei articulos recenset auctor capite I: « Haec ergo sunt, *inquiens,* quae ut tu asseris, ab in- » fidelibus impugnantur et irridentur. Irrident enim Sara- » ceni, ut tu dicis, quod *Christum Dei Filium* dicimus, » cum Deus uxorem non habeat. Et reputant nos insanos, » quod *tres Personas confitemur in Deo,* etiam per hoc » existimantes nos tres Deos profiteri. Irrident etiam quod » *Christum Dei Filium pro salute humani generis dici- » mus crucifixum...* Improperant etiam Christianis quod *in » altari comedunt Deum suum;* et quod Corpus Christi, » si esset ita magnum sicut mons, iam deberet esse con- » sumptum. Circa statum vero animarum post mortem as- » seris errare Graecos et Armenos dicentes quod *animae » post mortem usque ad diem indicii nec puniuntur, nec » praemiantur;* sed sunt quasi in sequestro, quia nec poc- » nam nec praemium debent habere sine corpore.... Circa » meritum vero, quod ex libero arbitrio dependet, asseris » tam Saracenos, quam nationes alias *necessitatem actibus » humanis imponere ex praescientia vel ordinatione divi- » na...* Super quibus petis rationes morales et philosophi- » cas, quas Saraceni recipiunt. » Ex his palam compertumque fit, suum ab Aquinate scriptum Opusculum *ad Cantorem antiochenum,* non *contra* ipsum.

Decem capitibus libellus absolvitur, quibus *morales et philosophicae* aptissimae rationes instruuntur ad infideles revincendos, qui humana ratione duce ac sensuum praeiudicio capti irridebant et impugnabant fidei christianae mysteria. Nae *derisibilem* inquit, capite in, *irrisionem qua nos irrident, quod ponimus Christum Filium Dei vivi, quasi Deus uxorem habuerit: cum enim carnales sint, non possunt nisi ea, quae sunt carnis et sanguinis cogitare. Quilibet autem sapiens considerare potest, quod non est idem generationis modus in omnibus rebus.* Tum vero generationem, Patrem et Filium in divinis ex eo pro modulo nostro exponit, *quod convenit intellectuali naturae. Et quamvis intellectus noster,* inquit, *ab intellectu divino deficiat; non possumus tamen aliter loqui de intellectu divino, nisi secundum similitudinem eorum, quae in intellectu nostro invenimus.* Similitudinis respectus omnes, qui conveniunt, egregie declarat: quaeve insunt, discrimina patefacit: ac illud omne quod absurdum ct ridiculum foret, ab aeterna in divinis generatione removet.

Data metitis unione et corporis, quam Saraceni non inficiabantur, ad unum efficiendum hominem, adsurgit Aquinas ad eam probabili ratione manifestandam Dei unionem cum natura humana, quam in uno Iesu Christo credendam proponit fides Christiana: *Sicut spiritualis natura* (inquiens capite vi) *unitur corpori per efficaciam virtutis* Dei; *ita et Deus potest uniri tam spirituali quam corporali naturae; et secundum hunc modum dicimus Deum naturae humanae fuisse unitum.* Favent quidem plura hocce in mentis congressu cum corpore, quae elegantissime instituto accommodat sanctus Doctor: simulquc praecavet, ne noceant, quae sane dissonant. Veteres Patres recentesque scriptores eodem usi sunt exemplo: nihilque olim latiore sermone aut plenis dissertationibus postea dictum, quod paucis ab Aquinate non fuerit aut expressum aut praeoccupatum. Qua posita doctrina, *satis apparere potest,* inquit ille capite vn, *iam nihil inconveniens sequi ex eo, quod*

dictum est: quod unigenitum Dei Verbum passum et mortuum confitemur. Non enim haec ei attribuimus secundum naturam divinam, sed secundum humanam, quam pro nostra salute in unitatem personae assumpsit.

Quoniam vero « per passionem et mortem Christi homines a peccato purgantur; ut huius tam immensi beneficii iugis in nobis maneret memoria, Filius Dei, passione appropinquante, suae passionis et mortis memoriam fidelibus suis reliquit iugiter recolendam, suum corpus et sanguinem tradens discipulis sub speciebus panis et vini; quod usque nunc in memoriam illius venerandae passionis ubique terrarum Christi frequentat Ecclesia. Quam vane autem hoc Sacramentum irrideant infideles, quilibet etiam parum in Christiana Religione instructus de facili potest attendere. Non enim dicimus quod Corpus Christi *dilaceretur in partes,* et quod sic divisum a fidelibus sub Sacramento sumatur, ut oporteat *quandoque illud deficere,* etiamsi *magnitudinem montis haberet,* ut dicunt. Sed dicimus per conversionem panis in corpus Christi, ipsum corpus Christi in Sacramento Ecclesiae esse, et a fidelibus manducari. Ex quo ergo Corpus Christi non dividitur, sed in ipsum aliquid convertitur, nulla necessitas est ut per manducationem fidelium quantitati eius aliquid subtrahatur, » Haec ille capite vm. Hanc vero conversionem, quae *Transubstantiatio* appellatur, verisimilem ut aliquo modo infidelibus reddat, naturalium rei unius in aliam conversionum adsumit exempla, ac utitur philosophiae principiis, quae Saraceni admittebant: atque demum *Si quis,* inquit, *Dei omnipotentiam non confitetur: contra talem in hoc opere disputationem non assumimus, sed contra Saracenos et alios, qui Dei omnipotentiam confitentur.*

III. Num vero *moralium* huiusmodi et *philosophicarum* rationum, quas antiocheno Cantori adhibendas praebet ad comprimendam Saracenorum irrisionem, vires et efficaciam multum valere existimaverit Auctor? Num *magnum doctrinae sacrae praesidium in philosophia posuerit,* ipsumque *consensum Patrum et Scripturae ex rationibus metaphysicis et testimoniis philosophorum Gentilium confirmare* praesumpserit? Ita censet lacobus Bruckerus, regiae Societatis Bcrolinensis membrum, in sua Historia critica philosophiae. Verba dabimus in alia contra ipsum aliosque censores Dissertatione.

Audacem istam, et vanam, et falsam censuram ipse convellit sanctus Thomas in eo, quo de agimus Opusculo, capite n. Verba refero: « De hoc tamen primo admonere te volo, quod in disputationibus contra infideles *de articulis fidei,* non ad hoc conari debes, ut fidem *rationibus necessariis* probes. Hoc enim sublimitati fidei derogaret, cuius veritates non solum humanas mentes, sed etiam Angelorum excedunt. A nobis autem creduntur, quasi ab ipso Deo revelatae. Quia tamen quod a summa Veritate procedit falsum esse non potest; nec necessaria ratione impugnari valet, quod falsum non est: fides nostra, necessariis rationibus sicut probari non potest, quia humanam mentem excedit; ita improbari necessaria ratione non potest propter sui veritatem. Ad hoc igitur debet tendere christiani disputatoris intentio in articulis fidei, non ut fidem probet, sed ut fidem defendat. Unde et beatus Petrus non dicit (Epist. I, capite ni, V. 15); *Parati semper ad probationem,* sed *ad satisfactionem:* ut scilicet *rationabiliter* ostendatur non esse falsum, quod fides catholica confitetur.» Quod alios prudentissime docet sanctus Thomas, passim et ubique ab ipso egregie praestitum.

CAPUT IV.

Compendium Theologiae, quod incipit, *Aeterni Patris Verbum* auctorem habet sanctum Thomam. Ab eo et Alberto Magno abiudicatur Compendium alterum, quod incipit, *Theologicae veritatis.* Philippi Labbei censura expenditur. Genuina restituitur lectio textus, qui parte prima habetur capite ccxliv voce loathan mutata in Ptoma.

I. Tn editione Romana loco secundo recensetur Opusculum, quod inscribitur, *Compendium Theologiae ad fratrem Reginaldum,* ac incipit: *Aeterni Patris Verbum.* Illud Aquinati attribuunt, quotquot synchroni supparesque sunt Operum illius diligentissimi nomenclatores. Tractatum vocat *De fide et spe* Ptolomaeus de Luca: *De fide et spe et charitate* Nicolaus Trivetus et Pignonus: *Compendium Theologiae,* Guillelmus de Tocco, Bernardus Guidonis, Pignonus ipse, Valleoletanus et sanctus Antoninus: *Brevem* denique *Compilationem Theologiae* Bartholomaeus Logotheta. Initium Operis ab illis verbis, *Aeterni Patris Verbum,* memorant Ptolomaeus Lucensis, Bernardus Guidonis, Valleoletanus, s. Antoninus.

Titulum Operis ab ipso Thoma impositum, ciusque consilium, et partitionem declarat sanctissimus Auctor capite i: « In fide, *inquiens,* spe et charitate, quasi in quibusdam salutis nostrae compendiosis capitulis, totam praesentis vitae perfectionem consistere docuit Apostolus dicens I. ad Cor., cap. xiti, (tf. 13): *Nunc autem manentfides, spes, charitas.* Unde haec tria sunt, ut beatus Augustinus dicit (libro De fide, spe ct charitate capite i), quibus *colitur Deus.* Ut igitur tibi, fili carissime Reginalde, *compendiosam doctrinam de Christiana Religione* tradam, quam semper prae oculis possis habere, circa haec tria in praesenti Opere tota nostra versatur intentio. Primum *de fide,* secundo *de spe,* tertio vero *de charitate* agemus. » Pars prima capitibus ccxlvi absolvitur in editione Romana: altera pars manca est et imperfecta, ac *decem* solummodo capita complectitur: tertia desideratur integra. Hinc auctoris consilio inspecto, Opus ab aliquibus inscriptum legimus, *De fide, spe et charitate:* Operis vero, prout exstat, titulum expressit Ptolomaeus de Luca, *De fide et spe.*

In vetusta ms. collectione Opusculorum, quam recenset lacobus Echardus in Parisiensi bibliotheca sanctae Genovefae adservatam, nota legitur capite xi partis II ad illa verba, quae ab initio parum distant, *Dupliciter autem adhuc restat aliquid desiderandum:* nimirum, *Dubitatur istud quod sequitur, usque ad principium alterius libri* (seu tertiae partis, quam integram desiderari adnotavimus); *utrum sit fratris Thomae de Aquino Ordinis Praedicatorum.* Reginaldum Privernatem, cui nuncupatum Theologiae Compendium constat, post annum 1261 quo Parisiis in Italiam remigraverat Aquinas, delectum sibi socium a Doctore sanctissimo et conscientiae arbitrum, laudatus Echardus in eius elogio animadvertit: hinc temporis periodus innotescit, qua fluente in Opus istud Thomas incubuit.

II. Dignissima sunt animadversione s. Antonini verba in Chron. parte III, tit. xvm, capite x, §. 1l: « Tractatus, *inquientis*, qui intitulatur *Compendium Theologiae ad fratrem Rainaldum,* qui incipit, *Aeterni Patris Verbum...* Compendium quoddam Theologiae, quod incipit, *Theologicae facultatis* (al. *veritatis),* quod etiam b. Thomae aliqui intitulant, non *est* eius... Compendium enim, quod beatus Thomas edidit, de quo supra facta est mentio, aliter incipit: et est multo brevius et de paucis tractat. Sed illud quod incipit, *Theologicae,* de omnibus pene brevissime tractat materiis theologiae: *de divinis, de creaturis, Angelis, et hominibus, et aliis rebus creatis: de Incarnatione, de peccato, de virtutibus, gratia et donis, praeceptis et consiliis, Sacramentis et finali iudicio, Antichristo, resurrectione ultima, et gloria, et poenis alterius vitae:* sed brevi volumine. Sed nec Alberti Magni est, ut alii quidam dicunt: sed cuiusdam alterius doctissimi viri, qui dictus Cst *frater Thomas.* »

Ab Aquinate Compendium istud abiudicimdum esse summa evincit auctoritas Ptolomaei Lucensis, Bernardi Guidonis, Valleoletani, s. Antonini, qui germanum Thomae Opusculum incipere testantur ab his verbis, *Aeterni Patris.* Veterum aliorum omnium accedit silentium, cum nemo unus fuerit, qui lucubrationem alteram incipientem, *Theologicae veritatis* aut *Veritatis Theologicae,* sancto Doctori adtribuerit. Quo etiam altissimo silentio agit s. Antoninus, ut ex operum Alberti Magni indice praedictum expungatur opus. Consentiunt peritiores quique; quin oppositum reddere verisimile queant vetustae aliquot editiones, quae sub nomine *Alberti Magni* prodierunt, ab Seraphino Capponi de Porrecta in sua recensitae, quam Venetiis anno 1588

curavit editionem cum scholiis. In utriusque, Alberti ac Thomae, elogiis hac de re agit Echardus : uberiOremquc instituit sermonem in elogio *fratris Thomae de Sutton angli,* cui Opusculum tribuisse videtur s. Antoninus ; et in elogio *fratris Hugonis Argentinensis,* quem verum huius Operis parentem existimant alii.

III. Locus occurrit in Dissertatione historica Philippi Labbei, quem intactum praeterire non licet. « Henricus Kal- » teisenius in *Replica ad Ulricum Hussitani,* quae cum » Basileensi Concilio edita est, §. *Restat nunc,* non esse » s. Thomae *(Compendium Theologiae)* , sed credi esse » Ulrici de Argentina affirmat. Ipse quoque s. Antoninus » reiicit quoddam *Compendium Theologiae,* falso adseri- » ptum sancto Thomae. Verum Antonius Senensis id de » alio quopiam accipiendum esse satagit: non de hocce » nostro, quod s. Thomae esse pro constante habetur. Quis » vero Palaemon sat idoneus tantas inter eos poterit com- » ponere lites? » Palaemone opus non est: neque lites, quae componi debeant, ullae sunt. Duplex Opusculum, titulo *Compendii Theologiae* insignitum, distinguit sanctus Antoninus, noveratque Kalteisenius ; ac utrumque typis editum prostat. Alterum incipit, *Aeterni Patris Verbum:* alterum, *Veritatis Theologicae.* Illud esse genuinum Aquinatis foetum, pro constante habetur: istud ab eo abiudicant s. Antoninus, Antonius Senensis et Henricus Kalteisen Ordinis Praedicatorum in *Replica* citata apud Henricum Canisium vol. IV, in noviss. editione, et apud Labbeum inter Concilia tomo XVII edit. Vcn.

Hudalricus Hussita pro *libera* adserenda *praedicatione verbi Dei* testem vocaverat Archiepiscopum Armachanum, haec verba, veluti s. Thomae, *ex IV* (V libro) *De veritate sacrae Theologiae* afferentem : *Consilium affert praemium, non servatum vero adducit supplicium.* Ad haec reponit Kalteisenius: *Respondeo, negando consequentiam... Ad allegationem dico, quod liber non est sancti Thomae: sed, ut creditur, Ulrici de Argentina. Et notate, quaeso, quam periculose iste allegat Doctores, quia omnino non habetur ibi, quod iste dicit: sed... Consilium servatum affert praemium, non servatum non affert supplicium.* It ergo inficias Kalteisenius Opus illud esse s. Thomae: Opus utique *De veritate sacrae Theologiae,* quod incipit, *Veritatis Theologicae :* Opus etiam in plures libros tributum, quorum *quartus* vel quintus allegatur. In hocce utique supposititio Opusculo verba occurrunt, quae vitiata a Ricardo Armachano et Hudalrico Hussita referebantur: integra vero ac sincera a Kaltcisenio restituuntur, nempe libro V in editis exemplis, capite lxix. Ulrico de Argentina tribuendum hoc Opus indicat idem Henricus de Kalteisen: confundens absque dubio tractatum *De summo Bono* ab Ulrico de Argentina confectum cum tractatu *De veritate Theologica,* quem *Hugoni de Argentina* plerique adiudicant; nisi fortasse in eo *Ulrici* nomine aut amanuensium aut typorum erratum dici debeat. Doctissimum diligentissimumque Echardum consule.

IV. Examen nostrum textus exposcit, qui legitur prima Opusculi parte, capite ccxliv. « Secundum illud Matthaei xxiv » (*f.* 28); *Ubicumque fuerit corpus, illuc congregabuntur* » *et aquilae,* per quas significantur Sancti. Signanter autem » loco *corporis* in Hebr. *loathan* dicitur secundum Hiero- » nymum, quod *cadaver* significat, ad commemorandum » Christi passionem. » Paria omnino sunt quae occurrunt in Opusculo LX, quod minutis ' characteribus expresserunt Romani editores, articulo xxv. « Signanter in Hebraeo » *loatham* dicitur, quod *cadaver* sonat, ab eo quod per » mortem cadat secundum Hieronymum, ad commemoran- » dam Christi passionem. » Opusculum istud, quod inscribitur *De humanitate Iesu Christi Domini nostri,* veterum nemo tribuit Aquinati. Auctor recentior est, qui tertiam sancti Thomae partem Summae *De Christo Domino eiusque mysteriis,* et ultimas quaestiones in librum quartum Sententiarum *De iudicio* totidem pene verbis defloravit, quibusdam additis hac et illae sanctorum Patrum sententiis. Censuram addo Ioh. Ambrosii Barbavara in Libello , quem ms. habeo : « Exemplum illud, *inquientis, De tribus* » *Domicellis unicam tunicam induentibus,* et adverbium » *benivolius,* et pleraque talia indicant artificem paullo in- » cultiorem. Alioqui constat eius libelli doctrinam esse » recapitulationem quamdam eorum, quae a divo Thoma » Tertia parte disputantur circa *Christi humanitatem.* »

Ad loci examen redeo. Vetus interpres latinus Matthaei legisse videtur capite xxiv, V. 28 σώρ,χ, unde latine transtulit : *Ubicumque fuerit corpus, illuc congregabuntur et aquilae.* Graecus textus habet πτώιχχ, *cadaver ;* notatque Ioannes Millius reperiri σώρ,χ, *corpus,* inter lectiones Valesianas et in codice ms. Viennensi, in quo corrigitur. Idem attamen adagium apud Lucam capite xvn, *'t.* 36 vel 3y habet σώρ,χ, *corpus :* et hanc lectionem esse Lucae, πτώρ,χ vero Matthaei, notavit Euthymius. Sanctus Hieronymus ad Matthaei locum in Commentario sic disserit : Possumus » autem *corpus,* idest πτώρ,χ, quod significantius latine » dicitur *cadaver* ab eo quod per mortem cadat, passio- » nem Christi intelligere. » Hinc textus sancti Thomae, Petro Pellicano admonente, vitio laborat. Vitium istud e calamo ipsius Thomae excidisse haud dixerim ego, cum ipse Hieronymum laudet ac Hieronymi animadversionem transcribat, ubi nec habentur, nec esse possunt verba illa, *in Hebr. loathan.* Fuerit genuina Thomae lectio: *in Gr. Ptoma,* πτώρ,χ.

Adagium illud Iesu Christi sumptum est ex Iob capite xxxix, *X.* 3o : *Ubicumque cadaver fuerit, statim adest* Aquila aut pullus Aquilae. In Hebraeo textu legimus :

TëNH'I, *et in quo occisi, ibi ipse;* vel *ubi saucii*

aut *vulnerati, ibi ipse.* Quo in loco vox nulla hebraica, quae similitudinem habeat cum voce *loathan* aut *loatham,* quae in textum s. Thomae irrepsit. At certe mihi videor in graeca voce *Ptoma* vocem illam deformatam videre *loathan,* aut *loatham,* vel etiam *lotham,* ut legitur in ms. codice ss. Ioannis-et Pauli. De illo adagio consule sacrae Scripturae interpretes et Ioannem Drusium libro III Proverbiorum classis primae, num. 1.

DISSERTATIO XVIII.

De Opusculis ad Ioannem Vercellensem Magistrum Generalem Ordinis Praedicatorum, ad Lectorem venetum, ad Lectorem vesontinum, ad Reginaldum Privernatem: deque Auctoris eruditione, soliditate ingenii et optima crisi.

CAPUT I.

Genuinum sancti Thomae Opusculum ostenditur Responsio de articulis duobus et quadraginta. Supposititia altera est de articulis centum et octo. Prudentissima Aquinatis animadversio circa iudicia, quae de philosophorum placitis ferri debent ad fidei doctrinam comparatis. Exempla afferuntur de Angelis caelorum motoribus, deque caelorum anima et loco inferni. Ricardi Simonii animadversiones refelluntur.

I. ftfr «ηn editione Operum sancti Thomae, quae wim Romae iussu Pii V Summi Pontificis anjgivXno 1570 curata est, Opusculum Quartum inscribitur, *De duobus praeceptis caritatis decem legis praeceptis:* Quintum, *De* JftxTy s *articulis fidei et Sacramentis Ecclesiae:* Sextum, *Expositio super Symbolum Apostolorum:* Septimum, *Expositio orationis Dominicae:* Octavum, *Expositio super salutatione Angelica.* De his latiore calamo et uberiore tractatu egimus in Dissertatione octava. In eadem Romana editione sequuntur Opuscula duo, Nonum et Decimum, *Fratri Iohanni Vercellensi Magistro Generali Ordinis Praedicatorum* nuncupata. Inscribitur primum, *Responsio de'articulis* cvm, *sumptis ex opere Petri de Tarantasia:* alterum, *Responsio de articulis'* xlh.

Istius diserta mentio apud veteres omnes nomenclatores, Ptolomaeum Lucensem, Bernardum Guidonis, Bartholomaeum Logothetam, Nicolaum Trivetum, Ioannem "de Columna, Pignonum, Valleoletanum, sanctum Antoninum. Articulos *quadraginta tres,* quibus responderit Aquinas, numerat Bernardus Guidonis, Logotheta, Valleoletanus et s. Antoninus: *duos et quinquaginta* Pignonus, errante sine dubio notario: *duos* vero *et quadraginta* edita omnia exempla. Quid exposceret Magister Generalis, quo etiam tempore litteras eius cum articulis acceperit Aquinas, propositisque satis quaestionibus fecerit, aperit ipse in Praefatione: « Paternitatis vestrae, *inquiens,* litteras *feria quar-* » *ta ante Pascha* recepi, dum Missarum solemnia ageren- » tur, multos *articulos* interclusa schedula continentes: » quibus singulis mihi respondendum mandabatis. Respon- » sionis forma taxata, *an scilicet Sancti sint illius sententiae* » *vel opinionis, quam continet articulus; et si Sancti sint* » *vel non illius sententiae vel opinionis, quam articulus* » *continet, an ego illius opinionis vel sententiae (sim): et* » *si non sim, an tolerabiliter dici possit.* Quibus articulis » statim *sequenti die* secundum formam a vobis traditam, » praetermissis aliis occupationibus, secundum quod mihi » occurrit, respondere curavi. » Petrus Pellican admonet Opusculum istud *anno* 1271 adnotatum esse in codice Victorino: quo anno sacrum Pascha incidit in diem 5 aprilis. Adhuc Parisiis Saniacobaeam scholam regebat s. Thomas, qui eodem anno ad finem vergente in Italiam remigravit.

II. Opusculum alterum, primo loco memoratum, veterum nemo recenset: quo silentio invictum suppositionis argumentum effici frequentius adnotavimus. Cur enim Ioannes Vercellensis proposuerit Thomae *sumptas ex opere Petri de Tarantasia* quaestiones explanandas? Cur mota dubia non solvisset ipse Petrus? Thomas anno 1274 vita migravit: eique duobus annis et aliquot mensibus superstes fuit Petrus, anno 1272 electus Antistes Lugdunensis, anno insequente 127? in collegium Cardinalium adseitus, ad Summum Pontificatum evectus anno 1276 die 21 ianuarii vocatus Innocentius V, eodemque anno die 22 iunii denatus. Post obitum utriusque in lucem prodiisse Opusculum haud inepta coniectura colligit Echardus. De Petro Tarantasiensi diligentius egisse videtur laudatus Echardus, quam monachi s. Mauri in Gallia Christiana.

III. Prudentissimam referre liceat sancti Thomae animadversionem, quae genuino superiore in Opusculo legitur in Praefatione circa iudicia, quae de placitis philosophorum, ad fidei doctrinam comparatis, ferri debeant. Verba sunt: « Respondere curavi: hoc tamen in principio pro- » testans, quod plures horum *articulorum* ad fidei doctri- » nam non pertinent, sed magis ad philosophorum dog- » mata. *Multum autem nocet, talia quae ad pietatis do-* » *ctrinam non spectant, vel asserere vel negare, quasi* » *pertinentia ad sacram doctrinam.* Dicit enim Augustinus » in V Confession, (capite v): *Cum audio Christianum ali-* » *quem... ista* (scilicet quae philosophi de caelo, aut stel- » lis et de solis ct lunae motibus dixerunt) *nescientem et* » *aliud pro alio sentientem, patienter intueor opinantem* » *hominem: nec illi obesse video, cum de te, Domine* » *Creator omnium, non credat indigna, si forte situs et* » *habitus creaturae corporalis ignoret. Obest autem, si* » *haec ad ipsam pietatis doctrinam pertinere arbitretur et* » *pertinacius affirmare audeat quod ignorat.* Quod autem » obsit manifestat Augustinus in I super Genesim ad lit- y teram (capite xix, num. 3ç); *Turpe est,* inquit, *nimis et* » *perniciosum, ac maxime cavendum ut Christianum, de* » *his rebus quasi secundum Christianas litteras loquen-* » *tem, ita delirare quilibet infidelis audiat ut, quemad-* » *modum dicitur, toto caelo aberrare conspiciens, risum* » *tenere vix possit. Et non tam molestum est, quod er-* » *rans homo videatur: sed quod auctores nostri ab eis,* » *qui foris sunt, talia sensisse creduntur; et cum magno* » *eorum exitio, de quorum salute satagimus, tamquam* » *indocti reprehenduntur et respuuntur.* Unde mihi vide- › tur tutius esse, ut haec quae philosophi communes *(vel* » communiter) senserunt, et nostrae fidei non repugnant, » neque sic esse asserenda ut dogmata fidei, licet aliquando » sub nomine philosophorum introducantur: neque sic » esse neganda, tamquam fidet contraria, ne sapientibus » huius mundi contemnendi doctrinam fidei occasio prae- » beatur. »

IV. Quod alios docet, egregie ipse praestat Aquinas. Rem perspectam facio, aliquibus in medium allatis exemplis. Ad Angelos caelorum motores pertinent articuli plures, quos minime reficiendos censet Doctor Angelicus: ve-

rum esse probabiles conficit Augustini doctrina. Ad primum, inquit: « Respondendum videtur, quod ordo communis » divinitus institutus hoc habet, ut corporalis creatura ab » ipso (Deo) moveatur spiritu mediante. Dicit enim Au- » gustinus in III de Trinitate (capite iv, num. g): *Quem- » admodum corpora crassiora et inferiora per subtiliora » et superiora* (al. *potentiora) quodam ordine reguntur; » ita omnia corpora per spiritum vitae... rationalem*. Et VIII » super Genesim ad litteram dicit (capite xx, num. 3g): » Quod Deus *spiritualem creaturam corporalipraeposuit.* » Addit vero: *Neque tamen divinam potentiam esse huic ordini alligatam... in operibus miraculosis.*

Ad tertium articulum inter placita philosophica relinquit, num *animata sint corpora caelestia:* quod *Damascenus negat in II libro* (Dc fide orthodoxa capite vi), *licet hoc Augustinus sub dubio relinquat in II super Genesim ad litteram* (cap. xvm, n. 38). Eadem tenebatur dubitatione Augustinus in Enchiridio capite lviii, num. 15. Regulam hoc loco constitutam servat Aquinas libro II contra Gentes, capite lxx in fine : *Hoc autem, quod dictum est,* inquiens, *de animatione caeli, non diximus quasi asserendo secundum fidei doctrinam, ad quam nihil pertinet, sive sic sive aliter dicatur.* Animadversionem affero doctissimi Petavii libro I dc Opificio sex dierum, capite xii, num. i3: « Quae cum ita sint *(inquientis),* omni catho- » licae vetustatis patrocinio destituta *est* Platonicorum et ». Origenis.... illa fabula.... Quamobrcm eatenus sententiam » suam edidit *(Thomas),* ut neutram in partem pronun- » ciatum esse ab Ecclesia dixerit: cum Quintae Synodi Acta » Decretaquc de Origcne non extent. De cuius tamen au- » ctoritatc ac indicio non posse modo dubitari arbitror: » idque tum ex lustiniani epistola et anathematismis ibi- » dem expositis, tum ex Niccphori aliorumquc testificatione » satis constare ; tametsi non eo usque, ut pro haeretico » qui illam asserat, habendus videatur.... In Commentariis » ad librum secundum de caelo (lect. xm), idem ille san- » ctus Thomas nihil, nisi opinionem Aristotelis explicavit: » non quid ipse sentiret, exposuit. At in prima parte Sum- » mac Theologicae (q. lxx, art. in), ubi latius eam quae- » stionem pertractat, aperte ac sine haesitatione ulla nc- » gantem opinionem adstruit. (Num. 14) Ut autem cae- » lestibus orbibus ac syderibus formae loco naturalis animam » defendere non habet manifestam haeresis invidiam: ita » promiscue res omnes, uti terram, aerem, aquam, lapides » ct huiusmodi reliqua, anima et sensu praedita esse pu- » tare haeretica et abominanda est opinio. »

Ad articulum xxxi, quo inquirebatur, *An infernus sit in centro vel circa centrum terrae,* Aquinatis responsum est: « Dicendum videtur, *inquiens,* quod locus inferni sit » infra terram. Unde Augustinus in libro Retractationum » dicit (II, capite xxiv, num. 2): *De inferis magis, ut vi- » detur, dicere debuissem quod sub terris sint; quam ra- » tionem reddere cur sub terris esse dicantur.* Ubi tamen » sit infernus, an circa centrum terrae vel circa superfi- » ciem, nihil arbitror ad doctrinam fidei pertinere: et su- » perfluum est dc talibus sollicitari, asserendo vel impro- » bando. » Locus ab Augustino retractatus prostat libro XII De Genesi ad litteram, capite xxxin. Hac dc re opiniones hominum refert omnes Doctor Angelicus in IV, dist. xliv, q. in, art. π, q. m, ubi theologica gravitate dignissimam doctrinam tradit: « Dicendum quod sicut Augustinus dicit » (libro XX Dc civitate Dei, cap. xvi), *in qua parte mundi » infernus sit scire neminem arbitror, nisi cui divinus » spiritus revelavit.* Unde et Gregorius in IV Dialogor. (ca- » pite xlii) super hac quaestione interrogatus, respondet: » *Hac de re temere definire non audeo. Nonnulli nam- » que in quadam terrarum parte infernum esse putave- » runt : alii vero hunc sub terra esse existimant.* Et hanc » opinionem probabiliorem esse ostendit dupliciter. Primo » ex ipsa nominis ratione, sic dicens: *Si idcirco infernum » dicimus, quia inferius iacet; quod terra a caelo est, hoc » esse debet infernus a terra.* Secundo autem ex hoc, » quod dicitur Apocal. V, (tf. 5): *Nemo poterat neque in » caelo, neque in terra, neque subtus terram aperire li- » brum;* ut hoc quod dicitur in caelo, referatur *ad An- » gelos;* hoc quod dicitur in terra, referatur *ad homines » viventes in corpore;* hoc quod dicitur subtus terram, re- » feratur *ad animas existentes in inferno.* Augustinus etiam » in XII super Genesi ad litteram (capite xxxtv, num. 66), » duas rationes tangere videtur quare congruum sit, quod » infernus sit sub terra. Una est, *ut quoniam defunctorum » animae amore carnis peccaverunt, hoc eis exhibeatur, » quod ipsi carni mortuae solet exhiberi, scilicet sub terra » recondantur.* Alia est, quod sicut est gravitas in corpo- » ribus, ita tristitia in spiritibus; et laetitia, sicut levitas. » Unde *sicut secundum corpus, si ponderis sui ordinem » teneant, inferiora sunt omnia graviora: ita secundum » spiritum, inferiora sunt omnia tristiora.* Et sic sicut » conveniens locus gaudio electorum est caelum empy- » reum, ita conveniens locus tristitiae damnatorum est in- » fimum terrae. Nec debet movere, quod Augustinus ibi- » dem dicit (cap. xxxm, num. 62): *Quod inferi sub terris » esse dicuntur* vel creduntur; quia ut in libro (II) Re- » tract, (capite xxiv) hoc retractans, dicit: *Mihi videor di- » cere debuisse magis, quod sub terris sunt inferi, quam » rationem reddere cur sub terris esse dicantur sive cre- » dantur.* Quidam tamen philosophi posuerunt, quod lo- » eus inferni erit *sub orbe tristi:* tamen supra terrae su- » perficiem, ex parte opposita nobis.... Pythagoras vero » posuit locum poenarum *in sphaera ignis,* quam in medio » totius orbis esse dicit, ut patet per Philosophum in II » De caelo et mundo. Sed tamen convenientius his, quae » in Scriptura dicuntur, est ut sub terra esse dicantur. » Regulam praesto habes, qua iudicium feras de Swindero Anglo, vetustam instaurante excogitationem ac inferni lo- cum in sole reponente.

V. loannes dc Vercellis, cui nuncupatum Opusculum est, quo de agimus, Generalem gessit Praedicatorum Ordinis Praefecturam ab anno 1264 ad annum 1283. Thomae Aquinati vitam agenti ac post obitum addictissimus fuit: eiusque doctrinam promovit pro viribus. In Generalibus Comitiis Mediolanensibus, anno 1278 celebratis, haec habentur apud Echardum in Elogio eiusdem loannis et Raymundi de Medullione et apud Martenc in Thesauro Anecdotorum tomo IV, num. ig: *Item iniungimus districte fr. Raymundo de Medullione et fr. loanni Vigorosi, quod cum festinatione vadant in Angliam, inquisituri diligenter super facto fratrum, qui in scandalum Ordinis de scriptis venerabilis fr. Thomae de Aquino (detraxisse dicuntur). Quibus' ex nunc plenam damus auctoritatem in capite et in membris: qui quos culpabiles invenerint in praedictis, puniendi, extra provinciam emittendi, et officio privandi, plenam habeant potestatem.* Haec alia in Generalibus Parisinis Comitiis lata fuit ordinatio anno 127g, num. 17 : *Item cum venerabilis vir memoriae recolendae fr. Thomas de Aquino sua conversatione laudabili et scriptis suis multum honoraverit Ordinem ; nec sit aliqualiter tolerandum, quod de ipso vel scriptis suis aliqui irreverenter loquantur, etiam aliter sentientes: iniungimus Prioribus-Provincialibus et Conventualibus et eorum Vicariis ac Visitatoribus universis, quod si quos invenerint excedere in praedictis, punire acriter non postponant.*

Haec Comitiorum excerpta cum a Iacobo Quetifo accepisset Ricardus Simonius, criticis ab ipso in sacra Biblia elucubratis operibus notissimus, coram palamquc vulgandum c re sua censuit *sancti Thomae doctrinam aegre in scholis nostris praevaluisse.* Haec habet ille sub ementito nomine *Sainiorii,* in Bibliotheca critica tomo II, capite xxv. Livido legebat ille oculo Comitiorum nostrorum edicta: quae utique produnt sodales aliquos doctrinae sancti Thomae obluctatos fuisse; simulquc patefaciunt ad frugem eos continuo reversos esse.

Lata anno 1277 a Stephano Tempier Parisicnsi Antistite censura in plures articulos, cadcmque in Anglia a Roberto de Kildwardbi Archiepiscopo Cantuariensi confirmata, ansam aemulis quibusdam praebuit, ut aliquas a Thoma theses propugnatas, veluti censurae obnoxias vulgarent. In partes tracti fuere sodales nostri, pauci petulantesque : quos gravi poena coercendi, ni resipiscerent, facta Mcdullioni et Vigoroso facultas. Continuo acquievisse illos^

neminemque. cognitum qui obluctaretur, lata superior cautio seu provisio in Parisiensibus Comitiis anno 1279 luculentissime evincit.

Hoc eodem anno 1279 Roberto de Kildwardbi Ordinis Praedicatorum suffectus est in Cantuariensem cathedram Guillelmus de Pekamo ex Ordine Minorum adsumptus, qui novas in Aquinatem turbas movit ob eam, quam ipse tenuit, *de unica in homine forma substantiali* sententiam. Vindicias Doctoris Angelici strenue egerunt nostrates, Ioannes seu Ricardus Clapoel anglus et Ioannes II parisiensis aliique anonymi, quorum scripta in bibliothecis adservantur. Qua de re latius in alia mihi agendum Dissertatione. Hinc anno 1286 iam concors nostrorum animus erat in sustinenda sancti Thomae doctrina. Ordinationem accipe Comitiorum Generalium Parisiensium, quae eodem anno celebrata fuerunt, num. 19 apud laudatum Martene : *Districtius iniungimus et mandamus ut fratres omnes et singuli, prout sciunt et possunt, efficacem dent operam ad doctrinam venerabilis magistri fratris Thomae de Aquino recolendae memoriae promovendam et saltem ut est opinio defensandam. Et si qui contrarium facere attentaverint assertive sive sint magistri sive baccallarii, priores, alii fratres, aliter sentientes, ipso facto ab officiis propriis et aliis Ordinis sint suspensi, donec per Magistrum Ordinis vel Generale Capitulum sint restituti. Et nihilominus per Praelatos suos seu Visitatores, iuxta culparum exigentiam, condignam reportent poenitentiam.* Nihil vero contra cautionem, quae futuro tempori prospiciebat, molitos esse consodales, ex eo notum compertumque, ut *nulla circa hoc poenitentia,* adnotante Echardo, *in Actis inflicta postea memoretur.*

CAPUT II.

Germanus Aquinatis foetus est Opusculum De forma absolutionis. Duplex distinguitur quaestio iuris, ac tertia facti: sancti Doctoris sententia. Formae indicativo modo expressae antiquitas. Num impositio manus ad valorem Sacramenti pertineat. Ioannis Launoii censura expenditur refelliturque.

I. Ouperioribus Opusculis illud hoc loco annectere placet, quod XXII numeratur in editione Romana, *De forma absolutionis* Sacramentalis. Foetus Aquinatis indubium veteres omnes testantur nomenclatores, Ptolomaeus Lucensis, Bernardus Guidonis, Bartholomaeus Logotheta, Nicolaus Trivetus, Ioannes de Columna, Valleoletanus, Pignonus, sanctus Antoninus. Non eadem apud omnes legitur inscriptio; sed alius etiam titulus effertur *De absolutione,* vel *De forma poenitentiae absolutionis.* Ioanni Vercellensi, quem regimen Ordinis Praedicatorum tenuisse ab anno 1264 ad annum 1284 adnotavimus, nuncupatum Opusculum est. Brevem affero Io. Ambrosii Barbavara censuram: *Opusculum XXII,* inquientis, *De forma absolutionis, paris est apud recte indicantes auctoritatis cum iis, quae prima classe numeravimus,* hoc est, genuinis ac indubiis. De peritissimo viro, Opusculorum sancti Thomae censore, inferius agendum.

Opusculum his claudit verbis auctor : *Voluntas autem Dei fuit, ut pro defensione potestatis Petro traditae, in festo Cathedrae Petri hoc Opus de vestro mandato compilans laborarem.* Festum intelligo, quod die 22 februarii celebratur : festum namque Cathedrae die 18 ianuarii positum, quod in aliquibus Ecclesis exoleverat, adnotante Baronio in Martyrologio, restituit Paulus Papa IV anno 1557.

II. Ad Aquinatem *libellum* examinandum transmiserat Ioannes de Vercellis: In quo « inveni, *inquit s. Doctor,* » assertionem cuiusdam valde temerariam, dicentis: quod » sacerdos absolvendo uti non debet hac forma, *Ego te* » *absolvo.* Quod quidem praesumptuosum iudico, quia re» pugnat Evangelicis dictis. Dicit enim Dominus Petro » Matth. xvi : *Quodcumque solveris super terram, erit so» lutum et in caelis;* quod ad usum clavium pertinere » ostenditur. Nam praemiserat *et tibi dabo claves regni* » *caelorum.* Et post, quasi usum clavium exponens, dicit: » *Et quodcumque solveris.* Patet ergo ex dictis Salvatoris, » quod habens claves absolvit. Praesumptuosum est ergo, ne » dicam erroneum, ut sacerdos dicere non possit: *Ego absolvo* » *te,* quem Dominus absolvere confitetur. Magis autem ver» bis Domini colligitur hanc esse formam debitam absol» vendi : *Ego te absolvo.* »

Tres hoc loco diligenter distinguendae sunt quaestiones: iuris duae, tertia facti. Prima, *num sacerdos efficiat quod significat verbis absolutionis?* Altera, *num ex institutione Christi et ex natura Sacramenti Poenitentiae necesse sit formam absolutionis absolutam esse; an etiam verbis deprecatoriis concepta sufficiat? Tertia, qualem Ecclesia, tam graeca, quam latina, formam olim usurpaverit, an semper absolutam, an etiam deprecatoriam ?* Consonum est theologorum indicium de efficientia ministeriali, absolutioni, quam sacerdos impendit, conveniente. Hac de re nectentem dubia auctorem libelli refellit s. Thomas in Opusculo, praesertim capite in. Ad alteram quod attinet iuris quaestionem, inficiabatur idem auctor libelli validam esse formam absolutionis verbis indicativis probatam: propugnabatque deprecatoriam esse oportere. Recentiores theologi sustinent ex institutione Christi formam absolutionis actum esse iudicialem; sed eam perinde verbis deprecatoriis exprimi posse ac indicativis seu absolutis, atque Christum Ecclesiae suae modum hunc determinandum reliquisse. Huius praecipuum auctorem sententiae memoro Ioannem Morinum libro VIII De poenitentia, capite vin. Mens vero sancti Thomae est, tum in Opusculo, tum in Summa III p., qu. lxxxiv, artic. in, indicativam formulam *magis* congruere verbis Christi, clavium potestatem exponentis: imo nonnisi hanc esse validam.

Eadem est scriptorum dissensio in tertia *facti* quaestione. Auctor libelli apud s. Thomam capite v aiebat: *Quod vix triginta anni sunt, quod omnes hac sola forma* (deprecatoria) *utebantur.* Ioannes Morinus loco citato addit : ineunte saeculo duodecimo formae antiquae deprecatoriae additam fuisse absolutam et adulto saeculo tertiodecimo indicativam ita praevaluisse, ut sola in usu fuerit : non aliam vero apud Graecos formam adhibitam, nisi verbis deprecativis expressam. Hanc facti quaestionem versat etiam Aquinas: ac primo testatur capite 1 *communem esse consuetudinem tali forma* (indicativa) *utentium.* Ad usum vero perennem deprecatoriae formulae, quem magister libelli obiiciebat ad saeculum usque tertiumdecimum adultum, respondet capite v: *Quomodo,* inquiens, *de omnibus potest testimonium perhibere, qui omnes non vidit ?*

II. Quam solida sit Aquinatis responsio colligi facile potest ex Edmundo Martene De antiquis Ecclesiae ritibus libro I, capite vi, art. v, num. 12. Tametsi enim existimet vir peritissimus non indicativam olim, sed deprecativam prorsus in usu fuisse formam absolutionis : « Fatendum ta» men est, *inquit,* in plerisque *libris ritualibus mss.* una » cum *orationibus reconciliatoriis,* formulas quasdam *ab* * *solutionis indicativas* reperiri. Et ne quis libros illos, » tamquam recentiores, novitatis insimulet, praetermissis » illis, qui sexcentos annos non superant,' quatuor hic pro» duco vetustate et antiquitate plane venerabiles. Primum » exhibeo *Egberti Eboracensis Episcopi* (qui anno 731 › infulas obtinuit apud Pagium) Pontificale, litteris Saxb» nicis pereleganter scriptum, quod hactenus servatur in » bibliotheca Ecclesiae Ebroicensis. Secundum Pontificale » Anglicanum *monasterii Gemmeticensis,* cuius character » nongentos circiter annos refert. Tertium *Gellonense* ve» tustissimum: quartum Remense s. Remigii, *Tirpini Ar» chiepiscopi* (qui anno 775 vitam agebat) Pontificale vul» gariter dictum, litteris longobardicis scriptum: in quibus » forma indicativa deprecatoriae coniungitur. » Indicativam formam ad Sacramentum pertinere Thomae sententia est: preces vero additas ad Sacramentalia ab Ecclesia instituta.

Ad Ecclesiam Graecam quod attinet, digna sunt animadversione Goarii documenta, quae dissidentes viros ad concordiam revocare posse videntur. In Notis *ad orationes super poenitentes* animadvertit: 1. Formam absolutionis, etsi deprecativam apud Graecos et olim apud Latinos, non excludere, imo continere actionem ministri, sicque ad in-

dicativam posse reduci : quemadmodum et indicativam expostulare implicite Dei misericordiam poenitenti necessariam. Qui ergo dicit, *dimitte, relaxa, condona,* subintelligit, *per me :* item, *complaceat tibi hunc servum tuum verbo* (supple, *meo) solvi;* itaut in praedictis orationibus iudiciariam quoque potestatem exerceri ab sacerdote super poenitente orante satis significetur: 2. * Caeterum, *inquit,* ipsos » etiam Graecos in absolvendis poenitentibus uti forma » aliqua absoluta et indicativa, ex ipsis Christi verbis, » *quaecumque solveritis,* velut proprio et paterno semine » enata, compertum habeo. .. Sicut ergo Latini in anti- » quioribus ritualibus (omnibus) indicativam formam, his » verbis, *Absolvo te a peccatis tuis,* conceptam nequeunt » ostendere, quam tamen successiva traditionis serie ab an- » tiquis Patribus accepisse profitentur : parem Graeci, licet » scriptis nullibi commendatam, per manus tamen a pri- » stinis saeculis ad haec usque tempora deductam habere » potuerunt. Forma autem est huiusmodi, *Habeo te condo-* » *natum....* quae verba Latinorum aequipollere formae » fuse demonstrat Arcudius. » Haec de re uberius agendum insequente num. 5.

IV. Quarto Opusculi capite agit Aquinas *De manus impositione,* num sit de necessitate *Sacramenti* Poenitentiae. Ait vero : *Non minus temerarie asserere praesumit* auctor libelli *quod impositio manus sit de necessitate huius Sacramenti.* Obiecta anonymi et responsa Thomae accipe. Obiicit primo, « quod Actuum vm (v. 17) dicitur: *Imponebant manus super illos et accipiebant Spiritum sanctum.* » At illa impositio fuit loco Sacramenti Confirmationis, » quod datur per maiores Ministros. Secundo obiicit, quod » Matthaei (Marci) ult. (V. 18) dicitur: *Super aegros manus imponent* etc. Sed hoc est ridiculum; quia non loquitur » de impositione sacramentali, sed de signis faciendis. » Tertio obiicit, quod Augustinus dicit (libro X De civit. » Dei, capite v) quod Sacramentum novae legis debet esse » *signum sacrae rei et per naturalem similitudinem,* quod » de suo addidit, per hoc volens dicere quod sola verba » non faciunt nec perficiunt Sacramentum. Sed patet in » omni Sacramento, quod verba ad materiam accedentia » perficiunt Sacramentum. In Sacramento enim Eucharistiae sola verba, prolata super materiam consecrandam, » perficiunt Sacramentum. In Baptismo etiam verba, pro- » lata super aquam tantum non faciunt Sacramentum ; sed » super aquam adhibitam in Baptismo, quia totum est » loco materiae. Ipse autem peccator confitens est sicut » materia in hoc Sacramento (poenitentiae) : unde verba » absolutionis super eum prolata efficiunt poenitentiae Sacra- » mentum. Quarto obiicit, quod dicitur Matthaei xix (v. 13), » quod *oblati sunt parvuli, ut eis manus imponeret.* Sed » hoc non potest referri ad poenitentiae Sacramentum, » quod parvulis impendi non consuevit : oblati sunt autem » ei, ut manus imponeret benedicendo secundum consue- » tudinem ludaeorum, ut dicit Rcmigius *(alios interpretes* » *consule).* Quinto obiicit, quod dicitur Actuum vm (V. 18): » *Cum vidisset Simon, quod per impositionem manuum* » *Apostolorum daretur Spiritus sanctus.* Hoc autem per- » tinet ad impositionem manuum, quae fit in Confirma- » tione, ut supra dictum est. Sexto obiicit ad hoc auctoritatem » magistri Guillelmi Alverni. Qui an hoc dixerit, nescio : » sed scio eum non fuisse tantae auctoritatis, ut eius dicto » standum sit in tanta re ; praesertim cum Dominus Petro » potestatem clavium exponens, non dixerit: *Cuicumque* » *manus imposueris,* sed *quodeumque solveris.* »

Guillelmi Alverni opera prostant edita *Aureliae ex typographic F. Hotot 1674.* Verba cius sunt de Sacramento Poenitentiae capite ni : « Poenitentia dicitur Sacramentum, » quia sacrat atque sanctificat... et quia habet signum sa- » crans atque sanctificans. Signum dico, similitudinem ha- » bens cum ipsa sanctificatione interiori. Manus enim sa- » cerdotis super caput poenitentis manum divinam sive » virtutem adesse significat ad sanctificandum poenitentem. » Absolutio autem sacerdotalis... absolutionem interiorem » ac spiritualem... significat. » Locum diligentius expende, quo impositionem manus veluti necessariam evinci dixerit nemo. Antiquam anonymi opinationem instaurasse quodammodo videtur Carolus Vitasse de Sacramento Poenitentiae quaest. 1 i, art. π, conci, vi: *Dicimus,* inquiens, *non omnino absque veri specie impositionem manuum assignari pro legitima materia Sacramenti Poenitentiae quondam potuisse.* Vetusta in medium profert documenta, quae peccatoribus in stadio poenitentiae frequentius manus impositas enarrant. Hunc ritum illustrat Morinus libro VI De poenitentia, capite vm, ipsumque minime pertinere ad Sacramentum, veluti partem eiusdem materialem et essentialem, satis evincit Honoratus Tournellius in Praelectionibus De Sacramento Poenitentiae, quaest. 11. art. in.

V. loannis Launoii censura immune non abiit recensitum sancti Thomae Opusculum. Pauca verba, quae familiari in colloquio habuit Vincentius Baro, ansam dederunt integrae *Animadversioni,* quae num. 20 legitur in eiusdem Launoii epistola ad Ludovicum Maraesium parisiensem theologum. Censoris dicta sive dicteria in Baronem praetermitto omnia : quae nimia disserit ille confidentia adversus Aquinatem, voco ad examen. Censuram orditur suam his verbis: *Beatus Thomas ecclesiasticae controversiae, quae inter eum et doctorem anonymum erat, iudicem facit Scripturam solam ... Scripturae iungenda erat Ecclesiae traditio. Sed eam iungere non licuit per unum diem, quem in confutandam doctoris anonymi scriptionem insumpsit... In Opusculi totius decursu nulla comparet ullius Ecclesiae traditio... Ritualium librorum, in quibus Sacramentorum ordo praescribi solet, nullus adducitur. Veterum theologorum et tractatorum nullus laudatur.* Nae lividum et imperitum censorem. Tum divina Scripturarum auctoritate, tum etiam maiorum traditione de Sacramentorum formis constituendum esse quis ambigat? Utrumque egregie praestitit Aquinas in Opusculo, quod unius diei spatio confecit. Praecipuum Scripturarum locum ex Matthaei capite xvt desumptum affert ac diligentissime versat : eique *magis* convenire propugnat formam absolutionis, quae verbis effertur indicativis. Huiusce formae et convenientiam et necessitatem confirmat: *Quia communis est* (inquit) *consuetudo tali forma utentium.* Ecce vero *Scripturae iunctam traditionem Ecclesiae.*

Quomodo namque communis tali forma utentium consuetudo constiterit Aquinati ? Nempe (inquio ego et dixerit prudens quisque) noverat eam sanctus Thomas ex ipsa sacerdotum, qui in Ecclesiis administrabant Sacramentum Poenitentiae, praxi ; itemque ex- *ritualium* librorum , qui in Ecclesiis adservabantur, inspectione et examine ; ex *theologorum* etiam commentariis, qui rem hanc in scholis tradidere scriptoque reliquerant ; ex vetustis etiam Patribus, qui ligandi ac solvendi potestatem Petro traditam exponunt ac illustrant. Hanc totius Ecclesiae ct Ecclesiarum particularium traditionem una *communis consuetudinis* voce satis indicat s. Thomas.

Haec eius, quam ipsi tribuo, peritia splendidius adhuc innotescere potest. Obiiciebat anonymus : *Quod Magister, qui Sententias compilavit, non posuit hanc formam ; nec aliquem Sanctorum legimus hac forma usum esse.* Reponebat Aquinas: *Quod Magister formam* (indicativam) *non posuit; sed neque legitur de alia forma. Nec etiam legitur quod aliquis istam formam negaverit.* Ad haec Launoius censuram appingit: *Sed legitima,* inquiens, *non est sancti Thomae oppositio.* Imo legitimam solidamque esse plura evincunt. Cur enim indicativam formam reficias, quae verbis Icsu Christi potestatem clavium conferentis *magis* convenit? Cur eamdem expungendam iubes, quam nec Magister Sententiarum, nec veteres scriptores uspiam negarunt ? Novimus omnes, probe noverat etiam s. Thomas, frequentius vetustos Patres adserere poenitentes reconciliari *data oratione, per Ecclesiae preces, supplicationibus sacerdotum.* Paria Leonis Magni verba expendit p. Ill, qu. lxxxiv, art. 11 ad 2 eademque docet non obstare indicativae, quam propugnat, absolutionis formae. Quid ? quod noverat Aquinas reconciliatorias legi quidem preces in ritualibus: at illis etiam immixtam formulam absolutam. Quod ipse noverat, testatur peritissimus Edmundus Martene loco superius citato : *Fatendum est,* inquiens, *in plerisque antiquis libris ritualibus, una cum orationibus reconciliatoriis, formulas*

quasdam absolutionis indicativas reperiri. Hac eruditione satis pollebat sanctus Thomas, ut nihil haesitans anonymo responderet vetustos Patres *negasse* numquam *istam -formam* indicativam. Hinc Launoio satis abundeque factum toties exposcenti ut causam suam ageret Aquinas, *prolato sacrorum rituum codice, qui formam hanc (Ego te absolvo) praescriberet et exhibito Sacramentorum libro, qui eamdem formam contineret.* Prolati iam rituum et Sacramentorum libri sunt: quos Aquinatis satis notos inficiari insanire est.

Id evincunt alia eius, quae refero verba. Obiiciebat namque anonymus, Absolutiones quasdam, *quas Ecclesia facit in Prima et in Completorio, ante Missam et post praedicationem secundum morem Romanae Ecclesiae et in die Cinerum et Coenae Domini, non... per orationem indicativam, sed deprecativam.* Reponentis Aquinatis verba accipe: *Miror eum non advertere quod huiusmodi absolutiones non sunt Sacramentales: sed sunt quaedam orationes, quibus dicuntur venialia peccata dimitti; sicut per orationem Dominicam qua dicitur: Dimitte nobis debita nostra.* Haec indicant innotuisse Aquinati sacros ecclesiasticos ritus non sua modo aetate, sed etiam aevo superiore vigentes. Hinc mirabatur ille tam inscite anonymum reconciliatoriis quibusdam orationibus litem agere, quae ad essentiam Sacramenti minime spectabant. Eadem nobis miratio subit pro deprecatoria formula causam agere Launonium voluisse, triginta numeratis antiquis Ecclesiarum ritualibus: *Qua parte* scilicet *ordinem tradunt ad visitandum infirmum, ad communicandum infirmum, ad dandam extremam unctionem.* Opus erat *rituales* afferre libros, *qua parte ordo in eis traditur ad reconciliandos poenitentes:* quos utique, praeter aliquas preces, absolutam plerosque exhibere formam testatur Martene, ac dubio procul omni noverat s. Thomas.

Alia erat anonymi obiectio: Pro forma deprecatoria *sensisse... magistrum Guillelmum de Antissiodoro et magistrum Guillelmum quondam Episcopum Parisiensem et Dominum Hugonem quondam Cardinalem.* Thomae responsio est: *Quod ita senserint non constat. Sed et si ita senserunt, numquid eorum opinio praeiudicare poterit?...* Magistri Parisiis regentes *communi sententia contrarium sentiunt, decernentes: absque, his verbis (Ego te absolvo) absolutionem non esse per solam deprecativam orationem.* Aquinatem carpit Launoius. Quid vero? In eius responsionem ex parte recidit ipse: *Guillelmus Antissiodorensis,* inquiens, *et Hugo Cardinalis non tam diserte loquuntur in scriptis, quae ad nos pervenerunt.* Scilicet quid revera *senserint non constat,* ut inquiebat sanctus Thomas. Addit censor: *Eo tamen loquuntur modo, qui magis doctori anonymo quam Thomae suffragatur:* quae nempe dicta intelligc pro ea, qua Launoius agebatur, Thomae Opusculum vellicandi prurigine. Hac enim de re agit Hugo in Commentario super Matthaeum capite vi ubi nihil occurrit, quod anonymo doctori faveat. In contrariam abiisse videtur sententiam Guillelmus de Alvernia Parisiensis Episcopus de Sacramento poenitentiae capite xix: *Neque more iudicum forinsecorum pronuntiat Confessor, absolvimus te... sed magis orationem facit super eum.* Verba sunt, quorum sensum liquido constare inficiabatur Thomas. Ritualibus etiam plerisque libris adversantur, in quibus precibus reconciliatoriis immixta legitur formula absoluta. Quaecumque demum eius fuerit opinio, praeiudicium irrogare nullum potest: *Communisque* adversa *magistrorum sententia* erat, *qui Parisiis regebant.* Guillelmo synchronus Alexander de Hales IV parte Summae, quaest. xiv, membro n, art. n sic ait: *Absolutionem sacerdotis fieri expressione talium verborum, Ego absolvo te, vel Dominus absolvat te.* Utramque videtur ille adprobasse formulam.

Postremam anonymi affero obiectionem: *Vix triginta anni sunt,* inquientis, *quod omnes* (iam antea) *hac sola forma* (deprecatoria) *utebantur.* Reponit Aquinas: *Quomodo de omnibus potest testimonium perhibere, qui omnes non vidit?* Censor Launoius ait: *Responsio non est haec, sed declinatio.* Imo solidissimum peritus quisque dixerit sancti Thomae responsum adversus anonymum, factum obtrudentem quod est falsissimum. Quomodo enim, si vetustos aut scriptores aut rituales libros consuluisset, epocham formulae indicativae ab annis triginta dumtaxat ducere potuisset? Peritissimum Martene testantem audivimus *in plerisque antiquis ritualibus libris, una cum orationibus reconciliatoriis, formulas quasdam absolutionis indicativas reperiri;* codicesque huiusmodi proferentem, qui saeculo octavo scripti fuerunt. Aquinati, qui breve responsum dabat Magistro Generali, satis fuit contra anonymum reponere tum ab ipso minime visos vetustos rituales libros scriptoresque: tum eidem adversari *communem consuetudinem tali forma* (indicativa) *utentium.* Iam ergo in auras abit levissima Launoii censura.

CAPUT III.

Ad Aquinatem Auctorem pertinet Solutio triginta sex quaestionum ad Lectorem venetum. Eiusdem foetus est Opusculum de sex articulis ad Lectorem vesontiensem: in quo prudentissima monita ad concionatores. Quo tempore ad fratrem Reginaldum scripserit de Angelorum natura. Opusculi doctrina et eruditio.

I. Tndecimum in editione Romana locum tenet *Responsio ad Lectorem venetum De articulis* xxxvi. Hanc recensent, veluti genuinam Thomae lucubrationem, Ptolomaeus Lucensis, Bernardus Guidonis, Bartholomaeus Logotheta, Nicolaus Trivetus, Pignonus, Valleoletanus, s. Antoninus. Opusculi initium referunt Ptolomaeus, Bernardus et s. Antoninus: nimirum, *Lectis vestris epistolis.* Sex et triginta quaestiones a Doctore Angelico solvendas transmiserat *Lector venetus:* an ita dictus ex provincia nostra Veneta, an ex urbe Britanniae minoris incompertum. Votis eius Thomas ait satis se fecisse *infra quatriduum, dilatis parumper aliis, quibus intendere se oportebat, quaestionibus.* Vocatum *fratrem Passanum* adnotat Petrus Pellican, fide allegata ms. codicis Victorini. Mirum, si haec ita se habeant, ab Echardo diligentissimo praetermissa fuisse.

Transmissae quaestiones, maiorem partem, eaedem omnino sunt ac illae, quas loannes de Vercellis proposuerat. Hinc indicio et argumento est, proposita dubia inter viros ea aetate doctos diligentiore examine pertractata fuisse. In artic. xxiv de inferno agitur, *an sit in centro, vel circa centrum terrae, vel circa superficiem?* loanni Vercellensi reposuerat Aquinas: *Ad doctrinam fidei non pertinere, an sit infernus circa centrum terrae vel circa superficiem.* Hoc loco opinioni indulget, ipsumque inferorum locum a terrae centro removet: «Nihil mihi videtur, *inquiens,* temere asserendum; praecipue cum Augustinus neminem arbitretur » scire ubi sit. Non tamen aestimo *quod sit in centro terrae,* » quia ille est locus, quo naturaliter feruntur gravia, nec vi- » detur intentionem naturae frustrari, ut communiter dicitur » *(iuxta vulgatam aevo illo philosophiam);* quod sequere- » tur, si ad centrum corpora gravia non pervenirent. Si » etiam naturaliter terra circa centrum esset concava, non » posset assignari naturalis causa, quae tantum pondus sustineret. Si autem dicitur hoc esse miraculose; nulla » subesse videtur miraculi ratio. Praeparatio enim inferni » ab initio mundi fuit, secundum illud Esaiae xxx *(f.* 33): » *Praeparata est ab heri Tophet,* secundum expositionem » Glossae *(vallem Tophet intelligentis inferorum locum).* » In prima autem rerum institutione non est considerandum quid Deus possit facere; sed quid natura rerum habeat ut sic fiat, sicut dicit Augustinus II super Genesim ad » litteram (capite i, num. 2). Non autem dicitur Christus » descendisse *ad infimas* partes terrae; sed *ad inferiores:* » ad cuius veritatem sufficit qualitercumque inferiores nobis » dicantur. »

II. Sequitur Opusculum in editione Romana duodecimum, quod est *Responsio ad Lectorem bisuntinum de sex articulis.* Genuinum Opus testantur veteres omnes. Incipit illud: *Carissimo sibi in Christo fratri Gerardo Bisuntino Ordinis fratrum Praedicatorum.* Vesontione in Galliis sacras litteras tradebat sodalis. Iudicium Thomae exquirit de quibusdam, quae vulgabantur e suggestu, historiolis, prudensque consilium petit.

Quaesiverat primo Lector vesontiensis : *An stella, quae Magis apparuit, haberet figuram crucis, an figuram hominis, an figuram Crucifixi?* Animadvertit Aquinas legi similia *apud Chrysostomum super Matthaeum* vel potius auctorem Operis imperfecti, quod Chrysostomo tribuitur. Auctoris verba sunt : *Audiri aliquos referentes de quadam Scriptura, etsi non certa... inscripta nomine Seth, de apparitura hac stella... habente in se formam quasi pueri parvuli et super se similitudinem crucis.* Haec ab illo dicta Thomas admonet, *non quasi asserendo, sed quasi ab aliis dicta recitando.* Quod sentit ipse, aperit demum: «Quia » pro certo non habetur, *inquiens,* non reputo hoc esse » praedicandum: praesertim quia non videtur probabile » quod sacri Doctores, ut Augustinus, Leo Papa, Gregorius » et alii in suis sermonibus tacuissent, si aliquod robur » auctoritatis haberet. Non enim decet praedicatorem ve- » ritatis ad fabulas ignotas divertere. » Abnutivo puro putoque non utitur argumento; sed Patrum silentio innititur, qui suis in sermonibus non tacuissent. Haec ad crisim spectant. Prudentiae consilium est, quod sequitur: *Si tamen ab aliquo sit praedicatum, non arbitror esse necessarium quod revocetur, nisi forte ex hoc populo scandalum sit exortum: et tunc non deberet ut erroneum reprobari, sed ut incertum exponi.*

Vulgabant e suggestu alii: *Ex quo Simeon dixit beatae Virgini: Tuam ipsius animam pertransibit gladius, quolibet die naturali usque ad resurrectionem Christi septies illud recoluisse piam Virginem cum dolore vehementi.* Parem ut supra responsionem affert prudens ac peritus Doctor Aquinas num. 5: « Respondeo, *inquiens,* quod istud eadem » facilitate contemnitur, qua dicitur, cum nullius auctori- » tatis robore fulciatur : nec aestimo huiusmodi frivola » esse praedicanda, ubi tanta suppetit copia praedicandi ea, » quae sunt certissimae veritatis. Neque tamen oportet quod » revocetur, si praedicatum fuerit, nisi ex hoc scandalum » fuisset exortum. »

De illa etiam quaestione, *An parvulae manus pueri Iesu nati creaverint stellas,* iudicium Thomae exquirit Lector vesontiensis. Ad trutinam theologicam vocat ille audaciusculam locutionem et ait num. 4: « Locutio haec » non est propria : nam parvulae manus sunt manus hu- » manitatis, quarum non est creare. Sed quia unus et idem » Christus est in divina et humana natura perfectus, potest » huiusmodi locutio sane exponi, ut dicatur: *Manus par-* » *vulae istius pueri creaverunt stellas,* idest, *iste puer,* » *habens manus parvulas, creavit stellas.* Tali enim modo » loquendi ad quamdam unionis *(naturae humanae cum di-* » *vina in una Verbi Dei hypostasi)* expressionem aliquando » Doctores utuntur, sicut in quibusdam cantatur Ecclesiis: » *Manus, quae nos plasmaverunt, clavis confixae sunt.* » Non tamen haec sunt extendenda vel praedicanda po- » pulo. Sed tamen si praedicatum sit, non arbitror revo- » candum, nisi super hoc error aut scandalum oriatur; » in quo casu oporteret sanae locutionis sensum exponi. » Non sunt autem in talibus, quantum fieri potest, sim- » plicinm animi solicitandi. »

111. Quintumdecimum in editione Romana Opusculum, inscriptum *De substantiis separatis seu De Angelorum natura* refert Ptolomaeus de Luca: *De substantiis separatis* Guillelmus de Tocco, Logotheta et Trivetus: *De Angelis seu De substantiis separatis* Bernardus Guidonis, Valleoletanus et s. Antoninus : *De Angelis* demum Pignonus. Votis Reginald! Privernatis annuentem Thomam composuisse hoc Opus testantur laudati scriptores.

In calce haec in editis exemplis, quae consulere et expendere licet, habentur verba : *Hucusque scripsit sanctus Doctor de Angelis: sed morte praeventus non potuit perficere hunc tractatum, sicut nec plura alia, quae imperfecta reliquit.* Extremis ergo vitae annis carissimo sodali suo Reginaldo morem gerebat Aquinas. Anni tempus, cum in id opus incumberet ; ac morbum fortasse quo tunc laboraret, indicat Praefatio: *Quia sacris Angelorum solemniis interesse non possumus, non debet nobis devotionis tempus transire in vacuum; sed quod psallendi officio subtrahitur, scribendi studio compensetur.* Festum indicari videtur sancti Michaelis Archangel!. Cur vero sanctissimus Doctor publico *psallendi officio* interesse non potuerit, nisi morbo praepeditus ?

IV. Adsumpti Operis consilium ibidem aperit : *Intendentes sanctorum Angelorum excellentiam utcumque, depromere incipiendum videtur ab his, quae de Angelis antiquitus humana coniectura aestimavit : ut si quid invenerimus fidei consonum accipiamus, quae vero doctrinae repugnant catholicae refutemus.* Animadverte, mentem humanam philosophicis excultam disciplinis nonnisi per *contecturam* adsurgere ad cognitionem Angelorum potuisse. Prima veluti parte Operis ad examen vocat opiniones Graecorum philosophorum inter ethnicos, Arabum inter mahumedanos, inter iudaeos Saducaeorum, Manichaeorum et Origenis inter christianos: quorum commenta plura diligentissime expendit ac profligat.

Pars altera incipit a capite decimo septimo, quod ita exorditur s. Thomas: *Quia igitur ostensum est quid de substantiis spiritualibus praecipui philosophi, Plato et Aristoteles, senserunt quantum ad earum originem, conditionem naturae, distinctionis et gubernationis ordinem et in quo ab eis alii errantes dissenserunt, restat ostendere quid de singulis habeat christianae Religionis assertio.* Theologicae peritiae, qua pollebat Aquinas, affero specimina. Ad originem substantiarum spiritualium quod attinet: «Firmissime docet Christiana traditio *(inquit)* omnes » spirituales substantias, sicut ct caeteras creaturas, a Deo » esse productas. In Psalmo enim cxlviii dicitur (V. 2): *Lau-* » *date eum omnes Angeli eius, laudate eum omnes vir-* » *tutes eius.* Et enumeratis aliis creaturis *(sole, luna,* » *stellis, luce, caelis, aquis* V. 3 et 4) subditur (v. 5): » *Quia ipse dixit et facta sunt: ipse mandavit et creata* » *sunt.*

Item infra : « Est autem christianae doctrinae contra- » rium, ut sic dicantur spirituales substantiae a summa » Deitate originem trahere, quod fuerint ab aeterno, sicut » Platonici et Peripatetici posuerunt. Sed hoc habet assertio » catholicae fidei quod coeperunt esse, postquam prius » non fuerant. Unde dicitur Isaiae cap. lx *(f.* 26): *Levate* » *in excelsum oculos vestros et videte quis creavit haec:* » scilicet superiora omnia. Et ne inteliigerctur de corpo- » ralibus solum, subdit (ibid.): *Qui educit in numero mili-* » *tiam caeli* (in Vulgata *militiam eorum).* Solet autem sacra » Scriptura nominare *militiam caeli* spiritualium substan- » tiarum caelestem exercitum, propter earum ordinem et » virtutem in exequendo voluntatem divinam. Unde dicitur » Lucae ll (v. i3): quod *facta est cum Angelo multitudo* » *militiae caelestis.* Datur igitur intelligi non solum cor- » pora, sed etiam spirituales substantias per creationem » de non esse in esse fuisse eductas, secundum illud Rom. iv » *(f.* 17): *Vocat ea quae non sunt, tamquam ea quae sunt.* » Obviam difficultatem, quam Scripturae silentium ingerit, proponit ac solvit : *Sacra Scriptura,* inquiens, *in Genesi loquens de principio creationis rerum, de spiritualium substantiarum productione expressam mentionem non facit, ne populo rudi, quibus lex proponebatur, idololatriae daretur occasio.*

Num vero ante caeli terraeque creationem vel post vel simul Angelos condiderit Deus ? *Non potest ex Scripturis canonicis,* inquit Aquinas, *expresse haberi quando creati fuerint Angeli.* Nihilominus haec addit: « Quod post * corporalia creati non fuerint ratio manifestat, quia non fuit » decens ut perfectiora posterius crearentur. Et etiam ex » auctoritate sacrae Scripturae expresse colligitur *(animad-* » *verte id minime dici, quod* in Scripturis habetur; *sed* ex » Scripturis colligitur). Dicitur enim lob. xxxvm (v. 7): *Cum* » *me laudarent simul astra matutina et iubilarent omnes* » *filii Dei :* per, quos spirituales substantiae intelliguntur. » Hinc Patrum duplex frequentior opinio est de Angelorum creatione vel ante corporalem creaturam vel simul. *Neutrum autem horum* (Thomae animadversio est) *aestimo esse sanae doctrinae contrarium : quia nimis praesuinptuosum videretur asserere tantos Ecclesiae Doctores* (Augustinum, Gregorium Nazianzenum, Basilium, Hieronymum, Damascenum) *a sana doctrina pietatis deviasse.*

Conditionem Angelorum ad examen vocat capite xvin quos incorporeos esse, inquit, *canonicae Scripturae auctoritate probatur, quae eos Spiritus nominat.* ‹ Dicitur enim » in Psalmo cm (v. 4): *Qui facit Angelos suos spiritus.* › Et Apostolus dicit ad Hebr. 1, de Angelis loquens (V. 14): » *Omnes sunt administratorii spiritus, in ministerium missi* » *propter eos, qui hereditatem capiunt salutis.* Consuevit » autem Scriptura nomine *Spiritus* aliquid incorporeum » designare, secundum illud loannis iv *(f.* 24): *Spiritus est* » *Deus: et eos qui adorant eum, in spiritu et veritate* » *oportet adorare.* Et Isaiae xxxi 3): *Aegyptus, homo* » *et non Deus: et equi eorum caro et non spiritus.* Sic » igitur consequens est secundum sacrae Scripturae sen- » tentiam Angelos incorporeos esse:» idest neque corpora illos esse, neque compositos ex mente et corpore crasso et compacto. « Si quis autem diligenter velit verba sacrae » Scripturae inspicere, ex eisdem accipere poterit eos *etiam* » immateriales esse *(nullo quantumlibet subtili ac aethereo* » *corpore constantes).* Nominat enim eos sacra Scriptura * quasdam *virtutes.* Dicitur enim in Psal. en (V. 20): *Bene-* » *dicite Domino omnes Angeli eius:* et postea subditur (< 21): » *Benedicite Domino omnes virtutes eius.* Et Lucae xxi » (V. 26): *Virtutes caelorum movebuntur:* quod de sanctis » Angelis omnes Doctores exponunt. Quod autem mate- » riale est, non est virtus, sed habet virtutem... Relinquitur » igitur, secundum intentionem Scripturae, Angelos imma- » teriales esse. » Opposita adserta duo animadvertit Petavius libro* I DeAngelis, capite tn, num. 10 non esse iudicanda prorsus haeretica, sed haeresi proxima : nam quominus haeretica censeantur, id unum facit quod nondum ea res liquido ab Ecclesia disceptata sit. Conclusionem vero suam theologicam pergit Aquinas Patrum testimonio confirmare : quaeve in ipsis canonicis Scripturis adversa videntur clarissime exponit.

De Angelorum discrimine agit capite xix. Occurrit primo *differentia bonorum et malorum: est enim,* inquit, *apud multos receptum esse quosdam spiritus bonos, quosdam vero malos.* « Quod auctoritate sacrae Scripturae compro- » batur. De bonis enim spiritibus dicitur ad Hebr. 1 (tf. 14): » *Omnes sunt administratorii spiritus, in ministerium missi* » *propter eos, qui hereditatem capiunt salutis.* De malis » autem spiritibus dicitur Matth. xn (V. 40): *Cum immundus* » *spiritus exierit ab homine, ambulat per loca arida quae-* » *rens requiem et non invenit.* Et postea subditur (1?. 45): » *Tunc vadit et assumit septem alios spiritus nequiores* » *se.* » Tum animadvertit nonnisi qui boni sunt, *dici Angelos: Daemones autem secundum communem usum loquendi nonnisi in malo accipi.* Cur alii boni, alii mali sint latior est apud ipsum dissertatio : nullus utique praetermissus error, qui non convellatur: nullum opinantium placitum, quod ad examen non vocetur. Sed neque caput istud, neque Qpus absolvit sanctus Thomas.

DISSERTATIO XIX.

De Opusculo adversus Averroistas De unitate intellectus ac latina Themistii versione ab Aquinate adhibita: itemque De verbo intellectus, De sortibus, De iudiciis astrorum, De aeternitate mundi: deque censura Io. Ambrosii Barbavara in omnia sancti Thomae Aquinatis Opuscula.

CAPUT I.

Opusculum recensetur De unitate intellectus contra Averroistas. Operis utilitas: quove illud scriptum fuerit tempore. Io. Ambrosii Barbavara Ordinis Praedicatorum censura in Aquinatis Opuscula.

I. rrorem Averroisticum *De unitate intellectus in omnibus hominibus,* aliosque errores ex eadem radice veluti surculos proficiscentes, peculiari Opusculo, quod est XVI in editione Romana, a sancto Thoma Aquinate profligatos fuisse testantur veteres omnes Operum eius nomenclatores. Priora etiam Opusculi verba praestant Ptolomaeus de Luca, Bernardus Guidonis, s. Antoninus: nimirum, *Sicut omnes homines naturaliter scire desiderant.* Ipse Thomas hoc sibi Opusculum attribuit: « Inolevit, *inquiens,* iamdudum » circa intellectum error apud multos, ex dictis Averrois su- » mens exordium: qui asserere nititur intellectum, quem Ari- » stoteles *possibilem* vocat, ipse autem inconvenienti nomine » *immaterialem* (leg. *materialem'),* esse quandam substan- » tiam secundum esse a corpore separatam: et aliquo modo » uniri ei, ut formam: et ulterius quod iste intellectus possi- » bilis sit unus omnium. Contra quem *iampridem multa* » *conscripsimus.* » Indicari puto Commentarios in II Sent., dist. xvii, qu. n, art. i et quaestionem *De anima* inter disputatas ac etiam fortasse primam Summae Theologicae partem, q. i.xxix.

Petulantes Academici, qui errorem instaurabant, ansam dedere Aquinati, ut novum Opus moliretur. « Sed quia er- » rantium impudentia, *inquit ille,* non cessat veritati reniti, » propositum nostrae intentionis est, iterato contra eumdem » errorem conscribere alia, quibus manifeste praedictus error » confutaretur.» Hunc locum illustrat Guillelmus de Tocco in Vita capite iv, num 19: «Antiquas haercses, *inquiens,* » confutavit: suo etiam exortas tempore, divino spiritu re- » velante, destruxit. Quarum haeresum prima fuit *Averrois,* » qui dixit unum esse in omnibus hominibus intellectum. » Qui error malorum favebat erroribus et Sanctorum vir- » tutibus detrahebat: dum uno existente in omnibus intel- » lectu, nulla esset differentia hominum, nec distantia meri- » torum. Qui tantum invaluit etiam in simplicium mentibus, » sicque se periculose infudit, ut requisitus quidam miles » Parisiis, utrum dc suis criminibus se purgare vellet, » responderit: *Si anima beati Petri est salva et ego sal-* » *vabor: quia si uno intellectu cognoscimus, tino fine exitii* » *finiemur.* Quem errorem cum essent scholares *Golardiae* » imitantes, qui AVerrois erant communiter sectantes; pote- » rat praedictus error plures inficere, quibus potuissent » praedictum errorem sophisticis rationibus persuadere.· Un- » de contra hunc errorem praedictus Doctor fecit scriptum mirabile. » Non *Golardiae,* sed *Garlandiae* legendum esse admonet Iacobus Echardus: qui *feodum* er vicus erat in urbe Parisiorum, ubi philosophiae professores docebant.

II. Maximam Operis utilitatem nemo non videt. Praecipuum sibi Thomas consilium proposuit, ut Averroisticum errorem repugnantem ostenderet principiis philosophiae: nihilominus Christianae etiam fidei adversum esse paucis admonet: «Nec id nunc agendum est, *inquiens,* ut posi- » tionem praedictam ostendamus *erroneam,* quia *repugnat* » *veritati fidei Christianae.* Hoc enim cuique satis in » promptu apparere potest: *Subtracta enim ab omnibus* » *diversitate intellectus, qui solus inter partes animae in-* » *corruptibilis et immortalis apparet; sequitur post mor-* » *tem nihil de animabus hominum remanere, nisi unitatem* » *intellectus: et sic tollitur retributio praemiorum et poe-* » *narum et diversitas eorumdem.* Intendimus autem osten- » dere positionem praedictam non minus contra principia » philosophiae esse, quam contra fidei documenta. »

Contra audaciorem quemdam academicum egisse Thomam verba patefaciunt, quae habentur in fine Operis. « Est » etiam maiori admiratione vel etiam indignatione dignum: » quod *aliquis Christianum se profitons,* tam irreverenter » de Christiana fide loqui praesumpserit. Sicut cum dicit: » *Quod Latini pro principiis eorum hoc non recipiunt,* » scilicet quod sit unus intellectus tantum, *quia forte lex* » *eorum est in contrarium.* Ubi duo sunt mala: primo, » quia dubitat an hoc sit contra fidem: secundo, quia » alienum se innuit ab hac lege. Et quod postmodum dicit: » *Haec est ratio, per quam catholici videntur habere hanc* * *positionem* (reprehensionem meretur); *ubi sententiam fi-* » *dei* positionem nominat. Nec minoris praesumptionis est, » quod postmodum asserere audet: *Deum facere non posse* » *quod sint multi intellectus, quia implicat contradictionem.* » Adhuc autem gravius est, quod postmodum dicit: *Per* » *rationem concludo de necessitate, quod intellectus est* » *unus numero: firmiter tamen teneo oppositum per fidem.* » Ergo sentit quod fides sit de aliquibus, quorum con- » traria de necessitate concludi possunt. Cum autem de » necessitate concludi non possit nisi verum necessarium, » cuius oppositum est falsum et impossibile; sequitur se- »-eundum eius dictum, quod fides sit de falso et impos- » sihjli, quod etiam Deus facere non potest: quod fidelium » aures ferre non possunt. Non caret etiam magna teme- » ritate, quod de his quae ad philosophiam non pertinent, » sed sunt purae fidei, disputare praesumit: sicut *quod* » *anima patiatur ab igne inferni:* et dicere, *sententias* » *Doctorum de hoc esse reprobandas.* Pari ergo ratione » posset disputare *de Trinitate, de Incarnatione et aliis* » *huiusmodi,* de quibus nonnisi balbutiens loqueretur. »

Hostem suum, si deponere quidem arma nolit, in apertam pugnam provocat Doctor Angelicus: *Si quis,* inquiens, *gloriabundus de falsi nominis scientia, velit contra haec quae scripsimus, aliquid dicere; non loquatur in angulis nec coram pueris, qui nesciunt de causis arduis iudicare: sed contra hoc scriptum scribat si audet, et inveniet non solum me qui aliorum sum minimus, sed multos alios qui veritatis sunt cultores: per quos eius errori resistetur vel*

ignorantiae consuletur. Parisiis elucubratum hoc Opus pro certo habeo, utpote petulantiae oppositum *scholarium de Garlandia,* Parisiorum vico, ut admonet Guillelmus de Tocco: verisimillimumque puto confectum ab illo, cum secunda vice Saniacobaeam scholam regeret post an. 1269.

III. Ioannes Ambrosius Barbavara in sua ms. Opusculorum sancti Thomae censura haec habet: «In Opusculo » *De unitate intellectus contra Averroistas,* integrae paginae » ex Themistio recitantur *iuxta versionem Hermolai Barbari,* » ne vocula quidem immutata. Unde cogimur suspicari » vel auctorem operis recentiorem esse; vel divi Thomae » scriptis aliquid alienae operae atque industriae inspersum » fuisse. Utcumque sit, certe dolere non debemus talem » Aquinati imposturam factam, cum liber eruditione plenus » sit. » Prolixos ex Themistio locos allatos conferre licuit cum latina Hermolai Barbari interpretatione, Veneriis typis edita anno 1549 apud Hieronymum Scotum: ipsaque dubio procul, quae legitur in editis Opusculi a me visis exemplis, Hermolai Barbari interpretatio prostat, *ne vocula quidem immutata,* ut ait Barbavara. At levissima illa est censoris prima suspicio, *auctorem Operis recentiorem esse:* verissima quae sequitur coniectura, *divi Thomae scriptis aliquid alienae operae atque industriae inspersum fuisse.*

Laudati Io. Ambrosii Barbavara, qui mediolanensis Eustorgiani coenobii alumnus fuit, elogium texit Iacobus Echardus tomo II Scriptorum Ordinis Praedicatorum ad annum 1594 eiusque opera recenset. Mentionem inter ea ingerit nullam memoratae in Opuscula sancti Thomae censurae. Hanc ego possideo ms. ex codice Mediolanensi descriptam. Inscribitur: *Censura Opusculorum, quae sub divi Thomae Aquinatis titulo hactenus prodiere, ad reverendissimum patrem magistrum Caballum brixiensem Ordinis sancti Dominici, Generalem Inquisitorem et in Romana Curia Procuratorem.* Opus non semel memorat Petrus de Alva, mutilis quibusdam locis prolatis. Integrum pro data occasione in Opusculorum, quae deinceps recensenda sunt,examine exhibere praestat: ipsamque hoc loco Praefationem ac pauca profero verba, quae de prioribus Opusculis habet usque ad xx.

« Divi Aquinatis Opera studiose perlegenti mirum statim » apparet, reverendissime Pater, quam fuerit veram et germanam in tradendis et conscribendis artibus rationem » insequutus. Siquidem a primis semper principiis, compositiva methodo, deducit remotissima: ab universalibus » singularia, a notissimis rerum omnium abstrusissima et » profundissima. Ordine singula digerit: ac suo quaeque » loco ita disponit, ut perpetuum quemdam atque indissolubilem rerum nexum videas et quasi solidum quoddam » veritatis corpus, nulla ex parte vacuum aut inane. Verborum spectabilis est frugalitas: numquam prosequitur » flosculos aut inania sermonis pigmenta: tantum curat » ut plena sit oratio fructu ac cognitione rerum, quae non » aures ad praesens demulceat, sed indelebilem veritatis » characterem animo potius insculpat. Sententiae semper » sunt graves, ut in illis petulantis aut lascivientis calami » vitium nullibi agnoscas. Stylus simplex quidem, nusquam » tamen abiectus aut humilis. Voces propriae et ad docendum appositae: ita ut ex intimis ipsius rei, de qua » agitur, visceribus petitae videantur. Dum sua probat, constantissimus est et sibi semper similis: dum aliena confutat, acerrimus quidem sed modestissimus; ut qui non » cum hominibus, sed cum perversis tantum dogmatis » atque opinionibus bellum sibi esse intelligat. In rebus » fidei pertractandis ecclesiasticae disciplinae et Apostolicarum traditionum semper observantissimus: ubique fidelis et citra omnem superstitionem pius ac sanctus. In » Physicis ubique Peripateticae disciplinae professor, praeterquam ubi a catholica veritate deviatur. Nihil denique » est in eius scriptis, quod maiestatem non praeseferat: » nihil quod institutionis ac disciplinae formam non teneat.

» In hoc ergo tam conspicuum egregii Doctoris simulacrum quisquis respexerit, facile videbit cur ex plerisque » Opusculis, quae hactenus divi Aquinatis habuere (nomen), » nos quaedam prorsus loco moverimus et aliis ambiguae » et suspectae fidei notam inusserimus. Itaque primum » Opusculum, quod *Contra errores Graecorum* inscribitur » et quae sequuntur deinceps usque ad decimumnonum, » cui titulus *Contra impugnantes Religionem* ita undique » sapiunt Aquinatem, ut nefas sit de illis dubitare: dempto » decimo sexto *De unitate intellectus contra Averroistas.* » In quo integrae paginae etc.» ut superius. Reliquas censurae partes in Opusculoram, quae sequuntur, recensione dabimus.

CAPUT II.

Vetus latina Themistii versio ab Aquinate adhibita restituitur, reiecta Hermolai Barbari versione aut paraphrasi, quam imprudens editor invexit. Specimen totius Opusculi.

I. IDarbavarae ingestum de Opusculo contra Averroistas · JDdubium latina nititur Themistii versione, quam sine dubio Hermolaus Barbarus confecit. Codicem ms. qui plura s. Thomae Opuscula complectitur, incepto saeculo xv ut puto exaratum, servat Veneta ss. loannis et Pauli bibliotheca. Eiusdem copia mihi facta a Dominico Berardeflo saepius laudato, gratulari licuit dc Opusculo, quo de agimus, in eodem prostante codice. Verba Themistii, non ita prolixa ut apud Hermolaum Barbarum, et aliter latine versa ac in editis exemplis deprehendi: unde colligebam ab editore, de quo infra dicendum, repudiata antiqua latina versione, interpretationem Barbari utpote elegantiorem invectam fuisse. Mirum vero imprudentem hanc licentiam non castigasse Pellicanum, qui se Opusculorum editionem ope codicis Victorini emendatam curasse profitetur. Loca Themistii proferre pretium est operae, quae nempe in editis exemplis, quaeve in codice Veneto prostant. Par enim est ut antiqua restituatur Themistii versio, qua utebatur Aquinas.

Ex cod. ms.

» *Nunc autem oportet considerare, quod alii Peripatetici de hoc ipso senserunt: et accipiamus primo verba Themistii in Commento De anima* (lib. III capp. xxnt et seqq. iuxta edit. Barbari), *ubi dicit sic:* Intellectus iste, quem dicimus in potentia, magis est animae connaturalis, scilicet quam agens. Dico autem non animae, sed solum humanae. Et sicut lumen potentia visui et potentia coloribus adveniens, actu quidem visum facit et actu colores: ita et intellectus iste, qui actu non solum ipsum intellectum facit actu; sed etiam potentia intelligibilia, (actu) intelligibilia iste constituit. *Et post pauca concludit:* quam igitur rationem habet ars ad materiam, hanc ct intellectus factivus ad cum, qui in potentia. Propter quod etiam in promptu nobis est intelligere, quando volumus. Non enim est ars materiae inferioris: sed inexistit toti in potentia intellectui, qui (factivus est). Ac si utique aedificator lignis... non ab extrinseco existeret, per totum autem ipsum penetrare potens erit. Sic etiam et qui scilicet actu intellectus, intellectui potentia superveniens, unum facit cum ipso. *Et post pauca concludit:* Nos igitur sumus ut quod potentia: intellectus autem qui actu. Sic quidem in compositis omnibus ex eo quod potentia, et ex eo quod actu;

Ex opere H. Barbari et editis exemplis Opusculorum.

« §. *Nunc autem considerare oportet, quid alii Peripatetici de hoc ipso senserunt: et accipiamus primo verba Themistii in Commento De anima, ubi sic dicit:* Duas ergo differentias esse humani animi. .. Intellectus autem potestatis, quamvis eadem fere, qua intellectus agens, dignitate auctoritateque polleat; quia tamen aliquanto coniunctior, addictiorque humanae animae est, videtur societate hac nobilitati suae nonnihil dispendii detrimentique facere. Quemadmodum itaque lumen, cum oculos et colores accedit, non modo visui, sed coloribus etiam actum praebet: ita intellectus agens, cum intellectum potentiae agitat, non solum intellectui actum ministrat; sed et res, quae potentia intellectae sunt, facit ut in eo intellectae sint actu » etc.

Sic deinceps interpretatio legitur, vel potius paraphrasis longe lateque differens ab antiqua latina versione, quam integram e regione describo.

» Aliud est *hic,* aliud est *huic:* aliud utique erit *ego,* et aliud » *mihi esse.* Et consequenter quidem est compositus intelle- »' çtusiex potentia et actu. Mihi autem esse ex eo quod actu »' e"st: quia 'etiam ea quae meditor et quae scribo, scribit quidem intellectus compositus ex potentia et actu. Scribit autem, non qua potentia, sed qua actu t operari enim sibi inde derivatur. *Et post pauca adhuc manifestius sic:* Igitur est aliud, est animal; et aliud animali esse. Animali esse est ab anima animalis. Sic et aliud, qui ego: et aliud esse mihi. Esse autem mihi est ab anima: et habetur, non omni. Non enim sensitiva, materia enim erat phantasiae. Neque rursum a phantasia, materia enim erat potentia intellectus. Neque quod potentia intellectus, materia enim erat factivi (intellectus). A solo igitur factivo est mihi esse. *Et post pauca subdit:* Cum respondisset scilicet Aristoteles: in omni autem natura, hoc quidem ut materiam esse, hoc autem quod materiam movet aut perficit; necesse ait et in anima existere has differentias ». et esse hunc aliquem talem intellectum in anima fieri, et hunc talem in anima facere. Et usque ad hanc progressa natura cessavit... Nos itaque sumus activus intellectus. Et postea reprobans quorumdam opinionem dicit: in anima esse talem intellectum et animae humanae velut quamdam partem honoratissimam. *Et post pauca dicit:* Ex eadem littera hoc convenit confirmare, quod putat, scilicet Aristoteles: aut nostri aliquid esse activum intellectum aut nos. *Patet igitur ex praemissis verbis Themistii* » etc.

« Et Theophrasti quidem libros non vidi: sed eius verba introducit Themistius in Commento, (lib. III, c. xxxix iuxta edit. Barb.) *quae sunt talia, sic dicens:* Melius est autem Theophrasti proponere dicta de intellectu potentia et de eo qui actu. De eo igitur, qui potentia haec ait: Intellectus autem qualiter a foris existens et tamquam superpositus; et tamen connaturalis? Et quia natura ipsius habet quidem naturaliter esse, scilicet actum et potentia omnia, bene finit et superius. Non enim sic accipiendum est, ut neque sit ipse: hoc litigiosum est enim, sed ut... quamdam potentiam, sicut etiam in materialibus. Hoc a foris, non ut obiectum, sed ut ipsam comprehendens generationem omnino ponendum. »

« Ponenda sunt verba Themistii in Commento De anima (libro III, cap. xxxn iuxta edit.Barb.): *Cum enim quaesisset de intellectu agente, utrum sit unus, an plures, subiungit solvens.* Aut primus illustrans est unus, illustrati et illustrantes sunt plures. Sol quidem unus est: lumen autem dices partiri aliquo modo adversus. Propter hoc enim non solem posuit in comparationem, scilicet Aristoteles: sed lumen. Plato autem solem. »

Paullo infra in eodem.

§. « Et Theophrasti quidem libros non vidi: sed eius verba introducit Themistius in Commento, quaesunt talia, sic dicens: Plane facturum hoc loco me operae pretium arbitror, si verba Theophrasti de intellectu potestatis et agente praetexuero. De intellectu itaque potestatis haec dicit: Cum intellectus, inquit, homini extrinsecus acccedat; cumque tamquam appositus, invectusque sit : quaeritur , quemadmodum congenitus nobis dicatur, demum quaenam confirmatio naturave eius sit? Certe id quod dicitur, nihil actu esse intellectum, sed potestate omnia, recte hactenus dicitur, quatenus et in sensu: non tamen usque eo ad unum resecanda res est, neque tam nihil actu probandus ut neque ipsemet sit. Calumnia haec esset et oratio contentioni cavilloque proxima: sed ita intclligendum, ut in animo talis quaedam sui generis potentia sit pro subiecto formarum ac gremio; qualis in rebus materialibus facultas illa est, quae constitutioni earum et concretioni substernitur. Porro quod dicitur, mentem extrinsecus accedere; non ita statuendum est ut qui vere appositus, invectusque habeatur: sed ut qui statim ab ortu quasi comprehendere nos, complectique soleat.'»

Prope Opusculi finem:

* *Ponenda sunt circa hoc verba Themistii in Commento De anima. Cum enim quaesisset de intellectu agente, utrum sit unus velplures, subiungit solvens.* An primum quidem intellectum illuminantem credi unum oportet ; illuminatos vero et subinde illuminantes multos? Quemadmodum quamquam sol est unus : tamen lux, quae de sole prodit et mittitur, quasi abiungitur ab eo et divellitur; atque ita in multos obtutus distrahitur distribuiturque. Quamobrem Aristoteles intellectum non soli, sed lumini comparavit. Plato autem soli. »

Commentarii seu paraphraseos Themistii latinas versiones memorat Io. Albertus Fabricius, quas confecere Hermolaus Barbarus, Ludovicus Nogarola et Fridcricus Bonaventura: antiquioris, quae in codicibus prostaret, non meminit. An aliqua aevo Thomae circumferretur, an vero Thomas pro data occasione loca quaedam latine vertenda curaret, incompertum mihi. Opusculorum editionem primam curavit Paulus Soncinas *Mediolani anno 1488 apud magistros Benignum et Io. Antonium de Honate.* Operam quoque suam praestante Antonio Pizamano Patricio veneto, eadem Opuscula *Venetiis anno 1490 et 1498* prodierunt *mandato et expensis Octaviani Scoti.* Hanc Pizamani editionem alia *Veneta* exprimit *anno i5o8 mandato et expensis Petri Liechtenstein, cura et ingenio Iacobi Peneio de Leuco.*

Quis vero editorum, an Soncinas, an Pizamanus, latinam versionem Themistii a Barbaro confectam in Opusculum sancti Thomae invexerit? Versionem suam aut potius liberiorem paraphrasim anno 1480 primum vulgaverat Barbarus. Hac uti Soncinas poterat: at Opusculorum editionem, quam ipse curavit, videre ac lustrare mihi non licuit. In editionibus certe a Pizamano curatis latinam Barbari versionem praestat sancti Thomac Opusculum, quo de agimus: eamdemque superiores editiones, admonitione nulla praemissa, expresserunt. .

II. Duplicem Peripatetica philosophia intellectum distinguebat: *agentem* unum, *passivum* aut patientem alterum seu intellectum potestate. Munus collustrandi phantasmata tribuebat illi ac isti munus intelligendi, postquam phantasmata collustrata, seu species intelligibiles inde exculptas recepisset. Intellectum *'agentem* statuebat Averroes ab homine separatum, unum etiam hominibusque communem omnibus: quae pariter aliis graecis Peripateticis insederat opinio, sive demum *agens* iste intellectus non alius foret ab intelligentia quadam orbium caelestium motrice, sive etiam ipse Deus esset. Homini vero aut eius animae intellectum *patientem* inesse, tamquam facultatem eius propriam, communis erat Peripateticorum doctrina: qua repudiata, totus erat Averroes, ut ostenderet hunc etiam intellectum ex eodem ordine esse ac *agentem,* separatum, ingenerabilem, incorruptibilem: unum et omnibus hominibus communem: quem praeterea *materialem* vocabat,-hoc est, instar materiae passivum. De mente Aristotelis, eiusque sectatorum, Alexandri Aphrodisaei, Theophrasti, Themistii, Simplicii, Philoponi, itemque Arabum Avicennac, Algazelis, Alpharabii, Avempacis disserit Petrus Gassendus in Physica tomo II, libro IX, capite 1. Commentum Averroisticum paullo aliter post Coelium Rhodiginum exponit Iacobus Bruckerus in Historia critica philosophiae tomo III, periodo 11, parte I, libro III, capite 1, §. 25.

Adnotaverat s. Thomas in quaestione De anima inter disputatas art. v: *Quod intellectum agentem esse unum et separatum plus videtur rationis habere, quam si hoc de intellectu possibili ponatur.* Eadem cius est animadversio in Opusculo, quo de agimus, §. *His igitur consideratis,* nempe: *Forte enim de agente hoc dicere, aliquam rationem*

haberet et multi philosophi hoc posuerunt. Nihil enim videtur inconveniens sequi, si ab uno agente multa perficiantur: quemadmodum ab uno sole perficiuntur omnes potentiae visivae animalium ad videndum...' Sed quidquid sit de intellectu agente, dicere intellectum possibilem esse unum omnium hominum, multipliciter impossibile apparet. Animae tamen inesse intellectum agentem sententia Aquinatis est, qui loco citato De anima, et in II Sent., distinet, xvu, quaest. n,' artic. i, tum philosophicis rationibus, tum momentis ex fide Christiana desumptis philosophos refellit, intellectum agentem constituentes in intelligentia quadam separata orbium caelestium motrice: ac illos etiam, qui praedictum agentem intellectum eumdem cum intellectu divino vel cum .Deo faciebant, ita intelligendos iubet, ut praeter Deum, supremum intellectus nostri et luminis intellectualis auctorem, alius nobis insit intellectus agens, qui veluti causa secunda collustret phantasmata, species intelligibiles efformet, easque imprimat intellectui patienti ad pariendam rerum notitiam et cognitionem.

Scioli et vani et ambitiosi Academici erant, qui naturalibus rationibus ac philosophorum auctoritatibus agentes, vulgabant nedum *agentem,* verum etiam *patientem* intellectum separatum dici oportere et unum et omnibus hominibus communem. Latinos auctores, qui hac de re scripserant, veluti praeiudiciis occupatos reficiebant: litemque vocabant ad graecos Peripateticos, ut eorum auctoritate dirimeretur. In arenam descendit Aquinas. Controversiae statum dilucide exponit: *Contra* Averroisticum errorem *iampridem multa conscripsimus. Sed quia errantium impudentia non cessat veritati reniti, propositum nostrae intentionis est, iterato contra eumdem errorem conscribere... Et quia quibusdam in hac materia verba latinorum non sapiunt, sed Peripateticorum* (graecorum) *verba sectari se dicunt, quorum libros in hac materia numquam viderunt, nisi Aristotelis, qui fuit sectae Aristotelicae institutor; ostendemus positionem praedictam eius verbis et sententiae repugnare omnino.* Plurimos affert Aristotelis textus eiusque mentem aperit. Digna sunt animadversione verba illa: *Huiusmodi quaestiones certissime colligi potest Aristotelem solvisse in his libris, quos patet eum scripsisse De substantiis separatis, ex his quae dicit in principio* XII (libri) *Metaphysicae: quos etiam libros vidimus num. 14 licet nondum translatos in lingua nostra.* Libros *De substantiis separatis* graece scriptos evolvebat Aquinas : eosque sive pro sua peritia sive peritorum ope interpretabatur.

Graecos Aristotelicae philosophiae sectatores ad examen vocat ac praeterea Arabes commentatores, Themistium, Theophrastum , Alexandrum , Avicennam , Algazelem. Mente eorum detecta, concludit Thomas : *Quod non solum Latini, quorum verba quibusdam non sapiunt; sed et Graeci et Arabes hoc senserunt, quod intellectus sit pars vel potentia, sive virtus animae, quae est corporis forma: unde miror* (inquit) *ex quibus Peripateticis hunc errorem se assumpsisse glorientur, nisi forte quia minus volunt cum caeteris Peripateticis recte sapere, quam cum Averroe aberrare: qui non tam fuit Peripateticus, quam Peripateticae philosophiae depravator.* Quod eius commentum denique philosophicis rationibus insequitur Doctor Angelicus.

Unum nova philosophia agnoscit intellectum, qui cognoscit et intelligit, agente reiecto, sive hunc existimaveris facultatem ab intellectu passivo distinctam sive in uno eodemque intellectu munera duo distinxeris, collustrandi phantasmata, speciesque intelligibiles recipiendi inde exsculptas. Innatas, adventitias et factitias ideas invexerunt Cartesiani: *innatas* quidem menti concreatas, *adventitias* ex occasione motionum corporearum a Deo in nobis excitatas, cuiusmodi sunt sensiles omnes : ac demum *factitias,* quas ipsa mens innatis et adventitiis imbuta cudit. Ad innatas ideas quod attinet, Nicolaus Malebranchius mentis perceptiones distinguendas iubet ab obiecto immediate percepto seu idea obiectiva; et hanc unam universalem constituit, scilicet divinam essentiam, quatenus rerum omnium idea archetypa est, menti creatae unitam ac obiecta intelligibilia repraesentantem pro data motionum corporearum occasione. Hanc vero ita expositam opinionem non pauci arbitrantur aut eamdem esse aut reduci posse ad illam Alexandri Aphrodisaei, qui agentem intellectum non alium censebat riisi intellectum divinum a quo omnis proficiscitur mentis creatae illuminatio. Haec systemata longe differunt a sententia sancti Thomae, qui docet constantissime nihil esse-in intellectu,· quin prius fuerit in sensu. Rem hànc sibi demonstrandam adsumpsit loannes Lockius, qui plura docet non paucis praestantissimis philosophis gratissima, ab Angelico utique Praeceptore iam praeoccupata: miscet alia tamen scriptor anglus, quae omnino abludunt a vero ac periculi plena sunt, ab Aquinate passim profligata. Ad id redigitur negotium omne, ut sensilium obiectorum perceptionibus aut ideis imbuta mens, meditatione et coniectura alias omnes sibi comparet ideas et perceptiones. Satis vero haec delibasse.

CAPUT III.

Genuina sunt Opuscula De verbi divini et humani differentia, Deque natura verbi. Item ilia, quae De sortibus, De iudiciis astrorum et De aeternitate mundi inscribuntur. Dubium est Opusculum De fato, aut certe suppositiium.

1. /^"Npusculo, quod in editione Romana decimumtertium Velocum tenet, inscribiturque *De differentia divini verbi et humani,* testimonium perhibent vetusti nomenclatores, Bernardus Guidonis, Valleoletanus et sanctus Antoninus. Quod ibidem sequitur, *De natura verbi,* numero XIV collocatum, disertissima recensetur mentione a Ptolomaeo de Luca. Singula minora haec sancti Thomae Opera a singulis, simulque omnibus non referri nomenclatoribus, miratio subeat nulla: *Composuit* enim *multa Opuscula* sanctissimus Doctor, loanne de Columna animadvertente, *quae a multis in diversis locis habentur.* Aliqua igitur singularia Opuscula potuit unus vel alter veterum scriptorum ignorare: quae tamen noverant alii, proque foetibus genuinis numerabant in catalogis. Duobus hisce vero in Opusculis egregia prostant theologica et philosophica documenta.

II. Tria succedunt id genus Opera minora, *De sortibus, De iudiciis astrorum, De aeternitate mundi:* quae Romana editio exhibet num. XXV, XXVI, XXVII. Memorant eadem vetusti scriptores, quorum summa in eo auctoritas est, quod iudicium ferimus de genuinis Thomae Operibus. Io. Ambrosii Barbavara censuram addo: Quae sequuntur Opuscula,inquientis, *De sortibus, De iudiciis astrorum, De aeternitate mundi, procul dubio Thomam cognoscunt auctorem, undecumque spectentur.*

Primum *De sortibus* apud Ptolomaeum Lucensem nuncupatum legimus *ad dominum lacobum de Burgo :* apud Logothetam, *ad dominum lacobum de Tolongo,* apud Trivetum, *ad dominum lacobum de Bonoso:* apud codices aliquos mss. *ad dominum lacobum de Borego.* Nempe, *Tolongo, Bonoso, Borego* videntur errata notariorum, lacobo Echardo animadvertente. Parisiis scriptum Opusculum ex his collige verbis capite 1: *Nullus enim in Gallia existens sorte aliquid inquirendum curat de his, quae ad Indos pertinent.* In Italia moram si traxisset, eorum certe, qui in Italia degebant, exemplum adduxisset.

Fratri Reginaldo de Priverno inscripsit alterum amicissimus Thomas. Consilium Operis prima pandunt verba: « Quia petisti ut tibi scriberem, *an liceret iudiciis astro-* » *rum uti,* petitioni tuae satisfacere volens, ea quae a sacris » Doctoribus super hoc traduntur, scribere curavi. » Statum denique quaestionis accipe, quam tertio in Opusculo De mundi aeternitate ad examen vocat : « Supposito *secundum* » *fidem catholicam* mundum ab aeterno non fuisse, sicut » quidam philosophi errantes posuerunt : sed quod mun- » dus durationis initium habuerit, sicut Scriptura sacra quae » falli non potest, testatur; dubitatio mota est, *utrum po-* » *tuerit semper fuisse.* Cuius dubitationis ut veritas expli- » cetur primo distinguendum est quid est, in quo cum » dicentibus contrarium convenimus et quid est illud in » quo ab eis differimus. Si enim intelligatur, *quod aliquid* » *praeter Deum potuerit semper fuisse,* quasi possit esse » aliquid aeternum praeter eum, ab eo non factum; error

» abominabilis est non solum in fide, sed etiam apud phi-
» losophos qui confitentur et probant, quod omne quod
» est quoquomodo, esse non possit, nisi causatum ab eo
» qui maxime et verissime habet esse. Si autem intelli-
» gatur, *aliquid semper fuisse et tamen causatum a Deo*
» *secundum totum quod in eo est, videndum est utrum*
» *hoc possit stare.* »

III. Opusculum *De fato,* quod numeratur XXVIII et incipit, *Quaeritur de fato, an sit et quid sit,* Thomae tribuunt Ptolomaeus de Luca, Bernardus Guidonis, Valleoletanus, sanctus Antoninus. Casimirus Oudinus capite xm inter canones, quibus vera et indubia sancti Thomae Aquinatis Opera vel Opuscula cognosci queant, secundum statuit, ab antiquis nomenclatoribus recedendum non esse, *absque rationibus idoneis et demonstrativis.* Qua regula adhibita, quam prudentissimam negaverit nemo, censendum videtur cum peritissimo Iacobo Echardo, huiusmodi Opusculum *inter alia plura* numerandum esse, *aut Aquinati falso adscripta aut saltem dubia.*

Idoneas rationes attulerat Barbavara in sua Censura : « Opusculum XXVIII *De fato* in supposititiorum foetuum » classem reponimus. Nam praeterquam quod eius operis » auctor mathematicis observationibus nimium defert; neque » stylum, neque ordinem Aquinati consuetum retinet. Quae- » rendum, inquit, primo *an sit fatum et quid sit et an* » *imponat rebus necessitatem;* deinde *utrum sit scibile:* » quasi *esse scibile* sic cum aliis in numerum ponat, ut » de re quam constat *et quod est et quid sit,* dubitari va- » leat *utrum sit scibilis.* Illa etiam fati definitio (art. n) : » *Fatum est forma ordinis, esse et vitae inferiorum, cau-* » *sata in ipsis ex periodo caelestis circuli, quod suis ra-* » *diationibus ambit nativitates eorum,* nihil habet com- » mune cum illis, quae alibi de fato definiuntur ab ipso » Aquinate I. p., q. cxvi, et III contra Gentes, capite xcm. » *(Fatum est inhaerens rebus mobilibus dispositio, per* » *quam providentia suis quaeque nectit ordinibus).* Denique » minus peripatetice dicitur (artic. ni): *Relationem regulae* » *ad regulatum talem esse, qualis est patris ad filium:* » cum haec vere relativa sint, illa relative tantum dicantur. » Item illud (artic. v) quod *fatum neque causa sit, ne-* » *que causatum, sed aliquid causae;* superstitiosa et so- » phistica nimis est divisio seu distinctio. » In aliquibus codicibus nomen Alberti Magni praedicto Opusculo inscriptum legitur. Judicium ferant doctiores.

DISSERTATIO XX.

De Opusculis absque dubio germanis, Contra impugnantes Religionem, De perfectione vitae spiritualis et Contra retrahentes a Religionis ingressu: deque aliis Theologicis aut dubiis aut certe Aquinati suppositis: itemque De sermonibus eius.

CAPUT I.

Memorata Opuscula tria ordine perturbato prostant in editione Romana: verus ordo restituitur. Lucubratio Contra impugnantes Religionem proprio marte ab Aquinate confecta, minime deflorata ex Alberti Magni scriptis.

1· ~ ft ria praestat Romana editio Opuscula XVII, XVIII, XIX. Primum inscriptum, *Contra* ÎMy *pestiferam doctrinam retrahentium homines a Religionis ingressu:* alterum, *De perfectione vitae spiritualis:* tertium, *Contra impugnantes Dei cultum et Religionem.* Singula recensent veteres omnes nomenclatores, Ptolomaeus de Luca, Guillelmus de Tocco, Bernardus Guidonis, Bartholomaeus Logotheta, Nicolaus Trivetus supparesque alii saepius laudati.

Turbato tamen ordine eadem Romana in editione aliisque in editis exemplis, haec eadem prostant Opuscula tria. Primum tenere locum debet, quod inscribitur, *Contra impugnantes Dei cultum et Religionem :* sequitur alterum, *De perfectione vitae spiritualis* : tertium est, *Contra retrahentes homines a Religionis ingressu.* Hunc ipsa Opuscula ordinem produnt. In eo, quod *Contra retrahentes a Religionis ingressu* inscribitur, haec habentur capite xii non longe ab initio : *Et quamvis de hoc plura sint dicta in alio nostro libello, quem De perfectione conscripsimus, hic tamen aliqua iterare non pigeat.* Iam ergo praecesserat Opusculum *De perfectione vitae spiritualis.* In isto vicesimum sextum caput his exorditur verbis Auctor: *Restat igitur dicendum quae opera ad eos pertineant, qui in Religionis statu sunt. Sed quia de his plene alibi tractavimus, sufficit hic propter calumniatores pauca quaedam inserere.* Indicatur sine dubio Opusculum *Contra impugnantes Religionem ;* in quo inquiritur capite n, *An religioso liceat docere:* capite m, *An religiosus licite possit esse de collegio secularium magistrorum :* capite iv, *An religioso liceat praedicare et confessiones audire, si curam non habeat animarum :* capite v, *An religiosus teneatur manibus laborare.* De his operibus, religioso viro convenientibus, paucis agit sanctus Thomas in vicesimo sexto Opusculi *De perfectione* capite, proptereaquod latiore iam calamo egerat in Opusculo *Contra impugnantes Religionem :* unde compertum fit, prius istud ab eodeni elucubratum Opus fuisse. Hocce de ordine adhuc infra agendum : quo etiam servato haec Opuscula tria recensentur in insigni codice *Gymnasii magistri Gervasii* apud lacobum Echardum et in alio codice cxxvin in Veneta latina, et italica divi Marci biblioteca anni 1742 typis edita, et in Parisicnsi demum editione quam Petrus Pellican anno i655 diligentissime curavit.

II. Theophilus Raynaudus tomo XII in Hoplotheca sectione π, serie π, capite xn *De plagio* sic ait : « Petrus » de Prussia Ordinis Praedicatorum in Magni Alberti vita... » capite xxx allegans lacobum de Zuzaro *(de Susato)* » veterem Ordinis Praedicatorum chronologum, affirmat » librum s. Thomae contra Gulielmum de s. Amore *(Con-* » *tra impugnantes Religionem)* qui in opere Opusculorum » sancti Thomae habetur, aliud non esse quam recolle- » ctionem eorum, quae Albertus Magnus Anagniae coram » Alexandro IV disputans, adversus librum Gulielmi pro- » tulerat. » Chronicon ms. Susati servat Veneta ss. loannis et Pauli bibliotheca, in quo revera haec habentur : « *Re-* » *sponsiones* autem Alberti factas in Concistorio super » obiectis (Wilhelmi de sancto Amore) fideliterque *repor-* » *tatas* s. Thomas Aquinas *abbrevians* et in unum redi- » gens, ex eis librum gratiosum *compilavit.* » Haec scilicet Susatus, magister coloniensis, qui saeculo ineunte quintodecimo floruit, atque suum chronicon ad annum 1415 circiter perduxit: eademque etiam Petrus de Prussia, qui dicto saeculo xv desinente in Coloniensi conventu scribebat, scripsitque vitam Alberti Magni: ideoque ambo, sicuti aetatis, ita sane auctoritatis longe sequioris, quam ut fidem rei faciant, quae in gratiam Alberti Magni exaggerata videtur. Susati chronicon, in epitomen redactum, typis vulgarunt doctissimi Sammauraei monachi, Edmundus Martene et Ursinus Durand, in amplissima veterum scriptorum Collectione tomo VI ubi haec habentur verba, quae minime cum supra descriptis conveniunt, num. 7 : *Guillelmus de s. Amore... Romae in publico Consistorio coram Domino Alexandro Papa IV a beato Alberto Magno disputando confusus, privatus beneficiis quae possidebat, combustoque libro eiusdem... e clero expulsus fuit. Contra hunc etiam ad mandatum Magistri Ordinis scripsit libellum unum s. Thomas de Aquino, qui praenotatur: Contra impugnantes Religionem.* Susatum videlicet correxit epitomator, qui Albertus Castellanus creditur: satis indicans novum ab Aquinate librum compositum, qui nihil simile haberet cum disputatione beati Alberti Magni.

Apud Echardum in recensione operum Alberti, quae typorum beneficio lucem nondum viderunt, refert num. 10, *Contra Guillelmistas impugnantes religiosos;* « Quod opus, » *inquit,* alii vocant *Defensorium Mendicantium* et dicunt » extare in Victorina: vidit saltem Petrus de Prussia in » nostra Coloniensi.» Opus istud fuerit *Allegatio,* quam vocat Thomas Cantimpratensis libro II de Apibus, capite x, num 23 *Magistri Alberti:* aut *Responsio facta in Consistorio,* ut ait Susatus. Quam longe vero a libello instar *Allegationis* scripto differt Opusculum, quod *impugnantibus Religionem* opposuit Doctor Angelicus ! Guillelmus de Tocco audiendus est, qui rem totam enarrat in Vita capite iv, num. 20: « Cum ad petitionem reverendi patris fra- » tris loannis de Vercellis Magistri Ordinis *(Praedicatorum),* » cui incumbebat de mandato Summi Pontificis praedicto » volumini *(Guillelmi de s. Amore)* respondere, fuisset » praedicto Doctori *(Thomae),* cum Anagniae in Capitulo » esset, coram Fratribus non sine singultu et lacrymis as- » signatum... Frater Thomas ipsum volumen accipiens et » se Fratrum orationibus commendans, cum perlegisset at- » tentius et intellexisset profundius, reperit praedictos ma-

» gistros *(Guillelmuen de s. Amore sociosque)*.... a fundamentis errasse fidei et male intellexisse Sanctorum auctoritates inductas.... Cum in modico tempore, de mandato Summi Pontificis perfecisset, respondens argumentis nefariis et superpositis fidei fundamentis, libellum Summo Pontifici obtulit. »

Num ergo Opusculum Thomae, quod Romano Pontifice mandante ac urgente Magistro Generali Ordinis, post attentiorem voluminis a Guillelmo de s. Amore editi lectionem accuratumque eius examen, confectum est, *nil aliud* fuerit quam *Recollectio* aut *Reportatio* eorum, quae *disputans* Albertus Magnus protulerat? Haud ita sentiebat Henricus de Gandavo, scriptor coevus, qui de Scriptoribus ecclesiasticis num. q5 testatur: *Contra magistri Wilhelmi de sancto Amore invectivum librum* edidisse Thomam de Aquino, *Opusculum subtilissimum, in quo eiusdem Wilhelmi errorem redarguit et confutat.*

CAPUT II.

Occasio scribendi data ex dissidio, quod Guillelmus de sancto Amore aliique socii in fratres Mendicantes movere. Thomas Cantimpratensis et Guillelmus de Tocco notati: castigatusque Caesar Egassius Boulaeus. Editi ab Aquinate Opusculi tempus, quod Guillelmo de s. Amore opposuit.

I. TNissidium, quo data Aquinati occasio fuit memorata JLx scribendi Opuscula, diligentius enarrare pretium operae est. Turbis in Parisiensi Universitate motis, tentarunt Academici anno 1253 ut e consortio sacrae Facultatis fratres Praedicatores et Minores eiicerentur. Inter haec dissidia vulgatus a Guillelmo dc sancto Amore, canonico Bcllovaccnsi, doctore theologo liber, *De periculis novissimorum temporum* inscriptus, in quo totus erat, ut religioso statui ab Ecclesia adprobato invidiam crearet. Ad Sedem Apostolicam negotium delatum est ab ipso Galliarum Rege Ludovico nono. Sedem Romanam tenebat Alexander IV anno 1254 die 21 decembris Summus Pontifex electus. Ad examen vocatum Guillelmi de s. Amore volumen: Quanta vero maturitate *(verbis utor Thomae Cantimpratensis lib. II de Apibus, capite* x, *num. 2.3)* « scire poterit, qui » *Collationes et Disputationes* legerit, praecipue contra ma» gistros quatuor, in capite adversarios *(Guillelmum de* » s. *Amore, Odonem de Duaco, Nicolaum de Barro super* » *Albam et Christianum canonicum Bellovacensem): Dispu*» *tationes* quoque Domini Hugonis Presbyteri Cardinalis » fratris Ordinis Praedicatorum, Domini Ricardi *(de An*» *nibaldis de Molaria Diaconi Cardinalis s. Angeli)* et » Domini *(loannis)* Caietani *(Ursini Diaconi Cardinalis* » s. *Nicolai in Carcere Tulliano)* et aliorum Cardinalium » plurimorum: nccnon et *Allegationes* venerabilis patris fra» tris Humbert! Magistri Ordinis Praedicatorum, sed et fra» tris Bonaventurae Generalis Ministri Ordinis fratrum Mi» norum ct maxime magistri Alberti fratris Ordinis Praedica» torum ad hoc specialiter a Domino Papa vocati et aliorum » Praelatorum, atque magnorum virorum *disputationes pro*» *lixas* et magnas, habitas Anagniae coram multis; et in ipsis » invenire poterit rerum gestarum enucleatissimam verita» tem. » Praefecturam Ordinis Minorum gerere Bonaventura coepit anno ineunte 1256; unde patet diutinam fuisse coram Alexandro IV de negotio Guillelmi de s.Amore disceptationem.

Eiusdem anni 1256 initio *licentiam,* ut aiebant, obtinuerat in Parisiensi Universitate a Cancellario Thomas Aquinas: ad ipsumque Cancellarium hac de re dedit epistolas Alexander IV v *idus martii Pontificatus anno secundo,* vulgaris aerae 1256 stylo novo. Pro sibi data *licentia,* solemne sui regiminis principium coram magistris in aula Episcopi Parisiensis habiturus erat Aquinas, ut ad *Sententias* legendas tamquam magister promoveretur. At illi minime regimen concessum, quamplurimis repugnantibus Academicis motoque a Guillelmo dc s. Amore dissidio fervente. Hinc in Italiam ad Summum Pontificem Alexandrum Anagniae degentem se contulit Aquinas, rem suam ac utriusque fratrum Praedicatorum et Minorum Ordinis negotium acturus.

Num vero hoc anno caeteris viris doctissimis adiunctus fuerit Thomas, ut pugnam ageret contra Guillelmum de s. Amore? Silet Thomas Cantimpratensis, qui alios memorat, Albertum Magnum et Bonaventuram. Difficultatem auget Guillelmus dc Tocco, qui loco superius citato haec habet: 1. Libellum Guillelmi de s. Amore delatum fuisse *ad Clementem Papam Quartum :* 2. *loanni de Vercellis,* Ordinis Praedicatorum Magistro, impositum fuisse ut *praedicto volumini responderet:* 3. Id onus ab eodem Magistro Generali *Doctori* Aquinati, *cum Anagniae in Capitulo esset, coram Fratribus* commissum : 4. Ab Aquinate elucubratum Opusculum, *Summo Pontifici oblatum,* ipsumque incipere, *Quoniam ecce inimici tui sonuerunt:* quae nempe sunt prima verba Opusculi, *Contra impugnantes Religionem* ininscripti: 5. Summum Pontificem, *libellum* Guillelmi de s. Amore *condemnasse,* ipsumque *cum suis complicibus de cathedra deposuisse et expulsos de Parisiensi studio omni dignitate privasse.*

II. Sus deque miscet omnia Guillelmus de Tocco. Libellum Guillelmi de sancto Amore anathemate perculit Alexander IV, edita constitutione *Anagniae* in *nonas octobres, Pontificatus anno secundo,* seu anno 1256 die 5 octobris. Ibidem xvi *kal. novembres, Pontificatus anno secundo* seu anno eodem 1256 dic 17 octobris, datae ad Regem Galliarum litterae, quibus latum anathema in praedictum libellum nunciatur ac ipsi Regi impensius commendantur utriusque Ordinis Fratres. Datum etiam *Anagniae* xiv *kal. novembres* seu die 19 octobris, in mandatis Turoncnsi et Rothomagensi Archiepiscopis ac Parisiensi Antistiti, ut manum praebeant auxiliarem ad ea exequenda, quae Pontifex mandaverat in gratiam fratrum Praedicatorum et Minorum. Itemque xn *kal. noveenbris* seu die 21 octobris mandatum eisdem, ut libelli damnationem cunctis dcnuncient. Editas alias Constitutiones consule tomo I Bullarii Ordinis Praedicatorum. Quid est ergo, quod *Libelli,* quem vulgaverat Guillelmus de s. Amore, condemnationem differat Guillelmus de Tocco ad Pontificatum Clementis Quarti? Cathedram hic Pontificiam tenere coepit anno 1265 die 5 mensis februarii.

Constitutionem Alexandri IV, qua volumen saepe dicti Guillelmi dc s. Amore percussum anathemate fuit, affert Egassius Boulaeus in Historia Universitatis Parisiensis, interpolatam sane ac depravatam, plus nimio fratribus Praedicatoribus et Minoribus infensus, magisque favens Guillelmo de s. Amore. Genuinas lectiones restituit doctissimus Antoninus Bremond in notis: interpolatorisque hominis audaciam maxime castigat ad Constitutionem XX eiusdem Alexandri.

Missi ab Academia Parisiensi ad rem suam agendam fuerant ipse Guillelmus de s. Amore, Odo de Duaco, Christianus canonicus Bellovacensis, Nicolaus de Barro super Albam, loannes de Sectavilla anglus Rector Universitatis. Iam proscriptus fuerat libellus *De periculis novissimorum temporum,* cum ad aulam Pontificiam pervenerunt. Ad Cardinalium audientiam admissi Odo de Duaco et Christianus Bellovacensis, frustra conquesti sunt quod iudicium, ipsis non auditis, latum fuerit: non enim de quaestione facti agebatur, sed dc controversia iuris ad scripta pertinentis. Ad meliorem frugem legati illi duo adducti Pontificiae sententiae acquieverunt ac aliis quibusdam capitibus subscripsere. Editum hac de re instrumentum referunt Natalis Alexander et Carolus Duplessis d' Argentrè, *anno Domini 1256 die 23 octobris indictione i5 in palatio Domini Papae Anagniae :* quod étiam memorat Gerardus Dubois in historia Ecclesiae Parisiensis.

Guillelmus de s. Amore, eodem Gerardo teste, seu morbo, seu dolore proscriptionis libelli sui prohibitus, his gestis non adfuit.... Impetrata abeundi copia, dum in Galliae fines ingreditur, ab Alexandro Papa litteras accipit, quibus ab ingressu regni arcetur omnique docendi et praedicandi facultate interdicitur. Litterae datae sunt *Viterbii* v *idus augusti Pontificatus anno tertio* seu anno Christi 1257 die 9 augusti: aliaeque prostant ad Regen Franciac, ne Guillelmus in exilium pulsus restituatur, datae *Viterbii* III *idus augusti, Pontificatus anno tertio* seu anno

Christi 1257 die 11 augusti. Haec omnia loco superius citato memorat Guillelmus de Tocco: quae mirum est ad Clementem IV referri potuisse.

Partes Guillelmi de s. Amore nondum fractae. Anno 1259 controversiae germina repullularunt. Datae ab Alexandro IV Epistolae eodem anno, *Anagniae nonis aprilis* (die 5) *Pontificatus anno quinto,* ad Episcopum Parisiensem, ne quis praefati Guillelmi causa molestias alicui ingerat. Aemuli Fratrum vulgabant *libellos famosos in litterali et vulgari sermone, necnon rythmas et cantilenas indecentes:* ac atiam *Guillotus, Bedellus Scholarium natione Picardorum, in Dominica de Ramis palmarum, praedicante fratre Thoma de Aquino, quemdam libellum famosum in conspectu cleri et populi et in ipsorum fratrum iniuriam publicare praesumpsit.* Aemulorum audacia compressa, litteris datis ad Episcopum Parisiensem *Anagniae* vi *kal. iulii, Pontificatus anno quinto* seu Christi 1209 die 26 iunii. Librum denique suum innovavit Guillelmus de s. Amore, novo indito titulo *Collectionis catholicae et canonicae Scripturae ad defensionem Ecclesiasticae Hierarchiae contra Pseudo-praedicatores.* Vita migraverat Alexander IV, itemque Successor eius Urbanus Quartus. Ecclesiae regimen tenebat Clemens IV, anno 1265 electus die 5 mensis februarii. Ad hunc Pontificem novum, ut apparebat, opus transmissum. Guillelmo rescripsit Summus Pontifex, litteris datis *Viterbii* xv *kal. novembris, Pontificatus anno secundo* seu Christi 1266 die 18 octobris. Haec habentur verba: « Sane *libellum novum* evolvere coe- » pimus, quem misisti; qui licet interdum alias auras cir- » cinet, *veterem* tamen multum sapit: et cum excussus et » discussus, licet colorationem in aliquo videatur habere, » totam *primi* substantiam comprobatur retinere. Verum » dum totum non legimus, nihil tibi possumus responde- » re, nisi quod provida diligentia cor tuum munias, ne » sub boni specie ille tc seducat, qui se ut lateat, in lucis » Angelum transfigurat. Nos autem cum legerimus hoc opu- » sculum et aliis amatoribus veritatis, et eamdem intelli- » gentibus communicaverimus, tunc quod nobis videtur, » tibi dabimus intimare. »

III. Hoc tempore loannes dc Vercellis post Humbertum de Romans regebat Ordinem fratrum Praedicatorum, anno 126410 Magistrum Generalem electus. In Italiam anno 1261 remigraverat s. Thomas: neque abiit nisi anno 1269, altera vice scholam Parisiensem moderaturus. An ergo Opusculum suum, hac data *novi libelli* a Guillelmo de sancto Amore ad Clementem IV transmissi occasione, scripserit sanctus Thomas *Contra impugnantes religionem ?* Ita sentire videtur Guillelmus de Tocco: qui sibi tamen minime constat. Elucubratum Thomae opus diserte narrat ante *condemnationem* in volumen Guillelmi de s. Amore latam: quam anno 1256 tulerat Alexander IV dic 5 octobris. Volumen illud ut refelleret Aquinas, onus ipsi impositum refert, *cum Anagniae degeret,* id etiam *mandante Summo Pontifice:* quae loci circumstantia negotium indicat *Anagniae,* ubi Alexander IV anno 1256 sedebat, discussum completumque. Monumentum nullum adest, quod novum Guillelmi de sancto Amore libellum prodat a Clemente IV damnatum, utpote nonnisi *veterem* errorem continentem: unde neque novam ut apologiam elucubraret Thomas opus fuit.

Res ergo ita videtur se habuisse. Parisiis in Italiam ac Romam, et Anagniam anno 1256 currente adventaverat sanctus Thomas. Huic Albertus Magnus, qui in Theutoniam reversurus erat, munus et onus reliquit causae, quae agebatur, tuendae ac propugnandae adversum magistros Parisienses. Mandante Pontifice Alexandro IV ac urgente Humberto de Romans Generali Ordinis Praedicatorum Magistro, opus ille adgressus est complevitque *Contra impugnantes Religionem.* Latum ergo ab eodem Pontifice anathema, redactusque in ordine Guillelmus de sancto Amore. Quievit ipse diu, volens nolens: libellum suum innovavit; transmisitque demum ad Clementem IV. Nonnisi *veterem* errorem recantari agnovit Summus Pontifex. Legendum is loanni Vercellensi novum librum tradidit: ipseque Magister Generalis Aquinati examen commisit, ut si quid novae difficultatis inesset, responderet. Nihil vero deprehensum, quod nova responsione refutandum foret: adeoque Guillelmi de sancto Amore libellus derelictus fuit contemptusque. Haec sunt omnia verisimillima.

Cur ergo Thomas Cantimpratensis, qui Albertum Magnum memorat et sanctum Bonaventuram, nullam Thomae Aquinatis mentionem ingesserit? Satis erat Alberti Magni meminisse, qui in Theutoniam profecturus, causae vindicem reliquerat sanctum Thomam. Quidni praeterea Thomae opus locum habeat inter eas *magnorum virorum disputationes,* quas memorat ? Sane varia scriptorum dicta, quae allata sunt, invicem collata ac serio expensa, sententiam nostram validissime confirmant.

CAPUT III.

Alia duo scripta ab Aquinate Opuscula adversus Geraldutn de Abbatis-villa. Opusculorum praestantia ac soliditas.

I. T~)er haec tempora scriptor quidam, Ordinis Minorum L alumnus, librum ediderat contra Guillelmum de sancto Amore, qui incipit: *Manus, quae contra Omnipotentem tenditur, facile deiicitur.* Doctissimum Echardum sequor, qui hanc historiae partem diligentissime enarrat ex insigni ms. codice *Gymnasii magistri Gervasii.* Duplici libella reposuit Geraldus de Abbatis-villa, ut creditur, magister Parisiensis: altero sub hoc titulo, « Incipiunt er- » rores, qui continentur in libello a quodam fratre Mi- » nore composito et ab ipsis Fratribus, ut dicitur, appro- » bato, qui incipit sic, *Manus quae contra Omnipoten- » tem :* » et altero, qui in laudato codice his verbis indicatur, « Incipit liber praesens contra adversarium per- » fectionis christianae, maxime Praelatorum facultatumque » Ecclesiasticarum inimicum. » Ipsius operis initium aliis exprimit verbis s. Bonaventura in Apologia pauperum respons. i, cap. 1, nempe: *Tantum sibi praesumptionis assumpserunt quidam homines:* notatque opus istud concinnatum ab auctore fuisse *contra adversarium perfectionis christianae ct praelatorum et facultatum Ecclesiae.* Libellis hisce idem sanctus Bonaventura opposuit *Apologiam pauperum :* quam refutare Geraldus adgressus est, edito *Libro apologetico auctoris et libri contra adversarium perfectionis christianae.*

Pugnam hanc ingredi pretium operae duxit Aquinas: vulgavitque Opusculum, quod inscribitur *De perfectione vitae spiritualis.* Non siluit Geraldus. Responsum eius recenset saepe laudatus codex Gervasaeus, cui titulus inditus legitur: *De perfectione status clericorum.* Libelli initio ita praefatur auctor: « Cum in manus nostras quidam libel- » lus, qui intitulatur *De perfectione vitae spiritualis,* de- » venisset, a *quodam fratre Praedicatore* (Thoma Aqui- » nate) editus et publico traditus exemplari: in quo sacro- » sancta subvertitur ecclesiastica Hierarchia, status periculose » deiicitur sacerdotum minorum, ut de facili in contemptum » veniant subditorum; visum est nobis contra hunc libel- » lum scribere oportere. › Levem opellam, ut exsuccam contempsit Aquinas. Novum procudit opus Geraldus, quod est postremum in codice Gervasaeo. Incipit: *Magister G. de T. L. Archidiaconus de T. L. Parisiis regens in theologia, praedilecto etfideli amico suo magistro C. de T. L. optat salutem.* In eo praecipue versatur quaestio: *An homines exercendi sint diutius in observatione praeceptorum, prius quam viam consiliorum in Religionibus arripere permittantur.* Aientem opinationem tuetur acerrime Geraldus: quem invictis argumentis profligavit s. Thomas, tertio edito Opusculo *Contra pestiferam doctrinam retrahentium homines a Religionis ingressu.*

Geraldum,'quem adversarium nacti sunt sanctus Thomas et sanctus Bonaventura, magistrum utique Parisiensem, cognomento *de Abbatis-villa,* vulgo ferunt. Adversarii nomen vel ex modestia vel ex ignorantia, Wadingo adnotante ad annum 1269, num. 7, ubique reticuit sanctus Bonaventura in sua pauperum Apologia: quod etiam ab Aquinate praestitum. At *posteris ubique innotuit* adversarius ille,

(ut idem ait Wadingus): *etenim vitae Bonaventurae scriptores, chronica antiqua Minorum et alii passim temerarium et haereticum hunc paupertatis calumniatorem, Giraldum de Abbatis-villa, Parisiensem magistrum, fuisse conspirant.* Hinc deceptus Dargentraeus tomo I Collectionis judiciorum de novis erroribus ad annum 1256 innuere videtur, in Apologia pauperum s. Bonaventurae refutatum esse *Geraldum Segarellum de Parma,* fraticellorum sectae promotorem.

II. Ad Opuscula tria sancti Thomae quod attinet, nihil in eo genere limatum magis magisque completum scriptum fuisse, censent omnes. Theologica soliditas, eruditio ecclesiastica, disciplinae monasticae peritia passim fulgent. Mendum occurrit in Opusculo *Contra impugnantes Religionem* capite vi ad g: « Magnanimus secundum Philosophum in IV Eth. (capite ni) maxime se dignificat, unde » qui excedit hanc virtutem in superfluitate, quem *capmum* » vocat, non magnificat se maioribus, quam magnanimus etc. » Philosophus habet, χχϋνο , *chainos* graece, latine *stolidus:* unde corrige et lege, *quem caynum vocat.*

CAPUT IV.

Abs sancto Thoma Aquinate abiudicantur Opuscula theologica, De Humanitate Iesu Christi, De dilectione Christi et proximi, De divinis moribus, De beatitudine, De modo confitendi, De officio sacerdotis, De expositione Missae, De emptione et venditione ad tempus, De vitiis et virtutibus, numero quaternario procedentibus: Animadversiones variae.

I. Tn editione Romana, minori charactere impressa, post JLalia iam recensita Opuscula prostant, quae sequuntur, ad theologicum negotium pertinentia: LX *Dc Humanitate Iesu Christi Domini nostri:* LXI *De dilectione Christi et proximi:* LXII *De divinis moribus:* LXIII *De beatitudine:* LXIV *De modo confitendi et de puritate conscientiae:* LXV *De officio sacerdotis:* LXVI *Expositio Missae:* LXVII *De emptione et venditione ad tempus:* LXXI *De vitiis et virtutibus, numero quaternario procedens:* LXXIII *Deusuris in communi et de usurarum contractibus.* Opuscula isthaec veterum nemo recenset, veluti ab Aquinate profecta.

In Dissertatione XVII, capite iv, num. 3, adiudicari debere Opusculum LX *De Humanitate Iesu Christi* censuimus recentiori anonymo auctori, qui Tertiam sancti Thomae Summae Theologicae partem et quaestiones postremas libri quarti Sententiarum deflorabat. Consonam Io. Ambrosii Barbavarae censuram descripsimus: cui addere animadversiones aliquot praestat. Suppeditat eas Casimirus Oudinus. Articulo i sic habet auctor: *Dicit enim Damascenus, quod Iesus significat Deum humanatum: Christus vero e contra hominem Deificatum, quia duae naturae in una persona Filii se circumdederunt.* Paria verba s. Thomas p. III, q. xvi, art. vu, obiect. 3 tribuit Gregorio Nazianzeno: qui revera in Epistola I ad Cledonium presbyterum ait: *Ambo enim haec connexione unum sunt,* Θεοὔ u.sv ενχνθρωπησχντο , χνΟρώπου δε ΟεωΟέντο , *Deo humanato, et homine deificato,* vel Deo facto homine, et homine facto Deo. Haec vero dicta digna censet ibidem expositione ac interpretatione Doctor Angelicus. Divisionibus similiter cadentibus, ab Aquinatis stylo longe alienis, scatet opus. V. g. sub eiusdem articuli initium, Mysterium Incarnationis dicitur *a principio Angelicis spiritibus manifestatum, daemonibus vero occultatum, fidelibus etiam misericorditer revelatum. Ac* infra: *Ab aeterno praeordinatum, in veteri lege praefiguratum, a Prophetis praeconfatum, a sanctis Patribus desideratum, ab Angelo nuntiatum, in beatissima Virgine Maria consummatum.*

II. Opusculum LXI *De dilectione Christi et proximi,* Barbavario censente, « nulla ex parte sapit Aquinatem: li- » cet auctor eius nequaquam sit aspemendus. Sane *(inquit)* » illud numquam diceret Thomas: *Dilectionem, qua dili-* » *gitur Deus ad hoc ut possideatur, qui est amor mercenarius, peccatum esse.* Quid enim obsecro vitii inesse » potest dilectioni Dei, qualiscumque ea sit, nisi forte vi- » tium dicatur omne id, quod aliqua ex parte est imper- » fectum. Ubi tractat de augmento charitatis (capite xvn), » indifferenter tractat *de gratia et de charitate:* cum ta- » men apud Thomam differant, etiam quantum ad rem » propositam spectat; neque etiam concederet divus Tho- » mas eodem pariter gradu augeri gratiam et charitatem. » Item nescio quo iure ibi assumat: *aliquando, imo mul-* » *toties dat gratiam Deus homini sese vel mediocriter,* » *non vero secundum totum conatum disponenti* (Non ipsa » afferuntur verba, sed exprimitur sensus). Cum potius per » loelem Deus dicat: *Convertimini ad me in toto corde* » *vestro.* Et alius Propheta dicat: *Maledictus, qui opus Do-* » *mini negligenter operatur;* unde theologis confessio » illa celebris est, *Deum facienti quod in se est, dare gra-* » *tiam.* Quod etiam docet (ibidem): *Gratiam parvulis dari* » *maiorem vel minorem dum baptizantur, sine meritis qui-* » *dem, non tamen sine maiori vel minori dispositione na-* » *turalium,* non recte dicitur iudicio meo, neque ad theo- » logorum mentem, praesertim vero divi Aquinatis, apud » quem certum est gratiae quantitatem non sequi propor- » tionem naturalium in hominibus, sed tantum in Angelis » p. I, qu. LXir, art. vi. Et ne longius divagemur, stylus quo- » que ipse ita palam arguit adulterinum foetum, ut in re » non dubia superfluum sit uti argumentis. »

Attamen contra primam censurae partem validae ex ipso auctore agi vindiciae possunt capite m: « Sex sensus habet » *(inquit ille),* haec propositio: *Iste diligit Deum propter* » *Deum.* Primo diligit Deum propter Deum, supple haben- » dum, *ut habere Deum vel frui Deo sit finis in quo quie-* » *scitur:* ut iste vadit ad tabernam propter vinum scilicet » bibendum, bibitio et delectatio plus placet illi, quam vi- » num. Et sic diligere Deum est malum *et peccatum,* quia » refertur Creator ad creaturam. Secundo diligit Deum pro- » pter Deum, scilicet habendum, *ut habitus Dei vel frui-* » *tio Dei sit finis, non in quo quiescit, sed quo quiescitur.* » Beatitudo enim creata potest appeti ut finis quo quie- » scamus, quia ipsa habita, nihil creatum amplius appe- » timus: sed debet poni finis in quo, non in ipsa, quie- » scamus, sed per ipsam in Deo. » Verissima documenta.

Pii monachi lucubrationem existimat Echardus. Coniecturam ex postremis Opusculi verbis desumit: *Cum in ea* (aeterna vita) *de serviente miles, de novitio professus, de sponsa subharrata fit conitix consummata, per Iesum principem summae maiestatis, Abbatem summae sanctitatis.* Quis enim, inquit, Christum *Abbatis* titulo, veluti eximio, decorare sibi in animum induxisset, nisi monachus? Plura Oudinus affert, quibus ab Aquinate abiudicandum Opusculum censet.

III. Opusculum LXII *De divinis moribus,* « nullis adhi- » bitis tormentis *(inquit Barbavara)* auctorem imperitum » prodit, dum *bonam voluntatem* (capite n) inter bona na- » turalia connumerat: *bene legere et cantare* (ibidem) in- » ter gratias gratis datas: *virtutes denique morales* (eodem » in loco) inter dona gratuita. Quasi bona voluntas aliunde » sit, quam ex virtutum habitibus: ut mittamus impropriam » illam *De divinis moribus* inscriptionem. » Monachum auctorem habet Echardus, utpote qui capite n *neminem despiciendum* moneat, *si non est in eo sanitas, membrorum integritas, corporis fortitudo, formae pulchritudo, eloquentia vocis, habilitas ad cantandum et legendum:* quorum debemus, *quantum possumus, defectus supplere.*

IV. « Ab eodem auctore *(inquit Barbavara)* prodiit » Opusculum LXIII *De beatitudine.* Quod conficere licet » ex tertio membro capitis secundi, ubi auctor ait: *Est* » *et aliud inflammans animam ad amandum Deum totis* » *viribus, scilicet divini mores perfectissimi, dc quibus est* » *alia materia specialis* (Superius Opusculum indicatur). » Quare eadem utrobique est censura. Nisi et illud evidens » sit argumentum contra ipsum, quod doceat: *Beatos ipsa* » *quoque secretissima Dei iudicia contemplari:* v. g. *quare* » *Deus Iacob dilexcrit, Esau autem odio habuerit: quare* » *ex duobus parvulis unum baptismo subtraxerit ex fideli* » *natum, alterum Sacramento fuerit dignatus.* Quae certe » hyperbolem quamdam habent. › Auctorem scripsisse tertiodecimo saeculo ineunte colligit Echardus ex illis loco citato verbis circa medium: *O admirabilis fidelitas Iesu*

Domini nostri, qui mille ducentis annis^et amplius ab indigne conficientibus etc.

V. « Opusculum LXIV *De modo confitendi* e diame- » tro repugnat maiestati et doctrinae Aquinatis *(verba re- » fero Barbavara)* qua parte docet narrandas esse circum- » stantias, quae peccatum quomodocumque aggravant : » veluti gravius est *(inquit, ubi agit de circumstantia loci),* » hominem *(corpus hominis) animo impudico tangere sub » pannis, quam manum (vel pedem) :* et caetera id genus » viro gravi, et citra superstitionem erudito prorsus indi- » gna : ne interim obiiciam morosiorem illam digressionem » *De periculo familiaritatis dominarum vel mulierum.* »

Hanc ego censurae partem, quae ad aperiendas in confessiones circumstantias aggravantes et ad vitandam mulierum familiaritatem spectat, minus adprobo. Fortasse quidpiam scrupulosius aut minus enucleate dictum ab auctore in circumstantia, *Coram quo,* inquiente : *Adhuc est gravius tangere Bertam osculando, quam ipsam in eodem loco tangere cum pede... Unde non sufficit dicere: tetigi Bertam impudice, sed oportet dicere locum corporis, si tetigisti manum vel pectus, supra pannos vel ad nudum: et dicas modum, scilicet cum ore, manu vel cum pede.* Haec tamen Doctorem Aquinatem non referunt, sed casuistam superioris aetatis.

VI. « Opusculum LXV *De officio sacerdotis (inquit » Barbavara)* dubio procul vulgaris cuiuspiam Curati Bre- » viarium quoddam est: in quo illud praesertim notatu » dignum est, quod opera *Cornelii Centurionis* vitii da- » mnat; cum tamen scriptum sit Act. x: *Quod eleemosynae » eius et orationes ascendissent in memoriam in conspectu » Dei.* Unde sancti Patres eum ex fide iam tunc viventem » pronunciant. Item quod consulit Parocho, ut pueros semota » solemnitate domi baptizatos propter instans mortis pericu- » lum, *rebaptizent* sub ea verborum formula, *Si non es » baptizatus, ego te baptizo.* Item quod a *baptizando* exi- » git *contritionem:* quamvis in hac parte excusari possit, » contritionis nomine ad quemcumque dolorem de pec- » catis extenso. »

■Vitio inquinata Cornelii opera existimasse auctorem censet Barbavarius. Non ita auctor, qui capite iv ait:«De- » nunciet tamen, quod illa opera, quae facit in mortali » peccato, non prosunt sibi ad vitam aeternam: sed ad » hoc prosunt, ut disponant et habilitent ad poenitentiam, » ut legitur *de Cornelio.* » Eius fortasse erat sententiae auctor, nondum Cornelium iustificatum fuisse, antequam accerseretur a Petro. Haec tribuitur Chrysostomo, Basilio, Oecumenio aliisque: in quam diligentius ego non inquiro. Consule s. Thomam IP IIae, q. x, art. iv ac theologos. Item rebaptizationem, sub praedicta conditionata formula consulit ille capite u quando *probabiliter dubitatur.* Denique ibidem sic ait: *Adulto non imponitur poenitentia de commissis ante baptismum ... Requiritur tamen in eo cordis contritio, sine qua non consequeretur veniam de actualibus peccatis.* Hanc nemo non amplectitur doctrinam.

Remotiora quaedam a stylo et a methodo sancti Thomae affert Oudinus ex capite v; « *Portet autem sacerdos » illud* (Sacramentum ad infirmos) publice, honeste et ho- » norifice, ante pectus... cum *gausape* mundo... Debet » autem sacerdos monere communicantes, *ut sumant de » calice tribus vicibus ad minus,* non propter aliquod my- » sterium, sed ut bene laventur ora sumentium... Debet » autem teneri, dum communicant, aliquod *gausape* ante » pectus sub mento saltem ante caput illius *gausapis...* Par- » vulis ita teneris, quod sumere illud non possunt, debet » sacerdos in mortis articulo vinum cum aqua in calice » pro confirmatione porrigere, non quod sit Sacramentum, » sed fides et assuefactio Sacramenti. » Haec Thomas scripsisset numquam, utpote barbara et a ritibus Romanae Ecclesiae aliena. Ait etiam capite vin de Sacramento Matrimonii: *Fundat benedictionem super capita amborum; principaliter tamen super mulierem, ratione cuius celebratur Missa et datur benedictio.* Cur haec vero, cum Missa aeque *pro sponso et sponsa* inscribatur et benedictionem daturus aeque *ad sponsum et sponsam* se convertat sacerdos?

VII. « Opusculum LXVI *De expositione Missae (Bar- » bavarii censoris verba sunt)* praeterquam quod nomen » *sacramenti et sacrificii* imperite confundit, habet phra- » sim ab ingenio et gravitate divi Doctoris alienam. Quae- » rens enim eius libelli auctor: *Quare in tertio* ordine ca- » nonis *duas tantum cruces faciamus;* protestatur prius » *quod ille ordo brevior quidem est quam alius, sed pro- » fundior et sapientia magis plenus.* Ubi praeter impro- » prietatem eius vocis, *Ordo,* Ecclesiam taxare videtur, » quasi non eadem arte et sapientia priores canonis partes » contexuerit, qua tertiam. Secundo quaerit, *quare in hoc » tertio ordine elementa panis et vini transeant in sub- » stantiam Corporis et Sanguinis Christi?* Ita respondet » ut pudeat responsionem afferre. Ait nempe: *Triplex est » ordo, scilicet naturae, iustitiae et gratiae : ordine na- » turae flos praecedit fructum, ordine iustitiae poena se- » quitur peccatum, ordine gratiae superabundat gratia » peccatum et misericordia impenditur ubi nullum prae- » cedit meritum. Et ideo nec natura potuit, nec iustitia » debuit, ut panis et vinum fierent corpus, vel caro et » sanguis : sed sola gratia divina hoc potuit et voluit, » hoc fecit et facit.*

« In quinto ordine causam reddens, quare non fit *(si- » gnum crucis)* ad verbum *creationis,* sicut ad alia, *sancti- » ficas, vivificas, benedicis:* ait, quia *homo ex vi primae » conditionis non poterat stare, nec proficere sine gratia ad- » iutrice et sanctae Crucis virtute.* In qua sane ratione red- » denda plura sunt vitia, quam verba; nam et poterat homo » in eo statu cavere omne peccatum virtute naturae integrae » et si quidem stetisset, indiguisset plane gratia ad bene de » Deo merendum, sed non gratia sanctae Crucis. Ut mit- » tam alias eius viri nugas atque ineptias. » Testatur Oudinus Opusculum se vidisse in codicibus mss. integro saeculo antiquioribus Aquinate : impressum prostare inter opera Hugonis de sancto Victore, ac etiam sub nomine Guillelmi de s. Theodorico: loannis denique Cornubiensis Angli nomine insignitum reperiri in aliquibus mss. codicibus.

VIII. Sequitur Opusculum LXVII *De emptione et venditione ad tempus.* Censuram Barbavarii accipe : *Tractatus brevior est, sed in quo veram divi Thomae effigiem agnosces.* Apud veteres mentionem eius nullam haberi adnotat Echardus: recensitum a Nicolao Triveto putat Oudinus, his verbis: *Item declarationem quatuor quaestionum ad Magistrum Ordinis.* Porro casus aut quaestiones quatuor in libello resolvuntur. At cubat error in illis Triveti verbis apud Oudinum : legendum quippe, *'Item declarationem quadraginta quaestionum ad Magistrum Ordinis,* quae ad decimum spectant Opusculum in editione Romana.

IX. « Quaternarius ille virtutum et vitiorum numerus » in Opusculo LXXI superstitiosam nimis affectationem, » *(inquit Barbavara)* et plerumque ridiculam ostentat ac » proinde indignam mediocri theologo, nedum ipso Aqui- » nate. Capite vi: *Quatuor,* inquit, *sunt artes homines » in assidua penuria et miseria nutrientes, scilicet gram- » matica, dialectica, arithmetica et geometria... Item qua- » tuor sunt praecipua dona fati sive fortunae, scilicet » uxor prudens, linguae facundia, naturalis sensus et » mundana gratia.* O bellam sententiam ! Et non solum » a fidelium, verum etiam philosophorum scholis pariter ex- » plodendam. » Explodunt certe Opusculum Echardus et Oudinus.

CAPUT V.

Opusculum De usuris non est Aquinatis: num tribui debeat Aegidio a Lessinia expenditur. Supposititia videtur epistola de modo idoneo salubriter acquirendi scientiam. Ab eodem Thoma abiudicatur tractatus De praescientia et praedestinatione divina. Sermones, qui prodiere sub eius nomine, expenduntur.

» I. /~NpuscuIum LXXI1I *De usuris* degenerat ab Aqui- » x_Znate *(censura est Barbavarii),* sive stylum sive me- » thodum et doctrinae qualitatem rcspiciamus. *Quoniam,* » inquit in Prooemio, *in dubiis, quorum veritas agnita*

» *salutaris est et incognita periculum ingerit humanae* » *saluti, admodum utile est veritatem investigare: ideo* etc. » Quis, rogo, tam argutum oratorem et tam belle sui in- » stituti causam reddentem (non irrideat)? *Utile,* inquit, » *est veritatem investigare in iis dubiis, quorum cognitio* » *est utilis.* Ordo fere nullus toto in eo libello conspici- » tur: dum et commiscet materiam *de usuris* cum illa *de* » *contractibus,* et cum in parte prima quaestionis egisset » *de materia vitii usurae,* deque *diversis modis et specie-* » *bus ipsius;* in tertio tamen capite repetit nullis interie- » ctis: *An usura habeat locum tantum in mutuis, an etiam* » *in aliis actionibus* (capite vm et ix), *contractibus nem-* » *pe.* In primo capite (partis primae) usuram distinguens » in eam, quae proprie et quae metaphorice dicitur, ver- » bis ita remotis et longe petitis utitur, ut vaticinandum sit » in sensu amborum habendo. *Quia,* inquit, *superabun-* » *dantia* (quam significat nomen usurae) *aliquando ori-* » *tur ex usu contra legem, aliquando vero ex usu lega-* » *liter,* idest licito; *ideo et nomen usurae in Scripturis sacris* » *multipliciter accipitur* etc. Sed ea graviora sunt, quod » capite vn eiusdem partis primae conditiones quasdam as- » signat, *quae secundum iura usuras excusare videntur.* » Quarum prima est *cultus disparitas* et secunda est *con-* » *ditio, quae facit hostem dignum morte:* et hanc quidem » se colligere putat ex vulgatis quibusdam Ambrosii ver- » bis, perperam ab eo intellectis *(Ab illo exige usuram,* » *cui merito nocere desideras, cui iure inferuntur ar-* » *ma etc.).* Quae si vere assignantur, consequens est vi- » mm Christianum licite foenerari posse iudaeo: item illis, » contra quos bellum iustum a Principe susceptum est. » Quod aperte pugnat cum doctrina divi Aquinatis IIa IIae, » q. Lxxvni, art. i, ubi palam testatur ad 2 neque ludaeis » ipsis licitas aliquando fuisse usuras; licet aliquando et » erga aliquos ipsis *permissae fuerint* propter profundam « *eorum avaritiam.* Nam ex ipso textu Deuteronomii » cap. xxm satis, inquit, constare potest eas nunquam li- » citas fuisse. Nam scriptum est: *Non foenerabis fratri tuo;* » quilibet autem homo loco fratris habendus est secundum » regulas caritatis. Denique capite v ait, quod licet per » usuras non transferatur dominium ex vi iuris naturae » (legis divinae, ita scilicet ut usurae solutae non transeant » in dominium recipientis), transfertur tamen ex lege hu- » mana. Ex quo deducit non esse eamdem rationem et » causam restituendi ea, quae foenore, et quae furto vel » rapina quis abstulerit. Quae doctrina non satis arridet » iis, quae a divo Thoma eodem loco scribuntur artic. in » in fine corporis. Nam causam reddens, quare quis *tene-* » *tur reddere fructus agri, quem usura extorserit: quia,* » inquit, *sunt fructus rerum, quarum alius est dominus* » *et ideo ei debentur:* per ea verba, *quarum alius est do-* » *minus,* plane innuendo quod usura non transfert domi- » nium. Et in solutione 3 ait: Quod *plus iuris habet* foe- » nerator *in re acquisita de pecunia usuraria, quam in ipsa* » *pecunia:* plane quia in pecunia nullum, et in iis quae » ex illa acquisita sunt nonnullum ius habet. Unde arbi- » tror, concessurum Aquinatem, quod eadem sit ratio re- » stitutionis in furto et usura: ita ut si quis ex re furto » ablata lucrum sua industria fecerit, non teneatur resti- » tuere domino totum lucrum, sed rem tantum quam » abstulit et si quid inde damni ex lucro cessante prove- » nerit. »

Sancto Thomae Aquinati tribuendum Opusculum censuit Petrus Pellican. Praecipuum ex eo sumitur argumentum, quod auctor parte III De usuris, capite v, al. xix, sic ait: *De his alias scripsimus in septimo praecepto Decalogi diffusius.* Allegari videtur Opusculum *De decem praeceptis,* quod est Aquinatis germanus foetus. Pellicani itemque Bergomatis argumentum profligat Echardus. Agit ibi auctor *De restitutione usurarum.* Suo vero in Opusculo illo Thomas, in expositione *septimi praecepti,* rationem quidem affert, cur usura non sit licita: sed ne verbulum habet *de restitutione usurarum:* tantum scilicet abest, ut de ea ibi *diffusius* agat. Hinc Opusculum adscribendum Echardus censet Acgidio a Lessinia, oppido in finibus Hannoniae et Flandriae, Ordinis Praedicatorum, qui anno 1278 florebat. Quod idem antea censuerat Bunderius noster in Indice codd. mss. Belgii. Animadvertit Oudinus haec legi verba (parte I, capite rx, edit. Rom.).· *Goffredus magnae auctoritatis in iure Canonico, Summam faciens super titulos Decretalium* etc. docetque hunc auctorem, de Trano dictum, suam *in Decretales Summam* anno 1290, vel serius etiam scripsisse: unde sicuti divi Thomae certo constat non esse Opusculum, in quo *recentior* allegatur *Goffredus:* ita num Aegidio dc Lessinia, cuius aetas mihi certa non est, tribui debeat, dubius haereo.

II. Inter Opuscula n. LXVIII prostat Epistola, minuto charactere cusa, Angelico Doctori tributa, ad quemdam data, dictum postea *loannem:* in qua *proponitur idoneus modus salubriter acquirendi scientiam sive humanam sive divinam.* Veterum nemo meminit eius. Barbavarii censuram refero: « Epistola *Dc modo acquirendi scientiam,* si » quis contendat esse divi Thomae facile refelletur vel pri- » mis quidem cius verbis. Hoc, inquit, *a me tibi traditur* » *consilium, ut per rivulos in mare non statim eligas in-* » *troire, quia per faciliora oportet ad difficiliora acce-* » *dere.* Sane nimium enervis est collectio haec, imo vero » non tam enervis, quam vitiosa: nempe ex cuius ante- » cedente non consequens, sed eius oppositum potius de- » ducatur. Ex hoc enim quod per faciliora ad difficiliora » est perveniendum, consequitur: ergo per rivulos ad mare » via est facienda. » Virum censorem deformata interpunctio vel etiam lectio fefellit. Legendum ita: *Hoc traditur consilium ut per rivulos, non statim in mare eligas introire.* Alia est lectio apud Martene tomo I Amplissimae Collectionis, coi. 1352: *Hoc tibi datur consilium, per rivulos et non statim in mare eligas introire.* Nonne vero qui primum se in rivulos immittit ac postea mare ingreditur, a facilioribus gradum facit ad difficiliora?

Pergit Barbavarius: « At videamus caetera instituta: *Ne-* » *mini,* inquit, *te multum familiarem ostendas, quia ni-* » *mia familiaritas parit contemptum:* ubi et conclusio pa- » rum vera est et probatio prorsus nulla. Quis enim ne- » sciat maxime conferre ad scientiae acquisitionem, si quis » studia cum peritioribus conferat? Fac vero quod *nimia* » *familiaritas pariat contemptum.* Quid tum? Num enim » indoctior quis factus est ob id, quod amicus eo utatur » familiarius? Quare absit ut hoc consilium datum creda- » mus a divo Aquinate, qui totos dies in scholis trivisset: » sed credamus potius institutionem fuisse severi alicuius » monachi vel eremitae. Neque etiam illud placet: *Non* » *respicias a quo audias.* Cum enim oporteat addiscen- » tem, teste Philosopho, multa credere; non parum refert » in principio institutionis, cui quisquis credat: praesertim » vero iniis, quae ad theologiam et fidem spectant, quae » tota auctoritati innititur. »

Eamdem vulgavit epistolam ex ms. codice sancti Laurentii Leodiensis loco citato Edmundus Martene, cum quibusdam vocum varietatibus, quae nitidiorem efficiunt sententiam. Iam anno 1330, teste Iacobo Echardo, laudabatur, ceu s. Thomae foetus: extatque inter epistolas b. Venturini de Bergomo, hoc titulo: *Exhortationes s. Thomae de Aquino ad iuvenes benivolos circa studium.* Plura adnotat idem Echardus ad calcem addita legi, quae in editione Romana desiderantur. Quod apud Martene additamentum legitur, refero: *Hanc siquidem salutarem epistolam, omnique prorsus commendatione dignam, cohabitatricem tibi in cella hortor et obsecro iugiter teneas; ut cum ea saepe confabulando, de virtute ire possis et proficere in virtutem, usque in vitam aeternam: quod tibi praestare dignetur Dominus noster Iesus Christus. Amen.* Non auctor haec scripserit, sed alius addiderit. Num ipse Venturinus ut suspicatur Echardus? Non ita facile dixerim. « Adde, » *inquit Casimirus Oudinus,* quod inquirens loquebatur » *de modis seu mediis naturalibus acquirendi scientiam:* » cui auctor absurde respondet *de mediis spiritualibus* et » ad interrogata nihil facientibus. » Imo haec spiritalia media maxime conferunt *ad scientiam salubriter acquirendam,* ut titulus habet.

III. Petrus Pellican in sua Opusculorum editione, n. LXX1V recenset tractatum *De praescientia et praedesti-*

natione divina: quem aliae praestant editiones vel post Primam Summae Theologicae partem vel post Tertiam. Huiusce operis veterum nemo mentionem ingerit ceu elucubrati ab Aquinate. Lucem primum vidit Lugduni anno 1541 apud loannem Crispinum, obstetricante *loanne Danielis, sacrae Paginae baccalario Lovaniensi,* qui se contulisse *Tractatum* ait *ad multa exemplaria.* Codicem ms. nullum se unquam offendisse testatur Echardus, qui sancti Doctoris nomen inscriptum praeferat. « Caetcrum haec lu» cubratio *(eiusdem Echardi verba sunt)* licet multum » distet a stylo s. Thomae, non tamen ita discrepat ab » eius doctrina : nam et in ea adstruitur praescientiam Dei » adiuncta voluntate causam esse scitorum et praedestina» tionem esse gratuitam et ante praevisa merita. Hinc mi» rum Thomam Campanellam, famosum illum scholae » nostrae desertorem, hanc opellam ceu genuinum s. Tho» mae foetum adoptasse, quo suam de praedestinatione post » praevisa merita sententiam fulciret, a qua certe parum » aut potius nihil illi praesidii. »

IV. In editione Romana, post Commentarios in Epistolas Apostoli Pauli, prostant sub Aquinatis nomine *Sermones pro Dominicis diebus et pro Sanctorum solemnitatibus,* ex bibliotheca Vaticana prodeuntes. Frequentius habuisse Thomam *Sermones* in ecclesiis, eosque recollectos aut reportatos fuisse, dubitare non sinunt veteres probatissimi nomenclatores. Logothetae verba sunt: *Dominicales aliquas* (collationes) *et festivas et quadragesimales post eum praedicantem recollegit frater Petrus de Andria.* Paria sunt, quae Trivetus et Bernardus Guidonis scripsere. Ait ille : *Collationes dominicales et festivae..... quas collegit frater Petrus de Adria.* Ait iste : *Fertur quoque scripsisse expositionem super Evangelia dominicalia totius anni; quae vix aut rarissime reperitur.*

Hanc etiam spartam ornatam fuisse a sanctissimo Doctore alia sunt, quae confirmant luculentissima testimonia. Pignonus ait: *Sermones de Angelis, item Sermones quadragesimae.* Valleoletani accipe verba: *Item scripsit expositionem super Evangelia dominicalia totius anni.* Haec eadem habet verba s. Antoninus, qui haec addit: *Ego credo me vidisse* (hanc expositionem): *sed talem, quod ut mihi videtur, est excerpta ex praedicto Opere* (Catenae Aureae) *super Evangelia quatuor.* Dubium nullum indicari quoddam Opus a sermonibus longe diversum.

Num ergo *Sermones,* quos Romana editio praestat, coram palamque habuerit Aquinas reportaveritque Petrus de Andria ? Antonii Senensis indicium accipe : *Extant et Sermones illius complures, tam de tempore, quam de Sanctis, qui inventi fuere in bibliotheca Vaticana : et multis eisque efficacibus argumentis illius esse ostensum fuisse a viris doctis asseritur.* Animadversiones addo ego, quae praetermitti non debent. Ac primo Parisiis in codice Sorbonico cmlx, ubi theologorum s. Thomae aequalium collecti habentur Sermones ex ore dicentium reportati, adnotante lacobo Echardo, *Sermo* occurrit *Thomae de Aquino in Nativitate b. Mariae,* cuius initium: *Lux orta est iusto et rectis corde laetitia.* Animadverte inter editos Romae Sermones hunc desiderari. Item loannes Bunderus in suo codicum mss. Belgii et vicinarum partium indice adnotat num. 67 tum Moguntiae extitisse *Thomae Sermones quadragesimales* cum hoc initio, *In multis eorum:* tum alios apud Minores adservari Bruxellis, incipientes, *Tria sunt homini necessaria ad salutem.* Atqui Sermo incipiens, *In multis eorum,* non comparet in editione Romana: aliaque allata verba satis indicant Opusculum *De duobus praeceptis caritatis.* Senensis denique Antonius, imo et Petrus de Alva ac Index codicum mss. Angliae *Sermones* referunt Aquinati attributos: quorum alii discrepant ab editis: num alii conveniant, diligentius perquirere non licet. Hoc vero de lucubrationum genere satis.

DISSERTATIO XXI.

De Officio in festo sacratissimi Corporis Christi, quod integrum confecit sanctus Thomas Aquinas: deque alio Officio nunc primum in lucem prodeunte eiusque auctore: itemque de Opusculis Aquinati suppositis de venerabili Sacramento Altaris.

CAPUT I.

Sacratissimi Corporis Christi festum institutum Leodii: compositumque Officium a Ioanne clerico. Eadem ad universam Ecclesiam a Summo Pontifice Urbano IV extensa solemnitas. Ipsius iussu novum a sancto Thoma Aquinate confectum Officium. Specimen eius: itemque mutationes postea invectae.

I. acrat'ss'm' Corporis Christi festum primo apud Leodienses institutum fuit, Iuliana No'X' .Λ Montis-Cornelii sanctimoniali et Eva reA clusa hortantibus, agente Roberto Leodii jSEpiscopo et adiuvante Hugone de sancto Caro primum Priore Provinciali Ordinis Praedicatorum tum S. R. E. Cardinali et Sedis Apostolicae per Alemanniam Legato. Datae abs Roberto epistolae anno 1246, quibus *universis Dioeceseos personis Ecclesiasticis* iniungebatur, *ut ipsam solemnitatem singulis annis, die ad hoc statuto, cum Officio proprio celebrarent.* Morte Episcopi, quae eodem anno contigit, coeptum negotium novae solemnitatis intermissum. Paucos post annos illud execution! mandavit Hugo Cardinalis, Sedis Apostolicae Legatus, datis *Leodii* litteris iv *kal. Ianuarii, Pontificatus Domini Innocenta IV anno decimo,* aerae vulgaris 1252. Statutum ergo: *Quod proxima quinta Feria post octavas Pentecostes, festum de hoc excellentissimo Sacramento infra omnes Legationis terminos* celebraretur, *cum novem lectionibus, responsoriis, versiculis, antiphonis propriis, super hoc specialiter ordinatis.* Haec latiore calamo referuntur omnia in eiusdem Iulianae Actis apud Bollandi Continuatores ad diem 5 aprilis, libro II, capp. n, in et iv.

Iniunxerat *componendum tantae solemnitatis Officium* probatissima Iuliana *cuidam Fratri domus suae, Ioanni nomine, inveni quidem, sed plurimum innocenti.* Munere imposito ut fungeretur, *percurrens multorum Sanctorum libros, sicut apis prudentissima, divinarum sententiarum flores legebat, Sacramenti Corporis et Sanguinis Christi dulcedinem sapientes: ex quibus* confectum est *totum Officium novae solemnitatis nocturnum et diurnum, in hymnis, antiphonis, responsoriis, lectionibus, capitulis, collectis et aliis omnibus propriis.* Acta, quae laudavimus, consule libro II, capite 11, num. 9 ubi Continuatores Bollandi in Notis codicem ms. Rubeae-vallis afferunt, cum his verbis: « Hoc Officium incipit, *Animarum cibus:* et » reperitur plenum in Ecclesia Tungrensi et aliis locis. » Hoc illud Officium est, quod ante obitum Robertus Episcopus Leodiensis describi curavit ad suae Dioeceseos Ecclesias transmittendum. Sic enim habent Acta cap. nr, n. 13, libro II: *Circiter viginti officia ipsius Festivitatis fecit de proprio conscribi, volens ea ad habendam copiam per loca distribui opportuna.* Illud etiam Officium *et omnia in ipso contenta* (ut num. 14 narrare pergit auctor) *diligentioribus oculis considerans et perscrutans* Hugo Cardinalis et Legatus, *nihil addendum, nihil mutandum arbitratus est, cuncta decenter inveniens ordinata.*

Firmior et inconvulsa per futura saecula ut nova solemnitas in Ecclesia Leodiensi permaneret, non infimam bonorum suorum partem Ecclesiae s. Martini contulit Stephanus canonicus cum Maria sorore: itemque Ioannes de Lauduno, Ecclesiae praedictae canonicus, *octavas Corporis Christi* in eadem s. Martini basilica *fundavit.* Haec narrant Acta libro II cit., capite iv, num. r6 et 19. Neque demum silentio praetereundum, quod superiore capite n, num. 7 traditur: Iulianae sanctimonialis votum expendisse et adprobasse *Iacobum de Trecis, tunc Archidiaconum Ecclesiae Leodiensis,* postea Virdunensem Episcopum anno 1262 et Patriarcham Ierosolymitanum anno 1255 ac demum Romanum Pontificem anno 1261 sub nomine *Urbani IV.*

II. Occasione data insignis miraculi, quod in Italia accidit Bolsenae non longe ab Urbeveteri, idem sanctissimus Pontifex permotus, sacratissimi Corporis Christi solemnitatem in Ecclesia universa celebrandam indixit. Annum definit Theodoricus Vallicolor in eius Vita metrice scripta:

Hocque sui terno Papatus fecit in anno:

qui tertius annus die 29 augusti anni 1263 initium habuit. Hac de re elegantissimum diploma editum, quod in Romano Bullario prostat, datum apud Urbemveterem an. 1264 non *die octava Septembris* ut communiter habent scriptores, Caietano Maria Merata adnotante tomo I Thesauri sacrorum Rituum Gavanti, sed *die 11 augusti* iuxta originale in archivo secreto bibliothecae Vaticanae adservatum. Datae etiam ad Evam reclusam litterae *sexto idus* seu die *8 Septembris, Pontificatus anno quarto,* Christi 1264, quibus virgini probatissimae nunciat Summus Pontifex festi institutionem in Ecclesia universa. Integras afferunt Bollandi Continuatores post Acta s. Iulianae ad diem 5 aprilis capite ix et in Propylaeo maii Dissert. XXIII. Digna sunt animadversione, quae in ipsis leguntur verba ad officium attinentia: *Et quia quaternum, in quo ipsius festi habetur Officium, tibi sub Bulla nostra per latorem praesentium destinamus, volumus et per Apostolica scripta tibi mandamus, quatenus quaternum ipsum cum devotione recipias et eius copiam personis illam petentibus exhibeas liberaliter et libenter.* Quod novum appellat Officium Theodoricus Vallicolor loco superius citato:

Officiumque novum continet ista dies.

Eamdemque rem testatur codex ms. Rubeae-vallis apud Bollandi Continuatores, ubi haec habentur: «Hoc Officium » (a Ioanne Leodiensi compositum) incipit, *Animarum cibus:* » et reperitur plenum in Ecclesia Tungrensi et aliis locis. » Deinde Urbanus IV Officium, quod ubique cantatur, in» stituit. »

III. Institutum compositumque, iussu Urbani IV Officium, notum fit compertumque. Opus illud sancti Thomae Aquinatis, produnt veteres, synchroni, supparesque scriptores. Ptolomaeus de Luca in Hist. cccl. libro XXII, ca-

pite xxiv, haec habet: « *Officium de Corpore Christi* fecit » ex mandato Urbani... Hoc autem fecit *completum* et » quantum ad *lectiones* et quantum ad *totum* Officium, » tam *diurnum* quam *nocturnum,* quam etiam *ad Mis-* » *sam* et quidquid illa die cantatur. In qua *Historia (re-* » *sponsoria Nocturnorum intelligunt Rubricae nostrae),* » si attendimus ad verba scribentis, quasi *omnes figurae* » *veteris Testamenti* in hoc Officio videntur contineri, lu- » culento et proprio stylo adaptatae ad Eucharistiae Sacra- » mentum. » Par est testimonium Guillelmi de Tocco in Vita capite tv, numero 18: « Scripsit *Officium de Corpore* » *Christi,* de mandato Papae Urbani: in quo omnes, quae » de hoc Sacramento sunt, *veteres figuras* exposuit et ve- » ritates, quae *de nova sunt gratia,* compilavit. » Tertius testis accedit Bernardus Guidonis: « Item mandante sibi » Domino Urbano Papa, *dictavit* et ordinavit *totum* Offi- » cium ecclesiasticum *de Corpore Christi,* tam *diurnum* • quam *nocturnum:* quam etiam (Officium) *Missae.* » Rem tradunt eamdem Valleoletanus et sanctus Antoninus.

Apud loannem de Columna, synchronum scriptorem, in codice ms. De viris illustribus, haec habentur: *Com-posuit autem et hic felix et sanctus Doctor Officium de Corpore Christi, quo devotius in Ecclesia Dei non dicitur nec cantatur.* In Dissertatione secunda, num. i pro animi candore, opus loanni de Columna interpolatum ut agnovi, ita lectores etiam admonitos volui; vitamque adhuc egisse interpolatorcm anno i332 inconcussis argumentis ostendi. Id habeo tamen, quod causae nostrae maxime favet, Thomae Aquinati Officium, quod ea aetate persolvebatur, tributum fuisse. Rem confirmat luculentissime Historia translationis corporis Doctoris Angelici, quae ad annum 1368 pertinet sub Urbano V apud Bollandi Continuatores ad diem 7 martii capite in, num. 12: « Magister Generalis... » post vesperas eiusdem festi Corporis Christi *Pontificem* » *Urbanum V* adiit: tuneque Magister coepit proponere » verbis ut sequitur... quod sanctus Thomas de Ordine » nostro, *ad mandatum Domini Urbani Papae IV, ordi-* » *navit Officium hodiernum.* Et statim ad hoc Dominus » Papa: *Hoc nego tibi,* doce. Tunc Magister allegavit *Legen-* » *dam* (Guillelmi de Tocco) *et communem hominum opinio-* » *nem.* Ibidem etiam Dominus Comes Nolanus et omnes » Domini Cardinales, quasi clamando testimonium dederunt: » *Quod dictus s. Thomas festi Corporis Christi Officium* » *veraciter et excellenter, subtiliter et mirabiliter ordinas-* *ti set.* Post hoc Dominus Papa dixit: *Quod verum erat.* »

IV. Officium istud inter Opuscula num. LVII prostat, recensitum ab editoribus Romanis. Specimen eius exhibere praestat, ut quae inferius dicenda sunt quisque facillime, quin edita pervolvere cogatur exempla, adsequi valeat. « *Ad primas Vesper. Ant.* Sacerdos in aeternum. *Psalm.* » Dixit Dominus. *Ant.* Miserator et misericors Dominus. » *Psal.* Confitebor. *Ant.* Calicem salutaris. *Psal.* Credidi. » *Ant.* Sicut novellae olivarum. *Psal.* Beati omnes. *Antiph.* » Qui pacem ponit. *Psal.* Lauda Icrusalcm. *Capitulum,* » Dominus lesus in qua nocte. *Responsor.* Homo quidam » fecit coenam magnam. *Hymnus,* Pange lingua gloriosi. » *Versicul.* Panem de caelo. *Ad* Magnif. *Antiph.* O quam » suavis est! *Oratio,* Deus qui nobis sub Sacramento. *Ad* » *Completor. Ant.* Miserere. *Psal.* Cum invocarem etc. » *Ad* Nunc dimittis, *Ant.* Alleluia. Panis quem ego dedero. » *Ad Matut. Invit.* Christum Regem. *Psal.* Venite. » *Hymnus,* Sacris solemniis. *In 1 Noct.Ant.* Fructum salu- » tiferum. *Psal.* Beatus vir. *Ant.* A fructu frumenti. *Psal.* » Cum invocarem. *Ant.* Communione Calicis. *Psal.* Con- » serva, *st.* Panem caeli. *Lectio* r, Immensa divinae largita- » tis beneficia. *Resp.* Immolabit hoedum. *Lectio* 11, Ut au- » tem tanti beneficii. *Resp.* Comedetis carnes. *Lectio* ni, » Manducatur itaque a fidelibus. *Resp.* Respexit Elias. *In* » » *2 Noct. Ant.* Memor sit Dominus. *Psal.* Exaudiat. *Ant.* » Paratur nobis mensa. *Psal.* Dominus regit. *Ant.* In voce » exultationis. *Psal.* Quemadmodum. V. Cibavit eos. *Lectio* rv, » Suavitatem denique huius Sacramenti. *Resp.* Panis, quem » ego dabo. *Lectio* v, Convenit itaque devotioni. *Resp.* » Coenantibus illis accepit. *Lectio* vr, Ut autem praedicta » quinta feria. *Resp.* Accepit lesus panem. *In* 3 *Noct. Ant.* « Introibo ad Altare Dei. *Psal.* ludica me Deus. *Ant.* Ci- « bavit nos Dominus. *Psal.* Exultate Deo. *Ant.* Ex altari tuo. « *Psal.* Quam dilecta, V. Educas panem. *Lectio* vn, Se- » eundum Ioan. Caro mea vere est cibus. Homil. beati » Augustini Episcopi. Cum enim cibo et potu. *Resp.* Qui » manducat meam carnem. *Lectio* vui, Denique iam expo- » nit. *Resp.* Misit me vivens Pater. *Lectio* ix, Sicut me » misit. *Resp.* Unus panis et unum corpus.

» *Ad Laudes, Ant.* Sapientia aedificavit. *Psal.* Dominus » regnavit etc. *Ant.* Angelorum esca. *Ant.* Pinguis est. *Ant.* Sacerdotes Dei. *Ant.* Vincenti dabo. *Capitul.* Dominus » lesus. *Hymnus,* Verbum supernum. V. Posuit fines tuos. » *Ad* Bened. *Ant.* Ego sum panis vivus. *Ad Primam et* » *ad omnes Horas antiphonae Laudum, quarta excepta.* » *Resp.* lesu Christe. V. Qui natus. *Ad Tert. Capitul.* D'o- » minus lesus. *Resp.* Panem caeli. *Ad Sext. Capitul.* Quo- » tiescumque manducabitis. *Resp.* Cibavit eos. *Ad Non.* » *Capitul.* Quicumque manducaverit. *Resp.* Educas panem. « *Ad II Vesper, antiphonae Laudum. Psal. capitul. hy-* » *nimis, vers, sicut in I Vesper. Ad* Magnif. *Ant.* O sacrum » convivium. *Oratio,* ut in primis Vesper. *Per Octavam* * *Invitat.* Christum panem Angelorum. *Ad* Bened. *Ant.* » Ego sum panis vivus. *Ad* Magnif. *Ant.* Memoriam fecit. » Caetera ut in die. *Missa* ut in missalibus, additis *ad San-* « *ctus* quibusdam interpolationibus. »

Mutationes aliquas refero, quas postea Pius V Summus Pontifex invexit. *Capitul. ad I et II Vesper, et ad Laudes,* Fratres ego enim accepi a Domino, absque *respons.* pro more Ecclesiae Romanae. *Lect.* 1, n, ni ex Epistola I beati Pauli Apostoli ad Corinth, capite xr. *Responsorium quartum* sancti Thomae amotum additumque de novo *sextum,* Ego sum panis vitae. *Per Octavam* lectiones pro tribus Nocturnis iuxta Romanae Ecclesiae ritum. Sunt etiam eodem in Officio, ritui fratrum Praedicatorum accommodato, varietates aliquae. *Ad I Vesper, una ant.* Sacerdos in aeternum. *cum quinque psal.* Laudate. *Una etiam antiph. ad II Vesper.* Sapientia, *cum psal. apud Thomam adsignatis,* Dixit Dominus etc. *Per Octavam* tres tantum lectiones.

CAPUT II.

Godefridus Henschenius ei Daniel Papebrochius censebant id unum ab Aquinate praestitum, ut prius Leodiense Officium meliorem in ordinem redigeret reformaretque, paucis additis, iuxta morem Romanae Curiae. Vindicias agit validissimas Natalis Alexander: quae uberius confirmantur.

I. /^'Nfficium, quod sancto Thomae adiudicant probatis- X_xsimi testes, ad examen vocant Godefridus Henschenius et Daniel Papebrochius in Appendice ad diem 5 aprilis. In eam abiere sententiam num. 9: « Divum Thomam, quod » iuxta Ecclesiae Leodiensis ritum composuerat loannes, re- » formavisse Officium secundum morem *Romanae Curiae...* » mutatis detractisque iis, quae mutanda detrahendaque oc- » currebant: et addito insigni, qui desiderabatur, *ad Laudes* * hymno, *Sacris solemniis.* » Hinc neque novum dici debet, quod Urbanus IV persolvendum Officium instituit: neque novi Operis verus auctor s. Thomas.

Animadvertendum proponunt verbum illud, *ordinare,* quod vetusti scriptores usurparunt. Inde namque argumentum sumunt, minime de novo Thomam composuisse Officium; sed prius compositum in ordinem meliorem redegisse ac ritui Romano accommodasse. Diligentius conferantur (inquiunt) illa *duo Officia* a loanne Leodiensi et ab Aquinate confecta: istud ex illo depromptum facile constabit. Officii Thomae specimen supra allatum est: specimen alterius ex vetusto directorio, aliisque mss. membranis Leodiensis sancti Martini ecclesiae proferunt laudati Bollandi Continuatores.

Nempe, « *In I Vesp. Ant.* Sacerdos. *Psalm.* Dixit Do- » minus *(Caeteri psalmi subintelliguntur et antiphonae).* » *Hymnus,* Pange lingua. *Capitul.* Dominus lesus. *Resp.* * Homo quidam. V. Panem de caelo. *Ad* Magnif. *Ant.* O » quam suavis. *Collecta,* Da nobis quaesumus. *Ad Complet.* » *Hymnus,* Christus vere. *Capitulum,* Per homines. V. Po-

» suit Dominus. *Ad* Nunc dimittis, *Ant.* Reple Domine. » *Collecta,* Visita. *In Mat. Invit.* Christum Regem *(Absque* » *hymno pro more Ecclesiae Leodiensis). In* i *Noct. Ant.* » Fructum salutiferum. *Psal.* Beatus vir *(Caeteros psal-* » *mos et antiphonas pro* ii *et* m *Noct. subintellige, cum* » *duplici vers, iuxta ritum eiusdem Ecclesiae). Sex lectio-* t' *nes de Legenda Sacramenti, quae sic incipit:* Immensa » divinae largitatis beneficia. *Respons. i* Immolabit *(cum* » *caeteris, quae par est subintelligi). Tres vero lectiones* » *cum Evangelio,* Caro mea vere est cibus. *In Laudibus, Ant.* » Sapientia *(cum reliquis). Hymnus,* Verbum supernum. » *Capitul.* Habemus altare. V. Posuit Dominus fines tuos. Ad » Bened. *Ant.* Ego sum panis vivus. *Collecta,* Deus qui » nobis. *Ad Prim. Hymnus,* Summe lesu. *Ant.* Caelestis » artifex. *Ad Tert. Hymnus,* Sacro tecta. *Ant.* Christus » enim. *Capitul.* Calix benedictionis. *Resp.* Panem caeli. » *Collecta,* Deus qui Ecclesiae... *Ad Sext. Hymnus,* Splen- » dor. *Ant.* Illa nobis. *Capitul.* Habemus. *Respons.* Cibavit. » *Collecta,* Caelesti luce. *Ad Non. Hymnus,* Aeterna caeli. » *Capitul.* Quotiescumque. *Resp.* Educas panem. *Collecta,* » Deus qui fidelium. *Ad Vesper. Ant.* Sacramentum. *Hy-* » *mnus,* Pange lingua. *Capitul.* Quoties. *Respons.* Misit me. » v*. Panem de caelo. *Ad* Magnif. *Ant.* O Sacrum convi- » vium. *Collecta,* Deus qui gloriosum. *Ad Complet,* ut su- » pra. *In crastino et per Octavas* tres lectiones de ipsius » Legenda et tria respons. *In Laudibus ad* Benedictus, *Ant.* » Animarum cibus *(Aliae antiphonae pro aliis Octavae* » *diebus).* »

Totum hocce Officium, quantum est, a loanne Leodiensi compositum fuisse existimant Bollandiani scriptores. Hinc sequitur vero, illud ipsum nonnisi reformatum ab Aquinate ordinatumque secundum ritum Romanae Curiae. Hymnum, *Sacris Solemniis,* composuit addiditqueThomas: quod utique longe caeteris duobus praestare inquiunt illi *vi poetica et masculi vigoris maiestate.*

II. Pro vero *Officii Venerabilis Sacramenti* auctore, sancto Thoma Aquinate, vindicias agendas adsumpsit Natalis Alexander, edita luculentissima dissertatione *contra rr. pp. Henschenii et Papebrochii contecturas.* Pressiore stylo recusa prostat haec eadem dissertatio tomo VII Historiae ecclesiasticae in fol. Rem agit validissimis argumentis: quae refero et confirmo ac roboro.

Vano et irrito conatu verbum illud *ordinare,* animadvertendum proponitur; ac si Officium aliquod prius in meliorem dumtaxat ordinem redegerit Aquinas, de novo non composuerit: cum notum sit, verbum *ordinare,* pro eodem apud scriptores etiam latinos usurpari ac opus ordine componere. In Actis beatae lulianae libro II, capite m, num. 14 dicitur Hugo Cardinalis Officium loannis Leodiensis considerasse *et omnia invenisse decenter ordinata.* Num colligas Officium illud de novo non fuisse a loanne confectum ?

An vero vetusti, synchroni supparesque scriptores unum illud verbum *ordinandi* usurpaverint? Ait Ptolomaeus de Luca; *Fecit:* Guillelmus de Tocco; *Scripsit :* Bernardus Guidonis; *Dictavit et ordinavit:* loannes Columna aut vetustus Interpolator; *Composuit.* Nondum satis. Testantur Ptolomaeus et Bernardus: Thomam *Officium fecisse, dictavisse, ordinasse totum, completum, tam diurnum quam nocturnum, quantum ad lectiones et historiam* seu responsoria *et quidquid illa die cantatur.* An ita facere et ordinare nihil aliud fuerit, quam opus ab alio confectum in meliorem ordinem redigere ac unum de novo hymnum addere ? Adhuc habeo luculentiora. Viscera pandunt ipsius Officii Ptolomaeus et Guillelmus de Tocco, adnotantes: *Quasi omnes figuras veteris Testamenti in Officio sancti Thomac contineri:* in eoque *compilatas* legi *veritates, quae de nova sunt gratia.* Quae utique praestat adamussim omnia Officium Aquinati tributum.

Longe diversum confecerat loannes Leodiensis ut beatae lulianae votis annueret. Specimen eius praebet Actorum auctor libro II, cap. 11, num. 9: *Percurrens,* inquiens, *multorum Sanctorum libros, Sicut apis prudentissima, divinarum sententiarum flores legebat Sacramenti Corporis et Sanguinis Christi dulcedinem sapientes: ex quibus* confectum est totum *Officium.* Scriptorum ecclesiasticorum sententias, quae aptae videbantur, colligebat loannes Leodiensis, ut Officium componeret: *veteris Testamentifiguras* adhibuit Aquinas compilavitque *veritates, quae de nova sunt gratia,* ex utroque Testamento depromptas, ut Officium conficeret, quod iniunxerat Summus Pontifex. Quam diversa utriusque ratio, quam mirum est Bollandi Continuatores non animadvertisse!

Accedit, in codice ms. Rubeae-vallis, Officium a loanne compositum incipere, *Animarum cibus:* quae verba in Officio sancti Thomae nuspiam occurrunt. Accedit etiam, eodem in codice adnotatum legi: *Urbanum IV Officium, quod ubique cantatur, instituisse.* Officium nempe proponitur ab illo loannis omnino diversum: quod *novum* denique appellat Theodoricus Vallicolor in vita eiusdem Urbani.

In Notis ad Acta beatae lulianae, specimen Officii a loanne Leodiensi compositi praebentes Continuatores Bollandi, illud esse consentiunt, quod in codice Rubeae-vallis incipit, *Animarum cibus.* Illud ipsissimum in Appendice existimant, quod proferunt ex Directorio aliisque membranis mss. in ecclesia Leodiensi divi Martini adservatis. At enim non incipit istud, *Animarum cibus,* sed *Sacerdos in aeternum :* eaque priora verba habentur in crastino festivitatis per Octavam in antiphona ad *Benedictus.* Antilogia est, qua recedentes a vero implicant se doctissimi scriptores.

Utriusque Officii diligentiore collatione facta (inquiunt), praesto cuique coniectandi ratio fuerit Officium Aquinati tributum, ex illo qfiod uberius et fusius est, sumptum fuisse, quod in eodem Directorio ac membranis Leodiensis Ecclesiae legitur. Illud fuerat imprimis probandum, Officium istud Leodiense antiquius esse Officio Aquinatis. De hac aetate nisi constiterit, lubricum et vanum ac futile argumentum instruis. Id vero neque ostensum est in Appendice laudata, neque secundis curis patefactum in Propylaeo maii. Quid? quod ex diligenti collatione facillime quisque colligat, compositum ab Aquinate Officium secundum ritum Romanum, transmissumque ab Urbano Pontifice ad Evam reclusam, cum mandatis ut illud aliis describendum traderet, receptum fuisse ab Ecclesia Leodiensi quae tum illud ad morem suum redegit, detractis vel additis, quae detrahi vel addi ritus proprius postulabat ; tum hymnos etiam ac antiphonas minorum Horarum, necnon illas quae pro singulis Octavae diebus praescriptae sunt, ex priore loannis Officio servavit: ut argumento esset apud posteros, Officium sacratissimi Corporis Christi prius fuisse Leodii celebratum.

Verissimam Natalis Alexandri responsionem hanc exempla confirmant aliarum particularium Ecclesiarum, quae Officium Thomac a Summo Pontifice Urbano adprobatum ita suscepere, ut illud aptaverint propriis ritibus moribusque. Fratrum Praedicatorum exemplum cap. 1 num 4 allatum est. Alia profert Edmundus Martene De divinis Officiis capite xxix, num. 4: «In Turonensi s. Gatiani basilica (m- » *quiens') omnes Nocturnorum antiphonae* ex eiusdem Eccle- » siae Ordinario *ter debent repeti.* In Martiniana vero eiusdem » urbis post tertium cuiusque Nocturni responsorium *Prosa* » decantatur. In breviario Tolosano In *secundis Vesperis* » pro hymno legitur prosa, *Lauda Sion Salvatorem.* In » Ordinario Argentinensi *ad Vesperas* hymnus, *Sacris So-* » *lemniis:* ad Completorium *Pange lingua* assignatur. » Breviarium addo ego Collegiatac insignis ecclesiae Foriiulii, scu civitatis Austriae in dioecesi Aquileiensi, in quo haec habentur proprio accommodata ritui. « *Ad Compl. Capitul. t* Quicumque manducaverit. *Hymnus.* Verbum supernum. » V. Posuit fines tuos pacem. *Ad* Nunc dimittis, *Ant.* Pin- » guis est panis Christi. *In Matutinis, Sex lectiones* (bre- » vissimae). *Incipit prima:* Convenit devotioni fidelium. » *In 3 Noct.* Lectiones tres, pariter breviores, *ex Homilia* » s. *Augustini.* Cum enim cibo et potu. » Haec facillime animadvertere peritissimi viri poterant, quibus aliarum Ecclesiarum Breviaria praesto erant, quae lustrarent atque conferrent.

Vim poeticam ct masculi vigoris maiestatem inesse hymno, *Sacris Solemniis,* nemo non videt: sed etiam quisque fateatur oportet, ingenium Thomac ac stylum in aliis hy-

mnis, *Pange lingua gloriosi* et *Verbum supernum,* maxime elucere, nempe simplicitatem elocutionis cum proprietate verborum et sententiarum sublimitate coniunctam. Ab his hymnis quam longe differat ingenium Leodiensis loannis, qui *invenis* erat, ipsius hymni patefaciunt, quos ex eiusdem Ecclesiae Leodiensis membranis typorum beneficio vulgarunt in Appendice citata Bollandiani. Hymnum Completorii exhibere praestat, ut insigne discrimen quisque deprehendat :

« Christus vere noster cibus, Christus vere noster potus:
Caro Dei vere cibus, Sanguis Dei vere potus.
Vera Caro quam sumimus, quam assumpsit ex Virgine:
Vere Sanguis quem bibimus, quem effudit pro homine.
Vere tali convivio Verbum caro comeditur,
Per quod viget religio, per quod caelum ingreditur.
Panis iste dulcedinis totus plenus est gratiae:
Alvo gestatus Virginis Rex est aeternae gloriae.
Huius panis Angelici saginemur pinguedine,
Ut tam pii viatici delectemur dulcedine.
O caeleste convivium! o redemptorum gloria!
O requies humilium ! aeterna confer gaudia.
Praesta Pater per Filium, praesta per almum Spiritum,
Quibus hoc das edulium, prosperum serves exitum.
Amen. »

CAPUT III.

Priorem revocat Papebrochius opinionem. Dupinius et Grancolas refelluntur. Itemque refellitur Wadingus, qui prosam, *Lauda Sion Salvatorem,* tribuit sancio Bonaventurae.

I. T^xpostulatione Natalis Alexandri visa et expensa, sen- l_^tentiam revocarunt Bollandiani. *Satisfactionem* in Propylaeo ad Acta Sanctorum maii dissertatione XXIII in vitam Urbani IV dare voluit Daniel Papebrochius : totusque in eam sententiam transiit num. 4 et 5, membranas videlicet illas Leodienses, quae fucum fecerant, unum exhibere *Officium Corporis Christi* ex gemino confectum, ex illo priore loannis Leodiensis ct ex novo sancti Thomae pro eo arbitratu, quo singulae Ecclesiae aetate illa fingebant et refingebant iuxta proprios ritus Breviaria: sibique *iam nequidem manere probabile s. Thomam, attentis circumstantiis loci, modi ac temporis, quibus is scripsit, vetus illud Leodiense Officium vidisse habuisseque prae oculis. Scripsit enim* (inquitnum.6) *Urbeveteriprocul Leodio, occasione inexpectati miraculi, animis omnium propter expectationem novae festivitatis ita accensis, ut moras longiores non paterentur.* Haec anno 1685 typis vulgaverat Papebrochius.

II. In eius attamen opinationem priorem abiit Dupinius in Bibliotheca scriptorum ecclesiasticorum: quodve sane festivum est, Papebrochium et Natalem Alexandrum, quos memorat, ad concordiam ita redigi posse existimat, ut Officii partem, quam loannes Leodiensis confecerat, suo inseruerit reformato ordinatoque Officio Thomas ; quod purum putumque est Papebrochii commentum, prius excogitatum, revocatumque postea. Dupinium transcripsit, nomine suppresso, Grancolas in Commentario historico Breviarii Romani tomo II. Tam levidensi censurae opponere satis fuerit, quae superius inconcussa allata sunt argumenta. Casimiri Oudini verba addo, quae sequuntur: « Amicus quidem Plato » est, magis tamen amica veritas'. Vidimus nos olim in » partibus Belgicis primum Officium *de Corpore Christi,* a » fratre loanne Lcodiensi compositum, quod aliud omnino » est ab ipso hodierno, quod composuit s. Thomas de » Aquino, cum quo nullam vel modicam habet similitudinem, impressum cura Abbatis Avarbodiensis optimi » senis, cuius tria nobis exemplaria ab ipso suppeditata, dum » illuc transiremus. » Quod typis editum opus, ut fertur, ignotum mihi.

Versiculum quarti responsorii, *Dixerunt viri tabernaculi mei, quis det de carnibus eius ut saturemur,* carpit Grancolas loco citato ; *Haud unquam,* inquiens, *aequo ferre animo potui verba praedicta, quae detractores lobi, aut qui necem illius machinabantur, imprecationis causa dixerunt* capite χχχι, V. 31. Nae censorem imperitum. Malo equidem sensu verba illa non pauci interpretes accepere, veluti ab lobi detractoribus aut inimicis prolata. At Ecclesiae Patres praesto sunt, Chrysostomus, Olympiodorus, Augustinus, itemque recentiores Dionysius, Lyranus, Titelmannus, loannes Ferdinandus aliique, quorum est expositio: lobi necessarios per ea verba suam ostendere benevolentiam, seque ea ergaDominum suum flagrare caritate,ut in votis habuissent ex illius, ut ita dicamus, carnibus manducare: quo pacto dicere solemus oculos vorare, blanditias deglutire. Hanc in Commentario lobi sequutus est expositionem sanctus Thomas: « Deinde perfectionem suae virtutis ostendit, quantum ad » superabundantiam bonorum, quae aliis exhibuit: et primo » quidem quantum ad domesticos suos dicit: *Si non dixerint viri Tabernaculi mei* etc. Cum enim aliquid est » delectabile ad usum comestionis, desiderant homines eius » carnibus saturari. Per hoc ergo dat intclligere, quod eius » conversatio tam fuit suis domesticis grata, quod eius carnali praesentia cuperent saturari. * Hunc etiam in Officio sensum expressit. Digna sunt animadversione verba loannis de Pineda in eumdem locum : « Libenter in rem eamdem » *(bonumque sensum)* Ecclesia haec verba usurpat *(in* » *Officio)* non quidem, ut eum sensum verborum lobi » certo statuat; sed ut pie per elegantem accommodationem » illius verbis utatur ad rem suam. Hoc enim dixerim, ne » quis existimet ullum esse in hac vel illa interpretandi » ratione fidei discrimen. Mihi profecto, cui primum non » valde, placere hoc ultimum debet. »

III. Prosam, *Lauda Sion Salvatorem,* quae in Officio Missae decantatur, eripit Aquinati Lucas Wadingus et sancto Bonaventurae adscribit. Adserti documenta postulamus. Fidem allegat ille loannis Rioche Armorici Franciscan! anno i5y6 florentis et Icremiae Buchii item Franciscani in libro *Conformitatum s. Francisci,* eiusdem cum Riochio aetatis. Longe antiquiores, synchronos et suppares nos contra adducimus testes, Ptolomaeum de Luca et Bernardum Guidonis. Ait ille : Thomam *fecisse totum Officium de Corpore Christi, tam diurnum quam nocturnum, quam etiam ad Missam et quidquid illa die cantatur.* Ait iste: Thomam *dictavisse et ordinasse totum Officium Ecclesiasticum de Corpore Christi, tam diurnum quam nocturnum, quam etiam Missae.* Idemque aetate sequiore testimonium perhibuit sanctus Antoninus: *Composuit,* inquiens, *totum Officium, tam diurnum quam nocturnum, ac etiam Missae.* Quis vero Franciscanis testibus, qui saeculo sextodecimo florebant, fidem adhibeat? Fabella est cum alia coniungenda, quae refert : Officium componendum de Corpore Christi utrique a Pontifice Urbano propositum fuisse, Thomae ac Bonaventurae : ab utroque oblatum, quod composuerat uterque : confectumque a s. Thoma praelatum a Summo Pontifice.

CAPUT IV.

Officium Corporis Christi, hymnis exceptis et capitulis, longe diversum exhibetur. Animadversiones. Sancti Thomae foetus esse non potest: deque auctore coniecturae.

I. T onge diversum proferre in lucem sacratissimi Cor- JL/poris Christi Officium mihi liceat, quod extat in vetusto Breviario Ordinis Praedicatorum, in Coneglanensi Fratrum nostrorum bibliotheca in dioecesi Cenetensi adservato. Puncta nulla supra iota in codice apparent, sed lineolae aut virgulae: quae cum rarae non sint, saeculum quartumdecimum indicare videntur. Officium accipe. « In » festo Corporis Christi. *Ad I Vesper, super Psalm. Ant.* » Gaude felix parens Ecclesia; adest novae laudis laetitia, » dum amoris tanti memoria datur nobis in coena regia: » nam in cibum ex sola gratia dat se nobis paschalis » hostia. *Capitulum.* Dominus lesus Christus. *Respons.* » Terminatis legalibus, *ut infra. Hymnus,* Pange lingua » gloriosi. V. Panem de caelo. *Ad* Magnif. *Ant.* Transit » Christus ad patris solium, habens secum turbam fide- » lium: pane firmans mentes debilium transformato in cor- » pus proprium. *Oratio.* Deus qui nobis.

« *Ad Matul. Invit.* Carnis Dominicae datum edulium » laudet mirifice turba fidelium. *Hymnus,* Sacris solemniis. » *In i. Noct. Antiph.* Lignum in mundo complantatum » sacrae Virginis, nobis gratiae tempore fructum dedit dulce- » dinis. *Psalm.* Beatus vir, *cum reliquis. Ant.* Vinum factum » Sanguinem Christus elargitur, ex quo mens dulcedinem » spiritus sortitur. *Ant.* Dominus sors calicis et hereditatis, » calice quos reficis iunge beatis. V. Panem de caelo.

» *Lectio* r. («) Transiens de mundo ad Patrem Salvator » noster Dominus Iesus Christus, cum tempus passionis » instaret, sumpta coena, in memoriam mortis suae insti- » tuit summum et magnificum sui Corporis et Sanguinis » Sacramentum, Corpus in cibum et Sanguinem in potum » tribuendo. Nam quotiescumque panem hunc manduca- » mus et calicem bibimus, mortem Domini (/>) nunciamus. » In institutione quidem huius salutiferi Sacramenti dixit » ipse Apostolis: Hoc facite in meam commemorationem, » ut praecipuum memoriale sui amoris eximii, quo nos » dilexit, esset nobis hoc (c) pretiosum et venerabile Sa- » cramentum. *Respons.* Mundum vocans ad agni nuptias, » hora coenae paterfamilias, saginati vituli varias parat » delicias. V. Ad hoc convivium tam permagnificum vocat » per Filium coetum catholicum. Saginati.

» *Lectio* ii. *(d)* Memorabile est, inquam, mirabile ac » stupendum, delectabile ac suave, (e) carissimum et super » omnia pretiosum : in quo innovata sunt signa et mira- » bilia immutata. In quo habetur omne delectamentum et » omnis saporis suavitas, ipsaque dulcedo Domini degu- » statur. In quo utique vitae suffragium consequimur et » salutis. Hoc est memoriale dulcissimum, memoriale san- » ctissimum, memoriale salvificum : in quo gratam redem- » ptionis nostrae recensemus memoriam. In quo a malo re- » trahimur, confortamur in bono et ad virtutum et gratiarum » proficimus incrementum. In quo profecto (/) reficimur » ipsius corporali praesentia Salvatoris. *Responsor.* Datum » mundo in vitae ferculum Corpus Christi, Sanguis in » poculum, mutant digne sumentem populum tam san- » ctum pabulum. V. Pater namque proprium Filium via- » tori dat in solatium. Tam sanctum.

» *Lectio* ni. Alia namque, quorum memoriam agimus, » spiritu menteque complectimur; sed non propter hoc » realem eorum praesentiam obtinemus. In hac vero Sa- » cramenti Christi commemoratione ipse Christus prae- » sens (g) corporaliter ct veraciter est nobiscum. Ascen- » surus enim in caelum dixit Apostolis eorumque se- » quacibus: Ecce ego vobiscum sum omnibus diebus usque » ad consummationem saeculi. Benigna (Λ) ipsius promis- » sione confortantur, quia remaneret et esset cum eis etiam » per praesentiam corporalem (i). Qua mortem nostram » recolimus mortuam, nostrumque interitum vitae obitu » interiisse : ac lignum vivificum, ligno mortis affixum, fru- » ctum nobis attulisse salutis. *Respons.* Verbum caro carni » coniungitur, in qua panis natura utitur, verus cibus con- » ficitur, quo Christus sumitur. V. Solae panis remanent » species, in quas sensus intendit acies. Verus cibus. Gloria.

» *In* 2 *Noct. Antiph.* Sacrificii Domine memor esto fi- » delium, quibus carnis cum sanguine das pingue sacrifi- » cium. *Psalm.* Exaudiat. *Ant.* Praeclarus est calix inebrians, » praeparata mensa nos satians, ne tribulet hostis insidians. » *Psal.* Dominus regit. *Ant.* Vera fiat confessio, adsit et » exultatio, sonus sit in convivio epulantis cum gaudio. » *Psal.* Quemadmodum. V. Cibavit eos.

» *Lectio* iv. Haec commemoratio gloriosa, quae fidelium » animos replet gaudio salutari, et cum infusione laetitiae » devotionis lacrymas subministrat. Exultamus nimirum, » nostram rememorando libertatem; et recolendo passionem » Dominicam, per quam liberati sumus, vix lacrymas con- » tinemus. In hac itaque sacratissima commemoratione ad- » sunt nobis suavitatis gaudium, simul et lacrymae, quia » et in ea (Z) gaudemus pie lacrymantes et lacrymamur » devote gaudentes, laetas habendo lacrymas et laetitiam » lacrymantem. Quia et cor nostrum ingenti perfusum » gaudio, (wi) per oculos stillat guttas. O divini amoris » immensitas, (n) nimiae pietatis abundantia, divinae af- » fluentia largitatis! *Respons.* Pauperibus parat convivium » Iesus, in coena dans corpus ipsum, ut in via sit viati- » cum, qui futurus est eis praemium. V. Apostolos signat » character, ut deinceps possint conficere. Qui futurus.

» *Lectio* v. Dedit enim Dominus omnia, quae subiecit » sub pedibus nostris et super universas terrae creaturas » contulit nobis dominii principatum et ministris (f. mi- » nisteriis) spirituum supernorum nobilitat et sublimat ho- » minis dignitatem. Administratorii namque sunt omnes in » ministerium propter eos, qui hereditatem capiunt desti- » nati. Et cum tam copiosa fecerit erga nos eius magni- » ficentia, volens adhuc ipse in nobis suam exuberantem » caritatem praecipua liberalitate monstrare, semetipsum » nobis exhibuit et transcendens omnem plenitudinem lar- » gitatis, omnemque modum dilectionis excedens, tribuit » se in cibum. Quam singularis et admiranda liberalitas, » ubi donator venit in donum et datum est idem penitus » cum datore ! *Responsor.* Panis oblatus caelitus in altari » proponitur, ex quo bene dispositus homo mente refici- » tur. V. Confortantem cor panem sumite et pro vino San- » guinem bibite. Ex quo.

» *Lectio* vi. Quam larga et prodiga largitas, cum tri- » buit quis seipsum ! (o) Et sic largiendi superabundat » affectus, quo amplioribus rerum sparsa donariis, in lar- » gitionem insuper effunditur largitoris, tanto plenius adim- » pleta, quanto copiosius effusa. Dedit ergo se nobis Sal- » vator in pabulum, (p) per cibum ipse nos relevaret ad » vitam. Et qui cecidit homo per cibum ligni morti- » feri, relevatus est homo per cibum ligni vitalis. In » illo pependit esca mortis, in isto vitae alimentum. Illius » esus intulit laesionem, istius gustus attulit sanitatem. » Gustus sauciavit ct gustus sanavit. Et unde (7) malum » est ortum, prodiit et medela et unde mors subiit, exinde » vita venit. De illo siquidem gustu dicitur: Quocumque » die comederis, morieris. De isto legitur: Si quis man- » ducaverit ex hoc pane vivet in aeternum. *Responsor.* » Granum excussum palea, cadens in terram moritur: sur- » git messis triticea, de qua panis conficitur, quo in al- » taris area plebs Christiana pascitur. V. Nisi lotus ab omni » scelere non praesumat panem hunc edere. Quo in al- » itaris. Gloria.

» *In 3 Noct. Antiph.* Laetus introibo ad altare Dei, in » quo vescor carne Salvatoris mei. *Psal.* ludica. *Ant.* Ci- » bavit ex adipe Christus nos frumenti : illud ergo suscipe » cum corde fruenti. *Psal.* Exultate. *Ant.* Turtur est Ecclesia, » pulli plebs fidelis, quibus dant altaria pabulum de caelis. » *Psal.* Quam dilecta. *Vers.* Educas panem de terra. »

(Homil. ut in opusculo s. Thomae.) *Respons. 7.* « Fe- » lix vitis, quam pater omnium transplantavit in hoc exi- » lium, de qua fluit vinum egregium, potus fidelium. » *Vers....* in fide divites sunt huius vitis palmites. De qua. » *Responsor.* 8. Discedentem hinc Dei filium digne laudet » fidelis concio: tunc se dedit nobis in... pretioso pascens » convivio. *Vers.* Quicumque digne se reficit ct caeli.... » perficitur. Pretioso. *Responsor, g.* Terminatis legalibus » cibis, Christus instituit Pascha novum fidelibus, quibus » se cibum praebuit : in quo praesens credentibus, hinc » discedens, non defuit. *Vers.* Praesens in mentis oculis » sub Sacramenti specie semper est cum discipulis, prae- » bens fluenta gratiae. In quo. Gloria.

(a) Transiturus, in Bulla Urbani IV.
(*b*) Annunciamus.
(c) Praecelsum.
(</) Memoriale.
(e) Tutissimum.
(/) Proficimus.
(g) Sub alia quidem forma, in propria vero substantia est nobiscum.

(Λ) Ipsos... confortans.
(1) O digna et nunquam intermittenda memoria, in qua.
(/) Congaudemus.
i *m)* Dulces per oculos.
fn) Divinae pietatis superabundantia.
(o) Haec in Bulla Urbani IV desiderantur verba usque, *dedit.*
(p) Ut quia per mortem homo corruerat.
(?) Vulnus.

» *Ante Laud. Vers.* Oculi omnium in te sperant Do-
» mine. *Resp.* Et tu das illis escam in tempore opportuno.
Laud. Ant. Adest dies laetitiae collegio fidelium, qui-
» bus praebet quotidie Dominus corpus proprium. *Ant.*
» Pauper sanctorum omnium carnem assumendo, nutrit
» gregem ovium, hac carne pascendo. *Antiph.* Scala caeli
» ponitur Christus, quam tenendo grex fidelis pascitur, ad
» caelum tendendo. *Ant.* Linguae laudent, Domine, te no-
» strum pastorem, qui Carne cum Sanguine pascis viatorem.
» *Ant.* Fulget mater Ecclesia in supernis choris, cibata
» Carne propria nostri Salvatoris. *Capitul.* Dominus Iesus.
» *Hymnus,* Verbum supernum. *Ad* Bened. *Ant.* Carnis ci-
» bum et potum Sanguinis escam nobis dat caeli agminis,
» ut in huius campo certaminis virtute firmetur cor ho-
» minis.

» (*Ad Tert. et reliquas Horas* capitula et respons. ut
» in Officio sancti Thomae.) *Ad* Magnif. *Ant.* O lumen
» Ecclesiae, cibus viatorum et corona gloriae coetus beato-
» rum, corpus tuum hodie venerantem chorum, duc so-
» luta scarie ad regna caelorum. *Per Octavam ad* Bened.
» *Ant.* In conspectu nostro mensam praeparasti Christe
» Deus, temetipsum dans in pensa, non me laudet hostis
» meus.-*Ad* Magnif. *Ant.* Adeps admirabilis nobilis fru-
» menti, potus delectabilis datur Sacramenti. »

II. In hoc Officio, ut iam cuique constat, communia sunt cum illo sancti Thomae, *capitula, hymni, versiculi, lectiones de homilia, responsoria Horarum:* caetera innotescunt diversissima. Sex lectiones priores ex Bulla Urbani IV depromptae sunt. Auctorem ex Ordine Praedicatorum quisque agnoscat, qui paullo attentius animadverterit, sibi in Officio Sacramenti conficiendo imitandum proposuisse Officium sancti Dominici, quod confectum a beato Iordano aliqui arbitrantur aliique a Constantino Medice, Urbevetano Episcopo, qui vita migrasse anno 1258 creditur. Collatio sequens rem patefacit omnem.

In I Vesp. Ant. super Psal. *Gaude felix parens Hispania.*	In Officio Sacramenti Ant. *Gaude felix parens Ecclesia.*
Ad *Magnif.* Antiph. *Transit pauper ad regni solium.*	Ad *Magnif.* Antiph. *Transit Christus ad patris solium.*
Respons. i. *Mundum vocans ad agni nuptias.*	Respons. 1. *Mundum vocans ad agni nuptias.*
Responsor. 2. *Datum mundo pro mundi gloria.*	Responsor. 2. *Datum mundo in vitae ferculum.*
Respons. 3. *Verbum vitae.*	Respons. 3. *Verbum caro.*
Respons. 5. *Panis oblatus caelitus.*	Respons. 5. *Panis oblatus caelitus.*
Respons. 6. *Granum excussum palea.*	Respons. 6. *Granum excussum palea.*
Respons. 7. *Felix vitis.*	Respons. 7. *Felix vitis.*

Quinque demum Antiphonae *Laudum*, ad *Benedictus* et ad *Magnificat* idem utrobique initium habent: *Adest dies laetitiae, Pauper, Scala, Linguae, Fulget, Carnis, O lumen Ecclesiae.*

III. Quisnam fuerit auctor? Non esse Aquinatem, compertissimum est. Peremptorium unum adhibeo argumentum. Veteres namque scriptores, Ptolomaeus de Luca et Guillelmus de Tocco, luculentissime testantur in Officio Sacramenti, quod Aquinas composuit, *quasi omnes veteris Testamenti figuras* comprehensas fuisse, *adaptatas* ad *Eucharistiae Sacramentum:* quae non habentur ullae in hoc, quo de agimus, Officio. Papebrochius in Propylaeo maii in Paralipomenis dissert. XL1II, al. XXIII recenset eiusdem festivitatis aliud Officium proprium, a Ioanne Caroli florentino Ord. Praedic, compositum. Vita migravit ille i5o3 vel 1515; unde recentior est, quam ut superius Officium eidem tribui queat. Inter Opera Alberti Magni, quae nondum lucem viderunt, ex Laurentio Pignon et Ludovico Valleoletano refert Echardus, *Unum Officium de Corpore Christi, quod non est in usu communi Ecclesiae, cum diversis prosis de eodem Sacramento.* An ergo Officium superius tribui Alberto debeat? Divinare nolim.

Fuerit ne praeterea alicubi in usu apud fratres Praedicatores? Illud ego primum coniector, Breviarium, in quo praedictum prostat Officium, in usu fuisse in aliquo Germaniae coenobio: sancti namque sanctaeque plures, quae in Litaniis in eodem descriptis invocantur, peculiari in Germania colebantur veneratione, *Voldaricus, Columbanus, Gallus, Othmarus, Magnus, Fida, Verena.* Item animadvertere praestat, institutionem Solcmnitatis, Bullamque Urbani Quarti, ob tumultus bellicos, quibus Europa pene tota agitabatur, suum effectum adsecutam non fuisse: Bullam eamdem iterum anno 1311 a Clementc V peculiari confirmatam Constitutione, quam Reges Galliae et Angliae et Aragoniae susceperunt: susceptamque demum in universa Ecclesia post aliam a Ioanne XXII editam Constitutionem anno 1316. Quidni praedictum Officium intra illud temporis intervallum in aliquo coenobio Germaniae celebratum fuerit? Aetas haec fortasse ex eo colligi potest, quod in Litaniis memoratis festum sancti Thomae additum in margine legitur, idemque festum in Calendario praemisso alia manu *ad nonas martii* scriptum videtur: quod utique factum post annum 1323, quo Doctor Angelicus Sanctorum fastis adseriptus fuit. Quo ex tempore, nulla videtur dubitandi ratio quin Officium sancti Thomae susceperint particulares omnes Ecclesiae, ritibus moribusque propriis accommodatum.

CAPUT V.

Opuscula duo, De venerabili Sacramento Altaris et De Sacramento- Eucharistiae, non sunt Aquinatis. Eorum auctor ignotus.

I. Γnter Opuscula, post Officium sacratissimi Sacramenti, lelucubrationes duae num. LVI1I et LIX recensentur: prima, *De venerabili Sacramento Altaris:* altera minori charactere vulgata, *De Sacramento Eucharistiae ad modum decem Praedicamentorum.* Neutram veteres diligentissimi nomenclatores memorant. Hanc in utrumque Opusculum censuram exercet Barbavara: « Opusculum LV11I *DeSacra-*
» *mento Altaris* copiam quidem, atque eruditionem Aqui-
» nate non indignam praesefert: sed versatur in exemplis
» quibusdam abiectioribus. Quale illud est (capite ix) quod
» Sacramentum *pastillo* non semel comparat. Insuetis et
» omnino vocibus barbaris utitur, quales sunt illae (ibi-
» dem): *Pluviarium* pro nimbo, *vitrifiais* pro artifice vi-
» trorum, *coniunctus* pro indiviso et id genus. Illa etiam
» distinctio trimembris signorum (ibidem) in *naturalia, ar-*
» *tificialia et sacramentalia* prorsus arte caret, cum Sacra-
» menta sub altero priorum membrorum cadant, utpote
» quae arte divina posita atque instituta sint. Talis etiam
» est illa cap. xvu: *Quidam,* inquit, *manducant et non*
» *manducant: alii non manducant et tamen manducant:*
» *alii manducant et manducantur.* Eadem saepius repetit
» usque ad nauseam. In altero *eiusdem argumenti* Opu-
» sculo LIX eadem deprehenduntur vitia: quare vel utrum-
» que vel neutrum obelo notandum est. Ego utrumque
» mallem. »

II. Opusculum prius prostat inter Opera Alberti Magni tomo XII non in capita xxxn sed totidem in sermones tributum, cum *prologo,* qui desideratur apud sanctum Thomam. Annuit Iacobus Echardus, ut hocce Opusculum vel Sermones Alberto Magno adiudicentur: non consentit Oudinus ob vocum aliquarum barbariem, quae Magnum etiam Albertum dedecere videntur.

Huiusce Opusculi facta comparatione cum altero, *De Sacramento Eucharistiae ad modum decem Praedicamentorum,* certiore istud fundamento, quam illud abiudicandum Thomae pronunciat Casimirus Oudinus. Haec eius in hanc rem argumenta. Secundo namque capite fabulosa narratio allegatur sancti Ioannis Evangelistae, *convertentis virgas ligneas in aureas et lapides arenae in lapides pretiosos.* Capite tertio scholae doctores vocantur *doctores catholici,* cum tamen Aquinas eos appellare *magistros* consueverit. Et capite quinto, ubi de intentione Ministri ad consecrandum requisita agitur, scholasticorum aliqui dicuntur *doctores summi et maximi;* titulo utique haud ipsi consueto. Verus itaque Opusculorum auctor latet. Haec vero satis.

DISSERTATIO XXII.

De Opusculis, De regimine Principum ad Regem Cypri, itemque De eruditione Principum atque De regimine Iudaeorum ad Comitissam Flandriae.

CAPUT I.

Opus De regimine Principum ad Regem Cypri sancto Thomae Aquinati adiudicant veteres: quis ille Rex Cypri. Libri quatuor, qui prostant, non unum Opus conficere videntur, sed opera duo diversa. Primi Operis pars maior est Aquinatis, reliqua Ptolomaei Lucensis.

I. j&2»^^3Æs^icesimum in editione Romana numeratur ""A V/O.Opusculum, *De regimine Principum ad* V ? *Regem Cypri.* Elucubrationem hanc ab yfeA Aquinate concinnatam tradunt veteres. /M/Ptolomaeus Lucensis in Hist. eccl. lij^^y/^yc^bro XXIII, capite xm sic ait: « Item ' J » tractatus *De regimine Principum,* qui » sic incipit: *Cogitanti mihi quid offerrem.* Quem librum » scripsit ad Regem Cypri. » Bartholomaeus Logotheta: *De regno ad Regem Cypri.* Bernardus Guidonis: *Tractatus De regimine Principum ad Regem Cypri: qui incipit, Cogitanti mihi quid offerrem regiae celsitudini dignum.* Nicolaus Trivetus: *De regno ad Regem Cypri.* Ioannes de Columna: *De regimine Regum ad Regem Cypri: quod quidem opus minime complevit.* Consentiunt Pignonus, Valleoletanus, s. Antoninus.

Quis ille fuerit *Rex Cypri?* Io. Paulus Nazarius vocat *Americum:* at Cypri regnum tota Aquinatis aetate administravit nemo, qui *Americus* appellaretur. Stephanus de Lusignano in genealogia Regum Cypri apud Echardum, esse *Hugonem III* e stirpe Lusiniana, Principem primo Antiochiae, circa annum 1267 Regem Cypri, demum Hierosolymorum Regem. *Hugoni II* qui praecesserat, anno 1266 vel insequenti denato, cum annorum aetatis quatuordecim esset, inscriptum Opusculum verisimilius existimat Echardus. Ipsum consule egregie disserentem.

II. In *Libros quatuor* tributum opus exhibent codices mss. ac typis edita exempla. At Opuscula duo distinguenda esse, tributa singula in libros duos, verissime animadvertit doctissimus Echardus. In fine libri primi haec habentur: *Haec igitur sunt, quae ad regis officium pertinent, de quibus per singula diligentius tractare oportet.* Argumenta indicantur, quae libro secundo exponi debeant. In huius calce postrema haec verba sunt: *Haec igitur de pertinentibus ad regimen cuiuscumque dominii, sed praecipue regalis in hoc libro in tantum sint dicta.* His utique verbis satis indicat auctor, de dominio sibi nihil superesse addendum: unde nexus etiam nullus apparet, quo sicuti primus cum altero, ita iste cum tertio libro connecti debeat.

In ipso libro tertio initium sumitur ab ovo: agiturque de origine dominii, quod esse a Deo ostenditur. In Praefatione primi libri dixerat auctor: *Occurrit... ut Regi librum de regno conscriberem: in quo et regni originem et ea quae ad Regis officium pertinent, secundum Scripturae divinae auctoritatem, philosophorum dogmata et exempla laudatorum Principum diligenter depromerem.* Tum originem dominii capite 1 patefacit hisce principiis: 1. *Hominis est aliquis finis, ad quem tota vita eius et actio ordinatur: 2. Naturale est homini, ut sit animal sociale et politicum, in multitudine vivens: 3. Est necessarium homini, qui in multitudine vivit, ut unus ab alio adiuvetur: 4. Si naturale est homini quod in societate multorum vivat, necesse est in hominibus esse, per quod multitudo regatur.* Regentis domini seu dominii origo patet. Haec eadem origo exponenda adsumitur libro tertio: eademque capite 1 sumitur, *considerata natura entis;* capite ii, *ex consideratione motus:* capite in, *per considerationem finis.* Quid opus erat, rem a principio redauspicari? Variam etiam animadverte methodum differentemque doctrinam.

A versiculo sacrae Scripturae tum libri tertii, tum quarti sumitur initium. Tertius incipit: « Et quia *cor Regis in* » *manu Dei, quocumque voluerit inclinabit illud* ut in Pro» verb, xxi scribitur: quod et ille magnus Monarcha in » Oriente Cyrus, videlicet Rex Persarum, per publicum » confitetur edictum. » Quarti initium est: « *Constitues* » *eos principes super omnem terram, memores erunt no*» *minis tui Domine* (Psal. xliv). Licet dominium omne sive » principatus a Deo sit institutus etc. » Non ita se gerit in duobus prioribus auctor: qui propterea diversum ab auctore posteriorum se prodit.

III. Primum igitur Opus Aquinati adiudicandum evincunt probatissimi veteres nomenclatores, qui huiusce argumenti elucubrationem ad Regem Cypri inter genuina recensent eiusdem Opera. Hanc *minime* ab Aquinate *completam* diserte adnotat Ioannes de Columna.

Paulus Frigerius, Oratorii Romani sodalis, in vita s. Thomae italice scripta, haec habet animadversione dignissima libro I, capite x, num. 7: L'opuscolo « *De regimine Princi*» *pum,* in quattro libri compilato, fu condotto da Tommaso » fino al mezzo del quarto capitolo dei secondo libro, cioè » infino a quelle parole: *Opportunum est igitur in conversa*» *tione humana modicum delectationis quasi pro condimen*» *to habere, ut animus hominis recreetur.* Ed il rimanente » fu seguitato da Tolomeo Lucchese dei medesimo Ordine, » discepolo del Santo: come chiaramente apparisce da un » antico manoscritto de' medesimi Opuscoli volgarizzati, » somministratomi dalla somma benignità di Papa Ales» sandro VII, santa memoria. Ove sopra le allegate parole » del quarto capitolo dei secondo libro leggesi nella mar» gine cosl notato: *Qui finisce secondo il b. Tommaso.* » Hanc roborant animadversionem codices mss. Parisiensis Genovefianus desinit ad illa verba eiusdem quarti capitis, quae sic efferuntur: *Optimum est autem in conversatione humana.* Consonat Venetus bibliothecae sanctorum Ioannis et Pauli: ac favet etiam Victorinus Parisiensis apud Echardum, qui ad ea procedit quinti capitis verba: *Ac diffusius documentum tradidit.*

Partem reliquam libri secundi complevisse Ptolomaeum Lucensem, idque egisse ipsum ex Thomae Aquinatis schedis verisimillimum est. Codicem florentinum mediceum indicat laudatus Echardus, in quo haec habentur: *Liber De re'ge et regno, inceptus a vener. Doctore s. Thoma de Aquino Ordinis Praedicatorum, postea completus a fr. Ptolomaeo de Lucha eiusdem Ordinis, qui tandem fuit Episcopus Torcellanus.* Haec etiam verba habet codex a Frigerio allatus in calce totius Operis: *Qui compie il quarto*

libro del re e dei regno, cominciato dal ven. Dottore S. Tomaso d'Aquino, poscia compiuto da fra Tolomeo da Lucca del medesimo Ordine, che fu Vescovo di Torcello. Operam suam contulisse Ptolomaeum ut coeptum a Doctore Angelico perficeret Opus satis constat: num vero praeter libri secundi partem, addiderit ipse tertium librum et quartum infra discutiendum.

CAPUT II.

Io. Ambrosii Barbavara censura: animadversiones in primam eiusdem partem, quae priores libros duos abiudicat ab Aquinate. Aequior est pars altera in duos posteriores. Hi Ptolomaeo Lucensi tribui solent.

I. /^ensurae, qua Io.' Ambrosius Barbavara notavit Opuv_>sculum, pauca verba affert Petrus de Alva in prologo Sol. Ver., nempe, *Ab auctore inferioris classis compositum esse pleraque fidem faciunt:* itemque, *Talia vero meditatum divum Thomam ego nusquam crediderim, licet fuerit potestatis Pontificiae assertor gravissimus.* At quae reprehendat Barbavara (inquit Echardus) non addit Alva. Integram ego censuram profero:

« Opusculum XX *De regimine Principum,* ab auctore » longe inferioris classis compositum esse pleraque fidem » faciunt: praesertim vero ordo ubique neglectus. *Primo* » libro cum probandam suscepisset necessitatem regiminis » ex hoc, quod homo natura est animal sociale: atque haec » necessitas non ex qualibet hominum societate et congre- » gatione colligatur, sed ex ea tantum, quae dicitur *civi-* » *tas;* constituenda sibi fuerat a principio ratio civitatis, » quod tamen non fecit nisi quarto libro. Eratque statim » aperienda distinctio illa dominii *in despoticum* et *politi-* » *cum* ut appareret, utrum illorum necessarium foret civi- » tati constituendae: quae consideratio ab illo reficitur in » *septimum usque caput secundi libri.* Tum vero, quia qui- » libet homo a natura liber videtur, monstrandum subinde » erat, quod non solum homo natura dominus est bruto- » rum animalium; sed etiam inter ipsos homines quidam » sunt aliorum natura domini et proinde regimen tum iure » naturali, tum etiam divino constare: quae tamen in *ter-* » *tio* tantum *libro* locum apud ipsum meruere *capp.* i, n » *et* vin. Sic vero stabilita ratione dominii, distinguendum » illud fuerat in suas partes et distribuendum in *regimen* » *unius et multorum;* item in *spirituale èt temporale,* ex » quo de regimine etiam Pontificio sermonem facturus erat » *capite decimo tertii libri.* Atque collaudato prae caeteris » temporalibus *dominio Regali,* quod facit *capite* ni, iv *et* v » *primi libri,* ostendendum erat quodnam sit eius munus, » antequam stylum conferret ad ea, quibus Reges impelli » debent ad bene administrandum. Quare xn, xm *et* xiv *ca-* » *pita primi libri* praeponenda fuissent vu, vni, ix et x at- » que undecimo capitibus eiusdem libri. Ad haec, cum illae » conditiones, quas exigit a principe in *secundo libro,* sint » communes cuilibet regimini et non solum regio, ut ipse- » met auctor veritate coactus protestatur *in fine eiusdem* » *libri;* prius omnium regiminum species tractandae erant, » nec differenda erat sua politia usque ad *quartum.* Sed » haec de ordine : nam in singulis quoque libris aliquid est, » quod praesentem censuram subire merito possit. *Primi* » *libri capite* x discrimen importune affert *inter servum et* » *liberum:* importune, inquam, cum ea differentia nulli de- » inceps usui sibi fuisse appareat. In *ultimo capite* officium » esse ait principis ut per legem divinam edoctus, illa mul- » titudini curet, per quae vitam aeternam consequatur : » quasi in hunc finem immediate tendat civilis potestas. Ita » vero triumphabunt recentiores haeretici, qui omnia prin- » cipibus deferunt in contemptum Pontificiae Maiestatis. » Verum hic error accidit ex perturbato dicendorum or- » dine, quo fit ut potestates inter se confundat et earum mu- » nera. Dumque studet principem tum politicum, tum » Christianum formare, neutrum instituit, sed alit mon- » strum. Quemadmodum etiam in *secundo libro, capite* m; » ubi dum commercium extraneorum damnat, se Aristo- » telis potius, quam Pauli discipulum prodit. Nam Paulus » ait: In Christo Iesu non est masculus et femina, gentilis » et iudaeus, barbarus et scytha. » Censurae pars alia inferius describenda erit.

Non vereor, ne Ambrosio Barbavarae, perturbatum primi et secundi libri ordinem existimanti, peritus quisque attentusque lector non dissentiat, ordinemque ab ipso propositum facillime non reficiat. Optimum primi et secundi libri ordinem non vidit, vulgata opinione deceptus de uno eodemque Opere, *De regimine Principum,* in *libros quatuor* tributo. Duplex distingue opus ac rectissimus, Aquinate dignus, in Opere priore apparebit ordo. Namque *capite i* evincitur, homines simul viventes ab aliquo diligenter regi oportere: *capite* n, utilius ac tutius esse regi per unum quam per plures: *capite* m, unius dominium, cum iustum est, optimum esse: *capite* iv, apud Romanos quidem auctam esse amplificatamque rempublicam sub dominio multorum : *capite* v, plurium attamen dominium facile degenerare in tyrannidem posse : *capite* vi, hinc dominium unius apparere optimum: *capite* vn, praemium sibi regem ob rectam administrationem praefigere non debere honorem et gloriam et bona mundana: *capite* vni, imo aeternam beatitudinem : *capite* ix, et eminentem quidem caelestis beatitudinis gradum : *capite* x, regibus attamen, qui iuste regunt, temporalia quoque commoda et emolumenta obvenire : *capite* xi, inter haec vero computari divitias, potestatem, honorem, famam : *capite* xn et xm, officium regis a forma regiminis naturalis desumendum esse: *capite* xiv, itemque oportere, ut rex in gubernatione imitetur gubernationem mundi: *capite* xv, regis proinde curam esse, ut subditos ad vitam agendam secundum virtutem disponat. Peculiaria officia regis *libro secundo* exponuntur, rectissimo servato ordine; ac *primo capite* de civitate et castris instituendis agitur: *capite secundo* de locis eligendis, ubi civitates et castra erigantur: *tertio capite* de curanda copia rerum victualium: *capite quarto* de locorum amoenitate, quae minime negligi debeat: *capite quinto* de naturalium divitiarum affluentia. Hactenus vero s. Thomas. Coepto officiorum regis ordini auctor haesit, qui opus complevit.

Quid est vero, quod censor thesim illam reprehendat, quae libro I, capite xv, legitur: *Ad regis officium pertinet, ea ratione vitam multitudinis bonam procurare, secundum quod congruit ad caelestem beatitudinem consequendam 2* An repugnantem putaveris ipsum Thomam, qui Quodl.XII, art. xxiv ait: *Finis, quem intendit legislator civilis est pacem servare inter cives; finis autem iuris canonici tendit ad quietem Ecclesiae et salutem animarum 2* Antilogiae suspicionem tollit omnem Dominicus Soto libro I De iustitia et iure, qu. vi, art. rv: *Principis finis,* inquiens, *licet proximus sit quietus status reipublicae; supremus tamen est sempiterna felicitas, ad quam ille temporalis finis tendit.* Hinc perperam superiora Aquinatis verba a Barbavara intellecta: *Quasi in finem aeternae beatitudinis immediate tendat civilis potestas.*

Timet etiam idem censor, ubi nullus timor : ac si *triumphare debeant haeretici, qui omnia principibus deferunt in contemptum Pontificiae Maiestatis.* Imo ad incitas haereticos adigit Doctor Angelicus capite xrv: « Sed quia finem » fruitionis divinae *(inquiens}* non consequitur homo per » virtutem humanam, sed virtute divina, iuxta illud Apo- » stoli ad Rom. vi (v. 23): *Gratia Dei, vita aeterna:* per- » ducere ad illum finem non humani erit, sed divini re- » giminis. Ad illum igitur regem huiusmodi regimen per- » tinet, qui non est solum homo, sed etiam Deus, scilicet » ad Dominum nostrum Iesum Christum.... Huius ergo » regni ministerium, ut a terrenis essent spiritualia distincta, » non *terrenis regibus,* sed *sacerdotibus* est commissum » et praecipue *Summo Sacerdoti, successori Petri, Christi* » *Vicario, Romano Pontifici:* cui omnes reges populi chri- » stiani oportet esse subditos, sicut ipsi Domino Iesu Chri- » sto. » Utriusque potestatis originem longe lateque diversam docet Thomas.

Aeque robusto depellit brachio haereticorum audaciam capite xv, vel eo loco, quem imprudens notavit Barbavara: « Si igitur, *inquiens,* qui de ultimo fine curam habet, prae- » esse debet his, qui curam habent de ordinatis ad finem

» et eos dirigere suo imperio; manifestum ex dictis fit, » quod rex, sicut dominio et regimini, quod administra- » tur *per sacerdotii officium,* subdi debet, ita praeesse » debet omnibus humanis officiis et ea imperio sui regi- » minis ordinare. Cuicumque autem incumbit aliquid per- » ficere, quod ordinatur in aliud, sicut in finem, hoc debet » attendere ut suum opus sit congruum fini.... Quia igitur » vitae, qua in praesenti bene vivimus, finis est beatitudo » caelestis, ad regis officium pertinet ea ratione vitam » multitudinis bonam procurare, secundum quod congruit » ad caelestem beatitudinem consequendam: ut scilicet ea » praecipiat quae ad caelestem beatitudinem ducunt et eo- » rum contraria secundum quod fuerit possibile interdicat. » Quae autem sit ad veram beatitudinem via et quae sint » impedimenta eius, ex lege divina cognoscitur, cuius do- » ctrina pertinet ad *sacerdotum* officium. » Verissima et optima sunt documenta, quae Cyprio Regi instruendo traderet Thomas Aquinas.

Neque pluris censura aestimanda est, qua doctrina notatur tertio capite libri II tradita. Ait auctor: « Dignior » est civitas, si abundantiam rerum habeat ex territorio » proprio, quam si per mercatores abundet.... Nam civitas, » quae ad sui sustentationem mercationum multitudine in- » diget, necesse est ut continuum *extraneorum* convictum » patiatur. *Extraneorum* autem conversatio corrumpit plu- » rimum civium mores, secundum Aristotelis doctrinam in » sua Politica etc. » Ait vero censor: « Dum commercium » *extraneorum* damnat, se Aristotelis potius, quam Pauli » discipulum prodit. Nam Paulus ait: *In Christo Iesu non* » *est masculus et femina, gentilis et iudaeus, barbarus* » *et scytha,* ad Coloss. cap. m , V. n. » Quam inepta Apostolici textus adplicatio, quo vocatio omnium gentium ad Religionem Christianam, ad Ecclesiam, ad Iesum Christum, ad salutem aeternam significatur !

II. Solidiore nixus fundamento censuram exercet Barbavara in tertium librum et quartum: quibus diversum confici opus iam adnotavimus. Verba eius sunt : « In tertio » libro, nullo prorsus iacto fundamento, *sacerdotale domi-* » *nium,* quasi spontaneum quemdam foetum, in lucem » profert (capite x). Item iudicio quodam nimis praecipiti » *Federicum, Conradum et Manfredum,* tanquam omnium » sceleratorum refugium, notat. Potestatem tam tempora- » lem, quam spiritualem Romani Pontificis confirmari pu- » tat ex loco Matthaei xvr : *Quodcumque solveris super ter-* » *ram* etc.: quasi Romanus Pontifex divino iure sit Domi- » nus temporalis, plane nihil distinguens inter potestatem » eius temporalem et potestatem quam habet in tempora- » libus in ordine ad spiritualia (loco citato). In xit capite » connumerat Christi monarchiam cacteris huius mundi » monarchiis, parum considerans ea verba (Ioan, xm): » *Regnum meum non est de hoc mundo.* Quod et apertius » explicat capite xvt ubi ait: Christum, licet ab infantia Rex » esset Regum, permisisse tamen ut Imperatores aliquot » regnarent usque ad Constantinum. Quem ad hoc lepra » percussit ut cederet beato Silvestro dominium orbis: ex » quo consequens .est, quotquot ante Constantinum Cae- » sares fuerunt, malae fidei possessores fuisse. Talia vero » meditatum fuisse divum Thomam ego nusquam credi- » derim, licet fuerit potestatis Pontificiae assertor semper » gravissimus. In capite xx Imperialis regiminis novam do- » minii formam comminiscitur, quam neque *Regalem* ne- » que *Politicam* esse ait, non advertens quod divisio illa » regiminis in *Regale* et *Politicum* inevitabilis est, utpo- » te quae sumitur a differentiis per negationem et affirma- » tionem oppositi. Videlicet omne regimen vel est unius, » vel plurium : ut mittam interim quam imperite probet » assumptum. In quarto demum libro notat Aristotelem, » quasi rtiala fide impegerit Socrati communitatem uxorum: » in hoc plane testatus se minus legisse quintum librum » *De republica.* »

Multo plura historica sphalmata, sane putidissima, notavit Petrus Pellican in sua *Opusculorum* editione: quibus praedicti libri duo scatent, tertius et quartus. Praecipua dabimus infra. Imperitum adeo fuisse calamum Thomae Aquinatis prudens dixerit nemo. At libros eosdem Thomae suppositos iam solidissimis argumentis confecimus. Adde, plura libro tertio referri, quae post obitum eiusdem Aquinatis acciderunt: « Qualia sunt, *inquit Echardus, capite* xx ele- » ctio Rodulphi Imperatoris sub finem anni 1273 et eius » mors anno 1291, itemque electio Adulphi Nassoviae Co- » mitis anno 1292 et huius occisio ab Alberto Austriae » Duce anno 1298. » Egit equidem vindicias Io. Paulus Nazarius ut quatuor integros libros illos Aquinati adiudicaret: quin id attamen peritis viris persuadere potuerit.

III. Haec sua accidisse aetate indicat auctor loco citato: *Exemplum habemus,* inquiens, *etiam modernis temporibus, quod electi sunt Imperatores, videlicet Rodulphus* etc. Ex his colligit Echardus libros illos duos a Ptolomaeo Lucensi scribi potuisse. « Nec leve ad eos Ptolomaeo » asserendos *(addit ille)* argumentum est *septem electorum* » *institutio,* quae capite xix libri III Gregorio V tribuitur: » nam Ptolomaeus primus est auctor cognitus, qui Hist. » eccl. libro XVIII, capite 11 hanc institutionem ad eum re- » ferat... Nec omittendum, auctorem istius libri tertii di- » cere ab ea institutione 270 circiter annos effluxisse: quod » mire quadrat cum chronologia Ptolomaei. Nam iuxta » illum Gregorius V electus fuit anno 1021 et mortuus » est anno 1024, licet alii accuratiores aliter narrent: ab » anno autem 1024 ad annum 1298, quo electus est Al- » bertus Austriacus, sunt 270 anni paulo plus : » quo etiam tempore scribebat auctor.

Verissime Ptolomaei chronologia dicitur chronologiae quadrare, quam secutus est auctor libri tertii : ac utraque eisdem vitiis inquinata est. Ait iste capite xix: Ottonem (ac successores duos) *tenuisse imperium usque ad tertiam generationem, quorum quilibet vocatus est Otto: et ex tunc* (ex Ottonis tempore) *per Gregorium V provisam esse electionem, ut videlicet per septem Principes Alamanniae fiat, quae usque ad ista tempora perseverat : quod est spatium ducentorum septuaginta annorum vel circa :* ad tempora videlicet *Alberti, filii Rodulphi, electi,* ut habetur insequente capite xx. Haec utique Ptolomaeo consonant, qui libro XV11I Hist, eccl., capite 1 *ad annum 1021* refert *electionem Gregorii V* et capite 11 institutos narrat *ad petitionem Ottonis electores:* obitum Gregorii V *cum anno 1024* illigat capite v, et libro XXIV, capite xxvtt *electionem Alberti Austriaci ad annum I2g8* refert. Quod intervallum temporis annos complectitur 274. At vero Otto III coronam indeptus est Imperialem anno 996, quam ad annum 1002 gestavit: sedemque Romanam Gregorius V tenuit ab anno 996, cui successit Silvester II et anno ioo3 primum Ioannes XVII tum Ioannes XVIII. Quando vero, quomodo et a quo septem electores instituti fuerint, sub iudice lis est. Duos illos, de quibus agimus, libros *De regimine Principum* si elucubrasse Ptolomaeus dicendus sit, in hoc opus colligitur ipsum incubuisse circa annum 1299 vel insequentem.

CAPUT III.

Dubia promuntur, quae posteriorum librorum auciorem indicant diversum a Ptolomaeo Lucensi. Casimirus Oudinus refellitur, qui opus integrum attribuit Aegidio de Columna.

1. KJromere mihi liceat, quae incidunt haud levia dubia, 1 num Ptolomaeo Lucensi praedicti libri duo tribui debeant? Sunt enim ex diametro pugnantia quamplura vel certe longe diversa, quae Ptolomaeus narrat in Historia ecclesiastica ct in Annalibus, quaeve leguntur in altero, quo de agimus, Opusculo *De regimine Principum.* Libro I, cap. x sic legimus: *De Constantino apparet, qui Silvestro in Imperio cessit. Item de Carolo Magno, quem Papa Adrianus Imperatorem constituit. Item de Ottone I qui per Leonem creatus et Imperator est constitutus.* Non ita Ptolomaeus, qui libro XVII Hist, eccl., capite xvn ait: «Venit » Romam praedictus Otto... et in Imperatorem coronatus : » utrum autem per Papam Ioannem *(XII),* aut post ces- » sionem eius, historiae non faciunt mentionem, excepto » Cusentino, qui dicit, Ioannem *(XII)* ipsum coronasse. » Sed Decretum aperte dicit quod Leo VIII, *Dist.* I x iii

s *cap. In Synodo,* coronavit eum, praesente Synodo et » easdem dignitates eidem contulit, quas Adrianus I Carolo » Magno concesserat. » Leo ille fuit Antipapa. Spurium norunt omnes, quod indicatur *Decretum* a Gratiano recensitum : in quo praeterea de corona imperiali Ottoni imposita mentio nulla. Narraverat libro XIV, capite xxxi, Carolo conlatas ab Adriano, *dignitatem Patriciatus et potestatem eligendi Pontificem et ordinandi Sedem Apostolicam :* at libro XVj capite iv disertissime tradit, non Adrianum, sed *Leonem Papam* (III) *coronam capiti eius imposuisse,* ipsumque *a cuncto Romano populo acclamatum esse Imperatorem.* Equidem lib. V, capite n Constantinus , Ptolomaeo si credimus, *coronam et omnia iura imperalia tradidit beato Silvestro:* et caput laudat *Constantinus,* dist.xcvi, ex quo sicut ille quod narrat deprompsit, ita depromere alius quisque facillime poterat.

Ibidem haec habet auctor Opusculi : *Federico secundo hoc idem accidit* (quod deponeretur) *per Honorium, immediatum Innocenta Successorem.* Innocentio III successerat Honorius III anno 1216, et huic Gregorius IX anno 1227, tum Caelestinus IV anno 1241, tum etiam Innocentius IV anno 1243. Fridericum II coronaverat Imperatorem Honorius III, ipsumque anathemate perculit Gregorius IX ac demum ab Imperio deposuit Innocentius IV in Concilio Lugdunensi anno 1244. Ptolomaeus libro XXII, capite jh : *Advocatis Praelatis Lugdunum... Concilium est inchoatum ... Innocentius Imperatorem Romanum deposuit :* quae Opusculi auctori repugnant.

Capite xm ait Opusculi auctor: *Quas quidem vices monarchiae, post Christi veri Domini nativitatem, gessit Augustus, quatuordecim annos toto orbe terrarum subacto.* Inepta et obscura sunt verba, quae totum orbem in pace compositum indicare videntur, cum in terris ortus est Filius Dei. Id apte ac lucide Ptolomaeus exprimit libro I, capite ni: *Eodem etiam anno,* inquiens, *totus mundus magna pace florebat, ut tradit Orosius.* Bella Romanorum nulla ab anno U. C. 748 ad annum 752 ab auctoribus descripta, periti viri observant contra loannem Massonum anglum.

Capite xvi dicitur *Liberius in veritate fidei vacillasse ex multa persecutione Constantii.* Mitiora sunt Ptolomaei verba fibro V, capite xx : *Computant,* inquientis, *totum tempus Episcopatus, in quo fuit verus catholicus* (Liberius), *et in quo errori Constantii favit... Defecit in \elo, quia ab inde gravatus exilio.*

Capite xvn haec habentur: *In cuius* (Caroli Magni) *persona Adrianus Papa, congregato Concilio in Urbe, Imperium a Graecis transtulit ad Germanos.* Hanc translationem sub Leone III peractam narrat Ptolomaeus libro XV, capite iv: «Leo Papa, *inquiens,* coronam capiti » eius *(Caroli)* imposuit: et a cuncto Romano populo ac» clamatum est *Carolo Augusto a Deo coronato, magno et » pacifico Imperatori vita et victoria.* Hanc autem ac» clamationem et coronationem factam per Leonem omnes » historiae ponunt... Et sic ablato *Patricii* nomine, Im» perator et Augustus est appellatus... Sed considerandum » est propter quamdam Glossam... quod Stephanus II » non fecit translationem Imperii a Graecis ad Germa» nos, ut hic *(sub Leone III)* patet: sed definivit faicn» dam etc. » In veritatem historiae, sive quam auctor Opusculi narrat sive quam Ptolomaeus, diligentius non inquiro: pugnantia dicta animadvertenda propono.

Ibidem: *Secundum Concilium fuit Constantinopoli, sub Cyriaco Papa celebratum : quidam tamen dicunt sub Damaso.* Animadverte *Cyriacum* pro *Siricio* invectum. Aliter Ptolomaeus libro VI, capite v: *Propter quam causam* (haereseos a Macedonio excogitatae) *in Constantinopoli fuit sancta Synodus celebrata i5o Episcoporum sub Damaso.*

Ibidem : *Quartum Concilium fuit celebratum in Chalcedonia 63o Episcoporum sub Leone Primo, praesente Principe Martino.* Ptolomaeus libro VIII, capite n: *Tempore Leonis Primi et ex suo mandato, Martianus Imperator Concilium congregat 6ig Episcoporum.* An unus idemque auctor sibi adversus fuerit in Episcoporum numero, qui varius tamen est apud diversos, et in nomine Imperatoris?

Capite xvni : *lustinianus post cursum quartae Synodi, centum viginti Episcoporum, praesidente Iulio Papa.* Imo Vigilius Papa, non lulius, invitatus rogatusque ut praesideret, recusavit: causatus Occidentalium Episcoporum paucitatem, cum frequentes e contra ex Orientalibus Ecclesiis convenissent. Ptolomaeus libro X, capite 1: *Sub Vigilio fuit una Synodus in Constantinopoli celebrata.* Et capite n: *In eo* (Concilio) *convenerunt magni viri, ut idem scribit Iustinianus, videlicet i65 Episcopi.*

Ibidem : *Adrianus, Concilio celebrato Romae i55 Episcoporum et venerabilium Abbatum, imperium in persona magnifici Principis Caroli a Graecis transtulit ad Germanos.* Ptolomaeus libro XIV, cap. xxxi: *Adrianus... Concilium congregat in urbe i54 Episcoporum et Abbatum... ac glorioso Principi tradit potestatem eligendi Pontificem et ordinandi Apostolicam Sedem et dignitatem Patriciatus.* Utramque narrationem reficiunt periti viri: pugnam inter utramque animadverto ego.

Capite xix: *Otto I... in Imperatorem coronatur a Leone Septimo.* Fabellae semel acceptae inhaeret auctor. Fidem eidem praestat Ptolomaeus loco superius citato : at scriptorem etiam memorat qui coronam imperialem Ottoni impositam a loanne XII narrat. *Leonem* denique VIII non *Septimum* numerat.

Capite xx: *Electi sunt Imperatores: videlicet Rodolphus simplex Comes de Ausburgo: quo mortuo assumptus est in Imperatorem Comes Adolphus de Anaxone : quo occiso... assumptus est* Albertus. Reges Romanorum fuerunt. Ptolomaeus fibro XXIII, capitem: *Rodulphus Comes de Hasburg... anno Domini 1273 in Regem eligitur Alamanniae.* Libro XXIV, capite xxvn : *Anno Domini 1292 convenerunt electores Alamanniae... et in Imperatorem eligunt Comitem Adolphum de Nassau. Hic Adolphus Rex congregavit exercitum.* Et capite xxxvn: *Albertus fuit electus in Regem Alamanniae ab electoribus congregatis Aquisgrani anno Domini I2g8.* Paria in Annalibus refert. Haec dictorum dissonantia dubium ingerit, quod peritioribus expendendum relinquo, num illud Opusculum *De regimine Principum* elucubraverit Ptolomaeus?

II. Censura sequitur Casimiri Oudini, quae peculiare exposcit examen. Verba eius sunt: «Huius Opusculi *(De » regimine Principum)* meminerunt veteres omnes... nimirum Ptolomaeus Lucensis, Bernardus Guidonis, Nico» laus Trivetus, s. Antoninus: contra quos omnes agere » durum arduumque est, quamvis necessarium videatur. » Natalis Alexander *duos saltem libros posteriores* non » esse s. Thomae censet... Porro ut priores duos fibros » sancto Thomae assereret, ostendere debuisset ex mss. » codicibus, additionem factam esse librorum posteriorum... » Praeterea libri isti quatuor inter se connectuntur, eum» demque praescierunt auctorem ... Itaque dicendum vel » errasse nomenclatores omnes.... vel Opusculum istud » periisse, quod vere s. Doctor de argumento isto conscri» pserat. » Non errarunt probatissimi veteres nomenclatores : nec periit genuinum a Thoma confectum Opusculum, quod *primum librum* ac *secundi partem* complectitur. Codices manuscriptos Romanos, Parisienses, Venetos iam recensuimus, qui praedictum Opus non completum Thomae adiudicant : quod etiam a loanne de Columna adnotatum vidimus. Quam longe vero priores duo, ac duo posteriores libri differant, coecus esto qui non agnoscat : unde labitur corruitque Oudini argumentum, quod eorum inter se connexione innititur.

Integrum Opusculum, sive libros duos posteriores sive priores duos consideres, ab Aquinate abiudicandum pronunciat ille. Cur vero? *Sane,* inquit, *in mss. codicibus bibliothecarum Angliae et Hiberniae* (quos plurimos recenset) *hoc opus constanter Aegidio Romano seu Columnae, attributum est.* Opus, *De regimine Principum* pariter inscriptum, elucubrasse Aegidium inficiatur nemo. Probandum fuerat Aegidianum Opusculum ab eo non differre, quod Aquinati tribuitur, sive libros duos priores consideres sive posteriores duos. Cur etiam? Quia « opus » istud, *inquit,* sub nomine *Aegidii Romani* expresso, im» pressum fuit Romae anno 1482 in fol. antequam inter

» *Opuscula s. Thomae Aquinatis* a fratribus Ordinis Prae-
» dicatorum, *pudore omni abiecto,* primo loco immittere-
» tur. Item *Venetiis* iterum anno 1498 in fol. sub nomine
» Aegidii Romani recusum est. *Romae* tandem anno 1607
» in 8, eiusdem Aegidii Romani vita praemissa authentica
» per Hieronymum Samaritanum, cum collatione Opusculi
» ad mss. codices nomen *Aegidii* praeferentes. »

Audaciam et imperitiam prodit Oudinus. *Romanam* Aegidiani Opusculi editionem in fol. expendi, *per inclitum virum magistrum Stephanum Plannck de Patavia, anno Domini 1482, die nona mensis maii:* quae opus exhibet toto diversum caelo ab Opusculo Aquinati tributo. *Ad Regem Cypri* elucubrationem suam Thomas nuncupavit: in editione laudata Romana sic legimus : *Ex regia ac sanctissima prosapia oriundo, suo Domino speciali Domino Philippo, primogenito et heredi praeclarissimi viri Domini Philippi Dei gratia illustrissimi Regis Francorum, suus devotus fr. Aegidius Romanus Ordinis fratrum Eremitarum s. Augustini.* Incipit Prologus Thomae, *Cogitanti mihi quid offerrem Regiae celsitudini dignum: incipit Aegidianus, Clamat politicorum sententia omnes Principatus non esse aequaliter diuturnos.* Apud Thomam caput 1, *Quod necesse est homines simul viventes ab aliquo diligenter regi:* initium , *Principium autem intentionis nostrae.* Apud Aegidium caput 1, *Quis modus procedendi sit in regimine Principum:* initium, *Oportet ut latitudo sermonis in unaquaque re sit secundum exigentiam illius rei.* Caetera, quae sequuntur, differunt omnia. Genuinum Thomae Opus libris duobus absolvitur: ac liber primus capitibus xv constat, alter xvi. Tertius, qui additur, capita complectitur xxn et capita xxvni quartus. Apud Aegidium liber primus in quatuor partes tribuitur: secundus in tres: itemque in tres partes tertius: ac singulae partes pluribus constant capitibus. Haec ignorabat omnia Oudinus.

CAPUT IV.

Non est Aquinatis Opusculum De eruditione Principum. Guillelmo Peraldo restituitur. Genuinus Thomae foetus est Opusculum alterum De regimine Judaeorum ad Comitissam Flandriae. Ambrosii Barbavara censura expenditur.

I. TVTon absimilis argumenti Opus *De eruditione Princi-*
JLN/uon inscriptum tributumque in septem libros, prostat sine numero, sub nomine s. *Thomae Aquinatis* in editione Romana post Opusculum quadragesimum. Animadvertenda estBellarmini censura: « Cum s.Thomas*(inquien-*
» *tis Observat,* n) scripserit *septem libros De eruditione*
» *Principum* plane utilissimos, qui habentur inter Opuscula
» Romae edita, non videbatur necessarium, ut scriberet
» etiam *De regimine Principum.* » Falsam hanc iam demonstravimus conclusionem, si de primo libro deque parte secundi *De regimine Principum* sermo sit. At falsum etiam principium puto, unde suam eliciebat conclusionem Bellarminus.

Veterum namque, synchronorum suppariumque, nemo Thomae Aquinati adscripsit Opus *Dc eruditione Principum:* quod, cum sit gravissimum et absolutum, sapienter animadvertente Iacobo Echardo, non omisissent. Addit vir peritissimus stylum adeo s. Thomae extraneum esse, ut mirum sit viros eruditos id non animadvertisse.

II. « Contra vero *(pergit ille)* stylus ita convenit cum
» eo, quo utitur ubique Guillelmus Pcraldus gallus Ordinis
» Praedicatorum, ante annum 1260 denatus, praesertim in
» *Summa de vitiis et virtutibus,* notissima cunctis, ut ovum
» ovo non sit similius. Eadem tractandi ratio per divisio-
› nes, per auctoritates ex Scriptura et ex Patribus: dictio
» eadem humilis, non ut s. Thomae quae cultior est et
» castigatior. » Hinc Peraldo tribuendum opus nullus dubitat.

Idem est Casimiri Oudini iudicium: « Non habet sty-
» lum, *inquientis,* nec methodum sancti Thomae. Attribui-
» tur autem a nomenclatoribus scriptorum ecclesiasticorum
» *Guillelmo Peraldo lugdunensi ex* eodem Ordine fratrum
» Praedicatorum, qui eodem tempore, quo Doctor Angeli-
» eus, florebat: atque apprime refert ingenium et methodum
» eiusdem Guillelmi in Summa sua *de virtutibus et vitiis.* »
Patriam nactus est Guillelmus oppidum, vernacule *Perault* dictum, dioecesis Viennensis Allobrogum: professionis tamen religiosae titulo dicebatur Lugdunensis. Lugdunenses infulas ipsum gestasse vetus error est, quem refellit Echardus: at neque in dioecesi Lugdunensi Episcopum suffraganeum seu auxiliarem egisse, quod adserunt monachi s. Mauri in Gallia Christiana, eiusdem Echardi opinio est. Opusculum, *De regimine Principum* inscriptum, ipsi attribuunt Salanhacus, Bernardus Guidonis et recentiores nomenclatores : genuinum scilicet titulum Operis minime accurate referentes, quem codices mss. ac typis edita exempla his verbis efferunt, *De eruditione Principum.*

III. Opusculum *De regimine Principum* excipit in editione Romana num. XXI alterum *De regimine ludaeorum ad Ducissam Brabantiae.* Foetum esse germanum Aquinatis probatissimi scriptores testantur. Ptolomaeus Lucensis libro XXIII, cap. xui ait : « Item determinatio quorumdam
» casuum ad Comitissam Flandriae, quae sic incipit : *Excel-*
» *lentiae vestrae litteras recepi.* » Bernardus Guidonis: « Tractatus De regimine ludaeorum ad Ducissam Brabantiae, qui incipit: *Excellentiae vestrae recepi litteras.** Eadem ut Bernardus, verba habent Logotheta, Valleoletanus, s. Antoninus. Apud Pignonum denique: *Item determinationes quarumdam quaestionum ad Ducissam Brabantiae.*

Una est dissonantia in *Comitissa Flandriae* ut Ptolomaeus habet et in *Ducissa Brabantiae* ut habent alii : quam etiam exhibent codices mss. Ptolomaeo Lucensi adhaerendum sane. Flandriae Comitatum, post obitum Ioannae, soror eius Margareta administravit ab anno circiter 1245 ad annum 1279. Historiarum scriptores consule. Cur ergo irrepserit *Ducissa Brabantiae* ? Nempe Guillelmo, marito suo secundo, Margareta Comitissa Flandriae genuit Guidonem, qui successit. Filiam hic habuit *Margaretam,* anno 1273 nuptam Ioanni I Duci Brabantiae. Hinc alteram pro priore fortasse accepere Margaretam minus attenti scriptores.

IV. Censuram suam in hoc Opusculum his verbis exercet Io. Ambrosius Barbavara : « Opusculum XXI *De regi-*
» *mine ludaeorum* credunt aliqui magni inter Thomistas
» nominis ab Aquinate adhuc iuniore editum, cum ibi di-
» catur, *ludaeos merito suae culpae perpetuae servituti*
» *addictos:* adeoque *terrarum Dominos posse res eorum,*
» *tamquam suas accipere;* quod dictum illi minus probant.
» At nescio cur tantopere turbentur, cum divus Thomas
» eamdem sententiam repetat alibi saepius: praesertim ve-
» ro IIa IIae, q. x, art. χπ, et III p., q. lxvih, art. x ad 2.
» Non est ergo, quod aetati vitium illud, si modo vitium
» sit, adseribant. »

Loca indicat Barbavara, quae minime favent. Sic ait Thomas III p., q. lxvih, art. x ad 2: *Dicendum, quod ludaei sunt servi Principum servitute civili, quae non excludit ordinem iuris naturalis vel divini.* Eadem habentur verba IIa IIae, q. x, art. χπ ad 3, et Quodlib. II, q. iv, art. vu ad 3, quae cum diligentius expenderit Franciscus Sylvius loco citato IIa IIae adnotat: S. Thomam *sensisse ludaeos non esse vera mancipia, sed servos tributarios.* Invectae difficultatis, si qua est, veram exhibet solutionem ipse Sylvius III p., q. lxvih, art. x in fine: «Non asserit *(inquiens')*
» ludaeos esse servos *(vel mancipia in Opusculo):* sed sub
» disiunctione dicit, *Licet ludaei merito culpae suae sint vel*
» *essent perpetuae servituti addicti;* quia scilicet ob culpam
» in Christum commissam digni sunt iugo servitutis. Quo-
» modo etiam intelligendus est Innocentius III c. *Etsi lu-*
› *daeos,* tit. de ludaeis. » Pontificis verba sunt: *Etsi ludaeos, quos propria culpa submisit perpetuae servituti, pietas Christiana receptet et sustineat cohabitationem eorum* etc. Hanc Innoccntii sententiam suo in Opusculo expressit Aquinas, sive iunior scripserit illud sive aetate provectus.

DISSERTATIO XXIII.

De Commentariis in Aristotelis libros aliisque Philosophicis Operibus ab Aquinate elucubratis.

«·

CAPUT I.

Opera Philosophica recensentur ab Aquinate elucubrata: eademque ab ipso confecta, provecta iam aetate. Latinae, quae ipsius aevo ferebantur, Aristotelis versiones.

I. g^£S3àj)^^ost Opera theologica, ordine sequioris dignitatis ac etiam chronologiae servato, JRI Philosophicis locum damus, quae sanctus φ Thomas Aquinas elucubravit. Provectum « aetate Aquinatem in id genus Operum, maiorem ac praecipuam saltem partem, . SrwÈ^f^sXàincubuisse, vetusta monumenta ac ipsa etiam Opera produnt. Ptolomaeus Lucensis in Hist, eccles. libro XXII, capite xxtv ait: «Tunc frater *Thomas redit de* » *Parisiis (anno i36i)*... et ad petitionem Urbani multa fecit » et scripsit... Isto autem tempore *(eiusdem Urbani, qui ab* » *anno 1261 dieque 2g mensis augusti Sedem Apostolicam* » *tenuit ad annum 1264 et diem 2 mensis octobris)* Tho» mas tenens studium Romae, quasi totam Philosophiam » sive *Moralem* sive *Naturalem* exposuit et in scriptum seu » commentum redegit: sed praecipue *Ethicam* et *Mathe*» *maticam (Metaphysicam)* quodam singulari et novo mo» do tradendi. » Commentarios nemo non intellexerit a Ptolomaeo recensitos, quos Thomas edidit in Aristotelis libros *Physicorum, Ethicorum et Metaphysicorum*.

Libro insequente XXIII, capite xi pergit Angelici Doctoris opera recensere Ptolomaeus et ait: « Hoc etiam tem» pore *(Gregorii X qui an. 1271 die 1 mensis Septembris* » *electus fuit, usque ad annnm 1274, quo ipse Thomas* » *obiit)*... scripsit etiam super *Philosophiam :* videlicet *De* » *caelo* et *De generatione,* sed non complevit. Et simili» ter *Politicam :* sed hos libros complevit magister Petrus » de Alvernia, fidelissimus discipulus eius, magister in » theologia et magnus philosophus et demum Episcopus » Claromontensis. » Hanc postremam Petri dignitatem non concordare admonet Echardus in eius elogio cum Nécrologie sorbonico : *Forsan electus fuerit* (inquit), *sed non confirmatus.* Dionysius Sammarthanus in eius Ecclesiae tabulis sic ait: « Petrus de Croso (al. *du Croc)* dicitur ele» ctus in Episcopum die 3 februarii anno i3oi... Appel» latur *magister Petrus de Alvernia clericus confirmatus* ь *Episcopus* in restitutione ipsi facta de *Regalia,* die io» vis post Dominicam, in qua cantatur *Oculi mei,* seu » Dominica III quadragesimae anni i3oi » (stylo novo i3o2).

Nulla temporaria indicata nota, haec alia Philosophica sancti Doctoris Opera memorat idem Ptolomaeus libro cit. XXIII, capite xv: « Item tradidit quibusdam nobilibus » Aristotelis (Artistis) *Loycalia :* quia scripsit *Modales* et » *Fallacias* et *Introductoria ad Loycam* multum clara. » Fecit commentum super librum *Posteriorum* et super li» brum *Perihermenias.* » Alia recenset inter Opuscula.

In litteris, quas post obitum Viri sanctissimi Universitas Parisiensis misit ad generalia Ordinis Praedicatorum Comitia, quae Lugduni anno 1274 celebrabantur die 20 mensis maii, Philosophica quaedam Opera memorantur, quae extremis vitae annis inceperat Aquinas. Aiunt enim: « Hu» militer supplicamus ut cum quaedam scripta ad *Philo*» *sophiam* pertinentia et spectantia, Parisiis inchoata ab eo » *(secunda vice scholam Saniacobaeam regente ab anno 126g* » *ad annum 1271),* in suo recessu *(anno 1271)* reliquerit *im*» *perfecta* et ipsum credamus ubi translatus fuerat com» plevisse; nobis benevolentia vestra cito communicari pro» curetis et specialiter super *librum Simplicii,* super *libros* » *De caelo et mundo* et expositionem *Timaei Platonis* et » *De aquarum conductibus et ingeniis,* idest *machinis* eri» gendis : de quibus nobis mittendis speciali promissione » fecerat mentionem. Si qua similiter *ad Logicam* pertinen» tia composuit, sicut quando recessit a nobis humiliter » petivimus ab eodem, vestra benignitas nostro communi» care Collegio dignetur. Datum Parisiis anno Domini 1274 » die mercurii ante Inventionem sanctae Crucis. »

Commentario in librum *Perihermenias* praemissam praestant codices mss. bene multi nuncupatoriam epistolam *Dilecto sibi Praeposito Lovaniensi,* cui adprecaturÿr. *Thomas de Aquino salutem et verae sapientiae incrementa.* Integram profert in lucem Echardus, cum in omnibus impressis desideretur. Conditio *Praepositi Lovaniensis* evincere videtur Thomam elucubrasse Opus Parisiis : cum vero imperfectum illud sit, sponte colligitur potius altera, quam prima vice, cum scholam moderaretur Parisiis Aquinas, confectam ab illo partem illam Commentarii, quae superest. Ipse testatur in epistola nuncupatoria Auctor, Opus illud scripsisse *inter multiplices occupationum solicitudines.* Quaenam illae fuerint ? Absque dubio *Theologicae quaestiones,* quas in schola tradebat: *Summa theologiae,* cui adornandae totam operam collocabat: *Summa* etiam *contra gentiles,* quam scribebat, aliaeque. Atqui in his Operibus elucubrandis extrema vitae periodo insudabat.

II. Cur vero ad aetatem provectam tantus labor dilatus ? Crediderim ego librorum Aristotelis Commentarios adgredi noluisse Thomam, non prius meliori obtenta eorumdem latina versione ut Philosophi mentem ac sententiam felicius adsequi posset. Luculentissimum puto Guillelmi de Tocco testimonium in Vita capite tv, num. 18, apud Bollandi Continuatores: « Scripsit etiam, *inquientis,* » super Philosophiam *Naturalem* et *Moralem* et super *Me*» *taphysicam:* quorum librorum procuravit quod fieret » *nova translatio,* quae sententiae Aristotelis continet cla» rius veritatem. »

Ferebantur aevo Thomae versiones aliquae *Operum Aristotelis* latinae, sive ex graeco sive ex arabico factae. Hermannum Contractum memoro, qui, Trithemio teste in Annalibus Hirsaugiensibus ad annum ioo5, *nonnulla Graecorum et Arabum volumina in latinum sermonem transtulit, sicut ipse fatetur in quodam Aristotelis prologo.* Refert Rigordus de Gestis Philippi Galliarum Regis circa annum Domini 1210, *legi Parisiis coepisse libellos quosdam Aristotelis, qui docebant Metaphysicam, de novo Constantinopoli delatos et a graeco in latinum translatos.* Insignis est versio illa, quam fieri iussit Fridericus Impera-

tor huius nominis Secundus. Ait ille apud Petrum de Vineis libro III, epist. lxvii, al. ι,χιχ: « Dum librorum volumina, » quorum multifarie multisque modis distincta chirographa » nostrarum armaria divitiarum locupletant, sedula medita- » tione revolvimus et accurata contemplatione pensamus ; » compilationes variae *ab Aristotele* aliisque philosophis » *sub graecis arabicisque vocabulis* antiquitus editae *in* » *Sermocinalibus et Mathematicis* disciplinis, nostris ali- » quando sensibus occurrerunt, quas *adhuc originalium di-* » *ctionum* ordinatione consertas et vetustarum vestium, quas » eis aetas prima concesserat, operimento contectas, vel ho- » minis defectus aut operis *ad latinae linguae* notitiam » non perduxit: volentes igitur ut veneranda tantorum ope- » rum simul authoritas apud nos, non absque commodis » communibus, vocis organo traduce innotescat, ea per vi- » ros lectos et in utriusque linguae *(graecae et arabicae)* » prolatione peritos instanter iussimus, verborum fideliter » servata virginitate, transferri. »

Ad arabicas illas Aristotelis versiones quod attinet, consulendi sunt Io. Leo Afer in *Libello de viris quibusdam illustribus apud Arabes,* qui prostat in volumine XIII Bibliothecae Graecae Io. Alberti Fabricii, Eusebius Renaudotius in *Disquisitione de barbaricis Aristotelis librorum versionibus* apud eumdem Fabricium volumine XII et Iacobus Bruckerus in *Historia critica Philosophiae* tomo III. Pauca decerpere liceat. Certior inchoatae apud Arabes Philosophiae secundum Graecorum disciplinas referenda epocha creditur ad Abassidarum initia, post annum imperii Muhamedanorum 132 aerae vulgaris 749. Sub Al-mamone, filio altero Aaoronis Rashidi Califae, rebus humanis erepto anno 833, celeberrimi floruerunt interpretes, qui versiones arabicas plurimas confecerunt, ex syriacis non minus, quam ex graecis codicibus expressas. Fuerunt saeculi insequentis initio interpretes duo ex Nestoriana secta, Honain filius Isaaci et Isaacus filius Honaini, qui accuratiores adornarunt versiones arabicas. Honainus medicis interpretandis plus operae impendit: Aristotelem et alios graecos philosophos transtulit Isaacus. Priores, si quae ferebantur, Aristotelis arabicae versiones antiquatae : pasSim vero lectae, quas Honainus et Isaacus confecerant ab Avicenna, Alfarabio, Elgazele seu Algazele, Abenbaia seu Avempace, Abenrachedo seu Averroe caeterisque'Aristotelis interpretibus. Ex his arabicis versionibus latinae profectae sunt: aliae ab Europaeis confectae, qui linguam arabicam didicerant ex commercio cum Syris Palaestinis: aliaeque ab aliis in Africa et in Hispania, ubi inter Mahumedanos, qui provincias illas tenebant, Aristotelicae philosophiae studium florebat; quibus demum accessit, quae iussu Friderici Imperatoris concinnata est.

Renaudotius loco citato num. 20 sic ait: *Mirari satis non possumus divi Thomae Aquinatis, qui Aristotelem talium interpretationum* (quas corruptissimas praefatus fuerat) *subsidio unico legerat, acumen et industriam: cum saepe Aristotelem verius, saltem verisimilius, non modo quam illi, quos sequebatur, Averroes et Arabes reliqui, sed quam Graeci nonnulli, interpretatus agnoscatur.* Salvo acumine, quo Thomae ingenium praestabat, res tamen facti est: priorum versionum vitia agnovisse sanctissimum Doctorem, ac novae latinae versionis, quam ex graeco fieri curavit ipse, subsidio Aristotelem interpretatum esse.

CAPUT II.

Novam Aristotelis, urgente Aquinate, latinam versionem non elucubravit Thomas Cantimpratensis. Is est Guillelmus de Morbeka: eiusdem viri peritia et dignitates. Morbekae operam adiuvisse videntur alii viri docti ut ex codice colligitur Venetae ss. loannis et Pauli bibliothecae.

I. Tnterpretem, quo usus est Aquinas, iam perquiro. Trithemius de Scriptoribus ecclesiasticis num. 469: *Sunt qui scribant,* ait, *eum* (Thomam de Cantimprato, natione brabantinum) *graeci sermonis habuisse peritiam et libros Aristotelis, quorum iam usus in scholis est, transtulisse.* In eamdem sententiam abiit Natalis Alexander in Historia eccles. saeculi xm et xtv, capite tv, art. iv: « Thomas » Cantimpratanus... Alberti Magni Coloniae docentis auditor » fuit et sancti Thomae condiscipulus: quo rogante, ipsum › libros Aristotelis latinitate donasse Alphonsus Fernandes » tradit. Sed alii antiquiorem fuisse versionem illam ob- » servant, ad quam Commentaria scripsit sanctus Thomas: » quorum quidem observatio pugnat cum Guillelmo de » Tocco (loco superius citato). » Minime dissentit Io. Albertus Fabricius libro III Biblioth. Graecae, capite vi, num. 38 addens loannem Aventinum, qui in Annalibus Boiorum, libro VII,·capite vm ait: *Anno Christi 1271 Henricus Brabantinus Dominicanus, rogatu divi Thomae, e graeco in linguam latinam de verbo ad verbum transfert omnes libros Aristotelis. Albertus usus est veteri translatione, quam Boethianam vocant.*

Errat absque dubio Aventinus, *translationem Boethianam,* si qua fuit, eam vocans, qua Albertus Magnus in Commentariis Operum Aristotelis usus est: ac errat, novum invehens *Henrici Brabantini* nomen. Non antiquiorem illam versionem latinam sanctum Thomam adhibuisse, quam fieri iussit Fridcricus Imperator aut aliam quampiam, optime observat Natalis Alexander ac luculentissimo evincit Guillelmi de Tocco testimonio: at fallitur ipse ac etiam errat Trithemius, cum aliis, quos nomine suppresso laudat, novae interpretationis, rogante et curante Aquinate confectae , auctorem existimantes *Thomam de Cantimprato brabantinum.*

II. Operam hanc impendit vir utique doctissimus, Ordinis Praedicatorum alumnus, qui vocatur Willelmus seu Guillelmus de Moerbeka sive Morbeka, ita cognominatus a loco natali in Brabantiae et Flandriae confiniis, adeoque *Brabantinus* dictus. In Chronico Slavicorum apud Lindenbrogium ad annum 1249 haec habentur: *Wilhelmus de Brabantia Ordinis Praedicatorum transtulit omnes libros Aristotelis de graeco in latinum, verbum a verbo (qua translatione scholares adhuc hodierna die utuntur in scholis) ad instantiam sancti Thomae de Aquino Doctoris.* In Chronico Susati, quod ms. servat Veneta ss. loannis et Pauli bibliotheca, luculentiora traduntur his verbis: « Anno » Domini 1267 fr. Wilhelmus Brabantinus, Corinthiensis › de Ordine fratrum Praedicatorum, rebus excessit huma- » nis, baccalarius in theologia. Hic transtulit omnes libros » Aristotelis *Rationalis, Naturalis et Moralis* Philosophiae » et *Metaphysicae,* de graeco in latinum, verbum e verbo, › quibus nunc utimur in scholis, ad instantiam s. Thomae › de Aquino. Nam temporibus domini Alberti (Magni) » *translatione vetere* (iussu Friderici II confecta) omnes » communiter utebantur. »

Nuncupatione *Brabantini,* qua Guillelmus de Morbecka ob locum natalis insigniri recte potuit, delusi videntur, qui Thomam de Cantimprato latinae versionis auctorem existimarunt et ipsum utique *Brabantinum,* in Municipio Leuwis s. Petri iuxta Bruxellam natum. Mortali vita ipsum migrasse anno 1267, ut Susati verba indicare videntur, error est compertissimus ut infra dicendum. Dictum *Corinthiensem* ob infulas eius Ecclesiae ipsi collatas dubium nullum. Bernardus Guidonis inter Ordinis nostri Praelatos numerat *fr. Guillelmum de Morbeka Archiepiscopum Corinthi.* Hac ipsum insignitum dignitate evincunt latinae nonnullae versiones, quae ab Echardo recensentur. Ad calcem *Tractatus Galeni de alimentis,* qui in bibliotheca Colbertina exstabat : *Explicit liber Galeni de virtutibus alimentorum, translatus e graeco in latinum a D.fr. Guillelmo de Morbeka Ord. Praed. Archiepiscopo Corinthiensi, absolutus Viterbii 1277 mense octobris* xi *kal. novembris.* Item ad calcem Procli Diadochi *de decem dubitationibus circa providentiam,* in Parisiensi Augustinianorum ad Pontem novum bibliotheca: *Expleta fuit translatio huius libri Corinthi a fratre Guillelmo de Morbeka Archiepiscopo Corinthiensi anno Domini 1280 die 4 februarii,* seu stylo novo 1281.

Bzovius ad an. 1278 num. 33 sic ait: *Hoc ipso anno Nicolaus Pontifex fratrem Guillelmum Ord. Praed., Poenitentiarium suum, Archiepiscopum Corinthium creavit* v *idus aprilis: eidemque pallium per manus Iacobi Cardina-*

lis tit. s. Mariae in Cosmedin concessit. Ad Sedem Apostolicam evectus fuit Nicolaus III anno 1277 die 25 novembris: at eodem hoc anno 1277 mense octobri constitutum Guillelmum iam *Archiepiscopum Corinthi* praefert tractatus Galeni superius indicatus: adeoque saltem Ioannes XX dictus XXI, qui vitam finivit anno 1277, die 16 maii, ipsum creaverit Archiepiscopum, ipsique vero pallium concesserit Nicolaus III anno insequente 1278.

Morabatur ergo in Italia ac Viterbii, cum infulas obtinuit Guillelmus. Gregorium X proficiscentem Lugdunum anno 1274 ad Concilium Generale celebrandum comitatus est. Ipse *frater V. de Morbecca de Ordine fratrum Praedicatorum* (ut habent Acta apud Bzovium) *et frater Ioannes de Constantinopoli de Ordine fratrum Minorum, Poenitentiarii Domini Papae, qui linguam graecam noverant, cantaverunt solemniter et alta voce Symbolum* in Missa, quam Summus Pontifex celebravit, *die vigesima octava mense iunio, in festo* (in vigilia) *Apostolorum Petri et Pauli.* Viterbii degentem anno 1268 sub Clemente IV prodit adnotatio, quae ad calcem *Elementationis theologicae Procli Diadochi Tyrii* his verbis legitur in codice Sorbonico: *Completa fuit translatio huius operis Viterbii a fratre G. de Morbecca Ordinis fratrum Praedicatorum* XV *kal. iunii anno Domini Mill. CC sexagesimo octavo.* Hanc gestorum operumque Willelmi de Morbeca chronotaxim doctissimo Iacobo Echardo debemus.

In Italia moras etiam traxisse Guillelmum ante annum 1268 dubitaverit fortasse nemo, qui loca duo, alterum Guillelmi de Tocco, alterum Ptolomaei Lucensis, diligenter contulerit. Refert ille Aquinatem *Commentarios* edidisse super *Philosophiam Naturalem, Moralem et Metaphysicam: quorum* Aristotelis *librorum novam* ipse *curaverat translationem.* Ait vero Ptolomaeus eumdem Aquinatem *tempore* Urbani IV (ac sine dubio etiam Successoris Clementis IV) *exposuisse Philosophiam Moralem et Naturalem et Metaphysicam.* Vita functus est Urbanus IV anno 1264 die 2 mensis octobris: igitur *libros Aristotelis* de graeco latine vertebat Guillelmus ante praedictum annum, eosque *Commentariis* suis illustrabat Aquinas.

Mos olim apud nos erat, ut ex singulis Ordinis Provinciis a Capitulo generali fere quotannis in Graeciam mitterentur eruditi sodales: et ex iis Iacobus Echardus putat fuisse Guillelmum de Morbeka, qui data occasione in exoticarum linguarum, *arabicae* praesertim et *graecae* peritia profecerit. Redux ergo in Italiam, Summis Romanis Pontificibus ob eruditionem carus, Poenitentiarii munus gessit. Votis Aquinatis morem ut gereret, Aristotelis graecos libros latine vertit. Infulis Corinthiacis insignitus, Ecclesiam suam adiit: graecisque operibus in latinum vertendis operam suam per otium collocare non destitit. Procli Diadochi opera nonnulla *Corinthi* ab eodem translata *anno 1281* recensuimus.

III. Libros Aristotelis, quos de graeco transtulerit ipse in latinum, non ita facile quisquam recenseat. *Id ex codicibus mss. eius aetatis* (inquit Echardus) *probandum esset: quod difficile. Quis enim bibliothecas omnes scrutari potest, etiamsi otium esset?*

Versiones tamen aliquas prodit, quas a Morbeka confectas facile credi potest, cum eas adhibuerit s. Thomas. Parisiensis Navarraeus codex praestat *libros Ethicorum decem* cum hac nota in calce: *Explicit liber Ethicorum novae translationis Aristotelis Stagyritae. Actum anno Domini 1281 in festo s. Mauri* (stylo novo 1282). Quod attamen, animadvertente Echardo, de anno intelligendum est, quo volumen scribebatur: nam cum ea translatione usus sit s. Thomas, iam ante annum 1272 confectam illam editamquc fuisse certo constat.

In Veneta ss. Ioannis et Pauli bibliotheca codex membranaceus in fol. adservatur, in quo haec opera Aristotelis continentur, latine reddita:

Ethicor. ad Nicomachum.
De motibus animalium.
De diurnitate et brevitate vitae.
De iuventute et senectute.
De physionomia.
Rhetoricor, ad Theodecten.
Politicorum.
Oeconomicorum.

Initio codicis chartae quatuor ex papyro adiunctae sunt, ac prima hanc exhibet inscriptionem: *Fratris Sixti Medices, theologi Dominicani veneti, ex munere magnifici atque eruditiss. adolescentis d. Bernardini Lauretani d. Andreae filii i55q.* Sequitur operum index superior: tum vero haec leguntur verba: *Iuxta translationem antiquam.* Folio altero prostat sequens epistola vel admonitio:

« Fr. Sixtus Medices Dominicanus theologus, pio et » studioso lectori S. Sunt mercatores quidam (ne latrones » appellem), qui aliorum lucubrationibus ditari et virtutis » opinionem ex maleficio aucupari student. Evenit enim » proximis mensibus ut Thomas lunta, bibliopola insignis » *Commentaria divi Thomae Aquinatis super libris Politicorum* imprimens, *translationem antiquam Aristotelis* » super iisdem libris, omni diligentia quaesitam, nusquam » reperiret: ea tamen maxime desideraretur in eo ipso vo- » lumine a studiosis, cum ob illius fidem, tum ob id quod » divi Thomae interpretatio in hanc tantum directa fuerat » atque hanc explanaverat. Itaque dum ego super hac plu- » rimum solicitarer, atque nullum non evolverim lapidem; » denique opera *Caroli Sigonii* viri eruditissimi, a nobili » atque erudito adolescente *Bernardino Lauretano,* d. An- » dreae filio (quorum domus refertissima est librorum » atque antiquarum rerum memoria pretiosa), codice hoc » manuscripto cum *Politicorum* atque *Oeconomicorum* textu » donatus fui. Ipsum ego, una cum viro excellentissimo » *M. Antonio Mureto,* Thomae de lunta dedimus im- » primendum. Super eo autem Opere, atque divi Thomae » *Expositione* laboravit maxime eruditus vir *Remigius Flo-* » *rentinus,* qui ex bibliotheca nostra divorum Ioannis et » Pauli multa evolvit volumina ut *Commentaria* haec red- » deret uberiora; et contextum et *translationem* ipsam, » alias lectu difficillimam transcriberet ut impressoribus » redderetur facilior. Verum *Martianus Rota,* qui apud » luntas impressionem mércede curabat, cui nobiscum vel » amicitiae vel familiaritatis iure nihil erat commune; atque » circa haec nihil magis, quam omnes praenunciati, con- » tulerat, omnium horum nomine suppresso (cum maxima » familiae illius nobilis nausea), totam sibi laudem arro- » gavit. Quod si hominem istum labores praesentium vi- » rorum, in eorum oculis, suffurari non pudet; quid, quaeso, » existimas ab eo factum iri, si in vindemiam, idest co- » dices alicuius absentis aut vita functi intrare contingat? » Quid si scripta aliorum ad illius manus pervenerint? » Verebitur ne, auctoris nomine obliterato, sese eorum » auctorem operum instituere? Tui, o lector humanissime, » iudicium esto: et ex ungue leonem vel hac in re mi- » nutissima, verissime tamen narrata, cognosce. Felix vale. » Venetiis 24 ianuarii ex musaeo nostro divorum Ioannis » et Pauli 1558. » Haec viro clarissimo Dominico Berardello, eidem bibliothecae Praefecto, accepta debemus.

In calce *Politicorum* post vocem postremam, *decens,* haec adiecta leguntur eadem manu verba: *Reliqua huius operis in graeco nondum inveni.* Cum eadem voce desinit etiam s. Thomae Commentarius: unde colligitur, *latinam illam Politicorum versionem,* Aquinate rogante, factam fuisse. In calce *Oeconomicorum* (quos minime Commentario suo libros illustravit Aquinas) haec habentur: *Explicit Yconomica Aristotelis, translata de graeco in latinum per unum Archiepiscopum et unum Episcopum de Graecia et magistrum Durandum de Alvernia latinum, Procuratorem Universitatis Parisiensis tunc temporis in Curia Romana. Actum Anagniae in mense augusto, Pontificatus Domini D. Bonifacii Papae Octavi anno primo.* Annus primus Bonifacii et mensis augustus conveniunt anno aerae vulgaris 1295, quo tum Anagniae morabatur Pontifex.

Ex hac appicta codici nota addiscimus, in transferendos de graeco in latinum *libros Aristotelis* viros plures utriusque linguae peritos incubuisse. Memoratum *Archiepiscopum* intelligere par est Guillelmum de Morbeka. Quis fuerit *Episcopus* qui altero loco appellatur, divinare non licet. Magister *Durandus de Alvernia,* qui Parisiensis Universi-

tatis Procuratorem egit in Curia Romana sub Bonifacio octavo, aeque mihi ignotus. Archiepiscopum Corinthiensem Guillelmum Morbekam superius admonuimus in Italia degisse anno 1268, itemque anno 1277 profectum esse Corinthum, concreditae Ecclesiae invigilaturum: in Italiam denique remigrasse ac anno 1295 substitisse Anagniae. Hinc duo colligenda sunt: 1. Ultra annum 1295 vitam protraxisse Guillelmum: 2. Post etiam infulas indeptas latine vertere graccos libros perrexisse. Haec nempe sibi constant, si anno primo Bonifacii octavi et anno 1295 aerae vulgaris, non solum *Oeconomicorum* codex scriptus fuerit, sed ipsa eius Operis latina versio elaborata intelligi debeat.

Philosophicos aliquos Thomae Aquinatis Commentarios a magistro *Petro de Alvernia* suppletos continuatosque fuisse iam indicatum est, dicendumque uberius. Gallus fuit, ab ea Regni provincia in qua natus est, nuncupatus *de Alvernia*. Ignoscendum sodalibus aliquibus nostris, qui virum agnoscentes Thomae eiusque doctrinae addictissimum ipsum Ordini Praedicatorum adscripserunt. Vivebat adhuc anno 1301, adnotante diligentissimo Echardo. An loco *Durandi,* legi debeat in superiori codicis nota *Petrus de Alvernia?* Id ego non adseram.

CAPUT III.

Commentariorum examen, quos Thomas elucubravit in libros Perihermenias, Posteriorum Analyticorum, Physicorum, De caelo et mundo, De generatione et corruptione, Meteororum, De anima, De parvis naturalibus, Metaphysicorum. Accedunt·, Expositio in librum De causis, liber De ente et essentia, Commentarii in libros Ethicorum et Politicorum.

1. Cingillatim editos ab Aquinate Commentarios ad exa-
Omen iam voco. Primum in editione Romana locum obtinet *in librum primum Perihermenias Aristotelis Expositio*. Inter Opera eius, quae temporaria nota nulla insigniuntur a Ptolomaeo Lucensi recensetur: eamque memorant Logotheta, Trivetus, Petrus Rogerius, Bernardus Guidonis, recentiores alii. Nuncupatoriam Operis epistolam, ab Aquinate datam *Praeposito Lovaniensi,* quae in editis hactenus desiderabatur, vulgavit Echardus. Ait Auctor: *Diligentiae tuae... studio provocatus et desiderio satisfacere cupiens, libro Aristotelis, qui Perihermenias dicitur, multis obscuritatibus involuto, inter multiplices occupationum mearum solicitudines, expositionem adhibere curavi.* Elucubratam expositionem coniiciebam capite 1 tum Parisiis, tum secunda vice cum Parisiensem scholam regeret ab anno 1269 ad annum 1270. Libri alterius *Perihermenias* duae tantum expositionis Thomisticae *lectiones* prostant. Hinc opus incompletum mansit, nec ab alio suppletum. Cum antiqua latina versione reccntiorcm aliam *loannis Argyropoli* conjunxerunt editores Romani.

Ptolomaeus Lucensis ac caeteri laudati veteres nomenclatores Thomae Aquinati tribuunt, ceu legitimum eius opus, *Expositionem in libros, primum et secundum, Posteriorum Analyticorum Aristotelis*. Tempus elucubrati Operis nota temporaria nulla indicat, neque indicant laudati scriptores. Cum antiqua versione latina prostat ea, quam *Argyropohis* confecit in editione Romana.

Sequitur *Expositio in octo libros Physicorum Aristotelis*. Hanc recensent omnes nomenclatores, quibus in Operum Thomae censura hactenus usi sumus. Elucubratum Opus ab Aquinate in Italia post annum 1261 refert Ptolomaeus Lucensis: *Tenens* quippe (ut ait) *studium Romae, quasi totam Philosophiam sive Moralem sive Naturalem exposuit et in scriptum seu Commentum redegit.* Praeter antiquam versionem addiderunt novam *Argyropoli* editores.

Ad expositionem quod attinet in libros De caelo et mundo, verba refero Ptolomaei Lucensis: *Hoc etiam tempore* (Gregorii X ab anno 1271 quo Pontifex electus est die 1 septembris, ad annum 1274 quo ad Caelites evolavit Aquinas die 7 martii) *scripsit etiam super Philosophiam, videlicet De caelo et generatione, sed non complevit; et similiter Politicam*. Genuina haec Thomae Expositio *lectione octava* in librum tertium completur in editione Romana, cum qua conveniunt codices ms. ab Echardo recensiti. Reliquum tertii libri et quarti Commentario suo exposuit magister Petrus de Alvernia. Ptolomaei Lucensis verba sunt: *Hos libros complevit magister Petrus de Alvernia, fidelissimus discipulus eius, magister in theologia et magnus philosophus et demum Episcopus Claromontensis.* Ptolomaeo suffragantur codices. Sorbonicum affert Echardus, in quo haec habentur: *Incipit super tertiam partem tertii* (libri) *et super quartum Caeli et Mundi, editum a magistro Petro de Alvernia.* Ad calcem duplicis codicis Navarraei sic legitur: *In hoc completur expositio magistri Petri de Alvernia in tertium et quartum Caeli et Mundi Aristotelis, ubi praeventus morte venerabilis vir frater Thomas de Aquino omisit: in qua quamvis non assequatur intentionem ipsius, aliqualis erit via aliis assequendi ipsam vel simpliciter vel in parte.* Antiqua versio et nova *Argyropoli* prostant.

Nemo non adscribit Aquinati *Expositionem in libros duos De generatione et corruptione.* Post annum 1271 in illud Opus incubuisse Thomam testatur Ptolomaeus. Imo Guillelmus de Tocco in Processu canonizationis testis citatus et iuratus haec habet capite vn num. 58: *Dixit quod vidit eum scribentem super librum De generatione et corruptione: quod credit fuisse ultimum opus suum in Philosophia.* E regione antiquae versionis legitur alia nova *Francisci Vatabli* in editione Romana.

De Commentario in *Meteororum libros* iudicium ferunt veteres ab eo diversum, quod tulisse videntur editores Romani. Aquinati adiudicant isti *Expositionem in quatuor* eius argumenti *libros:* non ita veteres. Logothcta ait: *Super duos libros Meteororum*. Trivetus: *Meteororum primum et secundum*. Petrus Rogerius seu Clemens VI: *Super duos Meteororum*. Valleoletanus: *Super duos libros Meteororum solum, quia morte praeventus non scripsit tertium et quartum*. Num ergo Commentarii in *tertium et quartum* auctor fuerit Petrus de Alvernia, qui *super quatuor libros Meteororum* scripsisse fertur? Codicem Navarraeum affert Echardus, quo Commentarii praestantur eiusdem Petri in eosdem *Quatuor libros:* fertque ipse Echardus testimonium, Commentarios *in primum librum* et *secundum* esse omnino diversos ab iis quos Thomas elucubravit: Commentarium in *tertium* esse eumdem cum edito in editione Romana: ac demum in *quartum* prorsus alium esse. Antiquae latinae versioni e vestigio comparet nova *a Vicomercato* adornata.

Commentarios in tres Aristotelis libros De anima, primum quidem *reportatum,* ut inquiunt, reliquos proprio stylo scriptos, Aquinati adiudicant veteres. Praesto sunt Logothetae verba: *Super secundum et tertium De anima... Lecturam super primum De anima fr. Raynaldus de Piperno post eum legentem collegit.* Paria tradunt Nicolaus Trivetus ct Petrus Rogerius. Commentariorum liber tertius his incipit verbis: *Hic incipit liber tertius apud Graecos et satis rationabiliter; exhinc enim Aristoteles ad inquirendum de intellectu accedit.* Satis est indicio novam ex graeco factam adhibuisse Thomam versionem. Novam illam translationem, quam modo antiquam dicimus, aliamque simul a *Michaele Sophiano* confectam, praestat editio Romana.

Sequitur in editione Romana *in eos Aristotelis libros Expositio, qui parva naturalia dicuntur.* Inscribitur primus *De sensu et sensato:* Alter *De memoria et reminiscentia:* Tertius, *De somno et vigilia:* Quartus, *De somniis:* Quintus, *Dc divinatione per somnum*. Primum et alterum recensent Logotheta, Bernardus Guidonis, Trivetus, Pignonus, Valleoletanus, s. Antoninus. Tertii mentio apud Pignonum et Valleoletanum: quarti et quinti non meminerunt veteres. Saeculi tertii decimi codicem in Parisiensi Victorina bibliotheca adservatum memorat Echardus: in quo Thomae attribuitur *Expositio libri De iuventute et senectute.* Idem adnotat ex codicibus, Navarraeo et Sorbonico, Commentarium a Petro de Alvernia editum *in librum De somno et vigilia* longe ab eo. differre, qui sub nomine Aquinatis in editione Romana prostat. Hisce de

Commentariis pro sua aequitate iudicium ferat lector. Antiquam versionem nova comitatur *Nicolai Leoniceni.*

Sancti Thomae *Expositionem in XII Metaphysicorum libros Aristotelis* recensent veteres omnes. Operis elucubrati tempus indicat Ptolomaeus Lucensis : *Isto tempore* (Urbani IV) frater *Thomas tenens studium Romae, quasi totam Philosophiam* Aristotelis *sive Moralem sive Naturalem exposuit et in scriptum seu commentum redegit: sed praecipue Ethicam et Metaphysicam quodam singulari et novo modo tradendi.* Parisienses quamplures Echardus codices recenset, Romanae editioni omnino consonos. Codicem Saniacobaeum affert, qui Commentarios prorsus eosdem continet, his attamen adnotatum verbis : *Hic liber fuit compositus a fr. Alberto Episcopo nostri Ordinis conventus Senonensis.* « Huiusce coenobii codicem alias fuisse » libenter concesserim *(Echardi verba sunt):* sed utut sit » de isto Alberto Episcopo nobis penitus ignoto, certum est » Opus esse s. Thomae *in XII Metaphysicorum libros.* » Cum antiqua versionc, nova prostat *uBessarione Cardinali Niceno* confecta.

II. Commentarios hactenus memoratos excipit *Expositio in librum De causis,* quam veteres omnes recensent ac Thomae Aquinati tribuunt. Libri specimen, auctorem, ac interpretes patefacit s. Thomas lectione i non longe ab intio : « Inveniuntur, *inquiens,* quaedam *de primis prin-* » *cipiis* conscripta, *per diversas propositiones* distincta, » quasi per modum sigillarim considerantium aliquas ve- » ritates. Et *in graeco* quidem invenitur scilicet traditus » *liber Proculi Platonici,* continens ducentas et novem » propositiones: qui intitulatur *Elevatio* (Elementario) *theo-* » *logica.* In Arabico vero invenitur hic liber, qui apud » latinos *De causis* dicitur: quem constat *de arabico* esse » translatum et *in graeco* penitus non haberi. Unde vi- › detur ab aliquo philosophorum Arabum ex praedicto » libro *Proculi* excerptus : praesertim quia omnia, quae in » hoc libro continentur, multo plenius et diffusius conti- » nentur in illo. »

Optima crisi *librum De causis* apud latinos dictum distinguit Aquinas ab ipso Proculi philosophi opere : ipsumque verissime tradit nil aliud esse, nisi Excerptum quoddam ex eodem Proculi opere, arabice confectum ac latine postea translatum. An istam ex arabico translationem confecerit Guillelmus de Morbeka? Integrum Procli opus a Morbeka latine redditum, evincunt codices Sorbonicus et Victorinus, in quibus haec habentur: *Procli Diadochi Tyrii* » *Platonici philosophi Elementatio theologica.* Principium: » *Omnis multitudoparticipat aliqualiter uno. Finis: Explicit* » *capitulum* ccxi. Completa fuit translatio huius operis » Viterbii a fratre G. de Morbeka Ordinis fratrum Pracdi- » catorum, xv kl. iunii anno Domini millesimo ducentesimo » sexagesimo octavo. » Dum ait s. Thomas Procli librum *in graeco inveniri,* num indicio fuerit nondum latinam eiusdem a Morbeka versionem confectam fuisse, cum suo ille Commentario librum *De causis* illustraret? Aliud praesto videtur esse indicium ex capitum aut propositionum numero, quas Aquinas *ducentas et novem* numerat, *ducentas et undecim* Morbeka.

De Proclo Lycio lato agit calamo Io. Albertus Fabribius in Bibliotheca Graeca libro V, cap. xxvi. Operis titulum graecum affert: Στοιχείωσι θεολογικτί, κεφάλαιζ σίζ. *Institutio theologica,* sive Propositiones 211. Sub titulo *Elementorum theologicorum* latina versio Francisci Patricii lucem Ferrariae vidit 1583, 4. Antiquiorem Morbekae translationem, Viterbii xv kal. iunii anno 1268 completam, ex' tare in bibliothecae Caesareae antiquo codice membranaceo fol. testantur Lambecius et Nesselius.

Tomum IV editionis Romanae claudit *Liber De ente et essentia,* cum Commentario Thomae Caietani. Aquinati librum adiudicant veteres. Elucubrati Opusculi tempus indicat Ptolomaeus Lucensis in Hist. eccl. libro XXIII, capite xii : « Tractatus *De ente et essentia (inquiens)* quem » scripsit ad fratres et socios, nondum existens magister, » qui sic incipit : *Quia parvus error in principio.* » Magister dictus Aquinas fuit anno 1256 aut insequente: iam ergo Opusculum elucubraverat. Nuncupatum 'dicitur *ad Fratres et Socios :* iam ergo confecerat ipsum ante annum 1253 quo Parisios profectus est, publice Sententias explanaturus.

Primum tomi quinti in editione Romana locum tenet *Expositio in decem libros Ethicorum Aristotelis ad Nicomachum.* Hanc veteres omnes recensent. In id opus incubuisse Aquinatem *tempore* Urbani IV testatur Ptolomaeus de Luca: quo nempe *tenens studium Romae, quasi totam Philosophiam sive Moralem sive Naturalem exposuit et in scriptum sive commentum redegit.* Sub Aquinatis nomine in typographiae incunabulis prodiit absque anno et loco apud Laurentium Philippi, *Artificiosum compendium librorum Ethicae Aristotelis.* Abiudicandum a Thoma hanc iubet synopsim Echardus, utpote saeculo xv confectam. In expositione Ethicorum latinas versiones praestat editio Romana, antiquam *Morbekae* et novam *Argyropoli.*

Integram *in octo libros Politicorum Expositionem* existimasse genuinum Thomae foetum videntur Romani editores. Non ita veteres, Logotheta, Petrus Rogerius, Bernardus Guidonis, Valleoletanus, s. Antoninus, qui Thomam scripsisse testantur *super quatuor libros Politicorum.* Imo Theophili Cremonensis Ord. Praedic, (qui anno 1471 *Commentaria s. Thomae de Aquino, a se diligenter ad varios codices mss. recognita, in Aristotelis libros* in lucem Venetiis apud Bonetum Locatellum protulit) haec verba sunt in Prologo : « In *duos solummodo Politicorum* » cum maiore *parte tertii:* hos namque solos reperi di- » vum Doctorcm accuratissime commentasse, licet nonnulli » asserant ipsum in omnes Politicorum libros Commentaria » edidisse. Sed si sic volunt, referant obsecro, unde tanta » obrepsit Commentariis diversitas post *dimidiati tertii li-* » *bri* commentationem. Commentatio itaque illa non divo » Doctori, sed doctissimo viro Petro Alvernati... qui in suis » commentariis pro posse divinum Doctorcm secutus est, » adseribenda est: reliquis enim Petri commentationibus » haec in *Politicorum libros* commentationum suppletio » plurimum alludit. » Theophili indicio consonat codex Parisiensis regius apud Echardum ; in quo « *Commentarius* » *solus* (Echardo adnotante) *in primum et secundum et* » *in tertium ad finem lectionis sextae tantum s. Doctori* » *adseribitur: unde ibi sic legitur :* Explicit sententia libri » Politicorum. *Caetera vero ad finem libri octavi, quamvis* » *eadem sint quae sub nomine s. Thomae exhibentur in* » *editis, non illi, sed Petro de Alvernia adseribuuntur. Sic* » *enim habetur ad calcem :* Expliciunt scripta super libros » Politicorum edita a magistro Petro de Alvernia. *Tamen* » *propter auctoritatem tot testium, qui constanter asserunt* » *sanctum Thomam in quatuor priores libros scripsisse,* » *peritiarum Ordinis virorum diligentiori disquisitioni et* » *arbitrio id totum visum est relinquendum* ». Prudentissimo Echardi mihi etiam acquiescendum consilio.

DISSERTATIO XXIV.

De Opusculis Philosophicis genuinis et suppositiiis.

CAPUT I.

lo. Ambrosii Barbavara censura in XII Opuscula Philosophica, Aquinatis nomine praenotata: animadversiones.

I. ntcr Opuscula Philosophica sancti Thomae Aquinatis aut genuina aut supposititia, primum in editione Romana tenet locum, quod XXIX numeratur, inscribiturque *De principio individuationis.* Veteres plures ^^^illud recensent, Ptolomaeus de Luca, Bernardus Guidonis, Pignonus, Vallcoletanus, s. Antoninus. Suam nihilominus censuram in Opusculum exercet Ambrosius Barbavara his verbis: « Opusculum XXIX » *De principio indiriduationis* Caietanus testatur esse imper» fectum et in bibliotheca Vaticana locupletius a se visum, » sub titulo *De potentiis cognoscitivis* (Incipit enim Opu» sculum, quo de agimus: *Quoniam duae sunt in homine* » *potentiae cognoscitivae* etc.). Verum utrovis modo inscri» batur, neque titulus satis respondet, quippe *De individuo* * absolute inscribendum potius fuerat: neque res ea felici» tate tractatur, qua sua consuevit Aquinas. Nihil ibi di» stinctum vides, sententia sententiam occupat et sermo » est improprius. *Reflexio,* inquit, *est duplex: una ab ori» gine potentiae, altera ab origine obiecti.* Item: *Intelle» ctus potest redire in se per actum et potentiam suam* » et *redire per obiectum in ipsam originem obiecti, vide» licet per phantasmata in species sensibilium.* Quis, ob» secro, has locutiones non statim abhorreat? Profecto in» tellectum in se redire per suam potentiam est ipsum » per semetipsum ad se redire: et intellectum per phanta» smata super species rerum sensibilium converti, non est » ipsum ad se redire, sed potius a se longius divagari. » Alibi quidem a divo Thoma dictum rcpcries, quod in» tcllectus non cognoscit singulare directe, sed per refle» xionem: et reflexionis ratio longe aliter exponitur. *Ex » hoc* (inquit I p., q. lxxxiv, lxxxvi, lxxxvii) *quod intel» lectus apprehendit suum intelligibile, revertitur ad con» siderandum suum actum et speciem intelligibilem, quae » est principium suae operationis, et eius speciei originem: » et sic venit in considerationem phantasmatum et singu» larium quorum sunt phantasmata.* Ubi patet, per origi» nem obiecti intelligi ab eo ipsum phantasma, cum sit » origo speciei intelligibilis: hic autem bonus vir facit phan» tasma obiectum, et reflexionem in hoc consistere putat, » quod intellectus per phantasma progreditur ad species » sensibiles rerum exteriorum. Neque illud etiam est prae» tereundum, quod cum ostendisset auctor, quomodo sin» gulare ab intellectu cognoscatur, subiungit: *Ex his,* in» quiens, *facile est videre, quomodo materia sit princi» pium indiriduationis;* cum tamen luce clarius constet » has considerationes nihil sibi prorsus cohaerere. Absit » ergo ut tam imperitum artificem nomine *Aquinatis* exor› nemus. ›

Levia mihi videntur haec Barbavarii momenta quibus Opusculum insequitur, quo de agimus, Thomae Aquinati ceu foetum germanum a veteribus attributum. A postremo argumento ut incipiam: declarandum adsumit Thomas *quomodo materia sit principium indiriduationis,* idque *videre* ait *facile esse ex his,* quae praemiserat. Atqui vero documenta absque dubio praemiserat, quae ad principium individuationis cognoscendum viam sternunt. Ait quippe: *Ideo quidditas rei materialis in ipsa sua particularitate est obiectum rationis particularis* (quam in homine *cogitativam* vocabant), *cuius est conferre de intentionibus particularibus ... quae potentia per sui coniunctionem cum intellectu, ubi est ratio ipsa, quae confert de universalibus, participat vim collativam. Sed quia pars sensitivae est, non abstrahit omnino a materia: unde obiectum suum proprium manet quidditas particularis materialis. Hoc autem non est, quod illa potentia apprehendat materiam in se, cum ipsa non possit sciri nisi per analogiam ad formam: sed quia collatio* (seu consideratio) *de materia in ordine ad formam, per ipsam materiam individuatam, spectat ad hanc potentiam: sicut considerare de materia in communi in ordine adformam (in) specie, spectat ad rationem superiorem...* Haec optime norunt, qui Philosophiae Peripateticae diu regnantis in scholis penitius introspexerint fibras et subtilitates. Iam vero indicio facto de forma, quae per materiam sive per ordinem ad materiam individua redditur, *ex his* pronum erat ulterius progredi, ac *facile* etiam *est videre, quomodo materia sit principium individuationis:* quod altera Opusculi pars est.

In ea duplici reflexione, *ab origine potentiae et ab origine obiecti,* nihil esse video, quod locis citatis ac alibi traditae ab Angelico Praeceptore doctrinae repugnet aut minus consonet. Siquidem *quaelibet potentia,* ut ait auctor Opusculi, *fertur super obiectum suum proprium,* et obiectum *habet determinare actum ipsius potentiae,* ac demum *quidditas rei sensibilis eSt ·obiectum intellectus* hominis *proprium.* Itaque per actum, quo intelligit obiectum, reflectitur intellectus in ipsius actus originem, in ipsam potentiam, in seipsum: per obiectum vero, quod intelligit, reflectitur in ipsius obiecti intellecti originem, in phantasmata nempe et in ipsas rerum exteriorum species. Et *isti* (inquit auctor) *sunt duo modi reflexionis suae; quarum altera cognoscit se et quae a parte sua sunt, altera vero quae sunt·a parte obiecti sui.* Haec ipsissima sunt saepe tradita a Thoma documenta.

II. Opusculum, quod inscribitur *De principiis naturae ad fratrem Silvestrum,* recensent Ptolomaeus de Luca, Logotheta, Trivetus, Bernardus Guidonis, Pignonus, Valleoletanus. Bis eiusdem meminit Ptolomaeus. In libro XXIII Hist, eccl., cap. xn inter Opuscula his verbis apud Mutatorium tomo XI Scriptorum Italiae: «Tractatus *De principiis » naturae* ad fr. Silvestrum, qui sic incipit: *Nota quod » quoddam potest esse, licet non sit.* » Eadem occurrit lectio apud Casimirum Oudinum: quae paullo differt ab editis, in quibus Opusculum sic incipit, *Quoniam quoddam potest esse, licet non sit.*

Tempus elucubrati Opusculi indicat laudatus Ptolomaeus libro XXII, capite xxi: *Infra magisterium,* inquiens... *quosdam libellos composuit. Unus fuit Contra Guillelmum de sancto Amore... Secundus fuit De quidditate et esse* (seu De ente et essentia). *Tertius fuit De principiis naturae.*

Post turbas, quae in Parisiensi Universitate motae fuerant, compositas, magisterio donatus Thomas fuit anno 1256 vel insequente: hinc tempus sublucet quo praedictum Opusculum ab Aquinate elucubratum dici debeat.

III. Minutis characteribus excusum in editione Romana prostat Opusculum *De natura materiae et dimensionibus interminatis.* Cur veluti dubium censuerint Romani editores non constat: « Nam qua ratione de Opusculo XXXII » aliqui dubitent *(verba sunt Barbavarii')* prorsus ignorare me fateor. Stylus est idem (ac in Opusculo *De prin*» *cipiis naturae'),* ordo non dissimilis: omnia denique, iu» dicio meo, quadrant. Quod enim ibidem docet (capite vu): » *Dimensiones easdem in vivo atque mortuo remanere,* » praeter alibi tradita de forma substantifica, quam recipi » semper contendit in nuda materia; nullum parit scru» pulum consideranti verba sua attentius. *Eaedem,* inquit, » *dimensiones sunt in vivo et in mortuo per essentiam: » quia idem ordo manet in materia et ad eamdem formam: » sed secundum esse actu non manent, nisi in quadam » aequalitate. Et idem est de aliis accidentibus.* Plane vero » quisquis vellet Aquinatem privare gloria huius Opusculi, » tollat etiam alterum oportet *De principiis naturae:* nam » eumdem esse utriusque auctorem, testatur Praefatio: *Post» quam de principiis sermo habitus est, remansit plenius » naturam materiae considerare.* »

Cur vero demum in dubium vocari Opusculum debeat, quod verbis disertissimis Aquinati adscribunt veteres, Ptolomaeus, Bernardus Guidonis, Pignonus, Valleoletanus? Spongia ergo indigent haec Philippi Labbei verba: *XXXII De natura materiae et dimensionibus interminatis non videtur esse divi Thomae.*

IV. « Opusculum XXX *De ente et essentia (verba refero » Barbavarii)* et alia deinceps usque ad XL in quo *De mo» dalibus* agitur, Aquinatis ingenium prorsus redolent. » Hinc iuxta Barbavarii censuram ad Aquinatem verum parentem pertinent, Opusculum XXXIII *De mixtione elementorum,* ad magistrum Philippum: XXXIV *De occultis operibus naturae,* ad quemdam militem: XXXV *De motu cordis,* ad magistrum Philippum: XXXVI *De instantibus:* XXXVII *De quatuor oppositis:* XXXVIII *De demonstratione:* XXXIX De *fallaciis,* ad quosdam nobiles artistas: XL *De propositionibus modalibus.*

Barbavarii iudicium confirmant locupletissimo testimonio veteres nomenclatores. Opusculum *De mixtione elementorum ad magistrum Philippum* recensent Ptolomaeus, Logotheta, Bernardus Guidonis, Trivetus, Pignonus, Valleoletanus, s. Antoninus. Philippi, cui nuncupatum Opus est, patriam addit Logotheta *Castrum caeli.* Num potius legendum *Castrum celsum,* gallice *Chautoceaux* vel *Chateauceaux.* Vide Bruzen la Martiniere.

Iidem probatissimi testes omnes Opusculum memorant, quod sequitur, *De occultis operibus naturae.* Militi opellam nuncupavit Aquinas: quem Ptolomaeus et Logotheta vocant *Militem ultramontanum.* Eorum nomenclatorum unum est testimonium de adscribendo Aquinati Opusculo *De motu cordis.* Nuncupatum *Philippo* legitur, *de Castrocaeli,* ut addit Trivetus.

Genuinum Thomae foetum ut Opusculum existimemus *De instantibus,* satis est quod ferunt testimonium Ptolomaeus et Bernardus Guidonis: quibus adstipulantur Pignonus, Valleoletanus et sanctus Antoninus. Tres isti postremi testes ac illis antiquior Bernardus Guidonis Thomae adiudicant Opusculum *De quatuor oppositis:* itemque Bernardus et Valleoletanus pro foctu Aquinatis habent Opusculum *De demonstratione,* typis attamen minutioribus excusum in editione Romana. Quae denique sequuntur Opuscula duo, *De fallaciis* et *De propositionibus modalibus,* his abs Ptolomaeo de Luca recensentur verba: *Item tradidit quibusdam nobilibus artistis Logicalia, quia scripsit Modales et Fallacias et Introductoria ad logicam.* Ptolomaeo concinunt Bernardus Guidonis et s. Antoninus et Pignonus.

V. Minori charactere impressum exhibet Romana editio Opusculum XLI *De natura accidentis.* Recensent illud Ptolomaeus ct Pignonus: omittunt Bernardus, Valleoletanus et sanctus Antoninus. Ambrosii Barbavara censura est: « Abest » longe *(inquientis)* a puritate doctrinae Peripateticae et » consequenter ab indole Aquinatis. Norunt omnes, dum » dicitur a Peripateticis, *quod accidentis esse est inesse,* » verbo illo *inesse* connotari substantiam, tanquam eius » subiectum: nam accidens ideo ens dicitur, quia entis, » idest substantiae (modus quidam est). Tam subtilis hic » Doctor novam quamdam interpretationem eius dicti mo» litur. *Per hoc,* inquit, *inesse non significatur, quod esse » accidentis sit in ipso esse substantiae: sed solum quod » esse accidentis sit inhaerere rei,* quaecumque sit res illa; » quasi nomine *rei* Peripatetici aliud intelligent, quam sub» stantiam; quemadmodum et nomine *entis.* Quo fit, in» quit, *quod quaedam accidentia sint, quorum 'subiectum » proprium non est esse substantiale rei, sed accidens ali» quod, sicut quantitas est subiectum qualitatis:* plane non » distinguens inter subiectum quod recipit et id quod est » subiecto ratio recipiendi sive conditio sine qua non reci» pitur. Quis etiam illud non admiretur, cum in re (in» quit) composita quatuor sint consideranda, *res, esse eius, » forma et materia:* et res sit propior suo esse quam forma, » *cum per rem* (inquit) *esse adsit tum materiae, tum for» mae?* O miseram philosophiam, quae hactenus tanquam » axioma pronuntiaret *quod esse non adsit rebus nisi be» neficio formarum...* Sed parvi momenti forent haec, nisi » etiam sibi repugnantia diceret hic auctor. Nam docet, » *quantitatem prius adesse substantiae, quam alia acci» dentia, utpote quae materiam consequitur, cum qualitas » consequatur formam.* Attamen materiam docuerat, *esse » a re remotiorem, quam formam;* quia primum, inquit, » est res, secundum esse, tertium forma, quartum materia. » Et ne cum hoc sophista bellum suscepisse videamur, » adducamus tandem argutam illam praefationem: Quia, » inquit, *accidentia magnam partem conferunt ad cogno» scendum quod quid est... de accidente igitur et eius ori» gine aliquid breviter dicemus, quo facilius intellectus in » quidditatem rei ducatur.* Nonne his verbis satis declarat, » se nihil prorsus intelligere, nec quid sit accidens, nec » quid intelligat Aristoteles *per quod quid est.* » Subtilem censuram, subtilitatibus Peripateticis consonam, obtulisse non pigeat.

CAPUT II.

Eiusdem Barbavara censura in alia postrema XIV Opuscula Philosophica cum animadversionibus. Aliae nonnullae adulterinae lucubrationes.

I. /~Npusculum *De natura generis,* memorant Ptolo- V/maeus et Pignonus: silentio praetereunt caeteri. Censuram accipe Barbavarii: « Licet pleraque contineat non » aspernenda, multa tamen vicissim desiderat divo Aquinati » peculiaria, ordinem, stylum cultiorem et distinctionem » rerum, quas pertractat, magis peripateticam. Ne singula » prosequamur vitia, quis haec audeat divo Thomae im» pingere, *quod Physica subalternetur Metaphysicae* (ca» pite xiv). Quod dum quantum definitur ab Aristotele V » Metaph., *est divisibile in ea quae insunt, quorum singu» lum est hoc aliquid;* haec ultima particula *ponatur ad » differentiam mixti* (capite xx). Cur et non potius ad dif» ferentiam partium essentialium, cum etiam in corpore » simplici quaedam insint, in quae si dividatur, nullum » eorum erit hoc aliquid? Quod continui differentiae quae» dam sint *intraneum et extraneum* (ibidem). Quodque » has differentias Aristoteles circumloquatur *per transiens » et permanens* (ibidem). Profecto neque Aristotelem his » vocibus aliquando usum videmus: neque semper verum » est, quod quantitas, quae intrinsecus rem dimetitur, sit » dc permanentium genere; quae vero extrinsecus, transeat. » Annon est motus in re mobili, qui tamen pertransit? » Contra vero locus rem locatam extrinsecus tantum di» metitur: est tamen de genere permanentium. Rursus quod » eamdem censet divisionem quanti in *continuum* et *di»scretum* et in constans *ex partibus habentibus et non » habentibus positionem ad invicem...* Possem alia notare » maioris momenti circa ipsam *Generis,* de quo tractatur,

» naturam: sed ne disputationem longiorem ingrediamur, » libuit haec tamquam apertiora subnectere; ex quibus quis- » que facilius indicate possit auctoris ingenium. Denique » ut de isto suspicemur, facit quod hoc idem argumentum » ex proposito ab eodem Aquinate copiosissime tractatur » in Opusculo *De ente et essentia.* »

II. Barbavarius pergit: « Quatuor, quae sequuntur (Opu- » scula) *De potentiis animae, De tempore, De pluralitate* » *formarum* et *De natura syllogismorum,* a divo Doctore » subtrahi citra iniuriam nec possunt, nec debent. » Qua- lecumque huiusmodi Opusculorum pretium fuerit, haud ausim ego ea Aquinati adiudicare, quorum veterum nemo uspiam meminit. Antiqui etiam codices desiderantur, in quibus cum *nomine Thomae Aquinatis* prostent. Veluti dubia minutis characteribus excudi eadem iusserunt Romani editores.

III. Opusculum, quod inscribitur *De totius logicae Aristotelis summa,* veterum nemo recenset. Barbavarii censuram refero: « Licet sit viri undequaque eruditi, habet tamen » aliqua, propter quae Thomistae in controversiam merito » illud revocent. Quale illud est, quod doctrina illa *Prae-* » *dicabilium et Praedicamentorum* (sex vel septem tra- » ctatibus comprehensa) tota metaphysicalis est et ad novi- » tios imbuendos omnino inutilis: quare in opportuniorem » locum eas considerationes'Aquinas reiecisset. Item quod » capite in *Praedicabilium* ait: *Animas separatas differre* » *numero, non per materiam quam non habent et cui non* » *coniunguntur, nec per relationem ad materiam cui con-* » *iungibiles sunt, cum relatio sit posterior ipso relato:* » cum tamen ubique doceat divus Thomas et maxime *De* » *ente et essentia* capite vi, eas individuari per habitudi- » nem ad corpus, quae habitudo non est relatio, sed fun- » damentum relationis. In eodem etiam capite ponit, prin- » cipium individuationis *in formis esse potentialitatem* * *quamdam,* ex qua habent, *ut sint partes compositi* et ut » possint iungi materiae: cum tamen s. Aquinas semper » referat individuationem in materiam signatam, tamquam » in radicem et originem. In principio *Praedicamentorum* » nequaquam placet illa locutio (capite i); *Nunc,* inquit, » *dicendum est de Praedicamentis: et quia Praedicamen-* » *tum dicit quaedam predicabilia, ordinata in ordine prae-* * *dicamentali, videndum est, quot modis fiat praedicatio.* » Neque illud, quod in π capite *Praedicamentorum* ponit » conceptuum ordinem intellectus talem; ut *primo ens* » *apprehendat,* deinde per ordinem quae sequuntur magis » universalia, *substantia videlicet, deinde corpus* etc. Hic » enim ordo in cognitione confusa rerum, de qua sermo- » nem ibi esse constat, minus servatur a divo Thoma: quod » optime notat Caietanus in quaesito *de primo cognito;* » praeter hoc quod ipsa experientia testatur, nos prius co- » gnoscere quod Socrates sit homo, quam quod sit animal.»

IV. Sequitur Barbavarii censura: « Quatuor, quae se- » quuntur Opuscula, *De sensu respectu singularium et in-* » *tellectu respectu universalium, De inventione medii, De* » *natura luminis et De natura loci,* veras adferunt notas » Thomisticae disciplinae: neque adeo de illis apud quem- » piam, quod sciam, dubitatur.» Dubia illa tamen habuerunt editores Romani, qui minuto charactere excudenda iusserunt: eademque silentio praetermissa sunt apud veteres omnes.

V. Idem Barbavara censet: « Opusculum *De intellectu* » *et intelligibili* fragmentum quoddam esse ac meram col- » lectionem eorum, quae divus Thomas alibi (in Opu- » sculo XIV) *De verbo* edisserit. Quare *(inquif)* sive locus » illi detur inter germana eiusdem scripta sive inter apo- » crypha reiiciatur; neque auctori, neque operi ulla fit » iniuria. » Veterum nemo eius meminit. « Opusculum, *De* » *quo est et quod est,* indiget potius (correctore et sup- » pletore) quam arbitro, qui illud in certam classem re- » digat. » Notam appinxere editores Romani his verbis: *Nota, quod hoc Opusculum est imperfectum et valde cor- ruptum, ut puto vitio impressorum, qui illud in Alemannia impresserunt.* Illud solus Pignon, silentibus caeteris, re- censet.

VI. Opusculorum classem duo claudunt, *De universa- libus inscripta.* Mentio eorum apud veteres nulla. Barba- varii censuram affero: « Opusculum prius *De universalibus* » qui divo Thomae attribuendum voluerit, ipsum onerabit » potius, quam honorabit. Distinctio illa universalis, prout » refertur *ad operationem naturae vel ad intentionem na-* » *turae,* gravior est auribus Thomistarum. Item phrasis illa » plusquam barbara, quae testatur auctorem arabem potius » quam latinum. *Animal,* inquit, *et simile quodlibet aliud* » *universale, est animal solum et est forma intelligibilis* » *secundum formam, quam dicimus: et est natura, de qua* » *potest dici, quod esse eius est prius, quam esse natu-* » *rale.* Item: *Possunt tamen animal et homo per se con-* » *siderari, quamvis sit cum alio a se. Sed animal in quan-* » *tum universale, non est animal solum, sed est animal* » *et aliud non animal. Consideratum in se est medium,* » *quod cum fuerit animal et aliud quod non est animal,* » *tunc erit animal in hoc, tamquam pars eius.* Dura nimis » atque impropria loquutio: quin verius dixerim, mani- » festus error, quod animal secundum naturam suam con- » sideratum sit in animali, quod universale est, tamquam » pars eius: et quod animal consideratum in se medium » quoddam sit inter ipsummet animal ut est universale et » ut spoliatum universalitate. Hoc enim sibi volunt verba » illa: *Consideratum in se est medium, quod cum fuerit* » *animal et aliud non animal.* Illa etiam loquutio indigna » est Aquinate: *Alii,* inquit,*ponentes universalia... posue-* » *runt ea esse et subsistere praeter singularia et praeter* » *intellectum; et isti fuerunt Platonici, quorum,* inquit, » *caput fuit Plato;* ne forte crederemus Platonicorum caput » fuisse Homerum vel Epicurum.

« In posteriori Opusculo *De universalibus* plura adhuc » sunt, quae non obscure indicant auctorem alium, quam » Aquinatem. Phrasis barbara vel in ipso operis ingressu: » *Dico ergo,* inquit,' *quod universale, secundum quod uni-* » *versale, comprehendit primam rem, quae de se nata est* » *in pluribus esse secundum intentionem secundani.* Item: » *Debes scire, quod homo non dicitur universalis, nisi* » *quia consideratur universaliter.* Egregiam consideratio- » nem! Item: *Universale praedicari potest secundum natu-* » *ram realem, quam includit materialiter;* cum dicendum » fuisset universale materialiter acceptum, scilicet pro natura » reali, praedicatur etc. At gravius est illud, quod ponit » discrimen inter scientiam *naturalium et artificialium* » penes hoc: quod *destructis naturalibus rebus, pariter* » *eorum scientia destruitur,* non sic vero de artificiatis; » non distinguens inter actum et potentiam. Nam siqui- » dem nihil naturalium esset actu, potentia tamen forent: » esset de illis scientia, qualis modo est. Denique illud » omnino ridiculum, quod ait: *Impossibile esse logicam* » *scire, nisi quis fuerit sciens et expertus in aliis scien-* » *tiis, et specialiter in Metaphysica.* Et hoc inquit: quia » intellectus nunquam sciret attribuere intentionem spe- » ciei ipsi homini, nisi sciret quod homo secundum quod » intellectus, est participabilis a pluribus differentibus nu- » mero. Profecto si ita est, imperitus artifex logicae fuit » Aristoteles, qui regulas recte sylloggizandi non fuerit in » caeteris scientiis periclitatus, sed in mutis elementis A, » B, C. Quamquam veni? danda est auctori, qui statim sui » oblitus, doceat *Logicam esse prius aliis scientiis addi-* » *scendam:* et hoc inquit, *quia nostra cognitio ortum ha-* » *bet a sensu, cuius obicctum sunt accidentia, quae nobis* » *notiora sunt, et quia communiora sunt magis nota no-* » *bis;* declarans per haec verba, se neque intelligerc illa » communia, ex quibus procedit logicus: neque omnino, » quodnam sit obiectum logicae. »

VII. Aliae sunt non paucae, quae extra Operum sancti Thomae editiones feruntur adulterinae lucubrationes, typis excusae aliquae, aliae in codicibus mss. adhuc latentes, san- ctissimi Doctoris praeferentes nomen. Satis eas memorare fuerit, ut quisque, si forte inciderint sub oculos, reiicere non vereatur. Recenset omnes, quotquot deprehendere li- cuit, diligentissimus Echardus.

1. *Breviloquium, quomodo in unitate substantiae est Trinitas personarum.*

2. *Utrum principium individuationis sit materia in cor- poralibus.*

3. *De motoribus corporum caelestium.*

4. *Dominicae precationis pia admodum et erudita explanatio.*

5. *De septem petitionibus orationis Dominicae.*

6. *Mundi machina.*

7. *Summa de essentiis essentiarum,* duos in libros tributa. Altissimo haec omnia et singula premuntur silentio apud veteres omnes: ab sancti Thomae stylo abhorrentia quam maxime, eiusdemque doctrinae aut repugnantia aut minus consona. Post ipsius obitum aliqua scripta fuere: fabulis alia scatent, quae sub nomine gravissimi Doctoris Aquinatis prodi potuisse indignandum.

His accedunt ad alchimiam pertinentia nonnulla Opuscula. Potior videtur *Tractatus domini Thomae Aquinatis Ord. Praed. datus fratri Rainaldo socio eiusdem Ordinis, declarans modum quem tenere debet, volens laborare in alchimia.* Exstat in Theatro chimicorum tomo III. Is per otium a me collatus cum ms. codice, quem possidet illustrissimus Laurentius a Turre, Neriano Sodalitio Utini Praepositus, mendis quamplurimis detergi potest. « Sic *nempe* » quibusdam audacibus placuit non solum praestigiatores » *(verba sunt Echardi),* sed et sycophantas agere, sancto » Thomae huiusmodi propudiosas lucubrationes affingendo, ut suae arti a tanto nomine auctoritate conciliata, » eius exercendae pudorem procul amandarent. Sed nihil » egerunt. » Actum vero satis de minoribus Thomae nostri Operibus: quorum alia germana ac sincera vindicavimus: dubia quaedam et alia prorsus reiicienda ostendimus.

DISSERTATIO XXV.

De censuris, quae Parisiis et Oxonii latae feruntur adversus nonnulla S. Thomae theologica et philosophica dogmata: deque vindiciis adornatis ac censurae Parisiensis revocatione.

CAPUT I.

Thesium censurae per Episcopos Parisienses, Guillelmum el Stephanum Tempier latae, confirmataeque a Roberto de Kildwardbi Archiepiscopo Cantuariensi in Anglia recensentur. Nonnulla doctrinae a s. Thoma traditae capita per easdem notari audax et imperita quorumdam opinio: praecipui divi Thomae vindices, an etiam Aegidius de Columna. Specimen Operis quod inscribitur, *Correctorium corruptorii.*

I· & *A&iv* caSLvVum germana divi Thomae Aquinatis Opera cr*tic*s Dissertationibus expendimus et d® X?vindicamus, dubia revocamus ad examen Jlim Sm r reiicimusque supposita; non ita nobis an- #gustos Praefigi cancellos putavimus, ut si quae sunt audacium censorum iudicia in j «/7 ipsam Thomae doctrinam, intacta praetermittere, inita nulla discussione, deberemus. Pugnavimus ergo in Dissertatione de Commentario *in Epistolas divi Pauli,* contra Erasmum et Richardum Simonium, qui nonnulla doctrinae ab Aquinate traditae capita nimium acerba et iniqua notarunt censura : pluresque sacrae Scripturae interpretes ac bibliographos insequuti in ea sumus, quae de Commentariis *in Isaiam et Ieremiam* inscribitur; methodum ab eodem Aquinate servatam in explanandis veteris Testamenti prophetiis atque typis tutantes et vindicantes. Similes non paucas occasione data peractas vindicias aliae complectuntur Dissertationes. Adversarii succedunt, qui aperto marte dogmata plura, quae theologicis in Operibus sui? tradit Thomas, traducere in invidiam conati sunt : adhibentque censuras quasdam Parisienses et Oxonienses, ac si aut errores per eas damnatos instauraverit Thomas aut Thomae sententiae quaedam per easdem confixae fuerint. Piaculum foret haec surda aure et immoto calamo praeterire.

Memoratas primo loco censuras recenseo earumque auctores: ac tempora definio, quibus ipsae latae sunt. Primus adest Guillelmus Parisiensis Episcopus, qui *anno Domini 1240 in octava Epiphaniae* (die 13 ianuarii) *errores* quamplures *detestabiles contra catholicam veritatem, repertos in quibusdam scriptis,* nigro theta notavit damnavitque. Is est Guillelmus, huius nominis *tertius* in Parisiensibus tabulis, dictus *Arvernus*. Annus ille 1240 stylo vetere, numerandus est stylo novo insequens 1241 ab kalendis ianuariis inchoatus. Theses condemnatas refert omnes Carolus Duplessis d'Argentrè, Sorbonicus doctor ct Episcopus Tutelensis, in Collectione iudiciorum de novis erroribus tomo 1 , pag. 186. Nimium sibi indulgebant lascivientia nonnullorum Academicorum ingenia, quorum licentia censurarum freno cohiberi debuit. De quodam errore per hanc censuram damnato, quem instauratum ab Aquinate putarunt olim adversarii, agendum in Dissertatione sequente.

Segetem errorum amplissimam, qui ab Academicis vulgabantur , haud satis amputaverat Guillelmus Parisiensis Antistes. Curas diligentiores adhibuit Stephanus Tempier, eiusdem Ecclesiae Episcopus, qui Romani Pontificis litteris admonitus permotusque, theses plurimas notavit, *novemdecim ac ducentas* ab aliquibus numeratas, ab aliis *duas et viginti supra ducentum,* quas imposterum Academicorum nemo traderet ac teneret: easdemque Oxoniensi in Anglia Academia, ac insuper plures alias exulare iussit Robertus de Kildwardbi Archiepiscopus Cantuariensis ex Ordine Praedicatorum adsumptus, sacra etiam Purpura donatus.

Post initum confectumque examen, coram palamque vulgata demum est censura Parisiensis, datis ab Stephano litteris *anno Domini 1276 die dominica, qua cantatur* Laetare Jerusalem, *in Curia Parisiensi:* dataeque leguntur Robert! de Kildwardbi litterae *die iovis proxima ante festum sancti Cuthberti in Quadragesima anno Domini 1276.* Litteras praedictas erroresque damnatos, diligenti facta collatione cum manuscriptis codicibus Sorbonieis, recenset loco citato laudatus Dargentraeus. Annum 1276 stylo vetere intellige, computatum ab Incarnatione vel a Paschatc, qui civilis et lulianus novo stylo numerandus est 1277. Hoc anno, littera dominicali C insignito, incidit sanctum Pascha die 28 martii. Hinc die 7 eiusdem martii, *dominica Laetare,* Stephani Parisiensis censura vulgata est: et die 18 martii, seu *die iovis* post dominicam in Passione, *proxima ante festum sancti Cuthberti,* quod insequenti die celebratur, suam Oxonii tulit censuram Robertus Cantuariensis. Hinc etiam in prioris censurae Parisiensis epocha dissidium nullum in codicibus, quorum alii apud Dargentraeum notant annum 1276 alii 1277. Stylum veterem novumque animadverte, ac antilogia evanescit omnis. Sed eadem Stephani censura perperam editis aliquibus in exemplis, quae referunt laudatus Carolus Duplessis ct Franciscus Sylvius in Oratione apologetica pro s. Thoma Aquinate habita Duaci anno 1624 die 7 martii, lata legitur anno 1226 aut 1227. Aut enim altera cifra 2 pro 7 typo errante substituta fuit: aut in anno romanis numeris expresso M. CC.XXVI littera L excidit: aut quacumque demum ex causa prodierit, corrigendum mendum est. Quae libuit hoc loco diligentius adnotare, ut dogmatum divi Thomae vindices elumbe noverint argumentum, quod ipse Sylvius aliique promunt ex epocha illius anni 1226 aut 1227, quo Thomas Aquinas non modo nihil scripserat docueratquc quod Parisienses et Oxonienses doctores notarent; sed in hanc mundi lucem vix anno praedicto emissus ille fuerat.

II. lamvero « circiter decimus ab *Aquinatis* obitu labe- » batur annus *(aerae vulgaris 1224 verba sunt Sglvii loco* » *citato)* cum ecce lucubrationes eius audaculus quispiam » ad suum tribunal, tamquam censor, citavit: et insigni » pariter inscitia ct petulantia *correxit,* ut quidem ipse » loquebatur: librumque edidit *Correctorium Thomae* in- » scriptum:» ccnsurasquc memoratas, quas Guillelmus et et Stephanus Parisienses tulerant, adhibebat ut dogmata nonnulla ab Aquinate tradita pro damnatis habenda ostenderet. Is est Guillelmus *la Mare,* vel *de Mare,* vel *de la Mare,* anglus natione, doctor Oxonicnsis: de quo Wadin-

gus in Annalibus verba facit ad an. 1290 num. 18, ipsumque vocat *Serium nimis indagatorem eorum, quae obiicere posset contra s. Thomam*. Praecipua doctrinae capita, quae oppugnari posse, veluti praedictis censuris iam notata, putavit ille, infra dabimus et vindicabimus.

In arenam pro Thoma contra Lamaraeum descenderunt consodales plures, qui doctrinae praestantia aevo illo florebant. Memorant Laurentius Pignon, Leander Albertus et alii, insigne ab Richardo Knapwel seu Clapoel, anglo, sacrae Theologiae magistro Oxoniensi, elucubratum sub' finem saeculi xm opus, *Contra corruptorium fratris Thomae de Aquino*. Nempe *Correctorium* ab Guillelmo Lamaraeo inscriptum, vocitari solebat *Corruptorium*. Similis argumenti opus, *Contra corruptorem sancti Thomae,* Ioanni Parisiensi, quem *secundum* huius nominis appellant, ad antiquioris discrimen, qui *Pungens-asinum* cognominabatur, adiudicant veteres nomenclatores. Anno Christi 13oo florebat ille. Liber prodiit Venetiis, qui *Correctorium corruptorii fratris Thomae* inscribitur, typis Octaviani Scoti anno 1516 f. sub nomine *fr. Aegidii de Columna romani,* Ordinis sancti Augustini, Archiepiscopi Bituricensis anno 1316 denati. Operis initium est: « *Quare detraxistis* » *sermonibus veritatis, cum ex vobis nullus sit, qui possit* » *arguere me...* (Iob. vi.)? Quaestio proposita optime in per» sona fr. Thomae de Aquino Doctoris eximii, cuius do» ctrina fulget Ecclesia, potest proponi quibusdam, qui » eius doctrinam, imo veritatem, quam docuit depravare » nituntur, Ipsius sermonibus veritate plenis et spiritu ve» ritatis instigante conscriptis, detrahentes etc. » Venetam priorem aliam anni i5ot huiusce operis editionem memorat Guillelmus Cave: aliamque Coloniensem aevo sequiore seu anno 1624 curavit Gualterus Strevesdorf coloniensis Eremitarum s. Augustini Prior: ac rccentior Neapolitana demum prostat anno 1644 accurata. Prodierunt omnes sub eiusdem Aegidii de Columna nomine : suamque foedavit editionem Strevesdorffius interpolationibus, animadvertente Carolo Duplessis d'Argentrè, *sancti et Angelici Doctoris* adiecto cognomento, quoties Thomam nominari contingit, contra fidem codicum mss, qui Sorbonensi in bibliotheca adservantur: novumque titulum commentus est, scilicet, *Defensorium seu Correctorium librorum sancti Thomae contra Guillelmi Lamarensis Thomae mastygis corruptorium*.

Atqui vero plura ac solida proferunt argumenta Dargentraeus loco citato et Echardus tomo I Scriptorum Ordinis Praedicatorum pag. 5o3, quibus ab Aegidio idem opus abiudicatur, tribuendumque evincitur cuidam Ordinis Praedicatorum alumno : an Richardo Clapoelo an Ioanni Parisiensi II incertum. Nihilominus veteres recentesque praesto sunt scriptores, qui paris argumenti lucubrationem laudato Aegidio de Columna adiudicant. Dignum illud animadversione , ab Ioanne Pico Mirandulano in Apologia, quaest. 1. *de descensu Christi ad inferos,* ipsum induci Aegidium, qui adnotet, de Parisiensibus articulis abs Stephano damnatis *nihil esse curandum, quia fuerunt facti, non convocatis omnibus doctoribus Parisiensibus, sed ad requisitionem quorumdam Capitusorum* (sic nempe ibidem). Quae verba, cum, Dargentraeo teste, non reperiantur nec in *Sententiarum* libris, nec in *Quodlibetis* ab Aegidio elucubratis nec in edito sub eius nomine *Defensorio s. Thomae,* aliud opus indicare videntur, quod ipse pro Aquinate elucubraverit.

III. Manuscriptum praetermittere non licet *Correctorium* quoddam *corruptorii* in Sorbonensi bibliotheca adservatum, quod incipit: *Sciendum est igitur: I. p. Summae, quaestione* xn *quaerit s. Thomas* etc. Durando de Aureliaco, qui vulgo *Durandellus* dicebatur, opus attribuit Echardus: non illi, sed alteri scriptori adiudicandum censet ac evincere videtur Dargentraeus. Ipsum consule virum doctissimum. Simile opus praestat codex membranaceus in 4, in Veneta ss. Ioannis et Pauli bibliotheca, quem propriis oculis ac manibus, favente humanissimo Dominico Berardello bibliothecae Praefecto, inspicere licuit ac tractare. Primum in eo prostat *Littera, quam ven. Episcopus fr. Petrus de Palude Ord. Praed. doctor in utroque iure et magister in theologia, ac Patriarcha Ierosolymitanus, transmisit fratri Hugoni de Balsa* (de Vauceman) *magistro Ordinis praefati, qui ab eodem consilium petebat per litteram: si, quomodo, qualiter et quando fratres dicti Ordinis possint redditus et anniversaria habere et retinere.* Sequuntur *sermones* plures, qui *de mortuis* inscribuntur. Tertio demum habentur loco *quaestiones Correctorii contra corruptorium fratris Thomae de Aquino Ordinis Praedicatorum*. Opuscula sunt in unum quidem compacta volumen , diverso tamen charactere : sequioris aetatis priora duo ac remotioris utique postremum.

Incipit vero : *Circa quaestionem* xir (primae partis, artic. n) *dicitur in principali responsione, quod requiritur ad videndum Deum aliqua similitudo Dei seu lumen gloriae*. Desinit: *Et sic potest responderi ad ea, quae obliduntur contra fr. Thomam in Prima parte et in Prima Secundae: et sunt* xlv *contra Primam partem et* x *contra Primam Secundae, et sic in universo* lv *instantiae*. Natalis Alexander Dissertatione vi in Historiam eccl. Saeculi xni et xiv de Summa scriptisque caeteris s. Thomae Aquinatis, articulo ll adnotat, Guillelmum de la Mare suo *in libro, quadraginta novem articulos ex Prima parte Summae theologiae, duodecim ex Prima Secundae, sexdecim ex Secunda Secundae reprehendisse.* An ergo mancum et imperfectum fuerit opus, quod recensemus : An illas tantum, non alias vindicias egerit auctor?

Ante *quaestionum,* quae in opere pertractantur, elenchum, nota legitur his verbis: « Nota, quod ab Adam » usque ad diluvium fuerunt anni 2242. A diluvio usque » ad Abraham anni fuerunt 1174. Ab Abraham usque ad » Moysem fuerunt anni 445. A Moyse usque ad Christum » fuerunt anni 1635. A Christo usque modo (Pascha fuit » videlicet 7 exeunte martio) 1285: summa 6775. Usque » in finem mundi incertum habemus numerum. » Primae et secundae aetatis, ab Adamo ad diluvium, ac inde ad Abrahamum, computantur anni iuxta chronologiam versionis graecae των LXX. Summa totalis 6775 vitio laborat : singulae namque summae accuratiore calculo collectae summam efficiunt 6781. Annus aerae vulgaris 1285 incedebat insignitus cyclo lunae xm et cyclo solis vi et littera dominicali G, unde sacrum Pascha anno 1285 celebratum fuit *die* 7 *exeunte martio* seu die 25 eiusdem mensis, dominica, iuxta computandi morem qui aevo illo obtinebat. Annum a Paschate ad Pascha numerabat auctor aut notarius stylo vetere: scriptusque codex aut completum opus innotescit post diem 25 martii, ex qua initium sumebat annus 1285 stylo vetere. Hinc animadverte aut codicis aut certe operis antiquitatem. Guillelmus de la Mare suum contra Thomam Aquinatem anno 1284 protulerat in lucem *Correctorium :* suasque anno insequente vindicias opposuit auctor.

Verba illa, *die* 7 *exeunte martio,* peculiarem indicant modum numerandi dies mensis, qui post annum Christi millesimum frequentissimus occurrit in membranis. Sed hunc attamen longe vetustiorem exhibet charta, ex archivo Archiepiscopali Lucensi deprompta apud doctissimum Mutatorium in Antiquitatibus italicis medii aevi tomo III, dissert, xxxvii. *In nomine Domini nostri. Regnante Domino nostro Desiderio Rege, anno regni eius Deo propitio primo, quinto die intrante mense novembrio, indictione* xi *feliciter* (anno Christi 757). Expositionem subiicere liceat Rolandini, saeculi tertiidecimi scriptoris, quam apud Cangium, Mabillonium aliosque cum aliqua verborum diversitate descriptam lego. In tractatu *Notularum* sive de arte Notariae, haec habet verba *De publicationibus instrumentorum,* in editione Augustae Taurinorum 1607 pag. 714: «Ponitur dies in instrumentis diversimode. Uno » modo secundum consuetudinem Bononiensem, ut in hoc » exemplo: *primo die maii (secundo die intrante maio)* » et ita de singulis usque ad 16. Transactis autem 16 » (diebus) ponunt hanc dictionem: 15 *die exeunte maio,* » (14 *die exeunte maio')* et sic de singulis usque ad penul» timum diem; ubi dicitur, *penultimo die maii* et similiter » dicitur, *ultimo die maii.* Et ita de singulis illis mensibus, » qui habent 31 dies. In illis vero, qui habent 3o dies, proce-

» Hunt similiter usque ad 15 per hanc dictionem, *intrante:* » et finitis i5 diebus primis, descenditur per alios 15 cum hac dictione, *exeunte.* Semper tamen in prima die cu- » iuslibet mensis non ponitur, *intrante;* in penultimo et » ultimo non ponitur, *exeunte.* » Prima nempe pars mensis ordine consueto dinumerabatur, sumpto initio a primo eiusdem die: pars altera principio sumpto, non a kalendis aut primo die succedentis mensis, ut apud Romanos; sed ab ultimo mensis die, ordine retrogrado. Hinc vero *die* 7 *exeunte martio* est dies 25 eiusdem mensis.

Operae dispendium non erit elenchum *quaestionum* describere, quae in opere quo de agimus, vocantur ad examen, ut philosophica ac theologica ab Aquinate propugnata dogmata innotescant, quae censura notari posse putabant veteres censores. Elenchus incipit: *Isti sunt tituli quaestionum Correctorii contra corruptorium.*

1 Utrum ad videndum Deum requiratur aliqua similitudo Dei.
» 2 Utrum intellectus noster cognoscat singularia.
» 3 Utrum scientia Dei dici possit futurorum contingentium.
» 4 Utrum omnia quae Deus noscit, sint idem in Deo.
» 5 Utrum universum possit esse melius, quibusdam suppositis.
» 6 Utrum mundum incepisse sit de articulis fidei.
» 7 Utrum in rebus incorruptibilibus sit solum unum individuum in una specie.
» 8Utrum sit possibile esse aliam terram, quam istam.
» 9Utrum Angelus sit compositus ex materia et forma.
» 10Utrum sit possibile esse duos Angelos unius speciei.
» 11 Quomodo genus et differentia accipiantur in rebus materialibus.
» 12 Utrum multiplicatio secundum numerum intendatur ab agente.
» i3 Utrum Angelus per naturam suam sit incorruptibilis.
» 14 Utrum Angelus possit transire ab extremo ad extremum, non petransito medio.
» i5 Utrum sit impossibile, quod aliquid in toto tempore praecedenti quiescat in uno termino, postea in uno instanti illius temporis sit in alio termino.
› t6 Utrum omnes species, per quas Angeli intelligunt, sint omnes universales.
» 17 Utrum Angelus possit intelligere per species abstractas.
» 18 Utrum quanto Angelus est superior, per pauciores et universaliores species intelligat.
» 19 Utrum secundum gradus naturalium data sint Angelis dona gratiarum.
» 20 Utrum Angeli mercantur praemium accidentale.
» 21 Utrum fuerit aliqua mora inter creationem Angeli et lapsum eius.
» 22 Utrum vis appetitiva in omnibus proportionetur apprehensivae.
» 23 Utrum apprehensio Angeli differat ab apprehensione hominis.
» 24 Utrum aliquis locus sit poenalis Angelo vel animae.
» 25 Utrum informitas materiae tempore praecedat eius formationem.
» 26 Utrum anima sit composita ex materia et forma.
» 27 Utrum Angelus et anima sint unius speciei.
› 28 Utrum anima possit habere sub se .multa individua.
» 29 Utrum in homine sit una forma substantialis.
» 3o Utrum aliquae dispositiones accidentales praecedant formam in materia.
» 3i Utrum memoria sit in parte intellectiva vel spirituali tantum.
» 32 Utrum intellectus sit eminentior, quam voluntas.
» 33 Utrum quanto corpus est melius dispositum, tanto recipiat meliorem formam.
» 34 Utrum anima separata intelligat per species innatas vel abstractas vel influxas.
» 35 Utrum anima separata seipsam per seipsam intelligat.
» 36 Utrum anima separata intelligat per influxum spccierum a divino lumine.
» 37 Utrum praemium essentiale respondeat quantitati caritatis et non quantitati operationis.
» 38 Utrum aliquid redigatur omnino in nihilum.
» 39 Utrum *(angeli)* superiores quidquid a Deo recipiunt, impertiantur inferioribus.
» 40 Utrum distantia localis faciat impedimentum in locutione Angeli.
» 41 Utrum omnes Angeli sint inaequales.
» 42 Utrum Angeli, qui sunt *(in terminis)* duorum ordinum, magis *(conveniant secundum propinquitatem naturae)* quam unus eorum cum aliis *(aliquibus)* sui ordinis.
» 43 Utrum ens per accidens habeat causam.
› 44 Utrum omnes humani intellectus sint unius gradus in ordine naturae.
» 45 Utrum quaelibet additio ad formam corporalem variet speciem.

Contra Primam Secundae partis instantiae.

» 46 Quae requirantur ad beatitudinem et quomodo.
» 47 Utrum in anima humana remaneat esse compositi per destructionem corporis.
› 48 Utrum resumpto corpore, beatitudo crescat intensive vel extensive.
» 49 Utrum homo sit dominus sui actus.
» 5o Utrum homo per rationem determinet se ad volendum hoc vel illud, quod est vere bonum vel apparens bonum.
» 5i Utrum imperare sit actus rationis, praesupposito actu voluntatis.
» 52 Utrum primum movens in viribus animae ad exercitium actus sit voluntas.
› 53 Utrum voluntas sit subiectum libertatis et ratio sit causa.
» 54 Utrum ratio sit principium mali actus.
» 55 Utrum matrimonium fuerit in veteri lege Sacramentum coniunctionis Christi et Ecclesiae. »

Constitutas ab Angelico Praeceptore in ciusmodi *quaestionum* examine *conclusiones,* quae ad utramque, revelatam et naturalem, theologiam pertinent atque ontologiam, vellicare et refellere nisus est Guillelmus Lamaraeus. Vindicias pro Aquinatis doctrina strenui laudati viri egerunt, egitque auctor Anonymus, quem illustramus. Ea servata methodus est ut primo loco adversarii, ut vocat, *calumnias* diligentissime referat: tum Aquinatis *theses* in invidiam traductas germano sensu exponat, luculentioribus ex Operibus eius in medium productis testimoniis: ac demum *obiectiones* refellat, longeque dissitas ostendat damnatas Parisiis et Oxonii propositiones, quae Thomae doctrinam exhibere imperite dicebantur. Specimen *Operis,* quod exhibeo, vindiciarum specimen praestat, quas viri doctissimi pro virili egerunt contra Lamaraeum.

CAPUT II.

De peculiari thesium agitur censura, quam tulit Robertus de Kildwardbi, confirmavitque et auxit loannes Pekamus in sedem Cantuariensem suffectus. Recentes alii doctrinae ab Aquinate traditae censores eiusque vindices. Animadversiones generales in Censorium Stephani Tempier Antistitis Parisiensis iudicium.

I. T)raetcr *articulos,* vulgo *Parisienses* dictos, quampluI *res* alii, qui triginta et unus numerantur, damnati prostant in Oxoniensi censura, nomine Robcrti de Kildwardbi Archiepiscopi Cantuariensis lata ad *grammaticam,* ad *logicam* ad *philosophiam* spectantes. Theses aliquae divi Thomae notatae videbantur: quae nempe ad *unam*

substantialem in homine formam adstruendam pertinent. Kildwardbio in eamdem sedem Cantuariensem anno 1279 suffectus est Ioannes Pekamus Ordinis Minorum, qui latam a praedecessore censuram confirmavit anno 1284. Hanc refert laudatus Dargentraeus tomo I citato pag. 234, in eaque, paullo commutatis verbis, triginta recensentur articuli. Pekamum olim aemulum fuisse Thomae Aquinatis, Lutetiae Parisiorum secunda vice scholam regentis, contraque ipsum in publicis disputationibus obluctantem, narrat Bartholomaeus Logotheta regni Siciliae in Processu canonizationis apud Bollandi Continuatores capite ix, num. 77. Verba eius sunt: « Item dixit dictus testis (Logotheta) se audivisse a » pluribus fratribus Praedicatoribus fide dignis, quod quando idem frater Thomas una vice disputabat Parisiis, ubi » erat frater Ioannes de Pizano (de Pekamo) Ordinis fratrum Minorum, qui fuit postea Archiepiscopus Cantuariensis, quantumcumque dictus frater Ioannes exasperaret » eumdem fratrem Thomam verbis ampullosis et tumidis, » numquam tamen ipse frater Thomas restrinxit verbum » humilitatis, sed semper cum dulcedine et humanitate respondit. » Laudati Bollandiani in notis ex Wadingo habent, adservari Oxonii in Collegio Mettonensi *manuscriptas disceptationes* Thomae et Pekami.

Latam vulgatamque a Kildwardbio censuram et a Pekamo confirmatam aegre tulerunt nostrates consodales aliique doctores. Guillelmus de Morbeka, qui libros Aristotelis, postulante et urgente Thoma, de graeco in latinum verterat, Archiepiscopus Corinthiis datus ab Innocentio V vel a Ioanne XX dicto XXI, acres litteras dedit Kildwardbio, de suae levitate censurae ipsum admonens, eiusdemque saniorem declarationem serio postulans. Repositam a Cantuariensi Archiepiscopo *epistolam ad Archiepiscopum Corinthi de articulis condemnatis in Anglia* praestant codices mss. Anglicanus alter et alter Florentinus apud Echardum, cum sequente inscriptione: *Fr. Roberti Cantuariensis ad Archiepiscopum Corinthii declaratio falsitatis quorumdam articulortim Oxoniae condemnatorum.* Ab florentinis consodalibus irrito voto perquisivimus num hocce scripto praeconceptam sententiam firmaret Robertus, an palinodiam caneret. Hac de re Guillelmus Ochamus in Dialogis I p., lib. II, cap. xxii, sic habet: « *Magister....* De primo (Kild- » wardbio) diversis modis dicitur a diversis. Dicunt enim » quidam, quod damnatio sua temeraria existebat, eo quod » veritates, ut dicunt, condemnavit. Unde quidam alius » Archiepiscopus *(Corinthi)* ipsum de dicta damnatione » acriter reprehendit: scribens ei epistolam, in qua mani- » feste asseruit, quod veritates damnaverat. » Neque solum nostrae gentis hominum hocce iudicium erat: sed et *plures alii, ipsam* (censuram) *fuisse temerariam reputarunt:* (laudati Okami verba sunt). *Plures enim Parisienses doctores et scholares assertiones damnatas a dicto Archiepiscopo publice tenuerunt.*

Adversarios Pekamus non paucos, nostrates et exteros, nactus est, quos inter emicuit Richardus Clapoel Ordinis Praedicatorum, quem addictissimum Thomgp, eiusque doctrinae nobilem vindicem contra Guillelmum de Lamare superius laudavimus. Articulos octo, quos ipse, pro Thoma vindicias agens, palam e suggestu docuit, veluti totidem errores aut haereses, ad Pekami Archiepiscopi tribunal detulerunt aemuli. Coetum magistrorum *Londini in ecclesia beatae Mariae de Arcubus* coegit ille *anno 1286 indictione* xiv, *ultimo die mensis aprilis:* praedictosque articulos, tamquam *haereses declaravit et pronunciavit esse damnatos.* Spelmannum consule inter Concilia Orbis Britannici et Labbeum in Collectione Conciliorum. Dargentraei animadversionem addere hoc loco praestat: « Manifestum est, *in- » quientis,* in octavo articulo sententiam s. Thomae *de » una substantiali forma hominis,* qui animus sit ad in- » formandum corpus destinatus, enunciari: quae quidem » temere improbatur a Pekamo. Reliqui autem articuli, » partim consectarii sunt huius propositionis *(qui nempe » differentiam enuntiant inter hominis corpus vivum et » mortuum):* partim falso impositi *(cuiusmodi sunt, in qui- » bus eadem absohite ac universim differentia statuitur » inter vivum Christi corpus et mortuum).* Quare hoc iu- » dicium loannis Pekam, cui Oxonienses magistri, tum Or- » dinis fratrum Praedicatorum, tum aliarum familiarum, » nonnulli palam contradixerunt, nullam obtinuit auctoritatem. » Ampliora dabimus sequente in Dissertatione.

II. Veterem hanc adversus Thomae dogmata cantilenam aevo sequiore instaurarunt censores alii. « Prodiit si- » quidem *(inquiebat Sjdvius loco citato)* anno superiore » (1623) liber apologeticus pro Scoto Scotique vindice: » in quo huius beati *(Thomae)* doctrina mirifice sugillatur » et traducitur; quasi vero non potuerit auctor Scotum ex- » tollere vel defendere, nisi Thomam deprimeret. » Hostem pro meritis castigat idem Sylvius in Oratione apologetica Duaci anno insequente 1624 habita. Ad haec tempora spectat *fr. Dermidi Thadaei Nitela Franciscanae Religionis,* quae *Lugduni* prodiit anno 1627, 4.

Succedit Petrus de Alva et Astorga, qui pluribus editis Opusculis acerrimam pugnam movit: illudque recensere hoc loco satis fuerit, quod inscribitur *Nodus indissolubilis de conceptu mentis et ventris,* typis editum Bruxellis anno 1662 apud Philippum Uleugaert. Pugnam egregie sustinuerunt pro Aquinate Franciscus lanssens Elinga, Vincentius Baron, Bernardus Guyard, Seraphinus Piccinardus aliique. Festivum denique non praetermitto commentum, quod Ioannes Baptista Poza excogitavit in *Elucidario Deiparae* eiusdemque operis apologiis. Notam inurit ille nullam Aquinati dogmatibusque eius, quae vel ore dictavit vel calamo scripsit: at in eiusdem tamen Opera plurimas contendit irrepsisse theses vel prelo errante vel amanuensium oscitantia vel interpolatricis manus fraude, quae aut *falsae* dici debeant aut *erroneae ac damnatae ab Ecclesia,* aut *alienae a communi Doctorum sensu.* Edita ab hoc auctore Opuscula nemo nescit proscripta fuisse a Romana s. Officii Congregatione et Inquisitione Hispanica: pluresque iam prostant a doctissimis viris adornatae vindiciae.

III. Ad censuram Parisiensem redit sermo, a Stephano Tempier Episcopo latam, ex qua validissima in Aquinatis doctrinam depromi arma posse, putavit olim Guillelmus de la Mare, putarunt alii, qui aevo sequiore insurrexerunt hostes. Vindiciae, quas adornare libet, ut modum habeant ac ordinem, generales quaedam praemittendae sunt in eamdem censuram animadversiones ut quaenam illa fuerit, qua polleat auctoritate, quove in pretio habita sit, splendide innotescat.

Ac primo totius Universitatis Parisiensis iudicium perperam ac falso appellatur. Id evincit Dargentraeus ex ipsis litteris, quas dedit Stephanus Tempier, quae unum ipsum Antistitem ac alios nonnullos in Facultate theologica magistros exhibent censurae auctores. In litteris apud Bulaeum vulgatis haec habentur: *Nos tam praelatorum, quam doctorum sacrae Paginae et aliorum prudentum virorum consilio.* Quae paulo aliter efferuntur verba in mss. Sorbonico codice: *Nos tam doctorum sacrae Scripturae, quam aliorum communicato consilio.*

Articulus porro occurrit nullus, qui veluti a Thoma traditus notetur damneturque. Equidem in Stephani litteris num. 81 et in Collectione errorum in Anglia et Parisiis proscriptorum, capite vii, num. 17, quibusdam in editionibus thesis legitur his concepta verbis: *Quod quia intelligentiae non habent materiam, Deus non posset plures eiusdem speciei facere: contra fr. Thomam.* Verum enimvero, diligentissima collatione facta cum *tribus codicibus manuscriptis Sorbonae,* postrema desiderari illa verba testatur Dargentraeus: eisdemque omissis referunt eumdem articulum et expendunt Henricus de Gandavo Quodlib. II, q. viti, et Quodlib. XI, q. 1, et Aegidius Romanus Quodlib. II, quaest. vn. Hinc invidiosum illud additamentum aemulorum fraude et malo dolo irrepsit.

Ipse Stephanus, auctor censurae, cum in praefatione generali quadam indicet notione eos qui damnatos articulos tradiderunt, Thomam etiam Aquinatem accensendum verbo nullo, indicio nullo significat. Ait enim: *Magnarum et gravium personarum crebra ^eloque fidei accensa insinuavit relatio quod nonnulli Parisiis studentes in artibus, propriae facultatis limites excedentes, quosdam manifestos et exeerabiles errores, imo potius vanitates et in-*

sanias falsas, in rotulo seu cedulis, praesentibus his annexo sive annexis, contentos, quasi dubitabiles in scholis tractare et disputare praesumunt. An inter eos locum habuerit Aquinas, qui *artibus* operam dabant in Academia Parisiensi ac *studentes* erant? An ex illis fuerit, qui *propriae facultatis* (neque enim aut magistri aut candidati theologiae erant) *limites excederent* ? Scioli quidam indicantur petulantesque *artium studentes,* qui ut ingenii acumen ostentarent, propositiones tuendas adsumebant aut vanas ct insanas, aut execrabiles et erroneas: dictaque magistrorum nonnulla, quae per sese innocua erant, pravo sensu intellecta vulgabant.

Codicem Sorbonicum affert Dargcntraeus, in cuius calce haec habentur adnotata: *Principalis assertor istorum articulorum fuit quidam clericus Bettus* (vel *Beccus) appellatus.* Nempe suspicatur laudatus doctissimus auctor, intelligendum esse *loannem Brescainum* seu *de Brescain,* sophistem quemdam impudentem, Peripateticae philosophiae et Arabum interpretum commentis nimium addictum, ipsosque eorum errores in scholis parisiensibus vulgantem. Damnaverat ipsum anno i 247 expuleratquc Academia Odo Tusculanus Episcopus, Apostolicae Sedis Legatus. Latam ab eo sententiam lege apud Dargentraeum tomo I citato. Paris indolis audacis petulantisque ingenii fuerant, qui articulos damnatos procuderant.

At floruit demum in Parisiensi Universitate sive cum primo ad scientias addiscendas Lutetiam venit Aquinas, sive cum in eadem gradus percurreret traderetque sacras litteras, sive cum altera vice ab anno 1269 ad annum 1271 scholam regeret et probitatis et sanae doctrinae opinione: ut in eius dogmata nonnulla aut philosophica aut theologica ferre censuram doctores voluisse nemo facile credat. Splendidissimum suppeditant argumentum totius praestantissimae Universitatis litterae, quibus obitum eius indoluit ipsa, missae ad Comitia generalia anno 1274 celebrata Lugduni ad Pentecostem, diem 20 maii. Servantur illae in ms. codice Ludovici Valleoletani, ex quo depromptas in publicam lucem edidit Egassius Bulaeus tomo III Historiae Universitatis Parisiensis: easdemque legere est apud Stephanum de Sampaio in Stemmate Praedicatorum ct Franciscum Sylvium in laudata apologetica Oratione et Casimirum Oudinum in Dissertatione de scriptis divi Thomae capite xxvi. Digna sunt animadversione quae sequuntur: *Cum eum* (fratrem Thomam de Aquino) *a nostro collegio, generali Capitulo vestro Florentiae celebrato* (anno 1272 die 12 iunii) *licet requisissemus instanter, proh dolor ! non potuimus obtinere* (utpote Neapolim a Carolo Rege accersitum ad regendam theologiae scholam). Sui nempe desiderium, cum altera vice Parisiis professus esset Aquinas, reliquerat Universitati. Hinc eius nomine litterae memoratae, quae perierunt, datae fuere, quibus Thomam sibi reddi et Parisios remitti doctorum Universitas postulabat. Haec rursum profero verba: « Ipsius defuncti ossa a vobis humili» ter pro maximo munere postulamus. Quoniam omnino » est indecens et indignum ut altera natio aut locus, quam » omnium studiorum nobilissima Parisiensis civitas, quae » ipsum prius educavit, nutrivit et fovit, et postmodum ab » eodem doctrinae documenta et ineffabilia fomenta susce» pit, ossa inhumata habeat ct sepulta. » Laetabundam gratulationem animadverte de Thomac doctrina accepta. Luculentiora sunt, quae scribere pergunt: « Humiliter suppli» camus ut cum quaedam scripta, ad philosophiam perti» nentia et spectantia, Parisiis inchoata ab eo, in suo » recessu reliquerit imperfecta... nobis benevolentia vestra » cito communicari procuretis.» Tam magno in pretio opera Thomae habebant ut minimis etiam philosophicis carere quibusdam tractatibus, Parisiis ab eo inchoatis, alibi completis in Italia, non paterentur. *Datae epistolae sunt Parisiis anno Domini 1274 die mercurii ante inventionem sanctae Crucis.* Insignitus littera dominicali G incedebat annus ille: unde *mercurii dies* seu feria quarta incidebat in diem 2 maii ante diem tertiam Crucis sanctae inventae sacram. An ergo, cum Parisiensis Universitas per amplissimas epistolas tot laudum praeconiis Thomam Aquinatem celebraverit commendaveritque doctrinam eius ct scripta, ipsa etiam philosophica; tribus post annis dogmata quaedam et theologica et philosophica, quae tradidit ipse, tam acerba notare censura voluerit facultas theologiae ? Id credat ludaeus Apella.

CAPUT III.

Stephani Tempier iudicium ab altero Stephano de Bourretto Episcopo Parisiensi abrogatum, quatenus doctrinam sancti Thomae tangebat aut tangere adserebatur. Revocatoriae praedictae litterae sunt genuinae et vindicantur. ,

I. T Tand ego inficias iverim articulos nonnullos in ca- 1 Idem censura legi, qui, litterae cortice spectato, in Operibus divi Thomae, totidem fere verbis, reperiuntur. Viri doctissimi sunt qui pro certo habent, longe dissito sensu damnatos eos esse a Parisiensibus eosdemque a Thoma scriptos traditosque: sunt alii vero qui existimant unum vel alterum eodem sensu et ab Aquinate traditum fuisse et abs Stephano Tempier damnatum. Thesim in exemplum adducunt, quam capite superiore protulimus : *Quod quia intelligentiae non habent materiam, Deus non posset plures eiusdem speciei facere.* Utraque vigebat opinio in Parisiensi Universitate aevo Stephani de Bourretto, qui in serie eius Ecclesiae Episcoporum tertius hoc nomine appellatur, sedemque conscendit anno i32O, quam ad octavum kal. decembris anni 1325 tenuit, ut adnotant Monachi sancti Mauri in Gallia christiana. Doctoris sanctissimi famam audaculi quidam denigrabant, dogmata nonnulla vulganfes, quae pari verborum tenore tum in Operibus Thomae legebantur, tum in censura Stephani Tempier praedecessoris: quod aegre ferens Bourrettus, re mature deliberata, priorem abrogat censuram, *in quantum tangit aut tangere asseritur sanam doctrinam sancti Thomae.* Hinc satis utrisque factum, quorum alii nonnulla doctrinae Thomisticae capita per eam censuram *tangi* existimabant: putabant alii ab aliquibus aemulis malevolisque perperam ac falso *asseri tacta,* longissimo tametsi intervallo differrent.

Revocatoriae litterae incipiunt: *Magistra rerum experientia certis indiciis evidenter demonstrat.* Datae vero sunt *apud Gentiliacum anno Domini i324 die iovis ante sacros Cineres.* Stylo novo civilis lulianus annus est i325, quo Pascha incidit in diem 7 aprilis, dies cinerum in 22 februarii, et *dies iovis ante sacros Cineres* in diem 14 eiusdem februarii, littera dominicali F currente. Hinc Didacum Alvarez in opere De auxiliis disput. v notantem annum 1325 immerito castigat Petrus de Alva: castigandus ipse, qui pro sua inscitia vel oscitantia stylum veterem ecclesiasticum non distinxit a stylo novo.

Quae dignissima sunt animadversione in eisdem litteris iam profero. Haec vero habentur: *Dudum siquidem memoriae felicis quidam praecessores nostri Parisienses Episcopi quosdam articulos, ne forsitan eos male intelligentes caderent in errorem, tamquam erroneos, per excommunicationis sententiam damnaverunt et interdixerunt expresse: quorum tamen nonnulli doctrinam eximii Doctoris b. Thomae de Aquino de Ordine fratrum Praedicatorum tangere ab aliquibus asseruntur.* Praedecessores illos Parisienses Antistites intcllige Guillelmum et Stephanum Tempier. lamvero animadverte, articulos quosdam in eorum censuris contentos pro innoxiis reputari; eaque proscriptos ratione fuisse, quod pravo sensu intellecti vulgabantur: eosdemque demum vel eorum spectata littera, d. Thomae non attribui, *sed ab aliquibus* attributos *adseri.*

« Quam articulorum et sententiarum promulgationem » venerabiles viri, Decanus et Capitulum Ecclesiae Domi» nae nostrae, sicut veritatis zelatores, intimius conside» rantes; nec non doctrinae ac famae b. Thomae praedicti » iniustam denigrationem, veritatis occultationem et S. R. Ec» elesiae aliqualcm dehonorationem *(pariter considerantes)* » per venerabilem virum magistrum Annibaldum Decanum, » Atrebatensem Archidiaconum, sacrae theologiae doctorem » ct d. Petrum de Fagello Parisiensem Canonicum, eorum » propter hoc nuntios ad nos specialiter deputatos, nos re-

» quisierunt etc. » Quo loco notatos habes aemulos divi Thomae, qui obtentu censurae abs Stephano Tempier latae, *doctrinam et famam eius iniuste denigrabant.* Habes etiam, per hanc iniquam doctrinae Aquinatis denigrationem incommoda duo sequi posse et *veritatis occultationem et alignaient sanctae Romanae Ecclesiae,* quae ipsum inter Caelites retulerat, *dehonorationem.*

« Nos requisierunt, nobisque supplicaverunt quatenus, vo- » catis omnibus sacrae theologiae doctoribus et cum eisdem » communicato consilio et deliberatione habita diligenti, et » cum aliis etiam qui de talibus et in talibus possunt, ve- » ritatis viam aperiremus ; per quam in praedictis articulis, » in quantum doctrinam b. Thomae praedicti, Doctoris egre- » gii, tangere possunt, et sanctae Romanae Ecclesiae et » sancti praedicti Doctoris venerabilis honorem ac reveren- » tiam servaremus. » Dogmata nonnulla ab Aquinate tradita per eam *tangi* censuram putabant alii: non ita arbitrabantur alii, tametsi *tactam* eam esse vulgarent aemuli. Itaque ad examen vocatum est, num articulorum damnatio *doctrinam beati Thomae Doctoris egregii tangere posset.*

Itaque * per venerabiles ac dilectos consiliarios nostros » fideles, magistrum Hugonem de Bisontio cantorem Pa- » risicnsem, magistrum Stephanum de Nova-villa et d. Odo- » nem de Zenonis canonicum Parisiensem, inquisitione » facta super dictis articulis apud doctores theologicae Fa- » cultatis, in eorum Congregatione generali regentium et » non regentium, saecularium et regularium, ad hoc spe- » cialiter convocata. » Patet iudicium, quo de agimus, non ad integram pertinere Parisiensem Universitatem, sed ad *Facultatem* solummodo *theologicam.* Sed hanc theologorum Congregationem plura sunt quae spectabilem reddunt. Decanus et canonici Parisienses promovent negotium: illudque adsumitur ab Stephano Episcopo cum tribus *consiliariis* spectatissimis viris : qua de re generalis *theologicae Facultatis* Congregatio celebratur: initurque examen per magistros, *regentes* alios seu actuales, aliosque non *regentes* seu emeritos, tam *saeculares,* quam *regulares,* ut momentum omne ferenda sententia habeat.

Tam seria ac matura habita deliberatione, *compertum* denique *fuit: dictum Confessorem beatum et Doctorem egregium nihil sensisse, docuisse seu scripsisse, quod scientiae fidei vel bonis moribus adversetur.* Luculentissimum sanae doctrinae ab Aquinate traditae elogium celeberrimae Facultatis calculis omnibus comprobatum.

Nondum vero satis. Ad examen coetus nobilissimus procedit ipsius censurae abs Stephano Tempier latae : expenditurque num per ipsam Thomae doctrina tacta fuerit aut merito tacta a quibusdam jactaretur? Pro eadem doctrina iudicium denique fertur: ipsaque censura sive *tangat* eam sive quidpiam contineat, quod occasionem aemulis dederit ut eadem *tacta* adsereretur, irrita declaratur. Quae sequuntur, accipe verba: «De consilio venerabilium » virorum, Decani et Capituli Parisiensis et ven. patris do- » mini Guillelmi Dei gratia Viennensis Archiepiscopi sa- » erae theologiae professoris; et aliorum vigintitrium magi- » strorum in theologia... nec non et trigintanovem bac- » calaureorum in theologia... et aliorum discretorum so- » lemni ac maturo consilio super hoc habito. » Numerum animadverte, dignitatem ac praestantiam eorum, qui Thomae doctrinam censuramque Stephani examine versarunt. « Su- » pradictam articulorum condemnationem et excommuni- » cationis sententiam, in quantum tangunt vel tangere as- » seruntur sanam doctrinam sancti Thomae praedicti et » Doctoris eximii, ex certa scientia, tenore praesentium, Io- i taliter annullamus. » Partes duas distingue: ac prima illa est, qua aemuli doctrinae divi Thomae cohibentur, qui nonnulla eius dogmata vulgabant per eam Parisiensem censuram confixa: pars altera ipsam censuram respicit, eamque irritam nullamque declarat, si quidem ipsa eamdem tangeret doctrinam Thomae.

II. Tam egregium et insigne documentum, quo immunis omni censura pronuntiatur s. Thomae doctrina, in dubium vocat Petrus de Alva in suo Nodo indissolubili : imo confictum a fratre quodam Praedicatore illud esse nullus dubitat. Praecipua, quae profert, haec sunt argumenta: i. Ab aerae vulgaris anno i325, quo Stephanus de Bourretto litteras illas dedisse fertur, mentio earumdem occurrit nulla ad annum usque 1387, quo loannes de Montesono in arduo negotio, quod cum Parisiens! Universitate habuit, doctrinae suae vindicias agens', praedictas litteras ex arca protulit, apud fratres Praedicatores adservata. An illas, verae ac genuinae si forent, Universitatis archivum non servasset? An fratrum Praedicatorum arca una custodierit? An in fastis eiusdem Universitatis tam altum silentium? 2. Cum litteras eas Montesonus protulisset, suspicionem invaluisse de figmento testantur monumenta ad eiusdem Montesoni causam spectantia : easdemque, veluti fictas, reiecerunt eo tempore doctores duo, loannes Alanus et loannes Vitalis Ordinis'Minorum alumni. Scriptum namque reliquit ille in tractatu De conceptione beatae Mariae Virginis : *Sed non est verisimile eos habere veram litteram domini Stephani Episcopi Parisiensis, quia iste damnavit plures articulos eius ad sensum sancti Thomae... Ideo nonnulli dicunt quod littera eius, quam ostendunt, aut subreptitia est vel a veritate aliena.* Paria sunt alterius verba in simili De conceptione beatae Virginis tractatu , quae descripsit Petrus de Alva ex codicibus bibliothecae olim Colbertinae: 3. Quae demum vel ipsae litterae figmentum indicant, propterea quod consona minime sunt quae proferuntur exempla. Sequentem clausulam habent aliqua : *Articulos ipsos non propter hoc approbando, nec etiam reprobando, sed eosdem discussioni scholasticae libere relinquendo :* quae in aliis desiderantur verba. *Flos doctorum* in aliquibus appellatur sanctus Thomas: *doctorum Fontem* habent alia. In aliquibus demum editionibus praeter Stephani Bourretti litteras, aliae prostant nomine *Universitatis Parisiensis* insignitae, quae sicuti fide nulla veterum innituntur, ita veluti fictitiae reiici debent.

Egregias pro litterarum sinceritate vindicias egerunt nostrates, Franciscus lanssens, Bernardus Guyardus, Seraphinus Piccinardus aliique: quibus exterum addo, litterarum peritia ac dignitatum splendore celeberrimum virum, Carolum Duplessis d'Argentrè, Sorbonicum doctorem et Episcopum Tutelensem, in Collectione iudiciorum de novis erroribus tomo 1. Fatentur illi, fateor ego, laudatas revocatorias a Stephano de Bourretto datas litteras prima vice coram palamque vulgatas in eo negotio fuisse, quod inter loannem Montesonum et theologos Academicos anno l387 intercessit. Verum enimvero autographum ipsum exhibuit Montesonus, ac inde fido calamo transumptum apographum: qua de re publico notario mandatum fuit ut instrumentum conficeret, suoque nomine, fide ac iuramento muniret. Sacrae Facultatis Acta sic habent apud lacobttm Echardum in loanne de Montesono: «In nomine Domini » amen. Per hoc praesens publicum instrumentum cunctis » pateat evidenter, quod anno eiusdem Dom. 1387 indi- » ctione x, mensis iunii die 13, Pontif. SS. in C.P. et D.D. N. » Clementis divina providentia' Papae VII anno ix, in ve- » nerabilium et circumspectorum virorum dominorum et » magistrorum__praesentia, personaliter constitutus ve- » nerabilis et religiosus vir fr. loannes de Montesono... » tenens in suis manibus quasdam litteras, signo publici » notarii non signatas, sigillo domini Stephani olim Pari- » siensis Episcopi, nec non *Vidimus* eiusdem litterae, sigillo » domini Guillelmi olim Parisiensis Episcopi; eorum si- » gillis sigillatas... Et ego loannes Coustelli etc. »

Litteras huiusmodi Stephani Parisiensis Episcopi, earumque apographum Guillelmi eiusdem urbis Antistitis munitum sigillo, illas esse, de quibus agimus, infra constabit. Dicuntur *signo publici notarii non signatae:* quia ut adhuc mos est, sic olim in usu erat, litteris cuiusque Episcopi, eius sigillo munitis, fidem adhiberi sine testimonio publici notarii sive magistratus, ut verissime animadvertit Dargentraeus. Pars illa Actorum, *necnon Vidimus eiusdem litterae,* fucum Piccinardo aliisque fecit, qui corruptum putavere locum, mancum et imperfectum. Aut latebat eos aut fugit vocem illam, *Vidimus,* pro apographo sumi consuevisse : quod viso et inspecto originali confectum esse persona publica testabatur, Princeps, Episcopus, magistratus, notarius, ut adnotant Mabillonius libro I De

re diplomatica, capite vn, num. 2 et 3, et Abbas Gottwicensis in Prodromo ad chronicon Gottwici tomo I, libro II, pag. 8t. Rem eamdem huius aevi chartis et exemplis comprobat Ducangius in Glossario mediae et infimae latinitatis. Testamentum accipe Philippi Boni apud Miraeum, in quo haec habentur: *Volumus denique, ut litteris publicationis, aut earum apographis, vulgo* Vidimus *dictis* etc. Hinc actorum nostrorum conspicuus patet sensus: loannem de Montesono deputatis theologis *praesentasse,* tum *litteras Stephani Parisiensis* cum eiusdem sigillo, tum earumdem apographum transumptumque exemplum, Guillelmi pariter Episcopi Parisiensis munitum sigillo. Hunc vero *Guillelmum* intellige Stephani de Bourretto successorem in sede Parisiens!; nempe Guillelmum de Chanaco, huius nominis quintum, anno 1332 electum xv kal. septembris. Quod instrumentum demum in acta redegit *loannes Coustelli* notarius.

Ex utroque litterarum Stephani exemplari et apografo desumptum ab ipso loanne Coustello notario aliud exemplum fuisse, instrumentum docet, quod sequitur, a Dargentraeo typis editum: « In nomine Domini amen. No» verint universi, quod haec est transcripta copia sive » exemplum sumptum per me notarium publicum infra» scriptum ex quibusdam *originalibus* litteris felicis me» moriae domini Stephani olim Parisiensis Episcopi, nec» non *Vidimus (idest ex apographo)* eiusdem litterae si» gillo domini Guillelmi olim Parisiensis Episcopi, eorum » sigillis sigillatis, ut prima facie apparebat et signo ali» cuius notarii publici non signatis. Quarum tenor de » verbo ad verbum sequitur et est talis: *Universis praesen» tes litteras inspecturis, Stephanus permissione divina » Parisiensis Episcopus, salutem in omnium Salvatore. Ma» gistra rerum experientia...* Et ego loannes Coustelli, » Rhemensis dioecesis clericus, publicus Apostolica et im» periali auctoritate ac venerabilis Universitatis studii Pari». siensis notarius iuratus, praesens transcriptum ex dictis » *originalibus* litteris sumpsi fideliter et transcripsi; nihil » addens aut minuens quod sensum immutet aut variet » intellectum; diligentemque de dictis *originalibus* cum » discreto viro Aegidio Massardi, clerico Atrebatensis dioe» cesis, publico et imperiali auctoritate notario, collatio» nem feci, et quia utrumque concordare inveni, ideo prae» senti publico instrumento, aliena manu scripto, me sub» scripsi signumque meum apposui consuetum rogatus. » Actum Parisiis, in domo habitationis eiusdem notarii » praefati, sita in vico Nucum, anno Domini millesimo » trecentesimo octogesimo septimo, inditione decima, mensis » iulii die tertia (xm), Pontificatus Sanctissimi in Christo » Patris ac Domini nostri Domini Clementis, divina pro» videntia Papae Septimi, anno nono: praesentibus ad haec » discretis viris magistro Nicolao de Souton magistro in » artibus et Aegidio Imperatore subbedcllo Facultatis theo» logiae, Parisiis commorantibus, testibus ad praemissa vo» catis specialiter et requisitis etc.»

Solemni publici notarii ac testium rogatorum fide iam constat abrogatorias laudatas Stephani de Bourretto Episcopi Parisiensis litteras a loanne de Montesono *originales* exhibitas fuisse simulque traditum apographum earumdem exemplum, successoris Episcopi Parisiensis Guillelmi sigillo munitum: eademque fide rursum constat novum desumptum descriptumque litterarum exemplum ex *originalibus* praedictis Stephani *litteris:* quae demum non una vice, sed ter *originales* appellantur. Ambigere de his, easque veluti fictitias reiicere si liceat, pereat humana fides oportet. Cur ergo in archivo Universitatis Parisiensis, inquies, praedictae repositae ac repertae litterae non fuerint? Quidni exstiterint, reponam ego et exciderint postea? Cur vero exstare debuerint, cum ad acta sacrae Facultatis theologicae pertineant, non ipsius Universitatis, ut cum Dargentraeo iam animadvertimus; dataeque fuerint *apud Gentiliacum,* non Parisiis, nec *apud sanctum Mathurinum,* nec *apud sanctum Julianum pauperem*, nec alibi, ubi magistrorum Universitas congregari ad negotia peragenda sua consueverat? Ad rem egregie facit Egassii Bulaei exemplum, qui in historia eiusdem Universitatis refert acta fere omnia in causa loannis dc Montesono: sed primum attamen iam allegatum huiusce causae instrumentum omisit, quod *in regestis Universitatis* (lacobi Echardi animadversio est) *forte non habeatur.* An illud, veluti falsum aut fictitium, iccirco reficias? Inter summa vero fratrum Praedicatorum negotia erat ut Stephani de Bourretto litteras, quibus inlata dogmatibus divi Thomae suspicio tollebatur omnis, *originales* custodirent: quorum ex arca si tandem aliquando prolatae in lucem fuerint, miratio nulla.

Atqui dubiam earumdem fidem, cum illas Montesonus exhibuit, habuisse magistros minime probant, ut ais, nec indicant monumenta, quae in eiusdem Montesoni negotio prostant. Quinimo eadem in causa cum frequentius protestati Academici fuerint, doctrinam sancti Thomae non solum se non impugnare, sed et summe venerari: satis indicio et argumento est, cognitas illis fuisse Stephani de Bourretto litteras, quibus Praecessoris Stephani Tempier censura, si Thomae quidem dogmata tangeret aut tangere videretur, emolliebatur aut abrogabatur. Inquiebant illi quippe in instrumento anno 1388 die 14 februarii confecto: *Nos autem millesies diximus... qualiter s. Thomae doctrinam in dicta nostra condemnatione* (contra Montesonum lata) *nequaquam reprobamus.* Negotium facessit nullum loannis Vitalis et loannis Alani auctoritas, qui revocatorias praedictas litteras ut reficiant veluti *parum verisimiles,* imprudenter fingunt *dominum Stephanum Episcopum Parisiensem,* a quo revocatorias anno 1325 datas litteras contendimus, unum esse eumdemque ac Stephanum Parisiensem pariter Episcopum, qui *condemnavit* anno 1277 *plures articulos,* nempe supra ducentos. Duos, ut par est, Parisiorum Antistites distingue, Stephanum alterum *Tempier* cognominatum, Stephanum *de Bourretto* alterum: ac omnis cum excogitato figmento difficultas evanescit.

Plurima posthac huiusmodi litterarum exempla prodiere, quae absque ulla falsitatis suspicione a viris doctissimis allegata sunt: ipsaeque litterae frequentius Mediolani, Venetiis, Parisiis, Patavii, alibi typis editae prostant. Interpolatrice manu foedata illa videntur exempla, cuiusmodi est quod Bulaeus affert in historia Universitatis Parisiensis, in quibus haec adiecta verba leguntur: *Ipsos articulos non propter hoc approbando, seu etiam reprobando, sed eosdem discussioni scholasticae libere relinquendo.* Haec vero interpolationis fortasse origo. Refert namque saepe laudatus Dargentraeus Parisiensem Episcopum Stephanum dc Bourretto, teste Balaco centuria V, qui loannis Bacconis angli testimonium profert, facultatem Parisiensibus magistris fecisse, ut de doctrina sancti Thomae disputarent: idque permissum illis, antequam decretum eius pro ipsius Aquinatis doctrina prodiret. Rem eamdem indicat Bulaeus loco citato ad annum 1324 fide tamen non integra: ac si videlicet Antistes Parisiensis *impugnationem permiserit quorumdam articulorum a Thoma Aquinate collectorum.* Hinc facillime contingere potuit ut ea clausula, qua dicuntur *articuli,* qui sancto Thomae tribuebantur, *disputationi scholasticae libere relicti,* in aliquod litterarum exemplum, interpolatoris cuiusdam manu operam praestante, irreperet: quae tamen in aliis emendatioribus exemplis apud Dargentraeum aliosque desideratur. At ipso volente ac mandante Stephano de Bourretto, inserta ea verba fuerint. Non alium utique sensum efferunt, nisi articulos illos, si quos docuerit Aquinas, censurae nota sublata, libere in scholis tradi ac propugnari posse. Inde vero iam collige, laudatum Stephanum de Bourretto, qui Parisiensem cathedram anno 1321 conscendit, ab ipso indeptae sedis initio non ita Stephani Tempier litteras habuisse in pretio, quin articulos illos, quibus tangebatur aut tangi videbatur Thomae doctrina, liberae magistrorum doctorumque discussioni permitteret. Sed et antea, tempore Simonis de Buciaco, qui sedem eamdem anno 1289 obtinuit, tenuitque ad annum 1304, Godefridus de Fontibus, insigne sacrae Facultatis lumen, quaestionem moverat Quodlibeto XII, quaest. v, *Utrum Episcopus Parisiensis peccet in hoc quod omittit corrigere quosdam articulos a Praedecessore suo* (Stephano Tempier) *condemnatos.* Prolixum referunt locum Echardus in Elogio sancti

Thomae et Dargentraeus tomo I citato. Pauca profero, quae sequuntur verba: « Sunt etiam in detrimentum non » modicum doctrinae studentibus perutilis reverendissimi » et excellentissimi Doctoris, scilicet fratris Thomae, quae » ex praedictis articulis minus iuste aliqualiter diffamatur » *(quatenus nempe doctrinam tangebant illius aut potius* » *tangere adserebantur)* : quia articuli suprapositi et quam- » plures alii videntur sumpti esse ex iis, quae tantus Doctor » scripsit in doctrina tam utili et solemni. Et ideo in hoc » quod tales articuli tamquam erronei reprobantur, dicta » doctrina etiam suspecta a simplicioribus habetur, quia » tamquam erronea et reprobabilis innuitur. Propter quod » plures possent habere occasionem retrahendi se a studio » in tali doctrina: in quo non solum ipsa doctrina lae- » deretur, sed et ipsi studentes vere damnum maximum » sustinerent. Quia salva reverentia aliquorum doctorum , » excepta doctrina Sanctorum et eorum quorum dicta pro » authoritatibus allegantur, praedicta doctrina inter caeteras » videtur utilior ct laudabilior reputanda : ut vere Doctori, » qui hanc doctrinam scripsit, possit dici in singulari et illud » quod Dominus dixit in plurali Apostolis Matth. v: *Vos* » *estis sal terrae* etc. sub hac forma : *Tu es sal terrae :* » *qitodsi sal evanuerit, in quo salietur?* Quia per ea quae in » hac doctrina continentur, quasi omnium doctorum aliorum » doctrinae corriguntur, sapidae redduntur et condiuntur: et » ideo si ista doctrina de medio auferretur, studentes in » doctrinis aliorum saporem modicum invenirent. » Quid umquam ad Aquinatis, eiusque doctrinae commendationem dici illustrius potuit? Quod attamen elogium animadverte a viro prodire, qui plus nimio Doctori sancto addictus dici nequit, cum inter eos numeretur, qui eiusdem sensa impugnarunt.

Levissima sequitur vocum illarum, *Flos doctorum* et *Fons doctorum,* dissonantia: quam opponi potuisse mirum est, ut de litterarum Stephani de Bourretto falsitate iniiceretur suspicio. At inquis, fictas dubio procul omni alias esse, nomine *Universitatis Parisiensis,* eadem de re epistolas , quas cum laudati Stephani de Bourretto litteris iunctas exhibent edita nonnulla exempla. Rem ego diligentius narro. Mediolani anno 1475 typis Christophori Valdarfer ratisponensis prodiit *Libellus... De veritate conceptionis gloriosae Virginis Mariae,* cum *proemio ad inclytum generosumque Comitem Petrum de Gambara.* Nomen auctoris abest, quem fuisse ignorat nemo Vincentium Bandellum de Castro novo in dioecesi Dertonensi. *Petrum de Vincentia* deceptus Dargentraeus appellat, *qui Bandelli cognomen habebat.* Editum secundis curis hoc opus Bononiae anno 1481 notat Dargentraeus: in quo praeter genuinas litteras Stephani (inquit) alias litteras *nomine Universitatis* refert auctor: *quae fictitiae sunt et nostris maioribus incognitae.*

Doleo peccata plura a Dargentraeo admissa. Non unum, idemque opus Bandelli est, quod anno 1475 et quod Bononiae anno 1481 prodiit. Inscribitur illud, *Libellus recollectorius* (seu rccollectionis auctoritatum) *de veritate conceptionis* etc. Comiti Petro de Gambara nuncupatus. Titulum habet istud, *De singulari puritate et praerogativa conceptionis Salvatoris nostri Iesu Christi per fr. Vincentium de Castronovo* etc., in quo *disputatio continetur coram Hercule Estensi Ferrariae Duce in eius palatio facta.* In ipso praeterea opere anno 1475 typis edito, praeter epistolas Stephani de Bourretto, prostant *litterae Universitatis Parisiensis, doctrinam sancti Thomae de Aquino Ordinis Praedicatorum approbantes :* unde ante annum 1481 lucem eas non vidisse error est Dargentraei. Candide fateor huiusmodi litteras perperam *Universitatis Parisiensis* nomine insignitas, cum potius e calamo prodierint doctorum quorumdam theologicae Facultatis. At fictas easdem, procusasque a Bandello, nimia fortasse confidentia putat Dargentraeus, adserit Petrus de Alva. Scite namque Piccinardus animadvertit, litteras istas in aliis denotari a Stephano datis per ea verba : *De consilio venerabilium virorum, Decani et Capituli Parisiensis et ven. patris domini Gullielmi Dei gratia Archiepiscopi Viennensis, sacrae theologiae professoris; et aliorum viginhlrium magistrorum in theologia, una cum reverendo patre supradicto, in litteris sub eorum sigillis per praefatos Commissarios nobis misso; necnon et trigintanovem bachalaureorum in theologia, per litteras eorum propriis subscriptionibus et sigillis munitas, nobis super hoc consulentium et rogantium* etc. Litteras habes, alias magistrorum in theologia, alias baccalaureorum, qui consulebant et rogabant, ut Stephanus habito consilio condemnationem articulorum, *inquantum tangunt vel tangere asseruntur sanam doctrinam sancti Thomae,* solemni iudicio irritam nullamque pronuntiaret. An vero mirabilis adeo res fuerit ut litteras huiusmodi delitescentes invenerit Bandellus ac iuris publici fecerit? At deceptus demum ille fuerit: fides minime nutat litterarum Stephani, quas tot munitas praesidiis ostendimus.

Hinc vero integritati doctrinae, quam suis in Operibus tradidit s. Thomas, luculentissimum testimonium accedit ex allatis laudati Stephani de Bourretto abrogatoriis litteris, quas in dubium vocare irrito voto et conatu severiores quidam critici homines voluere. Hocce de argumento, Thomae doctrina cum articulis censura notatis comparata, iterum novis curis diligentissime agendum mihi erit.

CAPUT IV.

Censura quaedam recensetur in triginta et octo ex Alberto Magno et Thoma Aquinate decerptas theses, quae saeculo xiv lata dicitur, nomine Roberti de Bardis inscripta. Reiicitur: refelliturque Philippus Villanius.

I. Ad examen postremo loco revocanda est censura quaedam, quae saeculo quartodecimo lata dicitur in triginta et octo theses ex Alberto Magno et Thoma Aquinate decerptas, nomine *Roberti de Bardis* florentini et cancellarii Parisiensis inscripta. Hanc memorat Philippus Villanius in opere De viris illustribus florentinis *(Le vite d'uomini illustri forentini),* quod primus e tenebris in lucem protulit Ioannes Maria Mazzuchellus brixianus, typis Io. Baptistae Pasquali anno 1747. Florebat Villanius anno 1343 et annum vidit 140$ eodem adnôtante Mazzuchello. In Vita *Roberti de Bardis* hacc narrat ille, latine reddita : « Theo- » logicae eruditioni addictus, Parisinam in urbem et Aca- » demiam se contulit. Nomen et famam subtilissimi do- » ctoris adeptus, cancellarii munus in Studio Parisiensi » annos circiter quadraginta gessit. Ea pollebat ingenii per- » spicacia vir celeberrimus, ut post Magistrum Sententia- » rum, reos egerit de triginta et octo erroribus Albertum » Coloniensem et Thomam Aquinatem damnaritque. Er- » rorum catalogus in hodiernum diem servatur: latamque » damnationem nemo hactenus reficere ausus est. »

Christophori Landini, qui eodem saeculo xiv floruit ac paria narrat in apologia Dantis et Florentinorum, testimonium addit laudatus Mazzuchellus: qui pro ea, qua pollet eruditione, doctrina ct crisi, candide fatetur, sibi valde hanc censuram nomine Roberti de Bardis inscriptam, suspectam esse; cum eius nulla mentio occurrat apud scriptores, quorum erat inter negotia, eamdem recensere ac reficere vel etiam venditare. Silent vero Thomae discipuli, qui amplissimas pro Aquinate vindicias adornarunt, Vincentius Baronins, loannes Casalas, Seraphinus Piccinardus, Franciscus Sylvius, Xantes Mariales aliique. Silet Caesar Egassius Bulaeus in historia Universitatis Parisiensis, ubi dissidia quaeque inter Academicos exorta refert ac plurima recenset quae ipsa Universitas aut Facultas theologica tulerunt censoria iudicia. Silent illi, qui minus aequa aut iniqua in Thomam et in Ordinem Praedicatorum scripta vulgarunt, Petrus de Alva, Petrus a Valle clausa, loannes Baptista Poza, loannes Launoius, Casimirus Oudinus aliique huius farinae homines. In calce quatuor de Sententiis Petri Lombardi librorum et tomo XXV Lugdunensis Bibliothecae Patrum, quamplures prostant latae Parisiis censurae: neque ullum occurrit in triginta et octo theses, veluti ex Alberto Magno ct Thoma Aquinate decerptas, censorium iudicium. Vulgo quidem jactabatur, theses nonnullas divi Thomae aut philosophicas aut theologicas abs Stephano Tempier Episcopo Parisiensi censoria virgula notatas fuisse: sed hanc abro-

gatam censuram anno 1325 ab Stephano de Bourretto eiusdem Ecclesiae Antistite, *quatenus tangebat aut tangere asserebatur sanam doctrinam sancti Thomae,* superius adnotavimus. In causa demum loannis de Montesono, quae magna animorum contentione anno i 387 agitata fuit, *Nos millesies diximus,* inquiebant Parisienscs doctores, *qualiter s. Thomae doctrinam in dicta nostra condemnatione* (contra Montesonum) *nequaquam reprobamus:* eademque condemnatio quatuordecim dumtaxat articulos continet. Hinc *dubitandi locus est* (Mazzuchelli verba sunt) *aut Villanii narrationem a vero abludere aut privato quodam indicio scriptoque Robertum de Bardis triginta et octo theses a Thoma propugnatas improbasse, quae minime ipsi arridebant.*

II. Strenue pugnanti Mazzuchello vires addere liceat, ut quae censura a Villanio obtruditur, penitus convellatur. Amplissimam Carolus Duplessis d'Argentrè saepe laudatus in lucem protulit *Collectionem indiciorum* (Ecclesiae et insignium Academiarum, inter alias Parisiensis et Oxoniensis etc.) *de novis erroribus, qui ab initio duodecimi saeculi post Incarnationem Verbi usque ad annum I"13 proscripti sunt et notati.* Sed inter haec iudicia vestigium nullum censurae in vita Roberti de Bardis memoratae. Huiusce viri gesta plura refert Bulacus tomo IV Historiae Universitatis Parisiensis ct in catalogo illustrium Academicorum, qui prostat in calce eiusdem tomi, ubi haec habentur: *Robertas de Bardis, doctor in theologia, subscripsit anno i332 determinationi Facultatis theologicae contra sententiam loannis XXII de tarda visione beatifica. Idem anno i336factus cancellarius Universitatis. Obiit vero anno i34g eique successit M. loannes de Assiaco.* Ad annum 13q3 Litteras Clementis VI Summi Pontificis refert idem Bulaeus, datas *cancellario Ecclesiae Parisiensis,* qui *tunc erat,* eodem Bulaeo adnotante, *magister Robertas de Bardis,* ut promoveret ad gradum magisterii Rogerium de Palhariis. Haec vero, non alia eiusdem Roberti gesta in laudata Universitatis Parisiensis historia recensentur: eoque temporis intervallo, cum plures in erroneos articulos latae fuerint censurae, nulla occurrit quae Alberti Magni ac Thomae Aquinatis theses notaverit.

Dignum est animadversione, Robertum de Bardis in ea anno 1332 contra sententiam de tarda visione beatifica Facultatis theologicae *determinatione* subscriptum legi *doctorem,* nondum cancellarium: quo tunc munere fungebatur Guillelmus Bernardus. Discimus vero ab laudato Bulaeo, munus istud ab anno 1349 administrasse loannem de Assiaco ad annum i36o, Guimerium Bonifacii ad annum 1370, loannem de Calore ad annum i38o, loannem Blanchardum ad annum 1387, loannem Guignecurtium ad annum 1389, Petrum de Alliaco ad annum i3g5, quo ipse cancellariatum eiuravit in gratiam loannis Gcrsonis. Quorsum haec omnia? Ut liquido pateat errorem propinari a Villanio et Landino, qui Robertum de Bardis cancellarii Parisiensis munere functum narrant annis quadraginta (/a *quale cancellaria governb circa anni 40,* ait Villanius: *il quale fu cancelliere dello studio per lo spafio di quaranta anni,* ait Landinus): quo ex numero sex et viginti anni demendi sunt. Mortem obiisse Robertum anno 1349 testatur Bulaeus: non apparet emortualis annus in codice Villanii, quem publici iuris fecit Mazzuchellus: hunc vero annum Christi 1392 definiunt Michael Pocciantius. saeculi sexti decimi scriptor et Hieronymus Negri. An ergo Robertus anno 1349 quem designat emortualem Bulacus, potius'cancellarii munus abdicaverit? Praesto mihi non sunt monumenta, queis difficultas, si qua est, tuto expediri queat. At si iudicium censorium in articulos erroneos (dixerim ego) inveniri nullum potest, quod Roberto de Bardis, dum cancellarii munere fungebatur, pro ea tribuendum sit, qua potiebantur, Bulaeo adnotante tomo I, saec. I, dissertatione quinta, cancellarii Parisienses facultate: iam eo fidentius adserendum videtur haud umquam censuram aliquam, maximeque in Aquinatem inter Caelites recens cooptatum, latam-ab eo fuisse, veluti doctore Parisiensi, qui poterat quidem pro data occasione in consilium vocari, sententiam ferre ac definitionem non poterat.

Quid est vero quod ipse *post Magistrum Sententiarum (dopo il Maestro delle Sentence,* ut ait Villanius), damnaverit etc.? An fuerit ipse, qui celeberrimi huiusce Auctoris naevos patefecerit ac etiam notaverit? Ad *quatuordecim capita* eos revocat sanctus Antoninus in Summa, parte IV, titulo xi, capite vm; et *sex supra viginti* numerantur in additione ad ipsum Magistrum typis excusa, ut Bellarminus adnotat: at huiusmodi animadversiones nemo hactenus Roberto de Bardis adiudicavit. Quid est praeterea quod ipse *damnaverit triginta et octo errores, ex Alberto Magno et Thoma Aquinate decerptos?* An solus ipse, an ab Antistite Parisiensi in consilium vocatus, an simplex doctor et magister, an cancellarii munere fungens? Haec'praeterit omnia Villanius. An solemnis haec fuerit condemnatio? Sed acta publica et monumenta proferuntur nulla. An privatum ipsius Roberti dici debeat examen et iudicium? Illud ergo Villanius nimium amplificat. Ait enim: *Fu di tanta autorità* (ampullatur nempe), *che questa erronea dannafione* (utique erronea et damnanda ipsa condemnatio foret) *nessuno poi ha ardito in alcun passo riprovare* (pergit ampullas nimia confidentia proiicere Villanius).

Tot ergo vitiis cum scateat narratio florentini historici; nullus dubito quin etiam cubet error in ea narrationis parte, quae latam censuram refert in triginta et octo Alberti Magni et Thomae Aquinatis theses. Fabellam ergo sciens et volens procuderit Villanius, quam alii post ipsum cecinere? Deceptus erravit: originemque erroris mihi videor detexisse. Paucis animadvertenda propono, quae latiore sermone capite n enarrata sunt: *Robertum de Kildmardbi* Archiepiscopum Cantuariensem in Anglia *triginta et unum* vel *triginta,* ut alii numerant, anno 1277 damnasse articulos, quorum nonnulli philosophica Thomae dogmata enunciabant: hanc censuram, tametsi ornatissimi viri eam improbarent, a loanne Pekamo in eamdem Sedem suffecto confirmatam esse anno 1284, et anno 1286 alios *octo* additos fuisse ab eodem Pekamo damnatosque articulos, qui Thomae doctrinam de unitate formae substantialis in homine ac inde deducta consectaria complectebantur. Nactus itaque fuerit Villanius manuscriptum quemdam catalogum *triginta et octo* huiusmodi articulorum: inscriptum legerit *Robertum* istius censurae, quod ad maiorem articulorum partem attinet, auctorem: ipsumque denique cognomen *de Kildtvardbi,* aut difficili compendiaria nota scriptum, aut litteris evanescentibus obscuratum, aut praccipiti oculo lectum, mutaverit in cognomen *de Bardi:* adeoque latam censuram illam a *Roberto de Bardis,* dum Parisiis degeret ct cancellarii fungeretur munere, crediderit. Quidni enim res ita se habeat? Articulorum *triginta et octo* numerus, *Thomae Aquinatis* -ac etiam *Alberti* doctrina in eisdem contenta, nomenque *Roberti* qui censuram tulit, conveniunt: ac facile demum fuit cognomen *de Kildwardbi* ob eas, quas innuimus, causas in illud commutare *de Bardi.* Haec satis.

DISSERTATIO XXVI.

De innoxia sancti Thomae Aquinatis doctrina, quae Parisiensibus et Oxoniensibus censuris perperam, imperite et per iniuriam notata dicitur.

CAPUT I.

Censura immune ostenditur theologicum dogma de affluentiore dono gratiae aliis_et aliis Angelis concesso, pro naturae eorum discrimine. Itemque de potentia Dei, quae ad unum qui conditus est, coarctari mundum videtur.

J, ensurarum historiam, quae plures in articulos, abs sciolis quibusdam ambitiosisque hominibus vulgatos propugnatosque, praehabito magistrorum in theologia consilio, Parisiis et Oxonii latae sunt a gallis et anglis Episcopis, tertiodecimo aerae christianae saeculo, diligentiore opera enarravimus superiore in Dissertatione. Censorias litteras illas, quae abs Stephano Tempter Parisiens! Episcopo anno 1277 datae fuerunt, cum per eas notata et confixa iactarentur non pauca sancti Thomae sive philosophica sive theologica dogmata, supprimi et aboleri iussit coepto saeculo insequente Stephanus alter de Bourretto eiusdem Ecclesiae Antistes, *si Thomae* quidem *doctrinam tangerent.* Neque in hocce iudicio haesit doctissimus Praesul ; sed pro infectis revocatisque habendas esse litteras easdem, eo prudentissimo adhibito temperamento decrevit, *quatenus* eamdem sanctissimi Praeceptoris doctrinam *tangere adserebantur.* Abrogantes huiusmodi litteras loco memorato recensuimus notisque illustravimus: earumque cum in dubium vocatae fuerint, fidem et αὐθεντιχν pro virili tutati sumus. Hinc vero nomini et famae et existimationi Thomae Aquinatis, eiusque doctrinae integritati satis superque consultum, nemo prudens ac doctus inficias ibit.

Sed adhuc Praeceptoris Angelici eiusque doctrinae celebritati nonnihil studii nostri litandum est. Seligere nonnullos liceat praecipuos articulos censoria Parisiensium et Oxoniensium iudiciorum virgula olim notatos adhibitosque contra Thomae doctrinam a Lamaraeo aliisque aevi sequioris aemulis; eosque diligentissime conferre cum Thomae dogmatis iis, quae litterae cortice inspecto consona videntur: ut collatione facta severoque instituto examine, splendidissime innotescat demum, nihil in ipsius Aquinatis doctrina inesse, quod vel ex levi etiam suspicione ad illas redigi censuras potuerit.

Age vero: rem ipsam aggrediamur. In censura Guillelmi Parisiensis Episcopi nonus damnatus articulus his verbis effertur: *Qui habet meliora naturalia de necessitate habebit* (al. *habet') maiorem gratiam et gloriam.* Tum opposita exponitur veritas: *Quod secundum praeordinationem et praedestinationem Dei, a Deo dabitur gratia ét gloria.* Errorem hunc ab Aquinate post ipsius Guillelmi censuram instauratum fuisse clamant in II, distinet, ni, et I p., qu. lxii, art. vi, et qu. cvm, art. rv. Quo postremo in loco sic ait ille : *Angelis data sunt dona gratuita secundum capacitatem naturalium: quod non est in hominibus.'* Rem hanc loco altero data opera pertractat: *Rationabile est,* inquiens, *quod Angeli qui meliorem naturam habuerunt etiam fortius et efficacius ad Deum sint conversi.... Unde videtur, quod Angeli, qui habuerunt meliora naturalia, habuerunt plus de gratia et gloria.* Quibus demum paria sunt, quae habet loco primum citato, qu. 1, art. vi in fine.

Oculi sint oportet caligine obruti, qui longe discrepantes theses non videant: ac praeiudiciorum tenebris infuscata mens fuerit, quae damnatum articulum confundat cum sancti Thomae doctrina. Absolute et universim Angelos et homines complectitur articulus damnatus: de Angelis dumtaxat loquitur Aquinas. Erroris virus in eo positum est, quod *meliora naturalia* sive Angeli sive hominis, tamquam dispositiones accipiuntur, quae proxime cum *gratia et gloria* proportionem habeant: ipsaque *gratia et gloria* conferri *de necessitate* dicuntur iuxta *meliorem naturalium* mensuram. Quam longe differt Thomisticum dogma ! *Meliora* Angelorum *naturalia,* nonnisi ut occasionem quamdam remotam respici a Deo docet Aquinas in elargitione gratiae: unamque promovet divinae Providentiae decentiam, quam sibi Deus in donorum supernaturalium distributione pro sua ipse libertate suaeque sapientiae consilio praestituerit. Hinc id esse *rationabile,* inquit ille: *diversosque* ait, *naturae Angelicae gradus videri* (verbum animadverte crisi theologica plenum) *ordinatos ad diversos gratiae et gloriae gradus.* Cur vero Angelos inter et homines discrimen posuerit Thomas ? Francisci Sylvii Commentarium accipe, quo discriminis ratio egregie illustratur ibidem q. lxii, art. vi: «Alia ratio est de Angelis, quam de ho» minibus: 1. Quia Angelorum natura erat integra et in» corrupta: homines vero dignitatem naturae suae peccan» do amiserunt, adeo ut secundum corpus et animam in » deterius sint commutati... 2. Quia in hominibus est ali» quid, quod potest impedire vel retardare motum intel» lectivae partis, nimirum inclinatio partis sensitivae: non » autem in Angelis. Cum hac responsione conferri potest » articulus tertius vicesimae quartae quaestionis in IIa IIae » ubi ad examen vocatur: utrum caritas infundatur secundum capacitatem naturalium.

Quod Aquinatis dogma ulnis ambabus frequentius theologi amplexati sunt, quibus ultro consentit Dionysius Petavius libro I De angelis, capite xvi, num. 8: « Sed et ipsi in» ter se *Angeli, inquiens,* alii aliis affluentiore gratia ditati » sunt, pro eo atque naturae praestantioris erant, si Ma» gistro Sententiarum credimus... Cui et s. Thomas adsti» pulatur, pro gradus cuiusque dignitate dona gratiarum, » ac perfectionem beatitudinis collata esse docens. Etenim » uti Angelorum natura ad gratiam et gloriam a Deo fa» cta est: ita diversi naturae Angelicae gradus ad diversos » itidem gratiae gloriaeque gradus ordinati sunt; quemad» modum architectus, ex eo quod certos lapides aliis ele» gantius accuratiusque perpolit, videtur eos ad digniorem » aliquam aedium partem destinare. » Haec sunt videlicet tum ipsum decentiae argumentum, tum exemplum appositissimum ac eadem ferme verba a sancto Thoma adhibita. Qua in re praeiverat s. Basilius de Spiritu sancto capite xvi, num. 38 : *Iuxta proportionem excellentiae (* seu pro excellentiae modo), *qua se invicem superant* (Angeli),

a Spiritu habent sanctificationis mensuram. Rem indicat Gregorius Nazianzenus eamque videtur in medio relinquere Oratione xl : *Haud novi,* inquiens, *sive pro gradu stationis illuminationem participet* (natura Angelica); *sive pro mensura illuminationis gradum accipiat.* Priorem partem verbis conceptissimis definit Damascenus libro II De fide orthodoxa, capite in: *Per Verbum omnes Angeli creati sunt et sancto Spiritu sanctificante consummationem acceperunt, ut pro sua quisque dignitate et ordine, splendoris et gratiae participes essent.*

Furfure Pelagiano conspersam hanc Thomae, hanc sanctorum Patrum doctrinam si quis dixerit, truncus ac stipes esto. Neque enim quidpiam in Angelis *naturale* extollitur, cui munera gratiae debita fiant. Una Dei sapientia et voluntas laudatur, quae sicuti pro libito consilioque nobiliores Angelos, alios aliis, condiderit: ita pro gradu nobilitatis ad excellentiorem gratiam eos ordinaverit. Sapiens haec est sancti Thomae animadversio loco citato: *Ad* i *dicendum,* inquientis, *quod sicut gratia est ex mera Dei voluntate, ita etiam et natura Angeli; et sicut naturam Dei voluntas ordinavit ad gratiam, ita et gradus naturae ad gradus gratiae.* Hinc demum nullum in Angelis, eorum natura spectata, meritum agnovit ille, cui dona gratiae elargiri Deus debuerit: *Dicendum* (inquiens art. iv ad 2) *quod conversione naturali Angelus non meruerit beatitudinem; sed conversione caritatis, quae est per gratiam.* Abeat ergo *articuli damnati* instauratio illa, quam primus divo Thomae affingere ausus est Guillelmus de la Mare.

II. Thesim aliam Aquinatis, quae potentiam Dei ad unum, qui conditus est, coarctare mundum videtur, cum aliquibus censura notatis articulis confero, subiectisque animadversionibus illustro ut insignia plura innotescant discrimina. Mirum est litem hanc intentari aliquando potuisse !

Ex censura Parisiensi.	Ex sancto Thoma p. I, q. xlvii, art. in ad 3.
xxxiv. *Quod prima causa non posset plures mundos facere.* Apud Eymericum in Director. p. II, pag. 238, coi. 2, num. 7: *Quod Deus non posset alium mundum facere: quia quidquid fit, ex praeiacente materia fit: iste autem mundus constat ex sua tota materia.*	*Dicendum quod mundus constat ex sua tota materia. Non enim est possibile esse aliam terram quam istam, quia omnis terra ferretur naturaliter ad hoc medium, ubicumque esset. Et eadem ratio est de aliis corporibus, quae sunt partes mundi.*

ANIMADVERSIONES

1. Quod in articulis damnatis notum tritumque adsumitur axioma, *Quidquid fit, ex praeiacente materia fit,* quemadmodum in secundis creatisque causis locum obtinet, ita ad increatam supremam causam si transferatur, purum putumque ethnicorum turpe commentum est, passim in Operibus suis ab Aquinate convulsum.

2. Latissimum animadverte, quod articulos damnatos inter ac innoxiam Thomae docrinam intercedit discrimen. In illis *mundus iste* dicitur *tota sua materia constare,* scilicet *praeiacente,* quam minime Deus condiderit; quo posito pagano et impio principio, aeque paganum et impium et falsum colligitur consequens: *quod prima causa vel Deus non posset plures mundos facere.* Aquinatis nostri et Christianorum certa sentpntia est, *mundum constare ex sua tota materia,* ex illa nempe quam pro suae consilio sapientiae voluit Deus efficacissimo imperio producere ex nihilo, produxitque. Hinc damnatis articulis ex diametro adversatur, quae fluit inde conclusio.

3. Quisnam praeterea germanus haberi debeat, quem Thomas intellexerit, verborum illorum sensus, *mundus* (inquiens) *constat ex sua tota materia,* a Deo scilicet creata, ex argumento contrario exsculpi debet, ubi *mundus cum sua materia* comparatur *huic homini* habenti *formam in materia.* Res imo non ita se habet. Neque enim *hic homo* tota potitur materia quam homo habere potest: homo (inquam) universim acceptus pro humanae naturae individuis, quae hactenus in mundo exstitere ac deinceps extabunt; cum ex adverso *mundus iste* a Deo creatus *constet ex sua tota materia,* quantam supremo Numini condere placuit ad eiusdem mundi res omnes corporeas aut simultaneas aut successivas, iuxta naturae cursum efformandas. Hinc splendidissima lux effulget, qua innotescit, eam ob causam, quae sumitur ex materia, qua mundus iste constat, possibiles non esse plures mundos, illius adinstar possibilitatis, qua plura esse possunt naturae humanae individua.

4. Verum enimvero ad inscitiam et ad impietatem pertinet sic constrictam et coarctatam existimare Dei vim et potentiam, ut nihil praeterquam quod semel fecit, possit efficere. Valet imo creaturas alias condere, tum spirituales, tum corporeas, quae in hoc mundo non extant: adeoque valet alia et alia primigenia elementa, et aliam aliamque materiam moliri et procreare, ex quibus alius et alius mundus consurgeret. Valet etiam rebus ipsis, quae conditae sunt, si vellet quidem pro consilio suae sapientiae, vel molis ac numeri vel qualitatis et perfectionis addere incrementa: easdemque in alium redigere ordinem novumque sistema. Haec passim docet omnia s. Thomas. Pauca et compendio collecta primum profero quae I p., q. xxv, artic. v ad 3 habentur: *Licet iste cursus rerum sit determinatus istis rebus quae nunc sunt; non tamen ad hunc cursum limitatur divina sapientia et potestas. Unde licet istis rebus quae nunc fiunt, nullus alius cursus esset bonus et conveniens; tamen Deus posset alias res facere et alium eis imponere ordinem.* Alia addo verba, quae artic. sequente vi ad 1 prostant: nempe, *Potest dare rebus a se factis meliorem modum essendi quantum ad accidentialia, licet non quantum ad essentialia.* Haec affero lubentissime, quibusdam etiam placitis utique adversa, quae ex illa ab Leibnizio invecta, a Wolffio illustrata, *Monadum et Harmoniae praestabilitae* philosophia eliciuntur ac magna cum laude, plus ut puto quam par est, excipi solent. Hac de re adhuc in alia agendum est Dissertatione XXIX, adversus heterodoxum Petrum Zornium ac etiam contra Petrum Alliacensem Parisiensem theologum.

5. Ratio illa, qua ad unitatem terrae suadendam utitur Aquinas, desumpta est ex Aristotele libro I *De caelo et mundo,* apud eumdem Aquinatem lectione xvi. Veluti minus robustam ac facillima solutione eludendam, refellit eam Bartholomaeus Amicus De caelo et mundo tractatu III, qu. i. art. vi. Nolim ego momentum eius atque vires diligentius perquirere: neque id sibi munus in verbis, de quibus agimus, adsumpsit Doctor Angelicus; cui satis fuerat probabili aut coniecturali ratione adsertum caeteroqui certissimum munire, *quod mundus* a Deo conditus *constat ex sua tota materia* ut num. 2 ct 3 declaratum est.

CAPUT II.

Vindiciae theseos de sola, quae numerica vocitatur, inter Angelos differentia ab Aquinate reiecta. Deque adserta Angelorum praesentia ad locum per operationem; quae cuiusmodi sit, explanatur. Ac demum de rationalis animae aut mentis humanae, salva unitate specifica, diversa perfectione: eiusdemque diversitatis origine.

I. T)arisienscs articulos iam profero illos, qui ad eam perJL tinent, quae inter *separatas intelligentias,* ut aiunt, sive Angelos constitui differentia debet. Mirum sane quantum ingenii ac studii impensum fuerit ut inde Aquinatis doctrinae conflaretur invidia.

Ex censura Parisiensi.	Ex s. Thoma p. I., q. xlvii, art. π.
lxxxi. *Quod quia intelligentiae non habent materiam, Deus non posset facere plures eiusdem speciei.*	*Duplex distinctio invenitur in rebus: una formalis in his quae differunt specie: alia vero materialis in his quae differunt numero tantum. Cum autem materia sit*

xcvi. *Quod Deus non potest multiplicare individua sub una specie, sine materia.*

propter formam, distinctio materialis est propter formalem. Unde videmus quod in rebus incorruptibilibus non est nisi unum individuum unius speciei: quia species sufficienter conservatur in uno.

Q. 1, art. iv. *Ea quae conveniunt specie et differunt numero, conveniunt in forma; sed distinguuntur materialiter. Si ergo Angeli non sunt compositi ex materia et forma... sequitur quod impossibile sit esse duos Angelos unius speciei.*

xcvii. *Quod individua eiusdem speciei differunt sola positione materiae, ut Socrates et Plato.*

ANIMADVERSIONES

1. Ad illud controversiarum genus, quas in utramque partem agitari in scholis et pro alterutra dirimi parte integrum est, quaestio.spectat ab Aquinate mota de Angelorum inter se discrimine, deque intercedentis discriminis modo ac ratione. Hac de re nihil divinitus Ecclesiae catholicae traditum est, quod hanc Angelorum differentiam, qualis ea demum constituenda sit, clare detegat ac patefaciat. Amplissimum inter latinos Patres testimonium fert Augustinus, qui contra Priscillianistas ad Orosium cap. x. num. zq: *Esse itaque Sedes,* ait, *Dominationes, Principatus, Potestates in caelestibus apparatibus firmissime credo, et differé inter se aliquid indubitata fide teneo: sed... quaenam ista sint et quid inter se differant nescio.* Par est Ioannis Damasceni sententia, ornatissimi ex Ecclesia Graeca theologi, lib. II De fide orthodoxa, cap. in: *Quoad essentiam,* inquientis, *aequales ne sint* Angeli *inter se, an dispares, compertum non est: solus hoc scit Creator illorum Deus, qui universa explorate novit.* Hinc sapienter a theologis nostris animadversum vel quaestionem hanc apud veteres Patres praetermissam esse: vel si quidpiam videatur ab iis adsertum, quod significet aut essentiae seu speciei unitatem, aut certe graduum seu *collustrationum* distinctionem, id facile exponi posse ac utrique adaptari opinioni, sive quae *numericam* tantum in Angelis differentiam, sive quae *numericam simul et specificam* in omnibus agnoscit ac propugnat. Iniqua fuerit ergo censura Parisiensis, opinioni ab Aquinate selectae notam si inusserit, quam doceri ac defendi haud vetat Scripturarum auctoritas, neque traditio Patrum, neque ullum Ecclesiae decretum, neque frequentior inter Patres consensus.

2. Quaestio duplex distingui adsolet, altera quae factum et altera quae rei possibilitatem versat. Magni nominis viri inter discipulos Thomae opinantur, nil aliud ab Angelico Praeceptore propugnari, nisi reipsa Angelos omnes, quotquot a Deo creatore conditi sunt, numero simul ac specie inter se differre. Ita sentientes memoro Capreolum, Ferrariensem, Bannezium, Estium, Sylvium. Permissam vero ab Aquinate Angelorum, qui numero tantum differant, possibilitatem textu quodam putant illi probari posse, qui legitur in Opusculo XVI *(Restat autem* etc.) contra Averroem *De unitate intellectus,* his verbis concepto: *Valde ruditer argumentantur ad ostendendum, quod Deus facere non posset quod sint multi intellectus eiusdem speciei, credentes hoc includere contradictionem. Dato enim quod non esset de natura intellectus quod multiplicaretur, non propter hoc oporteret quod intellectum multiplicari includeret contradictionem. Nihil enim prohibet aliquid non habere in sua natura causam alicuius, quod tamen habet illud ex alia causa... Sic ergo intellectus, si naturaliter esset unus omnium, quia non haberet naturalem causam multiplicationis; posset tamen sortiri multiplicationem ex supernatural! causa.* Differant ergo reipsa caelestes intelligentiae et numero et specie (inquiunt illi, allatam Thomae doctrinam ad institutum trahentes), propterea quod naturali carent illius differentiae principio, qua ab sese individua separantur, scilicet materia vel ordine ad multiplices materiae portiones: nondum sane contradictio apparet, qua Angelorum multitudo solo numero differentium impossibilis adseri debeat. Id unum ergo si voluerit docueritque s. Thomas, iam eius doctrina totis parasangis distat ab articulis censura Parisiensi notatis: utpote qui tum rem ipsam, quae facta est, tum etiam possibilitatem inficiantur.

3. Haud me quidem latet, hanc praestantissimis divi Thomae discipulis dissonam videri menti eius interpretationem, simulque abludentem a vero allegati textus expositionem. Sumitur (inquiunt) sententia Aquinatis ex natura actus, quem *irreceptum* vocat, haud umquam ordinabilis ad varias multiplicesque portiones materiae, adeoque integram totius speciei perfectionem in uno obtinentis individuo. In eo vero contra Averroistas Opusculo argumentationis potius modum, quam rem ipsam arguit et insequitur, ut eius verba evincunt: *Quod non tantum dicimus,* inquientis, *propter propositum, sed magis ne haec argumentandi forma ad alia extendatur: sic enim possent concludere, quod Deus non potest facere quod mortui resurgant et quod caeci ad visum reparentur.* Itaque existimaverit Thomas Angelorum naturae, cum sint *actus irrecepti,* solam numericam individuorum multiplicationem repugnare. Quaestio est, quae pendet ex alia de *principio,* quod vocant, *individuationis:* quod alter aliterque, salva catholica fide, constituere integrum sibi arbitrantur Metaphysici. Hinc censurae Parisiensis levitas innotesceret, si philosophicas innoxias theses notasset.

4. At verborum cortici, quem praeferunt articuli damnati, haerendum non est. Stirpes ac intimam scrutari medullam oportet.* Principium individuationis multiplici inquinatum errore obtrudebant scioli ac vani homines, articulorum adsertores. Putre commentum est, quod effert articulus cxvn: *Quod scientia magistri et discipuli est una numero. Ratio autem, quod intellectus sit unus, est, quia forma non multiplicatur, nisi quia educitur de potentia materiae.* Ita nempe individuationis principium petulantes Academici quidam in materia reponendum esse vulgabant, ut ex eadem educi formas illas oporteret, quae numero differrent. Inepta et impia et falsa excogitatio; ex qua tamen thesim inferebant per sese innoxiam pluribusque theologis et philosophis probatam: *Quod quia intelligentiae non habent materiam, Deus non potest facere plures eiusdem speciei.* Non ita Aquinas, non ita caeteri eiusdem cum ipso sententiae auctores: qui de numerica rationalium animorum differentia disceptantes, ex eo individuationis principio illam repetunt, quod est materia vel ordo ad portiones materiae, non ex qua educi debeant, sed ad quam ordinantur et cum qua uniuntur ad humanae naturae singularia individua efformanda. In eo, quod Aquinas amplexus est, philosophiae sistemate, nihil est absurdi, quod ecclesiastica vel theologica censura notari debeat.

5. Sordes alias, quibus principium individuationis inquinatum promeruit censuram Parisiensem, praefatus indicat articulus, magisque expressas enunciat articulus xcvir: *Quod individua eiusdem speciei differunt sola positione materiae ut Socrates et Plato: et quod, forma humana existente in utroque eadem numero, non est mirum si idem numero est in diversis locis.* Averroisticis commentis imbuti adsertores, propugnabant numericam et individualem, quam dicimus, differentiam in ea solum forma locum habere quae de potentia materiae educitur: quod.si forma detur quae non educatur ex materia, *sola* tunc *positione* eiusdem *materiae* constitui individua, eademque *sola positione materiae* differre sub una specie: formam videlicet ipsam unam omnino remanere, numero vero distingui materiae portiones, ac diversis materiae portionibus unam inesse eandemque formam. Hinc vulgata apud illos delira sententia, *unam numero* magistri scientiam esse et discipuli et *unum numero intellectum,* quem *agentem et mentem* vocabant, in omnibus naturae humanae individuis. Ad rationales animos quod attinet, dissidebant. Fatebantur alii non eos educi ex potentia materiae, sed ex nihilo procreari a supremo numine: unde insana ipsorum erat consecutio, *formam humanam existere in utroque* (Socrate et Plato-

ne) *eandem numero,* numerica differentia portiones dumtaxat materiae afficiente. Eo dementiae devenerant alii ut contenderent, *formam hominis non esse ab extrinseco* (verba sunt articuli cv), *sed educi de potentia materiae, quia aliter non esset generatio univoca:* quo ex impio principio veram conclusionem eliciebant, quae numericam statuit inter ipsas rationales animas differentiam. Haec sunt impia et insana commenta, quae Parisienses nonnulli vani ac petulantes sophistae tradebant in scriptis docebantque in scholis: a quibus toto caelo ac latiore etiam intervallo dogmata distant quae ab Aquinate de principio individuationis tradita sunt. Illa vero, non ista, ferit Stephani Parisiensis Episcopi censura.

II. Ad Angelorum, *qui intelligentiae separatae* passim appellantur, praesentiam localem theses pertinent, quae sequuntur. Huiusce praesentiae fundamentum proximum, ut aiunt, docet Aquinas reponendum esse in ipsa eorum operatione a substantia distincta: quod reprehensione dignum et censura Parisiensi damnatum aemulis quibusdam visum. Rem hanc diligentiore opera expendamus.

Ex censura Parisiensi.	Ex s. Thoma p. I., q. lu, art. i.
Lxxvn. *Quod si esset aliqua substantia separata, quae non moveret aliquod corpus in hoc mundo sensibili, non clauderetur in universo.*	*Dicendum quod Angelo convenit esse in loco. Aequivoce tamen dicitur Angelus esse in loco et corpus. Corpus enim est in loco per hoc quod applicatur loco secundum contactum dimensivae quantitatis: quae quidem in Angelis non est, sed est in eis quantitas virtualis. Per applicationem igitur virtutis angelicae ad aliquem locum qualitercumque, dicitur Angelus esse in loco corporeo.*
cciv. *Quod substantiae separatae sunt alicubi per operationem, et quod non possunt moveri ab extremo in extremum et in medium, nisi quia possunt velle operari aut in medio aut in extremis.*	
ccxvin. *Quod intelligentia, Angelus vel anima separata, nusquam est.*	
ccxix. *Quod substantiae separatae nusquam sunt secundum substantiam.*	

ANIMADVERSIONES

1. Postremi duo recensiti articuli pugnant ex diametro contra sancti Thomae doctrinam. Decernit iste *quod Angelis convenit esse in loco:* in illis adseritur *intelligentias, Angelos, animas separatas,* aut absolute et universim *nusquam esse* aut eas *nusquam esse secundum substantiam.* Articulorum sensum nitide explanat Aquinas, cubantemquc errorem divinae fidei adversum detegit in I, dist. xxxvii, quaest. ni, art. i: *Opinio est philosophorum,* inquiens, *quod intelligentiae vel Angeli nullo modo sunt in loco. Ponunt enim, quod intelligentia est quaedam essentia denudata a materia et ab omnibus conditionibus materialibus: et quod intelligentia. movet orbem per animam eius, coniunctam ipsi orbi.... Et ideo nullam applicationem ad corpus vel ad locum habet, quia non immediate operatur circa aliquod corpus. Haec autem opinio haeretica est, quia secundum fidem nostram ponimus Angelos immediate circa nos operari.*

2. Praesentiae localis Angelorum comparatione cum modo facta, quo corpora sunt in loco, theologicum aut philosophicum dogma Thomae est: *aequivoce dici Angelum esse in loco et corpus.* Solidissimam hanc liceat paulo uberius explanare doctrinam. Loci notio, quae ad praesentem de Angelorum in loco existentia quaestionem pertinet, non ea intelligitur, quam recentes plerique, inepte sane, eamdem faciunt cum Dei immensitate, tam intra, quam extra mundi universitatem, virtualibus quibusdam quodammodo partibus diffusa. Neque rursum intelligi locus debet, quem alii in re quapiam constituunt, quae neque spiritus est, neque corpus, extensa, penetrabili, infinita, aeterna, independente. Huiusmodi loci notiones neque thesium damnatarum adsertores, neque sanctus Thomas, caeterique philosophiae Aristotelicae addicti aut sibi finxerunt animo aut unquam admisere: easdemque septas difficultatibus *inextricabilibus* adnotat Wolfius in Theologia naturali p. I, §. 792 et ipse Petrus Baelius in dictionario historico-critico in notis ad articulum *Zenonis.* Locum illi accipiebant, qui proprie spectat ad corpora extensa: quo videlicet corpus alterum ita continetur et circumscribitur superficie alterius corporis ut totum toti commensuretur et partes respondeant partibus. Paullo diversam non praetermitto opinionem, quae frequentius arridet asseclis Renati Cartesii: quibus nimirum id esse in loco dicitur, quod certam ac determinatam spatii partem implet: ipsumque spatium nil aliud est, praeter ipsum corpus extensum, quod extat in re, eiusque extensionem abstracte conceptam in mente. Stephanum Chauvinum consule in lexico philosophico secundis curis recognito et castigato. Hocce de loco instituta quaestione, sententia est Thomae Aquinatis: *Angelis convenire esse in loco,* quod articulis damnatis adversatur; sed *aequivoce dici Angelum esse in loco et corpus,* quod est sapientissime animadversum. Quomodo enim eadem ratione corpus et spiritus, extensum et indivisibile, quae toto genere differunt, in loco fuerint? Hinc duplicem existendi in loco modum scholae distinguunt, *circumscriptive,* ut aiunt, et *defnitive:* quo posteriore modo inquiunt, se sistere Angelos determinato loco vel spatio praesentes ut alteri simul spatio vel loco non adsint; quin loco tamen contineantur aut cum extenso spatio commensurentur. Quod verbis demum immutatis discrimen amplectitur Wolfius, corpora inquiens esse *in loco,* Angelos *ut in loco:* ac utrumque diversum modum ab Aquinate sapienter discretum adnotat *pro acumine singulari quo pollebat in perlustrandis rationibus confusis.* Vide memoratam Theologiae naturalis partem primam, §. 1042 et 1044.

3. Nondum vero soluta et expedita est difficultas omnis. Fundamentum illud ad examen vocat Aquinas, quo proxime Angeli definiuntur loco, sive quo praesentes determinato spatio se sistunt. Ait ille substantiam Angelorum loco definiri aut definito quidem spatio praesentem sisti: verum id non aliqua perfici ratione, quae ipsam eorum substantiam afficiat, sed *quantitate virtuali* quae in *applicatione virtutis,* vel in *operatione* consistit circa loca vel spatia. Veteres Patres, qui hoc praesentiae Angelicae ipsissimum fundamentum illustrant, bene multos proferunt Petavius lib. I de Angelis et Thomasinus tom. I, lib. V, cap. v De theologicis dogmatibus aliique theologi. An ergo opinionem hanc, quam vetusti Ecclesiae Patres tradiderunt, quam amplexus est vulgavitque in scholis Aquinas, censoria virgula notare voluerit Stephanus Tempier Episcopus Parisiensis? Mentem suam longe dissitam aperit ipse vel potius mentem eius aperit thesium damnatarum collector in articulo ccxix, ubi haec adiecta verba leguntur apud Dargentraeum, aliosque collectores: *Error, si intelligatur ita quod substantia non sit in loco. Si autem intelligatur quod substantia sit ratio essendi in loco, verum est quod nusquam est secundum substantiam.* Non aliud Parisiensi Antistiti consilium insedisse, testis probatissimus adest Henricus de Gandavo, qui negotio interfuit. Verba eius accipe, quae habentur Quodlib. II, quaest. ix: « Bene dicit unus » articulus ab Episcopo damnatus talis: *Quod substantiae* » *separatae nusquam sunt secundum substantiam, error est,* » *si intelligatur ita quod substantia non sit in loco: si ati-* » *tem ita, quod substantia sit ratio essendi in loco, verum* » *est quod nusquam sunt secundum substantiam...* In hoc » enim concordabant omnes magistri theologiae congregati » super hoc, quorum ego eram unus: unanimiter concc- » dentes, quod substantia Angeli non est ratio,- Angelum » esse in loco secundum substantiam. » Multiplici pravo sensu articuli damnati scatent. Alterum detegit s. Thomas verbis prima in animadversione allatis: produnt alterum Stephanus Tempier et Henricus de Gandavo. Adeo scilicet petulantia ingenia delirabant, ut Angeli *substantiam nusquam esse* propugnarent, proptcrca quod non ipsa substantia, sed operatio ad loca et spatia mundi sensibilis adplicaretur.

Immo sana, solida et probata Aquinatis doctrina est, operationem Angelorum illud esse fundamentum proximum, quamobrem ipsi eorumque substantia sint in loco.

4. Animadversione dignus est articulus Lxxvn: *Quod si esset aliqua substantia separata, quae non moveret aliquod corpus in hoc mundo sensibili, non clauderetur in universo:* ubi substantiae separatae operatio circa loca ad unam illam coarctatur efficientiam quae motum, scilicet localem, corporibus imprimit. Non ita Doctor Angelicus, qui in I, dist. xxxvn, quaest in, art. 1 operationem Angelicam statuit causantem *vel motum, vel lumen, vel aliquid huiusmodi.* Ampliorem operationis huiusmodi notionem tradere videtur et explanare Quodlib. I, art. iv: *Si quis velit,* inquiens, *virtutis contactum operationem vocare, propter hoc quod operari est proprius effectus virtutis; dicatur, quod Angelus'est in loco per operationem, ita tamen quod per operationem non intelligatur sola motio* (damnatus articulus innuitur reiiciturque), *sed quaecumque unitio, qua sua virtute se corpori unit, praesidendo vel continendo vel quocumque alio modo.* Pro hac amplitudine operationis Angelicae, sive quae exteriorem effectum producit sive quae Angelum peculiari quadam imperii practici directione, quocumque demum explicetur modo, ad huius universi corpora, ad loca, ad spatia, absque ullo effectu exteriore, adplicat, stat Dominicus Bannez in Commentario ubi sic ait: « In » hac opinione, nomine *operationis* intelligunt non tantum » motum aliquem realem receptum in corpore sive mu» tationem aliquam; sed quemlibet etiam contactum An» gelicae virtutis, qui se habet per modum operationis et per » modum actus secundi: v. g. quia Angelus *praesidet tali* » *loco, quia custodit, quia continet et defendit;* ut si v. g. » detineret lapidem in sublimi, diceretur esse in lapide et ta» men nullam mutationem realem exerceret circa lapidem.» Has ego doctorum opiniones in medio relinquo. Colligendum vero: 1. Operationem, quam constituit Thomas rationem proximam ut Angeli definiantur loco, latiorem esse mutatione dumtaxat locali, quam thesium damnatarum adsertores unam enunciant. Colligendum: 2. Haud Angelis potestatem inesse ut sint ubique vel se ad omnia spatia aut loca sistant praesentes: propterea quod eorum operatio, quam *virtualiter transeuntem* vocant, sive quae motum aut mutationem infert, sive quae in actuali praesidentia, custodia, defensione, detentione aut simili quoppiam modo consistit, limites habet intra certam ac definitam quodammodo sphaeram. Hinc fortasse reficienda omnino videtur nonnullorum, qui Cartesiani audiunt, opinatio quae statuit Angelos loco vel spatio sola eorum *cogitatione* sisti praesentes et adesse.

5. Verba sunt divi Thomae in I, dist. xxxyn, quaest. in, art. i ad 4: *Non reputo inconveniens, quod Angelus sine loco possit esse et non in loco* (leg. *et possit non esse in loco), quando nullam operationem circa locum habet. Nec est inconveniens ut tunc nusquam vel in nullo loco esse dicatur: sicut etiam non est inconveniens quod nullo colore coloratus dicatur. Sed hoc tamen non est imaginabile* (seu nostrae imaginationis vim excedit); *quia imaginatio continuum* (et sensibilia) *non trascendit.* Cur enim loco et spatio, quae ad extensa corpora pertinent, obnoxii fuerint Angeli, qui corpore et partibus et conditionibus materialibus carent? Angelum velle obnoxium loco, perinde foret ac ipsum aliquo velle *colore coloratum.* Quod si ergo *nullam operationem circa locum* habeant Angeli, miratio subeat nulla, *si nusquam vel in nullo esse loco dicantur.* An ergo inde exsculpas *non eos in universo claudi?* Insanum consectarium est quod in articulo damnato elicitur: a quo longe abhorret sanctus Thomas. Annuit ille non operantes Angelos non claudi universo vel aliqua universi parte, tanquam loco: simulque docet claudi universo, seu ad universum pertinere tanquam partes, quae cum sint spiritales et inextensae, loci extensi necessitate ac lege debent esse immunes. Verum tametsi denique *nihil prohibeat Angelos non esse in loco si voluerint* (verba sunt Doctoris Angelici quaest. tu De potent., art.xix ad 2): *semper* tamen *sunt in loco propter ordinem, quo creatura spiritalis praesidet corporali secundum Augustinum libro III De Trinitate, capite* iv. Haec sunt innoxiae Thomisticae doctrinae dogmata.

6. Theologorum plerique illud etiam in damnatis articulis dignum reprehensione existimant, quod in eisdem duplicis Angelorum loci praetermissa aut reiecta notio videtur: alterius *connaturalis,* ad quem per operationem pro liberi arbitrii nutu sese adplicant ac sistunt praesentes Angeli; et *violenti* alterius, cui possibilibus divinae omnipotentiae modis alligantur daemones damnatique spiritus. In illo fundamentum localis praesentiae est operatio: in isto videtur passio, quam silentio premunt aut reiectam indicant damnatorum articulorum auctores

7. Commenta iam plura innotescunt, in ea philosophorum seu theologorum controversia, quae de locali Angelorum praesentia agitari solet, ab imperitis hominibus excogitata, a sancto Thoma convulsa ac Parisiensis demum censurae decreto damnata. Hisce vitiis immunis, cortice tenus, videtur articulus cciv: *Quod substantiae separatae sunt alicubi per operationem et quod non possunt moveri ab extremo in extremum nec in medium, nisi quia possunt velle operari aut in medio aut in extremis.* Sub sano utique cortice caries et putredo latet. Unam scilicet adsertores articuli *operationem* intelligebant, quae *motum localem* infert ut superius num 4 adnotavimus: vel ita loco adesse Angelum operantem constituebant, ut *operatio* quidem loco definita foret, loco tamen prorsus immunis Angeli *substantia* persisteret et *nusquam esset,* ut num. 3 observatum est. Quae cum ita se habeant, nimia certe confidentia illos egisse constat qui Parisiensem Stephani Tempier censuram adhibuere, ut in invidiam innoxia quaedam theologica aut philosophica ab Aquinate tradita documenta traducerent. Steterunt in censurae cortice, pravo penitiore sensu neglecto vel astute praetermisso.

III. Quid vero tam integrum fuerit et innoxium et candidum, in quo lividus oculus vitia, naevos sordesque non videat? Praeiudiciis occupatae mentis allucinationes hactenus non paucas animadvertimus: sed alia praesto sunt exempla.

Ex censura Parisiensi.	Ex s. Thoma p. I, q. lxxxv, art. vu.
cxxrv. *Quod inconveniens est ponere aliquos intellectus nobiliores aliis: quia cum ista diversitas non possit esse a parte corporum, oportet quod sit a parte intelligentiarum; et sic animae nobiles et ignobiles essent necessario diversarum specierum, sicut intelligentiae.* * Error: quia sic anima Christi non esset nobilior anima ludae. »	*Dicendum quod... unus alio potest eamdem rem melius intelligere, quia est melioris virtutis in intelligendo... Hoc autem circa intellectum contingit dupliciter. Uno quidem modo exparte intellectus, qui est perfectior. Manifestum est enim quod quanto corpus est melius dispositum, tanto meliorem sortitur animam: quod manifeste apparet in his quae sunt secundum speciem diversa. Cuius ratio est, quia actus etforma recipitur in materia secundum materiae capacitatem: unde cum etiam in hominibus quidam habeant corpus melius dispositum, sortiuntur animam maioris virtutis in intelligendo... Alio modo contingit hoc ex parte inferiorum virtutum, quibus intellectus indiget ad sui operationem: illi enim in quibus virtus imaginativa, et cogitativa, et memorativa est melius disposita, sunt melius dispositi ad intelligendum.*
cLxxxvn. *Quod nos peius aut melius intelligimus, hoc provenit ab intellectupassivo.* ‹ Quem dicit esse potentiam sensitivam. Error: quia hoc ponit unum intellectum in omnibus aut aequalitatem in omnibus animabus. »	

ANIMADVERSIONES.

i. Pugna est manifesta Thomae doctrinam inter et articulum cxxiv. In isto veluti *inconveniens* adseritur *quod aliqui ponantur intellectus nobiliores aliis:* Thomae vero

sententia est, *unum intellectum melioris esse virtutis posse* prae alio *in intelligendo* ac inter homines *meliorem sortiri* aliquos *animam et maioris virtutis.* Damnatus articulus inficiatur, *hanc* nobilitatis *diversitatem* depromi posse *a parte corporum:* immo vero docet Aquinas, *quanto corpus est melius dispositum, tanto meliorem sortiri animam.* In eodem articulo impossibile enunciatur praefatum nobilitatis discrimen, quin simul *animarum, quae nobiles et ignobiles essent, diversae constituantur species:* praeter nobilitatem ex diversitate speciei ortam in Angelis, maiorem statuit Doctor Angelicus minoremque animorum rationalium perfectionem ex principio individuationis desumptam, *ex corpore* scilicet *melius disposito:* quod ille confirmat dissertissimis verbis ad *3: Dicendum,* inquiens, *quod differentia formae, quae non provenit nisi ex diversa dispositione materiae, non facit diversitatem secundum speciem, sed solum secundum numerum; unde* quae inde profluit eiusdem formae perfectio non est specifica, sed conditio individualis. Bene et optime cohaerent omnia in vulgato philosophiae sistemate, in quo rationalis animus aut mens ita corpori organico praesidet, ut eiusdem forma etiam substantialis, et actus, et intima entelechia habeatur.

2. Adhuc alia patet origo ex qua diversa, auctore Thoma, exoriri virtus et perfectio potest *in intelligendo.* Verba eius sunt: *Alio modo contingit hoc ex parte inferiorum virtutum, quibus intellectus indiget* (in hoc statu unionis) *ad sui operationem. Illi enim, in quibus virtus imaginativa, et cogitativa, et memorativa est melius disposita, sunt melius dispositi ad intelligendum.* Huius originis mentio nulla in articulo cxxiv ubi *intellectus nobiliores aliis,* quod attinet ad rationales animos hominum, universim pernegantur: eademque profertur una in articulo clxxxvii, ubi *potentiam sensitivam* scite adnotat auctor censurae vocari *intellectum passivum.* Originem utramque pro suo ingenii acumine coniungit sanctus Thomas ac utramque sapientissime illustrat.

III. Sed Averroisticam denique labem, qua idem articulus inficitur, adiecta censoris vel collectoris verba denunciant: *error,* inquientis, *quia hoc ponit unum intellectum in omnibus.* Anima intellectiva reiecta, hominem compingebat Averroes ex corpore et anima sensitiva, eademque mortali, tribus facultatibus praedita, scilicet *cogitatrice* seu *phantasia, aestimatrice et memoria:* quas in homine, ob maiorem prae anima brutorum perfectionem, vocabat *rationem particularem et intellectum passivum.* Addebat *intellectum agentem* (inter separatas intclligentias infimam), immortalem, aeternum, hominibus adsistentem, non multiplicem pro singulis eorum, sed unum in omnibus, proque diversa potentiae sensitivae conditione diversimode participatum. Consule Iacobum Bruckcrum in Historia critica philosophiae tomo III. Impia et absurda doctrina haec maxime invaluerat inter sciolos ac vanos Academicos, quorum articuli censura Parisiensi notati aut ipsam involvunt et latenter significant, aut efferunt apertissime. Huiusmodi sunt cxvii: *Scientia magistri et discipuli est una numero: ratio autem quod intellectus sit unus....* cxxi: *Intellectus, qui est ultima hominis perfectio, est penitus abstractus,* cxxv: *Intellectus speculativus simpliciter est aeternus et incorruptibilis: respectu vero huius hominis corrumpitur, corruptis phantasmatibus in eo;* per quae scilicet, veluti per instrumenta, agere aut intelligere dicebatur intellectus agens. Commento putidissimo adversa sunt ex diametro sancti Thomae dogmata: tot rationales individuali differentia animos distingui, quot homines numeramus: iuxta numerum rationalium animorum ipsum etiam multiplicari intellectum, tum agentem, tum possibilem, ut aevo illo distinguebant, et loquebantur: praeter specificam animorum et intellectum nobilitatem, quae singulis communis est, gradus alios modosque perfectionis distingui oportere *in intelligendo:* quorum alii originem habent a phantasmatibus et alii ex ipso promanant individuationis principio. Hinc solida ratio patet, qua permoti viri doctissimi contendunt, non illud Stephano Tempier Episcopo Parisiensi consilium inessc potuisse, quod ipsi tribuunt aemuli sancti Thomae, ut quas theses docuit Aquinas vulgavitque in scholis, tametsi damnatis articulis fortasse consonae verbis tenus viderentur, sua notare censura voluerit. Successoris etiam Stephani de Bourretto prudentia maxime elucet, qui censuram decessoris eo adhibito temperamento abrogandam abolendamque declaravit, *quatenus* videlicet *tangebat* aut potius *tangere adserebatur sanam doctrinam sancti Thomae.* Impudens fuerat vanorum hominum facinus, qui Averroisticos aliosque errores facilius ut propinarent, sub innoxiae doctrinae, quam Aquinas et magistri apprime catholici tradiderunt, cortice tectos palliatosque vulgabant.

CAPUT III.

Robert! da Kildwardbi et loannis Pekami, Archiepiscoporum Cantuariensium, censura in thesim de una in homine forma substantiali. Refellitur.

I. T~)hilosophicae, cum eisque connexae quaedam occurJl runt, a divo Thoma propugnatae theses, quas censoria virgula, dubio procul omni, iuxta ipsius Thomae sensum notarunt Archiepiscopi duo Cantuarienses in Anglia, Robertus dc Kildwardbi Ordinis Praedicatorum et Ioannes Pekamus ex Ordine Minorum adsumptus. In ea, quam tulit Kildwardbius, censura legitur capite m, num. 12 apud Carolum Duplessis d'Argentrè saepe laudatum: *Item quod vegetativa, sensitiva et intellectiva sunt una forma simplex* vel *simpliciter:* nimirum in homine. Thesis est in decreto Pekami confixa anno 1286, num. 8: *Quod in homine est tantum una forma, scilicet anima rationalis: et nulla alia forma substantialis.* Hanc germanam esse doctrinam sancti Thomae, quam Parisiis coram palamque in scholis tradidit, scriptamque suis passim in Operibus reliquit, dubium nullum est. An eadem ergo pro damnato errore haberi debeat?

Nolim ego prolixam de philosophica thesi quaestionem instituere, veterum ac recentium philosophorum hac de re placita enarrare, ac diligentius inquirere in illos unionis mentis cum corpore modos, qui multiplices excogitati sunt. In ea versatur Aquinas verissima sententia, quae rationalem animum seu mentem inficiabatur vel motorem esse praesidentem corpori veluti machinae motae, ut aiebat Plato, vel separatam intelligentiam corpori adsistentem excipientemque phantasmata, ut Averroes inquiebat. Consule caput LVii et sequentia libri secundi Contra gentiles. Adserebat vero rationalem eamdem animam, facultate intelligendi praeditam, esse veram corporis formam, unam cum corpore efficientem substantiam: quod ea exponebat ratione, quae coeteris eius aevi magistris communis erat. Dissidium fervebat, num una foret in homine huiusmodi forma substantialis, ex qua omnes proficiscerentur energiae, vita, sensus, intellectio; an totidem multiplicari substantiales formas oporteret, quot illae sunt praefatae energiae? Partem priorem amplexus est Aquinas, ab eaque discessit numquam: solidumque causae, quam tutabatur, praesidium in eo positum erat, quod ultro eius aetatis doctorcs admittebant, mentem esse veram corporis formam ac totius compositi partem.

'Ac sane invidiam, quam praedictae opinioni inferre conabantur nonnulli, amolitur omnem prudentissimum indicium, quod illa etiam aetate doctissimi viri de praedictae censurae et levitate et excessu tulerunt. Plura iam dedimus hac de re in Dissertatione XXV. Kildwardbium Archiepiscopum Cantuarienscm gravissimis datis litteris insequutus est Guillelmus de Morbeka Archiepiscopus Corinthi: praecipitèmque latam ab ipso in theses aut innoxias et probabiles aut etiam verissimas censuram contendit. Testatur Guillelmus Ochamus in Dialogis p. I, lib. II, cap. xxn: *Plures alios ipsam* (Kildwardbii) *damnationem putasse temerariam: pluresque Parisienses doctores et scholares assertiones damnatas a dicto Archiepiscopo publice tenuisse.*

Godefridus de Fontibus, clarissimum in Parisiensi Universitate lumen, latissimam instituit Quodl. III, art. v tracta-'tionemde thesi illa, quae in decreto alterius Archiepiscopi Cantuariensis Ioannis Pekami damnata legitur. Damnationis causas perquirit ac patefacit, quae videntur esse con-

sectaria quaedam, inde deducta : *Quod* scilicet *Corpus Christi vel alterius hominis, quantum ad formam, sit aliud vivum et mortuum, vel divisum, non idem numero.* Haec porro efferuntur consectaria in septem prioribus articulis a Pekamo damnatis. Quaenam mens esset Godefridi, quaenam Parisiensium doctorum, ipse aperit Godefridus loco citato: *Parisiis,* inquiens, *non reputatur vel consequens vel antecedens praedictum continere errorem,* qui censoria virgula configi debeat. Immo testatur : « Multos magistros in » theologia nuper scripsisse quod nesciunt illum articulum » *(de una forma in homine),* ex quo omnes alii articuli sc- » quuntur, esse habitum pro haeresi vel errore. Unde etiam » nec Parisiis habetur pro errore: *Quod Corpus Christi vel* » *alterius hominis, quantum ad formam, sit aliud vivum* » *et mortuum vel divisum:* licet esset error ponere *de* » *Corpore Christi, quod non sit idem, quantum ad suppo-* » *situm, vivum et mortuum ;* in quo non est simile in aliis » hominibus. » Palam est anglicanam Pekami censuram vix agnitam fuisse Parisiis, ipsamque insuper habitam contemptamque.

II. Verum impactos demum errores praeoccupaverat sanctus Thomas profligavitque tum junior in Quodlibetis, tum aetate ac sapientia provectus in Summa theologica. Verba'refero quae habentur Quodl. II, art. i: « De Christo » in triduo mortis dupliciter loqui possumus. Uno modo » quantum *ad hypostasim* vel personam: et sic est idem » numero *simpliciter,* qui fuit. Aut quantum *ad naturam* » *humanam',* et hoc dupliciter. Uno modo, quantum *ad* » *totam naturam,* quae humanitas dicitur: et sic Christus » non fuit homo in triduo mortis, unde nec *idem homo,* » sed *eadem hypostasis.* Aut quantum ad *partem* humanae » naturae: et sic *anima* quidem fuit omnino eadem nu- » mero, eo quod non est transmutata secundum substan- » tiam: *corpus* vero fuit idem numero *secundum materiam,* » sed non *secundum formam substantialem,* quae est ani- » ma. Unde non potest dici, quod *simpliciter fuerit idem* » *numero,* quia quaelibet differentia substantialis excludit » idem simpliciter. » Postremam istam sententiae partem magis illustrat Doctor Angelicus in Summa theologiae p. III, quaest. 1 , artic. v ipsamque sententiam tenet ac vindicat: « Dicendum, *inquiens,* quod hoc quod dico *simpli-* » *citer,* potest accipi dupliciter. Uno modo, secundum quod » *simpliciter* idem est quod *absolute:* sicut simpliciter di- » citur quod nullo addito dicitur... Et hoc modo Corpus » Christi mortuum et vivum *simpliciter fuit idem nume-* » *ro :* dicitur enim aliquid esse idem numero simpliciter, » quia est supposito idem.... Alio modo *simpliciter* idem » est quod *omnino* vel *totaliter:* et sic Corpus Christi » mortuum et vivum *non fuit simpliciter idem numero,* » quia non fuit *totaliter* idem, cum vita sit aliquid de es- » sentia corporis viventis etc. »

Hinc latissimum, quod inter Corpus Christi vivum et mortuum, ac inter vivum et mortuum alterius hominis corpus, versatur discrimen, loco citato explanat Aquinas ad i : *Quod corpus mortuum cuiuscumque alterius hominis non remanet unitum alicui hypostasi permanenti, sicut Corpus Christi mortuum: et ideo corpus mortuum cuiuscumque alterius hominis non est idem simpliciter, sed secundum quid ; quia est idem secundum materiam, non autem idem secundum formam.* Amplioribus vindiciis doctrina Aquinatis non eget: ipsumque demum, quod ad Sanctorum reliquias attinet, ex quibus obicctionem promunt adversarii, consule in eadem Tertia parte, q. xxv, art. vr ad 3 sic disserentem: *Corpus mortuum alicuius Sancti non est idem numero quod primo fuit dum viveret, propter diversitatem formae, quae est anima: est tamen idem identitate materiae, quae est iterum suae formae unienda.* Subtiliorem quamdam adnectunt discipuli sancti Thomae quaestionem de quantitate, an eadem remaneat in corpore vivo et mortuo : qua de re vide Liberium a Iesu Carmelitam excalceatum, in Controversiis dogmaticis tomo I, parte II, disp. iv, controv. xiv, num. 77 (Romae 1701.- Num. 133, Romae 1710).

DISSERTATIO XXVII.

De vana ac iniusta corrupti Operum sancti Thomae Aquinatis textus suspicione per invectas aut falsas, aut alienas a communi sensu, aut damnatas opiniones.

«-

.CAPUT I.

Io. Baptistae Pozae iudicium refutatur de nonnullis thesibus, quae in sancti Thomae Aquinatis Operibus habentur ac censura dignae iudicantur. Catholica fides de uno in sanctissima Trinitate vel duobus spiratoribus. Varia Aquinatis dicta, per sese innoxia, conciliantur. Critica Dionysii Petavii animadversio ad examen vocata.

I. peteres ac recentiores plures insequuti suamus superioribus in Dissertationibus hosfstes, qui theologica nonnulla ac etiam ^...philosophica a sancto Thoma Aquinate propugnata dogmata, aperto marte opL'“"'a pugnarunt, eademque vel in suspicionem ⁿ‹erroris adducere conati sunt vel tamquam censorio Episcoporum et magistrorum iudicio notata reiici oportere iusserunt. Arma straminea, invalidos ictus irritosque conatus cohibuimus. Novum genus pugnae Io. Baptista Poza in suo Elucidario (lib. IV, tract. V, cap. ni) molitus est: bellumque non indicit sancto Thomae, sed codicum Thomae corruptoribus. Fatetur ille apud loannem a sancto Thoma disp, ii De approbatione doctrinae eiusdem Angelici Praeceptoris, art. i, *Nullam propositionem damnatam a calamo et mente divi Thomae profectam: si qua est, a tempore, ab amanuensibus, a typographis irrepsit: nolle se iudicium ferre, an omnes istae propositiones mereantur censuram et quam : se tamen nihil sinistrum in Operibus eius, nisi ex depravatione codicum admittere.*

Pozae itaque si credimus, prostant in Operibus Thomac tum manu exaratis, tum prelo editis theses non paucae, quae damnatae vel censura dignae videri possint. Quisque colligeret traditas eas ab auctore fuisse, decepto vel errante. Non ita iudicium ferendum admonet ille, cum temporis lapsu , amanuensium imperitia, oscitantia typothetarum, codicum certe depravatione, damnata illa, aut damnanda, aut aliena a communi sensu doctorum irrepere dogmata potuerint. Si bella haec est erga s. Thomam urbanitas, loanne a s. Thoma animadvertente, iniuria negari non potest, eademque maxima, qua typographi, editionum curatores, amanuenses onerantur.

An vero ita fuerint imperiti amanuenses aut iniquo consilio ducti, ut codices, quos manu exarabant, erroribus inquinarent? An ita prelum typographi erraverit, ut praeter sucta menda, errores etiam non pauci irrepserint catholicae fidei parum consoni? An denique editionum curatores non viderint errata putida, quae irrepserant ; aut eadem, tametsi nossent, delere aut corrigere noluerint? Portenta sunt haec omnia: ac illud omnium sane maximum , tot ex codicibus remotioris aevi et sequioris, tot etiam ex editis exemplis, quae fere innumera sunt, neque unum potuisse interpolatricis iniquae manus effugere depravationes !

Age vero : quaenam fuerint huiusmodi, quibus inquinata prostant Thomae Opera, depravationes? Id genus erratorum verba tua enunciant, quae ab imperitis amanuensibus et ab oscitantibus typographis proficisci solent. Sed haec lector quisque paullo attentior facillimo negotio valet , aut contextu ponderato aut similibus locis collatis, corrigere et expungere, vera et genuina lectione restituta. Immo vero quae menda in Operibus Thomae prostare dicuntur, non sunt, auctore Poza, solitaria quaedam verba, neque brevia periodorum membra : sunt enim theses data opera propugnatae, rationum momentis munitae et emergentibus expeditae difficultatibus in obiectionum solutione. Quis porro audivit unquam errata id genus, typographhorum oscitantia aut imperitia amanuensium aut temporis lapsu, in auctorum opera irrepere posse? An serio, an ioco, an alio consilio haec protulerit Poza, aliorum esto iudicium.

Theologicarum huiusmodi thesium, quae traditae propugnataeque a sancto Thoma in invidiam vocatae sunt, egregias adornarunt vindicias loannes a s. Thoma, Reginaldus Lucarinus Episcopus Civitatis Plebis, Raymundus Capisuccus S. R. E. Cardinalis, Vincentius Baronius aliique insignes Ordinis Praedicatorum alumni. Praecipua nonnulla dogmata, quae intrusa et inlata quoquo modo dicuntur, iterum ad examen revocare liceat, ut censurae censorumque levitas magis magisque innotescat.

II. Theologica s. Thomae thesis est in primo Sententiarum libro, dist. xi, qu. i, art. iv, quam his enunciat verbis: *Non praesumimus dicere quod Pater et Filius spirent Spiritum sanctum, vel quod sint spirans, vel quod sint spirator: sed quod spirent et sint spirantes et sint spiratores.* Quod perinde est ac Patrem Filiumque dici posse aut debere *duos spirantes duosque spiratores.* Notam inurendam putant censores : quod etiam olim Petrus de Alliaco censuit anno 138y in tractatu contra loannem Montesonum *(cap.* ni, 3a *conclus., 2* prob.)* ; tum quod haec sententia aut opinio videtur adversa Constitutioni I *De summa Trinitate et fide catholica* a Gregorio X editae in Secundo Lugdunensi Concilio anno 1274, tum quod eamdem Thomas ipse reiiciendam putavit in prima Summae theologicae parte.

Laudatae Constitutionis verba profero: *Damnamus ct reprobamus... qui...praesumpserint... asserere quod Spiritus sanctus ex Patre et Filio, tamquam ex duobus principiis ct non tamquam ex uno, procedat.* An catholicae huic definitioni adversa fuerit sancti Thomae thesis et sententia ? Toto errat ostio qui id contendat. Animadverte, aliud esse in controversiam vocare, num Pater et Filius sint *unum principium* Spiritus sancti, ipsumque *unica spirent spiratione* et aliud longe diversum, an dici possint, catholica intacta fide, *duo spirantes duoque spiratores?* Ad primum quod attinet, aiens est dogma catholicum, quod allatis verbis definit Gregorius Pontifex: quod eloquiorum divinorum fide Patrumque traditione illustrant orthodoxi scriptores.

Fidem eamdem sanctissimam tradit, exponit, vindicat Aquinas in suo in primum Sententiarum librum Commentario loco citato. Inquirit art. 11, *Utrum Spiritus sanctus procedat a Patre et Filio in quantum sunt unum?* Egregiam accipe theologicam definitionem : « Dicendum quod » omnis actus refertur ad duo originaliter: scilicet *ad agen*» *tem ct ad principium actionis.* Agens autem est ipsum » suppositum, ut homo vel ignis: et principium actionis

» est aliqua forma in ipso, substantialis vel accidentalis. » Dico ergo : ly *in quantum* potest dicere conditionem· » agentis vel principium actionis. Si dicat *conditionem* » *agentis* vel operantis; sic procedit Spiritus sanctus a » Patre et Filio, *in quantum sunt plures* et in quantum » sunt distinctae personae : quia ab eis pluribus et distinctis » procedit. Si autem dicat *conditionem principii actionis ;* sic » dico quod procedit ab eis *in quantum sunt unum.* Cum » enim operatio non sit nisi ab uno principio, oportet » aliquid esse unum in Patre et Filio, quod est principium » huius actus, qui est spirare: qui est unus et simplex, » quo una et simplex persona Spiritus sancti procedit. » Ita catholice quaestionem expe'dierat Aquinas, quam postea in Lugdunensi Concilio credendam proponit Summus Pontifex Gregorius. Uberiore doctrina eamdem explanat et confirmat Doctor Angelicus art. m inquirens: *Utrum Spiritus sanctus procedat a Patre et Filio in quantum sunt unum natura ?* Disertissima haec habet documenta catholicae fidei apprime consona: i. *Patrem et Filium spirare Spiritum sanctum in quantum sunt unum in potentia spirativa: 2. Procedere Spiritum sanctum a Patre et Filio in quantum sunt unum in essentia:* 3. Itemque *in aliqua notione, scilicet in communi spiratione.*

III. Hactenus de fide quam catholica docet Ecclesia. Emergentem versat Aquinas quaestionem art. iv inquirens: *Utrum Pater et Filius sint unus spirator.* Ad loquendi dicendique modum quaestio spectat: ac spirantes, immo et spiratores duos dici posse Patrem et Filium, Thomae opinio est. Integrum profero textum: « Actus recipit numerum » a suppositis *(Quamvis enim actus sit unus,* ut ait ad i, » *tamen quando significatur ut actus egrediens a pluribus* » *suppositis, oportet quod significetur pluraliter).* Unde » etiam *verbum,* significans substantiam per modum actus, » dicitur de pluribus personis pluraliter, quamvis sit es- » sentia una: sicut loannis x: *Égo et Pater unum sumus* » *(Nota verbum illud* sumus). Actus autem significatur » etiam in *verbo* et in *participio* et in *nomine verbali:* sed » tamen *participium* plus accedit ad substantiam, quam » *verbum :* et adhuc *nomen verbale* magis quam *partici-* » *pium.* Et ideo non praesumimus dicere quod Pater et » Filius *spiret* Spiritum sanctum : vel quod sit *spirans* » vel quod sit *spirator:* sed quod *spirent* et sint spiran- s' tes *et sint spiratores.* Quamvis sit actus unus quo spi- » rant: tamen secundum quod unumquodque eorum ma- » gis accedit ad significandum actum, minus proprie potest » in singulari praedicari. » Dignissima sunt animadversione postrema haec verba, quae summam ad concordiam revocant, quae varia videntur in hac re Thomae nostri adserta. Addiscimus: i. Proprie dici et enunciari *quod Pater et Filius spirant',* propterea quod *verbum* magis accedit ad actum: 2. Dici quidem posse, *Patrem et Filium esse duo spirantes,* sed hanc *minus proprie* intelligi enunciationem debere: cum participium recedat ab actu magisque ad substantiam accedat: 3. *Minus* adhuc *proprie* dictum illud accipiendum esse, *quod Pater et Filius sunt duo spiratores;* eo quia nomen verbale longe minus ad actum magisque accedit ad substantiam.

Definito sensu magis minusque proprio, qui praedictis inest enunciationibus ; eaque thesi vindicata, quae Patrem et bilium adserit, sensu minus proprio, *spiratores duos;* ad insigne discrimen illud exponendum Thomas accedit, quod inter actum spirationis actumque creandi intercedit, ac inter verba, participia et verbalia nomina, quibus actus illi significantur. Egregii, absolutique theologi munus erat haec omnia diligentius expendere ac splendidissime dilucidare. Ait ille loco citato ad 2: « Dicendum quod *creatio f* est actus trium Personarum, non secundum quod di- » stinctae sunt, sed *secundum quod uniuntur in essentia :* » quia etiam per intellectum remota distinctione Persona- » rum, adhuc remanebit creatio. Et ideo dicimus quod » Pater et Filius et Spiritus sanctus sunt *unus creator,* » quamvis non dicamus quod sint *unus creans:* quia no- » men verbale plus recedit ab actu quam participium. Sed » *spiratio* est actus conveniens pluribus suppositis quodam- » modo secundum quod distinguuntur: et ideo etiam *in* » *nomine verbali* oportet quod actus *pluraliter* significe- » tur» (minus tamen proprie). Discriminis rationem eamdem uberius confirmat dist. xxix, q. l, art. iv ad 2 quae ipsum permovit, ut opinaretur spirationis actum, sive is enuncietùr verbo, sive participio, sive nomine verbali, salva maiori minorive significandi proprietate, in numero plurium efferri posse aut debere in sanctissima Trinitate: tum scilicet quia spiratio, cum sit actus, *recipit numerum a suppositis;* tum quod ipsis quodammodo convenit suppositis, *secundum quod distinguuntur.*

Viam init paullo diversam in Prima parte, q. xxxvi, art. iv ad 7: « Quidam dicunt, *inquiens,* quod Pater et Filius » licet sint *unum principium* Spiritus sancti, sunt tamen » *duo spiratores* propter distinctionem suppositorum : sicut » etiam *duo spirantes,* quia actus referuntur ad supposita. » Nec est eadem ratio de hoc nomine *creator :* quia Spi- » ritus sanctus procedit a Patre et Filio, *ut sunt duae* » personae distinctae; non autem creatura procedit a tribus » personis, ut sunt personae distinctae, sed *ut sunt unum* ·» *in essentia* ». Paucis collecta sunt quae latiore calamo tradita leguntur in Commentario in primum Sententiarum librum. Sententiam, quam eo loco amplexus fuerat Aquinas, ex parte corrigit: « Sed videtur, *inquiens, melius* di- » cendum quod quia *spirans* adiectivum est, *spirator* vero » substantivum: possumus dicere quod Pater et Filius sunt » *duo spirantes* propter pluralitatem suppositorum: non » autem *duo spiratores* propter unam spirationem. Nam » *adiectiva* nomina habent numerum *secundum supposita ;* » *substantiva* vero *a seipsis* secundum formam significa- » tam. Quod vero Hilarius dicit quod Spiritus sanctus » est a Patre et a Filio, *auctoribus;* exponendum est, quod » ponitur substantivum pro adiectivo ».

Haec duo sancti Thomae loca sunt, quae proferre, ac si opposita forent, pretium operae non erat: quamquam nec ipsi vertendum esset dedecori, si provectior aetate ac doctior factus opinionem revocasset, quam iunior secutus fuisset. At plura denique animadvertenda sunt: 1. Partem illam, quae *spirantes duos* in sanctissima Trinitate enunciat, posteriore in loco .confirmari ab Aquinate: 2. Partem alteram de *duobus spiratoribus* revocari, nulla tamen censurae nota adhibita : 3. Priore in loco permissum, ut *spiratores duo* dicerentur, minus tamen proprie : 'propterea quod nomen verbale, *spirator,* magis accedit ad substantiam, quam ad actum ut *adiacenter* significatum: 4. Loco altero enunciationem adoptari magis propriam, cum nomen ipsum verbale iuxta leges grammaticas dici debeat substantivum , ac nomina substantiva *a seispis* numerum habeant *secundum formam significatam* : 5. Totum denique in id reduci quaestionis momentum, num illa enunciatio *duorum spiratorum,* utpote minus propria, supprimi, an permitti debeat? Reiicit eam *melius* consultus posteriore in loco, quamquam exempla occurrant apud Ecclesiae Patres, quae alteri favent enunciation!, Hilario dicente : Spiritum sanctum procedere a Patre et Filio, *auctoribus.*

IV. Discrimen illud, quod nomina *adiectiva* inter ac *substantiva* constituit Aquinas, carpere videtur Dionysius Petavius. Ad examen voco criticam viri doctissimi animadversionem. De illo discrimine diligentiore opera Thomas disserit in prima Summae theologicae parte, quaest. xxxix, art tu. Textum affero: « Quae *substantive* essentiam signi- » ficant, praedicantur de tribus Personis *singulariter tantum* » et non pluraliter: quae vero *adiective* essentiam significant, » praedicantur de tribus Personis *in plurali.* Cuius ratio est » quia nomina *substantiva* significant aliquid *per modum* » *substantiae ;* nomina vero *adiectiva* significant aliquid *per* » *modum accidentis,* quod inhaeret subiecto *(Non ipsa con-* » *sideratur res significata, sed significandi modus).* Sub- » stantia autem, sicut per se habet esse, ita per se habet » unitatem vel multitudinem: unde et singularitas vel plu- » ralitas nominis substantivi attenditur secundum formam » significatam per nomen. Accidentia autem, sicut esse ha- » bent in subiecto, ita ex subiecto suscipiunt unitatem vel » multitudinem: et ideo in adiectivis attenditur singularitas » et pluralitas secundum supposita. » Hinc in Divinis « dici- » mus *tres existentes,* vel *tres sapientes,* aut *tres aeternos*

» *et increatos et immensos,* si adiective sumantur: si vero » substantive sumantur, dicimus *unum increatum, immen-* » *sum et aeternum,* ut Athanasius dicit » (in Symbolo, quod eius nomine inscriptum vulgatumque est). Par est eiusdem Thomae doctrina in 1, dist. ix, q. i, art. n.

Haec sunt, quae adludit Pctavius libro 111 De Trinitate, capite ix, num 9: « Haud scio, *inquiens,* an discrimen istud » *adiectivorum substantivorumque* nominum in illis Sym- » boli verbis locum habeat. Quis enim nomina haec *ae-* » *terni, omnipotentis, iifcreati, immensi* aliter ab auctore » Symboli, quam *adiective,* usurpata esse sibi persua- » deat? Quid autem necesse est, rem ad tantas angustias » deducere, ut contra grammaticorum regulas affirman- » dum sit vocabula ista esse *substantiva* potius quam » *adiectiva,* quae substantivorum conditionibus carent, » adiectivorum habent omnes? Equidem, quod tanti viri » *(sancti Thomae)* ac theologorum caeterorum pace di- » ctum sit, aliter existimo: non esse in illis Athanasiani » Symboli ac similibus veterum sententiis differentiam » illam interponendam *substantivi* vel *adiectivi* nomi- » nis. » Quocirca ita loquutum auctorem ideo censet Petavius, ut Arianam haeresim longe lateque grassan- tem fortius profligaret: quae Trinitatem ex tribus com- ponebat Personis inaequalibus et substantia diversis, quarum singulae singulis constabant ut naturis, ita proprietatibus naturae et attributis. Quo tamen in loco intactum video a viro doctissimo relinqui discrimen illud, quod Aquinas re- petit in nominibus adiectivis et substantivis ex diverso significandi modo. Hinc oriri posse negaverit nemo lo- quendi rationes varias, quae in exponendo sanctissimae Trinitatis mysterio, ut error omnis evitetur, aut usurpari debeant aut refici. Advocari vero pronum foret non modo Patres, qui Arianae haerescos tempore *tres* inficiabahtur in Divinis *aeternos, increatos, immensos, omnipotentes;* verum etiam qui sequiore aetate floruerunt, ut Alcuinum aliosque, qui iuxta praedictum nominum discrimen tem- perasse videntur loquendi modos. Scriptorum quoque sen- tentiae occurrunt, quas non ita facile exponas, nisi eodem adhibito discrimine: praestoque exemplum est in s. Hilarii dicto lib. II De Trim, num. 29: *Confitendus est Spiritus san- ctus Patre et Filio auctoribus;* nomine isto adiective usurpato, non substantive. Itaque, Petavii pace, haud am- bigo fore ut in nominibus adiectivis et substantivis, ad sanctissimam Trinitatem translatis, traditum ab Aquinate discrimen theologi quique usurpare pergant et tueantur.

CAPUT II.

Thesis, quae Verbum divinum enunciat adsumpsisse hominem, quo sensu catholice dicta: quove sensu, pro varia hypostasis et perso- nae acceptione, aut haeretica aut erronea habenda. Animadversio in Petavii sententiam. Nota censoria ab Aquinate inusta.

I. Λ lia sequuntur eiusdem s. Thomae loca, quae veluti xx pugnantia, ac si in eorum altero cubet error, in medium proferuntur ab adversariis. In tertio Sententia- rum libro, distinet, vi *opinionem* quamdam refert Petrus Lombardus, quae admittebat, tum *Filium Dei assumpsisse hominem,* tum in Christo *duas esse hypostases aut duo supposita,* non vero *personas duas.* Apud veteres Patres, sive qui ante sive qui post haeresim Nestorianam scri- psere, haud raro dictum legimus, adsumptum hominem a Filio Dei. Homo si accipiatur pro humanitate *in concreto,* ut inquiunt, sive pro humanae naturae individuo, corpore quidem ct anima rationali constante, propria tamen non affecto personalitate, obtruditur nihil quod ab orthodoxa fide abhorreat.

Addit allata opinio hypostasim quamdam, quae non sit persona. Hanc divus Thomas expendens in Commentario qu. i, art. n: *Sciendum,* ait, *quod prima opinio non est haeretica.* Reficiendam utique illam iubet, ut infra dicen- dum: nihilominus putabat, notam hacreseos haud illi inu- rendam esse; propterea quod- *ponebat, quod erat facta unio secundum hoc quod persona Verbi incepit esse illa substantia* (seu illa hypostasis, ex anima rationali et hu- mana carne composita): unde non admittebat *hominem unitum accidentaliter* Filio Dei, *ut tunicam homini,* quod adseruit Dioscorus: *neque per modum aggregationis, sicut lapidem lapidi in acervo:* neque *aliquo accidente, sicut homo unitur Deo per amorem vel gratiam,* quod Nesto- rius commentus est. Id in Aquinate reprehendendum, iam olim notavit Petrus de Alliaco loco superius citato.

Alia mens esse videtur Praeceptoris Angelici in Tertia parte, qu. n, art. vi: « Quidam... concesserunt, *inquientis,* » *unam Christi personam:* sed posuerunt *duas hypostases* » sive *duo supposita;* dicentes, hominem quemdam com- » positum ex corpore et anima a principio suae conce- » ceptionis esse assumptum a Dei Verbo. Et haec est *pri- f ma opinio,* quam Magister ponit in sexta distinctione » tertii libri Sententiarum... Et incidit *in haeresim Ne-* » *storii...* quia idem est ponere *duas hypostases* vel *duo* » *supposita* in Christo, quod ponere *duas personas,* ut » supra dictum est *(art.* 111). Et si fiat vis in nomine *Per-* » *sonae,* considerandum est quod etiam Nestorius uteba- » tur unitate personae propter unitatem dignitatis et ho- » noris: unde etiam Quinta Synodus definit anathema » eum, qui dicit *unam personam secundum dignitatem* » *et honorem ct adorationem,* sicut Theodorus et Nesto- » rius insanientes conscripserunt.... Unde .etiam *prima* ь *opinio,* quae ponit *duas hypostases,* non est dicenda » opinio, sed *haeresis* in Conciliis ab Ecclesia damnata. » Paucis verbis rem eamdem complectitur qu. iv, art. in: *Unde et prima opinio, incernens, quae ponitur in sexta distinctione tertii libri Sententiarum, concedit hominem esse assum- ptum: sed illa opinio erronea est, ut supra dictum est.*

Reiectam vides ab Aquinate opinionem illam, quae unam in Christo personam fatebatur, sed hypostases duas duoque supposita distinguebat: eamdemque censura nota- tam, tamquam *erroneam et incidentem in haeresim Nestorii:* neque demum *opinionem* dicendam esse, sed *haeresim in Conciliis damnatam.* Locus igitur alter, in quo animad- vertit Thomas, hanc *opinionem non esse haereticam,* vitio laboret oportet: quod non exciderit ex calamo Thomae, auctore Poza, sed quod invexerint imperiti amanuenses aut oscitantes typographi.

11. Quam varia sunt hominum ingenia! Locum ex Com- mentario desumptum carpit Poza: locum alterum ex Tertia parte notat Pctavius. Verba eius sunt libro IV De In- carnat., capite xn, num. 3: ‹ Mirum est 5. *Thomam* sic » priorem *opinionem* interpretari, uti duas hypostases ab » illa totidem naturis ascribi velit, non duas personas. » Atqui Nestoriana haec erat blasphemia, duarum hypostа- » seon coniunctionem in Christo ponere: quam si prima » opinio illa defenderet, non eam probaret vel de ea sal- » tem dubitaret Magister; sed sine haesitatione ac con- » tinuo damnaret. Non igitur existimandum est, primae » istius auctores sententiae, hominem illum ex anima et » carne prius ratione conflatum, quam cum Verbo et in » Verbo subsistentem, esse hypostasim arbitratos esse: sed » individuam aliquam naturam, quae ante spectari in se » debeat suis ex partibus coagmentata ct existens, quam » unita Verbo'. » Et num. 4: Merito reficitur opinio pri- ma, « si duae in Christo ponuntur hypostases, ita ut vox, » *hypostasis,* communi ct graecorum usu Patrum detrita » significatione sumatur. Caeterum si non hypostasis pro- » prie dicta homo ille cum Verbo iunctus intelligitur, sed » substantia aliqua individua ct naturam perfectam habens, » non est poenitenda. »

Hic opinionis illius primae si fuerit sensus, cur de ea saltem dubitavit Magister? Constat quippe fide catholica, individuam naturam humanam adsumptam a persona Verbi divina fuisse. Aevo illo extitissc theologos, qui hypostasim vel suppositum, veluti quid medium intelligerent inter per- soi.am et naturam individuam, agnovit etiam s. Bonaven- tura ibid., qu. i in conci., ubi adnotat: Primae illius opi- nionis auctores *duo* adseruisse *supposita* in Christo, *duasque res naturae ac* duas hypostases: *veluti quae tenent medium inter dualitatem naturae et dualitatem personae.* Hinc tria in homine discernebant illi, scilicet naturam humanam indi-

viduam, hac anima rationali et carne hac conflatam : hanc deinde naturam individuam, hypostasi quadam aut subsistentia affectam factamque suppositum : eamdem denique personam. Favent interpretationes Petri de Tarantasia et Richardi de Mediavilla apud Dionysium Carthusianum: ipseque Magister Sentent, sic ait : « *Prima* sententia est eorum » qui dicunt in ipsa Verbi Incarnatione *hominem quemdam,* » ex anima rationali et humana carne constitutum... Et » *ille homo* coepit esse Deus : non quidem natura Dei, » sed *persona Verbi.* Et Deus coepit esse *homo ille....* » idest coepit esse quaedam substantia, ex anima rationali » et humana carne *subsistens*.....Et dicunt *illum homi-* » *nem* ex anima rationali et humana carne *subsistere* ». Patet quam maxime, primae opinionis auctores id utique voluisse , ut Verbum divinum non adsumpserit personam humanam, sed neque individuum tantum naturae humanae: hanc vero et individuam et subsistentem suae personae coniunxerit. Quo sensu reiecto, opinio prima differret nihil ab altera, quam Magister Sententiarum veluti distinctam affert: quippe quae enunciabat *personam Verbi, quae antea simplex erat, per Incarnationem factam esse compositam ex divinitate et ex humanitate* (sine dubio individua) : vel '*personam Verbi, quae in una tantum natura* (divina) *existebat, in duabus post unitionem et ex duabus substitisse naturis* (divina et humana, utraque individua).

111. Opinionem priorem illam vocat ad examen s. Thomas in Commentario, cum iunior esset; ac tertia parte Summae theologicae, aetate provectus. Utroque in loco eam reiicit ac multiplici profligat ratione: ac una diversitas est in censurae nota, qua sit eadem configenda. In Commentario sic habet (*art.* π): « *Prima opinio...* ponebat, » quod erat facta unio secundum hoc, quod persona Verbi » incepit esse *illa substantia (individua et subsistens,* » *quae dicitur homo ille, ut infra)* quod quidem *non* » *est intelligibile,* ut duorum unum fiat alterum, nisi per » conversionem unius ad alterum: imo *impossibile est,* ut » prius dictum est *(art.* i), et ideo *non* sustinetur». Tametsi vero ea sustineri non debeat opinio, utpote quae unionem *non intelligibilem, imo impossibilem* obtruderet; nihilominus censebat Commentator Thomas, reficiendam eam non esse veluti *haereticam.* Quod ait, instituto examine , his rationum momentis suadere nititur: « Quod » habet esse completum, *in quo subsistit,* non potest » uniri alteri *(completo)* nisi tribus modis. Vel *accidentaliter,* ut tunica homini... vel *per. modum aggregationis,* sicut lapis lapidi in acervo: vel *aliquo accidente,* sicut homo unitur Deo per amorem vel gratiam. Et neutra harum est unio *simpliciter,* sed *secundum quid:* quarum primam posuit *Dioscorus,* alteram » *Nestorius*... Sciendum tamen, quod *prima opinio* nul- » Ium praedictorum modorum unionis ponebat: unde non » *est haeretica.* Sed ponebat, quod erat facta unio secundum hoc, quod persona Verbi incepit esse illa substantia *(natura humana individua et subsistens)* quod » quidem *non est intelligibile* ». Hac de re luculentissime disseruerat in articulo superiore ad 3. Verba eius haud licet praeterire : « Sciendum tamen est, quod *prima opinio,* » quamvis poneret *duas hypostases,* non tamen *diversas* » *personas* posuit. Ex hoc enim quod *persona* est indi- » viduum rationalis naturae, quae est *completissima* et » ubh stat tota intentio naturae; habet, quod significet » completissimum *ultima completione,* post quam non est » alia: unde cum poneret *hominem assumptum* unitum » Verbo, non dabat ei rationem *personae;* dabat ei tamen rationem *hypostasis,* inquantum erat *subsistens.* » Nec tamen ponebat, quod *homo ille* uniretur divinae » Personae *in accidente :* quia sic non diceret, quod prae- » dicaretur quid, sed quod esset accidentaliter unitum... » Sed ponebat, quod *persona* Verbi erat illa *hypostasis ;* » quod tamen *non est intelligile* ».

Sibi semper constat, neque anceps est unquam Aquinas in ea reficienda ac profligan da opinione. Censuram haereseos, qua abstinet in Commentario, inurere videtur in tertia Summae Theologicae parte. Vocabula personae et hypostasis diligentius expendit qu. π, art. m et rv docetque : *Personam super hypostasim non addere, nisi determinatam naturam, scilicet rationalem:* adeoque *idem esse, attribuere propriam hypostasim humanae naturae in Christo et propriam personam :* et in Conciliorum denique definitionibus, quibus Nestoriana haeresis condemnatur, perinde in Christo reiectas legi *duas personas,* atque *duas hypostases* aut *duas subsistentias.* Hinc opinionem illam, quam in Commentario existimabat notari haud oportere veluti *haereticam,* reiicit hoc loco tanquam *erroneam* et *incidentem in haeresim Nestorii* et in *haeresim in Conciliis ab Ecclesia damnatam.*

An ergo inter sese ita pugnantia haec duo loca fuerint, ut ambo divo Thomae attribui pudeat ac prior Commentarii locus depravatrice manu vitiatus dici debeat? At sane potuit Aquinas, loco in altero opinioni saepe dictae notam haereseos inurere, ab eaque abstinere in altero, quin postea excesserit ac partibus egregii theologi prius defuerit. Quinimo dixerim, ab Angelico Praeceptore vel in ipsa tertia parte Summae theologicae non tam opinionem illam veluti *haeresim Nestorii* notari, quam potius *erroneam et incidentem in haeresim'.* quas utique censuras notasque norunt periti theologi a *propositione haeretica* longe diversas. Res haec ut innotescat, verba eius, quae habentur qu. xvi, art. i diligentius excutienda propono: «Alii con- » cedunt hanc propositionem *(Deus est homo)* cum veri- » tate utriusque termini; ponentes, Christum et verum » Deum esse et verum hominem: sed tamen veritatem prae- » dicationis non salvant. Dicunt enim, quod homo praedi- » catur de Deo per quamdam coniunctionem vel dignitatis, » vel auctoritatis, vel etiam affectionis, aut inhabitationis: » et sic posuit *Nestorius* Deum hominem esse, ut per hoc » nihil aliud significetur, quam quod Deus est homini con- » iunctus tali coniunctione, quod homo inhabitetur a Deo » et uniatur ei secundum affectum et secundum participa- » tionem auctoritatis et honoris divini. Et *in similem er-* » *rorem incidunt* quicumque ponunt *duas hypostases,* vel » *duo supposita* in Christo : quia *non est possibile intelligi,* » quod duorum quae sunt secundum suppositum vel hy- » postasim distincta, unum proprie predicetur de altero ; » sed solum secundum qtiandam figurativam locutionem, » inquantum in aliquo coniunguntur; puta si dicamus Pe- » trum esse loannem, quia habent aliquam coniunctionem » ad invicem. » Idem, quod hoc loco, legitur etiam in Commentario momentum rationis: *quia non est possibile intelligi, quia non est intelligibile.* Eamque demum opinionem, quam iunior commentator notare *haereticam* noluit ob adsertam substantialem coniunctionem, licet modo quopiam *non intelligibili* expositam; veluti *erroneam* theologus provectus reiicit: neque tamen vocat eam *haeresim Nestorii,* sed *incidentem* in errorem aut haeresim *similem* Nestoriano iniquo commento. Bene et optime cohaerent omnia.

CAPUT III.

De benedictione panis Eucharistici et calicis, an ipsa fuerit consecratio, multiplex doctorum opinio. Genuina et constans divi Thomae Aquinatis mens. Aequivocatio tollitur in vocabulo benedictionis. Christophori Matthaei Pfassii opinatio.

I. ' I 'hornam nostrum pergunt adversarii committere cum 1 Synodi Tridentinae Patribus. Pluribus in locis docet ille Christum Dominum non alio modo, nec aliis verbis benedixisse panem et vinum, dum Eucharistiae Sacramentum instituit, quam consecratione ac illis utique verbis: *Hoc est Corpus meum.* Docent vero Tridentini Patres sessione xni, capite i *institutum* a Redemptore nostro Iesu Christo in ultima coena Sacramentum Eucharistiae, cum *post panis vinique benedictionem,* se suum Corpus praebere et Sanguinem disertissimis illis verbis testatus est, *Hoc est Corpus meum.* Hanc Synodi doctrinam ab Aquinatis opinione dissentientem aiunt: r. Quod a consecratione distinguitur benedictio: 2. Quod consecratio illis verbis, *Hoc est Corpus meum,* a Christo peracta innuitur; alio vero diversoque.ritu benedictio.

Nodum in scirpo quaerunt, qui haec obiiciunt. Mens Praeceptoris Angelici diligentiore opera scrutanda est, multiplex doctorum opinio proponenda, allegandi Patres Ecclesiae qui favent Aquinati, aequivocatio tollenda quam praefert vocabulum benedictionis, castigandi demum qui coenam eucharisticam exponentes, ludaeorum traditionibus nimium adhaerent. De consecrationis forma agit Aquinas in quarto Sententiarum libro dist. VNI, quaest. II, art. I et in Summae theologicae tertia parte, qu. LXXVIII, art. I. Utroque in loco Matthaei verba opponit, quae habentur capite XXVI: *Coenantibus illis, accepit Iesus panem et benedixit et fregit, deditque discipulis suis et ait: Accipite et comedite, Hoc est Corpus meum.* Quibus confici videtur consecratum fuisse a Iesu Christo panem, antequam verba illa proferret, *Hoc est Corpus meum.*

Aquinatis responsum accipe, quod in Commentario legitur: «Circa hoc est *quadruplex* opinio. Quidam enim » dixerunt, quod Christus qui habebat potestatem excellentiae » in Sacramentis, *absque omni forma,* virtute divina con» fecit: et postea verba protulit, sub quibus alii deinceps » consecrarent. Et hanc opinionem tangit Innocentius *(HI)* » dicens: *Sane dici potest, quod Christus virtute divina* » *confecit et postea formam expressit, sub qua posteri be*» *nedicerent.* Sed hoc non videtur conveniens: quia in textu » Evangelii dicitur, *Benedixit:* quod aliquibus verbis factum » est. Innocentius autem loquitur, opinionem narrando vel » tangendo ordinem quo virtus consecrationis a Christo, » in quo primo erat, ad verba derivata est. Et ideo alii » dicunt, quod confecit quidem sub aliqua forma verborum, » non autem sub his, sed *sub aliis verbis ignotis.* Sed hoc » etiam videtur inconveniens: quia sacerdos his verbis con» ficiens, ea profert ut tunc a Christo prolata: unde si » tunc eis non fiebat confectio, nec modo fieret. Et ideo » alii dicunt, quod confecit *sub eisdem* verbis, sed ea *bis* » *protulit:* primo *tacite* cum *benedixit,* secundo *aperte* cum » distribuit, ut formam consecrandi aliis traderet. Sed hoc » etiam videtur inconveniens, quia non proferuntur a sa» cerdote consecrante in persona Christi, ut in occulto » prolata: non enim benedixit dicens, *Hoc est Corpus* » *meum;* sed dedit dicens, *Accipite* etc. Et ideo alii di» eunt et *melius,* quod Christus ea semel tantum protulit » et eis prolatis consecravit et formam consecrandi dedit. » Hoc enim participium, *dicens,* non importat concomi» tantiam solum ad hoc verbum, *dedit;* sed ad hoc cum » aliis praedictis, ut sit sensus: *dum benedixit et fregit* » *et dedit discipulis, haec verba protulit; Accipite* etc. Vel » secundum quosdam, Evangelista non servat ordinem ver» borum, quo a Domino prolata fuerunt. Ordo enim fuit » talis: *accepit panem et benedixit dicens; Accipite* etc.» Quatuor easdem sententias refert in Tertia parte: duplicemque recenset modum quartae opinionis, ipsumque amplectitur, qui *concomitantiam* invehit *verborum prolatorum ad ea quae praecedunt.*

Opinionem primam exhibet Innocentius III libro IV Mysteriorum evangelicae legis, capite VI. Tribuitur altera Odoni Camcracensi Episcopo, in Expositione sacri Canonis dist. II, tomo XXI Lugdunensis Bibliothecae Patrum: qui tamen quemadmodum disertissime tradit, Christum *benedictione* suum Corpus fecisse, ita minime prodit, an signo, an verbis et quibusnam benedictio illa peracta fuerit. Tertiae auctor est Stephanus Eduensis Episcopus, de Sacramento Altaris capite XIV, tomo XX Bibliothecae Patrum. Quartam denique refert loco citato Innocentius III. In eo praecipua stat summa eius, ut Christus panem effecerit Corpus suum verbis illis, *Hoc est Corpus meum;* eademque verba ad ipsam pertineant panis benedictionem, sive demum ea protulerit Christus ante fractionem eiusdem panis, sive eodem tempore quo panem frangebat dabatque discipulis suis.

Opinio sequitur S. Bonaventurae in eodem Sententiarum libro IV, dist. VNI, art. II, qu. III ad I ubi sic ait: «Ad illud » quod obiicitur, quod prius *benedixit:* dicendum quod » *benedictio illa non fuit consecratio,* sed fuit quaedam » praeparatio vel magis quaedam orationis sive gratiarum » actionis praemissio; in qua ostendit nobis, nullum cibum » attrectandum, nisi praevia benedictione. Unde mos est » ecclesiasticorum virorum, ad omnem cibum praemittere » benedictionem.» Hanc plerique theologorum amplectuntur opinionem, quae panis benedictionem distinguit a consecratione: sed alii tamen consecratum a Christo panem existimant ante fractionem panis, alii post panem fractum, dum illum Salvator distribueret discipulis suis.

Favere videtur textus graecus, in quo verbum illud, *benedixit*, participio aoristo effertur apud Matthaeum capite XXVI, vers. 26 εὐλογησα : quod reddi solet per praeteritum plusquam perfectum, *cum benedixisset.* Ipse latinus interpres significatione praeteriti utitur capite VI Ioannis, vers. 11: *Accepit ergo Iesus panem,* καὶ εὐχαριστησα *et cum gratias egisset, distribuit discumbentibus:* itemque Actor, cap. ΧΧΝΠ, vers. 35 : *Sumens panem* Paulus... κλάσα *cum fregisset, coepit manducare.* Verum enimvero candido fatetur animo Franciscus Sylvius (m *p. HI, qu.* LXXVIII, *artic.* 1) cui maxime arridet s. Bonaventurae opinio, non pauca in sacris Litteris loca reperiri, ubi similes aoristi per praeteritum imperfectum reddendi sunt. Matthaei capite XXVI, vers. 25 legimus: Ἀποκριθεὶ , *respondens autem,* seu *cum responderet Iudas, qui tradidit eum, dixit* etc. Actorum capite III, vers. 4: Ἀτενίσα , *intuens autem,* seu *cum intueretur in eum Petrus cum Ioanne dixit* etc. Haec sunt appositissime dicta. Habeant vero, per me licet, illi participiorum aoristi significationem temporis praeteriti plusquam perfecti; adhuc integra sibi constat Thomae sententia, ac sensus est: Redemptorem accipientem panem, cum Deo gratias egisset, ipsumque benedixisset panem, atque benedicendo consecrasset per ea verba, *Accipite et comedite, hoc est Corpus meum,* tum demum fregisse ipsum ac dedisse discipulis suis.

Hanc in aliis locis mutasse Thomam sententiam Reginaldus Lucarinus innuit in Manuali thomisticarum controversiarum conclus, XIV. Commentarium sancti Doctoris refert in Matthaeum: quem lippis oculis et caligantibus legerit Lucarinus oportet, cum eadem recenseatur confirmeturque opinio. Verba eius accipe: « *Melius* dicitur, quod » semel dixit et non bis et in his verbis consecravit. Unde » debet ita legi, quod illud quod dicitur, *ait (Accipite et* » *comedite hoc est Corpus meum)* referatur *ad praece*» *dentia,* » ad illud nempe, *benedixit* ac illud *fregit* et illud *deditque discipulis suis.* Luculentiora profero, quae habentur in Commentario in Epistolam I ad Corinth., cap.XI, vers. 24. Textus est: *Accepit panem et gratias agens fregit et dixit: Accipite et manducate, hoc est Corpus meum.* « Hic autem dicitur quod prius fregit, postea protulit verba » consecrationis. Et ideo quidam dixerunt, quod Christus » consecravit prius *verbis aliis* et postea protulit verba qui»'bus nos consecramus. Sed hoc non potest esse: quia » sacerdos dum consecrat, non profert ista verba quasi ex » persona sua, sed quasi ex persona Christi consecrantis: » unde manifestum est quod eisdem verbis quibus nos con» secramus et Christus consecravit. Et ideo dicendum, quod » hoc quod hic dicitur *et dixit,* non est sumendum *con*» *sequenter;* quasi Christus acceperit panem et gratias agens » fregerit et postea dixerit verba quae sequuntur; sed *con*» *comitanter,* quod dum accepit per se panem, gratias agens » fregit et dixit. Et ideo cum Matthaei capite XXVI dicatur, » quod Iesus *accepit panem, et benedixit, ac fregit;* Apo» stolus non curavit hic de *benedictione* facere memoriam: » intelligens, nihil aliud esse illam *benedictionem* , quam * hoc quod Dominus dixit, *Hoc est Corpus meum.*» Mens est apertissima Aquinatis: verbis illis, *Hoc est Corpus meum,* panis consecrationem a Iesu Christo peractam esse: eademque verba ad ipsius panis benedictionem pertinere: adeoque eadem a Christo prolata vel ante fractionem panis vel *concomitanter* cum fractione panis.

Ab Ecclesiae Patribus hanc ipse didicerat sententiam. In libro *De mysteriis,* quem germanum s. Ambrosii foetum evincunt Sammauraei Parisienses editores, haec habet verba sanctissimus Archiepiscopus capite IX, num. 54: «Ipse cla» mat Dominus Iesus, *Hoc est Corpus meum.* Ante *bene*» *dictionem* verborum caelestium alia species nominatur: » post *consecrationem* Corpus significatur.» Ioannes Chrysostomus homilia XXIV in Epist. I ad Corinth, ad illa verba capitis X, vers. 16 *Calix benedictionis* etc. sic habet: « Quid

» dicis, o beate Paule.... *Benedictionis* calicem vocas ter-
» ribilem illum atque formidandum calicem?Etiam, inquit...
» nam cum *benedictionem* dico, omnem explico Dei bene-
» ficientiae thesaurum.» Et infra: « *Calicem autem bene-*
» *dictionis* vocavit, quia illum prae manibus habentes, sic
» ipsum celebramus, admirantes terrore perculsi de ineffabili
» dono, benedicentes quod ipsum effuderit. » Ubi calix con-
secratus non modo *calix benedictionis* appellatur, quia Deo
nos benedicimus, ipsumque celebramus, qui ineffabile do-
num calice illo effundit; verum etiam quia ipsa divinae be-
neficentiae effusio, quae maxime in consecratione et trans-
mutatione elementorum posita est, iure ac merito benedictio
dici debet. Cyrillus Alexandrinus Eucharistiae Sacramentum
ipsamque consecrationem vocat libro IX in Evangelium Ioan-
nis (cap.xm,w. 26,27) *mysticam benedictionem.* Auctor libri
De ecclesiastica Hierarchia cap.III, §. 10 haec habet: *Sanctis-
que Dei operibus laudatis, divinissima consecrat mysteria et
in aspectum adducit quae celebravit;* quibus haec· appingi-
tur nota inter Scholia s. Maximi vel Ioannis Scythopolitani:
« Manifestum est quod Pontifex *sanctum panem* attollens,
» ostendebat την εὐλογίαν, *benedictionem* seu Sacramen-
» tum, dicens, *Sancta sanctis.* » Augustini verba sunt in
Epistola cxLix, al. tax ad Paulinum num. 16: « *Precationes*
» accipimus dictas, quas facimus in celebratione Sacramen-
» torum, antequam illud, quod est in Domini mensa, in-
» cipiat *benedici: (accipimus vero) orationes,* cum *bene-*
» *dicitur* et sanctificatur et ad distribuendum comminui-
» tur.» Arnoldus Carnutensis, Abbas Bonae vallis, in ser-
mone de Coena Domini, in appendice Operum s. Cypriani:
« Ex quo a Domino dictum est: *Hoc facite in meam com-*
» *memorationem, haec est Caro mea et hic est Sanguis*
» *meus;* quotiescumque his verbis et hac fide actum est,
» panis iste supersubstantialis et calix *benedictione solemni*
» sacratus, ad totius hominis vitam salutemque proficit. »
His omnibus paria sunt, quae Thomas ad illa Apostoli
verba *Calix benedictionis* habet: « *Calix, inquiens, bene-*
» *dictionis:* idest potus calicis, per quem participantes be-
» nedicuntur.... *Cui benedicimus:* quod nos fideles exalta-
» mus credendo et gratias agendo: vel *cui benedicimus;*
» idest, quem nos sacerdotes consecramus. »

Momentum huius opinionis auget probabilis eorum sen-
tentia, qui tametsi benedictionem panis distinguant a con-
secratione, panem tamen consecratum a Christo fuisse aiunt,
antequam ipsum frangeret. Parum in eo, quod rei summa
est, haec differt opinio a sententia Thomae, qui panem
verbis illis, *Hoc est Corpus meum,* consecratum existimat
concomitanter cum eiusdem panis fractione. Hac ille per-
motus ratione, panis consecrationem ad eius benedictionem
reducit: eamdemque benedictionem quodammodo complete
acceptam, ut infra explicandum est, nemo iure negaverit
ipsius panis consecrationem continere. Quod porro utrique
opinioni commune videtur, nititur illis Apostoli verbis in
Epistola I ad Corinth., cap. x, versic. 16: *Panis, quem
frangimus, nonne participatio Corporis Domini est?* Quae
satis significant (inquit Franciscus Sylvius loc. sup. cit.) sub
specie panis, quae frangitur, fuisse Corpus Domini priusquam
frangeretur: vel saltem in ea prima institutione, *concomi-
tanter,* ut ait Thomas, seu eodem ipso tempore quo verba
proferebantur consecrationis et panis frangebatur. Hinc Ec-
clesiarum utique omnium consuetudo profecta species panis
iam consecrati dividendi in particulas. Haec splendidissime
persuasio elucet in liturgiis, quae feruntur sub nomine
ss. Ioannis Chrysostomi et Basilii, ubi legimus: « Accepto
» pane in sanctis suis et illibatis et innoxiis manibus, cum
» gratias egisset et *benedixisset, sanctificasset,* fregisset,
» dedit sanctis suis Apostolis et discipulis, dicens: *Acci-*
» *pite, comedite, hoc est Corpus meum quod pro vobis*
» *frangitur,* κλώ;αενον, *in remissionem peccatorum.* » Quo
in loco nemo non videt Christum antequam frangeret vel
cum frangeret, panem *benedixisse* et *sanctificasse,* hoc est
consecrasse: fractio quippe non ad substantiam panis, sed
ad Christi Corpus refertur, *quod pro vobis* (inquiunt)*fran-
gitur in remissionem peccatorum.*

Verum tametsi videatur fuisse Ecclesiarum persuasio
consecratum a Christo panem ante ipsius fractionem vel
in ipsa fractione; id attamen religioni habuerunt, ne ordi-
nem narrationis evangelicae ullo modo turbarent, neve in
liturgiis recitarent verba Christi, antequam panis et vini
fractionis ac distributionis mentio fieret.

III. Aequivocatio in vocabulo *benedictionis* occurrit,
quae amputanda est ut opinio Thomae magis illustretur,
firmeturque. Non ea mens eius fuit ut benedictionem pa-
nis atque calicis adhibitam a Christo, qua late patet in
illis dumtaxat verbis, *Hoc est Corpus meum, hic est calix
Sanguinis mei,* positam crederet. Sumentem Christum pa-
nem haud umquam inficiatus est oculos in caelum levasse,
egisse gratias Deo pro immenso beneficio per transmuta-
tionem elementorum conferendo ac ipsis elementis bene
precatum esse; sed huiusce gratiarum actionis et benedi-
ctionis praecipuam partem constituendam arbitratus est in
illis verbis, quibus vel ante fractionem vel in ipsa fractione
prolatis consecrata sunt elementa.

Collata novi Testamenti loca rem produnt evidentissime.
Matthaei capite xxvi, vers. 26, haec habentur: *Accepit Iesus
panem,* και εὐλογησα , *et benedixit ac fregit, deditque di-
scipulis suis;* et vers. 27: *Et accipiens calicem,* και εὐχα-
ριστησα , *gratias egit et dedit illis.* Quae priore loco
benedictio dicitur, gratiarum actio loco altero appellatur.
Marci capite xiv, vers. 22; Εὐλογη'σα ἐκλασεν, *benedicens
fregit:* et vers. 23; *Et accipiens calicem,* εὐχαριστησα ,
gratias agens dedit eis. Utrobique unius gratiarum actionis
mentio ingeritur et apud Lucam capite xxn, vers. 19-20:
Et accipiens panem, εὐχαριστη'σα , *gratias agens fregit:
similiter et calicem* etc. In historia discipulorum, qui in
castellum Emmaus proficiscebantur capite xxiv, vox una
benedictionis adhibetur vers. 30: *Accepit panem,* εὐλόγησεν,
benedixit ac fregit et porrigebat illis. Apostolus denique
Epistola I ad Corinth., cap. xi, vers. 23-24: *Accepit panem,*
και εὐχαριστη'σα , *et gratias agens fregit.* Haec animad-
vertentes eruditi interpretes, admonent: 1. Εὐλογεῖν perinde
esse atque εὐχαριστεῖν, ubi agitur de sancta coena: 2. In
divinis eloquiis et apud Ecclesiae scriptores passim reperiri
modos istos loquendi, εὐλογεῖν τινα vel τι, et εὐχαρι-
στεῖν τινα vel τι: 3. Dictionum haec esse compendia:
εὐλογεῖν τον ἀρτον, το ποτη'ριον dici, pro ευ'λογεῖν Οεο'ν
υπέρ ἀρτου, ποτηριου: pariterque εὐχαριστεῖν τον ἀρτον,
το ποτηριον, compendium esse plenae ac propriae locutio-
nis, εὐχαριστεῖν τώ Οεώ υπέρ ἀρτου, ποτηριου: 4· Sen-
sum denique proprium germanumque confici, Redemptо-
rem nostriim accepisse panem, laudasse Deum eique gra-
tias egisse; tamquam conditori et donatori panis et vini
et auctori supremi beneficii, quo ipsa elementa in suum
Corpus et Sanguinem transmutanda fuerant; per illa utique
verba, *Hoc est Corpus meum, hic est calix Sanguinis mei.*

Hinc vero in sacra liturgia, quam olim adhibuit adhi-
betque omnis Ecclesia, latina, graeca et orientalis quae-
quae, constantissime servatum constat ut beneficia Dei com-
memorentur, gratiae agantur ipsi, Sacramenti Corporis et
Sanguinis a Iesu Christo instituti memoria recolatur, preces
etiam fundantur, ac pani et vino bene precentur sacerdo-
tes: quae demum omnia, gratiarum actiones et laudes et
preces ac benedictiones, verbis consecrationis tamquam
praecipua totius liturgiae parte complentur. Hinc verba ea-
dem frequentius dicta leguntur, *benedictio, gratiarum actio
et preces.* Audire praestat Iustinum in Apologia I, num. 65,
et seqq.: *Postquam preces,* inquientem, *et Eucharistiam ab-
solvit, populus omnis acclamat: Fiat.* Peracta consecratio
innuitur, quae vocatur eucharistia et benedictio. Post haec
*qui apud nos dicuntur diaconi, panem et vinum et aquam,
in quibus gratiae actae sunt,* ἀπο τοῦ εὐχαριστηΟέντο
ἀρτου, *unicuique praesentium participanda distribuant.* Ubi
elementa consecrare, perinde est ac in eis gratias agi a sa-
cerdote. At quibusnam verbis, Iustino teste, gratiae huius-
modi agebantur? Illis procul dubio, *Hoc est Corpus meum.*
Luculentissimum accipe testimonium: *Illam, in qua per
preces verbi eius ab ipso profecti* λόγου τοῦ παρ' ἀυτοῦ;
*gratiae sunt actae, alimoniam... incarnati illius Iesu et Car-
nem et Sanguinem esse edocti sumus.* Perspicuum est pre-
ces illas, gratiarum actiones et laudes continere verbum
Iesu Christi ab ipso profectum, cum dixit, *Hoc est Corpus*

meum. Paria sunt Ircnaei verba libro IV Contra haereses, capite xvm, al. xxxiv, num. 4 : *Hanc oblationem Ecclesia sola puram offert fabricatori, offerens ei cum gratiarum actione ex creatura eius.... Quomodo autem constabit eis* (ludaeis et Haereticis) *eum panem, in quo gratiae actae sint, Corpus esse Domini sui et calicem Sanguinis eius ?* Panem et calicem docet s. Pater consecrari et fieri Corpus et Sanguinem Domini, ex quo in eis aguntur gratiae. At huius gratiarum actionis seu benedictionis partem praecipuam in illis consistere verbis, *Hoc est Corpus meum* etc. disertissime tradit idem Irenaeus capite XVII, al. xxxn, num. 5: *Sed et suis discipulis dans consilium primitias Deo offerre ex suis creaturis... eum, qui ex creatura panis est, accepit et gratias egit, dicens: Hoc est Corpus meum* etc. Ecce consecrationis verba coniuncta, ut Aquinatis sententia est, cum ipsa gratiarum actione et benedictione. Addo verba, quae habentur in homilia V *(de Pascha)* seu in sermone *De Corpore et Sanguine Domini,* quem alii Eusebio Emisseno, Isidoro Hispalensi tribuunt alii: « Invisibilis Sacerdos » visibiles creaturas in substantiam Corporis et Sanguinis sui » *verbo suo,* secreta potestate convertit, ita dicens: *Accipite et edite, hoc est enim meum Corpus.* Et *sanctificatione* repetita : *Accipite et bibite, hic est Sanguis meus...* » Quando *benedicendae* verbis caelestibus creaturae sacris » altaribus imponuntur, antequam *invocatione* summi Nu» minis *consecrentur,* substantia illic est panis et vini: *post* » *verba autem Christi* Corpus et Sanguis est Christi. » Verbis ergo Christi peragi consecrationem a sacerdotibus, peractamque fuisse a lesu Christo in ipsa Sacramenti institutione, Patrum sententia est: qui pariter eadem verba vocant *invocationem supremi Numinis,* elementorum *benedictionem et sanctificationem,* imo et *gratiarum actionem* super elementis. Cur ita ? Quia nempe, quae Dei laudes a Christo celebratae sunt, quae gratiae actae, quae fusae preces, quae supremi Numinis invocationes factae, quaeve his similes ad exemplum lesu Christi celebrantur et aguntur a sacerdotibus laudes, gratiarum actiones, preces et invocationes complentur omnes verbis illis, *Hoc est Corpus meus, hic est calix Sanguinis mei,* quibus benedicta et sanctificata fiunt elementa, eorumdem transmutatione in Corpus et Sanguinem Domini.

Haec genuina est s. Thomae mens, qui docet constantissime verba a Christo prolata, quibus consecratio peragitur, pertinere ad benedictionem elementorum : adeoque prolata eadem fuisse *ante* fractionem panis et distributionem calicis vel *concomitanter* cum eadem fractione et distributione. Loca duo ex Commentariis in Matthaeum et in Apostolum Paulum affero. Ad Matthaei cap. xxvi, vers. 26,27 sic habet: « Melius dicitur, quod semel dixit et non bis » *(illa verba, Hoc est Corpus meum),* et in his verbis con» sccravit. Unde debet ita legi, quod illud quod dicitur, » *Ait, accipite* etc. referatur ad praecedentia *(ad benedi*» *ctionem et fractionem).... Et accipiens calicem, gratias* » *egit (scilicet)* de institutione huius sacramenti, quia vir» tute divina hoc faciebat.... Item *gratias agit* de effectu, » quia effectus est salus totius mundi et hoc non poterat » facere nisi ex divinitate. » In Commentario ad caput xi Epistolae I ad Corinth., vers. 23, 24, 25: « *Accepit panem,* » *et gratias agens fregit...* In quo datur nobis exemplum » gratias agendi de omnibus, quae nobis divinitus dantur... » *Et dixit, accipite* etc. Non est sumendum *consequenter,* » quasi Christus acceperit panem et gratias agens fregerit, » et postea dixerit verba, quae sequuntur: sed *concomitan*» *ter,* quod dum accepit per se panem, gratias agens, fre» git et dixit. Et ideo cum Matth. xxvi dicatur quod » lesus *accepit panem et benedixit ac fregit,* Apostolus » non curavit hic de *benedictione* facere mentionem, in» telligens nihil aliud esse illam benedictionem *(quoad* » *praecipuam partem),* quam hoc quod Dominus dixit, *Hoc* » *est Corpus meum.* » Dictas a Salvatore laudes Dei, gratias actas fusasque benedictiones agnovit Aquinas, casque patefacit; docetque inter illas locum habuisse ve-ba consecratoria, *Hoc est Corpus meum, hic est calix Sanguinis mei.*

Eadem est doctrina Synodi Tridentinae. cuius verba sunt: *Hoc tam admirabile Sacramentum in ultima coena Redemptor noster instituit, cum post panis vinique benedictionem, se suum ipsius Corpus illis praebere ac suum Sanguinem, disertis ac perspicuis verbis testatus est.* Perinde est ac si dixerint Patres lesum Christum, verba illa, *Hoc est Corpus meum,* proferentem, testatum esse se discipulis suis dare Corpus suum : id videlicet, quod post verba illa prolata, in quibus panis benedictio et consecratio consistit, haud amplius erat substantia panis, sed Corpus suum. In ipsa praeterea benedictione si distinguas gratias Deo a Christo actas fusasque preces super pane transmutando, ac demum praecipuam et ultimam benedictionis partem in verbis consecratoriis positam, sensus elicitur a Thoma et ab Ecclesiae Patribus disertissime traditus ac Synodo Tridentinae apprime conveniens: nempe Redemptorem nostrum, postquam gratias egit Deo ac bene pani transmutando precatus est, verba illa, *Hoc est Corpus meum,* protulisse vel ante fractionem vel concomitanter cum fractione, ipsumque elementum consecrasse. Pugnantes contra Thomam adducere Tridentinos Patres insania est. Rem denique confirmat Catechismus iussu Pii V ex ipsius Tridentinae Synodi doctrina confectus, de Sacramento Eucharistiae cap. iv, num. 19: « Cuni autem haec verba *(Hoc est Corpus meum)* » id quod fit significent ac declarent, hoc est panis conver» sionem in verum Domini nostri Corpus, sequitur formam » in illis ipsis verbis constituendam esse: in quam senten» tiam quod ab Evangelista dictum est, *benedixit,* licet ac» cipere. Perinde enim videtur intelligendnm ac si dixisset: » accipiens panem *benedixit* dicens, *Hoc est Corpus meum.* »

IV. Hanc coenae dominicae institutionem, gratias actas et laudes Dei et benedictiones derivari ex iudaicis ritibus posse pjerique sunt, qui contendunt. Verba proferre praestat Christophori Matthaei Pfaffii in dissertatione De oblatione veterum eucharistica, §. 4: « Primum itaque Christus » pani *benedixit,* ac super eo *gratias egit....* Qua in re » ista εὐλογίχ aut εὐχχριστιχ constiterit a ludaeis discen» dum est. Absolvitur autem ea iuxta hos sequentibus » verbis: *Benedictus sis Doniine Deus noster, Rex mundi,* » *qui producis panem e terra.* (Misna cod. Brachos cap. vi, » §. 1)... Nec dubium est Christum hac εὐλογιϰ saepius » usum fuisse, cum pani benediceret (Matth. xtv, 19, xv, » 36; Marci vi, 41; Luc. ix, 16; Ioan, vi, 11)... Non au» tem apud ludaeos *benedictio* poterat pronunciari, nisi » apprehenso prius pane benedicendo: unde λάβων, *acci*» *piens,* ante vocem, *benedixit, vel gratias egit,* extat (ita » in Lefusch Hattechelet num. 167, §. 3)... Quemadmodum » autem pani fuit benedictum, ita et vino.... Benedictio autem » poculi haec est: *Benedictus sis Domine Deus noster,* » *Rex mundi, creans fructum vitis.* » Pergit ille §. 5 eucharisticas actiones ritibus iudaicis exponere, ac: 1. Benedictione peracta, Christum fregisse panem, consuetudine hac pariter a ludaeis desumpta: 2. Apud eosdem in eo coenam paschalem ab aliis conviviis differre, quod in eadem panis frangeretur ante benedictionem: 3. Sequi distributionem illius, quibusdam verbis additis, v. g. *Hic panis afflictionis, quem manducaverunt patres nostri in terra Aegypti: omnis esuriens veniat et manducet:* 4. Pari modo symbola eucharistica a Christo consecrata ac postea distributa cum adiunctis illis verbis, *Hoc est Corpus meum, hic est Sanguis meus:* 5. Agnum paschalem assum, inque mensa positum, olim dictum a ludaeis *corpus pascitatis:* idque adludi a Christo, ut innueret discipulos quidem suos hactenus corpus paschatis comedisse, typum Corporis sui in mortem mox tradendi; nunc vero se ipsis dare verum Corpus suum, in locum typorum veteris Testamenti, tamquam complementum successurum.

Ritibus id genus, quos Christus adhibuerit, si quispiam contendat s. Thomae sanctorumque Patrum sententiam infirmari, toto errat ostio. Admonet ipse Pfaffius in notis ad §. 4: *Totam Christi benedictionem in sola ludaeorum benedictione non constitisse:* proque certo habet in alia dissertatione De consecratione veterum eucharistica §. 1 alia quaedam verba addidisse optimum Salvatorem, quae nempe ad Sacramentum Eucharistiae instituendum idonea forent. Quaenam vero magis ad hunc finem idonea verba fuerint, quam illa, *Hoc est Corpus meum, hic est calix Sanguinis*

mei, ut ea demum ad ipsam panis et vini benedictionem pertinuisse dicantur? Id utique pani et vino, fatente Pfaffio, ex illa iudaica benedictione obveniebat ut illa symbola dicerentur *sanctificato, et consecrata :* unde colligitur benedictione quoque sua Christum sanctificasse et consecrasse elementa: eamdemque consecrationem, cum in eorumdem maxime consistat transmutatione in suum Corpus et Sanguinem, aptioribus verbis peragi non potuisse, quam illis, de quibus agimus. Tametsi vero verba illa, *Hic est panis afflictionis* etc. post fractionem cuiusdam placentae in duas partes proferret paterfamilias, perperam inde extundas illa itidem Christi verba, *Hoc est Corpus meum,* rieque ante fractionem, neque *concomitanter* cum fractione dicta fuisse; cum haec minime Christus protulerit illorum loco, sed potius ad benedictionem pertineant panis, quem conviviorum initio sumebat paterfamilias, Deoque gratias pro ipso agebat.

Quae demum splendidius ut innotescant, partes duae vel etiam tres in ultima coena, quam Christus celebravit, distinguendae sunt: nempe coena legalis, coena usualis et communis, atque praeterea ut aliqui putant, coena eucharistica. Prima in esu agni paschalis consistit: in eaque legitimos ritus observasse Christum ratio nulla dubitandi. Huic adiungebatur coena communis, quae coenula dicebatur, mellitis quibusdam saccharatisque bellariis instructa, quae demum poculo vini claudebatur. In hac institutum fuisse Sacramentum Eucharistiae existimant plerique. Tertiam veluti coenulam distinguunt alii. Matthaeus capite xxvt, V. 26 et Marcus capite χιν, V. 22 aiunt: *Coenantibus autem eis,* vel *manducantibus illis, accepit lesus panem* etc. idest sub finem vel post ipsam coenam legalem, ac etiam si placeat post coenulam usualem, dum adhuc mensae epulis et bellariis stratae accumberent discipuli cum Christo, accepit ille panem, quem consecravit. S. Lucae verba disertissima sunt capite xxti. Ait enim vers. 14: *Cum facta esset hora, discubuit et duodecim Apostoli cum eo;* vers. i5: *Et ait illis : Desiderio desideravi hoc pascha manducare vobiscum, antequam patiar;* vers. 16: *Dico enim vobis, quia ex hoc non manducabo illud, donec impleatur in regno Dei:* ubi Sancti fruentes beatitudine, aerumnis omnibus huius vitae exsoluti sunt, hanc plenam Sanctorum libertatem paschate legali significante. Haec est coena legalis, ad quam verba pertinent quae sequuntur vers. 17: *Et accepto calice gratias egit et dixit: Accipite et dividite inter vos;* vers. 18: *Dico enim vobis, quod non bibam de generatione vitis, donec regnum Dei veniat.* Poculum est non primum, veluti praeparatorium ad coenam legalem ut in ritualibus ludaeorum libris legitur ; sed alterum, quod in fine eiusdem coenae hauriebatur. Pergit Lucas et ait vers. 19: *Et accepto pane, gratias egit et fregit et dedit eis dicens: Hoc est Corpus meum, quod pro vobis datur; hoc facite in meam commemorationem;* vers. 20: *Similiter et calicem, postquam coenavit, dicens : Hic est calix novum testamentum in Sanguine meo, qui pro vobis fundetur.* Paria sunt quae tradit Apostolus Paulus in Epistola I ad Corinth., capite xi.

In hac sacrosanctae Eucharistiae institutione, sive in ipsa coenula usuali sive post ipsam peracta fuerit, ritus utique et benedictiones et gratiarum actiones adhibuit Salvator mundi, quae augustissimo Sacramento instituendo congruerent. lulius Bartoloccius in B'bliotheca magna Rabbinica parte II, pag. 747 scite adnotat patrem familias apud ludaeos placentae azymae partem, quae ex coena legali reservata fuerat, frangere in coenula et in frusta dividere et assidentibus mensae distribuere consuevisse absque ulla benedictione: idemque servatum in distributione calicis. Attamen « Christus, *inquit,* volens hanc partem placentae » efficere Corpus suum, *benedixit,* quod non faciunt ludaei » dum frangunt: sed illud in frusta dividunt et sine be- » nedictione ex eo communicant omnes assidentes ad men- » sam. Christus autem benedixit ut εὐλογικ prolata per » verba, *Hoc est Corpus meum,* εὐχχριστῖχν Corporis sui » sacratissimam conficeret. Idem circa calicem, postquam coe- » natum est, effecit. » Unde notum fit compertumque frustra illos esse, qui contenderent non alias a lesu Christo adhibitas benedictiones et laudes et gratiarum actiones, nisi quae in ritualibus ludaeorum libris prostant. Quod ait demum Pfaffius, verbis illis, *Hoc est Corpus meum,* adlusum a Christo agnum paschalem, quem *corpus paschatis* vocabant, nec inficias iverim ego, neque adprobem. Aientis Bartoloccii verba refero: « Quaeres.... cur Christus Domi- » nus' in institutione sanctissimi Eucharistiae Sacramenti, » potius usus est his verbis, *Hoc est Corpus meum,* quam » aliis quibusdam... *(v. g.) Hic panis est caro mea...* Resp. » Voluit his verbis Dominus alludere ad ceremoniam agni » Paschalis, quem in hac coena ludaei comedebant, quique » erat typus et figura Christi. Hunc assatum mensae appo- » nebant integrum, et *corpus paschatis,* sive *corpus agni* * *paschalis vocabant....* Consummata veteris Testamenti » ceremonia.... ut novum *Salvator noster* et aeternum in- » stitueret Testamentum, et novum Corpus veri et immacu- » lati Agni nobis manducandum praeberet sub specie panis, » panem ipsum accepit et ad corpus agni paschalis veteris » Testamenti alludens, dixit, *Hoc est Corpus meum...* Pari- » fonniter post communem et usualem coenam accipiens » poculum, illudque ex veteri in novum Testamentum trans- » ferens, vinum in Sanguinem suum pretiosissimum con- » secravit. »

CAPUT IV.

Episcopatum esse Ordinem a presbyteratu distinctum docet Aquinas. Distinctum etiam dici debere Sacramentum inficiatur. Consectaria et animadversiones, quibus Angelici Doctoris mens illustratur. Tridentina Synodus, ac Patrum dogmata, et Canones non adversantur. Ea ad examen quorumdam opinio vocatur, qui putant diaconos olim, praetermisso presbyteratu, ordinatos fuisse Episcopos.

I. T ibens lubensque formam exhibeo vindiciarum, quae jL/uberrimae adornari possunt pro Thomae Aquinatis theologicis dogmatibus, quae censoria virga notari posse' nonnulli censent imprudentissime. In censum venit thesis illa, quae veluti a Thoma tradita profertur: eademque enuntiat, *Episcopatum nec esse Ordinem, neque Sacramentum.* Hanc vero admonent adversarii *hoc tempore periculosam esse ob locum Concilii Tridentini sess.* xxtn. Pars nempe theseos Praeceptoris Angelici sententiam effert, imposturam invehit pars altera. Hac de re agit Aquinas in IV, dist. xxiv, qu. in, art. n, quaestiunc. n: « Ad secqndam quaestionem » dicendum, *inquiens,* quod *Ordo* potest accipi dupliciter. » Uno modo, secundum quod est *Sacramentum :* et sic ut » prius dictum est *(qu.* 11, *art.* 1), ordinatur omnis ordo ad » Eucharistiae Sacramentum. Unde cum Episcopus non ha- » beat potestatem superiorem sacerdote quantum ad hoc, » non erit Episcopatus Ordo. Alio modo potest considerari » Ordo, secundum quod est *officium quoddam respectu* » *quarumdam actionum sacrarum:* et sic cum Episcopus » habeat potestatem in actionibus hierarchicis respectu cor- » poris mystici supra sacerdotem, *Episcopatus erit Ordo.* »

Pars ergo theseos prima perperam et iniuria sancto Thomae affingitur, qui constantissime passim docet Episcopatum esse Ordinem, si pro eminentiore quodam officio sumatur, a simplici sacerdotio distinctum, ipsumque divina lesu Christi institutione permanentem ac indelebilem. Loco citato ad 3 : *Dicendum,* ait, *quod potestas Episcopalis non est tantum iurisdictionis, sed etiam Ordinis.... secundum quod Ordo communiter accipitur.* Dist. xxv, qu. 1, art. 11 ad 2: *Quod in promotione Episcopi datur sibi potestas, quae perpetuo manet in eo, quamvis dici non possit character, quia per eam non ordinatur homo directe ad Deum, sed ad corpus Christi mysticum : et tamen indelebiliter manet, sicut character, quia per consecrationem datur.* Et Opusculo XVIII in editione Romana, capite xxiv: *Si Episcopus depositus restituatur, non iterum consecratur, tamquam potestate Ordinis remanente, sicut et in aliis contingit Ordinibus.* Quo demum Episcopali Ordine, tametsi iuxta mentem Thomae non sit Sacramentum, nec imprimat characterem, superiorem presbytero effici Episcopum, docet ille ac declarat elegantissime dist. xxiv cit., q. in, art. n ad 3; « Sicut, *inquiens,* omnium rerum naturalium perfe-

» ctiones praeexistunt exemplariter in Deo, ita Christus fuit » exemplar omnium officiorum ecclesiasticorum: unde unus- » quisque minister Ecclesiae *quantum ad aliquid* gerit typum » Christi... et tamen ille est *superior* qui secundum maio- » rem perfectionem Christum repraesentat. *Sacerdos* autem » repraesentat Christum in hoc, quod per seipsum aliquod » ministerium implevit: sed *Episcopus* in hoc, quod alios » ministros instituit et Ecclesiam fundavit. Unde ad Epi- » scopum pertinet mancipare aliquid divinis obsequiis, » quasi cultum divinum ad similitudinem Christi statuens: » et per hoc etiam Episcopus specialiter sponsus Ecclesiae » dicitur, sicut Christus. » Hunc peculiarem Episcoporum Ordinem, quem semper Ecclesia Catholica professa est ad institutionem divinam pertinere, egregie vindicat Epiphanius adversus Aerium haer. lxxv, num. 4: *Totum illud,* inquiens, *stoliditatis esse plenissimum prudens quisque facile perspiciet: velut cum Episcopum ac presbyterum adaequare conatur. Hoc enim constare qui potest? Siquidem Episcoporum Ordo ad gignendos patres* (sacerdotes) *praecipue pertinet. Huius enim est patrum in Ecclesia propagatio. Alter* (presbyter seu sacerdos) *cum patres non possit, filios Ecclesiae regenerationis lotione producit, non tamen patres aut magistros. Quinam vero fieri potest ut is presbyterum constituat, ad quem creandum manuum imponendarum ius nullum habeat? Aut quomodo presbyter Episcopo dici potest aequalis?*

11. Pars altera theseos, quae Episcopatum negat esse Ordinem illum, qui dicitur Sacramentum et characterem imprimit, genuina sententia Thomae est. Contrariam putant nonnulli doceri ab Aquinate opinionem in Opusculo citato XVIII, capite xxiv. Verba eius profero: « Quod quarto » *(loco)* proponitur, *inquientis,* quod *Episcopatus non est* » *Ordo,* hoc manifeste continet falsitatem, si absolute in- » telligatur. Expresse enim dicit Dionysius *(De eccl. Hierar.* » *cap.* v), esse *tres Ordines* ecclesiasticae Hierarchiae, scilicet » *Episcoporum, presbyterorum et diaconorum.* Et xxi dist., » *(parte I Decreti)* cap. *Cleros,* habetur: Quod *Ordo Epi-* * *scoporum quadripartitus est.* Habet enim Ordinem Epi- » scopus per comparationem ad corpus Christi mvsticum, » quod est Ecclesia, super quam principalem accipit curam » et quasi regalem. Sed quantum ad Corpus Christi verum, » quod in Sacramento continetur, non habet Ordinem su- » pra presbyterum. Quod autem habeat *aliquem Ordinem* » et non *iurisdictionem solam ,* sicut Archidiaconus vel » Curatus presbyter, patet ex hoc quod Episcopus potest » multa facere, quae non potest committere, sicut *Confir-* þ *mare, Ordinare* et *Consecrare basilicas* et huiusmodi: » quae vero iurisdictionis sunt, potest aliis committere. » Aut caligantes eorum fuerint oculi aut nimium praeiudiciis mens occupata, qui in allato loco mutatam ab Aquinate sententiam videre sibi videntur. Episcopatum pro certo habet esse *Ordinem, si absolute intelligatur:* minime quidem *per comparationem ad Corpus Christi verum,* unde Sacramenti ratio desumitur, quae inest Ordinibus presbyteratus et diaconatus: sed *per comparationem ad corpus Christi mysticum, quod est Ecclesia.* Haec ipsissima sunt, quae in quarto Sententiarum libro ab ipso tradita protulimus.

Rationum momenta, quibus haec innititur opinio Thomae, paucis liceat perstringere. Illud affero, quod habetur in IV, dist. xxiv, q. nr, art. 11, quaestiunc. II ad 2: « Dicen- » dum, quod *Ordo,* secundum quod est *Sacramentum,* im- » primens *characterem,* ordinatur specialiter ad Sacramen- » tum Eucharistiae, in quo ipse Christus continetur, quia » per *characterem* ipsi Christo configuramur: et ideo licet » detur *aliqua potestas* spiritualis Episcopo in sui promo- » tione respectu aliquorum Sacramentorum, non tamen » *illa potestas* habet rationem *characteris.* Et propter hoc » Episcopatus non est *Ordo,* secundum quod Ordo est *quod-* » *dam Sacramentum.* » Vis argumentationis pendet ex notione characteris, quo Christo configuramur, recte ac probe constituta. Hac de re luculentissime agit Aquinas parte III Summae theologicae, qu. lxiii, ubi docet art. II et vi per ea Sacramenta novae legis imprimi characterem, quibus homines peculiari ratione *deputantur ad cultum Dei secundum ritum Christianae Religionis:* cultum istum divinum *praecipue* positum esse in confectione Sacramenti Eucharistiae et in oblatione sacrificii: homines ergo ad huiusmodi cultum deputatos intelligi, vel quia confertur ipsis potentia recipiendi Sacramenta, maximeque Eucharistiam, ut in Baptismate; vel quia idonei fiunt ad impugnandos fidei cultusque divini hostes, ut in Confirmatione; vel demum quia ipsa potestas conceditur conficiendi Eucharistiam et offerendi sacrificium, atque par tanto Sacramento et sacrificio ministerium impendendi, ut in Ordine presbyteratus et diaconatus. Atqui vero in promotione vel ordinatione Episcopi nulla confertur ipsi potestas, qua ipsum agat divinum cultum, conficiendo scilicet Eucharistiam et offerendo sacrificium, aut ministerium aliquod praestando: sed illi potestas traditur ad mancipandum alios cultui divino seu ministros deputandos, qui maxime praedictum peragere queant cultum divinum. Itaque huiusmodi quae Episcopo datur potestas, non est character.

Eadem in quaestione lxiii verba sunt Doctoris Angelici animadversione dignissima art. v: « *Character sacra-* » *mentalis* est quaedam participatio *sacerdotii Christi* in » fidelibus eius: ut scilicet sicut Christus habet plenam » spiritualem sacerdotii potestatem, ita fideles eius ei con- » figurentur (seu adsimilentur) in hoc, quod participant » aliquam spiritualem potestatem respectu Sacramentorum » et eorum quae pertinent ad divinum cultum. » Pergit ipse docere, quod ex articulo sexto iam delibatum est, tum primo *in Eucharistia principaliter divinum cultum consistere, in quantum est Ecclesiae sacrificium:* tum praeterea ad huiusmodi cultum divinum deputari hominem *vel per modum agentis vel per modum recipientis:* posteriorem hanc deputationem *Baptismate* peragi, ac etiam quodammodo *Confirmatione,* ac utriusque characteres *participationes* esse, tametsi remotas et imperfectas, *sacerdotii Christi:* alteram vero deputationem ad sacerdotalem spectare characterem, veluti perfectiorem eiusdem sacerdotii Christi participationem. Quid inde colligas? Utique colligendum potestatem Episcopalem non esse characterem, utpote quae tametsi valeat sacerdotes et ministros deputare, attamen non valet praecipuum divinum cultum peragere in confectione Sacramenti Eucharistiae et in oblatione sacrificii.

Ad hanc rem maxime facit scitissima illa divi Thomae animadversio in citata dist. xxiv, q. III, art. n ad 3: « *Sa-* *it cerdos, inquientis,* repraesentat Christum in hoc quod *per* * *seipsum* aliquod *ministerium* implevit (Eucharistiae Sa- » cramentum conficiendo seque ipsum offerendo aeterno » Patri). Sed *Episcopus* in hoc quod *alios ministros* in- » stituit et Ecclesiam fundavit. Unde ad Episcopum per- » tinet mancipare aliquid divinis obsequiis, quasi cultum » divinum ad similitudinem Christi statuens. » Palam est, promotione et ordinatione sua non mancipari Episcopum divino cultui adeoque non insigniri charactere. Eminentior quaedam in fideles confertur eidem potestas, qua alios divinis obsequiis addicere potest, eosque charactere per institutos a Christo ritus insignire.

Lucem haec afferunt splendidissimam, qua innotescat distinctionem Ordinum, qui sunt Sacramenta et imprimunt characterem, ex relatione ad Sacramentum Eucharistiae repetendam esse. Ait sanctus Thomas dist. xxiv, qu. ir, art. 1, quaest. 11: « Dicendum quod *Ordinis Sacramentum* ad Sa- » cramentum *Eucharistiae (conficiendum)* ordinatur, quod » est *Sacramentum Sacramentorum* ... Et ideo distinctio » Ordinum est accipienda secundum relationem ad Eucha- » ristiam: quia potestas Ordinis aut est *ad consecrationem* » *Eucharistiae ipsius (Ordo scilicet et character presbyte-* » *rorum)* aut ad *aliquod ministerium* ordinatum ad hoc » (nempe Ordo diaconatus et inferiores alii, si 'addere quidem eos placeat). In hoc rationis momento stat immotus Aquinas libro IV Contra gentiles, capite i.xxiv: « Quia vero » potestas Ordinis, *inquiens,* ad dispensationem Sacramen- » torum ordinatur: inter Sacramenta autem nobilissimum et » consummativum aliorum est Eucharistiae Sacramentum; » oportet quod potestas Ordinis consideretur praecipue se- » eundum comparationem ad hoc Sacramentum, nam unum· » quodque denominatur a fine... Quia igitur (cap. lxxv),

potestas Ordinis principaliter ordinatur ad Corpus Christi consecrandum, et fidelibus dispensandum, et ad fideles a peccatis purgandum ; oportet esse aliquem principalem Ordinem, cuius potestas ad hoc principaliter se extendat, et hic est Ordo sacerdotalis: alios autem *(oportet esse)* qui eidem serviant aliqualiter, materiam disponendo, et hi sunt Ordines ministrantium. » Haec attentiore mente qui legerit et expenderit, compertissimum habeat oportet frustra illos esse, qui opinati sunt Episcopatum ab Aquinate agnitum admissumque alicubi inter Ordines, qui nedum sint gradus et officia hierarchica, verum etiam Sacramenta characterem imprimentia. Quaenam ergo fuerit Episcoporum potestas? De illa egregie pertractat s. Thomas cap. lxxvi insequente : « Quia vero, *inquiens,* omnium horum Ordinum *(sacerdotii, diaconatus et inferiorum)* collatio cum quodam Sacramento *(imprimente characterem)* perficitur... ideo necesse est *aliquam superiorem potestatem* esse in Ecclesia *alicuius altioris ministerii,* quae *Ordinis Sacramentum* dispenset: et haec est *Episcopalis potestas.* Quae etsi, quantum quidem ad consecrationem Corporis Christi, non excedat sacerdotis potestatem *(imo neque valeat ipsa, per sese spectata, Corpus Christi consecrare)* excedit tamen eam in his, quae pertinent ad fideles. » Est nempe potestas, qua Episcopus Christum repraesentat *in hoc, quod alios ministros instituit et Ecclesiam fundavit.*

Quae nos pro divi Thomae sententia disserentes, animadvertimus cum Ioanne a s. Thoma disput. n De approbatione doctrinae ipsius Aquinatis, art. in, prop, rx: Praeceptorem Angelicum, «quando negat Episcopatum esse Sacramentum Ordinis, loqui de illo condistincte a sacerdotio, et secundum id quod ad sacerdotium superaddit. Et hoc, quod superaddit ad sacerdotium, dicit esse dignitatem Ordinis et officium, sed non Sacramentum Ordinis : nec se habet ad sacerdotium, sicut sacerdotium ad diaconatum, cui superaddit aliquid quod pertinet non solum ad dignitatem, sed ad rationem Sacramenti. Si vero sumatur Episcopatus non condistincte a sacerdotio, sed cum illo, sic non loquitur divus Thomas, nec potest aliquis negare quod includat Sacramentum Ordinis, scilicet ipsum sacerdotium. »

III. Consectaria plura sponte fluunt, quae Thomae sententiam maxime illustrant. Ac primo, plures in Ecclesia Ordines esse hierarchicos ex divina Christi institutione ; Ordinem Episcoporum, qui altioris cuiusdam ministerii et officii potestas est; et Ordines presbyteri et diaconi, qui simul sunt Sacramenta characterem imprimentia. Thomae verba iam superius descripsimus : « Alio modo, *inquientis,* potest considerari *Ordo,* secundum quod est *officium* quoddam respectu quarumdam *actionum sacrarum:* et sic cum *Episcopus* habeat potestatem in *actionibus hierarchicis* respectu Corporis mystici supra sacerdotem, *Episcopatus erit Ordo.* Haec habentur dist. xxiv saepe citata, q. nt,art. n, qu. n. Accipe illa, quae prostant qu. n, art. i, qu. n ad i: « Dicendum quod Dionysius loquitur *de Ordinibus,* non secundum quod sunt *Sacramenta,* sed secundum quod *ad hierarchicas actiones* ordinantur : et ideo secundum actiones illas, *tres Ordines* distinguit. Quorum primus habet omnes tres, scilicet *Episcopus, (purgare, illuminare et perficere):* secundus habet duas, scilicet sacerdos, *(illuminare et purgare);* sed tertius habet unam, scilicet diaconus, *(purgare)...* et sub hoc omnes inferiores Ordines comprehenduntur. Sed *Ordines* habent, quod sint *Sacramenta* ex relatione ad *maximum Sacramentorum :* et ideo secundum hoc numerus Ordinum accipi debet. » Ordinem ergo si accipias pro certo hominum statu, qui potestatem habent in actionibus hierarchicis erga corpus Christi mysticum, triplex ille praecipue distinguitur, *Episcoporum, sacerdotum et diaconorum,* quibus Hierarchia Ecclesiae a Christo instituta constituitur. Num vero omnes huiusmodi Ordines hierarchici ratione et pretio Sacramenti potiantur, ad theologorum quaestionem pertinet.

Alterum consectarium ad varios, qui distingui solent, ministrorum sacerdoti inservientium Ordines spectat. Tum diaconatum, tum inferiores ordines ad Sacramenti veri nominis rationem elevare videtur sanctus Thomas, ac frequens theologorum de schola haec opinio est. Dignissimam haud ego praetermitto ipsius Thomae animadversionem dist. xxiv, quaest. n, art. i, quaest. ir ad 2 : « In *primitiva Ecclesia, inquientis,* propter paucitatem ministrorum *omnia inferiora ministeria* diaconis committebantur.... Nihilominus erant omnes praedictae potestates, sed implicitae in una diaconi potestate. Sed *postea* ampliatus est cultus divinus: et Ecclesia quod *implicite* habebat in uno Ordine, *explicite* tradidit in diversis. » Eadem habentur in Opusculo XIX Contra impugnantes Religionem *(cap. η): Sicut etiam in primitiva Ecclesia fuerunt soli duo Ordines sacri, scilicet presbyteri et diaconi et tamen postea Ecclesia minores sibi Ordines instituit.* Quae ita a plerisque intelliguntur ac si minores praedicti Ordines ex una ecclesiastica institutione profecti fuerint, adeoque neque sint iure divino instituti, neque Sacramenta veri nominis.

Sequitur tertio, ex ritu illo sensibili, quo semper Episcopalis potestas in Ecclesia collata est, in Synodo Carthaginensi Quarta praescripto, haud colligi tuto posse eamdem potestatem Episcopalem Sacramento quodam conferri. Ad id utique pertinent verba, quae Thomas habet eadem in distinctione xxiv, qu. 1, art. 1, qu. nt ad 3 : *Non omnis,* inquiens, *benedictio quae adhibetur homini vel consecratio est Sacramentum : quia et monachi et Abbates benedicuntur, et tamen illae benedictiones non sunt Sacramenta.... Quia per huiusmodi benedictiones non ordinantur aliqui ad dispensationem divinorum Sacramentorum* (quae scilicet vel ipsum contineant principalem Dei cultum, Eucharistiae confectionem et sacrificii oblationem; vel isti praecipuo Dei cultui ministerium impendant; vel ad ipsum divinum cultum ordinent, per ipsius augustissimi Sacramenti receptionem). Neque ullum ingerat negotium impositio manuum, quam in ordinatione aut promotione Episcopi Synodus Carthaginensis quarta praescribit: neque enim sola manuum impositio statim Sacramentum aut Sacramenti administrationem evincit, cum illa adhiberi etiam consueverit in poenitentium et catechumenorum admissione, in exorcismis aliisque precibus. Sed attamen Episcopalem potestatem nonnisi hocce ritu conferri, perpetua Ecclesiarum traditio docet.

Consectarium quartum est, Christi voluntate institutum esse, ut ea Episcopalis potestas nonnis^ hominibus, qui antea sacerdotali charactere insigniti fuerint, ac potestatem habeant in Corpus Christi verum, conferri legitime ac rite et valide possit. Egregium hac de re documentum suppeditat Aquinas in IV, dist. vir, qu. in, art. 1, qu. in: « Alii dicunt quod auctoritas Papae tanta est, quod eius mandato quilibet potest conferre, quod habet: ut confirmatus confirmare, sacerdos sacerdotium conferre, diaconus diaconatum: non autem mandato ipsius potest aliquis conferre quod non habet, ut diaconus Ordinem sacerdotalem. Sed haec opinio videtur nimis ampla, et ideo media via secundum alios tenenda est. Et ideo sciendum est, quod cum Episcopatus non addat aliquid supra sacerdotium per relationem ad Corpus Christi verum, sed solum per relationem ad corpus Christi mysticum, Papa per hoc quod est Episcoporum Summus, non dicitur habere plenitudinem potestatis per relationem ad Corpus Domini verum, sed per relationem ad corpus mysticum. » Hinc quid Summus Pontifex praedicta potestatis non erga Corpus Christi verum, sed erga corpus Christi mysticum plenitudine donatus valeat, quidve non valeat agere, luculentissime explanat s. Thomas: « Et quia gratia sacramentalis descendit in corpus *(Christi)* mysticum a capite; ideo omnis operatio in corpus mysticum sacramentalis, per quam gratia datur, dependet ab operatione sacramentali super Corpus Domini verum : et ideo *solus sacerdos potest absolvere in foro poenitentiali* et *baptizare ex officio.* Et ideo dicendum, quod promovere ad illas perfectiones, quae non respiciunt Corpus Domini verum, sed solum corpus mysticum, potest a Papa, qui habet plenitudinem Pontificalis potestatis, committi sacerdoti qui habet actum suum super Corpus Domini verum: non autem diacono

» vel alicui inferiori, qui non habet perficere Corpus Domini verum, sicut nec absolvere in foro poenitentiali. » Non autem potest simplici sacerdoti committere promovere ad perfectionem, quae respicit aliquo modo Corpus » Domini verum : et ideo *simplex sacerdos ex mandato* » *Papae non potest conferre Ordinem sacerdotii,* quia Ordines sacri habent actum supra Corpus Domini verum » vel supra materiam eius. Potest autem *(Papa)* concedere » simplici sacerdoti, quod *conferat minores Ordines,* quia » isti nullum actum habent supra Corpus Domini verum » vel materiam eius; nec etiam supra corpus *(Christi)* mysticum *(habent)* actum, per quem gratia conferatur; sed » habent ex officio quosdam actus secundarios et praeparatorios. Et similiter potest concedere alicui sacerdoti, » *quod confirmet:* quia Confirmatio perficit in actu corporis mystici, non autem habet aliquam relationem ad Corpus Domini verum. »

Paria sunt, quae disserit dist. xxv, qu. i, art. i ad 3, et ad 5. Loco priore sic ait:?« Dicendum quod Papa, qui » habet plenitudinem potestatis Pontificalis, potest committere non Episcopo ea quae ad Episcopalem dignitatem » pertinent, dummodo illa non habeant immediatam relationem ad verum Corpus Christi: et ideo ex eius com· » missione aliquis sacerdos simplex potest conferre minores Ordines et confirmare, ut supra (dist. vu) dictum est. » Non autem aliquis non sacerdos. Nec iterum sacerdos » maiores Ordines, qui habent immediatam relationem ad » Corpus Christi, supra quod consecrandum Papa non habet maiorem potestatem, quam simplex sacerdos. » Rem denique loco altero magis illustrat : « Dicendum, *inquiens,* » quod ad communicandum alteri quod quis habet, non » exigitur solum propinquitas, sed *completio potestatis.* Sed » quia sacerdos non habet completam potestatem in hierarchicis officiis, sicut Episcopus , ideo non sequitur quod › possit diaconos facere , quamvis ille Ordo sit sibi pro» pinquus. » Potestas illa, quae potestatem perficit et complet in hierarchicis officiis erga corpus Christi mysticum, ex Ordinatione Episcopali iure divino proficiscitur: eademque tametsi per Sacramentum aliquod non conferatur, non est attamen solius jurisdictionis potestas, ut ait Thomas, verum etiam potestas Ordinis eademque iure divino indelebilis.

Hanc Doctoris nostri sententiam, hactenus pro virili expositam, eamdem plerique theologorum existimant cum illa, quam Hugoni de s. Victore, Alberto M., s. Bonaventurae, Paludano aliisque non paucis, imo et Patrum doctissimo s. Hieronymo tribuit loannes Morinus De sacris Ordinationibus parte III, exercit. m, c. i et n. Aientes perhibentur- illi, per accessum consecrationis Episcopalis novum non imprimi characterem, neque ullo pacto characterem sacerdotalem extendi aut quodammodo (ut aiunt) entitative augeri : id unum effici vero, divina quidem ex voluntate seu institutione, ut ipse character sacerdotalis expeditus fiat ad aliquas exserendas functiones hierarchicas, maximeque ad ordinandos presbyteros, quas antea non poterat. Hinc Episcopatus est Ordo hierarchicus iure divino institutus, non est Sacramentum a presbyteri ordinatione distinctum. Si quis rem ita esse contendat, per me licet, neque longiorem contentionis funem ducam.

IV. Ab ipsa remota aetate in hac agitanda quaestione in partes abiere theologi et canonici iuris periti: hodieque non sine magna, sed innoxia animorum contentione versari in scholis eadem solet. Inter Canonistas recentiores Prosper Fagnanus lib. I Decretal., part. II, cap. *Requisivit,* latissimo hac de re calamo agit. Doctorum varias opiniones refert, discutit momenta quaestionis, propugnatque totis lacertis *Episcopatum esse Ordinem et Sacramentum et characterem imprimere, ab Ordine presbyteratus distinctum.* Contra Fagnanum aliosque pugnam instituit Raymundus Capisuccus Ord. Praed. S. R. E. Cardinalis, controversia xxvm inter Selectas Romae typis editas anno 1670, nihilque pro egregii theologi munere intactum relinquit, ut oppositam sententiam tueatur ac doctrinae divi Thomae vindicias agat. Septuaginta et plures, *quos* (inquit) *in suis locis vidimus,* pro negante opinione, veteres et recentes numerat, theologos et iuris canonici peritos, variarum gentium et familiarum variorumque ordinum.

Sancta Synodus Tridentina hocce de argumento plura docet sessione xxm ac decernit, quae credenda ac tenenda sunt: deque Episcopatus ordinatione, num veri nominis dici debeat Sacramentum a presbyteratu distinctum, notam inter doctores ac ventilatam quaestionem integrae videtur ('opinantium libertati reliquisse. Id vero accurate ostendendum est. Docent Tridentini Patres capite 1, *In novo Testamento sacrificium visibile sanctae Eucharistiae ex Domini institutione* ab Ecclesia acceptum esse : adeoque admitti oportere *novum, visibile, externum sacerdotium a Salvatore nostro institutum,* traditamque Apostolis eorumque successoribus *in sacerdotio potestatem consecrandi, offerendi et ministrandi Corpus et Sanguinem eius, necnon et peccata dimittendi et retinendi.* His consonat canon primus, quo anathema decernitur in eos, qui dixerint, *Non esse in novo Testamento sacerdotium visibile et externum, vel non esse potestatem aliquam consecrandi et offerendi* etc.

Tum ipsius ministerium sacerdotii, tum alia inferiora ministeria sacerdotio inservientia dici et esse Ordines quosdam, ordinatissima dispositione in Ecclesia catholica institutos, doctrina est quae capite 11 traditur his verbis : *Cum autem divina res sit tam sancti sacerdotii ministerium, consentaneum fuit... ut in Ecclesiae ordinatissima dispositione plures et diversi essent ministrorum Ordines, qui sacerdotio ex officio deservirent;* itemque canone n, anathemate in eos lato qui dixerint, *Praeter sacerdotium non esse... alios Ordines, et maiores et minores, per quos veluti per gradus quosdam in sacerdotium tendatur.* Ad hanc Ordinum seriem non spectat Episcopatus, nec enim illo veluti quodam gradu in sacerdotium tenditur, neque per sese spectatus sacerdotium est. Hunc vero Ordinem vel sacram ordinationem, quae verbis et signis exterioribus perficitur, colligunt capite 111 Tridentini Patres *esse vere et proprie unum ex septem sanctae Ecclesiae Sacramentis,* aiente Apostolo ad Timotheum Epistola II, cap. 1: *Admoneo te, ut resuscites gratiam Dei, quae est in te per impositionem manuum mearum* etc. Hinc anathema fertur in eos canone in qui dixerint, *Ordinem sive sacram ordinationem non esse vere et proprie Sacramentum a Christo Domino institutum:* et canone iv in eos, qui dixerint, *Per sacram ordinationem non dari Spiritum sanctum.... aut per eam non imprimi characterem.* Certum videtur compertumque hoc loco de sacra ordinatione agi, quae Ordines superius expositos complectitur, ipsum nempe Ordinem sacerdotii et alios veluti gradus quosdam in sacerdotium tendentes, cuiusmodi non est Episcopatus : unde permissum colligitur a Synodo Tridentina, ut eodem de Episcopatu quod libet lubetque sentiant pro rationum momentis theologi ac iuris canonici periti.

Ad ecclesiasticam Hierarchiafri exponendam sancta Synodus procedit capite iv docetque : *Praeter caeteros ecclesiasticos gradus* (sacerdotes nempe et ministros iam memoratos), *Episcopos, qui in Apostolorum locum successerunt,* ad ecclesiasticam Hierarchiam et *ad hunc hierarchicum Ordinem praecipue pertinere: superiores esse presbyteris,* ac potestatem habere *confirmandi, ministros Ecclesiae ordinandi et alia pleraque agendi:* ac demum *in ordinatione Episcoporum, sacerdotum et caeterorum Ordinum, nec populi, nec cuiusvis saecularis potestatis et magistratus consensum, sive vocationem sive auctoritatem ita requiri, ut sine ea irrita sit ordinatio.* Quae doctrina canone vi et canone vti firmatur, anathemate lato in eos qui dixerint, *In Ecclesia catholica non esse Hierarchiam divina ordinatione institutam, quae constat ex Episcopis, presbyteris et ministris;* et *Episcopos non esse presbyteris superiores vel non habere potestatem confirmandi et ordinandi* etc. Nomina quidem *Ordinis et Ordinationis* usurpant Patres hanc declarantes ecclesiasticam Hierarchiam : verum nihil est quod cogat, ut Ordines aut Ordinationes omnes ad eamdem Hierarchiam pertinentes intelligamus veri nominis Sacramenta; cum id unum eadem exposcat, ut in Ecclesia catholica ex divina institutione plura dentur offi-

cia pluresque dignitates maiores minoresque. Porro sententia s. Thomae est, quam plerique theologorum amplectuntur, Ordines quibus Hierarchia ecclesiastica constat, alios esse officia ac dignitates et Sacramenta simul, aliumque *altioris cuiusdam ministerii* Ordinem erga corpus Christi mysticum, scilicet Episcopatum, de quo num sit Ecclesiae Sacramentum, disceptare in utramque partem licet.

Pro aiente sententia adhiberi maxime solent verba Apostoli, quae Synodus Tridentina laudat capite m ex Epistola II ad Timotheum, capite i, vers. 6 desumpta: *Admoneo te, ut resuscites gratiam Dei, quae est in te per impositionem manuum mearum.* His paria sunt quae idem Apostolus habet Epistola I, cap. iv, V. 14: *Noli negligere gratiam, quae in te est, quae data est tibi per prophetiam* (declarato scilicet per revelationem divino suffragio), *cum impositione manuum presbyterii.* De ordinatione his locis agitur, per quam gratia Dei confertur, ad munus suum digne peragendum necessaria: agiturque praeterea de Timotheo in Episcopum ordinato. Itaque ordinatio illa Episcopalis, sicuti per eam gratia Dei collata est, ita veri nominis dici debet Sacramentum. Accedunt Ecclesiae Patres, quorum infra testimonia adducenda sunt.

Prudens et apposita est, quam loannes a s. Thoma loco superius citato responsionem affert. « Respondetur » concedendo *(inquit ille)* quod in illo loco Apostolus » loquitur de ordinatione Timothei in Episcopum, ut plures » Patres intelligunt: sed non dc sola, sed etiam de ordi» natione in presbyterum; utrumque enim videtur com» prehendisse Paulus illis verbis; quod non obscure alii » Patres indicant. Augustinus *(vel potius alius auctor)* in » libro quaestionum ex veteri et novo Testamento q. xcni » loquens de *insufflatione,* qua datur *presbyteris* potestas » absolvendi a peccatis (quod constat fieri in presbyteratu, » non in Episcopatu), inquit: *Inspiratio ergo haec, gratia* » *quaedam est, quae per traditionem infinditur ordina*» *tis, per quam commendatiores habeantur. Unde Aposto*» *lus dicit ad Timotheum : Noli,* inquit, *negligere gratiam* » *quae est in te, quae data est tibi per impositionem ma*» *nuum presbyterii.* Intellexit ergo... hunc locum Apostoli » etiam pertinere ad illam gratiam, quae ad remittenda pec» cata datur sacerdotibus: et sic Paulus non de sola conse» cratione in Episcopum, sed de ordinatione presbyteri etiam » loquitur. Ad haec Ambrosius sive auctor Commentario» rum in Epistolas Pauli *(quem docti plerique eumdem* » *existimant cum auctore laudato quaestionum ex veteri* » *et novo Testamento),* super 1 ad Timoth., c. iv: *Manuum,* » inquit, *impositiones, verba sunt mystica, quibus confir*» *matur ad opus electus, ut audeat vice Domini offerre* » *sacrificium.* Actus autem offerendi sacrificium est pro» prius sacerdotii, non Episcopatus: ergo nomine imposi» tionis manuum intelligit Apostolus non solam consecra» tionem Episcopalem, sed etiam ordinationem sacerdota» lem.» Ad id maxime facit Christiani Lupi animadversio in appendice ad Scholion in canonem tv Concili Nicaeni: *Episcopatum,* inquientis, *et presbyteratum esse iure divino distinctos omnino Ordines: primis* tamen *illis Ecclesiae exordiis neminem dumtaxat in presbyterum, sed omnem presbyterum complete in Episcopum ordinari* consuevisse *et hunc morem dudum perseverasse in quibusdam Ecclesiis, praesertim Alexandrina.* Favet Baronius Annalium parens ad an. 1 t, n. 62: « Quod vero mox idem Apostolus subdit: *Propter quam* » *causam admoneo te, ut resuscites gratiam Dei, quae est* » *in te per impositionem manuum mearum,* ipsum a se sa» eris initiatum fuisse significat... Ad ipsum iam antea scri» pserat dicens (I Timoth. cap. iv): *Noli negligere gratiam* » *quae in te est, quae data est tibi per prophetiam, cum* » *impositione manuum presbyterii...* Quomodo autem po» stea ab eodem Paulo praefectus sit Ephesinorum Eccle» siae, suo loco dicemus. » Ad Aquinatem nostrum quod attinet, in Commentario ad ea Apostoli loca ordinationem Timothei in Episcopum intelligit: loca eadem ad ordinationem presbyteratus refert parte Ill Summae theologicae, qu. l x x x iv, art. tv. Hinc « probatio Concilii Tridentini » (verba sunt loannis a s. Thoma) stat firma: ex locis » enim, ubi Paulus loquitur de gratia data in ordinatione » colligit Ordinem esse Sacramentum : non quia ibi loquatur » Apostolus de sola consecratione in Episcopum... sed quia » ibi loquebatur Paulus etiam de ordinatione Timothei » in presbyterum... Et sic consequentia et collectio Concilii » efficax est: probatque Ordinem esse Sacramentum, quia » in aliqua ordinatione datur gratia, ut constat ex Paulo : » ergo aliqua ordinatio est Sacramentum. Quod vero haec » ordinatio, de qua loquitur Paulus, sit Episcopatus tantum » vel presbyteratus simul, ibi Concilium non explicat : » sed explicandum relinquit theologis.

Sed accepta demum sola Episcopatus ordinatione, qua presbytero iure divino confertur *completio potestatis,* ut ait s. Thomas, erga corpus Christi mysticum, gratiam in ea dari *ex opere operantis,* ut inquiunt, inficiatur nemo. Praesto sunt aptissima divi Thomae documenta. Ait quippe in IV, dist. 11, q. 1, art. 11 ad g: « Ad quamlibet eminentiam » status datur aliqua sanctificatio, cum sit ibi necessarium » speciale auxilium gratiae, sicut in consecratione *regum* » *et monachorum et monialium ;* et ideo sunt actiones hie» rarchicae et propter hoc Dionysius de eis determinat. » Non tamen habent rationem sacramenti , sed solum » illam eminentiam, per quam homo efficitur sacrorum » dispensator». Ait etiam dist. xxxvm, q. 1, art. v ad 2: « In consecratione *virginum,* sicut et in unctione *regum* et » in aliis huiusmodi benedictionibus gratia datur, nisi sit » impedimentum ex parte suscipientis. Sed tamen huius» modi Sacramenta non dicuntur, quia non sunt instituta » ad curationem morbi peccati, sicut alia Sacramenta. » Hunc vero morbum peccati, quem Sacramenta curant per gratiam *ex opere operato* collatam, consistentem positumque declarat Thomas in IV, dist. n, q. 1, art. 1, q. 1 ad 2, vel in *peccato,* vel *in debilitate spiritus ad exequenda spiritualia.* Morbum primum tollunt Baptismus et Poenitentia: contra morbum eumdem ordinantur Confirmatio et Eucharistia *ex officio sive ex modo sanctificandi :* ad detergendas peccatorum reliquias datur extrema Unctio: ad reprimendam concupiscentiam Matrimonium: ad Sacramenta digne dispensanda denique Ordo. Sat est vero ordinationem Episcopatus *ex opere operantis* gratiam conferre ordinato, ut ea qua par est dignitate ac decentia ministros Ecclesiae instituat.

Patrum sententiae opponuntur, quibus Episcopatus appellatur Sacramentum. Tertullianus De praescriptione haereticorum capite x 1 , *Sacramenta Christi* vocat Baptismum, Expositionem delictorum, Consignationem in fronte, panis Oblationem, summum Pontificatum, quae diabolus apud ethnicos aemulatus est. At nemo non videt, *summum Pontificatum* hoc loco accipi etiam pro sacerdotio: ac praeterea voce illa *Sacramenti divini* aut *Sacramenti Christi* ea insigniri, quae veri nominis non sunt Sacramenta. Ait quippe Tertullianus : Diabolus *sub gladio redimit coronam* (seu martyrium aemulatur)... *habet et virgines, habet et continentes.* S. Leo Magnus epistola xi ad Dioscorum Alexandrinum, al. l x x x i, capite 1 ordinationem Pauli et Barnabae appellat *benedictionis Sacramentum.* Par est conficere simul eos in presbyteros et Episcopos ordinatos esse: eoque loci agit Leo de die, quo sacerdotalis vel levitica benedictio celebrari debeat. Idem sanctissimus Pontifex in sermone (11), quem habuit in Anniversario assumptionis die, sic ait: *Cum huius divini sacerdotii Sacramentum etiam ad humanas pervenit functiones.* Verum ipsa patefaciunt verba non accipi Episcopatum a sacerdotio distinctum. Deinde cum diaconus esset Leo, ad summum Pontificatum, praemissa ordinatione presbyteri, ad Episcopatum evectus est: unde integra haec ordinatio dicitur *sacerdotii Sacramentum.* Ac demum *Sacramenti* vox accipi frequentissime solet a scriptoribus ecclesiasticis pro sacro quocumque ritu : quo sensu ab auctore Areopagiticorum apud s. Thomam in IV, dist. n, qu. 1, art. 11, obiect. g, *Monastica consecratio* vocatur Sacramentum.

Ambrosiaster De dignitate sacerdotali capite vhaec habet: « Ab Archiepiscopo sum nuper Episcopus ordinatus, cen» tumque ei solidos dedi, ut *Episcopalem gratiam* consequi » meruissem... Dic ergo mihi paulisper, frater Episcope, » cum dares pecuniam, quid accepisti ? *Gratiam Episcopa-*

» *lem* accepi. » Animadverte, in editione Mabillonii legi: *Ut Episcopalem gradum mihi conferret.* Argumenti ratio exposcit, ut *gratia* ista *Episcopalis* pro ipso gradu, vel honore, vel dignitate, vel potestate accipiatur. Hinc illa etiam habentur verba: *Caro suscepit dignitatem et anima perdidit honestatem ... nec Episcopus fuissem ordinatus, si pecunias non dedissem... Episcopus initiat Ordinem et Deus tribuit dignitatem.* Theodoretus libro IV Hist, eccl., capite xxin narrat: Saracenorum Duce postulante ut *Moses* quidam *monachus* genti suae *sacerdos ordinaretur,* induci haud unquam potuisse, ut a Lucio Ariano manus impositionem susciperet: *Te enim invocante,* inquientem, *non supervenit gratia Spiritus sancti,* propter contagium nempe communionis cum heterodoxo Episcopo. Probandum foret monachum illum iam antea presbyteratus Ordine insignitum fuisse, deque una Episcopali consecratione hocce in loco agi. Sed hunc denique locum ac paria plura Patrum dicta interpretantem Thomam audivimus de gratia Spiritus sancti *ex opere operantis* collata, quae *ad quamlibet,* ut inquit, *eminentiam status datur, nisi sit impedimentum ex parte suscipientis, cum sit ibi necessarium speciale auxilium gratiae, sicut in consecratione regum, et monachorum, et monialium.*

Concilia et Patres afferuntur, quorum dogma est indelebilem esse potestatem Episcopalem; ac valide presbyteros et ministros ordinari ab Episcopo, qui loco et dignitate cesserit aut gradu suo per ecclesiasticam sententiam deiectus foret. Hinc plerique inferunt consecratione Episcopatus imprimi characterem, illamque id omne habere quod ad Sacramenti rationem requiritur. Indelebilem fatetur Thomas Episcopalem potestatem, eamdemque iure divino annexam esse consecrationi seu ordinationi Episcoporum: simulque inficiatur eam dici oportere characterem. Loca eius plura num. i allata sunt: omnemque elevat difficultatem characteris notio, si recte ac probe constituatur. Aquinatis verba , quae habentur in Summa theologica parte 111, q. lxui , art. r et seqq. affero: «Quicumque ad » aliquid certum deputatur, consuevit ad illud consignari: » sicut milites, qui ascribebantur ad militiam, antiquitus » solebant quibusdam characteribus corporalibus insigniri, » eo quod deputabantur ad aliquid corporale; et ideo cum » homines per Sacramenta *(Baptismi, Confirmationis et Or* » *dinis, idest presbyteratus et diaconatus etc.)* deputentur » ad aliquid spirituale pertinens ad cultum Dei *(vel agen* » *dum vel recipiendum),* consequens est quod per ea fi» deles aliquo spirituali charactere insigniantur. » Consule quae latiore calamo num. 2 pertractata sunt. Ad Episcopum pertinet, veluti ad principem, obsignare, deputare, mancipare fideles ad obsequium et cultum divinum , praecipue maximeque positum *in Eucharistiae Sacramento et sacrificio peragendo aut recipiendo :* unde per Sacramenta, quae fidelibus administrat, characterem imprimit, non ipse charactere opus habens, *altioris cuiusdam ministerii potestate,* iure divino irrevocabili, atque consecrationi Episcopali annexa insignitus. Hanc ergo potestatem ipsamque consecrationem et ordinationem ut amittat, fieri humana ulla auctoritate non potest.

V. Postrema adversantium doctorum obiectio illis innitur et Canonum et Patrum dictis, quae enuntiant, *Sacerdotum Ordinem bipartitum esse, alium Episcoporum et alium presbyterorum:* et Episcopatu quidem contineri plenitudinem et summum imperium sacerdotalis Ordinis. Digna sunt animadversione Optati Milevitani verba libro I De schismate Donatist., num. 13: *Quid commemorem.... diaconos in tertio, quid presbyteros in secundo sacerdotio constitutos... Episcopos apices et principes omnium ?* Ambrosiaster in caput iv Epistolae ad Ephesios, vers. 12: *In Episcopo omnes Ordines sunt, quia primus sacerdos est, hoc est, princeps est sacerdotum.* Paria prostant plurima apud Thomassinum De veteri et nova Ecclesiae disciplina, parte I, libro I, cap. l et 11, quibus invicem collaris hanc ille sententiam efformat num. 9 primi capitis: « Episcopatus fons et origo est, » *inquiens,* omnium Ordinum et potestatum spiritualium. » Emicuit haec primum Episcopatus inexausta plenitudo » in Christo ... Exundavit in Apostolos... Apostolorum» que successores Episcopos... Ab hac scatebra manarunt » deinceps, rivulorum instar, dignitates et Ordines omnes » Episcopali apice inferiores... Quando igitur presbyter » (num. 10) in Episcopalem Ordinem sacra inauguratione » adsciscitur, non prior eius dignitas extenditur; sed tota » illi plenitudo superinfunditur sacerdotii, cuius rore tan» tum aliquo prius perfusus fuerat... Poterat presbyter » Deo filios gignere per Baptismum: at novae creaturae » vigorem roburque vegetum *(per Sacramentum Confirmationis)* non poterat indere. Peccata dimittere poterat, sed hanc eius potestatem pro arbitrio suo Episcopus » coarctabat. Offerre Deo incruentam victimam poterat: sed » ea lex invaluerat Apostolico iam aevo , ut nonnisi » vel deficiente vel absente Episcopo, eoque iubente, hanc » partem sacri muneris impleret; nec nisi templis, alta» ribus et vasis sacris, quae Episcopus consecrasset. Denique » verbo Dei poterat populos pascere, sed mandante Epi» scopo, tempusque illi et locum praefigente. Permagna » igitur erat haec presbyteri potestas, sed precaria et ob» noxia legi et imperio Episcopali. » Haec disserenti Tfiomassino iam praeiverat Petrus Aurelius, quem ipse laudat Thomassinus capite 11, num. 14.

Haec eadem docet omnia s. Thomas, quin ab ea recedat opinione, quae Episcopatum denegat Sacramentum esse et imprimere characterem. Docentem ipsum audivimus in IV, dist. xxiv, qu. nr, art. 11: *Episcopalem potestatem non esse tantum jurisdictionis, sed etiam Ordinis:* Ordinem esse Episcopatum, *si Ordo consideretur, secundum quod est officium quoddam respectu quarumdam actionum sacrarum.* Sacerdotem repraesentare Christum in hoc quod per seipsum aliquod ministerium implevit, *sed Episcopum in hoc quod alios ministros instituit et Ecclesiam fundavit:* ad Episcopum pertinere *mancipare alios divinis obsequiis, quasi cultum divinum ad similitudinem Christi statuentem et per hoc specialiter dici sponsum Ecclesiae.* Et libro IV Contra gent., capite lxxvi: *Episcopalem potestatem esse altius quoddam in Ecclesia ministerium ,* quod *excedit sacerdotium in his quae pertinent ad fideles: et ipsam sacerdotalem potestatem ex Episcopali derivari: quidquid arduum circa populum fidelem est agendum, Episcopis reservatum esse, quorum auctoritate etiam sacerdotes possunt quod eis agendum committitur : in his demum quae sacerdotes agunt, illos uti rebus per Episcopum consecratis, ut in Eucharistiae consecratione utuntur consecratis per Episcopum calice, altari et pallis.* Ampliora et praestantiora de Episcopis non dixere Patres, nec Petrus Aurelius, nec Thomassinus.

Verum cum ipse Episcopatus dicitur summum sacerdotium et sacerdotii plenitudo, vel ita intelligendum id est, ut sacerdotis potestatem erga corpus Christi mysticum augeat Episcopatus, ac plenam efficiat collata altioris cuiusdam ministerii potestate, vel etiam ut Episcopalis ordinatio id habeat, ut ipsum sacerdotium seu potestatem erga Christi Corpus verum, nisi prius collatam inveniret, per sese conferret. Priorem interpretationem communis amplectitur theologorum consensus, amplioremque illam potestatem erga corpus Christi mysticum characterem esse et Sacramento conferri, aiunt plures, inficiatur Thomas, quam frequens theologorum et canonistarum agmen sequitur.

At etiam nonnulli videntur fuisse, qui per Episcopalem ordinationem, si cuipiam nondum presbytero inaugurato adhiberetur, ipsam conferri opinati sint potestatem in Corpus Christi verum et plenam simul omnem potestatem in corpus Christi mysticum. Mabillonius Commentario in Ordinem romanum, capite xvi haec habet: « Utrum dia» coni ad Episcopatum electi per saltum apud Romanos » ordinati sint *(omisso scilicet presbyteratu),* non levis » momenti quaestio est. Partem affirmantem adstruere vi» detur libellus noster prior: eadem enim eius qui ex » diacono, atque illius qui ex presbytero ordinatur, con» secratio. Nimirum fortasse quia, ut sentit Hieronymus » epistola lxxxv *(ad Evagrium seu Evangelum) in Episcopo* » *et presbyter continetur.* Hanc sententiam confirmat Photii » adversus Romanos ista obiectio, *cur levitae Episcopi fie*» *rent, presbyterii gradu non prius accepto?* Hanc qui-

» dem obiectionem ex calumnia oriri dicit Ratramnus *(noni » saeculi scriptor);* eamque retorquet in adversarios, qui » *ex laicis subito tonsis faciebant Episcopos contra regulas* * *ecclesiasticas.* At Aeneas Parisiensis Episcopus *(eodem » saeculo nono)* facti veritatem non diffitetur, respondetque.. » Quod *in sublimitate maioris Pontificis consistat etiam » honor minoris sacerdotis.* Tum subdit: *Forsitan autem* * *illi qui de diacono ordinant Episcopum, praetermissa » benedictione presbyterali, assertioni beati Hieronymi, in » epistola loquentis ad Titum,* ex parte concredere viden- » tur, qui officium presbyteri in aliquo comparticipari af- » firmat ministerio Episcopali. » Et capite xvm: « Quae de » Episcoporum ordinatione per saltum in superiori capite » praemisimus, quoddam secundae quaestionis praeiudi- » cium est, Romanae Sedis electum, si quando ex dia- » conis creabatur, praetermisso presbyteri gradu, Pontificem » fuisse ordinatum. Id autem conficitur ex altero libello » nostro etc. » In eamdem ire videtur sententiam Fran- ciscus Pagius in Breviario historico-chronologico-critico Pontificum Romanorum, in Sabiniano, qui cum diaconus esset s. Gregorii, post huius obitum anno 604 ordinatus est Summus Pontifex: eamque consuetudinem docet abro- gatam iam fuisse tempore Gregorii VII, qui archidiaconus tantum erat; anno toy3 electus est Pontifex, prius ordi- natus presbyter et altera dic Pontifex. Stephanus IX, qui anno io5y Sedem Apostolicam conscenderat, Alphonsum Salernitanae sedis electum ordinaturus, *in ieiuniis martii primo presbyterum,* teste Leone Marsicano libro 11, ca- pite xcvm, *deinde sequenti Dominica Archiepiscopum* con- secravit.

Doctissimis hisce viris oppono doctissimum Thomas- sinum parte II, libro I, capite lxxxvi, num. i3 ubi ait: Te- mere Photium latinae obtrectasse Ecclesiae, quasi in ea Episcopi ex diaconis, non suscepto presbyteratu, ordina- rentur. Verba refert Nicolai I, qui Epistola i.xx ad Hinc- marum inter plures Graecorum calumnias et illam com- memorat, *quia diaconus, non suscepto presbyteratus officio, apud nos Episcopus ordinatur.* Addit Ratramni monachi testimonium ex libro IV, capite vm contra praedictam a Photianis excogitatam calumniam. Coniectatur vero, inde forsitan Graecos ansam captasse conviciandi Latinis, quod canones nostri sanxissent, ut *ex presbyteris vel diaconis* Episcopi deligerentur: inde concludentes tam immediate Epi- scopatum a nobis conferri diaconis quam presbyteris. Ani- madvertit *(num. 14)* Aeneam Parisiensem Episcopum illam ordinationem per saltum fassum quidem esse, sed trepido ac pene suspenso calamo, re non satis illi comperta et explorata. Romanam Synodum sub loanne XII celebratam anno 964 recenset, ex qua constat Antipapam Leonem VIII ordinatum primo fuisse *ostiarium,* tum *lectorem, acoly- thum , subdiaconum, diaconum* et tandem *presbyterum,* antequam *Pontifex* inauguraretur. loanni XII vita functo anno 964 suffectus est Benedictus V, qui diaconatus Ordine insignitus erat, detruso Leone. Cum is rursum Sedi Apo- stolicae redintegratus esset, Benedictum deturbavit, *omni- que* spoliavit ipsum, teste Luitprando libro VI, capite xi *Pontificatus et presbyteratus honore:* unde patet ad pres- byteratus Ordinem promotum illum fuisse, antequam Epi- scopus et Pontifex consecraretur. Pergit admonere Tho- massinus haec Photianis quidem et temporibus et crimi- nationibus posteriora esse exempla ; sed a specie veri tamem alienissimum videri, ut Photii calumniis id datum factum- que fuerit, quo aliquid in occidentalis vel Romanae sal- tem Ecclesiae moribus innovaretur. Adde demum, inquit, quod ordinationis alicuius Antipapae, v.g. Constantini, quem Anastasius Bibliothecarius aut alius quisque auctor *subdia- conum et diaconum* ordinatum refert, atque tum *Summum Pontificem,* ea esse possent vitia, quibus aliae similiter non claudicarent : ibi namque multa praecipitantur, quae alias expediuntur lentius.

Eadem est sententia Christiani Lupi in Dissertatione de Octava Synodo Generali capite v, calumnia ix inquientis: « Antiquissimus Romanae ac omnis sub caelo Ecclesiae » mos, per Synodum Sardicensem confirmatus, non solum » presbyterum, sed etiam diaconum permittit eligi in Epi- » scopum. Hinc impudens Photius suam a laico praevari- » catoriam electionem alieno vitio fucare moliens, calu- » mniari nos non erubuit, quod diaconos per saltum in » Episcopos et eligeremus et consecraremus. Verum huius- » modi saltum fuimus cum omni sub caelo Ecclesia semper » acerrime detestati. Etenim Ischyram, sancti Athanasii ca- » lumniosum accusatorem, quem per saltum Eusebiana » factio consecrarat in Episcopum, damnavit laudata nostra » Synodus Sardicensis etc. » Nullam et irritam, si contin- geret haec diaconi, praetermisso presbyteratu, inauguratio in Episcopum, frequentius illi etiam fatentur theologi, qui Episcopatum existimant Sacramentum ab eodem presbyte- ratu distinctum. Aiunt enim: *Episcopalem ordinationem ita esse a Christo institutam, ut essentialiter debeat praesup- ponere sacerdotium : adeoque valide non posse quempiam consecrari Episcopum, qui prius non esset sacerdos initiatus.*

Nonnullas ingerit difficultates Edmundus Martene De antiquis Ecclesiae ritibus lib. I, capite vm, art. in, num. to: « loannes, *inquit, s.* Galli discipulus, diaconus ordinatus » Episcopus Constantiensis est, presbyteratu non suscepto, » ut satis clare docet Strabo in vita s. Galli libro I, ca- » pite xxv » (apud Mabillonium Saeculo II Benedictino , et in Annalibus ad annum 613 num. 8). Valafridi Stra- bonis verba sunt: *Dux* (loannem) *diaconum venire fecit in medium... Licet renitentem in praesentiam Pontificum pertraxerunt et Ducis et levaverunt omnes pariter vocem, dicentes: loannem elegit sibi Dominus Pontificem hodie... Episcopi itaque duxerunt eum ad altare, et solemni bene- dictionis officio ordinaverunt Antistitem.* Auctoritas est ne- gativa, ut verbis utar Lupi loco priore superius citato : quae commissum saltum diserte non adfirmat. Simul presbyter et Episcopus consecrari potuit loannes, sed alia et alia con- secratione, vel eadem die vel diebus distinctis.

Constantini Antipapae exemplum adducitur ab eodem Martene: quod itaBibliothecarius in vita Stephani IV descri- bit num. 263 *(et seqq.)* apud Franciscum Blanchinum: *Cum nondum adhuc* (Paulus 1) *spiritum exhalaret,* agente Totone Duce Nepesinae civitatis, *elegerunt... Constantinum, fratrem eiusdem Totonis, laicum existentem...* Georgius Episcopus, *timore correptus, orationem illi clericatus tribuit, et ita cle- ricus effectus* est... *Alio vero die illucescente, secunda fe- ria, subdiaconus atque diaconus ab eodem Episcopo... con- secratus est... Adveniente dominico die... Pontifex ab eodem Georgia Episcopo Praenestino et aliis duobus... consecratus est.* Cum designentur in particulari gradus ecclesiastici a Constantino suscepti, et nulla fiat mentio presbyteratus ipsi collati, indicio est praetermissum prorsus ab eo fuisse. Ita nempe Martene. Thomassinum audivimus, hocce fortasse vitium contigisse in Antipapae ordinatione, in qua multa praecipitantur quae alias expediuntur lentius : ac tanti rem istam esse momenti, ut solo silentio perfici certe nihil pos- sit. Addere ergo liceat Constantinum presbyterum ac Epi- scopum vel eadem vel diversa die initiatum fuisse: fieri vero expressam *clericatus, subdiaconatus* et *diaconatus,* qui uno eodemque die suscepti fuerunt, mentionem, ut nota fieret illegitima Constantini ordinatio, ob eius ex laico adsumptio- nem, ac praetermissa inter Ordines interstitia contra sacro- rum canonum statuta. Pergit Martene, et ait: * In Concilio » Romano post Constantini depositionemaStephanoPapalll, » *(vel IV)* congregato sub anathematis interminatione veti- » tum fuit : *Ne ullus umquam laicorum, neque ex alio or- » dine, nisi per distinctos gradus ascendens, Diaconus aut » Presbyter Cardinalis factus fuerit, ad sacrum Pontfica- » tus Ordinem possit promoveri.* Ubi liberum fuisse relictum » videtur, ex utrisque Diaconis aut Presbyteris Cardinalibus » ordinari Pontifices. In eodem Concilio Actione III statu- » tum est etiam, ut Episcopi, quos Constantinus consecrave- » rat, si quidem *prius presbyteri fuerunt aut diaconi,* ad » pristinum Ordinem reverterentur, denuo ab Apostolico » *suscepturi benedictionis consecrationem.* » Liberum nempe relinquitur, ut Episcopi ex diaconibus vel presbyteris eli- gantur: qui vero diaconi dumtaxat fuerint, praetermisso presbyteratu, ordinari potuisse Episcopos aut Pontifices verba nulla diserte tradunt. Iterum vero statuitur ut inter Ordines, subdiaconatum, et diaconatum, et presbyteratum

interstitia observentur: in his vero, quod attinet ad presbyteratum, dispensatum innuitur, quoties diaconus eligeretur Episcopus iuxta mores Ecclesiae Romanae: facta demum contra canones ordinatione, decernitur, ut qui hocce cum vitio ordinati fuerint, ad pristinum gradum legitime susceptum reverti debeant, donec ab Apostolico benedictionis consecrationem accipiant: de qua dissident theologi, num haec fuerit caeremonialis tantum, an nova et vera consecratio. Rem quam disserimus, mirifice illustrat Benedicti V exemplum, quod superius memoratum est. Vita functo loanne XII narrat Luitprandus in Historia, capite xi libri sexti, Romanos, insuper habito Leone VIII qui contra ipsum loannem, Ottone Imperatore agente, evectus fuerat, *Benedictum Cardinalem Diaconum* constituisse *Papam*. An existimaveris, praetermisso presbyteratu, Episcopum et Papam consecratum fuisse? Te tua falleret opinatio. Ipse Luitprandus narrare pergit, Leonem sedi Apostolicae redintegratum, *omni Pontificatus et presbyteratus honore privasse* Benedictum: et *diaconatus eum ordinem habere permisisse.* Nedum ergo Episcopus inauguratus fuerat, verum etiam presbyter: ipsique diaconatus Ordo et honor relinquitur, quem legitime susceperat.

DISSERTATIO XXVIII.

De imperitissima ac iniqua anonymi galli censura, sanctum Thomam Aquinatem imperitiae accusantis in ea, quae remotiore viguit aevo, ecclesiastica varia disciplina.

CAPUT I.

Nuperi censoris galli iudicium de sancti Thomae Aquinatis eruditione. – 'Falso ac iniuria horam ignorasse dicitur, qua veteres, refectione sumpta, ieiunium solvebant. Peritia Thomae in ritibus in ieiunio ecclesiastico servatis.

I. ri arenam descendere cogor, pro s. Thoma Aquinate vindicias acturus, contra nuperum censorem gallum, qui parte illa sacrae eruditionis, quae veterem Ecclesiae disciplinam spectat, omnino destitutum Praeceptorem Angelicum traducit. Is est auctor operis gallice scripti, cui titulus: *Observations sur les écrits modernes.* Tomo nono, typis edito Parisiis anno 1737, epistola prostat cxxx, in qua recensetur *vita s. Thomae,* ab Antonino Touron gallico sermone elucubrata, cum criticis nonnullis animadversionibus. Auctor operis ex aliquibus locis idem ille innotescit, qui novissimam *omnium operum loannis Launoii* editionem Genevensem accuravit, eidemquc *vitam Sorbonici doctoris* abs se compositam inseruit. Ait enim: *Comme je l'ai remarqué dans sa vie* (ipsius Launoii)? ac rursum, *j'ai eu occasion d'examiner ce fait dans la seconde partie de la vie de Mr. Launoy.* Dicta quaedam huiusce. scriptoris, quae leguntur praefat. in tomum V operum Launoii, alio expendenda sunt loco et refellenda.

Praefata in epistola opusculum memorat *De monachatu Benedictino sancti Thomae Aquinatis* a lacobo Hyacintho Serry anno 1724 typis vulgatum: quod argumentis validissimis ab Antonino Touronio in eiusdem Aquinatis vita eversum profligatumque animadvertit. Eo in argumento ante Touronium nos operam nostram impendimus, eodem anno typis excuso Venetiis responso, quod inscribitur: *De fabula monachatus Benedictini divi Thomae Aquinatis: Responsio ad historicam disquisitionem de monachatu Benedictino etc.* quod opusculum nostrum recensitum prostat in *Trevoltinis eruditorum Diariis* anno 1725, mense ianuario, articulo x. Opellam pluribus auctam additamentis anno 1746 recudimus tomo V Venetae Bettinellianae Operum Thomae editionis ; ac primum inter has Dissertationes tenet locum.

Censuram profert, quae legitur in opere, *Huetiana,* inscripto, doctissimoque viro Petro Danieli Huetio Episcopo Abrincensi tribuitur: ac si *philosophicam* nitidam *methodum* in Operibus Thomae inficiarctur, *in divisione* vocum rerumque positam *ac definitione.* Futilem censuram, paradoxo quolibet admirabiliorem, vidit ipse scriptor anonymus: *Mais cette opinion,* inquiens, *est un faux paradoxe : et comme le dit le moderne historien* (Touronius), *il ne faut que des yeux pour se convaincre du contraire... Il est* (Thomas Aquinas) *l'inventeur de ce bel ordre.* Touronium consule in Vita libro IV, capite vu, §. 4.

Amplissimo celebrat is laudum praeconio theologicam in Operibus Thomae soliditatem peritiamque Scripturarum et fidei dogmatum: neque repugnantem habet censorem gallum, qui tamen partem illam eruditionis, quae disciplinam ecclesiasticam versat, plurimum in Aquinate imminuit aut eripit omnem. « Aliorum (u) eius aevi scholasti- » eorum exemplo *(inquit)* antiquam scrutari et addiscere » Ecclesiae disciplinam non curavit. Arbitrabantur illi hanc » semper viguisse disciplinam, quae servabatur eorum ae- » tate... Parum adeo mores antiquos callebat Aquinas, ut » horam videatur ignorasse, qua antiquitus, refectione sum- » pta, ieiunium solvebatur. Sed neque mutationes novisse » videtur, quae temporum cursu labente contigerunt in » Sacramentorum administratione. » In utraque huiusce censurae parte aut nimio praeiudicio occupatum animum, aut certe imparatum ad iudicium hisce de rebus ferendum, prodit homo, qui sibi munus censoris arrogat.

II. *Horam ignorasse videri Thomam,* inquis, *qua maiores nostri ieiunium, refectione sumpta, solvere consueverant.* Repono ego accuratissime ab Aquinate refectionis horam proponi, quae aevo suo definita erat: eamque simul clarissime indicari, quam tum veteres Christiani constituerant, tum etiam ludaei. Hac de re agit ille IIa IIae, qu. cxlvh, art. vu, et IV Sent., dist. xv, q. ni, art. iv, quaest. ni. Loco priore haec verba in argumento prolusorio proferuntur, sumpta ex *Concilio Calchedonensi* iuxta vulgatas mendosas editiones : « *In Quadragesima nullatenus credendi sunt* » *ieiunare, qui ante manducaverint, quam vespertinum ce-* » *lebretur officium:* quod Quadragesimali tempore post » nonam dicitur. » Refectionis horam, apud veteres Christianos consuetam, exhibent priora verba : quae vero addit Aquinas, consuetudinem proponunt aevo suo vigentem. Eadem auctoritas affertur in altero Commentariorum *in Sententias* loco : quae tamen *Concilio Cabilonensi* tribuitur. Sub eiusdem Cabilonensis Concilii nomine eadem verba describit Ivo Carnotensis in Decreto parte IV, capite xlv, et Gratianus iussu Gregorii XIII emendatus dist. l *De consecrat.,* capite l *Solent:* sed ea veluti sumpta *ex Decretis Silverii Papae* refert Burchardus, et veluti *ex Eusebio* Polycarpus. Exstant vero inter Constitutiones Theodulphi Aurelianensis Episcopi capite xxxix apud Labbeum in Collectione Conciliorum ad annum 797.

lamvcro critici hominis minime criticum iudicium patet, cui *Thomas videbatur horam ignorasse refectionis, qua veteres Christiani ieiunium solvebant.* Nonne vero hanc ille verissime et absque ulla ambage constituit cum Synodo Cabilonensi seu cum Theodulpho, *post vesperti-*

(a) A l'exemple des autres scolastiques; il ne s'appliqua point à chercher l'ancienne discipline de l'Eglise: tous supposoient que cette discipline avoit été la même, que celle de leur teins.... On prétend... que s. Thomas étoit si peu instruit de la discipline Ecclesiastique, qu'il paroit avoir ignoré l'heure à la quelle on mangeoit anciennement le jour de jeune. On ne voit pas non plus, qu'il ait connû les changemens arrivés dans la manière d'administrer les Sacrements.

num scilicet *officium ?* Hanc utique, non aliam definiunt veteres quique Patres, Tertullianus, Irenaeus, Epiphanius, Basilius, Augustinus, Benedictus, Bernardus aliique. Num antiquae disciplinae istius accumulare testes debuerat omnes Aquinas, qui illud tandem unum testantur, quod unustradit Theodulphus ? Nos auctorum et sententiarum multiplici testimonio ac textu paginas implemus: vel uno adhibito rei, qua de agitur, gravi probatoque testimonio, grandiora ac utiliora, quae animo moliebatur, scribebat Aquinas.

Ill. Pergit ille admonere : *vespertinum* illud *officium,* quo celebrato ieiunium solvebant veteres Christiani, *post horam nonam* aevo suo *celebrari* consuevisse. Vigentem suae aetatis morem nos docet: simulque, cum *horam nonam* memorat, peculiares quatuor horas illas indicat, quibus tum dies, tum etiam nox apud veteres mensurabatur, ac ipso fortasse Aquinatis aevo. Verbum unum a sancto Doctore positum, quod utique plenissime intelligebat, latiorem exposcit commentarium. Tum diem, tum noctem quatuor in partes tribuebant veteres: ac singulis partibus tres horas adsignabant. Pars *prima* priores tres occupabat horas, ab ortu solis numerandas: datoque signo horae tertiae completae, illud incipiebat trihorium, quod a signo dato dicebatur *tertia,* usque ad meridiem duraturum. A meridie, seu a signo horae sextae completae tertium computabatur trihorium, quod *sextam* appellabant, et a signo horae nonae incipiebat trihorium quartum vespertinum, quod *nona* dici consueverat, desinebatque cum solis occasu. Hinc vero colligendum est, quatuor illa *trihoria* aut horas duodecim inaequales fuisse per anni circulum: quae apprime callebat omnia sanctus Thomas unoque verbo indicavit.

Horam *nonam* distinguere oportet ineuntem et desinentem. Ineunte hora nona, principium erat vespertini temporis: desinente vero, tempus vespertinum complebatur. Prope finem horae nonae seu temporis vespertini, hoc est hora duodecima labente, *vespertinum* celebrabant *officium* Christiani veteres, sumptaque refectione solvebant ieiunium: quod Theodulphi testimonio patefacit Aquinas ac tradunt veteres scriptores. Aevo etiam suo s. Bernardus sermone ni in Quadragesimam, fratres suos adloquens: *Hactenus,* aiebat, *usque ad nonam ieiunavimus soli* (nos videlicet monachi, ab idibus septembris ad quadragesimam iuxta regulam s. Benedicti capite xli, ad horam nonam ineuntem): *nunc* (tempore quadragesimali) *usque ad vesperam* (circa finem horae nonae, seu quarti trihorii, seu hora duodecima labente) *ieiunabunt nobiscum pariter universi repes et principes, clerus et populus, nobiles et ignobiles.* Mitior Thomae aetate vigebat disciplina: qua permittente, *vespertinum officium* ineunte hora nona, seu tertio trihorio, seu hora decima celebrari consueverat, eodemque persoluto solvebatur ieiunium. Haec ad horam sextam sive circa meridiem temporibus nostris retracta videmus.

Ita vero ad vesperam ieiunium solvebant veteres Christiani ut in sumenda refectione *lumine lucernae non indigerent reficientes,* admonente sancto Benedicto in regula capite xli. Hanc veterem consuetudinem noverat Doctor Aquinas, cum ex illo more discrimen iciunii Christianorum sumat a iudaico, loco citato, quem illustramus, ad I: *In veteri Testamento,* inquiens, *ieiunabant usque ad noctem : non autem in novo Testamento.* Vesperam scilicet, quae in Levitico capite xxm, vers. 32, constituitur ieiunii terminus, scitissime Thomas intelligit solis occasum seu *noctem:* qua de re praeter ludaeos scriptores consule Augustinum Calmetum in Dictionario sacrae Scripturae et Ioannem Buxtorfium in Synagoga ludaica capite xxx. Cur ita vero? Aptissimam rationem accipe ab Aquinate: *Quod status veteris Testamenti,* inquiente, *comparatur nocti: status vero novi Testamenti diei, secundum illud ad Rom. i3: Nox praecessit, dies autem appropinquavit.* Similibus hisce mysticis rationibus nitebantur Ecclesiae Patres in huiusmodi institutione rituum, quos servandos proponebant.

Vespertinum illud *officium,* quo persoluto refectionem sumere licebat, nedum canonicas horas, quae *vesperae* dicebantur, intelligebat Theodulphus in verbis a Thoma allatis, verum etiam Missarum solemnia, quae celebrari antevesperas consueverant. Rem patefacit omnem integrum Theodulphi testimonium, quod profero: *Solent plures, qui se ieiunare putant, mox ut signum audiunt, ad nonam manducare* (ad horam scilicet diei nonam completam inchoatamque decimam seu initio quarti trihorii): *qui nullatenus ieiunare credendi sunt, si ante manducaverint, quam vespertinum celebretur officium* (circa finem quarti trihorii ac hora diei duodecima desinente). *Concurrendum est enim ad Missas et auditis Missarum solemnibus, sive vespertinis officiis* (quae post Missam persolvebantur, labente hora duodecima diei), *largitis eleemosynis, ad cibum accedendum est. Si vero aliquis necessitate constrictus fuerit ut ad Missam convenire non valeat, aestimata vespertina hora, completa oratione sua, ieiunium absolvere debet.* Edmundum Martene consule, qui rem hanc egregie illustrat, De antiquis Ecclesiae ritibus libro IV, capite xvm, num. 16 et 21. Quam reiicit loco citato Theodulphus, sancti Thomae aetate in usu communi erat hora, ad solvendum ieiunium constituta, nona diei completa seu decima inchoata. Quid vero *vespertini* illius *officii* nomine intellexerit Thomas, an horas canonicas, an etiam Missarum solemnia ? Utrumque sane intellexit ut suo etiam aevo observatum videbat. De celebrandae Missae tempore agit 111 p., qu. Lxxxtn, art. ir, et haec habet ad 3: *A nobis,* inquiens, *celebratur* (Missa) *hora Dominicae passionis, scilicet diebus festis in tertia, quando crucifixus est linguis ludaeorum.... Vel diebus profestis in sexta, quando crucifixus ex manibus militum.... Vel diebus ieiuniorum in nona, quando voce magna clamans emisit spiritum.*

Articulum Thomae, quo de agimus, nemo probe intelligat, qui haec omnia ignoret ad veterem ieiunii disciplinam spectantia: eadem ergo apprime noverat Aquinas, qui articulum scribebat; tametsi lato eadem sermone haud enarret, paucis tamen indicat verbis. Disserit praeterea luculentissime de constitutis ieiuniorum temporibus deque licitis illicitisque cibis: variasque proponit aut vetustas aut recens invectas consuetudines. Interdictum carnium esum docet art. vm ad 3, quod contra Launoium strenue tuentur eruditissimi viri. Qva pariter et lacticinia *quadragesimali tempore* Christianis *universaliter* interdicta tradit ibidem : simulque admonet *in aliis ieiuniis diversas consuetudines* obtinere *apud diversos: quos,* inquit, *observare quisque debet secundum morem eorum, inter quos versatur.* De ieiunii tempore art. v disserit: docetque quadragesimale ieiunium *ab Ecclesia* statutum et *ecclesiasticam consuetudinem habere* ut ieiunia quatuor temporum observentur, quae tamen *nec omnino eisdem temporibus quibus ludaei, nec propter causas easdem* aguntur a Christianis. Animadvertit denique ibidem *non esse ieiunium toto paschali tempore institutum,* indictumque Ecclesiae praecepto: tametsi fideles in vigilia Pentecostes, consuetudine ex pia potius devotione inducta, ieiunare consuescant, ut scite adnotat Franciscus Sylvius *(in loc. cit. S. Th. quaeritur fi).*

CAPUT II.

Varios vetustos ritus probe noverat Aquinas in Sacramenti Baptimatis administratione, ct Confirmationis, et Eucharistiae.

1. IVTon minus abhorrent a vero, quae altera censurae 1 x parte proferuntur. *Mutationes ignorasse Thomas videtur* (inquit scriptor gallus), *quae temporum cursu labente contigerunt in Sacramentorum administratiouè et illam semper* existimasse *disciplinam obtinuisse, quae servabatur eius aetate.* Quod ipse post Antoninum Touronium contra censuram Huetianam reposuit, ad rem hanc maxime facit: *Mais cette opinion est un faux paradoxe... Il ne faut que des yeux pour se convaincre du contraire.* Satis mihi fuerit, in praecipuas nonnullas, quae contigerunt, *mutationes* inquirere; peritiaeque, qua pollebat Aquinas, offerre specimina. Viri doctissimi, qui de ritibus Baptismatis agunt, adnotare solent, antiquam certis duntaxat diebus, maxime *in Pascha* et *Pentecoste,* baptizandi con-

suetudinein, saeculo iam undecimo desiisse. Veterum morem istum noverat Thomas, quem Leonis Magni auctoritate proponit III p., q. lxvih, art. m, simulque cum eodem Summo Pontifice casus necessitatis quovis tempore exceptos numerat, *mortis periculum, obsidionis discrimen, persecutionis angustias, timorem naufragii.* Leonis epistolam consule xvi, alias iv, ad universos Episcopos per Siciliam constitutos. Leonis textum sic effert Aquinas *(obiect. I):* « Dicit » enim Leo Papa: duo tempora, Pascha ct Pentecoste ad » baptizandum a Romano Pontifice legitime praefixa sunt: » *unde dilectionem vestram monemus ut nullos alios dies* » *huic observationi misceatis.* » Ubi verba italico, ut aiunt, charactere expressa ad Leonem pertinent: caetera titulum exhibent in codice canonum et apud Concilium Moguntinum I anno 847 celebratum capite in.

Ex eadem Pontificis epistola novitatem Siculorum promit, qui *Baptismi Sacramentum numerosius in die Epiphaniae, quam in Paschali tempore, celebrabant.* Adnotat ipse vero IV Sent., dist. vi, qu. n, art. 1, quaest. n ad 3: *Ideo non esse specialiter institutum Baptismum celebrari in die illa* (Epiphaniae), *ut excluderetur error quorumdam qui dicebant, nunquam Baptismum posse conferri nisi in die illa, qua Dominus bapti^atus est.* Novitate sua errandi certe praebere occasionem poterant Siculi.

Ablutionem in Baptismate consuetam triplici modo peragebant veteres *aspersione, effusione* maximeque *immersione.* Viget hodie effusionis modus: immersionem ferebat *communior usus* aevo Thomae, id ipso animadvertente III p., qu. lxvi, art. vit, iuxta consuetudinem apud veteres longe praevalentem. Triplicem adhibitam immersionem clamat omnis antiquitas: neque tamen ex antiquis et ex recentioribus defuerunt, qui Sacramentum sub unica tinctione administrarent. Morem utrumque indicat Aquinas, testibus advocatis Gregorio Magno et Concilio Toletano Quarto *(Can. V):* docetque, eodem Summo Pontifice praeeunte libro I, epist. XLin, alias xli, ad Leandrum Episcopum Hispalensem, *reprehensibile nullatenus esse infantem in Baptismate vel ter vel semel mergere.* Gussanvillaeus in notis haec habet: *Caeterum pro unica mersione non videtur sanctus Thomas testimonium ullum affere ante Concilium Toletanum IV, quod Gregorio Magno posterius fuit,* anno scilicet 633 celebratum. Iam vides virum doctissimum errasse.

Formam Baptismi diversimode apud Latinos ct apud Graecos enunciari consuevisse, minime latebat Praeceptorem Angelicum. Naevus illi cum latinis hominibus eius aetatis communis fuit, existimantibus formam apud Graecos deprecatoriis vel imperativis verbis expressam: *Baptizetur servus Christi talis in nomine Patris* etc. Legendum utique, *baptizatur.* Iacobi Goar in notis ad Euchologium Graecorum animadversio est *(in Baptism, offic. not. 20)*·. errandi occasionen sumptam ex affinitate graecae dictionis βχπτiζεται ad aliam latinam vocem *baptizetur.* Sed hanc graecorum formulam, sive indicativo, sive deprecatorio, aut imperativo modo conceptam aptissimis rationibus tuetur ille III p., q. lxvi art. v ad 1, et IV Sent., dist. m, qu. 1, art. n, quaest. n ad ,1.

Ritus alios quamplures, qui apud antiquos in usu erant in solemni Baptismi administratione, maximeque circa catechumenos rite praeparandos ad Sacramenti receptionem, ignoraveritne Thomas? Id neque dici, neque excogitari nisi per iniuriam potest. Pauca Thomae verba latiorem eius peritiam satis indicant: *De illis Sacramentalibus* (inquientis IV Sent., dist. vr, q. 11, art. 1, quaest. in ad 3), *quae pertinent ad solemnitatem Baptismi, quaedam fuerunt in Primitiva Ecclesia, quae nunc non sunt et quaedam postea superaddita sunt.* Cum auctore Areopagiticorum, vetusto sane scriptore, *ritum Baptismi* exponit ibidem quaest. ni citata, *qui in primitiva Ecclesia,* ac saeculis ab aevo nostro remotioribus, *servabatur in solemni celebratione Baptismi, quando adulti ad Baptismum veniebant,* variosque percurrere gradus catechumenatus adigebantur.

II. Statim post Baptismum conferri Sacramentum *Confirmationis* olim consueverat: isque usus multis in Ecclesia saeculis perseveravit, sed ineunte decimotertio iam passim obsoleverat. Vetustos mores indicat, casus etiam memorat tum temporis excipiendos, novamque disciplinam communem invectam exponit Angelicus Doctor III p., q. Lxxii, art. xu ad i! *Eadem tempora,* inquiens, *sunt praefixa Baptismo solemniter celebrando et huic Sacramento* (Confirmationis), *sed quia hoc Sacramentum a solis Episcopis datur, qui non sunt semper praesentes... oportuit, quantum ad communem usum, Sacramentum Confirmationis etiam in alia tempora differri.* Cum dioecesim perlustrabant veteres Episcopi, neophytis gratiam sancti Spiritus impertiri consueverant: quod etiam sequiore aetate hodieque observatum.

Eodem in loco articulo iv praecedente, communiorem Sacramenti formam tuetur, his verbis expressam: *Consigno te signo Crucis et confirmo te chrismate salutis:* aliarumque Ecclesiarum usum indicat, quae haec alia usurpabant verba, *Confirmo te chrismate sanctificationis,* quin ullum valori Sacramenti periculum immineret.

Proprium esse Episcoporum munus ut baptizatos in fronte consignent et sanctum Paraclitum tradant, ecclesiastica perennis apud Latinos consuetudo demonstrat, sacrae Scripturae testimoniis munita. Sed etiam adsumi presbyteros posse, veluti ministros extraordinarios, ad hanc frontis consignationem, sententia Aquinatis est. Verba eius haec sunt quaestione cit., art. xi ad 1: *Papa in Ecclesia habet plenitudinem potestatis, ex qua potest quaedam, quae sunt superiorum Ordinum, committere quibusdam inferioribus... Et ex hac plenitudine potestatis concessit beatus Gregorius Papa, quod simplices sacerdotes hoc Sacramentum conferrent, quandiu scandalum tolleretur.* Summi Pontificis verba ita refert: « Gregorius scribens lanuario Episcopo » (Calaritanb in Sardinia) dicit (libro IV, indictione xti, » epistola xxvi); *Pervenit ad nos quosdam scandalizatos* »*fuisse, quod presbyteros chrismate tangere eos qui ba-* » *ptizati sunt, prohibuimus* (epistola ix). *Et nos quidem se-* » *eundum veterem usum nostrae Ecclesiae fecimus. Sed si* » *omnino hac de re aliqui contristantur, ubi Episcopi de-* » *sunt, ut presbyteri etiam in frontibus baptizatos chris-* » *mate tangere debeant concedimus.* » Doctissimi Benedictini Sammauraei editores legendum iubent iuxta veteres mss. codices melioresque editiones *qui baptizandi sunt* et *in frontibus baptizandos.* Hinc ruere theologorum, quorum princeps Thomas, opinionem abitrantur de concessa presbyteris facultate chrismate ungendi in fronte baptizatos adeoque Sacramentum Confirmationis administrandi. Summus enim Pontifex permiserat Sardis (inquiunt) ut presbyteri chrismate *baptizandos,* non *baptizatos* consignarent: quae *baptizandorum* consignatio, tametsi in fronte, nonnisi ad ritum Baptismi referri debet. At melius denique consulti, rationes afferunt plures, quibus permoti cum Aquinate et cum scholasticis, etiam retenta lectione *baptizandorum,* sentire debeant.

Alia demum est chrismatis unctio in *vertice* aut *in cerebro* baptizatorum peragenda statim post baptismum, presbyterorum propria, quam memorat s. Thomas III p., q. lxvi, art. x ad 2, et exponit cum Rabano Mauro libro I De institutione clericorum (cap. χχχνιπ): quam ad Silvestrum primum, veluti auctorem, frequentius referunt scriptores.

III. Pauca adnotare liceat, quae ad *Eucharistiae Sacramentum* et *Sacrificium* pertinent. Communionem sub utraque specie, etiam laicis quibusvis elargiendam, tanquam iure divino necessariam, commenti sunt Boëmi heterodoxi, loannes Hus, Lutherani et Calvinistae. Errorem' validissime convellit Thomas III p., q.· lxxx, art. χπ. Varios tamen Ecclesiae antiquae mores, frequentioremque sub utraque specie communionem noverat: simulque animadvertit: *Provide postea cautum in Ecclesiis, ut populo Sanguis sumendus non daretur,* convenientissimis causis adigentibus.

De ritu illo in Parasceve Domini, partem *Hostiae consecratae immittendi in* calicem non consecratum, agit IVSent., dist. xm, q. 1, art. ti, quaest. m ad 2, eorumque opinionem aut errorem refellit, qui *vinum ex immissione partis hostiae in calicem consecrari* existimabant: *Non est verum,* inquiens, *quia transubstantiatio non fit sine debita forma*

verborum: unde post potum illum non liceret eadem die communicare. Ad trutinam vocat III p., q. lxxxii, art. n, *Consuetudinem quarundam Ecclesiarum,* iuxta quam *sacerdotes, cum de novo ordinantur, concelebrant Episcopo ordinanti,* simul cum eo verba consecrationis proferentes. Ritus convenientiam tuetur : admonetque *omnium intentionem ferri debere ad idem instans consecrationis.* Qua de re plura egregie disserit Ioannes Morinus De sacris ordinationibus parte m, exercit. vm.

Ritus varios exponit, qui vigebant in utriusque speciei dispensatione III p., quaest. cit., art. m. Speciem panis *nonnisi in necessitate, iubente Episcopo vel presbytero,* ab diaconis distributam verissime docet : adnuit vero diaconorum *officium* fuisse ut speciem vini dispensarent. Quod ab Aquinate discrimen positum uberius illustrant, antiquorum monumentorum fide, viri peritissimi, qui de ritibus agunt. Sed *adhuc hodie,* inquiebat sanctus Doctor aetate sua IV Sent., dist. xin, q. i, art. in, quaest. n ad i, *In quibusdam Ecclesiis Sanguis per diaconum ministris altaris dispensatuf.* Utroque loco verba refert s. Laurentii diaconi ad Sixtum Romanum Pontificem: *Experire, utrum idoneum ministrum elegeris, cui commisisti Dominici Sanguinis dispensationem.* Nourius asceta Sammauraeus doctissimus in editione operum s. Ambrosii, in notis ad cap. xli libri I De officiis ministrorum, lectionem hanc ex mss. codicibus praefert ac reposuit: *Dominici Sanguinis consecrationem.* Prostat lectio ab Aquinate adhibita in vita apud Lipomanum et in vita apud Iacobum de Voragine: *Quod est indicio* (Nourii verba sunt) *alicubi exstare exemplar aliquod* Ambrosiani libri, *in quo sic legatur.* Quo demum sensu vox *consecrationis,* si retinenda quidem sit, intelligi debeat, ipsum consule virum peritissimum.

His addo vetustum Ecclesiae Romanae morem ut Hostiae consecratae tres fierent partes, prima in calicem immittenda, altera sumenda ab ipso sacerdote, tertia ad finem Missae pro communicaturis aut infirmis reservanda. Hanc memorat consuetudinem Micrologus De ecclesiasticis observationibus capite xvn, eamdemque refert Aquinas III p., q. lxxxiii, art. v ad 8 sic addens: *Hic tamen ritus non servatur modo.*

CAPUT III.

Variam, quae viguerat, callebat etiam Aquinas disciplinam in Poenitentiae administratione, itemque in extrema Unctione, et in sacra ministrorum Ordinatione, ac demum Matrimonio.

I. Quaestio divi Thomae aetate agitabatur, num *forma absolutionis* in Sacramento Poenitentiae valida foret, *verbis deprecatoriis* expressa: idemque apud theologos dissidium hodieque fervet. In eam pro forma *indicativa* cum magistris Parisiensibus abierat sententiam Doctor Angelicus ut omnino reficeret deprecatoriam. Digna tamen sunt animadversione eius verba, quae in Opusculo XXII, habentur capite v: *Addit etiam* (scriptor quidam, qui adversam opinionem tenebat), *obiiciendo, quod vix triginta anni sunt, quod omnes hac sola forma* (deprecativa) *utebantur: Absolutionem et remissionem etc. Sed quomodo de omnibus potest testimonium perhibere, qui omnes non vidit.* Haec satis indicant duo, quae peritiam Aquinatis produnt: 1. Vetusta innotuisse Angelico Praeceptori monumenta cum *formula deprecatoria,* quam minime *sacramentalem* ipse censebat: 2. Visos etiam ab ipso codices, qui *formulam indicativam* praestabant. Sane fateri cogitur Edmundus Martene De antiquis Ecclesiae ritibus libro I, capite vi, art. v, num. 12: *In plerisque libris antiquis ritualibus mss. una cum orationibus reconciliatoriis, formulas quasdam absolutionis indicativas reperiri.* » Et ne quis, » *inquit,* libros illos tanquam recentiores novitatis insimu- » let, praetermissis illis qui sexcentos annos non superant, » quatuor hic produco vetustate et antiquitate plane vene- » rabiles: primum Egberti Eboracensis Episcopi Pontifi- » cale litteris saxonicis pereleganter scriptum... Secundum » Anglicanum monasterii Gemmeticensis, cuius caracter non- » gentos circiter annos refert : tertium Gellonense vetustis- » simum: quartum Rhemense s. Remigii, Tirpini Archie- » piscopi Pontificale vulgariter dictum, litteris longobardicis » scriptum. » Consule quae hac de re calamo latiore pertractavimus adversus Launoium Dissertatione XV11I, capite 11.

Poenitentiae publicae, vetustis temporibus frequentissimae, aetate Aquinatis non omnino obsoletae, effigiem delineat ipse IV Sent., dist. xrv, q. 1, art. v, q. m: « Omnis » solemnis poenitentia, *inquiens,* est publica: sed non con- » vertitur. Poenitentia enim solemnis hoc modo fit. In ca- » pite Quadragesimae tales poenitentes praesentant se cum » presbyteris suis Episcopo civitatis ante fores Ecclesiae, » sacco induti, nudis pedibus, vultibus demissis, coma de- » posita: et eis in Ecclesiam introductis, Episcopus cum » omni Clero septem psalmos poenitentiales dicit et post- » modum eis manum imponit, aquam benedictam spargit » et cinerem capitibus imponit, cilicio colla eorum operit, » et denunciat eis lacrymabiliter: Quod sicut Adam eiectus » est a Paradiso, ita ipsi de Ecclesia eiiciuntur. Et iubet » ministris ut eos ab Ecclesia pellant, clero eos persequente » cum hoc responsorio: *In sudore vultus tui etc.* In Coena » autem Domini, quolibet anno a suis presbyteris in Eccle- » siam reducuntur et erunt ibi usque ad octavam Paschae, ita » tamen quod non communicabunt,nec pacem recipient: et » sic fiat quolibet anno quousque aditus Ecclesiae est eis in- » terdictus. Ultima autem reconciliatio Episcopo reservatur, » ad quem solum spectat solemnis poenitentiae impositio. »

Quaestiones agunt eruditi viri de personis poenitentiae publicae olim obnoxiis, deque unitate eiusdem publicae et solemnis poenitentiae. Haud eas reliquit intactas Aquinas. Loco citato sic ait: *Potest autem imponi viris et mulieribus, sed non clericis propter scandalum... Publica autem et non solemnis, quae in facie Ecclesiae fit, sed non cum solemnitate praedicta, sicut peregrinatio per mundum cum baculo cubitali,... potest iterari et a simplici sacerdote iniungi: et potest etiam clerico imponi.* Ait etiam quaest. n praecedente: *Solemnis poenitentia iterari non debet propter tria: primo, he ex iteratione vilescat: secundo, propter significationem, quia est figura expulsionis hominis de Paradiso, quae est semel tantum facta: tertio, quia solemni^atio est quasi quaedam professio perpetuo poenitentiam conservandi, et ideo iteratio solemnitati resistit. Si tamen postmodum peccaverit, non clauditur ei locus poenitentiae : sed poenitentia solemnis iterum ei iniungenda non est.*

II. De *forma* in Sacramento extremae Unctionis adhibenda dubium movent theologi, qualis olim fuerit: et an absoluta, an deprecatoria, an utraque simul usurpanda sit. Eruditi non pauci viri censent, praeter *deprecatoriam,* in usu aliquando fuisse *absolutam* seu *indicativam* et mixtam demum ex utroque modo. Pro una deprecatoria forma stat Doctor Angelicus IV Sent., dist. xxnr, qu. 1, art. iv, quaest. 11 nimirum, *Per istam sanctam Unctionem et suam piissimam misericordiam, indulgeat tibi Dominus quidquid* peccasti etc. Neque tamen latebant ipsum, quae diversae ac indicativae videbantur, *in aliis Ecclesiis* usurpatae formulae, v. g.: *Ungo hos oculos oleo sanctificato, in nomine Patris, et Filii et Spiritus sancti, amen ; ut quidquid de illicito visu deliquisti, huius olei unctione expietur per Christum.* Mixtam potius dicendam esse hanc formam ipsa verba produnt. Ita vero exponi illam debere censet Aquinas loco citato ad 3 : *Quod verba illa indicativi modi, quae secundum morem quorumdam praemittuntur orationi, non sunt forma huius Sacramenti: sed sunt quaedam dispositio ad formam, inquantum intentio ministri determinatur ad actum illum per illa verba.* Posteriorem hanc formam contendit Hugo Menardus nota 912 in Sacramentarium Gregorianum, orationem appellari improprie: *Vere etenim,* inquit, *oratio non est.* At illa similesque vocantur *orationes* in eodem Sacramentario et in Ordinibus vetustis apud Edmundum Martene, primo, tertio, quarto, quartodecimo et vicesimo sexto. Cur vero propriae non fuerint *orationes?* Equidem Unctionis actio indicativo modo enunciatur; at caetera verba, quae Sacramenti effectum per sacram Unctionem obtinendum exprimunt, modum habent deprecationis: *Ut non lateat in te spiritus immundus: ut more militis praeparati*

possis aereas superare catervas: ut sit tibi haec Unctio ad purificationem mentis et corporis: ut quidquid illicito visu deliquisti, hac unctione expietur. At satis ostendisse fuerit mores vetustos atque varios apud Ecclesias non ignorasse Thomam.

Noverat etiam varias consuetudines, quod attinet ad partes corporis inungendas: *Illa unctio ab omnibus observatur* (inquiens loco cit., qu. II, art. III, quaest. II), *quae fit ad quinque sensus, quasi de necessitate Sacramenti. Sed quidam non servant alias: quidam vero illam servant quae ad pedes, et non quae ad renes.* Verba illa, *quasi de necessitate Sacramenti,* posita ab Aquinate videntur, ut variae, quae ferebantur, locum habeant opiniones: alia sane verba usurpaverat ipse ibidem qu. I, art. I, quaest. II nimirum *de perfectione Sacramenti.*

III. Divina fide constat praeter sacerdotium alios esse in Ecclesia Ordines, maiores et minores. Non ita septennario haesit numero sanctus Thomas, ut semper ac ubique septem fuisse ministrorum Ordines existimaverit. In eorum originem inquirit IV Sent., dist. XXIV, qu. II, art. I, quaest. II ad 2 ac ea tradere videtur, quae probabilibus theologorum opinionibus locum relinquant. Verba eius sunt: *In primitiva Ecclesia propter paucitatem ministrorum, omnia inferiora ministeria diaconis committebantur.* Areopagiticarum Auctoris testimonium affert. *Nihilominus erant omnes praedictae potestates, sed implicitae in una diaconi potestate. Sed postea ampliatus est cultus divinus: et Ecclesia* (maxime Latina) *quod implicite habebat in uno Ordine, explicite tradidit in diversis.* Suam eamdem aperuit mentem in Opusculo XIX, cap. IV, Contra impugnantes Religionem: *Sicut etiam in primitiva Ecclesia,* inquiens, *fuerunt soli duo Ordines sacri, scilicet presbyteri et diaconi: et tamen postea Ecclesia minores sibi Ordines instituit.* Num haec ita debeant intelligi ac si minores Ordines ex una proficiscantur ecclesiastica institutione, accuratiore examine non expendo: id vero certum compertumque vetustos ritus et antiquas origines innotuisse Aquinati.

Sententia eius fuit, Ordines maiores ac Sacramenta duo, *presbyteratum* ac *diaconatum,* ea perfici instrumentorum traditione, quae propriam illorum potestatem exprimunt: neque tamen manus impositionem ignoravit, aevo apostolico adhibitam, nec ullo unquam tempore praetermissam. Verba eius accipe, quae habentur ibidem qu. II, art. III: *Episcopus,* inquientis, *in collatione Ordinum duo facit: praeparat enim ordinandos ad Ordinis susceptionem et Ordinis potestatem tradit. Praeparat quidem et instruendo eos de proprio officio et aliquid circa eos operando, ut idonei sint potestatem accipiendi. Quae quidem praeparatio in tribus consistit, scilicet benedictione, manus impositione et unctione. Per benedictionem divinis obsequiis mancipantur et ideo benedictio omnibus datur. Sed per manus impositionem datur plenitudo gratiae; per quam ad magna officia sint idonei. Et ita solis diaconibus et sacerdotibus fit manus impositio, quia eis competit dispensatio Sacramentorum, quamvis uni ut principali et alteri sicut ministro. Sed unctione ad aliquod Sacramentum tractandum consecrantur: et ideo unctio solis sacerdotibus fit, qui propriis manibus Corpus Christi tangunt; sicut etiam calix inungitur qui continet Sanguinem et patena quae continet Corpus. Sed potestatis collatio fit per hoc, quod datur eis aliquid quod ad proprium actum pertinet.*

IV. Postremum est Sacramentum Matrimonii. Edmundus Martene De antiquis Ecclesiae ritibus libro I, capite IX, articulo I de gradibus consanguinitatis disserit, qui iuxta variam Ecclesiae disciplinam Matrimonium dirimebant. Rem hanc luculentissime enarrat Thomas IV Sent., dist. XL, qu. I, art. IV: *Dicendum,* inquiens, *quod secundum tempora diversa invenitur consanguinitas secundum gradus diversos Matrimonium impedisse. In principio enim humani generis solus pater et mater a matrimonio repellebantur... Postmodum autem multiplicato humano genere, per legem Moysi plures personae exceptae sunt... Sed postmodum in lege nova, quae est lex spiritus et amoris, plures gradus consanguinitatis sunt prohibiti... Et ideo antiquitus usque ad remotiores gradus consanguinitatis matrimonium impediebatur... usque ad septimum gradum... Sed postmodum circa haec ultima tempora* (Innocentii III aetate in Concilio Lateranensi) *restrictum est Ecclesiae interdictum usque ad quartum* gradum. Dispensandi in hisce auctoritate pollet Ecclesia: at Aquinatis animadversio est ibid., dist. XL, q. I, art. II, quaest. III: *Facilius et olim et nunc dispensationem fieri in remotis gradibus affinitatis, quam in remotis gradibus consanguinitatis, quia affinitas est minus vinculum.*

Nuptias secundas aegre tulisse veterem Ecclesiam, laudatus Martene ostendit cum caeteris viris eruditis: causam aperit s. Thomas ibidem, dist. XXXIII, qu. III, art. I ad I: *Chrysostomus,* inquiens, et alii Patres loquuntur *quantum ad causam, quae aliquando solet ad secundas nuptias incitare, scilicet concupiscentiam quae etiam ad fornicationem incitat.* Caetera praetermitto, quae data occasione aut lato sermone disserit aut indicat Doctor Angelicus, iure humano variabili pro temporum circumstantiis invecta.

Tametsi vero pauca veteris ac variae ecclesiasticae disciplinae exempla hactenus adduxerimus, ea tamen satis esse quis non videat, ut perperam ac iniuria a gallo scriptore dictum innotescat, *antiquam scrutari et addiscere Ecclesiae disciplinam non curavisse Thomam:* existimatumque ab ipso ac caeteris eius aevi magistris, *disciplinam illam semper servatam, quae vigebat eorum aetate:* ac *mutationes demum ignorasse, quae temporum cursu labente contigerunt in Sacramentorum administratione.* Neque hanc eruditionis partem, qua pollebat Aquinas, tam altius evehere mihi animus est, ut viderit ipse ac sciverit (quod alibi observatum), quae nonnisi post plura saecula, post improbos criticorum labores, post innumera e tenebris eruta antiquitatis monumenta effulserunt. Satius erat scriptori gallo Aquinatem cum Erasmo celebrare: *Qui iis, quae per eam tempestatem dabantur, tam dextre sit usus,* ut nullus etiam *recentiorum theologorum* sit, *cui par fuerit diligentia, cui sanius ingenium, cui solidior eruditio. (Annotat. ad cap.* I *Epist. ad Roman, v. 4).* Postremam nostram consule Dissertationem.

DISSERTATIO XXIX.

Adversus Petri Zornii, Hamburgensis heterodoxi, programma de varia sancti Thomae Aquinatis fortuna in scholis Pontificiorum, praesertim Gallorum: aliaque commenta et dicteria Adami Tribbechovii, heterodoxi Saxo-Gothani.

CAPUT I.

Partium studio in suo programmate laborat Zornius. Bona ac propitia sancto Thomae Aquinati, dum viveret, arrisit pro meritis fortuna. Sinistra nulla passus est Parisiis occasione censurae a Stephano Tempier Episcopo latae.

I· etri Zornii Hamburgensis, heterodoxi ho- 4 G»m'n's'*Programma* incidit in manus, in- «jj ksj scriptum *De varia fortuna sancti Tho- t'I *mae Aquinatis in scholis Pontificiorum,* Ai ^*fffifijjfpraesertini Gallorum,* quod prima vice «3 R°st°chii anno 1706 editum est, tum inter NC^Ueiusdem scriptoris *Opuscula sacra* tomo I semel et iterum recusum Altonoviae et Flesburgi anno 1743. Ad muneris mei partes, qui Admonitionibus in eiusdem Thomae Opera ac doctrinam Venetae Bettinellianae editioni inserendis, vel hisce Dissertationibus seiunctim editis, qualescumque labores confero, maxime spectare censui, ut variam hanc Doctoris Angelici fortunam ab homine heterodoxo enarratam diligentius expenderem. Legi libellum: quem si dixero indigestam confusamque scriptionem, crisi vacuam et ineptam, suaeque sectae praeiudiciis plenam,lucidissimam veritatem proferam, moderatique animi limites ne latum quidem unguem excedam.

Quod equidem notissimum ut fiat compertumque, integrum *programma* ac singulas partes eius ad examen, quod partium studio prorsus eliminato instituendum est, advocare liceat: «Quamvis scriptores *(initio libelli inquit)* modo » adducti, *Guillelmus dc Tocco, Bernardus Guidonis, Ni-* » *colaus Trivetus (quos veteres dumtaxat cum aliquibus* » *rccentioribus laudat),* de Thoma multa observaverint; » primus tamen scriptor, qui hic utramque facere poterit » paginam et cui non pauca nos debere grati profitemur, » est Petrus de Alva et Astorga, celeberrimus ex Ordine » Minorum scriptor. » Utramque ergo paginam *programmatis* efficiet Petrus de Alva et Astorga? Virum nempe intellige, qui medio saeculo praecedente elapso, animo palam infenso in Aquinatem, scripsit. Optimas criticae leges violat Zornius, quae iubent, synchrones supparesque factis, quae narrantur, consulendos esse scriptores: neque fidem vel ipsis praestandam clausis oculis, non antea diligentius perpensis eorum conditione, ac peritia, et studio, et animi affectibus. Has ego leges iure strictissimo servandas mihi impono, *programma* Zornii expendenti et refellenti.

lustam et obviam, quae contra Petrum de Alva et Astorga, tamquam ducem *Programmatis* delectum, fieri querela poterat, vidit heterodoxus auctor, satisque querenti cuique facere studet: « Dicet aliquis *(inquiens)* cum Io. » Andrea Schmidio in *prolusionum Marianarum prima,* » studio partium infectum parum favere (Petrum illum). » Sit ita licet; tamen multa praeclara observavit, ad veri- » tatis lancem exigenda, sine ulla gratia in Thomam et › odio. » Equidem *non pauca,* in suo programmate trascripta, *se debere* Petro illi, *gratus profitetur* Zornius. Num eadem *ad veritatis lancem exegerit* mox constabit. Absit sane, ut par est, in varia Thomae fortuna enarranda, gratia quaeque erga ipsum: absit et odium. An vero vacuum affectibus gesserit animum scriptor Hamburgensis, qui Petrum de Alva legit, lustravit corrasitque; scriptorum vero, qui apologetica scripta ediderunt, meminit nuspiam? Opera tamen pro Aquinate prostabant, a Francisco lanssens Elinga anno 1664 et 1665 vulgata, a Martino Harneyo et loanne Casalas eodem anno 1664, a Vincentio Baron anno 1666, a Seraphino Piccinardo anno i683, ab aliis etiam. Quis fuerit Petrus de Alva, quid in ipsum praestiterint laudati apologistae, iudicium ferat Casimirus Oudinus, minime bono, sed iniquo comparatus animo in Aquinatem. Plura habet ille in Dissertatione de scriptis eiusdem Doctoris: unam vel alteram animadversionem subiicio. Verba eius sunt capite xx: *Ita quidem Petrus de Alva ad aemulationem et invidiam sancto Thomae conciliandam.* Et capite xxv: *Probat thesim suam modicissimis coniecturis, litterato homine indignis... Utitur praeterea negativis argumentis, nihil omnino concludentibus: itemque mss. codicibus anonymis, quos omnes originalia novitius appellat semper. Vidisse me hominem recolo olim dum iunior essem, varias percurrentem bibliothecas, sedfestinanter... Unde nihil mihi mirum, quod tam modicam ex tot locis inspectis eruditionem hauserit. Hunc virum egregie dedolavit Franciscus lanssens Ordinis fratrum Praedicatorum... Idem praestitit fr. Martinus Harneyus ex eodem Ordine.* At Oudino fidem ne adhibeas, per me licet: lucidissime namque patebit veritas, purioribus collustrata radiis.

II. Opus ipsum auspicatur Zornius a bona et propitia quae Thomae viventi arrisit fortuna: «Thomas *(inquit)* » quoad vixit, extra omnem dubitationis aleam, puriorem » de sacris rebus sensum habuit: sed idem post mortem, » quae in annum 1274 incidisse dicitur, suos manes de- » mum et sinistra passus est fata. » Mors Thomae *incidisse dicitur,* inquit, *in annum 1274.* Emortualem epocham certissimam, quam nemo unus vocavit in dubium, sibi minime compertam fuisse indicat Zornius. Inscitia est, cuius pudeat hominem, qui de varia Aquinatis fortuna singulari programmate agit. Laudes excipio, queis *purior,* quem *de rebus sacris* Thomas *habuit, sensus* celebratur: at hominis heterodoxi praeconium cum suspectum esse queat, *puriorem sensum in rebus sacris,* benevole lector, intellige Catholicae, Apostolicae, Romanae Ecclesiae semper et ubique in Operibus eius omnino consonum.

Hanc vero bonae Thomae Aquinatis fortunae partem quis non videat nimium ieiune a Zornio expositam? Nonnulla profero certissima documenta, quae doctrinae eius praestantiam et puritatem patefaciunt. Hanc noverat Cancellarius Parisiensis, qui anno 1256 ineunte, nequidquam factiosis quibusdam Academicis repugnantibus, *licentiam* Thomae baccalaureo, ut aiebant, concessit Commentarios in Sententias Petri Lombardi nomine suo, proque magistri munere, coram palamque tradendi in Gymnasio Saniacobaeo. Hac de re certior factus Alexander IV Summus Pontifex, litteras ad Cancellarium scripsit eodem anno v *idus martii,* quibus *delectabile* sibi fuisse *auditu* testatur: *quod*

dilecto filio fratri Thomae de Aquino Ordinis Praedicatorum, viro utique nobilitate generis et morum honestate conspicuo, ac thesaurum litteralis scientiae per Dei gratiam assecuto, dederit licentiam in theologica facultate docendi. Studiorum cursu in Parisiensi Universitate expleto, in Italiam anno 1261 remigravit. Quo eius doctrina haberetur in pretio, plura docent Opera, quae *ad petitionem Urbani IV* teste Ptolomaeo de Luca libro XXII Hist, eccles., capite xxiv elucubravit: nempe *Opus continuum in quatuor Evangelia,* Examen theologicum libelli ab eodem Pontifice oblati *Contra errores Graecorum* et *Officium Corporis Christi.* Pro zelo, quo sanctus Raymundus de Pennafort saracenorum et infidelium salutem aeternam deperibat, Opus Aquinati iniunxit, Petro Marsilio eius aevi teste, quod eorum ad conversionem utile foret: illudque perfecit s. Thomas inscriptum, *De veritate fidei catholicae.* Tantum Doctorem diutius absentem passa non est Universitas Parisiensis: iterumque docentem ab anno 1269 ad 1271 ipsum audivit. Eodem ad finem vergente anno, cum in Italiam remigrasset, ipsum ad regendas Neapoli scholas accivit rex Carolus Andegavensis, lato diplomate *prima indictione mens, octobr.* Principes viri Rex Cypri et Comitissa Flandriae, Archiepiscopus Panormitanus, archidiaconus Tridentinus, Magister Generalis Ordinis Praedicatorum, cantor Antiochenus, sacrae theologiae lectores, plures alii oraculum Thomae adibant, ut responsa in dubiis, quae emergebant, controversiis obtinerent: ipsisque factum satis, egregiis Opusculis elucubratis. Sancti Doctoris obitum litteris anno 1274 datis indoluit Universitas Parisiensis, in quibus praestantissimi theologi testantur: *ab collegio* suo *requisitum* Thomam anno 1272 ut tertia vice docentem audirent, *non potuisse obtinere,* utpote scholas neapolitanas regentem. Cum vero degentem inter vivos habere ipsum non potuerint, eiusdem *iam defuncti ossa pro maximo munere* postulant: *quoniam omnino est indecens et indignum,* inquientes, *ut altera natio aut locus, quam omnium studiorum nobilissima Parisiensis civitas, quae ipsum prius educavit, nutrivit, et fovit, et postmodum ab eodem doctrinae documenta et ineffabilia fomenta suscepit, ossa inhumata habeat et sepulta.* Demum *humiliter supplicamus* (ad generalia Ordinis Comitia scribebant) *ut cum quaedam scripta, ad philosophiam pertinentia et spectantia, Parisiis inchoata ab eo, in suo recessu reliquerit imperfecta... nobis benevolentia vestra communicari procuretis.* Tam magno scilicet in pretio Opera Thomae habebant magistri Parisienses, ut minimis etiam carere quibusdam tractatibus non paterentur. Haec abs scriptore, qui variam Thomae fortunam enarrat, absque nota praetermitti potuisse dixerit nemo.

III. Quinam fuerint manes, quaenam sinistra fata, quae post Aquinatis obitum fama et doctrina eius passa sit? « Cum in Academia Parisiensi pessimi quique errores post » Thomae obitum sensim pullulare inciperent *(inquit Zor-* » *nius),* Stephanys de Tempier Episcopus Parisiensis an- » no 1277 errores ccxxn publicis litteris damnavit ipse et » ab aliis damnandos curavit. Rumor tum nescio quis in » vulgus exiit, in illa Stephani epistola doctrinam Thomae, » sive maiorem partem sive integram fere spectes, tangi: » maxime cum errores, quorum sensum explicationemque » reiecerat Stephanus, ad litteram in Thomae scriptis re- » periri crederentur... Iam igitur de Thoma eiusque aesti- » matione videbatur actum; sed cum anno 1323 Thomas » a loanne XXII in Sanctorum numerum adseriberetur et » tunc temporis Stephanus de Bourretto Episcopus Parisien- » sis esset, patres Praedicatores per suos nuncios, publico » totius Ordinis sui nomine et consilio, anno 1324 a Ste- » phano conceptissimis verbis petierunt, ut praedicta an- » tecessoris anathemata, quae vel tangebant vel tangere » saltem videbantur doctrinam Thomae de Aquino, e medio » tolleret. Neque vero abnuit Stephanus de Bourretto: sed » relicto precibus loco, antecessoris excommunicationem » per litteras obliteravit prorsus. » Imminuta sunt aliqua, alia falsa; ac his mala fides immixta. Dicuntur *pessimi quique errores post Thomae obitum sensim pullulare incepisse.* Gratulandum Aquinati, qui tam validum hisce commentis, dum scholas Parisiis regeret, sanae doctrinae praesidium opposuerit, ut nonnisi *post eius obitum* pullulare ipsa inceperint. *Rumor tamen nescio quis in vulgus exiit, in epistola Stephani,* quae plurimas anathemati subiecerat theses, *doctrinam Thomae tangi:* at *rumori nescio cui* prudens nemo fidem adhibeat. Par erat, ut pro munere sibi imposito litteras Antistitis Parisiensis adiret Zornius, ipsiusque mentem vanitatemque *rumoris* addisceret. Haec enim disertissime scripta leguntur: *Magnarum et gravium personarum crebra, qeloque fidei accensa insinuavit relatio, quod nonnulli Parisiis studentes in artibus, propriae facultatis limites trascendentes, quosdam manifestos et exeerabiles errores, imo potius vanitates et insanias falsas.... quasi dubitabiles in scholis tractare et disputare praesumunt.* An Thomas fuerit, qui inter *Parisiis studentes in artibus* numerari debeat? An ille, qui cum sacras doctrinas tradiderit e suggestu ac plurimis editis Operibus illustraverit, *propriae* nihilominus *facultatis limites excesserit*? An ille demum *manifestos et exeerabiles errores, vanitates et insanias falsas* invexerit, a quo se *doctrinae documenta et ineffabilia fomenta suscepisse,* integra et grata profitetur Universitas Parisiensis? Haec Stephani verba luculentissimum perhibent innoxiae a Thoma traditae doctrinae testimonium. An obieceris cum Petro de Alva et Astorga, theseos damnatae, de modo differentiae inter Angelos intercedentis, auctorem alicubi enunciari *Fratrem Thomam?* At manus interpolatricis audaciam et fraudem evincunt edita plura thesium damnatarum exempla ac manuscript! Sorbonici codices a Carolo Duplessis d'Argentrè allati in Collectione iudiciorum de novis erroribus, in quibus verba illa desiderantur.

Rumor attamen nescio quis in vulgus exiit, *in illa Stephani epistola doctrinam Thomae, sive maiorem partem sive integram fere spectes, tangi.* Aiebat Petrus de Alva *doctrinam divi Thomae fuisse interdictam quoad ducentos viginti duos articulos:* buccas rumpere videtur Petrus Zornius, *maiorem* doctrinae Thomae *partem, sive integram fere,* in eadem epistola *tactam* effutiens. Thomae doctrinam, quam damnatam ait, *ad articulos ducentos viginti duos* redigit ille: *integram fere,* a Thoma traditam in Operibus suis doctrinam, anathemati subiectam refert iste. Nempe illud insanum, insanius istud: ac *mirum, quomodo* vel Petri de Alva vel Petri Zornii *assertio* (ut verbis utar Oudini) *in mentem honesti hominis ingredi atque e lingua egredi potuerit!* Sed vestigia ducis sui sequens homo heterodoxus: *Maxime,* inquit, *cum errores, quorum sensum explicationemque reiecerat Stephanus, ad litteram in Thomae scriptis reperiri crederentur.* Sunt aliquae theses, quibus inest adiuncta pravi sensus damnati ac boni et innoxii explicatio. Cur hanc *explicationem a Stephano reiectam* imponis? Imo thesium damnatarum collector explicationem addidit, ut Stephani mens in ea censura innotesceret, Sylvio animadvertente in Oratione apologetica pro s. Thoma Aquinate. Quod si doctrinam Thomae damnaverit Stephanus *aut integram fere* aut *quo ad articulos ducentos viginti duos;* ad litteram ergo prostabit in eius Operibus articulus primus, *Quod Deus non est trinus et unus:* ac secundus, *Quod Deus non potest generare sibi similem:* et tertius, *Quod Deus non cognoscit alia a se:* et quartus, *Quod nihil est aeternum a parte finis, quod non sit aeternum a parte principii:* et quintus, *Quod omnia separata, coaeterna sunt primo principio* et similes alii quamplures. Insani capitis haec sunt deliria.

Rumorem, qui contra Thomae doctrinam in vulgus exiit, refert Zornius. Cur silentio praeterit rumoris auctores? Cur gravissimos Thomae apologistas non memorat? Haec utique ad variam eius fortunam, si qua fuit, omnino pertinent. Ignorat nemo, rumoris praecipuum auctorem fuisse Guillelmum *la Mare,* vel *de Mare,* seu *de la Mare,* quem Wadingus, nobilis Annalium Ordinis Minorum scriptor, ad annum 1290, num. 18 vocat *serium nimis indagatorem eorum, quae obiicere posset contra sanctum Thomam.* Librum edidit anno 1284 inscriptum, *Correctorium fratris Thomae:* cui sine mora apologiam, quam inscripsere *Correctorium corruptorii fratris Thomae,* opposuerunt intrepidi vindices, Richardus Clapoel anglus, loannes

Parisiensis huius nominis alter, Aegidius de Columna romanus aliique anonymi. Haec vero quisquis animadvertat serio, minime cum Zornio dixerit, *de Thoma eiusque existimatione fere actum fuisse.* Imo Thomae existimatio incrementa habuit maxima. Stephanus quippe de Bourretto et ipse Antistes Parisiensis, rumorem, qui contra Thomam exiit in vulgus, cohibuit compressitque, litteris datis *apud Gentiliacum anno Domini i324, die iovis ante sacros Cineres,* stylo novo 1325.

In his *antecessoris anathemata, quae vel tangebant vel tangere saltem videbantur doctrinam Thomae de Aquino, obliteravit prorsus.* Zornii verba sunt, quae minime Stephani sententiam exprimunt. Haec ita se habet: *Supradictam articulorum condemnationem et excommunicationis sententiam, in quantum tangunt vel tangere asseruntur sanam doctrinam sancti Thomae.... totaliter annullamus.* Persuasum erat viro doctissimo, ea mente Stephanum de Tempier *quosdam articulos* damnasse, *ne forsitan eos male intelligentes caderent in errorem.* Siquidem petulantes quidam *studentes in artibus ac propriae facultatis limites trascendentes,* putida Averrois et Arabum commenta vulgabant in scholis ; eademque ut facilius inveherent, innoxiarum cortice thesium tegebant. Tres vel quatuor, paucissimae sine dubio, littera inspecta, prostabant in Operibus Thomae, sed alio sensu : hinc in tuto ut poneret ab eodem Doctore propugnata dogmata sive philosophica sive theologica, obliterate *articulorum condemnationem et excommunicationis sententiam,* censuit vir prudentissimus sub his verbis: *In quantum tangunt vel tangere asseruntur* (non *videntur,* ut Zornius) *sanam doctrinam s. Thomae.* Tactam revera ab antecessore doctrinam Aquinatis minime existimabat: infensum tamen aliquorum animum noverat, qui id *adserebant.* Lata sententia hostes debellavit, animumque suum aperuit praeconio laudum, quo Thomam celebrat : *Fuit,* inquiens, *universalis Ecclesiae lumen praefulgidum, gemma radians clericorum, fons doctorum, Universitatis nostrae Parisiensis speculum clarissimum et candelabrum insigne ac lucens: per quod omnes, qui vias vitae et scholas doctrinae sanae ingrediuntur, lumen vident: claritate vitae, famae clarae et scientiae lucidae, velut stella splendida et matutina, refulgens.*

At *patres Praedicatores,* inquit Zornius, *per suos nuncios, publico totius Ordinis sui nomine et consilio, a Stephano conceptissimis verbis petierunt, ut praedicta antecessoris anathemata e medio tolleret. Neque vero abnuit Stephanus, relicto precibus loco.* Commune Praedicatorum Ordinis votum istud fuisse, pro certo habeo: at supplices libellos a viris dignitate et doctrina clarissimis oblatos eiusdem Stephani de Bourretto litterae docent. Cur eas non legerit Zornius? Habeo: *Venerabiles viros, Decanum et Capitulum Ecclesiae* Parisiensis... *per venerabilem virum magistrum Annibaldum Decanum, Atrebatensem archidiaconum , sacrae theologiae doctorem et dominum Petrum de Fagello Parisiensem canonicum, eorum propter hoc nuncios ad nos specialiter destinatos, nos requisivisse, nobisque supplicasse* etc. Habeo etiam, supplices libellos datos *a venerabili patre domino Guillelmo Dei gratia Viennensi Archiepiscopo sacrae theologiae professore et aliis viginti tribus magistris in theologia.* Habeo demum *litteras triginta novem baccalaureorum in theologia, super hac re consulentium et rogantium.* Pollicitus erat Zornius nihil se ex libellis Petri de Alva et Astorga transcripturum, quod *ad veritatis lancem* non exigeret. Transcripsit sine dubio omnia: ad veritatis lancem exegit nihil.

CAPUT II.

In negotio loannis de Montesono, nihil doctrinae sancti Thomafc derogatum. Imperita Petri Alliacensis censura. Aquinas tractatum scripsit nunquam Dc concordantia dictorum suorum. Vindices Thomae inscite memorat Zornius. Germana eiusdem Opera perperam pauca numerat ac impudentissime corrupta adserit.

I· « px eo tempore *(pergit ille)* Thomae scripta in scholis » 1—/publice coepta sunt perlegi et commendari (ad ne» gotium usque, quod anno i 387 habuit loannes de Mon» tesono cum Academia Parisiensi). Quae (Universitas) » obiecit Thomae tot in fide errores, tot contrarietates, » tot repugnationes, etiam in materia ad fidem pertinente. » Nota legitur in margine: «Ante alios Petrus de Alliaco in » libro contra loannem de Montesono contradictiones in » Thoma apparentes collegit. Sed ad istas repugnantias con» ciliandas testatur loannes Vitalis doctor parisiensis, Tho» mam ipsum scripsisse *librum Retractationum.* » Dubium nullum ad lancem veritatis haud curasse Petrum Zornium ea examinare, quae ex Petro de Alva colligebat. Thomae obiecerit Academia Parisiensis *in fide errores?* Magistros, qui contra Montesonum anno 1887, stylo novo l 388 die 14 mensis februarii apud sanctum Mathurinum sententiam tulere, luculentissime testantes habeo: *Nos millesies diximus... qualiter sancti Thomae doctrinam in dicta nostra condemnatione nequaquam reprobamus.* Quid? quod ipse Petrus de Alliaco, qui plus nimio calamum acuit, in Actione sua dicta Avenione in Consistorio num. 2 sic ait: *Protestamur, quod contra honorem et reverentiam sancti Thomae de Aquino, aut doctrinae ipsius nihil omnino proponemus.* Dixerat etiam in Sermone l coram Papa-Clemente, in eius obedientia VII: *Quod nulla earum (thesium,* quae damnandae proponebantur contra Montesonum) *ex dictis sancti Thomae dogmatizanda sit, quamvis possem ostendere, nunc omitto.* Haec sunt inconcussa documenta, quibus non *varia,* sed bona semper ac propitia pro meritis fortuna Thomae innitur.

II. Candido tamen fateor animo, minus aequum in sanctum Doctorem praebere se Petrum Alliacensem in fusiore, quem edidit, hac de re tractatu. Exempla *errorum divi Thomae* capite l, et exempla *contrarietatum etiam in materia ad fidem pertinente* capite nr adducit ille. ludicem ego postulo aequissimum, qui sine gratia et odio sententiam ferat. « Primum exemplum errorum I. p. Summae, » q. xlvh, artic. ult. in resp. ult. arg.: *Quod non est possibile* » *aliam terram esse quam istam, quia omnis terra natu*» *raliter ad hoc medium ferretur, ubicumque esset.* » Quae praecedunt verba Thomae, haec sunt: *Mundus constat ex tota sua materia :* quibus innotescit de uno illo sanctum Doctorem loqui mundo, qui est. Hinc verba quae sequuntur, par est intclligi debere *secundum potentiam mundi materialem,* ut *(ib.)* ait Sylvius, et *spectato eo rerum cursu qui nunc est: non autem secundum potentiam Dei Creatoris, neque spectato illo rerum cursu, quem ipse potest pro suo beneplacito dare.* Consule ibidem, quae aptissima Thomae documenta afferuntur. Iam primus error in auras abit. « Se» eundum exemplum infra quaest. l , art. iv, et quaest. lxxv, » art. ult.: *Quod impossibile est duos Angelos esse eiusdem* » *speciei.* » Thesim innoxiam pro genio ingenioque vel tuentur vel reiiciunt theologi ac philosophi in scholis. Nihil enim divinitus Ecclesiae Catholicae traditum est, quod Angelorum differentiam, qualis ea demum constituenda sit, clare detegat. « Tertium exemplum infra quaest. lxxvi, art. m » et vin: *De unitate formae substantialis in homine.* » Indicium accipe Guillelmi Ochami in Dialogis I p., libro II, capite xxn: *Dicunt quidam quod damnatio* (praedictae theseos similiumque a Roberto de Kildwardbi Archiepiscopo Cantuariensi lata) *temeraria existebat, eo quod veritates, ut dicunt, condemnavit. Unde et quidam alius Archiepiscopus* (Corinthi, Guillelmus de Morbeka) *ipsum de dicta damnatione acriter reprehendit... Plures alii ipsam* (damnationem) *fuisse temerariam reputarunt. Plures enim Parisienses doctorcs et scholares assertiones* damnatas (a Kildwardbio et postea a loanne Pekamo) *publice tenuerunt.*

« Primum exemplum contrarietatum in materia fidei, » I Sent., dist. xi, quaest. unica, art. tv: *Quod Pater et Filius* » *possunt dici sicut duo spiratores.* In prima vero parte » Summae, quaest. xxxvi, art. ult. ad ult. : *Quod sunt unus* » *spirator et non duo.* » Nempe utrobique *duorum spirantium* enunciatio sustinetur: etiam *duorum spiratorum* priore in loco, *minus proprie:* at *spiratoris unius* loco posteriore, *melius,* et salva substantivi nominis proprietate. Quid reprehensione dignum ? « Secundum exemplum, quia » in II Sent., dist. l quaest. 1, art. m. dicit, *quod creatio* » instrumentaliter communicari potuit creaturae, sustinens » in hoc opinionem Magistri... In prima vero parte

» Summae, quaest. xlv, art. v dicit, quod non. » Nimirum genus est controversiae, quod ad fidem non attinet. Opinionem Magistri Sententiarum, quam non reficit Thomas Commentator, reiecit postea provectus aetate. Nodum in scirpo quaerit qui haec obiectat. « Tertium exemplum, quia » in III Sent., dist. vi, quaest. i, art. II dicit, quod prima » opinio ibi posita a magistro non est haeretica, licet sit » falsa : scilicet, quod *Filius Dei assumpsit hominem,* ex » humana carne et anima rationali constitutum... in Ter» tia vero parte, quaest. n, art. vi in fine dicit, quod est » haeretica et condemnata in Concilio. » Opinabantur nonnulli apud Magistrum Sententiarum, Filium Dei absumpsisse naturam humanam, non individuam solum, verum etiam aliquo modo subsistentem, minime vero personam; subsistentiam in homine a persona subtilius distinguentes. Opinionem passim insequitur Doctor Aquinas, tamquam *inintelligibilem et impossibilem :* ab inurenda haereseos censura primo loco abstinuit : thesim notat loco altero, veluti *erroneam et incidentem in haeresim* Nestorii in Ephesino Concilio damnatam. In his antilogiam somnias, quae nulla est. « Quartum » exemplum, quia in IV Sent., dist. xxxvm, quaest. i, art. iv, » ad 3 dicit, *quod potest Papa dispensare in voto* (solemni) *continentiae.* Et IIa IIae, quaest. Lxxxvni, art. xi dicit, » quod non.... Sed haec secunda opinio videtur esse erro» nea in fide, cum sit contra observantiam Ecclesiae, quae » in tali voto quandoque dispensavit. » Animadverte, Thomam loco priore *alios* referre, qui *dicunt probabilius,* in voto continentiae et in voto religionis dispensari posse, *si communis utilitas totius Ecclesiae, aut unius regni vel provinciae exposceret:* loco altero verba eius esse moderatione plena, *ideo aliter,* inquientis, *videtur dicendum.* Alterutram opinionem pro libito amplectuntur theologi ac tuentur: quaeve dispensationum exempla afferri solent, ad criticorum leges exacta, dubia sunt. Quis vero non admiretur, tam pauca in Operibus Thomae post improbam perquisitionem ab Alliacensi inveniri potuisse, quae vellicarentur? Sane imprudens ille fuit, qui doctrinas innoxias, veluti errores traducere nimia confidentia voluit: illi vero insani, qui veteres calumnias, toties profligatas instaurare nituntur. Hac de re egimus uberiore calamo in alia Dissertatione (XXVII).

III. Sed alias plurimas in Operibus Thomae prostare antilogias, indicat Zornius: *Ad quas,* inquit, *conciliandas, testatur loannes Vitalis Thomam ipsum scripsisse librum Retractationum.* Ipse Petrus Alliacensis post superiora allata exempla, postremum *generale* profert : *quod sumitur,* inquit, *ex quodam tractatu sancti lliomae De concordia quorumdam dictorum suorum inter se discordantium, qui incipit:* Pertransibunt plurimi, et multiplex erit scientia; *ubi multa diversa, quae in doctrina sua continentur, corrigit et exponit.* Zornium, qui criticum agit, compello, num ad veritatis lancem exegerit quod profert? Cur vero non animadverterit, Opusculum istud, quod in editione Romana LXXII numeratur, minutis characteribus expressum fuisse? Cur synchronos supparesque nomenclatores non adierit, Guillelmum de Tocco, Nicolaum Trivetum, Bernardum Guidonis, Bartholomaeum Logothetam, Petrum Rogerium, sanctum Antoninum, qui nullam praedicti libelli mentionem ingerunt? An opponat Ptolomaeum Lucensem, *item dicitur,* inquientem , *fecisse tractatum De concordantia dictorum suorum?* Verba sinchroni auctoris agnosco, sed ex incerta fama scribentis. Leander Albertus testatur, simile opus elucubratum fuisse a Benedicto de Assignano, qui anno i33g ad plures abiit. Quidni laudato scriptori Opusculum istud, nomini Thomae suppositum, tribui debeat? Opus aliud eiusdem argumenti, quod vocat *magnum librum,* profert Petrus de Alva et Astorga, ab *Hervaeo de Landa* (ut ait ille, corrige vero et lege *de Cauda)* compositum. Quid facilius, quam Thomae supponi potuisse Opusculum, quod eius discipuli elucubrarunt? *kt magnum librum,* quem vocat Petrus ille, animadverte, *unico folio* totum et integrum comprehendi, quod propriis vidit oculis Iacobus Echardus in codicibus mss. duobus, Victorino et Sorbonico. Quid vero demum ? Thomae doctrinae detraxerint quidpiam huiusmodi opera ab eius discipulis concinnata? « Non insto *(verba sunt laudati Echardi in eiusdem » Hervaei elogio)* hinc adversus sancti Thomae doctrinam » sequi nihil. Quot apparentes sacrae Scripturae αντιλογια » in concordiam reducere studuerunt? Imo argumentum » est summae de aliquo auctore existimationis, cum omnia » eius verba expenduntur : et quae variis locis ab eo dicta » in speciem repugnare videntur, plane consentire osten» duntur. De auctoribus, quorum non est usus quotidia» nus, non tanta est cura. » Caeterum *Retractationem* Operum suorum aliquam fecisse Thomam, fatemur omnes: illam scilicet, non aliam, quae aliquibus paucis in locis prostat in *theologica Summa,* postremo veluti eius testamento.

IV. Ad vindicias gradum facit Zornius, quas pro Aquinate adornavit *Vincentius Bandellus, non ascripto proprio nomine.* Tum « Bandello tamquam *parastatas* adiungo *(init quit)* loannem Capreolum, Aegidium de Columna in » *Defensorio* seu *Correctorio librorum sancti Thomae Contra Guillelmi Lamerensis Thomae Mastygis corruptorhum,* Diegum Dezam in *Defensionibus* adversus loca » aliquot, in quibus Nicolaus de Lira Thomae adversatur, » Natalem Alexandrum etc. » Quam inepta sunt, et chronico rerum ordini repugnantia, quae disserit Hamburgensis auctor? Liceat docere ipsum, *Libellum de veritate conceptionis gloriosae Virginis Mariae* a Vincentio Bandello, nomine proprio non adscripto, *anno 1470* typis *Mediolani* mandatum fuisse apud *Christophorum Waldarfer ratisponensem.* Nomine eius proprio adscripto, libellus alter *De singulari puritate, et praerogativa conceptionis Salvatoris nostri Iesu Christi per fratrem Vincentium de Castro novo* (nomen habes et patriam) prodiit *Bononiae anno 1481.* Mortem Bandellus obiit anno 15o6. Unde festivum sane, quod huic *parastatam,* socium , opitulatorem , auxiliarem adiunxerit Zornius *loannem Capreolum,* qui anno 1444 vita migraverat. Festivius etiam eidem Bandello et Capreolo *parastatam* adiungi *Aegidium de Columna* anno 1316 denatum. Genuinum operis, quod huic tribuitur, titulum profert editio Veneta anno 1516 *Correctorium corruptorii fratris Thomae.* Titulum interpolatum editionis Coloniensis, a Gualtero Strevesdorf anno 1644 curatae, exprimit Zornius. Cur vero Bandello parastatam adiungis Didacum Dezam, qui vindicias licet Aquinatis egerit, longe tamen diversum argumentum versavit ? Operis eius titulus est: *Defensorium Doctoris Angelici sancti Thomae Aquinatis contra invectivas Matthiae Dorinck in Replicationibus contra Paulum Burgensem super Biblia.* Natalis demum Alexander postremus est, qui perperam Bandello adiungitur parastata.

V. Hactenus *de varia* doctrinae a Thoma traditae *fortuna* apud Zornium: non variam, sed constantem fortunam eius dixerim ego, secundam semper. « De genuinis sancti » Thomae scriptis.....variam eiusdem fortunam, *inquit,* vi» dere liceat. In principio tantum vera Thomae *Opusculi la* vit erant numero: deinde saeculo a morte Thomae » secundo, idest circa annum i33o usque ad xx augeban» tur: mox saeculo tertio ad numerum lviii et denique » saeculo quarto accessio facta est *Opusculornm* cxxvtn » aut secundum alios clxx, ne dicam ex illo tempore ma» gis magisque in dies novas sub Thomae nomine merces » obtrusas esse. » Petrum de Alva et Astorga transcribit ille : depravat etiam. Haec eadem namque profert ille de Thomac Operibus generatin'), sive maiora sive minora intefligas, quae vulgo *Opuscula* dicuntur : tum rationem aliam de hisce *Opusculis* ineundam proponit. Verba eius accipe in Nodo indissolubili: *(Funiculus II): Opera* (non Opuscula) *sancti Thomae, quae ab initio tantum erant* vn *admissa ut legitima, saeculo secundo creverunt usque ad* xx, *et saeculo tertio ascenderunt usque ad* lviii, *et modo circumferuntur* cxxviii *vel secundum aliam suppositionem* clxx. *Opuscula item parva, ubi initio tantum erant tria, creverunt usque ad septuaginta tria.* Haec effutire potuit Petrus ille, probare numquam : eiusdemque adserta ad veritatis lancem minime exegit Zornius. Nostratium Dissertationes uberrimae prostant: quo etiam de argumento a me actum hisce in Dissertationibus. Quam egregie vero Zornius subducat rationes suas admonendum est. Nempe *saeculum a morte Thomae secundum* definit *circa annum i33o.* Ad Superos evolavit

Doctor Angelicus anno 1274; unde colligo ego ad annum i33o nonnisi medium primum saeculum post mortem cius effluxisse.

‹ Tanto malo mederi voluit Pius V Pontifex: eius enim » iussu a patribus Praedicatoribus Thomae Opera iunctim » sunt edita, eo quidem ordine et consilio, ut quae ge- » nuina essent, maioribus litteris et typis exscriberentur, » falsa et suspecta minoribus. » Ad genuina discernenda, ac suspecta, non Opera quaeque Thomae, sed *Opuscula* tantum, tota pertinet haec Romanorum editorum cura. Non ex fonte hauriebat aquam Zornius, sed infecto ex rivulo. ‹ Constat hanc ipsam editionem plerisque scriptoribus » Pontificiis exigui ponderis videri... loannes Ludovicus » Schonlebenius tomo III *De Virginis conceptione,* ludi » operam ait ab illis, qui vera a falsis, genuina a subditi- » tiis distinguere allaborent.... Caelestinus Sfondratus in *In-* » *nocentia vindicata* toties regerit, vitiata et corrupta esse » Thomae scripta. » Vitia typographica passim occurrere in Romana editione Pii V inficiatur nemo. Huiusmodi preli errantis labes detergere praesertim in *Commentario Sententiarum,* in *Catena Aurea,* in *Summa theologica,* in *Opusculis* curarunt Franciscus Garcias anno i5y8, Cosmas Morelles anno 1612, Gregorius Donatus anno 1619, tum Lovanienses et Duacenses theologi, Petrus Pellican anno 1656, Joannes Nicolaius anno i65y et 1660. Editores Patavini anno 1698. His addo Thomam Madalenam anno 1719. Quod si Romanam istam editionem maculatam dixeris vitiis interpolatricis manus, quae sententias mutaverit aut alienas invexerit, calumniam instauras toties protritam. Huiusmodi vitiorum exempla adduci solent ex capite v ad Romanos lectione m, et capite 111 ad Galatas lectione vi, et Opusculo De salutatione Angelica, et I Sent., dist. xl iv., quaest. unica, art. in ad 3, et 111, dist. ni, quaest. 1, art. 1, quaest. n, et III p., quaest. xxvii, art. iv. Satis Petro Zornio fuit admonuisse *vitiata et corrupta* dici Thomae scripta. Indicata loca ad trutinam ego redegi omnia, vetusta edita exempla lustravi, manuscriptos, qui inveniri potuerunt, perlegi codices, textus antecedentes contuli et consequentes: eademque deprehendi variata numquam, nec intrusa, nec mutilata. Dissertationes nostras consule. Adeone vero laboriosum opus fuerit, *Opera genuina* Thomae discernere *a subdititiis?* Praesidia praesto sunt omnia, quae ad similis argumenti examen requiruntur. Peculiaris Thomae stylus, dictio, methodus, doctrinae consonantia totidem sunt canones, qui lucem afferunt ad huiusmodi Opera discernenda. Synchroni et suppares adsunt nomenclatores plures, qui diligentissimos Operum eius indices texuerunt. Hinc *audiendi non sunt* (Oudini verbis utor capite xni) *scriptores recentes, qui sancto Thomae Aquinati scripta ab antiquis collata auferunt ex proprio capite, absque rationibus idoneis, aut demonstrativis, uti nostro isto saeculo a nonnullis factum est.* letellige Schonlebenium, Petrum de Alva et Astorga, Launoium, ipsum Casimirum Oudinum aliosque, passim praeviis nostris in Dissertationibus reprehensos ct exagitatos.

CAPUT III.

Rectissime Thomas contra Pelagianos aliosque hétérodoxes cum Ecclesia Catholica sensit. Calumnia est ipsum docuisse hominem in negotio conversionis passive se habere. Vindiciae loannis Duns Scoti.

I. « Tnter tot rerum vicissitudines *(coepto pergit Zornius)* » 1tandem fama atque auctoritas sancti Thomae se » exeruit. Scotus famae surgenti invidere sustinuit. Audia- » mus, quae hanc in rem observavit celeberrimus Buddaeus » in Commentario historico-theologico de Pelagianismo in » Ecclesia Romana per bullam Antiquesncllianam trium- » phante. » Thomam scilicet a Pelagianis commentis alienissimum ostendit, his adhaerentem Scotum. Vicissitudines te narrasse putas fortunae Thomae: quae imo una semper constantissima fuit uti apud amicos et benevolos, ita contra aemulos aliquos et hostes. Mirum vero, *inter tot rerum vicissitudines* obtrudi Scotum, veluti invidentem Thomae! Rectus chronicus ordo exposcebat ut, post censuras a Stephano Tempier latas et ante negotium loannis de Montesono, ageretur de loanne Duns Scoto, cuius a Thomistica differens iam anno 1320 schola vigebat, dicta *Scotistarum,* ut Pagius ostendit ad annum 1190, n. 10. Nolim ego Scoti sancto Thomae adversantis consilium penitius perquirere et scrutari: illud vero certum, dissidium omne in opinionibus aut philosophicis aut theologicis, quae minime ad fidem pertinent, propugnatis ab Aquinate sistere.

Buddaeum a Zornio vocatum audiamus: « Extitit Tho- » mas de Aquino, vir magno et excellenti ingenio praedi- » tus, qui veriora rectioraque perspexit: et Augustini ve- » stigiis insistendo, Pelagianismo torrentis instar orbem » inundaturo se opposuit. Virum hunc non in hoc modo, » sed in aliis quoque doctrinae caelestis capitibus veritatem » cognitam et perspectam habuisse, adeoque longe rectius » sentire, quam hodie Romana Ecclesia sentit, iampridem » docuit loannes Georgius Dorschaeus in libro, quo Tho- » mam de Aquino confessorem veritatis evangelicae exhi- » buit sectione viti, cap. 111. » His verba sua adiicit Zornius: *luvit Buddaeum,* inquiens, *producto in medium uno, alterove testimonio declarare, quae de viribus liberi arbitrii, deque necessitate et efficacia gratiae mens eius fuerit:* ipseque Zornius thesim illam addit, quae *hominem* enunciat *in negotio conversionis passive, ut theologi loqui solent, se habere.* Pro meritis Aquinas celebratur vir magno et excellenti ingenio praeditus. Elogium eius Erasmus, gratia nulla in ipsum ductus, his verbis texuerat in Annotationibus ad caput 1 Epistolae ad Romanos: *Meo quidem animo nullus est recentium theologorum, cui par sit diligentia* (sicuti Thomae), *cui sanius ingenium, cui solidior eruditio: planeque dignus erat, cui linguarum quoque peritia, reliquaque bonarum litterarum suppellex contingeret, qui iis quae per eam tempestatem dabantur, tam dextre sit usus.* Augustini vestigiis insistentem ipsum Opera eius palam faciunt: ac Pelagianismo adversa tradidisse documenta res est compertissima. Sed Aquinatem nostrum *longe rectius* in eo, quod ad gratiae divinae auxilia pertinet, sensisse dogmate, *quam hodie Romana Ecclesia sentit,* commentum est heterodoxorum audacissimum et insanum. Rectissimum ille in ea fidei catholicae parte sensum habuit, propterea quod egregie expressit docuitque quod olim, quod hodie, quod semper eadem tenuit Ecclesia Romana. Liberum arbitrium, sicut ipsa docet, tuetur Thomas ac illustrat, post Adae culpam intactum sane, sed attenuatum, immune tamen a necessitate et coactione. Gratiae divinae auxilia, sicut Romana Ecclesia sentit, necessaria docet ad opus quodeumque salutare, ad poenitentiam, ad dilectionem Dei, ad conversionem, ad omnem quae iustificationem praecedit dispositionem, ad meritum. Gratiam efficacem agnoscit, sufficientem distinguit, qua possumus praecepta servare: quod utrumque dogma ab Ecclesia Romana accepit. Haec anathemate perculit efficaciae illius modos, qui postea invecti sunt, Lutheranos, Calvinianos, lansenianos, ac etiam praedamnaverat Thomas, arbitrii scilicet libertati inimicos. Modos alios efficaciae, qui salva liberi arbitrii potestate dissentiendi propugnantur in scholis, eadem permittit Romana Ecclesia: modumque suum exponit Aquinas, quem doctissimi viri amplectuntur ac Romani Pontifices commendant.

II. Nihil ergo iuvit Buddaeum, nihil Zornium, praedicta indicare exempla, ut Thomam cum Romana Ecclesia committerent. Dorschaei, quem laudant, vanissimos conatus in eodem pertractando argumento iam olim compresserat Thomas Leonardi, qui singulare contra doctorem Lutheranum editit opus Bruxellis anno 1661. Diligentiore liceat examine thesim expendere, quam Thomae Aquinati attribuit Zornius. Putat ille docuisse Praeceptorem Angelicum, *hominem in negotio conversionis passive se habere.* Inscitia et insania est putidissima. Inquirit ille Ia IIae, qu. exin, art. 111, *Utrum ad iustificationem impii requiratur motus liberi arbitrii?* Responsum accipe; « Dicendum quod iustificatio impii fit, » Deo movente hominem ad iustitiam: ipse enim est qui » iustificat impium, ut dicitur *Rom.* ni. Deus autem movet » omnia secundum modum uniuscuiusque: sicut in natu- » ralibus videmus, quod aliter moventur ab ipso gravia et

* aliter levia *(philosophiae Aristotelicae exempla aequo patiaris animo)* propter diversam naturam utriusque. Unde » et hominem ad iustitiam movet secundum conditionem » naturae humanae. Homo autem secundum propriam naturam habet, *quod sit liberi arbitrii:* et ideo in eo, qui » habet usum liberi arbitrii, non fit motio a Deo ad iustitiam, *absque motu liberi arbitrii.* Sed ita infundit donum » gratiae iustificantis, quod etiam simul cum hoc movet » liberum arbitrium *ad donum gratiae acceptandum* in his, » qui sunt huius motionis capaces. » Motum istum et actum liberi arbitrii magis ut explanet, inquirit art. iv, *Utrum ad iustificationem impii requiratur motus fidei?* « Dicendum » *(inquit)* quod sicut dictum est *(art. praec.* in) *motus liberi arbitrii* requiritur ad iustificationem impii, secundum » quod mens hominis movetur a Deo. Deus autem movet » animam hominis, convertendo eam ad seipsum, ut dicitur » in Psal. lxxxiv (vers. 7) secundum aliam litteram *(apud » Augustinum et antiqua Psalteria) : Deus tu convertens » vivificabis nos.* Et ideo ad iustificationem impii requiritur » motus mentis, quo convertitur in Deum. Prima autem » conversio in Deum fit per fidem, secundum illud ad » Hebraeos xi, v. 6: *Accedentem ad Deum oportet credere, » quia est.* Et ideo motus fidei requiritur ad iustificationem » impii. » Heic non sistit doctrina Thomae. Rem splendidius declarat art. v inquirens, *Utrum ad iustificationem impii requiratur motus liberi arbitrii in peccatum ?* Nihil haesitans aientem sententiam profert : « Dicendum, *inquiens,* » quod... iustificatio impii est quidam motus, quo humana » mens movetur a Deo a statu peccati in statum iustitiae. » Oportet igitur quod humana mens se habeat ad utrumque extremorum *secundum motum liberi arbitrii,* sicut » se habet corpus, localiter motum ab aliquo movente, ad » duos terminos motus. Manifestum est autem, in motu » locali corporum, quod corpus motum recedit a termino » a quo, et accedit ad terminum ad quem. Unde oportet » quod mens humana, dum justificatur, *per motum liberi » arbitrii* recedat a peccato et accedat ad iustitiam. Recessus autem et accessus *in motu liberi arbitrii* accipitur » secundum *detestationem* et *desiderium.* Dicit enim Augustinus (tract. XLVI in Io., num. 8) exponens illud, *Mercenarius autem fugit: Affectiones nostrae motus animorum sunt. Laetitia, animi diffusio... timor, animi fuga » est... Progrederis animo, cum appetis:fugis animo, cum » metuis.* Oportet igitur quod in justificatione impii sit » *motus liberi arbitrii* duplex: unus, quo *per desiderium* » tendat in Dei iustitiam: et alius, quo *detestetur* peccatum. » Utrumque vero actum una caritatis virtus exercet : « *Quoniam* ad eamdem virtutem pertinet prosequi » unum oppositorum et refugere aliud *(ut ait ipse Thomas » ad* 1). Et ideo sicut ad caritatem pertinet diligere Deum, » ita etiam detestari peccata, per quae anima separatur a » Deo. » Disertissime Thomas docet in impii conversione et iustificatione motum requiri et actum liberi arbitrii, liberam fidem in Deum, liberam Dei dilectionem, liberam detestationem peccati. Quae cum ita splendida sint, caecutient Zornius oportet, imo deliraverit sectae praeiudiciis occupatus, thesim Thomae tribuens, quae *hominem* enunciat *in negotio conversionis passive se habere.*

III. Recte sentienti Thomae in eo dogmate, quod gratiae divinae necessitatem spectat ad actus exerendos salutares, veluti adversantem inducit Scotum : « Ioannes Duns » Scotus, *inquiens,* fuit ut in aliis, ita hac quoque in re, » ab eo dissentiens... Docuisse nimirum Scotum nonnulli » observant (vide Chemnitium Loc. theolog., Loco De libero » arbitrio, cap. vni): *Homines sine gratia naturae viribus » posse exercere opera moraliter bona, quibus de congruo » mereantur gratiam gratum facientem :* addita ratione, *nisi » ponatur meritum congrui, non posse Deum defendi ab » acceptione personarum.* Quo ipso a Pelagiana haeresi non » procul se abesse Doctor subtilissimus satis testatus est. » Quis unquam excogitasset, haec in *programma* suum intrudi a Zornio potuisse, *variam Thomaefortunam in scholis Pontificiorum, praesertim Gallorum,* enarranti ? Quae veluti Scoti verba ex Chemnitio afferuntur, locum indicant in IV Sent., dist. xiv, qu. II ubi sic ait Doctor subtilis: « Peccator... potest *ex naturalibus* cum communi influentia » considerare peccatum commissum, ut offensivum Dei et ut » contra legem divinam, et ut aversivum a Deo, et ut impeditivum praemii, et ut inductivum supplicii... Et potest » voluntas ipsum sub aliqua illarum rationum... detestari... » Potest etiam ista detestatio esse totaliter circumstantiata » circumstantiis moralibus debitis... Iste autem motus dicitur attritio, et est dispositio sive *meritum de congruo* » ad deletionem peccati mortalis.... Si est attritio perfecte » circumstantiata in genere moris, videtur omnino dispositio sufficiens ad iustitiam, in termino illius attritionis » acquirendam... Vel enim oportet dicere, quod iustificetur » peccator sine omni dispositione sufficienti *de congruo* ex » parte eius: et per consequens *difficile est* salvare, quod » *apud Deum non sit acceptio personarum...** Animadverte, minime fidum fuisse Chemnitii calamum in decerpendo Scoti textu: ipsumque de suo addidisse verba illa, *sine gratia,* et illa, *non potest Deus defendi.* Scotum suum pro virili nobiles eius discipuli vindicarunt : satisque memorare mihi fuerit Vegam, Delfinum, Faventinum et Antonium Hiquaeum in latiore eius loci commentario. Admonent omnes, *viribus naturalibus* addidisse subtilem Doctorem praesidium *influentiae communis:* et hanc *influentiam* Dei ideo *communem* dictam, quod *secundum legem ordinariam divinae sapientiae datur iuxta exigentiam causae, et operis, et motivi:* adeoque demum auxilia gratiae divinae non excludi. Textus afferunt quamplures, qui mentem Scoti patefaciunt, Pelagianis commentis omnino adversam. Haec ne intellexerit Zornius?

CAPUT IV.

De schola Nominalium, quos a Thomistis male habitos ait Zomius. Ioannem Wesselum confundit cum Ioanne de Wessalia: cuius errorum proscriptio iusta ostenditur. Verae ac solidae Aquinatis laudes. Dicteria Zornii in Ecclesiam Romanam. Iniqua Iansenistarum comparatio cum Dominicanis.

1. A Scoto transilit ille ad Nominales: *Quorum doctrinam,* -Zkait, *ipsis auctoribus Collegio et Facultate Parisiensi eiectis, publice proponi vetuerunt* Thomistae. Tum ex Baluzio libro IV Miscellaneorum *defensionem Nominalium* refert, *Ludovico XI* (anno 1473) oblatam, *qui postulantibus Thomistis, Okami et Nominalium libros e scholis eliminandos edixerat.* Ignoscant mihi, si vagari cogor, vagantem ut insequar Petrum Zornium. Ignarum se praebet adversae fortunae, quam passus est Guillelmus Okamus, qui post Roscellinum Compendiensem, Nominalium scholam erexit: « Vir quidem acris ingenii erat *(minime suspectum Wadingi testimonium accipe in bibliotheca)* sed minime sobrii: plus enim volebat sapere quam oportebat, nec timuit in caelum os suum ponere .et sacram deprimere » Pontificiam, nimiumque extollere imperatoriam dignitatem. Insipienti zelo et nimis ardenti defendere volens » Franciscanae paupertatis excellentiam, timens incidere in » manus Ioannis XXII valde contrarii Minorum sententiae, » fugit cum Michaele Caesenate ad Ludovicum Bavarum, » qui tunc Caesarem agebat: scripsitque intemperanter nimis contra Ioannem. » Patebat attamen post eius obitum schola Nominalium: qui nedum Thomistas, sed etiam Scoti asseclas aliosque scholasticos nacti sunt adversarios. Plus aequo vero faventes Okamo et Ioannis XXII memoriae iniquiores fuisse auctores articulorum, qui anno 1473 oblati fuerunt Regi christianissimo Ludovico XI, sine partium studio adnotavit Natalis Alexander in Historia eccles. saeculi XIII et XIV, capite v, art. ni. Nominalium historiam molli et propenso calamo narrat Iacobus Bruckerus in Historia critica philosophiae tomo III, periodo n, parte II, libro II, cap. in, sectione in, §. 28. Cur non vero, cum *Melanchton,* ut ipse ait, *Lutherus aliique Nominalibus addicti essent ?* At ipse demum testis est tomo IV, periodo III, parte I, libro II, capite n, §. 9: *Hanc* denique *sectam si non totam expiravisse, certe ad incitas redactam, momentum non amplius inter scholasticos recentiores mereri.*

II. « Eadem ferme fata *(inquit Zornius)* habuit *loannes » Wesselus Hermanni,* qui et *Basilius* cognomine *Gransfortius,* gente friso. Is enim, cum soli Scripturae fidem » omnem haberi vellet, neglecta Thomae, quem in disputando saepius flocci fecerat, auctoritate, ignis periculum adiit, donec apud Gerhardum Eltenium et lacobum Sprengerum ex Ordine Praedicatorum Inquisitores, » errores eiuraret, veniamque impetrasset ». Ad annum 1479 negotium spectat: quo Moguntiae typis excusa prodierunt *Paradoxa D. loannis de Wesalia, sacrarum litterarum doctoris ac contionatoris ivormatiensis,* cum *Examine magistrali eiusdem loannis de Wesalia.* Novis typis impressa leguntur apud Orthavinum Gratium in *Fasciculo rerum expetendarum,* Coloniae anno i 535, et Londini anni 1690, et apud Dargentraeum anno 1629 in Collectione iudiciorum de novis erroribus. Animadverte in his omnibus editionibus *loannem de Wesalia* vocari: quem *a loanne Wesselo Hermanni,* alias *Basilio Gransfortio* distinguendum iubet Guillelmus Cave in editione Coloniensi Allobrogum 1720, et anonymus in Notis ad novissimam editionem. Quid hocce de negotio senserit ipse Gratius, ex eius Epistola profero *ad lectorem apologetica,* quae in calce Londinensis editionis prostat. « Quid tandem de loanne Wesaliensi theologo dicemus? Humana certe creatura et inveteratus silicernius. Itaque quas putidas ille protulit vomicas, condemnatae sunt. Geronticos enim in omnibus » loquitur, senecionem sese delirum, ac vetulum indicans » insensatum. Cuius etiam verba, germanice ab eodem prolata, si iusta lance ponderavimus, temerarium fuisse hominem, nemo non cognoscet. Quapropter in sempiternum illorum dedecus et in bonorum omnium aedificationem convictae et condemnatae corumdem haereses in » medium proferuntur. » Quaenam fuerint haereses istae, profert Guillelmus Cave: «E scriptis illius, *inquiens,* excerpti errores in medium sunt prolati. De regula fidei: » *nihil enim credendum esse voluit, quod in sacra Scriptura non habeatur.* De Sacramento Eucharistiae : *in » quo substantiam panis manere credidit.* De indulgentiis : *quas parum approbavit.* De Concilii Generalis auctoritate : *quam fallibilem esse docuit.* De processione » Spiritus sancti: *quam Filio, aeque ac Patri deberi negavit.* » Deque aliis theologiae placitis quam plurimis. Hosce » *(pergit Cave)* primum tuebatur Wesselus (Wesalius): » cum vero ignem ab Inquisitoribus intentari sentiret, ad * palinodiam descendit. Maxime id displicuit theologis magni » nominis quibusdam Academicis : » qui nempe plus iuxto Wesalio favebant. An haec inter varia theologorum placita, quae utrinque pro libito sustinentur, numeraverit Zornius ?

III. « Thomae adversariis aliquandiu oppressis *(verba » eius sunt)* vel in ordinem saltem coactis, idem Doctor » Angelicus et irrefragabilis ad θεοπνευστια; evectus est » culmen. » Tum refert ille miracula, visiones, revelationes, quae ad approbationem doctrinae sancti Thomae spectant: itemque Romanorum Pontificum elogia in Bullis, Ordinum leges et constitutiones, ac Salmanticensis Academiae iusiurandum pro tutanda Thomae auctoritate propositum et emissum. Cum homine heterodoxo non egerim ego, ut piis, quae narrantur, historiis fidem conciliem ac elogia vindicem Romanorum Pontificum. Uberrimi hac de rc prodierunt tractatus. Egregie spartam hanc ornavit loannes a s. Thoma in tractatu *De approbatione et auctoritate doctrinae Angelicae divi lltomae,* qui tomo I Theologiae praemissus prostat, ac seorsim etiam prodiit Augustae Ubiorum, typis loannis Busaei anno 1658. Neque tamen sodales ac discipuli somniarunt umquam, *ad culmen* θεοπνευστια *evectum fuisse* magistrum suum. Laudati loannis a s. Thoma sententia est disp. 1, art m *Dico tertio:* Doctores catholicos, *qui sine irreverentia vel contemptu, sed ex alio motivo divi Thomae doctrinam deserunt et aliam sequuntur etiam oppositam, nullam censuram mereri: sed unumquemque in sensu suo posse abundare, sicut Scotiis in multis divi Thomae doctrinam impugnavit, sed hoc cum magna modestia et nulla irreverentia, sola disputatione, nullis aliis verbis agens.* Haec Zornius ignorabat aut dissimulavit certe ad invidiam conflandam.

IV. Quorsum vero haec omnia? « Quaeretis, amici » optimi, *(inquit)* quid utilitatis ex hoc programmate ad » vos queat redundare? Nimirum, cum constet ex Petri » de Alva et Astorga libro, miraculis, visionibus et revelationibus pro sancto Thoma allatis nullam fidem haberi » a Franciscanis... non indignari nobis posse quemquam, » si scriptoribus Pontificiis miracula, visiones et revelationes in medium adducentibus nullam fidem posthac praebuerimus. Quam fluxa, dubiaque et ambigua sint Pontificum edicta, Bullae, Brevia et privilegia, ex iis magno » numero apud Alvam utrinque citatis, affatim apparere » credimus... Sed mittamus Petri de Alva et Astorga libum: varium enim eiusdem usum esse videmus.» Quis umquam credidisset hunc denique finem *programmati* imponendum fore, *de varia fortuna s. Thomae Aquinatis in scholis Pontificiorum!* Fatetur Zornius *varium* libri Petri de Alva et Astorga *usum esse:* noveratque ex Io. Andrea Schmidio scriptorem istum *studio partium infectum* opuscula elucubrasse in s. Thomam. Quis ergo non miretur, unam eiusdem Petri de Alva et Astorga auctoritatem afferri ad elevandam miraculorum fidem et visionum, ac revelationum, quae pro sancto Thoma adducuntur? Subit etiam miratio, Romanorum Pontificum diplomata traduci, veluti *fluxa et ambigua* ob ea, quae *magno numero apud Alvam utrinque citantur.* Pollicitus erat Zornius, non admissurum se Petri de Alva et Astorga adserta, nisi prius *ad veritatis lancem exigenda.* At unum, ut video, Petrum illum transcripsit, instituto nullo examine, neque oppositis vindiciis indicatis, quas expenderit, pro Thoma Aquinate. Fac vero miraculum aliquod, aut aliud quidpiam pro Thoma allegatum validis argumentis dubium fecisse Petrum de Alva et Astorga: an inde consequitur heterodoxis hominibus non indignandum, *si scriptoribus Pontificiis miracula, visiones et revelationes in medium adducentibus nullam fidem praebeant?* Mira et insana Zornii Lutherani dialectica ! Nihil ergo anceps dixerim ego *nihil utilitatis* ex eius *programmate,* sive ad hétérodoxes sive ad catholicos, qui doctrinae Aquinatis minus favent, *redundare posse.*

V. Patellae denique suae operculum imponit Zornius: « lam observemus, *inquiens,* quo tendant Romani Pontificis in componendis definiendisque litibus consilia. » Scilicet, cum lansenii sectatores indignis modis ubique » exagitentur a Romano Pontifice: Dominicanis vero eadem docentibus, nam utrique tum lansenistae, tum Thomistae Augustinum sequuntur ducem, liceat esse salvis; » Romanus Pontifex eo vela dare creditur, quocumque » rerum secundarum flatus in hoc, vel illo monachorum » Ordine spiraverit. Adeo, inquit Schmidius in Hist. Bullar., » *ludit aula Romana dogmatibus sacris, eaque secundum » utilitatem suam dimetitur* ». Delirae mentis haec sunt commenta. Non ludit dogmatibus sacris Ecclesia Romana. Dogmata fidei discernit a theologicis doctorum opinionibus: eaque credenda proponit ac illibata ut custodiantur invigilat : ac istas pro libito tradendas tuendasque permittit, utpotc divina revelatione, quam sacra Biblia ac genuinae traditiones complectuntur, minime detectas. His innixa inconcussis regulis, dissona quae producuntur et a quocumque procudantur ferit anathemate dogmata, superseminata zizania evellens, bonumque triticum servans. lansenianas theses reprobat, quas novit sacrae Scripturae ac omnium saeculorum Patrum consensui ex diametro repugnantes : sinit vero ut in catholicorum scholis placita theologica tradantur, quae divinae gratiae oeconomiam et efficaciam ita exponunt, ut salva sint divinae fidei dogmata de gratiae necessitate ad salutares omnes actus, deque libertate arbitrii. *lansenistae,* inquis, *et Dominicani eadem docent.* Neque lansenii, neque Thomae Aquinatis, neque Dominicanorum opera salutaverit, qui sic effutiat. *Utrique,* reponis, *tum lansenistae, tum Thomistae, Augustinum sequuntur ducem.* Par esset argumentum eius, qui Lutheranos et Calvinistas ct Catholicos eadem sentire contenderet, proptercaquod ex eisdem sacris Scripturis omnes, genuina fidei dogmata isti, errores et haereses illi depromant. Satis,vero hactenus egisse contra Zornium ineptientem ct delirantem.

CAPUT V.

Adami Tribbechovii, heterodoxi Saxo-Gothani, deliria. Inficeta eiusdem censura in eas voces Seraph, Seraphim et Seraphin, itemque Cherub, Cherubim et Cherubin.

I. TNeliria et commenta, quae a Petro Zornio hetero-
1—zdoxo cusa et vulgata refutavimus plura, passim etiam occurrunt apud huiusce furfuris homines, pro data qualibet occasione bilem effundentes in clarissimos viros, quos *doctores scholasticos* vocant. Centies inconcussis argumentis tametsi protrita fuerint a nostratibus, centies nihilominus ab illis refricantur, auritoque gregi proponuntur veluti indubia: ac veteribus immo commentis nova semper adiiciuntur. Ita se gerentem video *Adamum Tribbechovium,* qui *theologus primarius in ducatu Saxo-Gothano* dicitur in *Libro singulari,* quem edidit, *De doctoribus scholasticis* etc. Secunda utor editione, quae lenae anno 1719 curata est.

Ad sanctissimum Aquinatem pertinent, quae scripta leguntur capite v: « Simul ac vero e medio Thomas ex-
» cessit... vocata in examen eius scripta; nec obstante
» Pontificia - (ut vocant) canonizatione, multa ex iis hae-
* » reseos postulata, proscriptaque fuerunt. Videri de his
» poterit Henricus de Erphordia, qui et diploma Ste-
» phani Parisiensis Episcopi de anno 1324 recenset, pro-
» vocanti ad i3oo suffragia et praedecessorum suorum
» Episcoporum auctoritatem, Thomae doctrinam convel-
» lentium. Exstat praeterea catalogus errorum Thomae,
» ut et Lombardi, a Parisiensibus condemnatorum, adiun-
» ctus editioni Lombardi, quam Iacobus Almainus doctor
» Parisiensis luci commisit ». Tot scilicet putidissima sphalmata, quot verba.

1. *Vocata,* inquis, *in examen scripta* Aquinatis, ac *multa ex iis haereseos postulata proscriptaque fuisse.* Mendacia tria paucis hisce efferuntur verbis: neque enim scriptorum Thomae peculiare examen institutum umquam fuit: neque ex iis haereseos postulata sive multa, sive pauca: neque tandem eorumdem lata proscriptio.

2. Haec attamen intentata narras, *non obstante Pontificia, ut vocant, canonfatione, de anno ı3?.4·* Immo post sacram Aquinatis apotheosim, quam Ioannes XXII die 18 iulii anno ı323 decrevit, integritati doctrinae eius consulens Sthephanus de Bourretto Episcopus Parisiensis, litteris Gentiliaci datis *anno 1324* (stylo novo 1325) *die iovis ante sacros Cineres,* idest die 14 februarii, pro *comperto* habet: *dictum Confessorem beatum et Doctorem egregium* (Thomam) *nihil sensisse, docuisse, seu scripsisse, quod scientiae fidei, vel bonis moribus adversetur:* ac praeterea quorumdam *articulorum condemnationem et excommunicationis sententiam* (a Stephano Tempier praedecessore anno 1277 latas) *in quantum tangunt, vel tangere asseruntur sanam doctrinam sancti Thomae, ex certa scientia totaliter annullat.*

3. Hinc patet inscitia Tribbechovii, qui Parisienses Episcopos duos, ac litteras eorum diversas ac distincta tempora imperitissime confundit. Neque tamen putes, Parisiensem Ecclesiam regente Stephano Tempier, Thomae scripta haereseos postulata fuisse, eademque proscripta. Proscriptos equidem novemdecim supra ducentos articulos complectuntur eiusdem Antistitis epistolae: simulque errantes auctores indicant, sciolos ac impudentes quosdam studentes in artibus, *propriae facultatis limites excedentes,* quos inter Aquinatem numerare insania foret. Consule quae capite 1 contra Zornium disseruimus.

4. Inter eos damnatos articulos plurimi sunt, aut certe vani et insani, aut exeerabiles et erronei, ac haeretici: quos docuit numquam s. Thomas, immo suis in Operibus data opera profligavit. Sunt etiam theses aliquae paucissimae, ut summum quatuor vel quinque, quas verborum cortice tenus in Operibus Thomae prostare, negat nemo: ipso etiam sensu, nedum verbis, putant aliqui. At satis absque dubio utrisque factum suis in litteris a Stephano de Bourretto, qui articulorum condemnationem irritam, nullamque habuit, *inquantum tangit vel tangere asseritur sanam doctrinam sancti Thomae.* Adeo nempe Aquinatis dogmata, sive philosophica sive ad theologiam pertinentia, integra pronunciantur et ab errore aliena, ut si qui inter articulos a Stephano Tempier damnatos, reperirentur, quos ipse Thomas propugnaverit, non ipsi erroris damnandi sint, sed lata censura tollenda. Hac de re nos uberius egimus in nostris Dissertationibus XXV et XXVI.

5. Iamvero insanum illud exsufflatur commentum *de Stephano Parisiens! Episcopo,* qui *de anno 1I24 (i325) provocaverit ad i3oo suffragia et praedecessorum suorum Episcoporum auctoritatem, Thomae doctrinam convellentium.* Ecclesiam Parisiensem anno 1324 regebat Stephanus de Bourretto, qui Thomae doctrinam minime convulsit; sed ipsum *nihil sensisse, docuisse, vel scripsisse* coram palamque pronunciavit, *quod scientiae fidei, vel bonis moribus adversaretur.* Quinam sunt illi *praedecessores Episcopi,* qui *Thomae doctrinam convulsisse* dicuntur? Ubinam prostant, aut edita, aut manu exarata, illa i3oo *suffragia* contra Aquinatem, ad quae *provocaverit* Parisiensis Antistes? Somnia sua venditat Tribbechovius.

6. Testem advocat *Henricum de Erphordia.* At unus est, qui hoc aevo floruerit, *Henricus de Hervordia,* civitate imperiali dioeceseos Mindensis in comitatu Ravensburgensi. Trithemium sequutus, qui vocat ipsum *Henricum de Erfordia,* Turingiae civitate, in errorem Tribbechovius incidit, aliis etiam nomenclatoribus communem. Ordinis Praedicatorum alumnus fuit, qui *Chronicon* elucubravit *ab orbe condito ad annum Domini i355.* Eius calamo putida excidisse commenta, quae profert heterodoxus homo, credat nemo.

7. Pari demum inscitia et audacia *catalogum* recenset *errorum Thomae ut et Lombardi, a Parisiensibus condemnatorum, adiunctum editioni eiusdem Lombardi.* Prostat nimirum catalogus nonnullarum thesium, quas a Magistro Sententiarum adsertas communis doctorum sensus reprobat: quamplurium articulorum, quos Parisiensis et Oxoniensis facultates damnarunt, catalogi prostant: errorum index in quos inciderit Thomas, quosve praedictae sacrae Facultates proscripserint, nullus extat.

8. Praeterire non licet eiusdem Tribbechovii verba, quae eodem quinto capite habentur *Francisais de Marra Franciscanus, Parisiensis doctor, edidit librum anno 1288 quem Reprehensorium Thomae inscripsit.* Egregie. *Guillelmo* de la Mare pro sua auctoritate nomen indit *Francisci:* itemque *professorem et doctorem Oxoniensem* creat *Parisiensem doctorem;* ac opus, quod auctor inscripserat *Correctorium fratris Thomae,* inscriptum profert *Reprehensorium:* atque demum nobiles vindices plures, qui Lamaraeum castigarunt, silentio praeterit omnes.

II. Ironia sequitur, qua eodem in capite textum quemdam Aquinatis excipit ac sugillat: « Quam egregie, *inquiens,*
» et acute Thomas scholasticorum antesignanus distinguit
» II Sent., dist. ix, num. 4 inter *Cherubim, Chérubin et*
» *Cherub.* » Indicatum Aquinatis locum affero ex qu. 1, art. iv ad 7: « Dicendum quod nomina ista desinentia in
» *in,* ut *Chérubin, Séraphin,* sunt neutri generis, pluralis
» numeri, et ponuntur pro toto collegio unius ordinis.
» Desinentia autem in *im (Cherubim, Seraphim)* sunt ma-
» sculini generis et pluralis numeri, et ponuntur pro plu-
» ribus personis unius ordinis. Sed *Cherub* et *Seraph* sunt
» masculini generis et singularis numeri, et significant
» unam personam illius ordinis. » Animadvertendum est, rem aliter legi in Commentario in caput vi Isaiae, vers. 2: « Item notatur, quod *Seraphim* scriptum per *m,* pluralis
» est et neutri generis; et significat totum agmen illius
» ordinis. Sed *Séraphin* singularis numeri est et masculini
» generis: et significat unum tantum de ordine illo. » Locum istum corruptum puto, corrigendumque iuxta priorem. Vulgatam aevo illo hanc fuisse regulam grammaticalem satis indicat Albertus Magnus, qui eadem nona distinctione libri II Sent., art v ad 5 sic habet: « Dicendum
» quod in N terminata illa *(Séraphin, Chérubin)* neutri
» generis sunt et significant integrum agmen unius ordinis:
» et ideo pluralis sunt numeri. In M autem terminata sunt
» pluralis numeri et masculina: et significant plures per-

» sonas de agmine illo. Sed *Seraph* et *Cherub* dicitur sin-
» gularis aliqua persona de agmine. Unde versus: *Haec*
» *Seraphin, dic hi Seraphim, dic hic Seraph illum.* » Insigne eiusdem latinitatis, quae obtinebat aevo medio aut infimo, testimonium perhibet loannes de lanua, eiusdem aevi scriptor in Catholico: « *Cherub,* inquiens, *Cherubis,*
d (Cherubi) *Cherubin, Cherubem, Cherub, Cherube:* et
» pluraliter *Cherubim* per omnes casus, masculini generis
» per *m* scriptum. Item *Cherub* indeclinabiliter in singulari
» et in plurali pro eodem. Item hic *Cherubim* indeclina-
» biliter masculini generis et scriptum per *m* tantum in
» singulari numero: et significat unumquemquam Angelo-
» rum de illo ordine. Et tunc debet dici: *Sancte Cherubim*
h *ora pro nobis.* Item pluraliter haec *Chérubin* et indecli-
» nabiliter et neutri generis, et tantum in plurali scribitur
› per *n:* et significat illum ordinem Angelorum. Et tunc
» debet dici: *Sancta Chérubin orate pro nobis.* Et secun-
» dum primam declinationem potest dici: *Sancti Cherubim*
» *orate pro nobis.* » Haec ignorasse videtur omnia irrisor Tribbechovius. Haud me latet ab Erasmo acerbe sugillari ac rideri loannis nostri latinitatem: at cordati quique viri animadvertant cum doctissimo Echardo, eiusdem *vocabularium esse non tam primae, sed mediae et infimae latinitatis: quod et suo et nostro saeculo apprime necessarium.*

Huiusce tamen grammaticalis regulae rationem sumi nullam posse fateor ex lingua hebraea, quae Isaiae c. vi hanc unam vocem habet Q>D*W, *Seraphim:* et Ezechielis cap. x D'313, *Cherubim,* itemque 3'Ї13, *Cherub.* Ad genus quod attinet ac terminationem, liberius egisse constat Graecos interpretes. Adnotat Hieronymus in Epistola ad Damasum Papam *de Seraphim* (Ed. Paris. *1*704, tom. Ill, col. 515) *Septuaginta, Aquilam et Theodotionem Seraphim neutro genere transtulisse, Symmachum masculino:* habentque dictionaria latina, *Seraphim* et *Cherubim* pluralis esse numeri ac generis tam masculini quam neutri. In Hexaplis Origenis apud Montfauconium et in codice Alexandrino et in Polyglottis Waltoni, voces illae utroque modo per M et per N desinentes occurrunt: nimirum σερζφειμ. vel σερχφιμ. et χερουβείμ, vel χερουβίμ, ac σερκφειν et χερουβειν. Hinc ergo ansa fortasse data, ut latini aetatis mediae vel infimae grammatici regulam statuerent, de qua agimus.

Hanc itaque vocum illarum distinctionem quo ad genus, diversamque terminationem neque Thomas, neque eius aetatis theologi, veluti quidpiam *egregium* et *acutum* excogitarunt. Vulgata apud grammaticos latinitate usi sunt, ut maioris claritatis gratia Seraphim et Cherubim ordines, ac plures ex eodem ordine, ac unum denique et singularem triplici voce appellarent. Neque tamen eidem regulae ac latinitati semper haesit Aquinas, qui I parte, quaest. cvni, art. v, supremos duos Angelorum ordines vocat ordines *Seraphim et Cherubim,* non *Séraphin et Chérubin.* Hinc immerito Aquinatem irridet Tribbechovius, merito ipse irridendus.

DISSERTATIO XXX.

De quatuor censuris Casimiri Oudini, auctoris historiae criticae philosophiae, Iacobi Brukeri ac demum auctoris examinis vitiorum theologiae: deque vindiciis sancti Thomae quoad plurima quae scripsit genuina Opera, dictionem eius ac stylum, graecam eruditionem, lectionis copiam et crisim, solidam Scripturarum interpretationem, theologicam gravitatem, in usu philosophiae Peripateticae consilium, servatamque methodum in utraque theologia, revelata ac naturali, tradenda.

CAPUT I.

Casimiri Oudini censura in Opera et doctrinam sancti Thomae, cum animadversionibus. Altera auctoris, qui historiam scripsit criticam philosophiae. Tertia Iacobi Bruckeri. Quarta auctoris, qui vitiorum theologiae examen instituit.

I. ^ 5-®if^^!!£=2)ar'as hactenus, nimium severas et iniquas «A. dissertationibus nostris censuras protulimus, expendimus, profligavimus, qui- . . \ Peccares nonnullae, sive theolo- y^v®)oicae s've ex philosophia depromptae, ^^oT^'^^<feriebantur theses a divo Thoma Aqui--5nate Praeceptore Angelico propugnatae. Recentes liberiores critici viri succedunt modo, qui sinistra quaeque a quibusvis adversus Aquinatem lata indicia simul colligentes, integrum doctrinae eius veluti corpus invadunt: eiusque Operum, quae communi solent doctorum praeconio celebrari, aut pretium omne adimere aut certe imminuere plurimum conantur.

Primus prodit Casimirus Oudinus, sanctissimi coetus Praemonstratensium olim alumnus, eiusdem Ordinis simulque Religionis Catholicae postea desertor atque sectae Calvinistarum addictus in Hollandia. Pro ea quam sibi adrogat, de scriptorum lucubrationibus iudicandi licentia, pudore deposito fractisque totius modestiae cancellis, hanc operibus Thomae, eiusque doctrinae censuram inurit tomo III in Dissertatione de hac re confecta, capite i. « Quamvis autem, » *inquiens,* Pontificii innumeri s. Thomam Aquinatem ob » doctrinam laudarint: tamen apud viros narium emunctarum vel nullam vel modicam eruditionem ex lectione » Operum eius hauriri creditur. Nam scholasticam trutinam » et garrulitatem unicam sciebat, hac aetate omnibus scho» lasticis,communem et facilem. Unde nullum ipsius hac » in parte meritum agnosci potest, cum tunc temporis ton» soribus etiam cognita esset. Nesciebat historiam, linguas » quas appellant exoticas, neque artem criticam, quibus » eruditi hodie maxime celebres sunt: intantum istorum » ignarus, ut graeca nec tantisper intelligeret. Tanto iam » hodie illius volumina crassa contemptui habentur, ut ne» gligant illa legere ii etiam, qui compararunt. Immerito » itaque a Romanis Pontificibus *Doctor Ecclesiae quinius,* » ad instantiam Ordinis fratrum Praedicatorum, renunciatus » fuit. » Haec sunt, non eruditi criticesque periti viri, qui de librorum pretio aequam ferat sententiam, sed hominis apostatae impotentiore bile commoti inurbana et insana dicteria. Pontificii, quos vocat laudatores Thomae, sunt Romani Pontifices, quos novemdecim numerat Antoninus Tourron in novissima eiusdem vita gallice typis edita. Bullas eorum ac Epistolas consulere cuique praesto est in Bullario Ordinis Praedicatorum ab Antonino Bremond in lucem emisso. Sunt etiam, qui Thomae Aquinatis doctrinam praeconio laudum exornarunt et ornant, celebriores in Europa coetus academici, religiosi Ordines quamplures, innumeri probi doctique viri ex omni gente, et lingua, et familia. Istos vero omnes insuper habet et contemnendos iubet Oudinus, novus Calvinista inauguratus.

II. Typis Amstaelodamensibus prodiit Opus anno 17?/, quod gallice inscribitur, *Histoire critique de la philosophie.* Ad Aquinatem nostrum quod attinet, censorium legitur anonymi iudicium tomo III, fibro IX, capite xl iii, num. 7 his verbis: « (u) Sanctus Thomas, cum artem topicam Ari» stotelis didicisset ac disserendi solertia polleret, lectiones » edere coepit in Magistrum Sententiarum, qui nondum » satis illustratus fuerat. Studia, quae publicis in Gymnasiis » colebantur, pro virili promoturus, integrum theologiae » corpus concinnavit, in quo inanes et supervacaneae quae» stiones locum eripiunt utilibus ac necessariis. Tres in » partes distributum Opus est: appellaturque, *Sancti Tho» mae Summa.* Suspicio est apud peritiores criticos, inter » Opera, quae Thomae Aquinatis nomine inscribuntur, ne» que decimam illorum partem adiudicandam eidem esse, » ceu vero parenti: maioremque partem auctores habere » Sodales Dominicanos, qui proprios foetus tanto nomini » supposuerunt, ut auctoritatis famam ipsis conciliarent. » Audax non ero, si addiderim quod eruditi viri ab illustri » Mabillonio exceperunt: itinerum scilicet, quae studiorum » causa capessiverat doctissimus asceta Sammauraeus, oc» casione data, argumenta plusquam sufficientia collecta ab » eo fuisse, quibus demonstrari facile posset, foetum Aqui» natis non esse integram saltem *theologiae Summam.* » Atqui vero si partem illam, quae *Secunda Secundae* ap-

(a) 5. *Thomas tout plein des topiques d'Aristote et des principes contentieux qu'il avait puisés, commença par faire des leçons sur le Maître des Sentences, dont le texte souvent éclairci avoit encore besoin de l'être. Il tacha ensuite de donner plus de jours aux études publiques, et il composa pour cet effet un Corps entier de théologie, où le superflu l'emporte presque toujours- sur le nécessaire. Et c'est ce Corps divisé en trois parties, et dont la Seconde plus étendue en comprend deux autres, qu'on appelle la Somme de saint Thomas. D'habiles critiques soupçonnent pourtant, que des ouvrages accumulés qui s'offrent sous son nom, il n'y a pas la dixième partie qui lui appartienne: et ils ajoutent que les autres lui ont été supposés par les religieux de son Ordre, afin de les faire mieux recevoir du public... Oserois-je ajouter ici une chose, que plusieurs savants se resouviennent encore d'avoir oui dire à l'illustre père Mabillon? C'est, que dans ses différens voyages littéraires, il avoit ramassé des preuves plus que suffisantes, pour démontrer que la Somme de saint Thomas n'est point entièrement de lui. Supposé cependant que la Seconde Seconde doive passer pour une production de son esprit, je le trouve asseç dédommagé de perdre tout le reste.*

» pellatur, Thomas elucubraverit; nihil obstare videtur, » quominus partes aliae pro germano eiusdem foetu ha- » beri debeant. » Haec ille.

Criticas eiusmodi censuras ex aurito grege (absit verbo invidia, quod ipsa veritas extorquet) quilibet ferre potest. Quinam vero eruditi censores illi fuerint, qui *vix decimam partem Operum,* quae Thomae nomine inscribuntur, germanos eiusdem foetus censuerint? Cur tot accuratissimas, quae iam prodierant, de scriptis Aquinatis non evolverit dissertationes, ut melius instructus anonymus censor aequum proferret iudicium de Operum numero, quae Thomas composuit? Quid est illud, quod ait: *lectiones* edere Aquinatem *coepisse* in Magistrum Sententiarum? Equidem sanctissimus Doctor consuevit sacras Scripturas et Aristotelis libros, aliosque veteres auctores commentario interpretari, in *capita* et in *lectiones* tributo: at huiusmodi *lectiones* apparent nullae in ea, quam confecit, Sententiarum magistri commentatione. Textus primo loco exponitur, tum *quaestiones* excitantur: quae in *articulos* aut *membra* dividuntur. Quid est illud, quod ipse Thomas *coeperit?* Imo vigentem tunc temporis morem sequutus est: quo eruditi viri, qui tradendae doctrinae theologicae operam darent et gradus percurrerent in Parisiensi Universitate consequendos, adstringebantur textum Magistri Sententiarum motis opportunis quaestionibus illustrare. Parum ergo instructum ac idoneum se praebet anonymus, qui prudens ac solidum de Operibus Thomae ferre iudicium valeat.

III. Novissima *Historia critica philosophiae,* quam improbo collegit labore Iacobus Bruckerus, reg. Soc. Berolinensis membrum, lucem vidit anno 1743 typis Lipsiensibus edita apud Bernardum Christophorum Breitkoph. Longe lateque ad examen vocantur Aquinatis Opera, Operumque pretium, doctrina, methodus, dictio tomo III, periodo II, parte II, lib. II, cap. m, sect. 11, §. ig. Censorium iudicium eius accipe, in quo bona sunt mixta malis a pag. 8o3: « Nobis si in tanto sententiarum discrimine iudicium quo- » que, quod institutum postulat, afferendum est; .fatemur » omnino fuisse in Thoma iudicandi aciem haud medio- » erem, ingenium excellens, lectionis copiam et inexhaustam » prorsus industriam, qua quinquagenarius denatus tot et » tanta scribere potuit. Habemus in eo consentientes duum- » viros eruditissimos et scholasticae philosophiae minime » patronos, Ludovicum Vivem et Erasmum Roterodamum. » Quorum ille (De causis corruptar. art. L. V.) licet cul- » pet in Aquinate, (<z) quod *secutus sit alienum iudi-* » *cium, suum non adhibuerit in Secunda Secundae:* eum » tamen vocat *Scriptorem de schola omnium sanissimum,* » *ac minime ineptum*. Hic autem (in caput I Epist. ad Rom.) » *virum* praedicat *non suo tantum saeculo magnum: cui* » *nullus recentiorum theologorum par sit diligentia, cui* » *sanius ingenium, cui solidior eruditio: dignus plane,* » *cui linguarum quoque peritia, reliquaque bonarum lit-* » *terarum supellex contingeret, qui iis quae per eam tem-* » *pestatem dabantur, tam dextre sit usus*... Unde nimis » durum et iniquum putamus iudicium Oudini *(quod su-* » *perius allatum est),* Thomae eruditioni plane derogan- » tis... Quae (namque scribit ille), partim falsa sunt, partim » aliena: cum nemo id forte, nisi impudens et imprudens » Thomae laudator, affirmet eius eruditionem cum nostri » saeculi litteratura esse comparandam. Nec tamen defuit » ei elegantia ingenii, unde scribendi ratio, atque dictio » minus lutulenta, quam sui saeculi homines plerique, » ipseque praeceptor Albertus Magnus,-sequi solebant. Ex » qua dictionis eius facilitate recte critérium desumitur, » suppositos Thomae libros a genuinis discernendi. Quam- » vis negandum non esse putemus, esse in eius dictione » multa, quae aures delicatas radant: in quibus tamen » longe caeteris est tolerabilior... Multa ei defuerunt, quae » illam, quae philosopho caetera docto et acuto tribuitur, » laudem imminuunt. Inter ea potissimum locum occupare » videtur, quod graecae linguae ignarus fuerit; et ab artis » criticae et humanitatis studiis, historia quoque philoso- » phica imparatum habuerit animum. Hoc enim studio eius » philosophico duplici pacto maxime fraudi fuit: ita enim » cum Aristotelem sibi ducem in philosophia delegisset, » intelligere obscurum et difficilem philosophum non po- » tuit, quem nonnisi graecae linguae et philosophiae veteris » apprime peritus assequi potest. Recurrendum' itaque ad » versiones erat, quae cum tunc temporis a Saracenis pete- » rentur; factum inde, ut vitia philosophiae scholasticae » Saracenorum simul disceret... Theologiam autem, philo- » sophiae isti scholastico-aristotelicae accommodando, mire » turbavit... Laudanda quidem Thomae industria, quod cum » graeca ipse intelligere non posset, meliorem (b) quam » quae tunc extabat, versionem Aristotelis confici curaverit. » Quo in negotio usum eum esse Thomae Cantimpratani » opera, post Trithemium *(De scriptor, eccl. num. 4ty)* » contendunt viri docti passim. Incertus auctor autem *chro-* » *nicorum Sclavicorum* apud Lindenbrogium, ad Wilhel- » mum de Brabantia (c) eum laborem refert *(ad an. I2q3')*... » Hac vero versione instructus Aquinas, dum illi fidit tam- » quam graeco exemplari et ex ea Peripateticae philosophiae » praecepta haurit, non potuit non saepius errare fallique, » quamvis mentis ἐνσοχία multa quoque assequeretur... » Verum dum Aristotelem unice sequi constituit, mancipii » instar servire Stagiritae coactus est et veritatem quoque » illi tyranno servire coegit. Et ne malum hoc solum es- » set, immodicus peripateticae philosophiae amor virum » hunc superstitioso obsequio philosopho addictum seduxit, » ut theologiae vulneribus quae praepostera philosophiae » commixtio inflixerat, nova adderet vulnera: sicque sacram » doctrinam vere faceret philosophicam, imo gentilem... » Recte illi imputari censemus, quod eam methodum sa- » racenico-peripateticam promoverit; et imprimis in Aca- » demia Parisiensi, ubi semper hactenus fuerant, qui Peripate- » ticismum odio prosequebantur, vulgaverit et introduxerit... » Et verum quidem est quod opponi potest: Thomam » Averroismo passim invalescenti se opposuisse, ut ex libro » *De unitate intellectus adversus Averroistas* patet... Verum » parum haec dictis officiunt. Quamvis enim hanc Averrois » opinionem recte improbaverit Thomas, qui pro ea qua » pollebat acie, perspexit quantis absurdis prematur ea opi- » nio: non tamen inde sequitur, philosophiae arabicae » methodum eum evitasse... Et cum ea in philosophia ad » theologiam applicanda, methodo uteretur, ut consensu »'Patrum et Scripturae quidem quaesito, eo vero ex ratio- » nibus metaphysicis et testimoniis philosophorum Genti- » lium confirmato, magnum doctrinae sacrae praesidium in » philosophia aristotelica poneret, moreque Arabum subti- » lissimas quaestiones et ambiguas de Divinis disputationes » annecteret; perspicuum inde est, scholasticae philosophiae » vitia eum non sustulisse, sed auxisse... Inter theologicos » libros *Summa theologiae* eminet, summis laudibus cele- » brata: quae heic ideo notanda est, quod in *Secunda Se-* » *eundae partis* sectione theologiam moralem, ipsaque vir- » tutis morumque praecepta, imo doctrinam quoque de » officiis naturalibus et christianis explicuit. Qua in parte » acumen iudicii et soliditatem eruditionis magis probasse » Aquinatem, quam in reliquis Operibus, viris quibusdam » eruditis visum est (Renato Rapino *Réflexions sur la* » *morale* §. 9, tom. II Opp. et H. lui. Scheurlio in *Biblio-* » *graphia morali'):* id quod facile quidem concedimus, si » respiciatur vel ad reliquas systematis theologici partes vel » ad alios scholasticos, qui in argumento morali aridas ple- » rumque et exsangues ediderunt tractationes: in se vero » consideratus iste labor, vix tantas laudes mereri videtur;

(a) Indicat Vives partem illam Summae theologicae, quae *Secunda Secundae* appellatur, ex alieno Vincendi Bellovacensis fonte hausisse Thomam. Qua in rc toto ipsum aberrare ostio perspicua iam demonstratione confecimus.

(b) Latina Aristotelis versio haec est, quae iussu Friderici II Imperatoris, partim e graeco, partim ex arabico sermone, circa annum 1220 confecta fuit *per viros tectos et in utriusque linguae prolatione peritos,* ut est apud Petrum de Vineis libro III, epist. Lxvn. Vide Io. Albertum Fabricium Biblioth. Gr. lib., HI, cap. vi.

(c) Wilhelmus seu Guillelmus de Morbeka, quod oppidum est in confinio Brabantiae situm, ex Ordine Praedicatorum ad Archiepiscopatum Corinthi adsumptus.

» nam in eo quoque, ut alibi, regnat Aristoteles, cuius » principia ethica cum genuina doctrinae moralis funda- » menta non exhibeant, palam est iis solidum Thomam » aedificium superstruere non" potuisse. »

Censuram hanc Bruckeri exhibere longe lateque deductam licuit: in qua plura a viro heterodoxo et liberrimo dicta occurrunt, quae nimiam et impotentem Casimiri Oudini licentiam castigant, maximeque cedunt in commendationem Thomae, eiusque Operum et doctrinae: alia sunt vero, quae ad augendam invidiam plus iusto exaggerantur. Vitia praesertim duo Aquinati nostro affinguntur: quod aristotelicae et saracenicae philosophiae instar mancipii servierit: quod philosophicis documentis et Averroistarum tricis, magnum in hisce praesidium collocans, sacram theologiae doctrinam foedaverit. Scilicet neque Thomae consilium adsequutus est Bruckerus; neque duplicis theologiae, *Naturalis et Revelatae,* discrimen animadvertit: neque animum paullo attentiorem admovit in circumstantias temporum ac in eorum quibuscum instituenda pugna fuerat, conditiones. Quae omnia accuratiore examine inferius discutienda sunt.

IV. Critici viri, qui paucis abhinc annis, Amstaelodami anno 1744, typis edidit opus gallice inscriptum, *Examen des défauts théologiques,* praetermittendum non est iudicium, quod tomo 11, sect, xi, cap. in, artic. 11 de Thpma Aquinate eiusque lucubrationibus, maximeque theologica Summa, his verbis profertur num. 5 (α): « *Summa sancti* » *Thomae* caeteris id genus operibus, quae ante ipsum pro- » dierant, minus est imperfecta: eamque Melchior Canus » iure caeteris quibusque praeferendam censet. Dissimulare » non licet prolixiorem videri, quam par est, hanc elucu- » bration em: eamque legi ac diligentiore studio evolvi non » posse absque temporis dispendio, quod utilius in Scri- » pturis et Conciliis et Patribus impenderetur. At rursum » animadverto dignissimum laude opus esse, si maxime » cum aliis comparetur. Grotius in epistola (1 iv) ad » quemdam Regis Galliarum legatum *(Beniaminum Mau-* » *rerium),* qui ab ipso methodum studendi postulaverat, » lectionem *Thomae Aquinatis ex scholasticis* proposuit *in* » *Secunda parte Secundae partis,* ubi de moribus agitur. » Disserit ille de virtutibus theologicis, deque moralibus, » iisque argumentis omnibus, quae sunt affinia et connexa. » Quaestionum numerus definitus est, inutilibus praeter- » missis: quaeve agitantur, nexum invicem habent: neque » ad alteram fit gradus, nisi priore dilucide exposita ac » solide dirempta. Inutiles fortasse moroso censori vide- » buntur quaestiones illae, in quibus agitur *de habitibus,* » deque *voluntario et involuntario,* singularumque virtu- › tum definitiones ad examen vocantur, idque genus sub- » tilitates expenduntur. At praesto est responsio: ad accu- » ratiorem rerum pertractationem pertinere huiusmodi quae- » stiones: easque supervacaneas iis dumtaxat videri posse, » qui eas per sese sumptas inspiciunt ac procul dissitas ab » eo tempore, quo Thomas munere suo pro virili defungi » non poterat, quin pugnam instigueret adversum multi- » plices opinationes, quas garruli et subtiliores eius aevi » scholastici vulgaverant. Hinc futiles et supervacaneae mo- » do videntur disceptationes, quae non absque emolumen- » to aetate illa agitandae fuerant. » Num. 6: « Caeterum » praestantioris inter sacculi sui theologos nomen obtinuit » s. Thomas. Opinionum, quae tunc temporis ferebantur, » absolutissima notitia pollebat: Magistrum Sententiarum » legerat et Epistolas Pontificum Decretales ac integrum » Gratiani Decretum: Aristotelis philosophiam callebat ap- » prime, diligenterque versatus est in evolvendis Arabum » philosophorum commentariis, quos ea aetate negligerc » nemo poterat, qui doctus videri vellet. Notitias plurimas, » quas comparaverat, vivaci imaginatione dispositas tenebat » aptavitque theologico studio: quod ab ipso eo factum » consilio, ut philosophicis disciplinis addictos facilius per- » duceret ad sacram doctrinam et hanc illis gratiorem red- » deret. Mente praeditus erat vasta et foecunda, profundior » quam amoenus, vi naturali potius quam arte ad scientias » comparatus: rerumque in eo copia magis admiranda, » quam delectus. Theologiam ad systema reduxit: eamque » adhibuit methodum, qua utentes aetate sequiore viri docti, » maxima attulerunt incrementa et perfectionem theologiae. » Quocumque floruisset tempore Thomas, magnum sibi » nomen theologi comparasset: quo plane respetu consi- » deratus vel eorum, si qui sunt, magister appellandus est, » qui illum superaverunt. » Num. 7: « Vix demum ad- » firmare dubitaverim, theologorum neminem saeculo ter- » tiodecimo floruisse, qui ad illam nominis et doctrinae » famam potuisset pertingere, quam sibi Thomas compa- » ravit: neque enim eadem elucet diligentia in morali theo- » logiae parte, quam ipsi adornarunt: neque in eorum » sistemate idem ordo, neque demum idem studium com- » paret, ut quae inutilia sunt ac supervacanea tollerentur. » Hactenus scriptor anonymus, qui prudentem ac peritum in eo, quod pronunciat de Thoma Aquinate eiusque Operibus indicium, se praebet: tametsi quaedam ipsi exciderint minus vere et caute dicta.

CAPUT II.

Censor refellitur, qui numerum lucubrationum Aquinatis, quae genuinae sint, plurimum imminuit. Congruam latinam dictionem, qua suis in Operibus usus est Thomas, vindicant ipsi censores Oudinus et Bruckerus. Melchioris Cani iudicium de ornatu orationis neglecto aut praetermisso.

I. Λ *Taria* sunt eiusmodi censurarum, quae allatae sunt, V praecipua capita ad examen vocanda, partium studio eliminato. Ita vero vindiciarum modus temperandus, ut laudum praeconiis praetermissis, nativam suam ipsamet Aquinatis Opera venustatem exhibeant, ipseque sui ipsius vindex sit Thomas. Pars illa censurae, quam tulit anonymus auctor *historiae criticae philosophiae,* primum pro-

(a) *La Somme de saint Thomas est la moins défectueuse de toutes celles, qui ont paru avant lui. Melchior Canus a raison de la préférer aux autres: mais on ne peut dissimuler que cet ouvrage ne soit un peu trop long et que sa lecture et son étude ne demande un temps dont le superflu pourrait être employé plus utilement à l'Ecriture, aux Conciles et aux Pères; néanmoins il faut dire qu'il est bon, quand on le compara à d'autres plus imparfaits. Grotius dans une lettre écrite à un ambassadeur de France qui lui avait demandé une méthode d'étudier, lui conseille la lecture de la Seconde Seconde de s. Thomas, pour la morale. Le Docteur Angelique y traite des vertus théologales et morales, et de tout ce qui peut y avoir quelque rapport: il réduit les questions à un certain nombre, laissant à part celles qui ne sont pas nécessaires: il fait ensorte qu'elles aient de la liaison entre elles: enfin il ne passe point à l'explication d'une nouvelle difficulté, sans être assuré que la précédente et son explication ont été bien comprises. Un censeur difficile y trouvera peut être quelques inutilités sur les habitudes, sur le volontaire et l'involontaire, sur les définitions de chaque vertu en particulier etc. Mais on répond que saint Thomas n'a traité ces questions, que pour une plus grande exactitude: elles rebutent aujourd'hui un critique, parce qu'il ne les voit que dans l'éloignement et détachées du rapport qu'elles ont au temps, où le Docteur Angelique écrivait. En combattant certaines opinions soutenues par quelques scholastiques, il entre dans des détails qui nous paraissent bicarrés, quoiqu'ils fussent alors nécessaires.—Num. 6. Du reste s. Thomas a toujours passé pour le meilleur théologien de son siècle: il était instruit des opinions de son tems, il avait lu le maître des sentences, les décrétales des Papes et le Décret de Gratien. Il savait la philosophie d'Aristote et plus encore les Commentaires des Arabes sur ce Philosophe, ouvrages alors à la mode et qu'on ne pouvait ignorer sans risque de passer pour ignorant: ainsi étant devenu un des sçavans hommes de son siècle, son imagination lu! fournit l'art d'assembler ses diverses connaissances et de les accommoder aux matières théologiques. C'est aussi un effet de son jugement d'avoir conçu qu'il attacherait d'avantage ses lecteurs par cette dépendance commune, que les choses les plus indifférentes auraient à la théologie. Il avait l'esprit vaste et fécond, plus élevé que délicat, plus naturel que ingénieux et plus amoureux de l'abondance que du choix. Il a réduit la théologie en système et par sa methode il a ouvert aux écrivains qui l'ont suivi, des routes qu'on a perfectionnés dans les derniers siècles. Il y a apparence qu'en quelque temps que s. Thomas eût vécu, il aurait toujours été un grand théologien et à ne le prendre que dans ce sens, on peut dire qu'il est le maître de ceux memes qui l'ont surpassé.* – Num. 7. *Je doute fort que les autres théologiens du* xtit *siècle puissent atteindre à l'estime que saint Thomas s'est acquis. On ne trouve pas dans leur morale la même exactitude, dans leurs systèmes le même ordre et la même attention a écarter les raisonnemens superflus* etc.

deat, his concepta verbis : *Suspicio est apud peritiores criticos, inter Opera, quae Thomae Aquinatis nomine inscribuntur, neque decimam eorum partem adiudicandam eidem esse, ceu vero parenti.* Animadverte Opera Thomae simul omnia collecta prodiisse Romae anno 1570 iussu Pii V Romani Pontificis, decem et septem voluminibus in folio comprehensa. Peritiorum ergo, quos anonymus vocat, suspicionibus criticorum si fides, volumina vix duo genuinis Thomae Operibus impleri possent: quod utique imperitissime dictum.

Ab hac editione Romana absunt Commentarii *in Genesim, Danielem, Machabaeos, Epistolas Canonicas et Apocaljrpsim,* quos peritiorum nemo non abiudicat ab Aquinate : reiice vero, peritis omnibus ultro consentientibus, *Secundum* (quod vocant) *scriptum in Sententiarum libros et Opuscula* pauca quae in eadem editione impressa prostant minutiore charactere, itemque *Expositionem* (si lubeat) in *Canticum Canticorum,* quae incipit *Salomon inspiratus,* atque demum levia quaedam supplementa : caetera sunt omnia sanctissimi Thomae germana Opera.

At, inquis, *apud peritiores criticos dubium id esse, ac suspicionem ipsis insedisse.* Quinam vero fuerint *peritiores isti critici,* quos appellas? Adversantes tu habes peritos utique, ac liberrimos viros criticos, Robertum Bellarminum, Philippum Labbeum, Ludovicum Dupinium, Guillelmum Cave, ipsumque dicacissimum Casimirum Oudinum, atque Iacobum Bruchorum, qui maximam Operum, quae Thomae tribuuntur, partem agnoscunt genuinam ac vindicant: *ingeniumque* Thomae *excellens* admiratur Bruckerus, *et lectionis copiam, et inexhaustam prorsus industriam, qua quinquagenarius denatus tot et tanta scribere potuit.*

Haud me latet Opera quaedam in editione Romana nomine Aquinatis inscripta, ab hisce criticis viris pro dubiis suppositisque tanto nomini haberi : cuiusmodi sunt Commentarii *in Isaiam, in . leremiam, in Matthaeum et Ioannem et Opuscula* nonnulla inter ea, quae sincera et germana existimarunt Romani editores. Criticae nimium severae tantisper indulgeamus, eademque Opera inter dubia et supposititia collocentur. Quid inde ? An Operum Thomae numerus fuerit adeo imminutus, ut cum censore anonymo dicere liceat, *vix decimam partem Operum, quae Thomae inscribuntur nomine, eidem tribui posse ceu germano parenti?* Ampullae sunt imperitissime proiectae. Cur vero idem censor, ut sui muneris partes expleret, suspicionum huiusmodi momenta paullo attentius non expendit, et Iacobum Echardum consulere praetermisit validissimas agentem vindicias tomo I Scriptorum Ordinis Praedicatorum, Parisiis anno 1719 typis edito, quem legere poterat ac sane debuerat? Hanc eamdem nos etiam superioribus in Dissertationibus spartam exornavimus: neque facile negotium fuerit tot elidi posse argumenta, quibus eadem, in suspicionem adducta Opera, tamquam vero parenti adiudicantur sancto Thomae.

Fuere, qui praeclarissimas lucubrationes *Catenae in quatuor Evangelistas et Summae theologicae,* aut integras aut magnam partem, detrahendas Aquinati censucrunt. Fuerintne *peritiores* illi *critici,* quorum dubia et suspiciones affert anonymus historiae criticae philosophiae auctor? Casimiri Oudini, qui erga s. Thomam propenso bonoque studio non ferebatur, iudicium accipe, quod in eius Dissertatione legitur capite xni: « Certum est, *inquien-* » *tis,* novissimis temporibus nostris insurrexisse nonnullos » notae recentis scriptores... qui ex partium studio multa in » s. Thomam Aquinatem parum aequa, atque in eius in- » dubia scripta loquuti sunt, quorum ego invidiam defe- » ctumque iudicii haudquaquam aemulabor... Nec audiendi » sunt scriptores recentes, qui s. Thomae Aquinati scripta » ab antiquis collata auferunt ex proprio capite, absque » rationibus idoneis... uti nostro isto saeculo a nonnullis fa- » ctum est ». In dubium vocare *Continuum,* quod inscribitur, *Opus in quatuor Evangelia,* primus et solus ausus est Petrus de Alva. Veteres contra ipsum opponit synchronos et suppares probatissimos testes laudatus Oudinus capite xvii: tum vero *sane,* inquit, *qui post tantas, tamque insignes ob antiquitatem auctoritates iterum reluctantur, vel ambingunt... ii non homines... sunt,* sed *in privatis suis opinionibus insaniunt.*

Theologicam quoque Summam Aquinati auferre idem Petrus de Alva conatus est. Sed irritum conatum eius fuisse iudicat Oudinus capite xxv: « Probat, *inquiens,* the- » sim suam modicissimis coniecturis, litterato homine in- » dignis... Utitur praeterea negativis argumentis nihil omnino » concludentibus, itemque mss. codicibus anonymis, quos » omnes *originalia* novitius appellat semper. Vidisse me * hominem recolo olim, dum iunior essem, varias perlu- » strantem bibliothecas, sed festinanter... Unde nihil mi- » rum, quod tam modicam ex tot locis inspectis eruditionem » hauserit. Hunc virum egregie dedolavit Franciscus lans- » sens etc. * In eamdem iverat opinationem Ioannes Launoius, Petri Rogerii seu Clementis VI silentio, ut putabat, innixus. At *caligantes Ioannis Launoii oculi* (Oudini verba sunt loco citato) *dederunt occasionem doctissimo seni dubitandi, dum male legit hunc ms. codicem Clementis VI.* Hactenus ille in editione Lipsiensi anno 1722 accurata, quam censor anonymus consulere debuisset, ut prudens cordatumque iudicium de Operum Thomae numero ferre posset. Typis etiam prostabant amplissimae, quas praeterire non licebat, vindiciae ab Iacobo Echardo adornatae anno 1708 in opere, quod inscripsit, *sancti Thomae Summa suo auctori vindicata,* et anno 1719 tomo I Scriptorum Ordinis Praedicatorum. Haec vero cum praeterierit omnia censor, aequi censoris officio minime satisfecit.

Dubia tandem et suspiciones, quibus *illustris Mabillonius* tenebatur, ex aliorum refert auditu. Imo fabella est in eiusmodi suspiciones ac dubia incidere doctissimum ascetam Benedictinum potuisse, qui cum plurimas bibliothecas lustraverit innumerosque evolverit codices, nosse potuit debuitque synchronos plures ac suppares idoneos testes , integram *theologiae Summam* Aquinati tribuentes, Ptolomaeum de Luca, Bartholomaeum Logothetam, Nicolaum Trivetum, Guillelmum de Tocco, Nicocolaum de Freavilla a confessionibus Philippi Francorum Regis, Ioannem de Friburgo, Bernardum Guidonis, Galienum de Orto, Guillelmum Lammaraeum, sanctum Ludovicum Episcopum Tolosanum aliosque plures, consodales Dominicanos aliquos, exteros alios, Thomae Aquinati addictos plures pluresque infensos : ipsumque denique Petrum Rogerium seu Clementem Sextum : quorum utique auctoritati reluctari quid aliud fuerit, nisi insanire ? Nos etiam hocce de argumento uberrime egimus Dissertatione XIII et seqq.

Laudati Nicolai Triveti testimonium ac Lucae Dacherii animadversio, qui chronicon eius protulit in lucem, peculiari digna sunt animadversione. Operum Thomae elenchum Trivetus texit ad annum 1274. Opera distinguit proprio stylo Aquinatis elucubrata, quae plurima sunt : et alia recenset pauca, quae *inveniuntur,* ut ait, ipsi *attributa, quae tamen ipse non scripsit, sed post eum legentem vel praedicantem ab aliis sunt collecta.* Dacherii postilla e regione legitur in margine: 5. *Thomae Opera falso attributa.* Ait etiam doctissimus editor in Monito : *Emunctae naris fuisse Trivetum ac studio partium minime addictum germanos a spuriis Thomae foetus* distinctos recensuisse. Num haec Dacherii verba ac similia aliorum scriptorum dicta adludebat criticus censor, qui Operum Thomae numerum ad partem *vix decimam* imminuebat? Atqui paucissima primum sunt Opera id genus a Triveto notata: scilicet, *Lectura super Epistolam ad Corinthios ab undecimo capitulo usque ad finem, et Expositio super primum De anima...* et *Lectura super Ioannem et super tertium Nocturnum Psalterii: Collationes de Oratione Dominica et Symbolo, item Collationes dominicales et festivae, item Collationes de decem praeceptis... Item Lectura super Matthaeum.* Longe plura supersunt ac praestantiora, quae Aquinatem habent verissimum parentem. Neque tamen indubium est Triveti testimonium ; cum alii eiusdem aevi accuratissimi nomenclatores, quorum verba alibi descripta sunt, inter Opera a Triveto notata testantur non pauca ex proprio Thomae calamo et stylo pro-

diisse. Neque demum eadem, tametsi omnia ab aliis collecta dicerentur, ab ipso Aquinate omnino abiudicanda sunt: sunt enim *post ipsum legentem vel praedicantem ab aliis collecta,* ab ipso etiam Thoma *revisa et approbata,* ut suis in locis adnotavimus. Id genus Opera dici consueverunt *Reportata:* quae tametsi aliorum stylo descripta, germanam tamen a sanctissimo Doctore traditam e suggestu doctrinam complectuntur. Hinc perperam Dacherius in Monito et in Postillis marginalibus eadem notavit, veluti *spurios partus, falso tributos* Aquinati.

II. Ad intimos Operum Thomae characteres progreditur oratio. Apud Gravinam in suo *Cherubino* et Vielmium Episcopum Argolicensem in Peloponneso, postea Aemoniensem in Istria, in Opere *De doctrina et scriptis Aquinatis,* fuere censores, qui Doctoris nostri stylum ac dictionem reprehendebant, ac si *barbare et sordide admodum locutus* ipse fuerit et scripserit. Maiorem etiam ornatum et florem orationis et disserendi copiam optassent delicatuli plures apud Melchiorem Canum.

Severos censores advocare praestat, qui iudicium ferant. Primus prodeat Iacobus Bruckerus, cuius haec verba sunt: « Non defuit Thomae elegantia ingenii, unde scribendi » ratio, atque dictio minus lutulenta, quam sui saeculi ho» mines 'plerique... sequi solebant. Ex qua dictionis eius faci» litate recte critérium desumitur suppposito Thomae » libros a genuinis discernendi ; quamvis negandum non » esse putemus esse in eius dictione multa, quae aures » delicatas radant, in quibus tamen longe caeteris est tole» rabilior ». Satis id fuerit, ut *barbaro ac sordido admodum* scribendi modo Opera Thomae liberemus.

Impudentius nemo Casimiro Oudino Opera sancti Thomae contempsit: a quo tamen lux ipsa veritatis haud contemnendum de stylo deque dictione eius iudicium extorsit. Haec enim habet verba capite xm, canone v: « Nullum opus » vel opusculum, cuius latinitas barbara atque rustica sit, » spectare debet ad sanctum Thomam Aquinatem. Legi » enim attente, quantum mihi licuit, opera atque opuscula » pleraque, imo sancti Doctoris omnia... atque inter legen» dum animadverti, sanctum Doctorem equidem in Operi» bus suis non affectasse latinitatem comptam atque ele» gantem, non neglexisse attamen illam. Ita ut nunquam vel » raro videre sit in prolixissimis etiam eius Operibus phra» ses barbaras atque grammatico indignas: sed quamdam di» ctionis servasse congruitatem, atque fuisse utcumque lati» num. Unde ubi in Opusculis vel voces barbarae affectatae » vel phrases eiusmodi leguntur; certum mihi est Opera » ista non spectare ad Angelicum illum Doctorem, qui sem» per in expressione congruus saltem, numquam barba» rus aut puerascens fuit ». Nihil reliquum est, quod optemus.

III. Querelas miscent alii de arido, quod secutus est, disputandi genere absque flore orationis, absque eloquentiae ornatu, absque cultu dictionis. Equidem *nemo a viro gravissimo orationis delicias quaerat, pigmenta muliebria, fucum puerilem* (quae in Operibus eius apparent nulla): *sed veras gravesque sententias, argumenta solida et propria, sermonem rei, de qua disseritur, accommodatum.* Melchioris Cani libro XII De locis theolog., capite xi iudicium est, quod prudens doctusque nemo non amplectatur. Haec *omnia* quippe *adeo egregie divus Thomas praestitit, ut si vitia in eo pauca sint, quae ab istis* (curiosis et delicatulis hominibus) *invidiose commemorantur: plurimis tamen maximisque virtutibus illa compenset. Quamquam, ut erat et modestus 'et prudens... legem disputationis aequabilem tum rudioribus, tum... suo illi saeculo dedit.*

Ad vitia dictionis referri solet obscuritas : et *obscura quaedam in divi Thomae lucubrationibus esse* cavillantur nonnulli apud eumdem Canum loco citato. *Sane quidem:* reponit vir sapientissimus, ad iudicandum maxime idoneus. *Non tamen ab illo ita dicuntur de industria: nec in ingenio inest, sed in rebus ipsis obscuritas. Et propria* (nempe argumenta, ex rei visceribus ducta, ut egregie praestat Aquinas), *quam communia, obscuriora sunt. Vinum quoque aqua mixtum clarius est quidem, sed dilutius est tamen: merum ad bibendum difficilius, plus omnino habet virium.*

CAPUT III.

Num graecae linguae peritia polleret Aquinas dissident scriptores. Graecam certe coluit promovitque eruditionem, utpote qui scriptores graecos in latinum transferri curaverit. Imperfectas vitiatasque novit latinas, quae ferebantur versiones: interpretumque inscitiam castigat: correctasque profert interpretationes. Variantibus passim utitur divinorum eloquiorum lectionibus , quae ex hebraeo et graeco textu proficiscuntur.

I. raviora, quae opponuntur, expendamus. In Elogio, V_Aquo Thomam exornat Erasmus Roterodamus, *virum* appellans *non suo tantum saeculo magnum, saniore caeteris ingenio et solidiore eruditione praeditum , plane dignum* fuisse ait, *cui linguarum quoque peritia contingeret.* Hanc linguarum nescientiam obiicit Oudinus omnino inurbane: *Nesciebat,* inquiens, *linguas quas appellant exoticas: graeca nec tantisper intelligebat.* Eadem est Bruckeri censura : *Multa ei defuerunt,* inquientis, *quae illam, quae philosopho caetera docto et acuto tribuitur, laudem imminuunt. Inter ea potissimum locum occupare videtur, quod graecae linguae ignarus fuerit.* Paria scripserat olim Launoius in epist. r ad Antonium Faurum: *Nemo affirmasset,* inquiens, *vertisse Thomam* ex graeco quemdam s. Cyrilli textum, *quia graece non intelligebat.*

In hac censurae parte celebrare virtutes tamen duas, quae linguarum defectum compensare valeant, dignissimas in Angelico Doctore commendatione, non praetermittit Bruckerus heterodoxus , minus in Aquinatem iniquus quam apostata Casimirus Oudinus. Ac primum *laudanda,* inquit, *Thomae industria, quod cum graeca ipse intelligere non posset, meliorem quam tunc exstabat, versionem Aristotelis* (aliorumque scriptorum, ut infra dicendum), *confici curaverit.* Ac illud praeterea praeconio laudum celebrandum , quod versionibus licet minus accuratis uteretur, *mentis* ἐυσοχια *multa quoque assequutus est.* Noverat istud ingenii acumen, quo pollebat Aquinas, eiusque in adsequenda veritate facilitatem Gabriel Naudaeus, abs Bruckero *(loc. cit.)* laudatus, qui in Bibliographia politica : *Ipse Thomas,* aiebat, *ut in caeteris operibus Aristotelis, sic praesertim in istis* (ad Ethicam pertinentibus) *more suo fecit: et ex interpretatione neque bona, neque vera, bonam tamen et veram sententiam elicuit.* Par est iudicium Eusebii Renaudotii in sua de barbaricis Aristotelis librorum versionibus Disquisitione apud Io. Albertum Fabricium in Biblioth. graeca libro VI, capite v, tomo XII. Verba eius sunt num. 20: *Neque mirari satis possumus divi Thomae Aquinatis, qui Aristotelem talium interpretationum subsidio unico legerat, acumen et industriam ; cum saepe Aristotelem verius, saltem verisimilius, non modo quam illi, quos sequebatur, Averroes et Arabes reliqui, sed quam Graeci nonnulli, interpretatus agnoscatur.*

Aquinatem graecae linguae peritum vindicare sibi visus est contra Launoium posse Bernardus Guyard gallus, conventus nostri Redonensis alumnus, edita Parisiis dissertatione anno 1667, *Utrum sanctus Thomas calluerit linguam graecam ?* Anno insequente 1668 ibidem prodiit in lucem *Honorati a s. Gregorio in Catenam auream sancti Thomae* ac *Patris Nicolai editionem novam apologetica Praefatio:* cum *Appendice,* quae inscripta legitur, *in Dissertationem de fictitio sancti Thomae graecismo summaria epistolaris Dissertatio.* Sub eo Honorati a s. Gregorio ementito nomine latet ipse gallus alter sodalis, Ioannes Nicolaius. Dissertationem suam tueri Guyardus anno 1670 conatus est, alio edito libello, cui titulus: *Adversus metamorphoses Honorati a sancto Gregorio.* Nolim ego invidiosam movere quaestionem : quam fortasse minime dirimat frequens in exponendis *etymologiis* recursus ad graecum fontem, neque *articulorum* potestas indicata in caput 1 Evangelistae Ioannis, lect. r, neque *casuum* apud graecos et latinos differentia, quae innuitur lect. 111 in caput 11 ad Romanos. Attamen *neque tantisper* Aquinatem *graeca intellexisse,* inurbana, et absona, et falsa Oudini sententia est. Graecam certe eruditionem, aliorum opera adhibita, coluisse, maximeque aevo suo promovisse Doctorem sanctissimum dubium nullum.

II. Hanc eius industriam noverat commendavitque Bruckerus : *quod meliorem, quam quae tunc exstabat, versionem Aristotelis confici curaverit.* Opera *nonnulla Philosophi in latinum translata* ab Hermanno, cognomento *Contracto,* testatur Trithemius tomo I Annalium Hirsaugiensium ad annum ioo5. Refert etiam Rigordus in historia de gestis Philippi Augusti circa annum Domini 1210, *legi Parisiis* coepisse *libellos quosdam Aristotelis, qui docebant metaphysicam, de novo Constantinopoli delatos et a graeco in latinum translatos.* Versio illa succedit, quam iussu Friderici II Imperatoris, adnotante Io. Alberto Fabricio in Biblioth. Graeca libro III, capite vi partim e graeco, partim ex arabico sermone, circa aerae vulgaris anno 1220 confecerunt *viri lecti et in utriusque linguae prolatione periti,* ut habet Petrus de Vineis libro III, epistola lxvii *(al.* lxix).Scatentem vitiis hanc viderat versionem Aquinas melioremque e graeco novam fieri curavit. Rem testatur Guillelmus de Tocco in Vita capite iv, num. 18: *Scripsit etiam,* inquiens, *super philosophiam naturalem et moralem et super metaphysicam : quorum librorum procuravit quod fieret nova translatio, quae sententiae Aristotelis continet clarius veritatem.* Accuratissimam non dixerim translationem : at certum compertumque fit, minus vere ab clariss. Renaudotio dictum loco citato, Thomam legisse Aristotelem *unico subsidio interpretationum,* quae ex arabica priore versione prodierant ; constat quippe id ab eo curatum impetratumque, ut perfectior ex graeco adornaretur translatio.

Aristotelis opera graece scripta noverat Aquinas : latinamque versionem, quae graeco textui maxime consentiret, caeteris repudiatis, affert etiam ac praefert. Textus Aristotelicos ex libro III *De anima* depromptos describit plures in Opusculo *De unitate intellectus contra Averroistas:* dataque opera *litteram* animadvertendam proponit, quae *sic habetur,* inquiens, *in graeco,* novam innuens, ut puto, latinam translationem, ipso urgente, de graeco factam. Libros etiam memorat *De substantiis separatis* eiusdem Aristotelis: *quos vidimus,* inquit, *nondum translatos in lingua nostra.*

Novam hanc latinam interpretationem, urgente opus Aquinate confectam, adiudicat Thomae Brabantino de Cantimprato, aliorum fide advocata, Trithemius de Scriptoribus ecclesiasticis n. 469. *Sunt qui scribunt* (Thomam Cantimpratensem) *graeci sermonis habuisse peritiam, et libros Aristotelis, quorum iam usus in scholis est, transtulisse.* Trithemium sequuti sunt Natalis Alexander in Hist. eccl. saeculo XIII et XIV, capite iv, art. iv, ipse Io. Albertus Fabricius loco citato aliique. Brabantinum alium interpretem, nomine *Wilhelmum,* invehit Chronicon Sclavicorum apud Lindenbrogium, ubi ad annum 1273 haec habentur: IV/7-*helmus de Brabantia Ordinis Praedicatorum transtulit omnes libros Aristotelis de graeco in latinum, verbum a verbo (qua translatione scholares adhuc hodierna die utuntur in Scholls'), ad instantiam sancti Thomae de Aquino Doctoris.* Ita verba refert Bruckerus loco superius citato. Is est Guillelmus de Morbeka, quod oppidum est in confiniis Brabantiae, ideo *Brabantinus* dictus, ac perperam cum Thoma Cantimpratensi confusus, ex Ordine Praedicatorum ad infulas Archiépiscopales Corinthi adsumptus. Praeter latinam, familiares habuit graecam et arabicam linguas. Degebat in Italia circa annum 1268 apud Clementem IV, sub eoque et Gregorio X successore, munere cappellani et poenitentiari functus est. Hunc esse virum peritissimum, qui Thomae votis annuens, novam librorum Aristotelis versionem elucubravit, nullus dubitat Iacobus Echardus. Latinas plerasque ab eodem confectas interpretationes, *ex graeco* alias aliasque *ex arabico,* Aristotelis, Simplicii, Procli Diadochi, Galeni, Hippocratis, diligentissime recenset idem Echardus tomo I Scriptorum Ordinis Praedicatorum. Consule Dissertationem nostram XXIII.

Ampliora sunt in sacram eruditionem graecam Aquinatis merita. *Continuum opus,* quod vocant, *in quatuor Evangelia,* sanctorum Patrum scriptorumque ecclesiasticorum sententiis uno veluti contextu concinnatum, iussu Urbani IV Summi Pontificis elucubraturo, satis illi non fuerunt veteres latini Patres, neque latinae quae ferebantur scriptorum graecorum versiones, qui Evangelia commentariis illustraverant. Alias etiam *expositiones Doctorum graecorum* (ipse Thorpas ait in Epistola nuncupatoria ad Annibaldum S. R. E. Presbyterum Cardinalem, Evangelio secundum Marcum praefixa), *in latinum feci transferri: ex quibus plura expositionibus latinorum Doctorum interserui, auctorum nominibus praenotatis.* Patrum scriptorumque elenchum, quorum sententias defloravit Aquinas, accuratissimum praestat in sua eius Operis editione Ioannes Nicolaius: numeratque latinos Patres duos et viginti, praeter Glossas varias anonymas: Graecosque scriptores septem et quinquaginta. *Quo* utique *factum est* (verba sunt Antonii Possevini S. I., *in Apparatu sacro), ut et Evangelicum sensum et Patres antiquos latinos qui delitescebant, aut minore erant in usu, ac graecos ipsos interpretes assequeremur, divina viri caritate procurante, ut latine propterea verterentur.*

Quo Thomas in hisce Patrum graecorum aut libris aut-excerptis latine vertendis usus fuerit interprete ignotum: at notum compertumque, nimium a vero abludere editorem operum Launoii, qui Praefatione in tomum V cum ipso Launoio contendit: *Non potuisse ab Aquinate, nec ab alio aequali scriptore in linguam latinam transferri* textus graecos, *quia graecae linguae imperitia tunc temporis regnabat.* Plura namque graecorum scriptorum excerpta, curante Thoma, latinitate donata esse, ipse Thomas testis est locupletissimus.

III. Latinae aevo illo scriptorum graecorum ferebantur versiones. Vitia novit carum, quibus ipsae laborabant, sanctus Thomas. Dignum est animadversione iudicium eius de illa, quae vulgaris erat, *Homiliarum s. Ioannis Chrysostomi in Matthaeum* latina versione. Sic ait enim in Epistola nuncupatoria ad Urbanum IV : *Interdum sensum posui, verba dimisi, praecipue in Homiliario Chrysostomi, propter hoc quod est translatio vitiosa.* Sive pro ea qua polleret ipse graecae linguae peritia, sive a peritioribus aliis edoctus hoc protulerit iudicium, dignum illud est profecto viro graecas litteras, sin minus callenti, pro sua certe erga graecam eruditionem studio promoventi. Ignotum mihi vero quaenam haec fuerit latina *Homiliarum Chrysostomi* translatio : num illa antiquissima, quam saeculo Ecclesiae quinto confecerat Anianus Celedensis diaconus, ut putat Montfauconius : an illa, quae a Burgundione, origine pisano, Eugenii 111 iussu elucubrata est anno dominicae Incarnationis 11 5l ut ipse testatur Burgundio : an alia demum. Consule Dissertationem de Catena aurea s. Thomae.

Thomae nostri subiiciendum examini laudatus Urbanus IV libellum tradidit, in quo plurima scriptorum Graecorum excerpta continebantur, latine reddita. Opusculum hac de re composuit Aquinas, quod primurti tenet locum in editione Romana. Summum Pontificem admonet in Epistola ad ipsum data: tum *plurima inveniri in libello, ad nostrae fidei assertionem utilia:* tum offendi non pauca, *quae possent materiam ministrare errorum et contentionis dare occasionem et calumniae.* Haec scilicet praemonita ab Aquinate theologo. Vitia praeterea latinae versionis patefacit plurima, deque optima interpretandi ratione disserit sapientissime: quae ad penitiorem spectare eruditionem nemo non videt. Mendosae latinae interpretationis plura postremo capite affert exempla: « Sicut, *inquiens,* quod logos (λόγο) » exponit translator fere ubique *sermonem mentalem,* cum » secundum usum scripturae latinae convenientius expo- » neret *verbum.* Et hypostasim (ὑπόστασιν) exponit *essen- » tialem personam;* quam expositionem sequens, aliquando » cogitur inconveniens dicere. Sicut ubi dicit *Deus trinyp- » postases,* (τρισυπὸ τατο) idest *trinus essentialiter perso- » nalis:* hoc enim est omnino errroncum, quod Deus sit » essentialiter (idest quoad essentiam) trinus. Sufficeret » autem pro *hypostasi* transferre simpliciter *personam* » etc.

De munere boni interpretis sic pergit disserere in Epistola citata ad Urbanum IV: « Multa, quae bene sonant » in lingua graeca, in latina fortassis bene non sonant: » propter quod eamdem fidei veritatem aliis verbis Latini » confitentur et Graeci. Dicitur enim apud Graecos recte » et catholice, quod Pater et Filius et Spiritus sanctus

». sunt *tres hypostases:* apud latinos autem non recte so-
» nat, si quis dicat, quod sunt *tres substantiae;* licet *hy-*
» *postasis* sit idem apud Graecos, quod *substantia* apud
» Latinos secundum proprietatem vocabuli. Nam apud La-
» tinos *substantia* usitatius pro *essentia* accipi solet, quam
» tam nos, quam Graeci unam in divinis confitemur. Pro-
» pter quod sicut Graeci dicunt *tres hypostases,* nos dici-
» mus *tres personas,* ut etiam Augustinus docet in VII De
» Trinitate. NeC est dubium, quin etiam simile sit in aliis
» multis. Unde ad officium *boni translatoris* pertinet, ut
» ea quae sunt catholicae fidei transferens, servet senten-
» tiam, mutet autem modum loquendi secundum propric-
» tatem linguae, in quam transfert. Apparet enim, quod si
» ea quae in latino litteraliter dicuntur, vulgariter expo-
» nantur: indecens erit expositio, si semper verbum ex
» verbo sumatur. Multo igitur magis, quando ea quae in
» una lingua dicuntur, transferuntur in aliam, ita quod
» verbum sumatur ex verbo, non est mirunï, si aliqua
» dubietas relinquatur. » Omnes utinam, qui scriptorum operibus in aliam linguam vertendis operam conferunt, haec Thomae praecepta servarent.

Areopagiticorum auctoris, quem Dionysium Areopagitam aevo Aquinatis nemo unus non existimabat, frequens est in-eius Operibus usus: ac praeterea editus ab ipso Commentarius prostat in librum *De divinis Nominibus.* Latinam versionem adhibet in isto, quam confecerat loannes Sarracenus, qui Abbas s. Andreae Vercellensis Ordinis canonicorum Regularium dicitur. Caeteris in Operibus modo hanc, modo antiquiorem affert a loanne Scoto Erigena confectam: quinimo frequentissime, utroque dimisso interprete, Areopagitici textus reddit sensum nitidioribus verbis expressum. Exempla dedimus plura Dissertatione VIII capite in. Nemo non vadet curasse Thomam, ut aliorum saltem adhibito consilio, qui graecam linguam callebant, auctoris mentem tutius et verius aut verisimilius adsequeretur; cum versionum, quae ferebantur, pro sui acumine ingenii vitia et menda optime nosset.

Queritur doletque Michael Lequienus in Dissertatione π *(n. i5)* Damascenica,. textum quemdam eiusdem Areopagiticorum auctoris, qui capite ir De divinis Nominibus, numero 6 legitur, vitiose translatum haberi in antiquis quibusque, itemque recentibus in editionibus. Graeca verba sunt: κχῖ ὃράσχι, κχῖ ττχθεῖν , ὁσχ τη χνΟρωπικη χυτοῦ θεουργίχ ἐστιν εκκριτχ κχῖ ἐξχίρετχ. Quae sic vertit Erigena: Verbum divinum *operari et pati quaecumque humanitatis eius divina actione sunt discreta et summe miranda.* Sarracenus: *Facere et pati quaecumque humanae ipsius contemplationis sunt electa et semota.* Ubi Οεωρίχ perperam legebat interpretes pro Οεουργίχ . Ambrosius Camaldulensis: *Eaque et gessit et pertulit quae sunt humanae ipsius assumptionis electa atque praecipua.* loachimus Pcrionius: *Fecitque et passus est omnia, quae humanae ipsius actionis praecipua sunt et singularia.* Balthassar Cordcrius: *Eaque gesserit, tuleritque, quae humanae ipsius actionis praecipua sunt et singularia.* At verti oportere *humano-divinam operationem,* seu efficacitatem seu activitatem contendit Lequienus. Quaenam fuerit illa versio, quam Thomas adhibuit? Versionem Sarraceni sequutus est in Commentario in librum De divinis Nominibus. Versionem aliam in Summa theologica affert parte III, quaestione xix, art. i *(object,* i), illam scilicet, quam Lequienus accuratiorem censet ac veram : *Et operari et pati quaecumque humanae eius divinaeque operationi congruunt.* Hinc frustra ac immerito dolet loco citato vir doctissimus ac si Thomas germanam, quam putat, textus Areopagitici versionem ignorasset.

Etymologiarum usum praeterire hoc loco non licet, qui ad graecam pertinet eruditionem. Hunc in Aquinate nostro laudat Gerardus Ioan. Vossius libro V De natura artium, qui *de philosophia* inscribitur, capite m, §. 2 ubi *in etymologiis, quales apud Aristotelem et alios multos, recurrendum esse* animadvertit *ad graecum fontem... quod,* inquit, *et Thomas Aquinas monet.* Passim in Operibus eius graecas voces explicari, non apte quidem plures, viri critici adnotarunt; *feliciter* alias, fateri cogitur laudatus operum Launoii editor Praefat. in tomum V: quae demum omnia, sin graece linguae peritum Aquinatem nostrum probant, attamen fortasse non omnino rudem et hospitem, at eruditionis certe, quae comparari ex graecae linguae scriptoribus potest, promotorem aevo suo meritissimum.

IV. Postremum sacrae id genus eruditionis, qua Thomas pollebat, specimen affero, quod eruitur ex variantibus novi ac veteris Testamenti lectionibus ex *hebraico textu graecoque* profectis. Varia huiusmodi lectionum genera proferunt Ludolphus Kusterus in praefat. ad novum Testamentum graecum loanne Millio accurante editum, et Daniel Whitbyus in examine variantium lectionum eiusdem Millii: quaeve inde emolumenta, quin ullum sacri textus auctoritati periculum immineat, redundare in Ecclesiam possint, pluribus declarant. Variantium ergo lectionum frequens occurrit usus in Operibus Thomae, maximeque in Commentariis in sacram Scripturam. Specimina nonnulla prostant in Dissertatione VI de Commentariis in Epistolas Pauli Apostoli. V. g. haec habet ille ad caput 1 ad Rom. vers. 4: « Origcnes dicit, quod littera non debet esse, *qui* » *praedestinatus est,* sed *qui destinatus est* Filius Dei... » Sed... communiter omnes libri latini habent, qui *praede-* » *stinatus est.* » Et ad caput ix, vers. 17: « Dicit enim » Scriptura Pharaoni, *quia in hoc ipsum excitavi te...* Vel, » *servavi te,* secundum aliam litteram... : nostra autem lit- » tera sic habet (Exodi cap. ix, vers. 16): *Posui te.* » Et ad cap. xi ad Hebraeos, vers. 21 : « *Adoravit fastigium virgae* » *eius.* Hoc habetur Genes, χι,νπ, vers. 31, ubi dicitur quod... » *adoravit ad caput lectuli,* ut dicit littera nostra: vel *fasti-* » *gium virgae eius,* ut dicunt Septuaginta: vel *super fasti-* » *gium,* ut habetur in graeco. » Innumera sunt huiusmodi exempla, quae Aquinatis industriam commendant, qui sibi partem hanc sacrae eruditionis aut propria diligentia aut aliorum ope comparavit.

Ferre utique subsidium poterat opus insigne, quod nostrates, Hugone de sancto Charo vel de sancto Theuderio praesidente, in Parisiens! coenobio Saniacobaeo perfecerunt, quod inscribitur: *Sacra Biblia recognita et emendata, idest a scriptorum vitiis expurgata, additis ad marginem variis lectionibus codicum mss. hebraeorum, graecorum et veterum latinorum codicum aetate Caroli Magni scriptorum.* Integrum et elegans exemplar, quatuor grandioribus voluminibus constans, in eadem Saniacobaea domo etiamnum adservtrtur: sed volumen, quo continebatur *Psalterium,* (dolendum sane) non apparet. In Actis Capituli generalis anno 1236 celebrati Parisiis, haec habentur numero 34: *Volumus et mandamus, ut secundum correctionem, quam faciunt Fratres, quibus hoc iniungitur in Provincia* Franciae, *aliae Bibliae Ordinis corrigantur et purgentur.* Haec typis edita prostant tomo IV Thesauri novi anecdotorum, quae ascetae Sammauraei Benedictini, Martene et Durand, collegerunt. Elogium consule Hugonis de s. Charo apud lacobum Echardum, ubi alia adnotantur plura, scitu dignissima, quae ad insigne superius opus pertinent. Hoc etiam opere usum esse Aquinatem, ut varios divinorum eloquiorum sensus, quos *variantes* afferunt *lectiones,* commentariis exponeret, nullus dubito.

CAPUT IV.

Lectionis copia in Aquinate, qui Graecos, Arabes, Latinos plurimos evolvit philosophos. Eadem lectionis copia in ecclesiasticis monumentis. Artis criticae specimina.

I. /^""Nuae disseruimus hactenus, haud leve specimen prae-
X^zbent eruditionis, neque modicae, neque vulgaris, qua pollebat Aquinas : ut nonnisi per impudentiam ab Oudino dictum fuerit, *vel nullam vel modicam eruditionem ex lectione Operum eius hauriri* posse. Nullam ne vel modicam eruditionem praeferat *continuum,* quod vocant *Opus in quatuor Evangelia,* in quo elucubrando tot evolvere Latinos Graecosque scriptores debuit ille; curavitque praeterea ut graeca plurima excerpta, quae delitescebant, latina civitate donarentur? Nulla ne vel modica appareat eruditio Thomae, qui latinas quae ferebantur, ex graeco

factas versiones vitio laborantes noverat; qui ex interpretationibus neque bonis neque veris pro suo ingenii acumine aut veram aut verisimiliorem auctorum sententiam adsequi potuit; qui veterum dicta plurima, dubia et perplexa, iubente Summo Pontifice, tam accurate discussit exposuitque, ut omni sublata calumniae et erroris occasione, ad fidem adserendam utilia redderentur; qui demum interpretibus, qui ex una lingua in aliam operam transferunt, optimas regulas tradidit, ut consonam atque propriam conficere versionem valeant?

Hinc patet *copia lectionis,* quam in Aquinate non potuit ipse Bruckerus non commendare, non admirari. Mirum ergo ieiuna illa verba excidere e calamo potuisse critici viri, qui opus gallice inscriptum, *Examen des défauts théologiques,* anno 1744 vulgavit: *Magistrum Sententiarum,* inquientis, *legerat Thomas et Epistolas Pontificum Decretales ac integrum Gratiani Decretum;* ac si Patrum excerpta quaedam legerit, quae in praedictis collectionibus contenta inveniuntur, ipsos vero fontes adiverit nnmquam: aliosque veteres nec noverit, nec lustraverit auctores. Id si contendat criticus homo, toto ipsum errare ostio mox dicendum.

Aquinatem laudat ille, veluti *diligenter versatum in legendis Arabum philosophorum operibus;* propterea quod *ea negligere aetate illa nemo poterat, qui doctus videri vellet.* Suam quidem in hisce discutiendis Arabum scriptis diligentiam exercuit Thomas: non eo tamen consilio, ut *doctus* tempori serviens *videretur:* sed Religionis Christianae gravissimo negotio ut inserviret, quod Saraceni illi philosophi putidis invectis commentis labefactare conabantur. Hinc *Avicennae, Avempacis, Averrois et Avicebronis* cuiusdam lustraverat opera: quae ab ipsis Philosophica placita invecta fuerant apprime callebat: proque sua virili profligavit errores. Inter ludaeos, qui Arabicam coluere philosophiam, duos praesertim memorat Aquinas, *Isaacum et Moysem Maimonidem,* auctorem libri *More Nebochim,* quem titulo *Doctoris dubitantium* laudare consuevit idem Thomas.

Memorati Averrois obitum ad annum Hegirae *5g5* alii, aliique ad annum 6o3 referunt: unde mors eius in saeculi decimi tertii initia circiter incidit. Errorem insanum invexit ille *de uno in omnibus hominibus intellectu,* quem scioli plures ac petulantes Academici profitebantur ct vulgabant. Putidum commentum ne invalesceret, data opera profligavit sanctissimus Doctor in Opusculo, quod est sextumdecimum in editione Romana sub Pio V, tum grandioribus etiam in Operibus pro data occasione. Guillelmi de Tocco referenda verba sunt, quae in eius Vita cap. iv, num. 19 habentur: « Praeter magna volumina... in quibus antiquas haereses » confutavit, suo etiam exortas tempore, divino spiritu re- » velante destruxit: quarum haeresum prima fuit *Averrois,* » qui dixit: *Unum esse in omnibus hominibus intellectum.* » Qui error malorum favebat erroribus et Sanctorum virtuti- » bus detrahebat: dum uno existente in omnibus intellectu, » nulla esset differentia hominum, nec distantia meritorum. » Qui tantum invaluit etiam in simplicium mentibus, sicque » se periculose infudit, ut requisitus quidam miles Parisiis, » utrum de suis criminibus se purgare vellet, responderit: » *Si anima beati Petri est salva et ego salvabor, quia si* » *uno intellectu cognoscimus, uno fine exitii finiemur.* › Quem errorem cum essent scholares *Golardiae* imitantes, » qui Averrois erant communiter sectantes; poterat prae- » dictus error plures inficere, quibus potuissent praedictum » errorem sophisticis rationibus persuadere. Unde contra » hunc errorem praedictus Doctor fecit *Scriptum* mirabile: » in quo praeter rationes fidei quibus praedictus error il- » liditur, per dicta etiam Aristotelis, quae Averroes male » intellexerat a radice evellit, ct nihil rationis habere de- » monstrat. »

Neque solum Aristotelis testimonia profert: verum etiam eorum, qui Philosophum commentariis illustraverant, Graecorum Arabumquc auctoritatem adhibet, uberrimam praeferens lectionis copiam'. Loco *Golardiae* reponendam *Garlandiae* vocem, iubet diligentissimus lacobus Echardus: *Garlandia,* inquiens, *feodum est in urbe Parisiorum, in quo est vicus stramineus, gallice de Fouarre, celebris olim, quod in eo solo philosophiae professores omnes docerent.* Unde *scholares Garlandiae* dicti, qui magistros eo in vico docentes philosophiam audiebant. Errores plurimos *Averrois, Avicennae, Alga;elis, Alchindi et Rabbi Moysis,* anno circiter 1290 simul Parisiis collectos exhibet Carolus Duplessis d'Argentrè tomo I Collectionis iudiciorum de novis erroribus. Arabes vero philosophos, quos memoravimus aliosque recensent, ut caeteros praeteream, Io. Leo Afer in libello apud Fabricium in Biblioth. Graeca tomo XIII, Christophorus Wolfius in Bibliotheca Hebraica, lacobus Bruckerus loco citato.

Admonere praestat prolixas in eodem contra Averroem opusculo referri *Themistii* sententias, quae in editis exemplis leguntur iuxta latinam ab Hermolao Barbaro confectam versionem. Vetustum ms. codicem lustrare mihi licuit, in Veneta sanctorum loannis et Pauli bibliotheca adservatum, in quo longe diversa eiusdem Themistii latina translatio occurrit: quae nempe Thomae aetate ferebatur. Hac de re suo loco uberiora dedimus. Interim consilium editorum nemo laudaverit, qui recentiorem hanc Barbari versionem, praevia nulla admonitione, in Opusculum Thomae invexere: ac sane redarguenda est nimia Ambrosii Barbavarii facilitas, qui opus idem praedicto ex capite in dubium vocavit.

Avempaci librum *De causis,* quem Commentario Thomas exposuit, nonnulli attribuunt, alii Alfarabio. Sic ait vero Aquinas lectione 1: « Inveniuntur igitur quaedam *de pri-* » *mis principiis* conscripta, per *diversas propositiones* di- » stincta, quasi per modum sigillarim considerantium ali- » quas veritates: et *in graeco* quidem invenitur, scilicet » traditus liber *Proculi Platonici,* continens *ducentas et* » *novem* propositiones, qui intitulatur, *Elevatio theologica.* » In *arabico* vero invenitur hic liber, qui apud latinos *De* » *causis* dicitur: quem constat *de arabico* esse translatum, » et *in graeco* penitus non haberi. Unde videtur ab aliquo » philosophorum Arabum ex praedicto libro Proculi ex- » cerptus, praesertim quia omnia, quae in hoc libro *(De* » *causis)* continentur, multo plenius et diffusius continen- » tur in illo *(graece scripto).* » Librum integrum Procli distinguendum iubet Aquinas ab eiusdem excerpto. Ait vero, istud apud latinos inscribi *Dc causis,* ex arabico translatum esse, in graeco penitus non exstare, compositumque fuisse ab aliquo philosophorum Arabum. Ait etiam, Procli librum fusiorem esse, in graeco inveniri, et inscribi *Elevationem* (seu potius *elementationem) theologicam.* Noverat ergo ac legerat utrumque Thomas: eiusque innotescit tum erga graecam eruditionem studium, tum lectionis auctorum, etiam Arabum, copia.

II. Neque veteres alios ac aevi sui recentes, sacros et profanos, evolvere scriptores praetermisit: ut nimium puerile fuerit, quod gallicus scriptor animadvertit, Thomam legisse *Magistrum Sententiarum, Epistolas Pontificum Decretales ac integrum Gratiani Decretum.* Intra angustos huiusmodi limites lectionem et eruditionem Aquinatis coarctari non posse frequentissimus evincit veterum monumentorum usus in cius Operibus. Unam seligere liceat Summam theologicam, quam extremis vitae annis elucubravit. In editione Patavina anni 1698 prostat *Index nonus* tomo V, qui *catalogum* exhibet *philosophorum, rhetorum atque poetarum, Pontificum, Conciliorum et doctorum:* quorum auctoritatibus, decretis, definitionibus, testimoniis utitur ac nititur Aquinas in iis adserendis theologicis dogmatibus, quae illustrat. In uno hocce opere laudantur *unus et quadraginta* Romanae Ecclesiae Pontifices: Concilia praesertim adhibentur, tum *generalia* quae Nicaeae, Constantinopoli, Ephesi, Calchedone et in Laterano celebrata sunt, tum alia *quatuordecim,* quae peculiari in Ecclesia gaudent auctoritate: vetusti Patres et scholae doctores qui praecesserant, numerantur *quinque et quadraginta,* praeter Glossas plures, varia Decreta, vitasque Sanctorum: ac demum *quadraginta sex* recensentur philosophi latini, graeci, arabes, oratores etiam et poetae.

Neque putes, tot scriptorum arido quodam modo testimonia adduci. Placita eorum proferuntur in medium, ut

serio examine discussa aut reiiciantur aut adprobentur. Consensus universae Ecclesiae ex dictis Patrum, Conciliorumque decretis eruitur, ut fidei dogmata confirmentur. Veterum sententiae illustrantur: et si quae sunt perplexae et dubiae exponuntur. Ad Augustinum denique quod attinet, vix adsignaveris opus, aut opusculum, et tractatum eius, quod Thomas non excusserit: nihilque videtur habuisse antiquius, quam ut celeberrimi Patris doctrina evulgetur, illustretur ac vindicetur. Haec est lectio et eruditio Thomae, quae longius latiusque protenditur extra libros Petri Lombardi, et Romanorum Pontificum Decretales Epistolas et Gratiani decretum. Patebat illi namque inter alias, quas lustrare pro data occasione consueverat, locupletissima Ludovici IX Regis Galliarum bibliotheca, quae amplissimo eius legato, post obitum eiusdem *aequis portionibus* distributa fuit *fratribus Praedicatoribus et fratribus Minoribus parisiensibus, Abbatiae Regalis Montis, et fratribus Praedicatoribus Compendiensibus.* Vide regias tabulas anno 1269 *(styl. nov. 1270)* scriptas apud Bollandi continuatores ad diem 25 augusti pag. 500.

Ardentissimo ferebatur studio Thomas, ut veterum scripta perquireret, inventisque uteretur in Operibus, quae animo moliebatur. Nota est egregia illa responsio eius, quae refertur in Processu canonizationis capite ix, num. 78. *Malle se uti Chrysostomi libris in Matthaeum, quam possidere Lutetiam Parisiorum.* Diligentiam eius maxime probant graeca illa plurima excerpta, quae ipso curante latinitate donata prodierunt in lucem, in Catena super Evangelia. Periisse credebantur collectiones illae, ex quibus tot depromi sententiae Patrum potuere: quas attamen, aut similes post improbum laborem nactus demum est Ioannes Nicolaius: nempe, *Catenam LXXV graecorum Patrum,* quam edidit Corderius, et *graecam expositionem in Lucam,* instar Catenae concinnatam, quam manuscriptam vidit Combefisius in Parisiensi Cardinalis Mazarini bibliotheca.

Insigne exemplum demum addo, quod suppeditat Epistola s. Leonis Magni *ad Proterium Episcopum Alexandrinum.* Hanc veluti deperditam Baronius dolebat ad annum 453, num. 28, quam postea ex codice ms. Dominici Grimani S. R. E. Cardinalis in lucem protulit Quesnellius. At eam legerat divus Thomas vel integram vel ex parte: servavitque insigne excerptum IIa IIae, quaest. xi, art. n ad 2 ubi sic aif. « Unde Leo Papa in quadam Epistola ad Pro» cerum (Proterium) Episcopum Alexandrinum dicit: *Quod » inimici crucis Christi omnibus factis et verbis nostris in» sidiantur, ut si ullam illis vel tenuem occasionem demus, » nos Nestoriano sensui etiam congruere mentiantur.* » Paullo aliter haec eadem efferuntur verba apud Quesnellium: *Hoc igitur, frater carissime, pro sollicitudine fidei communis admoneo, ut quia inimici crucis Christi omnibus et verbis nostris insidiantur et syllabis, nullam illis vel tenuem occasionem demus, qua Nestoriano nos sensui congruere mentiantur.* In editione Patavina anni 1712 notula legitur textui inserta: *Quae epistola nunc non extat;* perperam sane ac per inscitiam, cum tot ante annos eam ex laudato Grimaneo codice ediderit Quesnellius.

III. Lectionis copiam qui negare in Aquinate non possunt, *critica destitutum arte* ipsum traducunt, Oudinus et Bruckerus: quo factum aiunt, ut genuina veterum scripta a spuriis suppositisque non discerneret. Nempe vitio vertis Aquinati, quod saeculi vitium erat, caeteris eius aevi doctoribus commune. Naevos id genus in sanctissimo Praeceptore haud diffitemur: quem tamen celebrat Erasmus *plane dignum, cui bonarum litterarum supellex contigisset, qui iis quae per eam tempestatem dabantur, tam dextre usus est.* Atqui vero vitium adeone enorme fuerit, quod v. g. *Dionysium Areopagitam* crediderit parentem operum, quae ipsi attribuuntur; cum eadem veluti genuina vindicaverint Ioannes Scythopolitanus, Maximus martyr, Theodorus quidam apud Photium; neque unus aetate illa foret, qui id vocaret in dubium? Cur Thomae eruditioni detrahendum fuerit, quod Romanorum Pontificum *Decretales Epistolas* ante Siricium pro germanis habuerit; cum eadem sententia post exordia noni saeculi obtinuerit apud Concilia et Conciliorum collectores, scriptoresque doctissimos et gravissimos? Cur demum Thomae laudes imminui debeant, quod eius in Operibus alter pro altero scriptore substituatur; cum indices huiusmodi absque ullo proprio vitio sumpserit ille ex collectionibus quae ferebantur, nondum reseratis fontibus omnibus, quos adire liceret? Sed eius attamen fulget splendidissime eruditio, qui ea veterum monumentorum supellectile abunde instructus fuerit, quae *per eam tempestatem dari poterat.* Insana praesumptio foret, aevo suo divum Thomam videre ac scire debuisse, quae nonnisi post plura saecula, post improbos criticorum labores, post innumera e tenebris eruta monumenta effulsere.

Dignum animadversione mendosos huiusmodi indices divo Thomae tribui omnes non debere, cum plures ex inscitia aut oscitantia amanuensium, Nicolaio adnotante, profecti sint. Supposita quidem et ficta nonnulla graecorum Patrum testimonia in eo continebantur libello, quem Doctoris Angelici examini Urbanus IV subiecerat: at huiusmodi auctoritatum minime se vadem dedit Thomas, in que incubuit unum, ut eas quae fidei confirmandae conferre possent digito monstraret, aliasque ad catholicum sensum redigeret. Cyrilli demum Alexandrini textus nonnullos, quos libro IV Sent., dist. xxiv, et Opusculo XIX, cap. in Contra impugnantes Religionem, et Opusculo I Contra errores Graecorum adhibuerat, silentio praeterit ac supprimit in Summa theologica: quod *falsitatis deprehensae vel olfactae indicium est,* ut ipse Launoius animadvertit in epistola 1 ad Antonium Faurum, satis eruditioni et critico iudicio Thomae consulens.

In verbis eius, quae superius ex libro *De causis* allata sunt, patet quammaxime critica diligens recensio eiusdem operis. Adnotat scilicet a Proclo Platonico graece scriptum fuisse librum et graece scriptum inveniri, cui titulus, *Elevatio* (*Elementario* seu Institutio) *theologica:* ab isto diversum esse librum, qui apud latinos inscribitur, *Liber de causis:* hunc vero arabice scriptum fuisse, et ex arabico factam, quae ferebatur latina translatio: eiusdemque demum arabici libri *De causis* auctorem dici debere aliquem philosophorum Arabum, qui ex opere graeco Procli ipsum decerpsit. Non ita diligenter ac vere Iacobus Echardus, tametsi criticae artis peritissimus. In elogio Guillelmi de Morbeka, viro huic doctissimo attribuit latinam translationem operis, quod a *Proclo Diadocho tyrio Platonico philosopho* confectum inscribitur, *Elementatio theologica* seu *De elementis theologicis.* Tunc sic ait: *Caeterum cum sanctus Thomas in suo super hunc tractatum Commentario illum testetur ex arabico versum, nec textum graecum sua aetate adhuc visum; hinc arabice peritum Morbekanum supra arguebam, nam huius versione usus est sanctus Doctor.* Minime Thomas Commentarium scripsit *super tractatum Procli* de elementis theologicis: at suo Commentario illustravit librum, apud Latinos inscriptum *De causis,* decerptumque ex fusiore Procli opere. Non ipsum praeterea Procli opus non inveniri in graeco adnotavit Aquinas, sed excerptum eius: quod ait arabice scriptum fuisse et in graeco non extare. Hinc Morbekam latinam *Institutionis theologicae* versionem adornasse colligitur: num etiam latine transtulerit ex arabico librum *De causis* non constat.

Optimae criseos passim in Operibus eius maioribus minoribusque specimina fulgent: eaque hoc demum loco satis est recolere quae habentur in Opusculo XII ad Lectorem vesontienserh, ubi historiolas, quae ferebantur, critico examine reficiendas iubet: easque prudentissime concionatores admonet ne coram palamque evulgent e suggestu, cum tanta suppetat copia praedicandi ea quae sunt certissimae veritatis. Nostram lege Dissertationem XVIII, capite in.

CAPUT V.

Diligentia Aquinatis in exponendis sacris Scripturis, ac interpretationum soliditas. Simonii et Erasmi iudicium.

I. Tevia sunt haec specimina eruditionis, qua per eam JL·tempestatem pollebat Aquinas. Eruditionem solidiorem, sanius ingenium summamque diligentiam laudavit

Erasmus in iis, quos in libros novi ct veteris Testamenti elucubravit Commentarios. Genuinus foetus eius vindicavimus expositiones, quae prostant in *Librum lob,* in priores *quinquaginta Psalmos,* in *Canticum Canticorum,* in *Isaiam Prophetam,* in *leremiam eiusque Threnos,* in *Evangelium Matthaei et loannis,* cum Catena seu *Opere continuo in quatuor Euangelia,* in *Epistolas sancti Pauli* aliasque sacrae Scripturae particulas. Opera sunt, proprio s. Thomae stylo et calamo scripta pleraque, aliqua *reportata,* ut aiunt, post ipsum e suggestu dictantem. Haec animo pacato et mente lucida legisse numquam oportet Casimirum Oudinum, qui *viros narium emunctarum* inducit, *apud quos vel nullam vel modicam eruditionem ex lectione Operum Thomae hauriri creditur.*

Hanc sibi methodum servandam praefixit Thomas, ut Scripturam Scriptura exponeret, variantibus frequentius adductis lectionibus, quae vel ex hebraica veritate proficiscuntur, vel ex graeca τωv LXX versione, vel ex ipso textu graeco, vel ex antiquissimis codicibus latinis : quas diligentissime ad examen vocat, reiicit aliquas, adprobat alias. Si quae videntur in divinis eloquiis antilogiae, conciliat omnes: et obscura quaeque loca clariore textu illustrat. Nullam praeterit, quam vetusti scriptores difficultatem proposuerint: neque ulla magni momenti prostat in Commentariis recentiorum, quam non praeoccupaverit. 'Heterodoxorum commenta pro data occasione profligat, dogmata confirmat fidei Christianae moresque hominum sapientissime informat. Nihil dictum quod in eius Commentariis proprio experimento non deprehendas.

Stylo utitur et artificio ea aetate frequentissimo *divisionum* et *subdivisionum :* Scripturaeque sanctae verba et commata explanans, emergentes, si quae sunt, inserit difficultates ac solvit: ad aliaque tum procedit, quae sequuntur, exponenda commata. At individuum, divi Thomae proprium, sic effulget eiuscemodi artificium, grave, solidum, didacticum, ut ex eo critérium desumi queat, ad eius germana commentaria discernenda abs spuriis suppositisque.

In Dissertatione Ill lato sermone egimus de ratione ab Aquinate adhibita, veterem paginam interpretandi, quam posterioris aetatis interpretes peritiores sequuti sunt. Nihil aliud in prophetiis videre volunt recutiti commentatores, nisi suae gentis eventus ac historias: geminum sensum in omnibus aut fere omnibus vaticiniis distinguunt inter Christianos nonnulli judaizantes, historicum alterum alterumque allegoricum, vim sine dubio invictae probationis detrahentes egregiis a tota christianitate celebratis de Christo deque eius divinitate ac missione testimoniis: ac demum allegorico sensui plus iusto inhaerent alii omnia ad lesum Christum immediate referentes. Felicissime Thomas distinxit *prophetias et vaticinia* proprie dicta, quibus proxime et nullo medio praenunciantur, quae ad Messiam lesum Christum pertinent eiusque ad Ecclesiam: itemque *figuras ac typos* quorum alii proxime sistunt in factis aut personis praesentibus vel futuris ipsius veteris Testamenti; et alii Davidem quidem, v. g., aut Salomonem, aut alium quemvis adumbrant oblique, improprie, obscure et quasi per vim, cum recto et plano sensu in Christum ferantur. Egregia consule opera, quae hac de re elucubrarunt Huetius, Bossuetus, Balthus, Calmetus ac inter hcterodoxos Marchius, Vitringa aliique plures. Hanc viam tamen regiam et tutam suis in Commentariis Thomas aperuit.

II. De Operibus id genus ab Aquinate confectis liberrime iudicium fert Richardus Simonius in Historia critica interpretum novi Testamenti: cogiturque vel invitus fateri: *Catenam auream et expositionem in Epistolas Apostoli Pauli, dignos esse Aquinate foetus, in quibus plurima eruditio fulget :* sanctissimumque Doctorem *legisse multa, veterum commentationes praecipuas haud ignorasse ullas, quaeve sumit argumenta pertractanda exhaurire.* Censuras inurit aliquas, ineptas nempe et iniquas, ut alibi ostendimus. Elogio suo, quod iam attulimus, Thomam Aquinatem exornat Erasmus in caput i ad Romanos: simulque pro acriore, quo pollebat ingenio, Doctorem Angelicum inducit, *ceu proteum quempiam semet in omnia versantem, si qua possit elabi* in ea verborum Apostoli interpretatione, quibus lesus Christus dicitur *praedestinatus Filius Dei.* Thomae enarrationem diligentiore nos opera expendimus: nullusque dubito, in id omnes consensuros accuratissimi Scripturarum interpretis partes omnes explesse Aquinatem, qui *variantes lectiones* affert, veterum Patrum recenset commentarios et expendit: interpretum sequioris aetatis ad examen vocat sententias, ac certiorem denique, s. Augustini menti utique consonam, seligit et vindicat.

Neque solum Scripturarum peritia, qua valebat Aquinas, fulget in *Commentariis:* aptissimis interpretationibus caetera plena sunt omnia Opera eius theologica. Laborem censuit utilissimum David Lenfant gallus, conventus nostri Compendiensis alumnus, qui tot in operibus dispersas colligeret expositiones: collectasque complexus est sex voluminibus, quorum tria in vetus Testamentum prodierunt Parisiis in 4 apud loannem Henault 165y et alia servantur manuscripta.

CAPUT VI.

Opera sancti Thomae theologica perperam ac falso scatere dicuntur locis topicis: topicorum notio duplex. Perperam etiam inutiles futilesque traducuntur quaestiones plurimae pertractatae. Ut eae pertractarentur praesto erant veterum exempla et rationes gravissimae.

1. /^Apera succedunt theologica, quorum pretium ac praeV-^stantiam ut imminuant, nullum non movent lapidem adversi censores. Oudini verba sunt : *Scholasticam trutinam et garrulitatem unicam sciebat, ea aetate omnibus Scholasticis communem et facilem : unde nullum ipsius hac in parte meritum agnosci potest, cum tunc temporis tonsoribus etiam cognita esset.* Censuram accipe auctoris Historiae criticae philosophiae: *Cum artem topicam Aristotelis didicisset et disserendi solertia polleret, lectiones edere coepit in Magistrum Sententiarum... Integrum theologiae corpus composuit, in quo inanes et supervacaneae quaestiones locum eripiunt utilibus et necessariis.* Bruckerum denique audiamus: *Methodum saracenico-peripateticam promovit... Cum more Arabum subtilissimas quaestiones et ambiguas de divinis disputationes annecteret, perspicuum inde est, scholasticae philosophiae vitia eum non sustulisse, sed auxisse.*

Nae impudentissimas censuras. In eas lata videtur censura anonymi scripto.ris, qui vitiorum theologiae examen instituit: « *Summa theologica, inquiens,* sancti Thomae, » *(quam inter caetera eius Opera adducit in exemplum),* » dignum laude opus est..... In Secunda parte Secundae » disserit de virtutibus theologicis, deque moralibus iisque » de argumentis omnibus quae sunt affinia et connexa. » Quaestionum numerus definitus est, inutilibus praeter- » missis: quaeve agitantur, nexum invicem habent: neque » ad alteram fit gradus, nisi priore dilucide exposita et » solide dirempta. Inutiles fortasse moroso censori videbun- » tur quaestiones, in quibus agitur *de habitibus,* deque *vo- » luntario et involuntario,* singularumque virtutum defini- » tiones ad examen vocantur, idque genus subtilitates ex- » penduntur. At praesto est responsio, ad accuratiorem » rerum pertractationem pertinere huiusmodi quaestiones : » easque supervacaneas iis dumtaxat videri posse, qui eas- » dem per sese sumptas inspiciunt ac procul ab eo tempore » dissitas, quo Thomas munere sito pro virili defungi non » poterat, quin pugnam institueret adversum multiplices » opiniones, quas garruli et subtiliores eius aevi Scholastici » vulgaverant. Hinc futiles et supervacaneae modo viden- » tur disceptationes, quae aetate illa non absque emolu- » mento agitandae fuerant. » Validae sunt, quas pro aequitate vindicias agit anonymus.

Censurae partem illam severiore examine discutio, quae theologica Thomae Opera, veluti scatentia *locis topicis* praestat, ad contentionem ducendam comparatis. Dialecticae partem innuit censor, quam Aristoteles amplexus est *octo topicorum libris.* Latius patet *dialectica* quam *topica.* Regit illa mentis operationes ac praecepta tradit definitionum, partitionum, argumentationum: loca vero quaedam communia profert *topica,* ad *probabiliter syllogiqandum de problematibus omnium scientiarum in utramque partem.*

Silvestrum Maurum consule prooemio in octo libros topicorum. Hanc artem contentiosam censor si velit ab Aquinate in Opera sua theologica invectam, toto errat ostio, seque deridendum propinat. Quaestiones excitat ille plurimas, quas ipsum argumentum rei de qua agitur suppeditat, quaeve circumferebantur aut veterum aut recentium scriptorum opiniones exposcebant: rationum etiam momenta versat, quae in utramque partem atferebantur aut afferri posse pro suo noverat ingenii acumine. In ipsa vero disserendi solertia aut contentione sistit numquam: positas dirimit quaestiones et propria, quae dicuntur loca theologica, ad easdem dirimendas adhibet. Philosophicas doctrinas ad inserviendum nobiliori theologiae advocat: scriptoresque petulantes refellit, sive qui haeresim procuderant contra fidei dogmata sive qui philosophiam adhibent ut fidem Christianam labefactent.

Haec passim ab Aquinate servatur methodus : qui *cum copiosior et nervosior esset, non solum aut rationi aut auctoritati confidit, sed omni modo argumentatur et accurate ex omni loco disserit, testimoniisque simul ac rationibus conquisitis disputat,* ut verissime observatum a Melchiore Cano legimus libro XII, capite xt. Quo vero auctoritas, quo etiam loco habenda esset ratio in re theologica, optime noverat ille : unde in *Summa adversum gentes theologiae negotium confecit ratione, quia Scripturae testimonia apud eas vel secundo vel nullo etiam loco sunt...* at *in Summa theologiae auctoritas fere rationi praeparat hominem, ratio deinceps ad intellectum cognitionemque perducit.* Qua diversa utique methodo, eadem licet de re disserens contra Manichaeos et contra Pelagianos, usus est Augustinus. Quantum vero denique cuique tribuendum sit quaestioni, pro munere absolutissimi theologi, intelligendum praebet Aquinas in obiectionibus, quae primo loco instruuntur et in argumentis prolusoriis quae sequiorem tenent locum? *quod* praesertim *in Operibus disputatis* copiose et *diligentissime fecit ;* neque enim ipsa veritas satis elucere in disputatione potest; nisi cx utraque parte facta sit causarum comparatio.

Num vero *topicam* late sumptam pro *dialectica,* omnemque disserendi solertiam in Angelico Doctore reprehendat censor anonymus? Quod si theologica facultas omni debeat artis dialecticae praesidio destitui, perinde fuerit ac ipsam evertere theologicam facultatem. Neque enim propriis disciplinae suae principiis uti, neque fidei dogmata decenter exponere, neque tueri eadem adversum heterodoxos valet theologus, qui sit dialecticae rudis: a qua scilicet dividendi, definiendi, ratiocinandi modus accipitur, atque via ostenditur quemadmodum hostium artes et fallaciae diluendae sint ac exsufflandae. *Topicam* priorem, quae communes disserendi locos consectatur ac in solo consistit litigandi, aut propugnandi utrumlibet officio, si quispiam Aquinati attribuat, aut eius opera salutavit numquam aut sano capite caret. Ad peritiam eius pertinet *topica* altera: cuius est, quid ex quoque consequens sit et consentaneum videre, ut ait Petavius: separare disiuncta, copulata iungere, dividere, definire, ratiocinari, ac viam et ordinem cum discendi, tum docendi praescribere. Quae utique *omnia, certa et necessaria sunt instrumenta doctrinae: quibus destituti in varios incidunt errores, nec eum, quem sibi proposuerunt laboris et industriae cursum, atque exitum tenent.* Hac de re disserentem egregie virum gravissimum consule in Prologomenis in opus theologicum capite iv, num. io et seqq.

II. Pars altera censurae *inanes plures et supervacaneas quaestiones* notat, quae in Operibus Thomae numerum excedant utilium et proficuarum. Instaurari puto veterem cantilenam Erasmi, qui inter enarrationes in caput i Epistolae I ad Timotheum longam texit disputationum seriem, quas futiles et absonas, ac pene impias vocat. Cur gravissimas apologias adornatas dissimulas, quae conflatam scholasticae theologiae invidiam procul arcent? « Quorsum enim » *(inquiebat Erasmus)* attinet decertare, quot modis acci» piatur peccatum : privatio dumtaxat sit, an macula in» haerens animae ? Hoc potius agat theologus, ut omnes » horreant oderintque peccatum. Totis saeculis disputamus, » an gratia qua Deus nos diligit ac trahit et qua nos illum vi» cissim diligimus, eadem sit gratia, et an sit aliquid creatum, » an increatum? Illud potius agamus puris precibus, inno» centia vitae, piis factis, ut eo munere nos dignetur Deus. » Digladiamur sine fine, quid distinguat Patrem a Filio et » utrumque a Spiritu sancto, res an relatio : et qui con» sistat, tres dici, quorum nullus sit qui alius, cum sint » una essentia? Quanto magis ad rem pertinet hoc modis » omnibus agere , ut ternionem illum, cuihs maiestatem » scrutari fas non est, pie sancteque colamus et adoremus. »

Hanc ille querimoniam longissime ducit: tum plurimas alias id genus disputationes accumulat. V. g. « an possit » Deus actu infinitum secundum omnem dimensionem pro» ducere. An potuerit hunc mundum, etiam ab aeterno, » meliorem facere quam fecit. An possit producere homi» nem, qui peccare nullo modo queat. An revelare possit » alicui suum futurum peccatum aut damnationem. An » possit Deus aliquo praedicamento contineri. An potestatem » creandi possit communicare creaturae. An quaelibet per» sona divina possit quamlibet naturam assumere, quo » modo Verbum humanam assumpsit. An tres personae » possint simul eamdem naturam assumere. An Deus' as» sumpserit individuum humanum, an speciem. An in men» te divina sint omnium rerum ideae: et illae practicae ne » sint, an speculativae. An numerus personarum in divinis » pertineat ad substantiam, an relationem. An per relatio» nem distinguantur et constituantur. An Pater producat » Filium et Spiritum sanctum ratione intellectus, an vo» luntatis. Item an ratione essentiae, an attributi; natura» liter, an libere. An Spiritus sanctus procedens a Patre et » Filio, ab uno principio proficiscatur, an a duobus etc. » Haec Erasmus. Quaestionem aliam, haud ineptam, addiderim ego: utrum sutor transiliverit ultra crepidam?

Prostant huiusmodi disceptationes similesque in Operibus divi Thomae. Futiles tibi ac supervacaneae ac pene impiae videntur: at certe futilis ea ratio est, qua primum Erasmus utitur ad subtilium id genus disceptationum elevandum. «Nam iccirco improbat *(yerba sunt Petavii in Pro» legom. capite* v, *num. 6).* quia satius sit bene innocenterque › vivere, quam acute talia tractare: Deum pie religioseque » colere, quam de eius natura, personis ac proprietatibus » anxie quaerere. Quis hoc negat? Atqui ut ille praeferendus » sit doctrinae studiis morum vitaeque cultus; non tamen » damnanda vitioque vertenda ista sunt, sed suum quoque » tempus ac locum laudabiliter occupant... Ac si sana esset » argumentatio haec, liceret idem de omni artium ac doctri» narum genere concludere. Etenim cui non istarum vel » perfectissimae minima laus virtutis antecellit ? Vides ad » quae monstra ratiocinatio ista dimanet, si quod intendit, » in uno illi genere concessum fuerit. »

111. At illud disceptationum, quarum series texitur, genus irrident Erasmus et Symmistae. Irrideant oportet antiquos etiam Patres, Athanasium, Basilium, Epiphaniam, ambos Gregorios, Cyrillum, Theodoretum, Maximum'Martyrem, Nemesium, Hilarium, Ambrosium, Augustinum, Hieronymum, Fulgentium, caeteros omnes, qui multum accurateque quaestiones ad invidiam traductas petractarunt. Agunt illi quippe *de natura, de hypostasi, de persona, de essentia, de relatione, de agendi principio, de substantia, de accidentibus,* ut mysteria divinitus revelata pro modulo mentis humanae exponant, Trinitatem personarum, Verbi Dei Incarnationem, realem in Eucharistia praesentiam ac similia.

Utilitati haud quidem modicae, quam sobria ac prudens parit huiusmodi quaestionum pertractatio, necessitatis causam addiderunt cavillationes heterodoxorum, qui sicuti in Ecclesiam novas quaestiones intulerunt, ita non aliter repelli ab orthodoxis potuerunt, nisi novarum quaestionum enodatione. Quid ego commemorem, quae saeculo quinto mota sunt dissidia de *ousia et hypostasi?* Sabelliana et Ariana commenta fecere, ut subtilius pertractaretur de *essentia, de persona, de relatione.* Apollinarem, Nestorium, Eutychetem, Monophysitas, Monothelitas perdomare quis potuisset, nisi diligentissime versatus in disputationibus, quae *naturam* spectant, *individuum, suppositum, compo-*

sitionem multiplicem, facultates activas, ipsasque actiones et principium quo agitur et illud quod agit ? Ad enucleandas, quas Iconomachi difficultates moverunt, negaverit nemo maxime conferre, si accuratius in imaginibus id secernatur *quod res est et quod est repraesentatio,* seu absolutum et relativum; ac religiosi cultus distinguantur gradus, virtutes adsignentur unde quilibet proficiscitur, obiecta in quae tendunt, finis ultimus in qno sistunt. Addo motam a Graecis litem *de processione Spiritus Sancti:* quam dirimere et explanare quis unquam valeat, qui *multiplex agendi principium* non discernat, *verbum mentis* ignoret et *impulsum voluntatis,* modosque illos loquendi apud veteres Patres, *a Filio et per Filium,* subiectasqne hisce vocibus notiones apprime non calleat?

Saeculo Ecclesiae Christianae undecimo et insequente, ac ipsius Thomae aetate, singulares et absoni de rebus divinis et ad fidem christianam pertinentibus opinandi modi invecti fuerant ac vulgabantur: quos ab Aquinate praeteriti debuisse, ne subtilioribus quaestionibus theologiam oneraret, imperitissimum iudicium foret. Pauca profero, quae sequuntur exempla, ut multiplicium, quae a theologis versantur, origo quaestionum innotescat. Roscelinus Compendiensis clericus *tres in divinis res distinguebat ab invicem separatas, sicut sunt tres Angeli:* ideoque *unitatem naturae divinae,* aiebat Abbas loaehimus, *veram et propriam non esse, sed quasi collectivam et similitudinariam*. Hinc vero quaestiones enatae, *de una vel multiplici re in divinis: an reiiciendae tres forent, an aliquo sensu adprobandae.* Error invaluerat Petri Abaelardi, *quod ea solummodo possit Deus facere, vel eo modo tantum vel eo tempore, quo facit et non alio.* Qua data occasione, disceptari accuratius coeptum est de omnipotentia Dei, *de meliori mundo .possibili* deque his affinibus argumentis.

Aetate Hugonis de s. Victore dixere quidam apud ipsum, *caritatem semel habitam amitti non posse:* ae Petrus Abaelardus visus est *caritatem, qua nos Deum diligimus et proximum, non distinguere a Spiritu sancto.* Hinc prodierunt quaestiones, quae caritatis naturam investigant, habitum distinguunt et actum, ac utriusque principium adsignant. Gualtcrus de Mauritania dictionem hanc vulgaverat Parisiis, *Homo assumptus est Deus :* aliique efferebant, *Deum assumpsisse hominem.* Qua de re accuratius ut pertractaretur, pluribus disceptatum de notione subiecta voci, *homo:* num species, num individuum, num persona, num suppositum a persona quodammodo distinctum. Gilbertus Porretanus *relationes in divinis assistentes* dixerat, *et extrinsecus affixas:* garriebatque circa distinctionis modum inter naturam divinam et personas, ipsamque naturam et eius attributa. Invectas difficultates dirimi satis apte non posse creditum est, nisi pariter multiplici invecta distinctione, reali, virtuali, formali, penes implicitum et explicitum et si qui sunt alii apud scholae magistros distinctionum modi.

Guillelmus Praepositivus, Parisiensis Ecclesiae Cancellarius , in quaestionem vocaverat, *an proprietates divinarum personarum sint Deus:* quam nemo diligenter discutiat, quin nomina concreta et abstracta discernat, propriamque vim significandi definiat. Quid vero Almarici de Bena, Davidis de Dinando et Averrois insanos errores commemorare opus est? Inquiebat primus: *Omnia sunt unum, quia quidquid est, Deus est.* Alter ipsum Deum adserebat *materiam primam, usquequaque fusam in omni rerum natura.* Tertius, *anima spirituali et immortali sublata, unum* obtrudebat *omnium hominum intellectum,* quem *agentem* vocabat, *separatum, aeternum, increatum.* Ex hisce fontibus innumeri prodierunt errores; quos ut profligarent catholici et sapientes eius aevi magistri, novas excitare quaestiones debuere.

Pro munere suo diligentissime in id genus disceptationibus versatus est divus Thomas. Inanes illas , ac vanas et supervacaneas putant morosi censores: qui nempe *eas per sese sumptas inspiciunt,* ut ait auctor examinis vitiorum theologiae, *ac procul dissitas ab eo tempore, quo Thomas theologi partes haud explesset omnes, quin pugnam institueret adversum multiplices opiniones, quas garruli et subtiliores eius aevi Scholastici,* ac fidei Christianae etiam hostes *vulgaverant.* Quamquam et illud cum laudato scriptore addendum est, *ad accuratiorem rerum pertractationem pertinere huiusmodi quaestiones ;* ut si qui sint earum ignari, non absolute et egregie docti, sed levis armaturae theologi habeantur.

CAPUT VII.

Aristotelis varia fortuna in Academia Parisiensi. Sancti Thomae consilium in usu philosophiae peripateticae, ut Stagiritae nempe auctoritatem ac doctrinam iis eriperet, qui eadem abutebantur adversum fidei dogmata.

I. Td attamen *fecisse* Aquinatem *more Arabum,* qui *subxtilissimis quaestionibus* operam dabant, iudicium est Bruckeri. Calumniam augere pergit: *Recte imputari Thomae censemus,* inquiens, *quod eam methodum saracenicoperipateticam promoverit, et in Academia Parisiensi, ubi semper hactenus fuerant, qui Peripateticismum odio prosequebantur, vulgaverit et introduxerit.* Methodum arguis subtilissimas agitandi quaestiones; hanc appellas *saracenico-peripateticam,* c libris Aristotelis et ex Arabum commentariis deductam, eoque nomine Thomae laudes imminuis ? Contemnas igitur oportet veteres omnes Patres, qui subtiles habuere quaestiones, quarum nonnulla exempla dedimus, sive ad refellendos heterodoxos necessarias sive plurimum utiles ad absolutam rerum tractationem.

Quid? quod in Academia Parisiensi hisce disceptationibus ante Aquinatem scatebat theologia : quas vel a magistris paullo curiosioribus vel etiam a suspectis hominibus non secundum regulam fidei invectas, cur suis in Operibus intactas praeterire debuerit s. Thomas? Aristotelis libri in latinum translati iam legebantur, Averrois commentatoris et Arabum scripta vulgata erant : ac utriusque, Philosophi et Commentatoris, auctoritate obtrudebantur commenta, quae fidei christianae repugnabant. Validum afferre non potuit remedium saepe iterata huiusmodi librorum prohibitio , ex quibus tot errores prodire suspicio erat : unde consilium captum est ut Philosophi doctrina penitius introspiceretur; insita vitia, ut evitarentur, nota fierent; elimanarentur illa, quae Arabes commentatores adiccerant: ipsiusque Aristotelis auctoritas iis omnibus eriperetur, qui maxime illa abutebantur.

Quod aio, certis monumentis confirmandum est. Haec Launoius collegit in singulari libro *De varia Aristotelis in Academia Parisiensi fortuna.* Initio saeculi tcrtiidecimi iam opera Philosophi legebantur Parisiis : eiusque auctoritate insana et impia commenta spargebantur. Ad annum 1210 haec habet Rigordus De gestis Philippi Augusti : « Lege» bantur Parisiis libelli quidam, *ab Aristotele* ut dicebanː tur compositi, qui docebant *metaphgsicam,* delati de » novo a Constantinopoli et a graeco in latinum translati. › Qui quoniam non solum praedictae haeresi, *(quam Almaː ricus de Bena, territorii Carnotensis villa, vulgaverat),* » sententiis subtilibus occasionem praebebant, imo et aliis › nondum inventis praebere poterant; iussi sunt omnes » comburi et sub poena excommunicationis cautum est in » eodem Concilio *(Parisiensi)* ne quis eos de caetero scri» bere et legere praesumeret vel quocumque modo ha» bere. » Animadverte *subtilibus sententiis,* quae in Aristotelis metaphysica legebantur, datam petulantibus Academicis ansam ut errores vulgarent.

Memorati Concilii Parisiensis, quod Petrus de Corbolio Episcopus coegerat, verba refero, quae habentur apud Martene tomo IV Thesauri anecdotorum *: Corpus magistri Amaurici extrahatur e cimiterio et proiiciatur in terram non benedictam... Quaternuli magistri David de Dinant* (cuius errorem insanum superius indicavimus) *comburantur. Nec libri Aristotelis de naturali philosophia* (metaphysicam memorat Rigordus) *nec commenta legantur Parisiis publice vel secreto.* Quaestionem agit Bruckerus tomo III, periodo II, parte II, libro II, capite ni, sect. 1, §.4, et 5, num Almarici ct Davidis de Dinando et Roscelini et aliorum putidissimi errores ex Aristotelis philosophia prodic-

rint? Aientibus non admodum favet: quamquam *potuisse* illam *ad eos errores incrustandos conferre* non repugnat; utpote quae *praecisionibus mentalibus,* inquiens, *et abstractionibus metaphysicis eo tempore valde occupata erat.* Ineptam quis non videat rationem? Sumptum vero Davidis de Dinando errorem, sumptosque similes alios ex Parmenide et Anaxagora, aliisque vetustis philosophis, adnotat Doctor Thomas II Sent., dist. xvir, q. i, art. i.

Scholas parisienses meliorem in ordinem redegit Robertus Curthonensis, Innocentii Papae III Legatus : modumque docendi his verbis tradidit circa annum Domini 12 15: *Quod legant libros Aristotelis de dialectica... Non legantur libri Aristotelis de metaphysica et de naturali philosophia, nec summae de eisdem, aut de doctrina magistri David de Dinant, aut Almarici haeretici, aut Mauricii Hispani.* Synodi Provincialis Parisiensis decretum confirmatum habes: quod postea Gregorius IX temperasse videtur in Litteris ad magistros et scholares Parisienses anno i23i datis: *Libris illis naturalibus, qui in Concilio Provinciali ex certa scientia prohibiti fuere Parisiis, non utantur quousque examinati fuerint et ab omni errorum suspicione purgati.* Sub idem tempus in ea florebat Academia Simon Torriacensis: qui *dum nimis in suis scriptis Aristotelem sequitur* (verba sunt Henrici de Gandavo De Script, eccl. cap. xxiv) *a nonnullis modernis haereseos arguitur.* Hinc Launoius colligit fuisse Parisiis non paucos magistros et scholares, qui Synodi Provincialis et Gregorii IX Decreta insuper habentes, peripateticam colerent philosophiam. Cum ergo eius doctrinae promotorem Aquinatem facit Bruckerus? Eius etiam Philosophi auctoritate contra fidem abutebantur petulantes Academici : vitio illam purgavit omni Thomas.

II. Pergit Launoius narrare *(capite* vu): « Albertum Ma» gnum et Thomam Aquinatem eius discipulum in Aristo» telis libros Commentaria edidisse. Sed edidisse *(inquit)* cum » libri recens damnati essent Parisiis et a Gregorio vetitum » ne quis eos ante legeret, quam essent emendati, permi» rum videri posset... Ego interim hanc in partem interpre» tor, vel quod Albertus et Thomas alibi quam Lutetiae » Commentaria haec scripserint, seque a Parisiensis Con» cilii decreto et ab imposita per Gregorium Nonum Pa» risiensi Academiae lege immunes crediderint: vel quod » cum Lutetiae commentarentur, Concilii decretum Gre» goriique legem penitus ignoraverint. Non sum quidem ne» scius doctores illos potuisse ab Apostolica Sede legendi » Aristotelem commentandique veniam quaerere : sed » quod quaesiverint invenire me nusquam memini. » Bruckerus loco cit., §. vin eam adprobare videtur Launoianae excusationis partem, quod Albertus in Germania et Aquinas in Italia suis Aristotelem Commentariis exposuerint: *quibus in regionibus aristotelicam philosophiam non prohibuerat Pontifex, sed in sola Gallia,* satis ut Parisiensium querelis faceret *de innumeris erroribus et haereticis pravitatibus, ex eadem philosophia (ut clamabant) obortis.* Coniecturam firmare videtur Epistola lxix *(al.* lxvii) apud Petrum de Vineis libro III, qua constat curavisse Fridericum II Imperatorem ut opera Aristotelis ex graeco et ex arabico in latinum transferrentur, Italicis absque dubio in Academiis legenda.

Partem alteram excusationis, quae ducitur ex venia Alberto et Thomae facta a Sede Apostolica, adserit Thomas Campanella apud Launoium loco citato, adprobat Carolus Duplessis D'Argentrè tomo I ludiciorum de novis erroribus ad annum 1210 ac firmat ipse Bruckerus sect. 11, §. xix, fide advocata Ptolomaei Lucensis. Is vero libro XXII Hist, eccl., capite xxrv sic ait: *Tunc frater Thomas redit de Parisiis ex certis causis et ad petitionem Urbani IV (anno circiter 1261) multa fecit et scripsit... Unum fuit, quod exposuit Evangelia sub* miro *textu diversorum doctorum... Isto autem tempore Thomas tenens studium Romae, quasi totam philosophiam sive moralem sive naturalem exposuit et in scriptum seu commentum redegit: sed praecipue ethicam et methaphysicam quodam singulari et novo modo tradendi... Officium etiam de Corpore Christi fecit ex mandato Urbani: quod est secundum, quod fecit ad petitionem Urbani.* Animadverte: 1. Thomam Aquinatem, mandante Summo Pontifice , elucubrasse plura : 2. Inter haec praecipue memorari Opera duo, veluti peculiari mandato iniuncta, *Expositionem* scilicet *continuam in quatuor Evangelia et Officium de Corpore Christi:* 3. Editos etiam, suadente, aut consentiente, aut permittente Urbano, videri Commentarios *in Aristotelis ethicam, metaphysicam et philosophiam naturalem'.* 4. Haec eadem demum Opera ab Aquinate in Italia confecta fuisse aut saltem inchoata.

Atqui vero, dum operam suam in libris Aristotelis Commentario illustrandis collocat s. Thomas, non aliud ipsi consilium insederat, nisi quod antea propositum a Gregorio Nono scimus : ut eiusdem Philosophi libri *diligentius examinarentur et ab omni suspicione erroris purgarentur.* Aptissimi erant Albertus Magnus ac Thomas Aquinas, qui ad hanc capessendam provinciam deligerentur. Plurimum emolumenti sperandum erat: quod scilicet Philosophi auctoritate vanis et petulantibus Academicis erepta, tot errorum ansa, qui sub eo vulgabantur obtentu, praecideretur omnis. Hinc vero contra Averroem, cuius commentaria plurimi aestimabantur, agendum erat: ac nova Philosophi operum accuratior latina versio curanda, ut genuina mens eius innotesceret ac doctrina. Utrumque ab Aquinate egregie praestitum est, certissimum perhibente testimonium, quod superius allatum est, Guillelmo de Tocco in Vita capite iv, num. 19.

CAPUT VIII.

Utraque theologia revelata ac naturalis in Operibus s. Thomae consociata. Utriusque munera egregie ab eodem exposita. Itemque diligentissime expleta.

L /~\ptimi consilii metam transgressum esse Aquinatem '—Z censura est Bruckeri. Angelici Doctoris acumen laudis praeconio celebrat in eo, quod absurdis Averroisticis commentis opposuit Opus: *Non tamen inde sequitur* (inquit) *philosophiae arabicae methodum evitasse... Et cum ea, in philosophia ad theologiam applicanda, methodo uteretur, ut consensu Patrum et Scripturae quidem quaesito, eo vero ex rationibus metaphysicis et testimoniis philosophorum gentilium confirmato, magnum doctrinae sacrae praesidium in philosophia aristotelica poneret, moreque Arabum subtilissimas quaestiones et ambiguas de divinis disputationes annecteret; perspicuum inde est scholasticae philosophiae vitia non sustulisse, sed auxisse.* Haec alia praemiserat verba: *Immodicus peripateticae philosophiae amor virum hunc, superstitioso obsequio Philosopho addictum, seduxit, ut theologiae vulneribus, quae praepostera philosophiae commixtio inflixerat, nova adderet vulnera: sicque sacram doctrinam vere faceret philosophicam, imo gentilem.*

Non legisse Opera Thomae, certe methodum in eisdem servatam non animadvertisse videtur Bruckerus. Tribui theologia debet in eam, quae *revelata* dicitur et in *naturalem.* Versatur ista circa divinas veritates, quae nativo rationis lumine innotescere possunt: eamque praecipuam et praestantiorem illius philosophiae partem faciunt, quae *metaphysica* appellatur. Versatur altera circa divinas illas veritates, quae naturae lumen excedunt, neque unquam hominibus innotuissent, nisi libero divinae voluntatis placito revelata fuissent, ac *supernaturali fide* creduntur. Quamquam animadvertendum est, quemadmodum divina revelatio non arcana solum fidei hominibus patefecit, sed prioris etiam generis veritates tuto monstravit: ita *revelatam* theologiam ad istas quoque illustrandas et vindicandas operam conferre. Hanc divinam revelationem, quae *Verbum Dei* appellatur, veteris ac novi Testamenti libri ac germanae traditiones complectuntur. Hinc vero Scripturis et traditionibus, veluti propriis principiis, divinas veritates, quas Deo placuit revelare, tradit, exponit, tuetur *theologia revelata:* et si quae sunt difficultates, quae circa germanum Scripturarum sensum emergant, illum amplectendum esse praescribit, quem definierit legitimus Scripturarum interpres

et controversiarum iudex in Ecclesia constitutus. Notis lumine naturae principiis nititur *theologia naturalis* in illis dirimendis quaestionibus, quae circa genus alterum divinarum veritatum versantur: ipsorumque philosophorum testimonia et .auctoritatem adsumit ad eas confirmandas.

In Operibus Thomae utraque theologia consociata munere suo fungitur: ac utriusque generis quaestiones cientur, in quibus divinae res explanantur,.ac impia sive haereticorum hominum sive philosophorum commenta refelluntur. Bruckero si credimus, vix in Operibus Thomae *theologia revelata* conspiciendam se praebet : doctrina passim traditur, *tota philosophica, imo gentilis:* in ipsis etiam quaestionibus, quae mysteria fidei spectant, *magnum praesidium in philosophia Aristotelis* collocatur. Nae putidam calumniam. Hanc ipse amolitur omnem, dum fateri cogitur : Aquinatem in theologica id genus disputatione *sanctorum Patrum et Scripturarum consensum quaesivisse.*

II. Sui ipsius vindicias agat validissimas Thomas. Propria ipse ac germana theologiae revelatae principia adsignat : quantum ab hac scientia distent humanae disciplinae scitissime docet: docetque modum, quo usus earum evadere et divinae fidei et revelatae theologiae proficuus et utilis possit. Aurea sunt verba, quae habentur I p., q. r, art. vni ad 2: « Dicendum quod argumentari *ex auctoritate* est maxime *proprium* huius doctrinae : eo quod » *principia* huius doctrinae *per revelationem* habentur; ct » sic oportet quod credatur auctoritati eorum, quibus » revelatio facta est. Nec hoc derogat dignitati huius do» ctrinae: nam licet locus *ab auctoritate,* quae fundatur » super ratione humana, sit infirmissimus; locus tamen » *ab auctoritate,* quae fundatur *super revelatione divina,* » est efficacissimus ». Paucis collecta verbis amplissima dissertatio proponitur de eo, quod est proprium *theologiae revelatae* munus.

At fieri tamen potest, ut eadem theologia rationes humanas et philosophorum testimonia adhibeat, modo dignitati suae congruo, ac methodo consilio suo permaxime proficua. Rem ille pergit edisserere: « Utitur tamen, »z» *quiens,* sacra doctrina etiam *ratione humana:* non qui» dem *ad probandam fidem,* quia per hoc tolleretur me» ritum fidei *(neque rursum humana ratio tam altius* » *adsurgere valet):* sed *ad manifestandum aliqua alia,* » quae traduntur in hac doctrina *(sive sint divinae veri» tates nativo lumini perviae sive sint vocum notiones et » opposita argumenta ab hostibus fidei ex humanae ratio» nis penu deprompta)...* Et inde est, quod etiam *auctori» tatibus philosophorum* sacra doctrina utitur, ubi per ratio» nem naturalem veritatem cognoscere potuerunt. Sicut Apo» stolus Paulus Act. xvn *(v. 28)* inducit verbum Arati, dicens : » *Sicut et quidam poetarum vestrorum dixerunt; Genus* » *Dei sumus.* Sed tamen sacra doctrina huiusmodi aucto» ritatibus utitur, *quasi extraneis argumentis et probabi» Ubiis* ». Spicula acutissima sunt postrema haec verba, quae Bruckerum confodiunt, calumniam inrogantem ac si Thomas *quaesitum Scripturarum et Patrum consensum* (quae sunt propria theologiae argumenta) voluerit *rationibus metaphpsicis et philosophorum testimoniis confirmare, magnum sacrae doctrinae praesidium in philosophia Aristotelis ponens.*

Theologi partes absolutisssime declarat omnes Theologus Thomas in Summa contra gentes capite ix: *Sapientis intentio,* inquit, *circa duplicem veritatem divinorum debet versari et circa errores contrarios destruendos.* Tria igitur sunt optimi theologi munia : circa veritates divinas , quae innotescere lumine naturali possunt: circa genus alterum veritatum, quae naturae lumen superant ac mysteria fidei dicuntur: circa errores oppositos, sive quos pagani excogitarunt sive quos heterodoxi homines commenti sunt. Ad *naturalem theologiam* spectat veritates primi generis illustrare oppositosque convellere errores: negotium est *theologiae revelatae* veritates alias exponere, casque adversum heterodoxorum impetus vindicare.

Quibus utraque theologia principiis uti debeat, quaenam argumenta efformarc, ut satis muneri utrique fiat, docet ibidem Aquinas: « Ad *primae* igitur *veritatis (quae* » *naturae lumini pervia est),* manifestationem *per rationes* » *demonstrativas,'* quibus adversarius convinci possit, pro» cedendum est. Sed quia tales rationes *ad secundam ve» ritatem (quae lumen naturae excedit)* haberi non pos» sunt; non debet esse ad hoc intentio, ut adversarius » rationibus convincatur: sed ut eius rationes, quas contra » veritatem habet, solvantur, cum veritati fidei ratio na» turalis contraria esse non possit... *Singularis* vero modus » convincendi adversarium contra *huiusmodi veritatem,* est » *ex auctoritate Scripturae,* divinitus confirmata miraculis: » quae enim supra rationem humanam sunt, non credimus, » nisi Deo revelante. Sunt tamen *ad huiusmodi veritatem* » manifestandam *rationes aliquae verisimiles* inducendae, ad » fidelium quidem exercitium et solatium, non autem ad » adversarios convincendos: quia ipsa *rationum insufficien» tia* eos magis in suo errore confirmaret, dum aestima» rent nos propter tam *debiles rationes* veritati fidei, con» sentire. Modo ergo posito procedere intendentes, primum » nitemur ad manifestationem *illius veritatis,* quam fides » profitetur et *ratio investigat,* inducendo rationes *demon» strativas* ct probabiles, quarum quasdam ex libris philo» sophorum et Sanctorum collegimus, per quas veritas con» firmetur et adversarius convincatur. Deinde ut a .mani» festioribus nobis ad minus manifesta fiat processus, ad » *illius veritatis* manifestationem procedemus, quae *ratio» nem excedit:* solventes rationes adversariorum et *rationi» bus probabilibus* et auctoritatibus, quantum Deus dederit, » *veritatem fidei declarantes* ».

111. Quae utriusque theologiae munera sapientissime explanat, numeris omnibus explevit Aquinas, non alio et alio in opere, sed in omnibus et singulis quae plurima scripsit, pro data quaestionum occasione. Hinc modo fidei divinae veritates vindicat, modo divinas veritates lumini naturali pervias exponit; utraque scilicet theologia, *revelata et naturali,* suis in Operibus consociata. Theologiam Thomae *philosophicam* si dicas, qua parte de veritatibus divinis agit, quas ratione humana adsequi possumus, non abnuimus: at eamdem, cum supremas alias contemplatur veritates, *philosophicam* traducere inscitia est : eamque praeterea *gentilem* vocare enormis calumnia.

Genuinam, quam locis citatis proponit ipse, tradendi theologiam revelatam egregie servat methodum. Dogmata scilicet fidei ı indicat auctoritate Scripturarum, Patrum consensu, decretis Ecclesiae : ac hisce praesidiis munitus haereses omnes, quotquot adversus fidem Christianam ab heterodoxis hominibus excogitatae fuerunt, validissime insesequitur : invectosquc convellit innumeros errores, quibus doctrinam catholicam, scioli, vani, maleferiati Academici deturpaverant. Neque vetusta solummodo impia commenta ab Aquinate profligata fuisse: verum etiam quae post eius aetatem exorta sunt, ferme omnia prcoccupata, suis in elucidationibus *in Summam theologicam* ostendit Seraphinus Capponi a Porrecta. Haec ne fuerit theologia *philosophica, imo gentilis?*

Pro ea quidem brevitate, quam sibi sanctissimus Doctor praefixit, latiores non agit dogmaticas et polemicas disceptationes: neque latiores tractatus elucubravit de sectarum auctoribus, sectarumque incrementis, et fatis, et exitio: neque Scripturarum textus, quotquot adduci poterant, accumulavit omnes : neque demum testimonia recensuit singulorum Ecclesiae Patrum, qui fidei christianae dogmata per succedentia saecula testati sunt. Haereses attamen et haeresum auctores memorat: impia commenta quaeque paucis quidem, sed peremptoriis divinae revelationis monumentis refellit: traditionemque perennem Ecclesiae patefacit, vel Conciliorum Generalium definitionibus inductis, vel unius aut pauciorum Patrum allegata auctoritate, qui cum in Ecclesia Christiana floruerint doctrinae peritia ac munerum splendore, satis essent ad perhibendum de totius Ecclesiae consensu testimonium. Quod aio, vel oculorum experimento verissimum comperiat quisquis Opera Thomae recludat, evolvat, perlegat.

CAPUT IX.

Rationes humanas et philosophorum auctoritates adhibet Thomas multiplici ratione permotus. Aristotelicam philosophiam nititur conciliare cum Catholica Religione. Quae praecipua profert philosophica documenta, facillime vario ac multiplici philosophorum sistemati aptari possunt.

I. ^Tondum fortasse sileant adversarii. Ipsa, inquiunt, JL 1 Opera Thomae, quae nos evolvenda indicimus, diligentius perlustrentur: utique pars maxima, velimus nolimus, in humanis rationibus, in philosophorum dictis, in doctrina Aristotelis insumitur. Opulentissimam philosophi-' cam supellectilem haud ego ' negaverim in Operibus Thomae: at simul ipsum partes omnes *theologiae revelatae* explesse fatearis tu oportet; cum propria et germana principia eius, cum opus fuit, praetermiserit numquam, Scripturarum scilicet auctoritatem, traditionem Patrum et Ecclesiae decreta. Id sane ab Aquinate praestitum censor et accusator theologiae Thomisticae inficiari non potuit Bruckerus, ultro consentiens in theologica disceptatione passim *quaesitum fuisse* a Thoma *Scripturarum et Patrum consensum*. Cur vero humanas rationes et philosophorum documenta non adhibuisset? Id genus argumenta ut usurparet utraque exposcebat theologia *revelata et naturalis,* alio tamen et alio modo.

Primam huiusce consilii causam ipse edisserit Thomas I p., q. i,.art. vm ad 2: *Utitur,* inquiens, *sacra doctrina etiam ratione humana: non quidem ad probandam fidem... sed ad manifestandum aliqua alia, quae traduntur in hac sacra doctrina... Et inde est, quod etiam auctoritatibus philosophorum sacra doctrina utitur.* Ipsa nempe revelata dogmata aut mysteria fidei notionibus quibusdam implicita ac vestita proponuntur credenda, quas plurimum illustrare valet ratio naturalis. Huiusmodi sunt *Substantia, Essentia, Subsistentia, Persona, Absolutum et Relativum, Natura, Suppositum, Individuum, Actio, Passio, agendi Principium, Accidentia, Species, Habitus, Facultates animae et energiae, Liberum arbitrium, Intellectus, Voluntas, Iudicia, Ideae, Amores affectusque animi, Spontaneum, Voluntarium, Necessarium, Contingens, Indifferentia* et alia id genus innumera. Inferioribus humanis disciplinis ac philosophorum documentis utitur theologia, voces huiusmodi ut rite exponat, remque subiectam recte definiat: quod nisi diligentius praestaret, neque errores invectos satis convelleret, neque ab emersuris praecaveret.

Causa altera ex eo theologiae munere proficiscitur, quod *circa errores contrarios destruendos,* et circa *rationes, quae contra veritatem opponuntur, solvendas* versatur. Religionis hostes, cuiusmodi fuere pagani, adversus christianam fidem sola naturalis, imo carnalis sapientiae arma vertebant: quin etiam haereticis familiare id est, ut Scripturae verbis more suo depravatis aut perperam intellectis commenta misceant humanae rationis, ut traditam a maioribus fidem e simplicioribus eradicent. Hinc sapientis theologi consilium quidem esse non potest, ut circa *secundam veritatem,* quae naturae lumen excedit, *adversarium rationibus convincat: sed ut eius rationes* (verba sunt Doctoris Thomae), *quas contra veritatem habet, solvat; cum veritati fidei ratio naturalis contraria esse non possit.* Mirum ergo esse non debet, si locum amplissimum inter disceptationes theologicas obtinere valeat humana ratio, philosophicis disciplinis, et philosophorum documentis munita, ut obices contra fidem ex ipsa ratione humana oppositi felicius removeantur, ac nihil esse in rebus ad credendum propositis lucide innotescat, quod credibile non sit, ac si rationis humanae lumini repugnaret.

Neque praeterea revelatam theologiam dedecet ad ipsam *veritatem,* quae rationem excedit, quodammodo *manifestandam rationes aliquas verisimiles inducere:* quae tertia rei, qua de agimus, causa est. Fidei namque severitatem quid-
1 ni mitiget accommodata ad mentis nostrae captum rationum verisimilium facilitas, ut velut mellis cuiusdam suavitate inducti homines, ad salutarem fidei amaritiem perpotandam gustandamque illiciantur? Iam vides latissimum rationis humanae usum, ipsumque laudabilem in sacra doctrina. Cur ergo hanc partem suis in Operibus ab Aquinate expletam accuses, calumnieris, reiicias?

Animadverte *rationes* huiuscemodi, quae ad veritates revelatas quodammodo manifestandas inducuntur, vocari ab Aquinate locis citatis *verisimiles, probabiles, debiles, insufficientes, extraneas,* non *ad convincendum* adhibitas, sed *ad fidelium exercitium et solatium.* Calumniam ergo impudentissime Bruckerus inrogavit, qui Thomae theologiam notare ausus est veluti totam *philosophicam, imo gentilem:* in qua *Scripturarum et Patrum consensus rationibus methaphysicis et philosophorum testimoniis confirmetur, magnumque ponatur sacrae doctrinae praesidium in Aristotelis philosophia.* Enormem calumniam alia profligant luculentissima Thomae verba in caput 1 Epistolae I ad Corinth., lectione m: « Aliud est, *inquientis, docere in* » *sapientia verbi,* quocumque modo intelligatur: et aliud » *uti sapientia verbi* in docendo. Ille *in sapientia verbi* * *docet,* qui sapientiam verbi accipit *pro principali radice* » *suae doctrinae:* ita scilicet quod ea solum approbet quae » verbi sapientiam continent, reprobet autem ea quae sa- » pientiam verbi non habent. Et hoc *fidei* est *corruptivum.* ь *Utitur autem sapientia verbi,* qui *suppositis veraefidei* » *fundamentis,* si qua vera in doctrinis philosophorum » inveniat, *in obsequium fidei assumit.* » Innumera sunt id genus praecepta in Operibus Thomae.

Postremam causam suppeditat illa *theologiae naturalis* consociatio cum *revelata,* quae in Operibus Thomae maxime apparet. Divinas veritates, quae ad eandem pertinent theologiam naturalem, indicat Aquinas libro I Contra gentes, cap. ni: *Quaedam sunt,* inquiens, divina, *ad quae etiam ratio naturalis pertingere potest: sicut est Deum esse, Deum esse unum et alia huiusmodi, quae etiam philosophi demonstrative de Deo probaverunt, ducti naturali lumine rationis.* Latissimus patet campus, in quo exspatiari debuit sublime ingenium Thomae, usu facto rationis humanae et philosophicarum disciplinarum. Huc enim spectant *Supremi Numinis existentia,* eiusque attributa, *Simplicitas, Perfectio, Bonitas, Infinitas, Immensitas, Immutabilitas, Aeternitas, Unitas, Scientia, Veritas, Voluntas, Libertas, Providentia, Iustitia, Misericordia, Omnipotentia, Creatio, rerumque spiritalium et corporearum Gubernatio.* Haec omnia ut illustraret, luculentiora collegit, quae sapientiores gentium philosophi tradiderant documenta: additque ipse pro sui acumine ingenii egregia argumenta: oppositosque errores, quos homines impii, naturae lumine abutentes, invexerunt, omnigena eruditione refellit. Hac ratione si philosophica dixeris, et humanis rationibus et testimoniis philosophorum scatentia divi Thomae Opera, qua scilicet parte *theologiam naturalem* complectuntur; nihil est quod ipsi verti vitio debeat, cum potius id nisi egisset, absolutissimi theologi partes omnes non explesset.

Ob easdem hactenus allatas causas, philosophicis documentis abundat pars altera *Summae theologicae,* ubi de moribus hominum, deque virtutibus ac vitiis disseritur. Agit Aquinas pro suo praecipuo munere de peculiaribus moribus illis, quos Christiana Religio exposcit ac informant fides, spes, charitas caeteraeque supernaturales virtutes ac sublimia dona Spiritus sancti: simul vero *ethica philosophia* traditur omnis, quae iuris naturae principiis innititur. Acumen ingenii, quod hac in parte fulget et soliditatem eruditionis commendant vel ipsi scriptores, qui peculiari minime ferebantur studio erga Thomam. Ipse Bruckeus ait: *Id facile concedimus, si respiciatur ad alios Scholasticos, qui in argumento morali aridos plerumque et exsangues ediderunt tractatus.* Critici anonymi repetenda verba sunt, quae in examine vitiorum theologiae habentur. *Disserit Thomas de virtutibus theologalibus, deque moralibus ac iis de argumentis, quae sunt affinia et connexa. Quaestionum numerus definitus est, inutilibus praetermissis: quaeve agitantur, nexum invicem habent quaestiones, neque ad alteram fit gradus, nisi priore dilucide exposita, ac solide dirempta.* Beniamino Maurerio, Regis Galliarum Legato, *lectionem Thomae Aquinatis* suadebat Grotius *in Secunda parte Secundae partis,* ubi hominum officia pertractantur.

II. Vitio saltem Aquinati nostro tribui debet (postrema est Bruckeri censurae pars), quod *dum Aristotelem unice sequi constituit, mancipii instar servire Stagiritae coactus est, et veritatem quoque illi tyranno servire coegit: et ne malum hoc solum esset, immodicus peripateticae philosophiae amor pirum hunc... seduxit, ut theologiae vulneribus, quae praepostera philosophiae commixtio inflixerat, nova adderet vulnera.* Thomae consilium dissimulat iniquus censor, methodum ab eo servatam ignorat, neque Thomae Opera salutasse videtur.

Imo prudentissimum eius consilium fuit, ut validum remedium afferret, quo vulnera, quae Christianae Religioni praepostera doctrinae aristotelicae interpretatione infligebantur, curaret. Stagyritae auctoritate aevo illo convellere dogmata fidei nitebantur vani homines : invectisque absurdis opinationibus theologicas disceptationes foedebant. Neque comprimi eorum audacia ac impietas poterat latis in plurimas theses censuris, neque ipsorum Aristotelis operum proscriptione. Aquinatis ergo consilium fuit ut peripatetica documenta, nova operum latina versione meliore curata, penitius expenderentur, vanisque hominibus Philosophi auctoritas, cui plurimum fidebant, si fieri quidem posset, eriperetur. Res cessit<auspicatissime. Factum nempe, ut quae vitia in operibus Philosophi evitanda fuerant, lucide cuique innotescerent: quaeve per sese innoxia ab ipso traduntur documenta, ab iniquis interpretationibus discreta forent : ipsaque demum philosophia, quae Religioni ac fidei inimica credebatur, usibus et obsequiis fidei et Religionis, quanta quanta est, addiceretur. Haec vero maxima ratio, quae Thomam impulit, ut suis theologicis in Operibus aristotelicam philosophiam frequentius adhiberet.

III. Neque tamen sese *instar mancipii* eidem philosophiae addixit. Si qua sunt apud Stoicos et Academicos, caeterosque philosophos, de rebus divinis deque officiis hominum consona rectae rationi documenta, adhibet ea, et illustrat. Ipsa philosophiae peripateticae principia ita solent ab Aquinate proponi, ut Stagyritae praeiudiciis depurari facili negotio queant ac philosophico systemati, quod placuerit, accommodari: quod a me proprio experimento frequentissime compertum, aliisque sine dubio diligentioribus peritioribusque comperiendum.

Sed *ontologica* demum, quibus abundant Opera Thomae, principia, documenta, ratiocinia, ex ipso rectae rationis penu desumuntur, quae peritis doctisque sectae cuiusque philosophis communia sunt. Rem hanc viderunt, atque passim animadvertendam proponunt God. Guillelmus Leibnizius et Christianus Wolfius. Divi Thomae laudes passim occurrunt in huiusce viri philosophicis operibus: *Divus Thomas,* inquientis,*pro eo quo pollebat, acumine probat: Divus Thomas pro eo, quod ipsi erat, acumine recte monuit : Probavit Leibniflus acumen divi Thomae: Divus Thomas unum ab altero distinguit acumine singulari, quo pollebat, in perlustrandis notionibus confusis.* Innumeras pene huiusmodi laudum formulas legere cuique licet. Haec vero satis mihi, Aquinatem Magistrum, eiusque Opera, ac doctrinam et eruditionem sin minus pro meritis eius, pro mea certe virili vindicanti.

DISSERTATIO XXXI.

De quatuor sancti Thomae Aquinatis locis ac doctrinae capitibus, inepta et iniusta censura notatis a loanne Fabricio.

CAPUT I.

Sanctum Thomam notat loannes Fabricius de mendoso indice Gregorii Magni super Cantica : quaenam eiusdem fuerit in huiusmodi indicibus diligentia. Ante Aquinatem idem index mendosus legitur in Magistro Sententiarum Petro Lombardo: unde Fabricii censura insi- — pietis et iniusta. Vitiosae praedictae citationis origo: an ergo potius Glossam quam Gregorium vere citaverit sanctus Thomas. Huiuscemodi censurae in Thomam ineptissimae. Bona et optima fides eius.

oannes Fabricius in secunda *Historiae bibliothecae Fabricianae* parte, num. 13 recenset *Thomae Aquinatis Summam theologiae* Coloniae anno 1622 typis editam. Hac data occasione aliorum dicta plura colligit, quae sane aut minus accurata sunt, aut inepta, aut falsa, ut sanctissimi Doctoris eiusque postremi Operis claritas et auctoritas quoquo modo infuscetur ac minuatur. Singula, quae fide protestandum aut criticae intemperantioris hominum adhibita opponuntur, referre hoc loco non lubet, cum ea in *praeviis Admonitionibus* aut *Dissertationibus* nostris hactenus in lucem emissis, aut validissime refutata sint aut diligentius enarrata. Pauca occurrunt ab ipso Fabricio adnotata, quae cum momenti quidpiam videantur habere, ad examen vocare praestat.

Pagina 88 in editione scilicet Wolfenbuttclii anno 1718 curata, sic ait censor: *Nunc depromenda sunt, quae viri eruditi hac in Summa* (theologiae) *observarunt notaruntque.* Quaenam vero et quot illa sunt, quae a novo censore iterum proferri ac redargui debuerint; nimirum quatuor tantum numerantur, vel quae insuper habenda fuerant utpote levissima vel quae iniqua censura perstringuntur. Primum est: « P. I *(parte prima),* quaest. vm, art. m: *Sed contra est quod Gregorius dicit super Cant. Canticorum : Quod Deus communi modo est in omnibus rebus praesentia, potentia et substantia.* Hic locus non reperitur in Gregorio Magno: *Ancillon Mélang. critiq., p. 11,333.* * At quid si in Gregorio Nysseno, qui illum in librum commentatus est? Imo in nostrae editionis margine citatur *Gregorii M. Hornil.* vm *in E^echielem,* parum ante medium. »

Inter *Dissertationes triginta,* in uno volumine in folio simul collectas, *De gestis, et scriptis, ac doctrina sancti Thomae Aquinatis,* editasque Venetiis anno 1750 apud Io. Baptistam Pasquali, postrema est, ubi diligentius agitur capite iv de copia lectionis, quam longe lateque patentem in sancto Thoma satis indicant eius Opera, sive quod attinet ad veteres philosophos sive maxime ad Ecclesiae Christianae Patres scriptoresve omnis aevi. Anonymi critici viri puerilem castigavimus animadversionem, qui cum recenseat scriptores ecclesiasticos, quos legerit Thomas, numerat tantum *Magistrum Sententiarum, Epistolas Pontificum Decretales ac integrum Gratiani Decretum.* Imo sine dubio in hisce rivulis non sistebat Aquinas, adibatque fontes ipsos, si pro saeculi conditione liceret. Patrum opera, quae bene multa praesto erant, evolvebat excutiebatque : ac novimus insignes alias lucubrationes quae desiderabantur, diligentissime ab ipso perquisitas in codicibus, qui latebant in forulis. Noverat ipse nihilominus non pauca sibi deesse ecclesiastica monumenta, quae alibi indicata aut in catalogis recensita legebat : ipsorumque defectum ut aliquo modo suppleret, utebatur *Decreto Gratiani,* et *Glossis,* et *Catenis,* idque genus collectionibus, antiquiorumque magistrorum scriptis, quae ferebantur illa aetate. Hanc lectionis copiam in Aquinate et hanc eius eruditionem splendidissimis exemplis ac factis inconcussis ostendimus in Dissertatione citata, quae sub *Admonitionis praeviae* titulo habetur in tomo XVI Operum sancti Thomae, quorum editionem Venetam in 4 incepit *losephus Bettinellus,* ac prosequitur diligentioribus typis *Simon Occhi.*

Quod ego Thomae Aquinatis elogium dum paucis repeto, naevos etiam in eius Operibus non diffiteor, quos aetate sua praecavere nec ingenii acumine, nec ulla diligentia ac industria poterat: cuiusmodi sunt, alium auctorem pro alio allegare, et alterius opus alteri substituere, ac librorum locos mendose citare, aut mendosos qui legebantur sequi indices. Temporum, quibus vitam agebat scribebatque Aquinas, conditio haec erat: quae tamen non obstat, quominus Erasmus vir criticissimus ea laude Aquinatem celebraverit, *ut qui iis, quae per eam tempestatem dabantur, tam dextre sit usus.* Menda huiuscemodi post reseratos fontes Patrum, post editam ecclesiasticorum monumentorum copiam, postque plurium saeculorum sudores laboresque, facili negotio aut omnia aut pene omnia emundarunt nostrates aliique viri diligentissimi : collatisque codicibus Thomae manuscriptis, observare potuerunt mendosos indices non paucos non e calamo Thomae profectos esse, sed ex amanuensium aut typothetarum inscitia et oscitantia.

II. Iam vero ad mendosum *Gregorii Magni super Cantica* indicem sermo convertatur. Ante Aquinatem verba, quae descripta sunt num. 1, iam Gregorio tribuerat Magister Sententiarum *Petrus Lombardus,* in primo libro, dist. xxxvn sub littera A : *Beatus Gregorius super Cantica Canticorum inquit : Licet Deus communi modo omnibus rebus insit praesentia, potentia, substantia* etc. Miratio subit id non advertisse Fabricium censorem! Id vero pridem observaverat Reginaldus Lucarinus in suis animadversionibus in textum Operum sancti Thomae, Romae excusis anno 1666: *Hanc sententiam* etc. (inquiens) *tribuit Magister in I, dist.* xxxvn *sancto Gregorio, scribenti super Canticum Canticorum: eiusque fidem sequutus est sanctus Thomas.* De hac allucinatione agit Sammaureus Operum sancti Gregorii editor doctissimus in admonitione ad expositionem Canticorum *(num. 6)* a qua sine dubio abest ea sententia. *Thomam* quidem, sed etiam *Magistrum Sententiarum* memorat pro sua diligentia et fide, qui in errorem inciderint: probatque deinde *Petri Lombardi temporibus, qui fioruit duodecimo saeculo... dubium non fuisse sanctum Gregorium exposuisse Cantica.*

Mendosum ergo indicem ex *Magistro Sententiarum* transcripserit Aquinas: quem etiam sanctus Bonaventura transcripsit ibidem parte I, art. ni, qu. 11. At lapsum huiuscemodi, levissimum illum nulliusque momenti, quis non condonet in Magistro ac multo magis in sancto Thoma et

in sancto Bonaventura? Quis etiam maturioris consilii non illud praeteriisset omnino? Nonne vero *Ioannes Fabricius,* qui censorem agit, aut inscitiae redarguendus est, qui mendum illud in *Petro Lombardo* non viderit ante Aquinatem: aut certe iniustitiae seu nimiae criminandi *Thomam* libidinis, quem unum, praetermisso *Magistro,* de naevo accusat utrique communi?

III. Quoniam vero in hanc disceptationem, tametsi levissimam, ingredi contigit, liceat mihi inferre gradum et in ipsam vitiosi indicis originem diligentius inquirere. Id erit fortasse cum aliquo emolumento. In *Glossa,* quae vocatur *Ordinaria,* super caput v *Cantici Canticorum,* ad ea verba V. 17: *Quo abiit dilectus tuus?* plures afferuntur expositiones. Editione utor, quae extat in Bibliis sacris Nicolai Lyrani. Expositio prima est: « *Quo abiit:* non relinquendo » eos, in quibus erat; sed ubi alios associet et post alios » etiam alios invitet. › Altera: « *Quo abiit.* Gregorius: Sciendum quod *Deus qui ubique est, in loco est, sed localis* » *non est. Locale dicitur quod circumscribitur secundum* » *partes loci, supra et infra, ante et retro, dextera et* » *sinistra* etc. » Tertia demum: « *Quo abiit...* Licet Deus » communi modo omnibus rebus insit praesentia, potentia, substantia; tamen familiari modo dicitur inesse, idest » per gratiam etc. »

Quo in loco perspicuum est expositionem secundam *Gregorio* tribui; minime tertiam, quae sententiam exhibet, qua de agimus. Quemadmodum vero *expositio tertia* hactenus in operibus Gregorii irrito voto perquisita est; ita *secunda,* sin minus quoad singula verba, saltem quoad sensum, hauriri sine dubio ex variis Gregorii locis potuit; sive ex libro II in Iob, capite XII, num. 20, sive ex libro X, capite IX, num. 14, sive ex libro XVI, capite VIII, num. 12, sive ex libro XXVII, capite XI, num. 19, sive ex libro I in Ezechielem, homilia VIII, num. 16, sive ex libro II, homilia V, num 11.

Allatum *Glossae* textum perpendenti iam facile innotescit mendosi indicis origo apud Magistrum Sententiarum. Hanc vidit *Francisais Sylvius,* qui I p., q. VIII, art. II in calce sic ait: * *Magister,* cum Glossam ordinariam legeret, » quae ad finem capitis V in Cantica habet *ista verba,* non » quidem sub nomine *Gregorii,* sed quia paullo ante ci- » tatus erat *Gregorius,* putavit etiam sequentia esse *Gre-* » *gorii'.** cum sint procul dubio ipsius *Glossae.* Hanc veram originem sive dissimulaverit sive ignoraverit Fabricius, pudendum sane est. *Glossae* opus Wajafrido Straboni tribuitur, qui nono saeculo vitam agebat.

An *Glossam* legerit sanctus Thomas et an potius *Glossam* in praedicto articulo scripserit ipse, imperitique amanuenses *Gregorium* substituerint? Francisci Garciae in suis *emendationibus erratorum* etc. verba sunt: « Si me con- » iectura non fallit, Thomas sic citavit: *G. dicit supra Can-* › *tica,* volens significare *Glossam* et *non Gregorium:* et » tamen aliquis pro *Glossa* posuit *Gregorium,* cum utrum- » que ab eadem littera G. initium sumat. * Eruditioni ac diligentiae Aquinatis convenit *coniectura.* Res attamen est, quae codicum mss. fide conficienda videtur. Vetustum *Summae theologiae* codicem in Veneta sanctorum Ioannis et Pauli bibliotheca lustravit peritissimus *Dominicus M. Berardelli* eius coenobii alumnus: scriptumque invenit *g g'.* quae siglae *Gregorium* indicant. At alii praeterea codices bonae notae expendendi forent, ut quid demum scripserit Thomas, quid amanuenses peccaverint certo constaret.

IV. Magistri fide deceptus fuerit sanctus Thomas. Adeo levis haec eius allucinatio est, ut nonnisi ineptissima haberi debeat censura, quam iterum propalare Fabricio placuit. Mendum quidem cubat in indice: at quae citatur dcscribiturque sententia, reperitur in *Glossa,* verissimamque doctrinam continet, quam latinorum graecorumque Patrum documentis illustrat Dionysius Petavius libro III De Deo Deique proprietatibus a capite VI. Patet iam vero vitiosi praedicti indicis emendationem quaerendam non esse in aliis *Gregorii* operibus ac locis superius indicatis: quod nonnulli fecerunt. *Glossae* nomen nihil anceps repone pro *Gregorio:* quod factum video in Parisiens! editione anno 1652 curata. Hoc opere, quod *Glossam ordinariam* vocamus', frequentius utitur sanctus Thomas. Quid vero? Accidit non raro allegatas a Thoma sententias in eadem non reperiri *Glossa,* quam scilicet variis typis editam habemus. At *Glossae* codicem ms. nactum se esse testatur Ioannes Nicolaius in praefatione ad *Summam theologiae,* qui fidem integram sancti Thomae confirmat, easque sententias continet quas veluti e *Glossa* desumptas affert sanctissimus Doctor. Hinc vero prudens quisque discat, ne tam praeceps in huiuscemodi rebus iudicium ferat.

V. Fuerint alii in Operibus Thomae mendosi indices. Verum enimvero non omnes Aquinati tribui debent, cum plures ex inscitia et oscitantia amanuensium proficisci potuerint: et si qui ex ipsius Thomae calamo exciderit, nonnisi per iniuriam tam facile obiiciuntur ac etiam exaggerantur. Interim menda id genus omnia aut pene omnia iam doctissimorum virorum diligentia emendavit. Inter primos, qui hanc spartam ornare coeperunt, eminet inter nostrates *Antonius* patria *lusitantis,* cognominatus *A Conceptione,* mutatoque cognomine dictus deinde *Senensis* ob singularem erga sanctam virginem Catharinam dc Senis observantiam. Antwerpiae opus edidit typis Plantini anno 1756 fol. inscriptum, *Testimonia Patrum prophanorumque auctorum, ac demum quaecumque alia citat sanctus Thomas solum in confuso in tota sua Summa theologiae, indefesso labore perquisita* etc. Huius vestigia presserunt alii exitu felicissimo. Jdque demum constat auctorum sententias ab Aquinate citatas, aut ipsis verbis tenus aut saltem quoad sensum, vel genuinas esse suosque certos habere parentes: vel si quae admodum paucae suppositiitiae sunt, reperiri tamen in ecclesiasticis monumentis: adeoque in huiusmodi indicibus bonam et optimam constare Thomae fidem.

CAPUT II.

Altera Fabricii censura doctrinam Thomae petit de proprio illo Dei nomine, *Qui est:* eiusdem doctrinae subtilitas ac etiam soliditas. Adversae Fabricii rationes expensae et eversae: vindicaturque masorethica textus hebraei lectio. Sancti Thomae doctrina veterum latinorum graecorumque Patrum documentis conformis: ac favent Hebraeorum magistri.

I. A Itera sequitur Ioannis Fabricii censura. « Parte eadem » TV(prima) quaest. XII, art. XI: *Hoc nomen,* Qui est, » *triplici ratione est maxime proprium nomen Dei:* 1. *Pro-* » *pter sui significationem:* 2. *Propter eius universalitatem:* » 3. *Propter eius significationem.* Ista subtilius excogitata » videntur. Saltem parum solida sunt, praesertim cum non » sit revera scriptum, *Sum qui sum,* sed *Ero qui ero.* Quid- » quid tandem his verbis indicare Deus voluerit: hoc est, » sive curiosam Mosis interrogationem simpliciter reiicere: » sive praesentiam suam ipsi promittere: sive ex operibus » suis, qualis sit, appariturum esse docere. *C. Vorst.* in notis » ad disput. II de Deo, » *Conradiim Vorstium* intellige in tractatu De Deo sive De natura et attributis Dei.

Integrum Thomae textum referre praestat, ut eius doctrinae subtilitas, simulque soliditas magis effulgeant. Verba sunt: «Dicendum quod hoc nomen, *Qui est,* triplici ra- » tione est maxime proprium nomen Dei. Primo quidem » propter *sui significationem.* Non enim significat formam » aliquam, sed ipsum esse: unde cum esse Dei sit ipsa » eius essentia et hoc nulli alii conveniat, ut supra osten- » sum est, manifestum est quod inter alia nomina, hoc » maxime proprie nominat Deum; unumquodque enim » denominatur a sua forma. Secundo propter *cius uni-* » *versalitatem.* Omnia enim alia nomina, vel sunt minus › communia: vel si convertantur cum ipso, tamen addunt » aliqua supra ipsum secundum rationem *(ut verum, bonum),* » unde quodammodo informant et determinant ipsum. In- » tellectus autem noster non potest ipsam Dei essentiam » cognoscere in statu viae, secundum quod in se est... Et » ideo quanto aliqua nomina sunt minus determinata ct » magis communia et absoluta, tanto magis proprie dicun- » tur de Deo a nobis. Unde et Damascenus (lib. I Orthod. » fidei) dicit quod principalius omnibus, quae dc Deo » dicuntur, nominibus est, *Qui est...* Tertio vero, *ex eius*

» *consignificatione.* Significat enim esse in praesenti et hoc » maxime proprie de Deo dicitur, cuius esse non novit » praeteritum vel futurum, ut dicit Augustinus in quinto » De Trinitate. »

Subtiles habeantur praedictae Aquinatis rationes, hoc est a perspicaci ingenio rem, quam versat, profundius perscrutante inventae: at *solidae* quoque sunt, utpote ipsi rei, quae subtilius consideratur, maxime convenientes. *Rationi tertiae* pondus additur ex auctoritate sancti Augustini in libro LXXXI11 quaestionum, qu. xvn: *Apud Deum nihil deest: nec praeteritum igitur nec futurum, sed omne praesens est apud Deum.* Et libro V De Trinitate, capite n: *Ab eo, quod est esse, dicta est essentia. Et quis magis est, quam ille qui dixit famulo suo Moysi: Ego sum qui sum: et dices filiis Israel: Qui est, misit me ad vos?* Rationem *secundam* firmat auctoritas loannis Damasceni loco citato capite ix in editione Michaelis Lequieni: « Ex omnibus » porro nominibus, quae Deo tribuuntur, nullum aeque » proprium videtur, atque ὁ ὢν, *Qui est;* quemadmodum » ipsemet, cum Moysi in monte responderet, ait: *Dic filiis* ь *Israel: Qui est, misit me.* Nam totum esse, velut im- » mensum quoddam ac nullis terminis definitum *essentiae* » pelagus, complexu suo ipse continet. » Utriusque demum Augustini et Damasceni auctoritates allatae *primam rationem* confirmant.

Neque tamen putandum est nomen istud ita ab Aquinate intelligi proprium Dei, ac si perfecte et adaequate essentiam Dei, cuiusmodi est in se, significaret aut repraesentaret: sed quia *adhuc imperfectius* (ipso Thoma sapientissime animadvertente in 1, dist. vm, qu. i, art. i ad 3) *per alia nomina significatur* eadem essentia Dei. Haec vero Thomae documenta si praesto Fabricius habuisset, haud umquam doctrinam eius *subtiliorem* potius iudicasset, quam *solidiorem.* Ad loannis Damasceni locum notam appingit Lequienus dignissimam animadversione. Verba sunt: « Pri- » sci philosophi Deum *neutro nomine* ον nuncupabant: quae » vox ad ipsum *ens in communi* significandum atheo sensu » detorqueri posset. At *masculinum* ὢν solum Deum ve- il rum exprimit, cuius essentia sit ipsummet esse purissi- » mum ac substantivum, conditis rebus neutiquam concre- » tum aut ex ipsis intellectus opera abstractum. » Gregorii Nazianzeni verba subiungit in Oratione xxxvi circa finem inquientis: Τὸ οὲ ον, *ens vero proprium sane est Dei ac totum, nec priore aliqua re nec posteriore (nec enim erat, aut erit) definitum ac circumcisum.* Ubi το ôν neutro genere ea ratione proprium esse Dei dicitur, quia totum esse Deus comprehendit sine ulla limitatione. Clarior est ac splendidior loannis Damasceni expositio, loco citato: *Ex omnibus nominibus, quae Deo tribuuntur* (inquientis) nullum aeque proprium videri, atque ὁ ὢν (masculino genere) *Qui est... Nam* ὅλον το εἶναι, *totum esse* (quod est το ὄν, genere neutro) *velut immensum quoddam ac nullis terminis definitum essentiae pelagus, complexu suo ipse continet.*

II. Censoris loannis Fabricii oppositio prima est: *Non esse revera scriptum, Sum qui sum: sed, Ero qui ero* (tertio capite Exodi, V. 14), quo nempe ex loco nomen Dei sumitur, quod ipsius Dei *maxime proprium esse* docet Aquinas. Sacra historia tradit Moysem a Deo electum esse missumque ad Israelitas, quos ab iugo Pharaonis liberaret: ipsumque Moysem rogasse Deum ut quo ipsum nomine apud Israelitas VQcaret patefacere dignaretur. Divinum responsum sic exhibet sacer textus hebraeus: *Dixit Deus ad Moysem:* ΓΡΠΝ Ehieh: *qui* Π'ΠΝ Ehieh: *et dixit, sic dices filiis Israel,* ΪΤΉΝ Eheieh *misit me ad vos.* At vero *ehieh* vox est verbi ΓΤ›Π› *fuit,* ac temporis futuri in coniugatione, quae dicitur *kal:* unde iuxta grammaticae regulas versio foret, *Ero qui ero... Ero misit me ad vos.* At enim frequentissimum *hebraismum* adnotant grammatici, quo *futurum* usurpatur pro *praesenti:* ipsumque in allatis verbis locum habere adprobant *critici sacri, Munsterus, Fagius, Vatablus, Clarius, Drusius.*

Cur vero non? LXX interpretes tot ante Christum saeculis graece verterant: ἐγώ εἰν-ί ὁ ὢν, *Ego sum, qui sum* vel *Ego sum is qui est,* vel etiam minus latine *Ego sum ens.* Hunc Exodi spectasse locum videtur loannes Apostolus et Evangelista in Apocalypsi capite 1, V. 4: *Gratia vobis et pax* ἀπο ◊ ὢν, καὶ ὁ ην, καὶ ὁ ερχόμενο „*ab eo qui est et qui erat et qui erit:* hisque verbis vim vocis ΓΠΠΝι aut ΠΠΠi, exprimere voluisse loannem observant interpretes. Vetustissimus latinae versionis vulgatae auctor eodem modo transtulit, *Sum qui sum:* ac postea cum verti debuisset, *Sum misit me ad vos,* personam primam commutavit in tertiam, *Qui est misit me ad vos,* ut clarior esset interpretatio. Peritissimus hebraicae linguae sanctus Hieronymus in epistola (xxv, al. xxxvi) ad Marcellam *(De decem nominibus Dei)* sic ait: *Sextum* (nomen Dei), Axer *leie, quod in Exodo legitur, Qui est, misit me;* prima scilicet persona in tertiam commutata. Quam denique temporis praesentis lectionem in vulgata exstantem sequuti sunt Hilarius, interpres Irenaei, Novatianus, Ambrosius, Augustinus, Ferrandus diaconus et Phoebadius, quorum verba recitat Petrus Sabatier in sua *vetere italica versione:* hisque consonant graeci Patres. Alia dabimus infra. Haec vero primam Fabricii oppositionem evertunt ac elidunt.

Alia est eiusdem oppositio: *Quidquid tandem his verbis indicare Deus voluerit: hoc est, sive curiosam Moysis interrogationem simpliciter reiicere.* Similem interpretationem tradiderat Hugo Victorious in annotationibus elucidatoriis ad hunc locum: « *Ego sum, qui sum* (inquiens). Ac si » diceret: *Nomen meum non dicam eis:* qui scilicet nomen » meum scire deberent. Et est *ironice* dictum: quasi di- » ceret nomen meum ignoratur? » Hanc expositionem his verbis declarat Cornelius a Lapide: *Deus hic non declarat, sed potius cum quadam maiestate silet suum nomen. Ut si gravis aliqua persona rogata de nomine, respondeat, Sum qui sum; quasi dicat, vocor ut vocor:* « Verum hoc » *(ipsius a Lapide verba sunt)* est *improbabile.* Nam paullo » post *Deus* iubet Moysi, ut hoc nomen: *Qui est,* quasi » Dei legantis se proprium nomen et titulum, missioni » suae praeferat *(et ait, sic dices filiis Israel: Qui est, misit* » *me ad vos).* » Ipse demum Hugo a sancto Victore locum explicat de proprio, quod expresserit Deus nomen suum: *Vel aliter* (inquiens), *Ego sum, qui immutabiliter sum: cuius nomen proprium est ens.* Ubi animadvertendum est, hebraismum in hac sententia novisse Hugonem ac futurum tempus accepisse pro praesenti.

Tertia sequitur Fabricii oppositio: *Sive praesentiam suam ipsi Moysi promittere Deus voluerit.* Parem affert expositionem laudatus Hugo: *Vel sic: ne diffidas, quid loquaris, quid dicas ei* (populo Israelitico), *quia ego sum, qui tecum sum.* R. Salomon et Burgensis eodem modo exponunt apud Cornelium a Lapide: *Ego ero* (vel sum), *supple vobiscum in hac tribulatione, vos ea liberans: qui ero* (vel sum), *supple deinceps semper vobiscum in omni vestra afflictione.* Scilicet, ut doctissimus laudatus interpres: *Hoc arctius est et frigidius.* Ac sane Moysi ineptitudinem suam profitent! iam Deus responderat V. 12: *Qui dixit ei,* "JQV iTHN 'O, *quia ero tecum.* Itaque cum iterum laboraret Moyses, quo filios Israel modo de missione sua certiores faceret, nomenque ipsius Dei mittentis rogaret, ac ipsi Deus diceret, *se esse, qui est;* quidpiam sine dubio addit, quod illis verbis, *ero tecum,* non expresserat. Nomen videlicet sibi maxime proprium patefacit, quod summam, ac primaevam significat rationem, ex qua promissa Moysi et filiis Israel praesentia ac protectio dependet: cum ipse *sit is, qui est,* et est immutabilis, aeternus, immensus, omniscius, omnipotens omnesque continens perfectiones. Haec Thomae Aquinatis, haec omnium sanctorum Patrum solidissima interpretatio est. Hanc etiam vidisse R. Chischia inter hebraeos doctus videtur, qui apud Vatablum et Paulum Fagium sic locum istum exponit in libro Hizkuni: « Ut primum ΠΊΠΧ *Ehieh* sit nomen Dei: » alterum vero ΓΡΠΝ "ΤΟΝ *Aser ehieh* sit eius expositio. » Quasi dicat, nomen meum est *Ero* (vel Sum). Ratio, quia » *ero* (vel sum) in saecula saeculorum absque fine. Dein » quod *ero* etiam (vel sum) vobiscum, ut redimam vos a » tyrannide Aegyptiorum. » Pcsteriorem interpretationem coniungit cum priore, veluti quae ab ea dependet.

Ait demum Fabricius: *Sive ex operibus suis, qualis sit, appariturum esse docere voluerit Deus.* Ad eorum

opinionem haec obiectio reducitur, qui vocem, ΠΙΠΝ a coniugatione *liai* removent, putantque pertinere ad coniugationem *pihel* vel *hiphil:* genuinamque lectionem esse vel *haaiieh* vel *haieh:* adeoque mendosam Masorctharum punctationem ΓΡΠΝ, *ehieh* in coniugatione *kal* cum duplici *saegol* sub litteris N et 1 et cum *scheva* sub littera ΓΤ· Addunt vero, coniugationem in *kal* verbi ΓΡΠ absolutam esse, ac intransitivam et substantivam: idemque verbum in coniugatione *pihel* et *hiphil* significationem habere transitivam activamque. Unde sacrum denique textum sic exponunt: *Ego sum qui do esse* vel *facio esse;* similemque sensum activum obtrudunt.

Hac de re agit eruditissime Stephanus Soucietus S. I. in dissertatione critica *sur le nom de Dieu* ΠΊΓΡ *lehova,* capite in. Pauca delibare praestat. Eam primo affero animadversionem , quam promit vir doctissimus ex grammaticorum documentis: verbum ΓΤ»Π, aut Π'ΙΠ *neutrum* esse ac intransitivum, absolutumque et substantivum tantum: in eoque coniugationum in *pihel* et *hiphil,* quae activae sunt, vestigium nullum in tota sacra Scriptura reperiri. Masorctharum punctatio deinde, scilicet *ehieh,* quae ad futurum tempus coniugationis in *kal* pertinet, ab ipsis excogitata non fuit; sed remotioris remotissimaeque aetatis auctores habet LXX interpretes, tot ante Christum saeculis, ac illum qui in exordiis Ecclesiae Christianae latinam *vulgatam ,* sive *italam* versionem confecit, ac *Hieronymum* qui novis curis latine vertit ex hebraeo sacra Biblia. Ita quidem in Targum, sive paraphrasi lerosolymitana exponitur comma Exodi, de quo agimus: *Ille qui mundo dixit, esto, ac fuit:* at simul etiam alia subiungitur interpretatio: *Ego ille, qui sum et futurus sum, misit me ad vos.* Arabica versio in Polyglottis Waltoni sic habet: *Aeternus qui non praeterit.* Quid ? quod demum si Deus ille sit *qui dat esse,* dubio procul omni oportet ut *illum* primo concipiamus *esse, qui est.* Alia disserit scitu dignissima Soucietus capite m citato et sequentibus capitibus: ac etiam evincere videtur ipsum quoque nomen Dei Tetragrammaton *lehova* suam ex coniugatione verbi ΓΡΠ in *kal* originem ducere. Cadunt iam vero loannis Fabricii oppositiones: quaeve contra ipsum doctissimorum virorum rationes allatae sunt, sancti Thomae Aquinatis doctrinam mirifice confirmant.

III. Sumitur ipsa ex ipso sacro textu hebraeo, eiusdemque sacri textus antiquissimis ante Masorctharum aetatem versionibus, graeca, latina, chaldaica, arabica, ac etiam sequioris aevi interpretationibus omnisTinguae. Ipsissimam graeci ct latini Patres una voce doctrinam tradiderunt. *Gregorii Naflan^eni et loannis Damasceni et Augustini* verba descripsimus num. i. Sanctus *Hilarius* libro I De Trinitate, num. 5 haec habet: « *Ego sum qui sum...* Non enim aliud » proprium magis Deo, quam *esse,* intelligitur: quia id » ipsum *quod est,* neque desinentis est aliquando, neque » coepti: sed id, quod cum incorruptae beatitudinis pote» state perpetuum est, non potuit aut poterit aliquando » non esse: quia divinum omne neque abolitioni, neque » exordio obnoxium est. » Elegantissima *Hieronymi* verba sunt in caput m ad Ephesios *(v. i5).* « *Ego sum qui sum...* » quomodo nomen commune substantiae sibi proprium » vindicat Deus? Illa, ut diximus, causa, quia caetera ut sint » Dei sumpsere beneficio: Deus vero, qui semper est, nec » habet aliunde principium ct ipse sui origo est suaeque » causa substantiae, non potest intelligi aliunde habere » quod subsistit. » Alios Ecclesiae latinae Patres eorumque sententias affert *Dionysius Petavius* libro I de Deo Deique proprietatibus, capite vi. Neque *Ambrosius* adversatur, qui in Psalmum xt.iii, num. 19 sic ait: « Moyses... interrogavit » *quod est nomen tuum* ?... Cognoscens mentem eius Deus, » non respondit *nomen,* sed *negotium;* hoc est rem ex» pressit, non appellationem, dicens: *Ego sum, qui sum,* » quia nihil tam proprium Dei, quam semper esse. » Levissima difficultas est, quae nullo modo Fabricii censuram fulcit. Satis namque est Moysi nomen interroganti a Deo *rem* ipsam *expressam* esse: eamque expressionem, si pro nomine Ambrosius non habeat, ab aliis Patribus veluti nomen acceptam esse.

Inter graecos Patres accipe *Clementem Alexandrinum* libro I Paedagogi, capite vm: *In quibus tribus temporibus* (qui fuit et est et erit), *ponitur unum nomen, nempe qui est* (Exodi m, 14), nomen Dei scilicet, qui solus est. Verba sunt *Epiphanii* in haeresi lxix Arianorum, num. 70: *Est igitur substantia... illud ipsum, quod est: sicut Moyses dixit, qui est misit me ad filios Israel. Itaque* ὁ ὢν ἐστι τὸ 5ν, *qui est, ens est.* Alia *Nafian^eni,* quem num. 1 laudavimus, verba profero in Oratione χχχvι: *Non hoc solum nomine* (qui est) (appellatur Deus), *quod ipse, cum Moysi in monte oraculum ederet... ita seipsum appellavit... sed etiam quia nomen illud* κυριω'τερον *magis proprium esse comperimus.* En vero quot insignes doctissimosque suae doctrinae vades habeat sanctus Thomas, Ecclesiae christianae latinos et graecos Patres.

Consentiunt hebraeorum magistri. Verba sunt *Maiemonidis* apud Petavium sexto capite, num. 5: « Hoc nomen » derivatum est a verbo *haiah,* quod existentiam signifi» cat: nam *haiah* significat *existere...* Totum vero... myste» rium positum est in eo, quod repetivit eamdem dictio» nem, quae *existentiam* significat, per modum attributionis » vel praedicationis. Nam pronomen relativum, *qui,* continet » in se mentionem attributi alicuius inhaerentis sibi: quippe » quod nomen sit imperfectum et adiunctum sibi nomen » aliud requirit. Et positum est nomen primum, quod » *subiecti* vicem sustinet, *ehieh, ero,* et nomen secundum, » quod *attributum* eius est, itidem vocatur *ehieh, ero...* » quasi ostendere vellet subiectum ipsum idem in substantia » esse cum attributo. Ut haec totius rei declaratio sit: Deum » existere, sed non per existentiam. Quare explicatio et ex» positio illius est: *Existens, qui est existens:* quasi diceret: »Qui *necessario* existit. » R. *Chischiae* locum superius n. 2 descriptum habes. Sententiam addo doctoris, quem Fagius *Nehemanidem* appellat, *Gerundensem* Vatablus: « Deus est » illa existentia vel subsistentia, quae nec praeteriit, nec » praeteribit... Est Deus semper, qui numquam coepit, nec » umquam desinit, sed transcendit omnem rationem tem» poris: et qui solus dicere potest: *Sum* vel *Ero.* Est enim » ipse omnis essentiae atque vitae fons et plenitudo: a » quo omnia, quae sunt, habent esse quod sunt. Quia » igitur aeternitas nullis finibus comprehenditur, ideo nullo » tempore describi potest. Quo fit, ut recte vocetur, *qui* » *est, qui fuit, qui erit:* nam omnia tempora, cum de Deo » loquimur, confunduntur. » Hebraeorum magistros alios praetereo.

Quam ergo *subtiliter* quidem, sed etiam *solide* nomen Dei explicaverit Thomas, quod est, *Sum qui sum* vel *Qui est,* iam patet. Ab hoc nomine distinguit illud, quod *Tetragrammaton* vocatur, idest *lehovah,* sancti Hieronymi auctoritatem sequutus in epistola citata ad Marcellam. De hac distinctione, quam alii negant, itemque de nominis eiusdem origine ac vi consule laudatum *Soucietum* aliosque doctores. Satis est discrimen indicare, quod inter ea duo nomina adsignat Aquinas, si quod admitti debeat, loco citato ad 1: « Dicendum quod hoc nomen, *Qui est,* est » magis proprium nomen Dei... quantum ad id, *a quo im» ponitur,* scilicet *ab esse,* et quantum ad *modum signifi» candi* et *consignifcandi...* Sed quantum ad id *ad quod* » *imponitur* nomen *ad significandum...* est magis proprium » nomen *Tetragrammaton:* quod est impositum ad signi» ficandam ipsam Dei substantiam incommunicabilem , et » (ut sic liceat loqui) singularem. » Rem hanc penitiori indagine scrutari pretium operae non est.

CAPUT III.

Unum potius, quam primum, vocari diem debuisse, in quo lux facta est, rationibus ostendit Aquinas ex sancto Basilio sumptis; hinc vero iniusta est loannis Fabricii censura. Fallitur Dionysius Petavius, qui rationes praedictas reiicit veluti mysticas interpretationes. An vespere praecesserit mane sive lucem, an vice versa. loannes clericus notatus.

I. I 'ertiam refero, quam fert loannes Fabricius, censu- A ram in sanctum Thomam Aquinatem: «Parte ea- 1 » dem *(prima),* quaest. lxxiv, art. m dicitur *unus dies* in

» prima diei institutione (Geneseos capite i, V. 5) ad desi-
» gnandum, quod *vigintiquatuor horarum spatia* pertinent
» ad unum diem. At *unus* dicitur pro *primus*. Sixtinus
» Amama Antibarb. Bibi.» Textus Hebraeus habet: dies ΠΠΝ
echad unus: non 'j'lON'b *primus*. Sunt vero Amamae verba
libro II, capite i Genesis, V. 5 : *Notarunt eruditi interpretes,
cardinalem numerum poni pro ordinali.... Id si in men-
tem venisset Thomae... non adeo sudasset in responsione
ad quaestionem illam, cur dicatur unus dies.*

Textum sancti Thomae integrum afferre praestat. Verba
sunt loco citato ad 7 : « Dicendum quod dicitur *unus dies*
* in prima diei institutione ad designandum, quod *vigin-
» tiquatuor horarum spatia* pertinent ad *unum diem:* unde
» per hoc, quod dicitur *unus,* praefigitur mensura *diei na-
» turalis.* Vel propter hoc, ut significaret diem consum-
» mari *per reditum solis ad unum et idem punctum.* Vel
» quia, completo septenario dierum, reditur ad primum
» diem, qui *est unus cum octavo.* Et has tres rationes *Ba-
b silius* assignat. »

Tres utique compendio collectas rationes latiore ser-
mone declarat sanctus *Basilius* in Hexaemeron homilia it.
Cur ergo *Basilium* praetereunt Amama et Fabricius, ac
unum vellicant'Aquinatem ? Iniusta censura est. Rationem
aliam addo, quam affert *Nehemanides* inter Hebraeos doc-
tus, qui apud Fagium inter criticos sacros dicit: *Unum*
(diem) *et non primum merito dici debuisse, cum nondum
secundus dies exstiterit, cuius respectu dicatur primus.*
Hanc ipse Fagius rationem vocat *simplicissimam.* Sunt vero
rationes probabiles, verisimiles, convenientes: quas non
adoptare licuit loanni Fabricio, licuit Sixtino Amamae; at
censura ferire non licuit.

II. Dionysius Petavius libro I De opificio sex dierum,
capite ix, num. 9 ita scribit: « Quod primus ille dies... non
» *primus* a Moyse, sed *unus* nominatur, *mysticum nescio
d quid et arcanum* redolere visum graecis maxime scripto-
» ribus, ut Philoni, Basilio, Origeni in homilia prima in Ge-
» nesim, Procopio, Caesario aliisque, sed et Hebraeis quibus-
» dam: nihil hoc est, cum sit perspicuum, linguae potius
» hebraicae proprietati tribuendum illud esse, quae *cardi-
» nales* numeros pro *ordinalibus* frequenter usurpat.»

Reponam ego cum Theophilo Alethino, seu loanne cle-
rico, in nota ad hunc locum: *Quamvis non negem, cardi-
nales numeros pro ordinalibus non raro usurpari apud
Hebraeos, esse tamen aliam rationem, ob quam Moyses
usus sit voce* ΠΠΝ *unus, non voce primus.* Restat
unum, num quas adhibuere sancti Patres rationes, nihil
exhibeant quod leve sit, alienum et ineptum, probabilesque
et convenientes appareant ?

Mysticum nescio quid et arcanum a Patribus proferri
Petavius ait, *quod nihil est.* Fallitur sine dubio vir doctis-
simus. Equidem Philo in libro De mundi opificio commen-
tum mysticum habet: *Non primum, sed unum nominavit
Opifex: Qui sic dicitur propter singularitatem intelligibilis
mundi, habentis ·naturam unitatis.* Tertiam quoque, quam
Basilius rationem affert, *in arcanis traditam* vocat: et *an*
ea *potior* haberi debeat ac *validior* expendit. Sed rationes
alias duas a *mysticis commentis* quis non videat plane di-
versas? Basilium sequitur *Caesarius* in dialogo ni, qui pro-
stat in tomo V Lugdunensis Bibliothecae Patrum: ac *my-
sticum* denique' *nescio quid* minime redolet ratio *Origenis*
homilia I in Genesim: *Non dixit, dies prima, sed dixit,
dies una* (inquientis), *quia tempus nondum erat antequam
esset mundus: tempus autem esse incepit ex consequentibus
diebus, secunda namque dies, et tertia dies, et quarta et re-
liquae omnes tempus incipiunt designare.* Ratio eadem vi-
detur, quam superius ex *Nehemanide* descripsimus.

III. Ratio praeteriti non debet, quam indicat *Theophilus
Alethinus* loco citato: *Quam* scilicet (inquit) *diversam
plane a commentis mysticis veterum invenies apud loan-
nem clericum* (qui in notis ad theologica dogmata Petavii
appellare se voluit Theophilum Alethinum) *in commentario
in Genesim.* Quo in loco et ipse fallitur, qui rationes a
veteribus allatas ad *commenta mystica* pertinere consentit.
Ait ille vero in citato Commentario in Genesim: « *Unus*
» dictus est ille dies, non *primus,* ob rationem quam sub-
» innuimus: nempe propter *noctis,* quae *mundi creationem*
» *antecessit* prolixitatem, in qua non plurium dierum, sed
» infinitarum myriadum annorum intervalla quaerere quis
» potuisset. Sed ut diximus, quantumvis longa, *instar unius*
» *noctis,* in quatuor vigilias trium horarum dividendae, ha-
» bita est: quod nulla esset mensura, qua in plures dies
» divideretur, nedum in ea distingui possent anni. » Clerici
mentem magis patefaciunt, quae superius praemiserat: « Ve-
» speram matutino tempori praeposuit Moyses : eaque porro
» ab Hebraeis praeposita est in dierum numeratione. Cae-
» terum hoc in loco *dies unus* immensa *nocte,* quae lucem
» antecesserat, et *luce* duodecim horarum conflatus fuisse
» censetur : quod in nocte illa, quantumvis longa nulla cu-
» iusquam rei vicissitudo fuerit, *quales sunt dierum vices,*
» qua in certas dividi potuerit partes. »

Mystici commenti nihil est in hac ratione Clerici: quae
tamen obtrudere mihi videtur ineptissimum *immensae ve-
luti cuiusdam noctis,* lucis et mundi creationem antece-
dentis, commentum; ex qua nocte veluti in duodecim horas
divisa et ex qua luce duodecim horarum *dies unus* con-
flatus fuerit, qui fuit primus. Narrat sacer Geneseos auctor:
*In principio creavisse Deum caelum et terram: terram
fuisse inanem et vacuam et tenebras super faciem abyssi:
factam a Deo lucem et hanc divisam a tenebris: ac Deum
lucem appellavisse diem et tenebras noctem;* et ex hac
nocte, cuius initium est *vespera,* et ex hac die cuius ini-
tium est *mane, factum esse diem unum,* scilicet naturalem.
Quis in hoc loco non videat, noctem sive tenebras, ex
quibus et ex luce primus dies naturalis conflatus est, illas
esse quae *mundi creationem* consequutae sunt, ac sine ulla
ratione noctem obtrudi immensam, quae *mundi creationem
antecesserit?* Hunc vero diem cur sacer historicus potius
unum non dixerit, quam *primum,* ut ipsum eiusdem men-
surae fuisse cum sequentibus diebus indicaret? Hinc etiam
ab eodem scriptum legimus Exodi capite xx, V. 11, et ca-
pite xxxr, V. 17: *Sex diebus fecit Dominus caelum, et ter-
ram, et mare et omnia quae in eis sunt: et requievit in
die septimo.*

Clerici commento ea maxime adservatur doctrina, quae
caeli ac terrae creationem refert ad primam diem, primam-
que diei naturalis partem in vespere sive nocte sive tenebris
reponit. Hanc optime declarat Franciscus Sylvius in Com-
mentario articuli III citati, qu. Ixxiv *(pro solut. 6.),* auctoritate
innixus Thomae Aquinatis: « Dicimus ergo *(inquit) diem
» naturalem,* qui scilicet vigintiquatuor horas complectitur,
» a *nocte* initium habuisse, a *tenebris* nimirum illis, quae in
» mundo erant, priusquam Deus *lucem* formaret: et tamen
» diem, hoc est distinctionem *diei civilis* seu *artificialis a
» nocte artificiali* incepisse a *luce.* In ipso enim mundi
» exordio primum fuerunt tenebrae, ac postea demum lux
» est creata: sed illae tenebrae, antequam lux produceretur
» non habebant rationem diei, neque noctis. Non *diei,* quia
» diem facit lux, quae tunc nulla erat: non etiam *noctis,*
b quia nox dicitur ea diei naturalis portio, quae distincte
» et opposite se habet ad diem civilem... Tunc autem neque
» ullus *dies civilis* fuerat, cui nox opponeretur : neque ul-
» lum in toto mundo erat luminare, quod esset aptum
» facere diem. At ubi Deus *lucem* fecit, ipse eam appel-
» lavit, seu fecit quod appellari posset *dies: tenebras* autem
» appellavit, hoc est fecit quod appellari possent *nox;* atque
» ita ex eo temporis puncto tenebrae illae sortitae sunt
» rationem noctis. Istum explicandi modum insinuavit bea-
» tus Thomas qu. in De potentia, art. xvin ad 6 dicens:
» Quod *creatio caeli et terrae ad primum diem pertinet:
b quia cum caelo et terra creatum est tempus, licet distinctio
» temporum quantum ad diem et noctem inceperitper lucem.* »
Hinc etiam animadvertit sanctus Doctor I p., qu. Ixvi,
art. iv ad 2 : *Tempus* (post mundi creationem, dum erant
tenebrae) *quodammodo fuisse informe; et postmodum for-
matum et distinctum per diem et noctem.*

Sunt alii vero, tum antiqui Patres, tum recentes doc-
tores, qui diem naturalem existimant incepisse a luce:
adeoque caelum et terram facta esse ac tenebras etiam
fuisse ante omnem diem. At Clerico adversantur, qui no-
ctem illam excogitavit immensam, mundi creatione prio-

rem, in quatuor vigilias trium horarum dividendam. Laudatum Sylvium audire praestat: «Responderi potest... caelum » et terram facta esse ante omnem diem: illudque *tantillum* » *spatii,* quo ante productionem lucis erant tenebrae, ne- » que *diem* fuisse, neque *noctem,* eo quod nullum luminare » erat quod sua praesentia faceret diem et sua absentia » noctem: annumerari tamen *sex diebus (quibus fecit Deus* » *caelum et terram et mare et omnia quae in eis sunt),* » partim quia licet caelum et terra fuerint quoad substan- » tiam creata ante omnem diem, spatio tamen sex dierum » fuerunt formata seu distincta et ornata; neque plures » dies impensi fuerunt in illorum creatione, distinctione » et ornatu, quam sex: partim quia *spatium illud prae-* » *cedens* fuit *brevissimum.* Sicut autem consuetudo lo- » quendi habet, ut ea dicantur facta *in aliquo loco,* quae » iuxta illum facta sunt: quomodo Christus *in Jerusalem* » passurus significatur Lucae xm, V. 33, qui tamen extra » portam passus est, ad Hebraeos xm, *V.* 12: Ita quaedam » facta esse dicuntur *in aliquo certo temporis spatio,* etiamsi » paullo ante coepta sint fieri: v. g. aedificium aliquod » recte diceretur factum esse spatio duorum annorum, » etiamsi unus atque alter dies antecedens fuisset etiam » impensus. »

Tantillum illud spatii, ut ait Sylvius, quo ante productionem lucis erant tenebrae, vocat *momentum unum* Philoponus apud Petavium libro 1 De opificio sex dierum, capite rx, num. 2: At haec, inquit vir doctissimus, *mera est ariolatio: neque fidem* Philoponus *ullo argumento facit.* « Ego vero *(ait idem auctor)* aliquanto intervallo putem » durasse primas istas tenebras: et fortasse *plus uno, al-* » *terove die aut etiam longius,* cuius temporis modus » nobis est incertus. Paullatim enim in rerum conditu » progredi divina sapientia voluit et rude primum atque » imperfectum opus edere: ut qui tum spectatores erant » Angeli, quibusdam veluti gradibus ad perfectae summi » Opificis sapientiae intelligentiam erudirentur ac pede- » tentim per rerum creatarum vestigia pervenirent. » Nonne vero haec etiam Petavii *ariolatio quaedam* videri possit? An *uno, alterove die,* aut longiori spatio indiguerint Angeli, ut ad perfectae summi Opificis sapientiae intelligentiam erudirentur? Ita ego existimaverim super terram fuisse tenebras dictum esse, ut intelligeremus mundum eo momento, quo conditus est quoad omnium rerum substantiam, conditum fuisse sine ornatu et sine ulla distinctione: et hanc incepisse formationem mundi a luce. Diligentiorem huiuscemodi rerum indaginem non exposcit Aquinatis doctrina, quam vindicamus.

CAPUT IV.

Supposititia Cyrilli Alexandrini testimonia ab Aquinate in Summa theologiae allegari falso notat loannes Fabricius. Launoius, quem ipse laudat, tum bonam Thomae fidem, tum iustum critérium vindicat. Animadversiones.

I. Tnter ea, quae loannes Fabricius animadvertit *abs viris* 1 *eruditis in hac Summa* (theologiae) *observata fuisse ac notata,* quarto loco supposititia quaedam *Cyrilli testimonia* recenset: *Subinde allegavit* (inquiens) *quaedam e Cyrillo Alexandrino ad probandum potestatem pontificiam. Ea vero loca apud sanctum illum scriptorem non reperiri fuse ostendit loannes Launoius epist. I, parte I.*

In errorem statim incidit censor: nec enim *Launoius,* aut si qui alii sunt viri docti, observaverunt umquam Thomam Aquinatem *in Summa theologiae* allegasse Cyrilli testimonia, quae in eius Operibus non habentur. Alias Thomae lucubrationes indicat ipse Launoius: et ex his promit ea, quae sub Cyrilli Alexandrini nomine verba allegantur. « Haec testimonia *(inquit in epistola 1 ad Faurum,* » *p. I'),* sic leguntur apud beatum Thomam: et primum » quidem in IV, dist. xxiv, quaest. 111, art. n (in argum. pro- « lusorio 2, *quaest.* 11): *Praetera,* inquit, *b. Cyrillus Episco-* » *pus Alexandrinus dicit: ut membra maneamus in capite* » *nostro Apostolico Throno Romanorum Pontificum* etc. In » libri Contra impugnantes Religionem capite m sub finem... » *Unde dicit Cyrillus Alexandrinus Episcopus in libro II* ⁽) *Thesaurorum: Ut membra maneamus* etc. (ut supra). » Mox in capite iv... *Cui* (Romano Pontifici), *ut Cyrillus* » *dicit, omnes iure divino caput inclinant* etc. In opusculo » Contra errores Graecorum *(parte II ubi Thomas agit* ⁽) *de Romano Pontifice ac tertio, quarto, quinto, sexto et* » *septimo capite huius tituli)... Dicit Cyrillus Patriarcha* » *Alexandrinus in libro Thesaurorum: Sicut Christus ac-* » *cepit a Patre ducatum et sceptrum* etc. Et etiam: *Nulli* » *alii, quam Petro* etc. Et infra: *Pedes Christi humanitas* » *est* etc. Ibidem... *Dicit enim Cyrillus in libro Thesau-* » *rorum: Ut membra maneamus* etc. Et quibusdam inter- » positis... *Dicit Cyrillus: Quod ipsius scilicet Apostolici* ⁽) *Throni Romanorum Pontificum solius est reprehendere* etc. » Ac ibidem... *Dicit enim Cyrillus in libro Thesaurorum:* › *Itaque fratres, si Christum imitamur* etc. »

Integra indicata testimonia, quae sub nomine Cyrilli allegantur ab Aquinate, si comparentur invicem et expendantur, perspicue cuique patebit non tam esse plura testimonia, pluresque sententias, quam potius *unius prolixioris testimonii* particulas plures. Ab his differt illud, quod Launoius adiungit in epistola II ad eumdem Faurum, Cyrillo in sua *Catena* tributum a s. Thoma. Ita refertur ad ea verba, *Tu es Petrus* etc. cap. xvi Matthaei: *Cyrillus in lib. Thesauri: Secundum autem hanc Domini promissionem Ecclesia Apostolica Petri* etc. Haec vero Cyrilliana testimonia ab Aquinate in *Summa theologiae* aut alibi adhibita fuisse ostendet numquam loannes Fabricius: ac sane Launoii nomine abutitur, ac si eadem testimonia ipse *observaverit notaveritque* in sua *theologiae Summa* ab Aquinate fuisse allegata.

11. Quinimo cum Launoius observaverit in *theologiae Summa,* quam extremis vitae annis sine dubio elucubravit Aquinas, eadem prorsus praetermitti in iis locis testimonia, in quibus aptissimum locum habere potuissent; argumentum inde sumit haud certe leve de ipsorum falsitate a Thoma iam aetate provecto deprehensa aut olfacta: quod eius eruditionis ac iusti criterii indicium est. Launoii verba affero, quae Thomae vindicias continent. Sic ait vero in epistola 1 citata ad Antonium Faurum a num. 4: « Doctor » sanctus cum esset iunior theologus, imponi sibi passus » est ab eo, qui *relata testimonia Cyrillo Alexandrino* » *supposuit.* Verum enimvero ad maturiorem cum pervenit » aetatem, factus doctior et cautior, testimonia haec pro » derelicto habuit: et silentio, *deprehensae vel saltem ol-* » *factae falsitatis indice,* suppressit. Inter omnes convenit, » *theologiae Summam* Doctoris sancti opus esse ultimum » et caeterorum perfectissimum: quod tamen, priusquam » demigraret ab hominibus, absolvere non potuit. In *Se-* » *eunda Secundae* sunt loca maxime tria, quae nec minus » utiliter nec minus opportune, quam *Commentarius in* » *quartum Sententiarum et Opuscula contra expugnantes* » *Religionem ct contra errores Graecorum,* videntur au- » ctoritatcs illas omnes vel certe aliquas postulare, si qua » veritate nitantur.

» Locus primus est in quaestionis 1 art. x, cui titulus: » *Utrum ad Summum Pontificem pertineat fidei Symbolum* » *ordinare...* Alter est in quaestionis xi art. n cui titulus: » *Utrum haeresis sit proprie circa ea quae sunt fidei...* » Tertius in quaestionis xxxix articulo 1, cui titulus." *Utrum* » *schisma sit peccatum speciale...* His tribus locis adiungo » quartum, qui repetitur ex *Quodlibeti* IX *articulo* xvi, ubi » dc Romano Pontifice, homines pios in Sanctorum album » referente, agitur... Ecce tibi *loca quatuor,* in quibus » firmamenti ac roboris non parum attulissent relata *Cy-* » *rilli testimonia...* Praetermissionis causa quae? nisi quod » Thomas, factus consultior, falsitatem suboluit, quam » minus consultus olim subolere non potuerat. » Addere haec alia eiusdem Launoii pauca verba liceat, quae habentur parte V, epistola ix ad Thomam Fortinum, contra Vincentium Baronem Dominicanum, capite vi, num. 34: *Epistolarum nostrarum,* inquientis, *in quibus dc subiectis quibusdam Cyrillo testimoniis agitur, scopus non est sanctum Thomam vel inscitiae, vel male fidei, vel negligentiae nomine accusare. Scopus est tantum ostendere: Testimonia*

quae Thomas ex Cyrillo repetit, Cyrilli non esse: et Thomae fraudulenter obreptum... ab incognito homine, qui Doctori sancto, cum esset iunior theologus, afficta Cyrillo testimonia subministravit.

Minus accurate nonnulla obtrudi abs Launoio dicendum est numero insequente. Quae vero disserit ille, sine dubio *loannem Fabricium* redarguunt, qui subiecta Cyrillo Alexandrino testimonia fuisse a Thoma Aquinate in sua *theologiae Summa* relata imperite ac falso notavit. Castigant etiam *Riveti* audaciam, libro IV Critici sacri, capite xix: *Auctor falsi fuit,* inquientis, *Thomas Aquinas in Opusculo adversus Graecos, qui primus ex Cyrilli Thesaurorum libris Pontificis Romani tyrannidem asserere voluit.* Verum denique vapulat quoque *Casimirus Oudinus* qui haec inepta, et falsa, et iniqua Riveti dicta adhibere non erubuit in sua dissertatione *De vita et scriptis sancti Cyrilli Alexandrine Episcopi,* capite v, tomo I commentarii De scriptoribus Ecclesiae antiquis etc.

III. Uberiores Thomac nostri sanctissimi, indicata Cyrilli Alexandrini testimonia allegantis, vindicias egimus in Admonitione praevia sive Dissertatione in eius *Expositionem continuam, quae appellatur Catena aurea,* et in alia quae *priora* eiusdem *Opuscula* ad examen vocat. Animadversiones nonnullas decerpere liceat et hoc loco proferre, ac etiam illustrare.

Sancto Thomae, cum nonnisi *iunior theologus* esset, *fraudulenter obreptum fuisse,* affictis Cyrillo testimoniis, minus vere scribit Launoius. Post annum 1256 elucubratum *Contra impugnantes Religionem* Opusculum et post an. 1262 confectam *Catenam auream* ostendimus in Dissertationibus. Cum his ergo in locis praedicta Cyrilli testimonia citaverit Aquinas, certo evincitur uti eisdem ipsum voluisse iam provectiorem effectum. Sed ea demum praetermisit in *Summa,* quam anno circiter 1265 elucubrare coepit. Cur vero? Launoii coniectura verisimillima est, quod nempe maturiore demum inito examine, falsitatem .subolfccerit aut etiam deprehenderit. Voluerit quoque, si placeat, gravissimo in opere testimoniis abstinere, quae pro dubiis inccrtisque semper habuerit. Subacti ingenii singularisque prudentiae haud leve argumentum est.

Ait rursum Launoius: *Imponi sibi passum esse Thomam ab eo, qui relata testimonia Cyrillo Alexandrino supposuit et Doctori sancto Aquinati subministravit.* Quod etiam minus vere et accurate dictum. Immo iniuriam Aquinati infert Launoius, ac si tam facilis ac levis fidei ille fuerit ut Cyrilli testimonia, quae nuper quispiam protulerit, sibique subministraverit sine vade, statim exceperit, adhibueritque suis in Operibus. Dubium nullum esse debet in aliqua *sententiarum Patrum Collectione,* quae ferebatur, praedicta testimonia sub Cyrilli nomine exstitisse: ac inde vel ab ipso Thoma deprompta; vel ab alio qui prompserit Thomae subministrata fuisse.

Quod aio, perspicue confirmat *libellus* ille quem a Summo Pontifice Urbano IV accepit Thomas, ut graecorum Patrum quamplures auctoritates, quae latine translatae in eo continebantur, expenderet ac illustraret. In hoc vero *libello* exstant *Cyrilli testimonia,* quae in Commentario Sententiarum et in Opusculo contra impugnantes Religionem allegaverat Aquinas. Non ergo *Doctor sanctus, cum esset iunior theologus* (ut ait Launoius) *imponi sibi passus est ab eo, qui relata testimonia Cyrillo Alexandrino supposuit;* sed eadem, ex collectionibus quae ferebantur deprompta, allegabat sanctus Doctor.

Vincentio Baroni, qui simili quadam animadversione Launoium oppugnaverat, doctor ipse Sorbonicus reponit parte V, epistola ix ad Thomam Fortinum, capite vi, n. 36: « In *libello* (inquiens), quem Urbanus Thomae ad exa» minandum dedit, fuisse illa omnia *Cyrilli testimonia,* ▷ quae sunt in *Opusculo contra Graecorum errores,* Baro » tam facile pronuntiat, ac si libellum vidisset aliquando, » et perlegisset. *Opusculum* contra Graecorum errores *duas* ▮ *in partes* tribuitur. *Prior* continet *capita* xxxn quorum » unicuique praefigitur, *Quomodo intelligatur* hoc vel istud » alicuius graeci Patris dictum. *Posterior* habet *capita* xxxvi » in quorum titulo, *Quomodo intelligatur* hoc vel illud ali» cuius graeci Patris dictum non ponitur amplius; sed » simplex argumentum rei, quae deinceps tractanda est. Ex » quo *pars posterior* non ita videtur pertinere ad *priorem,* ▮ in qua *libellus* Thomae ab Urbano IV datus expendi» tur. » Fallitur egregie Launoius. Tum Patrum testimonia, quae *priori* in parte expenduntur, tum illa quae habentur in *posteriori,* in eo *libello* exstitisse, quem Thomae examinandum dederat Summus Pontifex, ex pluribus evincitur ipsius Thomac verbis in suo Opusculo. In Praefatione *prioris partis* haec habentur: *Proposui primo ea, quae dubia esse videntur in auctoritatibus praedictis, exponere: et postmodum ostendere quomodo ex eis veritas catholicae fidei et doceatur et defendatur.* Illud in *priori parte* praestat Aquinas, ac istud in *posteriori:* unde quae in utraque parte testimonia graecorum Patrum occurrunt, continebat *libellus* ille. In Praefatione *alterius partis* verba sunt: *His igitur expositis* (difficilibus nempe aliquibus Patrum graecorum sententiis explanatis), *ostendendum est quomodo ex auctoritatibus in praedicto libello contentis vera fides docetur, et contra errores defenditur.* Erant ergo in eo *libello* non solum dubiae difficilesque Patrum sententiae, quas priori in parte Opusculi explanat Aquinas; verum etiam testimonia ad fidem docendam erroresque refellendos aptissima, quae in posteriori parte rec.ensentur. In Opusculi conclusione sic ait sanctus Doctor: *Haec sunt, Pater sanctissime, quae ex auctoritatibus Doctorum graecorum secundum vestram iussionem excepi et exponenda, et ad confirmationem verae fidei inducenda.* Utriusque partis auctoritates perspicue indicantur, quas *libellus* complectebatur. His demum verbis Opusculum absolvitur: *Sunt autem fortassis et alia in praedicto libello, quae vel dubia esse possunt, et expositione indigent; sed quae ad fidei assertionem utilia esse possent, ad ea quae praemissa sunt, ut credo, omnia possunt reduci.* Clarissima verba sunt, quae motum a Launoio dubium eliminant: ccrtumque faciunt in *libello,* qui Thomac traditus fuit, exstasse Patrum testimonia, sive quae in priori Opusculi parte *exponuntur* sive quae in parte altera *inducuntur ad verae fidei confirmationem.* Haec duo sunt imposita Aquinati munera, quibus ipse egregie defungitur, fide relicta penes *libelli* auctorem, an recte, an falso collectae auctoritates sub Patrum nominibus, quae praefixa legebantur, excerptae essent. Verba quaedam sub Cyrilli nomine iam Thomae innotuerant, antequam *libellum* a Summo Pontifice acciperet: quod est argumento, eadem in aliis quibusdam collectionibus exstasse, aut praedictum libellum iam antea notum fuisse Aquinati. His ipse in *Commentario Sententiarum,* et in *Opusculo contra impugnantes Religionem* usus est: quae consultior denique factus in postremo *Summae theologicae* opere praetermisit.

Ipsius Thomae aetate, opus graece et latine, quod inscribitur '0 θησαυρὸ τη αλήθεια τη πίστεω, *Thesaurus veritatis fidei,* scribebat *Bonacursius* Ordinis Praedicatorum, italus ille, et patria ac professione bononiensis, qui plures annos in Provincia Graeciae vitam egit. Opus idem, cuius exemplaria duo mss. exstabant in bibliotheca Colbertina, diligentissime recenset *lacobus Echardus* in Scriptoribus Ordinis Praedicatorum tomo I ad annum 1260. Tractatus continentur 1. *De Spiritu Sancto'.* 2. *De purgatorio:* 3. *De paradiso:* 4. *De inferno:* 5. *Quod Christus fecit Pascha legale in die et hora debitis:* 6. *Quod b. Petrus habuit praerogativam dignitatis super omnes Apostolos, et plenitudinem potestatis, et successores eius.* In quinto tractatu mentio fit *libri fratris Thomae contra Graecos de aqymo et fermentato.* Hinc innotescit suum in opus adhuc incubuisse Bonacursium post editum ab Aquinate Opusculum contra errores Graecorum.

In sexto tractatu *prolixum* ex sancti Cyrilli Alexandrini libro II Thesaurorum adducitur *testimonium de Romani Pontificis potestate:* illud ipsum nempe, quod *per particulas* habetur apud Aquinatem in altera *Opusculi contra Graecos* parte, ut etiam admonuimus num. 1. Iam vero colligitur 1. Thomae et Bonacursii aetate testimonium illud sub nomine Cyrilli vulgatum fuisse, et inter Patrum sententias, quae colligebantur, exstasse. Colligitur 2. cius-

dem testimonii suppositionem, aliorumque sive sub *Cyrilli,* sive sub aliorum Patrum nomine, remotiore aetate iam factam, cum idem *Cyrilli* testimonium *in Sententiarum Commentario* citaverit Thomas. Colligitur 3. eiusdem Thomae bonam fidem in tuto esse, qui iam vulgata citabat testimonia: sed etiam innotescere iustum eius critérium, cum in aliis denique Operibus, maximeque in *Summa theologiae,* praedictum et alia testimonia praetermiserit.

Animadvertere demum praestat Cyrilli testimonium, quod in *Catena aurea* citatur *capite* xvi *Matthaei* ad illa verba *Tu es Petrus etc.,* non eumdem habere auctorem, qui alia, de quibus egimus, testimonia supposuit sub eiusdem *Cyrilli* nomine. Invicem eadem compara; ac stylum plane diversum deprehendes, rudem in istis, elegantiorem in illo. Verba sunt: *Secundum autem hanc Domini promissionem Ecclesia Apostolica Petri ab omni seductione haereticaque circumventione manet immaculata, super omnes Praepositos, et Episcopos, et super omnes Primates Ecclesiarum et populorum in suis Pontificibus, in fide plenissima et auctoritate Petri. Et cum aliae Ecclesiae quorumdam errore sint verecundatae, stabilita inquassabiliter ipsa sola regnat, silentium imponens, et omnium obturans ora haereticorum; et nos necessario salutis, non decepti superbia, neque vino superbiae inebriati, typum veritatis et sanctae Apostolicae traditionis una cum ipsa confitemur et praedicamus.* Ad hunc *Catenae* locum adnotavit Nicolaius: *Simile quippiam legi in epistola Marci Papae ad Athanasium et omnes Aegypti Episcopos.* Fons verus, unde sententia illa fluxerit, ignotus mihi. Caeterum tametsi haec *Cyrilli* testimonia habeantur supposititia ; nihil exinde Primatui Petri ac Successorum eius decidit, qui non incertis huiuscemodi testimoniis innititur, et quem nullus catholicorum est qui non agnoscat ac veneretur.

DISSERTATIO XXXII.

De imperitia in historiae factis inepte ac falso imputata sancto Thomae Aquinati.

CAPUT I.

Methodum in historiae factis recensendis a sancto Thoma Aquinate servatam scite declarant ac vindicant nostrates aliique viri docti. Validiores, quae agi possunt, indicantur vindiciae.

pistoriae ecclesiasticae facta suis in Operibus non raro enarrat aut indicat sanctus Thomas, quae severiore tandem crisi cum discussa fuerint, aut dubia inventa sunt ghaut certe falsa. Hinc vero ab audacioribus quibusdam criticis hominibus *de historiae imperitia* Aquinas accusatus. Egregias vindicias egerunt nostrates aliique viri docti, quas minime suggessit nimia erga sanctissimum Doctorem observantia, sed utique methodus prudentissima exposcebat, quam sibi in hisce rebus proposuit servandam sapientissimus Thomas.

Hanc novissime ad examen vocavit criminationem *Michael a sancto loseph* hispanae lesu Redemptoris familiae alumnus, in *Bibliographia critica sacra et profana,* parte IV, verbo, *Sanctus Thomas de Aquino.* Ait vero pag. 408: « *Critici* accusationes divo Thomae intentant ex » *historiae* et *chronologiae* parum accurata 'Cognitione, » quam in illius *scriptis* deprehendere se credunt, desumptas. Sed illas efficaciter iam refutarunt viri graves et » eruditi e sacra Dominicanorum familia: et praesertim » *p. loannes Nicolaius* in suis laudatissimis annotationibus ad textum sancti Thomae, *p. Natalis Alexander* tomo III Hist, eccl., dissert. 1, saeculo II, *Cardinalis* » *Raymundus Capisucchius* controversia vn , quaest. unica, » *lacobus Echard* tomo II De Scriptoribus Ord. Praedic. » pag. 345 *(de fr. Alphonso Ciaconio), Gravesonus* tom. II » De vita Christi, dissert. XXI, §. 2, et in Triade dissertationum, dissert. II... Novissime r. p. *Hyacinthus Segura* in sua » Critica, discursu VII, §. 5 *De vera intelligentia notitiarum historicarum, quae in Operibus Angelici Doctoris* inveniuntur, exacte ac prudenter de hac re disserit. »

De *Hyacintho Segura* eiusque laudato opere haec addiscimus ab eodem Michacle a sancto loseph, parte IV citata: « *Segura Hyacinthus,* hispanus alonensis, sacri Ordinis Praedicatorum, liberalium artium ac sacrae theologiae lector, vir claro ingenio praeditus, et omnimoda » selectaque eruditione excultus, stylo brevi, sed minime » perfunctorio, modestoque et accurato criterio, ac dictione » perspicua et inaffectata, scripsit in gratiam praesertim » studiosae iuventutis... materna scilicet lingua, opus inscriptum *(latine): Cynosura critica, cum regulis certioribus ad discernendum verum a falso in historia.* »

Quod attinet *ad historias,* quae in sancti Thomae Operibus recensitae leguntur; laudati scriptoris iudicium est apud eumdem Michaelem loco prius citato: « Quamquam » *historiae* ac proinde etiam *chronologiae* cognitione » theologus indigeat, ne eius ignoratione in varios erro» res labatur, ut scite more suo dixit *Canariensis Episcopus* (Melchior Canus); tamen ipsius muneris non est » singula facta historica accurate discutere; praesertim ubi » non *de historia,* sed *de doctrina theologica ex* professo » tractat. Tunc enim culpandus dumtaxat esset theologus, » si facta *dubia, incerta* aut *fabulosa,* tamquam vera et » explorata admitteret suoque suffragio comprobaret. Bene » tamen posset, prorsus irreprehensibiliter, nihil *de veritate* aut *falsitate factorum* decernens, ipsa ut vera permittere: et permissa solum historiae veritate, quid *sub tali hypothesi theologice dicendum sit* tradere ac docere.... » *Eacta historica,* quae attinguntur a *divo Thoma,* ab ipso » communiter non admittuntur, sed *solum permittuntur:* » non probantur, sed dumtaxat non reiiciuntur, ut dubio » aut argumento proposito locus relinquatur; et quae dari » possit, *supposita veritate,* responsio vel solutio designetur. Hunc modum procedendi satis esse Angelico Praeceptori familiarem, sufficienter norunt, qui ipsius scripta » accurate versarunt.... Neque aliquis putet *inutilem esse hanc procedendi methodum:* 'nam ex quorumdam falsorum permissione magis perspicua redditur veritatis exposition *(ac verae doctrinae usus indicatur)....* Si bene *divi Thomae* mens perscrutetur et contextus verborum perpendatur, ne unum quidem locum invenire erit, cui *tradita doctrina* applicari non possit, dicique non queat satis probabiliter divum Thomam *non absolute,* sed *tantum hypothetice* fuisse locutum *de hoc, vel illo facto historico.* Secus tamen sentiendum est, cum divus Thomas conclusionem aliquam, aut sententiam suam *facto* » *historico* probat: tunc enim credendum est, illum *facti* » *veritati* assensum praebuisse illudque ut verum in suae doctrinae confirmationem allegasse. » Sunt enim facta certissima: sunt etiam, de quibus varie sentire prudentibus, doctisque viris licet.

II. Hanc sine dubio ab Aquinate methodum passim servatam comperiat quisque in eiusdem operibus versatus: eademque ex methodo validissimas circa *facta historica quaedam,* quae dubia sunt aut etiam falsa, promi vindicias nemo non videt. Exempla nonnulla, quae obiciiuntur, liceat diligentius expendere: quae sane mihi videntur evincere non solum Thomam historica facta, quae legebat, enarrasse, et ex *hypothesi factorum* egregias tradidisse theologicas doctrinas; verum etiam in ipsis factis recensendis usum esse criterio, ac satis indicare falsitatem se in aliquibus olfecisse ant deprehendisse. Validiores istas, quas propono, sancti Thomae vindicias iam aggredior.

CAPUT II.

Praecipuas duas affert sanctus Thomas Patrum sententias de tempore caedis puerorum Innocentium, quas conciliare studet cum sacrae Scripturae textu. Animadversiones. Cur tertiam aliam praetermiserit? Historica quaedam facta ab aliis invecta refert. Falsitatem in aliquibus deprehensam indicat.

1. T~)rimum profero exemplum, quod *tempus caedis Innocentium parvulorum,* ab Herode Magno ludaeorum rege iussae, spectat. Thomae verba sunt III p., qu; xxxvr, art. vi ad 3: « Dicendum quod de *apparitione stellae, quae apparuit Magis,* est duplex opinio. *Chrysostomus* enim » super Matthaeum et *Augustinus* in sermone Epiphaniae

» dicunt: quod *stella Magis apparuit per biennium ante* » *Christi nativitatem :* et tunc praemeditantes et se ad iter » praeparantes, *a remotissimis partibus* Orientis perveneː » runt ad Christum *tertiadecima die a sua nativitate.* Unde » et Herodes statim post recessum Magorum, videns se ab › eis illusum, mandavit occidi pueros *a bimatu et infra,* » dubitans ne tunc Christus natus esset, quando stella apː » paruit, *secundum quod a Magis audierat.* Alii vero diː » eunt *stellam apparuisse primo cum Christus natus est.* » Et statim Magis, visa stella, iter arripientes, *longissimum* » iter *in tredecim diebus* peregerunt: partim quidem adiuti » divina virtute, partim autem dromedariorum velocitate. » Et hoc dico, si venerunt *ex extremis partibus Orientis.* » Quidam tamen dicunt eos venisse *de regione propinqua,* » unde fuerat Balaam, cuius doctrinae sectatores fuerunt : » dicuntur autem *ab Oriente* venisse, quia terra illa est » ad orientem partem terrae ludaeorum. Et secundum hoc ⧹ Herodes, *non statim recedentibus Magis,* sed *post bienː* » *nium* pueros interfecit. Vel quia *dicitur* interim accusaː » tus Romam iyisse : vel aliquorum periculorum terroriː » bus agitatus, a cura interficiendi puerum interim destiː » tisse: vel quia potuit credere Magos fallaci stellae visione » deceptos^ postquam non invenerunt quem natum putaː » verant, erubuisse ad se venire, ut *Augustinus* dicit in » libro II *De consensu Evangelistarum.* Ideo autem non » solum *bimos* pueros interfecit, sed etiam *infra:* quia, ut » *Augustinus* dicit in quodam sermone Innocentium, timeː » bat ne puer cui sidera famulantur, speciem suam paullo » supra aetatem vel infra transformaret. *

Suam in hoc loco peritiam sine dubio prodit Aquinas, tum quia veterum expositiones, quae ferebantur, accurate enarrat invectasque historicas narrationes colligit omnes: tum quia suas addit animadversiones, queis nonnullas aut magis declarat aut emendat : tum denique quod omnes cum sacrae Scripturae textu conciliat. Similem servat methodum in Commentario *in Evangelium Matthaei.* Inter causas, quae pro dilatione caedis *post duos annos* legebat apud auctores, affert nonnullas, in Summa theologica praetermissas. Verba sunt: « Alii autem dicunt, quod *isti non* » *sunt occisi eodem anno,* sed *post duos annos.* Sed quare » tantum distulit? *Triplex* ratio redditur a diversis. *Una* » est, quia a principio putabat quod Magi fuissent deceː » pti et quod nihil invenissent: sed. postquam audivit multa » verba de Christo a Zacharia, et Simeone, ct Anna, tunc » motus fuit ad quaerendum. *Alii dicunt* quod hoc fecit » ex cautela: timebat enim ne puerum, quem quaerebat, » parentes occultassem; unde primo voluit eos assecurare. » *Alii,* quod occupatione impeditus, quia misit post Magos » usque ad *Tarsum Ciliciae,* et fecit incendi naves eorum. » *Item* fuit occupatus, quia citatus fuit Romae, accusatus » a filiis', et sic post reversionem incepit saevire. » Haec refert Aquinas, quae legebat apud *diversos,* quin alterum praeferat alteri suumque faciat: et haec prima vindiciarum eius optima ratio.

II. Nonnullas addere praestat animadversiones in eas, quas pro sententia priore affert ille *Augustini* et *Chrysoːstorni* auctoritates. Sub *Augustini* nomine *sermonem* citat *in Epiphania Domini:* illum nempe, qui incipit, *Sicut dies hodiernus,* ac prostat in ascetarum Sammauraeorum Pariːsiensium editione tomo V in appendice, num. ı3ı. Indicata ab Aquinate verba sunt num. 3: *Ferme biennio visa est... Dicit aliquis: illam stellam biennio apparuisse unde monstratur? Evangelii verba recolamus... A bimatu ct infra occidit infantes... Quare a bimatu et infra occidi parvulos iusserit? Evangelista non tacens, secundum tempus,* inquit, *quod exquisicrat a Magis. Ecce unde ostenditur, non tunc primum apparuisse stellam, quando natus est Christus... sed biennii tempore praenuntiatione fulsisse siderea.* Editorum adnotatio est : Sermonem istum *Lovaniensibus* fuisse *dubium, supposititium Verlino ct Vindingo:* ac ipsos demum *primos* esse, qui illum in appendice collocaverint. Pro *Augustiniano* ipsum habuit Thomas cum caeteris, qui aetate sua litteris ac eruditione florebant: ineptumque foret Aquinatem ita sentientem de imperitia notare.

Laudat etiam *loannem Chrysostomum.* Is vero ait homilia vir in Matthaeum num. 3: *Videtur mihi stella diu ante apparuisse: quia enim multum temporis in itinere insumpturi erant Magi, ut nato statim adessent... stella multum antea sese ostendit.* Sive integri sive incompleti *biennii,* quod Christi nativitatem praecesserit, ratio sumitur ex itineris longinquitate. Thomae satis fuit definitum abs Chrysostomo tempus indicare. Item in Opere in Matthaeum, quod *Imperfectum* dicitur, ac sanctissimo Patri olim adiudicabatur , legimus homilia ɪɪ, *Proficiscentibus autem eis, per biennium praecedebat stella.* Haec noverat allegabatque ecclesiastica monumenta peritissimus Thomas.

III. Duplex veterum innotescit opinio : aliorum prima, qui *bimatum* in Scriptura expressum ducunt a biennio ante Christi nativitatem: aliorum altera, qui numerant ipsum sive completum sive incompletum ab ipsa nativitate. Tertia iam viget interpretatio : stellam apparuisse nato Domino, Magorum iter spatio dierum tredecim confici potuisse, eorumque post recessum infantes occisos: veritum autem Herodem ne fortassis antea natus esset Rex ludaeorum, quam illi stellam vidissent, ea sibi arte consulendum putasse, ut laxatis crudelitatis fibulis interficerentur pueri *iam bimi.* Hanc sententiam silet Aquinas. Cur eam vero indicaret, quae sua aetate nondum excogitata fuisse videtur?

Veluti novam interpretationem affert ac declarat Baronius ad annum I Christi, num. 33; sibique gratulatur quod ea verba, *A bimatu et infra,* sic intellexerit, quemadmodum pridem exposuerat unus *Cornelius lansenius, Episcopus Gandavensis.* Quid etiam? quod viri docti eam judicarunt minus probabilem ac refutarunt. Ita *Cornelius a Lapide* in Commentario, ubi secundam ab Aquinate memoratam opinionem adprobans: *Herodem non statim* (inquit) *nec eodem anno, quo venere et abiere Magi, occidisse infantes, sed anno sequenti, qui erat secundus a nato Christo; ideoque infantes bimulos occidit.* Testis adducitur *Epiphanius,* cuius haec verba sunt haeresi i.i Alogorum, num. io: « Quippe trigesimo tertio *anno* Herodis natus est » Dominus : eiusdemque *(anno)* trigesimo quinto Magi » venerunt: deinde trigesimo septimo *Imperii anno* moː » ritur Herodes. » Et num. 9 praecedente : « Herodes animo » reputans, postquam Magi alia via discesserunt, in illa » infantium turba deprehendi puerulum illum atque inː * terfici posse crediderat... Quotquot in agro Bcthleemitico » forent, *a bimatu et infra* iussit occidi... Ex quo quis non » videat tum, cum Magi venerunt, *bimulum* fuisse pueː » rum ? » Par est *Eusebii* sententia in chronico, ubi *anno post Christum natum secundo* adnotatum legimus: *Herodes cum Christi nativitatem Magorum indicio cognovisset, universos in Bethleem parvulos iussit interfici.* Haec indicare operae pretium fuit, ut innotesceret pro sua Thomam peritia novisse in ea, qua de agimus, re veterum sententias et chronologiae modos : neque vero munus eius erat, accuratiores chronotaxes conficere, quas viris doctissimis post saecula tandem debemus.

IV. Cur vero *ad biennium* post natum Christum *Innocentium* caedem distulerit Herodes, ut secunda relata sententia tenet, diversas causas afferunt diversi, ex historiis dubio procul ineptis ac falsis desumptas. Eas Thomas recitat omnes in *Commentario in Matthaeum,* aliquas tantum *in Summa theologica.* Ita vero legebat ipse in Glossa: « Veː » risimile est *post annum et quatuor dies* a nativitate Chriː » sti Herodem in pueros desaevisse. Quod forsan ideo diː » stulit, quia *Romam profectus est,* vel ibi *accusatus* vel » ut Romanos consuleret super his quae de Christo diceː » bantur. » Legebat etiam apud *Petrum Comestorem* in Historia scholastica capite xi *(Historia evangelica):* « Heroː » des cum de nece puerorum disponeret, *citatus est* per » epistolam ab Augusto Caesare *ut Romam iret,* accusationi » filiorum responsurus. Tamen *losephus* dicit, quod Alexanː › drum filium suum secum Romam traxerit.... Qui cum iter » faceret per Ciliciam, audiens *naves Tharsensium Magos* » *traduxisse,* in spiritu vehementi combussit naves Tharː » sis... *Roma reversus,* confirmatus in regno Herodes ccrː » tius quam prius, mittens occidit omnes pueros etc. »

Haec eadem habet *Lucas Tudensis* in chronico, quod aetate Thomae elucubrabat: eademque narrat *Vincentius Bellovacensis* ex Petro Comestore desumpta, in Speculo histor. libro VI, capite xcm. Sed his omnibus cautior Thomas, ea quidem ipsa refert veluti ab aliis enarrata, non adprobat. Hinc mirari quammaxime subit *Franciscum Bivarium* in Commentariis *in Fl. Lucii Dextri chronicon (anno Christi III)* scribere potuisse: *Sanctum Thomam approbare quod multi dicunt quod Herodes interim accusatus. Romam ierit.*

V. Quinimo in eiuscemodi historiis, quae ferebantur, fabulam et falsitatem olfecisse aut deprehendisse sanctum Doctorem gravia sunt indicia. Ac primo *incendium navium Tharsis,* quibus vehi debuerant *Magi,* quod in Commentario in Matthaeum memoratur, praetermissum est *in Summa theologica,* quam extremis vitae annis doctior effectus Thomas elucubravit.

Causam illam dilationis, *quia accusatus Herodes Romam ire debuit,* commentum vocat Baronius ad annum Christi I, num. 49, *omnino confictum.* Falsum id esse ait *Iosephi testimonio:* «Constat quippe eiusdem auctoritate (ex libro XVI » Antiquit., capit, vn, vm et ix) *Herodem* tempore Regni sui » *Romam bis concessisse.* Primo quidem *non accusatus a » filiis,* sed potius ipse *accusaturus filios,* illuc se contu- » lit: iride que in Palaestinam reversus... Caesaream in ho- » norem Caesaris dedicavit. » Haec vero iuxta chronologicos Usserii calculos contigerunt anno 10 et ii ante aeram vulgarem: « Quod certe tempus... tempori natalis Domini » aptari non potest. Et multo minus *posterior eiusdem » Romam adventus,* cuius idem *Iosephus* (ibidem capi- » te xiii) meminit, ut recte intuenti veritas se ante oculos » offert. » Hanc romanam Herodis profectionem *tertiam* vocat Usserius, ac illigat cum *anno octavo ante aeram vulgarem,* ac sine dubio etiam ante verum Christi natalem.

Ineptam vidisse Thomam causam hanc, ex praedicta profectione romana sumptam, colligo ex comparatione ipsius *Commentarii in Matthaeum* cum *Summa theologica.* Loco priore ait: *Item fuit occupatus, quia citatus fuit Romae accusatus a suis.* Ait vero posteriore in loco: *Vel quia dicitur interim accusatus Romam venisse.* Modus est loquendi, qui Thomam indicat historiolam quidem ab aliis narratam recitare se voluisse, sed ineptam ac falso dilatae Innocentium caedi adplicatam sine dubio novisse. Non ita caute ante Aquinatem scripserat Hugo de sancto Charo: *Distulit,* inquiens, *post annum et quatuor dies: quia intermedio tempore Romam profectus est accusatus a filiis suis.* His quae narrabat fidem tribuisse videtur ille: at Aquinas, *dicitur,* ait, fide omni sua prudentissime suspensa. Post Aquinatem minus etiam cautus eamdem causam narrat Nicolaus de Lyra: *Fuit Herodes impeditus ab exequutione huius facti, quia citatus est ad Curiam Romanam ad petitionem suorum filiorum... Eundo autem Romam, et remanendo in Curia, et redeundo in ludaeam apposuit annum et amplius.*

Paucis verbis causa illa ab Aquinate indicata, verisimiliores ipse *dilationis* rationes adducit, quas promit ex Augustino, ineptis falsisque historiis minime innixas. Verba eius descripsimus. Augustini autem verba sunt *De consensu Evangelistarum* libro II, capite xi: « Si hoc ergo movet, » omitto dicere, *quot et quantis occupationibus* regia cura » distendi potuerit, et *per plurimos dies* ab illa intentione » vel averti omnino vel impediri. Neque enim *enume- » rari possunt causae,* quibus hoc potuerit accidere: quas » tamen multas et magnas esse potuisse, nemo ita rerum » humanarum inexpertus est, ut aut neget aut dubitet. » Cuius enim cogitationi non' occurrat, quam *multa alia » terribiliora* Regi nuntiari potuerint seu vera seu falsa?... » Ut ergo haec omittam, illud dico: postea quam nihil He- » rodi *Magi* nuntiaverunt, eum credere potuisse, illos *fal- laci stellae visione deceptos,* erubuisse ad se redire: at- » que ita eum, timore depulso, ab inquirendo ac perse- » quendo puero quievisse. »

Interfectos *post Matris purgationem* infantes Augustini sententia est. Causas istas prolixiori temporis dilationi accomodat sanctus Thomas; hodieque sunt viri docti, qui Mariae purgationem, et quae in templo accidere, post annum et amplius differunt. Ex Iosepho noverat Aquinas, extremos vitae annos Herodem inter dissidia, et angustias, curasque magnas egisse. Haud vero diligentiorem instituit perquisitionem *de tempore,* quo vitam post natum Christum protraxerit Rex Iudaeus. Annos utique plures numerabant *Eusebius Caesariensis, Epiphanius* et alii: quibus etiam consentiunt recentes nostrae aetatis non pauci scriptores.

CAPUT III.

Ioannem Evangelistam nubere volentem vel etiam sponsum in nuptiis Canae Galileae refert sanctus Thomas. Historia, quaecumque ea sit, expenditur: quae id unum prodit nubere illum voluisse: eidemque addiderunt alii nuptiarum celebrationem. Haec sibi nota fuisse indicat Aquinas: cautiusque scribit in Summa theologica. Utrumque permittit: ac nihilominus Ioannis virginitatem, quam sancti Patres et ipse commendant, sustineri posse ostendit.

I. Tmperitiae vertitur Aquinati, quod aliquibus in locis 1enarret *Ioannem Apostolum* et *Evangelistam* nubere voluisse ac imo sponsum fuisse in nuptiis Canae Galileae. Hanc vocat *Baronius* ad annum Christi trigesimum primum, num. 3o et insequenti, *historiam commentitiam, nuper excogitatam ac ridiculam.*

Verba Thomae sunt in Expositione *prologi,* Hieronymo adscript!, *in Evangelium Ioannis:* « Ioannem *de nuptiis, » volentem nubere, vocavit Deus:* ab illis scilicet nuptiis, » ad quas est invitatus Iesus cum discipulis suis, ubi mu- » tavit aquam in vinum. » Cum *Ptolomaeo de Luca* et *Bernardo Guidonis* in alia Dissertatione *(IV, cap.* m) sive Admonitione adnotavimus: *Postillam* hanc a sancto Thoma *scriptam, maxime super quinque capitula, stylo proprio: residuum vero dici reportatum, ipso legente, a fratre Reginaldo socio eius, et postea ab ipso Doctore correctum et approbatum.* Sponsum in nuptiis Canae Galileae diserte hoc loco Ioannem enuntiat sanctissimus Doctor.

In quarto Sententiarum libro, dist. xxvni, qu. i, art. iv inquirit: *Utrum consensus, quifacit matrimonium, sit consensus in carnalem copulam.* Negantem sententiam tenet. Hanc in argumento prolusorio *Sed contra,* suadet his verbis: *Nullus consentiens in carnalem copulam est virgo mente et carne: sed beatus Ioannes Evangelista post consensum nuptialem est virgo mente et carne: ergo non consensit in carnalem copulam.* Verba illa, *consensus nuptialis,* initas ab Ioanne nuptias indicant. Huiusce quaestionis argumentum amplissime pertractat *Comes Didacus Rubini* in dissertatione Bergomi anno ıγ5ı typis edita adversus clariss. *Io: Andream Iricum.*

Hac de re agit demum sanctus Doctor IIa IIae, q. clxxxvi, art. iv ad i: « Dicendum quod *perfectio* non solum pau- » pertatis, sed etiam *continentiae,* introducta est per Chri- » stum.... Et ne alicui spes perveniendi ad perfectionem » tolleretur, assumpsit *ad perfectionis statum* etiam illos, » quos invenit *matrimonio iunctos.* Non autem poterat » absque iniuria fieri quod viri uxores desererent; sicut » absque iniuria fiebat quod omnes divitias derelinquerent. » Et ideo *Petrum,* quem invenit *matrimonio iunctum,* non » separavit ab uxore: *Ioannem* tamen *volentem nubere a » nuptiis revocavit.* » Quo in loco animadverte Ioanni tribui voluntatem nubendi: initas ab eo nuptias non dici.

II. Historiae, quae ferebatur, narratio Thomae innititur. Quaecumque vero ea sit, unam prodit *Ioannis voluntatem nubendi:* nuptias contractas non exprimit. In *praefatione,* non Augustini, sed incerti auctoris, quam post Erasmum *Lovanienses* et *ascetae Sammauraei* praefixerunt genuino eiusdem Africani doctoris operi in *Evangelium Ioannis,* haec habentur: *Iste est Ioannes, quem Dominus defluctivaga nuptiarum tempestate vocavit.*

Adnotandum proponit Baronius: *Sic Augustinum* (aut alium auctorem) *dixisse vocatum a nuptiis* Ioannem, *non quod cum uxorem duxisset, eam reliquerit; sed quod eam prorsus non acceperit.* Priorem sensum tuetur Raymundus Capisucchius controversia xm inter Selectas theologicas Romae anno 1670 typis editas: at vereor id aliis virum doctissimum persuasurum esse.

Alia exstat *praefatio,* sine ullo auctoris nomine, apud venerabilem Bedam; sub nomine vero *sancti Hieronymi* apud sequioris aetatis interpretes : in qua legitur : *Hic est Ioannes Evangelista, unus ex discipulis Dei, qui virgo a Deo electus est : quem de nuptiis, volentem nubere, vocavit Deus.* Voluntatem aut consilium nubendi habes, non ipsas initas nuptias. Ipsius *Bedae,* qui coepto octavo saeculo florebat, verba sunt homilia *in die divi Ioannis Apostoli et Evangelistae,* inter hyemales de Sanctis: « Hunc *(Ioannem)* » prae omnibus diligit: qui *virgo electus* ab ipso, virgo in » aevum permansit. Tradunt namque *historiae,* quod *eum* » *de nuptiis, volentem nubere, vocaverit:* et propterea quem » a carnali voluptate retraxerit, potiore sui amoris dulcedine » donavit. »

Antiquiora ecclesiastica monumenta, quae rem hanc exhibeant, inveniuntur nulla, praeter *apocrypha Apostolorum acta* sub nomine *Abdiae, primi Babyloniorum Episcopi.* Typis edita exstant apud Io. Albertum Fabricium in *codice apocrypho novi Testamenti,* parte II. Sic autem legimus libro V, num. 23: «Tu Domine, qui servulum tuum *mun-* » *dum a coniunctione feminea* praestitisti; te Domine rogo, » qui *festinanti mihi ad nuptias in iuventute* demonstrasti » te, atque dixisti: Mihi necessarius es Ioannes, operam » tuam quaero. Sed cum iuventutis ardore visus essem non » servare praeceptum et diffisus quod integritatem servare » vix possem, *animum ad nuptias appulissem:* tu quasi » bonus Dominus, aegritudinem mihi corporis inferens, ca- » stigans castigasti me Domine et morti non tradidisti. Ter- » tio quoque *studentem nuptiis* impedimento leviore re- » vocasti etc. » Ex hoc fonte id haustum viri docti observant, quod brevius ac simplicius laudati scriptores enarrant de *Ioannis voluntate nubendi,* ipsoque a nuptiis per Iesum revocato. Hocce Baronius utitur testimonio adversum nuptias, quae initae a Ioanne dicuntur: *Quod si apocryphis,* inquiens, *interdum uti licet; apud Abdiam habetur eumdem Ioannem Christi persuasione numquam coniugium appetiisse.*

Sed contractum huiusmodi coniugium a Ioanne, ulla non produnt historica laudata monumenta, quaecumque ea sint. Scripturarum interpretes *voluntatem nubendi,* quam Ioanni tributam legebant, intellexere *consensum nuptialem,* ipsumque fecerunt *sponsum in nuptiis Canae Galileae,* coniecturis agentes, non ulla historica fide. Rem patefaciunt ipsi interpretes. Nicolaum Lyranum seligo, cuius haec verba sunt ad caput n Ioannis V. i : « Dicitur etiam communiter, » quod *istae nuptiae* (in Cana Galileae) fuerunt *Ioannis* » *Evangelistae :* a quibus eum Christus vocavit ante con- » summationem matrimonii per copulam carnis... *Videtur,* » quod *nuptiae fuerint suae,* quia Christus non legitur in » aliis nuptiis fuisse. Hoc etiam *videtur* per hoc, quod » Mater Iesu erat ibi, tamquam in nuptiis nepotis sui. »

Antiquiores addo *Petrum Comestorem* et *Rupertum Abbatem Tuitienseni,* qui historiam; quae ferebatur, ab interpretum excogitationibus distinguunt. Ait ille in Historia scholastica parte II *(Historia evangelica)* capite xxxvni: « Quidam autumant *has nuptias fuisse Ioannis Evangeli-* » *stae.* Et ideo vocata est Maria, quia matertera eius: et » Dominus, quia consobrinus eius. Et dicunt, quod Domi- » nus *eum volentem nubere* ex his nuptiis vocaverit : quod » certum non est. » Alter ait libro II Commentariorum in Ioannem circa finem: «Hunc *Ioannem Evangelistam,* re- » lictis nuptiis, ipsius enim *istas* fuisse *nuptias (in Cana* » *Galileae) opinio* fere omnium est, ipsum Dominum sequi » coepisse arbitramur. Tradunt namque *historiae* quod eum » dc nuptiis, *volentem nubere,* vocaverit etc.»

III. Haec omnia pro sua peritia noverat sanctus Thomas, tum quod *historia* vulgata ferebat, tum *interpretum additamenta* ad historiam. In expositione *prologi,* sub nomine Hieronymi, *in Evangelium Ioannis,* ipsius Evangelistae *voluntatem nubendi* intelligit nuptias initas in Cana Galileae : easdemque in *Commentario Sententiarum* satis indicat, ubi *consensum nuptialem* iuveni Apostolo tribuit. Cautiore sermone utitur in *Summa theologica,* iuxta fidem vulgatae historiae solummodo referens: *Ioannem volentem nubere a nuptiis* Iesum Christum *revocasse.*

Cur vero utramque et historiam et adiectam interpretationem non adhibuisset Thomas, ut quae theologica dogmata illis permissis consona forent ostenderet ? Iam enim Apostoli Ioannis fuisse nuptias, quae in Cana Galileae celebratae fuerunt, interpretum *opinio erat,* teste Ruperto Tuitiensi,y<?re *omnium.* Historiam quoque dc *Ioannis voluntate nubendi* eiusque *a nuptiis avocatione* nobiles scriptores amplexi fuerant, laudatus *Rupertus, Petrus Comestor, venerabilis Beda, auctor Prologi in Ioannis Evangelium.*

IV. Hisce vero adversari videbantur eximia praeconia, quibus Ioannis virginitatem commendabant sancti Patres : modumque iustae concordiae proponere ad theologum Thomam spectabat. Patrum dicta primo loco expendere praestat. *Sanctus Hieronymus* libro I adversus Iovinianum, num. 26 : *Petrus Apostolus est* (inquit) *et Ioannes Apostolus: maritus et virgo.* Melchior Canus libro III De locis theologicis, capite iv, utrumque *mariti et virginis* attributum tribui *Ioanni* debere censet : quod eius iudicium non ita facile adprobaverint alii. Sequitur Hieronymus ibidem : « Ex- » posuit *(generationem Verbi) virginitas,* quod *nuptiae* » scire non poterant. Et ut brevi sermone multa compre- » hendam doceamque cuius privilegii sit *Ioannes,* imo *in* » *Ioanne virginitas,* a Domino virgine Mater virgo virgini di- » scipulo commendatur.» Ait etiam in caput I VI Isaiae, v. 4: *Talem fuisse Eunuchum, quem Iesus amavit plurimum, Evangelistam Ioannem, ecclesiasticae tradunt historiae.*

Epiphanius haeresi I VIII contra Valesios, num. 4: *Ioannes et Iacobus, Zebedaei filii,... in virginitate persistentes, ac neque membra sua propriis amputantes manibus, neque copulati nuptiis.* Ioannes Chrysostomus in libro De virginitate, capite *(seu n.)* I XXXU: *Ioannes tum Baptista, tum Evangelista, uterque virgo.* Ambrosius De institutione virginis, capite VN, num. 5o : *Eadem* (Maria Deipara) *postea Ioanni Evangelistae est tradita, coniugium nescienti.* Cassianus collatione xvi, capite xiv: *Largiorem erga hunc* (Ioannem) *superabundantiam amoris expressit, quam ei virginitatis privilegium et carnis incorruptio conferebat.*

Hanc Patrum sententiam nihilominus pro *evidenti* non habuit Augustinus: veluti *congruentem* adoptat. Sic enim ait tractatu cxxiv in Evangelium Ioannis, num. 7 : « Sunt » qui senserint et hi quidem non contemptibiles *sacri elo-* » *qiiii tractatores,* a Christo Ioannem Apostolum propterea » plus amatum, quod *neque uxorem duxerit* et *ab inetinte* » *pueritia castissimus vixerit.* Hoc quidem in Scripturis » canonicis *non evidenter* apparet. Verumtamen id quoque » multum adiuvat *congruentiam huius sententiae,* quod illa » vita per eum significata est ubi *non erunt nuptiae.* » Potuit ergo locum habere tum vulgata historia *de Ioannis voluntate nubendi;* tum interpretum opinio *de nuptiis ab ipso Ioanne contractis.* Virginitati Ioannis magis favere videtur Augustinus in libro De bono coniugali, capite xxi, num. 26 : « *Non est,* inquiens, *impar meritum continentiae in Ioanne, qui nullas expertus est nuptias, et in Abraham qui filios generavit.* Quo tamen in loco intelligendum esse *Ioannem Baptistam,* coniicit Tillemontius nota I in Ioannem Evangelistam: quo etiam de Ioanne Baptista intelligi solent Tertulliani verba de monogamia capite xvn, *Ioannes aliqui,* inquiens, *Christi spado.*

Haec omnia (iterum animadverto) cum nosset Thomas Aquinas, sapienter potuit debuitque historiam saepedictam permittere ac opinionem interpretum ac utramque cum Ioannis virginitate conciliare. -Hanc summopere commendat ct ipse sanctissimus Doctor in *Expositione prologi* sub nomine Hieronymi. Ait in Commentario Evangelii capite xm, lectione rv: *Fuit magis dilectus a Christo propter tria: primo quidem propter munditiam puritatis, quia virgo est electus a Domino* (prologi verbis utitur) *et virgo in aevum permansit.* Et capite xxi, lectione v: *Eum speciali dilectione prae caeteris dilexit et hoc propter tria.... Secundo propter munditiae puritatem, quia virgo fuit.* Et in III, dist. xxxi, qu. II, art. in, qu. in : *Ioannes tnagis diligebatur, quantum ad signa exteriora familiaritatis et hoc propter quatuor causas... tertio propter castitatem.* Et in Summa theologica III par., qu. XLV, art. ni ad 4: *Ioannes* (excellens fuit) *in*

privilegio amoris, quo a Christo diligebatur, propter suam virginitatem.

Obvia difficultas est: quomodo tam sublimis virginitas componi queat cum *voluntate nubendi,* quam vulgata historia prodit, aut etiam cum *nuptiis initis,* ut opinabantur interpretes? Eam depellit sancti Thomae doctrina. Initas a loanne si nuptias velis, animadverte ad eas non requiri *consensum in carnalem copulam,* ut ipse docet in IV, dist. xxx, qu. n, art. i, quaest. n ad 3, et dist. xxvni praecedente superius citata. Nimirum *requiritur consensus (verbis* utor Francisci Sylvii III par. in suppi., quaest. xlviii, art. i) *in potestatem illam sui corporis, alteri traditam in communem associationem vitae, in qua talis copula continetur implicite: sed non requiritur propositum, nec etiam virtuale, eiusdem copulae.* Huiusmodi fuit losephi coniugium cum Maria Virgine *et sic Virgo Maria tam animi, quam corporis virginitatem semper retinuit.* Vide laudatam Rubini dissertationem. Tales etiam fuisse loannis nuptias, inspirante Deo ac suadente Christo, dicendum est.

Verum sanctus Thomas in *Summa theologica* unam in loanne indicat *voluntatem nubendi,* aut simplex animi consilium, quod virginitati non obstat: ab eoque iuxta vulgatam historiam addit, *revocatum fuisse* a lesu Christo. Hinc etiam auctores *praefationum in Evangelium loannis* et venerabilis Beda, qui eam afferunt historiam, simul enarrant: *loannem virginem a Deo electum.* Iam vero satis innotescunt Aquinatis nostri peritia, critérium, theologica doctrina.

CAPUT IV.

Historiam de Traiani Imperatoris anima precibus sancti Gregorii Magni liberata ab inferis, refert sanctus Thomas: deque modo, quo id fieri potuerit, theologice disserit. Latini et graeci scriptores, qui factum illud litteris mandarunt. Veluti fabulam explodunt viri docti. Natalis Alexandri vindiciae pro sancto Thoma Aquinate. Satis indicat ipse Thomas historiae falsitatem se deprehendisse.

I. λ Tulgata illa narratio sequitur *de anima Traiani Im-*
V *peratoris precibus sancti Gregorii Magni ab inferis liberata,* quam nimia credulitate excepisse sanctum Thomam Aquinatem inquiunt. Loca profero, ubi hac de re sanctissimus Doctor verba facit. In primo Sententiarum libro, dist. xliii, quaest. n, art. n inter argumenta prolusoria num. 2 haec habentur: *Legitur* quod *ad preces beati Gregorii Dominus Traianum Imperatorem idolatram et ob hoc in inferno damnatum, ab inferis revocavit et vitae restituit.* In solutione ad 5 ait ille: « Dicendum quod idem est de » *Traiano,* qui *forte* post trecentos annos suscitatus est, ac » de aliis qui post unum diem suscitati sunt. Dc omnibus » enim dicendum est quod *non finaliter* damnati erant. » Praesciebat enim Deus eos Sanctorum precibus a poenis » liberandos et vitae restituendos: et sic ex liberalitate bo- » nitatis suae eis vitam contulit, quamvis aeternam poenam » meruissent. » Auctores infra memorandi sünt, penes quos haec *legebantur.*

In quarto libro, dist. xlv, quaest. n, art. n, num. 5 obiectio est: «.*Damascenus* in eodem sermone *(de mortuis)* » narrat quod Gregorius pro Traiano orationem fundens, » audivit vocem sibi divinitus illatam: *Vocem tuam audivi,* » *et veniam Traiano do.* Cuius rei, ut Damascenus dicit » *in dicto* sermone, *testis est Oriens omnis et Occidens.* » Reponit Aquinas ad 5: « Quod *de facto Traiani* hoc modo » potest *probabiliter* aestimari: quod precibus beati Gre- » gorii ad vitam fuerit revocatus: et ibi gratiam consecutus » sit, per quam remissionem peccatorum habuit et per con- » sequens immunitatem a poena. Sicut etiam apparet in » omnibus illis, qui fuerunt miraculose a mortuis suscitati: » quorum plures constat fuisse idolâtras et damnatos fuisse. » De omnibus enim similiter dici oportet, quod non erant in » inferno *finaliter* deputati, sed secundum praesentem iusti- » tiam propriorum meritorum: secundum autem superiores » causas, quibus praevidebantur ad vitam revocandi, erat de » eis aliter disponendum. Vel dicendum *secundum quosdam,* » quod anima Traiani *non fuit simpliciter a reatu poenae* I » *aeternae absoluta;* sed eius poena fuit suspensa ad tempus, » scilicet usque ad diem iudicii. Nec tamen oportet quod » hoc fiat communiter *per suffragia:* quia alia sunt quae » lege communi accidunt et alia quae singulariter ex pri- » vilegio aliquibus conceduntur. » Historiam a *Damasceno* narratam spectat solutio prima: altera eidem aptatur historiae, quam alii *quidam* referunt. Isti vero infra innotescent.

Pauca demum, quae ad rem hanc attinent, verba sunt sancti Doctoris quaest. vi De veritate, art. vi ad 8 *(seu ad 4 in contrar.): Quamvis Traianus esset in loco reproborum, non tamen erat simpliciter reprobatus: praedestinatum enim erat, quod precibus Gregorii salvaretur.* In *argumento* citatur *Damascenus in quodam sermone de mortuis.*

II. Praefatam *Traiani* historiam Aquinas referens, fide nitebatur *loannis Damasceni,* qui aetate illa credebatur auctor *orationis de iis, qui in fide dormierunt.* Extat ea graecc et latine apud Michaclem Lequicnum tomo I operum Damasceni. Haec habentur num. 16: « *Gregorius Dia-* » *logus,* senioris Romae Episcopus... cum per stratam viam » aliquando graderetur, dedita opera consistens, intensis- » simas preces *pro Traiani delictorum condonatione* ad » animarum amantem Dominum fudit. Moxque huiusmodi » vocem divinitus emissam audivit: *Preces tuas exaudivi* » *ac Traiano ignosco: tu vero posthac cave, ne preces* » *mihi pro impiis offeras.* Quodque hoc verum sit, atque » ab omni criminatione alienum, totus Oriens Occidensque » testatur. » Octavo saeculo florebat *Damascenus.*

Orationem hanc ad severum examen vocat Leo Allatius in Diatriba *de loanne Damasceno,* quae apud Lequienum inter prolegomena primum locum tenet. *Hanc* (inquit ille num. 27) *omnes quotquot post Damascenum scripsere, dummodo illius meminerint, Damasceno vindicant.* Scriptorum iudicia et suspiciones affert: ac primus ille demum libere pronuntiat *orationem* illam Damasceni non esse. Allatio suffragatus est *Franciscus Combefisius* in Auctario novo tomo II, annotatione postrema ad *orationem historicam in festum restitutionis imaginum;* qui tamen mentem mutavit (Lequieno adnotante in *admonitione in Damascenicam orationem,* de-qua agimus) quando in Bibliotheca Patrum concionatoria *orationem* illam latine edidit ac praefatione ornavit. Allatii sententiam propugnat laudatus *Michael Lequienus* tum in admonitione citata, tum in Dissertatione damascenica quinta.

Satis mihi fuerit hoc loco animadvertere ad imperitiam Thomae Aquinatis referri non posse, si pro genuino *Damasceni* foetu habuerit ille hoc opus: quod omnium fere ad aetatem usque nostram iudicium fuit. *Veterem latinam* orationis *translationem,* quam sanctus Thomas adhibuit, reperire se nusquam potuisse adnotat Lequienus. At in aliis Dissertationibus nostris *Thomae* diligentiam iam ostendimus ut *opera graecorum Patrum,* quae latine translata fuerant, perquireret et consuleret: aut eadem ut nova translatione a consodalibus latio donarentur curaret.

Sacculo nono *vitam sancti Gregorii Magni* elucubravit *loannes,* ex Monacho Cassinensi *Diaconus* Romanae Ecclesiae. Historicum *Traiani* factum refert libro II, cap. xliv, quod *legerat* (ut ait) *penes Anglorum Ecclesias,* idest in monumentis quae in Ecclesiis Anglorum servabantur. Quae lato sermone narrat, paucis verbis excerpta haec sunt: « Gre- » gorius per *forum Traiani* procedens, iudicii eius, quo » viduam consolatus fuerat, recordatus atque miratus est... » Ad sancti Petri basilicam cum pervenisset, tamdiu *super* » *errore clementissimi Principis deflevit,* quousque respon- » sum sequenti nocte ceperit, *se pro Traiano fuisse au-* » *ditum: tantum pro nullo ulterius pagano preces effun-* » *deret.* » Factum istud in dubium vocat loannes Diaconus. Si quid autem veri insit, illud ita accipiendum adnotat: ut *Gregorii precibus non fuerit Traiani anima ab inferno liberata et in paradiso reposita, sed ab inferni solummodo cruciatibus liberata; quod videlicet potest videri credibile* etc. Hunc sine dubio locum Aquinati notum fuisse patefacit responsio secunda, quam habet in IV, dist. xlv, qu.n, art. n ad 5: *Vel dicendum secundum quosdam, quod anima Traiani non fuit simpliciter a reatu poenae aeternae absoluta: sed eius poena fuit suspensa ad tempus.* Peritiam Thomae iam vides.

Brevem aliam *sancti Gregorii vitam* Bollandus edidit ad diem 12 martii, quam elucubratam ait *ab auctore anonyme sed synchrone.* Liberatae ab inferis animae Traiani precibus Gregorii Magni refertur historia num. 27 eodem fere modo, quo eam postea Ioannes Diaconus narravit. Opus istud *Paulo Diacono,* celebri Langobardorum historiae scriptori, qui saeculo octavo provecto florebat, adiudicant ac vindicant *Mabillonius* saeculo I Benedictino et inter vetera Analecta pag. 498 in editione Parisiens! in folio, ac *editor* doctissimus operum sanctissimi Pontificis tomo IV, ubi nonnullae solvuntur difficultates, quae adversari videntur.

Dubium nihilominus movet *Lequienus* in Praefatione generali in novam Operum Damasceni editionem num. 20: « *Ioannes Diaconus (inquiens)* nonnisi *ex Anglorum et Saxonum traditione* perhibet sanctum Pontificem, dum publice procederet, fusis ad Deum precibus impetrasse ut *Traiani Imperatoris* anima ab inferni suppliciis eriperetur: adeoque *Ioannis aetate,* nulla alia *Romae* aut *apud Italos* monumenta extabant, quibus ea liberatio adstrueretur. Quo circa in dubium verti possit, num *Vita altera Gregorii brevior,* in qua perinde liberati Traiani mentio fit, *Paulo Diacono* et Monacho Cassinensi tribui debeat; cum certum sit Ioannem Diaconum adornatam a Paulo Gregorii vitam prae manibus, dura historiam suam scriberet, habuisse et consuluisse. » Sine dubio *Ioannes Diaconus* adornatam a Paulo vitam se consuluisse, satis indicat libro IV, num 99: *Cuius* (Gregorii) *venerabile meritum,* inquiens, *quousque mundi huius orbita volvitur, ut cum Paulo viro disertissimo fatear, semper accipiet incrementum* etc. At haec eadem leguntur verba in *Vita breviori,* de qua agimus in fine: *Caeterum quamdiu mundi huius orbita volvitur, eius laudabile meritum semper accipit incrementum* etc. Cur ergo Traiani liberationem, quae in eadem vita legitur, memoret *Ioannes Diaconus* abs se descriptam *ex Anglorum monumentis?* Adnotaverim ego: Ioannem libro II a num. 33 agere *de Anglorum conversione:* et num. 41 *de Gregorii miraculis, quae penes Anglorum Ecclesias vulgo legebantur.* Quidni *Traianifactum* inter ea miracula locum habuerit? Illud ergo ex *Anglicanis monumentis,* ex quibus alia decerpebat, promere voluit Ioannes : quod caeteroqui in vita a Paulo adornata, eidemque Ioanni nota, extabat.

Quidni etiam inter haec *Anglorum historica monumenta* locum habeat *venerabilis Bedae vita sancti Gregorii Magni,* quam Guillelmus Cave recenset inter eiusdem opera anecdota *ex bibliotheca collegii Mertonensisl* Ipse Ioannes in praefatione memorat *sancti Gregorii acta* vulgata iam esse *apud Saxones et apud Langobardos:* apud illos fortasse quae Beda elucubravit; apud istos quae Paulus Diaconus composuerat. Operum sancti Gregorii *editor Sammauraeus* adnotat in praefatione *De triplici vita sancti Gregorii* num. 13 : Specimina quaedam *vitae,* quae *Bedae* tribuitur et in *Collegio Mertonensi* adservatur, curante Mabillonio, accepisse a Thoma Gals; agnovisseque vitam illam eamdem esse cum *breviori Pauli Diaconi lucubratione.* Hinc "Ioanni Diacono perinde fuit *monumenta Anglicana* citare ac ipsam *vitam Pauli Diaconi* inter ea monumenta repertam. *Baronius* ad annum 604, num. 3o duos tantum eius Traiani historiae, quos noverat, scriptores laudat, Ioannem Damascenum et Ioannem Diaconum. Scriptores innotescunt, quorum fide nitebatur Traiani Imperatoris liberatio ab inferni cruciatibus.

III. An vero admitti ca debeat cum litteris mandata fuerit a viris laudis praeconio dignissimis ? An eamdem crediderit sanctus Thomas? Quaestionem primam dirimit *Baronins* loco citato, vulgatam historiam reficiendo, tamquam fabellam excogitatam. Consentit *Natalis Alexander* saeculo II aerae Christianae, dissertatione 1, pluribus ostendens factum quod narratur, apertissimis repugnare sancti Gregorii documentis, quae in eius operibus occurrunt. In eamdem sententiam concedit doctissimus asceta Sammauraeus, operum sanctissimi Pontificis editor, tomo IV in vita abs se concinnata libro III, capite x a num. 5. Neque solum pro commentitia ipsam habent historiam; verum etiam effugia explodunt, a Ioanne Diacono excogitata. Scriptores alios, numero plures et eruditione praestantes omitto, qui in eamdem fabellam insurrexerunt. Haec vero adnotasse, mea inter negotia erat.

IV. Ad sanctum Thomam quod attinet, vindicias primo loco in medium profero, quas egit *Natalis Alexander* loco citato *(ad obiect. 5): « Sanctus Thomas* non asserit positive » Traiani liberationem ab inferis, precibus sancti Gregorii » impetratam : sed *supposita historia,* quam propter *putatitii » Damasceni* auctoritatem noluit reficere; nec ipsi accuratius » expendere licuit propter librorum penuriam iis temporibus: » ea respondit, quae *probabilius* responderi poterant. Neque » enim solet sanctus Thomas facta historica expendere, » neque id sibi proposuit in *Summa* aut aliis Operibus: sed » solum ut quaestiones theologicas *scholastica methodo* per- » tractaret. Unde cum argumentis respondet, *historico facto* » innixis; eius responsiones *hypotheticae* sunt dumtaxat, » non *absolutae.* Nec postulat summa et angelica sancti » Thomae eruditio, ut historias omnes ipsum scivisse exi- » stimemus : vel eas quae passim suo tempore iactabantur » ut verae, expendere potuisse absque libris, quibus earum » probaretur veritas aut falsitas : vel examinare ac discu- » tere debuisse praeter suum institutum, quo non *Tethi- » cam,* sed *Scholasticam* theologiam tractabat: sed solum » ut propugnemus, nihil melius aut solidius responderi » potuisse, *supposita factorum veritate,* quam quod ipse » respondit. » Paria disserunt caeteri sancti Thomae Aquinatis vindices.

V. Validiores adhuc mihi videor vindicias agere posse. Historiam scilicet illam credidit numquam Aquinas: eamque, prout ferebatur, commentitiam existimabat. Ac primo meminit eius inter *obiectiones* dumtaxat, quae fieri aetate illa contra theologicum dogma solebant: eadem vero usus est numquam, ut quam tradebat theologicam doctrinam, firmaret. Ipsius deinde historiae quae obiiciebatur, neque *veritatem supponit:* cum solutiones adhibeat, quae factum evertunt, prout ferebatur.

Damascenus et *Ioannes Diaconus* inquiunt: Gregorium *pro Traiani delictorum condonatione* aut *super errore eiusdem* exauditum fuisse: *datamque Traiano veniam.* Haec non solum non adprobat, sed neque ut vera supponit Aquinas: imo tamquam falsa explodit. Id unum praestat, ut si quid contigerit, quod cum sana doctrina consonum sit, dicendum foret: 1. Ad *vitam revocatum fuisse* Traianum, adeoque non ipsum *fnaliter* damnatum fuisse: 2. In vita restitutum egisse delictorum poenitentiam: 3. Ad haec singularia facta minime requiri *Ecclesiae suffragia.* Quis non videat, vulgatam historiam documentis Thomae imminutam et eversam? Quomodo ergo eam crediderit?

An vero crediderit *suscitationem Traiani,* quam proponit? Minime gentium. Ait enim. *Qui forte.... suscitatus est.* Dubitationis particulam adhibet, ut illud unum indicet, quod in ea historia admitti potuisset, si quid veri inesset eidem. Effugium addit Ioannis Diaconi: *Animam Traiani,* adnotantis, *non dici ab inferno liberatam, sed a cruciatibus inferni dumtaxat.* Sed hocce addit ille effugium, *secundum quosdam:* suumque minime facit. Neque praeterea *absolute* hanc ab inferni cruciatibus liberationem admittit; sed *ad tempus, scilicet usque ad diem iudicii,* si quidem permittenda foret. Ita disserentem Thomam prudens quisque iam probe novit diligentius vulgatam historiam expendisse, eamque prout ferebatur inficiatum esse.

CAPUT V.

Panem azymum in Eucharistico Sacrificio, grassante Ebionaeorum haeresi, intermissum fuisse in Ecclesia latina refert alicubi sanctus Thomas cum eius aevi Scholasticis. Commentitiam historiam reficiunt viri docti. Mabillonii de sancto Thoma aliisque Scholasticis prudens iudicium. Commentum deprehendisse videtur Aquinas in Summa theologica. De nonnullis epistolis agitur sub nomine Gregorii Magni ab eodem Aquinate citatis.

I. Tn quarti Sententiarum libri distinctione xi agit sanctus iThomas *de panis a^ymi et fermentati usu in Sacrificio Eucharistico* iuxta latinac Ecclesiae morem ac disci-

plinam. Ait vero qu. n, art. n, quaest. m: «Videtur esse » diversitas inter *Graecos* et *Latinos.* Graeci enim de *fermentato,* Latini de *a^ymo* conficiunt. Causa autem huiusmodi diversitatis est, quia Dominus *in aymo* confecit, ut ex tribus Evangelistis habetur manifeste: et ita *in primitiva Ecclesia* Apostoli celebrabant. Quem morem *Romana Ecclesia* ab Apostolis, qui ipsam fundaverunt, accepit... Sed postea, ut *dicit Leo Papa,* imminente haeresi *Ebionitarum,* qui dicebant simul cum Evangelio legalia observanda, sancti.Patres, ne eis consentire viderentur, voluerunt *ad tempus,* instinctu Spiritus sancti, *ex fermentato* confici Sacramentum. Postea cessante illa haeresi, *Ecclesia Romana* ad pristinum morem rediit. *Graeci* autem servare voluerunt morem ad tempus a Patribus introductum; ulterius addentes non posse confici nisi de fermentato. » Ebionem eiusque haeresim post excidium lerosolymitanum emersisse Baronius adnotat ad annum 74, num. 6; annum vero *octavum Traiani* et consolatum *Candidi* ac *Quadrati* statuit chronicon Alexandrinum, idest annum Christi io5.

Similia antea scripserat *Alexander Alensis* in Summa, parte IV, qu. xxxii, art. ii, membro 3 iuxta editionem anno 1482 Norimbergae curatam *(qu.x,memb.iv,artic.i,§.3):* eademque leguntur apud sanctum Bonaventuram dist. xi, parte II, art. ii, qu. l *(ad 5).* His etiam in locis *Leo Papa* in testem adducitur. Quo tempore ad pristinum morem redierit, si tamen rediit, Ecclesia Romana, indicare videtur *Martinus Polonus* in chronico: *Hic* (Alexander I) *statuit, ut vino aqua misceretur in Missa... et ut oblatio fieret ex aymo.* Romanam Sedem tenuit ille ab anno 108 ad annum usque 116. Rem hanc ita enarrat Platina: *Oblationem quoque ex a^ymo,* inquiens, *non ex fermentato, ut antea, fieri mandavit... ut Ebionaeis haereticis calumniandi occasio auferretur.* In causa calumniae Ebionaeis ablata errasse Platina videtur.

II. Hanc historiam, quam Scholastici litteris mandarunt, ad examen vocat *Natalis Alexander* in Historia eccles. saeculi xi et xn, dissert, xi, art. m, eamque reficiendam iubet, utpote *summo veterum silentio falsitatis convictam et absque ulla probatione ab auctoribus laudatis assertam.* Scripserat etiam Cardinalis *loannes Bona* libro I Rerum liturgicar., capite xxm, num. 5: *Unde prodierit haec historia,* incertum est... *Eam sanctus Thomas* tribuit *Leoni Papae... at quis fuerit iste Leo,* non dicit.... *Apud antiquos scriptores per mille fere annos nullum extat vestigium.*

Primus non est Thomas qui *Leonem Papam* in testem vocaverit. *Primum* huius nominis intelligunt aliqui: huius nominis *Nonum* alii, sub quo cum Graecis habitae fuerunt controversiae. Nihil tamen simile in iis epistolis invenitur, quas *Leo IX* ad Michaelem Cerularium schismaticum scripsit: ac epistola non apparet ulla *Leonis I,* quae simile quidpiam offerat.

III. An ergo historiolam cuderint Scholastici? Iudicium affero *loannis Mabillonii* in Dissertatione de azymo et fermentato capite v. Verba sunt in fine: « Aetate *veterum Scholasticorum* circumferebantur *nescio quae scripta seu decreta Leonis et Alexandri,* spuria certe, sed nondum notae falsitatis: quibus adducti auctores superiores varias de azymo sententias tenuerunt. Forsan etiam qui dixere *occasione haeresis Ebionicae* cautum fuisse ut cessaretur ab azymo, huc inducti sunt auctoritate *sancti Epiphanii.* Cum enim apud Epiphanium (haeresi xxx, n. 16) legerent *Ebionaeos* erroris notatos, quod mysteria offerrent *ex açymo et aqua solum;* putaverunt azymorum usum ea occasione reiectum ab Ecclesia fuisse. Et quia persuasum habebant morem utendi azymis *apud Latinos* a Christi exemplo descendisse; hanc demum invenerunt conciliandae difficultatis viam, ut azymum *propter Ebionaeos* ab Ecclesia reiectum seu intermissum dicerent: postea vero cessante haeresi praedicta, restitutum. »

Aequissimum quis non videat Mabillonii iudicium. Hinc vero colligitur veterum coniecturas de vario panis azymi usu abiisse tandem in historiam, utique falsam. Exemplum adest in *loanne Evangelista,* quem non solum nubere voluisse, sed in nuptiis Canae Galileae fuisse sponsum narrant. Ad Epiphanii verba quod attinet, nondum sensus eorum apud eruditos compertus est. Consule laudatum *Mabillonium* loco citato capite x, *Bonam* loco pariter citato, *Martenium* De antiquis Ecclesiae ritibus libro I, capite m, art. vu, num. 8, *Natalem Alexandrum* loco superius memorato, *Lequienum* in Dissertatione *Damascenica* vi, n. 29. Colligi namque posse putant nonnulli *fermentatum* panem ante Ebionaeam haeresim in usu fuisse in Ecclesia latina: alii pro *aymo* pugnant.

IV. Sed hanc historiam, quam Thomas iunior in *Sententiarum Commentario* recensuit post alios Scholasticos, senior dereliquit in *Summa theologica,* limatiori extremae vitae eius Opere. Inquirit III p., qu. lxxiv, art. rv: *Utrum hoc Sacramentum debeat confici ex pane a^ymo.* Dignissima sunt animadversione eius verba: « Circa materiam huius Sacramenti *duo* possunt considerari: scilicet *quid sit necessarium* et *quid conveniens.* Necessarium quidem est, ut sit *panis triticeus,* sine quo non perficitur Sacramentum: non est autem de necessitate Sacramenti, quod sit *azymus vel fermentatus,* quia in unoquoque confici potest. *Conveniens* autem est ut unusquisque servet ritum suae Ecclesiae in Sacramenti celebratione. Super hoc autem sunt *diversae Ecclesiarum consuetudines.* Dicit enim *beatus Gregorius* in Registre: *Romana Ecclesia offert azymos panes, propterea quod Dominus sine ulla commixtione suscepit carnem: sed graecae Ecclesiae offerunt fermentatum, pro eo quod Verbum Patris indutum est carne, sicut fermentum miscetur farinae...* Et tamen consuetudo *de pane aymo celebrandi* rationabilior est: primo quidem propter institutionem Christi etc. Habet tamen *haec consuetudo Graecorum* aliquam rationem et *propter significationem,* quam tangit Gregorius: et in *detestationem haeresis Na^araeorum,* qui legalia Evangelio miscebant. »

Locum utrumque compara et expende. Utrobique *Latinae* et *Graecae* Ecclesiae mores varios variamque disciplinam exhibet: ac utrobique causam diversitatis perquirit. Hanc repetit in *Commentario* ex illa historia, quae ferebatur; sed eam omnino praeterit in *Summa.* Addit vero litterales et mysticas rationes plures: adductamque in *Commentario* nec verbulo indicat. Cur vero? Praedictae scilicet historiae falsitatem deprehenderat. Haec autem Thomae peritia est. *Nazarenis* sive *Na^araeis,* quos memorat Aquinas, proprios *Ebionitarum* errores imputat *Theodoretus.* Dubius est *Epiphanius* num Christum cum *Ebionitis* purum esse hominem dicerent. Non alium eis naevum impingit *Hieronymus,* nisi quod cum crederent in Christum, legis tamen ceremonias tenebant. Consule Lequienum in notis ad *loannis Damasceni* librum De haeresibus. Ab his ergo ut maxime differrent Christiani Orientales et Graeci, *fermentato pane* usos esse ab initio coniectura est sancti Thomae.

V. Verba *Gregorii,* veluti *ex Registre* sumpta, affert ille. Eadem in aliis locis recitat: in *Catena aurea,* capite xxvi *(v. 26)* in Evangelium Matthaei: et in *Opusculo contra errores graecorum (circa fin. §. Quod ad eum pertineat. - In fine).* Combefisius in Bibliotheca concionatoria, in Passione Domini, ad hunc *Gregorii* locum in Catena aurea descriptum, adnotat in margine: *Nusquam haec occurrunt: nec qui Latinorum ayma adversus Graecos tutati sunt, umquam produxerunt.*

Labitur vir doctus. Peritissimus *Michael Lequienus* in dissertatione Damascenica VI, num. 42 nos docet: praedictum Gregorii testimonium legi paullo fusius in *Tractatu contra Graecos, qui habitus est Constantinopoli in aedibus fratrum Praedicatorum,* anno 1252. Tractatum in lucem emisit Petrus Stevartius Ingolstadii anno 1616. Extat etiam in Coloniensi et Lugdunensi Patrum Bibliotheca, et in Henrici Canisii antiquis lectionibus, tomo IV in editione a Iacobo Basriagio curata. In ea parte, ubi agitur *de Sacramento Altaris,* testimonium Gregorii affertur: «Audiant Graeci super hoc *beatum Gregorium in Dialogis (imo lege Dialogum, quo ipsum nomine Graeci vocabant)*: quae et qualia Sacramento detrahentibus responderit *graeco sermone,* cum *in Graecia translegatione fungeretur.* Dicit enim: *Solet plane moveri quaestio, quod in Ecclesia alii fermentatum offerunt, alii panes azymos... Undefit,*

» *ut Romana Ecclesia offerat aqymospanes* etc. » (ut supra). Haec sunt verba Gregorii, quae in *vita ipsius graeco sermone* reperiuntur.

Animadverte i. Verba illa frustra inquiri in *Regesto Epistolarum'.* 2. Ab auctoribus huiusce tractatus describi, veluti sumpta ex *vita eius graece scripta:* 3. Eadem habuisse verba Gregorium, cum *legatione fungeretur* Constantinopoli, in aliquo colloquio. Sane *Photius* cod. cclii excerpta refert e *vita sancti huius Pontificis.* An ergo ex illa sumpta fuerint superiora verba? Satis est bona et optima fide egisse Aquinatem , Gregorii testimonium, quod ferebatur, adducentem: tametsi indices, quandoque mendosos, sequatur. Iacobum Echardum consule, diligentissime disserentem de praedicto *tractatu,* tomo I ad annum 12 52 et Iacobum Basnagium in praefatione.

CAPUT VI.

Mendosus index Silvestri pro Silverio Romano Pontifice expenditur. Itemque Anglorum Episcopi pro Episcopo Augustodunensi. Ac demum Helenae pro Irene Imperatrice.

I. Æ endosi indices occurrunt aliqui in *Summa thcoloiWgica,* quibus etiam historiae veritas depravatur. Ad examen vocandi sunt. Ait Thomas IIa IIae, quaest. cvm, art. i ad 4: *Sylvester Papa excommunicavit eos, qui eum in exilium miserunt, ut habetur* xxm, *q.* rv, nempe *Gratiani Decretum* citatur, *causa* xxm, *qu.* tv, *capite* xxx *Guilisarius* ut legitur. Quod utique caput *Sylvestre* tribuebatur in editionibus ante correctionem iii?su Gregorii XIII adornatam: in qua *ex tribus vetustis exemplaribus* repositum est nomen *Silverii,* ad universae Ecclesiae Pontificatum anno 536 evecti. Huiuscc Romani Pontificis tempora satis indicat nomen *Guilisarii,* capitis illius initium, qui et *Vilisarius* et *Belisarius* dictus est: *Belisarius Patricius* videlicet, qui Justiniano Imperatori inserviebat agebatque contra Gothos in Italia.

Caput illud, quod incipit *Guilisarius,* desumptum est ex epistola, sub nomine *Silverii Papae ad Amatorem Episcopum* vulgata. In ea legitur in exilium *Silvcrium* missum fuisse, eique suffectum in sedem Romanam *Vigilium:* quod utique verum. Additur latam in *Vigilium* et *Belisarium,* aliosque complices excommunicationis sententiam: quod etiam anathema latum in alia legitur *Silverii* epistola ad *Vigilium.* Tum vero ciusmodi epistolas commentitias esse, tum etiam commentitiam, quae lata dicitur in Vigilium sententia anathematis, Baronius docet ad annum 53g, num. 5, et Pagius ad eumdem annum num. 3. Consentiunt caeteri viri docti. Hinc duplex cubat error in citato ab Aquinate loco: primus, qui consistit in mendoso indice: alter, quo fabulosa historia proditur.'

Ad primum quod attinet errorem: inquiri merito potest an *Silvestrum* scripserit Thomas, an potius amanuensibus tribui mendum debeat? Constat utique *Gratiani Decreti,* ex quo sententiam prompsit Aquinas, editiones plures ac etiam codices mss. habuisse *Silvestrum;* sed vetusta quoque exstitisse mss. exemplaria, in quibus legitur *Silverius,* ut fidem faciunt peritissimi sub Gregorio XIII eiusdem Decreti editores. Quidni ergo potueript praesto esse Aquinati codices bonae notae, in quibus legeret *Silverium,* non *Silvestrum* et illum exscriberet, non istum? Facillimum quoque fuit ut *Silverii* nomen, notis compendiariis exaratum, commutaverint in *Silvestrum* oscitantes aut imperiti librarii, sicuti *in Decreto,* ita in *sancto Thoma.* Vcrisimillimae sunt coniecturae. *Summae theologicae* codicem ms. servat in tabulario insigne Brixiense canonicorum Capitulum : in quo scriptum legitur *Silurpp:* quae nota compendiaria cur non potius *Silvcrium* indicet, quam *Silvestrum* ? Codicem diligentissime contulit clariss. *Carolus Doneda,* curante humanissimo viro *Hieronymo Vcrdura,* Neriani Oratorii alumno dignissimo.

Utut vero sese res habeat de voce : historiam certe *Aquinas* inducit, quam habent pro commentitia viri doctissimi. Hac de re instituere examen non vacat. At mirum non fuerit fabulam deprehendi potuisse, post tot saecula : post agnitam scilicet, convictamque *Decretalium epistolarum* suppositionem, quam Thomae aetate olfecerat nemo: ct postquam *Silverii* et *Vigilii* acta severo discuti potuerunt examine, veterum monumentorum luce praefulgente, quae Thomae aetate ignota erant. Verum cnimvero solidissimam profert doctrinam Aquinas, quam ex illis *Silverii* actis, aliisque exemplis confirmat ille ac illustrat.

II. Mendosus alius occurrit index IIa IIae, quaest. clxxxix, art. i, obiect. 3 : *Sed sicut Gregorius scribit Anglorum Episcopo, ut habetur in Decretis,* dist. xr.vni, *ordinate ad Ordines accedendum est* etc. Haec sine dubio Gregorii verba reperiuntur in epistola exn libri VII, indict, ir, iuxta Romanam editionem, seu in epistola evi libri IX, apud ascetam Sammauraeum editorem. In editione Romana inscribitur epistola *Siagrio, Aetherio, Virgilio et Desiderio Episcopis Galliarum:* inParisiensi sedium nomina efferuntur, *Siagrio Augustodunensi, Aetherio Lugdunensi,* etc.

Verba illa sumpsit Aquinas ex *decreto Gratiani:* in quo index praedictus diversimode expressus legitur in codicibus ac editionibus. Apud Turrecrematam in editione, quam Justus Fontaninus, Archiepiscopus Ancyranus, anno 1726 curavit Romae, haec solum habentur: *B. Gregorius scribit, dicens.* Gregoriana correcta editio sic habet: *Beatus Gregorius scribit Syagrio Episcopo et aliis Episcopis.* Codices legere Thomas potuit, ubi scriptum esset : *B. Gregorius Aug. Episcopo:* eodemque modo indicem transcripserit. At notam illam *Aug.* legerint alii et scripserint *Ang.* adeoque expresserint, *Anglorum Episcopo;·* cum legendum foret, *Augustodunensi Episcopo,* idest *Syagrio,* qui primus in epistolae Gregorianac titulo apparet: illum demum *Anglorum Episcopum* intellexerint *Augustinum* notissimum, *ad Anglos* convertendos missum a sanctissimo Gregorio Pontifice.

Ita coniecturas cudere licebat. *Brixiensis* memoratus codex lectionem aliam habet, animadversione dignissimam. In eo non legitur, *Anglorum Epo:* sed *Magio Epo.* Deforme nomen est, quod genuinum, ab Aquinate sine dubio lectum scriptumque, indicat *Syagrii Episcopi.* Codicis vetustas colligitur ex titulo *fratris Thomae,* nondum scilicet sacra donati apotheosi: *Explicit Summa Secunda Secunde partis fratris Thome de Aquino Ord. fratrum Predicatorum.* Accedunt verba: *Et est Dni Iacobi de Actis de Mutina Capellani Dni PP. ct eius sacri Palacii caus. Auditoris.* Apud Ughcllum in Episcopis Brixiensibus vocatur ' *Iacobus de Astis.* Correctio in margine prostat, *de Actis:* quam codex noster confirmat. Sub Ioannc Papa XXII munere fungebatur *Auditoris causarum sacri Palatii:* adlectusquc fuit in sedem Brixienscm anno 1335 a Benedicto Papa XII ; laudatum Ughcllum consule.

III. Mendum enorme praeferunt Summae theologicae editiones plures IIa IIae, qu. n, art. vn ad 3. Verba sunt: « Invenitur etiam in *historiis Romanorum* quod tempore » *Constantini Augusti* et *Helenae matris eius,* inventum » fuit quoddam sepulcrum, in quo iaccbat homo, auream » laminam habens in pectore, in qua scriptum erat: *Chri- » stus nascetur ex Virgine ct ego credo in cum. O sol, » sub Helenae ct Constantini temporibus iterum me vi- » debis.* » Ita legitur in *Romana* sub Pio V editione et *Veneta* Dominici Nicolini anno 15g3 et *Antucrpiensi* (seu potius Coloniensi) Cosmae Morcilcs anno 1612 et in aliis eiusdem *Summae* editionibus seorsim curatis. Enormis cubat error in nomine *Helenae:* quem detersum video correctumque in Parisiensi editione apud *Sebastianum et Gabricleni Cramoisy* anno 1652, nomine *Ircnis* substituto.

Factum refert Baronius ad annum 780, num. 8 *ex Theophane,* graeco scriptore, in *chronographia,* quae locum habet in historia Byzantina, pag. 384 in editione Regia Parisiensi et pag. 3o5 in Veneta. *Irene* mater erat *Constantini,* qui *Leonis IV* Imperatoris filius erat. Eamdem inter latinos narrat historiam *Sigcbertus Gcmblaccnsis,* qui suam chronographiam ad annum usque 1112 perduxit. Verba sunt ad annum 782: *Constantinopoli quidam laminam auream invenit* etc. Id evenisse Theophanes adnotat, *ad longos TJiraciac muros.* Eadem occurrit narratio *ex Sigcberto* sumpta apud *Vincentium Bellovaccnscm,* qui sancto Thomae aequalis fuit in Speculo historiali libro XXIII,

capite clxxii, et apud *Martinum Polonum* in chronico, quod in annum 1278 perducitur. Praeter edita eiusdem chronici exemplaria, codices duos mss. consulere licuit, qui *Constantinum* et *Irenem* habent. Historiam denique refert *Ptolomaeus Lucensis,* sancti Thomae Aquinatis discipulus fidissimusque socius eius, in Historia eccl. libro XIV, capite xxvii: testem citat *Richardum.* Hunc *Muratorius* in praefatione ad opus Ptolomaei vocat *monachum Cluniacensem:* eiusque *historiam* pollicetur se luci publicae daturum. Fidem suam liberavit tomo IV inter Antiquitates Italiae medii aevi, ubi eiusdem *Richardi chronicon* extat typis editum: non integrum ab exordio mundi, sed quod reliquum est ab imperio Caroli Magni ad annum usque 1162.

Historias Romanorum citat sanctus Thomas: fortasse *Sigeberti Gemblacensis chronographiam* aut *Richardi chronicon* ab ipso etiam Ptolomaeo Lucensi defloratum. Quidni etiam legerit *Vincentium Bellovacensem,* qui anno circiter 1264 vita mortali migravit. Itemque *Martinum Polonum*? In his *Irene mater Constantini* legitur, non *Helena:* illud ergo nomen, non istud legebat scribebatque sanctus Thomas. Apud Vincentium et Ptolomaeum Imperatricis nomen hoc modo scriptum occurrit, *Hyrene.* Coniici fortasse potest, ex ea littera initiali H, occasionem sumpsisse imperitos et oscitantes librarios, ut legerent scriptoque mandarent *Helenam,* nomen utique *Irene* notius.

Coniecturis opus non est. *Irenem* scripsisse Thomam, codices mss. evincunt. Mihi duo praesto fuerunt. Alter est num. 117 in Veneta sancti Marci bibliotheca, stemmate Cardinalis Bessarionis ornatus: ubi *Hyrene* legitur. Codex alter est *Brixiensis,* quem superius memoravimus, nomen *Irenes* habens, ut datis ad me litteris admonuit laudatus Hieronymus Verdura. Similes alios extare codices in bibliothecis nullus dubito.

CAPUT VII.

Veterum haereticorum nomina, quae deformata leguntur in aliquibus sancti Thomae Operibus, emendantur. Menda sunt, quae causam habent librariorum imperitiam. Codex mss. expensus.

I. Taereses, quae in Ecclesia Christiana ortum habuere, JLreccnset sanctus Thomas penes omnes in suis Operibus ac refellit. Auctorum, qui eas invexerunt, adeo corrupta alicubi occurrunt nomina, ut mirum sit plures pluresque curari editiones potuisse, quin ulla cura fuerit de mendis, quae sane enormia sunt, emendandis. Inter Dissertationes nostras, quae numerantur triginta ac simul iunctae Venetiis prodierunt anno iy5o apud Io. Baptistam Pasquali, de eiuscemodi sphalmatis, quibus Opusculum *De articulis fidei et Sacramentis* conspurcatum est, egimus in *Dissertatione VIII,* capite ir. Argumentum istud, ut haec laboris nostri pars in *praeviis* etiam *Admonitionibus,* quae singulis novae Thomae Operum editionis voluminibus praemittuntur, locum habeat, iterum eo pertractandum consilio adsumo, quo sancti Thomae Opera imposterum expurgata edi possint ac menda illa non Aquinati, sed librariis tribui debere, certissime innotescat.

In *Opusculo,* quod iuxta veterem ordinem numeratur *Quintum* in Romana sub Pio V editione, agit Aquinas *De articulis fidei et Sacramentis Ecclesiae.* Haereses refellit orthodoxae doctrinae adversas earumque *auctores* recenset. In nominibus foeda irrepsisse sphalmata adnotavimus: quae in Parisiensi *Opusculorum* editione anno 1656 detersa fuerunt studio et cura *Petri Pelican,* patria et professione *carnutensis,* Ordinis Praedicatorum. Novas addere curas nostras liceat.

In Expositione primi articuli *de essentiae divinae unitate,* tertius numeratur error *Atropomonsitarum ponentium unum Deum; sed dicentium eum corporeum et ad modum humani corporis formatum.* Monstrosam reiice vocem: ac repone *Anthropomorphitarum.* Genuinum nomen habet Aquinas IIa IIae, q. clxxxvhi, art. v. « In *collationibus Patrum (collatio est* x, *capite* v) legitur, quod Abbas *Selfrapion* propter simplicitatem incidit in errorem *Anthropomorphitarum:* idest eorum, qui Deum habere humanam » formam arbitrabantur. » Idem nomen legitur *in indice universali in omnia Opera divi Thomae de Aquino,* quem concinnavit Petrus Bergomensis. Opus in lucem prodiit *Bononiae* anno 1475, *Basileae* 1478, *Venetiis* 1497, *mae* 1535, et iterum 1570 qua utor editione.

Contra quartum articulum, qui *pertinet ad effectum gratiae, per quam vivificatur Ecclesia a Deo,* excogitatas refert haereses plures Aquinas: « Alii vero *(inquiens),* qui » *Passalonitae* dicuntur, intantum silentio student, ut naribus et labiis digitum apponant. *Passalos* enim graece, » dicitur *palus:* et *ranchos,* nasus. » Legendum Pelicanus iubet ρυ'γχο , *rynchos,* itemque πάττχλο , *pattalos:* ac demum, Πχτταλορυγκίται, *Pattalorynchitae.* Primae vocis recta emendatio est: quae sequuntur correctiones duae, superfluae sunt. Lexica namque et Graeci scriptores utrumque habent iuxta varium dialectum, *pattalos* et *passalos, Pattalorynchitae* et *Passalorynchitae.* Sanctus Augustinus haeresi lxîh sic ait: « *Passalorynchitae* intantum silentio » student, ut naribus et labiis suis digitum apponant, ne » vel ipsam taciturnitatem voce praeripiant, quando tacendum sibi esse arbitrantur, unde etiam illis est nomen » inditum; πάσσαλο enim graece dicitur *palus,* et ρὐγχο » *nasus.* Cur autem per *palum* digitum significare maluetint, a quibus hoc nomen compositum est, nescio: cum » graece et dicatur *digitus* δάκτυλο , et possint utique » *Dactylorynchitae* multo evidentius nuncupari.» In Augustino legebat Aquinas *rynchos:* imperiti librarii expresserunt *ranchos.* Fuerit etiam typorum mendum.

Ibidem decimus error est *Ariscianistarum* (et in aliis editionibus *Priscianistarum) et etiam Mathematicorum dicentium, homines fatalibus stellis obligatos.* Mendum utrumque corrige, quod irrepsit pro vero nomine *Priscillianistarum:* quos *in Hispania* (ait Augustinus haeresi lxx) *Priscillianus instituit.* Cur etiam *Mathematici* dicti fuerint, docet ibidem sanctus Pater: « Adstruunt etiam *(inquiens)* » fatalibus stellis homines colligatos, ipsumque corpus nostrum secundum duodecim signa caeli esse compositum, » sicut hi, qui *Mathematici* vulgo appellantur, constituen» tes in capite arietem, taurum in cervice etc. » Ex hoc fonte sua hauriebat sanctus Thomas. Germanum nomen occurrit libro III Contra gentes, capite lxxxv, num. i3: *Priscillianistae huiusmodi erroris etiam rei fuerunt, ut dicitur in* (Augustini) *libro De haeresibus.* Ita scilicet in editione Romana sub Pio V et Veneta Dominici Nicolini anno 15g3. In indice Petri Bergomatis v. *Haeresis,* num. 96, dicuntur *Priscianistae:* quod est indicio, aut imperitis librariis aut oscitantibus typothetis tribui mendum debere. Prae manibus habeo Venetam *Summae theologicae* editionem anni i5oi in qua *Priscilianistae,* non geminata littera L, occurrunt.

Eodem in loco duodecimus numeratur error, quo implicati referuntur *Texerarecochitae, idest Quartadecumani, qui dicunt quartadecima luna Pascha esse celebrandum, quocumque die septimanae occurreret.* Quis vocabulum ferat opicum, barbarum deformatumque? Haeretici appellari debent *Tessarescaedecatitae,* τεσσαρεσκαιδεκατῖται, idest *Quartodecimani.* Vide Epiphanium haeresi l ac Augustinum haeresi xxix. Voces huiusmodi compendiariis fortasse notis exaratas minus recte tum legere, tum transcribere potuerunt minus periti librarii. In catalogo haereticorum, quem concinnavit Bernardus Lutzenburgius, edito Coloniae anno l53y cum mendo bis legitur vox illa, *Tesseradecatitae,* et *Tesseresdecaticae.* Mendosa proprie non est vox, *Quartadecumani,* sed *Quartodecimanos* Thomam scripsisse nullus dubitaverim.

Parte II *De Sacramentis Ecclesiae* inter errores cathôlicae fidei dissonos primus recensetur *Solentianorum, qui Baptismum in aqua non recipiunt, sed solum Baptismum spiritualem.* Absonam vocem spongia dele. Haeretici dicendi sunt *Seleuciani* seu *Hermiani,* ut ait Augustinus haeresi lix *ab auctoribus Seleuco vel Hermia: qui elementorum materiam, de qua factus est mundus, non a Deo factam dicunt, sed Deo coaeternam... Baptismum in aqua non accipiunt.*

Adversus augustissimum Eucharistiae Sacramentum secundus error est *Arrodinicarum, qui offerunt in Sacramento hoc panem et caseum.* Nomen esse *Artotyritarum,* docent Epiphanius haeresi xlix et Augustinus haeresi xxvm. Ita vero errantes homines vocatos adnotat Epiphanius num. 2 *quod ad celebranda* mysteria sua ἄρτον, *arton* (panem), καὶ τυρόν, *tyron* (caseum) *adhibent.* In *Summa theologica* III p., qu. lxxiv, art. 1 vox est *Artotyritarum :* eamdemque ex *Opusculo,* quod emaculamus, citat Petrus Bergomas in indice generali, v. *Eucharistia,* num. 55.

Ibidem sequitur tertius error *Cataphrygum seu Praeputiatorum, qui de infantis sanguine, quem de toto eius corpore minutis punctionum vulneribus extorquent, quasi-Eucharistiam suam conficere perhibentur, immiscentes eum farinae, panemque inde facientes.* Infame et crudele facinus tribuit Augustinus De hacresibus num. 26 haereticis, quos vocat *Cataphryges :* et num. 27 haereticis, quos vocat *Pepufianos.* Hinc vero corrupta vox *Praeputiatorum.* Ab oppido *Pepu;a in Phrygia,* quem locum praecipue venerabantur, dictos *Pepufianos* admonet Epiphanius haeresi xlviii, num. 14. Impia sacra praedicta, quae ipsi peragebant, refert etiam Damascenus de haeresibus num. 49. Augustinum legebat exscribcbatque sanctus Thomas: cum eoque affert *Cataphryges et Pepufianos* III p., qu. citata lxxiv, art. i. Idem nomen in *Opusculo,* quo de agimus, legebat Petrus Bergomas, ut eius index *(loc. cit.)* fidem facit.

Idem recurrit mendum in expositione sexti erroris *Praeputiatorum, qui tantum dant mulieribus principatum ut Sacerdotio quoque apud eos honorentur.* Corrige et lege *Pepufianorum.* His recensitum errorem tribuunt Augustinus loco citato, et Epiphanius haeresi xlix , num. 2 et Damascenus loco iam indicato.

Contra hoc Sacramentum extremae Unctionis (verba sunt sancti Thomae iuxta vulgatas editiones) *est error Eraconitarum, qui feruntur suos monentes novo modo quasi redimere per oleum, et balsamum, et aquam, et invocationibus, quas hebraicis verbis dicunt super capita eorum.* Eadem iam scripserat Augustinus num. 16, ubi vero nomine *Heracleonitae* appellantur ab *Heracleone.* Consule etiam Epiphanium haeresi xxxvi, num. 2 et Damascenum num. 36.

Contra Sacramentum Ordinis error exponitur *Arrii, qui dicebat presbyterum ab Episcopo non debere discerni.* Legendum sine dubio *Aerii.* Apud Augustinum num. 53 legimus : *Aerianos ab Aerio* (dictos), *qui cum esset presbyter, doluisse fertur quod Episcopus non potuit ordinari... Dicebat etiam presbyterum ab Episcopo nulla differentia debere discerni.* Haec verba legebat Thomas. Consule Epiphanium haeresi lxxv, ubi sectae auctor graece scribitur Αέριο , latine scilicet *Aerius,* solutis duabus primis vocalibus, non vero diphthongi nexu colligatis. Vitiatum nomen occurrit etiam in *Summa theologica IIa IIae,* qu. clxxxiv, art. vi ad 1. « *Augustinus* in libro De haeresibus dicit, » quod *Arriani* dicebant presbyterum ab Episcopo nulla » differentia debere discerni. » At in Augustino legebat Aquinas *Aerianos,* non *Arrianos.* Quid? quod in Veneta apud luntas editione anni 1588 legimus *Africanos.* Iam disce eiusmodi sphalmatum auctores dici debere librarios et typothetas. *Bernardus Lufienburgius* adnotat in catalogo haereticorum : *Aerianos* dici et *Erianos.* Indicat nimirum posterior vox ista duas primas vocales ab imperitis instar diphthongi acceptas fuisse: unde aliquae etiam editiones praestant *Ærianos.* Mirum est tot in *Summae theologicae* editionibus, quas curarunt viri docti, intactum reperiri mendum: quod primus (ut puto) detersit *loannes Nicolaius.* Miratio augetur ex eo, quod ipsi editores margini apposuerint *libri De haeresibus* ab Augustino elucubrati, quem citat Aquinas, *caput* I iii, in quo *Aeriani* leguntur, non *Arriani.* Ait ibidem Augustinus : *Aerium in Arianorum haeresim lapsum esse,* ac propria quoque cudisse dogmata. Ait etiam Epiphanius haeresi lxxv, num. 1: *Aerium istum fuisse secta penitus Arianum.* Hinc fortasse suspicio locum habeat, doctos *theologicae Summae* editores mutare vocem *Arianorum* noluisse, propterca quod *Aeriani,* qui presbyterum non discernebant ab Episcopo, erânt etiam secta *Ariani.* Hoc sensu vox *Arianorum* utcumque sustineri potest : at vox *Arii* aut *Arrii,* cui praedictus error in *Opusculo* tribuitur, ratione vindicari nulla potest.

II. Iam patet vero *Opusculi* menda non Aquinati, sed librariis ac etiam typothetis tribui debere. Argumentum sequitur peremptorium ex collatione codicis ms., in quo vel indicata sphalmata non exstant vel si menda sint, eo modo scripta inveniuntur ut veram indicent lectionem ac librarii culpam sine dubio prodant. Vetustum chartaceum parvum codicem ms. servat Veneta nostra sanctorum loannis et Pauli bibliotheca, in quo nonnulla continentur *sancti Thomae Opuscula* aliorum opusculis immixta. Codicem ministravit humanissimus *Dominicus Maria Berardellus,* bibliothecae Praefectus. Ipsum ambo ad examen vocavimus ac diligenter contulimus : licuitque deprehendere codicis eiusdem fide corrigi nonnulla, quae in editiones irrepserunt, menda posse: eademque demum ad imperitiam librariorum sine dubio pertinere.

Deformi *Atropomonsitarum* vocabulo codex caret. Prima manu scriptum erat, *Antropophetarum alias Antropomorphitarum:* at superinducto calamo vox prior exarata legitur hoc modo, *Autroporphetarum.* Nemo non videt in codice qui exscribebatur, compendio quodam verum nomen *Anthropomorphitarum* scriptum fuisse : notamque compendiariam non intelligentes, voces deformes exarasse librarios. Genuinum nomen codicis nostri librario notum erat: unde scripsit, *alias Antropormophitarum.*

Passalonitae qui in editionibus occurrunt, in codice vocantur *Passalorinche:* sine dubio *Passalorynchitae.* Editiones habent *ranchos, nasus:* habet codex *rinchos, (rynchos), nasus;* uti recte post Augustinum scripserat Aquinas. At vero in hoc articulo quarto alia sunt librarii menda: scilicet *Therinthi* pro *Cerintho* et *Credonis* pro *Cerdone.* Aliquae editiones praestant *Cendonem.*

Pro voce *Ariscianistarum* seu *Priscianistarum* legimus in codice nomen *Pisillianistarum:* quod utique nomen est *Priscillianistarum.* Sequitur autem enormius in eodem codice quam in editionibus mendum in haereticis, qui scribuntur *Texerathobitae, idest quarta decimi anni.* Certum fit compertumque eiusmodi sphalmata ad imperitos librarios pertinere.

Solentiani idest *Seleuciani* praetermissi sunt in codice, in quo sic legimus: *Primus* (error) *quidem eorum est, qui Baptismum in aqua non recipiunt.* Pro mendosa voce *Arrodinicarum* legitur alia mendosa *Artodinicarum.* Primae litterae genuinum indicant nomen *Artotyritarum.*

Editiones bis habent *Praeputiatos* haereticos, *Cataphrygibus* iunctos. Codex primo loco *Praeputiatos* offert: loco altero *Peputianos* idest *Pepufianos;* quae germana vox est. Alia sunt in codice sphalmata ibidem : *Aquinorum* pro *Aquariis* et *Oppitarum* pro *Ophitis.* Errant denique editiones in voce *Eraconitarum;* sed habet codex *Eraclonitas* idest *Heracleonitas.* Uti vero in editionibus, ita in codice legitur *error Arrii,* qui ad *Aerium* pertinet. Iamvero demonstratum puto, menda ciuscemodi ex calamo peritissimi Thomae excidisse numquam: eademque aut imperitis aut oscitantibus librariis ac etiam typothetis imputari debere. Dc imperitia Thomae suspicari imperitissimum et insanissimum foret.

IN

LIBROS PERI HERMENEIAS

EXPOSITIO

:

PRAEFATIO

uae fuerit s. Thomae occasio interpretandi hoc Aristotelis opus de primis Logicae elementis declaratur in Epistola nuncupatoria, quam Commentario praemittimus. Hanc Epistolam, quae in nonnullis antiquioribus editionibus legitur (ut in Veneta *Peri hermeneias* et *Posteriorum analyticor. i5z6,* iussu ac impensis nobilis viri Lucae Antonii lunta florentini, et in altera etiam Veneta i55y, apud Hieronymum Scotum), Echardus tom. I *Scriptorum Ordinis dicator.* ad annum 1274, pag. 283, coi. 1, testatur in omnibus codd. mss. a se visis e Revera extat in codicibus Parisiensibùs, Vatic. 2115, et Urbinate. Eam uti genu habet laudatus Echardus: nec dissentit De Rubeis, Dissert. XXIII, capp. l et m,

Hunc autem Commentarium docti viri magno in pretio semper habuere non secus ac alios, quos in altioris philosophiae Aristotelis libros s. Thomas conscripsit. Aegidius Columna (f i3i6) romanus ex Ordine Erem. s. Augustini, in commentariis quos et ipse scripsit in librum *Peri hermeneias,* saepe verba s. Thomae recitans, ait: *Dicit Expositor.* Hinc Ludovicus de Valle-Oleti Ord. Praedic, in brevi historia, quam scripsit conventus Parisiensis (eruit ex cod. ms. Victorino Martene vulgavitque tom. VI *Veterum scriptorum et monumentorum* §. vm, coi. 549), postquam catalogum ordinavit Opp. s. Thomae, de Commentariis eiusdem in Aristotelis libros haec profert notatu dignissima: « Sanctus Doctor scripsit multa de scientiis philosophicis et habemus videlicet, » *Super librum Perihermenias.* Item, *Super librum Posteriorum...* In exponendo autem » litteraliter Aristotelem non habuit aequalem; unde a philosophis *Expositor* per excel- » lentiam nominatur » (Ib. coi. 561). Quod Valleoletani iudicium prima medietate saeculi XV prolatum posteriores sapientes unanimiter confirmarunt. Scrutatur Angelicus textum Aristotelis, et in antecessum succincta ac perlucida analysi argumentum eiusque partes principales ac subdivisiones ob oculos ponit; deinde ad partes singillatim interpretandas procedit: nec in cortice litterae sistit, sed ad medullam penetrat; ita ut miretur lector tantas divitias in Philosopho esse, quae prima fronte haud conspiciuntur. Acerum non Aristotelis mentem solum recitat Angelicus, sed de thesauro suo multa profert, Stagiritae doctrinam mirifice amplificando, corrigendo ubi opus est, illustrando semper, ita nempe ut. Expositor Aristotele sapientior videatur.

Opus istud Peri hermeneias, quod apud graecos unico libro continetur, in duos libros a latinis interpretibus divisum passim reperitur: quorum primus priora novem capita, reliqua quinque (x-xiv) alter complectitur. Hanc divisionem sequutus s. Thomas integrum primum librum exposuit, sed in alterum nonnisi duas lectiones scripsit super primam partem capitis x. - Piani editores hanc in fine notam ponunt: *Commentariorum d. Thomae Aquinatis, quae ob eius mortem incompleta manserunt, finis.* At mortem non fuisse in causa cur opus non compleverit s. Doctor contendit Echardus, inquiens, vel quod nimiae occupationes obstiterunt, vel potius iuvenis ille et sapiens Praepositus forsan praesens plura non postulavit, religiofiique habuit maioribus intentum in his tyronum propriis diutius distinere. - Addit De Rubeis quod *opus incompletum mansit, nec ab alio suppletum:* quae ultima verba quo sensu dicantur a viro eruditissimo haud facile

intelligitur. Eum namque non latuit a Caietano nostro fuisse suppletum, quod in Commentariis s. Thomae desideratur : quod Caietani supplementum pluries typis editum huic Editioni adnectimus. Verum et longe ante Caietanum nonnulli incompletum Angelici opus supplere moliti sunt. In Veneta Peri hermeneias editione 1477, fol. 21 verso, legitur: *Explicit sententia libriperyermemas secundum sanctissimum doctorem Thomam de Aquino.* Deinde fol. 22 recto: *Hoc quod sequitur est secundum expositionem Gratiadei de Esculo, Ordinis Praedicatorum. Et per eum completur lectura haec: nam s. Thomas non plus fecit morte praeventus.* Incipit: *Deinde cum dicit: Similiter atitem se habet, distinguit enuntiationes, quae accipiunt pro subiecto nomen finitum universaliter sumptum* etc. Denique fol. 32 verso: *Explicit sttpplementum in librum secundum Periermenias secundum Gratiadeum de Esculo Ordinis Praedicatorum.* Floruit Gratiadeus, iuxta Leandrum Albertum, ad annum 1341, et eximius fuit, inquit Echard, et celebris sua aetate philosophus et theologus *(Scriptor. Ord. Praedic,* ad ann. 1341, tom. I, pag. 6o3). Supplementum Gratiadei extat etiam in alia Veneta editione 1495, sed additur *ex commentariis* eiusdem Auctoris *in eosdem libros Aristotelis* excerptum fuisse (fol. 15 verso). Denique in tertia editione pariter Veneta 1496, fol. i5 recto dicitur: *Plures eiusdem Ordinis* (Praedic.) *doctores clarissimi suppleverunt,* quae nempe deerant Commentario s. Thomae. Revera in codice Urbinate post ultimam s. Thomae lectionem, haec leguntur fol. 233 verso : *Hucusque scripsit s. Thomas de Aquino Ordinis Praedicatorum. Ea vero quae secantur scripsit frater Robertas de Fulgarbia Ordinis eorumdem Praedicatorum.* Incipit: *Similiter autem se habet. In hac parte multiplicat oppositionem in 'universalibus* etc. Desinit fol. 241 verso, coi. 2: *Pel de eodem in diversis témpore.* Tum: *Laus tibi Christe. Explicit expositio secundi libri Periarmenias s. Thomae de Aquino. Sed finita fuit per magistrum Robertum de Pulgarbia Ordinis eorumdem Praedicatorum. Finis.* Fragmentum huius supplementi, sed sine auctoris nomine, habetur etiam in cod. Vatie. 2115; ex quo eiusdem antiquitas constituitur: codex enim est labentis saeculi XIII. Codex Parisiensis 16154 habet et ipse fragmentum, sine nomine auctoris, alterius supplementi cuius specimen exhibeo in fine Commentarii s. Thomae.

Tres supradictas Venetas editiones saeculi XV prae manibus habui in adornanda hac Leonina editione. Prima, anni 1477, *impensis Iohannis de Colonia,* scatet mendis; altera 1495 per Bonetum Bergomensem, expensis Octaviani Scoti, *summa diligentia castigata per quemdam fratrem eiusdem Ordinis* (Praedicatorum) *vitae regularis professorem;* tertia denique 1496 cum supplemento Caietani per Otinum Papiensem, impensa... Alexandri Calcedonii, pisaurensis mercatoris. His adde duas alias editiones Venetas, supra etiam recensitas, saeculi XVI, quae praelaudatum supplementum habent Cardinalis Caietani.-Rari nunc sunt codices *Peri hermeneias.* Duo extant Lutetiae Parisiorum, quos Romae penes me habui. Codices sunt saeculi XIII, in bibliotheca Nationali signati sub nn. 16101 et 16154, Collectionis operum latinorum, sed erant olim bibliothecae Sorbonicae, cuius sigillum impressum retinent. Primus membran, in 4, diligentiori scriptura exaratus; alter vero, item membran, in 4, lectu minus facilis est. Hos codices olim in Sorbon. recensitos sub nn. 804 et 867, se vidisse testatur Echardus Op. et loc. cit. - Cod. 16101 (in Sorbon. 804) continet Commentarium s. Thomae in *Peri hermeneiam* (fol. 3-22); commentarium b. Alberti Magni in 8 libros *Toficorum* (fol. 23-110); commentarium eiusdem b. Alberti in librum *Elenchorum* (fol. 112-169): in eoque legitur : « Iste liber est Scolarium ex legato magistri Henrici de Leiliis in » Brabantia, canonici Leodiensis, quondam socii de Sorbona. » - Cod. 16154 (in Sorb. 867) habet Commentarios s. Thomae in libros *Physicorum* Aristotelis (fol. 2-66); in I et II *Posteriorum* (fol. 67-93); in I, II et III (octo lectiones) *De caelo et mundo* (fol. 94-123), cum supplemento *magistri Petri de Alvernia·,* in tres libros *De anima* (fol. 172-202); in *Peri hermeneiam* (fol. 259-271 verso et ultim.). Continet praeterea commentar. Aegidii Romani *De generatione* (fol. 186-170), et eiusdem commentar, (incomplet.) super librum *Elenchorum* ad Domin. Philippum Comit. Handrens. (fol. 204-267). Additur: « Iste liber est pauperum Magistrorum de Sorbona ex legato magistri

» Iacobi de Padua, doctoris in theologia, medicina et artibus, socii huius Domus de » Sorbona Parisii. »–Tres insuper codices eiusdem operis exstant in bibliotheca Vaticana. Primus est codex Vatie, n. 2115, membranae., in quarto, saeculi XIII: nonnulla Aristotelis continet opera, inter quae librum *Peri hermeneias* (fol. 34-48). Huic immediate subnectitur s. Thomae Commentarius (complectens folia 44-48 palimpsesta, in quibus Aristotelis erat liber primus *Topicorum},* scriptus manu diversa, minuta scriptura et ferme sine ullo margine. Est codex caeteris, meo iudicio, praestantior. Quod si in ipso lacunas interdum ac saepe sphalmata offendimus, talia tamen haec sunt ut seipsa prodant. Alter est Vaticanus n. 784, in fol. magn. membranaceus, saeculi XIV ineuntis. Fol. 190, recto, legitur: *Incipit sententia super libro Peryarmenias secundum fratrem Thomam de Aquino Ordinis fratrum Praedicatorum:* desinit expositio seu *sententia* fol. 229 recto. Praecedunt duo alia opuscula, nempe *Contra impugnantes Dei cultum et religionem* (fol. 1-84) et *Expositio librorum Dyonisii* (fol. 84-198): sequuntur autem: *Contra pluralitatem formarum* (fol. 229-244); *Tractatus in quo principaliter beatitudo consistat creata; in intellectus* (sic) *vel voluntatis* (fol. 244-249); *Quaestio breve* (sic) *edita a fratre Thoma de Aquino Ordinis Praedicatorum de fide, spe et caritate* (fol/249-828 et ultimo). Quae opuscula utrum omnia s. Thomae sint nec ne adiudicanda, suo loco dicemus. Codex est nitidis characteribus scriptus, sed ab amanuensi ignaro tum philosophiae, tum linguae latinae: unde mirum non est si erroribus scateat, - Tertius est codex Urbinas n. 214 membranaceus in fol. parvo, saeculi XV. Quàmvis nitida scriptura exaratus, inscitiam oscitantiamque amanuensis passim prodit ; et scriptus videtur non ad studium, sed ad solum ornamentum bibliothecae. Complectitur folia 3o6, et praeter Commentarium in librum Peri hermeneias alia continet opuscula, quae s. Thomae licet tribuantur, non omnia tamen s. Doctoris sunt. Nullam adnotationem codices Vaticani habent. - Exinde colliget lector codices Vatie. 2115 et Parisiens, longe maiorem, prae aliis, auctoritatem praeseferre quoad librum Peri hermeneias.

Codd. et Edd. citat.

A.	.	**Cod. Vatie. 2115**
B.	.	**» Paris. 16,154**
C.	.	**» Paris. 16,101**
D.	.	**» Vatie. 784**
E.	.	**» Urb. 214**
P.	.	**» Editio Piana**
a.		*** Editio Veneta Perih. 1477**
b.	.	**» Ed. Ven. Perih. 1495**
c.		**» Ed. Ven. Perih. 1496**

DIVI

THOMAE AQUINATIS

DOCTORIS ANGELICI

IN LIBROS PERI HERMENEIAS

EXPOSITIO

EPISTOLA NUNCUPATORIA

DILECTO SIBI PRAEPOSITO “ LOVAN1ENSI

FRATER THOMAS DE AQUINO

SALUTEM ET VERAE SAPIENTIAE INCREMENTA

diligentiae tuae, qua in iuvenili aetate non vanitati sed sapientiae fintendis, studio provocatus, et desiderio satisfacere cupiens, libro ^Aristotelis, qui Peri hermeneias dicitur, multis obscuritatibus
β involuto inter multiplices occupationum mearum sollicitudines, expositionem adhibere curavi, hoc gerens in animo sic altiora pro posse perfectioribus exhibere, ut tamen iunioribus proficiendi auxilia tradere non recusem. Suscipiat ergo studiositas tua praesentis expositionis munus exiguum, ex quo si profeceris, provocare me poteris ad maiora.

a) *Dilecto sibi Praeposito* etc. - Cod. B: *Dilecto sibi Proposito* (et ita A) *Lovaniensi Thomas* etc.

β) *Multis obscuritatibus involuto.* Consentiunt commentatores in hac s. Thomae sententia quoad obscuritatem huius Tractatus Aristotelis. « Magna quidem, *inquit Boethius in* » *exordio I Editionis in lib. I Perihermeneias,* libri huius » apud Peripateticam sectam probatur auctoritas. Hic nam- » que Aristoteles simplicium propositionum naturam dili- » genter examinat, sed eius series scrupulosa impeditur » semita, et sublimibus pressa sententiis, aditum intelli- » gentiae facilem non relinquit. » Et in prologo ad secundam Edit.: « Quanquam, *inquit,* multa sint Aristotelis, » quae subtilissima philosophiae arte celata sunt; hic ta- » men ante omnia liber nimis et acumine sententiarum » et verborum brevitate constrictus est. » Eadem ferme notaverat ante Boethium Ammonius in praefatione in hunc Peri hermeneias librum: « Celebris, *inquit,* apud » philosophos nec quaquam ignobilis Aristotelis *De inter-* » *pretatione* liber est, tum praeceptorum quae in eo tra- » duntur frequentia, tum dictionis difficultate: τη περι » την λεξιν δυσκολία . » (Venetiis, ed. graec. Aldi Pii Manutii, i5o3).

ARISTOTELIS PERI HERMENEIAS

LIBER I.

«■

LECTIO PRIMA

PROOEMIUM

Πρώτον δεῖ θε'σϋαι, τί ὀνομα καὶ *τί* ῥήμα, επειτα, τί ἐστιν ἀπόφασι καὶ κατα'φασί , καὶ ἀπο'φανσι καὶ λόγο .

*** Primum oportet constituere quid sit nomen, et quid sit verbum: postea quid negatio et affirmatio, et enuntiatio et oratio.** ▮ Cap. 1.

Synopsis. — i. Duplex est operatio intellectus, *simplex apprehensio* et *iudicium:* quibus additur tertia, scilicet *ratiocinium*. – 2. Obiectum circa quod Logica versatur; et libri Aristotelis ad Logicam spectantes. – 3. De titulo huius libri deque eius obiecto, quod est oratio enunciativa, in qua verum vel falsum invenitur. – 4. Prooemium libri.-5. Quaestioni cuidam respondetur,—In hoc libro *Peri henneneias* agitur de *nomine* et de *verbo* non quatenus absolute significant simplices intellectus, neque quatenus ex eis constituitur ordo syllogisticus, sed quatenus sunt partes enuntiationis.-6. Alterum dubium removetur. – Ex solo *nomine* et *verbo* simplex oratio fieri potest; et illa sunt principales orationis partes: sub quibus comprehenduntur *pronomina* et *participia*. Alia sunt magis colligationes partium orationis. – 7. Negatio et affirmatio sunt partes *subiectivae* seu *species,* non vero partes *intégrales* enuntiationis. – 8. Dubitatio removetur: – Enunciatio *hypothetica* ex pluribus catégoriels componitur. – Non continet *absolutam* veritatem. – 9. Vox est quoddam naturale, et non est proprie *orationis* genus.-10. Dubii solutio :- *Divisio* magis accedit ad partes; *compositio* ad totum. – In iis, quae possunt esse et non esse, prius est' *non esse,* quam *esse*.

1. Sicut dicit Philosophus in III *De* an^ma› duplex est operatio intellectus: una quidem, quae dicitur **ïâ** indivisibilium intelligentia “, per **^sc^yé^^quam** scilicet intellectus ? apprehendit essentiam uniuscuiusque rei in seipsa; alia est * operatio intellectus scilicet componentis et dividentis. Additur autem* et tertia operatio, scilicet ratiocinandi, secundum quod ratio procedit a notis ad inquisitionem * ignotorum. Harum autem operationum prima ordinatur ad secundam: quia non potest esse compositio et divisio, nisi simplicium apprehensorum. Secunda vero ordinatur ad tertiam: quia videlicet oportet quod ex aliquo vero cognito, cui intellectus assentiat, procedatur ad certitudinem accipiendam de aliquibus ignotis.

α

β

* Codd. *est autem;* et omittunt sequens *scilicet.* ' a : *etiam.*

* a : *manifestationem.*

2. Cum autem Logica dicatur rationalis scientia, necesse est quod eius consideratio versetur circa ea quae pertinent ad tres * praedictas operationes rationis. De his igitur quae pertinent ad primam operationem intellectus, idest de his ‘quae simplici intellectu concipiuntur, determinat * Aristoteles in libro *Praedicamentorum.* De his vero, quae pertinent ad secundam operationem, scilicet de enunciatione affirmativa et negativa, determinat Philosophus in libro *Perihermeneias.* De his vero quae pertinent ad tertiam operationem determinat in libro *Priorum* et in consequentibus, in quibus agitur de syllogismo *simpliciter* et de diversis syllogismorum et argumentationum speciebus, quibus * ratio de uno procedit ad aliud. Et ideo secundum praedictum ordinem trium operationum, liber *Praedicamentorum* ordinatur ad librum *Perihermeneias,* qui ordinatur ad librum *Priorum* et sequentes *.

Logica est scientia rationalis.

* b omittit *tres.*

• Codd. - *t .: determinavit.* Ei ita infra.

‘ A : *in quibus.*

’ Codd. : *consequentes.*

3. Dicitur ergo liber iste, qui prae manibus habetur, *Perihermeneias* *, quasi *De interpretatione.* Dicitur autem *interpretatio,* secundum Boethium, *vox significativa, quae per se aliquid significat* γ, sive sit complexa sive incomplexa. Unde *coniun-*

' a : *liber Perihermeneias, idest De* etc.

T

a) Dicitur indivisibilium intelligentia. **Ita cum editione Piana legunt Venetae editiones *bc* et codd. ABCE; editio autem Veneta *a* et codex D habent: *dicitur indivisibilium intellectiva.* Utraque lectio bona est, retinenda tamen ea, quam praetulerunt Romani editores. Sicut enim actio componens et dividens dicitur uno vocabulo *iudicium,* et operatio, qua proceditur a notis ad cognitionem ignotorum, dicitur *ratiocinium;* ita operatio intellectiva indivisibilium dicitur *intelligentia* (Cf. infra lect. m, n. 3) vel etiam simpliciter *intellectus,* non prout vocabulum istud designat facultatem intelligendi, sed actum vel habitum eius, nempe *intelligere* et *intellectionem* (Cf. lib. I *Posterior, analytic,* lect xt.iv, n. 3).-Aliunde dubium omne pellitur ex libro III *De anima,* quem citat s. Thomas. Ibi enim cap. vi, Aristoteles habet: 'H..... των αδιαιρέτων νὸησι , *indivisibilium intelligentia;* et s. Thomas hunc locum exponens lect. xi dicit: ‹ Una operationum intellectus est, » secundum quod intelligit indivisibilia.... Et haec intelligentia » etc. Haec notanda esse duxi, ut novitius ediscat penes s. Thomam et alios Scholasticos nomine *intelligentiae* proprie non designari facultatem intellectivam, sed actionem eiusdem facultatis, hoc est, cognitionem (P. 1, qu. lxxix, artic. x).**

β) Per quam scilicet intellectus **etc. In editione Piana deest vocabulum *intellectus,* quod, licet de facili subintelligatur, adiicimus tamen explicite ex codd.**

γ) *Interpretatio, secundum Boethium* **etc. Haec Boethius habet Prooemio Édit. prim, in lib. *De interpretatione* (Opp.-Basileae >570, pag. 215). *Interpretatio* (ἑρρ,ηνεία) *est vox significativa, per seipsam aliquid significans.* Et quia non solum *propositio* (quae est vox complexa), sed etiam *nomen* et *verbum* (quae sunt voces incomplexae) aliquid per seipsa significant, sequitur quod, iuxta sententiam Boethii, ab eodem expressam *(ib.), nomen* et *verbum* subiectum Peri hermeneias constituant non solum prout sunt partes *enuntiationis* seu propositionis, sed etiam secundum se sumpta. – Sed Boethio haud consentit s. Thomas, recte notando quod ille interpretatur, proprie loquendo, qui exponit aliquid esse verum vel falsum. Ergo *interpretatio* proprie non erit quaelibet vox per se significans, sed quae et per se significat et simul per se continet enunciatque verum vel falsum. Hoc autem proprium est vocis complexae seu orationis, imo solius *orationis enuntiativae,* quatenus haec distinguitur ab oratione optativa et imperativa et aliis, ut in hoc ipso numero optime dicit Angelicus. Unde**

cticmes et *praepositiones* et alia huiusmodi non dicuntur interpretationes, quia non per se aliquid significant. Similiter etiam voces significantes naturaliter, non ex proposito aut* cum imaginatione significandi, sicut sunt* voces brutorum animalium, interpretationes dici non possunt. Qui enim interpretatur aliquid exponere intendit. Et ideo sola *nomina* et *verba* et *orationes* dicuntur interpretationes, de quibus in hoc libro determinatur *. – Sed tamen nomen et verbum magis interpretationis principia esse videntur, quam interpretationes. Ille enim interpretari videtur, qui exponit aliquid esse verum vel falsum. Et ideo sola oratio enunciativa, in qua verum vel falsum invenitur, interpretatio vocatur. Caeterae vero orationes, *Vit optativa* et *imperativa,* magis ordinantur ad exprimendum affectum, quam ad * interpretandum id quod in intellectu habetur. Intitulatur ergo liber iste *De interpretatione,* ac si diceretur *De enunciativa oratione:* in qua verum vel falsum invenitur. Non autem hic agitur dc nomine et verbo, nisi in quantum sunt partes enunciationis. Est enim proprium uniuscuiusque scientiae partes subiecti tradere, sicut et passiones. Patet igitur ad quam partem philosophiae pertineat liber iste, et quae sit necessitas istius, et quem'ordinem teneat* inter Logicae libros.

4. Praemittit autem huic operi Philosophus prooemium, in quo sigillatim exponit ea, quae in hoc libro sunt tractanda. Et quia omnis scientia praemittit ea, quae de principiis sunt; partes autem compositorum sunt eorum principia; ideo oportet intendenti tractare de enunciatione praemittere de partibus eius. Unde dicit: *Primum oportet constituere,* idest definire *quid sit nomen et quid sit verbum.* In graeco habetur, *Primum oportet poni* et idem significat. Quia enim demonstrationes definitiones praesupponunt, ex quibus concludunt, merito dicuntur *positiones* *. Et ideo praemittuntur hic* solae definitiones eorum, de quibus agendum est: quia ex definitionibus alia cognoscuntur β.

5. Si quis autem quaerat, cum in libro *Praedicamentorum* de simplicibus dictum sit, quae fuit*

·*: et cum. titlîuudt 'P 'omit

**cde: determi-

•ac omitt. ad.

Proprium uniuscuiusque scientiae.

* codd.-P.: re#·

scientia praemittit ea quae de principiis sunt,

8

*«ïcomittÎtur»b

ε

' Codd. –p.. »·/.

colligitur quod titulus περ'ι ἑρμηνεία , qui de verbo ad verbum vertitur *De interpretatione*, philosophice reddi iure merito potest , *De enunciativa oratione.* Hinc Ammonius in prologo sui Commentarii in librum *Veri hermeneias* dicit: « *De interpretatione* librum inscripsit, perinde » quasi hoc modo, an *De enunciativa* inscribas *oratione,* nihil intersit: » επέγραψε το,βιβλίον περί ἑρμηνεία , ὡ οὐδεν διαφέρον η ούτω ἐπιγράφειν, » ἡ περ'ι τον αποφαντικού λόγου » (Venetiis, 1546, interprete Bartholomaeo Sylvanio, fol. 1, col. 3. - ib. graec. ed. cit. Aldi Pii Manutii).

Attamen quamvis oratio enunciativa constituat subiectum huius tractatus, non de illa solummodo hic agitur, sed etiam de nomine et verbo, aliisque ad ipsam enunciativam orationem pertinentibus. Ratio est quia proprium scientiae est cognitio sui subiecti ad quod tanquam ad suum finem ordinatur. Non autem possibile est cognoscere naturam cuiusque subiecti nisi cognoscantur partes ex quibus constituitur (sicut ad cognoscendam hominis naturam necesse est cognoscere eius partes, tum physicas, nempe animam et corpus organicum, tum metaphysicas, scilicet *animalitatem* et *rationalitatem'*) ; neque plene iterum cognoscitur ipsum subiectum, cognita ipsius natura, nisi etiam cognoscantur eius proprietates, seu propriae passiones, quae naturam ipsam subiecti consequuntur (eo modo quo capacitas sciendi in homine sequitur eius naturam rationalem). Atqui partes seu principia ex quibus constituitur oratio enunciativa sunt *nomina* et *verba.* Ergo et de istis et de proprietatibus enunciationis, prout ordinantur ad principale subiectum quod est ipsa enunciativa oratio, determinat liber iste Peri hermeneias.

Quibus constitutis, non est difficilis solutio quaestionis, quae quoad titulum περί ἑρμηνεία , praefixum huic libro ab ipso Aristotele, uti videtur, penes veteres agitabatur, quamque iterum recentiores versant. Aspasius enim et Alexander Aphrodisiensis, uti refert Boethius in Prologo secundae Ed. Commentarior. in hunc librum (pag. 291-2), *de oratione* hic tractari ab Aristotele iuxta titulum affirmabant: nam si proferre aliquid oratione, ut aiunt ipsi, interpretari est, *De interpretatione* liber veluti de oratione perscriptus est. Unde Alexander imperfectum addebat esse titulum praefixum; quia cum ερμηνεία sonet orationem quamcumque, nonnisi de oratione enunciativa, idest dc oratione in qua continetur verum vel falsum in libro est sermo. « Sed, *respondet Boethius,* qui (Ale» xander) semel solam orationem interpretationis nomine vocari recipit, » in intellectu quoque ipsius inscriptionis (*nempe* περί ερμηνεία) erravit. » Cur enim putaret imperfectum esse titulum, quoniam nihil dc qua » oratione disputaret adiecerit; ut si quis interrogans quid est homo, » alio respondente animal, culpet ac dicat imperfecte illum dixisse quid » sit, quoniam non sit omnes differentias persecutus?... Eodem quoque » modo et de oratione, si quis hoc concedat primum, nihil aliud inter» pretatione diti nisi orationem, cur qui de interpretatione inscripserit, » et de qua interpretatione dicat non addiderit, culpetur? Satis est enim » cum libri titulum etiam de aliqua continenti communione fecisse, ut nos » eum et de *nominibus* et *verbis* et de *orationibus,* cum haec omnia uno » interpretationis nomine continerentur, supra fecisse docuimus, cum hic » liber ab eo *CAristotele)* de interpretatione nominatus est » (Loc. supra cit. ex ll Edit.). Neque Alexandro neque Boethio subscribit s. Thomas : titulus non est imperfectus, quia ἑρμηνεία non orationem quamcumque, sed illam quae continet verum vel falsum seu *enunciativam* proprie significat; neque est titulus communis nomini, verbo et orationi, quia ἑρμηνεία non est λέξι , nempe dictio vel oratio quaecumque per se significans, sed significans verum vel falsum, ut dictum est: proindeque non comprehendit nomina ct verba praecise quia per se significant aliquid, sed quatenus sunt partes τη ἑρμηνεία , orationis videlicet interpretativae seu enunciativae, a qua, sicut a principaliori subiecto liber denominatur (Cf. Albert. Magn. in lib. 1 *Perihermeneias* tract. I, c. 1, p· îSy).

Theodor. Waitz, *Aristotelis Organon graece,* p. I, pag. 3a3, LÎpsiae 1844,-recitat et approbat sententiam Aquinatis aientis, nomen etverrum magis interpretationis principia esse quam interpretationes; verum loquens postea de Gumposch ait: « Titulum libri plane ineptum iudicat » (Gumposch) quem equidem ferri posse putaverim, quum ἑρμηνεία de » communicatione sermonis intelligitur, cuius principia in hoc libro tra» duntur » (Ib. pag. 324). Adde quod haec s. Thomae explicatio videtur haud satis conformis ipsi Aristoteli. In libro enim *De respiratione* cap. xi ait: « In quibusdam lingua et ad percipiendos sapores et ad for» mandum sermonem, χαι προ την ἑρμηνειαν, *(natura)* utitur. » Hoc loco, sicut et II *De anima,* cap. vin, n. 10, ἑρμηνειαν pro sermone usurpat Aristoteles; et pro elocutione sumit in libro *De rhetorica* ad Alexandrum capp. xxtn et xxiv. Quibus cohaerenter s. Isidorus in libro II *Originum* seu *Etymologiarum,* cap. xxvii, *De perihermeniis Aristotelis* loquens, ait: «Omnis elocutio conceptae rei interpres est; inde » Perihermeniam nominat *(Aristoteles)* quam interpretationem nos ap» pellamus. » – Hisce de causis nuperus auctor libri *De logica Aristotelis* existimat titulum Peri hermeneias verius verti *dc sermone,* non quidem generice accepto, prouti nempe est signum quodlibet sensibile manifestativum passionum animae (ut sumitur loco citato ex libro *De respiratione),* sed prouti strictiori sensu assumitur ad efformandas diversas propositiones.

Quae omnia, deducta ex ipso vocabulo περί ἑρμηνεία non infirmant, meo iudicio, sententiam s. Thomae. Etenim cum, philosophice loquendo, verum sit nomen et verbum, ex quibus enunciatio componitur, esse potius principia interpretationis quam interpretationes, sequitur quod interpretatio, ἑρμηνεία, proprie orationem in genere et magis etiam proprie orationem enunciativam designet. - Praeterea concedimus quod elocutio conceptae rei interpres est; sed ea de qua in hoc tractatu agitur, elocutio est non rhetorica sed philosophica vel dialectica (ut ex Alexandro refert Boethius loc. cit.), quae est idem ac enunciatio, qua mens conceptam rei veritatem aut falsitatem manifestat. Et ideo *sermo* manifestativus conceptuum mentis suam perfectionem propriumque finem non attingit nisi in enunciatione. Unde merito s. Thomas dicit ἑρμηνειαν hoc est *interpretationem* sumi ab Aristotele pro *enunciatione* in titulo huius libri. – Aegidius Columna, s. Thomae discipulus doctissimus: «Hic, *inquit,* » intendit determinare de compositione simplicium quidditatum, scilicet » de enunciatione sive interpretatione. Et in hoc patet subiectum huius » libri scilicet interpretatio... Et, si obiiciatur: interpretatio est locus dia» lecticus; ergo non est subiectum in hoc libro; dicendum quod locus » dialecticus est prout unum nomen exponitur per alia nomina; ut *phi» losophus* per hoc quod est *amator sapientiae.* Sed in hoc libro est » subiectum prout est idem quod enunciatio. Unde neque nomen per » se, neque verbum dicitur interpretatio, quae sunt partes interpreta» tionis; et interpretatio idem est quod enunciatio» (In lib. *Perihcrm.* Exposit. in prine.-Venetiis per Simonem De Luere ı5oγ fol. 47, verso, coi. 1). Nempe Aegidius vestigia premit Magistri, quem, ut in Praefatione diximus, sub nomine *Expositoris* frequentissime citat.

δ) *Merito dicuntur positiones.* De hac re copiose disserit s. Thomas in 1 *Posterior.,* lect. v, et in II, lect. via. – Cod. B: *ct merito,* sed non bene. Corrector autem huius cod. ex proprio arbitrio *ct* mutat in *ideo.*

ε) *Alia cognoscuntur.* CoJd. omnes.- P.: *alia capimus consequenter.* ~ A lectionem habet non admittendam : *et ideo praemittuntur solae definitiones, de quibus... alia cognoscuntur.*

necessitas ut hic rursum de nomine et verbo determinaretur; ad hoc dicendum quod simplicium dictionum triplex potest esse consideratio. Una quidem, secundum quod absolute significant simplices intellectus*, et sic earum consideratio pertinet ad librum *Praedicamentorum.* Alio modo, secundum rationem, prout sunt partes enunciationis; et sic determinatur de eis in hoc libro; et ideo traduntur sub ratione nominis et verbi: de quorum ratione est quod significent aliquid cum tempore vel sine tempore, et alia huiusmodi, quae pertinent ad rationem dictionum, secundum quod constituunt *enuntiationem.* Tertio modo, considerantur secundum quod ex eis constituitur ordo syllogisticus, et sic determinatur de eis sub ratione terminorum in libro *Priorum.*

Triplex simpli- consideratio.

▮ codd.-P.:fKw- *lectiones.*

6. Potest iterum dubitari quare, praetermissis aliis orationis * partibus, de solo nomine et verbo determinet. Ad quod dicendum est quod, quia de simplici enunciationc determinare intendit, sufficit ut solas illas partes enunciationis pertractet, ex quibus ex necessitate simplex oratio constat. Potest autem ex solo *nomine* et *verbo* simplex * *enuntiatio* fieri, non autem ex aliis orationis partibus sine his; et ideo sufficiens ei fuit de his duabus determinare. Vel potest dici quod sola *nomina* et *verba* sunt principales *orationis* partes. Sub nominibus enim comprehenduntur *pronomina,* quae, etsi non nominant naturam, personam tamen determinant ", et ideo loco *nominum* ponuntur: sub *verbo* vero *participium,* quod consignificat tempus9: quamvis et cum *nomine* convenientiam habeat. Alia vero sunt magis colligationes partium orationis, significantes * habitudinem unius ad aliam, quam orationis partes; sicut clavi et alia huiusmodi non sunt partes navis, sed partium navis coniunctiones.

•asc :orationum,

i

0

•a : *signijican-*

7. His igitur praemissis quasi principiis, subiungit de his, quae pertinent ad principalem intentionem, dicens: *Postea quid negatio et quid affirmatio,* quae sunt enunciationis partes: non quidem intégrales, sicut *nomen* et *verbum* (alioquin oporteret omnem enunciationem ex affirmatione et negatione compositam esse '), sed partes *subiectivae,* idest *species.* Quod quidem nunc supponatur, posterius autem manifestabitur *.

▮ Lect.vni., n.20 et seq.

8. Sed potest dubitari : cum enunciatio dividatur in *categoricam* et *hypotheticam,* quare de his non facit mentionem, sicut de affirmatione et negatione. Et potest dici quod hypothetica enunciatio ex pluribus catégoriels componitur. Unde non differunt nisi secundum differentiam unius et multi. – Vel potest dici, et melius, quod hypothetica enunciatio non continet absolutam veritatem, cuius cognitio requiritur* in demonstratione, ad quam liber iste principaliter ordinatur ; sed significat aliquid verum esse ex suppositione: quod non sufficit in scientiis demonstrativis, nisi confirmetur per absolutam veritatem simplicis enunciationis. Et ideo Aristoteles praetermisit tractatum de hypotheticis enunciationibus et syllogismis. Subdit autem, *et enunciatio,* quae est genus negationis et affirmationis; *et oratio,* quae est genus enunciationis.

• a : *requisita est.*

9. Si quis ulterius quaerat, quare non facit ulterius * mentionem de *voce,* dicendum est quod vox est quoddam naturale ; unde pertinet ad considerationem *Naturalis philosophiae,* ut patet in secundo *De anima* *, et in ultimo *De generatione animalium* *. Unde etiam ** non est proprie *orationis* genus, sed assumitur ad constitutionem orationis, sicut res naturales ad constitutionem artificialium.

▮ *Ulterius* omittitur a cod. a .

* Cap. vm, n. 10 el seqq. - Commem. s. Thomae lect. xvm.

' Cap. vn. Codd. omittunt *etiam.*

10. Videtur autem ordo enunciationis esse praeposterus *: nam affirmatio naturaliter est prior negatione, et iis prior est enunciatio, sicut genus;

x

ζ) *Quia de simplici enunciations..... solas illas partes* etc. Veram hanc lectionem codd. ACDE sufficimus lectioni Pianae, quae cum cod. B habet: *quia de simplici oratione..... solas partes* etc. Etenim lect. v» enumerantur diversae orationis species, et dc sola oratione enunciativa, utpote quae directe ordinatur ad scientiam demonstrativam, dicitur esse praesens consideratio; sed aliae orationis partes ad alias artes pertinent, puta ad rhetoricam , poeticam etc. Qua de re vide quae hic supra num. 3 dicta sunt tum in textu tum in nota. – Sed praeterea cod. A immediate prosequitur: *solas illas partes orationis* etc. Quae lectio mihi omnino placet, et certe dubio proposito magis respondet, quam *enunciationis.* Sed his positis, legendum mihi videtur in fine, non *oratio,* sed *enunciatio;* nempe: *quia de simplici enuntiatione determinare intendit, sufficit ut solas illas partes orationis pertractet, ex quibus ex necessitate simplex enunciatio constat.*

η) *Etsi non nominant naturam, personam tamen determinant.* Codd. DE habent: *etsi non naturam, personam tamen determinant.* Editio vero *a* legit sicut Piana: *etsi non nominant* (naturam) *personam tamen determinant.* Sensus idem est, sed retinenda lectio Piana, utpote quae magis perspicua. Vult enim s. Thomas quod *nomen* significat naturam; et quod *pronomen* non determinatam significat naturam, sed *personam determinatam,* ut ipse explicite tradit lect. iv, num. 13. – Cod. A : *etsi unam personam tantum determinant, sub verbo* etc. Quae lectio mutila est, et sensum nullum exhibet. Etiam codd. BC turbatam omnino atque inintelligibilem produnt lectionem, omittendo cum A verba *non nominant... et ideo loco nominum ponuntur.* In cod. denique B abrasa est primitiva lectio , ita ut non sit amplius legibilis, et verba *naturam, personam,* secunda manu scripta sunt.

0) *Quod consignificat tempus.* Ita legendum est cum editione Piana et cod. B; non autem, *quod significat tempus,* ut habent codd. ACD. Participium enim quia participat verbum, hac de ratione *consignificat* actionem vel passionem verbi; et ideo etiam *ex consequenti* significat tempus, nempe *consignificat,* ut s. Thomas lect. v dicit. Verbum autem primo et per se-significat actionem vel passionem, quae nobis notae sunt in tempore. Qua de causa et ipsum verbum primo et per se non significat tempus, sed significat cum tempore, seu *consignificat* tempus. – Sed de his plura infra. – Cod. E : *quod signat tempus.*

1) *Compositam esse.* Codd. omnes et tres editiones Venetae saeculi XV, nec non alia 15e6 legunt *compositam esse.* In editione Parisiensi 1660 locus iste, si a mendis typographicis expurgetur, convenit cum editionis Pianae lectione, quae est: *compositam nomen esse vel verbum.* Sic etiam legitur in Veneta editione *Perihermen. iSSj* et Opp. s. Thomae 15g5 ; item in Antuerpiensi 1G12. Cuius autem codicis auctoritate freti Piani editores (et cum his Mallet in ed. Paris, ac Morelles in Antuerp.) posuerint *compositam nomen esse vel verbum,* non dicunt; at procul dubio non sine codicibus optimae notae viri doctissimi moti fuissent ad praefatam lectionem adhibendam, si eam adhibuissent: quod ideo dico, quia mendum existimo irrepsisse ex typographorum oscitantia in Ven. 155y, quam deinde sequutae sunt posteriores editiones. Sed quidquid denique hac de re sit, lectio est reiicienda: nam sensus expressus a s.Thoma est: sicut ex eo quod *nomen* et *verbum* sunt partes *integrates ,* seu partes necessario requisitae ad propositionem, omnis propositio est necessario composita ex *nomine* simul et *verbo;* ita necessario componeretur ex *affirmatione* simul et *negatione,* si ipsae non secus ac nomen et verbum essent partes intégrales propositionis. – Cod. B non legit., *alioquin oporteret,* sicut revera legendum est cum aliis codd. et edd., sed, *a quo enim oportet.* Idem cod. contra textum Aristotelis et apertum commentarium s. Thomae (Cf. infr. n. 10) legit paulo supra: *postea quid affirmatio et negatio.*

x) *Videtur autem ordo enunciationis esse praeposterus.* « Syrianus » *vero, inquit Boethius,* cui Philoxenus cognomen est, hoc loco quaerit, » cur proponens prius de negatione post de affirmatione pronunciaverit » *(Aristoteles)* dicens: Primum oportet constituere quid sit nomen et » quid verbum, postea quid negatio et affirmatio » *(In lib. De interpret.* Ed. 11, *De signis,* pag. 2g5). Quod quidem dubium a se propositum solvit ipse Syrianus duabus adductis rationibus, quas primo et secundo loco recitat s. Thomas: ‹ qua in expositione, *addit Boethius ib.,* ab » Alexandri quoque opinione non recedit. » – Cod. C verba omnia transcripta in principio huius notae omittit, ac incipit: *nam affirmatio;* sed illis omissis, cur caetera transcriberet imperitus amanuensis ignoravit.

et per consequens oratio enunciatione. – Sed dicendum quod, quia a partibus inceperat enumerare λ procedit a partibus ad totum. Negationem autem, quae divisionem continet, eadem ratione praeponit affirmationi, quae consistit in compositione: quia divisio magis accedit ad partes, compositio vero magis accedit ad totum. Vel potest dici, secundum quosdam, quod praemittitur negatio, quia in iis quae possunt esse et non esse, prius est *non esse,* quod significat negatio, quam *esse,* quod significat affirmatio. – Sed tamen *, quia sunt species ex aequo dividentes genus, sunt simul natura; unde non refert quod eorum praeponatur.

men *unt·

λ) *Sed dicendum quod quia a partibus inceperat enumerare* etc. Ita edit. Piana. – Codd. BC legunt: *sed dicendum* (C *dicendum est) quod quia a partibus inceperat enunciare;* et in hac lectione consentiunt codd. DE. Nolo contradicere auctoritati quatuor codd., praesertim Parisiensium; at *enumerare* edd. Pianae et Ven. retineo, quia sensum perspicuum exhibet, cum *enunciare* nonnihil obscuri habeat. Posito tamen *enumerare,* dubium subit num forte in principio huius numeri legendum sit *ordo enumerationis,* potius quam *ordo enuntiationis,* uti habent codd. et edd. omnes. – Cod. autem A primam partem huius sententiae *sed dicendum* etc. omnino omittit; alteram vero partem corrumpit legendo: *ab enuntiatione procedit ad totum.* Sed et corruptam etiam lectionem habet in principio huius numeri; *videntur autem affirmationes esse posterius: nam affirmatio est prior* etc. Infra etiam legit: *negationem etiam... eadem ratione postponitur* (praeponitur?)... *quae ratio consistit... quam quod significat... si tamen sunt species ex quo dividentes.* – Haec noto in specimen corruptionis huius codicis, cuius gemmae plurimo luto foedantur; ne a me postulet lector ut σφάλματα omnia tum huius, tum aliorum, quibus utor, codd. recenseam.

LECTIO SECUNDA

DE VOCUM SIGNIFICATIONE

Εστι [Λεν ούν τά έν τη φωνή τών έν τη ψυχ.η μάτων σύμβολα, καί τά γραφόμενα τών έν τη φωνή.

Καί ώσπερ ούοέ γράμματα πάσι τά αύτά, ούδ>έ φωνχ'ι αί αύταί·

ών μεντοι ταΰτα σημεία πρώτω , τά αύτά πάσι παθήματα τη ψυχή , και ών ταΰτα ομοιώματα, πράγματα ηδη ταύτά.

Περί μ,έν ούν τούτων ειρηται έν τοΐ περί ψυχή · άλλη γάρ ταΰτα πραγματεία .

* Sunt ergo ea quae sunt in voce, earum quae sunt in anima passionum notae: et ea quae scribuntur, eorum quae sunt in voce.

Et quemadmodum nec litterae eaedem omnibus, *sic* nec eaedem voces:

quorum autem hae *primorum* primo notae sunt, eaedem omnibus passiones animae sunt; et quorum hae similitudines, res etiam eaedem.

De his itaque dictum est in his, quae dicta sunt de anima: alterius est enim negocii.

' Seq. c. l.

Synopsis.— i.Ordo dicendorum.—2. Homini, natura sua rationali et sociali, necessariae sunt voces et scriptura.-3. Vocum *significatio,* utpote quae est immediata conceptionibus intellectus, pertinet ad principalem considerationem Logicae. – 4. Nomen et verbum et alia huiusmodi tripliciter habent esse, in conceptione intellectus, in prolatione vocis et in conscriptione litterarum.– 5. Nomina, verba et orationes significant immediate intellectus conceptiones, et eis mediantibus res. – 6. Conceptio intellectus lato sensu potest dici passio:-vocesque dicuntur esse signa *passionum* animae, tum quia ex passione provenit ut homo interiorem conceptum per voces alteri significare velit; tum quia conceptio intellectus, quam significant, a rebus quodammodo oritur per modum cuiusdam passionis sensus, a quo est phantasma, sine quo in nobis non est intelligere. - 7. Nomina et verba scripta immediate significant nomina et verba quae sunt in voce,- 8. Quia nec voces articulatae, nec litterae sunt eaedem apud omnes, ideo non naturaliter significant, sed ex institutione humana.- Attamen sunt quaedam voces quae naturaliter significant, et quae propterea eaedem sunt apud omnes. – 9. Passiones seu cognitiones naturaliter res designant, ex vi requisitae similitudinis rei cognitae in cognoscente; et ideo eaedem sunt apud omnes. - 10. Simplices intellectus conceptiones, quibus essentia rei cognoscitur, semper sunt verae et eaedem apud omnes et eas primo voces significant. – 11. Identitas conceptionis adserta in omnibus non est per comparationem advoces, sed per comparationem ad res.– 12. Tractatus de cognitione non pertinet ad Logicam.

£ raemisso prooemio, Philosophus accendit ad propositum exequcndum. Et quia ea, de quibus promiserat se dicturum, sunt voces significativae complexae vel incomplexae, ideo praemittit tractatum de *significatione* vocum: et deinde de vocibus significativis determinat de quibus in prooemio se dicturum promiserat.* Et hoc ibi: *Nomen ergo est vox significativa * etc.* - Circa primum duo facit: primo, determinat qualis sit significatio vocum: secundo, ostendit differentiam significationum * vocum *complexarum* et *incomplexarum; ibi: Est autem quemadmodum* * etc. – Circa primum duo facit: primo quidem, praemittit ordinem significationis vocum; secundo, ostendit qualis sit vocum significatio, utrum sit ex natura vel ex impositione; ibi: *Et quemadmodum nec litterae* etc.*

2. Est ergo considerandum quod circa primum tria proponit, ex quorum uno intelligitur quartum. Proponit enim *scripturam, voces* et *animae passiones *,* ex quibus intelliguntur *res.* Nam passio est ex impressione alicuius agentis; et sic passiones animae originem habent ab * ipsis rebus. Et si quidem homo esset naturaliter animal solitarium, sufficerent sibi animae passiones, quibus ipsis rebus conformaretur, ut earum notitiam in se haberet; sed quia homo est animal naturaliter *politicum* et *sociale,* necesse fuit quod conceptiones unius hominis innotescerent aliis, quod fit per vocem; et ideo necesse fuit esse voces significativas, ad hoc quod homines ad invicem * conviverent. Unde illi, qui sunt diversarum linguarum , non possunt bene convivere ad invicem “. Rursum si homo uteretur sola cognitione sensitiva, quae respicit solum * ad *hic* et *nunc ?,* sufficeret sibi ad convivendum aliis vox significativa, sicut et caeteris animalibus, quae per quasdam voces, suas conceptiones invicem sibi manifestant: sed quia homo utitur etiam intellectuali cognitione, quae abstrahit ab *hic* et *nunc;* consequitur ipsum sollicitudo non solum de praesentibus secundum *locum et tempus γ,* sed etiam de his quae distant loco et futura sunt tempore. Unde ut homo conceptiones suas etiam his qui distant secundum locum et his qui venturi sunt in futuro tempore manifestet, necessarius fuit usus *scripturae s.*

3. Sed quia Logica ordinatur ad cognitionem de rebus sumendam, significatio vocum, quae est immediata ipsis conceptionibus intellectus, pertinet ad principalem considerationem ipsius; significatio autem litterarum, tanquam magis remota, non pertinet ad eius considerationem, sed magis * ad considerationem grammatici. Et ideo exponens ordinem significationum non incipit a

omittit «</»«· *vicem.*

« jbc omittunt »o- ?

γ

s

‘a omiit.wiflgn.

‖ bce : *praedixerat.*
' I.lect. iv.

• b omittit *significationum.*
'· Lect. tn.

Infra n. 8.

• Infra n. 5.

‖ B : e.v.

a) *Non possunt bene convivere ad invicem:* «Linguarum diversitas, » *inquit s. Augustinus,* hominem alienat ab homine. Nam si duo sibimet » invicem fiant obviam, neque praeterire, sed simul esse aliqua necessitate cogantur, quorum neuter norit linguam alterius; facilius sibi » animalia muta, etiam diversi generis, quam illi, cum sint homines » ambo, sociantur. Quando enim quae sentiunt, inter se communicare » non possunt, propter solam linguae diversitatem, nihil prodest ad consociandos homines tanta similitudo naturae: ita ut libentius homo sit » cum cane suo, quam cum homine alieno » *(De civitate Dei,* lib. XIX, cap. vu, ed. Maur.). – Cod. B: *unde aliqui* (in marg. add. *qui) sunt diversarum... ad invicem convivere.*

β) *Hic* et *nunc,* idest loci et temporis determinatio (Cf. *Posterior, analytic,* lib. 1, lect. xui).

γ) *Secundum locum,* quod Scholastici etiam dicunt *secundum hic;* sicut *secundum tempus* determinatum dicunt *secundum nunc.*

0) *Scripturae* vel prout communiter hoc vocabulo intelligitur, vel

litteris, sed a vocibus: quarum primo significationem exponens, dicit: *Sunt ergo ea, quae sunt in voce, notae,* idest, signa *earum passionum quae sunt in anima.* Dicit autem * *ergo,* quasi ex praemissis concludens: quia supra dixerat ‘ determinandum esse de nomine et verbo et aliis praedictis; haec autem sunt voces significativae; ergo oportet vocum significationem exponere.

4. Utitur autem hoc modo loquendi, ut dicat, *ea quae sunt in voce,* ct non, *voces,* ut * quasi continuatim loquatur cum praedictis. Dixerat enim dicendum esse de nomine et verbo et aliis huiusmodi. Haec autem tripliciter habent *esse.* Uno quidem modo, in conceptione intellectus; alio modo, in prolatione vocis; tertio modo, in conscriptione * litterarum. Dicit ergo, *ea quae sunt in voce* etc.; ac si dicat, nomina et verba ct alia consequentia, quae tantum sunt in voce, sunt *notae.* - Vel, quia non omnes voces sunt significativae, et earum quaedam sunt significativae naturaliter, quae longe sunt a ratione nominis et verbi et aliorum consequentium; ut appropriet suum dictum ad ea de quibus intendit, ideo dicit, *ea quae sunt in voce,* idest quae continentur sub voce, sicut partes sub toto. - Vel, quia vox est quoddam naturale, nomen autem ct verbum significant ex institutione humana, quae advenit rei naturali sicut *materiae,* ut forma lecti ligno; ideo ad designandum nomina et verba et alia consequentia dicit, *ea quae sunt in voce,* ac si de lecto diceretur, ea quae sunt in ligno .

5. Circa id autem* quod dicit,*earum quae sunt in anima passionum,* considerandum est quod *passiones* animae communiter dici solent appetitus sensibilis allectiones, sicut *ira, gaudium* et alia huiusmodi, ut dicitur in II *Ethicorum* *. Et verum est quod huiusmodi passiones significant naturaliter quaedam voces hominum, ut *gemitus* infirmorum, et aliorum animalium*, ut dicitur in I *Politicae* *. Sed nunc sermo est de vocibus significativis ex institutione humana; et ideo oportet passiones animae hic intelligere intellectus conceptiones, quas nomina et verba et orationes significant immediate *,.secundum sententiam Aristotelis. Non enim potest esse quod significent immediate ipsas res, ut ex ipso modo significandi apparet: significat enim hoc nomen *homo* naturam humanam in abstractionc * a singularibus. Unde non potest esse quod significet immediate hominem singularem; unde * Platonici posuerunt quod significaret ipsam *ideam* hominis * separatam. Sed quia hoc * secundum suam abstractionem non subsistit realitcr * secundum sententiam Aristotelis, sed est in solo intellectu; ideo necesse fuit Aristoteli dicere quod voces significant intellectus conceptiones immediate et eis mediantibus res.

6. Sed quia non est consuetum quod conceptiones intellectus* Aristoteles nominet *passiones;* ideo Andronicus posuit hunc librum non esse Aristotelis ”. Sed manifeste invenitur in I *De anima* * quod passiones animae vocat omnes animae operationes °. Unde et ipsa conceptio intel-

ε) *Concludetis: quia supra dixerat* etc. – Codd. BC: *quasi ex praemissis concludens, ut supra dixerat* etc. Cod. A: *quasi... ut etiam dixerat.* – Retinenda Piana, ut ex contextu est manifestum.

ζ) *Ac si de lecto diceretur* ctc.-Cod. A: *ac si diceretur, ea quae sunt in lecto.* Lectio obscura: vult enim exemplo inducto s. Thomas ostendere quod significatio est in voce eo ferme modo, quo forma lecti est in ligno. Quam comparationem subintellectam a cod. cit. Piana cd. aliique codd. explicite ponunt, ct melius. – Cod. C habet *dicerentur,* et amanuensis oscitanter omittit *nomina et verba et alia consequentia.*

η) *Andronicus posuit hunc librum non esse Aristotelis.* Andronici Rhodii (flor, saecul. Ciceronis) temeritatem merito notat s. Thomas; sed placet etiam addere quae habet b. Albertus Magnus in I *Peri hcrin.* tract. I, cap. 1 in fine: « Quod de auctore quidam quaerunt supervacuum est et » numquam ab aliquo philosopho quaesitum est nisi in scholis Pytha- » gorac: quia in illis scholis nihil recipiebatur nisi quod fecit Pytha- » goras. Ab aliis autem hoc quaesitum non est: a quocumque enim » dicta erant recipiebantur, dummodo probatae veritatis haberent ratio- » nem. Causa enim efficiens extra rem est, et ab ea res non habet fir- » mitatem vel infirmitatem, sed potius a ratione dictorum. Fuit autem » Aristoteles huius scientiae primus auctor; et ideo non verum dicit » Andronicus hunc librum aliis attribuens» (Opp. tom. 1,pag. 238,coi. 2- Lugduni 1651). – Andronicum vere ac fortiter redarguit Alexander Aphrodisiensis (floruit saeculo II aerae Christ.), qui tanta apud veteres polluit auctoritate, ut per antonomasiam *Commentator* Aristotelis vocaretur, ὁ εξηγητή . Alexandri argumenta postquam retulit Boethius, concludit: « Quare non est audiendus Andronicus, qui propter *passionum* nomen » hunc librum ab Aristotelis operibus separat » (Prolog, in lib. *De interpretatione,* Edit, altera, pag. 292). Etiam Ammonius Hermea (flor, saec. V), discipulus Procli, contra Andronicum haec urget: « An vero sit » legitimum opus *(Peri hermeneias)* Philosophi, nemo in Aristotelis le- » ctione versatus, si tum orationis probabilitatem, artificiosumque et » severum ac familiare Philosopho praeceptorum genus quae in eo » traduntur, tum cum aliis eius libris consensum rcspiciat, dubitandum » existimabit, praeter Andronicum Rhodium. » Deinde argumento deducto ex vocabulo *passionis* refutato, concludit: « Quapropter non iure An- » dronicus falso librum ferri acceptum Philosopho suspicatus est » (In praefat. ad lib. *De interpretatione...* latina oratione reddente Bartholomaeo Sylvanio. Venetiis 15q6, fol. 1, verso).

Verum, licet Ammonius Hcrmcnciam veluti genuinum Aristotelis foetum cum sapientioribus criticis defendat, ultimam tamen partem huius operis (cap. xtv) quae est de vi oppositarum propositionum *(Utrum autem contraria* etc.), non esse Aristotelis suspicatur: « Quae sequuntur, » *inquit,* aut legitime non esse Aristotelis suspicor, sed ab aliquo qui » eo fuerit posterior addita...; aut abeo quidem fuisse conscripta, verum » ut qui lectorem modo exercere ad rationes eas diiudicandas quae pro- » habiliter quidem, non tamen vere dicerentur, voluerit. » In hanc suspicionem descendit Ammonius quia existimabat < contraria sentire in libris » suis omnibus videri Philosophum iis quae hoc loco disseruntur. » Additque hanc quoque, ut ipse opinatur, causam fuisse Porphyrio « ut hu- » iuscc theorematis expositionem recusarit » (Ib. fol. 38, recto, coi. 1 et 2). Quae sint illa *contraria* ad quae alludit Ammonius non dicit, et existimo a nemine posse indicari. – Andronicus nonnisi saeculis posterioribus, nempe XVI et XVII quatuor alicuius nominis nactus est sectatores, nempe Ludovicum Vives (f 1640), Petrum Ramum (f 1572), Franciscum Patricium (f 1597) et Petrum Gassendi (f 1655). Quos tamen sicut et Andronicum merito sapientes omnes non curarunt. Nostro saeculo in defensionem authentiae Logicae Aristotelis erudita opera prodierunt.

0) *Passiones aniniae vocat omnes animae operationes.* Quae hic s. Thomas notat de vocabulo *passionis,* prout eo Aristoteles utitur ad designandum etiam quamcumquc animae operationem, recto sensu accipienda sunt. - Possumus ergo constituere omnes operationes animae vocari, generico vocabulo ct sensu latissimo,jussiones vel *affectiones* animae; at non vicevcrsa passiones animae proprie dictae possunt significare omnes animae operationes, v. g. *intelligere, velle* etc. Ratio est, quia operationes animae etsi omnes conveniant in genere operationis, ad invicem tamen distinguuntur specie, neque debet una cum alia confundi, vel in ipso vocabulo. Ceterum ad haec plenius intclligenda, transcribere licet quae s. Thomas habet p. 1, qu. lxxix, art.n: «Pati, *inquit,* tripliciter » dicitur. Uno modo *propriissime,* scilicet quando aliquid removetur ab » eo, quod convenit sibi secundum naturam aut secundum propriam » inclinationem; sicut cum aqua frigiditatem amittit per calefactionem, » et cum homo aegrotat aut tristatur. – Secundo modo *minus proprie* » dicitur aliquis pati ex eo quod aliquid ab ipso abiicitur, sive sit ei » conveniens sive non conveniens. Et secundum hoc dicitur *pati* non » solum qui aegrotat, sed etiam qui sanatur; non solum qui tristatur » sed etiam qui laetatur; vel quocumque modo aliquis alteretur vel » moveatur. – Tertio dicitur aliquis pati *communiter* ex hoc solo, quod » id quod est in potentia ad aliquid, recipit illud ad quod erat in po- » tentia, absque hoc quod aliquid abiiciatur. Secundum quem modum, » omne quod exit de potentia in actum potest dici *pati,* etiam cum » perficitur. Et sic intelligere nostrum est *pati.* » – Nota etiam pulcherrimas rationes cur Aristoteles, iuxta s. Thomae interpretationem, utatur hic potius nomine *passionum* quam *intellectuum,* nomine nempe generico potius quam specifico (Cf. lect. 11 cit. in marg., in 1 *Dc anima*).

Sed heic quoque novitios ducimus praemonendos ut caveant a confusione in quam novimus homines etiam doctos nostri temporis in-

lectus passio dici potest. – Vel * quia intelligere nostrum * non est sine phantasmate: quod non est sine corporali passione; unde et *imaginativam* Philosophus in III *De anima* * vocat ** *passivum intellectum.* – Vel quia extenso nomine *passionis* ad omnem receptionem, etiam ipsum *intelligere* intellectus *possibilis* quoddam pati est, ut dicitur in III *De anima* *. Utitur autem potius nomine *passionum,* quam *intellectuum:* tum quia ex aliqua animae passione provenit', puta ex amore vel odio, ut homo interiorem conceptum per vocem alteri significare * velit: tum etiam quia significatio vocum refertur ad conceptionem intellectus, secundum quod oritur a rebus per modum cuiusdam impressionis vel passionis.

7. Secundo, cum dicit: *Et ea quae scribuntur* etc., agit de significatione scripturae: et secundum Alexandrum hoc inducit ad manifestandum * praecedentem sententiam per modum similitudinis, ut sit sensus: Ita ea quae sunt in voce sunt signa passionum animae, sicut et litterae sunt signa vocum. Quod etiam manifestat per sequentia, cum dicit: *Et quemadmodum nec litterae* etc.; inducens hoc quasi signum praecedentis. Quod enim litterae significent voces, significatur per hoc, quod, sicut sunt diversae voces apud diversos, ita et * diversae litterae. Et secundum hanc expositionem, ideo non dixit, et * *litterae eorum quae sunt in voce,* sed *ea quae scribuntur:* quia * dicuntur litterae etiam in prolatione et scriptura, quamvis magis proprie, secundum quod sunt in scriptura, dicantur litterae; secundum autem quod sunt in prolatione, dicantur elementa vocis. *-Sed quia Aristoteles non dicit, *sicut et ea quae scribuntur,* sed continuam narrationem facit, melius est ut dicatur, sicut Porphyrius exposuit, quod Aristoteles procedit ulterius ad complendum ordinem significationis. Postquam enim dixerat quod nomina et verba, quae sunt in voce, sunt signa eorum * quae sunt in anima, continuatim subdit quod nomina et verba quae scribuntur, signa sunt eorum nominum et verborum quae sunt in voce.

8. Deinde cum dicit: *Et quemadmodum nec litterae* etc., ostendit differentiam praemissorum *significantium* et *significatorum,* quantum ad hoc, quod est esse secundum naturam, vel non esse x. Et circa hoc tria facit. Primo enim, ponit quoddam signum, quo manifestatur quod nec voces nec litterae naturaliter significant. Ea enim, quae naturaliter significant *, sunt eadem apud omnes. Significatio autem litterarum et vocum, de quibus nunc agimus, non est eadem apud omnes. Sed* hoc quidem apud nullos unquam dubitatum fuit quantum ad litteras: quarum non solum ratio significandi est ex impositione, sed etiam ipsarum formatio fit per artem. Voces autem naturaliter formantur; unde et apud quosdam dubitatum fuit, utrum naturaliter significent. Sed Aristoteles hic * determinat ex similitudine litterarum, quae sicut non sunt eaedem l apud omnes, ita nec voces. Unde manifeste relinquitur quod sicut nec litterae, ita nec voces naturaliter significant, sed ex institutione humana*. Voces autem illae, quae naturaliter significant, sicut gemitus infirmorum et alia huiusmodi, sunt eaedem apud omnes.

9. Secundo, ibi: *Quorum autem* etc., ostendit passiones animae naturaliter esse, sicut et res*, per hoc quod caedem sunt apud omnes. Unde dicit: *Quorum autem;* idest sicut passiones animae sunt caedem omnibus *(quorum primorum* idest qua-

* a omittit *vel.*

*bc erronee omittunt *nostrum.*

* Cap. v, n. 2. - Comment, s. Th. lect. x.
·· Codd.: *nominat.*

* Cap. iv, n. io et seq. - Comment, s. Th. lect. lx.

• Codd.-p.: *significari.*

* b: *intelligendum.* Alexander.

* *Et* ex bc.-a: *et ita.*

* b: *quod.*

* b: *quae.*

• bc: *vocum.*

Porphyrias.

' com.-P.: *earum,* nempe/m*. *uonum, quae etc.*

χ

* abc: *sunt.*

* *bc: *et*

* "" J™babi"

λ

*cf.i ect. iv, nn. ",l2'

· codd., excepto ' res

p.

cidcre, et quae una ex rationibus est cur in Aristotelis doctrinis antilogias inveniri nonnulli contendant. Loquor de *intellectu passivo* et de *intellectu possibili.* Porro *intellectus passivi* nomine designatur ab Aristotele facultas sensitiva interna, quae est vel *imaginativa,* sicut dicitur in citato tertio libro *De anima,* vel *aestimativa,* quae frequentius nomine intellectus passivi designatur; et ideo est facultas organica, corruptoque corpore organico perit. At contra *intellectus possibilis* est facultas propria animae humanae, sine corporis commixtione, ab anima inseparabilis, et ideo inorganica, spiritualis et incorruptibilis sicut anima ipsa. De utroque intellectu passim occurrit sermo in Aristotele, quem Scholastici hac in re sequuntur: sed de uno et de altero opposita affirmantur et affirmanda sunt. Quia tamen intelligere nostrum est quoddam pati, ut audivimus a s.Thoma, et ideo intellectus possibilis est passivus quodammodo;, ex hoc sumpserunt nonnulli occasionem confundendi intellectum possibilem cum intellectu passivo: qua admissa confusione, antilogiae revera existunt in Aristotelis doctrina de intellectu nostro; sed de huiusmodi antilogiis non quidem Philosophus culpandus est, sed illi qui confundunt quae Stagirita accurate distinguit.

t) *Ex aliqua animae passione provenit etc.* Hanc rationem tangit Boethius contra Andronicum : « Aristoteles enim, *inquit,* idcirco passiones ani» mae intellectus vocavit, quod intellectus quos sermone dicere et oratio» ne proferre consuevimus, ex aliqua causa atque utilitate profecti sunt. » Ut enim dispersi homines colligerentur, et legibus vellent esse subiecti, » civitatesque condere, utilitas quaedam fuit et causa; quocirca quae ex » aliqua utilitate eveniunt, ex passione quoque venire necesse est. Nam ut » divina sine ulla sunt passione, ita nulla illis extrinsecus utilitas valet › adiungi. Quae vero sunt passibilia, semper aliquam causam atque uti» litatem quibus sustententur inveniunt. Quocirca huiusmodi intellectus » qui ad alterum oratione proferendi sunt, quoniam ex aliqua causa » atque utilitate videntur esse collecti, recte passiones animi nominati » sunt » (Prol. in lib» *De interpretatione,* Edit, secund, pag. 292, et seq.– edit. cit.).

x) *Esse secundum naturam* hic sumitur prout significat esse *a natura* ut a causa, non autem prout significat esse *naturae* seu *inclinationi naturae conforme;* et consequenter *non esse secundum naturam* non sumitur in hac quaestione quasi *esse contra naturam,* sed solummodo *non esse a natura* ut a causa. Quaestio enim est, utrum voces vel litterae habeant significationem *a natura* impositam, vel ab hominum institutione et arbitrio. Quod vero significare per voces mentis conceptus sit conforme naturae, sine disputatione relinquitur, quia certum, et ex dictis n. 2 manifestum.

λ) *Sicut non sunt eaedem* etc.- Cod. A: *quia sicut litterae non eaedem apud* etc. Quae lectio materialiter conformior est verbis Aristotelis, ut in textu videre est.– Cod. D hoc loco magnam habet lacunam. Post enim verba superius recitata, *ea enim quae naturaliter significant sunt eadem apud omnes,* amanuensis ex recursu eiusdem verbi omnes distractus, immediate prosequitur: *easdem: quia si quis a nota discordat;* quae sunt verba n. 10 circa medietatem. Error est autem *nota* pro *vero,* ut lector per se intelligit. – Codex etiam B omittit verba: *unde manifeste relinquitur, quod sicut nec litterae ita nec voces.*

p) *Quorum primorum* etc. Verbum *primorum,* quod hic a s. Thoma exponitur, non est in textu graeco, ubi solummodo habetur: *quorum autem hae primo notae* (seu *signa) sunt;* ὧν μίντοι ταῦτα σημεία ποώτω . – Notat Theodorus Waitz *(Aristotelis Organon graece,* tom. I, pag. 123 in notis.-Lipsiae 1844) in duobus codd. Laurentianis legi πρώτον. Ex utraque lectione facilis digressio amanuensium ad πρωτών graece et *primorum* latine. At si s. Thomas legit *primorum,* mentionem tamen haud facit lectionis quae exhibetur a Piana: *primorum primo.* Boethius habet *primo,* sed non *primorum ;* codex vero A habet *primorum,* sed non *primo.* – Optime tamen notat Angelicus quod passiones comparantur ad voces sicut primum ad secundum, quia cum voces non proferantur nisi ad exprimendum interiores animae passiones, prius sunt animae passiones et postea voces (Cf. lect. seq. n. 1). Sed et ulterius notat quod voces ab Aristotele dicuntur notae seu signa passionum; passiones vero non signa dicuntur rerum, sed similitudines naturales; proindeque sunt eaedem apud omnes, et non ex institutione. Quae s. Thomae interpretatio et intimius penetrat mentem Aristotelis, et una cum dictis num. 5 respondet interpretationi tum Boethii tum Ammonii, qui non *primorum* sed *primo* (πρώτω) legunt: « Quorum tamen, *ait Ammonius,* haec signa » sunt primum, haec, inquiens, quae voce continentur, hoc est nomina » et verba. Quorum ergo haec signa primum sunt, dicit autem conce» ptuum : nam res quoque ab his, non tamen proxime, sed interia» centibus significantur conceptibus. At conceptus non aliis etiam sese » interserentibus, sed primum ac proxime connotantur. itaque quorum » signa primum sunt ea quae in voce consistunt, hoc est significativa, » ac velut notae, hi sunt conceptus: qui affectus animi sunt iidemque » omnibus; atque ob id natura » (Op. sup. cit. sect. I, §. 11, pag. 4, coi. 1. – Cf. Boeth. Op. cit. ed. 11, §. *De signis,* pag. 3o2-3.) Igitur

rum passionum primarum, *hae,* scilicet voces, sunt *notae,* idest signa ; comparantur enim passiones animae ad voces, sicut primum ad secundum: voces enim non proferuntur, nisi ad exprimendum interiores animae passiones), et *res etiam eaedem,* scilicet sunt apud omnes, *quorum,* idest quarum rerum, *hae,* scilicet passiones animae sunt *similitudines.* Ubi attendendum est quod litteras dixit esse notas, idest signa vocum, et voces passionum animae similiter *; passiones autem animae dicit esse *similitudines* rerum v: et hoc ideo, 9ua res non cognoscitur * ab anima nisi per aliquam * SUI similitudinem existentem vel in sensu vel in intellectu. Litterae autem ita sunt signa vocum, et voces passionum, quod non attenditur ibi aliqua ratio similitudinis, sed sola ratio institutionis, sicut et in multis aliis signis: ut tuba est signum belli. In passionibus autem animae oportet attendi rationem similitudinis ad exprimendas res, quia naturaliter eas designant, non ex institutione.

10. Obiiciunt autem quidam °, ostendere volentes contra hoc quod dicit passiones animae, quas significant voces, esse omnibus * easdem. Primo quidem, quia diversi diversas sententias habent de rebus, et ita non videntur esse eaedem apud omnes animae passiones.-Ad quod respondet Boethius quod Aristoteles hic nominat passiones animae conceptiones intellectus, qui numquam decipitur; et ita oportet eius conceptiones esse apud omnes easdem : quia, si quis a vero discordat, hic non intelligit.-Sed quia etiam in intellectu potest esse falsum, secundum quod componit et divi- * non autem secundum quod cognoscit *quod quid est,* idest essentiam rei, ut dicitur in III *De anima**; referendum est hoc ad simplices intellectus conceptiones (quas significant voces incomplexae), quae sunt eaedem apud omnes: quia, si quis vere * intelligit quid est homo, quodeunque aliud aliquid quam* hominem apprehendat, non intelligit hominem. Huiusmodi autem simplices conceptiones intellectus sunt, quas primo voces significant. Unde dicitur in IV *Metaphysicae** quod ratio, quam significat nomen, est definitio, Et ideo signanter dicit: *Quorum primorum hae notae sunt,* ut scilicet referatur ad primas conceptiones a vocibus primo significatas.

11. Sed adhuc obiiciunt aliqui de nominibus acquivocis, in quibus eiusdem vocis non est eadem passio, quae significatur apud omnes. Et respondet ad hoc Porphyrius quod unus homo, qui vocem profert, ad unam intellectus conceptionem significandam eam refert; et si aliquis alius", cui loquitur, aliquid aliud intelligat, ille qui loquitur, se exponendo, faciet quod referet intellectum ad idem ?. – Sed melius dicendum est quod intentio Aristotelis non est asserere * identitatem conceptionis animae per comparationem ad vocem, ut scilicet unius vocis una sit conceptio : quia voces sunt diversae apud diversos ; sed intendit asserere identitatem conceptionum animae per comparationem ad res, quas similiter dicit esse easdem.

12. Tertio, ibi : *De his itaque* * etc., excusat se a diligentiori harum* consideratione: quia quales sint animae passiones, et quomodo sint rerum similitudines, dictum est in libro *De anima* *. Non enim hoc pertinet ad logicum negocium, sed ad naturale.

---

primo est germana lectio Aristotelis; sed philosophice loquendo etiam *primorum* ab ipso Aristotele non recusaretur in sensu a s. Thoma explicato tum in hoc numero, tum in fine sequentis, ubi pulcherrime illud *primorum* refert ad primas mentis conceptiones quas voces primo significant, et in quibus veritas per se loquendo semper invenitur, ut in sequenti nota o explicabitur.

v) *Passiones autem animae dicit esse similitudines rerum.* Notat hic Aegidius (fol. 47 verso, coi. 2, ed. cit.) quod quatuor nomina quae passim recurrunt, scilicet *passio, similitudo, intellectus, conceptus,* idem penitus significant; sed a diversis proprietatibus imponuntur. Nam similitudo rei prout imprimitur *per quamdam impressionem* in anima, dicitur *passio* (sumpto hoc vocabulo in sensu explicato a s. Thoma in nota 0); et *similitudo* dicitur per comparationem ad rem, cuius est similitudo; sed prout est in intellectu dicitur *intellectus ;* prout per eam ab intellectu res apprehenditur, dicitur *conceptus.*

0) *Obiiciunt autem quidam* etc. Hos inter Boethius (Prol. in lib. *De interpretat.* Ed. ll,pag. 3o3) nominat Herminum, Alexandri Aphrodisiensis magistrum, et Aspasium. Et huius est obiectio, quae in hoc numero versatur; quae vero n. sequenti expenditur est obiectio Hermini. Responsionem autem Boethii (quae ib. legitur) s. Thomas admittit, eam tamen coarctando ad simplices animi conceptiones, in quibus *per se* loquendo veritas semper invenitur, sicut hic probatur. Ait enim Boethius contra Aspasium : *Neque fieri potest, ut qui quod bonum est, malum esse arbitretur, similitudinem boni mente conceperit.*- Quae verba si intelligantur de *simplici* boni *apprehensione* vera sunt: non enim fieri potest ut aliquis percipiendo bonum, illud non percipiat; quod contingeret si perceptioni simplici inesset falsum. At si eadem verba intelligantur de *iudicio,* vera esse nequeunt: quippe quod, consentiente Boethio, iudiciis nostris sicut verum inest, ita quandoque subest falsum; et inde est quod homines judicant quandoque malum bonum et bonum malum.

Dixi quod in simplici mentis apprehensione, qua cognoscitur *quod quid est* seu essentia rei non est *per se* loquendo falsitas, sed semper *per se* veritas : nam *per accidens* contingit in simplici apprehensione esse deceptionem seu falsitatem, non quidem ratione ipsius simplicis apprehensionis, sed ratione compositionis intervenientis. Et hoc ex duplici capite. Vel quia definitio unius rei alteri tribuitur, sicut si essentia vel definitio circuli attribueretur triangulo; vel quia partes definitionis non cohaerent sibi invicem, sicut si in definitione animalis poneretur *insensibile,* dicendo quod, *animal est vivens insensibile.* Quae definitio est falsa simpliciter non ratione apprehensionis , sed ratione compositionis. Quae compositio ideo accidit, quia in definito *animali* (et idem de similibus dicatur) partes assignare licet seu metaphysicas seu physicas. Quocirca in perceptione rerum quarum in definitione nulla est compositio, non potest sub hoc respectu esse deceptio, sed aut vere intelliguntur aut nullo modo (Cf. s. Th. praeter loc. cit. in nota marg., p. 1, qu. xvi, artic. ll ; item qu. xvii, artic. 111). In sequenti lectione s. Thomas declarat quomodo veritas sit in prima mentis operatione. De quatuor vero modis quibus aliquid dicitur pars videsis lib. V *Metaphys.* lect. xxi.

π) *Et si aliquis alius* etc.- Cod. D : *sed si alius* etc.- B: *et si aliquis.* – ACE: *et si alius* etc. Et haec lectio magis placet.

p) *Faciet quod referet intellectum ad idem.* – Codd. AD: *faciet quod refertur* (Λ: *refit) intellectum ad idem.* – BCE: *faciet quod refert* (BC: *referet?) intellectum ad idem.* Adiicimus ergo ex omnibus codd. vocabulum *intellectum,* quo lectio magis perspicua efficitur: dummodo per *intellectum* non potentia seii facultas intellectiva designetur, sed *res intellecta* seu *nudus conceptus mentis,* qui natura sua ordinem dicit ad obicctum intellectum.-Editio Veneta *a* habet eamdem lectionem, nisi quod, ex errore procul dubio typothetarum, non *intellectum* sed *intelligit* refert: quae forte occasio fuit cur duae aliae Venetae editiones *bc* (quas sequitur P.) imo et editiones etiam Venetae 15x6 et 1557 omiserint *intellectum :* verbum enim *intelligit* nullum sensum hoc loco habet.

LECTIO TERTIA

DE DIVERSA VOCUM SIGNIFICATIONE

νΕστι δ', ώσπερ έν τη ψυχή ότέ [Λεν νόημα άνευ του άληθευ'ειν η ψεύδεσθαι, ότέ δέ ηδη ω ανάγκη τούτων ύπάρχειν θάτερον, ού'τω καί έν τη φωνή-

περί γάρ σύνΟεσιν καί διαίρεσίν έστί τό ψεύδο καί το αληθέ .

Τά μεν ούν ονόματα αυτά καί τά ρήματα έοικε τφ άνευ συνθέσεω και διαιρέσεω νοη'αατι, οίον το άνθρωπο , η τό λευκόν, δταν μη προστεΟη τι* ούτε γάρ ψεύδο ούτε αληθέ πω.

Σημεΐον δ' έστί τούδε· καί γάρ ό τραγέλαφο σημαίνει μεν τι, ούπω δέ αληθέ η ψεύδο , αν μη το είναι η τό μη είναι προστεΟη, η απλώ η κατά χρόνον.

* Est autem, quemadmodum in anima aliquoties quidem intellectus sine vero vel falso, aliquoties autem cui iam necesse est horum alterum inesse; sic etiam in voce: circa compositionem enim et divisionem est veritas falsitasque. *Seq-c·'·

Nomina igitur ipsa et verba consimilia sunt sine compositione vel divisione intellectui; ut est, homo vel album, quando non additur aliquid: neque enim adhuc verum aut falsum est.

Signum autem huius est, etenim hircocervus significat quidem aliquid, sed quod nondum verum vel falsum sit, si non (τό) esse vel (τό) non esse addatur, vel simpliciter vel secundum tempus.

Synopsis.— 1. Quia voces ordinantur ad exprimendas praecedentes intellectus conceptiones, ex differentia quae est circa conceptiones intellectus assignatur differentia quae est circa significationes vocum.- 2. Ergo sicut in conceptionibus intellectus, ita in vocibus eas significantibus aliquoties est veritas vel falsitas, aliquoties non.— 3. In sola secunda mentis operatione, quae est iudicium, invenitur veritas vel falsitas.- 4. Resolvitur primum dubium. – Ea quae sunt circa intellectum dupliciter considerari et nominari possunt, *secundum se* et *secundum rationes rerum,* quarum sunt idéales similitudines. – In se considerata, comparantur inter se a mente nostra, et semper quodammodo componuntur; in ordine ad res aut componuntur iudicio affirmativo aut dividuntur iudicio negativo,- 5. Alterum dubium proponitur. Et primo arguitur ex veritate rei; secundo ex veritate *sensus;* tertio ex veritate *intellectus divini, —6.* Praenotamen primum. Veritas in aliquo invenitur dupliciter: uno modo sicut in eo quod est verum, seu sicut in subiecto vero; alio modo sicut in dicente vel cognoscente verum. Hoc secundo sensu asseritur verum non haberi a cognoscente nisi per iudicium (Cf. lect. vn, 3).— 7. Praenotamen alterum. Verum dicitur de re quacumque per respectum ad intellectum, vel ut de *mensura,* vel ut de *mensurato.* Primo modo res naturales dicuntur verae in ordine ad intellectum creatum, cuius veritas dependet a veritate rei. – Altero modo in ordine ad intellectum divinum a quo dependet sicut a causa veritas rerum, – 8. Respondetur primae obiectioni. Quaelibet res vera est secundum quod per propriam formam imitatur artem divini intellectus. Seu veritas est in re sicut in subiecto vero (Cf. n. 6).—9. Solvitur altera obiectio. In sensu et in simplici mentis apprehensione est veritas, sicut in eo quod est verum (ut in primo praenotamine), non autem sicut in cognoscente veritatem, quod est cognoscere habitudinem conformitatis cognoscentis ad rem cognitam, seu dicere rem ita esse in seipsa vel non esse; quod sine iudicio esse nequit, et sensui atque simplici apprehensioni non convenit, – 10. Respondetur tertiae obiectioni, concedendo quod in intellectu divino sit veritas absque compositione vel divisione; sed hic est sermo de solo intellectu humano,- 11. Corollarium. Ergo *nomina* et *verba* divisim accepta non significant veritatem aut falsitatem intellectus, quia non exprimunt iudicium (Cf. lect. v, nn. 17-18).- 12. Excluditur instantia de responsionibus ad interrogationes, deque verbo primae et secundae personae, et exceptae actionis. In his enim compositio est implicita.- 13. Corollarium confirmatur adducto exemplo de nominibus compositis, seorsum a verbo acceptis.

1. Postquam Philosophus tradidit ordinem significationis vocum, hic agit de diversa vocum significatione: quarum quaedam significant verum vel falsum, quaedam *non. Et circa hoc duo facit: primo, praemittit differentiam ; secundo, manifestat eam; ibi: *Circa compositionem enim* etc. Quia vero conceptiones intellectus praeambulae *sunt ordine naturae vocibus, quae ad eas exprimendas proferuntur", ideo ex similitudine differentiae, quae est circa intellectum, assignat differentiam, quae est circa significationes vocum: ut'scilicet haec manifestatio non solum sit ex simili, sed etiam ex causa quam imitantur effectus.

* a: *quaedam autem non.*

* Cf. lect.praec., n.9.

a

2. Est ergo considerandum quod , sicut in principio dictum est *, duplex est operatio intellectus, ut traditur in III *De anima**;* in quarum una non invenitur verum et falsum, in altera autem invenitur. Et hoc est quod dicit quod in anima aliquoties est intellectus sine vero et falso, aliquoties autem ex necessitate habet alterum horum *. Et quia voces significativae formantur ad exprimendas conceptiones intellectus, ideo ad hoc quod signum conformetur signato, necesse est quod etiam vocum significativarum similiter quaedam significent sine vero et falso, quaedam autem * cum vero et falso. · Autemexcoa.

‘ Lect. t, η. I.

* Cap. vi, n. r. ~ Comment. s.Th. lect. xi.

* abce: *istorum.*

3. Deinde cum dicit: *Circa compositionem* etc., manifestat quod dixerat. Et primo, quantum ad id quod dixerat de intellectu; secundo, quantum ad id quod dixerat de assimilatione vocum ad intellectum; ibi: *Nomina igitur ipsa et verba* etc. Ad ostendendum igitur quod intellectus quandoque est sine vero et falso, quandoque autem cum altero horum, dicit primo quod veritas et falsitas est circa *compositionem* et *divisionem.* Ubi oportet intelligere quod una duarum operationum intellectus est indivisibilium *intelligentia:* in quantum scilicet intellectus intelligit absolute cuiusque rei *quidditatem* sive *essentiam* per seipsam, puta *quid* est homo * vel *quid* album vel *quid* aliud huiusmodi y. Alia vero operatio intellectus est, secundum quod huiusmodi simplicia * concepta simul *componit* et *dividits.* Dicit ergo quod β h^gOd9Uidesl ' γ ^%?mittil ,im~ δ

α) *Quae ad eas exprimendas proferuntur.* – **A:** *cum dd eas exprimendas proferantur.* **-BCE:** *quia ad eas* **etc.-D:** *et ad eas* **etc.-Retinemus lectionem Pianam.— B omittit** *proferuntur.*

β) *Veritas et falsitas est* **etc. Ita codd., et est lectio melior Piana:** *veritas et falsitas consistit* **etc. At cod. D erronee habet:** *veritas et falsitas est contra.*

γ) *Vel quid aliud huiusmodi.* **Optima est haec Piana lectio, eamque ideo retinemus. Variant codices. ABC:** *vel aliquid aliud (aliud* **omittitur ab A)** *huiusmodi;* **sed** *aliquid* **non satis indicat quidditatem, de qua s. Thomas loquitur.-D:** *vel alia huiusmodi.-E: vel aliud huius.*

δ) *Componit et dividit.* **Nomine** *compositionis* **in operationibus intellectualibus utitur Aristoteles ad designandum iudicium** *affirmativum ;*

in hac secunda operatione intellectus, idest componentis et dividentis, invenitur veritas et falsitas: relinquens quod in prima operatione non invenitur, ut etiam traditur in III *De anima* *

* Cap.vi, n.i.-f?c''xLnt's'Th' contra °c'

4. Sed circa * hoc primo videtur esse dubium: quia cum divisio fiat per resolutionem ad indivisibilia sive simplicia, videtur quod sicut in simplicibus non est veritas vel falsitas, ita nec in divisione. – Sed dicendum est quod cum conceptiones intellectus sint similitudines rerum *, ea quae circa intellectum sunt dupliciter considerari et nominari possunt. Uno modo, *secundum se:* alio modo, *secundum rationes* * *rerum* quarum sunt similitudines. Sicut imago Herculis secundum se quidem dicitur et est *cuprum;* in quantum autem est similitudo Herculis nominatur *homo.* Sic etiam, si consideremus ea quae sunt circa intellectum secundum se, semper est compositio, ubi est veritas et falsitas; quae nunquam invenitur in intellectu, nisi per hoc quod intellectus comparat unum simplicem conceptum alteri. Sed si referatur ad rem, quandoque dicitur compositio, quandoque dicitur divisio. *Compositio* quidem, quando intellectus comparat unum conceptum alteri, quasi apprehendens *coniunctionem* aut *identitatem* rerum, quarum sunt conceptiones; *divisio* autem, quando sic comparat unum conceptum alteri, ut apprehendat res esse diversas *. Et per hunc etiam * modum in vocibus affirmatio dicitur compositio, in quantum coniunctionem ex parte rei significat; negatio vero dicitur divisio, in quantum significat rerum separationem.

* Cf. lect. praec., n. 9.

' a : *consideratio-nem;* alii codd.: *considerationes.*

' BC : *divisas.*

* a omittit *et etiam.*

5. Ulterius autem videtur quod non solum in *compositione* et *divisione* veritas consistat. Primo quidem, quia etiam res dicitur vera vel falsa, sicut dicitur aurum verum vel falsum. Dicitur etiam quod ens et verum convertuntur. Unde videtur quod etiam simplex conceptio intellectus, quae est similitudo rei, non careat veritate et falsitate. – Praeterea, Philosophus dicit in lib. *De anima* * quod sensus propriorum sensibilium semper est verus; sensus autem non componit ' vel dividit; non ergo in sola compositione vel divisione est veritas. – Item, in intellectu · divino nulla est compositio, ut probatur in XII *Metaphysicae;* ' et tamen ibi est prima et summa veritas; non ergo veritas est 'solum circa compositionem et divisionem.

· ʋκ n, c. vi, s.ThJect.xm.-Et s

6. Ad huiusmodi igitur * evidentiam considerandum est quod veritas in aliquo invenitur dupliciter: uno modo, sicut in eo quod est verum: alio modo, sicut in dicente vel cognoscente verum. Invenitur autem veritas sicut in eo quod est verum tam in simplicibus, quam in compositis·; sed sicut in dicente vel cognoscente verum, non invenitur nisi secundum compositionem et divisionem. Quod quidem sic patet.

'Aacomitt.^-*tur.* - r. omittit sequens *est.*

7. *Verum* enim, ut Philosophus dicit in VI *Ethicorum,* est bonum intellectus . Unde de quocumque dicatur verum, oportet quod hoc sit per respectum ad intellectum. Comparantur autem ad intellectum voces quidem sicut signa, res autem sicut ea quorum intellectus sunt similitudines. Considerandum autem " quod aliqua res comparatur ad n

et nomine *divisionis* ad designandum iudicium *negativum*. Aristotelem sequuti sunt Scholastici, et bene. Revera enim mens in iudiciis affirmativis dicit praedicatum inesse subiecto, et ideo quasi *componit* praedicatum cum subiecto in quadam ideali unitate; quam in iudiciis negativis quia negat, ideo in istis *dividit* praedicatum a subiecto.-Et hac etiam de ratione *praedicatum* passim vocatur a Scholasticis *passio* (et *passio propria* praedicatum exprimens aliquid *proprium,* idest a subiecto inseparabile) : nam in iudiciis affirmativis subicctum concipitur ut *recipiens* quodammodo praedicatum; et omnis *receptio* extensa significatione potest dici *passio,* ut lect. praeced., n. 6 in nota 0 cum ipso s. Thoma explicavimus. – At ex eo quod *iudicium* componit, non sequitur quod ipsum sit actus mentalis compositus. Plura praecedunt quidem iudicium, quae requirunt pluritatem actuum mentalium, sicut sunt *apprehensiones* subiecti et praedicati, eorum ad invicem *comparatio;* at haec sunt praesupposita iudicii, non iudicium ipsum, quod totum perficitur in affirmanda *(est)* vel neganda *(non est)* unitate seu identitate praedicati et subiecti. Et illa sive affirmatio sive negatio est actus simplex, sicut actus simplex est apprehensio. – Quae omnia ut paucis comprehendamus, dicimus quod iudicium est actus simplex ex parte intellectus judicantis, et compositus ex parte rerum iudicatarum. Unde iudicium affirmativum ideo *componit,* quia affirmat coniunctionem scu identitatem rerum; et iudicium negativum ideo *dividit* quia negat illam rerum identitatem seu coniunctionem, nempe affirmat earumdem inter se divisionem (Cf. VI *Metaphys.* lect. tv).

ε) *In XII Metaphysicae.* Ita Piana. At codd. ABC: *in XI Mctaphysicorum,* scu Metaphysicae. In Commentariis s. Thomac sententia ista Aristotelis habetur Xll *Metaphys.* lect. vu; at in ed. Didot est lib. XI, cap. vu, η. 3.: "Εστι 31 *το* tv χαῖ *το* ἁπλοῦν. Notandum est opus Metaphysicae Aristotelis varie a variis fuisse in X, vel XI vel XII libros, imo etiam in XIII, et XIV divisum. Quae divisionum varietas sicut et quaestiones de authentia quarumdam partium huius Operis haud s.Thomam latuerunt, ut data occasione demonstrabimus. Interea remittimus criticum lectorem ad lect. xn, lib. 111 *De anima.* Sed haec innuisse sufficiat: haec enim quaestio suum habet locum in *Metaphysica* Aristotelis.

ζ) *Est bonum intellectus.* Unus' codex E legit: *est obiectum intellectus;* cui lectioni consentire videtur C, sed corrigitur per *bonum.* Quae lectio verum enunciat, eamque passim adoptat et explicat s. Thomas dicendo: *verum est obiectum intellectus.* Etenim quia verum est obiectum intellectus, et obiectum cuiusque facultatis est eius perfectio et bonum; ideo dicitur quod verum sit bonum intellectus. Utraque ergo lectio vera est; at hoc Joco retinenda est lectio Piana, quia s. Thomas citat VI Ethicorum (cap. n, n. 3), et ib. lect. 11 ipsemet habet: *Verum absolutum est bonum eius* (intellectus), *et falsum absolutum est malum ipsius.*

Attendat tamen novitius et, ex eo quod *verum* dicitur bonum scu obiectum intellectus, non inferat (sicut quidam erronee intulerunt) *ens* haud intelligi a nobis posse nisi ratio *veri* intelligatur, eo modo quo visus e. g. non videt sensibile nisi sub ratione colorati. Haec enim illatio est contra veritatem ct contra mentem s. Thomae. – Est contra veritatem: nam verum idem rcaliter est ac ens, eo nempe sensu quod verum est ipsum ens, addita relatione rationis, quae relatio est ordo seu respectus ad intellectum, sicut hic docet s. Thomas. Atqui absolutum per sc intelligitur sine sua relatione quae ipsi a ratione superadditur, imo pracintelligitur suae relationi. Ergo ens potest intelligi imo et intelligitur antequam intelligatur eius ratio veri, seu relatio ad intellectum. – Est contra mentem s. Thomae: ipse enim p. I, qu. xvt, artic. m ad 3 docet: « Cum dicitur quod ens non potest apprehendi sine ratione » veri, hoc potest dupliciter intelligi. Uno modo, ita quod non appre- » hendatur ens, nisi ratio veri assequatur apprehensionem entis. Et sic » locutio habet veritatem *(et hoc sensu verum dicitur bonum intellectus).* *v* Alio modo, posset sic intelligi quod ens non posset apprehendi, nisi » apprehenderetur ratio veri. Et h<5c falsum est. Sed verum non potest » apprehendi, nisi apprehendatur ratio entis, quia ens cadit in ratione > veri *(nam et ratio veri est ens).* Et est simile, sicut si comparemus » intelligibile ad ens: non enim potest intelligi ens, quin ens sit intel- » ligibile. Sed tamen potest intelligi ens, ita quod non intelligatur eius » intelligibilitas. Et similiter ens intellectum est verum, non tamen » intelligendo ens, intelligitur verum. »

η) *Considerandum autem* etc. Principium quod heic enunciatur et saepe saepius inculcatur a s. Thoma, maximi momenti est; quippe quod in ipso philosophia nostra tota fundatur. Principium est: *Res naturalis non dicitur esse vera per comparationem ad intellectum nostrum,* scilicet veritas rei non efficitur ab intellectu nostro, et ideo ab ipso ut a causa non dependet. – Ratio est quia *ens* et *verum* convertuntur, scu sunt realiter una eademque res, quamvis per rationem distinguantur, videlicet quamvis ratio nostra distinguat in *ente* conceptum veritatis a conceptu entitatis cius. Ex quo consequitur quod si intellectus noster efficeret rem quoad suam veritatem, efficeret etiam eam quoad suam entitatem; consequenter tantum haberet res de entitate ct veritate quantum ei'daretur ab intellectu. Et quia intellectus rem efficeret, quatenus eam intelligeret, et una simul eam intclligeret quatenus eam efficeret; impossibile foret *rem* non esse id quod intelligitur ab intellectu. In hac autem conformitatc intellectus nostri iudicantis cum re consistit veritas nostrae cognitionis. Ergo impossibile foret falsitatem inesse iudiciis nostris; etiamsi dc una eademque re iudicia opposita cnun-

intellectum dupliciter.-Uno quidem * modo, sicut mensura ad mensuratum, et sic comparantur res naturales ad intellectum *speculativum* humanum. Et ideo intellectus dicitur verus secundum quod conformatur rei, falsus autem secundum quod discordat a re. Res autem naturalis non dicitur esse vera per comparationem ad intellectum nostrum, sicut posuerunt quidam antiqui naturales, existimantes* rerum veritatem esse solum in hoc, quod est *videri',* secundum hoc enim sequeretur quod contradictoria essent simul vera, quia contradictoria cadunt sub diversorum opinionibus. Dicuntur tamen res aliquae verae vel falsae per comparationem ad intellectum nostrum, non *essentialiter* vel *formaliter,* sed *effective,* in quantum scilicet natae sunt facere de se veram vel falsam existimationem *; et secundum hoc dicitur aurum verum vel falsum.-Alio autem modo, res comparantur ad intellectum, sicut mensuratum ad mensuram, ut patet in intellectu *practico* 6, qui est causa rerum. Unde opus artificis dicitur esse verum, in quantum attingit ad rationem artis; falsum vero, in quantum deficit a ratione artis.

8. Et quia omnia etiam naturalia · comparantur ad intellectum divinum, sicut artificiata * ad artem, consequens est ut quaelibet res dicatur esse * vera secundum quod habet propriam formam, secundum quam imitatur artem divinam. Nam falsum aurum est verum aurichalcum. Et hoc modo *ens* et *verum* convertuntur, quia quaelibet res naturalis per suam formam arti divinae conformatur*. Unde * Philosophus in I *Physicae***, *formam* nominat quoddam divinum.

9. Et sicut res dicitur vera per comparationem ad suam mensuram, ita etiam et sensus vel intellectus, cuius mensura est res extra animam. Unde sensus dicitur verus, quando per formam suam conformatur rei extra animam existent!. Et sic intelligitur quod sensus proprii sensibilis sit verus. Et hoc etiam modo intellectus apprehendens *quod quid est* * absque compositione et divisione, semper est verus, ut dicitur in III *De anima* *. Est autem considerandum quod quamvis sensus proprii obiecti sit verus, non tamen cognoscit hoc esse * verum. Non enim potest cognoscere habitudinem conformitatis suae * ad rem, sed solam rem apprehendit; intellectus autem potest huiusmodi habitudinem conformitatis cognoscere; et ideo solus intellectus potest cognoscere veritatem. Unde et Philosophus dicit in VI *Metaphysicae* * quod veritas est solum in mente, sicut scilicet in cognoscente veritatem. Cognoscere autem praedictam conformitatis habitudinem l nihil est aliud quam iudicare ita esse in re vel non esse : quod est componere et dividere; et ideo intellectus non cognoscit veritatem, nisi componendo vel dividendo per suum iudicium. Quod quidem iudicium, si consonet rebus, erit verum, puta cum intellectus iudicat rem esse quod est, vel non esse quod non est. Falsum autem quando dissonat a re, puta cum iudicat non esse quod est, vel esse quod non est. Unde patet quod veritas et falsitas sicut in cognoscente et dicente non est nisi circa compositionem et divisionem. Et hoc modo Philosophus loquitur hic. Et quia voces sunt signa intellectuum, erit vox vera quae significat verum intellectum, falsa autem quae significat falsum intellectum: quamvis vox, in quantum est res quaedam, dicatur vera sicut et aliae res. Unde haec vox, *homo est asinus,* est vere * vox et vere signum; sed quia est signum falsi, ideo dicitur falsa.

10. Sciendum est autem * quod Philosophus de veritate hic loquitur secundum quod pertinet ad intellectum humanum, qui iudicat de conformitate rerum et intellectus componendo et dividendo Sed iudicium intellectus divini de hoc est absque compositione et divisione : quia sicut etiam

* *Quidem* ex a.
• Cod. d. - abc: *aestimantes.* - ep: *extimantes.*
• Ut supra.
0
'Cod. a: *artificia.* - bc; *artificialia.*
*a omittit *esse.*
x
* ae: *unde etiam.* -c:*unde et.*
*. Cap. ix, n. 3.- Commcnt. s.Th. lect. xv.
• Nempe essentiam rei.- Cf. supra n. 3.
• Cap.m.nn.qa.- Comment. s.Th. lect. vi.
"abc omittunt *esse.*
▮ bc: *sui.*
* Coinmen.s.Th. lect. iv. - Edit. Didot,lib.V, cap. iv, η. i.
λ
"bc: *vera.*
'a: *tamen.*

daremus: quia etiam in judiciis oppositis *res,* quia efficitur a nobis, non aliter est quam a nobis enunciatur. Quae cum sint absurda, sequitur entitatem et veritatem rei non effici ab intellectu nostro; sed veritatem intellectus nostri, hoc est nostrarum cognitionum, causari ab entitate et veritate rei: cui si iudicia nostra conformantur, vera sunt; si non conformantur falsa sunt.

Ex his sequuntur duo corollaria, quae ipse s. Thomas tradit: *Primum corollarium est* quod res naturales dicuntur verae per comparationem ad intellectum nostrum, non quidem *essentialiter* (quia non a nobis habent rationem *entitatis),* neque *formaliter* (quia non a nobis habent *rationem formalem* veritatis), sed *causaliter,* quia revera ex ipsis, ut a causis generatur in nobis *cognitio vera,* quando eas cognoscimus, ut in seipsis sunt.

Alterum corollarium est quod res (et consequenter intellectus noster, et ipsae ideae nostrae, quae etiam res quaedam sunt) dicuntur esse verae formaliter per ordinem essentialem ad intellectum divinum, non secus ac effectus dicitur essentialiter per ordinem ad suam causam. *Ens* enim et *verum,* ut dictum est, quamvis ratione differant, realiter tamen sunt idem. Porro res omnes creatae a Deo sunt, a quo ad existentiam sunt productae. Et quia Deus per intellectum agit, necesse est ut ipsarum rerum *ideae* in mente divina ab aeterno extiterint, ad quarum similitudinem facta dicantur quaecumque creata sunt; sicut in mente artificis *ideam* praeexistere necesse est, quae est exemplar ideale ad cuius similitudinem artifex exterius operatur. Igitur quia Deus infinitus est in agendo sicut et in intelligendo, non possunt res creatae non conformari ideis illis, in quarum conformitate veritas earum consistit; sicut veritas nostrae cognitionis consistit in conformitate cum re cognita, seu consistit in eo quod a nobis res dicatur esse sicut in seipsa est. – Hinc res naturales sunt quasi *mediae* inter intellectum nostrum et intellectum divinum; ad intellectum nostrum comparantur ut *causae* et *mensura* nostrae veritatis; ad intellectum vero divinum ut *mensurata et effectus* ad mensuram et causam (Cf. *Summ. theol.* p. I, qu. xvi, artic. i; et Qq. disp. *De veritate,* q. i, artic. n).

6) *In intellectu practico.* Cod. Λ: *in intellectu praedicto:* quae lectio cum sit manifeste falsa, quia supra dictum est de intellectu *speculativo,* cui in hac secunda parte s. Thomas opponit intellectum *practicum,* ideo in margine lectio corrigitur: *in intellectu divino.* Sed et ipsa correctio falsa est, ut patet exemplo de artifice, cuius intellectus *practicus* est causa operis artificiosi. Adde quod de intellectu *divino,* cui omnes res creatae comparantur sicut artificialia ad artem, in sequenti numero disseritur.

1) *Et quia omnia etiam naturalia comparantur* etc. Ita legimus cum codd. BCDE. – Λ: *et quia omnia entia naturalia* etc. – Omnes edd. Ven. et P. habent: *et quia omnia etiam naturaliter comparantur* etc. Lectio cod. A bona est. – Videat autem lector num codd. ex quibus desumpserunt lectionem edd. citatae legerint aut sicut codices nostri, aut: *et quia omnia entia naturaliter comparantur* etc.

x) *Arti divinae conformatur.* Hanc lectionem codd. praetuli lectioni Pianae: *arti divinae comparatur:* non enim formalitcr loquendo in *comparatione,* sed in *conformatione* cum arte divina veritas rerum naturalium consistit. Veritas enim, ut superiori numero, et alibi saepe s. Thomas docet, est conformitas rei et intellectus. Hinc in prima parte Summae theol. qu. xvi, artic. 1: *Res naturales dicuntur esse verae, secundum quod assequuntur similitudinem specierum, quae sunt in mente divina.*

λ) *Cognoscere autem praedictam conformitatis habitudinem* etc. Non uno sensu accipitur haec cognitio conformitatis intellectus cognoscentis cum re cognita, in qua conformitatis cognitione s. Thomas ponit veritatem subiectivam seu logicam. Profunde, ut assolet, hac de re agit Caietanus in p. 1, qu. xvi, artic. n, § *Ad evidentiam* etc. Verum quae ibi doctissimus Cardinalis copiose disserit, compendiose hic a s. Thoma traduntur, aiendo quod *cognoscere praedictam conformitatis habitudinem est iudicare ita esse in re vel non esse,* nempe esse in ipsa re identitatem, quam mens asserit iudicio affirmativo, vel non esse identitatem rerum, quam negat iudicio negativo (Cf. lect. rv in VI *Metaphysic.).*

p) *Qui iudicat de conformitate* etc. – P.: *qui iudicat de re secun-*

intellectus noster intelligit materialia immaterialiter, ita etiam intellectus divinus cognoscit compositionem et divisionem simpliciter*.

■cf.p.i,q.xtv, art.Xlv.

ii. Deinde cum dicit: *Nomina igitur ipsa et verba* etc., manifestat quod dixerat de similitudine vocum ad intellectum. Et primo, manifestat propositum; secundo, probat per signum'; ibi: *Huius autem signum* etc. Concludit ergo ex praemissis quod, cum solum circa compositionem et divisionem sit veritas et falsitas in intellectu, cpnsequens est quod ipsa nomina et verba, divisim accepta, assimilentur intellectui qui est sine compositione et divisione ; sicut cum *homo* vel *album* dicitur ξ, si nihil aliud addatur: non enim verum adhuc vel falsum est; sed postea quando additur *esse* vel *non esse,* fit verum vel falsum.

V

ξ

12. Nec est instantia de eo, qui * per unicum nomen veram responsionem dat ad interrogationem factam; ut cum quaerenti: *quid natat in mari?* aliquis respondet, *piscis.* Nam intelligitur verbum quod fuit in interrogatione positum. Et sicut nomen *per se* positum non significat verum vel falsum, ita nec verbum *per se* dictum. – Nec est

• bc.-p.:*quod.*

instantia de verbo primae et secundae personae, et de verbo exceptae actionis *: quia in his intelfigitur certus et* determinatus nominativus. Unde est implicita compositio, licet non explicita.

' verb grat.: *to-*
' abce omittunt

13. Deinde cum dicit: *Signum aittem* etc., inducit signum ex nomine composito, scilicet hircoccrvus, quod componitur ex hirco et cervus * et quod in graeco dicitur tragelaphos; nam *tragos* est hircus, et *elaphos* cervus. Huiusmodi enim nomina significant aliquid, scilicet quosdam conceptus simplices, licet rerum compositarum; ct ideo non est verum vel falsum, nisi quando additur *esse* vel *non esse,* per quae exprimitur iudicium intellectus. Potest autem addi *esse* vel *non esse,* vel secundum praesens tempus, quod est esse vel non esse in *actu,* et ideo hoc dicitur esse *simpliciter;* vel secundum tempus praeteritum, aut futurum, quod non est esse simpliciter, sed *secundum quid;* ut cum dicitur aliquid fuisse vel futurum esse,- Signanter autem utitur exemplo ex nomine significante quod non est in rerum natura, in quo statim falsitas apparet, et quod sine compositione et divisione non possit verum vel falsum esse °.

D^ceivo^''

dum conformitatem in intellectu componente vel dividente. **Editores Piani hanc lectionem, ut mihi videtur, desumpserunt ex editione *b,* sed aliquantulum est intricata. Altera ed. *a* est etiam intricata: *qui iudicat esse conformitate rerum et intellectus componendo et dividendo :* nisi forte irrepserit ex typographi incuria *esse conformitate* loco *de conformitate. -Veneta c* et aliae i5a6, 1155γ legunt cum codd. DE: *qui iudicat de conformitate verum et intellectus componendo et dividendo.* Quae lectio perspicua est et fere eadem cum lect. codd. ABC: *qui iudicat de conformitate rerum intellectus componendo et dividendo.* Coniunctionem *et* amanuensium oscitantia omisit. Patet ergo lectionem *de conformitate* ab omnibus codd. uniformiter exhiberi item a duabus Venetis edd. saec. XV et XVI; *rerum et intellectus componendo et dividendo* legi etiam tum in citatis edd., tum in codd. Unde lectionem istam et propter formae perspicuitatem et propter codd. auctoritatem suffecimus Pianae.**

v) *Secundo probat per signum.* Ita codd. – P.: *secundo manifestatum probat per signum.– Et* quia de signis, quibus simplices mentis conceptus manifestantur sermo impraesentiarum est, opportunum ducimus ex Philopono declarare diversa nomina quibus signa illa appellantur in schola: « Scito *(inquit) terminum, vocem simplicem, dictionem, nomen, » verbum,* subiecto non, sed habitu quadamque relatione differre. Quando » enim dictio ratiocinationis pars fuerit, *terminus* dicitur: quando pars » propositionis, *dictio:* quando huius subiectum, *nomen:* quando enun- » datum de subiecto, *verbum :* quando vox simpliciter significans, *vox » simplex » (Commentar, super libros Priorum... Lucilii Phylalthaei latinitate donata.* Lib. 1, coi. io Venetiis i56o).

ξ) *Sicut cum homo vel album dicitur* etc. Est lectio P. – ACDE: *sicut cum dico, homo vel album.* – Cod. B: *sicut cum dicit, homo* etc.– Infra vero cod. A: *non enim habet adhuc verum vel falsum.* – Codd. BCDE: *non enim adhuc est verum vel falsum.*

Circa autem comparationem institutam inter voces et intellectiones notandum est, quod non sic accipienda est quasi in ipsis vocibus sive simplicibus sive compositis sit veritas vel falsitas non secus ac in intellectu. Ut enim docet s. Thomas in par. I, qu. xvi, artic. vn, veritas enunciabilium non est aliud quam veritas intellectus: enunciabile enim est in intellectu et est in voce. Secundum autem quod est in intellectu habet per se veritatem, sed secundum quod est in voce, dicitur verum enunciabile secundum quod *significat* aliquam veritatem intellectus, non propter aliquam veritatem in enuntiabili existentem sicut in subiecto. (Cf. lect. vn, n. 3).

o) *Et quod sine compositione et divisione non possit verum vel falsum esse.* Ita editores Piani cum ed. c. – Duae aliae edd. *ab : in quo statim falsitas apparet et sine compositione et divisione posset verum vel falsum esse.* Quae est lectio codd. DE, nisi quod uterque habet: *sed sine compositione et divisione posset* etc. Cod. A: *in quo statim falsitas apparet, sed sine compositione et divisione non posset esse verum vel falsum.* – Cod. C: *in quo statim falsitas appareret, sed sine compositione et divisione posset esse verum vel falsum* etc. Denique B; *in quo statim falsitas apparet, si sine compositione et divisione posset esse verum vel falsum.* Quae ultima lectio, mutato ex cod. C *apparet* in *appareret,* mihi vera videtur et adoptanda,—« Ad de- » monstrandam vim simplicis nominis, *inquit Boethius,* quod omni » veritate atque mendacio careat, tale in exemplo posuit nomen, cui » res nulla subiecta sit. Quod si quid verum vel falsum unum nomen » significare posset, nomen, quod eam rem designat, quae in rebus » non sit, omnino falsum esset; sed non est; non igitur ulla veritas » falsitasque in simplici unquam nomine reperietur. Nec illud parvae » curae fuit nomen non ponere quod omnino nihil significaret, sed cum » significaret quiddam, tamen verum aut falsum esse non posset, ut » non videretur veritatis falsitatisque causa esse, eo quoniam nihil si- » gnificaret » (In lib. *De interpretatione,* Ed. 11, lib.I, § *De signis,* pag. 3oγ). Hanc Boethii expositionem paucis complectitur s. Thomas, cum ait: *Signanter autem* etc., eamque exhibet lectio a nobis proposita.

LECTIO QUARTA

DE NOMINE

Ὄνομα [/.εν ουν έστί φωνή σημαντική' κατά συνθήκην, άνευ χρόνου, η μηδε'ν μέρο έστί σημαντικόν κεχωρισμένον.

Ἐν γάρ τω Κάλλιππο τό 'ίππο ούδε'ν αύτό καθ' εαυτό σημαίνει, ώσπερ έν τω λόγω τω Καλο' 'ίππο .

Ού μ.ην ούδ', ώσπερ έν τοΐ άπλαΐ ονόμασιν, ούτω έχει καί έν τοΐ συμπεπλεγμένοι · έν έκείνοι μέν γάρ τό *μέρο* ούδαμώ σημαντικόν, έν δέ τούτοι βούλεται μέν, άλλ' ούδενό κεχωρισμένον, οίον έν τω έπακτροκέλη τό κέλη ούύέν τι σηαινει καθ' έαυτό.

Τό δέ κατά συνθήκην, ότι φύσει των ονομάτων ούδέν έστιν, άλλ'. όταν γένηται σύμβολον, έπεί δηλοΰσί γέ τι καί οί αγράμματοι ψόφοι, οιον θηρίων, ών ούδέν έστιν -όνομα.

Τό δε ούκ άνθρωπο ούκ όνομα. Ού μην ούδέ κεΐται όνομα, ό, τι δει καλεΐν αύτό· ούτε γάρ λόγο , ούτε άπόφασί έστιν άλλ' έστω όνομα άόριστον, ότι ομοίω έφ' ότουοΰν υπάρχει,.καί όντο καί μη όντο .

Τό δέ Φίλωνο , η Φίλωνι, καί όσα τοιαύτα, ούκ ονόματα, άλλα πτώσει ονόματο .

Λόγο δέ έστιν αύτοΰ τα μέν άλλα κατά τα αύτά· ότι δέ μετά του έστιν,·η ην, η έσται, ούκ άληθεύει η ψεύδεται, τό δέ όνομα άεί, οίον Φίλωνό έστιν, η ούκ έστιν ούδέν γάρ πω ούτε άληθεύει ούτε ψεύδεται.

* Nomen igitur est vox significativa secundum placitum, sine tempore, cuius nulla pars est significativa, separata. °*p. ”.

In nomine enim quod est equiferus, ferus per se nihil significat, quemadmodum in oratione, quae est,equus ferus.

At vero non quemadmodum in simplicibus nominibus, sic se habet etiam in compositis: in illis enim nullo modo pars significativa est; in his autem vult quidem, sed nihil significat separata: ut in eo quod est equiferus.

Secundum placitum vero, quoniam naturaliter nomen nullum est, sed quando fit nota; nam designant et illitterati soni, ut ferarum, quorum nullum est nomen.

Non homo vero non est nomen. At vero nec positum est nomen, quo illud oporteat appellari, nam neque oratio, neque negatio est; sed sit nomen infinitum, quoniam similiter in quolibet est, et quod est, et quod non est.

Catonis *(Philonis)* autem, vel Catoni *(Philoni)* et quaecumque talia sunt non nomina, sed casus nominis sunt.

Ratio autem eius in aliis quidem eadem est, sed differt: quoniam cum est vel fuit vel erit adiunctum, neque verum, neque falsum est: nomen vero semper: ut Catonis *(Philonis)* est, vel non est, nondum enim aliquid verum dicit aut falsum.

Synopsis. — 1. Textus divisiones et subdivisiones,- 2. Definitio ideo dicitur *terminus,* quia rem definitam totaliter includit.- 3. In definitione nominis *vox* est per modum generis, ut distinguatur ab aliis sonis; *significativa* est prima differentia, qua nomen distinguitur a vocibus non significantibus.– 4. Obiectio. Videtur quod non *vox* sed *signum* sit genus assumendum in definitione nominis.- 5. Solvitur obiectio. Quamvis *signum* posset assumi ut genus *nominis,* tamen quia nomen significat formam accidentalem ut concretam materiae, seu subiecto, convenientius ponitur ut *genus* res naturalis, scilicet *vox,*- 6. Additur altera differentia *secundum placitum,* qua nomen distinguitur a vocibus naturaliter significantibus,-7.Tertia differentia *sine tempore* qua nomen distinguitur a verbo.-Dubium quoad tertiam differentiam solvitur, tria distinguendo circa tempus: *rem quamdam;* id quod tempore mensuratur, nempe *motum* (secundum *prius* et *posterius)* in quo consistunt actio et passio; ac denique *ipsam habitudinem* temporis mensurantis. Nomen potest significare tempus primo modo acceptum; secundo sensu tempus significatur per *verbum ;* tertio modo per *adverbium* (Cf. lect. v, n. 7). – 8. Denique quarta et ultima *differentia,* qua nomen distinguitur ab *oratione,* est quod pars nominis non significat separata a suo *toto,* quod est ipsum nomen.- 9. Manifestatur quarta differentia in nominibus compositis : unum nomen quamvis compositum ponitur ad significandum *unum conceptum simplicem;* et ideo pars nominis compositi si separata significaret, significaret *partem* illius conceptus simplicis: quod esse non potest.– to. Attamen in nominibus simplicibus pars separata non significat neque realiter neque apparenter; sed *pars* in nominibus compositis aliquid non quidem realiter, sed apparenter videtur significare : quia licet nomen compositum significet conceptum simplicem, tamen *a* conceptu composito imponitur (Cf. lect. vi, n. 6.). - 11. Manifestatur secunda differentia nominis *(significativum secundum placitum):* quia nullum nomen est naturaliter (Cf. lect. n, n. 8).- 12. Tres sententiae de nominum significatione: duae extremae; quarum una *absolute* negat, altera *absolute* affirmat naturalem nominum significationem. – Sententia media negans significationem nominum esse a natura, sed affirmans nominum significationem congruere naturis rerum. – i3. Dictiones quae a *negatione* imponuntur, et quae appellari solent *infinitae,* nomina dici nequeunt propter indeterminationem significationis. Nomina enim significant aut aliquam *naturam* determinatam , aut *personam* determinatam, aut *utramque* determinate. - 14. Solus *nominativus* dicitur principaliter nomen, quia per ipsum facta est impositio nominis ad aliquid significandum. – i5. Nomen in *recto* cum verbo *substantivo* adiunctum, semper significat verum vel falsum, quod non contingit de nomine in casu obliquo. – 16. Solvitur obiectio. Praemissa (in principio textus) definitio nominis non *simpliciter* convenit neque nomini *infinito,* neque casibus nominis.- Est corollarium praecedentium.

1. ^5 ostquam Philosophus determinavit de ^ordine significationis vocum, hic ac- ^'cedit ad determinandum de ipsis voicibus significativis. Et quia principaliter intendit de enunciatione, quae est subiectum huius libri *; in qualibet autem scientia oportet praenoscere “ principia subiecti; ideo primo, determinat de principiis enunciationis; secundo, de ipsa enunciatione; ibi: *Enuntiativa vero non omnis* etc.* Circa primum duo facit: primo enim, determinat principia quasi materialia enunciationis, scilicet partes intégrales ipsius; secundo, determinat principium formale, scilicet orationem *, quae est enunciationis genus; ibi : *Oratio autem est vox significativa* etc.* Circa primum duo facit: primo, determinat de nomine, quod significat rei substantiam;

* Lect. 1.

* Cf. lect. î.

a

* ne erronee: *enunciationem.*

* Lect. n.

a) *Oportet praenoscere.* Eligo hanc lectionem codd. AE, quia vere respondet menti s.Thomae, ut patet ex lect. ir super lib. 1 *Poster.: Necesse est quod antequam habeatur cognitio conclusionis, cognoscatur aliquo modo subiectum et passio.* Et lect. 1: *Omnis... disciplinae acceptio ex praeexistente cognitione fit.*- Cod. D legit *praecognoscere;* et est lectio eiusdem sensus. – Edit. Piana habet *noscere;* cod. B legit *cognoscere.* Vera utraque lectio, sed non melior: non enim s. Thomas vult hic indicare simplicem cognitionem, sed inculcare per illa verba intendit huius cognitionis ordinem, nempe praenotionem.-Cod. C omittit verba, *quae est subiectum huius libri* etc., usque ad illa *de principiis* inclusive.

secundo, determinat de verbo, quod significat actionem vel passionem procedentem a re; ibi: *Verbum autem est quod consignificat tempus** etc. Circa primum tria facit: primo, definit nomen; secundo, definitionem exponit; ibi: *In nomine enim quod est equiferus* etc.; tertio, excludit quaedam, quae perfecte rationem nominis non habent, ibi: *Non homo vero non est nomen.*

■Led. v.

Definitio cur di- • a-concludit,

2. Circa primum considerandum est quod definitio ideo dicitur *terminus,* quia includit* totaliter rem; ita scilicet, quod nihil rei est extra definitionem *, cui scilicet definitio non conveniat nec aliquid aliud est infra definitionem, cui scilicet definitio conveniat.

ėxtia definitum,

3. Et ideo quinque ponit in definitione nominis. Primo, ponitur *vox* per modum generis, Per ‹luod distinguitur nomen ab omnibus * sonis, qui non sunt voces. Nam vox est sonus ab ore animalis prolatus, cum imaginatione quadam, ut dicitur in II *De anima* *. Additur autem prima differentia, scilicet *significativa,* ad differentiam quarumcunque * vocum non significantium, sive sit Vox litterata * et articulata, sicut *biltris,* sive non litterata et non articulata, sicut *sibilus* pro nihilo factus γ. Et quia de significatione vocum in superioribus actum est, ideo ex praemissis concludit quod nomen est vox significativa.

'if omnibus a'

vocis natura, • cap.vnt.n.n,- iect.xvin.

'dam quarum' •cf.infran.ii.

t

4. Sed cum vox sit quaedam res naturalis, nomen autem non est aliquid naturale sed ab hominibus institutum, videtur quod non debuit * genus nominis ponere *vocem,* quae est ex natura*. sed magis *signum,* quod est ex institutione; ut diceretur: Nomerv est *signum vocale;* sicut etiam convenientius definiretur *scutella,* si quis diceret quod est vas ligneum, quam si quis diceret quod est lignum formatum in vas.

debeat, -λ: cum sitnaturale;-nc: quod estnaturaie.

δ

5. Sed dicendum quod artificialia 5 sunt quidem in genere substantiae ex parte materiae, in genere autem accidentium * exparte formae: nam formae artificialium * accidentia sunt. Nomen ergo significat formam accidentalem ut concretam subiecto. Cum autem in definitione omnium accidentium oporteat poni subiectum, necesse est quod, si qua nomina accidens in abstracto significant ' quod in eorum definitione ponatur accidens in recto, quasi genus, subiectum autem in obliquo, quasi differentia; ut cum dicitur, *simitas est curvitas nasi.* Si qua vero nomina accidens significant in concreto, in eorum definitione ponitur materia, vel subiectum, quasi genus, et accidens, quasi differentia; ut cum dicitur, *simum est nasus curvus.* Si igitur nomina rerum artificialium significant formas accidentales, ut concretas subiectis naturalibus, convenientius est, ut in eorum definitione ponatur res naturalis quasi genus, ut dicamus quod scutella est lignum figuratum, et similiter quod nomen est vox significativa. Secus autem esset, si nomina artificialium acciperentur, quasi significantia ipsas formas artificiales in abstracto.

6

6. Tertio, ponit secundam differentiam cum dicit: *Secundum placitum,* idest secundum institutionem humanam a beneplacito hominis procedentem. Et per hoc differt nomen a vocibus significantibus naturaliter, sicut sunt gemitus infirmorum et voces brutorum animalium.

7. Quarto, ponit tertiam differentiam, scilicet *sine tempore,* per quod differt nomen a verbo. – Sed videtur hoc esse falsum: quia hoc nomen *dies* vel *annus* significat tempus *.-Sed dicendum quod circa tempus tria possunt considerari.· Primo quidem, ipsum tempus, secundum quod est res quaedam, et sic potest significari a nomine, sicut quaelibet alia res. Alio modo, potest considerari id, quod tempore mensuratur, in quantum huiusmodi: et quia id quod primo et principaliter tempore mensuratur est motus, in quo consistit actio et passio, ideo verbum quod significat actionem vel passionem, significat cum tempore. Substantia autem * secundum se considerata, prout significatur per nomen et pronomen, non habet in quantum huiusmodi ut tempore mensuretur, sed solum secundum quod subiicitur motui, prout * per participium significatur *. Et ideo verbum et participium significant cum tempore, non autem nomen et pronomen. Tertio modo, potest considerari ipsa

' In marg. b: *significat cum tempore.*

Tempus ut est res quaedam.

Id quod tempore mensuratur.

' c: *quae,et* omittit *autem.*

• a b c omittunt *prout.*
*a: *significata.*

β) *Cui scilicet definitio non conveniat.* Haec verba usque ad illa inclusive *infra definitionem,* desiderantur in cod. C. Sed manifestum est quod error irrepsit ex recursu eorumdem verborum *definitionem cui scilicet.* - Quae vero in hoc numero habentur, Aegidius explicat per haec verba: « Notat hic Expositor *(S. Thomas)* quod definitio vocatur *termi-* » *nus,* secundum Philosophum in libro *Posteriorum.* Nam sicut termi- » nus continet illud quod est de proprio, et dimittit illud quod est de » alieno; ita definitio debet continere illud quod est de essentia definiti, » et dimittere illud quod est extra essentiam definiti › (In I *Peri hermeneias, § Nomen ergo est vox* etc. fol. 48 verso, coi. 2, seq.-Venetiis i5o 7).

γ) *Pro nihilo factus.* Haec verba desunt in cod. D, sed retinenda sunt cum cdd. Piana et Venetis, nec non codd. ABC: si enim omittantur, potest accipi *sibilus* ut aliquid significans, sicut revera est quandoque; quod est contra mentem s. Doctoris, cuius sèrmo est de vocibus sive articulatis sive non articulatis, sed non significantibus.

δ) *Artificialia sunt quidem* etc. Quaedam heie opportunum est declarare pro novitiis.-In artificialibus duo sunt, *materia,* puta lignum vel aes vel marmor, et *forma,* puta figura Petri vel Pauli. Illa est res naturalis et substantia quaedam ab artifice praesupposita; forma vero est ab artifice, a quo ponitur in illa materia et est quid ipsi materiae accidentale: aes enim non propterea in seipsa substantialiter mutatur quia diversimode figuratur. Porro ab hac forma et non a materia denominatur et constituitur *artificiale* quodvis; et ideo communiter dicitur quod artefacta, ut sunt talia, ex parte nempe formae, sunt accidentia. Quae forma si accipiatur ut revera existit, non est sine materia, seu est conireta *subiecto;* et hac dc causa materia seu subiectum ingreditur definitionem rerum artificialium, sicut et aliorum accidentium, ut explicatur in textu; nempe, vel in *recto,* hoc est in *casu nominativo* si artificialia vel accidentia quaecumquc eorumque nomina definiantur in concreto; vel in *obliquo,* hoc est in *genitivo* aliisque casibus, si definiantur in abstracto, hoc est, si accipiantur quasi sint aliquid in seipsis, ut explicatur in textu.- Quia ergo *nomina seu vocabula res* sunt artificiales; ideo per ordinem ad subiectum, sicut caetera artificialia et accidentia, esse definienda recte s. Thomas concludit. – Ratio vero cur in definitione accidentium poni oporteat eorum subiectum, in ipsa natura accidentis est, ut hic supra innuimus. Accidens enim non in se est, sed in subiecto, nempe de cius natura non est *esse* sed *inesse;et* ideo haec *inhaerentia* seu dependentia a subiecto est dc ratione seu dc definitione accidentis (Cf. I *Posterior.* lect. x). – Cum autem dicitur quod subiectum ingreditur definitionem accidentis, non sic est intelligendum quasi subiectum sit pars essentialis *intrinseca* et constitutiva accidentis (absurdum enim est dicere quod homo e. g. sit de essentia albi); sed quia subiectum est *extrinsece* de ratione accidentis, hoc sensu nempe quod accidentis natura non intelligitur sine inhaerentia sive actuali sive potential! vel habitudinali ad subiectum, cui inesse debet ut existât, sicut explicatum est (Cf. VII *Metaphysic.* lect. iv).

ε) *Si qua nomina accidens in abstracto significant.* Lectio ista, quam habent codd., ponitur loco lectionis Pianac et Venetae *c: si qua nomina accidentis in abstracto definiantur:* nam vere concordat cum altera parte sententiae infra posita a s. Thoma: si *qua vero nomina accidens significant in concreto.* – Aliae duae Venetae edd. *ab: si qua nomina accidentis in abstracto significant.* – Libenter tamen admitterem *definiantur* editionis Pianae, si codices et contextus consentirent.

habitudo temporis mensurantis; quod significatur per adverbia temporis,ut *cras, heri* et huiusmodi*.

Habitudo temporis mensurantis; ‑λ : *et hodie.*

8. Quinto, ponit quartam differentiam cum subdit: *Cuius nulla pars est significativa separata,* scilicet a toto nomine; comparatur * tamen ad significationcm nominis secundum quod est in toto. Quod ideo est, quia significatio est quasi forma nominis; nulla autem pars separata habet formam totius, sicut manus separata ab homine non habet formam humanam. Et per hoc distinguitur nomen ab oratione, cuius pars significat separata5; ut cum dicitur, *homo iustus.*

‑bc : *coopéra-* vera lectio.

ï

9. Deinde cum dicit: *In nomine enim quod est* etc., manifestat praemissam definitionem. Et primo, quantum ad ultimam particulam; secundo, quantum ad tertiam; ibi: *Secundum vero placitum* etc. Nam primae duae particulae manifestae sunt ex praemissis; tertia * autem particula, scilicet *sine tempore,* manifestabitur in sequentibus in tractatu *Dc verbo.* Circa primum duo facit: primo, manifestat propositum per nomina composita; secundo, ostendit circa hoc differentiam inter nomina simplicia et composita; ibi: *At vero non quemadmodum* etc. Manifestat ergo primo quod pars nominis separata nihil significat, per nomina composita, in quibus hoc magis* videtur. In hoc enim nomine quod est *equiferus* haec pars *ferus, per se* nihil significat sicut significat in hac oratione, quae est *equus ferus.* Cuius ratio est quod unum nomen imponitur * ad significandum unum simplicem intellectum; aliud autem est id a quo imponitur nomen ad significandum, ab eo quod nomen significat; sicut hoc nomen *lapis* imponitur a laesione pedis,quam non significat: quod tamen imponitur * ad significandum conceptum cuiusdam rei. Et inde est quod pars nominis compositi, quod imponitur ad significandum conceptum ■simplicem, non significat partem conceptionis compositae, a qua imponitur nomen * ad significandum. Sed oratio significat ipsam conceptionem compositam : unde pars orationis significat partem conceptionis compositae.

Quarta?

•c: *minus.*

η

• *con.-p.-.poni-*

•*sscomM.quod tamen imponitur.*

* *Nomen* ex codd.

10. Deinde cum dicit: *At vero non* etc., ostendit quantum ad hoc differentiam inter nomina simplicia et composita, et dicit quod non ita se habet in nominibus simplicibus, sicut et in compositis ®: quia in simplicibus pars nullo modo est significativa, neque secundum veritatem, neque secundum apparentiam; sed in compositis *vult quidem,* idest apparentiam habet significandi ; nihil tamen pars eius significat, ut dictum est de nomine *equiferus* '. Haec autem ratio differentiae est *, quia nomen simplex sicut imponitur ad significandum conceptum simplicem, ita etiam imponitur ad significandum ab aliquo simplici conceptu ; nomen vero compositum imponitur a composita conceptione, ex qua habet apparentiam quod pars eius significet.

θ

, c : *huius autem* ra'

11. Deinde cum dicit: *Secundum placitum* etc., manifestat tertiam partem praedictae definitionis; ef dicit quod ideo dictum est quod nomen significat secundum placitum, quia nullum nomen est naturaliter x. Ex hoc enim est nomen, quod significat: non autem significat naturaliter, sed ex institutione. Et hoc est quod subdit: *Sed quando fit nota,* idest quando imponitur ad significandum. Id enim quod naturaliter significat non fit, sed naturaliter est signum. Et hoc significat cum dicit: *Illitterati enim soni, utferarum* \ quia scilicet litteris significari non possunt. Et dicit potius *sonos* quam *voces,* quia quaedam animalia non habent vocem, eo quod carent pulmone, sed tantum quibusdam sonis proprias passiones naturaliter significant : nihil autem horum sonorum est nomen. Ex quo manifeste datur intelligi quod nomen non significat naturaliter.

«

λ

12. Sciendum tamen est quod circa hoc fuit diversa quorumdam opinio. Quidam enim dixerunt quod nomina nullo modo naturaliter significant: nec differt quae res quo nomine significentur. Alii vero dixerunt quod nomina omnino naturaliter significant, quasi nomina sint naturales similitudines rerum. Quidam vero dixerunt quod nomina non naturaliter significant quantum ad hoc,

ζ) *Cuius pars significat separata , ut cum* etc. – Codd. ABC : *quae etiam significat quandoque sine tempore, ut cum* etc. Sed haec lectio non videtur adoptanda. Non enim est amplius sermo de tertia differentia, quae est significatio sine tempore, sed de quarta differentia quae est non significatio partis nominis separatae a toto nomine.

η) *Quod est equiferus.* Textus graccus habet: εν τω χάλλιππο το ιππο *nihil significat;* et infra: *Sicut in* τω ιπακτροχέλη , το χίλη *non aliquid significat secundum seipsum.* Quae dictiones quia latine non integre unico vocabulo redduntur, ponitur *equiferus,* quod aeque valet ad mentem Aristotelis exprimendam. Alii malunt vocabulum graecum inserere versioni latinac quam mutare; sed est scrupulus non curandus.' Argyropolus autem neque ἐπακτροχέλητον ponit neque *equiferum,* sed vertit, *ut in exemplo patet antea dicto;* exemplum autem ab ipso antea dictum, de *equifero est.* In translatione denique, qua utimur, omittuntur sequentis versus ultima verba: το χίλη etc.

0) *Sicut et in compositis.* Haec verba ct immediate sequentia, *quia in simplicibus,* desunt in D, sed est mendum amanuensis, ex recursu vocis *simplicibus.* Contextus autem praefata verba requirit ad sententiae sensum complendum.– Codd. alii legunt *simplicibus et compositis :* quae lectio bona est. Retineo tamen Pianam quia comparatio instituta inter nomina simplicia-et composita magis clare indicatur.

t) *Nihil tamen pars eius significat, ut dictum est de nomine equiferus.* « Hoc nomen *equiferus (inquit doctissimus Sylvester Maurus),* › differt ab hac oratione *equus ferus,* quod *ferus* in quantum est pars » huius orationis *equus ferus* per se significat *ferum ;* in quantum vero › est pars huius nominis *equiferus* per se nihil significat *(Cf. n. 10).* » Hinc patet differentia inter nomina simplicia ct composita. Partes no- › minum simplicium separatae non solum non significant, sed neque » habent vim significandi : e. gr. partes huius nominis *Petrus,* quae sunt › *Pe, trus,* non habent ullam vim significandi, quia non sunt impositae » ad aliquid significandum. At vero partes nominum compositorum se- » paratae habent vim significandi, sed in quantum sunt partes talis no- › minis non exercent talem vim significativam : e. g. *ferus,* quod est pars » huius nominis *equiferus,* separatim habet vim significandi, sed in quan- ›tum est pars huius nominis, non exercet talem vim, neque significat » *ferum* (Aristotelis Opera, quae extant omnia, brevi paraphrasi, ac litterae perpetuo inhaerente explanatione illustrata,* tom. 1, *De interpretatione,* lib. 1, cap. n, pag. 68, seq. – Romae 1668).

x) *Nullum nomen est naturaliter.* Vera est haec lectio omnium nostrorum codd., ut videre est in textu Aristotelico, cuius verba hic recitantur a s. Thoma. Vult enim s. Thomas probare cum Aristotele quod *nomen* significat ex institutione; probat autem hoc modo: nullum *nomen* est a natura; ergo nomen significat ex institutione. Antecedens probatur: nam non est nomen nisi quatenus *significat;* ergo ab eo est nomen, a quo est significatio ; sed significatio nominis non est a natura (quia id quod naturaliter significat non fit, sed naturaliter est signum); ergo nullum nomen est a natura. – Si autem legatur cum Piana: *nullum nomen significat naturaliter;* probatio est repetitio asserti, nempe, *nullum nomen significat naturaliter, quia nullum nomen significat naturaliter.*

λ) *Et hoc significat, cum dicit* etc. – Codd. CE: *et hoc significari dicit per illitteratos sonos ferarum.-G: et hoc significari debet per* etc.– A : *et hoc significare erit per illitteratos sonos ferarum, qui scilicet* etc— D : *et hoc significare dicit propter illitteratos* etc. Retinemus Pianam, sed non displicet codd. CE lectio, cui etiam aliorum codd. lectio est magis conformis.

quod eorum significatio non est a natura, ut Aristoteles hic intendit; quantum vero ad hoc naturaliter * significant quod eorum significatio congruit naturis rerum, ut Plato dixit*. – Nec obstat quod una res multis nominibus significatur: quia unius rei possunt esse multae similitudines; et similiter ex diversis proprietatibus possunt uni rei multa diversa nomina imponi.

* *Naturaliter* ex ABC.

Plato. • Cf. infra lect.vi, num. 8 in not.?:.

Non est autem intelligendum quod dicit: *Quorum nihil est nomen,* quasi soni animalium non habeant nomina: nominantur enim quibusdam nominibus, sicut dicitur *rugitus* leonis et *mugitus* bovis; sed quia nullus talis sonus est nomen, ut dictum est.

Voces brutorum habent nomina, sed non sunt nomina.

13. Deinde cum dicit: *Non homo vero* etc., excludit quaedam a nominis ratione. Et primo, nomen infinitum ; secundo, casus nominum ; ibi : *Catonis autem vel Catoni* etc. Dicit ergo primo quod *non homo* non est nomen. Omne enim nomen significat aliquam naturam determinatam, ut *homo;* aut personam determinatam, ut pronomen *; aut utrumque determinatum, ut Sortes. Sed hoc quod dico *non homo,* neque determinatam naturam neque determinatam personam significat. Imponitur enim a negatione hominis, quae aequaliter dicitur de *ente,* et *non ente.* Unde *non homo* potest dici indifferenter, et de eo quod non est in rerum natura; ut si dicamus, *chimaera est non homo,* et de eo quod est in rerum natura; sicut cum dicitur, *equus est non homo.* Si autem * imponeretur a privatione requireret * subiectum ad minus existens: sed quia imponitur a negatione, potest dici de ente et de non ente, ut Boethius et Ammonius dicunt *. Quia tamen significat per modum nominis, quod potest subiici et praedicari, requiritur ad minus suppositum in apprehensione. Non autem erat nomen positum tempore Aristotelis" sub quo huiusmodi dictiones concluderentur. Non enim est oratio, quia pars eius non significat aliquid separata, sicut nec in nominibus compositis; similiter autem non est negatio, id est oratio negativa, quia huiusmodi oratio superaddit negationem affirmationi, quod non contingit hic. Et ideo novum nomen imponit ξ huiusmodi dictioni, vocans eam nomen *infinitum* propter indeterminationem significationis, ut dictum est.

• a : *ut ego vel tu; et* omittit *pronomen.*

*a : *si negatio autem.*

de: *requiretur;* forte; *requireretur.* Boethius.

Ammonius. • Loc. citand. in nota seq.

v

14. Deinde cum dicit: *Catonis autem vel Catoni* etc., excludit casus nominis; et dicit quod Catonis vel Catoni et alia huiusmodi non sunt nomina, sed solus nominativus dicitur principaliter nomen, per quem facta est impositio nominis ad aliquid significandum. Huiusmodi autem obliqui vocantur casus nominis: quia quasi cadunt ° per quamdam declinationis originem a nominativo, qui dicitur rectus eo quod non cadit. Stoici autem dixerunt etiam nominativos dici casus: quos grammatici sequuntur, eo quod cadunt, idest procedunt ab interiori conceptione mentis. Et dicitur rectus, eo quod nihil * prohibet aliquid cadens sic cadere, ut rectum stet, sicut stilus qui cadens ligno infigitur.

I

quia nihil.

15. Deinde cum dicit: *Ratio autem eius* etc. π, ostendit consequenter quomodo se habeant obliqui casus ad nomen; et dicit quod ratio, quam significat nomen, est eadem et* *in aliis,* scilicet casibus nominis; sed in hoc est differentia quod* nomen adiunctum cum hoc verbo *est* vel *erit* * vel *fuit* semper significat verum vel falsum : quod non contingit in obliquis. Signanter autem inducit exemplum de verbo substantivo : quia sunt quaedam alia verba, scilicet *impersonalia,* quae cum obliquis* significant verum vel falsum; ut cum dicitur, *poenitet Sortem,* quia actus verbi intelligitur ferri super obliquum ; ac si diceretur, *poenitentia habet * Sortem.*

et gram'

π

■*BC omittunt *et.*

' ■■■ *qma.*

?on

ʃf^bti^uis ca-

–d: *tenet.*

16. Sed contra*: si nomen infinitum et casus non sunt nomina, inconvenienter data est praemissa nominis definitio, quae istis convenit. – Sed dicendum, secundum Ammonium *, quod supra communius definit * nomen, postmodum vero significationem nominis arctat subtrahendo haec a nomine.-Vel dicendum quod praemissa definitio non simpliciter convenit his: nomen enim infinitum nihil determinatum significat, neque casus nominis significat secundum primum placitum instituentis, ut dictum est.

tunt ABC.

'Contra omit-

Ammonius. Loc. cit. m no-« ».

AC: dcfinivl'.

p) *Si autem imponeretur a privatione* etc. Quia ex inordinata verborum prolatione de facili incurritur error, ideo in scientiis proprietas etiam verborum est accurate servanda, igitur *privatio* est *negatio* alicuius proprietatis in *subiecto;* at *negatio* a subiccto omnino praescindit, imo quandoque afficit subiectum ipsum, ut cum dicitur, *non-homo.* Ex quo sequitur quod *privatio* semper praesupponat subiectum, *quod* non negatur, sed *de quo* aliquid negatur (Cf. lect. v, n. 11). – Exinde est quod *privatio,* si strictiori etiam sensu accipiatur, est negatio perfectionis in subiccto, ad quam habendam subiectum natura sua ordinatur, et quam proinde *non habere* est defectus : quod non est de negatione simpliciter dicta. Hinc homo dicitur *privatus* visu, quae privatio est defectus in homine; sed visus negatur lapidi, in quo carentia visus non est suae naturae defectus, quinimo suae naturae consentanea est (Cf. s. Th. in IV *Metaphys.* lect. ni, et V lect. xx).

v) Non autem erat nomen positum tempore Aristotelis etc. His verbis intelligimus Aristotelem auctorem fuisse ut huiusmodi dictiones negativae, *non homo, non ens* etc., *infinitae* dicerentur (Cf. lect. seq. n. 11): quod aliunde ex ipsis Aristotelis verbis ἑστω ὀνορα αὁριστον aperte indicatur. «Si placet, vocetur *(praefata dictio)* nomen infini-› tum, ut et habeat rationem nominis quoad modum grammaticae, et » quoad dialecticum extra perfectam rationem nominis extrahatur. » Ita interpretatur Aristotelem b. Albertus Magnus in I *Peri hermeneias,* tract. 11, cap. v. Et Ammonius in librum *De interpretatione* sect. I, §. 7 *Non homo* etc., ait: «Id genus voces,.... nomen nullum ab anti-» quioribus meruerunt... per verba autem illa, *sed sit infinitum nomen,* » constat ipsum *(Aristotelem)* eius notae vocibus hoc nnmen indidisse » (Ed. cit. fol. 6, coi. 3 et 4). – Cf. Boeth. *De interpret.* Ed. II, lib. I, *De nomine, §. Non homo* etc., pag. 3ia, ed. cit. Basileae.

ξ) *Et ideo novum nomen imponit.* Adiicio *novum* ex codd. ABCE, quamvis illo carcant edd. Ven., P. et cod. D. – Etenim illud indicari videtur ex contextu orationis, in qua agitur dc novo vocabulo, quo Aristoteles designavit nomina quae a negatione imponuntur.-Infra, lect. vm, occurret aliud vocabulum introductum ab Aristotele, nempe *dictio,* et aliud lect. ix, scilicet *contradictio.*

0) *Quia quasi cadunt.* – *Quasi* ex codd.-Piana: *quia cadunt.* Eligo codd. lectionem: nam *cadere* hoc loco figurate accipitur; et ideo scientifice loquendo, magis a figura (scientiis impropria) receditur adiuncto adverbio *quasi.* – Cod. A : *qui quasi cadunt.* – Supra vero tum in principio huius numeri, tum praecedentis reliquimus exemplum *Catonis* et *Catoni* versionis latinae, quamvis in graeco habeatur *Philonis* et *Phitoni,* ut notavimus in textu.

π) *Deinde cum dicit: Ratio autem eius* etc. Codd. ABC omittunt haec verba; et cod. A incipit: *ostendit autem qualiter* etc.-BC: *ostendit autem consequenter qualiter* etc. Sed sunt lectiones non adoptandae. S. Thomas enim in exponendo partes textus Aristotelis semper illo aut simili modo utitur: *Deinde cum dicit* etc.

LECTIO QUINTA

DE VERBI NATURA ET EIUS CONVENIENTIA AD NOMEN

'Ρήμα δέ έστι το πρασσημαΐνον χρόνον, ού μέρο ούδέν σημαίνει χωρί , καί έστιν άεί των καθ' έτέρου λεγομένων σημεΐον.

Λέγω δ' οτι προσσημαίνει χρόνον, οίον ύγίεια μέν όνομα, τό δέ υγιαίνει ρήμα· προσσημαίνει γάρ το νυν ὕπάρχειν· Καί άεί των καθ' έτέρου λεγομένων σημεΐον έστιν , οίον των καθ' υποκειμένου, η έν ὕποκειμένω.

Τό δέ ούχ υγιαίνει , καί τό ού κάμνει, ού ρήμα λέγω· προσσημαίνει μέν γαρ χρόνον, καί άεί κατά τίνο υπάρχει· τη δέ διαφορά όνομα ού κεΐται· άλλ' έστω αόριστον ρήμα, ότι ομοίω έφ' ότουούν υπάρχει, καί όντο , καί μη' όντα .

'Ομοίω δέ καί τό ύγίανεν, η τό ύγιανεΐ, ού ρήμα, αλλά πτω'σει ρήματο · διαφέρει δέ του ρη'ματο , οτι τό μέν τον παρόντα προσσημαίνει χρόνον, τά δέ τόν πέρι .

Αύτά μέν ούν καθ' έαυτά λεγάμενα τα ρήματα όνόματά έστι,

καί σημαίνει τι· (ίστησι γάρ ό λέγων την διάνοιαν, καί ό άκούσα ηρέμησεν) άλ,λ' ει έστιν, η μη',ούπω σημαίνει· ούδέγαρ τό είναι, η μη είναι, σημεΐον έστι τοΰ πράγματο · ούδ' έάν τό ον εΐπη αύτό καθ' εαυτό ψιλόν αύτό μέν γάρ ούδέν έστι· προσσημαίνει δέ συ'νθεσίν τινα, ην άνευ των συγκειμένων ούκ έστι νοησαι.

* Verbum autem est quod consignificat tempus, cuius pars nihil extra significat, et est semper eorum, quae de altero praedicantur, nota. ' C,P· "'·

Dico vero quoniam consignificat tempus; ut cursus *(valetudo)* quidem nomen est, currit *(valet)* autem verbum: consignificat enim nunc esse.

Et est semper eorum, quae de altero dicuntur, nota, ut eorum quae de subiecto dicuntur vel in subiecto sunt.

Non currit *(valet)* vero et non laborat, non verbum dico: consignificat etenim tempus, et semper de aliquo est: differentiae autem huic nomen non est positum: sed sit infinitum verbum, quoniam similiter in quolibet est, et quod est et quod non est.

Similiter autem curret *(valuit)* et currebat *(valebit),* verbum non est, sed casus verbi; differt autem a verbo, quoniam hoc quidem consignificat praesens tempus, illa vero quae circa sunt.

Ipsa itaque, secundum se dicta verba, nomina sunt,

et significant aliquid : (constituit enim qui dicit intellectum, et qui audit, quiescit): sed si est vel non est, nondum significat : neque enim signum est rei esse vel non esse; nec si hoc ipsum *est* purum dixeris: ipsum enim nihil est; consignificat autem quamdam compositionem, quam sine compositis non est intelligere.

Synopsis. — **i. Textus argumentum et divisiones. – 2'** In *perbi* definitione omittuntur, ut subintellecta, quae *verbum* habet communia cum *nomine.* – Duae primae particulae definitionis *verbi.* – 3. Solvitur duplici ratione difficultas, quare nihilominus apponatur particula communis etiam nomini.-4. Tertia particula definitionis verbi affertur. -Verbum est semper ex parte praedicati: per quod distinguitur non solum a nomine, sed etiam a participio (infra n. 8).– 5. Solvitur difficultas. Verba infinitivi modi quando in subiecto propositionis ponuntur habent vim nominis: ratio est quia ipsa, non secus ac nomina, significant res quasi per se stantes, nempe ipsum processum vel inhaerendam actionis quasi res quasdam, non autem significant per modum passionis et actionis *egredientis* a substantia et ipsi *inhaerentis:* quae significatio est propria verbo.-6. Tam verba, quam omnes orationis partes, quando ponuntur in propositione *materialiter,* sumuntur ut nomina.-7. Quia verbum significat actionem, ideo consignificat, seu ex consequenti (infr. n. 20 et 22) significat tempus: sed hoc relative ad nos, quibus actiones notae sunt in tempore. – 8. Quia verbum significat id quod praedicatur de alio, et componit praedicatum subiecto; ideo dicitur *nota* seu *signum* eorum quae de altero praedicantur. – 9. Solvitur dubium quoad esse *de* subiecto et esse *in* subiecto.-Responsio Boethii.– Alia responsio. Omnis praedicatio fit per verbum ratione compositionis importatae, sive praedicetur aliquid essentialiter, nempe ut *de subiecto,* sive accidentaliter, scilicet ut *in subiecto,*– 10. Verbum infinitum (Cf. lect. iv, n. 13) quia non significat aliquid per modum actionis vel passionis, non proprie potest dici verbum. Dicitur tamen verbum quia cum verbis convenit in eo quod ponitur ex parte praedicati, et aliquo sensu consignificat tempus. – **ii.** Solvitur obiectio. – 12. Verba praeteriti et futuri temporis excluduntur a verbo stricte sumpto, quia non consignificant tempus *praesens,* quod a verbo proprie dicto consignificatur: ab ipso enim significatur *agere* et *pati* simpliciter, quod proprie est de re praesenti.-13. Quia *praeteritum* et *futurum* dicuntur per ordinem ad *praesens,* verba praeteriti et futuri temporis rationabiliter dicuntur *casus* verbi,-14. Ergo variatio quae est in declinatione verbi non constituit *casus* verbi, nisi sit ex parte actionis. – i5. Verba habent aliquam convenientiam cum nomine non stricte, sed communiter accepto.-16. Probatur assertum. Et primo quod *verbum* convenit cum *nomine* in significando aliquid, scilicet *agere* vel *pati,* ut sunt res quaedam : quod intenditur a proferente verbum, et apprehenditur ab audiente illud. – 17. Verbum secundum se non significat nisi simplicem conceptionem alicuius, sicut et nomen (Cf. lect. in, n. 11).-18. Corollarium. Ergo altera convenientia verbi cum nomine in eo est, quod sicut nec nomen, ita nec verbum per se sumptum significat verum vel falsum logicum seu cognitionis (Cf. lect. m, n. 6).- Quamvis enim omne verbum implicet *esse* vel *non esse,* tamen secundum se non significat *rem esse* vel *non esse;* in qua significatione veritas vel falsitas cognitionis consistit'. – 19. Specialis difficultas quoad *ens* a quo *esse* originem habet.-20. *Ens* secundum se sumptum consignificat, sed principaliter non significat *esse:* et ideo non significat veritatem vel falsitatem cognitionis. – 21. Verbum *est* non significat compositionem, quae possit intelligi sine componentibus; et ideo secundum se non habet veritatem vel falsitatem logicam. – 22. Quia tamen verbum *est* significat illud quod primo cadit in intellectu per modum actualitatis communis omni formae, et per ipsum significamus quamcunque formam vel actum actualiter inesse alicui subiecto; ex consequenti significat, seu consignificat compositionem illam, in qua verum et falsum logice continetur.

1' ostcluam Philosophus determinavit de : hic determinat de *verbo.*

P c*rca hoc tr*a fech: primo, definit 'ga verbum; secundo, excludit quaedam a ratione verbi; ibi: *Non currit autem, et non laborat* etc.; tertio, ostendit convenientiam verbi ad nomen; ibi: *Ipsa quidem secundum se dicta verba,* etc. Circa primum duo facit: primo, ponit definitionem verbi; secundo exponit eam *; ibi: *Dico autem quoniam consignificat* etc. -Eam CX ABDE.

2. Est autem considerandum quod Aristoteles, brevitati studens, non ponit in definitione verbi ea quae sunt nomini et verbo communia, relinquens ea intellectui legentis cx his quae dixerat in definitione nominis. Ponit autem tres particulas in definitione verbi: quarum prima distinguit *ver-*

bum a *nomine,* in hoc scilicet quod dicit quod *consignificat tempus.* .Dictum est enim in definitione nominis quod nomen significat sine tem-
' Lect. praeced., pOre Secunda vero particula est, per quam distinguitur verbum ab oratione, scilicet cum dicitur: *Cuius pars nihil extra significat.*

3. Sed cum hoc etiam positum sit in definitione nominis, videtur hoc debuisse praetermitti, sicut et quod dictum est, *vox significativa ad placitum.* - Ad quod respondet Ammonius " quod in definitione nominis hoc positum est, ut distinguatur nomen ab orationibus, quae componuntur ex nominibus; ut cum dicitur, *homo est animal.* Quia vero sunt etiam quaedam orationes quae componuntur ex verbis; ut cum dicitur, *ambulare est moveri,* ut ab his distinguatur verbum, oportuit hoc etiam in definitione verbi iterari. - Potest etiam aliter dici quod quia verbum importat compositionem, in qua perficitur oratio verum vel falsum significans, maiorem convenientiam videbatur * verbum habere cum orat*one; Quasi * quaedam pars *formalis* ipsius, quam nomen, quod est quaedam pars *materialis* et subiectiva * orationis; et ideo oportuit iterari.

Ammonins.

• λ : *videtur.*

• a; *subiectum.*

4. Tertia vero particula est, per quam distinguitur verbum non solum a nomine, sed etiam a participio quod significat cum tempore ; unde

*duif"3' *P-: et* est semPer eorum, quae de altero prae-
-b·.'dicuntur, dicantur * *nota,* idest signum: quia scilicet nomina et participia possunt poni ex parte subiecti et praedicati, sed verbum semper est ex parte praedicati *P.*

?

b: potest.

5. Sed hoc videtur * habere instantiam in verbis infinitivi modi, quae interdum ponuntur ex parte subiecti; ut eum dicitur, *ambulare est moveri.* - Sed dicendum est quod verba infinitivi modi, quando in subiecto ponuntur, habent vim nominis: unde et in graeco et in vulgari latina locutione *

-a : *in vulgari* susclPlunt additionem *articulorum sicut et nomina.

"^adficti.nem Cuius ratio est quia proprium nominis est, ut

*'ifsubiuf^* Significet rem aliquam quasi per se existentem *; proprium autem verbi est, ut significet actionem vel passionem. Potest autem actio significari tripliciter: uno modo, per se in abstracto, velut quaedam res, et sic significatur per nomen; ut cum dicitur * *actio, passio, ambulatio, cursus* et similia; alio modo, per modum actionis, ut scilicet est egrediens a substantia et inhaerens ei ut subiecto, et sic significatur per verba aliorum modorum, quae attribuuntur praedicatis *. Sed quia etiam ipse processus vel inhaerentia actionis potest apprehendi ab intellectu et significari ut res quaedam, inde est quod ipsa verba infinitivi modi, quae significant ipsam inhaerendam actionis ad subiectum, possunt accipi ut verba, ratione concretionis, et ut nomina prout significant quasi * res quasdam.

'ABC5 omittunt *cum aiatur.*

- *λακ·, personis.*

" *Quasi mcodd.*

6. Potest etiam obiici de hoc* quod etiam verba aliorum modorum videntur aliquando in subiecto poni; .ut cum dicitur, *curro est verbum.* -Sed dicendum est quod in tali locutione, hoc verbum *curro,* non sumitur formaliter, secundum quod eius significatio refertur ad rem, sed secundum quod *materialiter* significat ipsam vocem, quae accipitur ut res quaedam. Et ideo tam verba, quam omnes orationis partes, quando ponuntur *materialiter,* sumuntur in vi nominum.

'0B omittit

7. Deinde cum dicit: *Dico vero quoniam consignificat* etc., exponit definitionem positam. Et primo, quantum ad hoc quod dixerat quod *consignificat tempus;* secundo, quantum ad hoc quod dixerat quod est *nota* eorum quae de altero praedicantur, cum dicit: *Et semper est* etc. Secundam autem particulam γ, scilicet : *Cuius nulla pars extra significat,* non exponit, quia supra exposita est in tractatu nominis. * Exponit ergo primum quod verbum consignificat tempus, per exemplum; quia videlicet *cursus,* quia significat actionem non per modum actionis, sed per modum rei per se existentis, non consignificat tempus, eo quod est nomen*. *Curro* vero cum sit verbum significans actionem, consignificat tempus, quia proprium est motus tempore mensurari; actiones autem nobis notae sunt in tempore. Dictum est autem supra* quod consignificare'tempus est significare aliquid in tempore mensuratum. Unde aliud est significare tempus principaliter, ut rem

γ

'Lect.pracc.n.s.

' bc : *eo quod est "imfi'at tem-*

· Lect.Praec.n.7.

«) *Ad quod respondet Ammonius* etc. Responsionem Ammonii amplectitur Boethius, Op. cit. § *De verbo* pag. 313, sed Ammonium non nominat. Auctor autem iste responsionem, quae hic a s. Thoma recitatur, tribuit Porphyrio, cui subscribit: ‹ Ad hanc difficultatem porphyricum » illud dicamus quasdam esse orationes ex verbis compositas, quarum » significativae sunt partes, ipsa inquam verba ex quibus orationes con- » sistunt, ceu cum dico, *ambulare est moveri.* Namque *ambulare* ct › *moveri* et *est,* cum totius partes sint orationis, significativa per se » sunt ipsa. Ergo ut ab id genus orationibus verba secerneret, quibus » partes aliae verbi finitionis conveniunt, vox, inquam, significativa, ex » composito, tempus adsignificans, ipsam necessario vel hoc loco differen- » tiam adiecit. » (in lib. *Peri herm.* sect. l *De verbo,* § ix, foi. 7, coi. 3). De his nihil habet b. Albertus Magn. in l *Peri hermeneias,* tract. Ill, cap. π.– Hacc autem noto ut animadvertat lector hanc Ammonii responsionem fuisse a sancto Thoma ex ipso Ammonii Commentario desumptam. Vulgata quippe penes nonnullos sententia fuit Scholasticis non verum graecumque Aristotelem innotuisse, sed fictitium atque depravatum, nempe arabisum; vixque ac ne vix quidem excipiebatur s. Thomas: de quo tamen nostra aetate aequiores critici verius sapientiusque iudicarunt (Cf. Jourdain, *Recherches critiques sur l'dge et l'origine des traductions latines d'Aristote* etc. Paris 1819). S. Doctor nedum versiones Aristotelis ex graccis exemplaribus habuit, sed, ut ego existimo, graeca exemplaria ipsa legit (ea enim non infrequenter citat, ct ad eorum lectionem tanta fiducia veritateque recurrit, ut mirum prorsus esset si ipse graccac linguae fuisset omnino ignarus); quinimo commentatorum sententias, quas profert, non ex citationibus aliorum, sed ex fontibus haurit et expendit ad mentem textus Aristotelici.

β) *Verbum semper est* (A omittit *est) ex parte praedicati.* Id probatur infra n.8. - B. Albertus Magn. Op. et lib. cit. tract. 1, cap. in, inquit: « *Nomen est de quo enuntiatur; verbum autem est quod de alio enun-* » *ciatur.* Quod est praecipue manifestum in verbis adiectivis, ut cum di- » citur: *Petrus docet.* Et si obiiciatur, *prosequitur Albertus ib. tract. Ill,* » *cap.* i, quod verbum non semper est praedicatum quod de altero di- » citur, sed ut frequenter praedicantur nomina, ut *homo est animal,* » *Sortes est homo...,* facile est solvere: quia praedicatum est duplex, » scilicet *materiale et formale.* – *Formale* quidem est quod intra se con- » cipit formam quam retorquet ad alterum cui inest, et de quo est ut » de subiecto; haec autem forma non est nisi *compositio : et* hanc for- » mam *verbum (per* hoc quod alterius est) in se concipit. Et ideo so- » lum verbum praedicatum formale est. Hoc autem probatur exemplo: » quia cum dicitur, *homo currit,* sensus est, *homo est currens,* ut' parti- » cipium sit *res* verbi praedicata *materialiter;* ipsum autem quod dico, » *est,* quod est nota compositionis, formam dicit qua *res* verbi refertur » ad subiectum, sicut inhaerens sibi, vel aliquid eius, ct ut aliquid » quod de ipso sit; talis autem forma non est concepta in significato » nominis » (Opp. tom. I, pag. 264. Lugduni 1651).

γ) *Secundam autem particulam* etc. Haec lectio est P. et codd. DE. – AC habent *tertiam,* sed errore plane manifesto. Tres enim sunt partes ab Aristotele ordinatim positae in definitione verbi, ut in textu videre est, nempe, 1. quod *consignificat tempus;* 2. quod *eius pars separata non significat;* 3. quod *est semper nota eorum quae de altero praedicantur.* – Porro primam et tertiam partem exponit Aristoteles, sed *secundam* non exponit, quia supra exposita est in tractatu de nomine.– Magis etiam erronee legit B: *deinde cum dicit: Et est semper etc.*

quamdam, quod potest nomini convenire, aliud autem * est significare cum tempore, quod non convenit nomini, sed verbo.

•*Auteme*codd.*

8. Deinde cum dicit: *Et est semper* etc., exponit aliam particulam. Ubi notandum est quod quia subiectum enunciationis significatur ut *cui inhaeret aliquid*6, cum verbum significet *actionem per modum actionis,* de cuius ratione est ut inhaereat, semper ponitur ex parte praedicati, nunquam autem ex parte subiecti, nisi sumatur in vi nominis, ut dictum est *. Dicitur ergo verbum semper esse nota eorum quae dicuntur de altero : tum quia verbum semper significat id, quod praedicatur; tum quia in omni praedicatione oportet esse verbum, eo quod verbum importat compositionem, qua praedicatum componitur subiccto.

si

•suP.nn.4.et5.

9. Sed dubium videtur quod subditur: *Ut eorum quae de subiecto vel in subtecto sunt* *. Videtur enim aliquid dici ut *de* subiecto, quod essentialiter praedicatur; ut, *homo est animal; in* subiecto autem, sicut accidens *de* subiecto praedicatur; ut, *homo est albus.* Si ergo verba significant actionem vel passionem, quae sunt accidentia, consequens est ut semper significent ea, quae dicuntur ut *in* subiecto. Frustra igitur dicitur *in* subiecto vel *de* subiecto. – Et ad hoc dicit Boethius ' quod utrumque * ad idem pertinet. Accidens enim et Λ? subæct0 praedicatur, et *in* subiecto est. – Sed quia Aristoteles disiunctione utitur, videtur aliud per utrumque significare. Et ideo potest dici quod cum Aristoteles dicit quod, *Verbum semper est nota eorum, quae de altero praedicantur,* non est sic intelligendum, quasi significata verborum sint quae praedicantur *; quia cum praedicatio videatur magis proprie ad compositionem * pertinere, ipsa verba sunt quae praedicantur*, magis quam significent praedicata. – Est ergo intelligendum quod verbum semper est signum quod aliqua praedicentur, quia omnis praedicatio fit per verbum ratione compositionis importatae, sive praedicetur aliquid *essentialiter* sive *accidentaliter.*

ı Abc omitt.

Boethius.

•codd.-p.r.ufrfl-*que,* etitamra.

10. Deinde cum dicit: *Non currit vero et non laborat* etc., excludit quaedam a ratione verbi. Et primo, verbum infinitum; secundo, verba praeteriti temporis vel futuri ; ibi : *Similiter autem curret vel currebat.* – Dicit ergo primo quod *non currit,* ct *non laborat,* non proprie dicitur verbum. Est enim proprium verbi significare aliquid per modum actionis vel passionis; quod praedictae dictiones non faciunt: removent enim actionem vel passionem, potius quam aliquam determinatam actionem vel passionem significent. Sed quamvis non proprie possint * dici verbum, tamen conveniunt sibi ea quae supra posita sunt in definitione verbi. Quorum primum est quod significat tempus , quia significat *agere* et *pati,* quae sicut sunt in tempore, ita privatio eorum ; unde et *quies* tempore mensuratur, ut habetur in VI *Physicor.* * Secundum est quod semper ponitur ex parte praedicati, sicut et verbum : et hoc ideo, quia negatio reducitur ad genus affirmationis. Unde sicut verbum quod significat actionem vel passionem, significat aliquid ut in altero existens,· ita praedictae dictiones significant remotionem actionis vel passionis.

· b : *posset.* - c :

ζ

· commen.s.Th. Didot, cip.vni'- a 'xuet x'"'

11. Si quis autem obiiciat: Si praedictis dictionibus convenit definitio verbi; ergo sunt verba; – dicendum est quod definitio verbi supra posita datur de verbo communiter sumpto. Huiusmodi autem dictiones negantur esse verba, quia deficiunt a perfecta ratione verbi. Nec ante * Aristotelcm erat nomen positum huic generi dictionum a verbis differentium; sed quia huiusmodi dictiones in aliquo cum verbis conveniunt, deficiunt tamen a determinata ratione verbi, ideo * vocat ea verba *infinita* *. Et rationem nominis assignat, quia unumquodque * eorum indifferenter potest dici de eo quod *est,* vel de eo quod *non est.* Sumitur enim negatio apposita non in vi privationis , sed in vi simplicis negationis. Privatio enim supponit determinatum subiectum *. Differunt tamen huiusmodi verba a verbis negativis, quia verba infinita sumuntur in vi unius dictionis, verba vero negativa in vi duarum dictionum.

k nec tamen men secundum.

'ideoexx.

-cf.iect. praec.,

· 'Àlûtrumque.

* cf. lect. praec., n '3,no ti·

12. Deinde cum dicit: *Similiter autem curret* etc., excludit a verbo verba praeteriti et futuri tem-

-λ : *sint praedi·*

• codd. et edd. ^cf.:ƃula°n?"4 ,θη.ζ'.et kct'

ponit tertiam particulam, scilicet: cuius nulla pars extra significat et non exponit, quia etc. Amanuensis addit *deinde* et omittit, *secundam autem particulam :* quae particula illa est quam Aristoteles non exponit.

0) *Significatur ut cui inhaeret aliquid.* Retineo hanc lectionem Pianam et codd. AC. – E: *est ut illud cui inhaeret aliquid.* Quae lectio bona est,- D erronee legit: *significatur id cui non inhaeret aliquid.* – B denique: *significatur ut cui inhaeret aliquod, tamen verbum* etc. Lectio confusa.

e) *Et ad hoc dicit Boethius* etc. – ABC: *et ad hoc respondet Boethius.* Quae hic ex Boethio recitantur, habentur in secunda Edit, in lib. *De interpretatione, lib.* 1, *De verbo,* pag. 314. Sed praeter hanc expositionem, aliam inducit Boethius (quam Ammonius innuit, *De interpretatione,* sect. l *De verbo* fol.7, coi. 4), eamque meliorem ipse vocat: « Vel » melior, *inquit,* haec expositio est si similiter dixisse eum *(Aristotelem)* » arbitremur, tanquam si diceret, omne verbum significat quidem ac» cidens, sed ita ut id quod significat aut particulare sit aut universale, * ut id quod ait *de subiecto* ad universalitatem referamus, quod *in subie*» *cto* ad solam particularitatem. Cum enim dico, *movetur,* verbum qui» dem est et accidens, sed universale: motus enim plures species habet, » ut *cursus* sub motu ponitur. Ergo *cursus* si definiendus est, motum » de cursu praedicamus. Quocirca *motus* genus quoddam est cursus, » atque ideo motus *de cursu* ut *de subiecto* praedicabitur; *cursus* vero » ipse quoniam species alias non habet, *in subiecto* tantum est, id est » *in currente.* Motus autem quamquam et ipse sit *in subiecto,* tamen » *de subiecto* praedicatur. Ideo dicit *("Aristoteles)* eorum esse notam » verbum, quae de altero praedicantur, atque addit, ut eorum quae » *de subiecto* vel *in subiecto.* Hoc dicit, accidentium quidem vim verba » significant, sed talium quae aut universalia sint aut particularia; ut » cum dico, *moveor,* universale quiddam est et *de subiecto* dicitur, ut » de cursu; cum vero dico, *curro,* particulare est, et quoniam *de* » *subiecto* non dicitur, *in subiecto* solum est. » – Haec Boethius, loc. et pag. citt.-Huius secundae Boethii interpretationis s. Thomas specialem mentionem non facit, quia revera convenit cum prima: in utraque enim Boethius verba *de* subiecto vel *in* subiecto ad praedicationem accidentalem refert; proindeque Angelicus utramque recusat, ct planiorem interpretationem proponit.

ζ) *Significat tempus.* Est lectio P., edd. *bc* et codd. ACDE,- Cod. B, edd. *a* et i5a6: *consignficat tempus.* Quam lectionem existimo esse veram et adoptandam. Et quamvis differentia lectionum materialiter spectata nullius momenti esse videatur, philosophice tamen considerata est valde notanda. Verbum enim primo et per se significat ex natura sua aut actionem aut passionem (Cf. lect. r; n. 6, not. 0); imo *verbum nominatur apud Arabes actio,* ut Averroes ait super lib. *De interpretatione, §. Dictio in verbo.* Porro absolute loquendo actio et passio non dicunt tempus : nam actiones intellectivae actiones sunt, quae tamen neque sunt tempus, neque proprie in temporefiunt. Ergo verbum per se et primo non significat tempus. – Attamen actiones ipsae, per verbum immediate significatae, nobis notae sunt in tempore. Et ideo verbum ratione actionis quam significat, *ex consequenti* significat tempus, nempe significando actionem *adsignificat* tempus. Unde dici proprie nequit quod verbum *significat tempus* (quamvis adhibitis necessariis distinctionibus aliquando id dicatur), sed quod *consignificat tempus,* aut *significat cum tempore (Cf.* lect. cit.; et supra, n. 7). Quod adamussim reddit verbum Aristotelis dicentis in definitione verbi προσαηραῖνον, non autem σημαινον (Cf. infra n.igetseqq.).

poris *; et dicit quod sicut verba infinita non sunt simpliciter verba, ita etiam *curret,* quod est futuri temporis, vel *currebat,* quod est praeteriti temporis, non sunt verba, sed sunt *casus* verbi. Et differunt in hoc a verbo, quia verbum consignificat praesens tempus, illa vero significant tempus ' hinc et inde circumstans *. Dicit autem signanter *praesens tempus,* et · non simpliciter *praesens,* ne intelligatur praesens indivisibile, quod est instans: quia in instanti non est motus, nec actio aut passio *; sed oportet accipere praesens tempus quod mensurat actionem, quae incepit, et nondum est determinata per actum *. Recte autem ea quae consignificant tempus ϑ praeteritum vel futurum, non sunt verba proprie dicta: cum enim verbum proprie sit quod significat agere vel pati, hoc est proprie verbum quod significat' agere vel pati in actu, quod est agere vel pati *simpliciter:* sed agere vel pati in praeterito vel futuro est *secundum quid.*

13. Dicuntur etiam verba praeteriti vel futuri temporis rationabiliter *casus verbi,* quod consignificat praesens tempus; quia praeteritum vel futurum dicitur per respectum ad praesens. Est enim praeteritum quod fuit praesens, futurum autem quod erit praesens.

14. Cum autem declinatio verbi varietur per modos, tempora, numeros et personas, variatio quae fit per numerum * et personam non constituit casus verbi . quia tahs variatio non est ex parte actionis, sed ex parte subiecti; sed variatio 9uae cst Per modos * et tempora respicit ipsam actionem, et ideo utraque constituit casus verbi. Nam verba imperativi vel optativi modi casus dicuntur, sicut et verba praeteriti vel futuri temporis. Sed verba indicativi modi praesentis temporis non dicuntur casus, cuiuscumquc sint personae vel numeri.

15. Deinde cum dicit: *Ipsa itaque* etc., ostendit convenientiam verborum ad nomina. Et circa hoc duo facit: primo, proponit quod intendit; secundo, manifestat propositum; ibi: *Et significant aliquid* etc. Dicit ergo primo * quod ipsa verba secundum se dicta sunt nomina: quod a quibusdam exponitur de verbis quae sumuntur in vi nominis, ut dictum est, sive sint infinitivi modi; ut cum dico, *currere est moveri,* sive sint alterius modi; ut cum dico, *curro est verbum.* Sed haec non videtur esse " intentio Aristotelis, quia ad hanc intentionem non respondent sequentia *. Et ideo aliter dicendum est quod nomen hic sumitur, prout communiter significat quamlibet dictionem impositam ad significandum aliquam rem. Et quia etiam ipsum * *agere* vel *pati* est quaedam res, inde est quod et ipsa verba in quantum nominant, idest significant agere vel pati, sub nominibus comprehenduntur communiter acceptis. Nomen autem, prout a verbo distinguitur, significat rem sub determinato modo, prout scilicet potest intelligi ut *per se* * existens. Unde nomina possunt subiici et praedicari.

16. Deinde cum dicit: *Et significant aliquid* etc., probat propositum. Et primo, per hoc quod verba significant aliquid, sicut et nomina; secundo, per hoc quod non significant verum vel falsum, sicut nec nomina; ibi: *Sed si est, aut non est* etc.-Dicit ergo primo quod in tantum dictum est quod verba sunt nomina, in quantum significant aliquid. Et hoc probat, quia supra dictum est* quod voces significativae significant intellectus. Unde proprium vocis significativae èst quod generet aliquem intellectum in animo audientis. Et ideo ad ostendendum quod verbum sit vox significativa, assumit quod ille, qui dicit verbum, constituit intellectum in animo audientis. Et ad hoc manifestandum inducit quod ille, qui audit, quiescit.

17. Sed hoc videtur esse falsum: quia sola oratio perfecta facit quiescere intellectum, non autem nomen, neque verbum si per se dicatur *. Si enim dicam, *homo,* suspensus est animus audientis, quid de eo dicere velim ; si autem dico, *currit*χ, suspensus est eius animus de quo dicam. - Sed dicendum est quod cum duplex sit intellectus operatio, ut supra habitum est*, ille qui dicit nomen vel verbum secundum se, constituit intellectum quantum ad primam operationem, quae est simplex conceptio alicuius, et secundum hoc, quiescit audiens, qui in suspenso eratλ antequam nomen vel verbum proferretur * et eius prolatio terminaretur; non autem constituit intellectum quantum ad secundam operationem, quae est intellectus componentis et dividentis, ipsum

• ac : *praeteriti temporis vel futuri.*

' Codd. - r.: *circumdans* (Conf. lib.II, lect. i, n. 5).

•λ : *nec passio.*

"Nempe actiqnem quae incepit ct nondum est terminata (Conf. Aegid. in huBC loc.).

0

•a h c d: . *secundum numerum.*

• codd.-p.: *non constituit casum vet casus verbi,*

'dumimodos<:un'

et verbum si Per se dicantur.

χ

"Lect.i.n. t.

λ

diceretur.

• *Primo es. eoa.*

η) *Illa vero significant tempus* etc. Ita edit. Piana et ita codices. Verum ob rationes adductas in superiori nota, videtur haec lectio non esse sancti Thomae, sed esse legendum: *illa vero consignificant tempus:* quae est lectio a sancto Thoma passim adoptata, imo ab immediate praecedentibus, *quia verbum consignificat* etc. omnino indicata. – Duo tamen codices AB habent hoc etiam loco: *quia verbum significat.*

0) *Consignificant tempus* etc.-Unus cod. A: *significat* (Cf. notas praeced. et seq.). – Attende quid a s. Thoma dicatur de actione praesenti, praeterita ct futura. Actio enim praesens est simpliciter actio quia habet *esse* seu existit *actu ;* ergo quia de ratione verbi est significare actionem (vel passionem), verbum proprie est verbum praesentis temporis,-Sed actio praeterita vel futura revera non est *actio,* quia revera non existit, sed fuit vel erit, quando fuit vel erit *praesens ;* et ideo verba praeteriti vel futuri temporis non sunt proprie verba, sed dicuntur casus verbi, ut s. Doctor explicat n. seq.

1) *Hoc est proprie verbum quod significat* etc. Editio Piana habet *consignificat,* sequens editionem *b.* – Sed forte verius, ut patet ex nota praecedenti ζ, legendum est *significat* cum aliis cdd, Venetis *ac,* et codd. AC (codd. alii habent lacunam). Hinc immediate ante et infra n. 15 ipsa Piana legit: *verba... significant agere vel pati.* – Attamen dixi *forte* ad praecavendum importunam subtilitatem. Nam posset aliquis subtili distinctione accipere *agere* et *pati* in'genere, cuius veluti species forent agere et pati *simpliciter* et agere et pati *secundum quid.* Qua adhibita distinctione, diceretur verbum *significare* agere, vel pati in genere, *consignificare* autem agere vel pati *simpliciter.* Verum prudens lector iudicet utrum haec distinctio sit scientiae utilis, sicut revera est subtilis. Eo enim ipso quod agere et pati *secundum quid* non est agere et pati proprie, et verba proprie non sunt quae agere et pati *secundum quid* significant (ut dicitur optime a s. Thoma de verbis praeteriti vel futuri temporis); videtur sapientius dicendum quod verbum proprie dictum non consignificet, sed significet agere vel pati *simpliciter,* quod est agere vel pati proprie.

x) *Si autem dico* (A *dicam), currit.* Est lectio ABE (D, *cur).*– Piana: si *autem dico,curro* etc. Quae lectio est falsa. Cum enim dico *curro* non est animus audientis suspensus de quo dicam; siquidem *ego* determinor, ut illius motus seu actionis subiectum, quae designatur cum dico curro. At dicendo *currit,* nullum subiectum determinatur; et ideo suspensus est animus audientis de quo *cursus* dicatur.- C: *si autem dicam,* et tum *currit* tum curro omittit.

λ) *Quiescit audiens qui in suspenso erat* etc. Conservo hanc lectionem Pianam, quae etiam est edd. Venet. et codicis D.,-Codd. AB: *quiescit animus audientis qui suspensus erat* etc. – CE: *animus audiens qui suspensus erat.*

verbum vel nomen per se * dictum: nec quantum ad hoc facit quiescere audientem.

• a c d : *secundum se.*

j8. Et ideo statim subdit: *Sed si est, aut non est, nondum significat,* idest nondum significat aliquid per modum compositionis et * divisionis, aut veri vel falsi. Et hoc est *secundum* *, quod probare intendit. Probat autem consequenter per illa verba, quae maxime videntur significare veritatem vel falsitatem, scilicet ipsum verbum quod est *esse,* et verbum infinitum * quod est *non esse;* quorum neutrum per se dictum est significativum veritatis vel falsitatis in re; unde multo minus alia. Vel potest intelligi hoc generaliter dici de omnibus verbis. Quia enim dixerat quod verbum non significat si *est* res vel *non est,* hoc consequenter manifestat, quia nullum verbum est significativum * *esse* rei ** vel *non esse,* idest quod res sit vel non sit. Quamvis enim omne verbum finitum implicet *esse,* quia currere est currentem esse, et omne verbum infinitum implicet *non esse,* quia non currere est non currentem esse; tamen nullum verbum significat hoc totum, scilicet *rem esse* vel *non esse.*

* b c : *aut.*

' Cf. supra n.i6.

F·

* Cf. supra n. n.

* A d e : *signum.* ·· ABDE. - c : *esse vet rei non esse.* -p«: *rei esse vet non esse.*

19. Et hoc consequenter probat per id, de quo magis videtur, cum subdit: *Nec si hoc ipsum* est *purum dixeris, ipsum quidem nihil est.* Ubi notandum est quod in graeco habetur ': *Neque si* ens *ipsum nudum dixeris, ipsum quidem nihil est.* Ad probandum enim quod verba non significant rem *esse* vel *non esse,* assumpsit id quod est fons et origo ipsius *esse,* scilicet ipsum *ens,* de quo dicit quod nihil est * (ut Alexander, exponit), quia *ens* aequivoce dicitur de decem *praedicamentis;* omne autem aequivocum per se positum nihil significat *, nisi aliquid addatur quod determinet eius significationem; unde nec ipsum est per se dictum significat quod *est* vel *non est.* Sed haec expositio non videtur conveniens, tum quia *ens* non dicitur proprie aequivoce, sed secundum prius et posterius f; unde simpliciter dictum intelligitur de eo, quod per prius dicitur: tum etiam, quia dictio aequivoca non *nihil* significat, sed *multa* significat; et quandoque hoc, quandoque illud per ipsam accipitur: tum etiam, quia talis expositio non multum facit ad intentionem praesentem. – Unde Porphyrius aliter exposuit quod hoc ipsum *ens* non significat naturam alicuius rei, sicut hoc nomen *homo* vel *sapiens,* sed solum designat quamdam coniunctionem ; unde subdit * quod *Consignificat quamdam compositionem , quam sine compositis non est intelligere.* Sed neque hoc convenienter videtur dici *: quia si non significaret aliquam rem, sed solum coniunctionem, non esset neque *nomen,* neque *verbum,* sicut nec praepositiones aut coniunctiones0. – Et ideo aliter exponendum est, sicut Ammoriius exponitπ, quod ipsum *ens* nihil est, idest non significat verum vel falsum. Et rationem huius assignat, cum subdit: *Consignificat autem quamdam compositionem.* Nec accipitur hic, ut ipse *

* a : *nihit significat vel est.* Alexander.

* a : *nihit significat vet désignât.* - c: *nihit designat.*- d : *ver seipsum nihil...*

ξ

Porphyrius.

' Nempe Aristoteles.

▮ λ : *dictum.*

0

Ammonius.

π

• Nempe Ammonius.

μ) *Probat autem consequenter.* Ita Piana post Venetas saeculi XV. – Codd. ABCE: *probat autem hoc consequenter* Cod. D: *probat autem hic consequenter.* Immediate ante codd. ABC legunt: *et hoc est quod,* omittendo *secundum.*

ν) *Ubi notandum est quod in graeco* etc. Revera textus graecus habet *quod est,* seu ens, ut vertit s. Thomas: οὐδ' ἐάν τὸ ον ε“πη αὐτό χαΟ' εαυτό ψυλὸν αυτὸ μεν γὰρ ουδὶν ἐστι.-< In mentem venit, *inquit Waitq, i* placitum Hegelii quamquam alia ratione accipiendum: *Das Seyn ist » Nichts. (AristotelisOrganon, graece, tom. I, Schol. pag. 33o).* Certum est cum Hegelii placito, *Esse est nihil,* vel, *Nihil est esse,* praefatam sententiam Aristotelis nihil habere commune, ut patet ex interpretationibus datis a s. Thoma. Aristoteles enim docet verbum *est* sumi posse vel prout est dictio quaedam (Cf. supra n. 15), vel prout est copula conjungens partes propositionis. Primo modo significat rem aliquam sicut et caetera nomina (supra n. 16); et ideo nullo pacto dicitur, neque dici potest quod *ens,* vel *est* sumptum ut dictio *nihil* est. Alio modo, *ens,* vel *est* pure dictum, *nihil est,* quatenus *ens* vel *est* non significat *rem esse vel non esse,* seu non significat cognitionem in qua est verum vel falsum: quia *ens* significat rem *(quod* est), sed non dicit hanc rem existera vel non existera; *est* vero ex opposito significat actualitatem existentiae (quod *est)* sed non dicit subiectum cui applicetur haec existentia (Cf. n. 20 etseq.). At Hegel eatenus dicit quod *esse est nihil,* quia *esse* et *nihil* vult identificati in conceptu transcendentaliori, quem ipse vocat *fieri.* Unde sententia Hegelii omnino discrepat a sententia Aristotelis (Cf. lib.lll *Metaphys.,* cap. 1l et iv.- In Commentar. s.Th. lib. IV, lect. 1 seqq.). Cod. A: *neque si* est *ipsum* etc. – Sed est erronea lectio, ut patet ex his omnibus quae in hoc numero et sequenti declarantur.

ξ) *Ens non dicitur proprie aequivoce, sed secundum prius et posterius,* idest analogice. Nomina recte a Scholasticis dividuntur post Aristotel. *(De antepraedicamentis* cap. 1) in *aequivoca, analoga* et *univoca.* – *Aequivocum* nomen, gracce ομώνυμον, *plura* significat, quae ad invicem nihil commune habent praeter solum nomen. Ita, e. g., *canis* et animal domesticum, et piscem marinum, et sidus caeleste significat, quae nonnisi in *solo* nomine communicant. Unde nomen *aequivocum* est nomen *diversarum significationum.- Univocum* nomen, quod graeci συνώνυμον dicunt, *plura* significat, quae et in nomine et in *eadem omnino* nominis *significatione* seu *definitione* vel *ratione* conveniunt. Ita *homo,* e. g., dicitur de omnibus humanis individuis in quibus humana natura, quam *homo* significat, eodem modo quo in definitione hominis ponitur, invenitur. Hinc *univocum* nomen est nomen *unius eiusdemque significationis* seu *definitionis.* – Denique nomen *analogum* est veluti medium inter *aequivocum* et *univocum.* Convenit enim cum nomine *univoco* in eo quod sit *unius significationis,* sed differt in eo quod haec significatio non *eadem* sit, seu melius non *eodem modo* reperiatur in omnibus, quibus idem nomen tribuitur; et ex hac parte convenit cum nomine *aequivoca,* ita ut quandoque *et aequivocum* ab auctoribus dicitur, sed non *proprie,* ut hic innuit s. Doctor. Ita *esse,* non secundum purum nomen, sed quoad rem etiam significatam vere et realiter affirmatur de Deo et de creaturis, quando dicimus: *Deus est; creatura est;* ergo *esse,* proprie loquendo, non est quid *aequivoce* Deo atque creaturis tributum. Attamen non *eodem* modo *esse* Deo et creaturis convenit, sed suo cuique moào. *Esse* igitur est nomen non *aequivocum,* nec tamen *univocum,* sed *analogum* Deo et creaturis. Et dicitur *analogum* analogia *proportionalitatis:* quia revera proportionate modo Deo et creaturis *esse* tribuitur. – Est etiam aliud nomen *analogum* analogia *habitudinis* seu *attributionis,* cuius nempe significatio pluribus tribuitur per ordinem ad aliquid in quo primo et principaliter et perfecte *ratio significata* per nomen invenitur; sicut medicina, cibus, aer etc. dicuntur *sana* per ordinem ad sanitatem, quae est in animali. Hoc etiam modo, nempe secundum analogiam attributionis, dicitur quod Deus est *ens,* et quod creatura est *ens;* quia creatura vere habet rationem *entis,* non tamen ex se, sed participatam a Deo, qui est ens *a se* seu imparticipatum, et ad quem proinde creatura dicit illam habitudinem quam effectus dicit ad suam causam. – Exinde infertur quod *significatio* in analogis perfecte et *per prius* invenitur in uno (quod ideo a Scholasticis dicebatur *famosum analogatum),* in caeteris autem imperfecte et *per posterius,* ut s. Thomas hic dicit. – Haec de nominibus *univoco, analogo* et *aequivoco* novitius mente percipiat et memoriae commendet: saepissime enim recurrunt in philosophia, et in solvendis non parvi momenti quaestionibus sunt scitu necessaria (Cf. s. Th. in IV *Metaphys.,* lect. 1).

0) *Sicut nec praepositiones aut coniunctiones.* Haec lectio codd. AC et Venetae edit, *b* est retinenda. Non enim intelligo lectionem Pianam et Venetas *ac: sicut nec compositiones aut coniunctiones.* Sed addo hanc lectionem Pianam videri falsam. Porphyrius enim, cuius sententia hic exponitur, dicebat *ens* non significare aliquam rem, sed esse signum compositionis et coniunctionis; ergo, infert, *ens* per se dictum nihil est.-Sed haec ratio nulla est, reponit merito s. Thomas: si enim *ens* nihil nisi coniunctionem significat, eo modo quo nonnisi coniunctionem significant particulae conjunctivae; sicut istae non sunt neque verbum neque nomen, ita neque nomen neque verbum erit *ens.* Si autem non *praepositiones* sed *compositiones* legamus, nulla erit responsio a s.Thoma data,—Codd. BDE, non *praepositiones* sed *propositiones* legunt; quae lectio cum nostra concordat: etenim, ob affinitatem materialem, imperitis amanuensibus excidit *propositiones* loco *praepositiones.*

π) *Sicut Ammonius exponit.* In hanc Ammonii expositionem (super lib. *De interpretatione* sect.I, § x, fol. 8 verso) consentit Boethius in Edit. 1l in librum *De interpretatione:* « Vel certe ita intelligendum est quod ait ν *(Aristoteles), ipsum quidem nihil est,* non quoniam nihil significet, sed » quoniam nihil verum falsumve demonstret, si *purum* dictum sit: cum ® enim coniungitur, tunc fit enunciatio » (Ed. cit. pag. 817).

dicit, *consignificat,* sicut cum dicebatur * quod verbum consignificat tempus, sed *consignificat,* idest cum alio * significat, scilicet alii adiunctum compositionem significat, quae non potest intelligi sine extremis compositionis. – Sed quia hoc commune est omnibus nominibus et verbis, non videtur haec expositio esse secundum intentionem Aristotelis, qui assumpsit ipsum *ens* * quasi quoddam speciale.

20. Et ideo ut magis sequamur verba Aristotelis considerandum est quod ipse dixerat quod verbum non significat rem *esse* vel *non esse,* sed nec ipsum *ens* significat rem esse vel non esse. Et hoc est quod dicit, *nihil est,* idest non significat aliquid esse. Etenim hoc maxime videbatur de hoc quod dico *ens:* quia *ens* nihil est aliud quam *quod est.* Et sic videtur et *rem* significare, per hoc quod dico quod et *esse,* per hoc quod dico est. Et si quidem haec dictio *ens* significaret *esse* principaliter, sicut significat *rem* quae habet esse, procul dubio significaret aliquid esse. Sed ipsam compositionem, quae importatur in hoc quod dico est, non principaliter significat, sed consignificat eam in quantum significat *rem* habentem esse [p]. Unde talis consignificatio compositionis non sufficit ad veritatem vel falsitatem: quia compositio, in qua consistit veritas et falsitas, non potest intelligi, nisi secundum quod innectit extrema compositionis.

21. Si vero dicatur, *nec ipsum esse,* ut libri nostri habent, planior est sensus. Quod enim nullum verbum significat rem *esse* vel *non esse,* probat per hoc verbum est, quod secundum se dictum, non significat *aliquid* esse, licet significet *esse.* Et quia hoc ipsum *esse* videtur compositio quaedam, et ita hoc verbum est, quod significat *esse,* potest videri significare compositionem, in qua sit verum vel falsum; ad hoc excludendum subdit quod illa * compositio, quam significat hoc verbum est, non potest intelligi sine componentibus: quia dependet eius intellectus ab extremis, quae si non apponantur, non est perfectus intellectus compositionis, ut possit in ea esse verum, vel falsum.

22. Ideo autem dicit quod hoc verbum est consignificat compositionem, quia non eam principaliter significat, sed ex consequenti; significat enim primo illud quod [o] cadit in intellectu per modum actualitatis absolute: nam Esi, simpliciter dictum, significat *in actu esse* *; et ideo significat per modum verbi. Quia vero actualitas, quam principaliter significat hoc ve.rbum est, est communiter actualitas omnis formae, vel actus substantialis vel accidentalis *, inde est quod cum volumus significare quamcumque formam vel actum actualiter inesse alicui subiecto, significamus illud per hoc verbum est, vel *simpliciter* vel *secundum quid* *: simphciter quidem secundum praesens tempus; secundum quid autem secundum alia tempora. Et ideo ex consequenti hoc verbum est significat compositionem.

• cf. supran. 7.
• ΛBOE.- c et r.:
•«c: *mum ms*
p
[o]
'AC: *significat actues-*
^^ronee: a'
*?c omittunt^ *simpliciter vel secundum quid.*

p) ***Sed consignificat eam in quantum significat rem habentem esse.*** **Liquet ex his magnam, iuxta s. Thomam, existere differentiam inter duo ista vocabula, *significare* et *consignificare.* Quod prius quidem Aristoteles et post ipsum et cum ipso commentatores omnes caute notarunt, ut videre est apud Ammonium et Boethium, Opp. cit., §. *De verbo.* – Sed quid, quaeret novitius, scientiae interest haec differentia? Interest magnopere. - Nomen enim significat *formaliter* illud quod *significat;* quod autem *consignificat,* non *formaliter,* hoc est ratione praecise suae immediatae significationis significat, sed ex consequenti et quasi *materialiter,* tanquam inclusum in sua significatione immediata. Exemplum habetur in hoc quod de nomine *ens* dicitur in hoc numero 20. Si *ens* pure, hoc est sine addito dicatur, nonnisi *rem* significat; et ideo *res* est formalis significatio *entis* pure dicti. Sed res significata formaliter per *ens* habet vel potest habere esse. Quia ergo *ens* pure dictum significat rem illam, consignificat etiam *esse* eiusdem rei; consignificat, inquam, non ex vi suae immediatae significationis, sed ex conditione rei significatae. Porro in scientiis nisi distinguatur significatio formalis a significatione materiali, seu significatio a consignificatione, impossibile est cavere a sophismatibus.**

a) ***Significat enim primo illud*** **etc. – Cod. A: *significat primo id quod cadit* etc. – Cod. B: *significat enim illud primo quod primo cadit* etc. – Piana, edd. Ven. et alii codd.: *significat enim illud quod primo* etc. Lectiones diversum exhibent sensum. Lectio Piana, edd. Ven. et aliorum codd. dicit quod res significata per τό esse in ordine chronologico est illud quod *primo* cadit in intellectu nostro, seu quod primo a nostro intellectu apprehenditur; lectio autem adoptata enunciat quod *esse* significat *primo* illud quod cadit in intellectu per modum actualitatis absolute. Tum unam tum alteram lectionem complectitur cod. B.– Uterque sensus est verus; sed primus tamen a s. Thoma heic non intenditur, sed secundus inculcatur. Et hinc est quod additur *esse* secundario et ex consequenti significare compositionem.**

LECTIO SEXTA

DE PRINCIPIO FORMALI ENUNCIATIONIS, QUOD EST ORATIO

Λόγο δέ ἐστι φωνή σημαντική κατά συνθήκην, ἡ των μερών τι σημαντικόν ἐστι κεχωρισμε'νον, ὡ φάσι , ἀλλ' ούχ ὡ κατάφασι , ἡ ἀπόφασι .

Λέγω δέ, οἱον ἀνθρωπο σημαίνει μέν τι, ἀλλ' ούχ ὁτι εστιν ἡ ούκ ἐστιν ἀλλ' ἐσται κατάφασι ἡ ἀποφασι , ἐάν τι προστεθή.

Ἀλλ' ούχῖ ἡ του ανθρώπου συλλαβή μία· ουδέ γάρ ἐν τω μυ τό ὗ σημαντικόν, ἀλλα φωνή ἐστι νύν μόνον ἐν δέ τοῖ διπλοῖ σημαίνει μέν, ἀλλ' ού καθ' ' αυτό, ὡσπερ προείρηται.

Ἐστι δέ λόγο ἀπα μέν σημαντικό , ούχ ὡ ὀργανον δέ, ἀλλ' ὡ προείρηται, κατά συνθήκην.

* Oratio autem est vox significativa, cuius partium aliquid significativum est separatim, ut dictio, non ut affirmatio vel negatio. "Cap.tv.

Dico autem ut homo: significat enim aliquid, sed non quoniam est, aut non est, sed erit affirmatio vel negatio, si aliquid addatur.

Sed non una hominis syllaba: neque enim in eo quod est sorex, rex significat, sed vox nunc est sola; in duplicibus vero significat quidem aliquid, sed non secundum se, quemadmodum dictum est.

Est autem oratio omnis quidem significativa non sicut instrumentum, sed, quemadmodum dictum est, secundum placitum.

Synopsis. — 1. Textus argumentum.- 2. Oratio significat intellectum compositum. – 3. *Pars* aliqua orationis aliquid significat, non quidem intellectum compositum, sed simplicem intellectum, nempe simplicem rei apprehensionem,—4. Aspasii obiectio solvitur. —Improbatur sententia Philoponi.-5. Pars orationis significans, ideo non significat iudicium *[affirmationem* vel *negationem)* quia non significat *esse* vel *non esse.* - 6. At pars quidem orationis significat, sed non partis *pars,* ut pars est, quia dictio etiamsi sit composita, significat unum simplicem intellectum (Cf. lect. iv, n. 9). —7. Argumentatio ad probandum orationes eiusque partes esse aliquid naturale, videlicet non ex institutione humana significans, sed naturaliter. – 8. Refellitur praefata argumentatio (Cf. lect. iv, n. 11, seq.). Instrumenta seu organa quibus tum voces, tum soni articulati formantur sunt quidem naturalia: sed tamen sola virtus rationalis utitur huiusmodi organis, et per ea efficit orationem et eius partes: quae ideo non sunt res naturales sed artificiales, ad manifestandos interiores mentis conceptus ab ipsa ratione compositae.

1. Postquam Philosophus determinavit de principiis *materialibus* enunciationis, utpote partibus eius existentes; nunc determinat de *oratione,* quae est principium *formale* enunciationis*,utpote genus eius existons*. Et circa hoc tria facit: primo enim, proponit* definitionem *orationis;* secundo, exponit eam; ibi: *Dico autem ut homo* etc.; tertio, excludit errorem; ibi: *Est autem oratio omnis* etc.

a
* d : *ipsius enun* dationis.*
* b : *primo ponit.* - c : *primo proponit.*

2. Circa primum considerandum est quod Philosophus in definitione *orationis* primo * ponit illud in quo *oratio* convenit cum *nomine* et *verbo,* cum dicit: *Oratio est vox significativa,* quod etiam posuit in definitione *nominis,* et probavit de *verbo* quod aliquid significet. Non autem posuit in eius definitione *, quia supponebat ex eo quod positum erat in definitione nominis, studens brevitati, ne idem frequenter iteraret. Iterat tamen hoc in definitione orationis, quia significatio orationis differt a significatione nominis et verbi, quia nomen vel verbum significat simplicem intellectum, oratio vero significat intellectum compositum.

• Codd.-p. omittit *primo.*

β
* Cf.lect. pracc., n. 2.

3. Secundo autem ponit id, in quo oratio differt a nomine et verbo, cum dicit: *Cuius partium aliquid significativum est separatim* *. Supra enim dictum est quod pars nominis non significat aliquid.*per se* separatum*, sed solum quod est coniunctum ex duabus partibus. Signanter autem non dicit: *Cuius pars est significativa aliquid separata,* sed *cuius aliquid partium est significativum,* propter negationes et alia syncategoremata γ, quae secundum se non significant aliquid absolutum, sed solum habitudinem unius ad alterum. Sed quia duplex est significatio vocis, una quae refertur ad intellectum compositum % alia* quae refertur ad

• c : *separatum.*

' Edd. Vcn. 1526 et 1557: *separata.* (Conf. lect.lv, ^.8).

T

0
* bc : *alia vero.*

a) Est principium formale enunciationis, utpote genus eius existens. **Haec verba s. Thomae dubium ingerere videntur. Genus enim est principium non formale sed materiale (Cf. infra lect. vin, n. 9, not. x) in rerum definitionibus. Igitur cum oratio sit genus enunciationis, non videtur quod dici possit principium formale eiusdem.**

Ad hoc dicendum est quod, nihil prohibet unum et idem respectu diversorum, esse principium materiale et formale. Etenim partes speciei quae ponuntur in definitione (puta *animal* et *rationale* in definitione hominis) sunt partes *materiales* eiusdem *speciei:* quia species est totum, quod ex illis partibus resultat; partes autem comparantur ad totum, sicut imperfectum ad perfectum, et ideo sicut materia ad formam. Praeterea si partes ipsae inter se comparentur, non est dubium quin genus sit principium materiale et differentia sit principium formale (Cf. lect. cit.). Attamen si considerentur respectu individui, seu suppositi naturae specificae, tum genus tum differentia sunt partes formales; quia constituunt atque determinant naturam specificam, quae est principium formale respectu supposit. – Hinc apparet quod oratio est principium materiale in *definitione* enunciationis, quia in definitione enunciationis oratio est pars; est etiam principium materiale respectu differentiae in ipsa definitione; sed est principium formale respectu rei definitae, nempe enunciationis (Cf. s. Th. in 11 *Physic.,* lect. v; et Par. I, qu. lxxxv, artic. ni, ad 4).

β) *Non autem posuit* (scilicet verba illa, *vox significativa) in eius* (scilicet verbi) *definitione... Iterat tamen hoc* (nempe, vox significativa) in *definitione orationis* etc. S. Thomas non dicit utrum er quare iteret Philosophus etiam alia γ/fírba *ad placitum,* quae et in definitione nominis posita sunt. Quae verba in versione latina non habentur, sed ponuntur in textu graeco: χατά συνΟήχην. Sciendum est ergo verba ista non solum in versione Boethiana non inveniri, sed neque etiam in Ammonio, qui eadem verba ab Aristotele praetermissa esse dicit *(De interpretat., §.De enunciativa oratione):* imo vero in nonnullis codd. graecis verba illa non habentur. Unde Theodorus Waitz in sua Περί ερμηνεια editione a textu Aristotelico ea expungit (pag. 125), rationemque expunctionis reddit in Scholfis, pag. 331 aiens, brevitati, qua Aristoteles uti solet, parum convenire, ut expresse dicat quod facile intelligatur *(Aristotelis Organon, graece,* p. I. – I.ipsiae 1844).

γ) *Et alia syncategoremata.* Συγχατηγὕρηρ,α, ut vox ipsa indicat, non ex se aliquid significat, sed una cum alio. Huiusmodi sunt *omne, nullum, aliquid* etc., quae sunt particulae additae nominibus ut eorum significatio determinetur, seu, ut ait s. Thomas, *significant habitudinem unius ad alterum.*

3) *Ad intellectum compositum.* Iam supra (lect. ni, n. 3, not. 3) novitium monuimus *intellectum* dici *compositum* non quidem *subiective,* sed *obiective:* quia in iudicio est revera actus simplex *componens* seu con-

intellectum simplicem; prima significatio competit orationi, secunda non competit orationi, sed parti orationis*. Unde subdit: *Ut dictio, non ut affirmatio* *. Quasi dicat: pars orationis est significativa, sicut *dictio* significat, puta ut *nomen* et *verbum,* non sicut affirmatio, quae componitur ex nomine et verbo. Facit autem mentionem solum de affirmatione et non de negatione ‘, quia negatio secundum vocem superaddit * affirmationi; unde si pars orationis propter sui simplicitatem non significat aliquid, ut affirmatio, multo minus ut negatio *.

4. Sed contra hanc definitionem Aspasius obiicit quod videtur non omnibus partibus orationis convenire. Sunt enim quaedam orationes , qua-, rum partes significant aliquid ut affirmatio; ut puta, *si sol lucet super terram, dies est;* et sic de multis.

Et ad hoc respondet Porphyrius ” quod in quocumque genere invenitur *prius* et *posterius,* debet definiri id quod prius est. Sicut cum datur definitio alicuius speciei, puta hominis, intelligitur definitio de eo quod est *in actu,* non de eo quod est *in potentia;* et ideo quia in genere orationis prius * est oratio simplex, inde est quod Aristoteles prius * definivit orationem simplicem.

Vel potest dici, secundum Alexandrum et Ammonium *, quod hic definitur oratio in communi. Unde debet poni in hac definitione id quod est commune orationi simplici et compositae. Habere autem partes significantes aliquid ut affirmatio 9, competit soli orationi compositae ; sed habere partes significantes aliquid per modum dictionis, et non per modum affirmationis, est commune orationi simplici et compositae. Et ideo hoc debuit poni in definitione orationis. Et secundum hoc non debet intelligi esse de ratione orationis quod pars eius non sit affirmatio : sed quia de ratione orationis est quod pats cius sit aliquid quod significat per modum dictionis, et non per modum affirmationis *. Et in idem redit solutio Porphyrii quantum ad sensum, licet quantum ad

* Codd.: *secunda vero competit parti orationis.* 4 a erronee: *affirmatio et negatio* (Cf. not. ε).

• {Conf. lect. vm, n.3). Codd. : *superadditaliquid.*

* Codd. : *multo minus significat aliquid ut negatio.*

Aspasius.

ζ

Porphyrins.

η

’ *: *prior;* sed corrig. in *primum;* quae est lect. bc.

• abc omittunt *prius.*

Alexander.

Ammonius.

* Op. cit. sect. I. §xi, pag. q, coi.3.

0

* cd : *orationis,*. sed non bene.

Porphyrius

i

iungens praedicatum cum subiecto, in simplici vero apprehensione est actus simplex tum *subiective* tum *obiective.*

t) Facit autem mentionem solum de affirmatione non et de negatione etc. Quod hic notatur a s. Thoma prima fronte videtur falso supposito innixum, cum et in translatione latina quam damus textus Aristotelis, et in ipso textu graeco ex editione Didot habeatur mentio tum de affirmatione tum de negatione: sed *non ut affirmatio vel negatio;* αλλ' ούχ ώ κατάφασι , ή άπόφασι . – Verum Theodorus Waitz *(Op. et loc. supra cit.)* affirmat nonnisi in duobus codicibus, Urbinate nempe et Marciano, addi η άπόφασι , a caeteris autem omitti. Unde et ipse omittit in sua editione legitque: ώ φάσι , άλλ' ούχ ώ κατάφασι : *ut dictio, sed non ut affirmatio;* additque in Scholiis super cap.tv, pag.33l: « Verba η άπόφασι aliena manu addita videntur e vs. 3o (*Cf. vers.* » *Dico autem* etc.): quare cum Ammonio et vet. intp. lat. ea omisimus » eosdem codices secuti, quamquam retinet versio Boethiana. Quid Ale- » xander et Porphyrius habuerint, ex quorum commentariis Boethius » multa affert, incertum est. » Quamvis ergo versione Boethiana veteres interpretes communiter usi fuerint, eam tamen ad textum graecum exegerunt atque emendarunt. Quod de s. Thoma ex hucusque declaratis manifestum est (Cf. Jourdain, *Recherches critiques... des traductions latines d'Aristote,* cap. tv, pag. 252. Paris. 181g).-Codex A, qui versionem integram habet Peri hermeneias, cui adnectitur s. Thomae Commentarius, omittit verba *vel negatio,* ct legit : *oratio autem est vox significativa, cuius partium aliquid significativum est separatum, ut dictio, non vero ut affirmatio. Dico autem* etc.

ζ) *Sunt enim quaedam orationes* etc. – Codd. omnes: *sunt enim quaedam orationes compositae.* Hae quidem habent quod earum partes significent aliquid, ut affirmatio; quod infra declaratur (lect. vm). Implicite tamen lectio Piana eumdem habet sensum, dicendo *quaedam orationes:* nam *το quaedam* in hoc casu designat orationes compositas. Sed utrum *compositae* sit explicite apponendum textui non auderem affirmare. Dicendo enim *quaedam... compositae,* vi particulae disiunctivae *quaedam* innui videtur dari orationes compositas, quarum partes non significent aliquid per modum affirmationis: quod est falsum. Aliunde s. Thomas infra adducto exemplo enunciationis conditionalis, addit: *et sic de multis.* Verius autem videretur dicendum: *et sic de aliis,* si legendum sit *compositae,* quia omnibus propositionibus compositis commune est, quod de enunciatione conditional! ex Aspasio asseritur. Haec autem aequivocatio removetur a lectione Piana, quae est etiam omnium edd. Venct. Si igitur adoptetur lectio codd. videtur subintclligendum esse aliquid et legendum: *sunt enim quaedam orationes, nempe compositae.*– Unus cod. C omittit: *et sic de multis.*

η) *Respondet Porphyrius.* – Codd. unanimiter : *Alexander.* Videtur legendum esse *Porphyrius,* nam de Alexandri opinione infra agitur. Revera Porphyrius, texte Boethio, lib. 11. Edit, secund. *De interpretatione,* pag. 322, hanc tenuit sententiam: «Porphyrius autem ita dicit. » Volens, inquit, Aristoteles ostendere non omnem orationem, aut sim- › plices tantum habere partes aut compositas, a simplicibus sumpsit › exemplum, ut diceret significare partes orationis, ut dictionem non › ut affirmationem, ut cum est oratio. ›› – Nihilominus haec eadem ipsa interpretatio Alexandro tribuitur a Boethio ib. pag. 319: « Prior autem » simplicitas est, posterior vero compositio. In quibus est autem prius › vel posterius aliquid, illud sine dubio definiendum est priori loco quod » natura quoque praecedit. Ita ergo quoniam prior simplex oratio est, › posterior vero composita, prius simplicem orationem definitione con- › stituit *(Aristoteles)* dicens, *cuius partes significant ut dictio non ut* » *affirmatio,* dictionem simplicis nominis aut verbi nuncupationem po- » nens. › – Sed praeterea Boethius alteram interpretationem quam secundo loco *(yel potest dici* etc.) refert s.Thomas, tribuit ipsi Alexandro ; « Addit *(Alexander)* quoque illud: omnem, inquit, definitionem vel con- › tractiorem esse definita specie, vel excedere non oportet. Quod si » Aristoteles ita constituisset definitionem, ut significare partes oratio- » nis diceret *ut orationes,* ac non *ut dictiones,* simplices orationes ab » hac definitione secluderet. Orationum namque simplicium partes, non » ut orationes, sed ut simplicia verba nominaque significant (Op. et » pag. cit.). › – Denique quae infra ponuntur ut dicta a Porphyrio de *dictione* sumpta ab Aristotele ad significandum tum simpliciter *dicere,* tum etiam *affirmare,* Boethius (ib. pag. 3ao) Alexandro tribuit. Haec igitur quae ex fide Boethii retulimus videntur suadere lectionem codd. praeferendam esse lectioni Pianae. At *Porphyrius quoque,* iterum Boethius ib., *in eadem sententia* (Alexandri) est, quamvis in *uno* ab Alexandro discrepans; quod unum late Boethius exponit, quodve *non quantum ad sensum, licet quantum ad verba parumper differt* a sententia Alexandri, ut s. Thomas infra habet. Quae cum ita sint legi secundum rei veritatem potest tum *Porphyrius* tum *Alexander;* spectato tamen ordine litterae s. Thomae, ut dixi supra, malo lectionem retinere Pianam quae est etiam omnium Venet. edd.

Sed dubium remanet, videlicet cur sententia Porphyrii non differat *quantum ad sensum* a sententia Alexandri, ut s. Thomas affirmat?- Obiectio Aspasii est: Aristoteles voluit hoc loco definire orationem in genere, non autem solam orationem simplicem; atqui definitio tradita non est nisi de oratione simplici; ergo non rectaTst definitio Aristotelis. - Respondet Porphyrius, negando *maiorem* argumentationis Aspasii, ct concedendo *minorem.* Et hinc est, addit Porphyrius, quod Aristoteles addidit partem orationis a se definitae significare quidem ut *dictionem,* prout *dictio* distinguitur ab *affirmatione.* Porro in oratione simplici *pars* significat ut *dictio :* significare vero *ut affirmationem* proprium est partis orationis compositae. Ruit ergo obiectio Aspasii, utpote falso supposito innixa.

Respondet Alexander, concedendo *maiorem* argumentationis Aspasii, et negando *minorem.* In definitione enim *generis* non debet poni differentia, sed id solum quod est commune speciebus sub illo genere comprehensis. Hinc definiendo *animal* recte dicitur, quod est *vivens ut sensitivum* et non *ut rationale* vel *irrationale:* quia rationale et irrationale sunt non constitutiva *generis* quod est animal, sed differentiae constituentes *species* animalis. Porro significare ut *dictionem* est proprium *partis* orationis in genere ut distinguitur a nomine; ergo est quid commune orationi tum simplici, tum compositae. At significare *ut affirmationem* est differentia qua oratio composita differt a simplici; et ideo debet excludi a definitione orationis in genere. - Haec autem omnia conceduntur a Porphyrio: discrepantia est non in *conclusione,* sed in eo quod Porphyrius putat orationem simplicem definiri ab Aristotele; contra Alexander vult definiri orationem in genere, et nonnisi consequenter orationem simplicem. Et propterea *in idem redeunt solutiones* tum Porphyrii tum Alexandri, *licet quantum ad verba parumper differant.*

0) *Habere autem partes significantes aliquid ut affirmatio* etc. Haec lectio Piana bona est, ct cohaeret cum forma dicendi infra n. 5 adhibita, et antiquioribus Aristotelis expositoribus usitata, ut videre est apud Boethium loc. cit. in nota praecedenti. Imo ea utitur Aristoteles : ώ κατα'φασι . Codd. ACDE (B habet lacunam) legunt: *habere autem partes significantes* (A, *aliquid) per modum affirmationis competit soli orationi compositae; sed habere partes significantes (A, quae significant) per modum dictionis* etc. Horum autem codd. lectio, eumdem sensum exhibet ac Piana; expeditior tamen mihi videtur ct magis perspicua : imo vero magis respondens iis quae Immediate sequuntur: *sed habere partes* etc.-Cum praefatis autem codicibus legimus: *competit soli orationi compositae.* - Piana habet: *hoc solum competit orationi compositae.*

verba parumper differat. Quia enim Aristoteles frequenter ponit *dicere* pro *affirmare,* ne *dictio* pro *affirmatione* sumatur, subdit * quod pars orationis significat *ut dictio, et* addit non *ut affirmatio:* quasi diceret, secundum sensum Porphyrii, non accipiatur * nunc *dictio* secundum quod idem est quod *affirmatio.*

Philosophus autem, qui dicitur loannes grammaticus ', voluit quod haec definitio orationis daretur solum de oratione perfecta, eo quod partes non videntur esse nisi alicuius perfecti, sicut omnes partes domus referuntur ad domum : ct ideo * secundum ipsum sola oratio perfecta habet partes significativas. Sed tamen hic * decipiebatur, quia quamvis omnes partes referantur principaliter ad totum perfectum x) quaedam tamen partes referuntur ad ipsum immediate, sicut paries et tectum ad domum, et membra organica ad animal : quaedam vero mediantibus partibus principalibus quarum sunt partes; sicut lapides referuntur ad domum mediante pariete; nervi autem * et ossa ad animal mediantibus membris organicis, scilicet manu et pede * et huiusmodi. Sic ergo omnes partes orationis principaliter referuntur ad orationem perfectam, cuius pars est oratio imperfecta, quae etiam ipsa habet partes significantes. Unde ista definitio convenit tam orationi perfectae, quam imperfectae.

5. Deinde cum dicit: *Dico autem ut homo* etc., exponit propositam definitionem. Et primo, manifestat verum esse quod dicitur; secundo, excludit falsum intellectum ; ibi : *Sed non una hominis syllaba* etc. Exponit ergo * quod dixerat *aliquid partium* orationis esse significativum, sicut hoc nomen *homo,* quod est * pars orationis, significat aliquid, sed non significat ut affirmatio aut negatio, quia non significat *esse* vel *non esse.* Et hoc dico non in actu λ, sed solum in potentia. Potest enim aliquid addi, per cuius additionem fit * affirmatio vel negatio, scilicet si addatur ei verbum.

6. Deinde cum dicit: *Sed non una hominis* etc., excludit falsum intellectum. Et posset hoc referri ad immediate dictum, ut sit sensus quod nomen erit affirmatio vel negatio, si quid ei addatur, sed non si addatur ei una nominis syllaba. Sed quia huic sensui non conveniunt * verba sequentia, oportet quod referatur ad id, quod supra dictum est in definitione orationis, scilicet quod *aliquid* partium eius sit significativum separatim *. Sed quia pars alicuius totius dicitur proprie illud, quod immediate venit ad constitutionem totius, non autem pars partis; ideo hoc intelligendum est de partibus ex quibus immediate constituitur oratio, scilicet de nomine et verbo, non autem de partibus nominis vel verbi, quae sunt syllabae vel litterae^. Et ideo dicitur quod pars orationis est significativa separata *, non tamen talis pars, quae est una nominis syllaba. Et hoc manifestat in syllabis, quae quandoque possunt esse *dictiones* per se significantes: sicut hoc quod dico *rex,* quandoque est una * dictio per se significans; in quantum vero accipitur ut una quaedam syllaba huius nominis *Sorex, soricis,* non significat aliquid per se, sed est vox sola. Dictio enim quaedam est composita" ex pluribus vocibus, tamen in significando habet simplicitatem, in quantum scilicet significat simplicem intellectum *. Et ideo iq quantum est vox composita, potest habere partem quae sit vox in quantum autem est simplex in significando, non potest habere partem significantem. Unde syllabae quidem sunt voces, sed non sunt voces per se significantes.

Sciendum tamen quod in nominibus compositis, quae imponuntur * ad significandum rem simplicem ex aliquo intellectu composito, partes secundum apparentiam aliquid significant, licet non secundum veritatem *. Et ideo subdit quod in duplicibus, idest in nominibus compositis, syllabae quae possunt esse * *dictiones,* in compositione **

* a b c legere videntur et melius: *dicto* (vel *dicendo) quod;* et omittunt particulam *et* ante vocem *addit.* Porphyrius.

* Codd. - p.: *non accipitur.* loannes grammaticus.

* Codd.: *et ita.*

* Codd. : *sed in hoc.*

x

' a b c omittunt *autem.*

* a o c e.- p.: *sicut manus et pedes* ...-o: *scilicet manum, pedem* etc.

*BC: *exponitergo primo.*

* a et forte b c : *quod cum sit.*

λ

* Codd. : *Jiet.*

' c : *congruunt.*

▮ b c : *separatum.*

F

' Codd.: *separatim.*

▮ a : *esi una quaedam.* - ac : *est quaedam.*

v

• Cf.lect.iti,n.i3·

▮ Nempe *vox significativa.*

" Codd.: *inquantum imponuntur.*

' Cf.lect.iv.n.io.

' a b c : *etiam esse.*

·· c: *compositionem.*

i) ***loannes grammaticus.*** **Commentaria non habemus quae loannes grammaticus (Flor. saec. Vll Eccl.), qui et Philoponus cognominatur, scripsit in librum Peri hermenias; sed eius citata sententia innuitur suo in *Commentar,* in lib. I *Priorum analytic.,* cap. n, col. 27 (Venetiis, i56o). Eamdem interpretationem tradit b. Albertus: < Et quia, *inquit in persona » Aristotelis,* immediatum genus interpretationis est oratio perfecta, ideo » quaeremus orationis perfectae definitionem secundum logicum. Sic * enim compositum correspondebit componentibus: quia cum definivi- » mus nomen et verbum, definivimus prout sunt elementa orationis » perfectissimae; propterea etiam de oratione loquentes, ut de perfecta » loquimur» (In lib. I *Peri herm.* tractat. IV, cap. 1, in princip.). Sed et hanc sententiam praedocuerat Syrianus, uti refert Boethius op. et » loc. cit. pag. 3at : «Syrianus vero, qui Philoxenus cognominatur, non » putat orationes esse, quarum intellectus sit imperfectus, atque ideo » nec eas aliquas habere partes. Nam cum dicit: *Plata in Academia di- » sputans;* haec quoniam perfecta non est, partes,- inquit, non habet.»**

x) ***Quia quamvis omnes partes referantur principaliter ad totum perfectum*** **etc.-Codd. ABCE uniformiter legunt: *quia quamvis orationis partes referantur principaliter ad totum perfectum.* Sed haec lectio minus mihi placet quam Piana quae est cod. D et Ven. edd. Principium enim hic a s. Thoma enunciatur quod universim respicit partium relationem ad totum, ut patet exemplo adducto de parietibus in ordine ad domum, et de membris organicis in ordine ad animal. Quod quidem principium applicatur deinde partibus orationis: *Sic ergo* etc.– Admitto in textu *principaliter* tum quia omnes codices illud habent, tum quia a s. Thoma infra indicatur, applicando enunciatum principium ad partes orationis.**

λ) ***Et hoc dico non in actu, sed*** **etc. Haec lectio Piana et omnium Ven. edd. non concordat cum codd. ABC qui omittunt particulam negantem, ac legunt: *et hoc dico in actu.* Quae lectio quoad formam non cohaeret cum sequentibus : *sed solum in potentia.* Attamen lectio ipsa Piana aliquid necessario vi particulae negantis subintelligit. Vult enim s. Thomas quod aliquid partium orationis non significat ut affirmatio aut negatio, quia non significat esse vel non esse. Sed quia non significare ut affirmationem aut negationem intelligi potest jn actu solummodo vel etiam in potentia; ideo addit s. Thomas quod aliquid partium orationis quamvis non significet in actu ut affirmatio aut negatio, significet tamen in potentia. *Potest enim aliquid addi* etc. Manifestum est hanc esse mentem s. Thomae; sed eam forma tum codd. tum edd. haud perspicue tradit.**

p) ***Ideo hoc intelligendum est de partibus, ex quibus*** **etc. Hanc lectionem germanam s. Thomae restituimus ex codd. omnibus, ac denique ex Veneta editione *b.* – Editio Piana cum duabus edd. *ac* plura omittit, quamvis a mente s. Thomae non aberret. Legit enim: *ideo hoc non intelligendum est de partibus nominis vel verbi, quae sunt syllabae vel litterae.* Addita particula negativa, nempe legendo *non intelligendum,* sententia s. Thomae servatur; minime vero perspicuitati consulitur: quia illatio, *ideo hoc* etc. non perfecte respondet praemisso antecedenti: *sed quia pars* etc. Huic enim nectitur illud, *de partibus ex quibus immediate constituitur oratio* etc.**

v) ***Dictio enim quaedam est composita*** **etc.-Codd. ABDE: *dictio enim est quaedam vox composita.-Cod.C : dictio enim est quidem vox composita:* quae lectio est ad sensum aliorum codd. Utraque lectio bona est. Si Piana adoptetur, per illa verba *dictio enim* etc. s. Thomas enunciat principium de omni dictione composita; at si vera est lectio codd., verba *dictio enim* etc. referuntur ad dictionem in exemplum positam, nempe *Sorex,* et erit sensus sententiae: *dictio enim Sorex est quaedam vox composita* etc.**

ξ) ***Quae sit vox.*** **Est lect. codd. CDE.-B: *quae est vox. A: quae sit vox non significativa.* Igitur v o a- ponitur ab omnibus nostris codicibus.- P. et *ac,* nec non ed. 1520: *quae est rex.*– Ed. *b: quae significet.* – Adoptamus lectionem, *quae sit vox,* tum propter consensum codd., tum quia cohaeret cum iis quas immediate sequuntur: *in quantum autem est simplex* etc. Posita tamen hac lectione, aut addendum est vocabulum *significativa* cod. A (particula enim, *non,* est corruptio), aut supponendum, sicut adnotavimus in margine. Quod etiam indicatur a lect. ed. *b: quae significet.***

«>&«■’p-: nom^nis venientes*, significant aliquid, scilicet in ipso composito et secundum quod sunt dictiones; ê^cantp^-se *non* autem significant aliquid *secundum se**, prout sunt huiusmodi nominis partes, sed eo modo, sicut supra dictum est.

7. Deinde cum dicit: *Est autem oratio* etc., excludit quemdam errorem. Fuerunt enim aliqui dicentes quod oratio et eius partes significant * naturaliter, non ad placitum *. Ad probandum autem hoc utebantur * tali ratione. Virtutis naturalis oportet esse naturalia instrumenta: quia natura non deficit in necessariis; potentia autem interpretativa® est naturalis homini *; ergo instrumenta eius sunt naturalia. Instrumentum autem eius est oratio, quia per orationem virtus interpretativa interpretatur mentis conceptum: hoc enim dicimus instrumentum, quo agens operatur. Ergo oratio est aliquid naturale, non ex institutione humana significans, sed naturaliter.

• abc: *sum si-* ^c^kcr.Tv^n.n, *^c: ad quod probandum utebant-* z«retc. 0 •*Homini ex* C0- dicibus.

8. Huic autem rationi, quae dicitur esse Piatonis in lib. qui intitulatur *Cratylus* Aristoteles obviando dicit quod omnis * oratio est significativa, non sicut instrumentum virtutis, scilicet naturalis: quia instrumenta naturalia virtutis * interpretativae sunt guttur et pulmo, quibus formatur vox, et lingua et dentes et labia, quibus litterati ac articulati soni distinguuntur; oratio autem et partes eius sunt sicut effectus virtutis interpretativae per instrumenta praedicta. Sicut enim p virtus motiva utitur naturalibus instrumentis, sicut brachiis et manibus ad faciendum opera artificialia, ita virtus interpretativa utitur gutture et aliis instrumentis naturalibus ad faciendum orationem. Unde oratio et partes eius non sunt res naturales, sed quidam artificiales effectus. Et ideo subdit quod oratio significat *ad placitum* *, idest secundum institutionem humanae rationis et voluntatis, ut supra dictum est*, sicut et omnia artificialia causantur ex humana voluntate et ratione. Sciendum tamen σ quod, si virtutem interpretativam non attribuamus virtuti motivae, sed rationi; sic non est virtus naturalis, sed supra omnem naturam corpoream: quia intellectus non est actus alicuius corporis, sicut probatur in III *De anima**. Ipsa autem ratio est, quae movet virtutem corporalem motivam ad opera artificialia, quibus etiam ut instrumentis utitur ratio: non sunt autem * instrumenta alicuius virtutis corporalis. Et hoc modo ratio * potest etiam uti oratione et eius partibus, quasi instrumentis: quamvis non naturaliter significent.

P *p%CitumCttndum* 'Lect.tv,n.n. σ -cap. ivnn.4et S. Th. lect. v». *J$ffl;iiaopera Hl^°ado.P'omit'*

piato. re ' *Omnis ex.* codd. stotei.j. • ac: *instrumenlis virtutis* etc.

0) *Potentia interpretativa* etc. Dictum est supra (lect. 1, n. 3, nota γ) interpretationem stricte acceptam idem sonare, ac enunciationem; late autem sumptam idem esse ac locutionem in genere. Hinc nomine facultatis interpretativae intelligitur hoc loco facultas, qua homo naturaliter pollet manifestandi exterius interiores mentis conceptus affectionesque; ex qua manifestatione tiobis patescunt quae in mente alterius hominis versantur.

***re) Huic autem rationi quae dicitur esse Platonis* etc. *Cratylus* Platonis liber est de recta nominum ratione. In exordio legitur ab Hermogene dictum: « Cratylus hic, o Socrates, rebus singulis ait natura inesse rc» ctam nominis rationem, neqUe id esse nomen, quod quidam ex con» stitutione vocant, dum vocis suae particulam quandam pronuntiant, » sed rectam rationem aliquam nominum et Graecis et Barbaris ean» dem omnibus innatam (pag. 205)... Socr. Cratylus vera loquitur, cum » nomina dicit natura rebus competere, neque unum quemvis esse no» minum auctorem, sed illum dumtaxat, qui ad nomen respicit, quod » natura cuique convenit, posteaque speciem eam litteris syllabisquc in» serere » (pag. 269)· Ratio vero huius sententiae sequens indicatur. Etenim « nomen.... rerum substantias docendi, discernendique instru» mentum est, sic ut pecten ct radius ipse telae» (pag. 268); et «no* minandum... ea ratione qua rerum ipsarum natura nominare ac no» minari postulat, et quo postulat, non autem pro nostrae voluntatis » arbitrio (pag. 267)... Nam quod natura cuique congruit, instrumentum » adinveniendum est, atque id illi attribuendum, ex quo efficit non qua» lecumque vult qui fabricat, sed quale natura ipsa exigit » (Pag. 268.– *Platonis Opera* Marsilio Ficino interprete. – Francofurti 1602).**

p) *Sicut enim* etc. Retinenda est haec lectio Piana et edd. Ven., quia perspicua et requisita a forma textus s. Thomae. – Cod. A: *sicut etiam virtus motiva utitur etiam* etc. – B: *sicut etiam virtus motiva utitur instrumentis sicut naturalibus* etc. – C: *sicut etiam virtus motiva utitur* etc.: caetera ut in P. Quae vero sequuntur: *ita virtus interpretativa* usque ad illa verba inclusive *ad faciendum orationem* omittunt codd. praefati; proindeque sententiam s. Thomae mancam et obscuram exhibent.

σ) *Sciendum tamen* etc. Ita codd,- Edd. Piana et Ven.: *sciendum ergo quod* etc. – Novitius autem notet quid hic a s. Thoma doceatur circa *virtutem naturalem*. In hypothesi enim (quae vera est, ut dicitur lect. seq. n. 2) quod virtus interpretativa non attribuatur virtuti motivae, sed rationi, negatur ipsam esse *naturalem*. Sed numquid quod a ratione est *naturale* dici nequit? Dici utique potest quatenus id quod a natura quacunque profluit *naturale* dicitur. At Scholastici strictiori etiam significatione usurpabant vocabulum *naturale,* nempe ad designandum id quod a materia dependet vel est in materia sensibili. Quo sensu negatur naturale esse illud quod a sola ratione est.

LECTIO SEPTIMA

DE ENUNCIATIONIS DEFINITIONE

Αποφαντικό δε ού πα , άλλ* έν ω τό άληθευ'ειν η ψεύδεσθαι υπάρχει·
ούκ έν άπασι δέ υπάρχει, οίον ή εύχη λόγο ριέν, άλλ' ού'τε άληθη ού'τε ψευδή .
Οΐ ριέν ουν άλλοι άφείσθωσαν ρητορική γάρ η ποιητική οΐκειοτε'ρα ή σκε'ψι · ό δέ αποφαντικό τη νυν θεωρία .

*** Enunciativa vero non omnis·, sed illa in qua verum vel falsum est;**
non autem omnibus inest, ut deprecatio oratio quidem est, sed neque vera neque falsa.
Caeterae igitur relinquantur: rhetoricae enim vel poeticae convenientior est consideratio. Enunciativa vero praesentis speculationis est.

· Seq-cap. iv.

Synopsis. — i. Textus argumentum, eiusque divisiones et subdivisiones.- 2. Omne instrumentum oportet definiri ex fine ad quem destinatur; ergo oratio enunciativa debet definiri ex eo quod sit significativa veritatis vel falsitatis iudicii mentalis,- 3. Corollarium. Verum et falsum sunt in enunciatione sicut in *signo:* in mente, sicut in *subiecto cognoscente:* in re sicut in *causa* (Cf. lect. m, n. 6. et seqq.). – 4. Sola enunciativa oratio, quae etiam *indicativa* et *supposiliva* dicitur, significat verum vel falsum, quia ipsa sola *absolute* significat conceptum intellectus, in quo est verum vel falsum, nempe iudicium, – 5. Praeter orationem enunciativam sunt necessariae etiam aliquae aliae orationis species, quae tamen quia non significant iudicium, non continent logice neque verum neque falsum. – 6. De sola enunciativa oratione proprie agit demonstrator, quia ad suum finem non utitur nisi orationibus significantibus res secundum quod earum veritas est in anima.

* ab: *postquam vero.*
* abc: *intendit.*

1 ostquam * Philosophus determinavit de principiis cnuneiationis, hic incipit* determinare de.ipsa enunciatione. Et dividitur pars haec in duas: in prima, determinat de enunciatione absolute; in secunda, de diversitate enunciationum, quae provenit secundum ea quae simplici enunciationi adduntur; et hoc in secundo libro; ibi: *Quoniam autem est de aliquo affirmatio* etc. - Prima autem pars dividitur in partes tres. In prima, definit enunciationcm; in secunda, dividit eam; ibi:

* Lect. seq.

Est autem una prima oratio * etc.; in tertia, agit de oppositione partium eius ad invicem; ibi: *Quoniam autem est enuntiare* * etc. Circa primum tria facit: primo, ponit definitionem enunciationis; secundo, ostendit quod per hanc definitionem differt enunciatio ab aliis speciebus orationis; ibi: *Non autem in omnibus* etc.; tertio, ostendit quod de sola enunciatione * est tractandum; ibi: *Et caeterae quidem relinquantur.*

* Lect. ix.

* abd. - ce et p.: *enunciativa.*

2. Circa primum considerandum est quod oratio, quamvis non sit instrumentum alicuius virtutis naturaliter operantis, est tamen instrumentum rationis, ut supra dictum est*. Omne autem instrumentum oportet definiri ex suo fine “, qui *est* usus instrumenti: usus autem orationis, sicut et omnis vocis significativae est significare conceptionem intellectus, ut supra* dictum est A duae autem sunt operationes intellectus, in quarum una non invenitur veritas et falsitas, in alia autem invenitur verum vel falsum. Et ideo orationem enunciativam definit ex significatione veri et* falsi, dicens quod *non omnis oratio est enuntiativa, sed in qua verum velfalsum est.* Ubi considerandum est quod Aristoteles mirabili brevitate usus *, et divisionem *orationis* innuit in hoc quod dicit: *Non omnis oratio est enuntiativa,* et definitionem enunciationis in hoc* quod dicit: *Sed in qua verum velfalsum est:* ut intelligatur quod haec sit definitio enunciationis, *Enunciatio estoratio, in qua verum velfalsum est.*

'Lect.praec.n.8. «

' Lc«. n, n. 5. '

* S omittit *mu.*

γ

a) *Omne autem instrumentum oportet definiri ex suo fine.* Cod. A: *definiri debet ex suo fine.*– Quod s. Thomas affirmat de instrumento, est dicendum de omni eo quod est propter finem aliquem, ut scilicet ex exigentia finis petatur ratio eius definitionis. « In omnibus, *inquit s. Doctor,* » quae sunt propter finem definitio, quae est per causam finalem, est ratio » definitionis, quae est per causam materialem f*ex qua res est)* et *me*» *dium* probans ipsam *(quia scilicet talis res esse debet, qualem exigit* » *finis ad quem ordinatur):* propter hoc enim oportet ut domus fiat ex » lapidibus et lignis, quia est operimentum protegens nos a frigore et » aestu s (In l *Poster, analytic.,* lect. iv). – Et haec doctrina philosopho necessaria est, et magis late patet quam prima fronte videatur. Nonnulli, duce Bacone a Verulamio, notarunt Aristotelem et Scholasticos quod in causis finalibus anchoram fixerint; sed huic accusationi facilis est responsio. Et imprimis negamus quod Scholastici omnia per causas finales definiverint: in metaphysicis enim principia, ex quibus res constituuntur et ad invicem ordinantur summa diligentia quaerebant; in rebus autem physicis ac psychologicis observationem factorum diligenti studio prosequebantur. Ubicumque vero quis per analysim contraire moliebatur principiis universalibus rationis, aut haec metiri criterio sensuum, Scholastici repugnabant et merito: nam neque analysis vera est si contradicat principiis abstractis per se notis, cum veritas veritati non opponatur, neque iudicium veritatis est committendum sensibus, cum rationis sit proprium. – Deinde concedimus Scholasticos plurimum valuisse in expendendis causis finalibus atque in explicandis per ipsas naturae operibus; sed hac de causa non vituperandi sed,laudandi sunt. Etenim opus naturae est opus intelligentiae divinae; et ideo ita ad finem ordinatum ut unicuique rei talis indita sit natura,. qualem ratio finis uniuscuiusque postulat. Quocirca sicut merito dicimus *a priori* quod si e. g., caput est a natura capillis coopertum, procul dubio capilli non sunt inutiles, sed ad aliquem finem a Creatore naturae ordinati; ita cognito hoc fine immediato, recte per ipsum explicamus existentiam capillorum in capite, qui ideo sunt et tales sunt, quia finis ille requirit eos esse et ita esse. Hinc causas finales sapiens non potest praeterire: esset enim idem ac sentire naturam non esse ordinatam ad finem, et consequenter non esse opus intelligentiae, sed casus et temeritatis. – Non diffiteor hac in re abusus irrepere posse et de facto irrepsisse, sicut quando ad arbitrium fingitur finis immediatus; at etiam in ratiocinio sunt abusus, et tamen ratiocinationem necessariam in scientiis omnes proclamamus: abusus enim sunt tollendi, rectus autem rerum usus retinendus.

β) *Est significare conceptionem intellectus, ut supra dictum est.* – Haec verba, *ut supra dictum est,* desiderantur in editione Piana, et ea adiicimus ex omnibus codd.: qui praeterea habent *conceptionem* et non *conceptum* ut legit Piana. – Quae vero immediate sequuntur codd. BC ita legunt: *operationes autem intellectus duae sunt in quarum una* fB, *quarum in una).*

γ) *Et definitionem enunciationis in hoc* etc. Codd. - Piana: *et definitionem in hoc* etc. Quae lectio falsa non est, sed tamen vocabulum *enunciationis,* quod explicite habent codd., subintelligit ad sententiae perspicuitatem. – Infra codd. AB legunt: *ut intelligatur haec esse definitio enunciationis, Enunciatio* etc. (A, *scilicet, enunciatio* etc.).-C: *ut intelligatur hanc esse definitionem enunciationis, Enunciatio* etc.

***Enunciatio, propositio,* vocabula sunt quae frequenter in scientiis occurrunt, nec subiecto seu realiter inter se significatione differunt, « sed quadam solum comparatione et relatione. Haec enim propositio, v verbi causa, - *animus* (est) *immortalis, - enunciatio* est, quando ali» quid significandi dumtaxat causa sumitur; quando vero conclusionis**

3. Dicitur autem in enunciatione esse verum vel falsum, sicut in *signo* intellectus veri vel falsi: sed sicut in *subiecto* est verum vel falsum in mente, ut dicitur in VI *Metaphysicae* *, in re autem sicut in *causa:* quia ut dicitur in libro *Praedicamentorum* *, ab eo quod res est vel non est, oratio vera vel talsa est -.

• commcn.s.Th. iib.v,cap.tv,n.i. •categor.cap.n. ца, n. 22 cp. etcdd. Ven. -ABid.crtarora-

4. Deinde cum dicit: *Non autem m omnibus* etc., ostendit quod * per hanc definitionem enunciatio differt ab alus orationibus. Et quidem de orationibus imperfectis manifestum est quod * non significant verum vel falsum, quia cum non faciant perfectum sensum in animo audientis *, manifestum est quod pertecte non exprimunt iudicium rationis, in quo consistit verum vel falsum. His igitur praetermissis, sciendum est quod * perfectae orationis, quae complet sententiam, quinque sunt species, videlicet Enunciativa, Deprecativa, Imperativa, Interrogativa et Vocativa (Non tamen intelligendum est quod solum nomen *vocativi* casus sit δ vocativa oratio: quia oportet aliquid partium orationis significare aliquid separatim, sicut supra dictum est*; sed per vocativum provocatur, sive excitatur animus audientis ad attendendum *; non autem est vocativa oratio nisi plura coniungantur; ut cum dico, *o bone Petre).* Harum autem orationum sola enunciativa est, in qua invenitur verum vel falsum, quia ipsa sola absolute significat conceptum intellectus *, in quo est verum vel falsum.

a bc : *quomodo.* '■t,-. *quoniam,* • codd.-p.: *auditans.* • a bc omitt.se/eH-*dum est quod.* « •Lect.praec.n.3. *'a. ad audio,-dendum.* • a bc *intellectus tis conceptum,*

5. Sed quia intellectus vel ratio, non solum concipit in seipso veritatem rei tantum ‘, sed etiam ad eius officium pertinet secundum suum conceptum alia dirigere et ordinare; ideo necesse fuit quod sicut per enunciativam orationem significatur ipse mentis conceptus, ita etiam essent aliquae aliae * orationes significantes ordinem rationis, secundum quam alia diriguntur. Dirigitur autem ex ratione unius hominis alius homo ad tria: primo quidem, ad attendendum mente; et ad hoc pertinet *vocativa oratio:* secundo,ad respondendum voce; et ad hoc pertinet *oratio interrogativa**: tertio, ad exequendum in opere; et ad hoc pertinet quantum ad inferiores *oratio imperativa;* quantum autem ad superiores *oratio deprecativa,* ad quam reducitur * *oratio optativa:* quia respectu superioris, homo non habet vim motivam, nisi per expressionem sui desiderii. Quia igitur istae quatuor orationis species non significant ipsum conceptum intellectus, in quo est verum vel falsum, sed quemdam ordinem ad hoc consequentem; inde est quod in nulla earum invenitur verum vel falsum, sed solum in enunciativa, quae significat id quod mens de rebus concipit ξ. Et inde est quod omnes modi orationum, in quibus invenitur verum vel falsum, sub enunciatione continentur: quam quidam dicunt *indicativam* vel *suppositivam.* Dubitativa autem ad interrogativam reducitur, sicut et optativa ad deprecativam.

ⅆ^^retiamre' ‹

6. Deinde cum dicit: *Caeterac igitur relinquantur* etc., ostendit quod de sola enunciativa est agendum; et dicit quod aliae quatuor orationis species sunt relinquendae, quantum pertinet ad praesentem intentionem: quia earum consideratio convenientior est rhetoricae vel poeticae scientiae. Sed enunciativa * oratio praesentis considerationis * est. Cuius ratio est, quia consideratio huius libri directe ordinatur ad scientiam demonstrativam, in qua animus hominis per rationem inducitur ad consentiendum vero ex his quae sunt propria rei; et ideo demonstrator* non utitur ad suum finem nisi cnunciativis orationibus, significantibus res secundum quod earum veritas est in anima. Sed rhetor et poeta inducunt* ad assentiendum ei quod intendunt, non solum per ca quae sunt propria rei, sed etiam per dispositiones audientis. Unde rhetores et poetae plerumque movere auditores nituntur * provocando eos ad aliquas passiones, ut Philosophus dicit in sua Rhetorica. Et ideo consideratio dictarum specierum orationis, quae pertinet * ad ordinationem audientis in aliquid, cadit proprie sub considerationem rhetoricae vel poeticae, ratione sui significati; ad considerationem autem grammatici *, prout consideratur in eis congrua vocum constructio.

· *codd.-.sedsota* • d e : *intentionis.* · a : *demonstra-* · codd.-p.: cun' -codd.-r.etedd. Ven.: *movent auditores in unum.* • a bc : *spectat.* ^■^*ammati-*

'ABcomiti.«zi4e. - *oratio neon,*

» gratia, ut ratiocinationis pars praeponitur, *propositio* vocatur, quoniam » constare ratiocinationem ex duabus propositionibus arbitramur » (Philopon. in 1 *Prior.,* cap. n, col.18.-Cf. c. 1, coi. 10.-Ven. 156o). Quae cum ita sint, vocabulis *enunciatio* et *propositio* promiscue utuntur philosophi.

δ) *Nomen vocativi casus sit* etc. - Codd.: *nomen vocativi casus prolatum sit* etc.—Supra ABC legunt: *non enim intelligendum est:* at non datur a s. Thoma ratio quare inter species orationis perfectae sit adnumeranda vocativa; sed explicatur quando habeatur oratio vocativa. Unde ectio P., *non tamen,* est retinenda, quae est etiam aliorum codd. et omnium edd. Ven. – infra codd. BC legunt: *quia oportet aliquid partium significare separatim.*

ε) *Concipit in seipso veritatem rei tantum.* Adverbium *tantum* deest in codd. necnon in Veneta editione *c* ct altera Venet. 15s6. – Illud habent edd. Venetae *ab,* quas sequitur Piana. - Revera post *non solum,* adverbium *tantum* redundare videtur.

ζ) *Quae significat id quod mens de rebus concipit.* Perspicua est haec lectio, quam ex codd. restituimus. - Piana: *quae significat id quod de rebus concipitur.*

LECTIO OCTAVA

DE DIVISIONE ENUNCIATIONIS IN SIMPLICEM ET COMPOSITAM, AFFIRMATIVAM ET NEGATIVAM

"Εστι δέ εἰ πρώτο λόγο αποφαντικό κατάφασι , ειτα ἀπόφασι · οἱ δ' ἄλλοι πάντε συνδέσμω εἰ .

'Ανάγκη δέ πάντα λόγον αποφαντικόν ἑκ ρήματο εἶναι, ἡ πτώσεω ρήματο · καί γάρ ὁ του ανθρώπου λόγο , εάν μή τό ἐστιν, ἡ ην, η εσται, ἡ τι τοιοῦτον προστεθή, οὐπω λόγο αποφαντικό .

Διότι δη εν τί ἐστιν, ἀλλ' οὐ πολλά, τό ζωον πεζόν δίπουν οὖ γάρ δη τω συ'νεγγυ εἰρήσθαι εἰ εσται· εστι δέ ἀλλη πραγματεία τούτο εἰπεῖν.

"Εστι δέ εἰ λόγο αποφαντικό η ὁ εν δηλών, η ὁ συνδε'σμω εἰ · πολλοί δέ οἱ πολλά καί μή εν, ἡ οἱ ασύνδετοι.

Τό μέν ουν ὀνομα, ἡ ρήμα, φάσι ἐστω μόνον επειδή οὐκ ἐστιν εἰπεῖν οὑτω δηλούντά τι τη φωνή, ὡστε ἀποφαίνεσθαι, ἡ ἐρωτώντό τινο , η μή, ἀλλ' αυτόν προαιρούμενον.

Τούτων δέ ἡ μέν απλή ἐστιν ἀπόφανσί , οἱον τί κατά τίνο , η τί από τίνο * η δέ ἑκ τούτων συγκείμενη, οἱον λόγο - τι ἤδη σύνθετο .

"Εστι δέ ἡ ἁπλη ἀπόφασι φωνή σημαντική περί τού ὕπάρχειν τι, ἡ μή ὑπάρχειν, ὡ οἱ χρόνοι διη'ρηνται.

Κατάφασι δε' ἐστιν ἀπόφανσί τίνο κατά τίνο . Ἀπόφασι δέ ἐστιν ἀπόφανσί τίνο ἀπό τίνο .

* Est autem una prima oratio enunciativa affirmatio, deinde negatio, aliae vero omnes coniunctione unae. * Cap. v.

Necesse est autem omnem orationem enunciativam ex verbo esse, vel casu verbi; etenim hominis ratio, si non est, aut erit, aut fuit, aut aliquid huiusmodi addatur, nondum est oratio enunciativa.

Quare autem unum quoddam est et non multa, animal gressibile bipes ; neque enim in eo quod propinquae dicuntur, unum erit : est autem alterius hoc tractare negocii.

Est autem una oratio enunciativa, vel quae unum significat, vel coniunctione una: plures autem, quae plura, et non unum, vel inconiunctione.

Nomen ergo et verbum dictio sit sola: quoniam non est dicere sic aliquid significantem voce enunciate, vel aliquo interrogante, vel non, sed ipso proferente.

Harum autem haec simplex quidem est enunciatio, ut aliquid de aliquo, vel aliquid ab aliquo; haec autem ex his coniuncta, velut oratio quaedam iam composita.

Est autem simplex enunciatio, vox significativa de eo quod est aliquid, vel non est : quemadmodum tempora divisa sunt.

* Affirmatio vero est enunciatio alicuius de aliquo. Negatio vero enunciatio alicuius ab aliquo. * Cap. vi.

Synopsis.— **i. Textus argumentum,- 2. Propositio est quoddam *ens.* Sed *ens* et *unum* convertuntur. Ergo omnis propositio aliqualiter est una, vel unitate *simplicitatis,* vel unitate *compositionis.* – 3. Alia subdivisio enunciationis est quod sit vel affirmativa vel negativa: et affirmativa *prior* est negativa, tum *ex parte vocis* quia simplicior; tum *ex parte intellectus,* quia compositio est prior divisione; tum *ex parte rei,* quia affirmativa significat *esse,* quod est prius *non esse.* – *4.* Textus declaratio.– 5. Opinio Alexandri quod divisio enunciationis in affirmationem et negationem non sit divisio generis in species. – *6.* Reprobatur. Quamvis propositio affirmativa sit prior negativa secundum propriam rationem, tamen aequaliter participant rationem *enunciationis* (scilicet verum vel falsum continere); quae proinde ad utramque est genus. – 7. Textus divisio. – 8. Praenotamen. Omnem enunciationem constare necessario ex verbo (quod est *formale* ipsius enunciationis), ostenditur ex *definitione,* quae nihil enunciat sine verbo. – 9. Dubium proponitur, cui respondetur tripliciter. - ro. Aliud praenotamen. Sicut ex forma et materia fit vere unum et non multa, ita in definitionibus ex genere et differentia.- 11. Absoluta unitas enunciationis exigit non interruptionem partium eius; sed non impeditur neque per compositionem quam importat verbum, neque per multitudinem nominum, ex quibus constat definitio. – 12. Textus subdivisio.– i3. Una *absolute* dicitur enunciatio, quae *unum de uno significat;* una *secundum quid* illa dicitur *quae est coniunctione una,* hoc est, *una* ex multis,-Et per oppositum intelligenda est enunciationum pluritas. – 14. Opinio Boethii de *unitate* et *pluralitate* enunciationis ex ordine ad significatum; de *simplicitate* et *compositione* ex ordine ad voces,– 15. Non approbatur Boethii expositio. - Tum unitas, tum simplicitas (Cf. infra n. 18) enunciationis est iudicanda non ex unitate nominis, sed ex unitate significati (ad quod ordinatur), etiamsi sint plura nomina quae unum significent.– 16. Tres sunt modi enunciationis; *simpliciter una,* quae unum simpliciter .significat ; *simpliciter plures* et *una secundum quid,* quae multa significat quae sunt coniunctione unum ; *simpliciter plures* quae plura significat, quae non sunt coniunctione unum. – 17. Enunciatio una non sic unum significat sicut nomen et verbum. – 18. Ex ratione suae *unitatis* dividitur propositio in simplicem et compositam, non secus ac unum; *simplex* est quae unum significat vel per modum *compositionis,* vel per modum *divisionis; composita* est quae plura significat, et ideo ex simplicibus propositionibus coalescit. – 19. De altera divisione enunciationis (n. 3). Divisio enunciationis in affirmativam et negativam primo convenit enunciation! *simplici·,* et ex consequenti *compositae.*– 20. Iterum de opinione Alexandri (n. 5).- 21. Enunciatis sententiis Boethii, Porphyrii et Ammonii, concluditur: significare *esse* et *non esse* recte assignari ab Aristotele ut differentias specificas propositionis seu enunciationis.**

go^ostquam Philosophus definivit enunvOciationem, hic dividit eam. Et divigWditur in duas partes: in prima, ponit gP^divisionem enunciationis *; in secunda, manifestat eam; ibi: *Necesse est autem* etc.

* *Enuntiationis* ex codd.

2. Circa primum considerandum est quod Aristoteles sub-breviloquio duas divisiones enunciationis ponit. Quarum una est quod enunciationum * quaedam est *una simplex,* quaedam est *coniunctione * una.* Sicut etiam in rebus, quae sunt extra animam, aliquid est unum simplex * sicut *indivisibile* vel *continuum,* aliquid est unum *colligatione* aut *compositione* aut *ordine.* Quia enim *ens* et *unum* convertuntur, necesse est sicut omnem rem *, ita et omnem enunciationem aliqualiter esse unam.

• Codd.-p.: *enuntiatio.*

* a : *complexione,* et sic saepe.

• b c : *simpliciter* (Cf. n. 4).

* a : *rem esse u-*

3. Alia vero subdivisio enunciationis est * quod si enunciatio sit una, aut est affirmativa aut negativa. Enunciatio autem affirmativa prior est negativa, triplici ratione, secundum tria quae supra posita sunt: ubi dictum est* quod vox est signum intellectus, et intellectus est signum rei. *Ex parte* igitur *vocis,* affirmativa enunciatio * est prior negativa * quia est simplicior: negativa enim enun-

De tertia divi- ctone, 'n. '" o? Ie'

*Lect. n, nn. 5

c^d!nciaür' " gativa.

ciatio addit supra affirmativam particulam negativam. *Ex partç* etiam *intellectus* affirmativa" enunciatio, quae significat compositionem intellectus, est prior negativa, quae significat divisionem eiusdem: divisio enim naturaliter posterior est compositione, nam non est divisio nisi compositorum, sicut non est corruptio nisi generatorum. *Ex parte* etiam *rei,* affirmativa enunciatio, quae significat *esse,* prior est negativa, quae significat
P *non esse β:* sicut habitus naturaliter prior est privatione.

4. Dicit ergo quod oratio enunciativa una et prima est affirmatio, idest affirmativa enunciatio. Et contra hoc quod dixerat *prima,* subdit: *Deinde*
'n^cMioai 'e' *negati°>* idest negativa oratio *, quia*9 est posterior
-■>.■ *quae.* affirmativa, ut dictum est. Contra id autem quod
• *scilicet ex* abc. dixerat *una*, scilicet * simpliciter, subdit quod *quaedam aliae sunt unae,* non simpliciter, *sed con-*
γ ttinctione unae γ.

5. Ex hoc autem quod hic dicitur argumen-
Akxander. tatur Alexander quod divisio enunciationis in affirmationem et negationem non est divisio generis in species, sed divisio nominis multiplicis in sua significata. Genus enim univoce praedicatur de suis speciebus, non secundum prius et posterius: unde Aristoteles noluit quod *ens* esset genus commune omnium, quia per prius praedicatur de substantia, quam de novem generibus accidentium 3. 3

6. Sed dicendum quod unum dividentium aliquod commune potest esse prius altero dupliciter: uno modo, secundum proprias rationes, aut naturas dividentium; alio modo, secundum participationem rationis illius communis quod in ea dividitur. *Primum* autem non tollit univocationem* ^et,v>". '9>
generis, ut manifestum est in numeris, in quibus binarius secundum propriam rationem naturaliter est prior ternario '; sed tamen aequaliter par- «
ticipant rationem generis sui, scilicet* numeri: -coda.: *rationem communis, scilicet* etc., et vi-
ita enim est ternarius multitudo mensurata per unum, sicut et * binarius. Sed *secundum* impedit *; sicut est.*
univocationem generis. Et propter hoc *ens* non potest esse genus ζ substantiae et accidentis: quia ï
in ipsa ratione *entis,* substantia, quae est ens per se, prioritatem habet respectu accidentis, quod est ens per aliud et in alio". Sic ergo affirmatio se- η
eundum propriam rationem prior est negatione; tamen aequaliter participant rationem enunciationis, quam supra posuit, videlicet quod enunciatio est oratio in qua verum vel falsum est.

7. Deinde cum dicit: *Necesse est autem* etc., manifestat propositas divisiones. Et primo, manifestat primam, scilicet quod enunciatio vel est *coniunctionem*, et omittit *una* una simpliciter vel coniunctione * una; secundo, cum *c.

a) *Ex parte etiam intellectus affirmativa* etc. Est lectio codd. ABC quam adoptamus loco Pianae et D: *ex parte autem intellectus etiam affirmativa* etc.-Cod. E: *ex parte intellectus enim affirmativa* etc. Sed quia *enim* magis quam *autem,* extra propositum ponitur, pronum est inferre in codice, ex quo E transcriptus est, fuisse *etiam,* et ab imperito vel distracto amanuensi scriptum *enim*.

β) *Ex parte etiam rei, affirmativa enunciatio, quae significat* esse, *prior est negativa, quae significat* non esse. Ita legimus cum ABE: *ex parte etiam rei,* non autem cum Piana: *ex parte autem*. - Cod. D habet: *ex parte rei.* - C omittit omnino verba: *ex parte etiam rei affirmativa enunciatio;* sed his omissis, ea quae immediate sequuntur, et quae habet etiam C, sunt sine significatione. - Hoc principium, simplicissimum quidem in se est, sed virtute est propemodum infinitum. Dixerat s. Thomas lect. i, n. ult. negationem relative, respectu nempe eorum quae possunt *esse* et non esse praecedere affirmationem, quia revera ea quae possunt esse et *non esse* prius concipiuntur ut non existentia (seu non esse) quam ut existentia. Nunc autem loquendo in sensu absoluto affirmationem dicit praecedere negationem, ct *esse* seu existere, praecedere non esse seu non existere. Et vere sic est. Nam negatio negat esse, et ideo illud subaudit; at contra affirmatio affirmat *esse,* quod per se sumptum stare potest nihilque praesupponit. Quo statuto abstractissimo principio, s. Thomas frequenter illud applicat peculiaribus subiectis; puta: *actus* est esse, *potentia* est non esse; ergo absolute loquendo actus prior est potentia: *perfectio* est esse, *imperfectio* est non esse; ergo absolute loquendo perfectio prior est imperfectione: *habitus* seu *habere* est esse, *privatio* est non esse; ergo habitus prior est privatione. Et sic de caeteris. - Applica eadem principia, et logice et vere inferes: ergo existentia entis perfectissimi praecedit existentiam entis finiti, quod est perfectio mista imperfectione, seu affirmatio mista negatione; ergo perfectio finita dari nequit quin praeexistat perfectio infinita, a qua sit; ergo bonitas, veritas, entitas, causa finita existens supponit causam infinitam, et infinite bonam, infinite veram, infinite ens.-Hisce aliisque bene multis consequentiis illatis, adde quod quia Deus est esse, et veritas, et causa, et bonitas, et perfectio etc. per essentiam; Deo per hypothesim sublato, nihil omnino relinquitur, neque veritas cuiusque affirmationis, neque consequenter veritas cuiusque negationis. Quocirca philosophia necessario Dei existentiam praesupponit et in omni sua cognitione implicite includit Deum, quo negato, seipsam negat.

γ) *Sed coniunctione unae.*- Codd. BCDE: *sed coniunctione, ita scilicet quod quaelibet earum est coniunctione una.* Et haec mihi videtur esse lectio germana s. Thomae.-A habet: *sed coniunctione una,* nempe legit ferme cum Piana.

3) *Quam de novem generibus accidentium.* Piana immediate prosequitur: *sed enunciatio praedicatur secundum prius et posterius de affirmatione et negatione, ut videtur per hoc quod dicitur primo et deinde. Ergo etc.*– Quae omnia, explicite constituentia *minorem* argumentationis Alexandri, desunt in edd. Venetis Peri hermeneias saec. XV et XVI, nec non in edd. Opp. s. Th. Veneta 15g5 et Parisiens! 1660. Sed et codices nostri omnes praefata verba omittunt. Adde quod *minor* illa et praesertim abbreviatio *ergo etc.,* qua s. Thomas aut numquam aut rarissime utitur, videntur esse nota marginalis, quae postea textui inserta est.-Supra autem cod. A hanc exhibet lectionem: *unde Aristoteles voluit quod ens non esset genus omnium praedicatorum,* nempe praedicamentorum. *Praedicatorum* loco *praedicamentorum* non raro excidit amanuensibus.

ε) *Pinarius secundum propriam rationem naturaliter est prior ternario.* Codd. omnes ita legunt, – Piana: *secundum rationem propriam prior est* etc. Adverbium *naturaliter* potest sine inconvenienti omitti, quia sufficienter exprimitur, dicendo, *secundum propriam rationem;* illud tamen adiecimus explicite propter codd. unanimitatem. – Ratio vero asserti fundatur in principio nota β explicato. Ternarius enim resultat ex binario et ex unitate, sicut ex duabus unitatibus componitur binarius. Ergo sicut unitas supponitur a binario et prior est ipso; ita binarius supponitur a ternario et ipso prior est.

ζ) *Ens non potest esse genus* etc.; et ideo non univoce praedicatur de rebus, quamvis nec proprie aequivoce, sed analogice (Cf. lect. v, n. 19 et not. ξ). Recte enim argumentamur: *Est genus; ergo est univocum.* Et viceversa: *Non est univocum; ergo non est genus.* - Disputatum est a Scholasticis utrum revera ens (quod est ultimum ad quod ascendit mens in abstractionibus idealibus, et a quo in synthesi ideali mens descendit ad genera et species) sit quid univocum, et ideo genus, vel quid analogum ct ideo transcendens omne genus. Affirmavit Scotus univocationem entis; negavit s. Thomas. Recentiores vero plerique hanc quaestionem inter inutiles subtilitates scholasticas recensuerunt. Sed postquam invaluit pantheismus idealisticus, qui fundamentum quaerit in entis conceptu abstractissimo, tunc tandem cognitum est quaestionem illam inter praecipuas locum habere. Sed praeterea quaestioni de univocatione vel analogia *entis* intimo nexu doctrina dc ordine supernaturalium veritatum connectitur. Haec, suis locis explicanda, sufficiat impraesentiarum innuisse, ut novitius non summis labiis attingat, sed intime penetret quae hic tradit s. Thomas ac firmiter mente retineat ad rationem univocationis essentialiter requiri, ut illud quod dicitur univocum *aequaliter* participetur vel possit participari a pluribus; ita nempe ut subtracta ista participabilitatis *aequalitate,* eo ipso subtrahatur univocatio.

η) *Est ens per aliud et in alio.* Illud *per aliud,* quod dicitur de accidente, accipiendum est per oppositionem ad illud *per se,* quod dicitur de substantia. Porro *per se* esse non excludit causam a quo substantia habeat esse (substantiae enim creatae sunt *per se,* sed non sunt *a se),* sed solum excludit *subiectum* cui inhaereat ut existât: quia de ratione substantiae est quod *per seipsam* et consequenter in seipsa existât et non in alio. Igitur *per aliud,* quod de accidente affirmatur, dicit negationem existendi per se, et consequenter necessitatem inhaerendi alicui subiecto substantiali: non enim accidens naturaliter existit, nisi quatenus inexistit, ut dictum est lect. iv, n. 5, nota 3. - Codd. hoc modo legunt: *prioritatem habet substantia, quae est ens per se respectu accidentis, quod* etc. *Sic ergo* etc. Hanc alteram inversionem adoptavimus, seposita Piana: *sic ergo affirmatio prior cst negatione secundum propriam rationem*.

manifestat secundam , scilicet quod enunciatio simpliciter una vel est affirmativa vel negativa; ibi: *Est autem simplex enunciatio* etc. Circa primum duo facit: primo, praemittit quaedam, quae sunt necessaria ad propositum manifestandum*; secundo, manifestat propositum; ibi: *Est autem una oratio* etc.

8. Circa primum duo facit: primo, dicit quod omnem orationem enunciativam oportet * constare ex *verbo* quod est praesentis temporis, vel *ex casu* verbi quod est praeteriti * vel futuri. Tacet autem de verbo *infinito,* quia eumdem usum habet in enunciatione sicut et verbum negativum 9. Manifestat autem quod dixerat per hoc, quod non solum nomen unum sine verbo non facit orationem perfectam enunciativam, sed nec etiam oratio imperfecta. Definitio enim oratio quaedam est, et tamen si ad rationem hominis, idest definitionem non addatur aut *est,* quod est verbum, aut *erat, avA-fuit,* quae sunt casus verbi, aut * *aliquid huiusmodi,* idest aliquod aliud verbum seu casus verbi, nondum est oratio enunciativa.

9. Potest autem esse dubitatio : cum enunciatio constet ex nomine et verbo, quare non facit mentionem de nomine, sicut de verbo?- Ad quod tripliciter responderi potest '. - *Primo* quidem, quia nulla oratio enunciativa invenitur sine verbo vel casu verbi; invenitur autem aliqua * enunciatio sine nomine, puta cum nos * utimur infinitivis verborum loco nominum; ut cum dicitur, *currere est moveri.* - *Secundo* et melius, quia, sicut supra dictum est *, verbum est nota eorum quae de altero praedicantur. Praedicatum autem est principalior

Pars enunciationis, e° quod est pars *formalis* * et completiva ipsius. Unde * vocatur apud graecos propositio *categorica,* idest *praedicativa.* Denominatio autem fit a forma, quae dat speciem rei *. Et ideo potius fecitl mentionem de verbo tanquam de parte principaliori et formaliori. Cuius signum est, quia enunciatio categorica dicitur affirmativa vel negativa solum ratione verbi, quod affirmatur vel negatur; sicut etiam conditionally dicitur affirmativa vel negativa, eo * quod affirmatur vel negatur *coniunctio* a qua denominatur. - *Tertio,* potest dici, et adhuc melius, quod non erat * intentio Aristotelis ostendere quod nomen vel verbum non sufficiant ad enunciationem complendam : hoc enim supra manifestavit tam de nomine quam de verbo. Sed quia dixerat quod 'quaedam enunciatio est una simpliciter, quaedam autem coniunctione una; posset aliquis intelligerc * quod illa quae est una simpliciter careret omni compositione : sed ipse hoc excludit per hoc, quod in omni enunciatione oportet esse verbum *, quod importat compositionem, quam non est intclligere sine compositis, sicut supra dictum est *. Nomen autem non importat compositionem, et ideo non exigit praesens intentio ut de nomine faceret mentionem, sed solum de verbo.

10. Secundo; ibi: *Quare autem* etc., ostendit* aliud quod est necessarium ad manifestationem propositi, scilicet quod hoc quod dico, *animal gressibile bipes,* quae * est definitio hominis, est unum et non multa. Et eadem ratio est de omnibus aliis definitionibus µ. Sed * huiusmodi rationem assignare dicit esse *alterius negocii.* Pertinet enim ad metaphysicum ; unde * in VII et in VIII *Metaphysicae* * ratio huius assignatur: quia scilicet differentia advenit generi non *per accidens sedperse,* tanquam determinativa ipsius, per modum quo materia determinatur per formam. Nam a materia sumitur genus, a forma autem differentia '. Unde sicut ex forma et materia fit vere unum et non multa, ita* ex genere et differentia.

11. Excludit autem quamdam rationem * huius unitatis, quam quis posset suspicari, ut scilicet propter hoc definitio ξ dicatur unum, quia partes eius sunt propinquae, idest sine aliqua interpositio-

6) *In enunciatione* etc. Haec verba adiecimus Pianae ex codd.: videntur enim requisita ex contextu, qui est de elementis necessariis ad enunciationem. Imo s. Thomas lect. i, n. 5, lib. 11 distinguit verbum infinitum extra enunciationem et in enunciatione, et prout ponitur in enunciatione dicit: *Verbum infinitum in enunciatione positum fit verbum negativum.* Quo autem pacto verbum *infinitum* in enunciatione habeat eumdem sensum ac verbum *negativum,* explicat ib. Angelicus. – Infra vero codd. ABC legunt: *manifestat... non solum unicum nomen sine verbo facit enunciationem, sed nec* etc. *Facit* est error plane manifestus; sed *unicum nomen;* quod etiam habent DE haud mihi displicet; *enunciationem* denique mihi videtur esse lectio praeferenda: *enunciatio* enim est oratio perfecta, ut dictum est lect. praeced. n. 4: inutile ergo videtur ut designetur per *orationem perfectam enunciativam.* – Noto etiam lectionem codd. ABDE: *definitio enim..., et tamen si rationi, idest definitioni hominis* (A omittit *hominis) non addatur* etc. Et haec lectio videtur melior Piana, cum qua conveniunt edd. Venet. et cod. C.

1) *Ad quod tripliciter responderi potest. Primo quidem, quia,* etc. Haec lectio codd. indicatur a contextu, et etiam quoad formam melior est Piana: *ad hoc tripliciter... Uno modo quia* etc.

z) *Denominatio autem fit a forma, quae dat speciem rei.* Homo denominatur *doctus* a doctrina, qua in specie, ut ita dicam, *docti* constituitur. Ex quo patet aliquid denominari ab eo, a quo in determinato *esse* vel modo essendi constituitur; illud autem a quo aliquid constituitur et denominatur, consuevit apud Scholasticos appellari *forma;* illud vero quod constituitur et denominatur a forma, appellatur *subiectum* et quandoque etiam latiori sensu dicitur *materia,* quia materiae est proprium ut per formam determinetur et constituatur in aliqua rerum specie. Et hinc etiam est quod, quia *genus* est quid determinabile, differentia vero concipitur ut quid determinans (sicut *animal* est genus determinabile ad hominem et brutum, *rationale* autem est differentia determinans animal ad esse hominis), infra n. seq. dicitur quod a materia, physice loquendo, sumitur *genus,* a forma vero differentia (Metaph. lib. X, lect. xn. – Cf. ib. lect. x et xi). – Codd. ACDE: *denominatio enim fit a forma, quae dat speciem rei.* Qua in lectione, si adoptetur, assignatur ratio cur propositio graece denominetur categorica et latine praedicativa.

λ) *Et ideo potius fecit.* Adiicimus *potius* ex codd. ABCD; et infra cum eisd. et E legimus: *parte principaliori et formaliori,* loco Pianae, *principaliori ct formaliori;* et (E habet lacunam) : *negativa solum ratione* loco *negativa ratione;* et cum AC (B lacunam habet): *sicut etiam conditionalis,* loco, *sicut conditionalis* (D: *sic et conditionalis).*

p) *De omnibus aliis definitionibus.* Est lectio cod. D.-Codd. ABC: *de universis aliis definitionibus. – E; de diversis aliis definitionibus. - Aliis* ergo traditur ab omnib. codd. – Piana : *de omnibus definitionibus.*

v) *A materia sumitur genus etc.* Vide quae supra, nota *x* dicta sunt. – Sed hic addendum est quod quamvis genus sumatur a materia, in sensu supra explicato, imo quamvis contingat aliquando aliquid esse et genus et materiam alicuius (sicut vox, e. g., est genus et materia litterarum) non tamen utrumque est eodem modo acceptum. Materia enim est pars intcgralis rei, et ideo non potest praedicari seu affirmari de toto, cuius pars integralis est: non enim dici potest quod homo sit caro, vel os, quamvis caro et os sint materia et partes intégrales hominis. At ex opposito genus vere praedicatur de toto: vere enim dicimus quod homo sit animal. Consequenter genus significat aliquo modo totum , quod est species – (Conf. s. Th. VII *Metaphysic.,* lect. xn et loc. citt. nota x).

ξ) *Ut scilicet propter hoc definitio* etc. Adiicimus *propter hoc* ex codd. : causalis enim illa perspicuitatem confert sententiae, et magis eam connectit iis quae sequuntur, nempe *quia partes eius sunt,* seu ut iidem codd. habent, *quia partes eius dicuntur propinquae.* – At *dicuntur* melius sonat, si supra cum ACDE legatur: *definitio sit unum, quia partes eius dicuntur propinquae (propinque?).* Et revera sic legendum esse videtur: nam statim subiungitur quod partes definitionis debent dici sine aliqua *interpositione coniunctionis vel morae.* – Omnes etiam codices legunt immediate: *ct quidem non interruptio prolationis.*

0 ne coniunctionis vel morae '. Et quidem non interruptio locutionis necessaria est ad unitatem definitionis, quia si interponeretur coniunctio partibus definitionis, iam secunda non determinaret primam,
r. sed significarentur *ut actu* multae in locutione et idem operatur interpositio morae, qua utuntur rhetores loco coniunctionis. Unde ad unitatem definitionis requiritur quod partes eius proferantur sine *coniunctione* et *interpolatione:* quia etiam
•3·. accidit. in re naturali, cuius est definitio, nihil cadit * medium inter materiam et formam: sed praedicta non interruptio non sufficit ad unitatem definitionis, quia contingit etiam hanc continuitatem *
ι : contingit hanc unitalemf). prolationis servarī in hīs, quae non sunt *sīmplĭcĭter* unum, sed *per accidens;* ut si dicam, *homo albus musicus.* Sic igitur Aristoteles valde subtiliter manifestavit quod absoluta unitas enunciationis non
p impeditur p, neque per compositionem quam importat verbum, neque per multitudinem nominum ex quibus constat definitio. Et est eadem ratio utrobique, nam praedicatum comparatur ad
•cf.sup.,n.g. subiectum ut forma ad materiam*, et similiter differentia ad genus : ex forma autem et materia fit unum simpliciter.

12. Deinde cum dicit: *Est autem itna oratio etc.,* accedit ad manifestandam praedictam divisionem. Et primo, manifestat ipsum commune quod dividitur, quod est enunciatio una; secundo, manifestat partes divisionis secundum proprias rationes; ibi: *Harum autem haec simplex* etc. Circa primum duo facit: primo, manifestat ipsam di-
σ. visionem '; secundo, concludit quod ab utroque membro divisionis *nomen* et *verbum* excluduntur; ibi : *Nomen ergo et verbum* etc. Opponitur autem unitati pluralitas; et ideo enunciationis unitatem manifestat per modos pluralitatis T.

13. Dicit ergo primo quod enunciatio dicitur vel una *absolute,* scilicet quae * unum de uno significat, vel una* *secundum quid,* scilicet quae est coniunctione una. Per oppositum autem est intelligendum quod enunciationes plures sunt, vel ex eo quod plura significant et non unum: quod * opponitur primo modo unitatis *; vel ex eo quod absque coniunctione proferuntur: et tales opponuntur secundo modo unitatis υ .

14. Circa quod considerandum est, secundum Boethium, quod *unitas* et *pluralitas* orationis refertur ? ad significatum; *simplex* autem et *compositum* attenditur secundum ipsas voces. Et ideo enunciatio quandoque est *una* et *simplex x* puta cum solum ex nomine et verbo componitur in unum significatum; ut cum dico, *homo est albus.* Est etiam quandoque *una* oratio, sed *composita,* quae quidem unam rem significat, sed tamen composita est vel ex pluribus terminis ; sicut si dicam, *animal rationale mortale currit,* vel ex pluribus enunciationibus, sicut* in conditionalibus, quae quidem unum significant et nori multa. Similiter autem quandoque in enunciatione est *pluralitas* cum *simplicitate,* puta cum in oratione ponitur aliquod nomen multa significans; ut si dicam, *canis latrat,* haec oratio plures est, quia plura* significat et tamen simplex est. Quandoque vero in enunciatione est pluralitas et compositio, puta

* *Codd.: quia scilicet.* - abc omittunt *de uno;* et sic fere semner ™ «milibus câ«i-
* c'‘‘ru‘‘ fcoîdl-r.: *et* i^empe unitati dictae, ... υ · · *secundumquid.* Boethius ? x
*ɛlrBC: *sicut pa.*
*ɔc: *muita.* Ψ

0) *Sine aliqua interpositione coniunctionis vel morae.* Quae de interpositione ac de interruptione hic dicuntur quoad unitatem definitionis, imo et cuiusque orationis, novitius accipiat non physice sed moraliter, hoc est, secundum hominum communem existimationem. Si enim interpositio vel interruptio sit talis ac tanta ut secundum communem hominum existimationem non amplius sensus propositionis habeatur, perit unitas definitionis vel orationis; secus autem si sensus, non obstante interpositione vel interruptione, perseveret idem (Cf. quae hac de re docet s. Thomas P. ill, qu. ıx, artic. vm, ad 3, et quae Caietanus ib. commentatur). Ratio est quia cum verba ex institutione humana significent, ad communem hominum sensum est etiam hac in re recurrendum.

π) *Sed significarentur ut actu multae in locutione.* Est lectio codd. et Ven. edd. i5e6 et ı55y, quae est adoptanda loco Pianae et aliarum edd. Ven.: *significaretur.* Ad hoc enim ut unitas definitionis habeatur requiritur ut partes fiant actu unum: fiunt autem *actu* unum (cum in seipsis, hoc est divisim acceptae sint multae), quatenus una determinat aliam, sicut forma determinat materiam. At posita interpositione coniunctionis vel morae una pars non determinat aliam; ergo partes non fiunt, seu non significantur ut unum actu, sed manent actu multae. – Codd. omittunt *in locutione,* quae licet non necessaria, tamen retinemus cum Piana aliisque edd.-Denique edd. *bc* et 1520 habent cum P.: *et ideo idem operatur* etc. At codd. ABC omittunt *ideo,* ac melius legunt: *et* (A omittit etiam *et*) *idem operatur* etc.-Edd. *a* et *i55y; et ideo operatur; ideo* erronee ponitur pro *idem.*

p) *Non impeditur;* sic habent codices omnes, quorum lectionem praetulimus τω *interrumpitur* (quod, quamvis non male, legitur in editione Piana), quia melior nobis visa est ex toto contextu.

e) *Primo manifestat ipsam divisionem.* Codd. omnes: *primo manifestat praemissam divisionem :* quae lectio repetit quae supra dicta sunt: *accedit ad* etc. – Praeterea cod. A immediate prosequitur: *secundo concludit ab utroque membro divisionis nomen et verbum excludi.*

r) *Per modos pluralitatis.* Quia per unum oppositorum cognoscitur aliud, ex diversis pluralitatis modis declaratur unitas propositionis. Piana habet: *per modum pluralitatis.* – Codd. ACDE legunt: *oppositum autem unitati* (A *unitatis) est pluralitas; et ideo modos unitatis manifestat per modos pluralitatis.* Quam lectionem, quamvis corrupte, indicat etiam cod.B: (in marg. *cum) omni autem unitati est pluralitas* (marg. *opposita); et ideo per modos unitatis manifestat per modos pluralitatis.* Hinc *per modos* est lectio codd. omnium. Quod si sapiens lector integram lectionem ACDE amplecti maluerit, non ego contradicam (Cf. infra, nn. seq. et 16).

υ) *Et tales opponuntur secundo modo unitatis.* Haec verba quae in edd. habentur, desiderantur in codd. nostris, – Procul dubio haec secunda pars de oppositione ad *unitatem secundum quid* de facili suppletur ex prima parte enunciata; at non mihi persuasum est hanc ipsam secundam partem subintelligendam fuisse a s. Thoma relictam, et non explicite appositam.

φ) *Secundum Boethium... unitas et pluralitas refertur.* Codd. ABD : *secundum Boethium* (D erronee, *Aristotelem)... refertur ad significationem.-Cod.* E: *refertur ad significationem rei.* -Cod. C: *unitas et pluralitas referuntur ad significatum.* Lectionem *refertur* (non *referuntur,* ut ex *attenditur* sequente, quod codd. ipsi habent, est manifestum) Pianae, *potest referri,* praetulimus, tum auctoritate codd., tum quia magis respondet secundae parti, nempe: *simplex autem et compositum attenditur* (non, *possunt* vel *potest attendi).*-Quae de Boethio hoc loco affirmat s. Thomas habentur in Editione secunda in librum *De interpretatione,* pag. 3c8 edit. cit. Basileae: « Una, *inquit Boethius,* vel multiplex » oratio intelligitur si unum vel multa *significat;* et de propria *signi-* » *ficatione* semper iudicantur. Simplex autem et composita non ex si- » gnificatione, sed ex verborum et nominum *pluralitate* cognoscitur: si » enim ultra duos terminos habet propositio, composita est; si duos » tantum, simplex. » Quae verba cum absolute dicantur, magis magisque confirmant lectionem codd.

7.) *Quandoque est una et simplex.* Haec lectio codd., quae cum sequentibus *una oratio sed composita* cohaeret, sufficitur Pianae: *simplex et una.-Sed* alia occurrunt notanda ex cod. A. Habet: *quandoque quidem est una et simplex, puta cum solum ex nomine et verbo componitur quae unum significant (quae unum significant* habent etiam BDE)... *Est autem oratio una* (id. alii codd.), *sed composita ex pluribus terminis, ut si dicam... quae unum et non multa significant* (id. BC). *Similiter autem etiam in enunciatione quandoque est etiam pluralitas... multa significans.* At hic amanuensis repente distrahitur, et immediate prosequitur: *non dicitur de affirmatione et negatione univoce sicut genus de suis speciebus.* Quae sunt ultima verba numeri 20. Caetera omnia intermedia per incredibilem oscitantiam omittit.

ψ) *Quia plura significat.* Ratio est quia *canis* est nomen aequivocum, ut in fine huius numeri dicitur; nomen autem aequivocum licet sit simplex voce, multa tamen, eaque diversa significat, ut dictum est lect. v, n. 19 et not. ξ; et ideo multiplex est *significatione.* Unde haec propositio: *Cato philosophus est* (est exemplum Boethii, quatenus nempe *Cato* potest significare tum Catonem Uticensem tum Catonem Censorium oratorem) vel, *canis latrat,* non est *una,* sed est *multiplex,* licet sit *simplex.*

Infra post verba, *homo albus musicus disputat,* codd. BC addunt: *vel homo albus et musicus disputat.* Per hanc additionem codd. citati ponunt exempla utriusque partis praemissae, nempe, *sive interveniat coniunctio,* pro qua est secundum exemplum; *sive non,* pro qua primum exemplum inducitur.

• bc: *piures ter-*

cum ponuntur plura * in subiecto vel in praedicato, ex quibus non fit unum, sive interveniat coniunctio sive non; puta si dicam, *homo albus musicus disputat:* et similiter est si coniungantur

• cde: *muttae.*

plures * enunciatioues, sive cum coniunctione sive sine coniunctione; ut si dicam, *Socrates currit, Plato disputat.* Et secundum hoc sensus litterae est quod

•*ic·. oratio e-nunctahva est una,quaeete.*

enunciatio *una** est illa, quae unum de uno significat, non solum si sit simplex, sed etiam si sit coniunctione una. Et similiter enunciationes plures dicuntur quae plura et non unum significant: non solum quando interponitur aliqua coniunctio, vel inter nomina vel verba, vel etiam inter ipsas enunciationes; sed etiam si *vel inconiunctione,* idest absque aliqua interposita coniunctione plura significat, vel quia est unum nomen *aequivocum,*

ω

multa significans ", vel quia ponuntur plura nomina

• codd..· *absque interposita coniunctione.*

absque coniunctione *, ex quorum significatis non fit unum; ut si dicam, *homo albus grammaticus logicus''currit.*

„

i 5. Sed haec expositio non videtur esse secundum intentionem Aristotelis. Primo quidem, quia per disiunctionem, quam interponit, videtur distinguere inter orationem unum significantem, et orationem quae est coniunctione una. Secundo, quia

• codd..: *quia aristoteles supra.*

supra * dixerat quod *est unum quoddam ** et non

•*B:?uW(Conf. text. graec.).

multa, animal gressibile bipes. Quod autem est co-

• coda, et edd,-

munctione unum, non est unum et non multa*, sed est unum ex multis. Et ideo melius videtur dicendum quod Aristoteles, quia supra dixerat aliquam enunciationem esse unam et aliquam coniunctione unam, vult hic manifestare K" quae sit una.

αα

Et quia supra dixerat quod multa nomina simul coniuncta sunt unum, sicut *animal gressibile bipes,*

£3

dicit consequenter quod enunciatio est iudicanda una non ex unitate nominis, sed ex unitate significati, etiam si sint plura nomina quae unum significent. Vel si sit aliqua enunciatio

γγ

yy una quae multa significet, non erit una *simpliciter,* sed coniunctione una. Et secundum hoc, haec enunciatio, *animal gressibile bipes est risibile,* non est una quasi coniunctione una, sicut in prima expositione dicebatur, sed quia unum significat.

16. Et quia oppositum per oppositum manifestatur, consequenter ostendit quae sunt * plures enunciationes, et ponit duos modos pluralitatis.- Primus est, quod plures dicuntur enunciationes quae plura significant. Contingit autem aliqua plura significari in aliquo uno communi; sicut cum dico, *animal est sensibile ss,* sub hoc uno communi,

^odd··· dicun-

ss

quod est animal, multa continentur, et tamen haec enunciatio est una et non plures *. Et ideo addit *et non unum.*-Sed melius est ut dicatur hoc esse additum propter definitionem, quae multa significat quae sunt unum: et hic modus pluralitatis opponitur primo jnodo unitatis*. - Secundus modus

*cf.iect.xn,n.7.

*SuPra n. ›3·

pluralitatis est, quando non solum enunciationes plura significant, sed etiam illa plura nullatenus coniunguntur, et hic modus pluralitatis opponitur secundo modo unitatis *. Et secundum hoc patet

' Loc. cit.

quod secundus modus unitatis non opponitur primo modo pluralitatis. Ea autem quae non sunt opposita, possunt simul esse. Unde manifestum est, enunciationem quae est una coniunctione, esse etiam plures : plures * in quantum significat

• bc omittt: *plures.*

plura et non unum. Secundum hoc ergo * possumus accipere tres modos enunciationis. Nam quaedam est *simpliciter* una, in quantum unum

' BCE.-D ctp.: *autem.*

significat; quaedam * est *simpliciter* plures, in quantum plura significat, sed est una *secundum quid,*

• B: *quaedam autem* (et ita c) *sunt ...significant.*

in quantum est coniunctione una; quaedam * sunt

* bc : *quaedam vero.*

simpliciter plures, quae neque significant unum, neque coniunctione aliqua uniuntur. Ideo autem Aristoteles quatuor ponit et non solum tria, quia quandoque est enunciatio plures, quia plura significat, non tamen est * coniunctione una, puta si

'*Est* ex BCD.

ponatur ibi nomen multa significans.

17. Deinde cum dicit:*Nomen ergo et verbum* etc., excludit ab unitate orationis *nomen* et *verbum.* Dixerat enim quod enunciatio una est, quae unum significat: posset autem aliquis intelligere, quod sic unum significaret$i sicut nomen et verbum unum

εε

significant. Et ideo ad hoc excludendum subdit: *Nomen ergo, et verbum dictio sit sola,* idest ita sit *dictio,* quod non *enunciatio.* Et videtur, ex modo loquendi, quod ipse imposuerit hoc nomen ad significandum partes enunciationis. Quod autem nomen et verbum *dictio* sit sola manifestat per

ζζ

ω) *Plura significat* (BCD: *significet;* E: *significaret), vel quia est unum nomen aequivocum multa significans* etc. Haec verba *multa significans,* quae desunt Pianae, quia codd. unanimiter habent, nostrae adiicimus editioni. Est sermo de pluralitate orationis quando enunciatio absque interposita coniunctione plura significat: quod quidem ex duplici capite provenire dicitur, nempe aut quia ponitur nomen aequivocum multa significans, et cum unitate nominis habetur pluritas *significationum;* aut quia ponuntur- plura nomina ex quorum significatis non fit unum significatum, et cum pluralitate nominum habetur etiam pluralitas significationum.

era) *Vult hic manifestare* etc. Codd.-P.: *hic manifestat.* Et immediate C: *et quia iam supra ostendit;*-DE: *et quia iam ostendit;* – B: *et quia supra ostendit.*

33) *Dicit consequenter.* Edd. Piana et Ven. habent: *dicit Commentator Alga^el* etc. Sed codd. neque *Commentator* habent neque *Algaqel,* sed legunt *consequenter.* B. Albertus Magnus in I *Peri hermeneias,* tract. IV, cap. U, pag. 258 col. 2, refert Avicennam et Algazelem hac in re Boethio consentire. Cum codd. ergo retinemus nomen *Algaqelis* esse expungendum ex hoc s. Thomae textu atque legendum *consequenter.* – Revera quae hoc loco disseruntur, mera expositio sunt textus Aristotelici, quem longiori sermone exponit Averroes in suis commentariis in librum Peri hermeneias (§. *Sermo in oratione* – Venetiis 1483. Absque num.).

γγ) *Vel si sit aliqua enunciatio* etc. Adoptamus hanc lectionem codd. BC quam indicant etiam codd. DE. - Edd. Piana et Ven.; *vel si aliqua enunciatio una plura* etc. et infra: *et secundum hoc, animal gressibile bipes est risibile, non est una, coniunctione una, sicut prius dicebatur, sed quia unum significat.*

S3) *Animal est sensibile.* Codd. BCE. – Ed. Piana: *animal gressibile bipes,* sed male, quia *animal gressibile bipes* non est enunciatio, cum verbo seu copula careat. S. Thomas autem ponit exemplum dc enunciatione quae est una et non plures, quamvis eius subiectum *animal* sit quid commune multa sub se continens. Ob eamdem rationem seponenda est etiam lectio cod. D: *animal sensibile.*

εε) *Sic unum significaret.* Ita optime codd., ut videre est in n. seq. - C prosequitur: *sicut nomen vel verbum unum significat.* -Ed. Piana: *sic significaret.* – Prius autem ubi Piana legit, posset *enim,* legimus cum eisdem codd., *posset autem,* prout natura ipsa contextus postulat. – Infra etiam legimus: *dictio sit sola, idest ita sit dictio quod non enunciatio,* correcta Piana: *dictio sit sola, ita dictio sit quod non enunciatio.* Particulam enim *idest* habent codd. Attamen lectiones codd. DE in omnibus non sequimur: nam D habet erronee: *idest ita sit dictio quod enunciatio;* et E non bene: *idest ita fit dictio quod non enunciatio.*

ζζ) *Quod autem nomen et verbum dictio sit sola.* Codd. BCD (E habet lacunam) legunt: *quod autem nomen vel verbum sit sola dictio et non enunciatio.* Quae lectio videtur anteponenda, quia magis complet sententiam Aristotelis; attamen non est necessaria, quia per particulam exclusivam *sola,* satis exprimitur quod *nomen* vel *verbum* ita sunt *dictiones,* ut non sint *enunciationes.* Hinc Aristoteles ponit, *dictio sit sola:* quae verba s. Thomas hic supra interpretatur per exclu-

hoc, quod non potest dici quod ille enunciet, qui sic aliquid significat voce, sicut nomen, vel verbum significat. Et ad hoc manifestandum innuit duos modos utendi enunciatione. Quandoque enim utimur ipsa fiuasi ad interrogata * respondentes ; puta si quaeratur, *quis sit in scholis?* respondemus, *magister* Quandoque autem utimur ea propria sponte, nullo interrogante; sicut cum dicimus, *Petrus currit*ɐB. Dicit ergo, quod ille qui significat aliquid unum nomine vel verbo, non enunciat vel sicut * ille qui respondet aliquo interrogante, vel sicut ille qui profert enunciationem non aliquo interrogante, sed ipso proferente sponte. Introduxit autem hoc, quia simplex nomen vel verbum, quando respondetur ad interrogationem, videtur verum vel falsum significare: quod est proprium enunciationis. Sed hoc * non competit nomini vel verbo, nisi secundum quod intelligitur coniunctum cum alia parte proposita in interrogatione *. Ut si quaerenti, *quis legit in scholis?* respondeatur, *magister*, subintclligitur, *ibi * legit.* Si ergo ille qui enunciat aliquid nomine vel verbo non enunciat, manifestum est quod enunciatio non sic unum significat, sicut nomen vel verbum. Hoc autem inducit sicut conclusionem eius quod supra praemisit *: *Necesse est omnem orationem enunciativam ex verbo esse vel ex casu verbi.*

18. Deinde cum dicit: *Harum autem haec simplex* etc., manifestat praemissam divisionem secundum rationes partium. Dixerat enim quod una enunciatio est quae unum de uno significat, et alia est quae est coniunctione una *. Ratio autem hu'us divisionis est ex eo quod unum natum est dividi per simplex et compositum. Et ideo dicit: *Harum autem,* scilicet enuntiationum, in quibus dividitur unum, *haec* dicitur una, vel quia significat unum simpliciter, vel quia una est coniunctione. *Haec quidem simplex enunciatio est,* quae scilicet unum significat. Sed ne intelligatur quod sic significet unum, sicut nomen vel verbum, ad excludendum hoc subdit: *Ut aliquid de aliquo,* idest per modum compositionis, vel *aliquid ab aliquo,* idest per modum divisionis. *Haec autem ex his coniuncta,* quae scilicet dicitur coniunctione una, est *velut oratio iam composita:* quasi dicat hoc modo, enunciationis unitas dividitur in duo praemissa, sicut aliquod unum dividitur in simplex et compositum.

19. Deinde cum dicit: *Est autem simplex* etc., manifestat secundam divisionem enunciationis, secundum videlicet quod enunciatio * dividitur in affirmationem et negationem. Haec autem divisio primo quidem convenit enunciation! simplici; ex consequenti autem convenit compositae enunciation!; et ideo ad insinuandum rationem praedictae divisionis dicit quod simplex enunciatio est *vox significativa de eo quod est aliquid:* quod pertinet ad affirmationem; *vel non est aliquid:* quod pertinet ad negationem. Et nc hoc * intelligatur solum secundum praesens tempus, subdit: *Quemadmodum tempora sunt divisa,* idest similiter hoc habet locum in aliis temporibus sicut et in praesenti.

20. Alexander autem existimavit " quod Aristoteles hic definiret enunciationem ; et quia in definitione enunciationis videtur ponere affirmationem et negationem, volebat hic accipere quod enunciatio non esset genus affirmationis et negationis, quia species nunquam ponitur * in definitione generis. Id autem quod non univoce praedicatur de multis (quia scilicet non significat aliquid unum, quod sit unum * commune multis), non potest notificari nisi per illa multa quae significantur*. Et inde est quod quia unum non dicitur aequivoce * de simplici et composito, sed per prius et posterius, Aristoteles in praecedentibus semper ad notificandum unitatem enunciationis usus est utroque. Quia ergo videtur * uti affirmatione et negatione ad notificandum enunciationem *, volebat Alexander accipere quod enunciatio non dicitur de affirmatione et negatione univoce sicut genus de suis speciebus.

21. Sed contrarium apparet ex hoc, quod Philosophus consequenter utitur nomine enunciationis ut genere, cum in definitione affirmationis et negationis subdit quod *, *affirmatio est enunciatio alicuius de aliquo,* scilicet per modum compositionis, *negatio vero est enunciatio alicuius ab aliquo,* scilicet per modum -divisionis. Nomine autem aequivoco non consuevimus uti ad notificandum * significata eius. Et ideo Boethius dicit quod Aristoteles suo modo breviloquio utens, simul usus est et definitione et divisione eius: ita ut quod dicit *de eo quod est aliquid vel non est,* non referatur ad definitionem enunciationis, sed ad eius divisionem.

Sed quia differentiae divisivae generis non cadunt in eius definitione *, nec hoc solum quod dicitur *vox significativa,* sufficiens est definitio enunciationis; melius dici potest secundum Porphyrium, quod hoc totum quod dicitur *vox significativa de eo quod est, vel de eo quod non est,* est definitio enunciationis. Nec tamen ponitur affirmatio et negatio in definitione enunciationis sed virtus affirmationis et negationis, scilicet significatum eius xx, quod est esse vel non esse, quod

ηη 00 •n: *sicut enuncíat;* et ita infra cum c.

* *Hoc* ex codd.

‘ Cf. lect. ni, n. 12.

* Codd.-p.: *intelligitur.-IbiaeesX* in codd.

* Codd.: *praemi' serat.*

* bc: *quae sigaoikut unam, ^unctionfuna"'*

* Λ: *ut genere definitionis ad affirmationem et negationem, subdens quod* etc. - BC : *definiens affirmationem et negationem subdit.*

' Codd.- p.: - *significandum.* Boethius.

' Cf. lect. vi, n. 4, not. η.

Porphyrius.

• c : *una enun-*

xx

Alexander. it

' c : *ponuntur.*

* c omittit *unum.*

‘ *c* melius : *significat.*

‘ *Univoce?*

‘ *bc: hic videtur.*

' Beo : *simplicem enunciationem.*

sionem enunciationis. – Infra autem codd. habent: *ct ad hoc manifestandum consequenter innuit* **(BC:** *insinuat)* **etc.**

ηη) *Si quaeratur, quis sit in scholis? Respondemus, magister.* **Omnes edd. Venetae saeculi XV et i5c6 habent non** *quis,* **sed** *quid sit iit scholis;* **et ita codices, qui etiam legunt unanimiter:** *respondemus, magister disputat:* **quae lectio supponit interrogationem:** *quid fit in scholis.* **Quae utrum sit vera lectio ex aliis codicibus esset definienda.**

00) *Quandoque.... propria sponte* **etc. - BCD:** *quandoque.... propria sponte a nullo interrogati* **(D** *interroganti). Dicit ergo quod ille* **etc.- E:** *quandoque.... propria sponte, scilicet a novo interrogati. Dicit ergo ille quod etc.* **Lectiones codd. DE sunt corruptiones lect. codd. BC:** *a nullo interrogati.* **At P. aliaeque edd. addunt:** *sicut cum dicimus, Petrus currit;* **quo exemplo carent citati codices. Posset igitur aliquis quaerere utrum verba ista sint additio marginalis ? Salvo meliori iudicio, non videntur esse marginalis additio, sed genuina s. Thomae lectio: qua in sententia confirmor ex immediate praecedentibus, in quibus etiam inducit s. Thomas exemplum positum ab ed. Piana et ab omnibus codd.**

u) *Alexander autem existimavit* **etc. « Aspasius etiam,** *inquit Boethius,* **consentit Alexandro » (In lib.** *De interpretat.* **Edit. II, pag. 333).- De sua vero interpretatione, quam s. Thomas n. seq. recitat atque improbat, ait ipse Boethius : « Hanc expositionem (quod adhuc sciam) ne- » que Porphyrius, neque ullus alius commentatorum vidit »** *(ib.).*

xx) *Scilicet significatum eius* **etc.- P.:** *scilicet quod esse vel non esse* **etc.; – Edd.** *abe : scilicet quod est esse vel non* **esse;-Venetae t5a6 et** *i55q: scilicet* **esse** *vel non esse,* **etc.;- AB:** *scilicet significatum eius, quod esse vel non esse* **etc.;- C:** *idest significativum ipsius, quod esse vel non esse* **etc.;-**

est naturaliter prius enunciatione. Affirmationem autem et negationem postea definivit per terminos utriusque u cum dixit: *Affirmationem esse enunciationem alicuius de aliquo, et negationem enunciationem alicuius ab aliquo.*

λλ

Sed sicut in * definitione generis non debent poni species *, ita nec ea quae sunt propria specierum. Cum igitur * significare *esse* sit proprium affirmationis, et significare *non esse* sit proprium negationis, melius * videtur dicendum, secundum Ammonium, quod hic non definitur enunciatio, sed solum dividitur. Supra enim posita est definitio *, cum dictum est quod *enunciatio est oratio in qua est verum vel falsum.* In qua quidem definitione nulla mentio facta est nec* de affirmatione, nec de negatione.

Est autem considerandum quod * artificiosissime procedit: dividit enim genus non in species, sed in differentias specificas. Non enim dicit quod enunciatio est affirmatio vel negatio, sed *vox significativa** *de eo quod est* **, quae est differentia specifica affirmationis, vel *de eo quod non est,* in quo tangitur differentia specifica negationis. Et ideo ex * differentiis adiunctis generi constituit definitionem speciei, cum subdit: *Quod affirmatio est enunciatio alicuius de aliquo,* per quod significatur *esse;* et *negatio est enunciatio alicuius ab aliquo* quod significat *non esse.*

' a b c : *sed quia in.*
* a b c : *sicut nec species.*
' b c : *tamen.*

Ammonias.
* Codd. : *adhuc melius,* - a : *videtur Ammonius dicere.*
* b c : *eius definitio.*

' *vec* ex codd.

' c°dd. ι *quod*

-codd.-p.: *est*

* Codd-; ex his·

D: *idest significatum ipsius est esse vel non esse naturaliter* etc.;-E: *idest significatum ipsius, quod est esse vel non esse* etc. ut P. - Supra ι autem, post verba *secundum Porphyriam,* codd. ABC legunt: *quod totum est definitio enunciationis quod* (C: *quia) dicitur vox significativa de eo quod est aliquid vel non est. Nec* (B: *ut) tamen* etc.

λλ) *Per terminos utriusque.* Addo haec verba quae desunt in editione Piana et edd. Ven., sed habentur in codd., et magis perspicuum reddunt sensum s. Thomae.-Ex eisdem codd. addo etiam semel et iterum *enunciationem,* ut habetur in textu citato Aristotelis: Κατάφασι δέ έστιν ἀπόφανσι etc.

LECTIO NONA

DE OPPOSITIONE AFFIRMATIONIS ET NEGATIONIS ABSOLUTE

Ἐπεὶ δέ ἐστι καὶ τὸ ὑπαρχον ἀποφαίνεσθαι ὡ μη ὑπαρχον, καὶ τὸ μή ὑπαρχον ὡ ὑπαρχον, καὶ τὸ ὑπαρχον ὡ ὑπαρχον, καὶ τὸ μη ὑπαρχον ὡ μη ὑπαρχον, καὶ περὶ τοὺ ἑκτο δὲ τοὺ νὺν χρόνου ωσαὺτω, ἁπαν αν ἐνδέχοιτο καὶ ὃ κατέφησέ τι ἀποφησαι, καὶ ὃ ἀπέφησέ τι καταφησαι· οἴστε δηλον οτι πάση καταφα'σει ἐστιν ἀπόφασι ἀντικειμένη, καὶ πάση ἀποφάσει κατάφασι.

*** Quoniam autem est enunciate et quod est, non esse: et quod non est, esse: et quod est, esse: et quod non est, non esse; et circa ea quae sunt extra praesens tempus, similiter omne contingit, quod quis affirmaverit, negare, et quod negaverit, affirmare; quare manifestum est, quoniam omni affirmationi negatio est opposita: et omni negationi affirmatio.** •Seq.cap. vr.

Καὶ ἐστω ἀντίφασι τοὺτο· κατάφασι καὶ ἀποφασι αἱ ἀντικείμεναι.

Et sit hoc contradictio, affirmatio et negatio oppositae.

Λέγω δέ ἀντικεῖσθαι την τοὺ αὐτοὺ κατὰ τοὺ αὐτοὺ, μη ὁμωνὺμω δέ, καὶ ὅσα ἄλλα των τοιουτων προσδιοριζόμενα πρὸ τὰ σοφιστικα ἐνοχλησει.

Dico autem oppont eiusdem de eodem, non autem aequivoce et quaecumque caetera talium determinavimus contra sophisticas importunitates.

Synopsis. — 1. Textus divisio. - 2. Prima diversitas propositionis est ex *sua forma,* qua enunciatur aliquid *esse* vel *non esse;* altera diversitas est per comparationem ad *rem* enunciatam, ex qua propositio est *vera* vel *falsa*. -3. Ergo quatuor modis variari potest enunciatio ut sit vel affirmativa et vera *(quod est, esse);* vel negativa et vera *(quod non est, non esse);* vel affirmativa et falsa *(quod non est, esse);* vel negativa et falsa *(quod est, non esse)*.-4. *Esse* vel *non esse* quae affirmantur vel negantur in propositione non solam *existentiam* vel *non existentiam* subiecti significant, sed *inesse* vel *non inesse* praedicati subiecto.– 5. Quatuor praecitatae differentiae in enunciationibus inveniuntur sive *verbum* sit *praesentis* temporis, sive praeteriti vel futuri.– 6. Corollarium. Ergo omne id quod propositione affirmativa affirmatur potest propositione negativa negari; et ideo quaelibet propositio affirmativa habet negativam sibi oppositam,—7. Absoluta oppositio affirmationis et negationis dicitur *contradictio*. – 8. Conditiones ad contradictionem sunt *identitas praedicati* et *identitas subiecti; identitas,* inquam, tum secundum nomen significans, tum secundum rem significatam. – g. Aliae conditiones; quae, non secus ac superiores hoc generali principio nituntur: *ut habeatur contradictio necesse est ut id quod negatio negat sit* omnino idem *ac illud quod affirmatio affirmat.*

£ osita divisione enunciationis, hic agit * $de oppositione partium enunciationis, ^scilicet affirmationis et negationis. Et ^quia enunciationem esse dixerat** orationem, in qua est verum vel falsum, primo, ostendit qualiter enunciationes ad invicem opponantur; secundo, movet quamdam dubitationem circa* praedeterminata et solvit; ibi: *In his ergo quae sunt et quaefacta sunt* * etc. Circa p.rimum duo facit: primo, ostendit * qualiter una enunciatio opponatur alteri; secundo, ostendit quod tantum una opponitur uni; ibi: *Manifestum est** etc. Prima autem pars " dividitur in duas partes: in prima, determinat de oppositione affirmationis et negationis absolute; in secunda, ostendit quomodo huiusmodi oppositio diversificatur ex parte subiecti; ibi: *Quoniam autem sunt** etc. Circa primum duo facit: primo, ostendit quod omni affirmationi est negatio opposita et e converso; secundo, manifestat oppositionem affirmationis et negationis absolute; ibi: *Et sit hoc contradictio* etc.

2. .Circa primum considerandum est quod ad ostendendum suum propositum Philosophus assumit duplicem diversitatem enunciationis : quarum prima est ex ipsa forma vel modo enunciandi *, secundum quod dictum est quod enunciatio vel est affirmativa, per quam scilicet enunciatur aliquid esse, vel est negativa per quam significatur aliquid non esse; secunda* diversitas est per comparationem ad rem, ex qua dependet veritas et falsitas intellectus et enunciationis. Cum enim enunciatur aliquid esse vel non esse secundum congruentiam rei est oratio vera; alioquin est oratio falsa.

3. Sic igitur quatuor modis potest variari enunciatio , secundum permixtionem * harum duarum divisionum. Uno modo, quia id quod est in re enunciatur ita esse sicut in re est : quod pertinet ad affirmationem veram; puta cum Socrates currit, dicimus * *Socratem currere.* Alio modo, cum enunciatur aliquid non esse quod in re non est 7 : quod pertinet ad negationem veram; ut cum dicitur, *aethiops albus non est.* Tertio modo, cum enunciatur aliquid esse quod in re non est: quod pertinet ad affirmationem falsam ; ut cum dicitur, *corpus est albus.* Quarto modo, cum enunciatur aliquid non esse quod in re est : quod pertinet ad negationem falsam; ut cum dicitur, *nix non est alba.*

Philosophus autem*, ut a minoribus ad potiora procedat, falsas veris praeponit*: inter quas** negativam praemittit affirmativae, cum dicit quod contingit *enuntiare quod est,* scilicet * in rerum natura, *non esse.* Secundo autem, ponit affirmativam falsam cum dicit: *Et quod non est,* scilicet in rerum natura, *esse.* Tertio autem, ponit affirmativam veram,

* Codd. - p '.*propositа... tangit.*- a : *agit auctor.*

* Lect. vu, n. 2.

• a : *contra.*

Lect. xni.

' bc : *determinat;* et infra cum a omittunt *tantum.*

* *Lect.* xn.

a

* Lect. x.

• Lect. praec. n. 19.

• Codd.: *secunda autem.*

β

• a : *permutationem.*

*b : *et dicimus;* - c : *et dico.*

T

* Codd.: *tamen.*

* abc : *praemittit fatsas veris.*

" Ncmpe/a/au.

'*Scilicet*tKcoàà.

a) *Prima autem pars* etc. Est lectio codd. - In edd. Piana et Ven. legitur: *prima adhuc dividitur in duas. Primo determinat* etc... *Secundo* etc.-In eisdem etiam codd. habetur: *in secunda parte.* Freti denique eorumdem codd. auctoritate supra, post *praedeterminata* (B, *praedicta},* adiecimus *et solvit* (E: *et solvit eam);* quae desunt in Piana.

β) *Secundum congruentiam rei* etc. – Codd. DE: *secundum congruentiam ad rem,* – ABC: *secundum convenientiam ad rem* etc.

γ) *Quod in re non est.* Ita legunt codd., et bene, uti patet ex his quae immediate praecedunt et sequuntur. – Piana legit: *alio modo, cum enunciatur aliquid non esse quod est.* – BC oscitanter omittunt superiora verba: *quod pertinet ad affirmationem veram,* sicut infra omittunt cum A: *quod pertinet ad negationem falsam,* et legunt: *ut si dicatur* (A, *ut cum dicitur) nix non est alba: quod* (C, *quae) est negatio falsa.*

quae opponitur negativae falsae s, quam primo posuit, cum dicit: *Et quod est,* scilicet in rerum natura, *esse.* Quarto autem, ponit negativam veram, quae opponitur affirmationi falsae, cum dicit: *Et quod non est,* scilicet in rerum natura, *non esse.*

4. Non est autem intelligendum quod hoc quod dixit: *Quod est* et *quod non est,* sit referendum ad solam existentiam vel non existentiam subiecti, sed ad hoc quod res significata per praedicatum insit vel non insit * rei significatae per subiectum. Nam cum dicitur, *corvus est albus,* significatur quod non est, esse, quamvis ipse corvus sit res existens.

* ὑπαρχον.. μ.ἡ ὑπαρχον.

5. Et sicut istae quatuor differentiae enunciationum inveniuntur in propositionibus ', in quibus ponitur verbum praesentis temporis, ita etiam inveniuntur in enunciationibus in quibus ponuntur verba praeteriti vel futuri temporis. Supra enim dixit *.quod necesse est enunciationem constare ex verbo vel ex casu verbi. Et hoc est quod subdit: *Quod similiter contingit,* scilicet variari diversimode enunciationem *circa ea, quae sunt extra praesens tempus,* idest circa praeterita vel futura, quae sunt quodammodo extrinseca respectu praesentis, quia praesens est medium praeteriti et futuri.

ε

•Lect.pracc.n.8.

6. Et quia ita est, contingit omne quod quis affirmaverit negare, et omne quod quis negaverit affirmare: quod quidem manifestum est ex praemissis ç. Non enim potest affirmari nisi vel quod est in rerum natura secundum aliquod trium temporum, vel quod non est; et hoc totum contingit * negare. Unde manifestum est quod omne quod affirmatur potest negari, et e converso.

‡ Codd.- p.: *con-*

-bc: *secundum se sunt opposita.* -de: *utpote ex opposito condi-visae,* ac hoc ioco sunt inintelhgibiics.

Et quia affirmatio et negatio opposita sunt seeundum se*, utpote ex opposito contradictoriae, consequens est quod quaelibet affirmatio habeat negationem sibi oppositam et *e* converso. Cuius contrarium illo solo modo posset contingere, si aliqua affirmatio affirmaret aliquid, quod negatio negare non posset *. "bcde.-v.·potest.

7. Deinde cum dicit: *Et sit hoc contradictio* etc., manifestat quae sit *absoluta* oppositio affirmationis et negationis. Et primo, manifestat eam per nomen; secundo, per definitionem ; ibi : *Dico autem* etc. - Dicit ergo primo quod cum cuilibet affirmationi opponatur negatio, et e converso, oppositioni huiusmodi imponatur nomen hoc, quod dicatur *contradictio.* Per hoc enim quod dicitur, *ct sit hoc contradictio,* datur intelligi quod ipsum nomen contradictionis ipse imposuerit * oppositioni affirmationis et negationis, ut Ammonius dicit '. *imposuit.*

8. Deinde cum dicit: *Dico autem opponi* etc., definit contradictionem. Quia vero, ut dictum est*, contradictio est oppositio affirmationis et negationis, illa requiruntur ad contradictionem, quae requiruntur* ad oppositionem affirmationis et negationis. Oportet autem opposita esse circa idem. Et quia enunciatio constituitur ex subiecto et praedicato, requiritur ad contradictionem primo quidem quod affirmatio et negatio sint eiusdem praedicati : si enim dicatur, *Plato cyrrit, Plato non disputat,* non est contradictio ; secundo, requiritur quod sint de eodem subiecto : si enim dicatur, *Socrates currit, Plato non currit*9,* non est contradictio. Tertio, requiritur quod identitas subiecti et praedicati non solum sit secundum nomen, sed sit simul secundum rem et nomen. Nam si non sit idem nomen ', manifestum est quod non sit una et eadem enunciatio. Similiter autem* ad hoc quod sit enunciatio una, requiritur identitas rei: dictum est enim supra * quod enunciatio *una* est, quae unum de uno significat; et ideo subdit: *Non autem aeqttivoce,* idest non sufficit identitas nominis cum diversitate rei, quae * facit aequivocationem.

Ammonius. *n™. priced.· ε^°aria 'untne'

0

'retiam.

'Lcct.vm, n.13,

sdlret

nominis.

δ) *Opponitur negativae falsae,* sicut infra dicitur quod negativa vera *opponitur affirmationi falsae.*– Piana cum edd. Ven. saecul. XV et XVI legit: *opponitur negativae;* sed *opponitur negativae falsae* optime habent codd. – Deinde et *quam primo posuit* ex eisdem codd. et ed. *a* substituimus lectioni Pianae et aliarum edd. Ven.: *quam posuit in primo;* quae lectio est impropria et obscura.– Cod. D: *quae opponitur secundum negationem falsae, quam primo posuit.* Melior quoque nobis videtur codd. lectio, infra: *quae opponitur secundae, scilicet affirmationi* (ADE melius , *affirmativae) falsae* etc.

ε) *In propositionibus.* Haec verba quae supplemus ex codd. omnibus desunt in Piana, cuius propterea lectio, *inveniuntur, in quibus* etc., nonnihil obscuritatis habet: non enim scitur cui praecise referri, vi formae, debeat relativum illud, *in quibus.* Satis insuper ex immediate sequentibus indicatur *(in enunciationibus* etc.) deesse *in propositionibus.*– Praeterea cum codd. ABCE legimus paulo supra: *et sicut istae quatuor* etc.– Cod. D : *et sicut ipsae quatuor* etc. – Piana : *et sicut quatuor* etc.

ζ) *Manifestum est ex praemissis.* Est lectio omnium 'codd. – Piana et Ven. edd.: *ostensum est in praemissis.* Atqui si ostensum est in praemissis, inutile foret iterum hoc loco ostendere. Ostenditur tamen (*non enim* etc.), et quasi corollarium ex his infertur, quae in praemissis fuerunt probata. Hinc A: *et quia ita est, sequitur concludi quod omne quod quis affirmaverit* etc.– Codd. BE : *et quia ita est, sequitur quod contingit* etc.;- D: *et quia ita est, sequitur quod convenit omne quod quis* etc.C: *et quia ita est, quod contingit omne quod quis* etc. Quae lectio videtur requirere *sequitur,* quod alii codd. habent. – Cum codd. ABCE legimus immediate infra: non *enim potest affirmari nisi vel quod est* etc., quae est lectio indicata ex altera parte, *vel quod non* est.-Piana: *non enim potest affirmari nisi aliquid quod est* etc.– Cod. D: *non enim potest affirmari nisi secundum quod est* etc.

η) *Ut Ammonius dicit:* «Hanc enim affirmationis pugnam cum negatione vocandam Aristoteles contradictionem censet, perinde quasi » nomen ipse hoc illi imposuerit..., ut declarat cum ait: *Sitque hoc con-* » *tradictio:* tametsi neque in affirmatione, neque in negatione vel enun- » *elatione* huiusmodi quicquam locutus. Siquidem vel apud apprime » divinum Platonem horum quodlibet positum nomen reperias, sicut » plurima quoque ex iis praecepta, quae hoc libro de enunciativae ora- » tionis principiis traduntur, cum locis apud ipsum pluribus dispersa » invenias, tum vel maxime in *Sophista* » (In lib. *De interpretatione,* sect. 1, §. *De affirmatione* etc. fol. 12, coi. 3, ed. cit.). Fatemur equidem plura ex iis quae Aristoteles de logica tradit praecepta in *Sophista* aliisque Platonis libris inveniri; dispersa tamen, ut Ammonius recte animadvertit; imo *sic perexiliter,* inquit Georgius Trapezuntius, *ac tenuiter, rariterque factum est* (a Platone in iis quae ad dialecticam pertinent), *ut casui non consilio et rationi attribuendum esse contenderim.* Neque existimo huius Scriptoris indicium detrectandum esse cum ait: « Quodque admirabilius est, pauca nimium et ipsa confusa ex antiquio- » ribus *(Aristoteles)* accepit. In dialecticis autem nihil penitus: nec enim, » ut ipse in codicis calce testatur, aliquid hac de re aut scriptum aut » dictum erat, unde facto gradu ad maiora posset aspirare, nisi forte » de cavillatoria et sophistica disputatione. Quare non iniuria motus » quoque fuisse videtur, adeo ut gratias sibi habendas, a posteris pu- » taverit, idque libere non fuerit veritus postulare , tum quia solus » totum hoc disserendi negotium excogitavit, inchoavit, perfecit, scri- » psit, edidit, tum quia facilis ad omnia rationis negotia via et quasi » trita, communisque cuique constituitur» *(Comparatio Platonis et Aristotelis,* lib. 1, cap. iv Venetiis r5z3, per lacobum Pentium de Leuco).

0) *Socrates currit, Plato non currit.* Est lectio codd. – Editio Piana : *Socrates currit et Plato non currit et non disputat.* Sed *non disputat* manifeste est superfluum, quia est unice sermo de identitate subiecti necessaria in propositionibus contradictoriis. – Supra vero legimus etiam cum BCDE: *Plato currit, Plato non disputat;* eamdemque lectionem habet A, quamvis erronee omittat negationem : *Plato currit, Plato disputat.* – P. : *Plato currit et non disputat.*

1) *Nam si non sit idem nomen* etc. Ita P. cum BCDE. - Cod. A:· *nam si nomen sit idem et res diversa, manifestum, est* etc. Quae lectio est falsa, ut patet ex contextu: in hac enim prima parte sermo est de identitate nominis; in altera vero *(similiter* etc.) de identitate rei.

κ g. Sunt autem et quaedam xalia in contradictione observanda ad hoc quod tollatur omnis diversitas, praeter eam quae est affirmationis et negationis: non enim esset oppositio si non omnino idem negaret negatio quod affirmavit affirmatio. Haec autem diversitas potest secundum quatuor considerari *. Uno quidem modo, secundum diversas partes subiecti : non enim est contradictio si dicatut, *aethiops est albus dente et non est albus pede* *. Secundo, si sit diversus modus ex parte praedicati: non enim est contradictio si dicatur, *Socrates currit tarde et non movetur velociter;* vel si dicatur, *ovum est animal in potentia et non est animal in actu.* Tertio, si sit diversitas ex parte mensurae, puta loci vel temporis; non enim est contradictio si dicatur, *pluit in Gallia et non pluit in Italia;* aut, *pluit heri, hodie* non pluit.* Quarto, si sit diversitas ex habitudine ad aliquid extrinsecum ; puta si dicatur, *decem homines esse plures quoad domum, non autem quoad forum.* Et haec omnia designat cum subditλ: *Et quaecumque caetera talium determinavimus,* idest determinare consuevimus in disputationibus contra *sophisticas importunitates,* idest contra importunas et litigiosas oppositiones sophistarum, de quibus plenius facit mentionem in I *Elenchorum* *.

-abç: *aibus sepeicmSec"ndum*

ħo^ewiaf.rihic'

λ

*b: *in libro Elenchorum.*

x) *Sunt autem et quaedam* etc. Est lectio explicita codd. ABCE – Piana et edd. Ven. totam hanc periodum sub alia forma exhibent, nempe: « Sunt autem et quaedam alia in contradictione observanda ad hoc quod » omnis diversitas quae est affirmationis et negationis habeatur: non » enim esset contradictio si non omnino idem negaret negatio quod affir- » matio affirmaret. » Lectio codd. est praeferenda. Vult enim s. Thomas oppositionem inter propositiones contradictorias in eo sitam esse quod *idem omnino* sit quod una propositio affirmat et quod altera negat; ergo illud *idem* nullam diversitatem pati debet, sed omnino immutatum perseverare in utraque propositione, ut tota diversitas in affirmatione et negatione consistat (Cf. lect. xt, nn. 4 et 7). – Cod. D quamvis in aliqua parte corrupte, eamdem tamen lectionem aliorum codd. exhibet: *sunt autem... tollatur omnis aversitas et eam praeter quam est affirmationis et negationis.* In caeteris conformis est lectioni a nobis adoptatae.

λ) *Haec omnia designat* (Aristoteles) *cum subdit;* **codd.-D:** *cum dicit.* – Ed. Piana : *haec omnia designantur £um subditur.* – *Immediate* supra cod. A: *decem homines esse multos ut ad domum non coeant, ut ad forum ;* -BC: *decem homines esse multos ut ad domum, non autem ut ad forum,*

LECTIO DECIMA

DE DIVISIONE PROPOSITIONUM EX PARTE SUBIECTI: DEQUE OPPOSITIONE AFFIRMATIONIS ET NEGATIONIS IN PROPOSITIONIBUS UNIVERSALIBUS ET IN INDEFINITIS

Επε'ι δ' έστί τά μέν καθόλου των πραγμάτων, τά δέ καθ' έκαστον (λέγω δέ καθόλου μέν δ επί πλειόνων πεφυκε κατηγορεϊσθαι, καθ' έκαστον δέ δ μη', οίον άνθρωπο μέν των καθόλου· Καλλία δέ των καθ' έκαστον)·

ανάγκη δέ άποφαίνεσθαι ώ υπάρχει τι, η μη', ότέ μέν των καθόλου τινί, ότέ δέ των καθ' έκαστον.

'Εάν μέν ουν καθόλου άποφαίνηται επί του καθόλου δτι υπάρχει τι, η μη, έσονται έναντίαι αΐ αποφάνσει· λέγω_δέ έπΐ του καθόλου άποφαίνεσθαι καθόλου, οίον πα άνθρωπο λευκό, ούδεί άνθρωπο λευκό.

"Οταν δέ έπι των καθόλου μέν, μη καθόλου δέ, αύται μέν ούκ είσίν έναντίαι· τά μέντοι δηλου'μενα έστιν είναι εναντία ποτέ·

λέγω δέ τό μη' καθόλου άποφαίνεσθαι έπΐ των καθόλου, οίον εστι λευκό άνθρωπο, ούκ εστι λευκό άνθρωπο· καθόλου γάρ οντο του άνθρωπο, ούχ ώ καθόλου κέχρηται τη άποφάνσει· τό γάρ πα ού τό ■καθόλου σημαίνει, άλλ' δτι καθόλου.

'Επί δέ τού κατηγορουμένου καθόλου κατηγορεΐν τό καθόλου ούκ έστιν άληθέ· ούδεμία γάρ κατάφασι άληθη εσται, εν η τού κατηγορουμένου καθο'λου τό καθόλου κατηγορεΐται, οίον εστι πα άνθρωπο παν ζωον.

* Quoniam autem sunt haec quidem rerum universalia, illa vero singularia (dico autem universale, quod de pluribus natum est praedicari, singulare vero quod non, ut homo quidem universale est, Plato *(Callias)* vero eorum, quae singularia sunt); * Cap. vu.

necesse est autem enunciate quoniam inest aliquid aut non, aliquoties quidem eorum alicui, quae universalia sunt, aliquoties autem alicui eorum, quae sunt singularia.

Si ergo universaliter enunciet de universali quoniam est, aut non, erunt hae contrariae enunciationes; dico autem de universali fieri enunciationem universalem; ut, omnis homo albus est, nullus homo albus est.

Quando autem de universalibus non universaliter, non sunt contrariae; quae autem significantur, est esse aliquando contraria:

dico autem non universaliter enunciate de his quae sunt universalia; ut, est albus homo; non est albus homo: cum enim universale sit homo, non universaliter utitur enunciatione; omnis namque non universale est, sed quoniam universaliter significat.

In eo vero quod universale praedicant, id quod est universale, universaliter praedicari, non est verum; nulla enim affirmatio vera erit, in qua de universali praedicato universaliter praedicetur; ut, omnis homo est omne animal.

Synopsis. — 1.'Argumentum textus. – 2. Enunciationis subiectum distinguitur secundum divisionem rerum, quarum quaedam sunt universales, quaedam vero singulares. – 3. Obiectio contra praefatam rerum divisionem. – 4. Solvitur. Logicus dividit res secundum quod referuntur ad intellectum, qui distinguit in re singulari id quod illi est *proprium* ab eo quod est illi et aliis *commune;* et hoc dicit *universale,* illud *singulare.*– *5.* Ad rationem universalis requiritur ut *essentia* seu *forma,* quae dicitur universalis, *possit esse in pluribus,* non autem quod sit actualiter in pluribus. – 6. Quod significatur per nomen si est forma seu natura individuata vel non individuabilis in materia, non est universale.- 7. Ratio universalis non a communicabilitate nominis pensatur, sed a communicabilitate rei. – 8. Concluditur divisio enunciationis in universalem et singularem, – 9. In enunciationibus de universali attendendum est ad modos diversos quibus aliquid praedicatur de universali, sive prout accipitur a mente quasi separatum a singularibus, sive prout est in singularibus. – Idem observandum quoad enunciationes de singulari. – 10. Divisio enunciationis ex parte subiecti (quae tertia addenda est duabus assignatis lect. vin, nn. 2, 3) pertinet ad quantitatem seu extensionem propositionum,- it. Textus subdivisio, - 12. Dictiones, quae appellantur *syncategorematicae,* sunt ad designandum non quidem universale (infra n. 19.), sed *modum* quo praedicatum tribuitur subiecto universali. - 13. Dictiones, *omnis, nullus,* adinventae sunt pro totalitate designanda universalitatis subiecti; *aliquis, quidam,* pro particularitate subiecti significanda in propositionibus affirmativis; in propositionibus negativis accommodatur dictio *non omnis.* – 14. Corollarium. Ergo praedicatum tripliciter tribuitur vel negatur subiecto universali; nempe *universaliter* sumpto, *particulariter* accepto, *indefinite* (nempe sine dictione) enunciato,– 15. De subiecto individuo seu singulari potest quidem aliquid diversa ratione praedicari, sed totum id quod de ipso praedicatur refertur ad singularitatem ipsius.- 16. Corollarium. Ergo quatuor sunt modi enunciationis ad quantitatem ipsius pertinentes, *universalis, singularis, indefinitus, particularis,* qui et *disjunctivus* appellatur. – 17. Altera textus subdivisio.- 18. Contraria dicuntur quae maxime a se distant. Ergo *contrariae* sunt illae propositiones quae maxime a se distant in affirmatione et negatione *modi* quo praedicatum tribuitur et negatur subiecto. Scilicet propositio negativa negat praedicatum de subiecto universaliter sumpto *(nullum)* quod de ipso pariter universaliter sumpto affirmat propositio affirmativa *(omne).* – 19. Propositiones indefinitae non sunt contrariae, quia in ipsis non exprimitur *modus* universalitatis, quo designetur extrema propositionum distantia.- 20. Et tamen in propositionibus indefinitis *contingit* ea quae per propositiones significantur esse contraria: quod quidem non debet impraesentiarum intelligi de contrarietate veritatis et falsitatis; – 21. neque de contrarietate praedicati;– 22. sed ratione significati seu materiae, secundum quam propositio indefinita eamdem habet vim ac si subiectum esset affectum dictione universali, *omne, nullum.-23.* Dictio determinativa *(omnis, aliquis)* convenientius apponitur subiecto, ex quo sumitur quantitas propositionis, quam praedicato; cui si apponatur, aut fit ad designandum quod praedicatum est *in plus,* seu est magis universale quam subiectum; aut non est expedita locutio; aut est quandoque falsa propositio. - 24. Attamen signum universale negativum vel particulare affirmativum non *repugnat* veritati propositionis, si ponatur ex parte praedicati.

* a: *quoniam autem Philosophus.*

* bc: *eiusdem et de.*

* ab: *hic intendit consequenter distinguere.*

* a: *vere.*

|' Philosophus * dixerat oppositionem h Fwlâ ^affirmationis ' et negationis esse con-'. tradietionem, quae est *eiusdem de* * *eo-* ^^*o*^^*dem,* consequenter intendit distinguere * diversas oppositiones affirmationis et negationis, ut cognoscatur quae sit vera * contradictio. Et circa hoc duo facit: primo, praemittit quamdam divisionem enunciationum necessariam ad praedictam differentiam oppositionum assignandam; secundo, manifestat propositum; ibi: *Si ergo universaliter* * etc. Praemittit autem divisionem enunciationum quae sumitur secundum differentiam subiecti *. Unde circa primum duo facit: primo, dividit subiectum enunciationum; secundo, concludit divisionem enunciationum; ibi: *Necesse est enuntiare* * etc.

‘infra, n.n. -codd. - p.: *ex* (Cf. infra, n. 10).

‘Infra, n. 8.

a

2. Subiectum autem enunciationis * est nomen vel aliquid loco nominis sumptum. Nomen * autem est vox significativa ad placitum simplicis intellectus, quod est similitudo rei; et ideo subiectum enunciationis distinguit per divisionem * rerum, et dicit quod rerum quaedam sunt universalia, quaedam sunt singularia. Manifestat autem membra divisionis dupficiter: primo quidem per definitionem, quia universale est quod est *aptum* * *natum de pluribus praedicari,* singulare vero quod *non est aptum natum praedicari dc pluribus, sed de uno solo;* secundo, manifestat per exemplum cum subdit quod *homo* cst universale, *Plato* autem singulare.

3. Accidit autem dubitatio circa hanc divisionem, quia, sicut probat Philosophus in VII *Metaphysicae* *, universale non est aliquid extra res existens. Item, in *Praedicamentis* dicitur quod *secundae* substantiae non sunt nisi in primis, quae sunt singulares Non ergo videtur esse conveniens divisio rerum per universalia * et singularia: quia nullae res videntur esse universales, sed omnes sunt singulares *.

4. Dicendum est autem quod hic dividuntur res secundum quod significantur per nomina, quae subiiciuntur in enunciationibus: dictum est autem * supra * quod nomina non significant res nisi mediante intellectu; et ideo oportet quod divisio ista rerum accipiatur secundum quod res cadunt * in intellectu. Ea vero quae sunt coniuncta in rebus intellectus potest distinguere, quando unum eorum non cadit in ratione alterius. In qualibet autem re singulari cst considerare aliquid quod est proprium illi rei*, in quantum est haec res, sicut Socrati vel Platoni in quantum est *hic* homo; et aliquid cst considerare in ea, in quo convenit cum aliis quibusdam rebus, sicut quod Socrates est animal, aut homo, aut rationalis, aut risibilis, aut albus. Quando igitur res denominatur ab eo quod convenit illi soli rei in quantum est haec res, huiusmodi nomen * dicitur significare aliquid *singulare;* quando autem denominatur res ab eo quod est commune sibi et multis aliis, nomen huiusmodi dicitur significare *universale,* quia scilicet nomen significat naturam* sive dispositionem aliquam, quae cst communis multis. Quia igitur hanc divisionem dedit de rebus non absolute secundum quod sunt* extra animam, sed secundum quod referuntur ad intellectum, non definivit universale et singulare secundum aliquid quod pertinet ad rem, puta si diceret quod universale extra animam s, quod pertinet ad opinionem Platonis, sed per actum animae intellectivae, quod est praedicari de multis vel de uno solo.

5. Est autem considerandum quod intellectus apprehendit rem intellectam secundam propriam essentiam *, seu definitionem: unde et in III *Dc amma** dicitur quod obiectum proprium intellectus est *quod quid est* '. Contingit autem quandoque quod propria ratio alicuius formae intellectae* non

•Cf.iib.ii.icct.i,

• Codd. *secundum divisionem.*

• a b c omittunt a- *ptum;* ct ita inira,-cf. text.

I comm. s. Th. lect. xiv. - Edit. Didot, lib. VI, not. scq.

β I

• codd.: *in universâlû.*

• BC: *omnes res mnes esse particulares.*

• Codd.-p: *enim;* sed erronee.

• Lcct. n, n.5.

• co.dd.-P.: *quod*

γ

d u o distinguer)- da in rc singulari.

·£o µ –ρ.:?»o</

· codd. - r.: a o c

■codd. - p.: *qma significat nomen huiusmodi natu-*

'Jfffl·· ex'-

p to 8

}ç«. –lat-

vae.' ,nM'ec"'

a) ***Subiectum autem enunciationis*** **etc. De subiecto propositionis dicitur quod debeat esse nomen vel aliquid loco nominis sumptum. Et revera** ***subiectum*** **non est id quod affirmatur vel negatur** ***de aliquo,*** **sed** ***de quo*** **aliquid affirmatur vel negatur (Qua de causa subiectum dicitur pars materialis propositionis, praedicatum vero quasi pars formalis. – Infr. nn. >o et 23. – Et quia radix quantitatis a materia desumitur, propositionis quantitas, quae est cius extensio seu universalitas vel particularitas, ex subiecto ipso diiudicatur. Inf. n. io). Ergo quidquid significat aliquid quasi inhaerens alteri, uti sunt** ***adiectiva, participia, verba*** **etc., subiecta esse non possunt propositionis, nisi sumantur in vi** ***nominis,*** **ut sic nempe significent non ut quid receptum et inhaerens alteri, sed ut recipiens et cui aliquid inhaeret. Igitur subiectum enunciationis est nomen vel aliquid loco nominis, hoc cst vi nominis sumptum. – Infra codd. ABC omittunt,** ***ad placitum*** **(Cf. Iect.iv,nn. 6,11).- Codd. ABCE:** ***quae est similitudo rei.***

β) ***Secundae substantiae non sunt nisi in primis, quae sunt singulares.*** **Ut perspicuitati consuleretur, substantiae dividebantur ab Aristotele ct postea a Scholasticis in substantias** ***primas*** **et substantias** ***secundas.*** **Primae sunt res individuae, seu singulares, ut s. Thomas dicit; quarum proprium est ut de subiecto non dicantur, et ita sint** ***uni*** **propriae ut non possint esse in pluribus: non enim dicitur quod Petrus sit Paulus, neque quod sint plures Petri vel Pauli** ***natura,*** **licet sint plures individui qui** ***uno*** **nomine appellentur: «Substantia** ***(prima) inquit Aristoteles,*** **quae proprie ct principaliter et maxime dicitur, est quae neque » *de* subiecto dicitur, neque *in* subiecto est; ut aliquis homo vel aliquis » equus » *(Categor., cap. De substantia n.* i.-Ed. Didotc. tu, al. v).- Substantiae vero *secundae* dicuntur naturae universales, quarum proprium est ut possint esse in pluribus et de pluribus dici; sicut *homo* est in omnibus ct singulis individuis humanis, qui ideo sunt et vocantur *homines,* non quia habent idem nomen, sed quia revera habent eamdem *rem eodem* nomine significatam, nempe humanam naturam: « Secundae » substantiae, *iterum Aristoteles,* dicuntur species, in quibus illae quae » principaliter substantiae dicuntur *(nempe, primae)* insunt » (Ib. n: 2). Insunt non sicut superius in inferiori, nempe universale in singulari, sed viceversa sicut inferius est in suo superiori, sicut pars subiectiva seu specifica est in suo toto universali (Cf. Caietan. *In praedicamenta,* cap. 1, *§. Substantiae secundae).* Hinc s. Thomas ad auferendam aequivocationem, mentemque Aristotelis patefaciendam, dicit: *Secundae substantiae non sunt nisi in primis.* – Quod si quaeras, cur substantiae singulares vocentur *primae,* ratio est in promptu. Nempe quia prius est res esse in se, quam esse in cognitione nostra, quae a rebus ipsis causatur (Cf. lect. ni, n. 7); et quia res singulares sunt in seipsis, res vero universales in singularibus mens *separatim* intelligit, quamvis separatae revera non sint; hinc merito substantiae universales praesupponunt singulares, et istac *primae,* illae *secundae* recte appellantur. – De diversis modis quibus a philosophis sumitur *substantia* videsis lib. Vll *Metaphys.,* lect. it.

Immediate supra, ***universale non est*** **etc., codd. nostri omnes legunt:** ***universale non est aliquid extra*** **(mentem)** ***in rebus subsistens (E, existens).*** **Codd. autem ABC ita prosequuntur:** ***et in Praedicamentis*** **etc. Sensus quidem sententiae satis intelligitur tum ex lectione Piana tum ex lectione codd. Aristoteles enim contra Platonicos iugiter affirmat universalia non esse substantias per se subsistentes extra animam et extra singularia, sed in ipsis singularibus existences: quae universalia non habent nisi a mente quod accipiantur separatim a singularibus, in quibus solummodo realitcr existunt, ut in sequenti numero dicitur.**

γ) ***Ea vero quae sunt coniuncta in rebus*** **etc. Ad haec attendat novitius. Dicit s. Thomas quod ea quae sunt in rebus coniuncta possunt ab intellectu distingui, et ideo** ***separatim*** **intelligi quae separata non sunt; sicut in homine** ***animalitas*** **et** ***rationalitas*** **sunt coniuncta, imo una eademque res, nempe ipse** ***homo,*** **et tamen intellectus separatim intelligit** ***animalitatem*** **et separatim** ***rationalitatem.*** **Ratio est quia secundum se considerata constituunt obiccta quae separatim et independenter ab aliis praeseferunt intelligibilitatem, et ideo ex se possunt terminare cognitionem nostram. – Et hinc habetur alterum assignatum a s. Thoma, quando scilicet haec separata consideratio eorum, quae in re sunt unum, haberi possit, nempe cum** ***unum eorum non cadit in ratione alterius;*** **si enim caderet, non posset sine altero intelligi, ut patet, quia non haberet obiectivitatem seu formalitatem intelligibilcm qua posset ex se et** ***separatim*** **ab alio concipi. Quoties igitur sine hac conditione distinguitur, distinctio vana erit subtilitas. – Sed si intellectus noster potest distinguere ea quae sunt coniuncta in rebus, patet quod intellectus non debet affirmare ea esse distincta vel separata in seipsis. Affirmaret enim quod non est, nempe sciuncta esse quae sunt revera coniuncta; proindeque illa affirmatio esset falsa (Cf. s. Th. p. I, qu. i.xxxv, artic. t, ad 1).**

0) ***Universale extra animam*** **etc. Edd. Ven.: *universale est extra animam.* – Codd.: *universale cst extra singularia, quod pertinet*** **(BE, *pertineret) ad opiniones platonicas.*** **Magis expedita mihi videtur lectio Piana. Declaratur enim definitio** ***universalis*** **tradita ab Aristotele et explicata superiori n. 2. Porro Aristoteles definiendo universale ait:** ***Dico autem universale quod de pluribus natum cst praedicari.*** **Et s. Thomas recte animadvertit quod Aristoteles non dicit:** ***Dico autem universale extra animam,*** **quod esset universale secundum aliquid quod pertinet ad rem, quasi universale quod de pluribus natum est praedicari esset aliquid extra animam, sicut Platonici posuerunt; sed ait:** ***Dico autem universale,*** **ut intelligeretur quod universale accipitur in hac definitione secundum quod refertur ad intellectum, hoc est secundum quod universale accipitur in singularibus ab intellectu separatim a singularibus ipsis, in qua acceptione universale suscipere potest** ***modos*** **iMos praedicationis, de quibus infra n. 9 ct in not. t. - Cod. Λ in fine legit:** ***quod est praedicare de multis*** **etc. – P. cum BCE et Ven. edd.: *qui cst praedicari;* – D: *qui est praedicare*** **(Cf. Vll *Metaphys.* lect. xni).**

ε) ***Quod quid est.*** **Est formula scholastica qua designatur** ***rei essentia,.***

repugnat ei quod est esse in pluribus, sed hoc impeditur ab aliquo alio, sive sit aliquid* accidentaliter adveniens, puta si omnibus hominibus monentibus unus solus remaneret, sive sit propter conditionem materiae *, sicut est unus tantum sol, non quod repugnet rationi solari esse in pluribus secundum conditionem formae ipsius, sed quia non est alia materia susceptiva talis formae; et ideo non dixit quod universale est quod praedicatur de pluribus, sed *quod aptum natum est praedicari de pluribus* *.

6. Cum autem omnis forma, quae nata est recipi in materia quantum est de se, communicabitis sit multis materiis; dupliciter potest contingere quod id quod significatur per nomen, non sit aptum natum praedicari de pluribus. Uno modo, quia * nomen significat formam secundum quod terminata * est ad hanc materiam, sicut hoc nomen Socrates vel Plato, quod significat naturam humanam prout est in hac materia. Alio modo, secundum quod nomen significat formam, quae non .est nata in * materia recipi, unde oportet quod per se remaneat una et singularis; sicut *albedo,* si esset forma non existens in materia, esset una sola, unde esset singularis: et propter hoc Philosophus

îh VU *Metaphys.* * quod si essent species rerum separatae, sicut posuit Plato, essent individua*.

7. Potest autem obiici quod hoc nomen Socrates vc] p]ato est natum de pluribus praedicari, quia nihil prohibet multos esse, qui vocentur,hoc nomine.- Sed ad hoc patet responsio, si attendantur verba Aristotelis. Ipse enim non divisit nomina in universale et particulare, sed res *. Et ideo intelligendum est quod universale dicitur ζ quando, non solum nomen potest de pluribus praedicari, sed id , quod significatur per nomen, est natum in pluribus inveniri ; hoc autem non contingit in praedictis nominibus: nam hoc nomen Socrates vel Plato significat naturam humanam secundum quod est in hac materia. Si vero hoc nomen imponatur alteri homini significabit naturam humanam " in alia materia; et sic eius erit alia significatio; unde non erit universale, sed aequivocum.

8. Deinde cum dicit: *Necesse est autem enuntiare* etc., concludit divisionem enunciationis ®. Quia enim semper enunciatur aliquid de aliqua re; rerum autem quaedam sunt universalia, quaedam singularia; necesse est quod quandoque enuncietur aliquid *inesse* vel *non inesse* alicui universalium, quandoque vero alicui singularium *. Et est suspensiva constructio usque huc, et est sensus *: *Quoniam autem sunt haec quidem rerum* etc., *necesse est enuntiare* etc.

9. Est autem * considerandum quod de universali aliquid enunciatur quatuor modis. Nam universale potest uno modo considerari quasi separatum a singularibus, sive per se * subsistens, ut Plato posuit, sive, secundum sententiam Aristotelis, secundum *esse* quod habet in intellectu. Et sic potest ei aliquid attribui dupliciter. - Quandoque enim attribuitur ei sic considerato aliquid, quod pertinet ad solam operationem intellectus, ut si dicatur quod *homo est praedicabile* de multis, sive universale, sive species '. Huius-

• Codd.: *sivenlud ic, id] sit aliquid.*

'■«"cf.viM/iZ ^omittn't^m *teriue.e'iamma'*

'Cf. comment, *Metaphys.,*

'Codd.-p.tçwod.

• bc: *determina-*

• λ: *est apta in.*

iect°?mEdšiid·nt,, Vi, cap. XV, P'atô.

'ndividua quae-

*A: *sed 'psas* ζ

n

0

j^"dd :pufm"? lius·

·*: *tamen.*

f"e,icutP'r pi«to·

Universale logi- |

seu *ratio,* quam significat definitio (Cf. s. Th. lect. cit. ex III *De anima),* et dicitur etiam *quod quid erat esse* et *quidditas.* Ratio harum dictionum est philosophica: si enim quaeratur *quid* sit hoc vel illud? per vocabulum *quid* intenditur a quaerente essentia, quam interrogando vult agnoscere. Hinc nomen *quidditatis.* – Ex quibus intelligitur eodem sensu penes Scholasticos usurpari dictiones, *secundum propriam rationem, secundum essentiam, secundum definitionem, secundum quiddilatem, secundum quod quid est etc.,* quae passim in eorum scriptis occurrunt.

ζ) *Universale dicitur* etc. Est lectio explicita codd. AC, et eam adoptamus, quia germana est et vera. Cod. B habet lectionem fere identicam: *universale dicitur quod* (quando) *non solum nomen prout* (potest) *de pluribus praedicari, sed id quod* etc. – Obiectio est quod nomen alicuius individui sit pluribus aliis individuis commune, ut nomen Socratis e. g. vel Platonis; et ex hoc concluditur contra praedefinita, quod non solius universalis sit communicabilitas ad plura. – Respondetur autem quod Aristoteles non nomina, sed res dividit in universales et singulares; et ideo si detur aliquod nomen, quo plura individua denominantur, quin tamen sit pluribus communicabilis res significata per nomen illud, universale proprie non habetur, sed solummodo habetur nomen aequivocum (Cf. lect. v, n. ig, not. ξ). Haec est mens s. Thomae, et hanc mentem exhibet perspicue lectio codd. ABC a nobis adoptata. Lectio Piana non dilucide hunc exhibet sensum, nisi forte sit etiam aequivoca: *universale non solum dicitur quando nomen potest de pluribus praedicari, sed etiam quando* id etc. Imo, universale dicitur exclusive quando non solum nomen potest -de pluribus praedicari, sed id quod significatur per nomen etc. —D: *universale dicitur non solum quando nomen potest de pluribus praedicari, sed illud quod significatur* etc. Prima pars convenit cum editione Piana; sed secunda pars ob omissionem particulae *etiam* (quae requireretur si prius legendum esset *non solum quando)* indicat lectionem codd. ABC. – Cod. E: *universale dicitur quando in unum solum* (f. non solum) *nomen potest de pluribus praedicari, sed etiam id quod significatur* etc. Quae lectio videtur favere magis lectioni codd., quam Pianae.

η) *Significabit naturam humanam* etc. Ita codd. ACDE.-Cod. B post verba, *in hac materia,* omittit fere omnia, quae sequuntur, et habet tantummodo haec verba: *et sic eius alia significatio, non erit universale sed aequivocum.* Quod lectionis fragmentum satis est ut dicamus lectionem codicis, a quo -excripsit amanuensis cod. B, fuisse identicam cum lectione aliorum 'codd. Porro haec codd. lectio perspicua est, atque respondet immediate praecedentibus: *significat naturam humanam* etc.- P.: *significabit aliud; et propter hoc non esset universale, sed aequivocum.* Forma aliquantulum diversa est a codd., sensus idem: qui tamen determinatus magis est et enucleatior ex codd. quam ex Piana, quia illud *significabit aliud* per *significabit naturam humanam in alia materia,* declaratur et determinatur.

0) *Concludit divisionem enunciationis.* Codd.: *concludit ex praedictis* (DE *ex praemisis) divisionem enunciationis.* Et est melior lectio: nam revera *ex praemissis* Aristoteles colligit divisionem enunciationis. – Infra vero, non *de aliquo* cum P., sed cum eisdem codd. legimus, *de aliqua re:* sequitur enim, *rerum autem* etc.

c) *Sive universale, sive species.* Attendendum est ad hanc primam considerationem *universalis,* de quo dicitur quod sit *species* vel *genus,* seu *praedicabile.* Etenifn *esse praedicabile* vel *esse genus,* vel *esse speciem* est *ens rationis,* hoc est a sola rationis consideratione additum naturae universali, quatenus sub peculiari quodam modo res ab ipsa ratione consideratur (Cf. supra n. 4); et ideo non extra rationem ullo modo, sed in sola ratione existens, quia in sola ratione revera existit natura universalis sub hoc respectu accepta. Sed aliud est *natura* secundum se, obiective nempe accepta, aliud est *modus intclligendi* naturam: quia illa et extra mentem est et a mente independens; modus autem intelligendi nonnisi in mente et a mente est. Si quis ergo (ut conceptualistae faciunt) a *modo intelligendi* naturam ad *naturam* ipsam concluderet, dicendo *universale* esse ens rationis, quia esse *praedicabile* seu *genus vel species* est ens rationis, erraret manifeste, confundendo id quod in universali est *subiectivum* cum eo quod in ipso universali est *obiectivum.* Et viceversa erraret si quis (ut ultra-realismus ratiocinatur) ab eo quod *esse naturae* universalis existit extra mentem, inferret etiam *modum* ipsius naturae universalis extra mentem existere. S. Thomas recte sapienterque haec duo distinguit, nempe naturam et modum naturae additum, et iuxta hanc distinctionem, aut negat aut affirmat realem extra mentem existentiam naturae, quae dicitur universalis (Cf. VII *Metaphys.* lect. xin). Quam s. Thomae distinctionem quidam (quos inter auctor recentissimus *Historiae philosophiae scholasticae*) non considerantes, eum favisse dicunt aut realismo exaggerato, aut idealismo seu conceptualismo. Sed falluntur. – Erunt fortassis qui haec subtilia magis quam utilia censebunt, magisque apta ad ingenia exercenda quam ad scientiam comparandam. At novitius recogitet scientiam nostram de universalibus esse; proinde universalia non perfunctorie sed profunde scrutetur, ut veritatem circa ipsorum naturam et existentiam dilucide percipiat, duce s. Thoma: fieri enim nequit ut vere phiiosophetur, qui non recte de universalibus sentit. - Codd.: *aut universale, aut genus, aut species;* sed haec lectio acceptari non potest. *Genus* enim naturam significat quae sub se habet *species,* in quas dividitur per superadditas differentias. Atqui *homo* concipitur quidem ut

modi enim intentiones format intellectus attribuens eas naturae intellectae, secundum quod comparat ipsam ad res, quae sunt extra animam. - Quandoque vero attribuitur aliquid universali sic considerato, quod scilicet apprehenditur ab intellectu ut *unum,* tamen id quod attribuitur ei non pertinet ad actum intellectus, sed ad esse, quod habet natura apprehensa in rebus, quae sunt extra animam, puta si dicatur quod homo est dignissima creaturarum. Hoc enim convenit[x] naturae humanae etiam secundum quod est in singularibus. Nam quilibet homo singularis dignior est omnibus creaturis irrationalibus; sed tamen omnes homines singulares non sunt *unus* homo * extra animam, sed solum in acceptione intellectus; et per hunc modum attribuitur ei praedicatum, scilicet ut *uni* rei.

universale metaphysicum.

x

* a b c omittunt

Alio autem modo attribuitur aliquid universali, prout est in singularibus*, et hoc dupliciter. Quandoque quidem ratione ipsius naturae universalis, puta cum attribuitur ei aliquid quod ad essentiam cius pertinet, vel quod [w] consequitur principia essentialia ; ut cum dicitur, *homo est animal,* vel *homo est risibilis.* - Quandoque autem attribuitur ci aliquid ratione singularis in quo invenitur, puta cum attribuitur ei aliquid quod pertinet ad actionem individui ; ut cum dicitur *, *homo ambulat,*

* a b c d : *in ipsis*

Univcrsale *in singutaribus,* ratione naturae uni-

▮ a b c omittunt

universale/-««n-*gularibus* ratione singularis,

Singulari autem attribuitur aliquid tripliciter : uno modo, secundum quod cadit in apprehensione ; ut cum dicitur, *Socrates est singulare,* vel *praedicabile de uno solo.* Quandoque autem, ratione naturae communis; ut cum dicitur, *Socrates est animal.* Quandoque autem, ratione sui ipsius; ut cum dicitur, *Socrates ambulat.*

• codd.: *aiiguod duale, utcum di-*

Triplex0' modus singulari.

Et totidem etiam modis negationes * variantur: quia omne quod contingit affirmare, contingit * negare, ut supra dictum est *.

' Codd. - p.: *nefipio omittit'"".' etiam.*

io. Est autem haec tertia divisio enunciationis quam ponit Philosophus. Prima namque fuit quod enunciationum quaedam est una simpliciter, quaedam vero coniunctionc una*. Quae quidem est divisio analogi in ea de quibus praedicatur secundum prius et posterius: sic enim unum dividitur secundum prius in simplex et per posterius in compositum . - Alia vero fuit divisio enunciationis in affirmationem et negationem *. Quae quidem est divisio generis in species, quia sumitur secundum differentiam praedicati ad quod fertur negatio; praedicatum autem est pars formalis enunciationis; et ideo huiusmodi divisio dicitur pertinere ad qualitatem enunciationis, qualitatem, inquam, essentialem, secundum quod differentia significat *quale quid* \ - Tertia autem est huiusmodi divisio, quae sumitur secundum differentiam subiecti, quod praedicatur de pluribus vel de uno solo. et ideo dicitur pertinere ad quantitatem enunciationis, nam et quantitas consequitur materiam *.

• cf.iect.viu,n.2. - De quarta et quinta divisione,

•codd..· *unum dividitur in simptex et composi-*

•"cf.'iect.vtii,n.3.

' Cf. supra, n.2. not. α.

11. Deinde cum dicit: *Si ergo universaliter* etc., ostendit quomodo enunciationes diversimode opponantur secundum diversitatem subiecti. Et circa hoc duo facit: primo, distinguit diversos modos oppositionum in ipsis enunciationibus; secundo, ostendit quomodo diversae oppositiones diversimode se habent ad verum et falsum; ibi: *Quocirca, has quidem impossibile est* * etc.

• Lect. xi.

12. Circa primum considerandum est quod cum universale possit considerari in abstractione a singularibus vel secundum quod est in ipsis * singularibus, secundum hoc diversimode aliquid ei attribuitur *, ut supra dictum est **. Ad designandum autem diversos modos attributionis inventae sunt quaedam dictiones, quae possunt dici determinationes vel signa, quibus designatur quod aliquid de universali, hoc aut illo modo praedicetur. Sed quia non est ab omnibus communiter * apprehensum quod universalia extra singularia subsistant, ideo communis usus loquendi non habet aliquam dictionem * ad designandum illum modum praedicandi, prout aliquid dicitur* in abstractione a singularibus. Sed Plato, qui posuit universalia extra singularia subsistere, adinvenit aliquas * determinationes, quibus designaretur quomodo aliquid attribuitur universali, prout est extra singularia, et vocabat universale separatumsubsistens extra singularia quantum ad speciem hominis, *per se hominem* vel *ipsum hominem* et similiter [e] in aliis universalibus. Sed universale secundum quod est in singularibus cadit in communi apprehensione hominum ; et ideo adinventae sunt quaedam dictiones ad significandum * modum attribuendi aliquid universali sic accepto [v].

* *Ipsis* ex a b c.

* *XBCt.:potestattribui.*
" Num. 9.

' tic: not: *est communiter ab hominibus.*

• Codd. - r.: *non habet dictiones.*
' a b c: *dicitur de eo.*
Plato.

* A : *quasdam ;* n omittit *subsistere.*

*c: *separatim.*

P

• Codd. : *designandum ;* et intra omittunt *aliquid.*

v

natura praedicabilis de pluribus, et consequenter ut universalis; sed genus esse non potest, cum alias species sub se non habeat, sed solummodo individua quibus natura humana communis est.. Qua de causa a Scholasticis homo dicebatur *species specialissima.*

x) *Hoc enim convenit* etc. Unus cod. E: *hoc enim convenit naturae humanae, quae etiam secundum quod est in singularibus est dignior omnibus irrationalibus creaturis, sed tamen* etc.

λ) *Quale quid.* Praedicari aliquid in *quid* est cum praedicatum alicui subiecto tribuitur *essentialiter,* seu ut eius *essentia* vel *de eius essentia;* quia essentiam vult scire qui quaerit *quid* sit res (Cf. supra n. 5, nota ε). Praedicari in *quale quid* est cum praedicatum alicui subiecto essentialiter quidem tribuitur (ergo in *quid),* sed modus qpo enunciatur praedicatum est *adiectivus* seu per modum qualitatis *(quale).* Hinc *quid* respicit rem praedicatam, *quale* respicit modum quo res ipsa praedicatur. Sicut, cum in definitione hominis dicitur quod sit *animal rationale,* totum istud, quod est *species,* complet *quid* seu essentiam hominis; *animal* enunciat *quid* incompletum, nempe *genus* seu essentiam genericam hominis; denique *rationale* est differentia, seu qualitas essentialis adiective enunciata *(quale),* qua animal trahitur ad esse hominis et hominis essentia completur. - Quod si tribuatur subiecto aliquid quod non est de constitutivo essentiae eius neque ut genus, neque ut differentia, neque est species, dicitur hoc aliquid praedicari de ipso subiecto in *quale.* Et hoc dupliciter: vel in *quale necessario,* si id quod de re praedicatur ab ipsa rei essentia quodammodo fluere intelligatur, et ideo a re ipsa sit inseparabile ; quo sensu *capacitas sciendi praedicatur* dc homine; vel in *quale contingenter,* si id quod praedicatur de re potest ab ipsa separari, salva eiusdem rei natura.

p) *Ver se hominem vel ipsum hominem et similiter* etc. Ita codd. - Piana: *per se hominem et similiter* etc. Supra s. Thomas dixit quod Plato adinvenit non unam, sed aliquas determinationes. Revera utraque denominatione Plato utebatur ad designandum universale tum extra singularia tum extra mentem nostram existens. « Necesse est, *inquit* ι› *in Timaeo,* huiusmodi species *(puta hominem, animal, ignem* etc.) » esse quae per se ipsae sint, χαΟ' αὐτά ταῦτα» (Ed. Marsilii Ficini, Francofurti 1602, pag. toGt). Hinc tutissimum loquendi modum esse ait huiusmodi species vere dici *esse* absolute (esse ignem, esse hominem etc.); sensibilia vero ad earum similitudines facta, potius *esse talia* quam esse, puta esse talem ignem, vel tale animal, vel talem hominem, non autem *ipsum* ignem, neque hominem, neque animal etc.: ρή τοῦτο (πυρ) αλλὰ το τοιοῦτον (Ibid.'pag. >o5g). – Infra etiam cum eisdem codd. legendum est: *cadit in communi apprehensione hominum;* non autem cum Piana : *cadit in apprehensione hominum.* Dictum est enim supra quod non est ab omnibus *communiter* apprehensum quod universalia extra singularia subsistant; ct ideo per oppositum affirmatur in *communi* apprehensione hominum esse universale quod est in singularibus.

v) *Universali sic accepto.* Editio Piana, commate interposito, prosequitur immediate: *sicut autem* etc.-Codd. autem BC: *universali sic accepto, ut supra dictum est. Qui secundum praedicta duplex est: quan-*

• Num. 9.

l 3. Sicut autem supra dictum est *, quandoque aliquid attribuitur universali ratione ipsius naturae universalis ; et ideo hoc dicitur praedicari de eo universaliter, quia scilicet ei convenit secundum totam multitudinem in qua invenitur ; et ad hoc designandum in affirmativis praedicationibus adinventa est haec dictio, *omnis,* quae designat quod praedicatum attribuitur subiecto universali quantum ad totum id quod sub subiecto continetur *. In negativis autem praedicationibus ** adinventa est * haec dictio, *nullus,* per quam significatur quod praedicatum removetur a subiecto universali secundum totum id quod continetur sub eo. Unde *nullus* dicitur quasi *non ullus,* et in graeco dicitur, *udis** quasi *nec unus* *'*, quia nec unum solum est accipere sub subiecto universali a quo praedicatum non removeatur. - Quandoque autem attribuitur universali aliquid vel removetur ab eo ratione particularis; et ad hoc designandum, in *affirmativis* quidem adinventa est haec dictio, *aliquis* vel *quidam,* per quam designatur quod praedicatum * attribuitur subiecto universali ratione ipsius particularis; sed quia non determinate significat formam alicuius singularis, sub quadam indeterminatione singulare designat; unde et dicitur *individuum vagum.* In *negativis* autem non est aliqua * dictio posita, sed possumus accipere, *non omnis;* ut sicut, *nullus,* universaliter removet, eo quod significat quasi diceretur, *non ullus,* idest, *non aliquis,* ita etiam, *non omnis,* particulariter removeat, in quantum excludit universalem affirmationem.

14. Sic igitur tria sunt genera affirmationum in quibus aliquid de universali praedicatur. - Una quidem est, in qua de universali.praedicatur aliquid universaliter; ut cum dicitur, *omnis homo est animal.* - Alia *, in qua aliquid praedicatur de universali particulariter; ut cum dicitur, *quidam homo est albus.* -Tertia vero est, in qua aliquid de universali praedicatur absque determinatione universalitatis vel particularitatis; unde huiusmodi enunciatio solet vocari *indefinita.* -Totidem autem sunt negationes oppositae *.

l 5. De singulari autem quamvis aliquid diversa ratione praedicetur, ut supra dictum est *, tamen totum refertur ad singularitatem ipsius, quia etiam natura universalis in ipso singulari individuatur ; et ideo nihil refert quantum ad naturam singularitatis *, utrum aliquid praedicetur de eo ratione universalis naturae; ut cum dicitur, *Socrates est ftomo,* vel conveniat ei ratione singularitatis *.

16. Si igitur tribus praedictis enunciationibus addatur singularis, erunt quatuor modi enunciationis ad quantitatem ipsius pertinentes, scilicet *universalis, singularis, indefinitus* et *particularis.*

17. Sic igitur secundum has differentias Aristoteles assignat diversas oppositiones enunciationum * adinvicem. Et primo, secundum differentiam universalium ad indefinitas; secundo, secundum differentiam universalium ad particulares; ibi: *Opponi autem affirmationem* * etc.- Circa primum tria facit: primo, agit de oppositione propositionum * universalium adinvicem; secundo, de oppositione indefinitarum; ibi: *Quando autem in universalibus* etc.; tertio, excludit dubitationem; ibi: Jn *eo vero quod* etc.

18. Dicit ergo primo quod si aliquis enunciet de subiecto universali universaliter, idest secundum continentiam suae universalitatis, *quoniam est,* idest affirmative, aut *non est,* idest negative, erunt contrariae enunciationes; ut si dicatur, *omnis homo est albus, nullus homo est albus.* Huius autem ratio est, quia contraria dicuntur quae maxime a se distant *: non enim dicitur, aliquid nigrum ex hoc solum quod non est album, sed super hoc quod est *non esse album,* quod significat communiter remotionem albi, addit nigrum extremam distantiam ab albo. Sic igitur id quod affirmatur * per hanc enunciationem, *omnis homo est albus,* removetur per hanc negationem, *non omnis homo est albus.* Oportet ergo * quod negatio removeat *modum* quo praedicatum dicitur de subiecto, quem designat haec dictio, *omnis.* Sed super hanc remotionem addit haec enunciatio, *nullus homo est albus,* totalem remotionem, quae est extrema distantia a primo °; quod pertinet ad rationem contrarietatis. Et ideo convenienter hanc oppositionem dicit *contrarietatem.*

19. Deinde cum dicit: *Quando autem* etc., ostendit qualis sit oppositio affirmationis et negationis in indefinitis. Et primo, proponit quod intendit ; secundo, manifestat propositum per exemplas; ibi: *Dico autem non universaliter* etc. ; tertio, assignat rationem manifestationis π; ibi: *Cum enim Uni-*

* a c : *sub eo continetur.*
*' Codd. cohaerenter ad supradicta. - p.: *praedicatis.*
* *ABCD* : *ad idem inventa est.*

* οὐδεί .
♦ οὐδε εἴ .

• Codd.ABCE.-p.: *aliquid.*

* Codd. : *aliqua una.*

* a c : *alia vero ;* b : *alia vero est.*

* Cf. sup.n. 9, in fine.

* Num. cit.

‘ Codd. ; *differt Quantum aa rationem singularitatis.*
* a c : *suae singularitatis.*

• *Enunciationum* cx codd.

* Lect. xi.

• *Propositionum ex codd.*

• Cf. V *Physic.,* lect. in.

* a : *ratio quae affirmatur.*

• b c : *enim.*

doque enim (C omittit *enim*) *attribuitur aliquid universali* etc. – Codd. AD: *universali sic accepto, ut supra dictum est, quod secundum praedicta duplex est. Quandoque enim attribuitur aliquid universali* etc.– Cod. E iegit: *universali sicut* (corrupte pro *sic*) *accepto ut dictum est supra. Qui secundum praedicta duplex est. Quando enim attribuitur aliquid universali* etc. Nostram lectionem (quae est Piana, sed interpunctione immutata) habent Venetae editiones i5a6 et 1557. Λ qua revera non dissentiunt lectiones citatae ex codd. In hoc enim n. l 2, s. Thomas i. dicit universale posse considerari dupliciter, nempe in abstractione a singularibus et in ipsis singularibus; ex quo 2. infert *(Secundum hoc* etc.) quod secundum illam duplicem considerationem *diversimode* aliquid universali tribuitur; 3. deinde dicit generice dari dictiones ad significandos *modos* attribuendi aliquid universali *(Ad designandum* etc.) ; 4. sed penes usum loquendi communem hominum non habentur dictiones ad designandum *modum* praedicandi de universali prout per se existere dicitur in abstractione a singularibus *(Sed quia* etc.), quamvis Plato qui posuit praefatam subsistentiam universalium, peculiares denominationes adinvenerit (*Sed Plato)* ; 5. attamen penes usum loquendi hominum sunt dictiones quibus significantur modi attribuendi aliquid *universali,* secundum quod est in singularibus.-Quibus positis, relictisque platonicis denominationibus, Angelicus n. i3 declarat ex n. 9 qui sint isti modi, et quae dictiones communes quibus praefati modi designantur. Porro processus iste distincte traditur tum a Piana tum a codd.

ty Attribuitur subiecto universali etc. Tres Ven. editiones saeculi XV, et duae aliae saeculi XVI, legunt: *attribuitur subiecto universali ratione ipsius particularis ; unde dicitur individuum vagum.* Cetera intermedia omittuntur. Venetas editiones adhibuerunt editores Romani, quos sequuti sunt tum editio Parisiensis, tum Veneta Opp. s. Thomae 15<j5, tum denique Antuerpiensis. Germanam lectionem restituimus ex codd. Revera quo pacto inferatur quod universale affectum signo particulari, *aliquis, quidam,* vocetur *individuum vagum* non satis apparet in citatis editionibus; sed illatio est manifesta ex data ratione, quae est in codicibus, nempe quod universale tali signo affectum sub quadam indeterminatione singulare designat; proindeque recte dicitur *individuum vagum* seu indeterminatum.

0) *Quae est extrema* (cod. E, et edd. *ac: in extrema) distantia a primo.* In edd. Piana et Ven. i520, i557 deest *a primo,* quod concorditer habent codd. et edd. Ven. saec. XV.- Propositiones enim contrariae designant extremam distantiam inter affirmationem *praedicati* de toto *(omnis)* subiecto, et, remotionem eiusdem praedicati ab eodem toto *(nullus)* subiecto.—Omnes codices et edd. cit. legunt: *quod pertinet ad rationem contrarietatis.* - P.: *quod primo pertinet;* et ita edd. Ven. 1526 et 1557; sed videtur verbum *primo* ex incuria fuisse transpositum a loco, ubi immediate ante desideratur.

π) *Assignat rationem manifestationis.* Omnes codd. nostri habent hanc lectionem, quam sufficimus Pianae et edd. Ven. saec. XV et XVI:

versale sit homo etc.-Dicit ergo primo quod quando de universalibus subiectis affirmatur aliquid vel
p negatur ? non tamen universaliter, non sunt contrariae enunciationes, sed illa quae significantur contingit esse contraria *.

contraria. Deinde cum dicit: *Dico autem non itniversaliter* etc., manifestat per * exempla. Ubi considerandum est quod non dixerat quando in universalibus *particulariter,* sed *non universaliter.* Non
'hicde inteUigit enim intendit de * particularibus enunciationibus,
• a b c -.sedsoium Sed de solis indefinitis *. Et hoc manifestat per
soium de infini- exempla quae ponit *, dicens fieri in universali-
nuntur''v''r°' ^us subiectis non universalem enunciationem; cum dicitur, *est albus homo, non est albus homo.*
σ Et rationem huius expositionis ° ostendit, quia *homo,* qui subiicitur, est universale, sed tamen praedicatum non universaliter de eo praedicatur, quia non apponitur haec dictio, *omnis:* quae non significat
• AB : sed sisn›- ipsum universale , sed *modum* * universalitatis ,
ficat modum. prout scilicet praedicatum dicitur universaliter de subiecto; et ideo addita subiecto universali, sem-
sauugn^atsi Per sign^cat * quod aliquid de eo dicatur univer-
mui. saliter. Tota autem haec expositio refertur ad hoc quod dixerat: *Quando in universalibus non universaliter enunciatur, non sunt contrariae.*

20. Sed hoc quod additur: *Quae autem significantur contingit esse contraria,* non est exposi-
τ tum, quamvis T obscuritatem contineat; ct ideo a diversis diversimode exponitur. Quidam enim hoc referre voluerunt ad contrarietatem veritatis et falsitatis, quae competit huiusmodi enunciationibus. Contingit enim quandoque has simul esse veras,' *homo est albus, homo non est albus;* et sic non sunt contrariae, quia contraria mutuo se tollunt. Contingit tamen quandoque unam earum esse veram et alteram esse falsam; ut cum dicitur, *homo est animal, homo non est animal;* et sic ratione significati videntur habere quamdam contrarietatem. - Sed hoc non videtur ad propo-
υ situm pertinere υ, tum quia Philosophus nondum hic loquitur de veritate et falsitate cnunciationum; tum etiam quia hoc ipsum posset de * particula- *w. et de.
ribus enunciationibus dici.

21. Alii vero, sequentes Porphyrium, referunt Porphyrius.
hoc ad contrarietatem praedicati *. Contingit enim *·»: praedicati communiter.
quandoque quod praedicatum negatur de subiecto propter hoc quod inest ei contrarium; sicut si dicatur, *homo non est albus,* quia est niger; et sic id quod significatur per hoc quod dicitur, *non est albus,* potest esse contrarium. Non tamen semper: removetur enim aliquid a subiecto, etiam si contrarium non insit, sed aliquid medium inter contraria; ut cum dicitur, *aliquis non est albus, quia est pallidus;* vel quia inest ei privatio actus vel habitus seu potentiae; ut cum dicitur, *aliquis non est videns,* quia est carens potentia visiva, aut habet* impedimentum ne videat, vel etiam *a d c : habens.
quia non est aptus natus * videre ; puta si dicatur, · codd. : non est
lapis non videt. Sic igitur illa, quae significantur na s'
contingit esse contraria, sed * ipsae enunciationes *bc.': sed tamen.
non sunt contrariae, quia ut in fine huius libri dicetur*, non sunt contrariae opiniones quae sunt *.caP. xtv et ni-
de contrariis, sicut opinio quod aliquid sit bonum, caiet. icct. xm.
et illa quae est, quod aliquid non est bonum *f.* ?

22. Sed nec hoc videtur ad propositum Aristo- c^istotelis cx
telis * pertinere, quia non agit hic de contrarietate
rerum vel opinionum, sed de contrarietate enunciationum : et ideo magis videtur hic sequenda expositio Alexandri. Secundum quam dicendum est Alexander,
quod in indefinitis enunciationibus non determinatur utrum praedicatum attribuatur subiecto universaliter (quod faceret contrarietatem cnunciationum), aut particulariter (quod non faceret contrarietatem cnunciationum); et ideo huiusmodi enunciationes indefinitae non sunt contrariae secundum modum χ quo proferuntur. Contingit tamen quan- χ
doque ratione significati eas habere contrarietatem, puta, cum attribuitur aliquid universali ratione naturae universalis quamvis non apponatur si- ψ
gnum universale; ut cum dicitur, *homo est animal,*

assignat differentiam manifestiorem,- Lectio codd. indicatur ex his quae infra in hoc numero habet s.Thomas exponendo verba illa Philosophi: *Cum enim universale sit* etc. Dicit enim: *Et rationem huius expositionis ostendit, quia* etc.

p) *Affirmatur aliquid vel negatur.* Ita edd. P. et Ven. - Codd. BC DE habent, loco *vel,* particulam *et.* Sensus idem est, dummodo *vel* non pro disiunctionc sed pro coniunctione sumatur: quia sermo est de propositionibus contrariis, in quibus de uno eodemque subiecto non disiunctive sed coniunctive affirmatur aliquid et negatur. – Cod. A : *quod quando de universalibus substantiis affirmatur vel negatur aliquid.* – D: *quod* (sic corrupte pro *quando) de universalibus subiectis et affirmatur et negatur aliquid.* – BCE: *quod quando de universalibus subiectis affirmatur et negatur aliquid.*

σ) *Et rationem huius expositionis* etc. – Codd. ABCD : *et rationem huius expositionis ostendit consequenter per hoc quod homo qui subiicitur est universale, sed tamen praedicatum non universaliter enunciatur de eo.* Ven. edd. habent lectionem Pianam, sed quoad formam placet lectio codd.

ι) *Non est expositum, quamvis* etc.: « Quomodo autem, *inquit Amir monitis,* non esse contrariae dicantur, sed contraria quandoque signi- » ficarc, hoc Explanatoribus *(Aristotelis)* non parum iam exhibuit ne- » gotii » (In librum *De interpretatione,* sect. II, *De propositionibus,* §. t, fol. 15, coi. r, ed. cit.). – Supra codd. ABC hoc modo legunt: *tota autem haec expositio refertur ad hoc solum* (B omittit *solum) quod dixerat: Quando in universalibus non universaliter. Sed hoc quod additur, non sunt contrariae, quae autem significantur* (BC, *significant) est esse contraria, non est expositum, quamvis* etc.

u) *Sed hoc non videtur ad propositum pertinere.* Ita codd. et omnes Ven. edd. (Cf. n. 22).- P.: *sed hoc non videtur ad propositam pertinere veritatem.* – Interpretatio in hoc numero recitata videtur esse Hermini, ut refert Boethius in secunda Editione super librum de Interpretatione, lib. II, § *Quando autem de universalibus* etc., cd. cit. pag. 347. Ipse autem Boethius sequitur Porphyrium. *Nos vero,* inquit, *dicimus non quidem Alexandri sententiam abhorrere ratione, sed hanc Porphyrii esse meliorem* (pag. cit. et seq.). Ammonius quoque, op. et loc.cit. coi. 2, Porphyrio adhaeret : *Quando autem contraria esse quae indicantur possint, bene Porphyrius explicavit philosophus.* Ex opposito s. Thomas Alexandri sententiam meliorem existimat, ct merito, ut num. 22 ostenditur.

φ) *Quod aliquid non est bonum.* Est lectio P. et edd. Ven.- Codd.: *quod aliquid sit malum.* Quae lectio videtur indicata a contextu: *Sunt de contrariis.*

■/) *Indefinitae non sunt contrariae secundum modum* etc. Ita legendum est cum codd.- P. et edd. Ven.: *indefinitae dicuntur secundum modum* etc. Vult enim s.Thomas (ut immediate explicat) propositiones indefinitas ex *modo* quo enunciantur contrarias non esse; contrarias tamen quandoque esse ratione *materiae* seu *significati* ipsarum. Porro hanc s. Doctoris mentem reddunt codices nostri.

ψ) *Cum attribuitur* etc. Est lectio CDE quibuscum concordat A legendo: *cum illi* (corrupte pro *universali) aliquid attribuatur ratione naturae universalis.*– B et P.: *cum attribuatur* (P., *ei) aliquid universaliter ratione universalis.* Quae lectio obscura est, vixque intelligibilis: quia sermo est de propositionibus indefinitis, quae secundum modum quo enunciantur non sunt universales, neque ideo contrariae, sed ratione significati habent vim propositionum universalium, et ideo possunt esse contrariae. Atqui dicendo, *cum attribuatur ei aliquid universaliter,* supponitur subiectum affectum signo universali *(omnis, nullus);* ct ideo non amplius propositiones essent indefinitae, sicut indefinitae supponun tur a s. Thoma; ac insuper verba immediate sequentia, *quamvis non apponatur signum universale,* non haberent locum, quinimo excluderentur a τω *universaliter attribuatur.* – *Quid* sit autem attribui aliquid universali ratione naturae universalis supra n. 9 explicatum est.

homo non est animal: quia hae enunciationes eamdem habent vim ratione significati; ac si diceretur, *omnis homo est animal, millus homo est animal.*

23. Deinde cum dicit: *In co vero quod* etc., removet quoddam quod posset esse dubium. Quia enim posuerat quamdam diversitatem in oppositione enunciationum ex hoc quod universale sumitur a * parte subiecti universaliter vel non universaliter, posset aliquis credere quod similis diversitas nasceretur ex parte praedicati, ex hoc scilicet ω quod universale praedicari posset et universaliter et non universaliter; et ideo ad hoc excludendum dicit quod in eo quod praedicatur aliquod universale, non est verum quod praedicetur universale universaliter. Cuius quidem duplex esse potest ratio.

*bc: *ex.*

ω

Una quidem, quia talis modus praedicandi videtur repugnare praedicato secundum propriam rationem quam habet in enunciatione. Dictum est enim supra * quod praedicatum est quasi pars *formalis* enunciationis, subiectum autem est pars *materialis* ipsius: cum autem aliquod universale profertur universaliter, ipsum universale sumitur secundum habitudinem quam habet ad singularia, quae sub se continet; sicut et quando universale profertur particulariter, sumitur secundum habitudinem quam habet ad aliquod contentorum sub se; et sic utrumque pertinet*ad materialem determinationem universalis: et ideo neque signum universale neque particulare convenienter additur praedicato, sed magis subiecto: convenientius enim dicitur, *nullus homo est asinus,* quam, *omnis homo est nullus asinus;* et similiter convenientius dicitur, *aliquis homo est albus,* quam, *homo est aliquid album.* Invenitur autem * quandoque a philosophis signum particulare appositum praedicato, ad insinuandum quod praedicatum est *in plus* * quam subiectum, et hoc praecipue cum, habito genere, investigant differentias completivas speciei, sicut in II *De anima* * dicitur quod *Anima est actus quidam.*

• Num. *10.*

**abc.-p.iutraque pertinent.*

**ac: tamen.*

* Nempe *magis universale.*

* Cap.i, num-5.-Commcnt.s. Th. lect. i.

Alia vero ratio potest accipi ex parte veritatis enunciationis; et ista specialiter habet locum in affirmationibus quae falsae essent si praedicatum"" universaliter praedicaretur. Et ideo manifestans id quod posuerat, subiungit quod *Nulla affirmatio est^ in qua,* scilicet vere, *de universali praedicato universaliter praedicetur,* idest in qua universali praedicato utitur ad universaliter praedicandum *; ut si diceretur, *omnis homo est omne animal.* Oportet * enim, secundum praedicta, quod hoc praedicatum *animal,* secundum singula * quae sub ipso continentur, praedicaretur de singulis quae continentur sub homine; et hoc non potest esse verum, neque si praedicatum sit *in plus* quam subiectum, neque si praedicatum sit convertibile cum eo *. Oporteret enim quod quilibet unus homo esset animalia omnia, aut omnia risibilia: quae repugnant* rationi singularis, quod accipitur sub universali.-Nec est instantia si dicatur quod haec est vera, *omnis homo est omnis disciplinae susceptivus:* disciplina enim non praedicatur de homine, sed *susceptivum disciplinae;* repugnaret autem veritati si diceretur, *omnis homo est omne susceptivum disciplinae.*

αα

ββ

* a: *ad verum praedicandum.*

* Edd. *ab: oporteret.*
*b: *sua singularia.*

• Nempe eiusdem quantitatis seu universalitatis cum subiecto. - *Quam subiectum,* et *cum eo* ex cod. A;qui prosequitur: *quia opovteret quod.*
*bce: *quod repugnat.*

24. Signum autem universale negativum, vel particulare affirmativum, etsi convenientius ponantur ex parte subiecti, non tamen repugnat veritati etiam si ponantur ex parte praedicati. Contingit enim huiusmodi enunciationes in aliqua materia esse veras: haec enim est vera, *omnis homo'nullus lapis est;* et similiter haec est vera, *omnis homo aliquod animal est.* Sed haec, *omnis homo omne animal'est,* in quacumque materia proferatur, falsa est. Sunt autem quaedam aliae tales * enunciationes semper falsae; sicut ista, *aliquis homo omne animal est* 77 (quae habet eamdem causam falsitatis cum hac, *omnis homo omne animal est);* et si quae aliae similes, sunt semper falsae: in omnibus enim* eadem ratio est. Et ideo per hoc quod Philosophus reprobavit istam, *omnis homo omne animal est,* dedit intelligere omnes consimiles esse improbandas.

* a: *sunt quaedam tales.*
π

• bc omittunt *enim.*

ω) ***Ex hoc scilicet etc.-A: ex hoc quod universale praedicari posset universaliter et non universaliter,*** – **E**: ***ex hoc scilicet quod,*** **et caetera ut A.-BCD:** ***ex hoc scilicet quod universale praedicari*** **(D corrupte,** ***praedicamenti) posset vel universaliter vel non universaliter.*** **Deinde AE prosequuntur:** ***et ideo ad hoc excludendum subdit quod in eo quod praedicatur aliquod*** **(E,** ***aliquid) universale non est verum quod praedicetur universale universaliter.*** **– BCD:** ***et ideo ad hoc excludendum subdit quod in eo quod praedicatur*** **(BC,** ***aliquod) universale non est verum quodpraedicetur (D,praedicatur) universale universaliter.*** **Et B prosequitur:** ***cuius quidem ratio duplex est.*** **Quia ergo codices concordant, ct mentem s. Thomae perspicue traducunt, ex ipsis confecimus lectionem nostram atque suffecimus Pianae:** ***ex hoc scilicet quod universaliter praedicari posset vel non universaliter; et ideo ad excludendum dubitationem dicit quod in eo quod ponitur aliquod universale praedicari, quod praedicetur universale universaliter, non est verum.***

αχ) ***Falsae essent si praedicatum*** **etc. Ita codd. ABC; et omnes Ven. edd., ct optime, ut ipse contextus aperte indicat. – Editio Piana:** ***falsae sunt (si*** **omittitur)** ***significatum*** **etc.; quae lectio nonnihil habet obscuritatis, ponendo** ***significatum*** **loco** ***praedicatum.*** **Codd. vero DE conveniunt cum codd. citatis, nisi quod in cod. D loco** ***praedicatum*** **imperitus amanuensis ponit erronee (et hoc fere semper)** ***praedicamentum*** **et** ***praestaretur*** **loco** ***praedicaretur,*** **et in cod. E habetur** ***erunt*** **loco** ***essent.*** **– Ex praefatis autem codicibus adiecimus in principio eiusdem periodi** ***ratio;*** **quod vocabulum in ed. Piana deest. – Denique notamus quod in codd. ABCE legitur non,** ***quae ratio specialiter,*** **ut in P., sed** ***et ista specialiter*** **etc. Lectioni Pianae suffecimus** ***et ista*** **iuxta meliorum codd. consensum. Debet tamen subintelligi** ***ratio,*** **nempe,** ***et ista ratio.***

ββ) ***Subiungit quod, nulla affirmatio est*** **etc. – Lectio ista Piana concordat cum lectione cod. A:** ***subiungit quod, nulla affirmatio erit, in qua scilicet vere praedicatur universaliter de universali praedicato, idest*** **etc.; et est etiam lectio indicata a B:** ***subiungit quod nulla est affirmatio in qua universale*** **(sic)** ***etc., idest in qua universali praedicato utitur*** **etc.-Cod. C:** ***quod nulla affirmatio erit manifesta, scilicet vera praedicetur universaliter de universali praedicato, idest*** **etc. Lectio intricata.**

γγ) ***Aliquis homo omne animal est*** **etc. Est nostrorum omnium codd. lectio, quam Pianae et edd. Ven. sufficimus:** ***aliquis homo omne animal est, et aliae similes sunt semper falsae*** **etc.**

LECTIO UNDECIMA

DE OPPOSITIONE INTER PROPOSITIONES UNIVERSALES ET PARTICULARES DEQUE MODO QUO SE HABENT AFFIRMATIO ET NEGATIO OPPOSITAE AD VERUM ET FALSUM

Ἀντικεῖσθαι [λεν οὐν κατάφασιν ἀποφάσει λέγω ἀντιφατικὼ την το καθόλου σηριαίνουσαν τω αὐτω οτι οὐ καθόλου, οἱον πα ἀνθρωπο λευκό · οὐ πα ἀνθρωπο λευκό · οὐδεἰ ἀνθρωπο λευκό · εστι τι ἀνθρωπο λευκό .

Ἐναντίω δέ την του καθόλου κατάφασιν, καὶ τη'ν τοὐ καθόλου ἀπόφασιν, οἱον πά ἀνθρωπο λευκό , οὐδεἰ ἀνθρωπο λευκό , πά ἀνθρωπο δἰκαιο , οὐδεἰ ἀνθρωπο δἰκαιο .

Διό ταυ'τα ριέν οὐχ οἰόντε ἀρ.α αληθεἰ εἰναι, τά δέ ἀντικειρ.ένα αὐταῖ ἐνδέ^εται ποτέ επἰ τοὐ αὐτοὐ ἀρια αληθεἰ εἰναι· οἱον οὐ πά ἀνθρωπο λευκό , καὶ ἐστι τι ἀνθρωπο λευκό .

“Οσαι ριέν οὐν αντιφάσει των καθόλου- εἰσἰ καθόλου, ἀνα'γκη την ἑτέραν ἀληθη εἰναι, η ψευδή. Καὶ οσαι επἰ των καθ' ἑκαστα, οἱον εστι Σωκράτη λευκό , οὔκ εστι Σωκράτη λευκό .

"Οσαι δέ ἐπἰ των καθόλου ριέν, ρια καθόλου δέ, οὐκ ἀεἰ ἡ ριέν ἀληθη , ἡ δέ ψευδη' · ἀρια γάρ ἀληθέ ἐστιν εἰπεῖν, οτι ἐστιν ἀνθρωπο λευκό , καὶ ὀτι οὐκ ἐστιν ἀνθρωπο λευκό · καὶ ἐστιν ἀνθρωπο καλό , καὶ οὐκ ἐστιν ἀνθρωπο καλό .

Εἴ γάρ αισχρό , καὶ οὐ καλό · καὶ εἴ γἰνεταἰ τι, καὶ οὐκ εστι.

Δόξειε δ' αν ἐξαἰφνη ἀτοπον εἰναι δια τό φαἰνεσθαι σηριαἰνειν τό οὐκ ἐστιν ἀνθρωπο λευκό ἀυ.α καὶ οτι οὐδεἰ ἀνθρωπο λευκό · τό δέ οὐτε ταὐτόν σηριαἰνει, οὐθ' ἀρια, ἐξ ανάγκη .

* Opponi itaque dico a'ffirmationem negationi contradictorie , quae universaliter significat, ei quae non universaliter; ut, omnis homo albus est, non omnis homo albus est; nullus homo albus est, quidam homo albus est. Seq- c. vu.

Contrarie vero universalem affirmationem et universalem negationem; ut, omnis homo iustus est, nullus homo iustus est.

Quocirca has quidem impossibile est simul esse veras; his vero oppositas, contingit aliquando in eodem; ut, non omnis homo albus est, et quidam homo albus est.

Quaecumque igitur contradictiones universalium sunt universaliter, necesse est alteram esse veram vel falsam. Et quaecumque in singularibus sunt; ut, Socrates albus est, non est Socrates albus.

Quaecumque autem universalium non universaliter, non haec quidem semper vera est, illa vero falsa; simul enim verum est dicere, quoniam est homo albus, et, non est homo albus, et quoniam est homo pulcher, et, non est homo pulcher.

Si enim foedus est, non est pulcher, et si fit aliquid, nondum est.

Videbitur autem subito inconveniens esse, idcirco quoniam videtur significare, non est homo albus, simul etiam quoniam nullus homo est albus; hoc autem neque idem significat, neque simul necessario sunt.

Synopsis. — 1. Argumentum textus,- 2. Propositiones *particulares,* proprie loquendo, non sunt oppositae, quia ex modo seu vi enunciationis non habent quod affirmatio et negatio sint de eodem subiecto.-3. Suppositis requisitis ad rationem oppositionis (lect.ix, nn.8 et 9), oppositio inter propositionem universalem et particularem est oppositio contradictoria; et ideo tales propositiones dicuntur contradictoriae.- 4. Ratio est quia contradictio est solummodo remotio affirmationis per negationem; universalis autem affirmativa removetur per solam negationem particularis; et particularis affirmativa removetur solum per universalem negativam. – 5. Hinc contradictio non admittit medium, quia inter affirmationem et negationem non datur medium; sed contrarietas admittit medium, quia inter extreme distantes propositiones universales dantur propositiones particulares. – 6. Ergo propositiones contrariae non possunt esse simul verae, quia contraria mutuo se expellunt; sed tamen earum contradictoriae, nempe *media,* quae sunt propositiones particulares, possunt esse simul verae, quia, ut dictum est, proprie loquendo non opponuntur. – 7. Propositiones contradictoriae nequeunt esse simul verae, nequeunt esse simul falsae; sed una earum est necessario vera, altera est necessario falsa.-8. Propositiones indefinitae licet apparenter contradictoriae, tamen revera tales non sunt vi *propositionum,* quamvis hoc contingat esse vi *materiae* seu subiecti, cui essentialiter praedicatum debet convenire aut non convenire.-9. Solvitur obiectio.—10. Ex vi propositionis veritas et falsitas in propositionibus indefinitis est sicut in propositionibus particularibus.—11. Excluditur dubitatio.

1· ost<luam Philosophus determinavit de oppositione enunciationum, compa- J .'-^\fTrund° universales enunciationes ad indefinitas, hic * determinat de oppositione enunciationum comparando universales ad particulares *. Circa quod considerandum est ** quod potest duplex oppositio in his notari: una quidem universalis ad particularem, et hanc primo tangit; alia vero universalis ad universalem, et hanc tangit secundo; ibi: *Contrariae vero* etc.*

* Codd. - p.: *hic nunc.*

* Cf.lect.x,n.i7.
** ABC.-p.: *notandum est.*

2. Particularis vero affirmativa et particularis negativa, non habent proprie loquendo oppositionem, quia oppositio attenditur circa idem subiectum; subiectum autem particularis enunciationis est universale particulariter sumptum, non pro aliquo determinato singulari, sed indeterminate pro quocumque *; et ideo, cum de universali particularitcr sumpto aliquid affirmatur vel negatur, ipse modus enunciandi non habet quod affirmatio et negatio sint de eodem: quod requiritur ad oppositionem affirmationis et negationis, secundum praemissa *.

* Infra n. 5.

• Cf. lect. praec., n' '3'

· Lect. ix, n. 8.

3. Dicit ergo primo quod enunciatio, quae universale significat, scilicet universaliter, opponitur contradictorie ei, quae non significat universaliter sed particulariter, si una earum sit affirmativa, altera vero sit negativa * (sive universalis sit affirmativa et particularis negativa, sive e converso *); ut cum dicitur, *omnis homo est albus, non omnis homo est albus:* hoc enim quod dico, *non omnis,*

*abc: *et altera* '^Bcomiuunui· «dm”™”™'

‹affiMde'p,: "e' P°nitur loco S18ni particularis negativi*; unde aequipollet ei quae est, *quidam homo non est albus;* sicut et *nullus,* quod idem significat ac si cedin!ti3.prae' diceretur, *non ullus** vel *non quidam,* est signum universale negativum. Unde hae duae, *quidam homo est albus* (quae est particularis affirmativa), *nullus homo est albus* (quae est universalis negativa), sunt contradictoriae.

4. Cuius ratio est quia contradictio consistit in sola remotione affirmationis per negationem; universalis autem affirmativa removetur per solam negationem particularis, nec aliquid aliud ex necessitate ad hoc* exigitur; particularis autem affir- omittit *ad* iiiiativa removeri non potest nisi per universalem * • ni *Per soiam* negativam, quia iam dictum est* quod particula- • supran.2. ris affirmativa * non proprie opponitur particulari *-M™.negativa,* negativae *. Unde relinquitur quod universali affir- *tuva?" affirma'* mativae contradictorie opponitur particularis negativa, et particulari affirmativae universalis negativa.

5. Deinde cum dicit: *Contrariae pero* etc., tan- cedf' η'Yε praa' S*l oppositionem universalium enunciationum *; et dicit quod universalis affirmativa et universalis negativa sunt contrariae; sicut, *omnis homo est instils, nullus homo est iustus,* quia scilicet univer- α salis negativa " non solum removet universalem affirmativam, sed etiam designat extremam distantiam, in quantum negat totum quod affirmatio *firm^onat* P0™1*, et hoc pertinet ad rationem contrarietatis; • e: *et particu-* et ideo particularis affirmativa et negativa * se habent sicut medium inter contraria.

6. Deinde cum dicit *Quocirca has quidem* etc,, ostendit quomodo se habeant affirmatio et negatio oppositae ad verum et falsum. Et primo, quantum ad contrarias; secundo, quantum ad contradictorias ; ibi: *Quaecumque igitur contradictiones* etc.*; • Num.seq.

tertio, quantum ad ea quae videntur contradictoria, et non sunt ; ibi : *Quaecumque autem in universalibus* etc.* – Dicit ergo primo quod quia uni- 'Nuni- 8· versalis affirmativa et universalis negativa sunt contrariae, impossibile est quod sint simul verae. Contraria enim mutuo se expellunt. Sed particulares, quae contradictorie opponuntur universalibus contrariis, possunt simul verificari in eodem; sicut, *non omnis homo est albus,* quae contradictorie opponitur huic, *omnis homo est albus,* et, *quidam homo est albus,* quae contradictorie opponitur huic, *nullus homo est albus.* Et huiusmodi etiam simile invenitur in contrarietate rerum : nam album et nigrum numquam simul esse possunt in eodem, sed remotiones albi et nigri simul possunt esse potest enim aliquid esse neque album neque nigrum, sicut patet in eo quod est pallidum. Et similiter contrariae enunciationes non possunt simul esse verae, sed earum contradictoriae, a quibus removentur, simul possunt esse verae.

7. Deinde cum dicit7: *Quaecumque igitur con-* γ *tradictiones* etc., ostendit qualiter veritas et falsitas se habeant in contradictoriis. Circa quod considerandum est quod, sicut dictum est supra*, 'Num. 4. in contradictoriis * negatio non plus facit, nisi quod con- removet affirmationem. Quod contingit dupliciter. Uno modo, quando est altera earum universalis, altera * particularis, ut supra dictum est **. Alio ' «c: *quod qui-* modo, quando utraque est singularis : quia tunc *dem..(jL'. uno qui-* negatio ex necessitate refertur ad idem (quod non *dem},,. quando una earum est universalis et ai.* contingit in particularibus et indefinitis), nec potest se in plus extendere nisi ut removeat affir- 3.-^- mationem s. Et ideo singularis affirmativa semper 3 contradicit singulari negativae, supposita identitate praedicati et subiecti. Et ideo dicit'quod, sive ac- e cipiamus contradictionem universalium universa-

ot) *Universalis negativa.* **Addimus vocabulum *negativa* ex codd., quod requiritur ad integritatem sententiae : illud autem desideratur in Piana ; sed certe est mendum typographicum. – In numero praecedenti notavimus in margine lectionem codd. ABCD: *particularis negativa non proprie opponitur particulari affirmativae:* quae lectio nulla ratione discordat a Piana, quam retinemus, sed quoad argumentandi formam melior videtur. Datur enim ratio, quare particularis affirmativa removeri non possit nisi per universalem negativam. Ratio vero est quia affirmativa removeri debet per negativam; sed particularis affirmativa non potest removeri per particularem negativam: nam *particularis negativa non proprie opponitur particulari affirmativae.***

β) *Simul possunt esse.* **Deest *simul* in Piana, sed adiicimus ex codd. ACE. – B omittit: *in eodem, sed remotiones albi et nigri simul possunt esse.***

Duo determinantur in hoc numero: i. quod propositiones contrariae non possunt esse simul verae; 2. quod propositiones subcontrariae, seu particulares, seu mediae, possunt esse simul verae. Ex his sequitur quod propositiones contrariae, vi propositionis, possunt esse simul falsae, quia potest aliquod praedicatum falso affirmari et falso negari de subiecto universaliter sumpto; sicut falsae sunt propositiones: *omnes homines sunt iusti; nullus homo est iustus.* Dixi *vi propositionis,* quia ex vi materiae propositiones contrariae possunt aequivalere contradictoriis. - Sequitur secundo quod propositiones subcontrariae nequeunt esse simul falsae: nam si, e. g., essent simul falsae: *aliquis homo est iustus; aliquis homo non est iustus:* falsae essent universales; *omnis homo est iustus; nullus homo est iustus.* Quo posito, contradictoriae essent simul falsae: quae est absurda illatio, ut probatur in sequenti numero.

γ) *Deinde cum dicit* **etc. In editionibus *abe* integer num. 7 omittitur, quem cum codd. omnibus et Venetis edd. *Peri hermeneias* saeculi XVI habet Piana. Qua autem ratione omittatur nescio, sed omittitur errore plane manifesto. Etenim s. Thomas manifestans ordinem textus, proponit prius dicendum esse (n. 6) de veritate' et falsitate in propositionibus contrariis; deinde in. 7) de veritate et falsitate in propositionibus contradictoriis; postea (n. 8) de veritate et falsitate in propositionibus non vere sed apparenter contradictoriis. Subtracto igitur num. 7, manca esset expositio et Aristotelis textui haud adaequata.**

3) *Nec potest se in plus extendere nisi ut removeat affirmationem.* **Haec omnia desiderantur in edd. Piana, Venet. 1026 et 15g5, Antuerpiensi et Paris. ; ea tamen habent codd. Et recte. Duo enim in contradictoriis requiruntur; unum quod affirmatio et negatio referantur ad idem; et hoc est commune cuilibet oppositioni proprie dictae ; alterum quod negatio non plus faciat nisi quod removeat affirmationem , et viceversa, ut hic s. Thomas dicit; et hoc proprium est oppositionis contradictoriae. Porro utrumque recte affirmat Angelicus de propositionibus oppositis singularibus ; nempe quod et subiectum sit *idem* et quod negatio non plus se extendat quam ut removeat affirmationem. Ex quo concludit quod singularis affirmativa semper contradicit singulari negativae, et viceversa, seu, ut idem sed melius expressum (Cf. praecedentem notam a), habent codd.: *singularis negativa semper contradictoria est* (B: *contradicit)* (D, non recte: *contraria est) singulari affirmativae* etc.**

ε) *Et ideo dicit* **etc. – Codex E: ‹ Et ideo dicit quod, sive accipia- » mus contradictiones universalium universaliter sive singularium enun- » ciationum, necessc est semper quod una sit vera et altera falsa. Ne- » que enim contingit simul esse verum *esse et non esse,* neque simul » esse falsum: quia verum nihil est aliud quam cum dicitur esse quod » est, vel non esse quod non est; et falsum nihil aliud esse videtur » quam dicere esse quod non est, vel non esse quod est, ut patet ex » IV *Metaphys.* » Eamdem lectionem, quamvis in nonnullis corruptam exhibent alii codd. – Cod. A : *et ideo dicit quod si non (* corrupte pro *sive) accipiantur... Neque enim contingit..., neque simul esse verum et falsum esse: quia* etc.;-B: *neque enim contingit simul verum esse et non esse, neque simul est falsum simul et verum, nihil aliud est quam cum dicitur* etc.; – C: *necesse est quod una sit vera et altera sit falsa... quia verum...: falsum quam videtur dicere esse quod non est* etc.;-D: *neque enim contingit simul verum esse et non esse... quod patet ex X Metaphysic.***

Porro si vel leviter inspiciantur huiusmodi lectiones, apparet eas serio esse considerandas. Etenim probandum est ex contradictoriis propositionibus, sive sint de universalibus sive de singularibus, alteram esse necessario veram ct alteram falsam. In Piana autem probatur ex eo quod non contingat huiusmodi propositiones contradictorias esse simul veras aut simul falsas, *quia verum nihil aliud est nisi quando dicitur esse quod est, aut* etc. At in lectione codd., probatio quod una cx propositionibus contradictoriis vera sit et altera falsa, deducitur imme-

ter, scilicet quantum ad unam earum, sive singularium enunciationum, semper necesse est quod una sit vera et altera falsa. Neque enim contingit esse simul veras aut simul falsas, quia verum nihil aliud est, nisi quando dicitur esse quod est, * cf. kctax, nn. 2 aut non esse quod non est*; falsum autem, quando dicitur esse quod non est, aut non esse quod ▮ cap.vn,n. 5.- est, ut patet ex IV *Metaphysicorum* *.

i?bory?kct.s ▮ ✂ -8. Deinde cum dicit * : *Quaecutnque autem uni-* *citeX* codd. *versalium* etc., ostendit qualiter se habeant veritas et falsitas in his, quae videntur esse contradictoria, sed non sunt. Et circa hoc tria facit : primo, proponit quod intendit; secundo, probat propositum; ibi: *Si enim turpis non probus* ζ etc.; tertio, excludit id quod facere posset dubitationem; ibi: *Videbitur autem subito inconveniens* etc.- Circa primum considerandum est quod affirmatio et negatio in indefinitis propositionibus videntur contradictorie opponi propter hoc, quod est unum subiectum non determinatum per signum particulare, et ideo videtur affirmatio et negatio esse de eodem. Sed ad hoc removendum Philosophus dicit quod quaecumque affirmative et negative dicuntur de universalibus non universaliter sumptis, • *Et* ex codd. non semper oportet quod unum sit verum, et *aliud sit falsum, sed possunt simul esse vera. Simul enim est verum dicere quod *homo est albus,* et, *homo non est albus,* et quod *homo est probus,* et, η *homo non est probus*

Ammonius. g. In quo quidem, ut Ammonius refert, aliqui Ari- θ stoteli contradixerunt 6 ponentes quod indefinita negativa semper sit accipienda pro universali ne- *'bant: affirma'* gativa. Et hoc astruebant * primo quidem tali ratione : quia indefinita, cum sit indeterminata, se habet in ratione materiae; materia autem secun- *habetade's* fe dum se considerata, magis trahitur ad*id quod indignius est; dignior autem est universalis affirmativa, quam particularis affirmativa; et ideo indefinitam affirmativam dicunt esse sumendam pro particulari affirmativa: sed negativam universalem, quae totum destruit, dicunt esse indigniorem * particulari negativa, quae destruit partem, sicut uni- not. x). versalis corruptio peior est quam particularis ; et ideo dicunt quod indefinita negativa sumenda est pro universali negativa. Ad quod etiam inducunt* * n; *inducit.* quod philosophi, et etiam ipse Aristoteles utitur indefinitis negativis pro universalibus; sicut dicitur in libro *Physic.* * quod non est motus praeter res; 'tib. ni, c. i, et in lìbro *JJe anīmā* , quod non est sensus prae- n.4.- Comment. ter quinque. -comme'nt.s.fhi

ζ Sed istae rationes non concludunt *. Quod enim lect 1 * Codd. : *non co-* primo * dicitur quod materia secundum se sumpta 7*Primo* cx abc. sumitur pro peiori, verum est secundum sententiam Platonis, qui non distinguebat privationem a piato, materia', non autem est verum secundum Aristotelem, qui dicit in lib. I *Physic.* * quod malum r Cap. ix, nn. ir et turpe et alia huiusmodi ad defectum pertinentia non dicuntur de materia nisi *per accidens.* s.Thom. lect.xv. Et ideo non oportet quod indefinita semper stet ABC: *in primo.* pro peiori.

Dato etiam quod indefinita necesse sit sumi pro peiori, non oportèt quod sumatur pro universali negativa; quia sicut in genere affirmationis, universalis affirmativa est potior particulari, utpote particularem affirmativam continens; ita etiam in genere negationum universalis negativa potior est x. Oportet autem in unoquoque genere considerare id quod est potius in genere illo, non autem id quod est potius simpliciter.

Ulterius etiam, dato quod particularis negativa esset potior omnibus modis, non tamen adhuc ratio sequeretur: non * enim ideo indefinita affir- • abce omitt. *ra-* mativa sumitur pro particulari affirmativa, quia *tuVquod^îiunû* sit indignior \ sed quia de universali potest aliquid non e \

diate ex obiecto, nempe ex eo quod non *contingat simul esse verum esse et non esse* etc. Quae ratio nonnisi implicite et consequenter datur a Piana in verbis, quae et codices habent. Posito enim quod *verum non sit aliud nisi quando dicitur esse quod est* etc., et supposito quod esse simul et non esse eiusdem subiecti repugnet; manifestum est quod non *contingit simul esse verum esse et non esse* etc. – Aegidius videtur legisse non diversimode a Piana: « Dicit ergo Philosophus quod sive » accipiantur contradictiones universalium enunciationum sive singula- » rium; necesse est quod una sit vera et altera falsa, ita quod nun- » quam simul sint verae vel simul falsae » (In lib. 1 Peri herm., ed. cit., fol. 54, coi. 3).

ζ) *Si enim turpis, non probus.* Haec lectio Piana ea est quae datur ab omnibus edd. Ven. et codd.-Unus A: *si enim turpis non est pulcher* (Cf. text.).

η) *Homo est probus et homo non est probus.* Exemplum primum est Aristotelis, sed alterum non est neque in textu Aristotelico, neque in translatione latina quam textui adnectimus. Est tamen in translatione qua utebatur Boethius (Cf. *De interpretat.,* Ed.ll, lib. 11, pag.35t, ed. cit.), et in translatione textus quae in cod. A praemittitur Commentario s. Thomae. En huius cod. translatio: « Simul enim verum est quoniam est j› homo albus et non est homo albus; et est homo probus et non » est homo probus: si enim turpis est, non est probus; et homo pulcer » est, et non est homo pulcer. Si enim foedus et non est pulcer; et » si fit aliquid, non est. » Boethius loc. cit. legit: « Simul enim verum » est dicere quoniam, est homo albus et non est homo albus, et est » homo probus et non est homo probus. Si enim turpis est, non pro- » bus est, et si fit aliquid, etiamnum non est. »

0) *Aliqui Aristoteli contradixerunt* etc. Eorum qui Aristoteli contradixerunt neminem recenset nominatim Ammonius in sua *Interpretatione* in librum Peri hermeneias. Ait enim sect. 11, §. iv: *Haec itaque sic pronunciante Aristotele, reclamantibusque illi claris viris ac mihi veneratione prosequendis, par utique fuerit* etc. (fol. 16 verso, coi. 2.-Venetiis 1546). Boethius (Op. et loc. cit. pag. 35a) recenset Syrianum neoplatonicum: « Syrianus, *inquit Boethius,* nititur indefinitam negationem » vim definitae obtinere negationis ostendere; et hoc multis probare » nititur argumentis, Aristotele maxime reclamante; neque hoc tantum » suis, sed platonicis quoque aristotelicisque rationibus probare con- » tendit, eam quae dicit, *non est homo iustus,* huiusmodi esse, qualis » est ea quae dicit, *nullus homo iustus est.* » – Infra legimus cum codd. ABCD: *ad quod etiam inducunt* (illi nempe qui Aristoteli contradixerunt) *quod etc.* : quae est lectio perspicua. Eamdem indicat lectionem cod. E: *ad quod esse inducunt philosophi quod utuntur et etiam ipse Aristoteles utitur.* Placet, *philosophi utuntur.-P.: ad quod etiam inducuntur philosophi et ipse Aristoteles* etc. – Immediate infra codd. BCD melius habent: *sicut cum dicitur* (D, *dicit) in libro Physic.*– Porro in fine huius numeri explicatur a s. Thoma quandonam *utuntur philosophi indefinitis negativis pro universalibus.*

1) *Non distinguebat privationem a materia.* Plato in Timaeo de materia prima loquens ait: *Ex propria potentia recedit numquam, Ix* γάρ τη ἑαυτη τοπαράπευν ούχ ἐξίσταται δυράίω . *Suscipit enim semper omnia nec ullam unquam iis similem ullo pacto sibi formam contrahit* (Ed. cit. Marsilii Ficini, pag. 1060). Duo ergo sunt in conceptu materiae, nempe ratio subiecti, quod cuncta recipit genera (*Ib.),* et ratio privationis qua subiectum istud afficitur. Qua in re Aristoteles non contradicit sed subscribit Platoni. Discrimen est quod ubi Plato contendit materiam et privationem neque re neque ratione inter se differre, Aristoteles contra tuetur distinctionem non quidem realem sed rationis inter materiam et privationem seu potentialitatem. Quid autem sequatur ex hoc discrimine, quod prima fronte videri aliquibus potest nullius momenti, demonstratur in libro primo *Physicae auscultationis,* seu *Physicorum* (Cf. ib. Comment, s. Th. lect. xvj.

x) *Universalis negativa potior est.* Ratio huius asserti non datur, quia eadem est ac data pro enunciatione universali affirmativa. Sicut enim haec continet particularem affirmativam, ita enunciatio universalis negativa continet particularem negativam. – Codd. AC omittunt *particulari* et legunt: *potior, utpote affirmativam particularem continens;* B autem legit: *universalis affirmativa est potior; ita etiam* etc.: nempe omittit rationem a s. Thoma assignatam, cur universalis propositio affirmativa sit potior affirmativa particulari.

λ) *Quia sit indignior* etc. Ita Piana et Ven. edd. cum cod. D.—Codd. ABCE; *quia sit dignior.* Lectio P. est vera. Nam philosophi quos, hic s. Thomas confutat, propositionem indefinitam affirmativam dicebant esse

affirmari ratione suiipsius, vel ratione partis con-
ce^nl8^·.prac' tentae sub eo*; unde sufficit ad veritatem eius quod praedicatum uni parti conveniat (quod designatur per signum particulare); et ideo veritas particularis affirmativae sufficit ad veritatem indefinitae affirmativae. Et simili ratione veritas particularis negativae sufficit ad veritatem indefinitae negativae, quia similiter potest aliquid negari de universali vel ratione suiipsius, vel ratione
µ suae partis µ.

Utuntur autem quandoque philosophi indefinitis negativis pro universalibus in his, quae per se removentur ab universalibus; sicut et utuntur indefinitis affirmativis pro universalibus in his, qùaè per se de universalibus praedicantur.

•a. supra n. 8, io. Deinde cum dicit: *Si enim turpis est* * etc., probat propositum per id, quod est ab omnibus concessum. Omnes enim concedunt quod indefinita affirmativa verificatur, si particularis affirma-
'cuMSiiSitv^a~ tiva sit vera *. Contingit autem accipi duas affirmativas indefinitas, quarum una includit negationem alterius, puta cum sunt opposita praedicata: quae
'attend'" polest Qu'dem oppositio potest contingere* dupliciter. -
* a ^ uno quidem Uno modo*, secundum perfectam contrarietatem, sicut *turpis,* idest *inhonestus,* opponitur *probo,* idest *honesto,* et *foedus,* idest *deformis* secundum corpus, opponitur *pulchro.* Sed per quam rationem ista affirmativa est vera, *homo est probus,* quodam homine existente probo, per eamdem rationem ista est vera, *homo est turpis,* quodam homine existente turpi. Sunt ergo istae duae verae simul, *homo est probus, homo est turpis;* sed ad hanc, *homo est turpis,* sequitur ista, *homo non est probus; ergo* istae duae sunt simul verae, *homo est probus, homo non est probus:* et eadem ratione istae duae, *homo est pulcher, homo non est pulcher.* - Alia autem oppositio attenditur secundum perfectum et imperfectum, sicut *moveri* opponitur ad *motum esse,* et *fieri* ad *factum esse:* unde ad *fieri* sequitur.no» *esse* eius quod fit in permanentibus, quorum *esse* est perfectum; secus autem est in successivis, quorum *esse* est imperfectum *. Sic ergo haec est vera, *homo est albus,* quodam homine existente albo; et pari ratione, quia quidam homo fit albus, haec est vera, *homo * fit albus;* ad quam sequitur, *homo non est albus.* Ergo istae duae sunt simul verae, *homo est albus, homo non est albus.*

* codd.: *quae habent esse imperfectum.*

.'"<=-■.:

ii. Deinde cum dicit: *Videbitur autem* etc., excludit id quod faceret dubitationem circa praedicta; et dicit quod *subito,* id est primo aspectu videtur hoc esse inconveniens, quod dictum est; quia hoc quod dico, *homo non est albus,* videtur idem significare cum hoc quod est *, *nullus homo est albus.* Sed ipse hoc removet dicens quod neque idem significant neque ex necessitate sunt simul vera *, sicut ex praedictis manifestum est.

* abe: *quod dico.*

" ABE

sumendam particulariter, pro universaliter, quia particularis propositio affirmativa est *indignior* affirmativa universali, et indefinita stat pro indigniori. Id patet ex supra dictis in hoc numero. Sed non quia propositio affirmativa particularis *indignior* est universali, inquit s. Thomas, propositio indefinita affirmativa sumenda est pro particulari, sed alia ratione, nempe *quia de universali potest aliquid affirmari* etc.

je) *Quia similiter potest... vél ratione suae partis*.-Edit. Piana ex oscitantia typographi legit; *vel rationis suae partis*.– BCE: *quia similiter contingit aliquid negari* (AE *negare*)... *vel ratione suae partis.* Et ita A, nisi quod habet, *ratione partis.-D: quia similiter potest aliquid negativam* (corrupte pro *negari*)... *vel ratione suae partis,*– Supra legimus cum codd.: *sed quia... vel ratione partis contentae sub eo:* nam haec lectio conformior est iis quae sequuntur. P.: *sed quia..." vel ratione contenti sub eo.*

LECTIO DUODECIMA

QUOD UNI AFFIRMATIONI UNA SOLA NEGATIO OPPONITUR

Φανερόν δέ δτι καί μία ἀπόφασι μια καταφάσεώ εστι·

τό γάρ αυτό δει ἀποφησαι την ἀπόφασιν, δπερ κατέφησεν ἡ κατάφασι , καί ἀπό του αὐτού, η των καθ' εκαστά τίνο , η ἀπό των καθόλου τινό , η ὠ καθόλου, η ὠ μη καθόλου.

Λέγω δέ, οίον εστι Σωκράτη λευκό , ούκ εστι Σωκράτη λευκό . 'Εάν δέ ἄλλο τι η ἀπ' ἄλλου τό αὐτό, ούχ η ἀντικειμένη, ἀλλ' εσται εκείνη έτε'ρα. Τη δέ, πα ἀνθρωπο λευκό , ἡ, ού πα ἀνθρωπο λευκό · τη δέ, τί ἀνθρωπο λευκό , ἡ, ούδεί ἀνθρωπο λευκό · τη δέ, έστιν ἀνθρωπο λευκό , ἡ, ούκ έστιν ἀνθρωπο λευκό .

"Οτι μέν ουν μίγ καταφάσει μία ἀπόφασι ἀντίκειται ἀντιφατικώ , καί τίνε εἰσίν αὐται, είρηται· καί ότι αΐ έναντίαι ἄλλαι, καί τίνε εἰσίν αὐται· καί ότι ού πάσα ἀληθη' η ψευδή ἀντίφασι , καί δια τί, καί πότε ἀληθη η ψευδη' .

Μία δέ εστι κατάφασι καί ἀπόφασι ἡ εν καθ' ένό σημαίνουσα, η καθόλου δντο καθόλου, η μη ομοίω , οίον πα ἀνθρωπο λευκό έστιν, ούκ εστι πα ἀνθρωπο λευκό · έστιν ἀνθρωπο λευκό , ούκ έστιν ἀνθρωπο λευκό · ούδεί ἀνθρωπο λευκό · έστι τι ἀνθρωπο λευκό · εί τό λευκόν έν σημαίνει.

Εί δέ δυοΐν έν δνομα κεΐται, έ ὠν μη' έστιν έν, ού μία κατάφασι , ούδέ ἀπόφασι μία·

οίον, εί τι θεΐτο όνομα ιμάτιον 'ίππω καί ἀνθρώπω, τό έστιν ιμάτιον λευκόν, αΰτη ού μία κατάφασι , ούδέ ἀπόφασι μία.

Ούδέν γάρ διαφέρει τούτο είπεΐν, η έστιν 'ίππο καί ἀνθρωπο λευκό β. Τούτο δέ ούδέν διαφέρει τού είπεΐν, έστιν 'ίππο λευκό , καί έστιν ἀνθρωπο λευκό . Εί ουν αὐται πολλά σημαίνουσι καί εἰσί πολλαί, δηλον οτι καί ἡ πρώτη ἠτοι πολλά η ούδέν σημαίνει· ού γάρ έστιν ὁ τί ἀνθρωρο 'ίππο .

"Ωστε ούδ' έν ταύται ἀναγκη, την μέν ἀληθη, τη'ν δέ ψευδή είναι ἀντίφασιν.

* Manifestum est autem quoniam una negatio unius affirmationis est: ' i'eq'c'vn'

hoc enim idem oportet negare negationem quod affirmavit affirmatio, et de eodem, vel de aliquo singularium, vel de aliquo universalium, vel universaliter, vel non universaliter.

Dico autem, ut est, Socrates est albus, non est Socrates albus. Si autem aliud aliquid de eodem, vel de alio idem, non opposita erit, sed ab ea diversa. Huic autem quae est, omnis homo albus est, contradicit illa, quae est: non omnis homo albus est, illi autem quae est, aliquis homo albus est, illa quae est, nullus homo albus est; illi autem quae est, homo albus est, illa quae est, homo albus non est.

Quod igitur una affirmatio uni negationi opponitur contradictorie, et quae sunt hae, dictum est; et quod sunt aliae contrariae, et quae sunt hae, dictum est: et quod non omnis vera vel falsa contradictio, et quare et quando vera vel falsa.

* Una autem affirmatio et negatio est, quae unum de uno significat, vel cum sit universale universaliter vel non universaliter ut, omnis homo albus est, non omnis homo albus est, nullus homo albus est, quidam homo albus est, si album unum significat. * Cap. vni.

Si vero duobus unum nomen positum est, ex quibus non est unum, non est una affirmatio vel negatio;

ut, si quis ponat hoc nomen tunica homini et equo et dicat, tunica est alba, haec non est una affirmatio nec una negatio.

Nihil enim differt haec, quam dicere, est homo albus et est equus albus. Si ergo hae multa significant et sunt plures, manifestum est quoniam et prima multa vel nihil significat: neque enim aliquis est homo equus.

Quare nec in his necesse est hanc quidem contradictionem veram esse, illam vero falsam.

Synopsis. — 1. Argumentum et divisio textus,- 2. Unius affirmationis est una negatio sola, quamvis sint plura oppositionum genera,– 3. Ratio est, quia negatio ideo opponitur affirmationi, quia negat idem, et eodem modo, quod affirmatio ponit, et nihil aliud. Haec autem negatio non potest esse nisi una.– 4. Manifestatur exemplis de subiecto tum *singulari,* tum *universali* universaliter sumpto, tum *universali* particulariter sumpto, tum *indefinito,*– 5. Solvitur difficultas quoad propositiones indefinitas, inter quas non est proprie oppositio, nisi quando affirmatio et negatio sunt circa idem, uti accidit quando propositio est in materia necessaria (Cf. lect. xin, n. 3), et ideo praedicatum per se convenit subiecto, vel quando subiectum est singulare.—6. Epilogus.-7. Unitas affirmationis vel negationis, sine qua non datur oppositio, requirit unitatem significationis, seu rei significatae tum ex parte subiecti tum ex parte praedicati; sive haec unitas sit universalis, sive particularis, sive indefinita,– 8. Non sufficit autem unitas nominis; excepto casu in quo praedicatum referatur ad vocem. – 9. Res declaratur exemplis et ratione probatur.– 10. Corollarium. In affirmationibus et negationibus aequivoci subiecti non oportet unam esse veram et alteram falsam, quia negatio et affirmatio possunt non esse circa idem.

1. Postquam Philosophus distinxit diversos m°d°s oppositionum in enunciatione, nunc intendit ostendere quod vS wçjffKuni affirmationi una negatio opponitur, et circa hoc duo facit: primo, ostendit quod uni affirmationi una negatio opponitur; secundo, ostendit quae* sit una affirmatio vel negatio; ibi: *Una autem affirmatio* * etc. Circa primum tria facit: primo, proponit quod intendit; secundo, manifestat propositum *; ibi : *Hoc enim idem* etc.; tertio, epilogat quae dicta sunt; ibi: *Manifestum est ergo* etc.

2. Dicit ergo primo, manifestum esse quod unius affirmationis est una negatio sola. Et hoc quidem fuit necessarium hic dicere*: quia cum posuerit plura oppositionum genera, videbatur quod uni affirmationi duae negationes opponerentur; sicut huic affirmativae, *omnis homo est albus,* videtur, secundum praedicta, haec negativa opponi, *nullus homo est albus,* et hacc, *quidam homo non est albus.* Sed si quis recte consideret huius * affirmativae, *omnis homo est albus,* negativa* est sola ista, *quidam homo non est albus,* quae solummodo

•sm-.did.

-codd.-i·.:*^.

–abc: *negatio.*

E: *quomodo.*

' Infra n. 7.

Propositum de- est in codd.

a) Ούδέν... etc... η έστιν ίππο χα'ι άνθρωπο λευχό . Ita Theodorus Waitz *(Aristotel. Organon.,* pars prior, Lipsiae 1844, pag. 129), quern sequitur Didot. In editione stereotypa, Lipsiae 1872, et in antiquioribus editionibus legitur: Ούδέν γάρ διαφέρει τοΰτο του είπεΐν , δτι έστιν άνθρωπο χαι ίππο λευχό . Quae autem sequuntur, Τοΰτο etc. usque ad λευχό inclusive, omittuntur in versione latina: quinimo ex duabus sententiis efficitur hoc modo una: Ούδέν γάρ διαφέρει τοΰτο είπεΐν, ϊστιν ίππο λευχό , χαι ϊστιν άνθρωπο λευχό .

removet ipsam, ut patet ex sua aequipollenti*,quae est, *non omnis homo est albus.* Universalis vero negativa includit quidem in suo intellectu negationem universalis affirmativae, in quantum includit particularem negativam *, sed supra hoc aliquid addit, in quantum scilicet importat non solum remotionem universalitatis, sed removet quamlibet partem eius. Et sic patet quod sola una est negatio universalis affirmationis: et idem apparet in aliis[fi].

3. Deinde cum dicit: *Hoc enim* etc., manifestat propositum: et primo, per rationem; secundo, per exempla; ibi: *Dico autem, ut est Socrates albus.* Ratio autem sumitur ex hoc, quod supra dictum est * quod negatio opponitur affirmationi, quae est eiusdem de eodem: ex quo hic accipitur [γ] quod oportet negationem negare illud idem praedicatum, quod affirmatio affirmavit et de eodem subiecto, sive illud subiectum sit aliquid singulare, sive aliquid universale, vel universaliter, vel non universaliter sumptum; sed hoc non contingit fieri * nisi uno modo, ita scilicet ut negatio neget id quod affirmatio posuit, et nihil aliud; ergo uni affirmationi opponitur una sola negatio.

4. Deinde cum dicit: *Dico autem, ut est* etc., manifestat propositum per exempla.-Et primo, in singularibus: huic enim affirmationi, *Socrates est albus,* haec sola opponitur, *Socrates non est albus,* tanquam eius propria negatio. Si vero esset aliud praedicatum vel aliud subiectum, non esset negatio opposita, sed omnino diversa*; sicut ista, *Socrates non est musicus,* non opponitur ei quae est, *Socrates est albus;* neque etiam illa quae est, *Plato est albus,* huic quae est, *Socrates non est albus.*

Secundo, manifestat idem quando subiectum affirmationis est universale universaliter sumptum; sicut huic affirmationi, *omnis homo est albus,* opponitur sicut propria eius negatio [ζ] *non omnis homo est albus,* quae aequipollet particulari negativae.

Tertio, ponit exemplum quando affirmationis subiectum est universale particulariter sumptum: et dicit quod huic affirmationi, *aliquis homo est albus,* opponitur tanquam eius propria negatio, *nullus homo est albus.* Nam *nullus* dicitur, quasi *non ullus,* idest, *non aliquis**.

Quarto, ponit exemplum quando affirmationis subiectum est universale indefinite sumptum et dicit quod isti affirmationi, *homo est albus,* opponitur tanquam propria cius negatio illa quae est, *non est homo albus* *.

5. Sed videtur hoc esse contra id, quod supra dictum est * quod negativa indefinita verificatur simul cum indefinita affirmativa; negatio autem non potest verificari simul cum sua opposita affirmatione, quia non contingit de eodem affirmare et negare.

Sed ad hoc dicendum quod oportet quod hic dicitur intelligi quando negatio ad idem refertur quod affirmatio continebat; et hoc potest esse dupliciter: uno modo, quando affirmatur aliquid inesse homini ratione sui ipsius (quod *est per se* de eodem praedicari), et hoc ipsum negatio negat; alio modo, quando aliquid affirmatur de universali ratione sui singularis, et pro eodem de eo * negatur.

6. Deinde cum dicit: *Quod igitur una affirmatio* [ε] etc., epilogat quae dicta sunt, et concludit manifestum esse ex praedictis quod uni affirmationi opponitur una negatio; et quod oppositarum affirmationum et negationum aliae sunt contrariae, aliae contradictoriae; et dictum est quae sint utraeque. Tacet autem de subcontrariis, quia non sunt recte oppositae,ut supra dictum est*. Dictum est etiam quod non omnis contradictio* est vera vel falsa; et sumitur hic large contradictio pro qualicumque oppositione affirmationis et negationis: nam in his quae sunt vere contradictoriae semper una est vera, et* altera falsa. Quare autem in quibusdam oppositis hoc non verificetur, dictum est supra *; quia scilicet quaedam non sunt contradictoriae, sed contrariae, quae possunt simul esse falsae. Contingit etiam * affirmationem et negationem non proprie opponi; et ideo contingit eas esse veras simul. Dictum est autem * quando** altera semper est vera, altera autem falsa, quia scilicet in his quae vere sunt contradictoria.

7. Deinde cum dicit: *Una autem affirmatio* etc., ostendit quae sit affirmatio vel negatio una. Quod quidem iam supra dixerat*, ubi habitum est quod una est enunciatio, quae unum significat; sed quia enunciatio, in qua aliquid praedicatur de aliquo universali universaliter vel non universaliter, multa [ζ]

fi) *Sola una est negatio universalis affirmationis: et idem apparet in aliis.* – *Affirmationis* esse legendum indicatur ab his quae praemissa sunt in principio huius numeri, et ita revera legunt codd. omnes. Edit. Piana habet *affirmativae.* - Codex D plura hic interserit; legit enim: *et sic patet quod sola una* [f]*negatio unius est affirmationis. Supple in eodem genere; ut in contrarie oppositionis* (sic) *ad li omnis opponitur nullus; in contradictionis* (sic) *autem, ad li omnis opponitur quidam non, vel non'omnis, quod idem) est negatio universalis affirmationis; et idem apparet in aliis* (Foi. 216 vers., col. 1). – Etiam praecisione facta a repetitione verborum, *negatio unius est affirmationis,* et a confusione qua haec omnia congeruntur, facile intelligitur ex verbo, *Supple,* ea quae intra parenthesim clausimus non esse textus s. Thomae sed alicuius adnotatoris, quae postea indoctus amanuensis ex margine textui inseruit.

γ) *Ex quo hic accipitur.* Lectio est codd. ACD, quae vera videtur. Edit. Piana: *in quo hic accipit,* sed non bene; ut patet ex processu argumentative s. Thomae. – BE: *ex quo hic accipit.* – infra vero cum codd. legimus: *negare illud idem praedicatum* etc. – P.: *negare idem praedicatum... sit aliquid singulare, sive aliquid universale, sive aliquid universale universaliter vel non universaliter sumptum.* Et ita Ven. edd.

0) *Opponitur sicut propria eius negatio,* ita legimus cum codd. ACDE. Minus bene ed. Piana habet: *opponitur eius propria negatio.* – Cod. B: *sicut propria negatio.* Et ita infra *(Quarto ponit)* tum B tum C.– Supra vero (ante *Secundo* etc.) codd. ABCE habent: *sicut ista, Socrates non est musicus, non opponitur ei quae est, Socrates* (B erronee, *non est) est albus; neque etiam ista* (BCE, *illa) Plato non est albus:* caeteris omissis. Item cod. D: *sicut ista... Socrates est albus, neque quae est illa quae est, Plato non est albus.* Omnes igitur isti codices habent in sensu negativo exemplum de Platone, et omittunt verba: *huic quae est, Socrates non est albus.* Genuina mihi videtur lectio codd. ABCE. Est enim probandum per exempla de singularibus quod uni affirmationi non opponitur nisi una negatio. Et probatur hoc modo. Sit propositio affirmativa, *Socrates est albus;* ei non opponitur ista, *Socrates non est musicus,* quia non est de eodem praedicato; sed neque etiam ei opponitur ista: *Plato non est albus,* quia non est de eodem subiecto. Porro hoc totum magis breviter et dilucide quam Piana traditur a citatis codd.: *sicut ista, Socrates non est musicus, non opponitur ei quae est, Socrates est albus; neque etiam ista, Plato non est albus.*

ε) *Deinde cum dicit: Quod igitur una affirmatio.* – Codd. ABC: *deinde cum dicit: manifestum est ergo.* Haec lectio non est conformis versioni quae textui adnectitur, sed est tamen ea ipsa quae habetur in versione quae est in cod. A, et in cod. Ragusino, quem penes me habeo, in quo est antiqua versio Organi Aristotelis. S. Thomas horum codd. lectione usus est, ut patet ex n. 1.– Textus habet *Quod igitur* etc.: Ὅτι μ.εν ουν etc.

ζ) *Praedicatur de aliquo universali universaliter vel non universaliter, multa* etc.—Codd. ACDE: *praedicatur de aliquo universali universaliter multa sub se continet, intendit ostendere quod hoc non impedit unitatem* (C *de) enunciationis.* – *Cod. U: praedicatur de aliquo universali multa sub se continet, intendit ostendere quod hoc non impedit*

sub se continet, intendit ostendere quod per hoc non impeditur unitas enunciationis. Et circa hoc duo facit: primo, ostendit quod unitas enunciationis non impeditur per multitudinem, quae continetur sub universali*, cuius ratio una est**; secundo, ostendit quod impeditur unitas enunciationis per multitudinem, quae continetur sub sola nominis unitate*; ibi: *Si vero duobus* etc. – Dicit ergo primo ** quod una est affirmatio vel negatio cum unum signfficatur de uno, sive illud unum quod subiicitur sit universale universaliter sumptum sive non sit aliquid tale, sed sit universale particulariter sumptum vel* indefinite, aut etiam si subiectum sit singulare. Et exemplificat de diversis: sicut universalis ista affirmativa est una, *omnis homo est albus;* et similiter particularis negativa quae est eius negatio, scilicet *non est omnis homo albus* *. Et subdit aha exempla, quae sunt manifesta. In fine autem apponit quamdam conditionem, quae requiritur ad hoc quod quaelibet harum sit una, *si* scilicet *album,* quod est praedicatum, *significat unum:* nam sola multitudo praedicati impediret unitatem enunciationis. Ideo autem universalis propositio una est, quamvis sub se multitudinem singularium comprehendat, quia praedicatum non attribuitur multis singularibus., secundum quod sunt *n se divisa *, sed secundum quod uniuntur in uno communi *.

8. Deinde cum dicit: 5/ *vero duobus* etc., ostendit quod sola unitas nominis non sufficit ad unitatem enunciationis. Et circa hoc quatuor facit: primo, proponit quod intendit; secundo, exemplificat; ibi: *Ut si quis ponat* etc.; tertio, probat; ibi: *Nihil enim differt* etc.; quarto, infert corollarium ex dictis *; ibi: *Quare nec in his* etc.-Dicit ergo primo Qu°d si unum nomen imponatur duabus rebus, ex quibus non fit unum, non est affirmatio una. Quod autem dicit, *ex quibus non fit unum,* potest intelligi dupliciter. Uno modo, ad excludendum hoc quod multa continentur sub uno universali*, sicut *homo* et *equus* sub *ammah:* hoc enim nomen *animal* significat utrumque, non secundum quod sunt multa et differentia * ad invicem, sed secundum quod uniuntur in natura genens. – Alio modo, et melius, ad excludendum hoc quod ex multis partibus fit unum, sive sint partes rationis, sicut sunt * genus et differentia, quae sunt partes definitionis: sive sint partes intégrales alicuius compositi*, sicut ex lapidibus et lignis fit domus. Si ergo* sit tale praedicatum quod attribuatur rei, requiritur ad unitatem enunciationis quod illa multa quae significantur, concurrant * in unum secundum aliquem dictorum modorum; unde non sufficeret sola unitas vocís. Sì vero sit tale praedicatura quod referatur ad vocem, sufficiet unitas vocis; ut si dicam, *canis est' nomen.*

9. Deinde cum dicit: *Ut si quis ponat* etc., exemplificat quod dictum est, ut si aliquis hoc nomen *tunica* imponat ad significandum hominem et equum: et sic, si dicam*, *tunica est alba ",* non est affirmatio una, neque negatio una.

Deinde cum dicit: *Nihil enim differt* etc., probat quod dixerat tali ratione. Si *tunica* significat hominem et equum, nihil differt si dicatur, *tunica est alba,* aut si dicatur, *homo est albus,* et ", *equus est albus;* sed istae *, *homo est albus,* et *equus est albus,* significant-multa et sunt plures enunciationes; ergo etiam ista, *tunica est alba,* multa significat. Et hoc si significet * hominem et equum ut res diversas: si vero signifícet hominem et equum ut componentia unam rem e, nihil significat, quia non est aliqua res quae componatur ex homine et equo.

Quod autem dicit quod non differt dicere, *tunica est alba, et, homo est albus, et, equus est albus,* non est intelligendum quantum ad veritatem et falsitatem. Nam haec copulativa, *homo est albus et equus est albus,* non potest esse vera nisi utraque pars sit vera : sed haec, *tunica est alba,* praedicta positione facta *, potest esse vera etiam altera existente falsa*; alioquin non oporteret distinguere multiplices propositiones ad solvendum rationes sophisticas. Sed hoc est intelligendum quantum ad unitatem et multiplicitatem *. Nam sicut cum dicitur, *homo est albus ct equus est albus,* non invenitur aliqua una res cui attribuatur praedicatum; ita etiam nec cum dicitur, *tunica est alba.*

10. Deinde cum dicit: *Quare nec in his* etc., concludit ex praemissis quod nec in his affirmationibus et negationibus, quae utuntur subiecto aequivoco, semper oportet unam esse veram et aliam falsam, quia scilicet negatio potest aliud negare quam ' affirmatio affirmet.

• ABco : *sub uno universali.*
c^X^cnccV
v,na9;«iect.vm, r-
•Nempcno«z»<>
•ac ^, *aut etiam, Iam* om?tteaTz'
• uz-.non estho- non *bw.-A-.qui· est albus.*
'dMsa " P-: ,ub'
• codd. - r. : *sub uno communi.*
^-A-(ex dicto Txpra\ldotisE:
• codd.-r.: *sub universali.*
• codd.-r.:««Λ
• oc: *sicut ee- cas et differentia sunt partes* etc.
Vfi°dd"r-: sl
cur:
continent. - 0 er- ronee *contra-* ria·
si s,c di'
' η
'* *vei. sed istae*
* codd. -*v*,- *et hoc significat.* »
nemne significa- ret hominem et c9uum.utsuppo-
• abcd: *vera; sed*
,acodd. : *mutti-*
•ace. - bp.: *ra-*

unitatem de enunciationibus. Et *de enuntiationibus* certe scribere volebat amanuensis cod. C.—Lectio codd. ACDE quoad suam primam partem videtur indicata a prima thesi, quae pro responsione ad dubium propositum immediate subnectitur, nempe quod unitas enunciationis non impeditur per multitudinem quae continetur sub *uno universali,* vel sub *universali,* ut ipsamet Piana legit. Hinc in lectione Piana: *praedicatur de aliquo universaliter vel non universaliter* etc. subintelligitur, *universali,* nempe , *praedicatur de aliquo universali universaliter* etc., ut supra n. 3 dictum est, et in hoc ipso n. iterum ponitur (Cf.lect. vni, n. 16): nisi enim subintelligatur, propositio posset habere hunc sensum in secunda parte disiunctionis: *de aliquo... vel non universaliter* (et ideo etiam *singulariter) multa sub se continet.* Qtod est falsum.- Quoad vero alteram partem *(intendit ostendere* etc.) lectio codd. potest adoptari, sed potest etiam retineri Piana.

r,) *Tunica est alba.* Codd. ACE addunt immediate: *vel tunica non est alba,* quae verba non habentur neque in ed. Piana, neque in codd. BD. Porro lectio, quam cum hisce codd., P. et Ven. edd. conservamus, est omnino conformis textui Aristotelis; sed ea quae adduntur ab ACE continent exemplum de negata unitate propositionis etiam negativae ct subintelliguntur ex his quae immediate sequuntur, *non est affirmatio una, neque negatio* una.— Codex E habet: *neque negatio una;* et est optima lectio, quam sequor loco Pianae et aliorum codd.: *neque negatio :* sermo enim impraesentiarum est non de enunciatione simpliciter affirmativa vel negativa, sed de *unitate* affirmationis et negationis (Cf. text. Aristot.).

0) *Ut componentia unam rem* etc. Ita legunt codd.; et est praeferenda haec lectio Pianae, *utpote unam rem.* Optime enim concordat lectio codd. cum iis quae sequuntur : *non est aliqua res quae componatur ex homine et equo.*- Supra cod. A habet: *ergo etiam ista, tunica est alba, si album multa significat. Et hoc* etc.

t) *Quia scilicet negatio potest... quam* etc. – Unus cod. B: *quia scilicet negatio non potest... quam* etc. Sed est lectio falsa: tunc enim propositionum unam opnrtct esse veram, alteram falsam, quando affirmatio et negatio sunt circa idem (Cf. lect. ix, n. 8 seq.); at ubi propositionum *subiectum* sit nomen acquivocum, ut hic supponitur, affirmatio et negatio *possunt* cadere supra diversas subiecti significationes; proinde non oportet ut una propositio sit vera et altera falsa. – Codex E immediate post illa verba *affirmatio affirmet,* addit: *Explicit liber primus periarmenias. – Incipit liber secundus periarmenias. Utrum id quod dictum est supra de oppositione enunciationum et de earum veritate ct fatsitate inveniatur in omnibus enunciationibus* (fol. 223 verso, coi. 1).-Cur haec apponatur adnotatio non facile dixeris, et amanuensis ipse ignorabat. Nam in fine lect. xv, qua revera terminatur primus liber Peri hermeneias, iuxta positam a Scholasticis huius Operis divisionem, iterum, sui immemor, amanuensis scribit: *Explicit expositio primi libri periarmenias, ubi agitur de enunciatione simpliciter considerata. – Incipit exposztio secundi libri. Ubi agitur de enunciatione secundum quod diversificatur per aliquid sibi additum* (fol. 229 vers., col. 2).

LECTIO DECIMATERTIA

DE VERITATE ET FALSITATE IN OPPOSITIS PROPOSITIONIBUS SINGULARIBUS DE FUTURO IN MATERIA CONTINGENTI

Ἐπῖ [Λεν αὐν των ὀντων καὶ γενομένων ἀνάγκη την κατάφασιν η την ἀπόφασιν ἀληθη η ψευδή εἰναι· καὶ ἐπῖ [Λεν των καθόλου ὠ καθόλου ἀε! την [Λεν ἀληθη, την δὲ ψευδή εἰναι, καὶ ἐπῖ των καθ' εκαστα, ὡσπερ εἴρηται, ἐπῖ δὲ των καθόλου μη καθόλου λεχθέντων οὐκ ἀνάγκη. Εἴρηται δὲ καὶ περὶ του'των. Ἐπῖ δὲ τιῦν καθ' εκαστα καὶ [Λελλόντων οὐχ ομοίω .

Εῖ γὰρ πάσα κατάφασι καὶ ἀπόφασι ἀληθη η ψευδή , καὶ ἁπαν ἀνάγκη ὑπάρχέιν η μη ὑπάρχέιν

ὡστε εἰ ὁ μέν φησει εσεσθαί τι, ὁ δὲ [Λη φήσει το' αὐτό ..τοὐτο', δηλον ὁ'τι ἀνάγκη ἀληθεύειν τον ἑτερον αυτών, εῖ πάσα κατάφασι καὶ ἀπόφασι ἀληθη' η ψευδή . "Αμφω γὰρ οὐχ υπάρξει ἁμα ἐπῖ τοῖ τοιου'τοι ·

εἰ γὰρ αληθέ εῖπεῖν, ὁτι λευκόν, η ὁ'τι οὐ λευκόν ἐστιν, ἀνάγκη εἰναι λευκόν η οὐ λευκόν. Καὶ εῖ ἐστι λευκόν η οὐ λευκόν, αληθέ ην φάναι η αποφάναι- καὶ εῖ [Λη' υπάρχει, ψεύδεται· καὶ εῖ ψεύδεται, οὐχ ὑπάρχει. "Ωστε ἀνάγκη, η την κατάφασιν, η την ἀ~όφασιν ἀληθη εἰναι, η ψευδή. Οὐδέν ἀρα οὐτε ἐστιν, οὐτε γίνεται, οὐτε ἀπό τύχη , οὐθ', ὁπότερ' ἐτυχεν, οὐδέ ἐσται, η οὐκ ἐσται, ἀλλ' ἐξ ἀνάγκη ἁπαντα, καὶ οὐχ ὁπότερ' ἐτυχεν η γὰρ ὁ φα αληθεύσει, η ὁ ἀποφά · ομοίω γὰρ αν ἐγίνετο, η οὐκ εγίνετο· τὸ γὰρ ὁπότερ' ἐτυχεν οὐδέν μάλλον οὐτω , η μη' οὐτω , ἐχει η ἑξει.

Ἐτι, εῖ ἐστι λευκόν νυν, αληθέ ην εῖπεῖν πρότερον, ὁτι ἐσται λευκόν ὡστε ἀει αληθέ ην εῖπεῖν, ὁτιοῦν των γενοριένων ὁτι ἐστιν η ἐσται· Εῖ δὲ ἀεῖ αληθέ ην εῖπεῖν, ὁτι ἐστιν η ἐσται, οὐχ οῖόντε τοὐτο [Λη εἰναι, οὐδέ μη ἐσεσθαι· δ δὲ μη οῖόντε μη' γενέσθαι, αδύνατον [Λη γενέσθαι· δ δὲ αδύνατον μη γενέσθαι, ανάγκη γενέσθαι· ἁπαντα οὐν τά ἐσόμενα ἀναγκαῖον γενέσται. Οὐδέν ἀρα ὁπότερ' ἐτυχεν, οὐδέ ἀπό τύχη ἐσται· εῖ γὰρ ἀπό τύχη , οὐχ ἐξ ἀνάγκη .

'Αλλά μην οὐδ' ὠ οὐδέτερόν γε ἀληθέ ενδέχεται λέγειν, οἰον, ὁτι οὐτε ἐσται, οὐτε οὐκ ἐσται·

πρώτον μέν γάρ, οὐση τη καταφάσεω ψευδοὐ , ἡ ἀπόφασι οὐκ ἀληθη' · καὶ ταὐτη ψευδοὐ οὐση , την κατάφασιν συμβαίνει μη ἀληθη εἰναι.

Καὶ προ τοὐτοι , εῖ ἀληθέ εῖπεῖν, ὁτι λευκόν καὶ μέγα, δει ἀμφω ὑπάρχέιν εῖ δὲ υπάρξει εἰ αὐριον, υπάρξει εἰ αὐριον εἰ δὲ μήτε ἐσται μήτε μη ἐσται εἰ αὐριον, οὐκ αν εἰη τὸ ὁπότερ' ἐτυχεν οἰον ναυμαχία· δέοι γὰρ αν μήτε γενέσθαι ναυμαχίαν αὐριον, μήτε μη γενέσθαι.

* In his ergo et quae sunt et quae facta sunt necesse est affirmationem vel negationem veram vel falsam esse. In universalibus quidem universaliter, semper hanc quidem veram, illam vero falsam et in his quae sunt singularia, quemadmodum dictum est. In his vero, quae in universalibus non universaliter dicuntur, non est necesse. Dictum est autem et de his. In singularibus vero et futuris non similiter. ' Cap· in-

Nam si omnis affirmatio vel negatio vera vel falsa est, et omne necesse est vel esse vel non esse:

quare si hic quidem dicat futurum aliquid , ille vero non dicat hoc idem ipsum, manifestum est quoniam necesse est verum dicere alterum ipsorum, si omnis affirmatio vel negatio vera vel falsa est. Utraque enim non erunt simul in talibus;

nam si verum est dicere quoniam est album vel non album, necesse est esse album vel non album; et si est album vel non album, verum est affirmare vel negare; et si non est, mentitur; et si mentitur, non est. Quare necesse est, aut affirmationem aut negationem veram esse vel falsam. Nihil igitur neque est, neque fit, neque a casu, neque ad utrumlibet, nec erit, nec non erit; sed ex necessitate omnia et non utrumlibet: aut enim qui dicit verus est, aut qui negat; similiter enim vel fieret vel non fieret; utrumlibet enim nihil magis sic vel non sic se habet aut habebit.

Amplius, si est album nunc, verum erat dicere prius, quoniam erit album, quare semper verum fuit dicere quodlibet eorum, quae facta sunt, quoniam est vel erit. Quod si semper verum fuit dicere quoniam est vel erit, non potest hoc non esse vel non futurum esse; quod autem non potest non fieri, impossibile est non fieri, et quod impossibile est non fieri, necesse est fieri ; omnia ergo, quae futura sunt, necesse est fieri. Nihil igitur utrumlibet, neque casu erit: nam si casu, non ex necessitate.

At vero neque quoniam neutrum verum est contingit dicere, ut quoniam neque erit neque non erit :

primum enim cum sit affirmatio falsa, erit negatio non vera : et cum haec sit falsa, contingit affirmationem esse non veram.

Ad haec si verum est dicere, quoniam album est et magnum, oportet esse utrumque; si vero erit cras, oportet esse cras ; si autem neque erit neque non erit cras, non erit utrumlibet, ut navale bellum : oportebit enim neque fieri navale bellum, neque non fieri.

Synopsis. — 1. Argumentum textus.- 2. Iterantur tres divisiones propositionum secundum *unitatem, qualitatem* et *quantitatem*,- 3. His adduntur *quarta* divisio secundum *tempus,* prout nempe propositio est *de praesenti,* vel *de praeterito,* vel *de futuro ;* et *quinta* secundum *materiam,* seu secundum habitudinem praedicati ad subiectum, ex qua diversa habitudine propositio est vel in materia *necessaria* sive *naturali,* vel in materia *impossibili* sive *remota,* vel in materia *possibili* sive *contingenti,– 4.* In enunciationibus de praesenti vel de praeterito, necesse est ut affirmatio vel negatio determinate sit vera vel falsa, quando propositiones contradictorie opponuntur (Nempe quando praedicatum universaliter enunciatur de subiecto universali, vel praedicatur aliquid de subiecto singulari ; non autem quando praedicatum non universaliter enunciatur de subiecto universali). – 5. Idem dicendum est, spectata materia, quoad enunciationes, quae sunt de futuro, dummodo sint de universalibus vel universaliter vel non universaliter sumptis. – 6. Quaestio : utrum in enunciationibus singularibus de futuro in materia contingenti necesse sit quod determinate una oppositarum sit vera et altera falsa.– 7. Solvitur quaestio *negative,* quia secus omnia essent ex necessitate. – 8. Processus rationis aristotelicae, ex qua concluditur triplex genus contingentium excludi ex opposita solutione quaestionis. – 9. Declaratur quod dictum est de triplici genere contingentium, quae proveniunt ex *casu,* ex *electione* et ex *natura.* – De eo quod est ex *electione,* scilicet aequaliter se habens ad *esse* et ad *non esse,* non potest *determinate* dici neque quod *erit,* neque quod *non erit:* secus non haberetur indifferentia ad utrumlibet; et consequenter non haberetur electio.– 10. Alia ratione confirmatur esse impossibile non fieri, quae futura sunt, et ideo omnia ex necessitate evenire, si ex propositionibus singularibus de futuro una esset determinate vera et altera falsa. Ratio est, quia ista duo sunt incompossibilia, quod aliquid vere dicatur *esse* et quod *non sit.* Si ergo ponitur *verum esse* id quod dicitur de praesenti vel de futuro, *non potest* esse quin illud *sit praesens* vel *futurum*. Sed quod *non potest non fieri, necesse est fieri.* Ergo omnia quae futura sunt *necesse esset* fieri, seu omnia ex necessitate evenirent. – 11. Dilucidatur eadem ratio declarando quomodo futura sunt in causis: nempe in causa agente ex ne-

cessitate; in causa inclinata ad effectum determinatum, a quo tamen producendo potest impediri; in causa indifferente et non determinata potius ad unum quam ad aliud,- 12. At vero, ex his non sequitur quod falsae sint propositiones de singularibus futuris in sensu coniunctivo, nempe quod utraque haec propositio sit falsa, *hoc erit et hoc non erit:* primo quidem quia sunt contradictoriae, quae non possunt esse simul falsae ; deinde quia secus tolleretur id quod est ad utrumlibet.

1. •^jostquam Philosophus determinavit de oppositione enunciationum et ostendit* quomodo dividunt verum et falsum oppositae enunciationes ; hic inquirit de quodam quod poterat esse dubium, utrum scilicet id quod dictum est similiter inveniatur in omnibus enunciationibus vel non. Et circa hoc duo facit: primo, proponit* dissimilitudinem; secundo, probat eam; ibi: *Nam si omnis affirmatio* * etc.

* a b c omittunt *ostendit.*

* a : *ponit*

* Num. 7.

2. Circa primum * considerandum est quod Philosophus in praemissis triplicem divisionem " enunciationum assignavit, * quarum *prima* fuit secundum *unitatem* enunciationis, prout scilicet enunciatio est una simpliciter vel coniunctione una; *secunda* fuit secundum *qualitatem,* prout scilicet enunciatio est affirmativa vel negativa; *tertia* * fuit secundum *quantitatem,* * utpote quod enunciatio quaedam est universalis, quaedam particularis, quaedam indefinita et quaedam singularis.

* a : *circa quod.*

a

* Lect. vni, nn. 2, 3; et lect. x, n. 10.

* Codd. : *tertia autem.*
* ACDE.- b p. erronee: *qualitatem.*

3. Tangitur autem hic *quarta* divisio enunciationum secundum tempus. Nam quaedam est de praesenti, quaedam de praeterito, quaedam dc futuro; et haec etiam divisio potest accipi ex his quae supra dicta sunt: dictum est enim supra * quod necesse est omnem enunciationem esse ex verbo vel ex casu verbi; verbum autem est quod consignificat praesens tempus ; casus autem verbi * sunt, qui consignificant tempus praeteritum vel futurum. Potest autem accipi *quinta* divisio enunciationum secundum materiam, quae quidem divisio attenditur secundum habitudinem praedicati ad subiectum: nam si praedicatum *per se* insit subiecto, dicetur * esse enunciatio *in materia necessaria* vel *naturali;* ut cum dicitur, *homo est animal,* vel, *homo est risibile* *. Si vero praedicatum per se repugnet subiecto quasi excludens rationem ipsius, dicetur * enunciatio esse *in materia impossibili* sive *remota;* ut cum dicitur, *homo est asinus.* Si vero medio modo se habeat praedicatum ad subiectum, ut scilicet nec *per se* repugnet subiecto, nec *per se* insit, dicetur * enunciatio esse *in materia possibili* sive *contingenti.*

* Lect. vin, n. 8.

*a b c: *sed casus verbi* etc. | Cf. Icct.v, n.12.).

* a : *dicitur.*

* a : *risibilis.*

* a : *tunc dicetur.*

4. His igitur enunciationum * differentiis consideratis, non similiter se habet iudicium dc veritate et falsitate in omnibus. Unde Philosophus dicit, ex praemissis concludens, quod *in his quae sunt,* idest in propositionibus de praesenti, *et in his quae facta sunt,* idest in enunciationibus de praeterito, necesse est quod affirmatio vel negatio determinate sit vera vel falsa. Diversificatur tamen hoc, secundum diversam quantitatem enunciationis; nam in enunciationibus, in quibus de universalibus subiectis aliquid universaliter praedicatur, necesse est quod semper * una sit vera, scilicet affirmativa vel negativa, et altera falsa, quae scilicet ei opponitur. Dictum est enim supra * quod negatio enunciationis universalis in qua aliquid universaliter praedicatur, est negativa non universalis, sed particularis, et e converso universalis negativa non est directe negatio universalis affirmativae, sed particularis; et sic oportet, secundum praedicta, quod semper una earum * sit vera et altera falsa in quacumque materia. Et eadem ratio est in enunciationibus singularibus, quae etiam contradictorie opponuntur, ut supra habitum est*. Sed in enunciationibus, in quibus aliquid praedicatur de universali * non universaliter, non est necesse quod semper una sit vera et altera sit falsa, quia possunt ambae esse simul verae, ut supra ostensum est *.

°"omitt!«-
IgfJuùiima-
fXfs™cedicatur
scq.ect· XI ~ 3'

L«a°eer«mf^-
fer'

'Lect·XI-n· 7·

v^itb∂fct".1'

'Ib· η· 8·

5. Et hoc quidem ita se habet * quantum ad propositiones, quae sunt de praeterito vel de praesenti: sed si accipiamus * enunciationes, quae sunt de futuro, etiam similiter se habent quantum ad oppositiones, quae sunt de universalibus vel universaliter vel non universaliter sumptis. Nam in materia necessaria omnes affirmativae determinate sunt verae, ita in futuris sicut in praeteritis et praesentibus; negativae vero falsae. In materia autem impossibili, e contrario. In contingenti vero universales sunt falsae et particulares sunt verae, ita in futuris sicut in praeteritis et praesentibus. In indefinitis autem, utraque simul est vera in futuris sicut in praesentibus vel praeteritis.

bent·

P': acci'

?

6. Sed in singularibus et futuris est quaedam dissimilitudo. Nam in praeteritis et praesentibus necesse est quod altera oppositarum determinate sit vera et altera falsa in quacumque materia; sed in singularibus quae sunt de futuro hoc non est necesse, quod una determinate sit vera et altera falsa. Et hoc quidem dicitur * quantum ad materiam contingentem: nam quantum ad materiam * necessariam et impossibilem similis ratio est in futuris singularibus, sicut in praesentibus et praeteritis. Nec tamen Aristoteles mentionem fecit de materia contingenti, quia illa proprie ad singularia pertinent ν quae contingenter eveniunt, quae γ

· «c omitt. λ',
ffôfi,ateriam

a) ***Triplicem divisionem*. Ita edd. P. et Ven. 1326; at tum hic tum in sequentibus non *divisionem,* sed *differentiam* habent edd. Venetae saeculi XV et codd. Et, *differentiam,* legendum esse videtur ex seq. n.4.**

β) ***Ita in futuris sicut* etc. - Cod. Λ corrupte legit: *ita ut in futuris sit vel in praeteritis vel in praesentibus*. – Et infra *(In contingenti* etc.) cum cod. B: *sicut in praesentibus vel* (et *vel* habet C) *praeteritis*. Denique addit : *in indefinitis utraque pars eius est vera* (sed *eius* expungitur, et in margine poni videtur *simul*)... (n. 6) *est quaedam similitudo* (et iterum *similitudo,* infra n. to.) At *similitudo* est lectio erronea, ut patet ex contextu. – Codex vero B, ob recursum eorumdem verborum, *in praesentibus vel praeteritis,* omittit verba, *in indefinitis* etc. et prosequitur: *necesse est quod altera* etc., ut in 6.**

γ) ***Illa proprie ad singularia pertinent* etc. – A : *illa proprie.., secundum universalium rationem*. - Notandum quod *nihil est adeo contingens, quin in se aliquid necessarium habeat,* ut s. Thomas ait p. I, qu. lxxxvi, artic. 111. Sicut hoc ipsum quod est, *Socratem currere,* in se quidem contingens est, quia Socrates et poterat non currere et potest a cursu cessare. Sed habitudo cursus ad motum non est contingens, sed necessaria: necessarium est enim Socratem moveri si currit; et ideo supposito, quod *Socrates currat,* non potest non verificari relatio illa necessaria et universalis, non secus ac generis ratio necessario verificatur in speciebus, et ratio speciei in individuis. Hinc contingentia dupliciter possunt considerari: uno modo secundum quod contingentia sunt; alio modo secundum quod in eis aliquid necessitatis invenitur**

autem *per se* insunt vel repugnant, attribuuntur singularibus secundum universalium rationes.

tNtintentio) sc)' thnibufdêfuhi-ruſêsinsular'- 'fatsata"erasit

Circa hoc igitur versatur tota praesens intentio*: Utrum in enunciationibus singularibus de futuro * in materia contingenti necesse sit quod *determinate* una °PP0Sitarum sit vera et altera falsa*.

7. Deinde cum dicit: *Nam si omnis affirmatio* etc., probat praemissam differentiam. Et circa hoc duo facit: primo, probat propositum ducendo ad inconveniens; secundo, ostendit illa esse impossibilia quae sequuntur; ibi: *Quae ergo contingunt inconvenientia** etc.-Circa primum duo facit: primo, ostendit quod in singularibus et futuris non semper potest determinate attribui veritas alteri oppositorum; secundo, ostendit quod non potest esse quod utraque * veritate careat; ibi: *At vero neque quoniam* * etc. – Circa primum ponit duas rationes, in quarum prima ponit * quamdam consequentiam, scilicet quod si omnis affirmatio vel negatio 'determinate est vera vel falsa ita in singularibus et futuris sicut in aliis, consequens est quod omnia necesse sit vel determinate *esse* vel *non esse.*

• Lect. xiv.

• a: *utrumque,* •°Num 12

• *ec: ponit pri-*

Deinde cum dicit: *Quare si hic quidem* etc. vel, *si itaque hic quidem,* ut habetur in graeco s, probat consequentiam praedictam. Ponamus enim quod sint duo homines, quorum unus dicat aliquid esse futurum, puta quod *Socrates curret,* alius vero dicat hoc idem ipsum non esse * futurum; supposita praemissa positione, scilicet quod in singularibus et futuris contingit alteram esse veram, scilicet vel affirmativam vel negativam, sequetur quod necesse sit quod ‘ alter eorum verum dicat, non autem uterque: quia non potest esSe quod in singularibus propositionibus futuris ç utraque sit simul vera, scilicet affirmativa et negativa: sed hoc habet locum solum in indefinitis *. Ex hoc autem quod necesse est alterum eorum verum dicere, sequitur quod necesse sit determinate vel esse vel non esse. Et hoc probat consequenter: quia ista duo se convertibiliter consequuntur ’, scilicet quod verum sit id quod dicitur, et quod ita sit in re. Et hoc est quod manifestat consequenter ϕ dicens quod *si verum est dicere quod album sit,* de * necessitate sequitur quod ita sit in re; et. si verum est negare, ex necessitate sequitur quod ita non sit. Et e converso *: quia si ita est in re vel non est*, ex necessitate sequitur quod sit verum affirmare vel negare. Et eadem etiam convertibilitas apparet in falso: quia, si aliquis mentitur falsum dicens, ex necessitate sequitur quod non ita sit in re, sicut ipse affirmat vel negat; et e converso, si non est ita in re* sicut ipse affirmat vel negat, sequitur quod affirmans vel negans mentiatur*.

s

-

-*: *hoc ipsum non esse* etc. - b: *hoc idem non*

ε

I :

ct.xi, n.8,seqq.j.

η

0

•c: *ex.*

• Cf. lect. ix, on.

•HAx codd.

8. Est ergo processus huius rationis talis. Si necesse est quod omnis affirmatio vel negatio in singularibus et futuris sit vera vel falsa, necesse est quod omnis affirmans vel negans determinate dicat verum vel falsum. Ex hoc autem sequitur quod omne necesse sit esse vel non esse. Ergo, si omnis affirmatio vel negatio determinate sit vera, necesse est omnia determinate *esse* vel *non esse.* Ex hoc * concludit ulterius quod omnia sint ex * necessitate. – Per quod triplex genus contingentium excluditur.

'^--*figtonitain*

'^■*exh0i:erg0· de"sr:z"*

9. Quaedam enim contingunt ut* in paucioribus, quae accidunt a casu vel fortuna. Quaedam vero se habent ad utrumlibet*, quia scilicet non magis se habent ad unam partem, quam ad aliam, et ista procedunt ex electione. Quaedam vero eveniunt ut in pluribus; sicut hominem canescere in senectute, quod causatur ex natura. Si autem omnia ex necessitate evenirent, nihil horum contingentium esset. Et ideo dicit *nihil est* quantum ad ipsam permanendam eorum quae permanent contingenter; *nequefit* quantum ad productionem eorum quae contingenter causantur; *nec casu* quantum ad ea quae sunt * in minori parte, sive in paucioribus; *nec utrumlibet* quantum ad ea quae se habent aequaliter ad utrumque, scilicet *esse* vel *non esse,* et ad neutrum horum sunt determinata: quod significat cum subdit, *nec erit, nec non erit.*

^ omittiturab

:>·>*"»»<>«

"Sunl ex c»dd·

De eo enim quod est magis determinatum ad unam partem possumus *determinate* verum dicere quod hoc erit vel non erit, sicut medicus de convalescente vere dicit, *iste sanabitur,* licet forte ex aliquo accidente eius sanitas impediatur. Unde et Philosophus dicit in II *De generatione* * quod *futurus quis incedere, non incedet.* De eo enim qui habet propositum determinatum ad incedendum, vere potest dici quod *ipse incedet,* licet per aliquod accidens impediatur eius incessus. Sed eius quod est ad utrumlibet proprium est quod, quia non determinatur magis ad unum quam ad alterum, non possit de eo *determinate* dici, neque quod *erit,* neque quod *non erit.* Quomodo autem sequatur quod nihil sit ad *utrumlibet* ex praemissa hypothesi, manifestat subdens quod, si omnis affirmatio vel negatio *determinate*

" De generatio- co“mentinTh *lect· "·*

(Cf. loc. cit., et ib. *Commentar.* Card. Caietani). Quaestio igitur quae impraesentiarum movetur a s. Thoma, ut ipse explicite declarat, est de rebus contingentibus futuris prouti sunt contingentes, non autem de earum rationibus universalibus, secundum quas in ipsis contingentibus est *aliquid necessarium*. – Manifestum est autem quod vis quaestionis tota est in adverbio *determinate,* cum inquiritur de veritate propositionum singularium de futuro in materia contingenti.

δ) *Vel, si itaque hic quidem, ut habetur in graeco.* Ergo in graeco exemplari quo utebatur, inquit Theodorus Vaitz, s. Thomas legebat non ὡστε εi, sed εἰ γάρ; quae est lectio codd. biblioth. Laurentianae et Marcianae, uti refert laudatus Auctor (Op. cit. p. I, pagg. 129 in notis, et 33<j in scholiis). – In cod. A legitur: *deinde cum dicit: si hic quidem etc. vel, si itaque haec, ut habetur in graeco.—B: deinde cum dicit, si itaque hic, probat* etc.-D: *si hic quidem... vel si itaque hic quidem.* – E: *si hic quidem... vel si itaque hoc quidem,*- C habet integram lectionem Pianam, quam retinemus.

ε) *Sequetur quod necesse sit quod* etc. Ita edit. Piana cum D.~Codd. ABCE legunt: *sequetur de necessitate quod* etc.; et est idem sensus, uti patet.

ζ) *In singularibus propositionibus futuris.* In codd. deest *futuris:* quod quidem non solum non est necessarium apponere, sed videtur etiam superfluum: nam generica est hoc loco sententia expressa (nempe non posse oppositas propositiones de singularibus esse simul veras), ad probandum quod immediate supra dictum est, scilicet quod neque etiam oppositae enunciationes *de singularibus etfuturis* possunt esse simul verae.

η) *Ista duo se convertibiliter consequuntur etc.* Ita recte codd. – Edit. Piana omittit *se,* et non examussim reddit sensum de *mutua* consequutione propositionum et rerum, quam s. Thomas inculcat. – Cod. B: *et ex hoc probat consequenter quod ista duo se convertibiliter sequuntur.-Cod.* C: *et hoc probat consequenter quod* etc.

θ) *Et hoc est quod manifestat consequenter* etc. Haec lectio est codd. – Edd. P. et Ven.: *et hoc est quod manifestat consequenter dicens: Nam si verum est dicere etc. Nam si verum est dicere quod album sit, ex necessitate* etc.– Codd. AC: *dicens quia si verum* etc.

sit vera, oportet quod vel ille qui affirmat vel ille qui negat dicat verum; et sic ' tollitur id quod est ad *utrumlibet:* quia, si esset aliquid ad utrumlibet, similiter se haberet ad hoc quod *fieret* vel *non fieret*x, et non magis ad unum quam ad alterum.

Est autem considerandum quod Philosophus non excludit hic expresse contingens quod est ut in pluribus, duplici ratione. Primo quidem, quia tale contingens non excludit quin altera oppositarum enunciationum determinate sit vera et altera falsa, ut dictum est*. – Secundo, quia remoto contingenti quod est in paucioribus, quod a casu accidit, removetur per consequens *contingens* quod est ut in pluribus: nihil enim differtl id quod est in pluribus ab eo quod est in paucioribus, nisi quod deficit in minori parte.

10. Deinde cum dicit: *Amplius si est album* etc., ponit secundam rationem ad ostendendum praedictam dissimilitudinem *, ducendo ad impossibile. Si enim similiter se habet veritas et falsitas in praesentibus et futuris, sequitur ut quidquid verum est de praesenti, etiam fuerit verum * de futuro, eo modo quo est verum de praesenti. Sed determinate nunc est verum dicere de aliquo singulari quod est album; ergo *primo,* idest antequam illud fieret album, erat verum dicere quoniam hoc erit album. Sed eadem ratio videtur esse in propinquo ct in remoto; ergo si ante unum diem verum fuit dicere quod hoc erit album, sequitur quod semper fuit verum dicere de quolibet eorum, quae * facta sunt, quod erit. Si autem semper est verum dicere de praesenti quoniam *est,* vel de futuro quoniam * *erit,* non potest hoc non *esse* vel *non futurum esse.* Cuius consequentiae ratio patet, quia ista duo sunt incompossibilia *, quod aliquid vere dicatur *esse* *, et quod *non sit.* JNam hoc includitur in significatione veri, ut sit id quod dicitur. Si ergo ponitur verum esse id quod dicitur de praesenti vel de futuro, non potest esse quin illud sit praesens vel futurum. Sed quod non potest non fieri idem significat cum eo quod est impossibile non fieri. Et quod impossibile est non fieri idem significat cum eo quod est necesse fieri, ut in secundo plenius dicetur Sequitur ergo ex praemissis quod omnia, quae futura sunt, necesse est fieri. Ex quo sequitur ulterius, quod nihil sit neque ad utrumlibet neque a casu, quia illud quod accidit a casu non est ex necessitate, sed ut in paucioribus; hoc autem relinquit * pro inconvenienti; ergo et primum est falsum, scilicet quod omne quod est verum esse, verum fuerit determinate dicere esse futurum *.

ii. Ad cuius evidentiam considerandum est quod cum verum hoc significet ut dicatur aliquid esse quod est, hoc modo est aliquid verum, quo habet esse. Cum autem aliquid est in praesenti habet esse in seipso, et ideo vere potest dici de eo quod est: sed quamdiu aliquid est futurum, nondum est in seipso, est tamen * aliqualiter *in sua causa:* quod quidem contingit tripliciter.-Uno modo, ut sic sit in sua causa ut *ex necessitate* ex ea proveniat; et tunc determinate habet esse in sua causa; unde determinate potest dici de eo quod *erit.* – Alio modo, aliquid est in sua causa, ut quae habet *inclinationem* ad suum effectum, quae tamen *impediri potest;* unde et hoc determinatum est in sua causa, sed *mutabiliter;* et sic de hoc vere dici potest, *hoc erit,* sed non per omnimodam certitudinem. - Tertio, aliquid est * in sua causa *pure in potentia,* quae etiam * non magis est determinata ad unum quam ad aliud; unde relinquitur quod nullo modo potest de aliquo eorum determinate dici quod sit futurum, sed quod sit vel non sit '.

12. Deinde cum dicit: *At vero neque quoniam* etc., ostendit quod veritas non omnino deest in singularibus futuris utrique oppositorum; et primo, proponit quod intendit dicens quod sicut non est verum dicere? quod in talibus alterum oppositorum sit verum determinate, sic non est verum

x) *Ad hoc quod fieret vel non fieret.* Ita codd. omnes. – Ed. Piana cum Venetis edd.: *ad hoc, fieri vel non fieri.* Haec lectio sustineri potest; sed quia prima et magis expedita est quoad formam, et auctoritate nititur codd. sufficitur Pianae. – Cod. A omittit illa verba: *quia si esset aliquid ad utrumlibet.* Sed est mendum manifestum.

λ) *Nihil enim differt* etc. – Codd. ABC: *in hoc enim* (A: *nihil etiam;* C corrupte: *in hic) differt id quod est in pluribus ab eo quod est semper et ex* (A, *dé) necessitate, quod deficit in minori* (A, *in minori* corrigitur *in maiori) parte.* Quae lectio non est acceptanda. Assignatur enim a s. Thoma ratio cur, remoto contingenti quod est ut in paucioribus, removeatur contingens quod est ut in pluribus: quae ratio est convenientia inter utrumque contingens. Extra igitur rem est lectio codd. ABC, per quam contingens non cum contingenti, sed cum necessario comparatur.

p.) *Ut in secundo plenius dicetur.* Cum Commentaria sua in II lib. non compleverit s. Thomas, lector inveniet in supplemento Caietani, lect. x, quae in s. Doctore desunt. – Post illa verba, *quin illud sit praesens vel futurum,* cod. B prosequitur: *sed quia non potest non fieri impossibile idem significat* etc. Et cod. C: *sed quod non potest non fieri et quod impossibile est non fieri.* Evidenter in hac secunda lectione desiderantur verba *idem significat.* Lectio autem cod. B est intricata et absurda.

ν) *Sed quod sit vel non sit.* Hanc lectionem omnium nostrorum codd. et ed. *a* sufficimus lectioni Pianae: *neque quod sit vel non sit,* nempe, futurum. Sensus editionis Pianae est quod futurum, de quo est sermo, neque est determinate futurum, neque est determinate non futurum. Sensus codd. est quod futurum ipsum *aut* est futurum, *aut* non est futurum. Quod in sensu indeterminato seu disiunctivo et vi propositionis est verissimum, quia inter *est futurum ct non est futurum* non datur medium. Nihilominus si membra disiunctionis absolute sumantur dici nequit quod alterutrum sit determinate'futurum, vel quod sit determinate non futurum, ut editio Piana significat (Cf. lect. xv, n. 4).-Lectio tamen codd. magis placet ratione contextus; quia revera cum iam praemissum immediate fuerit quod *nullo modo potest de aliquo eorum determinate dici quod sit futurum,* inutile est repetere *neque quod sit;* sed inculcanda est veritas propositionis hypotheticae disiunctivae *quod sit vel non' sit,* quam in n. seq. cum Aristotele late probat s. Thomas.

ξ) *Quod sicut non est verum dicere* etc. Ita legunt codd. DE – Cod. A legit: *quod sicut non est verum dicere quod in talibus alterum oppositorum, nec si dicamus* etc. – Codd. BC: *quod sicut non est verum* (B *non verum) dicere quod in talibus alterum oppositorum sit verum, ut si dicamus* etc. Vitiosae lectiones, quae tamen innuunt eam, quam integre exhibent codd. DE. – P. et Ven. edd.: *quod non est verum dicere quod in talibus alterum oppositorum non sit verum, ut si di-*

x supra in hoc ipso num.

l cf. sup., n. 6. – abc: *simitudi-* «em,sed erronee. cf. not. e.

-bc: *de praerumfuerit.*

' Codd. : *quae iam facta sunt.*

-bc.-p.: *quod,*

'.■*»»: *impoesibi-Ita,* -b: *compos-*

Esse deest in abc: imoinλ de; sunt etiam *significatione veri;* sed est mendum.

t) *Oportet quod vel ille qui affirmat vel ille qui negat dicat verum; et sic* etc. Exponit hic s. Doctor verba illa Aristotelis: ἡ γάρ ὁ φα αληθεύσει, η ὁ ἀποφά · ὁροίω γάρ etc. Porro Waitz lectioni αληθεύσει (verum dicet) praefert αληθεύει (verum dicit). « Namque, *ait,* si legimus ῥ αληθεύσει, non ex animo Aristoteles defendere videbitur sententiam, » ijuam ut refutaret veram esse posuit et suam fecit. Futurum tempus » ζληβεύσει non aliter videtur explicari posse quam ita, ut Aristoteles di- » cat:-Si igitur ponimus praestitutum esse quid verum sit in rebus futu- » ris, quid falsum (quod equidem non concedo), aut qui affirmat, aut qui » negat recte dicet, hoc est aut affirmantem aut negantem recte dicere » concedendum erit. – Quoniam autem habuimus tempus praesens vs. 3 » ct 5, quod longe maiorem vim habet, idem hic quoque retinere non du- » bitavimus » (*Aristotelis Organon graece,* Ed. cit., pag. 340). Ut ut sit de hac subtili interpretatione Waitz, mens Aristotelis manifesta est in utraque lectione, consentiente eodem Auctore. – Tum Boethius tum s. Thomas legunt αληθεύει.

b: *relinquitur.*

'b: *fuit verum determinate esse fu'urum-*

Futurum non est in seipso sed ahqualiter in sua

'*be.-p. .-<»«/««.

'BC: a«-

!"c'/dromittunt e'iam·■AECE-; in,-fra: *quam ad alterum·*

vere 'dkjre. dicere * quod non utrumque sit verum; ut si *d^amu, scilicet* dlu°d dicamus *, *neque erit, neque non erit·,* secundo, ibi: *Primum enim cum sit* etc., probat propositum duabus rationibus.

Quarum prima talis est: affirmatio et negatio dividunt verum et falsum, quod patet ex definitione veri et falsi : nam nihil aliud est verum quam *esse* quod *est,* vel *non esse* quod *non est·,* et nihil aliud est falsum quam *esse* quod *non est,* vel *non esse* quod *est *:* et sic oportet quod si affirmatio sit falsa, quod negatio sit vera; et e converso. Sed secundum praedictam positionem affirmatio est falsa, qua dicitur, *hoc erit;* nec tamen negatio est vera: et. similiter negatio erit falsa, affirmatione non existente vera; ergo praedicta positio est impossibilis, scilicet quod veritas desit utrique oppositorum.

•*Etnihii...non esse quod est.* omnia omittuntur in cod. a, sed «t mendum.

Secundam rationem ponit; ibi: *Adhuc si verum est* etc. Quae talis est: si verum est dicere aliquid, sequitur quod illud sit; puta si verum est dicere quod aliquid sit magnum et album, sequitur utraque * esse. Et ita de futuro sicut de praesenti : sequitur enim *esse cras,* si verum est dicere quod *erit cras.* Si ergo vera est praedicta positio dicens quod neque cras erit, neque non erit, oportebit neque fieri, neque non fieri: quod est contra rationem eius quod est ad utrumlibet, quia quod est ad utrumlibet se habet ad alterutrum *; ut navale bellum cras erit, vel non erit. Et ita ex hoc sequitur idem inconveniens quod in praemissis.

' AE : *utrumque.*

" a b c erronee: *ad alterum;* etomitt. *cras erit vel non erit.*

camus quod neque erit, neque non erit. **Haec lectio Piana nulla ratione sustineri potest, quia contradicit eis, quae s. Thomas praemiserat ac probaverat supra quoad primam partem, et quoad alteram partem prpbat-in hoc numero. Dixerat enim supra n. 7 quod Aristoteles primo ostendit quod in singularibus et futuris non semper potest determinate attribui veritas alteri oppositorum ; et ad hoc probandum ordinantur rationes, quas s. Thomas late exponit eodem n. 7 et seqq. Secundo dixerat ab Aristotele ostendi quod non potest esse quod in singularibus et futuris utrumque oppositorum veritate careat; et hoc probatur in hoc numero 12. Porro lectio codd. DE hanc divisionem servat, et adaequate ac ex ordine exhibet. At in Piana verba, *non est verum dicere quod in talibus* (nempe singularibus futuris) *alterum oppositorum non sit verum* contradicunt thesi probatae in numeris praecedentibus, scilicet quod non est verum quod in singularibus futuris alterum oppositorum sit determinate verum; deinde contradicunt thesi enunciatae et probatae in hoc numero, nempe veritatem non omnino deesse in singularibus futuris *utrique oppositorum*. Ergo de veritate in ordine ad utrumque oppositorum sermo est, cum tamen Piana nonnisi de veritate unius oppositorum (•*alterum oppositorum)* mentionem faciat, redeundo nempe ad primam thesim. Denique quae sequuntur *(ut si dicamus* etc.) sunt perspicua quidem in codd., sed in Piana vix ac né vix quidem locum habent: etenim propositio *neque erit, neque non erit,* est de sensu conjunctivo, de utroque nempe oppositorum, et tamen Piana praemittit sensum disiunctivum, videlicet *alterum oppositorum*.**

LECTIO DECIMAQUARTA

ITERUM DE PROPOSITIONIBUS SINGULARIBUS DE FUTURO IN MATERIA CONTINGENTI DE CONTINGENTIA IN REBUS DEQUE CONTINGENTEE RADICIBUS

Τά [χέν δη συμβαίνοντα ἀτοπα ταῦτα καί τοιαύτα ἑτερα, εἴπερ πάση καταφάσεω καί ἀποφάσεω , η ἐπῖ τών καθόλου λεγομένων ὠ καθόλου, η ἐπῖ τών καθ' ἑκαστον , ανάγκη τών αντικειμένων είναι την μέν άληθη, την δέ ψευδή, μηδέν δέ ὁπότερ' ετυχεν είναι έν τοϊ γινομένοι , αλλά πάντα είναι καί γίγνεσθαι έξ ανάγκη · ὡστε ούτε βουλεύεσθαι δέοι αν , ούτε πραγματεύεσθαι· ὠ εάν μέν τοδί ποιησωαεν, έ'σται τοδί· έάν δέ μη τοδί, οὔκ έσται τοδί.

Οὐδέν γάρ κωλυ'ει καί ει μυριοστόν έτο τόν μέν φάναι τούτο έσεσθαι, τόν δέ μη φάναι· ὡστε έξ ανάγκη έσεσθαι, ὁποτερονοῦν αυτών αληθέ ην εἴπεῖν το'τε.

'Αλλά μην ούδέ τούτο διαφέρει, εϊ τινε ειπον την αντίφασιν, η μη είπον· δηλον γάρ ὁτι ούτω έχει τα πράγματα, καν μη ὁ μέν καταφηση τι, ὁ δέ άποφηση. ούδέ γάρ διά τό καταφαθηναι η άποφαθηναι έσται η ούκ έσται ούδ* ει μυριοστόν έτο μάλλον η έν ὁποσωοῦν χρόνω. "Ωστε εἴ έν άπαντι τω χρόνω ούτω ειχεν, ὡστε το έτερον άληθεύεσθαι, άναγκαῖον ην τούτο γενέσθαι, καί έκαστον τών γενομένον άεῖ ούτω ειχεν , ὡστε έξ ανάγκη γενέσθαι. "Ο τε γάρ αληθώ είπέ τι οτι έσται, οὔχ οἰόντε μη γενέσθαι, καί τό γενόμενον, αληθέ ην εἴπεῖν άεῖ οτι έσται.

Εἴ δη ταύτα αδύνατα - ὁρώμεν γάρ οτι έστιν άρχη τών έσομένον καί από τού βουλεύεσθαι, καί άπο' τού πράξαί τι,

καί οτι όλο έστιν έν τοϊ μη' άεῖ ένεργούσι τό δυνατόν είναι καί μη ομοίω · έν οί άμφω ένδέχεται καί τό είναι καί τό μη είναι, ὡστε καί τό γενέσθαι καί τό μη γενέσθαι·

καί πολλά ημῖν δηλά έστιν ούτω έχοντα, οἷον τουτῖ τό ἱμάτιον δυνατόν έστι διατμηθηναι, καί ού διατμηθησεται, άλλ' έμπροσθεν κατατριβησεται· ομοίω δέκαῖ τό μη διατμηθηναι δυνατόν ού γάρ αν υπήρχε τό έμπροσθεν αὐτό κατατριβηναι, εϊ γε μη δυνατόν ην τό μη διατμηθηναι·

ὡστε καί έπῖ τών άλλων γενέσεων, οσαι κατά δύναμιν λέγονται τη'ν τοιαύτην. Φανερόν άρα οτι ούχ άπαντα έξ ανάγκη ούτ έστιν ούτε γίνεται, άλλα τά μέν ὁπότερ' έτυχε, καί ούδέν μάλλον ή κατάφασι η ή άπόφασι άληθη , τά δέ μάλλον μέν καί ὠ έπῖ τό πολύ θάτερον ού μην άλλ' ένδέχεται γενέσται καί Οάτερον, θάτερον δέ μη.

* Quae ergo contingunt inconvenientia haec sunt et huiusmodi alia, si omnis affirmationis et negationis, vel in his quae de universalibus dicuntur universaliter, vel in his quae sunt singularia, necesse est oppositarum hanc quidem feram esse, illam vero falsam: nihil autem utrumlibet esse in his, quae fiunt, sed omnia esse et fieri ex necessitate: quare non oportebit, neque consulere, neque negotiari, quoniam si hoc facimus, erit hoc, si vero non hoc, non erit. ' Seq' c'Ix'

Nihil enim prohibet in millesimum annum hunc quidem dicere hoc futurum esse, illum vero non dicere: quare ex necessitate erit quodlibet eorum: quod tunc ab eo verum erat dicere.

At vero neque hoc differt, si aliquis dixerit contradictionem vel non dixerit; manifestum est enim quoniam sic se habent res , etiam si non hic quidem affirmaverit, ille vero negaverit; non enim propter negare vel affirmare erit vel non erit, nec in millesimum annum magis quam in quantolibet tempore. Quare si in omni tempore sic se habeat, ut unum diceretur vere, necesse erat hoc fieri, et unumquodque eorum quae fiunt, sic semper se habere, ut ex necessitate fieret. Quando enim vere dicit quis quoniam erit, non potest non fieri: et quod factum est, verum erat dicere semper quoniam erit.

Quod si haec non sunt possibilia (videmus enim esse principium futurorum, et ab eo quod consultamus atque agimus aliquid;

et quoniam est omnino in his, quae non semper actu sunt, possibile esse et non esse similiter, in quibus utrumque contingit esse et non esse, quare fieri ct non fieri:

ac multa nobis manifesta sunt sic se habentia, ut quoniam hanc vestem possibile est incidi et non incidetur, sed prius exteretur: similiter autem et non incidi possibile est: non enim esset eam prius 'exteri, nisi possibile esset non incidi:

quare et in aliis fiendis quaecumque secundum potentiam huiusmodi dicuntur), manifestum est quoniam non omnia ex necessitate, vel sunt vel fiunt; sed alia quidem utrumlibet, et non magis vel affirmatio vel erit negatio vera: alia vero magis quidem et in pluribus alterum: sed contingit fieri et alterum, alterum vero minime.

Synopsis. — **i. Textus argumentum* et partitio,- 2. Si oppositarum enunciationum de futuro contingenti in singularibus una esset *determinate* vera, et altera *determinate* falsa, sequerentur tria inconvenientia: i°, omnia essent ex necessitate; consequenter 2°, non oporteret de aliquo consiliari; 3°, omnes actiones humanae quae sunt propter aliquem finem essent superfluae. – 3. Probatur huiusmodi inconvenientia sequi; et primo ex vi enunciationum;-4. Secundo ex parte rei enunciatae.- 5. Quae quidem inconvenientia admitti nequeunt; et primo, quia auferunt libertatem humanam.- 6. Deinde, quia in aliis rebus tollunt naturam potentialitatis, seu contingentiae.- 7. Totum declaratur exemplis sensibilibus.– 8. Reiectis quibusdam falsis sententiis, statuitur *necessarium* esse illud quod in sua natura determinatum est solum ad *esse; impossibile* quod est determinatum solum ad *non esse; possibile* quod neque ad esse neque ad *non esse* est determinatum, sive se habeat magis ad unum quam ad aliud, sive aequaliter ad utrumque : quo casu *possibile* magis proprie dicitur *contingens* ad utrumlibet.—9. Possibilitas, seu potentia passiva materiae ad utrumque non est sufficiens ratio *contingentiae,* nisi addatur ex parte potentiae activae quod non sit omnino determinata ad unum. – 10. Quidam considerantes solummodo causam determinatam ad unum, exinde fatalismum intulerunt. – Fatalismus Stoicorum.– 11. Principia Stoicorum refelluntur: - i°, Principium quod, *omne quod fit causam habet,* est verum de eo quod est *per se,* non autem de eo quod est *per accidens,* quia proprie non est *ens ;* 2°, Non est verum quod, *posita causa sufficienti, necesse est effectum poni,* nisi sit causa necessaria quae ab effectu producendo non possit impediri, – 12. Si utrumque Stoicorum principium esset verum, infallibiliter sequeretur omnia ex necessitate contingere.– i3. Solvitur obiectio. – Id quod *est per accidens* reducitur ad id quod est *per se,* non quasi *per se sit* aut *per se fiat,* sed quia accidit ei quod *per se est* aut *per se fit*.– 14. Refellitur fatalismus ex influentia corporum caelestium. -Quia nulla vis corporalis potest agere per se nisi in rem corpoream, impossibile est quod directe intellectus, seu ratio Ct voluntas subdantur virtuti caelestium corporum.- 15. Effectus *per accidens* et *casualis* secundum se et respectu causae immediatae, non est talis respectu causae intellectivae praeordinantis. – 16. Ex hoc infertur omnia, etiam quae videntur fortuita et casualia, reduci in ordinem divinae Providentiae.- 17. Error quod Providentia divina,**

seu infallibilitas divinae cognitionis et efficacia divinae voluntatis inducant in rebus necessitatem.– 18. Error iste procedit ex eo quod cognitio Divini intellectus et operatio divinae voluntatis pensantur ad modum eorum quae in nobis sunt, scilicet ad modum operationis et cognitionis humanae. – 19. Quia cognitio nostra cadit sub ordine temporis vel *per se* vel *per accidens,* ideo sub nostra cognitione cadunt res sub ratione *praesentis, praeteriti* et *futuri;* et consequenter cognoscimus *praesentia* ut *actu existentia, praeterita* ut *memorata, futura* cognoscimus certitudinaliter in causis, si in ipsis sint totaliter determinata ita ut ex necessitate eveniant, per coniecturam in causis naturalibus quidem sed non ita totaliter determinatis ut non possint impediri; ea autem ignoramus penitus futura quae sunt omnino in potentia in causis non determinatis potius ad unum quam ad aliud.- 20. Ex opposito quia Deus est omnino extra ordinem temporis, uno intuitu aeternitatis videt futura in seipsis, et non successive.– 21. Et haec certitudo et infallibilitas divinae cognitionis non tollit a rebus contingentiam, quae respicit ordinem causae ad suum effectum.– 22. Similiter voluntas divina, extra ordinem entium existens, est causa profundens totum ens et omnes eius differentias. Ergo est causatum *necessitatis,* tum *contingenliae,* quae sunt differentiae entis, et *distinctionis* utriusque, quae cernitur in rebus secundum rationem proximarum causarum. Quae omnia dici nequeunt neque de voluntate humana, neque de aliqua alia causa creata. Hinc voluntas divina est efficacissima, et quatenus est efficacissima et indeficiens, effectus quos vult contingenter evenire contingenter eveniunt.– 23. Aliam radicem contingentiae (ex hoc quod sumus consiliativi) nonnulli subvertere nisi sunt, volentes ostendere quod voluntas in eligendo movetur ex necessitate a suo obiecto, quod est appetibile.– 24. Quinimo, quia consilium, quod praecedit electionem, est de obiectis quae contingenter sunt cum ultimo fine connexa, ideo contingenter movent voluntatem, non autem ex necessitate; et consequenter libertas humana integra consistit.

• Lect. praeced.

stenderat superius * Philosophus ducendo ad inconveniens quod non est similiter verum vel falsum determinate <l)in altero oppositorum in singularibus et futuris, sicut supra de aliis enuntiationibus dixerat *j nunc autem ostendit inconvenientia ad quae adduxerat* esse impossibilia. Et circa hoc duo facit: primo, ostendit * impossibilia ea quae sequebantur; secundo, concludit quomodo circa haec se veritas habeat; ibi: *Igitur esse quod est** etc.

* Lect. xi, n.7; et praec. nn. 4, 5.
* a: *inconvenientia quae dixerat.*
* bc: *ostendit esse.*

* Lect. xv.

2. Circa primum tria facit: primo, ponit* inconvenientia quae sequuntur; secundo, ostendit haec inconvenientia ex praedicta positione sequi; ibi: *Nihil enim prohibet* * etc.; tertio, ostendit esse impossibilia inconvenientia memorata; ibi: *Quod si haec possibilia non sunt* * etc.- Dicit ergo primo, ex praedictis rationibus * concludens, quod haec inconvenientia sequuntur, si ponatur quod necesse sit oppositarum enunciationum alteram determinate esse veram et alteram esse falsam similiter in singularibus sicut in universalibus, quod scilicet nihil in his quae fiunt sit ad utrumlibet, sed omnia sint et fiant ex necessitate. Et ex hoc ulterius inducit alia duo inconvenientia. Quorum primum est quod non oportebit de aliquo consiliari: probatum est enim in III *Ethicorum* * quod *consilium* non est de his, quae sunt ex necessitate, sed solum de contingentibus, quae possunt esse et non esse. Secundum inconveniens est quod omnes actiones humanae, quae sunt propter aliquem finem (puta negotiatio, quae est propter divitias acquirendas), erunt superfluae: quia si omnia ex necessitate eveniunt, sive operemur sive non operemur erit quod * intendimus. Sed hoc est contra intentionem hominum, quia ea intentione videntur consiliari et negotiari ut, si haec faciant, erit talis finis, si autem faciunt aliquid aliud, erit alius finis.

* bc: *proponit.*

* Num. seq.

• Num. 5.

* bc: *expraemissis rationibus.*

* Cap. III (al. v), π. g.- Comment, s. Th.' lect. vu.

'knc:'eritidquod etc.- 0: *erit idem quod* etc.

3. Deinde cum dicit: *Nihil enim prohibet* etc., probat quod dicta inconvenientia consequantur ex dicta positione. Et circa hoc duo facit: primo, ostendit praedicta inconvenientia sequi, quodam possibili posito; secundo, ostendit quod eadem inconvenientia sequantur * etiam si illud non ponatur; ibi: *At nec hoc differt* * etc. – Dicit ergo primo, non esse* impossibile quod ante mille annos, quando nihil apud homines erat praecogitatum, vel praeordinatum de his quae nunc aguntur, unus dixerit quod *hoc erit,* puta quod *civitas talis subverteretur* alius autem dixerit quod *hoc non erit.* Sed si omnis affirmatio vêl negatio determinate est vera, necesse est quod alter eorum ? determinate verum dixerit; ergo necesse.fuit alterum eorum ex necessitate evenire; et eadem * ratio est in omnibus aliis; ergo omnia ex necessitate eveniunt.

' *: *sequuntur.*
'Num· s«‹i·
' **oa..-r.·. non esset.* - d: *non* esl·
«
β
eadem.

4. Deinde cum dicit: *At vero neque hoc differt* etc., ostendit quod idem sequitur si illud possibile non ponatur *. Nihil enim differt, quantum ad rerum existentiam vel eventum, si uno affirmante * hoc esse futurum, alius negaverit vel non negaverit; ita enim se habebit res si hoc factum fuerit, sicut si hoc* non factum fuerit. Non enim propter nostrum affirmare vel negare mutatur cursus rerum, ut sit aliquid vel non sit: quia veritas nostrae enunciationis non est causa existentiae rerum, sed potius e converso. Similiter etiam non differt quantum ad eventum eius quod nunc agitur, utrum fuerit affirmatum vel negatum ante millesimum annum vel ante quodeumque tempus. Sic ergo, si in quocumque' tempore praeterito, ita se habebat veritas enunciationum, ut necesse esset quod alterum oppositorum vere diceretur; et ad hoc quod necesse est aliquid vere dici sequitur quod necesse sit illud esse vel fieri; con-

*cf.num.Praec.

rtrumextralaû-
fû„wsl
h ©c ex acoe.
Cursus rerum non mutatur propter nostrum affirmare vel nega«·
b omittit nosed non

a) *Civitas talis subverteretur.– Cod.* A: *rex Carulus interficeretur.* Curiosa sane variatio.

β) *Necesse est quod alter eorum* etc. Est lectio ABE. – Piana et Ven. edd.: *necesse est quod ambo determinate verum dixerint; ergo necesse fuit quodlibet eorum ex necessitate evenire.* Quae lectio et est contra intentum s. Thomae et contra veritatem. Vult enim s. Thomas cum Aristotele probare quod si ponatur oppositarum enunciationum non utramque, sed alteram esse determinate veram, alteram determinate falsam (n. 2), sequeretur omnia ex necessitate evenire. Ergo *ambo determinate verum dixerint* est omnino contra intentum. – Sed est etiam contra veritatem. Arguitur enim ex hypothesi quod affirmatio vel negatio determinate sit vera; recteque infertur in hypothesi quod alter eorum (qui in exemplum adducuntur) determinate debuerit dicere verum; et consequenter ex necessitate evenire illud quod dixerit.-Si *non alter eorum,* sed *ambo* legamus, sequeretur quod ambo verum dixerint; ergo ex necessitate evenirent ea quae dixerint. Et quia ea quae ex hypothesi dicuntur sunt contradictoria! sequeretur ex necessitate quod evenirent contradictoria, ut nempe, sistendo in exemplo, necessario *civitas talis subverteretur* et simul necessario *civitas talis non subverteretur.* Quod absurdum offenditur in lectione Piana et Ven. edd.: *necesse fuit quodlibet eorum* etc.—Cod. C mutilus hoc loco est: *necesse est quod alter eorum ex necessitate evenire;* nempe ex recursu eiusdem vocabuli *(eorum)* amanuensis scribit non *determinate verum* etc., sed *ex necessitate* etc.; et intermedia omittit, sine quibus caetera significatione carent. Attamen recte legit cum codd. cit: *quod alter eorum.* – Denique cod. D consentit cum aliis, nisi quod et ipse corrupte legit: *sed si omnis affirmatio vel negatio determinate est vera, necesse est quod alterum eorum ex necessitate evenire.* Vides *necesse est quod* suspensum esse, quia amanuensis distractus sumit *alterum eorum* pro *alter eorum,* et ideo utramque partem sententiae pervertit. Nihilominus germanam simul lectionem indicat: quae proinde uniformiter exhibetur ab omnibus codd.

sequens est quod unumquodque eorum quae fiunt, sic se habeat ut ex* necessitate fiat. Et huiusmodi consequentiae rationem assignat per hoc, quod si ponatur aliquem vere dicere quod hoc erit, non potest non futurum esse. Sicut supposito quod sit homo, non potest non esse animal rationale mortale. Hoc enim significatur, cum dicitur aliquid vere dici, scilicet quod ita sit ut dicitur*. Eadem autem habitudo est eorum, quae nunc dicuntur, ad ea Quae futura sunt, quae erat * eorum, quae prius dicebantur, ad ea quae sunt praesentia vel praeterita; et ita omnia ex necessitate acciderunt, et accidunt, et accident, quia quod nunc factum est γ, utpote in praesenti vel in praeterito existons, semper verum erat dicere, quoniam erit futurum.

5. Deinde cum dicit: *Quod si haec possibilia non sunt* etc., ostendit praedicta esse impossibilia: et primo, per rationem; secundo, per exempla sensibilia; ibi: *Et multa nobis manifesta* * etc. Circa primum duo facit: primo, ostendit propositum in rebus humanis; secundo, etiam in aliis rebus; ibi: *Et quoniam est omnino** etc. Quantum autem ad res humanas ostendit esse impossibilia quae dicta sunt, per hoc quod homo manifeste videtur esse principium eorum futurorum ε, quae agit quasi dominus existens suorum actuum, et in sua potestate habens agere vel non agere; quod quidem principium si removeatur, tollitur totus ordo conversationis humanae, et omnia principia philosophiae moralis. Hoc enim sublato non erit aliqua utilitas persuasionis, nec comminationis, nec punitionis aut remunerationis quibus homines alliciuntur ad bona et retrahuntur a malis, et sic evacuatur tota civilis scientia. Hoc ergo Philosophus accipit pro principio manifesto quod * homo sit principium futurorum; non est autem futurorum principium nisi per hoc quod consiliatur et facit aliquid: ea enim quae agunt absque consilio non habent dominium sui actus, quasi libere iudicantes de his quae sunt * agenda, sed quodam naturali instinctu moventur ad agendum *, ut patet in animalibus brutis. Unde impossibile est quod supra conclusum est quod non oporteat nos negotiari * vel consiliari. Et sic etiam, impossibile est illud ex quo sequebatur, scilicet quod omnia ex necessitate eveniant.

6. Deinde cum dicit: *Et quoniam est omnino* etc., ostendit idem etiam in.aliis rebus. Manifestum est enim etiam in rebus naturalibus esse quaedam, quae non semper actu sunt; ergo in eis contingit esse et non esse: alioquin vel semper essent, vel semper non essent. Id autem quod non est, incipit esse aliquid per hoc quod fit illud; sicut id quod non est album, incipit esse album per hoc quod fit album. Si autem non fiat album * permanet non ens album. Ergo in quibus contingit esse et non esse, contingit etiam fieri et non fieri. Non ergo talia ex necessitate sunt vel fiunt, sed est in eis natura possibilitatis ç, per quam se habent ad fieri et non fieri, esse et non esse.

7. Deinde cum dicit: *Ac multa nobis manifesta* etc., ostendit propositum per sensibilia exempla. Sit enim, puta, vestis nova *; manifestum est quod eam possibile est incidi, quia nihil obviat incisioni, nec ex parte agentis nec ex parte patientis. Probat autem quod simul cum hoc quod possibile est eam incidi, possibile est etiam eam non incidi", eodem modo quo supra* probavit duas indefinitas oppositas esse simul veras, scilicet per assumptionem contrarii. Sicut enim possibile est istam vestem incidi, ita possibile est eam exteri, idést vetustate corrumpi; sed si exteritur non inciditur; ergo utrumque possibile est, scilicet eam incidi et non incidi. Et ex hoc universaliter concludit quod in aliis futuris, quae non sunt in actu semper, sed sunt in potentia, hoc manifestum est quod non omnia ex necessitate sunt vel fiunt, sed eorum quaedam sunt ad utrumlibet, quae non se habent magis ad affirmationem ϑ quam ad negationem; alia vero sunt in quibus alterum eorum contingit ut in pluribus, sed tamen contingit etiam ut in paucioribus quod altera pars sit vera, et non alia, quae scilicet contingit ut in pluribus '.

8. Est autem * considerandum quod, sicut Boc-

• λ erronee prorsus : *quod non* e.r etc.
• cf.lect.praec., nn. 7, n.
r«c»rdd' ᵓ P': e~
γ
• Num.7.
•Num.seq.
3
ε
• a-sdiicetquod,
•u-. sint.
• λ : motus ad agendum habent.
». - p.: *agere* (Cf. supra, n. 2).
*AOπ›››«·»*album.*
'codd.: *una vestis nova.*
n
' Lect.xi, n. 10.
0
est autem
A'Boeth:i*s°f'

γ) *Quia quod nunc factum est* etc. – Codd. ABCE: *quia quod nunc factum est, utpote in praesenti vel* (C *vel in*) *praeterito* etc. – I): *quia quod nunc factum est in praesenti vel praeterito* etc. - P.: *quia quod nunc factum est in praesenti, in praeterito* etc.

ο) *Principium eorum futurorum* etc,- Codd.: *principium quorumdam futurorum*. Non indeterminate loquitur s. Thomas de futuris quorum homo est principium, sed determinate specificat quae sint huiusmodi futura, nempe *ea, quae* homo *agit quasi dominus existens suorum actuum*, – Caeterum sententia eadem est in utraque lectione, forma aliquantulum diversa. Alterutra ergo pro lubito utatur lector.

ε) *Nec punitionis aut remunerationis*. Ita codd. BCD. – E omittit haec verba, sed nec habet lectionem Pianam: *nec permutationis aut remunerationis*. Vocabulum *permutatio* irrepsit ex typographorum incuria, non secus ac amanuensi cod. A excidit *rememorationis quo* (sic) loco *remunerationis*. Patet legendum esse cum codd. ABCD, *punitionis*, ex suo opposito quod sequitur, *remunerationis*. Hinc in *Summa theologica*, p. 1, qu. Lxxxiii, artic. i: « Homo est liberi arbitrii: alioquin frustra essent » consilia, exhortationes, praecepta, prohibitiones, praemia et poenae. › – Notet autem novitius argumenta ista ad demonstrandum liberum in homine arbitrium, quod est dominium propriorum actuum, esse *a posteriori* seu ex effectibus ducta; *a priori* enim loquendo, et causam liberi arbitrii assignando, *necesse est quod homo sit liberi arbitrii ex hoc ipso quod rationalis est,* ut s. Thomas habet loc. cit. Sed de his alibi.

ζ) *Natura possibilitatis*. Ita Piana cum codd. AC. – Cod. B ; *vera natura possibilitatis ;* - D: *vera possibilitas;* - E: *materia possibilitatis*. Quae ultima lectio non est acceptanda, quia licet falsa non sit (materiae enim nomen latissime patet in sensu analogico, ut dictum est lect. vm, in notis x et v), tamen *materia* vel *materia possibilitatis* videtur locum non habere in casu nostro. Bona est lectio cod. D, sed non melior Piana; optima mihi videtur lectio'cod. B.

η) *Possibile 'est etiam* (BC omittunt *etiam) eam non incidi,*- Amanuensis cod. A ex recursu verbi *incidi,* omittit haec verba, quae constituunt alteram partem sententiae s. Thomae, ut patet ex probatione, quae statim subiungitur: *Sicut enim* etc.

0) *Magis ad affirmationem* etc. Est lectio codd. ABDE et substituenda Pianae : *magis in affirmatione quam in negatione*. – Cod. C : *magis ad affirmationem vel negationem*.

t) *Quae scilicet contingit ut in pluribus*. Codd. BCDE hanc perspicuam proferunt lectionem quam adoptamus loco Pianae. Haec siquidem negationem introducit et legit: *quae scilicet non contingit ut in pluribus sit.* Quae lectio, uti iacet, et est illogica et contra mentem s. Thomae. Comparat enim s. Thomas propositionem quae vera est *ut in pluribus* cum propositione quae est vera *ut in paucioribus,* quaeque proinde contingit ut sit vera, altera sibi opposita (quae nempe contingit *ut in pluribus)* existente falsa. Dixi, *uti iacet,* propter verba *et non alia,* quae concorditer habent tum codd. tum edd. P. et Venetae omnes. Vi enim illorum verborum pronomen relativum sequens *(quae scilicet* ctc.) videtur referri ad propositionem designatam per *et non alia;* quae propositio, ut est manifestum, est de his quae contingunt ut in pluribus. Praefata verba *(et non alia)* si deessent, perspicua esset Piana, nempe : *alia vero sunt in quibus alterum eorum... quod altera pars sit vera, quae scilicet non contingit ut in pluribus sit.* – Eorumdem codd. et ed. *a* auctoritate omittimus *sit* quod in Piana legitur, quodque non perspicuitati confert ullo modo. – Codex A legit: *sed tamen contingit etiam ut in pluribus,* omissis caeteris intermediis, *ut in paucioribus* etc. At errat : nam omittendo quae omittit, primam partem sententiae (*alia*

χ thius dicit hic in Commento *, circa *possibile* et *necessarium* diversimode aliqui sunt opinati. Quidam enim distinxeruntλ ea secundum eventum, sicut Diodorus '", qui dixit illud esse impossibile quod nunquam erit; necessarium vero quod semper erit; possibile vero quod quandoque erit, quandoque non ε^·. Stoici vero distinxerunt haec * secundum exteriora prohibentia. Dixerunt * enim necessarium esse illud quod non potest prohiberi quin sit verum; impossibile vero quod semper prohibetur a veritate; possibile vero quod potest prohiberi vel non prohiberi. Utraque autem distinctio videtur esse incompetcus *. Nam prima distinctio est a posteriori: non enim ideo aliquid est necessarium, quia semper erit; sed potius ideo semper erit, quia est necessarium: et idem patet in aliis. Secunda autem assignatio est ab exteriori et quasi per accidens: non enim ideo aliquid est necessarium, quia non habet impedimentum, sed quia * est jiecessarium, ideo impedimentum habere non potest. Et ideo alii melius ista distinxerunt secundum naturam rerum, ut scilicet dicatur illud necessarium, quod in sua natura determinatum est solum ad esse; impossibile autem quod est determinatum solum ad non esse; possibile autem quod ad neutrum est omnino determinatum, sive se habeat magis ad unum quam ad alterum, sive se habeat aequaliter ad utrumque, quod dicitur contingens ad utrumlibet. Et hoc est quod Boethius * attribuit Philoni

ξ Sed manifeste haec est sententia Aristotelis in hoc loco. Assignat enim rationem possibilitatis et contingentiae, in his quidem quae sunt a nobis ex eo quod sumus consiliativi, in aliis autem ex eo quod materia est in potentia ad utrumque oppositorum.

9. Sed videtur haec ratio non esse sufficiens. Sicut enim in corporibus corruptibilibus materia invenitur in potentia se habens ad esse et non esse, ita etiam in corporibus caelestibus invenitur potentia ad diversa *ubi,* et tamen nihil in eis evenit contingenter, sed solum ex necessitate. Unde dicendum est quod possibilitas materiae ad utrumque, si communiter loquamur, non est sufficiens ratio contingentiae, nisi etiam addatur ex parte potentiae activae quod non sit omnino determinata ad unum; alioquin si ita sit determinata ad unum quod impediri non potest *, consequens est quod ex necessitate reducat in actum potentiam passivam * eodem modo.

10. Hoc igitur quidam attendentes posuerunt quod potentia, quae est in ipsis rebus naturalibus, sortitur necessitatem ex aliqua causa determinata * ad unum quam dixerunt *fatum*. Quorum Stoici posuerunt fatum in quadam serie, seu connexione* causarum, supponentes quod omne quod in hoc mundo accidit habet causam ", causa autem posita, necesse est enectum poni. Et si una causa per se non sufficit, multae causae ad hoc concurrentes accipiunt rationem unius causae sufficientis; et ita concludebant quod omnia ex necessitate eveniunt.

Diodorus.

(Sic) o i—p.· *hoc.*

ι codd.-p.·. *dieunt.*

• e: *incompetens et inconveniens.*

• e: *Sed potius*

'B; *«on posset.*

* a b c: *sciucet* ''

*.c verius: *determinante.* stoid.

· codd.-p.:com- *mixtione.*

·*■. *supponente» omne... habere causam.*

Boethius.

e' h0' phii^oe//"'s·"

---

vero etc.) bis ponit, et alteram eiusdem sententiae partem *(sed tamen* etc.) omittit, ut ex contextu est per se manifestum.

x) *Sicut Boethius dicit hic in Commento* etc. Quae ex hoc Auctore citantur a s. Thoma dc opinionibus Diodori, Stoicorum et Philonis quoad naturam *necessarii, impossibilis* et *possibilis* habentur in eius secunda Ed. *De interpret,* lib. 111, *De futuris contingentibus,* super illa verba Aristotelis: *Et quoniam est omnino... Ac multa nobis manifesta* etc. (p. 373, seq.).

λ) *Quidam enim distinxerunt.* Ita codd. BCE.– Edit. Piana cum codd. AD legunt: *quidam enim dixerunt.* Et ita infra codd. BCE non *Stoici vero dixerunt,* sed *distinxerunt* habent. Denique tertio loco non *ista* (P. *ita) dixerunt,* cum CP., sed *ista distinxerunt* legendum est consequenter cum ADE. Quae ultima lectio suadet etiam supra legendum esse cum tribus codd. praecitatis. Adde quod infra, codd. et Piana consentientibus, s. Doctor subiungit: *utraque autem distinctio videtur* etc.

p) *Sicut Diodorus* etc. « Ille enim, *inquit Tullius,* id solum fieri » posse dicit, quod aut sit verum aut futurum sit verum; et, quidquid » futurum sit, id dicit fieri necesse esse, et, quidquid non sit futurum, » id negat fieri posse... Placet igitur Diodoro, id solum fieri posse quod » aut verum sit, aut verum futurum sit. Qui locus attingit hanc quae- » stionem: Nihil fieri, quod non necesse fuerit: et, Quidquid fieri possit, » id aut esse iam aut futurum esse: nec magis commutari ex veris in » falsa ea posse, quae futura sunt, quam ea, quae facta sunt: sed in » factis immutabilitatem apparere; in futuris quibusdam, quia non ap- » pareat (*al.* apparent), ne inesse quidem videri » (*De fato,* cap. vu et ix, nn. i3 et 17.—Opp. tom. IX, pag. 287, seq.– Lypsiae 1849). Ex his apparet *possibile* a Diodoro verbis quidem poni, re autem tolli: nam si possibile numquam erit, est *impossibile;* si autem erit aliquando, est *necessarium*. Atqui utrum futurum sit vel non sit, non ex se (sicut in iis quae necessaria videntur), sed ex eventu possumus decernere, ita scilicet ut futurum fuisse vel secus, et ideo necessarium vel impossibile, ex eo quod factum vel non factum est intelligere debeamus. Ante ergo eventum possumus dicere quod possibile *quandoque erit, quandoque non erit,* non in se, sed quoad nostram cognitionem, quia nempe *immutabilitas facti non apparet.*

ν) *Non enim ideo aliquid* etc. Suppleo *ideo* ex omnibus nostris codd., quod desideratur in ed. Piana.. Et hinc statim habes: *sed potius ideo semper* etc. Et infra: *secunda autem assignatio..... non enim ideo etc.*

ξ) *Et hoc est quod Boethius attribuit Philoni.* « Tres sunt, *inquit » Boethius,* sententiae de possibilitate. Philo enim dicit possibile esse » quod natura propria enunciationis suscipiat veritatem, ut cum dico, me

π hodie esse Theocriti Bucolica relecturum, hoc si nihil extra prohibeat » quantum in se est potest veraciter praedicari. Eodem autem modo idem » ipse Philo necessarium esse definit, quod cum verum sit, quantum in se » est, nunquam possit susceptivum esse mendacii; non necessarium autem » idem esse determinat, quod, quantum in se est, possit suscipere falsita- » tem. Impossibile vero secundum propriam naturam, nunquam possit » suscipere veritatem. Idem tamen ipse ct contingens et possibile unum » esse confirmat » (Op. et loc. cit. pag. 373). Vult autem Boethius sententiam Philonis Larissensis, quamvis verbis discrepet, revera tamen cum Diodori sententia convenire: « Ille enim *(Diodorus)* arbitratus est, » *inquit,* si quis in mari moreretur, eum in terra mortem non potuisse » suscipere: quod neque Philo, neque Stoici dicunt. Sed quanquam ista » non dicant, tamen si unam partem contradictionis eventu necessitatis » metiuntur, idem cum Diodoro sentire coguntur » (Ib. pag. 374). Quo autem pacto haec Philonis sententia conveniat cum sententia Diodori, qui necessitatem ab eventu metiebatur, ut dictum est in not. p, haud satis apparet. Etenim, sistendo in Philonis verbis a Boethio citatis, possibile Philo dixit quod *quantum in se est* potest veraciter praedicari; at potest etiam impediri quominus veraciter de facto praedicetur (ut, in exemplo dc lectione Bucolicorum, si aliquid extra prohibeat). Ergo possibile, de quo loquitur Philo dicens illud esse idem ac contingens, potest fieri, *quantum in se est,* et potest, *quantum in se est,* etiam non fieri; quod idem est ac dicere quod possibile *quantum in se est* ad neutrum est determinatum. Quod ipsemet magis aperte declarat cum ait *non necessarium* esse id quod quantum in se est potest suscipere falsitatem, nempe potest esse et non esse. Idem patet ex notionibus necessarii et 'impossibilis. Necessarium est quod quantum in se est numquam potest susceptivum esse mendacii, nempe quod in sua natura determinatum est solum ad esse; impossibile est quod secundum propriam naturam nunquam potest suscipere veritatem, videlicet quod est determinatum solum ad non esse. Ergo recte s. Thomas ait quod hoc quod Boethius attribuit Philoni est manifeste sententia Aristotelis in hoc loco, vel, in hoc *libro,* ut habet cod. A. - Addendum quod, iuxta Boethium: » Universaliter dicere est, quaecunque neque semper sunt, neque semper » non sunt, sed aliquoties sunt, aliquoties non sunt, ea per hoc ipsum quod » sunt ct non sunt, habent aliquam ad contraria cognationem. Haec au- » tem impossibilium et necessariorum media sunt. Impossibile enim » nunquam esse potest; necessarium nunquam non esse; inter haec » propria quorundam natura est, quae horum utrorumque sit media, » quae et esse scilicet possit et non esse. Ergo hoc nunc dicit *(Aristote- » les nempe): Videmus,* inquit, *in his* etc. » (lb. pag. 374). Haec ergo, exponente Boethio, est opinio Aristotelis cui Boethius subscribit, sed quae est etiam opinio Philonis supra recitata.

11. Sed hanc rationem solvit Aristoteles in VI *Metaphysicae* * interimens utramque propositionum assurnptarum. Dicit enim quod non omne quod fit habet causam, sed solum illud quod est per se. Sed illud quod est per accidens non habet causam; quia proprie non est ens, sed magis ordinatur cum non ente, ut etiam Plato dixit *. Unde *esse musicum* habet causam, et similiter *esse album;* sed hoc quod est, *album esse* * *musicum,* non habet causam: et idem est in omnibus aliis huiusmodi. Similiter etiam haec est falsa, quod posita causa etiam sufficienti, necesse est * effectum poni: non enim omnis causa est talis (etiamsi sufficiens sIQ Quod eius enectus* impediri non possit; sicut ignis est sufficiens causa combustionis lignorum, sed tamen per eftusionem aquae impeditur combustio.

12. Si autem utraque propositionum praedictarum * esset vera, infallibiliter sequeretur omnia ex necessitate contingere. Quia si quilibet effectus habet causam, esset effectum (qui est futurus post quinque dies, aut post quantumcunque tempus) reducere in aliquam causam priorem: et sic 4uousclue esset* devenire ad causam, quae nunc *est* Praesenti› vel iarn fuit in praeterito; si autem causa posita, necesse est effectum poni, per ordinem causarum deveniret * necessitas usque ad ultimum effectum. Puta, *si comedit salsa, sitiet: si sitiet, exibit domum ad bibendum: si exibit domum , occidetur a latronibus. Quia ergo iam comedit salsa, necesse est eum occidi.* Et ideo Aristoteles ad hoc excludendum ostendit utramque praedictarum propositionum esse falsam, ut dictum est.

13. Obiiciunt autem quidam contra hoc, dicentes * quod omne per accidens reducitur ad aliquid per se, et ita oportet effectum qui est per accidens reduci in * causam per se. - Sed non attendunt quod id quod est per accidens reducitur ad per se *, in quantum accidit ei quod est per se, sicut *musicum* accidit Socrati, et omne accidens alicui subiecto per se existent!, Et similiter omne quod in aliquo effectu est per accidens consideratur circa aliquem effectum per se: qui quantum ad id quod per se est habet causam per se, quantum autem ad id quod inest ei per accidens non habet causam per se, sed causam per accidens. Oportet enim effectum proportionaliter referre * ad causam suam, ut in II *Physicorum* * et in V *Methaphysicae*** dicitur,

14. Quidam vero non attendentes differentiam effectuum per accidens et per se, tentaverunt reducere omnes effectus hic inferius provenientes in aliquam causam per se, quam ponebant esse virtutem caelestium corporum ° in qua ponebant *fatum,* dicentes nihil aliud esse fatum quam vim positionis syderum. Sed ex hac causa non potest provenire necessitas in omnibus quae hic aguntur.

Multa enim hic fiunt ex intellectu et voluntate, quae per se et directe non subduntur virtuti caelestium corporum: cum enim intellectus * sive ratio et voluntas quae est in ratione π, non sint actus organi corporalis, ut probatur in libro *De anima* *, impossibile est quod directe subdantur * intellectus seu ratio et voluntas virtuti caelestium corporum ; nulla enim vis corporalis potest agere per se, nisi in rem corpoream. Vires autem sensitivae in quantum sunt actus organorum corporalium per accidens subduntur actioni caelestium corporum. Unde Philosophus in libro *De anima* * opinionem ponentium voluntatem hominis subnci motui caeli adscribit his, qui non ponebant intellectum differre a sensu. Indirecte tamen vis caelestium corporum redundat ad intellectum et voluntatem, in quantum scilicet intellectus et voluntas utuntur viribus sensitivis. Manifestum autem est quod passiones virium sensitivarum non inferunt necessitatem rationi et voluntati. Nam continens habet pravas concupiscentias, sed non deducitur *, ut patet per Philosophum in VII *Ethicorum* *. Sic igitur ** ex virtute caelestium corporum non provenit necessitas in his quae per * rationem et voluntatem fiunt.

Similiter nec in aliis * corporalibus effectibus rerum corruptibilium, in quibus multa per accidens eveniunt. Id autem quod est per accidens non potest reduci ut in causam per se in aliquam virtutem naturalem, quia virtus naturae se habet ad unum; quod autem est per accidens non est unum; unde et supra dictum est * quod haec enunciatio non est una, *Socrates est albus musicus,* quia non significat unum. Et ideo Philosophus dicit in libro *De somno et vigilia* * quod multa, quorum signa praeexistunt in corporibus caelestibus, puta in imbribus et tempestatibus, non eveniunt, quia scilicet impediuntur per accidens. Et quamvis illud etiam impedimentum secundum se consideratum reducatur in aliquam causam caelestem; tamen concursus horum, cum sit per accidens, non potest reduci in aliquam causam naturaliter agentem.

15. Sed considerandum cst quod id quod cst per accidens potest ab intellectu accipi ut unum, sicut album esse musicum, quod * quamvis secundum se non sit unum, tamen intellectus ut unum accipit, in quantum scilicet componendo format enunciationem unam. Et secundum hoc contingit id, quod secundum se per accidens evenit et casualiter, reduci in aliquem intellectum praeordinantem; sicut concursus duorum servorum ad certum locum est per accidens et casualis quantum ad eos, cum unus eorum ignoret de alio; potest tamen esse per se intentus a domino, qui utrumque mittit ad hoc quod in certo loco sibi occurrant *.

io. Et secundum hoc aliqui posuerunt omnia

o) *Quam ponebant virtutem esse caelestium corporum* etc. Ita codd. quorum lectionem anteponimus Pianae: « Quam ponebant virtutem esse » caelestium corporum, in qua ponebant fatum, quam vim positionis sy» derum appellabant. »

n) *Voluntas quae est in ratione.* – Codd. ABC omittunt verba, *quae est in ratione;* sed ea retinemus cum P. et aliis codd. – Quamvis voluntas simpliciter et communiter accepta *appetitum rationalem* designet, tamen latiori significatione etiam pro *appetitu animali* usurpatur, ut ipsemet Angelicus innuit II, Dist. xxxtx, qu. n, artic. n ad t: non quidem quatenus appetitus sensitivus cst in brutis, sed quatenus est in homine et est potentia in eadem essentia animae rationalis radicata, et ideo rationis moderamini subiecta (Cf. 111, Dist. xvit, qu. i, artic. 1, *Ad secundam quaestionem dicendum* etc.). Dico *radicata:* nam proprie, seu formaliter, appetitus animalis, sicut caeterae facultates sensitivae, est in organo animato tanquam in proprio subiecto immediato. At voluntas, proprie dicta, nempe *appetitus rationalis,* cst facultas essentialiter inorganica consequens apprehensionem rationis, ct, sicut ratio ipsa, a sola animae essentia fluit et in sola essentia animae est immediate, ut in suo subiecto.

quaecumque in hoc mundo aguntur, etiam quae videntur fortuita vel casualia, reduci in ordinem providentiae divinae, ex qua dicebant dependere fatum. Et hoc quidem aliqui stulti negaverunt *p*, judicantes de intellectu divino ad modum intellectus nostri, qui singularia non cognoscit ff. Hoc autem est falsum: nam intelligere divinum * et velle eius est ipsum esse ipsius T. Unde sicut esse eius sua virtute comprehendit omne illud quod quocumque modo est, in quantum scilicet est per participationem ipsius; ita etiam suum intelligere et suum intelligibile comprehendit*omnem cognitionem et omne cognoscibile; et suum velle et suum volitum comprehendit omnem appetitum et omne appetibile quod est bonum; ut, scilicet ex hoc ipso quod aliquid est cognoscibile cadat sub eius cognitione, et ex hoc ipso quod est bonum cadat sub eius voluntate: sicut ex hoc ipso quod est ens, aliquid cadit sub eius virtute activa, quam ipse perfecte"comprehendit, cum sit per intellectum agens.

17. Sed si providentia divina sit perse causa omnium quae in hoc mundo accidunt*u*, saltem bonorum, videtur quod omnia ex necessitate accidant. Primo quidem ex parte scientiae eius: non enim potest eius scientia falli; et ita ea quae ipse scit, videtur quod necesse sit evenire. Secundo ex parte voluntatis: voluntas enim Dei inefficax esse non potest; videtur ergo quod omnia quae vult, ex necessitate eveniant.

18. Procedunt autem hae obiectiones ex eo quod cognitio divini intellectus et operatio divinae voluntatis pensantur ad modum eorum, quae in nobis sunt, cum tamen multo dissimiliter se habeant P.

19. Nam primo quidem ex parte cognitionis vel scientiae considerandum est quod ad cognoscendum ea quae secundum ordinem temporis eveniunt, aliter se habet vis cognoscitiva, quae sub ordine temporis aliqualiter continetur, aliter illa quae totaliter est extra ordinem temporis. Cuius exemplum conveniens accipi potest ex ordine loci : nam secundum Philosophum in IV *Physicorum**, secundum prius et posterius in magnitudine est prius et posterius in motu et per consequens in tempore. Si ergo sint multi homines per viam aliquam transeuntes, quilibet eorum qui sub ordine transeuntium continetur habet cognitionem de 'praecedentibus et subsequent:bus *, in quantum sunt praecedentes et subséquentes; quod pertinet ad ordinem loci. Et ideo quilibet eorum videt eos, qui iuxta se sunt et aliquos eorum qui eos praecedunt ; eos autem qui post se sunt videre non potest. Si autem esset aliquis * extra totum ordinem transeuntium, utpote in aliqua excelsa turri constitutus, unde posset totam viam videre z, videret quidem simul omnes in via

p quaecumque in hoc mundo aguntur, etiam quae videntur fortuita vel casualia, reduci in ordinem providentiae divinae, ex qua dicebant dependere fatum. Et hoc quidem aliqui stulti negaverunt *p*,
σ judicantes de intellectu divino ad modum intellectus nostri, qui singularia non cognoscit ff. Hoc
-c.: *inteiugere* autem est falsum: nam intelligere divinum * et velle
ε›' τ eius est ipsum esse ipsius T. Unde sicut esse eius sua virtute comprehendit omne illud quod quocumque modo est, in quantum scilicet est per participationem ipsius; ita etiam suum intelligere et
–d :*comprehen-* suum intelligibile comprehendit*omnem cognitionem et omne cognoscibile; et suum velle et suum volitum comprehendit omnem appetitum et omne appetibile quod est bonum; ut, scilicet ex hoc ipso quod aliquid est cognoscibile cadat sub eius cognitione, et ex hoc ipso quod est bonum cadat sub eius voluntate: sicut ex hoc ipso quod est ens, aliquid cadit sub eius virtute activa, quam ipse perfecte"comprehendit, cum sit per intellectum agens.

17. Sed si providentia divina sit perse causa
u omnium quae in hoc mundo accidunt*u*, saltem bonorum, videtur quod omnia ex necessitate accidant. Primo quidem ex parte scientiae eius: non enim potest eius scientia falli; et ita ea quae ipse scit, videtur quod necesse sit evenire. Secundo ex parte voluntatis: voluntas enim Dei inefficax esse non potest; videtur ergo quod omnia quae vult, ex necessitate eveniant.

18. Procedunt autem hae obiectiones ex eo quod cognitio divini intellectus et operatio divinae voluntatis pensantur ad modum eorum, quae in nobis sunt, cum tamen multo dissimiliter se habeant P. ?

19. Nam primo quidem ex parte cognitionis vel scientiae considerandum est quod ad cognoscendum ea quae secundum ordinem temporis eveniunt, aliter se habet vis cognoscitiva, quae sub ordine temporis aliqualiter continetur, aliter illa quae totaliter est extra ordinem temporis. Cuius exemplum conveniens accipi potest ex ordine loci : nam secundum Philosophum in IV *Physicorum**, secundum prius et posterius in magnitudine est prius et posterius in motu et per ment"".Th.lect. consequens in tempore. Si ergo sint multi homines per viam aliquam transeuntes, quilibet eorum qui sub ordine transeuntium continetur habet cognitionem de 'praecedentibus et subsequent:bus *, in quantum sunt praecedentes et subséquentes; quod pertinet ad ordinem loci. Et ideo quilibet eorum videt eos, qui iuxta se sunt et aliquos eorum qui eos praecedunt ; eos autem qui post se sunt videre non potest. Si autem esset aliquis * ex codd. extra totum ordinem transeuntium, utpote in aliqua excelsa turri constitutus, unde posset totam viam videre z, videret quidem simul omnes in via z

p) *Et hoc quidem aliqui stulti negaverunt.* Duo hic distinguenda sunt. *Primum* est quod omnia quae quocumque modo in hoc mundo aguntur, etiam quae videntur fortuita vel casualia, reducuntur in ordinem Providentiae divinae; et hoc est quod s. Thomas dicit ab aliquibus stultis negari. – *Aliud* est quod ex divina Providentia sequatur *fatum*, non quidem sano sensu acceptum, ut infra explicabimus, sed quatenus deteriori sensu sumitur ut necessitas in causis secundis omnibus. Providentia autem divina non infert *fatum* seu necessitatem rebus provisis, ut nn. seqq. late et solide demonstrat Angelicus.

Notandum insuper quod illi qui liberum hominis arbitrium *fato* subiiciebant, non una ratione naturam *fati* ponebant.· Alii enim fatum appellabant vim positionis siderum , ex quorum positione et potestate decerni autumabant qualis quisque homo concipitur, nascitur, vivit, et quid ei proveniat boni quidvc mali accidat.– Alii vero non astrorum constitutionem, sicuti est cum quidque concipitur vel nascitur , sed omnium connexionem seriemque causarum, qua fit omne quod fit, *fati* nomine appellabant. Quorum sententia, si causarum haec connexio talis ponatur ut voluntatibus nostris necessitatem inferat, non differt a prima sententia quoad *fati* naturam, quamvis seriem causarum substituat positioni potestatique siderum. Utrumque errorem s. Thomas n. 14 et seqq. refutat. – Alii causarum connexionem non recusabant, sed ipsum causarum ordinem et connexionem subiiciebant Dei summi voluntati et potestati; at hi bifariam dividendi sunt. Quidam enim quamvis praescientiae voluntatique divinae causas creatas, carumque connexiones subiicerent, tamen aut ab hac sublectione eximebant voluntatem humanam , aut nihil esse in potestate nostra nullumque esse hominis arbitrium sub praescientia et voluntate Dei effutiebant. Hunc errorem refutat s. Thomas n. 18 et seqq. Quidam denique utrumque eligunt, utrumque confitentur, nempe praescientiam divinam nostrarum actionum atque efficaciam infinitam divinae voluntatis ct una simul integram pcrfcctamque hominis libertatem. Et vere sic est, ut a s. Thoma hic probatur. - Quia tamen haec divinae Providentiae ordinatio a nonnullis aut *fatum* appellabatur, aut ab ipsa *fatum* seu causarum secundarum connexio (quae nihil humanae officeret libertati) pendere dicebatur, ne ex vocabulo aequivoco error obreperet, *Ordinem causarum ubi voluntas Dei plurimum potest, neque negamus, neque fati, vocabulo nuncupamus,* ait s. Augustinus in V *De civitate Dei,* cap. ix, n. 3. Quod si propterea aliquid *quisquam fato tribuit, quia ipsam Dei voluntatem vel potestatem fati nomine appellat, sententiam teneat, linguam corrigat* (lb. cap. 1). De his fuse ipsemet s. Augustinus (Op. et lib. cit.).

σ) *Singularia non cognoscit,* nempe directe et primo; nam indirecte et quasi per quandam reflexionem intellectus noster intelligit etiam aliquo modo singularia, ut s. Thomas docet expresse p. I, qu. ixxxvt, artic. i. Sed quia haec cognitionis indirectae notio non est necessaria in praesenti quaestione, ideo eam praetermittit s. Doctor.

t) */ntelligere divinum et velle eius est ipsum esse ipsius,* nempe Dei.-t. ergo intelligere ct intelligibile divinum comprehendit omnem cognitionem et omne cognoscibile; 2. ergo velle et volitum divinum comprehendit omnem appetitum et omne appetibile; 3. ergo quidquid est cognoscibile cognoscitur a Deo; 4. ergo quidquid est bonum cadit sub divina voluntate; 5. ergo quidquid est ens a virtute activa Dei attingitur. Istae illationes, quas infert Angelicus, logice connectuntur principio quod intelligere et velle Dei sunt ipsum esse ipsius.

u) *Causa omnium quae in hoc mundo accidunt* etc. – Cod. A: *causa, sine qua in hoc mundo non accidunt aliqua.* Eadem est sententia. – Alii codd. habent lectionem Pianam.-Infra vero (et *ita ea quae ipse scit* etc.) cod. B absurde legit: *et ita essentia, quae ipse sit, videtur necesse sic evenire.*

φ) *Procedunt autem hae obiectiones* etc. Hisce paucis verbis s. Thomas veluti digito indicat radicem errorum omnium, qui de scientia et voluntate Dei in ordine ad humanam libertatem ab hominibus excogitati sunt. Quae s. Thomae sententia in re gravissima est manifesta, si principia alibi declarata in mentem revocemus. Dictum est enim quod *ens,* de Deo praedicatum et de creaturis in propositionibus, *Deus est ens, creatura est ens,* non univoce dicitur de uno et de aliis, sed solummodo analogice (lect. v, n. 19, nota ξ). Quae veritas ut etiam vocabulo ipso indicaretur in scientia theologica, Scholastici dicebant Deum esse *super-ens, super-essentiam* etc. : ut nempe hoc modo ratio entis de Deo asserta ostenderetur diversa a ratione entis creaturis tributa. Sed quod dicitur de *ente,* idem omnino dicendum est de aliis quae tum Deo, tum creaturis tribuuntur: absurdum enim esset ponere quod ratio entis non univoca, sed solummodo analoga est Deo ct creaturis, et simul asserere quod ratio *causae, cognitionis* etc. tum Deo tum creaturis sit univoca : ratio enim *entis* et ratio *causae* sunt realiter una eademque res in Deo. Sicut ergo Deo ratio entis convenit modo convenienti eius divinae naturae, ita modo convenienti divinae naturae convenit Deo cognitio intellectus et operatio voluntatis. Quod si quaeras in quo consistat huiusmodi modus? respondeo in infinitate. Deus est ens a se, ct ideo infinitus et simplicissimus, ita ut quidquid in Deo est, sit infinita simplicissima divina essentia. Ergo sicut Deus est sua essentia modo intmito, ita est sua cognitio et sua operatio modo infinito, hoc est infinite excedens modum *essentiae, cognitionis* et *operationis* hominis et cuiuslibet creaturae, quae nonnisi limitato modo sibique convenienti et *est* et *cognoscit* et *operatur*. Quae cum ita sint, nemo non videt non posse sine errore argui ex *modo* essendi, cognoscendi et operandi in creaturis, *modum* essendi, cognoscendi et operandi in Deo sive in scipso, sive in operibus creatis quae ratione carent, sive denique in creaturis quae libero arbitrio sunt praeditae : nam si quis hoc modo argueret, Deum intra genus rerum creatarum coarctaret, proindeque Deum ipsum negaret. Porro hoc ipsum faciunt, qui ex divina Providentia, nempe ex Dei infallibili praescientia et' efficacissima operatione inferre conantur fatali necessitati causas creatas liberas esse obnoxias. ·

χ) *Unde posset totam viam videre* etc.- Cod. A legit: < Unde posset tota » via inde videri, quemadmodum simul omnes in via existentes non sunt » in ratione praecedentis vel subsequentis (in comparatione scilicet ad » eius intuitum), sed simul omnes videret nisi quomodo unus eorum

existentes, non sub ratione praecedentis et subsequentis (in comparatione scilicet ad eius intuitum), sed simul omnes videret, et quomodo unus eorum alium praecedit. Quia igitur cognitio nostra cadit sub ordine temporis, vel per se vel per accidens (unde et anima in componendo * et dividendo necesse habet adiungere tempus, ut dicitur in III *De anima**')·, consequens est quod sub eius cognitione cadant res sub ratione praesentis, praeteriti et futuri. Et ideo praesentia cognoscit tanquam actu existentia et sensu aliqualiter perceptibilia; praeterita autem cognoscit ut memorata; futura autem non cognoscit in seipsis, quia nondum sunt, sed cognoscere ea potest in causis suis: per certitudinem quidem, si totaliter in causis suis sint determinata, ut ex quibus de necessitate evenient *; per coniecturam autem, si non sint sic determinata quin impediri possint, sicut ♦ quae sunt ut in pluribus; nullo autem modo, si in suis causis sunt omnino in potentia non magis determinata ad unum quam ad aliud, sicut quae sunt ad utrumlibet. Non enim est aliquid cognoscibile secundum quod est in potentia, sed solum secundum quod est in actu, ut patet per Philosophum in IX *Metaphysicae* *.

20. Sed Deus est omnino extra ordinem temporis, quasi in arce aeternitatis constitutus, quae est tota simul, cui subiacet totus temporis decursus secundum unum et simplicem eius intuitum; et ideo uno intuitu videt omnia quae aguntur secundum temporis decursum *, et unumquodque secundum quod est in * seipso existens, non quasi sibi futurum quantum ad eius intuitum prout est in solo ordine suarum causarum (quamvis et ipsum ordinem causarum videat), sed omnino aeternaliter sic * videt unumquodque eorum quae sunt in quocumque tempore, sicut oculus humanus videt Socratem sedere in seipso, non in causa sua.

21. Ex hoc autem quod homo videt Socratem sedere, non tollitur eius contingentia quae respicit ordinem causae ad effectum; tamen certissime * et infallibiliter videt oculus hominis Socratepi sedere dum sedet, quia unumquodque prout est in seipso iam determinatum est. Sic igitur relinquitur, quod Deus certissime et infallibiliter cognoscat omnia quae hunt* in tempore; et tamen ea quae in tempore eveniunt non sunt vel * fiunt ex necessitate, sed contingenter.

22. Similiter ex parte voluntatis divinae differentia est attendenda. Nam voluntas divina est intelligenda ut extra ordinem entium existens, velut causa quaedam profundens totum ens et omnes eius differentias. Sunt autem differentiae entis *possibile* et *necessarium;* et ideo ex ipsa voluntate divina originantur necessitas et contingentia in rebus et distinctio utriusque secundum rationem proximarum causarum: ad effectus enim *, quos voluit necessarios esse, disposuit causas necessarias; ad effectus autem, quos voluit esse contingentes, ordinavit causas contingenter agentes, idest potentes deficere. Et secundum harum conditionem causarum, effectus dicuntur vel necessarii vel contingentes, quamvis omnes dependeant a voluntate divina, sicut a prima causa, quae transcendit ordinem necessitatis et contingentiae.

Hoc autem non potest dici de voluntate humana, nec de aliqua alia causa: quia omnis alia causa cadit iam sub ordine necessitatis vel contingentiae; et ideo oportet quod vel ipsa causa possit deficere, vel effectus * eius non sit contingens, sed necessarius. Voluntas autem divina indeficiens est; tamen non omnes effectus eius sunt necessarii, sed quidam contingentes.

23. Similiter autem aliam radicem contingentiae, quam hic Philosophus ponit ex hoc quod sumus consiliativi, aliqui subvertere nituntur, volentes ostendere quod voluntas in eligendo ex necessitate movetur ab appetibili. Cum enim bonum sit obiectum voluntatis, non potest (ut videtur) ab hoc divertere * quin appetat illud quod sibi videtur bonum; sicut nec ratio ab hoc potest divertere quin assentiat ei quod sibi videtur verum. Et ita videtur quod electio consilium consequens ω semper ex necessitate proveniat; et sic omnia, quorum nos principium sumus per consilium et electionem, ex necessitate provenient *.

24. Sed dicendum est quod similis differentia attendenda est circa bonum, sicut circa verum. Est autem quoddam verum, quod est per se notum, sicut prima principia indemohstrabilia *, quibus ex necessitate * intellectus assentit; sunt autem quaedam vera non per se* nota, sed per aha. Horum autem duplex *est conditio: quaedam enim ex necessitate consequuntur ex principiis, ita scilicet quod non possunt esse falsa, principiis existentibus veris, sicut sunt omnes conclusiones demonstrationum. Et huiusmodi veris ex necessitate assentit intellectus, postquam perceperit ordinem eorum ad principia, * non autem prius. Quaedam autem sunt *, quae non ex necessitate consequuntur ex principiis, ita scilicet quod possent * esse falsa principiis existentibus veris; sicut sunt opinabilia, quibus non ex necessitate assentit intellectus, quamvis cx aliquo motivo * magis inclinetur in

* λ: *unde anima componendo.*

* Cap. vi, η. 2 seq. - Comment. s.Th. lect. xi.

* a c: *eveniant ί-α: eveniunt.*

4

* Commen.s.Th. lect. x. - Ed. Did. lib. VIII, cap. ix, n.6.

' a b c: *totum temporis decursum.* * c: *unumquodque ut est in.*

* a b c d et Ven. edd. - p.: *si.* - e: *sicut;* sed errore manifesto.

* ABCE. - d p.: *verissime.* - a b c: *et tamen.*

' a: *sunt.*

* a omitt. *sunt vel.*

Causae contin- possunt deficere,

' b c: *vel quod effectus ere.*

' a: *diverti,* et lta 'n

ω

' proveni-

' codd.-p.exerrore typoçr·· *demonstrabilia.* - b: *de necesst-*

i * b: *non tamen*

duplex.

' Çodà.-p.:*prin-*

f b c: *sunt vera.*

f b o e: *quae* (b, *quia] scilicetpossunt.* - a c; *quia /scilicet (c quod) 'possent.*

' a: *ex aliquo appetitu motivo.*

» alterum praecedit. »– Quae lectio intricata est, ac vix intclligibilis: Piana optima est, et indicatur in p. 1 *Summ. th.,* qu. xtv, artic. xin ad 3: « Sicut ille qui vadit per viam non videt illos qui post eum veniunt; » sed ille qui ab aliqua altitudine totam viam intuetur, simul videt omnes » transeuntes per viam, *v* Codd. BCDE habent lectionem Pianam; nisi quod D legit: *ut posset tota via videri.... et non sub ratione praecedentis.* – E: *unde posset tota via videri..... vel subsequentis.* Et, *tota via videri* legunt etiam codd. BC. – Constat ergo quod *tota via videri* est lectio uniformis codd.; ideoque haec pars, attenta codd. auctoritate, suffici posset rationabiliter Pianae. Cum hac tamen stant Venetae editiones.

ψ) *Quin impediri possint, sicut* etc.– Cod. A habet: *ut ex quo de necessitate eveniat; contectura, si non sit sic determinata, quin impediri possit, sicut* etc. – E legit: *quin impediri possit,* in caeteris concordat cum Piana, quam tamen non adoptamus ubi legit, *quin impediri non possint,* sed in hoc codd. ACE sequimur: nam *quin impediri non possint* est lectio non acceptanda. Vult enim s. Thomas affirmare quod futurum cognoscitur in causa solummodo per coniecturam si causa a producendo eflcctu possit impediri, esto in pluribus non impediatur. Quam sententiam non solum non significat lectio Piana et cod. D, sed omnino oppositam exprimere videtur. Ob eamdem assignatam rationem reprobamus lectionem cod. B: *quam impediri possit.*

ω) *Electio consilium consequens,* seu electio, quae est actus libertatis, ad *consilium,* quo de agendis aut omittendis ratio in semetipsa deliberat, sequitur. Unde non est admittenda lectio edit. Pianae, *electio consilii consequens.*– *Codd.* et edd. Venet. legunt *consilium.*

unam partem quam in aliam. Ita etiam est quoddam bonum quod est propter se appetibile, sicut felicitas, quae habet rationem ultimi finis; et huiusmodi bono ex necessitate inhaeret voluntas: naturali enim quadam necessitate omnes appetunt esse felices. Quaedam vero sunt bona, quae sunt appetibilia propter finem, quae comparantur ad finem sicut conclusiones ad principium, ut patet Per Philosophum in II *Physicorum* *. Si igitur essent aliqua bona, quibus non existentibus, non posset aliquis esse felix, haec etiam essent ex necessitate appetibilia et maxime apud eum, qui talem ordinem perciperet*; et forte talia sunt *esse, pipere* et *intelligere* et si qua alia sunt * similia. Sed particularia bona, in quibus humani actus consistunt, non sunt talia, nec sub ea ratione apprehenduntur ut sine κα quibus felicitas esse non possit, puta, comedere hunc cibum vel illum, aut abstinere ab eo: habent tamen in se unde moveant appetitum, secundum aliquod bonum consideratum in eis. Et ideo voluntas non ex necessitate inducitur ad haec eligenda. Et propter hoc Philosophus signanter radicem contingentiae in his quae fiunt a nobis * assignavit ex parte consilii, quod est eorum quae sunt ad finem et tamen non sunt determinata. In his enim in quibus media sunt determinata, non est opus consilio, ut dicitur in Ill *Ethicorum* *.

Et haec quidem dicta sunt ad salvandum radices contingentiae,. quas hic Aristoteles ponit, quamvis videantur logici negotii modum excedere

comment'.silti? cipiet. :per- sunt ex codd-

Cap. m *[al.* v) n ^.-Comment. 6. Th. lect. vu.

ax) *Nec sub ea ratione apprehenduntur ut sine* etc. Ita codd. B CE; et optime. — Piana, *comprehenduntur.* — Cod. A: *nec sub eadem ratione apprehenduntur, nec sine* etc. Adoptamus *apprehenduntur* ex codd. cit. — Quoad media, circa quae cadit consilium s. Thomas duo distinguit, nempe quod non sint talia, quibus non existentibus, homo felicitatem non consequeretur; et deinde quod neque ut talia a ratione ipsa apprehendantur. Voluntas enim sequitur rationis iudicium: nam nihil volitum quin praecognitum, ut fert commune adagium. Quocirca si ratio apprehenderet media ut talia, sine quibus finis volitus non obtineretur, quamvis talia in se non sint, voluntas ex ipsa appetitione finis traheretur ad illa acceptanda media. Et ideo haberetur non consilium neque electio, sed necessitas, non quidem obiective et absolute, sed subiective et hypothetice.

β,i) *Quamvis videantur logici negotii modum excedere.* Revera quae hic de radicibus contingentiae adserta sunt ad metaphysicam proprie pertinent, si haec obiecta in se considerentur (Cf. s. Th in VI *Afetaphys.* lect. ni); sed tamen ad logicam etiam aliquo modo pertinent, et in ea pertractari si non absolute debent, saltem possunt: « Ea quae huius libri » series continebit exponere, altioris pene'tractatus est, quam ut in logica » disciplina conveniat disputari; sed quoniam, ut saepe dictum est, orationibus sensa proferuntur, quibus subiectas res esse manifestum est, » non est dubium quin quod in rebus sit, idem saepe transferatur ad voces. » Haec Boethius in exordio tertii libri (Ed. sec.) *De interpretatione,* pag. 357. Et Ammonius: «Videtur quidem hoc logicum esse quod ab » Aristotele nunc agitatur theorema ; re autem vera ad partes omnes phi» losophiae necessarium est» (In lib. *Peri hermenias,* sect. 11, §. vu, fol. 19 vers., col. i). Sed conclusionem s. Thomae novitius meditetur. Sapienter enim s. Thomas, quia commentatoris officium exsequitur altissimas quaestiones metaphysicas perstringere atque definire non recusat, ut Aristotelis doctrinam de propositionibus quoad futura contingentia et libera declaret; sed modeste tamen addit huiusmodi quaestiones videri logici negotii modum excedere. Quae ultima verba dictando forte prae mente sententiam magistri sui b. Alberti Magni habebat sapientissimus et ideo modestissimus discipulus. Ait enim b. Albertus: « Quaerunt etiam hic » quidam de necessitate ordinis causarum, de fato, de fortuna, de consilio, » de casu, dé certitudine divinae providentiae in singularibus et voluntatis » contingentibus. Sed de his hic quaerere stultum est: quia quaestiones » istae ex istius scientiae principiis (cum logica procedat ex communibus, » quae in pluribus vel in omnibus inveniuntur) non possunt determinari : » ista autem determinari volunt cx propriis » *(Peri hermenias* lib.I, tract.v, cap. vn).

LECTIO DECIMAQUINTA

EX MODO QUO VERITAS SE HABET CIRCA RES CONCLUDITUR QUALITER VERITAS SE HABEAT CIRCA PROPOSITIONES

Το μεν ουν είναι το ον, όταν γ(, καί το μη ον μη είναι, όταν μη η, α'νάγκη· ού μην ούτε το δν άπαν ανάγκη είναι ούτε το μη ον μη είναι· ού γάρ ταΰτόν έστι το ον άπαν είναι έξ ανάγκη , δτε έστι, καί το άπλώ είναι έξ ανάγκη . 'Ομοίω δέ καί έπί τοΰ μη οντο .

Καί έπί τη άντιφάσεω ό αύτο λόγο · είναι μέν η μη είναι άπαν, ανάγκη· καί εσεσθαί γε, η μη'· ού μέντοι διελο'ντα γε εΐπεΐν θάτερον άναγκαΐον. Λέγω οέ οίον ανάγκη μέν εσεσθαί ναυμαχίαν αύριον η μη' έσεσθαι· ού μέντοι εσεσθαί γε αύριον ναυμαχίαν άναγκαΐον, ούδέ μη' γενέσθαι· γενέσθται μέντοι, η μη' γενέσθαι, άναγκαΐον.

"Ωστ έπεί ομοίω οί λο'γοι αληθεί , ώσπερ τά πράγματα, δηλον δτι, δσα ούτω έχει, ώστε, όπο'τερ* ετυχε, καί τάναντία ένδέχεσθαι, άνάγκη ομοίω έχειν καί την άντίφασιν. "Οπερ συμβαίνει έπί τοΐ μη άεΐ ούσιν, η μ.η αεί μη ούσιν. Τούτων γάρ άνάγκη μέν θάτερον μο'ριον τη άντιφάσεω άληθέ είναι η ψευδό , ού μέντοι τόδε η το'δε, άλλ' όπο'τερ' έτυχε· καί μάλλον μέν άληθη την έτέραν, ού μέντοι ηόη άληθη η ψευδή·

ώστε δηλον δτι ούκ άνάγκη, πάση καταφάσεω καί άποφάσεω των άντικειμένων την μέν άληθη, την δέ ψευδή είναι. Ού γάρ, ώσπερ έπί των δντων, ούτω έχει καί έπί των μη όντον μέν, δυνατών δέ είναι η μη είναι, άλλ* ώσπερ είρηται.

*** Igitur esse quod est, quando est, et non esse quod non est, quando non est, necesse est: sed non omne quod est, necesse est esse, nec omne quod non est, necesse est non esse : non enim idem est, omne quod est necessario esse, quando est, et simpliciter esse ex necessitate. Similiter autem et in eo quod non est.** -Seq. c. ix.

Et in contradictione eadem ratio est. Esse quidem vel non esse omne necesse est; et futurum esse vel non esse; non tamen contingit dividentem dicere alterum necessarium. Dico autem, ut necesse est quidem esse futurum bellum navale cras vel non futurum esse: sed non futurum esse cras bellum navale necesse est vel non. futurum esse; futurum autem vel esse vel non esse necesse est.

Quare quoniam similiter orationes verae sunt quemadmodum et res, manifestum est quoniam quaecumque sic se habent ut utrumlibet sint, et contraria ipsorum contingant, necesse est similiter se habere et contradictionem. Quod contingit in his quae non semper sunt, et non semper non sunt. Horum enim necesse est alteram partem contradictionis veram esse vel falsam, non tamen hoc vel illud sed utrumlibet, et magis quidem alteram veram, non tamen iam veram vel falsam:

quare manifestum est quoniam non est necesse omnis affirmationis et negationis oppositarum hanc quidem veram, illam vero falsam esse. Neque enim quemadmodum in his quae sunt, sic se res habet etiam et in his quae non sunt, possibilibus tamen esse vel non esse, sed quemadmodum dictum est.

Synopsis. — Argumentum et divisio textus. – 2. Necessitas in rebus, alia est *absoluta,* alia est *ex suppositione;* idem dicendum de *impossibilitate,* – 3. Necessitas et veritas in rebus per comparationem ad illarum oppositas sequuntur leges contradictionis: quia scilicet sicut impossibile est contradictoria simul esse vera vel falsa, ita impossibile est rem neque esse neque non esse. Consequenter necesse est, *disjunctive* loquendo, rem vel esse vel non esse. *Disjunctive,* inquam, non tamen *divisim:* quia si *divisim* loquamur non necesse est rem esse *absolute,* sicut non necesse est rem *absolute* non esse. – 4. Quia ergo propositiones se habent ad veritatem sicut res ad *esse* et ad *non esse,* idem iudicium ferendum est de veritate et necessitate propositionum in comparatione ad earum oppositas, quod est de veritate et necessitate rerum per comparationem ad earum oppositas.- 5. Conclusio. Non est necesse in omni genere affirmationum et negationum oppositarum alteram *determinate* esse veram et alteram falsam.

1. ostquam Philosophus ostendit esse jlisZir impossibilia ea, quae ex praedictis rationibus sequebantur; hic, remotis impossibilibus *, concludit veritatem. Et circa hoc duo facit: quia enim argumentando ad impossibile, processerat ab enunciationibus ad res, et iam * removerat inconvenientia quae circa res sequebantur; nunc, ordine converso *, primo ostendit qualiter se habeat veritas circa res; secundo, qualiter se habeat veritas circa* enunciationes; ibi: *Quare quoniam orationes verae sunt* * etc. Circa primum duo facit: primo, ostendit qualiter se habeant veritas et necessitas circa res absolute consideratas; secundo, qualiter se habeant circa eas * per comparationem ad sua opposita; ibi: *Et in contradictione eadem ratio est* * etc.

2. Dicit ergo primo, quasi ex praemissis concludens, quod si praedicta sunt inconvenientia, ut scilicet omnia ex necessitate eveniant, oportet dicere ita se habere circa res, scilicet quod omne* quod est necesse est esse *quando* est, et omne quod non est necesse est non esse *quando* non est. Et haec necessitas fundatur super hoc principium; *Impossibile est simul esse et non esse:* si enim aliquid est, impossibile est " illud simul non esse; ergo necesse est tunc illud esse. Nam impossibile non esse idem significat ei quod est necesse esse, ut in *Secundo* * dicetur. Et similiter, si ahquid non est, impossibile est illud simul esse; ergo necesse est non esse, quia etiam idem significant iȝ. Et ideo manifeste verum est quod omne quod est necesse est esse quando est; et omne quod non est necesse est non esse pro illo tempore * quando non est: et haec est neces-

• λ : *impossibititatibus.*

* b : *ct quia iam.*

* λ : *hic procedit ordine converso.* - BCD omitt. *nunc* et *hic.*
* a : *qualiter se habeant res circa* etc.
* Num. 4.

* be.–a : *res.*- p.: *ea* (Cf. n. 3).

* Num. 3.

'automne.

a

',AiCE: secundo
^^ηi· CaieK

β

' λ omittit *pro nto tempore.*

a) *Impossibile est* etc. Ita codd. et edd. Ven. – Editio Piana : *impossibile dum est, illud simul* etc. Revera illud *dum est* superfluum videtur, quia praemittitur *si aliquid est,* ct.apponitur *simul,* sicut revera est apponendum, ut repugnantia inter *esse* et *non-esse* in aliquo identico subiecto valere possit et affirmari.

β) *Quia etiam idem significant.* Vult Angelicus dicere quod sicut *impossibile est non esse* idem significat *ac necesse est esse;* ita *impossibile est esse* idem significat ac *necesse est non* esse.-Codd AD: *quia hoc etiam idem significat.* – BCE: *quia haec etiam idem significant.* Haec ultima lectio mihi magis arridet quam Piana et aliorum codd.

sitas non absoluta, sed ex suppositione. Unde non potest simpliciter et absolute dici quod omne quod est, necesse est esse, et omne quod non est, necesse est non esse: quia non idem signifi-
^■^-^^xant quod omne ens, *quando* est7, sit ex necessitate,
A e't quod omne ens *simpliciter* sit ex necessitate;
/ nam primum significat necessitatem ex suppositione, secundum autem necessitatem absolutam. Et quod dictum est dc *esse,* intelligendum est similiter de *non esse;* quia aliud est *simpliciter* ex necessitate non esse, ct aliud est ex necessitate non esse *quando* non est. Et per hoc videtur Aristoteles excludere id quod supra dictum
I cont. uct. xm text.Anst.etn.4. est *, quod si in his, quae sunt, alterum determi-
• *jierent;-c-.* nate est verum, quod etiam antequam fieret alterum determinate esset futurum.

3. Deinde cum dicit: *Et in contradictione* etc., ostendit quomodo se habeant veritas et necessi-
VeritaSsedrcaat res· *tas c*rca* res *Per comparationem ad sua opposita: et dicit quod eadem ratio est in contradictione, quae est in suppositione. Sicut enim illud 5 quod non est absolute necessarium, fit necessarium ex suppositione eiusdem, quia necesse est esse quando est; ita etiam quod non est in se necessarium absolute * fit necessarium per disiunctionem oppositi, quia necesse est de unoquoque quod sit vel non sit, et quod futurum sit aut non sit, et hoc sub disiunctione: et haec necessitas fundatur' super hoc principium quod, *Impossibile est*
absolutum, *contradictoria simul esse vera velfalsa* *. Unde im-
'Cf.icct.xi.n.y. possibile est neque esse neque non esse; ergo necesse est vel esse vel non esse. Non tamen si divisim alterum accipiatur, necesse est illud esse absolute. Et hoc manifestat per exemplum: quia necessarium est navale bellum esse futurum cras vel non esse; sed non est necesse navale bellum futurum esse cras; similiter etiam non est necessarium non esse futurum, quia hoc pertinet ad necessitatem absolutam; sed necesse est quod vel sit futurum cras vel non sit futurum: hoc enim pertinet4 ad necessitatem quae est sub disiunctione. ε

4. Deinde cum dicit: *Quare quoniam* etc. ex eo quod se habet ç circa res, ostendit 'qualiter se ζ habeat circa orationes. Et primo, ostendit quomodo uniformiter se habet in veritate * orationum, • b : *circa veritatem.* sicut circa esse rerum * et non esse; secundo, finaliter concludit veritatem totius dubitationis; ibi: *'Rerum es* codd., qui omfttunt *et non esse.* *Quare manifestum* * etc. – Dicit ergo primo quod, " Num. seq. quia hoc modo se habent orationes enunciativae ad veritatem sicut et res ad esse vel non esse (quia ex eo quod res est vel non est, oratio est * vera ' bo : *dicitur.* vel falsa), consequens est quod in omnibus rebus quae ita se habent ut sint ad utrumlibet, et quaecumque ita se habent quod contradictoria * eorum ' B : *contraria.* qualitercumque contingere possunt, sive aequaliter sive alterum ut in pluribus, ex necessitate sequitur quod etiam similiter se habeat contradictio * enun- ' abc : *circa contradictionem.* ciationum. Et exponit*consequenter quae sint illae ' a : *ostendit.* res, quarum contradictoria contingere queant *; et • b : *contraria...* - BC : *queunt.* dicit huiusmodi esse quae neque semper sunt,

γ) *Non idem significant quod omne ens, quando est* etc. Per haec verba Angelicus sapienter designat differentiam, essentialem quae est inter id quod contingenter existit et id quod necessario existit, etiamsi contingens, dum existit, hoc est ex suppositione, rationem aliquam induat necessitatis (Cf. lect. xm, not. γ). Notat igitur Caietanus (in p. 1, qu. xtv, artic. xm, §. *Adverte hic* etc., ubi etiam citat hunc locum Peri hermeneias) quod in ente contingente duo sunt distinguenda, nempe natura contingentiae et status contingendae. Ratio huius distinctionis in eo est quod *contingentia* et *necessitas* sunt differentiae non accidentales sed essentiales rerum, quibus aut contingentia convenit aut necessitas : unumquodque enim ens in sua natura aut contingens est aut necessarium. Sed cum natura sit a seipsa inseparabilis, ubicumque ipsa invenitur debet inveniri vel contingentia si contingens est, vel necessitas si est necessaria; sicut quocumque modo ponatur homo, ponitur rationalitas. Contingens autem aut est in actu seu praesens, aut est in potentia seu futurum. Ergo tum in actu tum in potentia consideratum ens contingens naturam contingentiae eamdem retinet, ita ut ex hoc capite non differat ens contingens in actu et ipsum ens contingens in potentia. Sed differunt tamen : non enim existere actuale entis contingentis dici potest idem ac non-existere actuale seu existere potentiate eiusdem. Ergo eadem perseverante *natura contingentiae* in contingente tum actuali tum potential!, est diversus in uno et in altero *status contingentiae* (potest enim una eadem natura, sua ratione salva, diversos habere status), quatenus nempe in uno est *status contingentiae* in *natura contingentis determinati* ad unam contradictionis partem, quae est actualis existentia et non-existentia potentialis; in altero vero est *status contingentiae* in *natura contingentis indeterminati* ad alteram contradictionis partem, et ideo est status indeterminationis ad existendum in causa non determinata potius ad effectum producendum quam non producendum. – Hinc infertur quod ens contingens iam determinatum seu actualiter existens est semper et essentialiter natura sua contingens, sed tamen, quia quando est, necessario est, ex hac suppositione *status* contrahit quamdam necessitatem suae praesentiae. Contra ens contingens futurum, seu in potentia, neque natura sua neque ratione status habet necessitatem, sed est ex utroque capite contingens.-Ulterius infertur quod contingens in *statu possibilitatis* et contingens in *statu actualitatis* tripliciter differunt ratione status: – 1°, differentia quoad *tempus,* quia existens in actu est *praesens,* existens in potentia est *futurum ;* – 2°, differentia quoad *contingentiam,* quia existens in actu est *determinatum* ad unum, nempe ad existentiam, existens in potentia (in causa nempe non necessario agente) ad utramque partem contradictionis se habet, nempe ad existere vel non existere3°, differentia quoad *cognitionem,* quia existens in actu potest subdi infallibili et certae cognitioni, existens autem in potentia nonnisi cognitione coniecturali dignoscitur. Quae omnia tum in praesenti lectione tum in praecedenti (n. 19, seq.) Angelicus docet, nec non in cit. loc. *Summae theolog.*

o) *Sicut enim illud* etc. Perspicua est lectio ista, quam, uno vocabulo immutato, ut in fine dicam, habet P. cum cod. D. — Variat quoad formam, quamvis non quoad sensum cod. A: «Sicut enim *aliquid* quod » non est absolute necessarium fit *verum* ex suppositione eiusdem, *quando* v necesse est esse quando est; ita etiam quod non est in se necessa- » rium absolute, fit necessarium *per diversitatem* oppositi, quia necesse » est de unoquoque quod sit vel *quod* (et ita BC) non sit; et hoc sub » disiunctione: et haec necessitas fundatur super hoc principium, *scilicet* * quod impossibile est contradictoria simul esse falsa. Unde impossibile » est *non* (et ita BC, corrupte pro *neque)* esse, neque non esse; ergo » necesse est *iam* esse, vel non esse. » – Quae lectio imperitiam amanuensis prodit: sed corruptiones de facili apparent. — E vero legit: *sicut... necesse est esse quando est... quia necesse est de unoquoque verum esse quod sit vel quod non sit;* ac omittit cum ABC, *et quod futurum sit aut non sit .. vera vel.* In caeteris tum E tum BC ut Piana. Et cum Piana legit omnino cod. D, nisi quod semel et iterum non *sub disiunctione* sed *sub distinctione* corrupte habet. – Addo denique lectionem *necesse est esse quando est,* quam codd., excepto D, habent, esse adoptandam loco Pianae; *necesse est esse quod est;* quia illa magis probat *necessarium ex suppositione.* Hinc s. Thomas ρ. I, qu. xtv, artic. xin ad 2, expresse citando hunc Peri hermeneias locum, ait: *Omne quod est, dum est, necesse est esse, ut dicitur in I Peri herm.* (Cf. num. praeced.).

ε) *Hoc enim pertinet.* Supra Angelicus dixit in significatione causali: *quia hoc pertinet* etc. Unde et hic etiam orationis processus particulam causalem postulat, ut nempe legamus: *hoc enim pertinet,* sicut revera legunt codices omnes.-Piana: *et hoc pertinet.*

ζ) *Ex eo quod se habet* etc. Ita cum editione Piana codd. BC et Ven. edd. – Cod. E habet: « Ex eo quod se habet circa res ostendit » qualiter uniformiter se habet in veritate orationum sicut circa esse re- » rum.» Lectio erronea: confundit enim (ex recursu eiusdem verbi, *ostendit)* argumentum generale cum primo membro divisionis: *Et primo ostendit* etc. – Sed intricata etiam est lectio cod. A: « Deinde cum dicit: » *Quare quoniam* etc. ostendit quomodo se habet veritas ex eo quod » se habet circa orationes. » – Absurdus est etiam cod. D : *Deinde cum dicit: qfl oms etc., habet in veritate orationum sicut contra esse rerum. Secundo finaliter.* – Verum et in Piana aliquid deesse videtur. Quodnam est enim subiectum illud de quo, *ex eo quod se habet circa res, ostendit qualiter se habeat circa orationes?* Subiectum illud est *veritas,* ut n. 1 dictum est; at probabile est non subintelligendum relictum sed explicite fuisse positum a s. Thoma ut subiectum thesis de qua nunc est dicturus, cum illud expresse posuerit in eodem numero primo, ubi facilius subintelligi poterat. Et revera *veritas* ponitur in lectione cod. A. – Forte igitur lectio germana est: *ex eo quod veritas se habet circa res, ostendit qualiter se habeat circa orationes;* vel: *ex eo quod se habet circa res, ostendit qualiter veritas se habeat circa orationes.*

sicut necessaria, neque semper non sunt, sicut impossibilia, sed quandoque sunt et quandoque non sunt. Et ulterius manifestat quomodo similiter se habeat in contradictoriis enunciationibus; et dicit quod harum cnunciationum, quae sunt de contingentibus, necesse est quod sub disiunctione altera pars contradictionis sit vera vel. falsa; non tamen haec vel illa determinate, sed se habet ad utrumlibet. Et si contingat quod altera pars contradictionis magis sit vera, sicut accidit in contingentibus quae sunt ut in pluribus, non tamen ex hoc necesse est quod ex necessitate altera earum determinate sit vera vel falsa.

5. Deinde cum dicit: *Quare manifestum est* etc., concludit principale intentum et dicit manifestum esse ex praedictis quod non est necesse in omni genere affirmationum et negationum oppositarum, alteram determinate esse veram et alteram esse falsam: quia non eodem modo se habet veritas et falsitas in his quae sunt iam de praesenti et in his quae non sunt, sed possunt esse vel * non esse. Sed hoc modo se habet in utrisque, sicut dictum est, quia scilicet in his quae sunt necesse est determinate alterum esse verum et alterum falsum: quod non contingit in futuris quae possunt esse et non esse". Et sic * terminatur primus liber,

* *non esse.*

* a c: *et in hoc.*

η) *Non contingit in futuris quae possunt esse et non esse.* – Non abs re erit nonnulla hic addere in defensionem Aristotelis. Dubium generale propositum erat: *Utrum in enunciationibus singularibus de futuro in materia contingenti necesse sit quod determinate una oppositarum sit vera, et altera falsa* (lect. xm, n. 6). Cui dubio responsum est negative. Ratio indirecta fuit quod, posita determinatione veritatis in alterutra ex praefatis enunciationibus, contingentia et libertas omnino tollerentur; ratio vero directa quia non eodem modo se habet veritas in futuris necessariis et contingentibus: quia illa sunt determinata ad esse in suis causis, sed contingentia futura neque in se, quia non sunt, neque in suis causis, quae se habent ad utrumlibet, sunt magis determinata ad *statum* existentiae, quam ad *statum* non–existentiae (Cf. supra not. γ). Quam Aristotelis doctrinam amplectitur omnino s. Thomas, eamque tanta luce evidentiae perfundit commentando, ut dubium omne excludat.

Nihilominus nonnulli Aristotelem accusarunt de laesa divina praescientia quoad futura contingentia et libera. Aiunt enim: id quod non est determinate verum vel falsum, non est determinate cognoscibile (quia cognoscibilitas sequitur entitatem rei). Sed, iuxta Aristotelem, in futuris contingentibus neutrum oppositorum est determinate verum ve) falsum. Ergo Aristoteles per hanc suam doctrinam, qua tendit ad tuendam libertatem hominis, negat Deo scientiam futurorum contingentium, et ut homines faciat liberos, facit sacrilegos, sicut de Tullio s. Augustinus dixit (*De civitate Dei,* lib. V, cap. ix, n. a).

Quid Aristoteles senserit de Deo, eiusque scientia, providentia, caeterisque attributis non quaerimus; impraesentiarum quaestio tota consistit in hoc: utrum ex praecitata solutione ad propositum dubium de enunciationibus singularibus de futuro contingenti inferri possit negatio divinae eorumdem futurorum praescientiae. Porro haec illatio absolute neganda est. Nam s. Thomas praefati dubii solutionem Aristotelicam (quam Boethius – Ed. 11 *De interpret.,* pag. 3γ5 – dicit firmissima et validissima argumentatione constitutam) amplectitur ac defendit, imo retinet ac probat quod si secus esset, nempe si altera ex propositionibus de futuris liberis esset determinate vera, omnia ex necessitate fierent, et actum esset tum de contingentia rerum, tum maxime de libertate humana. Imo, addo, ipsa libertas divina in discrimen vocaretur: non enim libertas divina est ad oppositum eius, quod ex vi obiectiva propositionis (puta: triangulus habet tres angulos aequales duobus rectis) est determinate verum. Et nihilominus sanctus Doctor praescientiam futurorum liberorum strenue propugnat (Cf. lect. xiv, n. 20 seq.). Signum est ergo quod ex indeterminatione utriusque partis contradictionis in futuris liberis haud sequitur negatio divinae praescientiae, sed utraque coexistit (Cf. Ammonium in *Peri herm.,* sect. II, *De propositionibus ex subiecto tantum et praedicato compositis,* § vu, fol. 20. – Ed. cit.). – Deinde noto quod Aristoteles loquitur hoc loco de indeterminatione veritatis in utraque parte contradictionis quoad praedicta futura, tum considerata forma propositionis disjunctivae, tum considerata natura eorumdem futurorum: quo sensu affirmat et merito illam indeterminationem esse omnino certam. Atqu' manifestum est alteram contradictionis partem haud cognosci neque a nobis neque a Deo, nisi secundum illam obiectivitatem vel veritatem, quam ex se habet. Quoad se autem habet veritatem et obiectivitatem solummodo indeterminate. Ergo nonnisi indeterminate altera contradictionis pars de futuro contingenti est cognoscibilis et cognoscitur: si secus esset, nempe si ut determinatum cognosceretur quod determinatum non est, mens in sua cognitione falleretur.

Sed, dicitur in allegata obiectione, id quod non est determinate verum vel falsum, non est determinate cognoscibile. Et hoc concedimus, quia est propositio evidens ex terminis. Cum autem subsumitur, oppositorum futurorum liberorum neutrum iuxta Aristotelem esse determinate verum vel falsum; et id etiam concedimus, dummodo sistatur in sola consideratione naturae et obiecti propositionis singularis de futuro contingenti, ut hic supra explicatum est. Quo posito, negamus consequens et consequentiam eiusdem obiectionis. Et revera id quod est indeterminate verum, procul dubio non potest cognosci ut verum determinate. Sed id quod est quoad se indeterminate verum, potest aliunde habere determinationem; sicut *studere* vel *non studere* est quid indeterminatum; et tamen alterutrum potest determinari quoad me ex mea voluntate. Ita est de futuris contingentibus in ordine ad divinam cognitionem. Illa sunt tum *ex se* tum in suis causis proximis indeterminate futura vel non futura; et tamen Deus futura libera determinate cognoscit, non quasi determinate ex se vel ex causis proximis sint, sed quia cum determinabilia sint, determinantur a Deo, qui, ut audivimus a s. Thoma, est per se causa omnium quae in hoc mundo accidunt, et, extra ordinem entium existens, est causa profundens totum ens et omnes eius differentias (lect. xiv, n. 22). Ut Aristoteles iure accusaretur de laesa divina praescientia futurorum, probandum esset futura libera, antequam fiant, ab ipso fuisse asserta indeterminata in seipsis et in causis proximis (quod est verum) et indeterminabilia atque indeterminata alio quovis modo. Sed de hac secunda parte non tractat ipse in praesenti; quia nonnisi de propositionibus, spectatis ipsarum natura et obiecto, illi est sermo: nempe, ut brevius dicam, loquitur de *determinatione* in priori sensu quam merito negat; non loquitur de *determinabilitate* neque de *determinatione* in altero sensu, quia non est ad propositum. Ad rem Sylvester Maurus: « Quaeritur an haec Aristotelis doctrina sit vera, vel erronea et contra » fidem? — Respondeo, quod si ita intelligatur, ut neget solum propo» sitiones de futuro contingenti habere de praesenti veritatem determi» natam naturaliter in rebus creatis, est vera; si autem ita intelligatur, » ut neget tales propositiones habere veritatem determinatam etiam in » scientia divina, atque in supernaturalibus revelationibus, est falsa, » contra fidem, et impia » (*Aristotelis opera... illustrata,* tom. I, *De interpretatione,* lib. 1, cap. vi, pag. 79, seq. – Romae 1668). Huius Auctoris sententiae est subscribendum; at non de propositionibus de futuro contingenti in ordine ad scientiam divinam, sed de eisdem propositionibus in seipsis consideratis loquitur manifeste Aristoteles hoc loco.

ARISTOTELIS PERI HERMENEIAS

LIBER II

•δ

LECTIO PRIMA

DE DISTINCTIONE ET ORDINE SIMPLICIUM ENUNCIATIONUM, IN QUIBUS NOMEN FINITUM VEL INFINITUM PONITUR TANTUM EX PARTE SUBIECTI

ΕπεΙ δέ έστί τι κατά τίνο ή κατάφασι σημαίνουσα, τούτο δέ έστιν η όνομα η το άνώνυμον, έν δέ δεΐ ε'ναι, καί καθ' ένό , το' έν τη καταφάσει·

(τό δέ όνομα εΐρηται καί τό ανώνυμον πρότερον τό γάρ ούκ άνθρωπο όνομα μέν ού λέγω , άλλ* αόριστον όνομα· εν γάρ πω σημαίνει καί τό αόριστον ώσπερ καί τό ούχ υγιαίνει, ού ρήμα, άλλ' αόριστον ρήμα)·

έσται πάσα κατάφασι καί άπόφασι η έξ ονόματο καί ρήματο , η έξ αορίστου ονόματο καί ρήματο .

νΑνευ δέ ρήματο ούδεμία κατάφασι ούδέ άπόφασι · τό γάρ έστιν, η έσται, η ην, η γίνεται, η ίσα άλλα τοιαΰτα, ρήματα έκ των κειμένων έστί· προσσημαίνει γάρ χρόνον.

Ώστε πρώτη έσται κατάφασι καί άπόφασι τό έστιν άνθρωπο , ούκ έστιν άνθρωπο . Ειτα, έστιν ούκ άνθρωπο , ούκ έστιν ούκ άνθρωπο . Πάλιν, έσ.τι πά άνθρωπο , ούκ εστι πά άνθρωπο · έστι πά ούκ άνθρωπο , ούκ εστι πά ούκ άνθρωπο . Καί έπΐ των έκτό δέ χρόνων ό αύτο λόγο έστίν.

*** Quoniam autem est affirmatio de aliquo significans aliquid, hoc autem oportet esse vel nomen vel innominatum; unum autem oportet esse et de uno id quod est in affirmatione;**

(nomen autem dictum est et innominatum prius; non homo enim nomen quidem non dico, sed nomen infinitum: unum enim significat quodammodo et infinitum nomen; quemadmodum et non currit non verbum dico, sed infinitum verbum);

erit omnis affirmatio et negatio vel ex nomine et verbo, vel ex infinito nomine et verbo.

Praeter verbum autem nulla affirmatio vel negatio est. Est enim vel erit, vel fuit, vel fit, vel quaecumque alia huiusmodi verba, ex his sunt, quae sunt posita : consignificant enim tempus.

Quare prima erit affirmatio et negatio, est homo, non est homo. Deinde, est non homo, non est non homo. Rursus, est omnis homo, non est omnis homo : est omnis non homo, non est omnis non homo. Et in extrinsecis temporibus eadem est ratio.

* Cap. x.

Synopsis. — i. Argumentum huius secundi libri est enunciatio, secundum quod diversificatur per aliquid sibi additum. – Divisio. – 2. Subiectum affirmationis est nomen vel innominatum, idest infinitum nomen. – 3. Nomen infinitum significat *unum* non *simpliciter,* sed *secundum quid,* in quantum significat formae alicuius *negationem,* quam ut ens aliquod ratio considerat, quamvis non sit. – 4. Ex quo infertur duplicem esse modum affirmationis ct negationis : quaedam enim constant ex *nomine* proprie dicto et *verbo;* quaedam vero constant ex *nomine* improprie dicto, seu ex nomine *infinito* et ex verbo. – 5. Differentia enunciationum non potest sumi ex parte verbi. Nam in enunciationibus verbum infinitum fit verbum negativum, et ideo reddit negativas ipsas enunciationes. – 6. Distinguuntur enunciationes in quibus nomen *finitum* vel *infinitum* ponitur solum ex parte subiecti; et hoc tripliciter: secundum affirmationem et negationem ; secundum subiectum finitum vel infinitum ; secundum subiectum universaliter vel non universaliter positum.

a

ostquam Philosophus " in primo li-
)lfbro determinavit de enunciatione
$ simpliciter considerata; hic determinat de enunciatione, secundum quod diversificatur per aliquid sibi Additum. Possunt autem tria in enunciatione considerari: primo *, ipsae *dictiones,* quae praedicantur vel subiiciuntur in enunciatione, quas supra distinxit per nomina et verba *; secundo, ipsa *compositio*, secundum quam * est verum vel falsum in enunciatione affirmativa vel negativa; tertio, ipsa *oppositio* unius enunciationis ad aliam. Dividitur ergo haec pars in tres partes : in prima*, ostendit quid accidat enunciationi ex hoc quod aliquid additur ad dictiones in subiecto vel praedicato positas; secundo, quid accidat enunciationi ex hoc quod aliquid additur ad determinandum veritatem vel falsitatem compositionis ; ibi : *His vero determinatis* * etc.; tertio, solvit quamdam dubitationem circa oppositiones enunciationum prove-

•*K: primo quidem.*

"Lib. I Icet. 1, n. 6.

α'-Per quam.

•λ: *in prima Aristoteles.*

* Lect. vm.

a) *Pestquam Philosophus* etc. Uti praemonuimus in praefatione, opus περί έρμηνεία unico libro apud graecos absolvitur, sed a sequioribus scriptoribus latinis in duos libros fuit distributum. Ratio vero huius divisionis ex natura enunciationis (quae est totius operis subiectum) petitur; scilicet, quia enunciatio et simpliciter consideranda est, et secundum quod diversificatur per aliquid sibi additum, recte ab enunciatione posteriori sensu accepta secundi libri sumitur exordium. – Quartum librum sui commentarii in idem περί ερμηνεία opus exorditur Boethius, eamdem divisionem sequutus; sed alia est partitio quam sequitur Ammonius. Ipse enim ea quae in hac s. Thomae lectione prima exponuntur sectioni secundae suae interpretationis adnectit, eamdemque absolvit, « Hactenus, *inquiens,* Aristoteles propositionum ex subiecto praedicatoque consistentium commentationem provexit; quamobrem nos quoque de iis quae sequuntur ab alio exorsi principio dicamus. » Tertiam vero sectionem a primis verbis Όταν 3= το !στι etc. sequentis lectionis exorditur : « Caput Libri tertium hinc auspicatur, *inquit,* quod de iis esse propositionibus diximus quae ex tertio appraedicato componuntur » (Ed. cit, fol. 23 coi. 4, et fol. 24 coi. 2).

• a b c: *provenientes.* nientem * ex co, quod additur aliquid simplici enunciation!; ibi: *Utrum autem contraria est affirmatio* * etc.

' Lect. xtn. Est autem considerandum quod additio facta ad praedicatum vel subiectum quandoque tollit unitatem enunciationis, quandoque vero non tollit, sicut additio negationis infinitantis * dictionem.

' Cf. lib. I, lect. iv, n. 13. Circa primum ergo duo facit: primo, ostendit quid accidat enunciationibus ex additione negationis infinitantis dictionem; secundo, ostendit quid accidat circa enunciationem ex additione tollente unitatem;

' Lect. v. ibi: *At pero unum de pluribus* * ctc. Circa primum duo facit: primo, determinat de enunciationibus simplicissimis, in quibus nomen finitum vel infinitum ponitur tantum ex parte subiecti; secundo, determinat de enunciationibus, in quibus nomen finitum vel infinitum ponitur non solum ex parte subiecti, sed etiam ex parte praedicati; ibi: *Quando autem est tertium adiacens* * etc. Circa primum duo facit: primo, proponit rationes quasdam distinguendi tales enunciationes; secundo, ponit earum distinctionem et ordinem; ibi: *Quare prima est affirmatio* * etc. Circa primum duo facit: primo, ponit rationes distinguendi enunciationes ex parte nominum; secundo, ostendit quod non potest esse eadem ratio distinguendi ex parte verborum; ibi: *Praeter verbum autem* * etc. Circa primum tria facit: primo, proponit rationes distinguendi enunciationes; secundo, exponit quod dixerat; ibi: *Nomen autem dictum est** etc.; tertio, concludit intentum; ibi: *Erit omnis affirmatio* * etc.

" Lect. 11.

• infra n. 6.

β

■Num.5.

•Num.3.

'Num.4.

2. Resumit ergo illud % quod supra dictum est ** de definitione affirmationis, quod scilicet affirmatio est *enunciatio significans aliquid de aliquo;* et, quia verbum est proprie nota eorum quae de al-

n 'riffltud" ■ i5b.i,iect.v«;;

tero praedicantur *, consequens est ut illud, de quo aliquid dicitur, pertineat ad nomen; nomen autem est vel finitum vel infinitum; et ideo, quasi concludens subdit quod quia affirmatio significat aliquid de aliquo, consequens est ut hoc, de quo significatur 7, scilicet subiectum affirmationis, sit vel nomen, scilicet finitum (quod proprie dicitur nomen, ut *in Primo* dictum est*),velin nominatum, idest infinitum nomen: quod dicitur innominatum, quia Ipsum non nominat aliquid cum aliqua * forma determinata, sed solum removet determinationem formae. Et ne aliquis diceret * quod id quod in affirmatione subiicitur est simul nomen et innominatum, ad hoc excludendum subdit quod *id quod est,* scilicet praedicatum J, *in affirmatione,* scilicet una, de qua nunc loquimur *, *oportet esse unum et de uno* subiecto **; et sic oportet quod subiectum talis affirmationis sit vel nomen, vel nomen infinitum

'Cf.iib.i,iect.v, cuntur·

τ

'Lect·iv, n. 13.

ali uis credat·

*.AJ . iect0·

3. Deinde cum dicit: *Nomen autem* ctc., exponit quod dixerat, et dicit quod supra * dictum est quid sit nomen, et quid sit innominatum, idest infinitum nomen: quia, *non homo,* non est nomen, sed est infinitum nomen, sicut, *non currit,* non est verbum, sed infinitum verbum. Interponit autem quoddam, quod valet ad dubitationis remotionem, videlicet quod nomen infinitum quodam modo significat unum. Non enim significat simpliciter unum, sicut nomen finitum, quod significat unam formam generis vel speciei aut etiam individui, sed in quantum significat negationem formae alicuius *, in qua negatione multa conveniunt, sicut in quodam uno secundum rationem. *Unum* enim* eodem modo dicitur aliquid, sicut et *ens;* unde sicut ipsum *non ens* dicitur *ens* , non quidem

*Lib.i,iect.iv.

▮ cf. lect. cit., n. '3codd,-P.: *au-*

Ï

β) *Secundo ostendit quod non potest esse* ctc. Ita legit et optime cod. C.-Piana: *secundo quod non potest* etc.-Cod. A: *secundo ostendit quando potest esse* etc. Quae lectio falsa est: numero enim 5, in quo agitur de hoc membro subdivisionis, ostenditur differentias enunciationum sumi non posse ex parte verborum. Sed et cod. B erronee legit: *secundo quando potest esse eadem oratio distinguendi* etc.

γ) *De quo significatur.* Est lectio codd. ABC, quam adoptamus loco edd. P. ct Ven.: de quo *significatur aliquid de aliquo.* Placeret quidem conservare *aliquid,* quamvis non necessarium, cum de facili subintelligatur; sed non potest admitti lectio, *de aliquo.* Sermo est de subiecto, *(ut, hoc..., scilicet subiectum),* de quo aliquid significatur; at dici nequit sine confusione quod, *subiectum sit id de quo significatur aliquid de aliquo:* nam dicendo, *de quo significatur aliquid,* designatur subiectum; addendo autem, *de quo significatur aliquid de aliquo,* videtur aut idem repeti, aut indicari praedicatum.

8) *Scilicet praedicatum.* Haec lectio codd. CE indicatur cx sequentibus, *oportet esse unum et de uno subiecto:* dici enim de subiecto est proprium praedicati. – Piana: *scilicet primum.*

ε) *Sit vel nomen, vel nomen infinitum.* Cum hac lectione Piana concordat lectio codd. ABC,-D legit: *sit vel nomen finitum vel nomen infinitum:* quae lectio est magis explicita, adiccto vocabulo *finitum.* Attamen vocabulum istud non necesse est apponi, quia de facili supponitur. Dictum enim est paulo supra quod *nomen finitum* dicitur proprie nomen. — E: *vel non sit nomen vel nomen infinitum.* Negatio apposita error est.

ζ) *Ipsum non ens dicitur ens* etc. Animadvertat novitius non ens dici ens non *simpliciter* sed *secundum quid,* hoc est non ratione sui, sed ratione entis cuius *non-ens* est negatio. Contra sophistam, qui *in non entis tenebris aufugit, et diuturna consuetudine tenebris illis offunditur* (pag. 177) disserit Plato in libro, cui *Sophista* titulus est. Ibi probandum assumit quod, *non ens velut imaginando esse, revera non ens* dicimus (pag. 178) atque inter alia haec habet: « Quod enim *non pul-* » *chrum* ubique pronunciamus, hoc non ab alio quoquam alterum est, » quam a pulchri natura... Revera sequitur *non pulchrum* esse aliquid, » quandoquidem est illud cui opponitur.... Eademquc erit de caeteris » ratio, postquam alterius ipsius natura e genere entium esse appa- » ruit... Oportet audacter iam dicere, quod *non ens,* firmiter naturam » suam habet (τὸ ῥὴ 5ν βεβαίω ἐστι τὴν αὔτρϋ φὐσιν ?χον), quemad- » modum magnum erat magnum, pulchrumque erat pulchrum, ac etiam » non magnum et non pulchrum. Eodemque pacto non ens, secundum » idem erat, et est non ens species una multis aliis entibus adnumerata » (Pag. 180.-Ed. cit. Marsilii Ficini.-Cf. ib. *Parmenides,* pag. 1122 seq.).

Quia vero s. Thomas IV *Mctaphys.* citat, ex prima eius lectione declarabimus formam illam loquendi, qua sophistice abutitur idealismus sive speculativus sive criticus. – Ens igitur multipliciter dicitur, quamvis omne ens dicatur per respectum ad unum primum (Cf. lib. 1, lect. v, not. ξ). Alia enim dicuntur entia vel esse, quia per se habent esse, sicut *substantiae,* quae principaliter et per prius entia dicuntur. Alia vero dicuntur entia, quia sunt passiones sive proprietates substantiae, sicut propria sive per se accidentia uniuscuiusque substantiae, ut *capacitas sciendi* in homine, *gravitas* in corporibus etc. Quaedam autem dicuntur entia, quia sunt via ad substantiam, sicut motus et generationes, quae ordinantur ad productionem substantiae, sicut ad naturalem terminum. Alia autem entia dicuntur, quia sunt corruptiones substantiae: corruptio enim est subiecti quod corrumpitur via ad *non esse,* sicut generatio est via ad esse substantiae, ut dictum est. Et quia corruptio terminatur ad privationem, sicut generatio ad formam, convenienter ipsae etiam privationes formarum substantialium *esse* dicuntur. Et iterum qualitates vel accidentia quaedam dicuntur *entia,* quia sunt activa vel generative substantiae, vel eorum quae secundum aliquam habitudinem ad substantiam dicuntur. Item negationes eorum quae ad substantiam habitudinem habent, vel etiam ipsius substantiae esse dicuntur; unde dicimus quod *non-ens est non-ens:* quod non diceretur nisi negationi aliquo modo esse competeret.

Sciendum tamen, addit s. Thomas, quod praedicti modi essendi ad quatuor possunt reduci. Nam unum eorum, quod est ens debilissimum, est tantum in ratione, scilicet negatio et privatio: quas dicimus in ratione esse, quia ratio de eis negotiatur quasi de quibusdam entibus, dum de cis affirmat vel negat aliquid (secundum quid autem differant negatio et privatio, cf. lib. I, lect. tv, not. p.). Aliud huic proximum in debilitate est, secundum quod generatio et corruptio et motus entia dicuntur: habent enim aliquid admistum de privatione et negatione. Nam motus est actus imperfectus. Tertium autem dicitur quod nihil habet de non-ente admistum, habet tamen esse debile, quia non est

simpliciter, sed secundum quid, idest secundum rationem, ut patet in IV *Metaphysicae* *, ita etiam negatio est unum secundum quid, scilicet secundum rationem. Introducit autem hoc, ne aliquis dicat quod affirmatio, in qua subiicitur nomen infinitum, non significet unum de uno, quasi nomen infinitum non significet unum.

■Ed.Did.iib.m, cap.it,n.2.-Comment.s.Th.lect.l

4. Deinde cum dicit: *Erit ovinis affirmatio* etc., concludit propositum scilicet quod duplex est modus affirmationis*. Quaedam enim est affirmatio, quae constat ex nomine et verbo; quaedam autem est quae constat ex infinito nomine et verbo. Et hoc sequitur ex hoc quod supra dictum est quod * hoc, de quo affirmatio aliquid significat, vel est nomen vel innominatum. Et eadem differentia potest accipi ex parte negationis, quia de quocunque contingit affirmare, contingit et negare, ut in *Primo* habitum est *.

• *eoa.·.affirma-*

* a : *scilicet quod.*

' Lect. ix, n. 6.

5. Deinde cum dicit: *Praeter verbum* etc., ostendit quod differentia enunciationum non potest sumi ex parte verbi '. Dictum est enim supra * quod, praeter verbum nulla est affirmatio vel negatio. Potest enim * praeter nomen esse aliqua affirmatio vel negatio, videlicet si ponatur loco nominis infinitum nomen: loco autem verbi in enunciatione non potest poni infinitum verbum, duplici ratione. – Primo quidem, quia infinitum verbum constituitur per additionem infinitae particulae , quae quidem addita verbo *per se* dicto, idest extra enunciationem posito, removet ipsum absolute, sicut addita nomini, removet formam nominis absolute: et ideo extra enunciationem potest accipi verbum infinitum* per modum unius dictionis, sicut et nomen infinitum*. Sed quando negatio additur verbo in enunciatione posito, negatio illa removet verbum ab aliquo, et sic facit enunciatioriem negativam: quod non accidit ex parte nominis. Non enim enunciatio efficitur negativa nisi per hoc * quod negatur compositio, quae importatur in verbo: et ideo verbum infinitum in enunciatione positum fit verbum negativum. – Secundo, quia in nullo variatur veritas enunciationis, sive utamur * negativa particula ut infinitante verbum vel ut faciente negativam enunciationem; et ideo accipitur semper in simpliciori intellectu 0, prout est magis in promptu. Et inde est quod non diversificavit affirmationem per hoc, quod sit ex verbo vel infinito verbo, sicut diversificavit per hoc, quod est ex nomine vel infinito nomine.

η Lib.I, lect.vui, n. 8.

• a c : *autem ;* - *b* habet lacunam.

Est autem considerandum ' quod in nominibus et in verbis practer differentiam finiti et infiniti est differentia *recti* ct *obliqui.* Casus enim nominum, etiam verbo addito, non constituunt enunciationem significantem verum vel falsum, ut in *Primo* habitum est *: quia in obliquo nomine non includitur ipse rectus, sed in casibus verbi includitur ipsum verbum praesentis temporis. Praeteritum enim et futurum, quae significant casus verbi*, dicuntur per respectum ad praesens. Unde si dicatur, *hoc erit,* idem est ac si diceretur, *hoc estfuturum; hocfuit, hoc est praeteritum.* Et propter hoc, ex casu verbi et nomine fit enunciatio. Et ideo subiungit quod sive * dicatur *est,* sive *erit,* sive*fuit,* vel quaecumque alia huiusmodi verba, sunt de numero praedictorum verborum, sine quibus non potest fieri enunciatio: quia omnia consignificant tempus *, et alia * tempora dicuntur per respectum ad praesens.

' n.15.

a b : *consignifi-* *f-* uct. v, n.13)/

*

sive·

'Cf.iib.i,k«.v, "Ua.

6. Deinde cum dicit: *Quare prima erit affirmatio* etc., concludit ex praemissis distinctionem enunciationum in quibus nomen finitum vel infinitum ponitur solum ex parte subiecti, in quibus triplex differentia intelligi potest: una quidem, secundum affirmationem et negationem ; alia, secundum subiectum finitum et infinitum ; tertia, secundum subiectum universaliter, vel non universaliter positum *. Nomen autem finitum est ratione prius infinitoxsicut affirmatio prior est negatione*; unde primam affirmationem ponit, *homo est,* et primam negationem, *homo non est.* Deinde ponit secundam affirmationem, *non homo est,* secundam autem negationem, *non homo non est.* Ulterius autem ponit illas enunciationes in quibus subiectum universaliter ponitur, quae sunt quatuor *, sicut et illae in quibus est subiectum non universaliter

'^-.*sumptum.*

,Cf |ibxj |ect v,n) n· 3· '

tuor·

• Bc non recte omitt. *infinitum.*

• Cf. lib.I, Icct.v, n. ii.

• **: nam enunciatio non efficitur negativa nisi propter hoc* etc.

per se, sed in alio; sicut sunt qualitates, quantitates et substantiae proprietates. Quartum autem genus est, quod est perfectissimum, quod scilicet habet esse in natura absque admistione privationis, et habet esse firmum et solidum, quasi per se existens et non in alio, sicut sunt substantiae. Et ad hoc (nempe ad substantiam), sicut ad primum et principale omnia alia referuntur: nam qualitates et quantitates dicuntur esse, in quantum insunt substantiae; motus et generationes dicuntur esse, in quantum tendunt ad substantiam vel ad aliquid praedictorum; privationes autem et negationes dicuntur esse, in quantum removent aliquid trium praedictorum.

Dixi quod praefata loquendi forma abutitur idealismus. Quia enim negationes quasi entia concipiuntur a mente nostra et *ratio de eis negotiatur quasi de quibusdam entibus,* idealismus speculativus, quem Hegel finxit, transtulit huiusmodi negationes ad ordinem realitatis, voluitque a *non esse* sicut et ab *esse* sumendas esse differentias, quibus res omnes fiunt, ordinantur et distinguuntur ad invicem. *Logique de Hegel traduite... par A. Vera.* Ed. II, Paris 1864, chap, xii, pag. 112 seq. in textu et in nota, et pag. 408.– Ex opposito, idealismus criticus, duce Kantio, (Cf. *Critique de la raison pure..., retraduite par J.Tissot,* tom. 1, pag. 62, et deinceps per totum istud opus. Paris 1845) nonnisi realitatem contingentem extra nos ponit, sed obiecta universalia et relationes necessarias atque universales ipsorum contingentium (Cf.lib.I, lect.xin, not. γ), non secus ac negationes, privationes etc., fieri a mente nostra et in mente nostra tantum existere contendit; subdens quod mens actu spontaneo quidem existimat obiecta huiusmodi habere extra nos realitafem, sed reflexio scientifica corrigit (verius corrumpit) primaevum et spontaneum assertum rationalis naturae.- Idealismus igitur totus fundatur in confusione entis rationis cum ente reali, non satis discernens in cognitione nostra quid ponatur a mente et quid sit a rebus.

η) *Non potest sumi ex parte verbi.* Unus cod. B immediate prosequitur: *et hoc sequitur ex hoc quod supra dictum est. Dictum est enim* etc. Quam lectionem, cum ea caeteri codd. nostri careant, non admittimus, quamvis illam absonam a contextu non dicamus. Revera quae hoc loco dicuntur, quasi corollaria sunt eorum quae sunt praemissa in lect. vm, lib. I.

0) *In simpliciori intellectu.* Cod.D: *in simpliciorem intellectum;-codd.* ABCE: *secundum simpliciorem intellectum.* Et hanc meliorem puto lectionem. – Cod. A infra: *per hoc quod sit ex verbo finito vel infinito verbo, sicut diversificavit per hoc quod est ex nomine finito vel infinito* (Cf. not. β). Integram lectionem Pianam habent codd. CDE, imo et cod. B, nisi quod in fine legit *ex nomine, vel infinito.*

1) *Est autem considerandum* etc. Codd. ABC: ‹ Est autem considerandum quod in omnibus verbis praeter differentiam finiti et infiniti, et differentiam (BC, *est differentia}* recti et obliqui, nomini et verbo addita (B, *in omni etiam verbo addito;*– C, *nomini verbo addito)* non constituunt enunciationem » etc. Quae lectiones intricatae sunt, nec quid enuncient dici perspicue potest. Lectionem Pianam habent codd. DE.

x) *Nomen autem finitum est ratione prius infinito.* Codd.: *nomen autem finitum est naturaliter prius infinito.* Quae lectio posset acceptari. Asserit enim s. Thomas nomen finitum esse prius infinito, sicut probavit in primo libro de affirmatione respectu negationis (lect. vm n. 3). Ibi autem dixit affirmationem esse priorem negatione tum ex parte vocis, tum ex parte intellectus, tum ex parte rei, sicut compositio est *naturaliter* prior divisione, et habitus est *naturaliter* prior privatione.

positum. Praetermisit autem ponere exemplum de enunciationibus, in quibus subiicitur singulare, ut, *Socrates est, Socrates non est,* quia singularibus nominibus non additur aliquod signum. Unde in huiusmodi enunciationibus non potest.omnis differentia inveniri. Similiter etiam praetermittit * exemplificare de enunciationibus, quarum subiecta particulariter ponuntur, quia tale subiectum quodammodo eamdem vim habet cum subiecto universali, non * universaliter sumpto. Non ponit autem aliquam differentiam ex parte verbi, quae posset* sumi secundum casus verbi, quia sicut ipse dicit, in extrinsecis temporibus, idest in praeterito et in futuro, quae circumstant praesens, est eadem ratio sicut et in praesenti, ut iam dictum est.

? ^ us A

* Codd.-p. : /n-

LECTIO SECUNDA

DE NUMERO ET HABITUDINE INTER SE SIMPLICIUM ENUNCIATIONUM DE TERTIO ADIACENTE, IN QUIBUS PRAEDICATUR VERBUM *EST* ET SUBIICITUR NOMEN FINITUM NON UNIVERSALITER SUMPTUM

"Οταν όέ τό έστι τρίτον προσκατηγορηται, ηδη δίχω λέγονται αί αντιθέσει .

Λέγω όέ οίον έστι δίκαιο άνθρωπο , τό έστι τρίτον φημί συγκεΐσθαι όνομα η ρήμα έν τΐ) καταφάσει·

ώστε δια τούτο τέτταρα έσται ταΰτα, ών τα μέν δυο προ την κατάφασιν καί άπόφασιν έξει κατά τό στοιχοΰν, ώ αί στερήσει · τα δέ δυ'ο ου.

Λέγω δ* ότι τό έστιν η τω δικαίω προσκείσεται η τω ού δικαίω· ώστε καί ή άπόφασι . Τέτταρα ούν έσται.

Νοοΰμεν δέ τό λεγόμενον έκ των υπογεγραμμένων έστι δίκαιο άνθρωπο · άπόφασι τούτου, ούκ έστι δίκαιο άνθρωπο · έστιν ού δίκαιο άνθρωπο · τούτου άπόφασι , ούκ έστιν ού δίκαιο άνθρωπο . Τό γάρ έστιν &νταΰθα, καί τό ούκ έστι, τω δικαίω προσκείσεται καί τω ού δικαίω. Ταΰτα μέν ούν, ώσπερ έν τοϊ ^Αναλυτικοΐ εΐρηται, ού'τω τέτακται.

* Quando autem est tertium adiacens praedicatur, dupliciter tunc dicuntur oppositiones. * Seq' c' x'

Dico autem, ut est iustus homo, est tertium adiacere nomen vel verbum in affirmatione :

quare quatuor erunt illae, quarum duae quidem ad affirmationem et negationem sese habent secundum consequentiam, ut privationes, duae vero minime.

Dico autem quoniam est aut iusto adiacebit, aut non iusto, quare etiam negationes. Quatuor ergo sunt.

Intelligimus vero quod dicitur ex his quae subscripta sunt, est iustus homo, huius negatio est, non est iustus homo: est non iustus homo, huius negatio est, non est non iustus homo, est enim hoc loco, et non est iusto, et non iusto adiacet. Haec igitur quemadmodum in resolutoriis dictum est, sic sunt disposita.

Synopsis. — **i. Argumentum textus et eius divisiones.- 2. De duplici significatione verbi *esi* in propositione; sumitur enim vel *secundum se* et ut principale praedicatum, et significat existere in rerum natura; vel ut *copula* et *adiacens* seu coniunctum principali praedicato et significat coniunctionem huius praedicati cum subiecto. In hoc secundo casu verbum *est* dicitur *tertium* in propositione, non quasi sit tertium praedicatum, sed quia est tertia dictio *adiacens* principali praedicato, et cum ipso constituens unum praedicatum propositionis; quae hac de causa dicitur propositio de *tertio adiacente*.– 3. Propositionum quarum verbum *est* constituit principale praedicatum, ita ut nomen ponatur solum ex parte subiecti, una est tantum oppositio, eodem subiecto existente ; sed in aliis propositionibus, in quibus verbum *est* adiacet, oportet esse duas oppositiones,– 4. Ipsum *est* quamvis possit dici etiam nomen, sicut quaelibet alia *dictio,* tamen magis dicitur *verbum,* quia dictio, quae consignificat tempus communiter dicitur verbum,-5. Numerus et ordo simplicium enunciationum detectio adiacente,-6. De differentia enunciationum, secundum quod praedicatum est nomen *finitum, infinitum* et *privativum:* unde habentur propositiones *simplices, infinitae* et *privativae*.– 7. Refutatur interpretatio litterae Aristotelis data ab Hermino,– 8. Alia quorumdam antiquorum interpretatio non admittitur. – 9, Ammonii interpretatio. Quaedam praenotantur de virtualitate enunciationum, et de maiori vel minori extensione propositionum ad invicem comparatarum,– 10. Propositiones affirmativae et negativae *infinitae* se habent secundum consequentiam ad propositiones affirmativas et negativas *simplices,* sicut duae propositiones *privativae* se habent ad ipsas *simplices*. – 11. At propositiones simplices non se habent ad infinitas in consequendo, sicut ad istas se habent privativae, – 12. Simplicior et melior interpretatio Porphyrii. Propositiones *simplices* et propositiones *infinitae* ita se habent ad invicem] ut ad unam *affirmativam* consequatur alterius *negativa;* sed non viceversa ad *negativam* sequitur *affirmativa*. Et idem dicendum est de *simplicibus et de privativis*.– *13.* Explicatur numerus praedictarum enunciationum. – 14. Schema. – 15. Conclusio,-Dubium circa litteram Aristotelis.**

•postquam Philosophus distinxit enuntiationes, in quibus nomen finitum vel infinitum ponitur solum ex parte subiecti, hic accedit ad distinguendum illas enunciationes, in quibus nomen finitum vel infinitum ponitur ex parte subiecti et ex parte praedicati. Et circa hoc duo facit; primo, distinguit huiusmodi enunciationes; secundo, manifestat quaedam quae circa eas dubia esse possent; ibi: *Quoniam vero contraria est* * etc. Circa primum duo facit: primo, agit de enunciationibus in quibus nomen praedicatur * cum hoc verbo, *est;* secundo, de enunciationibus in quibus alia verba ponuntur; ibi: *In his vero in quibus* * etc. Distinguit autem huhuismodi enunciationes sicut et primas, secundum triplicem differentiam ex parte subiecti consideratam: primo namque, agit de enunciationibus in quibus ^ubiicitur nomen finitum non universaliter sumptum ; secundo, de illis in quibus subiicitur nomen finitum universaliter sumptum; ibi: *Similiter aittem se habet** etc.; tertio, de illis in quibus subiicitur nomen *infinitum;* ibi: *Aliae autem habent ad id quod est non homo* * etc. Circa primum tria facit: primo, proponit diversitatem oppositionis talium enunciationum; secundo, concludit earum numerum et ponit earum habitudinem; ibi: *Quare quatuor** etc.; tertio, exemplificat "; ibi: *Intelligimus vero* etc.* Circa primum duo facit:primo, proponit quod intendit; secundo, exponit quoddam quod dixerat; ibi: *Dico autem* * etc.

2. Circa primum duo oportet intelligere: primo quidem, quid est hoc quod dicit *, *est tertium adiacens praedicatur.* Ad cuius evidentiam considerandum est quod hoc verbum *est* quandoque ? in enunciatione praedicatur * secundum se; ut cum dicitur, *Socrates est:* per quod nihil aliud intendimus significare, quam quod Socrates sit in rerum natura. Quandoque vero non praedicatur *per se,*

a) Tertio exemplificat. **Codd. BDE: *exemplificat quasi in figura;* et revera sic esse legendum persuadent ea quae infra, n. 14, hac de re declarantur. – A omittit verba: *tertio exemplificat; ibi: intelligimus vero.***

β) *Quod hoc verbum* est *quandoque* **etc. Haec lectio, quam habent codd., anteponitur lectioni Pianae : *quod quandoque in enunciatione praedicatur* est *secundum* etc.**

1

" Lect. iv.

* ʌ :*ponitur.*

* Lect. m.

*Lect.m.

' Lect.m·

'Num.5.

· Num."4.

*Nnm.4.

· D: *dicit quod,*

β

* a e : *ponitur,*

quasi principale praedicatum, sed quasi coniunctum principali praedicato ad connectendum ipsum subiecto: sicut cum dicitur. *Socrates est albus,* non * est intentio loquentis ut asserat Socratem esse in rerum natura, sed ut attribuat ei albedinem mediante hoc verbo, *est;* et ideo in talibus, *est,* praedicatur ut adiacens principali praedicato. Et dicitur esse tertium, non quia sit tertium 7 praedicatum, sed quia est tertia dictio posita in enunciatione, quae simul cum nomine praedicato facit unum praedicatum, ut sic enunciatio dividatur in duas partes ct non in tres.

3. Secundo, considerandum est quid est hoc, quod dicit quod *quando est,* eo modo quo dictum est, *tertium adiacens praedicatur, dupliciter dicuntur oppositiones.* Circa quod considerandum est quod in praemissis enunciationibus *, in quibus nomen ponebatur solum ex parte subiecti, secundum quodlibet subiectum erat una oppositio; puta si subiectum erat nomen finitum non universaliter sumptum, erat sola una oppositio, scilicet *est homo, non est homo* *. Sed quando *est* tertium adiacens praedicatur, oportet esse duas oppositiones eodem subiecto existente* secundum differentiam nominis praedicati, quod potest esse finitum vel infinitum; sicut haec est una oppositio, *homo est iustus, homo non est iustus:* alia vero oppositio est, *homo est non iustus, homo non est non iustus.* Non enim negatio fit nisi per appositionem negativae particulae ad hoc verbum *est,* quod est nota praedicationis.

4. Deinde cum dicit: *Dico autem, ut est iustus* etc., exponit quod dixerat, *est tertium adiacens,* et dicit quod cum dicitur, *homo est iustus,* hoc verbum *est, adiacet,* scilicet praedicato, tamquam tertium nomen vel verbum in affirmatione. Potest enim ipsum *est,* dici nomen, prout quaelibet dictio nomen dicitur *, et sic est tertium nomen, idest* tertia dictio. Sed quia secundum communem usum loquendi, *dictio* significans * tempus magis dicitur verbum quam nomen, propter hoc addit, *vel verbum,* quasi dicat, ad hoc quod sit tertium, non refert utrum dicatur nomen vel verbum.

5. Deinde cum dicit: *Quare quatuor erunt* etc., concludit numerum enunciationum. Et primo, ponit conclusionem numeri; secundo, ponit earum habitudinem; ibi: *Quarum duae quidem* etc.; tertio, rationem numeri explicat*; ibi: *Dico autem quoniam csi* ef(‹ _ Dicit ergo primo quod quia duae sunt * oppositiones, *quando est tertium adiacens praedicatur,* cum * omnis oppositio sit inter duas enunciationes, consequens est quod sint quatuor enunciationes illae in quibus *est,* tertium adiacens, praedicatur, subiecto finito non*universaliter sumpto. Deinde cum dicit: *Quarum duae quidem* etc., ostendit habitudinem praedictarum enunciationum ad invicem; et dicit quod duae dictarum enunciationum se habent ad affirmationem et negationem secundum consequentiam, sive secundum correlationem, aut analogiam, ut in graeco habetur5, sicut privationes; aliae vero duae minime. Quod quia breviter et obscure dictum est diversimode a diversis expositum est.

6. Ad cuius evidentiam considerandum est quod tripliciter nomen potest praedicari in * huiusmodi enunciationibus. Quandoque enim praedicatur nomen finitum, secundum quod assumuntur duae enunciationes, una affirmativa et altera negativa, scilicet *homo est iustus,* et *homo non est iustus;* quae dicuntur simplices. Quandoque vero praedicatur nomen infinitum, secundum quod etiam assumuntur duae aliae, scilicet *homo est non iustus, homo non est non iustus;* quae dicuntur infinitae. Quandoque vero praedicatur nomen privativum *, secundum quod etiam sumuntur duae aliae, scilicet *homo est iniustus, homo non est intustus;* quae dicuntur privativae.

7. Quidam ergo sic exposuerunt, quod duae enunciationes earum, quas praemiserat scilicet illae, quae sunt de infinito praedicato, se habent ad affirmationem et negationem, quae sunt de praedicato finito secundum consequentiam vel analogiam, sicut privationes, idest sicut illae, quae sunt de praedicato privativo *. Illae enim duae, quae sunt de praedicato infinito, se habent secundum consequentiam ad illas, quae sunt dc finito praedicato secundum transpositionem quandam, scilicet affirmatio ad negationem et negatio ad affirmationem. Nam *homo est non iustus,* quae est affirmatio de infinito praedicato, respondet secundum consequentiam negativae * de praedicato finito, huic scilicet *homo non est iustus.* Negativa vero de infinito praedicato, scilicet *homo non est non iustus,* affirmativae de finito praedicato, huic scilicet *homo est iustus.* Propter quod Theophrastus vocabat eas, quae sunt de infinito praedicato, *transpositas.* Et similiter etiam affirmativa de privativo praedicato respondet secundum consequentiam negativae de finito praedicato, scilicet

• C: *non enim;* sed non recte.

ï

• b: *enunciatiotuer.*

• a: *homo est,*

• a: *existentefi-*«i/o.

• cf.kct.v,n. 15.

• x. *idest, est.*

'juansconsieni'

-acde,- p.: *ex-*non sfne,sicutBd, *exciudat-(.am.*

' B: *primo, cum duae sint.*
' x: *et cum.*

' x: *finito existente, non tamen.*

3
ε

• *In* ex ac.

• Cf. lib. I, lect. iv, n. 13.

• abc: *de subiecto privativo;* sed erronee.

' bc: *negativae, quae est de* etc.

Theophrastus.

γ) *Et dicitur esse tertium non quia sit tertium* etc. Ita codd. AC DE. – Cod. B non recte: *et cum dicitur* etc.-Edit. Piana nec ipsa bene: *ct non dicitur esse tertium quia sit tertium* etc.-Quoad ea vero quae hic asseruntur, quod nempe enunciatio non dividatur in tres partes, quae sint *subiectum, verbum* seu copula et *praedicatum,* quia *verbum* cum *praedicato* constituunt unum praedicatum, recolat novitius quae in libro 1, lect. v, n. 4 dicta sunt; videlicet quia verbum semper se tenet ex parte praedicati.

0) *Aut analogiam, ut in graeco habetur.* ΣτοΤχο , quo vocabulo utitur Aristoteles, *ordo* est latine. Cur autem s. Thomas maluerit vertere xari το στοιχοῦν, *secundum consequentiam sive secundum correlationem aut analogiam,* quam *secundum ordinem,* ex dicendis erit manifestum.

ε) *Quod quia breviter et obscure dictum est* etc. Boethius *De interpretatione* Edit. 11, lib. IV, *De enunciationibus infinitis, §. Quando autem est testium,* pag. 388 hunc Aristotelis locum explicaturus praemittit: « Quare idcirco quatuor istae erunt, quarum quidem duae ad affirmationem sese habent secundum consequentiam, ut privationes, duae » vero minime, diligentius exponamus. Locus enim magna brevitate con- » strictus est, et nimia subtilitate ac obscuritate difficilis. » – Ammonius quoque, *De interpretatione,* sect. Ill, §. t, *Quando autem* etc.: «Dicta, » *inquit,* obscure hic admodum sunt, ac per aenigmata... Atrae Sphingis » vocem, ut Lycophronis utar verbis, imitatur *(Aristoteles),* nec parum » explanatoribus facessit negotii, quidnam pauca haec verba *(quarum* » *duae quidem* etc.) sibi velle existimabimus» (fol. 24 coi. 2, et fol. 25, coi. 1). Quae omnia aut falsa aut exaggerata videntur Theodoro Waitz: « Vs, *inquit,* 23 et 24 quantum vexaverint interpretes videre licet ex » Ammonio, qui in re desperata lamentationibus Aristotelem persequitur. » Plana erunt omnia, si locum Analyticorum bene perspexerimus..., » ubi haec uberius exponuntur » (*Aristotelis Organon, graece,* par. I, pag. 344, ed. cit.). – Vereor ego tamen dicere plana ct perspicua quae magni viri et in libris Aristotelis versatissimi difficilia et perobscura proclamant. Sed de his infra, not. p.

haec, *homo est iniustus,* ei quae est, *homo non est*
ζ *iustus.* Negativa vero affirmativae, scilicet haec ζ, *homo non est iniustus,* ei quae est, *homo est iustus.* - Disponatur ergo in figura. Et in prima quidem linea ponantur illae, quae sunt de finito praedicato, scilicet *homo est iustus, homo non est iustus.* In secunda autem linea, negativa de infinito praedicato sub affirmativa de finito et affirmativa sub
η negativa. In tertia vero, negativa " de privativo praedicato similiter sub affirmativa de finito et affirmativa sub negativa : ut patet in subscripta figura.

▮ Propp. simpii- *Homo est iustus – Homo non est iustus.*
■Proppjnfinitae. *Homo non est non iustus _ Homo est non iustus.*
• Propp. privativae. *Homo non est iniustus * Homo est iniustus.*

Sic ergo duae, scilicet quae sunt de infinito praedicato, se habent ad affirmationem et negationem de finito praedicato, sicut privationes, id-est sicut illae quae sunt de privativo praedicato.
• bc -- r : *sunt,* Sed duae aliae quae sunt de * infinito subiecto, scilicet *non homo est iustus, non homo non est*
▮ λ ; *quoniam,* *iustus,* manifestum est quod * non habent similem
Herminus. consequentiam. Et hoc modo exposuit Herminus
0 9 hoc quod dicitur, *Duae vero, minime,* referens hoc ad illas quae sunt de infinito subiecto.

Sed hoc manifeste est contra litteram. Nam cum praemisisset quatuor enunciationes, duas scilicet de finito praedicato et duas de infinito, subiungit quasi illas subdividens, *quarum duae quidem* etc. *Duae vero, minime;* ubi datur intelligi quod utraeque duae intelligantur in praemissis. Illae autem quae sunt de infinito subiecto non includuntur in praemissis, sed de his postea dicetur. Unde manifestum est quod de eis nunc non loquitur.

• Loc. cit. in superiori nota ε. 8· Et ideo, ut Ammonius dicit *, alii aliter exposuerunt, dicentes quod praedictarum quatuor propositionum duae, scilicet quae sunt de infinito praedicato, sic se habent ad affirmationem et negationem, idest ad ipsam speciem affirmationis
• *ut* << coda, et negationis, ut privationes, idest ut * privativae affirmationes seu negationes *. Haec enim affirmatio,
• *: ajirmationes et negationes* »« *homo est non iustus',* non est simpliciter affirmatio, sed secundum quid, quasi secundum privationem affirmatio; sicut homo mortuus non est homo simpliciter, sed secundum privationem; et idem dicendum est de negativa, quae est de infinito praedicato. Duae vero, quae sunt de finito praedicato, non se habent ad speciem affirmationis et negationis secundum privationem, sed simpliciter. Haec enim, *homo est iustus,* est simpliciter affirmativa, et haec, *homo non est iustus,* est simpliciter negativa. - Sed nec hic sensus convenit verbis Aristotelis. Dicit enim infra: *Haec igitur quemadmodum in Resolutoriis * dictum est, sic sunt disposita;* ubi nihil invenitur ad hunc sensum pertinens. Et ideo Ammonius ex his, quae in fine I *Priorum* * dicuntur de propositionibus, quae sunt de finito vel infinito vel privativo praedicato, alium sensum accipit. "lytfd^pr^ribui. Ammonius. Cap u,t·

9. Ad cuius evidentiam considerandum est quod, sicut ipse dicit, enunciatio aliqua virtute se habet ad illud, de quo totum id quod in enunciatione significatur vere praedicari potest: sicut haec enunciatio, *homo est iustus,* se habet ad omnia illa, de quorum quolibet vere * potest dici quod *est homo iustus;* et similiter haec enunciatio, *homo non est iustus,* se habet ad omnia illa, de quorum quolibet vere dici potest quod *non est homo iustus.* s*d°nonbèn"ui Pa,etinfra·

Secundum ergo hunc modum loquendi, manifestum est quod simplex negativa in plus * est quam affirmativa infinita, quae ei correspondet. Nam, quod sit *homo non iustus,* vere potest dici de * quolibet homine, qui non habet habitum iustitiae; sed quod *non sit homo iustus,* potest dici non solum de homine non habente habitum iustitiae, sed etiam de eo qui penitus non est homo : haec enim est vera, *lignum non est homo iustus;* tamen haec est falsa, *lignum est homo non iustus.* Et ita negativa simplex est in plus quam affirmativa infinita; sicut etiam animal est in plus quam homo, quia de pluribus verificatur *. es"™gVun?vper' salis etc. p-: dici " ^,^atur

Simili etiam ratione, negativa simplex est in plus quam affirmativa privativa: quia de eo quod *non est homo* non potest dici quod sit *homo iniustus.* - Sed affirmativa infinita est in plus quam affirmativa privativa: potest enim dici de puero et de quocumque homine nondum habente habitum virtutis aut vitii quod sit *homo non iustus,* non tamen de aliquo eorum vere dici potest quod

ζ) *Negativa vero affirmativae, scilicet haec* **etc.-Immediate prius dictum est quod affirmativa de praedicato privativo respondet secundum consequentiam negativae de finito praedicato. Hic ergo dicitur quod negativa privativa respondet secundum consequentiam affirmativae simplici; nempe, *homo non est iniustus,* respondet secundum consequentiam propositioni, *homo est iustus.* Ideo corrigenda est lectio Piana, quae habet: *negativae vero privativae, scilicet, homo non est iustus, ei quae est, homo est iustus.* – Codd. ABC: *negativa vero affirmativae 'scilicet haec* (B omittit *haec}.* Et AB exemplum habent hoc modo: *homo non est iustus, ei quae est, homo est iustus.* - *CD: homo non est iniustus, ei quae est, homo est iustus.***

η) *In tertia vero, negativa* **etc. Haec omnia usque ad *sub negativa,* et consequenter in figura apposita propositiones, *homo non est iniustus, homo est iniustus,* desiderantur in cod. D, Piana et Venetis edd.; sed ea restituimus ex codd. ABCE. Manifeste enim eadem supponit expressa s. Thomas in iis quae concludit: *Sic ergo duae, scilicet* etc. Codd. AB habent quae addidimus ex aliis codd., praeter figuram, quam non solum ex parte, ut Piana, sed integram omittunt, licet eam cum aliis codd. promittant: *ut patet in subscripta figura.* – In cod. C ipsamet figura describitur in margine inferiori, et inter unam et alteram propositionem apponuntur notationes illae, quas nos apposuimus in margine.**

0) *Herminus.* **Opinio recitata est Hermini, uti refert Boethius op. et loc. cit. in superiori nota ε.-Ed. Piana corrupte habet *Hormelius;*- Cod. B minus corrupte legit *Hormenius',* - D, *Hermenis;* – E, *Ormenius;* – Cod. C recte legit *Herminus.* – Cod. A erronee ponit, *Ammonius:* huius enim philosophi sententia exponitur 11.9.-De hac vero Hermini expositione loquens, Boethius loc. cit. concludit nihilo magis ante expositionem Hermini quam post expositionem obscurum esse, quod illustrandum ex Aristotele ipse Herminus susceperat. – Qui sint illi, quorum interpretatio exponitur sequenti n. g, Ammonius non dicit.**

t) *Homo est non iustus.* **Ita P. cum BE et omnibus edd. Ven.– A erronee: *homo est iustus;- C: homo est iniustus.* - Infra ed. Piana, Venetas sequens edd., confuse admodum exprimit mentem s. Thomae, legendo: «Et idem dicendum est de affirmativa et de negativa, quae sunt » de finito praedicato, quod non se habent ad speciem affirmationis et » negationis secundum privationem, sed simpliciter. » Inintelligibilia haec sunt, et in aperta contradictione cum toto contextu et cum exemplo *(haec enim, homo* etc.) immediate addito. Genuinum textum restituimus ex codd. ABE et C, a quo praebetur in sua integritate lectio s. Thomae.**

sit *homo iniustus*. – Affirmativa vcro simplex in minus est quam negativa infinita: quia quod *non sit homo non iustus* potest dici non solum de homine iusto, sed etiam de eo quod penitus non est homo. – Similiter etiam negativa privativa in plus est quam negativa infinita. Nam, quod *non sit homo iniustus,* potest dici non solum de homine habente habitum iustitiae, sed de eo quod penitus non est homo, de quorum quolibet potest dici quod *non sit homo non iustus:* sed ulterius potest dici de omnibus hominibus, qui nec habent habitum iustitiae neque habent habitum injustitiae.

10. His igitur visis, facile est exponere praesentem litteram hoc modo. *Quarum,* scilicet quatuor enunciationum praedictarum, *duae quidem* , scilicet infinitae, *se habebunt ad affirmationem et negationem,* idest ad duas simplices, quarum una est affirmativa et altera negativa, *secundum consequentiam,* idest in modo consequendi ad eas, *ut privationes,* idest sicut duae privativae: quia scilicet, sicut ad simplicem affirmativam sequitur negativa infinita, et non convertitur (eo quod negativa infinita est in plus *), •cf. n. praeced. ita etiam ad simplicem affirmativam sequitur negativa privativa, quae est in plus, et non convertitur. Sed sicut simplex negativa sequitur ad infinitam affirmativam, quae est in minus, et non convertitur; ita etiam negativa simplex * sequitur x ad privativam affirmativam, quae est in minus, et non convertitur. Ex quo patet quod eadem est habitudo in consequendo infinitarum ad simplices quae est etiam privativarum.

ii. Sequitur, *duae autem,* scilicet simplices, quae relinquuntur, remotis duabus, scilicet infinitis, a quatuor praemissis, *minime,* idest non ita se habentl ad infinitas in consequendo, sicut λ privativae se habent ad eas; quia videlicet, ex una parte simplex affirmativa est in minus quam negativa infinita, sed negativa privativa est in plus quam negativa infinita: ex alia vero parte, negativa simplex est in plus quam affirmativa infinita, sed affirmativa privativa est in minus quam infinita affirmativa. Sic ergo patet quod simplices non ita se habent ad infinitas in consequendo, sicut privativae se habent ad infinitas.

i 2. Quamvis autem secundum hoc littera Philosophi subtiliter exponatur (tamen videtur esse aliquantulum expositio extorta. Nam littera Philosophi videtur sonare diversas habitudines non esse attendendas respectu diversorum ; sicut in praedicta expositione primo accipitur similitudo habitudinis ad simplices, et postea dissimilitudo * *£fW;* habitudinis respectu infinitarum. Et ideo simplicior et magis conveniens litterae Aristotelis ** est μ expositio Porphyrn quam Boethius ponit; secun- Porphynus. Boethius.

x) *Ita etiam negativa simplex* etc. – Codd. ACD : *ita etiam ad negativam simplicem sequitur privativa affirmativa.* – B habet lacunam, omittit enim: *ita etiam negativa,* usque ad *non convertitur* inclusive.- Pianam lectionem refert cod. E: *ita etiam simplex negativa sequitur privativam affirmationem quae est minimus* (sic corrupte pro *in minus*). Venetae edd. stant cum Piana et cum veritate : falsa enim est lectio quam exhibent tres praecitati codices. Nam imprimis sententia Ammonii est quod propositiones infinitae se habent ad simplices, sicut ad istas se habent privativae. Unde ad affirmativam simplicem sequuntur negativa infinita et negativa privativa; e converso autem negativa simplex sequitur tum ad affirmativam infinitam, tum ad affirmativam privativam. Porro haec proportio Ammonii destruitur si admittatur lectio codd. ACD. Patet etiam falsum esse quod ad negativam simplicem sequatur privativa affirmativa; sed oppositum verum est. Non valet enim illatio: *homo non est iustus* (negativa simplex); *ergo homo est iniustus :* et ratio assignata est in superiori numero. At recte arguitur: *homo est iniustus* affirmativa privativa); *ergo homo non est iustus.*

λ) *Non ita se habent.* Ita codd. – Piana autem : *ita se habent,* sed erronee. Exponit enim s. Thomas ex Ammonio illud, *minime,* introductum a Philosopho, nempe quod propositiones simplices non ita se habent ad propositiones infinitas, sicut ad eas se habent propositiones privativae.

;x) *Simplicior et magis conveniens litterae Aristotelis est* etc. Praestat ob oculos iterum ponere textum Aristotelicum controversum et addere schemata diversarum eius interpretationum, quas s. Thomas exposuit. Textus est: « Quare quatuor erunt illae *(duae nempe propositiones » simplices, seu finitae, quia finiti praedicati, duae vero infinitae, seu » infiniti praedicati. – Cf. seq. n. 13),* quarum duae quidem ad affir- » mationem et negationem sese habent secundum consequentiam, ut » privationes; duae vero minime. »

Interpretatio Hermini.

Pars prima. – Duae quidem infiniti praedicati, *inquit,* se habent ad affirmationem et negationem finitarum propositionum, sicut ad eas se habent propositiones privativae: quatenus scilicet *a)* ex finita affirmativa sequitur negativa infiniti praedicati, sicut sequitur negativa privativa; et similiter β) negativa finita sequitur tum ex affirmativa infinita, tum cx affirmativa privativa. Hinc

SCHEMA I.

a

1 ,	*Fin. affirm.*	Homo est iustus; ergo
1	*Negativ. infin.*	Homo non est non iustus.
2 j	*Fin. affirm.*	Homo est iustus; ergo
x	*Negativ. privat.*	Homo non est iniustus.
	Affirm, infin.	Homo est non iustus; ergo
	Negativ. fin.	Homo non est iustus.
	Affirm, priv.	Homo est iniustus; ergo
	Negativ. fin.	Homo non est iustus.

Pars altera. – Duae vero minime, nempe negativa infiniti subiecti non sequitur ad affirmativam finitam, nec negativa finita sequitur ad affirmativam infiniti subiecti.

SCHEMA Π.

1 /	*Affirmat, fin.*	Homo est iustus ; *non sequitur: ergo*
1	*Negativ. infin. subiecti*	Non homo non est iustus.
2 j	*Affirmat, infin. subiecti*	Non homo est iustus ; *non sequitur: ergo*
x	*Negat, fin.*	Homo non est iustus.

Merito reficitur haec interpretatio, quia transit ab infinitate praedicati ad infinitatem subiecti.

Interpretatio aliorum ex Ammonio.

Pars prima. – Duae propositiones infiniti praedicati se habent ad propositiones finitas, quoad speciem affirmationis et negationis, sicut ad istas se habent propositiones privativae; quatenus nempe propositio infinita affirmativa, non secus ac affirmativa privativa, est affirmatio non simpliciter sed secundum quid; et similiter infinita negativa et negativa privativa sunt negationes secundum quid, et non simpliciter.

Pars altera. – Duae vero minime, nempe propositio finita affirmativa est simpliciter affirmatio; et negativa finita est simpliciter negatio.

SCHEMA

1 ,	Homo est iustus	(*affirmativa simpliciter*
l	Homo est non iustus	| *affirmativae secundum quid*
1	Homo est iniustus	
2)	Homonon est iustus	(*negativa simpliciter*
f	Homo non est non iustus	| *negativae secundum quid*
•	Homo non est iniustus	

dum quam expositionem attenditur similitudo et dissimilitudo secundum consequentiam * affirmativarum ad negativas. Unde dicit: *Quarum,* scilicet quatuor praemissarum, *duae quidem,* scilicet affirmativae, quarum una est simplex et alia infinita, se habebunt secundum consequentiam ad affirmationem et negationem; ut scilicet ad unam affirmativam sequatur alterius negativa. Nam ad affirmativam simplicem sequitur negativa infinita; et ad affirmativam infinitam sequitur negativa simplex. *Duae vero,* scilicet negativae, *minime,* idest non ita se habent ad affirmativas, ut scilicet

cûndum'^Mse^ quentiam.

Haec interpretatio non est ad propositum, quia Aristoteles non loquitur hic de propositionibus affirmativis aut negativis simpliciter vel secundum quid, sed de ordine (κατὰ το στοιχοϋν) propositionum ad invicem secundum consequentiam.

Interpretatio Ammonii.

Pars prisla. - **Duae propositiones infiniti praedicati se habent ad propositiones finitas, sicut ad istas se habent propositiones privativae, ita scilicet ut a) ad affirmativam finitam consequatur tum propositio negativa infiniti praedicati, tum negativa privativa; et viceversa β) negativa finita sequatur tum ex affirmativa infiniti praedicati tum ex affirmativa privativa.**

SCHEMA I.

α

1 **Homo est iustus;**
ergo
Homo non est non iustus.

2 **Homo est iustus;**
ergo
Homo non est iniustus.

β

1 **Homo est non iustus;**
ergo
Homo non est iustus.

2 **Homo est iniustus;**
ergo
Homo non est iustus.

Pars altera. - **Duae vero minime, nempe a) ad infinitam affirmativam sequitur negativa finita, sed non sequitur affirmativa privativa; item β) negativa infinita sequitur ex affirmativa finita, sed non sequitur ex negativa privativa. Idest duae finitae non se habent ad infinitas secundum consequentiam, sicut ad infinitas se habent privativae.**

SCHEMA II.

Homo est non iustus;
sequitur: ergo
Homo non est iustus;
sed ex
Homo est non iustus;
non sequitur: ergo
Homo est iniustus.

1 **Homo est iustus;**
sequitur: ergo
Homo non est non iustus;
sed ex
2 **Homo non est iniustus;**
non sequitur
Homo non est non iustus.

Interpretatio Porphyrii, Boethii et s. Thomae.

Pars prima. - **Duae quidem scilicet affirmativae (finita et infinita) se habent secundum consequentiam ad affirmationem et negationem, ut scilicet a) ad affirmativam simplicem sequatur negativa infinita, et β) ad affirmativam infinitam sequatur negativa simplex seu finita. - Et similiter est de privativis ad finitas propositiones quoad ordinem consequendi.**

SCHEMA I.

Homo est iustus;
ergo
Homo non est non iustus.

2 **Homo est iustus;**
ergo
Homo non est iniustus.

β

1 **Homo est non iustus;**
ergo
Homo non est iustus.

2 **Homo est iniustus;**
ergo
Homo non est iustus.

Pars altera. - **Duae vero minime, scilicet negativae non ita se habent ad affirmativas, ut scilicet ex illis sequantur affirmativae, sicut ex affirmativis sequuntur negativae. - Et similiter est de finitis et de privativis.**

SCHEMA II.

α

1 **Homo non est iustus *(sive,* Non est homo iustus);**
non sequitur: ergo
Homo est non iustus *(sive,* Est homo non iustus).

2 **Homo non est iustus;**
non sequitur: ergo
Homo est iniustus.

β

1 **Homo non est non iustus *(sive,* Non est homo non iustus);**
non *sequitur: ergo*
Homo est iustus *(sive,* Est homo iustus).

2 **Homo non est iniustus;**
non sequitur: ergo
Homo est iustus.

Theodorus Waitz, praemissis quae in superiori nota ε transcripsimus, ita immediate prosequitur: « Res sic se habet χατα' το' στοιχοϋν, secundum seriem, quam illae enunciationes faciunt, hoc est, κατ' ακολουθίαν, secundum ordinem, quo altera alteri consequitur eaque continetur. Iam in *Analjrticis (Prioribus, cap. ultim.)* hoc tradit. Sit Λ τὸ είναι ἴσον, Β το ρὴ είναι ίσον, Γ τὸ είναι ρὴ "ίσον, Δ τὸ ρὴ είναι ρὴ "ίσον. In his igitur B consequens est τοϋ Γ, et Δ consequens του Α. Deinde docet, si γ sit το είναι ανισον et δ τὸ ρὴ είναι ἀνισον, item esse B consequens του γ, et δ consequens του Α: est igitur quod nostro loco dicit τὰ ptv δὺο (Γ et Δ) πρὸ τὴν κατάφασιν (Α) χαι ἀπὺφασιν (Β) εξει κατα το στοιχοϋν (namque B consequens est τοϋ Γ, et Δ consequens του Α) ὼ αἰ στερήσει (γ et δ: nam etiam B consequens est τοϋ γ, et δ consequens τοϋ Λ). Ut signis mathematicis utar, est proportio Γ: Β = γ: Β et Δ: Α = 3: Α. Nam ut Γ est antecedens τοϋ Β, sic etiam γ (ἡ στέρησι) est antecedens του Β, et ut Δ est consequens τοϋ Λ, sic etiam δ (ἡ στέρησι) est consequens ταυ Α. Addit τὰ δὲ δὺο οὐ: nam Α et Β non eamdem rationem habent ad Δ et Γ, quam habent 3 et γ ad Δ et Γ, quod ut demonstremus non opus est. » Expositionem ergo Ammonii sequitur Waitz, cuius eadem verba in conclusione sunt, ac ea quae habet s. Thomas in fine n. 11; sed magis placet expositio Porphyrii quia simplicior et magis conveniens litterae Aristotelis.

Etenim Ammonius legit Aristotelem hoc modo: « Quare quatuor erunt illae, quarum duae quidem ad affirmationem et negationem sese habent secundum consequentiam, ut privationes; duae vero minime » nempe, *duae vero non sese habent secundum consequentiam ut privationes* (Cf. op. cit. *De interpret,* sect. III, §. i, fol. 25, col. 2). - S. Thomas cum Porphyrio et Boethio legit: « Quare quatuor erunt illae, quarum duae quidem ad affirmationem et negationem sese habent secundum consequentiam ut privationes; duae vero minime» nempe, *duae vero non sese habent secundum consequentiam ad affirmationem et negationem. – Aristoteles* autem sese remittit ad librum *Priorum analyticorum*. Porro lib.I, cap. ult., Aristoteles probat quod a) ex affirmatione praedicati finiti sequitur negatio praedicati infiniti; sed β) ex negatione praedicati infiniti non valet consequentia ad affirmationem praedicati finiti. Insuper probat quod ai ex affirmatione praedicati infiniti sequitur negatio praedicati finiti; sed β) non sequitur affirmatio infiniti praedicati ex negatione praedicati finiti. Addit: Similiter autem se habent et privationes ad categorias hac dispositione: Οροίω δ'εχουσι χαι αἰ στερήσει πρὸ τὰ κατηγορία ταὐτη τή Θέσει (loc. cit. n. 7). Supra ostendit quod negativae propositiones consequuntur ex affirmativis, sed quod affirmativae non consequuntur ex negativis. Dicendo igitur Aristoteles: Similiter, 'Οροίω, se habent privationes ad categorias, πρὸ τὰ κατηγορία, vult inter simplices et privativas propositiones in ordine ad consequentiam vel non consequentiam, eamdem legem vigere, quae data est quoad finitas et infinitas, ut scilicet ex affirmativis sequantur negativae, sed ex negativis non sequantur affirmativae. Dilucide ac solide hac de re in I *Priorum,* cap. ultim., et in II *Peri herm...* cap. 1, agit Sylvester Maurus, qui interpretationi s. Thomae adhaeret.

ex negativis sequantur affirmativae, sicut ex affirmativis sequebantur negativae. – Et quantum ad utrumque similiter se * habent privativae sicut infinitae.

13. Deinde cum dicit: *Dico autem quoniam* etc., manifestat quoddam quod supra dixerat, scilicet quod sint quatuor praedictae enunciationes: loquimur enim nunc * de enunciationibus, in quibus hoc verbum *est* solum praedicatur * secundum quod est adiacens alicui nomini finito vel infinito: puta secundum quod adiacet *iitsto;* ut cum dicitur, *homo est iustus,* vel secundum quod adiacet *non iusto;* ut cum dicitur, *homo est non iustus.* Et quia in neutra harum negatio apponitur ad verbum, consequens est quod utraque sit affirmativa. Omni autem affirmationi opponitur negatio, ut supra in *Primo* ostensum est *. Relinquitur ergo quod praedictis duabus enunciationibus affirmativis respondent duae aliae negativae *. Et sic consequens est quod sint quatuor simplices efiunciationes.

14. Deinde cum dicit: *Intelligimus vero* etc., manifestat quod supra dictum est per quandam figuralem descriptionem. Dicit enim quod id, quod in supradictis dictum est, intelligi potest ex sequenti subscriptione 0. Sit enim quaedam qua-

v) *Solum praedicatur* etc. Ita P. cum cod. B. – Codd. alii: *non solum praedicatur, sed* (A, *adiacet;* BCD, *secundum adiacens;* E, *sed est adiacens} alicui nomini* etc. Venetae edd. *bc* et alia 1520 legunt cum Piana, sed ed. *a* habet lectionem codd.: *non solum praedicatur sed adiacens alicui nomini* etc. - Verbum in propositionibus semper se tenet ex parte praedicati (lib. I, lect. v, n. 4); sed supra n. 2 dictum est quod verbum *est* potest dupliciter praedicari: vel enim verbum *(est)* in enunciatione praedicatur secundum se, ita ut sit principale praedicatum; vel contra, verbum *(est)* non est principale praedicatum sed huic iungitur ad connectendum ipsum subiecto, et ideo simul cum nomine praedicato facit unum praedicatum. In primo casu propositio dicitur de *secundo adiacente;* in altero autem est propositio de *tertio adiacente.* Atqui in hoc numero 13 est sermo dc solis propositionibus de tertio adiacente; ergo *verbum* Est *solum praedicatur secundum quod est adiacens alicui nomini finito vel infinito:* quae est lectio Piana. Nihilominus, quamvis verbum *est* praedicetur secundum quod est adiacens, praedicatur tamen, quia verbum se tenet ex parte praedicati, ergo in propositionibus de tertio adiacente *verbum* Est *non solum praedicatur, sed adiacet,* seu *est adiacens alicui nomini finito vel infinito:* quae est lectio indicata a codicibus et ab ed. *a.* Quapropter utraque lectio bona est, quamvis melior videatur lectio cod. A, vel cod. E; attamen cum codd. praccitati haud concorditer legant, retineo Pianam quoadusque alii codd. quaestionem solvant.

0) *Ex sequenti subscriptione.* Cod. A: *per subscriptam figuram;* ac omittit postea omnia quae sequuntur usque ad finem, et contra prosequitur hoc modo: *tunc sequitur illa pars, Quoniam* etc. – Porro hoc fragmentum non esse opus s. Thomae lector thomista ex se quod supra dictum est, intelligi potest. » - Hic sistit et nulla alia verba addit.

Cod. D integram praebet lectionem Pianam, quae est etiam Ven. edd., sed corrupte concludit:... «Aristoteles nomina exemplis nominatur, ut ostenderetur in quibuscunque nominibus ponantur exempla similiter se habent » etc. – Quibus ultimis verbis, *similiter se habent,* prosequitur immediate textus Aristotelis, ut dictum est in principio huius annotationis.

Cod. E desinit ut Piana, atque immediate addit: *Hucusque scripsit sanctus Thomas de Aquino Ordinis prcdicatorum. Ea vero quae secuntur scripsit fr. Robertus dc Vulgarbia Ordinis eorumdem Predicatorum.* Porro quae ex codice A transcripsimus leguntur in cod. E fol. 233 vers., col. 2 ante medium; et ideo pertinent ad supplementum Roberti de Vulgarbia, quod a verbis, *Similiter autem se habent* etc. incipit et ad finem secundi libri deducitur in eodem cod. E.- Addo etiam ex hoc cod. specimen principii huius supplementi: « *Similiter autem se habet* etc. In hac parte multiplicat oppositionem in universalibus; et primo dicit in quo conveniunt universales cum infinitis, qu!a in multitudine oppositionum. In secundo, *Sed tantum non universaliter,* docet in quo differunt ab infinitis, quia in compossibilitate angulorum et ordinatarum in figura... Deinde igitur haec récapitulât concludens duas esse oppositiones, quarum una est in universalibus et alia in infinitis, vèl quarum una est de praedicato finito; alia de praedicato infinito. Sequitur illa pars: *Aliae vero;* in qua multiplicat oppositionem et in his, in quibus sumitur subiectum finitum et praedicatum infinitum. Dicit ergo quod aliae enunciationes » etc.

Robertus de Vulgarbia desideratur in diligentissimo Echardo. Attenta antiquitate huius supplementi (uti constat ex cod. A) posset quispiam rationabiliter dubitare num Robertus de Vulgarbia idem sit ac Robertus Kilwardbius, cuius agnomen incredibile est quantum fuerit a scriptoribus corruptum. Alii enim Bilibri, alii Canvilvertim, alii Ridverbium vocant, alii insuper Kiliurlh, Kulverbi, Kilibardby, De Valleverbi etc. eum nuncupant, ut videre est apud laudatum Echardum *(Scriptores Ord. Praed.&d* ann. 1279. torn.I.pag. 374 seqq.). Inter alia plurima Kilwardbius scripsit *Annotationes* in librum Aristotelis *Dc interpretatione:* sed utrum ex hisce annotationibus excerptum fuerit supplementum quod habetur in cod. E, et partim in cod. A, et consequenter utrum Kilwardbius sit idem ac Dc Vulgarbia, est quaestio definienda ab eruditis. Opus Kilwardbii in librum περι ἑρμηνεια recensetur in catalogo mss. Aneliae (Londini, 1699); sed a nostris Religiosis frustra hucusque praefatum opus in Angliae bibliothecis quaesitum est.

In Praefatione mentionem etiam fecimus alterius supplementi quod in duabus Venetis edd. *ab* habetur, atque monuimus ab ed. *a* vocari

cognoscet, quin multis indigeamus verbis ad id suadendum. Sed nec est immediata prosequutio Commentarii textus Aristotelis: nam verba textus immediata illis quae ultimo commentatus est s. Thomas sunt: *Similiter autem se habent* etc., ut videre est in sequenti prima lectione Caietani; at verba, *Quoniam vero contraria* etc., illa sunt, quibus ipse Caietanus suam quartam exorditur lectionem. En igitur specimen huius fragmenti « Tunc sequitur illa pars, *Quoniam vero contraria,* in quo » verificat quoddam circa universales *(propositiones)* de subiecto finito. » Et dividitur in duas: primo, in prima verificat quoddam quantum ad » oppositionem; in secunda cum dicit, *Sequitur vero* etc., verificat aliud » quoddam quantum ad contraria. Quia dictum est superius quod non » similiter sunt angulares verae in universalibus et indefinitis, ad huius » verificationem docet quae possunt simul esse verae et quae non. Dicit » enim quod contrariae non possunt simul esse verae; et ideo dictum » est superius angulares non contingere simul esse veras, scilicet con» trarias ; subcontrariae possunt esse verae aliquando : et dicit *aliquando,* » quia in naturali materia non possunt simul esse verae. Vel potest » haec pars continuari ad id quod immediate antecedit: quia supra ali» quantulum fecit mentionem de universalibus et indefinitis, dicens quod » non differunt nisi in signo; sed ut ne crederetur quod non differant » in veritate, hoc removet dicens quod contrariae non possunt simul » esse verae, sed subcontrariae bene possunt simul esse verae et con» trariae. – Quia non dixerat superius de consequentia sive convenicn» tia istarum enunciationum, nunc vero docet eam dicens » etc.

Cod. B fol. 270 vers., col. 2: «Deinde cum dicimus: *intelligimus » vero quod dicitur* etc., manifestat quiddam, quod supra dictum est per » quamdam figuralem descriptionem. Dicit. » – Pnstea vero diverso atramento, et. ut videtur, diversa manu ita prosequitur: « *intelligimus vero » quod dicit,* manifestat quod supra dictum est in quadam figurali dcscri» ptione dicens quod illud, quod supra dictum est, possumus intellieere ex » his quae supra scripta sunt in figura. Et proponit primo affirmativam » simplicem quae est: *Est iustus homo:* cuius negatio est: *Non est iustus » homo:* quae ponenda est in eadem linea cum prima. De'nde proponit » affirmativam infinitam quae tollenda est sub praemissa negativa sim» plici, hanc scilicet: *Est non iustus homo;* cuius negationem subiungit, » quae est: *Non est non iustus homo;* quae in eadem linea ponetur » sub affirmativa simplici. Et erit figura talis:

» Est iustus homo	Non est iustus homo
» Non est non iustus homo	Est non iustus homo.

»)n hac figura manifestum est quod sunt quatuor enunciationes: in » quarum duabus affirmativis hoc verbum *Est* affirmativum adiacet

-: inc. v

'Lect. », n. 6.

tiv°emittit n'fu›-

0

drata figura, in cuius uno angulo describatur haec enunciatio, *homo est iustus,* et ex opposito describatur eius negatio quae est, *homo non est iustus;* sub quibus scribantur duae aliae infinitae, scilicet *homo est non iustus·, homo non est non iustus.*

Homo est iustus	*angulares contrapositae*	**Homo non est iustus**
Homo non est non iustus	*angulares contrapositae*	**Homo est non iustus**

In qua descriptione apparet quod hoc verbum *est,* affirmativum vel negativum, adiacet *iusto* et *non iusto.* Et secundum hoc diversificantur quatuor enunciationes.

15. Ultimo autem concludit quod praedictae enunciationes disponuntur secundum ordinem consequentiae, prout dictum est in *Resolutoriis,* idest in I *Priorum* *. *'Cap-u,t-*

Alia littera habet π: *Dico autem, quoniam EST aut homini aut non homini adiacebit,* et in figura, *EST, hoc loco homini et non homini* adiacebit *. *\octo£&*hô-*
">tni...adiacet.
Quod quidem non est intelligendum, ut ***homo,*** et *non homo* accipiatur * ex parte subiecti, non *'D.-r.-.accipimr.*
enim nunc agitur de enunciationibus quae sunt de infinito subiecto. Unde oportet quod *homo* et *non homo* accipiantur ex parte praedicati. Sed quia Philosophus exemplificat*de enunciationibus *ó .-v∴ explicat.*
in quibus ex parte praedicati ponitur *iustum* et *non iustum,* visum est Alexandro, quod praedicta littera sit corrupta. Quibusdam aliis videtur quod Alexander,
possit sustineri et quod signanter Aristoteles nomina in exemplis variaverit, ut ostenderet quod non differt in quibuscunque * nominibus ponantur exempla *p*. ⌒ρ·: 9uibus'
p

supplementum Gratiadei, sed ab ed. *b* dici illud supplementum ex Commentariis eiusdem Gratiadei in libros Aristotelis fuisse excerptum. Noster Echardus *{Scriptores Ordin. Praedic,* ad ann. 1341, tom. I, pag.6o3) habet n.6: « Simlerus in Bibi. Gesneri aucta addit scripsisse *(Gratia-» deum), Supplementum commentariorum s. Thomae Aquinatis in li-» brum 2 Perihermenias Aristotelis. Item in Sectam Hebraicam, ct › nominatum etiam loannem Baptistam Gratiadei.* Penes quem fides, » nam horum nulla mihi aliunde memoria: Possevinus enim qui horum » meminit, videtur Simlerum solum excepisse. Erit nostrorum italorum » diligentiae haec ex veteribus monumentis comprobare, et in rem lit-» terariam aperire. » Scriptoris eruditissimi et prudentissimi satis possum facere votis. Prae oculis habeo codicem bibliothecae Palatinae Vîndebonensis (η. 235o), in quo fol. 1 recto, in principio coi. 1 legitur: *Incipit Scriptum super totam artem veterem, editum a fratre Gratiadeo Esculano Ordinis Fratrum Praedicatorum.* Et fol. 58 recto, coi. 2: *Explicit Scriptum super totam artem veterem editum a magistro Gratiadeo Esculano Ordinis Fratrum Praedicatorum.* Huius Scripti Gratiadei duas Venetas editiones 1481, 1493, recenset praelaudatus Echardus loc. cit. Porro in nostro codice fol. 42 recto, coi. 2: *Incipit scriptum super librum peryermenias editum a fratre Gratiadeo Esculano. Primus liber.*- Fol.5i, coi. 3: *Explicit scriptum (super) primum librum peryermenias secundum fratrem Gratiadeum Esculanum. Incipit scriptum super secundum librum, secundum eumdem dictum.* In hoc secundo libro, ante medietatem secundae lectionis, legitur: « De-» inde cum dicit: *Similiter autem se habent,* distinguit enunciationes, » quae accipiunt pro subiecto nomen finitum » etc. (fol. 51 verso, coi. 2). – Et in fine lectionis octavae (in cd. Vcn. *b* lect. xm) et ultimae: « Sed non similiter contingit utramque esse veram. Idcirco ratione ta-» lium contrariatur falsum falso; sed numquam contrariatur verum vero. – » Explicit scriptum » etc. (fol. 58, recto, coi. 2). Et ita praecitatae Venet. edd. at.-Non est ergo hoc supplementum novum opus Gratiadei, ut Simlerus affirmat, sed est excerptum ex *Scripto* eiusdem Gratiadei in totam artem veterem.

π) *Alia littera habet.* « Quandoquidem autem scriptum in pluribus » esse aiunt exemplaribus, ipsum *est* vel homini vel non homini adhae-» surum, sciendum est, quando ita legatur verbum *homo,* id quod Por-* phyrius philosophus tradit, non tamquam subiectum sed velut prae-» dicatum nos pro *iusto* vel *albo* acceptum esse dicturos; ut in pro-» positione, *Callias homo est,* pronunciante. » Haec Ammonius, in lib. Peri herm. sect. III, §. 1, fol. 25, col. 4. - Quamvis autem omnes codices habeant διχχήρ pro ἀνΟρώπω et οὐ δ:χχίω pro οὐχ ανΟρώπω, nihilominus Theodorus Waitz in Opere pluries a nobis citato, *Aristotelis Organon graece,* suae Editioni inseruit lectionem ἀνΟρώπο» et οὐχ ἀνΟρώπω, quam antiquiorem putat tum quia in multis libris eam extare Ammonius tradit, tum quia, *inquit,* Boethius et ipse eamdem habuit, et Herminum, Porphyrium et Alexandrum habuisse auctor est, tum denique propter ipsam difficultatem, quam haec eadem lectio (ἀνΟρώπω, οὐχ ανΟρώπω) prae se fert, quaeque movit Alexandrum ut reiiceret ἀνΟρώπω et corrigeret per διχζίω. Sed et idem auctor contendit non esse subscribendum Ammonio et Boethio, qui tenent nihil interesse num legatur διχηίω an ἀνθρωποι (Op. cit., p. I, pag. 345): et ratio quam assignat illa est, quam in praecedenti nota retulimus ex cod. B: *Considerandum est autem* etc.

Piana editio Venetam 1526 sequuta infra legit: *et in figura, est, hic loco homini et non homini adiacebit iusto et non iusto.* Quae lectio est inintelligibilis, ut minus dicam. Litterae enim diversitas, de qua est sermo, in eo consistit quod lectioni, *hoc loco iusto et non iusto,* sufficitur, *hoc loco homini et non homini.* Venetae edd. seculi XV nec non cod. D lectionem a nobis adoptatam habent.

p) *Ponantur exempla.* Quaeri hoc loco potest de vero fine huius lectionis et commentarii s. Thomae in librum Peri hermeneias. Codices enim melioris notae, nempe ABC, non ultra principium n. 14 hanc secundam lectionem extendunt. Ex opposito stant omnes editiones Venetae et codd. DE, qui licet sint inferiores codd. ABC, nihilominus quia illorum amanuenses imperitos se produnt, non certe ex proprio ingenio sed ex aliis codicibus excripserunt quae in praefatis numeris 14 et 15 continentur. Addendum quod codd. ipsi ABC non sunt inter se concordes: nonnulla enim, quamvis minima, habet C quae omittuntur a B; nec cum illis concordat cod. A: imo BC indicant aliqua desiderari. Praeterea distinguens in primo numero partes huius lectionis, s. Thomas adnumerat etiam *Intelligimus vero* etc. Difficile autem persuadetur quod ipse pauca illa verba quae nn. 14 et 15 habentur non addiderit, quibus textus Aristotelis integer exponitur. Caeterum videant eruditi, si forte ad manus habuerint alios melioris notae codices, quid hac de re sit definitive sentiendum.

THOMAE DE VIO CAIETANI

ORDINIS PRAEDICATORUM

S. R. E. CARDINALIS

COMMENTARIA

IN RELIQUUM LIBRI SECUNDI PERI HERMENEIAS

AD LECTOREM

Humano capiti cervicem nitor· equinam
Addere: da veniam, si nova monstra iuvant.

LECTIO TERTIA

(Card. Caietani lect. i).

DE NUMERO ET HABITUDINE ENUNC1ATIONUM IN QUIBUS PRAEDICATUR VERBUM *EST* ET SUBIICITUR NOMEN FINITUM UNIVERSALITER SUMPTUM, VEL NOMEN INFINITUM, ET IN QUIBUS PRAEDICATUR VERBUM· ADIECTIVUM

'Ομοίω δέ έχει καν καθόλου του ονόματο η ή κατάφασι· οίον, πα έστίν άνθρωπο δίκαιο· άπόφασι τούτου, οΰ πα έστίν άνθρωπο δίκαιο· πα έστιν άνθρωπο ού δίκαιο, ού πα έστίν άνθρωπο οΰ δίκαιο.

Ιlλην ούχ ομοίω τά κατά διάμετρον ενδέχεται συναληθεύειν ενδέχεται δέ ποτέ.

Αύται μέν ούν δύο άντίκείνται.

Άλλαι δέ δύο προ τό ούκ άνθρωπο, ώ υποκείμενόν τι προστεθέν έστι δίκαιο ούκ άνθρωπο, ούκ έστι δίκαιο ούκ άνθρωπο· έστιν ού δίκαιο ούκ άνθρωπο, ούκ εστιν ού δίκαιο ουκ άνθρωπο.

Πλείου δέ τούτων ούκ έσονται αντιθέσει.

Αύται δέ χωρί εκείνων αύταί καθ' έαυτά έσονται, ώ όνόματι τω ούκ άνθρωπο χρώμεναι.

Έφ' όσων δέ τό έστι μη άρμόττει, οίον επί του υγιαίνει καί βαδίζει, έπί τούτων τό αύτό ποιεί ούτω τιθέμενον, ώ αν εΐ τό έστι προση'πτετο, οίον, υγιαίνει πα άνθρωπο, ούχ υγιαίνει πα άνθρωπο, υγιαίνει πα ούκ άνθρωπο, ούχ υγιαίνει πα ούκ άνθρωπο.

Ού γάρ έστι τό ού πα άνθρωπο λεκτέον άλλα τό ού, την άπόφασιν, τω άνθρωπο προσθετέον τό γάρ πα ού τό καθόλου σημαίνει, άλλ' ότι καθόλου.

Δηλον δέ έκ τοΰδε, υγιαίνει άνθρωπο, ούχ υγιαίνει άνθρωπο· υγιαίνει ούκ άνθρωπο, ούχ ύγιαίνει ούκ άνθρωπο. Ταΰτα γάρ εκείνων διαφέρει τω μη καθόλου είναι. "Ωστε τό πα, η ούδεί, ούδέν άλλο προσσημαίνει, η ότι καθόλου του ονόματο η κατάφασιν η άπόφασιν.

Τα δέ άλλα τά αύτά δεΐ προστιθέναι·

* Similiter autem se habent, et si universalis nominis sit affirmatio; ut est, omnis homo iustus est; negatio huius, non omnis est homo iustus, omnis est homo non iustus, non omnis est homo non iustus. ‘ Scq· cap. x·

Sed non similiter angulares contingit veras esse; contingit autem aliquando.

Hae igitur duae oppositae sunt.

Aliae autem duae ad id quod est, non homo, quasi ad subiectum aliquod additum; ut, est iustus non homo, non est iustus non homo; est non iustus non homo, non est non iustus non homo.

Plures autem his non erunt oppositae.

Hae autem extra illas, ipsae secundum se erunt, ut nomine utentes eo, quod est non homo.

In his vero, in quibus, est, non convenit ut in eo quod est valere vel ambulare, idem faciunt sic positum, ac si, est, adderetur, ut, sanus est omnis homo, non sanus est omnis homo; sanus est omnis non homo, non sanus est omnis non homo.

Non enim dicendum est, non omnis homo; sed, non, negationem ad id quod est homo addendum est; omnis enim non universalem significat, sed quoniam universaliter.

Manifestum est autem ex eo quod est, valet homo, non valet homo; valet non homo, non valet non homo. Haec enim ab illis differunt, eo quod universaliter non sunt. Quare omnis vel nullus nihil significant aliud, nisi quoniam universaliter de nomine, vel affirmant vel negant.

Ergo et caetera eadem oportet apponi.

a i» $^ffiftOstquam Philosophus « distinxit enunf7jS?N^ciationes in quibüs subiicitur nomen in«gç. y ^ifiriitum non universaliter sumptum, hic V intendit distinguere enunciationes, in .y qu'bus subiicitur nomen finitum univerỹ saliter sumptum. Et circa hoc tria facit: primo, ponit similitudinem istarum cnun- • Ed. c. *indefi-* dationum ad infinitas * supra positas; secundo, ostendit "ira.4. dissimilitudinem earumdem; ibi: *Sed non similiter* * etc.; tertio, concludit numerum oppositionum inter dictas enun- •Num.8. dationes; ibi: *Hae duae igitur* * etc. Dicit ergo primo quod' similes sunt enunciationes, in quibus est nominis universaliter sumpti affirmatio.

2. Quoad primum notandum est quod in cnunciatio- • Lib. n, lect. n, nibus indefinitis supra positis * erant duae oppositiones et n·5' quatuor enunciationes, et affirmativae inferebant negativas, et non inferebantur ab eis, ut patet tam in expositione Ammonii, quam Porphyrii. Ita in enunciationibus Ammonius. Porphyrius. in quibus subiicitur nomen finitum universaliter sumptum inveniuntur duae oppositiones et quatuor enunciationes': et affirmativae inferunt negativas et non e contra. Unde similiter se habent enunciationes supradictae, s; nominis in subiecto sumpti fiat affirmatio universaliter. Fient enim tunc quatuor enunciationes: duae de praedicato finito, scilicet *omnis homo est iustus,* et eius negatio quae est, *non omnis homo est iustus;* et duae de praedicato infinito, scilicet *omnis homo est non iustus,* et eius negatio quae est, *non omnis homo est non iustus.* Et quia quaelibet affirmatio cum sua negatione unam integrat oppositionem, duae efficiuntur oppositiones, sicut et de indefinitis dictum est. Nec obstat quod de enunciationibus universalibus loquens particulares inseruit; quoniam sicut supra de indefinitis et suis negationibus sermonem fecit, ita nunc de affirmationibus universalibus sermonem faciens de earum negationibus est coactus loqui. Negatio siquidem universalis' affirmativae non est universalis negativa, •Lect. xi, n. 3, sed particularis negativa, ut in I libro habitum est*.

3. Quod autem similis sit consequentia in istis et supradictis indefinitis patet exemplariter. Et ne multa loquendo res clara prolixitate obtenebretur, formetur primo figura • *Ed.c.-quamsupra posuimus.* de indefinitis, quae supra posita est * in expositione Por- Porphyrius. phyrii, scilicet ex una parte ponatur affirmativa finita, et sub ea negativa infinita, et sub ista negativa privativa. Ex altera parte primo negativa finita, ct sub ea affirmativa infinita, et sub ea affirmativa privativa. Deinde sub illa figura formetur alia figura similis illi universaliter: ponatur scilicet ex una parte universalis affirmativa de praedicato finito, et sub ea particularis negativa de praedicato infinito, et ad complementum similitudinis sub ista particularis negativa de praedicato privativo; ex altera vero parte ponatur primo particularis negativa de praedicato infinito, et sub ea universalis affirmativa de praedicato finito, et sub ista universalis affirmativa de praedicato privativo, hoc modo:

Figura indefinitarum

Homo est iustus	—	Homo non est iustus
Homo non est non iustus	—	Homo est non iustus
Homo non est iniustus	—	Homo est iniustus

Figura universalium

Omnis homo est iustus	—	Non omnis homo est non iustus
Non omnis homo est non iustus	—	Omnis homo est iustus
Non omhis homo est iniustus.	—	Omnis homo est iniustus

Quibus ita dispositis, exerceatur consequentia semper in ista proxima figura, .sicut supra in indefinitis exercita est: sive sequendo'expositionem Ammonii, ut infinitae se ha- Ammonias, beant ad finitas, sicut privativae se habent ad ipsas finitas; finitae autem non se habeant ad infinitas medias, sicut privativae se habent ad ipsas infinitas: sive sectando expositionem Porphyrii, ut affirmativae inferant negativas, et Porphyrius. non e contra. Utrique enim expositioni suprascriptae deserviunt figurae, ut patet diligenter indaganti. Similiter ergo se habent enunciationes istae universales ad indefinitas in tribus, scilicet in numero propositionum, et numero oppositionum, et modo consequentiae.


4. Deinde cum dicit: *Sed non similiter angulares* etc., ponit dissimilitudinem inter istas universales et supradictas indefinitas, in hoc quod angulares non similiter contingit veras esse. Quae verba primo exponenda sunt secundum eam, quam credimus esse ad mentem Aristotelis, expositionem; deinde secundum alios. Angulares enunciationes in utraque figura suprascripta vocat eas quae sunt diametraliter oppositae, scilicet affirmativam finitam ex uno angulo, ct affirmativam infinitam sive privativam ex alio angulo: et similiter negativam finitam ex uno angulo, et negativam infinitam vel privativam ex alio angulo.

5. Enunciationes ergo in qualitate similes angulares vocatae, eo quod angulares, idest diametraliter distant, dissimilis veritatis sunt apud indefinitas et universales. Angulares enim indefinitae tam in diametro affirmationum, quam in diametro negationum possunt esse simul verae, ut patet in suprascripta figura indefinitarum. Et hoc intellige in materia contingenti. Angulares vero in figura universalium non sic se habent, quoniam angulares secundum diametrum affirmationum impossibile est esse simul veras in quacumque materia. Angulares autem secundum diametrum negationum quandoque possunt esse simul Verae, quando scilicet fiunt in materia contingenti: in materia enim necessaria et remota * impos- • Cf. lib. 1, lect. xui, n. 3. sibile est esse ambas veras. Haec est Boethii, quam veram Boethius. credimus, expositio.

6. Herminus * autem, Boethio referente, aliter exponit. Licet enim ponat similitudinem inter universales et indefinitas quoad numerum enunciationum et oppositionum, oppositiones tamen aliter accipit in universalibus et aliter in indefinitis. Oppositiones siquidem indefinitarum numerat sicut et nos numeravimus, alteram scilicet inter finitas affirmativam et negativam, ct alteram inter infinitas affirmativam et negativam, quemadmodum nos fecimus. Universalium vero non sic numerat oppositiones, sed alteram sumit inter universalem affirmativam finitam et particularem negativam finitam, scilicet *omnis homo est iustus, non omnis homo est iustus,* et alteram inter eamdem universalem affirmativam finitam et universalem affirmativam infinitam, scilicet *omnis homo est iustus, omnis homo est non iustus.* Inter has enim est contrarieras, inter illas vero contradictio. - Dissimilitudinem etiam universalium ad indefinitas aliter ponit. Non enim nobiscum fundat dissimilitudinem inter angulares universalium et indefinitarum supra differentia quae est inter angulares universalium affirmativas et negativas, sed supra differentia quae est inter ipsas universalium angulares inter se ex utraque parte. Format namque talem figuram, in qua ex una parte sub universali affirmativa finita, universalis affirmativa infinita est; et ex alia parte • Edd. *Hermenius,* Cf. lib. II, lect. n, not. 0.

a) Postquam Philosophus- Hoc supplementum ad commentaria s.Thomae in secundum librum Peri hermeneias, quod Caietanus complevit anno 1496, impressum est eodem anno in ed. Veneta *c Peri hermeneias et Posteriorum analyticorum*. Quocirca ad istam exegimus praecipue hanc nostram eiusdem supplementi editionem. – Editio praefata *c* incipit: ‹ *Deinde cum dicit: Similiter autem se habent* etc., intendit » distinguere enunciationes in quibus subiicitur nomen finitum univer- » saliter sumptum, ct circa hoc tria facit » etc.

sub particulari negativa finita, particularis negativa infinita ponitur; sicque angulares sunt disparis qualitatis, et similiter indefinitarum figuram format hoc modo:



Quibus ita dispositis, ait in hoc stare dissimilitudinem, quod angulares indefinitarum mutuo se invicem compellunt ad veritatis sequelam, ita quod unius angularis veritas suae angularis veritatem infert undecumque incipias. Universalium vero angulares non se mutuo compellunt ad veritatem·, sed ex altera parte necessitas deficit illationis. * Si enim incipias ab aliquo universalium et ad suam angularem procedas, veritas universalis non * ita potest esse simul cum veritate angularis, quod compellit eam ad veritatem: quia si universalis est vera, sua universalis contraria erit falsa: non enim possunt esse simul verae. Et si ista universalis contraria est falsa, sua contradictoria particularis, quae est angularis primae universalis assumptae, erit necessario vera: impossibile est enim contradictorias esse simul falsas. Si autem incipias e converso ab aliqua particularium et ad suam angularem procedas, veritas particularis ita potest stare cum veritate suae angularis, quod tamen non necessario infert eius veritatem: quia licet sequatur: Particularis est vera; ergo sua universalis contradictoria est falsa; non tamen sequitur ultra: Ista universalis contradictoria est falsa; ergo sua universalis contraria, quae est angularis particularis assumpti, est vera. Possunt enim contrariae esse simul falsae.

‘Par. et Ven. 1557: *illationi.*

• Edd. Ven. *c* et 1526 omitt. *non,* sed erronee.

7. zSed videtur expositio ista deficere ab Aristotelis mente quoad modum sumendi oppositiones. Non enim intendit hic loqui de oppositione quae est inter finitas et infinitas, sed de ea quae est inter finitas inter se, et infinitas inter se. Si enim de utroque modo oppositionis exponere yolumus, iam non duas, sed tres oppositiones inveniemus: primam inter finitas, secundam inter infinitas, tertiam quam ipse Herminus dixit inter finitam et infinitam. Figura etiam quam formavit, conformis non est ei, quam Aristoteles in fine I *Priorum* formavit, ad quam nos remisit, cum dixit: *Haec igitur quemadmodum in Resolutoriis dictum est, sic sunt disposita.* In Aristotelis namque figura, angulares sunt affirmativae affirmativis, et negativae negativis.

Herminus.

8. Deinde cum dicit: *Hae igitur duae* etc., concludit numerum propositionum. Et potest dupliciter exponi; primo, ut ly *hae* demonstret universales, et sic est sensus, quod hae universales finitae et infinitae habent duas oppositiones, quas supra declaravimus; secundo, potest exponi ut ly *hae* demonstret enunciationes finitas et infinitas quoad praedicatum sive universales sive indefinitas, et tunc est sensus, quod hae enunciationes supradictae habent duas oppositiones, alteram inter affirmationem finitam et eius negationem, alteram inter affirmationem infinitam et eius negationem. Placet autem mihi magis secunda expositio, quoniam brevitas cui Aristoteles studebat, replicationem non exigebat, sed potius quia enunciationes finitas et infinitas quoad praedicatum secundum diversas quantitates enumeraverat, ad duas oppositiones omnes reducere, terminando earum tractatum, voluit.

9. Deinde cum dicit: *Aliae autem ad id quod est* etc., intendit declarare diversitatem enunciationum de tertio adjacente, in quibus subiicitur nomen infinitum. Et circa hoc tria facit: primo, proponit et distinguit eas; secundo, ostendit quod non dantur plures supradictis; ibi:Ma^ir *autem * etc.;* tertio, ostendit habitudinem istarum ad alias; ibi: *Hae autem extra* * etc. Ad evidentiam primi advertendum est tres esse species enunciationum de *inesse,* in quibus explicite ponitur hoc verbum *est.*- Quaedam sunt, quae subiecto sive finito sive infinito nihil habent additum ultra verbum, ut, *homo est, non homo est.* - Quaedam vero sunt quae subiecto finito habent, praeter verbum, aliquid additum sive finitum sive infinitum, ut, *homo est iustus, homo est non iustus.*- Quaedam autem sunt quae subiecto infinito, praeter verbum, habent aliquid additum sive finitum sive infinitum, ut, *non homo est iustus, non homo est non iustus.* Et quia de primis iam determinatum est, ideo de ultimis tractare volens, ait: *Aliae autem sunt,* quae habent aliquid, scilicet praedicatum, additum supra verbum *est,* ad id quod est, *non homo,* quasi ad subiectum, idest ad subiectum infinitum. Dixit autem *quasi,* quia sicut nomen infinitum deficit a ratione nominis *, ita deficit a ratione subiecti. Significatum siquidem nominis infiniti non proprie substernitur compositioni cum praedicato quam importat, *est,* tertium adiacens. Enumerat quoque quatuor enunciationes et duas oppositiones in hoc ordine, sicut et in superioribus fecit. Distinguit etiam istas ex imitate vel infinitate praedicata. Unde primo, ponit oppositiones inter affirmativam et negativam habentes subiectum infinitum et praedicatum finitum, dicens: *Ut, non homo est iustus, non homo non est iustus.* Secundo, ponit oppositionem alteram inter affirmativam et negativam, habentes subiectum infinitum· et praedicatum infinitum, dicens: *Ut, non homo est non iustus, non homo non est non iustus.*

• Num. seq.

* Infra num. 11.

• Cf. lib.I. lect.iv, n. 13.

10. Deinde cum dicit: *Magis autem plures* etc., ostendit quod non dantur plures oppositiones enunciationum supradictis. Ubi notandum est quod enunciationes de *inesse,* in quibus explicite ponitur hoc verbum *est,* sive secundum, sive tertium adiacens, de quibus loquimur, non possunt esse plures quam duodecim supra positae; et consequenter oppositiones earum secundum affirmationem et negationem non sunt nisi sex. Cum enim in tres ordines divisae sint enunciationes, scilicet in illas de secundo adiacente, in illas de tertio subiecti finiti, et in illas de tertio subiecti infiniti, et in quolibet ordine sint quatuor enunciationes; fiunt omnes enunciationes duodecim, et oppositiones sex. Et quoniam subiectum earum in quolibet ordine potest quadrupliciter quantificari, scilicet universalitate, particularitate, et singularitate, et indefinitione; ideo istae duodecim multiplicantur in quadraginta octo. Quater enim duodecim quadraginta octo faciunt. Nec possibile est plures his imaginari. Et licet Aristoteles nonnisi viginti harum expresserit, octo in primo ordine, octo in secundo, et quatuor in tertio, attamen per eas reliquas voluit intelligi. Sunt autem sic enumerandae et ordinandae secundum singulos ordines, ut affirmationi negatio prima ex opposito situetur, ut oppositionis in-

tentum clarius videatur. Et sic contra universalem affirmativam non est ordinanda universalis negativa, sed particularis negativa, quae est illius negatio; et e converso, contra particularem affirmativam non est ordinanda particularis negativa, sed universalis negativa quae est eius negatio. Ad clarius autem intuendum numerum, coordinandae sunt omnes, quae sunt similis quantitatis, simul in recta linea, distinctis tamen ordinibus tribus supradictis. Quod ut clarius elucescat, in hac subscripta videatur figura:

Primus Ordo

Socrates est	–	Socrates non est		Non Socrates est	–	Non Socrates non est	
Quidam homo est	–	Quidam homo non est		Quidam non homo est	–	Quidam non homo non est	
Homo est	–	Homo non est		Non homo est	–	Non homo non est	
Omnis homo est	–	Omnis homo non est		Omnis non homo est	–	Omnis non homo non est	

Secundus Ordo

Socrates est iustus	–	Socrates non est iustus	—	Socrates est non iustus	–	Socrates non est non iustus	
Quidam homo est iustus	–	Quidam homo non est iustus	—	Quidam homo est non iustus	–	Quidam homo non est non iustus	
Homo est iustus	–	Homo non est iustus	—	Homo est non iustus	–	Homo non est non iustus	
Omnis homo est iustus	–	Omnis homo non est iustus	—	Omnis homo est non iustus	–	Omnis homo non est non iustus	

Tertius Ordo

Non Socrates est iustus		Non Socrates non est iustus	—	Non Socrates est non iustus	–	Non Socrates non est non iustus	
Quidam non homo est iustus	–	Quidam non homo non est iustus	—	Quidam non homo est non iustus	–	Quidam non homo non est non iustus	
Non homo est iustus	–	Non homo non est iustus	—	Non homo est non iustus	–	Non homo non est non iustus	
Omnis non homo est iustus	–	Omnis non homo non est iustus	—	Omnis non homo est non iustus	–	Omnis non homo non est non iustus	

Quod autem plures his non sint, ex eo patet quod non contingit pluribus modis variari subiectum et praedicatum penes finitum et infinitum, nec pluribus modis variantur finitum et infinitum subiectum. Nulla enim enunciatio de secundo adiacente potest variari penes praedicatum finitum vel infinitum, sed tantum penes subiectum quod sufficienter factum apparet. Enunciationes autem de tertio adiacente quadrupliciter variari possunt, quia aut sunt subiecti et praedicati finiti, aut utriusque infiniti, aut subiecti finiti et praedicati infiniti, aut subiecti infiniti et praedicati finiti. Quarum nullam praetermissam esse superior docet figura.

n. Deinde cum dicit: *Hae. autem extra illas* etc., ostendit habitudinem harum quas in tertio ordine numeravimus ad illas, quae in secundo sitae sunt ordine, et dicit quod istae sunt extra illas, quia non sequuntur ad illas, nec e converso. Et rationem assignans subdit: *Ut nomine utentes eo quod est non homo,* idest ideo istae sunt extra illas, quia istae utuntur nomine infinito loco nominis, dum omnes habent subiectum infinitum. Notanter autem dixit enunciationes subiecti infiniti uti ut nomine, infinito nomine, quia cum subiici in enunciatione proprium sit nominis, praedicari autem commune nomini et verbo, omne subiectum enunciationis ut nomen subiicitur.

12. Deinde cum dicit: *In his vero in quibus est* etc., determinat de enunciationibus in quibus ponuntur verba adiectiva. Et circa hoc tria facit: primo, distinguit eas; secundo, respondet cuidam tacitae quaestioni; ibi: *Non enim dicendum est** etc.; tertio, concludit earum conditiones; ibi: *Ergo et caetera eadem** etc. Ad evidentiam primi resumendum est, quod inter enunciationes in quibus ponitur *est* secundum adiacens, et eas in quibus ponitur *est* tertium adiacens talis est differentia quod in illis, quae sunt de secundo adiacente, simpliciter fiunt oppositiones; scilicet ex parte subiecti tantum variati per finitum et infinitum; in his vero, quae habent *est* tertium adiacens dupliciter fiunt oppositiones, scilicet et ex parte praedicati et ex parte subiecti, quia utrumque variari potest per finitum et infinitum. Unde unum ordinem tantum enunciationum de secundo adiacente fecimus, habentem quatuor enunciationes diversimode quantificatas et duas oppositiones. Enunciationes autem de tertio adiacente oportuit partiri in duos ordines, quia sunt in eis quatuor oppositiones et octo enunciationes, ut supra dictum est.- Considerandum quoque est quod enunciationes, in quibus ponuntur verba adiectiva, quoad significatum aequivalent enunciationibus de tertio adiacente, resoluto verbo adiectivo in proprium participium et *est,* quod semper fieri licet, quia in omni verbo adiectivo clauditur verbum substantivum. Unde idem significant ista, *omnis homo currit,* quod ista, *omnis homo est currens.* Propter quod Boethius vocat enunciationes cum verbo adiectivo de secundo adiacente secundum vocem, de tertio autem secundum potestatem, quia potest resolvi in tertium adiacens, cui aequivalet. Quoad numerum autem enunciationum et oppositionum, enunciationes verbi adiectivi formaliter sumptae non aequivalent illis de tertio adiacente, sed aequivalent enunciationibus, in quibus ponitur *est* secundum adiacens. Non possunt enim fieri oppositiones dupliciter in enunciationibus adiectivis, scilicet ex parte subiecti et praedicati, sicut fiebant in substantivis de tertio adiacente, quia verbum, quod praedicatur in adiectivis, infinitati non potest. Sed oppositiones adiectivarum fiunt simpliciter, scilicet ex parte subiecti tantum variati per infinitum et finitum diversimode quantificati, sicut fieri didicimus supra in enunciationibus substantivis de secundo adiacente, eadem ducti ratione, quia praeter verbum nulla est affirmatio vel negatio*, sicut praeter nomen esse potest. Quia autem in praesenti tractatu non de *significationibus,* sed de *numero* enunciationum et oppositionum sermo intenditur, ideo Aristoteles determinat diversificandas esse enunciationes adiectivas secundum modum, quo distinctae sunt enunciationes in quibus ponitur *est* secundum adiacens. Et ait quod in his enunciationibus, in quibus non contingit poni hoc verbum *est* formaliter, sed aliquod aliud, ut, *currit,* vel, *ambulat,* idest in enunciationibus adiectivis, idem faciunt quoad numerum oppositionum et enunciationum sic posita, scilicet nomen et verbum, ac si *est* secundum adiacens subiecto nomini adderetur. Habent enim et istae adiectivae, sicut illae, in quibus ponitur *est,* duas oppositiones tantum, alteram inter finitas, ut, *omnis homo currit, omnis homo non currit,* alteram inter infinitas quoad subiectum, ut, *omnis non homo currit, omnis non homo non currit.*

13. Deinde cum dicit: *Non enim dicendum est* etc., respondet tacitae quaestioni. Et circa hoc facit duo: primo, ponit solutionem quaestionis; deinde, probat eam; ibi: *Manifestum est autem*ctc.* Est ergo quaestio talis: Cur negatio infinitans numquam addita est supra signo universali aut particulari, ut puta, cum vellemus infinitarc istam, *omnis homo currit,* cur non sic infinitata est, *non omnis homo currit,* sed sic, *omnis non homo currit?* Huic namque quaestioni respondet, dicens quod quia nomen infi-

Boethius. z

* Cf. lib.i, icct. VIII,n·9·

" Num. 13.

• Num. 16.

- Num. 14.

nitabile debet significare aliquid universale, vel singulare; *omnis* autem et similia signa non significant aliquid universale aut singulare, *sed quoniam universaliter* aut particulariter; ideo non est dicendum, *non omnis homo,* si infinitare volumus (licet debeat dici, si negare quantitatem enunciationis quaerimus), sed negatio infinitans ad ly *homo,* quod significat aliquid universale, addenda est, et dicendum, *omnis non homo.*

14. Deinde cum dicit: *Manifestum est autem ex eo quod est* etc., probat hoc quod dictum est, scilicet quod *omnis* et similia non significant aliquod universale, sed *quoniam universaliter* tali ratione. Illud, in quo differunt enunciationes praecise differentes per habere * et non habere ly *omnis,* est non universale aliquod, *sed quoniam universaliter;* sed illud in quo differunt enunciationes praecise differentes per habere et non habere ly *omnis,* est significatum per ly *omnis; ergo* significatum per ly *omnis* est non aliquid universale, *sed quoniam universaliter.* Minor huius rationis, tacita in textu, ex se clara est. Id enim in quo, caeteris paribus, habentia a non habentibus aliquem terminum differunt, significatum est illius termini. Maior vero in littera exemplariter declaratur sic. Illae enunciationes, *homo currit,* et *omnis homo currit,* praecise differunt ex hoc, quod in una est ly *omnis,* et in altera non. Tamen non ita differunt ex hoc, quod una sit universalis, alia non universalis. Utraque enim habet subiectum universale, scilicet ly *homo,* sed differunt, quia in ea, ubi ponitur ly *omnis,* enunciatur de subiecto universaliter, in altero autem non universaliter. Cum enim dico, *homo currit,* cursum attribuo homini universali, sive communi, sed non pro tota humana universitate; cum autem dico, *omnis homo currit,* cursum inesse homini pro omnibus inferioribus significo.-Simili modo declarari potest de tribus aliis, quae in textu adducuntur, scilicet, *homo non currit,* respectu suae universalis universaliter, *omnis homo non currit:* et sic de aliis. Relinquitur ergo, quod, *omnis* et *nullus* et similia signa nullum universale significant, sed tantummodo significant, quoniam universaliter de homine affirmant vel negant.

•Ed. c: *fy habere.*

15. Notato hic duo: primum est quod non dixit *omnis* et *nullus* significat universaliter , sed *quoniam universaliter;* secundum est, quod addit, *de homine affirmant vel negant.* - Primi ratio est, quia signum distributivum non significat modum ipsum universalitatis aut particularitatis absolute, sed applicatum termino distributo. Cum enim dico, *omnis homo,* ly *omnis* denotat universitatem applicari illi termino *homo,* ita quod Aristoteles dicens quod *omnis* significat quoniam universaliter, per ly *quoniam* insinuavit applicationem universalitatis importatam in ly *omnis* in actu exercito, sicut et in I *Posteriorum,* in definitione *scire* applicationem causae notavit per illud verbum *quoniam,* dicens: *Scire est rem per causam cognoscere, et quoniam illius est causa.* - Ratio autem secundi insinuat differentiam inter terminos categorematicos et syncategorematicos. Illi siquidem ponunt significata supra terminos absolute ; isti autem ponunt significata sua supra terminos in ordine ad praedicata. Cum enim dicitur, *homo albus,* ly *albus* denominat hominem in seipso absque respectu ad aliquod sibi addendum. Cum vero dicitur, *omnis homo,* ly *omnis* etsi hominem distribuat, non tamen distributio intellectum firmat, nisi in ordine ad aliquod praedicatum intelligatur. Cuius signum est, quia, cum dicimus, *omnis homo currit,* non intendimus distribuere hominem pro tota sua universitate absolute, sed in ordine ad cursum. Cum autem dicimus, *albus homo currit,* determinamus hominem in seipso esse album et non in ordine ad cursum. Quia ergo *omnis* et *nullus,* sicut et alia syncategoremata, nil aliud in enunciatione faciunt, nisi quia determinant subiectum in ordine ad praedicatum, et hoc sine affirmatione et negatione fieri nequit; ideo dixit quod nil aliud significant, nisi quoniam universaliter de nomine, idest de subiecto, affirmant vel negant, idest affirmationem vel negationem fieri determinant , ac per hoc a categorematicis ea separavit. Potest etiam referri hoc quod dixit, *affirmant vel negant,* ad ipsa signa, scilicet *omnis* et *nullus,* quorum alterum positive distribuit, alterum removendo.

16. Deinde cum dicit: *Ergo et caetera eadem* etc., concludit adiectivarum enunciationum conditiones. Dixerat enim quod adiectivae enunciationes idem faciunt quoad oppositionum numerum, quod substantivae de secundo adiacente; et hoc declaraverat, oppositionum numero exemplariter subiuncto. Et quia ad hanc convenientiam sequitur convenientia quoad imitationem praedicatorum, et quoad diversam subiectorum quantitatem, et earum multiplicationem ex ductu quaternarii in seipsum, et si qua sunt huiusmodi enumerata; ideo concludit: *Ergo et caetera,* quae in illis servanda erant, *eadem,* idest similia istis apponenda sunt.

LECTIO QUARTA

(Card. Caietani lect. n).

NONNULLAE CIRCA EA QUAE DICTA SUNT DUBITATIONES MOVENTUR AC SOLVUNTUR

Ἐπεί δέ εναντία ἀπόφασί , έστι τη, άπαν_ έστι ζώον δίκαιον, ή σημαίνουσα οτι ούδέν έστι ζωον δίκαιον, αύται.μέν φανερόν ότι ούδέποτε έσονται ούτε αληθεί άμα ούτε επί τοΰ αυτού, αί δέ άντικείμεναι ταύται έσονται ποτέ, οιον , ου παν ζωον δίκαιον, καί έστι τι ζωον δίκαιον.

Ἀκολουθοΰσι δέ αυται, τη μέν πα άνθρωπο ού δίκαιό έστιν, ή, ούδεί έστιν άνθρωπο δίκαιο · τη δέ έστι τι άνθρωπο δίκαιο , ή άντικειμένη, οτι ού πα άνθρωπο έστιν ού δίκαιο · ανάγκη γάρ είναι τινα.

Φανερόν δέ καί οτι επί μέν τών καθ' έκαστον ει αληθέ έρωτηθέντα άποφησαι, οτι καί καταφησαι αληθέ · οίον, άραγε Σωκράτη σοφό ; ού. Σωκράτη άρα ού σοφό . 'Επί δέ τών καθόλου ούκ άληθη ή ομοίω λεγομένη- άληθη δέ η άπόφασι , οίον, άρα γε πα άνθρωπο σοφό ; ού· πα άρα άνθρωπο ού σοφό · τούτο γάρ ψεύδο · άλλα τό, ού πα άρα άνθρωπο σοφό , αληθέ · αύτη δέ έστιν η άντικειμένη, έκείνη δέ ή εναντία.

Αί δέ κατά τά άόριστα άντικείμεναι ονόματα καί ρήματα, οίον έπΐ τοΰ μη άνθρωπο καί μη δίκαιο , ώσπερ άποφάσει άνευ ονόματο καί όη'ματο δόξειαν αν είναι· ούκ είσΐ δέ. Άεΐ γάρ άληθευειν άνάγκη η ψεύδεσθαι την άπόφασιν ό δ' ειπών, ούκ άνθρωπο , ούδέν μάλλον τοΰ ειπόντο , άνθρωπο , άλλα καί ηττον ήλη'θευκέ τι η εφευσται, έάν μη τι προστεθη.

Σημαίνει δέ τό, έστι πα ούκ άνθρωπο δίκαιο , ούδεμια έκείνων ταύτόν ούδέ η άντικειμένη ταύτη, ή, ούκ έστι πα ούκ άνθρωπο δίκαιο ·

τό δέ, πα ού δίκαιο ούκ άνθρωπο , τω, ούδεί δίκαιο ούκ άνθρωπο , ταύτόν σημαίνει.

Μετατιθέμενα δέ τά ονόματα καί τά ρήματα ταύτόν σημαίνει, οίον, έστι λευκό άνθρωπο , έστιν άνθρωπο λευκό .

Εί γάρ μη τούτο έστι, τοΰ αύτού πλείου έσονται άποφάσει · άλλ' έδέδεικτο, ότι μία μια · τοΰ μέν γάρ, έστι λευκό άνθρωπο , άπόφασι τό ούκ έστι λευκό άνθρωπο · τοΰ δέ έστιν άνθρωπο λευκό , εΐ μη η αύτη' έστι τη, έστι λευκό άνθρωπο , έσται άπόφασι ήτοι τό ούκ έστιν ούκ άνθρωπο λευκό , ή το, ουκ έστιν άνθρωπο λευκό . Άλλ' η έτέρα *ρ.εν* έστιν άπόφασι τοΰ, έστιν ούκ άνθρωπο λευκό · ή έτέρα δέ τοΰ, έστι λευκό άνθρωπο · ώστε έσονται δύο μια .

"Οτι μέν ούν μετατιθεμένου τοΰ ονόματο καί τοΰ ρήματο ή αύτη γίνεται κατάφασι καί άπόφασι , δηλον.

* Quoniam vero contraria est negatio ei quae est, omne animal est iustum, illa quae significat quoniam, nullum animal est iustum; hae quidem manifestum est quoniam nunquam erunt, neque verae simul, neque in eodem ipso; his vero oppositae erunt aliquando: ut, non omne animal iustum est, et, aliquod animal iustum est. · Seq- c· x'

Sequuntur vero eam quae est, omnis homo est non iustus, illa quae est, nullus homo est iustus; illam vero quae est, aliquis homo iustus est, opposita, quoniam, non omnis est homo non iustus. Necesse est enim aliquem esse.

Manifestum est autem etiam, quod in singularibus si est verum interrogatum negare, quoniam et affirmare verum est. Ut, putasne Socrates sapiens est? non. Socrates igitur non sapiens est. In universalibus vero non est vera, quae similiter dicitur: vera autem negativa est. Ut, putasne omnis homo sapiens est? non; omnis igitur homo non sapiens est : hoc enim falsum est : sed, non igitur omnis homo sapiens est, vera est. Haec enim opposita est; illa vero contraria.

Illae vero secundum infinita contraiacentes sunt nomina vel verba, ut in eo quod est, non homo, vel, non iustus, quasi negationes sine nomine et verbo esse videbuntur. Sed non sunt. Semper enim vel veram esse vel falsam necesse est negationem; qui vero dixit, non homo, nihil magis quam qui dicit, homo, sed etiam minus verus vel falsus fuit, si non aliquid addatur.

Significat autem, est omnis non homo iustus, nulli illarum idem; nec huic opposita ea quae est, non est omnis non homo iustus:

illa vero, quae est, omnis non iustus non homo est, illi quae est, nullus est iustus non homo, idem significat.

Transposita vero nomina et verba idem significant, ut, est albus homo, et, est homo albus.

Nam si hoc non est, eiusdem multae erunt negationes; sed ostensum est, quod una unius est: eius enim quae est, est albus homo, negatio est, non est albus homo: eius vero quae est, est homo albus, si non eadem est ei quae est, est albus homo, erit negatio, vel ea quae est, non est non homo albus, vel ea quae est, non est homo albus. Sed altera quidem est negatio eius, quae est, est non homo albus; altera vero eius quae est, est homo albus. Quare erunt duae unius. Quod igitur transposito nomine vel verbo, eadem sit affirmatio vel negatio, manifestum est.

} ostquam determinatum est de diversitate enunciationum, hic intendit removere quaedam dubia circa praedicta. Et circa hoc facit sex secundum numerum dubiorum, quae suis patebunt locis. Quia ergo supra dixerat quod in universalibus non similiter contingit angulares esse simul veras, quia affirmativae angulares non possunt esse simul verae, negativae autem sic; poterat quispiam dubitare, quae est causa huius diversitatis. Ideo nunc illius dicti causam intendit assignare talem, quia, scilicet, angulares affirmativae sunt contrariae inter se; contrarias autem in nulla materia contingit esse simul veras *. Angulares autem negativae sunt subcontrariae illis oppositae; subcontrarias autem contingit esse simul veras *. Et circa haec duo facit: primo, declarat conditiones contrariarum et subcontrariarum ; secundo, quod angulares affirmativae sint contrariae et quod angulares negativae sint subcontrariae; ibi: *Sequuntur vero* etc.*- Dicit ergo resumendo: quoniam in *Primo* dictum est quod enunciatio negativa contraria illi affirmativae universali, scilicet, *omne animal estiustum,* est ista, *nullum animal est iustum;* manifestum est quod istae non possunt *simul,* idest in eodem tempore, *neque in eodem ipso,* idest de eodem .subiecto esse verae. His vero oppositae, idest subcontrariae inter se, possunt esse simul verae aliquando, scilicet in materia contingenti, ut, *quoddam animal est iustum, non omne animal est iustum*.* -Num. seq. · Cf. lib.i,icet Cl,t'

2. Deinde cum dicit: *Sequuntur vero* etc., declarat quod angulares affirmativae supra positae sint contrariae, negativae vero subcontrariae. - Et primum quidem ex eo quod universalis affirmativa infinita et universalis negativa simplex aequipollent; et consequenter utraque earum est contraria universali affirmativae simplici, quae est altera angularis. Unde dicit quod hanc universalem nega-

• Cf. lib. I, lect.ix, n. 18, el lect. xi, n. 6.

• Cf. lib. I. lect. x, n. ɪɪ. et lect. xi, n. 2.

tivam finitam, *nullus homo est iustus,* sequitur aequipollenter illa universalis affirmativa infinita, *omnis homo est non iustus.* - Secundum vero declarat ex eo quod particularis affirmativa finita et particularis negativa infinita aequipollent. Et consequenter utraque earum est subcontraria particulari negativae simplici, quae est altera angularis, ut in figura supra posita inspicere potes. Unde subdit quod illam pa'rticularem'affirmativam finitam, *aliquis homo est iustus,* opposita sequitur aequipollenter (opposita intellige non istius particularis, sed illius universalis affirmativae infinitae), *non omnis homo est non iustus.* Haec enim est contradictoria eius. Ut autem clare videatur quomodo supra dictae enunciationes sint aequipollentes, formetur figura quadrata, in cuius uno angulo ponatur universalis negativa finita, et sub ea contradictoria particularis affirmativa finita; ex alia vero parte locetur universalis affirmativa infinita, et sub ea contradictoria particularis negativa infinita, noteturque contradictio inter angulares et collaterales inter se, hoc modo:

Nullus homo est iustus	Aequivalenles	Omnis homo est non iustus
Quidam homo est iustus	Aequivalenles	Non omnis homo est non iustus

His siquidem sic dispositis, patet primo ipsarum universalium mutua consequentia in veritate et falsitate, quia si altera earum est vera, sua angularis contradictoria est falsa; et si ista est falsa, sua collateralis contradictoria, quae est altera universalis, erit vera, et similiter procedit quoad falsitatem particularium. Deinde eodem modo manifestatur mutua sequela. Si enim altera earum est vera, sua angularis contradictoria est falsa, ista autem existente falsa, sua contradictoria collateralis, quae est altera particularis erit vera; simili quoque modo procedendum est quoad falsitatem.

3. Sed est hic unum dubium. In I enim *Priorum,* in fine, Aristoteles ex proposito determinat non esse idem iudicium de universali negativa et universali affirmativa infinita. Et superius in hoc *Secundo* *, super illo verbo: *Quarum duae se habent secundum consequentiam, duae vero minime,* Ammonius, Porphyrins, Boethius et sanctus Thomas dixerunt quod negativa simplex sequitur affirmativam infinitam, sed non e converso.

• Lect. n, n. 5 seq.

Ammonius. Porphyrius. Boethius. S. Thomas.

Albertus.

Ad hoc dicendum est, secundum Albertum, quod negativam finitam sequitur affirmativa infinita subiecto constante; negativa vero simplex sequitur affirmativam absolute. Unde utrumque dictum verificatur, et quod inter eas est mutua consequentia cum subiecti constantia, et quod inter eas non est mutua consequentia absolute. Potest dici secundo, quod supra locuti sumus de infinita enunciatione quoad suum totalem significatum ad formam praedicati reductum; et secundum hoc, quia negativa finita est superior affirmativa infinita, ideo non erat mutua consequentia: hic autem loquimur de ipsa infinita formaliter sumpta. Unde s. Thomas tunc adducendo Ammonii expositionem dixit, secundum hunc modum loquendi: negativa simplex, in plus est quam affirmativa infinita.

S. Thomas.

Textus vero I *Priorum* ultra praedicta loquitur de finita et infinita in ordine ad syllogismum. Manifestum est autem quod universalis affirmativa sive finita sive infinita non concluditur nisi in primo primae *. Universalis autem negativa quaecumque concluditur et in secundo primae, et primo et secundo secundae.

• Nempe in primo modo primae figurae syllogismi.

4. Deinde cum dicit: *Manifestum est autem* etc., movet secundum dubium de vario situ negationis, an scilicet quoad veritatem et falsitatem differat praeponere et postponere negationem. Oritur autem haec dubitatio, quia dictum est nunc quod non refert quoad veritatem si dicatur, *omnis homo est non iustus,* aut si dicatur, *omnis homo non est iustus;* et tamen in altera postponitur negatio, in altera praeponitur, licet multum referat quoad affirmationem et negationem. Hanc, inquam, dubitationem solvere intendens cum distinctione, respondet quod in singularibus enunciationibus eiusdem veritatis sunt singularis negatio et infinita affirmatio eiusdem, in universalibus autem non est sic.

Si enim est vera negatio ipsius universalis non oportet quod sit vera infinita affirmatio universalis. Negatio enim universalis est particularis contradictoria, qua existente vera, non est necesse suam subalternam, quae est contraria suae contradictoriae esse veram. Possunt enim duae contrariae esse simul falsae. Unde dicit quod in singularibus enunciationibus manifestum est quod, si est verum negare interrogatum, idest, si est vera negatio enunciationis singularis, de qua facta est interrogatio, verum etiam est affirmare, idest, vera erit affirmatio infinita eiusdem singularis. Verbi gratia: *putasne Socrates estsapiens?* Si vera est ista responsio, *non;*- *Socrates igitur non sapiens est,* idest, vera erit ista affirmatio infinita, *Socrates est non sapiens.*

In universalibus vero non est vera, quae similiter dicitur, idest, ex veritate negationis universalis affirmativae interrogatae non sequitur vera universalis affirmativa infinita, quae similis est quoad quantitatem et qualitatem enunciation! quaesitae; *vera autem est eius negatio,* idest, sed ex veritate responsionis negativae sequitur veram esse eiùs, scilicet universalis quaesitae negationem, idest, particularem negativam. Verbi gratia: *putasne omnis homo est sapiens?* Si vera est ista responsio, *non;* - affirmativa similis interrogatae quam quis ex hac responsione inferre intentaret est illa: *igitur omnis homo est non sapiens.* Haec autem non sequitur ex illa negatione. Falsum est enim hoc, scilicet quod sequitur ex illa responsione; séd inferendum est, *igitur non omnis homo sapiens est.* -Et ratio utriusque est, quia haec particularis ultimo illata est opposita, idest contradictoria illi universali interrogatae quam respondens falsificavit; et ideo oportet quod sit vera. Contradictoriarum enim si una est falsa, reliqua est vera. Illa vero, scilicet universalis affirmativa infinita primo illata, est contraria illi eidem universali interrogatae. Non est autem opus quod si universalium altera sit falsa, quod reliqua sit vera. In promptu est autem causa huius diversitatis inter singulares et universales. In singularibus enim varius negationis situs non variat quantitatem enunciationis; in universalibus autem variat, ut patet. Ideo fit ut non sit eadem veritas negantium universalem in quarum altera praeponitur, in altera autem postponitur negatio, ut de se patet.

5. Deinde cum dicit: *Illa vero secundum infinita* etc., solvit tertiam dubitationem, an infinita nomina vel verba sint negationes. Insurgit autem hoc dubium, quia dictum est quod aequipollent negativa et infinita. Et rursus dictum est nunc quod non refert in singularibus praeponere ct postponere negationem: si enim infinitum nomen est negatio, tunc enunciatio, habens subiectum infinitum vel praedicatum, erit negativa et non affirmativa.

Hanc dubitationem solvit per interpretationem, probando quod nec nomina nec verba infinita sint negationes, licet videantur. Unde duo circa hoc facit: primo, proponit solutionem dicens: *Illae vero,* scilicet dictiones, *con-*

traiacentes: verbi gratia: *non homo,* et, *homo non iustus et iustus.* Vcl sic: *Illae vero,* scilicet dictiones, *secundum infinita,* idest secundum infinitorum naturam, *iacentes contra nomina et verba* (utpote quae removentes quidem nomina et verba significant, ut *non homo* et *non iustus* et *non currit,* quae opponuntur contra ly *homo,* ly *iustus* et ly *currit'),* illae, inquam, dictiones infinitae videbuntur prima facie esse quasi negationes sine nomine et verbo ex eo quod comparatae nominibus et verbis contra quae iacent, ea removent, sed non sunt secundum veritatem. Dixit sine nomine et verbo quia nomen infinitum, nominis natura caret, et verbum infinitum verbi natura non possidet. Dixit *quasi,"* quia nec nomen infinitum a nominis ratione, nec verbum infinitum a verbi proprietate omnino semota sunt. Unde, si negationes apparent, videbuntur sine nomine et verbo non *omnino* sed *quasi.*

Deinde probat distinctiones infinitas non esse negationes tali ratione. Semper est necesse negationem esse veram vel falsam, quia negatio est enunciatio alicuius ab aliquo; nomen autem infinitum non dicit verum vel falsum; igitur dictio infinita non est negatio. - Minorem declarat, quia qui dixit, *non homo,* nihil magis de homine dixit quam qui dixit, *homo.* Et quoad significatum quidem clarissimum est: *non homo,* namque, nihil addit supra hominem, imo removet hominem. Quoad veritatis vero vel falsitatis conceptum, nihil magis profuit qui dixit, *non homo,* quam qui dixit, *homo,* si aliquid aliud non addatur, imo minus verus vel falsus fuit, idest magis remotus a veritate et falsitate, qui dixit, *non homo,* quam qui dixit, *homo:* quia tam veritas quam falsitas in compositione consistit; compositioni autem vicinior est dictio finita, quae aliquid ponit, quam dictio infinita, quae nec ponit, nec componit, idest nec positionem nec compositionem importat.

6. Deinde cum dicit: *Significat autem* etc., respondet quartae dubitationi, quomodo scilicet intelligatur illud verbum supradictum de enunciationibus habentibus subiectum infinitum: *Hae autem extra illas, ipsae secundum se erunt.* Et ait quod intelligitur quantum ad significati consequentiam, ct non solum quantum ad ipsas enunciationes formaliter. Unde duas habentes subiectum infinitum, universalem scilicet affirmativam et universalem negativam adducens, ait quod neutra earum significat *idem alicui illarum,* scilicet habentium subiectum finitum. Haec enim universalis affirmativa, *omnis non homo est iustus,* nulli habenti subiectum finitum significat idem: non enim significat idem quod ista, *omnis homo est iustus;* neque quod ista, *omnis homo est non iustus.* Similiter opposita negatio et universalis negativa habens subiectum infinitum, quae est contrarie opposita supradictae, scilicet *omnis non homo non est iustus,* nulli illarum de subiecto finito significat idem. Et hoc clarum est ex diversitate subiecti in istis et in illis.

7. Deinde cum dicit: *Illa vero quae est* etc., respondet quintae quaestioni, an scilicet inter enunciationes de subiecto infinito sit aliqua consequentia. Oritur autem dubitatio haec ex eo, quod superius est inter eas ad invicem assignata consequentia. Ait ergo quod etiam inter istas est consequentia. Nam universalis affirmativa de subiecto et praedicato infinitis et. universalis negativa de subiecto infinito, praedicato vero finito, aequipollent. Ista namque, *omnis non homo est non iustus,* idem significat illi, *nullus non homo est iustus.* Idem autem est iudicium de particularibus indefinitis et singularibus similibus supradictis. Cuiuscunque enim quantitatis sint, semper affirmativa de utroque extremo infinita et negativa subiecti quidem infiniti, praedicati autem finiti, aequipollent, ut facile potes exemplis videre. Unde Aristoteles universales exprimens, caeteras ex illis intelligi voluit.

8. Deinde cum dicit: *Transposita vero nomina* etc., solvit sextam dubitationem, an propter nominum vel verborum transpositionem varietur enunciationis significatio. Oritur autem haec quaestio ex eo, quod docuit transpositionem negationis variare enunciationis significationem. Aliud enim dixit significare, *omnis homo non est iustus,* et aliud, *non omnis homo est iustus.* Ex hoc, inquam, dubitatur, an similiter contingat circa nominum transpositionem, quod ipsa transposita enunciationem varient, sicut negatio transposita. Et circa hoc duo facit: primo, ponit solutionem dicens, quod transposita nomina et verba idem significant: verbi gratia, idem significat, «t *albus homo,* et, *est homo albus,* ubi est transpositio nominum. Similiter transposita verba idem significant, ut, *est albus homo,* et, *homo albus est.*

9. Deinde cum dicit: *Nam si hoc non est* etc., probat praedictam solutionem ex numero negationum contradictoriarum ducendo ad impossibile, tali ratione. Si hoc non est, idest si nomina transposita diversificant enunciationem, eiusdem affirmationis erunt duae negationes; sed ostensum est in I libro *, quod una tantum est negatio unius affirmationis; ergo a destructione consequentis ad destructionem antecedentis transposita nomina non variant enunciationem. Ad probationis autem consequentiae claritatem formetur figura, ubi ex uno latere locentur ambae suprapositae affirmationes, transpositis nominibus; ct ex altero contraponantur duae negativae, similes illis quoad terminos et eorum positiones. Deinde, aliquantulo interiecto spatio, sub affirmativis ponatur affirmatio infiniti subiecti, et sub negativis illius negatio. Et notetur contradictio inter primam affirmationem et duas negationes primas, et inter secundam affirmationem et omnes tres negationes, ita tamen quod inter ipsam et infimam negationem notetur contradictio non vera, sed imaginaria. Notetur quoque contradictio inter tertiam affirmationem et tertiam negationem inter se. Hoc modo.:

*Lect. xu.

Est albus homo	- Conlradictoriae -	Non est albus homo
Est homo albus	- Contradictoriae -	Non est homo albus
Est non homo albus	- Conlradiclorlae -	Non est non homo albus

His ita dispositis, probat consequentiam Aristoteles sic. Illius affirmationis, *est albus homo,* negatio est, *non est albus homo;* illius autem secundae affirmationis, quae est, *est homo albus,* si ista affirmatio non est eadem illi supradictae affirmationi, scilicet, *est albus homo,* propter

nominum transpositionem, negatio erit altera istarum, scilicet aut, *non est non homo albus,* aut, *non est homo albus.* Sed utraque habet affirmationem oppositam alia ab illa assignatam, scilicet, *est homo albus.* Nam altera quidem dictarum negationum, scilicet, *non est non homo albus ,* negatio est illius quae dicit, *est non homo albus',* alia vero, scilicet, *non est homo albus,* negatio est eius affirmationis, quae dicit, *est albus homo,* quae fuit prima affirmatio. Ergo quaecunque dictarum negationum afferatur contradictoria illi mediae, sequitur quod sint duae unius, idest quod unius negationis sint duae affirmationes, et quod unius affirmationis sint duae negationes: quod est impossibile. Et hoc, ut dictum est, sequitur stante hypothesi erronea, quod illae affirmationes sint propter nominum transpositionem diversae.

10. Adverte hic primo quod Aristoteles per illas duas negationes, *non est non homo albus,* et, *non est homo albus,* sub disiunctione sumptas ad inveniendam negationem illius affirmationis, *est homo albus,* caeteras intellexit, quasi diceret: Aut negatio talis affirmationis acceptabitur illa quae est vere éius negatio, aut quaecunque extranea negatio ponetur; et quodlibet dicatur, semper, stante hypothesi, sequitur unius affirmationis esse plures negationes, unam verae quae est contradictoria suae comparis habentis nomina transposita, et alteram quam tu ut distinctam acceptas, vel falso imaginaris; et e contra multarum affirmationum esse unicam negationem, ut patet in apposita figura. Ex quacunque enim illarum quatuor incipias, duas sibi oppositas aspicis. Unde notanter concludit indeterminate: *Quare erunt duae unius.*

11. Nota secundo quod Aristoteles contempsit probare quod contradictoria primae affirmationis sit contradictoria secundae, et similiter quod contradictoria secundae affirmationis sit contradictoria primae. Hoc enim accepit tamquam per se notum, ex eo quod non possunt simul esse verae neque simul falsae, ut manifeste patet praeposito sibi termino singulari. Non stant enim simul aliquo modo istae duae, *Socrates est albus homo, Socrates non est homo albus.* Nec turberis quod eas non singulares pro-
Lect. xi, n. 3 pOSU;t› 7sjoverat enim supra dictum esse in *Primo** quae affirmatio et negatio sint contradictoriae et quae non, et ideo non fuit sollicitus de exemplorum claritate.

Liquet ergo ex eo quod negationes affirmationum de nominibus transpositis non sunt diversae quod nec ipsae affirmationes sunt diversae et sic nomina et verba transposita idem significant.

12. Occurrit autem dubium circa hoc, quia non videtur verum quod nominibus transpositis eadem sit affirmatio. Non enim valet: *omnis homo est animal;* ergo *omne animal est homo.* Similiter, transposito verbo, non valet: *homo est animal rationale;* ergo *homo animal rationale est,* de secundo adiaccnte. Licet enim nugatio committatur, tamen non sequitur primam.

Ad hoc est dicendum quod sicut in rebus naturalibus est duplex transmutatio, scilicet localis, scilicet de loco ad locum, et formalis de forma ad formam; ita in enunciationibus est duplex transmutatio, situalis scilicet, quando terminus praepositus postponitur, et e converso, et formalis, quando terminus, qui erat praedicatum efficitur subiectum , et e converso vel quomodolibet, simpliciter etc.-Et sicut quandoque fit in naturalibus transmutatio pure localis, puta quando res transfertur de loco ad locum, nulla alia variatione facta; quandoque autem fit transmutatio secundum locum, non pura sed cum variatione formali, sicut quando transit de‘loco frigido ad locum calidum : ita in enunciationibus quandoque fit transmutatio pure situalis, quando scilicet nomen vel verbum solo situ vocali variatur ; quandoque autem fit transmutatio situalis et formalis simul, sicut contingit cum praedicatum fit subiectum, vel cum verbum tertium adiacens fit secundum,- Et quoniam hic intendit Aristoteles de transmutatione nominum et verborum pure situait, ut transpositionis vocabulum praesefert, ideo dixit quod transposita nomina et verba idem significant, insinuare volens quod, si nihil aliud praeter transpositionem nominis vel verbi accidat in enunciatione, eadem manet oratio,- Unde patet responsio ad instantias. Manifestum est namque quod in utraque non sola transpositio fit, sed transmutatio de subiecto in praedicatum, vel de tertio adiacente in secundum. Et per hoc patet responsio ad similia.

LECTIO QUINTA

(Card. Caietani lect. 111).

DE MULTIPLICITATE ENUNCIATIONUM IUXTA QUOSDAM MODOS, QUIBUS NON UNAM, SED PLURES ESSE CONTINGIT UNAM ENUNCIATIONEM.

Το δε ἐν κατά πολλών ἡ πολλά καθ' ενό καταφάναι ἡ ἀποφάναι, ἐάν μή εν τι ἡ τό ἑκ των πολλών δηλούμενον, ούκ ἐστι κατάφασι jxia ούδέ ἀπο'φασι. Αε'γω δέ εν ούκ ἐάν όνομα ἐν η κείμενον, μή η δέ ἐν τι ἐξ εκείνων, οίον, ὁ ἀνθρωπο ίσω ἐστι καί ζωον καί δίπουν καί ἡμερον, ἀλλα καί ἐν τι γίνεται ἑκ τούτων ἑκ δέ τού λευκού, καί τού ανθρώπου, και τού βαδίζειν, ούχ ἐν ώστε ούτε ἐάν εν τι κατά τούτων καταφήση τι, μία κατάφασι, αλλά φωνή μέν μία, καταφάσει δέ πολλαί· ούτε ἐάν καθ' ένό ταύτα, ἀλλ' ομοίω πολλαί.

* At vero unum de pluribus, vel plura de uno affirmare, vel negare, si non sit unum aliquid quod ex pluribus significatur, non est affirmatio neque negatio una. Dico autem unum, non si unum nomen positum sit, non sit autem unum aliquid ex illis, ut homo est fortasse et animal et bipes et mansuetum, sed ex his unum fit, ex albo autem et homine et ambulare, non est unum; quare nec si unum aliquid de his affirmet aliquis, erit affirmatio una: sed vox quidem una, affirmationes vero multae, nec si de uno ista, sed similiter plures. • Cap. xi.

Εΐ ούν ἡ ἐρώτησι ἡ διαλεκτική ἀποκρίσεώ ἐστιν αϊτησι, ἡ τή προτάσεω, ἡ θατερου μορίου τή ἀντιφάσεω, ἡ δέ πρότασι ἀντιφάσεω μια μόριον, ούκ αν εϊη ἀπόκρισι μία πρό ταύτα· ούδέ γάρ ἡ ἐρώτησι μία, ούδέ ἐάν η αληθή·

Si ergo dialectica interrogatio responsionis est petitio vel propositionis vel alterius partis contradictionis, propositio vero unius contradictionis est pars, non erit una responsio ad haec. Neque enim interrogatio una, nec si sit vera.

εϊρηται δέ ἐν τοΐ Τοπικοϊ περί αύτών. "Αμα δέ δήλον ότι ούδέ τό τί ἐστιν ἐρώτησί ἐστι διαλεκτική. Δει γάρ δεδο'σθαι ἑκ τή ἐρωτήσεω ἐλέσθαι, ὁπότερον βούλεται τή ἀντιφάσεω μο'ριον ἀποφήνασθαι. 'Αλλά δει τόν ἐρωτώντα προσδιορίσασθαι, ποτερον το'δε ἐστίν ὁ ἀνθρωπο, ἡ ού τούτο.

Dictum est autem de his in Topicis. Simul autem manifestum est, quod nec hoc ipsum, *quid est,* dialectica interrogatio est. Oportet enim datum esse ex interrogatione eligere, utram velit contradictionis partem enunciate: sed oportet interrogantem determinare utrum hoc sit homo, an non hoc.

I. ; ostquam Aristoteles determinavit diversitatem enunciationis unius provenientem ex additione negationis infinitatis, hic intendit determinare quid accidat enunciation! ex hoc quod additur aliquid subiecto vel praedicato tollens eius unitatem. Et circa hoc duo facit: quia primo, determinat diversitatem earum; secundo, consequentias earum; ibi: *Quoniam vero haec quidem** etc. Circa primum duo facit: primo, ponit earum diversitatem; secundo, probat omnes enunciationes esse plures; ibi: *Si ergo dialectica** etc.-Dicit ergo quoad primum, resumendo quod in *Primo* dictum fuerat *, quod affirmare vel negare unum de pluribus, vel plura de uno, si ex illis pluribus' non fit unum, non est enunciatio una affirmativa vel negativa. Et declarando quomodo intelligatur unum debere esse subiectum aut praedicatum, subdit quod *unum dico non si nomen unum impositum sit,* idest ex unitate nominis, sed ex unitate significati. Cum enim plura conveniunt in uno nomine, ita quod ex eis non fiat unum illius nominis significatum, tunc solum vocis unitas est. Cum autem unum nomen pluribus impositum est, sive partibus subiectivis, sive integralibus, ut eadem significatione concludat, tunc et vocis et significati unitas est, et enunciationis unitas non impeditur.

intendit declarare enunciationem aliquam esse plures, in qua plura ex quibus fit unum subiiciuntur vel praedicantur; sicut cum dicitur, *homo est animal et mansuetum et bipes,* copula interiecta, vel morula, ut oratores faciunt. Ideo autem addidisse aiunt, *fortasse,* ut insinuaret hoc contingere posse, necessarium autem non esse.

' Lcct. seq.

• Num. 4.

‖ Lect. vm, n. 12 seq.

2. Secundum quod subiungit: *Ut homo est fortasse animal et mansuetum et bipes* obscuritate non caret. Potest enim intelligi ut sit exemplem ab opposito, quasi diceret: unum dico non ex unitate nominis impositi pluribus ex quibus non fit tale unum, quemadmodum homo est unum quoddam ex animali et mansueto et bipede, partibus suae definitionis. Et ne quis crederet quod hae essent verae definitionis nominis partes, interposuit, *fortasse.* Porphyrius autem, Boethio referente et approbante, separat has textus particulas, dicens quod Aristoteles hucusque declaravit enunciationem illam esse plures, in qua plura subiicerentur uni, vel de uno praedicarentur plura, ex quibus non fit unum. In istis autem verbis: *Ut homo est fortasse* etc.,

Porphyrius.

3. Possumus in eamdem Porphyrii, Boethii et Alberti sententiam incidentes subtilius textum introducere, ut quatuor hic faciat.

Et primo quidem, resumit quae sit enunciatio in communi dicens: *Enunciatio plures est, in qua tinum de pluribus, vel plura de uno enunciantur. Si tamen ex illis pluribus non fit unum,* ut in *Primo* * dictum et expositum fuit.

Deinde dilucidat illum terminum de uno, sive unum, dicens: *Dico autem unum,* idest, unum nomen voco, non propter unitatem vocis, sed significationis, ut supradictum est.

Deinde tertio, dividendo declarat, et declarando dividit, quot modis contingit unum nomen imponi pluribus ex quibus non fit unum, ut ex hoc diversitatem enunciationis multiplicis insinuet. Et ponit duos modos, quorum prior est, quando unum nomen imponitur pluribus ex quibus fit unum, non tamen in quantum ex eis fit unum. Tunc enim, licet materialiter et per accidens loquendo nomen imponatur pluribus ex quibus fit unum, formaliter tamen et per se loquendo nomen unum imponitur pluribus, ex quibus non fit unum: quia imponitur eis non in quantum ex eis est unum, ut fortasse est hoc nomen, *homo,* impositum ad significandum animal et mansuetum et bipes, idest, partes suae definitionis, non in quantum adunantur in unam hominis naturam per modum actus et potentiae, sed ut distinctae sint inter se actualitates. Et insinuavit quod accipit partes definitionis ut distinctas per illam coniunctionem, et per illud quoque * adversative additum: *Sed si ex his unum fit,* quasi diceret, cum hoc tamen stat quod ex eis unum fit. Addidit autem, *fortasse,* quia hoc nomen, *homo,* non est impositum ad signifi-

Porphyrius. Boethius. Albertus.

• Lect. cit.

* Ed. *c* omittit *quoque.*

candum partes sui definitivas, ut distinctae sunt. Sed si impositum esset aut imponeretur, esset unum nomen pluribus impositum ex quibus non fit unum. Et quia idem iudicium est de tali nomine, et illis pluribus; ideo similiter illae plures partes definitivae possunt dupliciter accipi. Uno modo, per modum actualis et possibilis, et sic unum faciunt; et sic formaliter loquendo vocantur plura, ex quibus fit unum, et pronunciandae sunt continuata oratione, et faciunt enunciationem unam dicendo, *animal rationale mortale currit.* Est enim ista una sicut et ista, *homo currit.* Alio modo, accipiuntur praedictae definitionis partes ut distinctae sunt inter se actualitates, et sic non faciunt unum: ex duobus enim actibus ut sic, non fit unum, ut dicitur VII *Metaphysicae;* et sic faciunt enunciationes plures et pronunciandae sunt vel cum pausa, vel coniunctione interposita, dicendo, *homo est animal et mansuetum et bipes;* sive, *homo est animal, mansuetum, bipes,* rethorico more. Quaelibet enim istarum est enunciatio multiplex. Et similiter ista, *Socrates est homo,* si homo est impositum ad illa, ut distinctae actualitates sunt, significandum. Secundus autem modus, quo unum nomen impositum est pluribus ex quibus non fit unum, subiungitur, cum dicit: *Ex albo autem et homine et ambulante* etc., idest, alio modo hoc fit, quando unum nomen imponitur pluribus, ex quibus non potest fieri unum, qualia sunt: *homo, album, et ambulans.* Cum enim ex his nullo modo possit fieri aliqua una natura, sicut poterat fieri ex partibus definitivis, clare liquet quod nomen aliquod si eis imponeretur, esset nomen non unum significans, ut in *Primo* dictum fuit * de hoc nomine, *tunica,* imposita homini et equo.

• Lect. xn, n. 9.

4. Habemus ergo enunciationis pluris seu multiplicis duos modos, quorum, quia uterque fit dupliciter, efficiuntur quatuor modi. Primus est, quando subiicitur vel praedicatur unum nomen impositum pluribus, ex quibus fit unum, non in quantum sunt unum; secundus est, quando ipsa plura ex quibus fit unum, in quantum sunt distinctae actualitates, subiiciuntur vel praedicantur; tertius est, quando ibi est unum nomen impositum pluribus ex quibus non fit unum; quartus est, quando ista plura ex quibus non fit unum, subiiciuntur vel praedicantur. Et notato quod cum enunciatio secundum membra divisionis illius, qua divisa est, in unam et plures, quadrupliciter variari possit, scilicet cum unum de uno praedicatur, vel unum de pluribus, vel plura de uno, vel plura de pluribus; postremum sub silentio praeterivit, quia vel eius pluralitas de se clara est, vel quia, ut inquit Albertus, non intendebat nisi de enunciatione, quae aliquo modo una est, tractare. Demum concludit totam sententiam, dicens: *Quare nec si aliquis affirmet unum de his pluribus, erit affirmatio una secundum rem: sed vocaliter quidem erit una, significative autem non una, sed multae fient affirmationes. Nec si e converso de uno ista plura affirmabuntur, fiet affirmatio una.* Ista namque, *homo est albus, ambulans et musicus,* importat tres affirmationes, scilicet, *homo est albus* et *est ambulans* et *est musicus,* ut patet ex illius contradictione. Triplex enim negatio illi opponitur correspondens triplici affirmationi positae.

Aibcrtus.

5. Deinde cum dicit: *Si ergo dialectica* etc., probat a posteriori supradictas enunciationes esse plures. Circa quod duo facit: primo, ponit rationem ipsam ad hoc probandum per modum consequentiae; deinde probat antecedens dictae consequentiae; ibi: *Dictum est autem de his* * etc. Quoad primum talem rationem inducit. Si interrogatio dialectica est petitio responsionis, quae sit propositio λ-el altera pars contradictionis, nulli enunciationum supradictarum interrogative formatae erit responsio una; ergo nec ipsa interrogatio est una, sed plures. Cuius rationis primo ponit antecedens: *Si ergo* etc. Ad huius intelligendos terminos nota quod idem sonant enunciatio, interrogatio et responsio. Cum enim dicitur, *caelum est animatum,* in quantum enunciat praedicatum de subiecto, enunciatio vocatur; in quantum autem quaerendo proponitur, interrogatio; ut vero quaesito redditur, responsio appellatur. Idem ergo erit probare non esse responsionem unam, et interrogationem non esse unam, et enunciationem non esse unam. Adverte secundo interrogationem esse duplicem. Quaedam enim est utram partem contradictionis eligendam proponens; et haec vocatur dialectica, quia dialecticus habet viam ex probabilibus ad utramque contradictionis partem probandam. Altera vero determinatam ad unum responsionem exoptat; et haec est interrogatio demonstrativa, eo quod demonstrator in unum determinate tendit. Considera ulterius quod interrogationi dialecticae dupliciter responderi potest. Uno modo, consentiendo interrogationi, sive affirmative sive negative; ut si quis petat, *caelum est animatum?* et respondeatur, *est;* vel, *Deus non movetur?* et respondeatur, *non:* talis responsio vocatur propositio. Alio modo, potest responderi interimendo; ut si quis petat, *caelum est animatum,* et respondeatur, *non;* vel *Deus non movetur?* et respondeatur, *movetur:* talis responsio vocatur contradictionis altera pars, eo quod affirmationi negatio redditur et negationi affirmatio. Interrogatio ergo dialectica est petitio annuentis responsionis, quae est propositio, vel contradicentis, quae est altera pars contradictionis secundum supradictam Boethii expositionem.

' Num 8.

Boethius

6. Deinde subdit probationem consequentiae, cum ait: *Propositio vero unius contradictionis est* etc. Ubi notandum est quod si responsio dialectica posset esse plures, non sequeretur quod responsio enunciationis multiplicis non posset esse dialectica; sed si responsio dialectica non potest esse nisi una enunciatio, tunc recte sequitur quod responsio enunciationis pluris, non est responsio dialectica, quae una est. Notandum etiam quod si enunciatio aliqua plurium contradictionum pars est, una non esse comprobatur: una enim uni tantum contradicit. Si autem unius solum contradictionis pars est, una est eadem ratione, quia scilicet unius affirmationis unica est negatio, et e converso. Probat ergo Aristoteles consequentiam ex eo quod propositio, idest responsio dialectica unius contradictionis est, idest una enunciatio est affirmativa vel negativa. Ex hoc enim, ut iam dictum est, sequitur quod nullius enunciationis multiplicis sit responsio dialectica, et consequenter nec una responsio sit. Nec praetereas quod cum propositionem, vel alteram partem contradictionis, responsionemque praeposuerit dialecticae interrogationis, de sola propositione subiunxit, quod est una; quod ideo fecit, quia illius alterius vocabulum ipsum unitatem praeferebat. Cum enim alteram contradictionis partem audis, unam affirmationem vel negationem statim intelligis.

Adiunxit autem antecedenti ly *ergo,* vel insinuans hoc esse aliunde sumptum, ut postmodum in speciali explicabit, vel, permutato situ, notam consequentiae huius inter antecedens et consequens locandam, antecedenti praeposuit; sicut si diceretur, *si ergo Socrates currit, movetur;* pro eo quod dici deberet, *si Socrates currit, ergo movetur.*

Sequitur deinde consequens: *Non erit una responsio ad hoc;* et infert principalem conclusionem subdens, *Quod neque una erit interrogatio* etc. Si enim responsio non potest esse una, nec interrogatio ipsa una erit.

7. Quod autem addidit: *Nec si sit vera,* eiusmodi est. Posset aliquis credere, quod licet interrogationi pluri non possit dari responsio una, quando id de quo quaestio fit non potest de omnibus illis pluribus affirmari vel ne-

gari (ut cum quaeritur, *canis est animal?* quia non potest vere de omnibus responderi, *est,* propter caeleste sidus, nec vere de omnibus responderi, *non est,* propter canem latrabilem, nulla possit dari responsio una); attamen quando id quod sub interrogatione cadit potest vere de omnibus affirmari aut negari, tunc potest dari responsio una; ut si quaeratur, *canis est substantia?* quia potest vere de omnibus responderi, *est,* quia esse substantiam omnibus canibus convenit, unica responsio dari possit. Hanc erroneam existimationem removet dicens: *Nec si sit vera,* idest, et dato quod responsio data enunciation! multiplici de omnibus verificetur, nihilominus non est una, quia unum non significat, nec unius contradictionis est pars, sed plures responsio illa habet contradictorias, ut de se patet.

8. Deinde cum dicit: *Dictum est autem de his in Topicis* etc., probat antecedens dupliciter: primo, auctoritate eorum quae dicta sunt in *Topicis;* secundo, a signo. Et circa hoc duo facit. Primo, ponit ipsum signum, dicens: *Quod similiter* etc., cum auctoritate *Topicorum, manifestum est,* scilicet, antecedens assumptum, scilicet quod dialectica interrogatio est petitio responsionis affirmativae vel negativae. *Quoniam nec ipsum quid est,* idest ex eo quod nec ipsa quaestio *quid est,* est interrogatio dialectica: verbi gratia, si quis quaerat, *quid est animal?* talis non quaerit dialectice. Deinde subiungit probationem assumpti, scilicet quod ipsum quid est, non est quaestio dialectica; et intendit quod quia interrogatio dialectica optionem respondenti offerre debet, ufram velit contradictionis partem, et ipsa quaestio *quid est* talem libertatem non proponit (quia cum dicimus, *quid est animal?* respondentem ad definitionis assignationem coarctamus, quae non solum ad unum determinata est, sed etiam omni parte contradictionis caret, cum nec esse, nec non esse dicat); ideo ipsa quaestio *quid est,* non est dialectica interrogatio. Unde dicit: *Oportet enim ex data,* idest ex proposita interrogatione dialectica, hunc respondentem eligere posse utram velit contradictionis partem, quam contradictionis utramque partem *interrogantem oportet determinare,* idest determinate proponere, hoc modo: *Utrum hoc animal sit homo an non:* ubi evidenter apparet optionem respondenti offerri. Habes ergo pro signo cum quaestio dialectica petat responsionem propositionis, vel alterius contradictionis partem, elongationem quaestionis *quid est* a quaestionibus dialecticis.

LECTIO SEXTA

(Card. Caietani lect. iv)

EX ALIQUIBUS DIVISIM PRAEDICATIS DE SUBIECTO SEQUITUR ENUNCIATIO DE EISDEM CONIUNCTIM IN EODEM SUBIECTO, EX ALIQUIBUS AUTEM NON SEQUITUR

Ἐπεὶ δέ τα μεν κατηγορεῖται συντιθέμενα, ὡ εν τό παν κατηγόρημα των χωρί κατηγορουμένων, τά δ, ουτί ἡ διαφορά; κατά γάρ τοῦ ανθρώπου ἀληθε ειπεῖν καί χωρί ζωον, καί χωρί δίπουν, καί ταῦτα ὡ ἐν καί ἀνθρωπον, καί λευκόν, καί ταῦθ' ὡ εν. Ἀλλ' οὐχί, εἰ σκυτεύ καί αγαθό, καί σκυτεύ αγαθό. s ì ,

Εἰ γάρ, δτι ἑκάτερον ἀληθε, εἰναι δει καί το συναμφω, πολλά καί ἀτοπα εσται. Κατά γάρ, τοῦ ανθρώπου καί τό ἀνθρωπο ἀληθε καί τό λευκόν, *ὡστε* καί το __ἄπαν. Πάλιν, εἰ τό λευκόν αὐτό, καί τό ἄπαν, ὡστε εσται ἀνθρωπο λευκό λευκό, καί τοῦτο ει ἀπειρον. Καί πάλιν μουσικό, λευκό, βαδίζων καί ταῦτα πολλάκι πεπλεγμένα ει ἀπειρον. Ἔτι,,εἰ ὁ Σωκράτη Σωκράτη καί ἀνθρωπο, καί Σωκράτη Σωκράτη ἀνθρωπο. Καί εἰ ἀνθρωπο, καί δίπου· καί ἀνθρωπο ἀνθρωπο δίπου· Ὅτι μ.εν οὐν, εἰ τι ἁπλώ φη'σει τά συμπλοκά γίνεσθαι, πολλά συμβαίνει λεγειν ἄτοπα, δηλον. Ὅπω δέ θατε'ον, Λε'γωμεν νῦν.

Των δη κατηγρουμε'νων, καί ἐφ' οἱ κατηγορεῖσθται συμβαίνει, ὑσα μεν λεγεται κατα συμβεβηκο η κατα τοῦ αὕτοῦ η θάτερον κατά θατε'ρου, ταῦτα οὐκ εσται ἑν, οἱον ἀνθρωπο λευκό ἐστι καί μουσικό, ἀλλ' οὐχ εν τό λευκόν καί τό μουσικόν συμβεβηκο'τα γάρ ἀμφω τω αυ'τω. Οὐδ' εἰ τό λευκόν μουσικόν ἀληθε εἰπεῖν, ὁμω οὐκ εσται τό μουσικόν λευκόν ἑν τι· κατά συμβεβηκο γάρ τό μουσικόν λευκόν· ὡστε οὐκ εσται τό λευκόν μ,ουσικόν εν τι.

Διό οὐδ' ὁ σκυτεύ ἁπλώ ἀγαθό, ἀλλα ζωον δίπουν. οὐ γάρ κατά συμβεβηκο.

Ἔτι οὐδ' ὁσα ενυπάρχει ἑν τω ε'τέρω. Διό οὐτε το λευκόν πολλάκι, οὐτε ὁ ἀνθρωπο: ἀνθρωπο ξωο'ν ἐστιν η δίπουν: νυπάρχει γάρ L τω ἀνΟρωπω το ζωον καί τό δίπουν.

* Quoniam vero haec quidem praedicantur composita, ut unum omne praedicatum fiat eorum quae extra praedicantur, alia vero non; quae differentia est? De homine enim verum est dicere, et extra animal, et extra bipes; et haec ut unum: et, hominem, et, album; et haec ut unum. Sed non si citharoedus *(coriarius)* est et bonus, etiam citharoedus *(coriarius)* bonus. 'Seq. c.xi.

Si enim quoniam utrunque, verum, esse oportet et simul utrunque multa inconvenientia erunt. Dc homine enim verum est et hominem, et album dicere; quare et omne. Rursus si album, et omne. Quare erit homo albus albus; et hoc in infinitum. Et rursus musicus albus ambulans; et haec eadem frequenter implicita in infinitum. Amplius si Socrates, Socrates est, et homo; et Socrates Socrates homo; et si homo et bipes, erit homo homo bipes. Quod igitur si quis simpliciter dicat complexiones fieri, plurima inconvenientia contingere manifestum est. Quemadmodum ponendum est nunc dicimus.

Eorum igitur quae praedicantur, et de quibus praedicari accidit quaecumque secundum accidens dicuntur, vel de eodem, vel alterum de altero, haec non erunt unum; ut, homo albus est et musicus; sed non est unum album et musicum; accidentia enim sunt utraque eidem. Nec, si album, musicum verum est dicere, tamen non erit musicum album unum aliquid: secundum accidens enim album musicum dicetur; quare non erit album musicum unum aliquid.

Quocirca nec citharoedus *(coriarius)* bonus simpliciter; sed animal bipes: non enim sunt secundum accidens.

Amplius nec quaecunque insunt in alio. Quare neque album'frequenter dictum, neque homo homo animal est, vel bipes; insunt enim in homine animal et bipes.

!. s^^ostquam declaravit diversitatem multiplicis S3 ffilM/a^nunciationis, intendit determinare de earum Ç. KjaZyconsequentiis. Et circa hoc duo facit, secunM J?dum duas dubitationes quas solvit. Secunda incipit; ibi: *Perum autem est dicere* * etc. Circa primum tria facit: primo, proponit quaestionem; secundo ostendit rationabilitatem quaestionis; ibi: *Si enim quoniam** etc.; tertio, solvit eam; ibi: *Eorum igitur*** etc. Est ergo dubitatio prima: Quare ex aliquibus divisim praedicatis de uno sequitur enunciatio, in qua illamet unitae praedicantur de eodem, et ex aliquibus non. Unde haec diversitas oritur? Verbi gratia; ex istis, *Socrates est animal et est bipes;* sequitur, *ergo Socrates est animal bipes;* et similiter ex istis, *Socrates est homo et est albus;* sequitur, *ergo Socrates est homo albus.* Ex illis vero, *Socrates est bonus, et est citharoedus;* non sequitur, *ergo est bonus citharoedus.* Unde proponens quaestionem inquit: *Quoniam vero haec,* scilicet praedicta, ita praedicantur composita, idest coniuncta, ut unum sit praedicamentum quae extra praedicantur, idest, ut ex eis extra praedicatis unite fiat praedicatio, alia vero praedicata non sunt talia, quae est inter differentia; unde talis innascitur diversitas? Et subdit exempla iam adducta, et ad propositum applicata: quorum primum continet praedicata ex quibus fit unum per se, scilicet, *animal et bipes,* genus et differentia; secundum autem praedicata ex quibus fit unum per accidens, scilicet, *homo albus;* tertium vero praedicata ex quibus neque unum per se neque unum per accidens inter se fieri sequitur;'ut, *citharoedus et bonus,* ut declarabitur.

* Lcct. seq.

* Num. seq.
** Num. 3.

2. Deinde cum dicit: *Si enim quoniam* etc., declarat veritatem diversitatis positae, ex qua rationabilis redditur quaestio: si namque inter praedicata non esset talis diversitas, irrationabilis esset dubitatio. Ostendit autem hoc ratione ducente ad inconveniens, nugationem scilicet. Et quia nugatio duobus modis committitur, scilicet explicite et implicite; ideo primo deducit ad nugationem explicitam, secundo ad implicitam; ibi: *Amplius, si Socrates* etc. Ait ergo quod si nulla est inter quaecumque praedicata differentia, sed de quolibet indifferenter censetur quod quia alterutrum separatum dicitur, quod utruinque coniunctim dicatur, multa inconvenientia sequentur. De aliquo enim homine, puta Socrate, verum est separatim dicere quod, homo est, et albus est; *quare et omne,* idest et coniunctim dicetur, Socrates est homo albus. Rursus et de eodem Socrate potest dici separatim quod, est homo albus, et quod, est albus; quare et omne, idest, igitur coniunctim dicetur, Socrates est homo albus albus: ubi manifesta est nugatio. Rursus si de eodem Socrate iterum dicas sepa-

ratim quod, est homo albus albus, verum dices et congrue quod est albus, et secundum hoc, si iterum hoc repetes separatim, a veritate simili non discedes, et sic in infinitum sequetur, Socrates est homo albus, albus, albus in infinitum. Simile quod ostenditur in alio exemplo. Si quis de Socrate dicat quod, est musicus, albus, ambulans, cum possit et separatim dicere quod, est musicus, et quod, est albus, et quod, est ambulans; sequetur, Socrates est musicus, albus, ambulans, musicus, albus, ambulans. Et quia pluries separatim, in eodem tamen tempore, cnunciari potest, procedit nugatio sine fine.

Deinde deducit ad implicitam nugationem, dicens, cum de Socrate vere dici possit separatim quod, est homo, et quod, est bipes, si coniunctim inferre licet, sequetur quod, Socrates sit homo bipes. Ubi est implicita nugatio. Bipes enim circumloquens differentiam hominis actu et intellectu clauditur in hominis ratione. Unde ponendo loco hominis suam rationem (quod fieri licet, ut docet Aristoteles II *Topicorum'),* apparebit manifeste nugatio. Dicetur enim : Socrates est homo, idest, animal bipes, bipes. Quoniam ergo plurima inconvenientia sequuntur si quis ponat complexiones, idest, adunationes praedicatorum fieri simpliciter, idest, absque diversitate aliqua, manifestum est ex dictis. Quomodo autem faciendum est, *nunc,* idest, in sequentibus dicemus. Et nota quod iste textus non habetur uniformiter apud omnes quoad verba, sed quia sententia non discrepat, legat quicunque ut vult.

3. Deinde cum dicit: *Eorum igitur* etc., solvit propositam quaestionem. Et circa hoc duo facit: primo, respondet instantiis in ipsa propositione quaestionis adductis; secundo, satisfacit instantiis in probatione positis; ibi: *Amplius nec quaecumque* * etc. Circa primum duo facit: primo namque, declarat veritatem; secundo, applicat ad propositas instantias; ibi: *Quocirca** etc. Determinat ergo dubitationem tali distinctione. Praedicatorum sive sublectorum plurium duo sunt genera: quaedam sunt per accidens , quaedam per se. Si per accidens, hoc dupliciter contingit, vel quia ambo dicuntur per accidens de uno tertio, vel quia alterum de altero mutuo per accidens praedicatur. Quando illa plura divisim praedicata sunt per accidens quovis modo, ex eis non sequitur coniunctim praedicatum; quando autem sunt per se, tum ex eis sequitur coniuncte praedicatum. Unde continuando se ad praecedentia ait: *Eorum igitur quae praedicantur, et de quibus praedicantur,* idest subiectorum, *quaecumque dicuntur secundum accidens* (et per hoc innuit oppositum membrum, scilicet per se), *vel de eodem,* idest accidentaliter concurrunt ad unius tertii denominationem, *vel alterutrum de altero,* idest accidentaliter mutuo se denominant (et per hoc ponit membra duplicis divisionis), *haec,* scilicet plura per accidens, *non erunt unum,* idest non inferent praedicationem coniunctam.

4. Et explanat utrumque horum exemplariter. Et primo, primum, quando scilicet illa plura per accidens dicuntur de tertio, dicens : *Ut si homo albus est et musicus* divisim. *Sed non est idem,* idest non sequitur adunatim, *ergo homo est musicus albus.* Utraque enim sunt accidentia eidem tertio. Deinde explanat secundum, quando solum illa plura per accidens de se mutuo praedicantur, subdens: *Nec si album musicum verum est dicere,* idest, et etiamsi de se invicem ista praedicantur per accidens ratione subiecti in quo uniuntur, ut dicatur, *homo est albus, et est musicus, et album est musicum,* non tamen sequitur quod *album musicum* unite praedicetur, dicendo, *ergo homo est albus musicus.* Et causam assignat, quia *album* dicitur *de musico* per accidens, et e converso.

5. Notandum est hic quod cum duo membra per accidens enumerasset, unico tamen exemplo utrumque membrum explanavit, ut insinuaret quod distinctio illa non erat in diversa praedicata per accidens, sed in eadem diversimode comparata. *Album* enim et *musicum,* comparata ad hominem, sub primo cadunt membro ; comparata autem inter se, sub secundo. Diversitatem ergo comparationis pluralitate membrorum, identitatem autem praedicatorum unitate exempli astruxit.

6. Advertendum est ulterius, ad evidentiam divisionis factae in littera, quod, secundum accidens, potest dupliciter accipi. - Uno modo, ut distinguitur contra perseitatem posterioristicam, et sic non sumitur hic: quoniam, cum dicitur plura praedicata secundum accidens, - aut ly *secundum accidens* determinaret coniunctionem inter se, et sic manifeste esset falsa regula; quoniam inter prima praedicata, animal bipes, seu, animal rationale, est praedicatio secundum accidens hoc modo (differentia enim in nullo modo perseitatis praedicatur de genere, et tamen Aristoteles in textu dicit ea non esse praedicata per accidens, et asserit quod est optima illatio, *est animal et bipes, ergo est anitnal bipes),* - aut determinaret coniunctionem illarum ad subiectum, et sic etiam inveniretur falsitas in regula: bene namque dicitur, *paries est coloratus, et est visibilis,* et tamen coloratum visibile non per se inest parieti. - Alio modo, accipitur ly *secundum accidens,* ut distinguitur contra hoc quod dico, ratione sui, seu, non propter aliud, et sic idem sonat, quod, per aliud: et hoc modo accipitur hic. Quaecunque enim sunt talis naturae quod non ratione sui iunguntur, sed propter aliud, ab illatione coniuncta deficere necesse est, ex eo quod coniuncta illatio unum alteri substernit, et ratione sui ea adunata denotat ut potentiam et actum. - Est ergo sensus divisionis, quod praedicatorum plurium, quaedam sunt per accidens, quaedam per se, idest, quaedam adunantur inter se ratione sui, quaedam propter aliud. Ea quae per se uniuntur inferunt coniunctum, ea autem quae propter aliud, nequaquam.

7. Deinde cum dicit: *Quocirca nec citharoedus* etc., applicat declaratam veritatem ad partes quaestionis. Et primo, ad secundam partem, quia sc'licet non sequitur: est bonus et est citharoedus; ergo est bonus citharoedus, dicens : *Quocirca nec citharoedus bonus* etc.; secundo, ad aliam partem quaestionis, quare sequebatur: est animal et est bipes; ergo est animal bipes: et ait: *Sed anitnal bipes* etc. Et subiungit huius ultimi dicti causam, quia, animal bipes, non sunt praedicata secundum accidens coniuncta inter se aut in tertio, sed per se. Et per hoc explanavit alterum membrum primae divisionis, quod adhuc positum non fuerat explicite. Adverte quod Aristoteles, eamdem tenens sententiam de citharoedo et bono et musico et albo, conclusit quod album et musicum non inferunt coniunctum praedicatum; ideo nec citharoedus et bonus inferunt citharoedus bonus simpliciter, idest coniuncte. Est autem ratio dicti, quia licet musica et albedo dissimiles sint bonitati et arti citharisticae in hoc, quod bonitas nata est denominare et subiectum tertium, puta hominem et ipsam artem citharisticam (propter quod falsitas manifeste cernitur, quando dicitur: est bonus et citharoedus; ergo bonus citharoedus), musica vero et albedo subiectum tertium natae sunt denominare tantum, et non se invicem (propter quod latentior est casus cum proceditur: est albus et est musicus; ergo est musicus albus), licet, inquam, in hoc sint dissimiles, et propter istam dissimilitudinem processus Aristotelis minus sufficiens videatur; attamen similes sunt in hoc quod, si servetur identitas omnimoda praedicatorum quam servari oportet, si illamet divisa debent inferri coniunctim, sicut musica non denominat albedinem, neque contra, ita nec bonitas,

' Num. n.

' Num. 7.

de qua fit sermo, cum dicitur., *homo est bonus,* denominat artem citharisticam, neque e converso. Cum enim bonum sit aequivocum, licet a consilio, alia ratione dicitur de perfectione citharoedi, et alia de perfectione hominis. Quando namque dicimus, *Socrates est bonus,* intelligimus bonitatem moralem, quae est hominis bonitas simpliciter (analogum siquidem simpliciter positum sumitur pro potiori); cum autem infertur, citharoedus bonus, non bonitatem moris sed artis praedicas: unde terminorum identitas non salvatur. Sufficienter igitur et subtiliter Aristoteles eamdem de utrisque protulit sententiam, quia eadem est haec, et ibi ratio etc.

8. Nec praetereundum est quod, cum tres consequentias adduxit quaestionem proponendo, scilicet; est animal et bipes; ergo est animal bipes: et, est homo et albus; ergo est homo albus: et, est citharoedus et bonus; ergo est bonus citharoedus; et duas primas posuerat esse bonas, tertiam vero non; huius diversitatis causam inquirere volens, cur solvendo quaestionem nullo modo meminerit secundae consequentiae, sed tantum primae et tertiae. Indiscussum namque reliquit an illa consequentia sit bona an mala. - Et ad hoc videtur mihi dicendum quod ex his paucis verbis etiam illius consequentiae naturam insinuavit. Profundioris enim sensus textus capax apparet cum dixit quod, *non sunt unum album et musicum* etc., ut scilicet non tantum indicet quod expositum est, sed etiam eius causam, ex qua natura secundae consequentiae elucescit. Causa namque quare album et musicum non inferunt coniunctam. praedicationem est, quia in praedicatione coniuncta oportet alteram partem alteri supponi, ut potentiam actui, ad hoc ut ex eis fiat aliquo modo unum, et altera a reliqua denominetur (hoc enim vis coniunctae praedicationis requirit, ut supra diximus de partibus definitionis); album autem et musicum secundum se non faciunt unum per se, ut patet, neque unum per accidens. Licet enim ipsa ut adunantur in subiecto uno sint unum subiecto per accidens, tamen ipsamet quae adunantur in uno, tertio subiecto, non faciunt inter se unum per accidens: tum quia neutrum informat alterum (quod requiritur ad unitatem per accidens aliquorum inter se, licet non in tertio); tum quia non considerata subiecti unitate, quae cst extra eorum rationes, nulla remanet inter ea unitatis causa. Dicens ergo quod album et musicum non sunt unum, scilicet inter se, aliquo modo, causam expressit quare coniunctim non infertur ex eis praedicatum. Et quia oppositorum eadem est disciplina, insinuavit per illamet verba bonitatem illius consequentiae. Ex eo enim quod homo et albus se habent sicut potentia et actus, (et ita albedo informet, denominet atque unum faciat cum homine ratione sui), sequitur quod ex divisis potest inferri coniuncta praedicatio; ut dicatur: *est homo et albus; ergo est homo albus.* Sicut per oppositum dicebatur quod ideo musicum et album non inferunt coniunctum praedicatum quia neutrum alterum informabat.

9. Nec obstat quod album faciat unum per accidens cum homine: non enim dictum est quod unitas per accidens aliquorum impedit ex diversis inferre coniunctum, sed quod unitas per acccidens aliquorum ratione tertii tantum est illa quae impedit. Talia enim quae non sunt unum per accidens nisi ratione tertii, inter se nullam habent unitatem; et propterea non potest inferri coniunctum, ut dictum est, quod unitatem importat. Illa vero quae sunt unum per accidens ratione sui, seu inter se, ut, *homo albus,* cum coniuncta accipiuntur, unitate necessaria non carent, quia inter se unitatem habent. Notanter autem apposui ly *tantum:* quoniam si aliqua duo sunt unum per accidens, ratione tertii subiecti scilicet, sed non tantum ex hoc habent unitatem, sed etiam ratione sui, ex hoc quod alterum reliquum informat, ex istis divisis non prohibetur inferri coniunctum. Verbi gratia, optime dicitur: est quantum et est coloratum; ergo est quantum coloratum: quia color informat quantitatem.

10. Potes autem credere quod secunda illa consequentia, quam non explicite confirmavit Aristoteles respondendo, sit bona et ex eo quod ipse proponendo quaestionem asseruit bonam, et ex eo quod nulla istantia reperitur. Insinuavit autem et Aristoteles quod sola talis unitas impedit illationem coniunctam, quando dixit *quaecunque secundum accidens dicuntur vel de eodem vel alterutrum de altero.* Cum enim dixit, *secundum accidens de eodem,* unitatem eorum ex sola adunatione in tertio posuit (sola enim haec per accidens praedicantur de eodem, ut dictum est); cum autem addidit, *vel alterutrum de altero,* mutuam accidentalitatcm ponens, ex nulla parte inter se unitatem reliquit. Utraque ergo per accidens adducta praedicata, in tertio scilicet vel alterutrum, quae impediant illationem coniunctam, nonnisi in tertio unitatem habent.

11. Deinde cum dicit: *Amplius nec* etc., satisfacit instantiis in probatione adductis, et in illis in quibus explicita committebatur nugatio, et in illis in quibus implicita; et ait quod non solum inferre ex divisis coniunctum non licet quando praedicata illa sunt per accidens, sed *nec* etiam *quaecunque insunt in alio:* idest, sed nec hoc licet quando praedicata includunt se, ita quod unum includatur in significato formali alterius intrinsece, sive explicite, ut album in albo, sive implicite, ut animal et bipes in homine. Quare neque *album* frequenter dictum divisim infert coniunctum, neque *homo* divisim ab animali vel bipede enunciatum, animal bipes *, coniunctum cum homine infert; ut dicatur, *ergo Socrates est homo bipes,* vel *animal homo.* Insunt enim in hominis ratione, animal et bipes actu et intellectu, licet implicite. Stat ergo solutio quaestionis in hoc, quod unitas plurium per accidens in tertio tantum et nugatio, impediunt ex divisis inferri coniunctum; et consequenter, ubi neutrum horum invenitur, ex divisis licebit inferre coniunctum. Et hoc intellige quando divisae sunt simul verae de eodem etc.

* Ed. e; *animal bipes'*

LECTIO SEPTIMA

(Card. Caietani lect. v)

AN EX ENUNCIATIONS HABENTE PLURA PRAEDICATA CONIUNCTIM INFERRE LICEAT ENUNCIATIONEM QUAE EADEM PRAEDICATA D1VISIM CONTINET

'Αληθέ δέ έστιν είπεϊν κατά του τίνο καί άπλώ , οίον τον τινά άνθρωπον άνθρωπον, ή τον τινά λευκόν άνθρωπον άνθρωπον λευκόν ούκ άεί δε'.

Άλλ' όταν μέν έν τω προσκειμένω των αντικειμένων τι ένυπάρχη, ω έπεται άντίφασι , ούκ αληθέ , άλλα ψεύδο , οίον τον τεθνεώτα άνθρωπον άνθρωπον είπεϊν όταν δέ μή ένυπάρχη, αληθέ .

II όταν μέν ένυπάρχη, άεί ούκ αληθέ · όταν δέ μή ένυπάρχη, ούκ άεί αληθέ , ώσπερ, "Ομηρό έστί τι, οίον ποιητή · άρ' ούν καί έστιν, ή ού';

κατά συμβεβηκό γάρ κατηγορεϊται τού Όμηρου τό εστι· ότι γάρ ποιητή έστιν, άλλ' ού καθ' αύτό κατηγορεϊται κατά τοϋ Όμηρου τό έστιν.

Ώστε έν όσαι κατηγορίαι μήτε έναντιότη ένεστιν, έάν λόγοι άντ' ονομάτων λέγονται, καί καθ' έαυτά κατηγορηται , καί μή κατά συμβεβηκό , έπί του'των το τί καί άπλώ αληθέ έσται είπεϊν.

Τό δέ μή ον, ότι δοξαστόν , ούκ αληθέ είπεϊν όν τι· δόξα γάρ αύτοϋ ούχ έστιν, ότι έστιν άλλ' ότι ούκ εστιν.

* Verutn autem est dicere de aliquo et simpliciter; ut aliquem hominem hominem, aut aliquem album hominem, hohominetn album: non autem semper. ' Seq. c.xi.

Sed quando in adiecto aliquid quidem oppositorum insit, quod consequitur contradictio, non verum sed falsum est; ut, hominem mortuum, hominem dicere: quando autem non insit, verum est.

Aut quando insit quidem, semper non verum est: quando vero non insit, non semper verum est; ut, Homerus est aliquid, ut poeta: utrum igitur est, an ergo etiam est; non?

Secundum accidens enim praedicatur, *est,* de Homero; (quoniam est enim poeta), sed non secundum se praedicatur de Homero ipsum *est.*

Quare in quantiscunque praedicationibus neque contrarietas, [aliqua aut nulla oppositio) inest, si definitiones pro nominibus dicantur, et secundum se praedicantur et non secundum accidens, in his aliquid et simpliciter verum erit dicere.

Quod autem non est, quoniam opinabile est, non est verum dicere esse aliquid: opinio enim eius non est, quoniam est, sed quoniam non est.

i. ostquam expedita est prima dubitatio, tractat M S2//>,secun^am dubitationem. Et circa hoc tria faSiggsAJffcit: primo, movet ipsam quaestionem; secun-/^A&do, solvit eam; ibi: *Sed quando in adiecto** etc., tertio, ex hoc excludit quemdam errorem; ibi: *Quod autem non est** etc. Est ergo quaestio: an ex enunciatione habente praedicatum coniunctum, liceat inferre enunciationes dividentes illud coniunctum; et est quaestio: contraria superiori. Ibi enim quaesitum est an ex divisis inferatur coniunctum; hic autem quaeritur an ex coniuncto sequantur divisa. Unde movendo quaestionem dicit: *Verum autem aliquando est dicere de aliquo et simpliciter,* idest divisim, quod scilicet prius dicebatur coniunctim, *ut quemdam hominemalbiim esse hominem, aut quoddam album hominem album esse,* idest ut ex ista, *Socrates est homo albus,* sequitur divisim, *ergo Socrates est homo, ergo Socrates est albus. Non autem semper,* idest aliquando autem ex coniuncto non inferri potest divisim ; non enim sequitur, *Socrates est bonus citharoedus, ergo est bonus.* Unde haec est differentia, quod quandoque licet et quandoque non. Et adverte quod notanter adduxit exemplum de homine albo, inferendo utramque partem divisim, ut insinuaret quod intentio quaestionis est investigare quando ex coniuncto potest utraque pars divisim inferri, et non quando altera tantum.

• Num.seq.

* Num. 17.

2. Deinde cum dicit: *Sed quando in adiecto* etc., solvit quaestionem. Et duo facit: primo, respondet parti negativae quaestionis, quando scilicet non licet; secundo, ibi: *Quare in quantiscumque** etc., respondet parti affirmativae, quando scilicet licet. Circa primum considerandum quod quia dupliciter contingit fieri praedicatum coniunctum, uno modo ex oppositis, alio modo ex non oppositis, ideo duo facit: primo, ostendit quod numquam ex praedicato coniuncto ex oppositis possunt inferri eius partes divisim; secundo, quod nec hoc licet universaliter in praedicato coniuncto ex non oppositis, ibi: *Vel etiam quando* etc. Ait ergo quod quando in termino adiecto inest aliquid de numero oppositorum, ad quae sequitur contradictio inter ipsos terminos, *non verum est,* scilicet inferre divisim, *sed falsum.* Verbi gratia cum dicitur, *Caesar est homo mortuus,* non sequitur, *ergo est homo :* quia ly *mortuus,* adiacens homini, oppositionem habet ad hominem, quam sequitur contradictio inter hominem et mortuum : si enim est homo, non est mortuus, quia non est corpus inanimatum; et si est mortuus, non est homo, quia mortuum est corpus inanimatum. *Quando autem non inest,* scilicet talis oppositio, *verum est,* scilicet inferre divisim. Ratio autem quare, quando est oppositio in adiecto, non sequitur illatio divisa est, quia alter terminus ex adiecti oppositione corrumpitur in ipsa enunciatione coniuncta. Corruptum autem seipsum absque corruptione non infert, quod illatio divisa sonaret.

3. Dubitatur hic primo circa id quod supponitur, quomodo possit vere dici, *Caesar est homo mortuus,* cum enunciatio non possit esse vera, in qua duo contradictoria simul de aliquo praedicantur. Hoc enim est primum principium. *Homo* autem et *mortuus,* ut in littera dicitur, contradictoriam oppositionem includunt, quia in homine includitur vita, in mortuo non vita. - Dubitatur secundo circa ipsam consequentiam, quam reprobat Aristoteles: videtur enim optima. Cum enim ex enunciatione praedicante duo contradictoria possit utrumque inferri (quia aequivalet copulativae), aut neutrum, (quia destruit seipsam), et enunciatio supradicta terminos oppositos contradictorie praedicet, videtur sequi utraque pars, quia falsum est neutram sequi.

* Num. 8.

4. Ad hoc simul dicitur quod aliud est loqui de duobus terminis secundum se, et aliud de eis ut unum stat sub determinatione alterius. Primo namque modo, *homo* et *mortuus,* contradictionem inter se habent, et impossibile est quod simul in eodem inveniantur. Secundo autem modo, *homo* et *mortuus,* non opponuntur, quia homo transmutatus iam per determinationem corruptivam importatam in ly *mortuus,* non stat pro suo significato secundum se, sed secundum exigentiam termini additi, a

quo suum significatum distractum est. Ad utrunque autem insinuandum Aristoteles duo dixit, et quod habent oppositionem quam sequitur contradictio, attendens significata eorum secundum se, et quod etiam ex eis formatur una vera enunciatio cum dicitur, *Socrates est homo mortuus,* attendens coniunctionem eorum alterius corruptivam. Unde patet quid dicendum sit ad dubitationes. Ad utramque siquidem dicitur, quod non enunciantur duo contradictoria simul de eodem, sed terminus ut stat sub distractione*, seu transmutatione alterius,cui secundum se esset contradictorius.

• Ed. *c.l distinctione.*

5. Dubitatur quoque circa id quod ait: *Inest aliquid oppositorum quae consequitur contradictio;* superflue enim videtur addi illa particula, *quae consequitur contradictio.* Omnia enim opposita consequitur contradictio, ut patet discurrendo in singulis; pater enim est non filius, et album non nigrum, et videns non caecum etc.

Et ad hoc dicendum est quod opposita possunt dupliciter accipi: uno modo formaliter, idest secundum sua significata; alio modo denominative, seu subiective. Verbi gratia, pater et filius possunt accipi pro paternitate et filiatione, et possunt accipi pro eo qui denominatur pater vel filius. Rursus cum omnis distinctio fiat oppositione aliqua, ut dicitur in X *Metaphysicae,* supponatur omnino distincta esse opposita. Dicendum ergo est quod, licet ad omnia opposita seu distincta contradictio sequatur inter se formaliter sumpta, non tamen ad omnia opposita sequitur contradictio inter ipsa denominative sumpta. Quamvis enim pater et filius mutuam sui negationem inferant inter se formaliter, quia paternitas est non filiatio, et filiatio est non paternitas; in relatione tamen ad denominatum , contradictionem non necessario inferunt. Non enim sequitur, *Socrates est pater; ergo non est filius;* nec e converso. Ut persuaderet igitur Aristoteles quod non quaecunque opposita colligata impediunt divisam illationem (quia non illa quae habent contradictionem annexam formaliter tantum, sed illa quae .habent contradictionem et formaliter et secundum rem denominatam), addidit: *quae consequitur contradictio,* in tertio scilicet denominato. Et usus est satis congrue vocabulo, scilicet, *consequitur:* contradictio enim ista in tertio est quodammodo extra ipsa opposita.

6. Deinde cum dicit: *Vel etiam quando est* etc., declarat quod ex non oppositis in tertio coniunctis secundum unum praedicatum, non universaliter possunt inferri partes divisim. Et primo, hoc proponit quasi emendans quod immediate dixerat, subiungens: *Vel etiam quando est,* scilicet oppositio inter terminos coniunctos, *falsum est semper,* scilicet inferre divisim ; quasi diceret : dixi quod quando inest oppositio, non verum sed falsum est inferre divisim; quando autem non inest talis oppositio, verum est inferre divisim. Vel etiam ut melius dicatur, quod quando est oppositio, falsum est semper, quando autem non inest talis oppositio, non semper verum est. Et sic modificavit supradicta addendo ly *semper,* et, *non semper.* Et subdens exemplum quod non semper ex non oppositis sequatur divisio, ait: *Ut, Homerus est aliquid ut poeta; ergo etiam est? Non.* Ex hoc coniuncto, *est poeta,* de Homero enunciato, altera pars, *ergo Homerus est,* non sequitur; et tamen clarum est quod istae duae partes colligatae , *est* et *poeta,* non habent oppositionem, ad quam sequitur contradictio. Igitur non semper ex non oppositis coniunctis illatio divisa tenet etc.

7. Deinde cum dicit: *Secundum accidens* etc., probat hoc, quod modo dictum est, ex eo quod altera pars istius compositi, scilicet, *est,* in antecedente coniuncto praedicatur de Homero *secundum accidens,* idest ratione alterius, *quoniam,* scilicet poeta, praedicatur de Homero, et non praedicatur secundum se ly *est* de Homero ; quod tamen infertur, cum concluditur: *ergo Homerus est.* - Considerandum est hic quod ad solvendam illam conclusionem negativam , scilicet, - non semper ex non oppositis coniunctis infertur divisim, - sufficit unam instantiam suae oppositae universali affirmativae afferre. Et hoc fecit Aristoteles adducendo illud genus enunciationum, in quo altera pars coniuncti est aliquid pertinens ad actum animae. Loquimur enim modo de Homero .vivente in poematibus suis in mentibus hominum. In his siquidem enunciationibus partes coniunctae non sunt oppositae in tertio, et tamen non licet inferre utramque partem divisim. Committitur enim fallacia secundum quid ad simpliciter. Non enim valet, *Caesar est laudatus, ergo est:* et simile est de esse in effectu dependente in conservari. Quomodo autem intelligenda sit ratio ad hoc adducta ab Aristotele in sequenti particula dicetur.

8. Deinde cum dicit: *Quare in quantiscunque* etc., respondet parti affirmativae quaestionis, quando scilicet ex coniunctis licet inferre divisim. Et ponit duas conditiones oppositas supradictis debere convenire in unum, ad hoc ut possit fieri talis consequentia; scilicet, quod nulla inter partes coniuncti oppositio sit, et quod secundum se praedicentur. Unde dicit inferendo ex dictis : *Quare in quantiscunque praedicamentis,* idest praedicatis ordine quodam adunatis, *neque contrarietas aliqua,* in cuius ratione ponitur contradictio in tertio (contraria enim sunt quae mutuo se ab eodem expellunt), aut universaliter *nulla oppositio inest,* ex qua scilicet sequatur contradictio in tertio, *si definitiones pro nominibus sumantur.* Dixit hoc, quia licet in quibusdam non appareat oppositio, solis nominibus positis, sicut, *homo mortuus,* et in quibusdam appareat , ut, *vivum mortuum ;* hoc tamen non obstante, si, positis nominum definitionibus loco nominum, oppositio appareat, inter opposita collocamus. Sicut, verbi gratia, *homo mortuus,* licet oppositionem non praeseferat, tamen si loco hominis et mortui eorum definitionibus utamur, videbitur contradictio. Dicemus enim corpus animatum rationale, corpus inanimatum irrationale. In quantiscunque, inquam, coniunctis nulla est oppositio, *et secundum se, et non secundum accidens praedicantur, in his verum erit dicere et simpliciter,* idest divisim quod fuerat coniunctim enunciatum.

9. Ad evidentiam secundae conditionis hic positae, nota quod ly *secundum se* potest dupliciter accipi: uno modo positive, et sic dicit perseitatem primi, secundi, universaliter , quarti modi ; alio modo negative, et sic idem sonat quod non per aliud. - Rursus considerandum est quod cum Aristoteles dixit de praedicato coniuncto quod, secundum se praedicetur, ly *secundum se* potest ad tria referri, scilicet, ad partes coniuncti inter se, ad totum coniunctum respectu subiecti, et ad partes coniuncti respectu subiecti. Si ergo accipiatur ly *secundum se* positive , licet non falsus, extraneus tamen a mente Aristotelis reperitur sensus ad quodcunque illorum trium referatur. Licet enim valeat, *est homo risibilis, ergo est homo et est risibilis,* et, *est animal rationale, ergo est animal et est rationale;* tamen his oppositae inferunt similes consequentias. Dicimus enim, *est albus musicus, ergo est musicus et est albus:* ubi nulla est perseitas, sed est coniunctio per accidens, tam inter partes inter se, quam inter totum et subiectum, quam etiam inter partes et subiectum. Liquet igitur quod non accipit Aristoteles ly *secundum se* positive, ex eo quod vana fuisset talis additio, quae ab oppositis non facit in hoc differentiam. Ad quid enim addidit, secundum se, et non, secundum accidens, si tam illae quae sunt secundum se, modo exposito, quam illae quae sunt secundum accidens ex coniuncto, inferunt di-

visum? - Si vero accipiatur secundum se, negative, idest, non per aliud, et referatur ad partes coniuncti inter se, falsa invenitur regula. Nam non licet dicere, *est bonus citharoedus; ergo est bonus et citharoedus;* et tamen ars citharizandi et bonitas eius sine medio coniunguntur. Et similiter contingit, si referatur ad totum coniunctum respectu subiecti, ut in eodem exemplo apparet. Totum enim hoc, *citharoedus bonus,* non propter aliud convenit homini; et tamen non infert, ut dictum est, divisionem. Superest ergo ut ad partem coniuncti respectu subiecti referatur, et sit sensus: quando aliqua coniunctim praedicata, *secundum se,* idest, *non per aliud, praedicantur,* idest, quod utraque pars praedicatur de subiecto non propter alteram, sed propter seipsam et subiectum, tunc ex conjuncto infertur divisa praedicatio.

Averroes. Boethius.

10. Et hoc modo exponunt Averroes et Boethius; et vera invenitur regula, ut inductive facile manifestari potest, et ratio ipsa suadet. Si enim partes alicuius coniuncti praedicati ita inhaerent subiecto quod neutra propter alteram insit, earum separatio nihil habet quod veritatem impediat divisarum. Est et verbis Aristotelis consonus sensUs iste. Quoniam et per hoc distinguit inter enunciationes ex quibus coniunctum infert divisam praedicationem, et eas quibus haec non inest consequentia. Istae siquidem ultra habentes oppositiones in adiecto, sunt habentes praedicatum coniunctum, cuius una partium alterius est ita determinatio, quod nonnisi per illam subiectum respicit, sicut apparet in exemplo ab Aristotele adducto, *Homerus est poeta. Est* siquidem ibi non respicit Homerum ratione ipsius Homeri, sed praecise ratione poesis relictae; et ideo non licet inferre, *ergo Homerus est.* Et simile est in negativis. Si quis enim dicat, *Socrates non est paries,* non licet inferre, *ergo Socrates non est,* eadem ratione, quia esse non est negatum'de Socrate, sed de pariete in Socrate.

11. Et per hoc patet qualiter sit intelligenda ratio in textu superiore adducta. Accipitur enim ibi, *secundum se* negative*, modo hic exposito, et secundum accidens, idest propter aliud. In eadem ergo significatione est usus ly *secundum accidens,* solvendo hanc et praecedentem quaestionem: utrobique enim intellexit secundum accidens, idest, propter aliud, coniuncta, sed ad diversa retulit. Ibi namque ly *secundum accidens* determinabat conjunctionem duorum praedicatorum inter se; hic vero determinat partem coniuncti praedicati in ordine ad subiectum. Unde ibi, *album* et *musicum,* inter ea quae secundum accidens sunt, numerabantur; hic autem non.

* Ed. *c: idest, negative.*

12. Sed occurrit circa hanc expositionem * dubitatio non parva. Si enim ideo non licet ex coniuncto inferre divisim, quia altera pars coniuncti non respicit subiectum propter se, sed propter alteram partem (ut dixit Aristoteles de ista enunciatione, *Homerus est poeta),* sequetur quod numquam a tertio adiacente ad secundum erit bona consequentia: quia in omni enunciatione de tertio adiacente, *est* respicit subiectum propter praedicatum et non propter se etc.

* Ed. *c: opinionem.*

13. Ad huius difficultatis evidentiam, nota primo hanc distinctionem. Aliud est tractare regulam, quando ex tertio adiacente infertur secundum et quando non, et aliud quando ex coniuncto fit illatio divisa et quando non. Illa siquidem est extra propositum, istam autem venamur. Illa compatitur varietatem terminorum, ista non. Si namque unus terminorum, qui est altera pars coniuncti, secundum significationem seu suppositionem varietur in separatione, non infertur ex coniuncto praedicato illudmet divisim, sed aliud. - Nota secundo hanc propositionem: Cum ex tertio adiacente infertur secundum, non servatur identitas terminorum. Liquet ista quoad illum terminum, *est.* Dictum siquidem fuit supra a sancto Thoma *, quod aliud importat *est* secundum adiacens, et aliud *est* tertium adiacens. Illud namque importat actum essendi simpliciter, hoc autem habitudinem inhaerentiae vel identitatis praedicati ad subiectum. Fit ergo varietas unius termini cum ex tertio adiacente infertur secundum, et consequenter non fit illatio divisi ex coniuncto. - Unde praelucet responsio ad obiectionem, quod, licet ex tertio adiacente quandoque possit inferri secundum, numquam tamen ex tertio adiacente licet inferri secundum tamquam ex coniuncto divisum, quia inferri non potest divisim, cuius altera pars ipsa divisione perit. Negetur ergo consequentia obiectionis et ad probationem dicatur quod, optime concludit quod talis illatio est illicita infra limites illationum, quae ex coniuncto divisionem inducunt, de quibus hic Aristoteles loquitur.

'^• n, lect. I

14. Sed contra hoc instatur. Quia etiam tanquam ex coniuncto divisa fit illatio, *Socrates est albus, ergo est,* per locum a parte in modo ad suum totum, ubi non fit varietas terminorum. - Et ad hoc dicitur quod licet homo albus sit pars in modo hominis (quia nihil minuit de hominis ratione albedo, sed ponit hominem simpliciter), tamen *est album* non est pars in modo ipsius *est,* eo quod pars in modo est universale cum conditione non minuente, ponente illud simpliciter. Clarum est autem quod album minuit rationem ipsius *est,* et non ponit ipsum simpliciter: contrahit enim ad esse secundum quid. Unde apud philosophos, cum fit aliquid album, non dicitur generari, sed generari secundum quid.

15. Sed instatur adhuc quia secundum hoc, dicendo, *est animal, ergo est,* fit illatio divisa per eumdem locum. Animal enim non minuit rationem ipsius *est.* - Ad hoc est dicendum quod ly *est,* si dicat veritatem propositionis, manifeste peccatur a secundum quid ad simpliciter. Si autem dicat actum essendi, illatio est bona, sed non est de tertio, sed de secundo adiacente.

16. Potest ulterius dubitari circa principale: quia sequitur, *est quantum coloratum, ergo est quantum,* et, *est coloratum;* et tamen coloratum respicit subiectum mediante quantitate: ergo non videtur recta expositio supra adducta. - Ad hoc et similia dicendum est quod *coloratum* non ita inest subiecto per quantitatem quod sit eius determinatio et ratione talis determinationis subiectum denominet, sicut *bonitas* artem citharisticam determinat; cum dicitur, *est citharoedus bonus;* sed potius subiectum ipsum primo *coloratum* denominatur, *quantum* vero secundario *coloratum* dicitur, licet color media quantitate suscipiatur. Unde notanter supra diximus, quod tunc altera pars coniuncti praedicatur per accidens, quando praecise denominat subiectum, quia denominat alteram partem. Quod nec in hac, nec in similibus instantiis invenitur

17. Deinde cum dicit: *Quod autem non est* etc., excludit quorumdam errorem qui, *quod non est,* esse tali syllogismo concludere satagebant: Quod est, opinabile est. Quod non est, est opinabile. Ergo quod non est,est.-Hunc siquidem processum elidit Aristoteles destruendo primam propositionem, quae partem coniuncti in subiecto divisim praedicat, ac si diceret: est opinabile, ergo est. Unde assumendo subiectum conclusionis illorum ait: *Quod autem non est;* et addit medium eorum, *quoniam opinabile est;* et subdit maiorem extremitatem, *non est verum dicere, esse aliquid.* Et causam assignat, quia talis opinatio non propterea est, quia illud sit, sed potius quia non est.

· · · -£«--------

LECTIO OCTAVA

(Card. Caietani lect. vi)

DE PROPOSITIONIBUS MODALIBUS EARUMQUE INTER SE OPPOSITIONE

Τούτων δε διωρισμε'νων, σκεπτέον όπω έχουσιν αί άποφάσει καί καταφάσει προ άλλήλα , αί του δυνατόν είναι καί μή δυνατόν, καί ένδεχόμευον καί μή ενδεχόμενον, καί περί του αδυνάτου τε καί αναγκαίου· εχει γάρ απορία τινά .

El γάρ των συμπλεκόμενων αύται άλλήλαι άντίκεινται αντιφάσει , δσαι κατά τό είναι καί μη είναι τάττονται, οίον τοΰ είναι άνθρωπον άπόφασι το μη' είναι -άνθρωπον, ού τό είναι μη άνθρωπον, καί τοΰ είναι λευκόν άνθρωπον, τό, μη' είναι λευκόν άνθρωπον, άλλ' ού τό είναι μη λευκόν άνθρωπον ει γάρ κατά παντό ή κατάφασι η η άπόφασι , τό ξύλον εσται άληθε ειπεΐν είναι μη λευκόν άνθρωπον είδε τούτο ούτω , καί όσοι τό είναι μη προστίθεται, τό αύτό ποιήσει τό άντί τοΰ είναι λεγόμενον, οίον τοΰ, άνθρωπο βαδίζει, ού τό ούκ άνθρωπο βαδίζει, άπόφασί εσται, άλλα τό, ού βαδίζει άνθρωπο· ούδεν γάρ διαφέρει ειπεΐν, άνθρωπον βαδίζειν, η άνθρωπον βαδίζοντα είναι. 'Ώστε, ει ούτω πανταγοΰ, καί τοΰ δυνατόν είναι άπόφασι εσται τό δυνατόν μή είναι, άλλ' ού τό μη δυνατόν είναι.

Δοκεΐ δε τό αύτό δύνασθαι καί είναι και μη είναι- παν γάρ τό δυνατόν τεμνεσθαι η βαδίζειν , καί μή βαδίζειν καί μη' τε'μνεσθαι δυνατόν λόγο δε', οτι άπαν τό ούτω δυνατόν ούκ άεί ενεργεί, οίστε ύπάρξει αύτω καί ή άπόφασι - δύναται γάρ καί μή βαδίζειν τό βαδιστικόν, καί μή όρασθαι τό ορατόν. Αλλά μήν άδύνατον κατά τοΰ αύτοΰ άληθεύεσθαι τά άντικειμενα φάσει . Ούκ άρα του δυνατόν είναι άπόφασί έστι τό, δυνατόν μή είναι.

Συμβαίνει γάρ έκ του'των ή τό αύτό φάναι καί άποφάναι άν.α κατά τοΰ αύτοΰ, ή μή κατά τό είναι καί μ.ή είναι τά προστιθέμενα γίνεσθαι φάσει καί άποφάσει . Ει ουν εκείνο άδύνατον, τοΰτ' αν εΐη αιρετόν.

* His vero determinatis, considerandum est quemadmodum se se habent negationes et affirmationes ad se invicem, qnae sunt de possibili esse et non possibili, et de contingenti, et de impossibili, et necessario; habent enim aliquas dubitationes. • Cap. XII.

Nam si eorum, quae corpplectuntur, illae sunt sibi invicem oppositae contradictiones, quaecunque secundum esse et non esse disponuntur, ut eius quae est, esse hominem, negatio est, non esse hominem, non autem ea quae est, esse non hominem: et eius, quae est, esse album hominem, ea quae est, non esse album hominem, sed non ea quae est, esse non album hominem (Si énim de omni aut affirmatio aut negatio est, lignum erit verum dicere esse non album hominem): quod si hoc modo et in quibuscunque esse non additur, idem faciet quod pro esse dicitur; ut eius, quae est, homo ambulat, non haec, ambulat non homo, negatio erit, sed haec, non ambulat homo. Nihil enim differt dicere hominem ambulare, vel hominem ambulantem esse. Quare si hoc modo ubique, et eius, quae est, possibile esse, negatio erit possibile non esse, sed non ea quae est, non possibile esse.

Videtur autem idem posse et esse et non esse. Omne enim quod est possibile dividi, vel ambulare, et non ambulare, et non dividi possibile est. Ratio autem est, quoniam omne quod sic possibile est, non semper in actu est; quare inerit ipsi etiam negatio: potest enim et non ambulare quod est ambulativum, et non videri quod est visibile. At vero impossibile est de eodem oppositas veras esse affirmationes et negationes. Non igitur eius quae est, possibile esse, negatio est haec, possibile non esse.

Contingit autem ex his, aut idem affirmare et negare simul de eodem, aut non secundum esse vel non esse, quae opponuntur, fieri affirmationes et negationes. Si ergo illud impossibile est, hoc erit magis eligendum.

i. ostquam determinatum est dc enunciationi-
quarum partibus aliud additur tam rema-
in ^SiskVrnente quam variata unitate, hic intendit de-
'S c^arare accidat enunciation!, ex eo quod aliquid additur, non suis partibus, sed compositioni eius. Et circa hoc duo facit: primo, determinat de oppositione earum; secundo, de consequentiis; ibi: *Consequentiae vero*etc.* Circa primum duo facit: primo, proponit quod intendit; secundo, exequitur; ibi: *Nam si eorum** etc. Proponit ergo quod iam perspiciendum est, quomodo se habeant affirmationes et negationes enunciationum de * possibili et non possibili etc. Et causam subdit: *Habent enim multas dubitationes speciales.* - Sed antequam ulterius procedatur, quoniam de enunciationibus, quae modales vocantur, sermo inchoatur, praelibandum est esse quasdam modales enunciationes, et qui et quot sunt modi reddentes propositiones modales; et quid earum sit subiectum et quid praedicatum; et quid sit ipsa enunciatio modalis; quisque sit ordo earum ad praecedentes; et quae necessitas sit specialem faciendi tractatum de his.

• Lcct. x.

• Num. 7.

*Ed. *c: et possibili.*

2. Quia ergo possumus dupliciter de rebus loqui; uno modo, componendo rem unam cum alia, alio modo, compositionem factam declarando qualis sit, insurgunt duo enunciationum genera; quaedam scilicet enunciantes aliquid inesse vel non inesse alteri, et hae vocantur de *inesse,* de quibus superius habitus est sermo; quaedam vero enunciantes modum compositionis praedicati cum subiecto, et hae vocantur modales, a principaliori parte sua, modo scilicet. Cum enim dicitur, *Socratem currere est possibile,* non enunciatur cursus de Socrate, sed qualis sit compositio cursus cum Socrate*, scilicet possibilis. Signanter autem dixi modum compositionis, quoniam modus in enunciatione positus duplex est. Quidam enim determinat verbum, vel ratione significati ipsius verbi, ut *Socrates currit velociter,* vel ratione temporis consignificati, ut *Socrates currit hodie',* quidam autem determinat compositionem ipsam praedicati cum subiecto; sicut cum dicitur, *Socratem currere est possibile.* In illis namque determinatur qualis cursus insit Socrati, vel quando; in hac autem,qualis sit coniunctio cursus cum Socrate. Modi ergo non illi qui rem verbi, sed qui compositionem determinant, modales enunciationes reddunt, eo quod compositio veluti forma totius totam enunciationem continet.

" Ed. *c: de Socrate.*

3. Sunt autem huiusmodi modi quatuor proprie loquendo, scilicet possibile et impossibile, necessarium et contingens.-Verum namque et falsum, licet supra compositionem cadant cum dicitur, *Socratem currere est verum,ve\ hominem esse quadrupedem est falsum,* attamen modificare

proprie non videntur composlionem ipsam. Quia modificari proprie dicitur al'quid, quando redditur *aliquale,* non quando fit secundum suam substantiam. Compositio autem quando dicitur vera, non aliqualis propon'tur *, sed quod est: n:hil en'm aliud est dicere, *Socratem currere, est verum,* quam quod compositio cursus cum Socrate est. Et similiter quando est falsa, nihil aliud dicitur, quam quod non est: nam n:hil aliud est dicere, *Socratem currere estfalsum,* quam quod compositio cursus cum Socrate non est. Quando vero compositio dicitur possibilis aut contingens, iam non ipsam esse, sed ipsam alqualein esse dicimus: cum s'quidcm dicitur, *Socratem currere est possibile,* non substantificamus compositionem cursus cum Socrate, sed qualificamus, asserentes illam esse possibilem. Unde Aristoteles hic modos proponens, veri et falsi nullo modo meminit, licet infra verum et non verum inferat, propter causam ibi assignandam.

▮ Ed. *c* et 1526. *promiur.*

4. Et quia enunciatio modalis duas in se continet compositiones, alteram inter partes dicti, alteram inter dictum et modum, intelligendum est eam compositionem modificari, idest, quae est inter partes dicti, non eam quae est inter modum et dictum. Quod sic perpendi potest. Huius enunciation's modal's, *Socratem esse album est possibile, duae* sunt partes; altera est, *Socratem esse album,* altera est, *possibile.* Prima *dictum* vocatur, eo.quod est id quod dicitur per eius indicativam, scilicet, *Socrates est albus:* qui enim profert hanc, *Socrates est albus,* nihil aliud dicit nisi Socratem esse album: secunda vocatur *modus,* eo quod modi adiectio est. Prima compositionem quandam in se continet ex Socrate et albo; secunda pars primae opposita, compos'tionem aliquam sonat ex dicti compositione et modo. Prima rursus pars, licet omnia habeat propria, subiectum scilicet, et praedicatum, copulam et compositionem, tota tamen subiectum est modalis enunciationis; secunda autem est praedicatum. Dicti ergo compositio subiicitur et modificatur in enunciation? modali. Qui enim dicit, *Socratem esse album est possibile,* non significat qualis est coniunctio possibilitatis cum hoc dicto, *Socratejn esse album,* sed insinuat qualis sit compositio partium dicti inter se, scilicet albi cum Socrate, scilicet quod est compositio possibilis. Non dicit igitur enunciatio modalis aliquid inesse, vel non inesse, sed dicti potius modum enunciat. Nec proprie componit secundum significatum, quia compositionis non est compositio, sed rerum compositioni modum apponit. Unde n>hil aliud est enunciatio modalis, quam enunciatio dicti modificativa.

5. Nec propterea censenda est enunciatio plures modalis, quia omnia duplicata habeat: quoniam unum modum de unica compositione enunciat, licet illius compositionis plures sint partes. Plura enim illa ad dicti compositionem concurrentia, veluti plura ex quibus fit unum subiectum concurrunt, de quibus dictum est supra quod enunciationis unitatem non impediunt. Sicut nec cum dicitur, *domus est alba,* est enunciatio multiplex, licet domus ex multis consurgat partibus.

6. Merito autem est, post enunciationes de *inesse,* de *modalibus* tractandum, quia partes naturaliter sunt toto priores, et cognitio totius ex partium cognitione dependet; et specialis sermo de his est habendus, quia proprias habet difficultates. Notavit quoque Aristoteles in textu multa. Horum ordinem scilicet, cum dixit: *His vero determinatis* etc.; modos qui et quot sunt, cum eos expressit et inseruit; variationem eiusdem modi, per affirmationem et negationem , cum dixit: *Possibile et non possibile, contingens et non contingens;* necessitatem cum addidit: *Habent enim multas dubitationes proprias* etc.

7. Deinde cum dicit: *Nam si eorum* etc., exequitur tractatum de oppositione modalium. Et circa hoc duo facit: primo, movendo quaestionem arguit ad partes; secundo, determinat veritatem ; ibi : *Contingit autem* * etc. Est autem dubitatio: an in enunciationibus modalibus fiat contradictio negatione apposita ad verbum *dicti,* quod dicit rem; an non, sed potius negatione apposita ad modum qui qualificat. Et primo, arguit ad partem affirmativam, quod scilicet addenda sit negatio ad verbum ; secundo, ad partem negativam, quod non apponenda sit negatio ipsi verbo ; ibi: *Videtur autem* * etc.

· Num. 14.

* Num. 13.

8. Intendit ergo primo tale argumentum; si complexorum contradictiones attenduntur penes esse et non esse (ut patet inductive in enunciationibus substantivis de secundo adiacente et de tertio, et in adiectivis), contradictionesque omnium hoc modo sumendae sunt, contradictoria huius, *possibile esse,* erit, *possibile non esse,* et non illa, *non possibile esse.* Et consequenter apponenda est negatio verbo, ad sumendam oppositionem in modalibus. Patet consequentia, quia cum dicitur, possibile esse, et, possibile non esse, negatio cadit supra esse. Unde dicit: *Nam si eorum, quae complectuntur,* idest complexorum, *illae sibi invicem sunt oppositae contradictiones, quae secundum esse vel non esse disponuntur,* idest in quarum una affirmatur esse, et in altera negatur.

9. Et subdit inductionem, inchoans a secundo adiacente: ut, eius enunciationis quae est, esse hominem, idest, *homo est,* negatio est, non esse hominem, ubi verbum negatur, idest, *homo non est;* et non est eius negatio ea quae est, esse non hominem, idest, *non homo est:* haec enim non est negativa, sed affirmativa de subiecto infinito, quae simul est vera cum illa prima, scilicet, homo est.

to. Deinde prosequitur inductionem in substantivis de tertio adiacente: ut, eius quae est, esse album hominem, idest, ut, illius enunciationis, homo est albus, negatio est, non esse album hominem, ubi verbum negatur, idest, homo non est albus; et non est negatio illius ea, quae est, esse mon album hominem, idest, homo est non albus. Haec enim non est negativa, sed affirmativa de praedicato infinito. - Et quia istae duae affirmativae de praedicato finito et infinito non possunt de eodem verificari, propterea quia sunt de praedicatis oppositis, posset aliquis credere quod sint contradictoriae ; et ideo ad hunc errorem tollendum interponit rationem probantem quod hae duae non sunt contradictoriae. Est autem ratio talis. Contradictoriorum talis est natura quod de omnibus aut dictio, idest affirmatio aut negatio verificatur. Inter contradictoria siquidem nullum potest inveniri medium; sed hae duae enunciationes, scilicet, *est homo albus,* et, *est homo non albus,* sunt contradictoriae per se; ergo sunt talis naturae quod de omnibus altera verificatur. Et sic, cum de ligno sit falsum dicere, est homo albus, erit verum dicere de eo, scilicet ligno, esse non album honvnem, idest, lignum est homo non albus. Quod est manifeste falsum : lignum enim neque est homo albus, neque est homo non albus. Restat ergo ex quo utraque est simul falsa de eodem, quod non sit inter eas contradictio.' Sed contradictio fit quando negatio apponitur verbo.

ii. Deinde prosequitur inductionem in enunciationibus adiectivi verbi, dicens: *Quod si hoc modo,* scilicet supradicto, accipitur contradictio, *et in quantiscunque enunciationibus esse non ponitur* explicite, *idem faciet'* quoad oppositionem sumendam, *id quod pro esse dicitur* (idest verbum adiectivum, quod locum ipsius esse tenet, pro quanto, propter eius veritatem in se inclusam, copulae officium facit), *ut eius* enunciationis quae est, *homo ambulat,* negatio est,'non ea quae dicit, *non homo ambulat* (haec enim est affirmativa de subiecto infinito), sed negatio illius est, *homo non ambulat;* sicut et in illis de verbo substantivo, negatio verbo addenda erat. Nihil enim

differt dicere verbo adiectivo, homo ambulat, vel substantivo, homo est ambulans.

12. Deinde ponit secundam partem inductionis dicens: *Et si hoc modo in omnibus* sumenda est contradictio, scilicet, apponendo negationem ad esse, concluditur quod et eius enunciationis, quae dicit, possibile esse, negatio est, possibile non esse, et non illa quae dicit, non possibile esse. Patet conclusionis sequela: quia in illa, possibile non esse, negatio apponitur verbo; in ista autem non. Dixit autem in principio huius rationis: *Eorum quae complectuntur,* idest complexorum, contradictiones fiunt secundum *esse* et non *esse,* ad differentiam incomplexorum quorum oppositio non fit negatione dicente *non esse,* sed ipsi incomplexo apposita, ut, *homo,* et, *non homo, legit,* et, *non legit.*

13. Deinde cum dicit: *Videtur autem idem* etc., arguit ad quaestionis partem negativam (scilicet quod ad sumendam contradictionem in modalibus non addenda est negatio verbo), tali ratione. Impossibile est duas contradictorias esse simul veras de eodem; sed supradictae, scilicet, possibile esse, et, possibile non esse, simul verificantur de eodem; ergo istae non sunt contradictoriae: igitur contradictio modalium non attenditur penes verbi negationem. Huius rationis primo ponitur in littera minor cum sua probatione; secundo maior; tertio conclusio.

Minor quidem cum dicit: *Videtur autem idem possibile esse, et, non possibile esse.* Sicut verbi gratia, omne quod est possibile dividi est etiam possibile non dividi, et quod est possibile ambulare est etiam possibile non ambulare. Ratio autem huius minoris est, quoniam *omne quod sic possibile est* (sicut, scilicet, est possibile ambulare et dividi), *non semper actu est:* non enim semper actualiter ambulat, qui ambulare potest; nec semper actu dividitur, quod dividi potest. *Quare inerit etiam negatio possibilis,* idest, ergo non solum possibilis est affirmatio, sed etiam negatio eiusdem. - Adverte quod quia possibile est multiplex, ut infra dicetur, ideo notanter Aristoteles addidit ly *sic,* assumens, *quod sic possibile est, non semper actu est.* Non enim de omni possibili verum est dicere quod non semper actu est, sed de aliquo, eo scilicet quod est sic * possibile, quemadmodum ambulare et dividi. Nota ulterius quod quia * tale possibile habet duas conditiones, scilicet quod potest actu esse et quod non semper actu est, sequitur necessario quod de eo simul est verum dicere, possibile esse, et, non esse. Ex eo enim quod potest actu esse, sequitur quod sit possibile esse; ex eo vero quod non semper actu est, sequitur quod sit possibile non esse. Quod enim non semper est, potest non esse. Bene ergo intulit Aristoteles ex his duobus: *Quare inerit'etiam negatio possibilis* et non solum affirmatio; *potest igitur et non ambulare, quod est ambulabile, et non videri, quod est visibile.*

Maior vero subiungitur, cum ait: *At vero impossibile est de eodem veras esse contradictiones.* Infertur quoque ultimo conclusio: *Non est igitur ista* (scilicet, possibile non esse) *negatio* illius, quae dicit, possibile esse: quia sunt simul verae de eodem. - Caveto autem ne ex isto textu putes *possibile,* ut est modus, debere semper accipi pro possibili ad utrumlibet: quoniam hoc infra declarabitur esse falsum; sed considera quod satis fuit intendenti declarare quod in modalibus non sumitur contradictio ex verbi negatione, afferre instantiam in una modali, quae continetur sub modalibus de possibili.

14. Deinde cum dicit: *Contingit autem unum ex his* etc., determinat veritatem huius dubitationis. Et quia duo petebat, scilicet, an contradictio modalium ex negatione verbi fiat an non, et, an potius ex negatione modi; ideo primo, determinat veritatem primae petitionis, quod scilicet contradictio harum non fit negatione verbi; secundo, determinat veritatem secundae petitionis, quod scilicet fiat modalium contradictio ex negatione modi; ibi: *Est ergo negatio* * etc. - Dicit ergo quod propter supradictas rationes evenit unum ex his duobus, quae conclusimus determinare, *aut idem ipsum,* idest, unum et idem dicere, idest *affirmare et negare simul de eodem:* idest, aut quod duo contradictoria simul verificantur de eodem, ut prima ratio conclusit; aut *affirmationes vel negationes* modalium, *quae opponuntur* contradictorie, *fieri non secundum esse vel non esse,* idest, aut contradictio modalium non fiat ex negatione verbi, ut secunda ratio conclusit. *Si ergo illud est impossibile,* scilicet quod duo contradictoria possunt simul esse vera de eodem, *hoc,* scilicet quod contradictio modalium non fiat secundum verbi negationem, *erit magis eligendum.* Impossibilia enim semper vitanda sunt. Ex ipso autem modo loquendi innuit quod utrique earum aliquid obstat. Sed quia primo obstat impossibilitas quae acceptari non potest, secundo autem nihil aliud obstat nisi quod negatio supra enunciationis copulam cadere debet, si negativa fieri debet enunciatio, et hoc aliter fieri potest quam negando dicti verburti, ut infra declarabitur; ideo hoc secundum, scilicet quod contradictio modalium non fiat secundum negationem verbi, eligendum est: primum vero est omnino abiiciendum.

• Lect. seq.

• Ed. *c:* sicul·

• Ed. *c* 4 *quid.*

LECTIO NONA

(Card. Caietani lect. vu)

DE NEGATIONE APPONENDA NON VERBO SED MODIS IN CONTRADICTIONIBUS PROPOSITIONUM MODALIUM

"Εστιν ἀρα ἀπόφασι του δυνατόν εἰναι τό μή δυνατόν εἰναι. '0 δ' αὐτό λόγο καί περί του ενδεχόμενον εἰναι· καί γάρ τούτου ἀπόφασι τό μή ενδεχόμενον εἰναι, καί επί των ἀλλων δέ ὁμοιοτρόπω , οἰον αναγκαίου τε καί αδυνάτου.

Γίνεται γάρ, ὡσπερ ἐπ' εκείνων τό εἰναι καί τό μη εἰναι προσθέσει , τά δ' υποκείμενα πράγματα, τό μέν λευκόν, τό δέ ἀνθρωπο · οὐ'τω ενταύθα τό μέν εἰναι καί μη εἰναι, ὠ υποκείμενον γίνεται, τό δέ δύνασθαι καί τό ἐνδέχεσθαι, προσθέσει διορίζουσαι, ὡσπερ επ' εκείνων τό εἰναι και μή εἰναι, τό αληθέ καί τό ψευδό , ὁαοίω αὔται επί τοῦ εἰναι δυνατόν και εἰναι οὐ δυνατόν.

Τοῦ δέ δυνατόν μη' εἰναι ἀπόφασι οὐ το οὐ δυνατόν εἰναι, αλλά το οὐ δυνατόν μη εἰναι, καί τοῦ δυνατόν εἰναι οὐ το δυνατόν μή εἰναι, αλλά τό μή δυνατόν εἰναι. Διό καί ἀκολουθεῖν αν δόξειαν ἀλλήλαι *ζί* τοῦ δυνατόν εἰναι καί δυνατόν μή εἰναι· τό γάρ αὐτό δυνατόν εἰναι καί μή εἰναι· οὐ γάρ αντιφάσει ἀλλήλων αἱ τοιαῦται, τό δυνατόν εἰναι καί δυνατόν μή εἰναι· ἀλλα το δυνατόν εἰναι καί μή δυνατόν εἰναι οὐδέποτε επί τοῦ αὐτοῦ ἀμα αληθεύονται· ἀντίκεινται γάρ· οὐδέ γε τό δυνατόν μή εἰναι καί οὐ δυνατόν μή εἰναι οὐδέποτε ἀμα επί τοῦ αὐτοῦ αληθεύονται. 'Ομοίω δέ καί τοῦ ἀναγκαῖον εἰναι ἀπόφασι οὐ τό ἀναγκαῖον μή εἰναι, ἀλλά τό μή ἀναγκαῖον εἰναι· τοῦ δέ ἀναγκαῖον μή εἰναι, τό μή ἀναγκαῖον μή εἰναι. Καί του ἀδύνατον εἰναι οὐ τό ἀδύνατον μή εἰναι, ἀλλά τό μή ἀδύνατον εἰναι' τοῦ δέ ἀδύνατον μή εἰναι τό οὐκ ἀδύνατον μή εἰναι.

Καί καθόλου δέ, ὡσπερ ειρηται, τό μέν εἰναι καί μή εἰναι δει τιθέναι, ὠ τά υποκείμενα, κατάφασιν δέ καί ἀπόφασιν ταὐτα ποιοῦντα πρό τό εἰναι καί μή εἰναι συντάττειν. Καί ταὐτα οἴεσθαι χρή εἰναι τά ἀντικειμένα φάσει - δυνατόν, οὐ δυνατόν ενδεχόμενον, οὐκ ενδεχόμενόν ἀδύνατον, οὐκ ἀδύνατον, ἀναγκαῖον, οὐκ ἀναγκαῖον ἀληθέ , οὐκ ἀληθέ .

* Est ergo negatio eius quae est, possibile esse, ea quae est non possibile esse. Eadem quoque ratio est et in eo quod est contingens esse: etenim negatio eius est, non contingens esse; et in aliis quoque simili modo, ut in necessario et impossibili. ' Seq. cap. xu.

Fiunt enim quemadmodum in illis, esse et non esse, appositiones, subiectae vero res, hoc quidem album, illud vero homo: eodem quoque modo hoc in loco, esse quidem et non esse, ut subiectum fit, posse vero et contingere appositiones sunt, determinantes (quemadmodum in illis esse et non esse) veritatem et falsitatem, similiter hae in eo quod est, esse possibile et esse non possibile.

Eius vero, quae est, possibile non esse, negatio est non ea quae est, non esse, sed ea quae est, non possibile; et eius quae est, possibile esse, non ea quae est, possibile non esse, sed ea quae est, non possibile esse. Quare et sequi sese invicem videbuntur, possibile esse et possibile non esse. Idem enim possibile esse et non esse. Non enim contradictiones sunt sibi invicem huiusmodi, possibile esse et possibile non esse; sed possibile esse et non possibile esse, nunquam simul sunt in eodem verae sunt: opponuntur enim : neque ea quae est, possibile non esse et non possibile non esse, nunquam simul in eodem verae sunt. Similiter autem ct eius quae est, necessarium est, negatio non est quae est, necessarium non esse, sed ea quae est, non necessarium esse; eius vero quae est, necessarium non esse, ea quae est, non necessarium non esse. Et eius quae est, impossibile esse, non ea quae est, impossibile non esse, sed haec, non impossibile esse; eius vero quae est, impossibile non esse, ea quae est, non impossibile non esse.

Universaliter vero, quemadmodum dictum est, esse quidam et non esse oportet ponere quemadmodum subiecta, negationem vero et affirmationem haec facientem, ad esse et non esse apponere. Et has oportet putare esse oppositas dictiones: possibile non possibile; contingens non contingens; impossibile non impossibile; necessarium non necessarium ; verum non verum.

I. eterminat ubi ponenda sit negatio ad assumendam modalium contradictionem. Et circa hoc quatuor facit: primo, determinat veritatem summarie; secundo, assignat determinatae veritatis rationem, quae dicitur rationi ad oppositum inductae; ibi: *Fiunt enim** etc.; tertio, explanat eamdem veritatem in omnibus modalibus; ibi: *Eius vero** etc.; quarto, universalem regulam concludit; ibi: *Universaliter vero ** etc. Quia igitur negatio aut verbo aut modo apponenda est, et quod verbo non addenda est *, declaratum est per locum a divisione; concludendo determinat: *Est ergo negatio eius quae est possibile esse, ea quae est non possibile esse,* in qua negatur modus. Et eadem est ratio in enunciationibus dc contingenti. Huius enim, quae est, contingens esse, negatio est, non contingens esse. Et in aliis, scilicet de *necesse* et *impossibile* idem est iudicium.

•Num. seq.

' Num. 4.

ǂ Num. 5.

* Ed. *c : et verba non addenda in ea dedar.*

2. Deinde cum dicit : *Fiunt enim in illis appositiones* etc., subdit huius veritatis rationem talem. Ad sumendam contradictionem inter aliquas enunciationes oportet ponere negationem super appositione, idest coniunctione praedicati cum subiecto; sed in modalibus appositiones sunt modi ; ergo in modalibus negatio apponenda est modo, ut fiat contradictio. Huius rationis, maiore subintellecta, minor ponitur in littera per secundam similitudinem ad illas de *inesse.* Et dicitur quod quemadmodum in illis enunciationibus de *inesse* appositiones, idest praedicationes, sunt esse et non esse, idest verba significativa esse vel non esse (verbum enim semper est nota eorum quae de altero praedicantur), subiective vero appositionibus res sunt, quibus esse vel non esse apponitur, ut album, cum dicitur, album est, vel homo, cum dicitur, homo est; eodem modo hoc in loco in modalibus accidit: *esse quidem subiectum fit,* idest dictum significans esse vel non esse subiecti locum tenet ; *contingere vero et posse oppositiones,* idest modi, praedicationes sunt. Et quemadmodum in illis de inesse penes esse et non esse veritatem vel falsitatem determinavimus, ita in istis modalibus penes modos. Hoc est enim quod sub-

dit, *determinantes,* scilicet, fiunt ipsi modi veritatem, quemadmodum in illis esse et non esse, eam * determinat.

* Ed. *c: causa.*

3. Et sic patet responsio ad argumentum in oppositum primo adductum *, concludens quod negatio verbo apponenda sit, sicut illis de *inesse.* Dicitur enim quod cum modalis enunciet modum de dicto sicut enunciatio de *inesse,* esse vel esse tale, puta esse album de subiecto, eumdem locum tenet modus hic, quem ibi verbum; et consequenter super idem proportionaliter cadit negatio hic et ibi. Eadem enim, ut dictum est, proportio est modi ad dictum, quae est verbi ad subiectum. - Rursus cum veritas et falsitas affirmationem et negationem sequantur, penes idem attendenda est affirmatio vel negatio enunciationis, et veritas vel falsitas eiusdem. Sicut autem in enunciationibus de *inesse* veritas vel falsitas esse vel non esse consequitur, ita in modalibus modum. Illa namque modalis est vera quae sic modificat dictum sicut dicti compositio patitur, sicut illa de *inesse* est vera, quae sic significat esse sicut est. Est ergo negatio modo hic apponenda, sicut ibi verbo, cum sit eadem utriusque vis quoad veritatem et falsitatem enunciationis.

' Lect. praeced. n. 8 scqq

'' Adverte quod modos, appositiones, idest, praedicationes vocavit, sicut esse in illis de *inesse,* intelligens per modum totum praedicatum enunciationis modalis, puta, *est possibile.* In cuius signum modos ipsos verbaliter protulit dicens: *Contingere vero et posse appositiones sunt. Contingit* enim et *potest,* totum praedicatum modalis continent.

4. Deinde cum dicit: *Eius vero quod est possibile est non esse* etc., explanat determinatam veritatem in omnibus modalibus, scilicet de possibili, et necessario, et impossibili. Contingens convertitur cum possibili. Et quia quilibet modus facit duas modales affirmativas, alteram habentem dictum affirmatum *, et alteram habentem dictum negatum; ideo explanat in singulis modis quae cuiusque affirmationis negatio sit. Et primo in illis de possibili. Et quia primae affirmativae de possibili (quae scilicet habet dictum affirmatum) scilicet possibile esse, negatio assignata fuit, non possibile esse; ideo ad reliquam affirmativam de possibili transiens ait: *Eius vero, quae est possibile non esse* (ubi dictum negatur) *negatio est non possibile non esse.* Et hoc consequenter probat per hoc quod contradictoria huius, possibile non esse, aut est, possibile esse, aut illa, quam diximus, scilicet, non possibile non esse. Sed illa, scilicet, possibile esse, non est eius contradictoria. Non enim sunt sibi invicem contradicentes, *possibile esse, et, possibile non esse,* quia possunt simul esse verae. Unde et sequi sese invicem putabuntur: quoniam, ut supra dictum fuit, idem est - possibile esse, et - non esse, et consequenter sicut ad, posse esse, sequitur, posse non esse, ita e contra ad, posse non esse, sequitur, posse esse. Sed contradictoria illius, possibile esse, quae non potest simul esse vera est, non possibile esse: hae enim, ut dictum est, opponuntur. Remanet ergo quod huius negatio, possibile non esse, sit illa, non possibile non esse: hae namque simul nunquam sunt verae vel falsae. Dixit quod *possibile esse et non esse sequi se inviem putabuntur,* et non dixit quod se invicem consequuntur: quia secundum veritatem universaliter non sequuntur se, sed particulariter tantum, ut infra dicetur; propter quod putabitur quod simpliciter se invicem sequantur. Deinde declarat hoc idem in illis de necessario. Et primo, in affirmativa habente dictum affirmatum, dicens: *Similiter eius quae est, necessarium esse, negatio non est ea, quae dicit necessarium non esse,* ubi modus non negatur, *sed ea quae est, non necessarium esse.* Deinde subdit de affirmativa de necessario habente dictum negatum, et ait: *Eius vero, quae est, necessarium non esse, negatio est ea, quae dicit, non necessarium non esse.* Deinde transit ad illas de impossibili, eumdem ordinem servans, et inquit: *Et eius, quae dicit, impossibile esse, negatio non est ea quae dicit, impossibile non esse, sed, non impossibile esse:* ubi idm modus negatur. *Alterius vero* affirmativae, *quae est, impossibile non esse,* negatio est ea quae dicit, *non impossibile non esse.* Et sic semper modo negatio addenda est.

' Ed. *c: affirmativum... negativum.* Et ita intra.

5. Deinde cum dicit: *Universaliter vero* etc., concludit regulam universalem dicens quod, quemadmodum dictum est, dicta importantia esse et non esse oportet ponere in modalibus ut subiecta, negationem vero et affirmationem hoc, idest contradictionis oppositionem, facientem, oportet apponere tantummodo ad suum eumdem modum, non ad diversos modos. Debet namque illemet modus negari, qui prius affirmabatur, si contradictio esse debet. Et exemplariter explanans quomodo hoc fiat, subdit: *Et oportet putare bas esse oppositas dictiones,* idest affirmationes et negationes in modalibus, *possibile et non possibile, contingens et non contingens.* Item cum dixit negationem alio tantum modo ad modum apponi debere, non exclusit modi copulam, sed dictum. Hoc enim est singulare in modalibus quod eamdem oppositionem facit, negatio modo addita, et eius verbo. Contradictorie enim opponitur huic, possibile est esse, non solum illa, non possibile est esse, sed ista, possibile non est esse. Meminit autem modi potius, et propter hoc quod nunc diximus, ut scilicet insinuaret quod negatio verbo modi postposita, modo autem praeposita, idem facit ac si modali verbo praeponeretur, et quia, cum modo numquam caret modalis enunciatio, semper negatio supra modum poni potest. Non autem sic de eius verbo: verbo enim modi carere contingit modalem, ut cum dicitur, *Socrates currit necessario;* et ideo semper verbo negatio aptari potest. - Quod autem in fine addidit, *verum et non verum,* insinuat, praeter quatuor praedictos modos, alios inveniri, qui etiam compositionem enunciationis determinant, puta, verum et non verum, falsum et non falsum: quos tamen inter modos supra non posuit, quia, ut declaratum fuit, non proprie modificant.

LECTIO DECIMA

(Card. Caietani lect. vm)

DE PROPOSITIONUM MODALIUM CONSEQUENTIIS

Καὶ αἱ ἀκολουθήσει δὲ κατὰ λόγον γίνονται οὐ'τω τιθεμενοι· τω jxèv γάρ δυνατὸν εἶναι τὸ ἐνδέχεσθαι. εἶναι, καὶ τούτο ἐκείνω αντιστρέφει, καὶ τὸ μὴ αδύνατον εἶναι καὶ τὸ μὴ ἀναγκαῖον εἶναι· τω δὲ δυνατὸν μὴ εἶναι καὶ ἐνδεχόμενον μὴ εἶναι τὸ μη ἀναγκαῖον μη εἶναι καὶ τὸ οὒκ αδύνατον μη εἶναι, τω δε μη δυνατὸν εἶναι καὶ μη' ενδεχόμενον εἶναι τὸ ἀναγκαῖον μη' *ἶναι κα'ι τὸ ἀδύνατον εἶναι, τω δὲ μη δυνατὸν μὴ εἶναι, καὶ μη ενδεχόμενον μη εἶναι τὸ ἀναγκαῖον εἶναι κα'. τὸ ἀδύνατον μὴ εἶναι. Θεωρεισθω δε ἑκ ἡ ὑπογραφὴ ὠ λέγομεν,

* Consequentiae vero secundum rationem fiunt cum ita ponuntur illam enim quae est, possibile esse, sequitur illa quae est, contingit esse, et haec illi convertitur, et, non impossibile esse et non necessarium esse; illam vero quae est, possibile non esse, et, contingens non esse, ea quae est, non necesse non esse, et, non impossibile non esse: illam autem quae est, non possibile esse, et, non contingens esse, ea quae est, necessarium non esse, et impossibile esse: illam vero quae est, non possibile non esse, et, non contingens non esse, ea quae est, necesse est esse, et, impossibile non esse. Consideretur autem ex subscriptione quemadmodum dicimus: • Cap. XI».

δυνατὸν εἶναι,	οὐ δυνατὸν εἶναι.
ενδεχόμενον εἶναι,	ουκ ἐνδεχόμενον εἶναι,
οὐκ ἀδύνατον εἶναι,	ἀδύνατον εἶναι,
οὐκ ἀναγκαῖον εἶναι,	ἀναγκαῖον μὴ εἶναι.
δυνατὸν μὴ εἶναι,	οὐ δυνατὸν μὴ εἶναι.
ενδεχόμενον μὴ εἶναι,	οὐκ ἐνδεχόμενον μὴ εἶναι,
οὐκ αδύνατον μὴ εἶναι,	ἀδύνατον μὴ εἶναι,
οὐκ ἀναγκαῖον μὴ εἶναι,	ἀναγκαῖον εἶναι.

Possibile cst esse,	Non possibile est esse.
Contingens est esse,	Non contingens est esse.
Non impossibile est esse,	Impossibile est esse.
Non necessarium est esse,	Necessarium est non esse.
Possibile est non esse,	Non possibile est non esse.
Contingens est non esse,	Non contingens est non esse,
Non impossibile est non esse,	Impossibile est non esse.
Non necessarium est non esse,	Necessarium est esse.

Τὸ μὲν οὐν ἀδύνατον και οὐκ ἀδύνατον τω ἐνδεχομένω καὶ δυνατω καὶ οὐκ ἐνδεχομένω καὶ μὴ δυνατω ἀκολουθεῖ μὲν αντιφατικού, ἀντεστραμμένω δὲ· τω μὲν γάρ δυνατὸν εἶναι ἡ ἀπόφασι τοῦ ἀδυνάταυ ἀκολουθεῖ, τὴ δὲ ἀποφάσει ἡ κατάφασι. Τω γάρ οὐ δυνατὸν εἶναι τὸ ἀδύνατον εἶναι· κατάφασι γάρ τὸ ἀδύνατον εἶναι, τὸ δ' οὐκ ἀδύνατον εἶναι ἀπόφασι.

Hae igitur, impossibile, et, non impossibile, eam quae est, contingens, et possibile, et non contingens, et non possibile sequuntur quidem contradictorie, sed conversim. Eam enim quae est, possibile esse, negatio impossibilis sequitur, quae est, non impossibile esse: negationem vero affirmatio. Illam enim, non possibile esse, ea quae est, impossibile esse: affirmatio enim est, impossibile esse; non impossibile vero, negatio.

Τὸ δ' ἀναγκαῖον πὼ, ὀπτέον. Φανερὸν δὴ ὁτι οὐχ οὐτω ἐχει, ἀλλ' αἱ ἐναντίαι ἐπονται· αἱ δ' ἀντιφάσει χωρὶ·

Necessarium autem quemadmodum se habeat, considerandum est. Manifestum est autem quod non eodem modo se habet, sed contrariae sequuntur, contradictoriae autem sunt extra.

οὐ γάρ ἐστιν ἀπόφασι του ἀνάγκη μὴ εἶναι τὸ οὐα ἀνάγκη εἶναι· ἐνδέχεται γάρ ἀληθεύεσθαι ἐπί τοὐ αὐτοῦ ἀμφοτέρα· τὸ γάρ ἀναγκαῖον μὴ εἶναι οὐκ ἀναγκαῖον εἶναι.

Non enim est negatio eius, quae est, necesse non esse, ea quae est, non necesse esse: contingit enim veras esse utrasque in eodem: quod enim est necessarium non esse, non est necessarium esse.

Αἰτιον δὲ τοῦ μὴ ἀκολουθεῖν τὸ ἀναγκαῖον ομοίω τοῖ ἑτέροι, οτι ἐναντίω τὸ ἀδύνατον τω ἀναγκαίω ἀποδίδοται, τὸ αὐτὸ δυνάμενον. Εἰ γάρ ἀδύνατον εἶναι, ἀναγκαῖον τοὐτο οὐκ εἶναι, ἀλλα μὴ εἶναι· εἰ δὲ ἀδύνατον μὴ εἶναι, τοὐτο ἀνάγκη εἶναι· ὡστε εἰ ἐκεῖνα ομοίω τω δυνατω καὶ μὴ, ταὐτα ἑ εναντία, ἐπεὶ οὐ σημαίνει γε ταὐτὸν τὸ τε ἀναγκαῖον καὶ τὸ ἀδύνατον, ἀλλ' ὡσπερ εἰρηται, ἀντεστραμμένω.

Causa autem huius est, cur non sequitur necessarium caeteris similiter: quoniam contrarie, impossibile esse, necessario redditur idem valens. Nam quod impossibile esse, necesse hoc non quidem esse, sed potius non esse: quod vero impossibile non esse, hoc necessarium esse. Quare si ilia similiter sequuntur possibile, et, non possibile: haec ex opposito: quoniam non significant idem necessarium et impossibile; sed (ut dictum est) conversim.

Ἰἰ ἀδύνατον οὐτω κεῖσθαι τὰ του ἀναγκαίου ἀντιφάσει; τὸ μὲν γάρ ἀναγκαῖον εἶναι δυνατὸν εἶναι· εἰ γάρ μὴ, ἡ ἀπόφασι ἀκολουθήσει· ἀνάγκη γάρ ἡ φάναι ἡ ἀποφάναι· ὡστ' εἰ μὴ δυνατὸν εἶναι, ἀδύνατον εἶναι· ἀδύνατον ἀρα εἶναι τὸ ἀναγκαῖον εἶναι, δπερ ἀτοπον. Ἀλλα μὴν τω γε δυνατὸν εἶναι τὸ οὐκ ἀδύνατον εἶναι ἀκολουΟεῖ, τοὐτω δὲ τὸ μὴ ἀναγκαῖον εἶναι· ὡστε συμβαίνει τὸ ἀναγκαῖον εἶναι μὴ ἀναγκαῖον εἶναι, ὁπερ ἀτοπον.

Aut certe impossibile est sic poni necessarii contradictiones. Nam quod necessarium est esse, possibile est esse: nam si non, negatio consequetur: necesse est enim aut affirmare, aut negare. Quare si non possibile est esse, impossibile est esse. Igitur impossibile est esse quod necesse est esse: quod est inconveniens. At vero illam quae est, possibile esse, non impossibile esse, sequitur: hanc vero, ea quae est, non necessarium est esse; quare contingit quod necessarium esse, non necessarium esse: quod est inconveniens.

’Αλλά μὴν οὐδὲ τὸ ἀναγκαῖον εἶναι ἀκολουΟεῖ τω δυνατὸν εἶναι, οὐδὲ τὸ ἀναγκαῖον μὴ εἶναι· τω μὲν γάρ ἀμφω ἐνδέχεται συμβαίνειν, τοὐτων δὲ ὁπότερον αν αληθὲ ἡ, οὐκέτι εσται ἐκεῖνα αληθὴ. "Αμα γάρ δυνατὸν εἶναι καὶ μὴ εἶναι· εἰ δ' ἀνάγκη εἶναι ἡ μὴ

At vero neque necessarium esse, sequitur eam quae est, possibile esse, neque ea quae est, necessarium non esse. Illi enim utraque contingit accidere: harum autem utralibet vera fuerit, non erunt illa vera: simul enim possibile esse, et, non esse. Si vero necesse esse, vel non esse,

εἶναι, οὐκ εσται δυνατόν ἀ;χφω. Λειπεται τοίνυν το οὐκ ἀναγκαῖον [χη εἶναι ἀκολουθεῖν τω δυνατόν εἶναι. Τούτο γάρ αληθέ καί κατά του ἀναγκαῖον εἶναι. Καί γάρ αὕτη γίνεται ἀντίφασι τη ἐποριένη τω οὐ δυνατόν εἶναι· ἐκείνω γαρ ακολουθεί τό ἀδυ'νατον εἶναι καί ἀναγκαῖον [χη εἶναι, οὗ η ἀπο'φασι τό οὐκ ἀναγκαιον [χη εἶναι.

Ἀκολουθούσί τε ἄρα καί αὗται αί αντιφάσει κατά τόν εἰρη'χενον τρόπον, και οὐδέν ἀδυ'νατον συμβαίνει τιθέμενων οὑτω .

non erit possibile utrunque. Relinquitur ergo non necessarium non esse, sequi eam quae est, possibile est esse. Haec enim vera est, et de necesse esse,. Haec enim fit contradictio eius, quae sequitur illam quae est, non possibile esse: illam enim sequitur ea quae est, impossibile esse, et, necesse non esse, cuius negatio est, non necesse non esse.

Sequuntur igitur et hae contradictiones secundum praedictum modum: et nihil impossibile contingit sic positis.

i. ostquam determinavit de oppositione modalium,hic determinare intendit de consequen- ■tiis earum. Et circa hoc duo facit: primo, tradit veritatem; secundo, movet quandam dubitationem circa determinata; ibi: *Dubitabit autem** etc. Circa primum duo facit: primo, ponit consequentias earum secundum opinionem aliorum; secundo, examinando et corrigendo dictam opinionem, determinat veritatem ; ibi : *Ergo impossibile* * etc.

* Lect. seq.

' Num. 5·

2. Quoad primum considerandum est quod cum quilibet modus faciat duas affirmationes, ut dictum fuit *, et duabus affirmationibus opponantur duae negationes, ut etiam dictum fuit in *Primo* * ; secundum quemlibet modum fient quatuor enunciationes, duae scilicet affirmativae et duae negativae. Cum autem modi sint quattior, efficientur sexdecim modales : quaternarius enim in seipsum ductus sexdecim constituit. Et quoniam apud omnes, quaelibet cuiusque modi, undecumque incipias, habet unam tantum cuiusque modi se consequentem, ideo ad assignandas consequentias modalium, singulas ex singulis modis accipere oportet et ad consequentiae ordinem inter se adunare.

* Lect. praeccd.

* Lect. xit.

3. Et hoc modo fecerunt antiqui, de quibus inquit Aristoteles: *Consequentiae vero fiunt secundum infrascriptum ordinem, antiquis ita ponentibus.* Formaverunt enim quatuor ordines modalium, in quorum quolibet omnes quae se * consequuntur collocaverunt. - Ut autem confusio vitetur, vocetur, cum Averroe, de caetero, in quolibet modo, affirmativa de djzto, et modo, *affirmativa simplex;* affirmativa autem de modo et negativa de dicto, *affirmativa declinata;* negativa vero de modo et non dicto, *negativa simplex;* negativa autem de utroque, *negativa declinata:* ita quod modi affirmationem vel negationem simplicitas, dicti vero declinatio denominet. - Dixerunt ergo antiqui quod affirmationem simplicem de possibili, scilicet, possibile est esse, sequitur affirmativa simplex de contingenti, scilicet, contingens est esse (contingens enim convertitur cum possibili); et negativa simplex de impossibili, scilicet, non impossibile esse; et similiter negativa simplex de necessario, scilicet, non necesse est esse. Et hic est primus ordo modalium consequentium se. - In secundo autem dixerunt quod affirmativas * declinatas de possibili et contingenti, scilicet, possibile non esse, et, contingens non esse, sequuntur negativae declinatae de necessario et impossibili, scilicet, non necessarium non esse, et, non impossibile non esse. - In tertio vero ordine dixerunt quod negativas simplices de possibili et contingenti, scilicet, non possibile esse, non contingens esse, sequuntur affirmativa declinata de necessario, scilicet, necesse non esse, et affirmativa simplex de impossibili, scilicet, impossibile esse. - In quarto demum ordine dixerunt quod negativas declinatas de possibili et contingenti, scilicet, non possibile non esse, et, non contingens non esse, sequuntur affirmativa simplex de necessario, scilicet, necesse esse, et affirmativa declinata de impossibili, scilicet, impossibile est non esse.

• Ed. c omittit χσ. Averrocs.

Ed. c.·*affirmalas.*

4. Consideretur autem ex subscriptione appositae figurae, quemadmodum dicimus, ut clarius elucescat depictum.

CONSEQUENTIAE ENUNCIATIONUM MODALIUM SECUNDUM QUATUOR ORDINES AB ANTIQUIS POSITAE ET ORDINATAE

I Primus Ordo		Secundus Ordo
Possibile est esse	II	Possibile est non esse
Contingens est esse		Contingens est non esse
Non impossibile est esse		Non impossibile est non esse
Non necessarium est esse	‖	Non necessarium est non esse
Tertius Ordo		**Quartus Ordo**
Non possibile est esse	II	Non possibile est non esse
Non contingens est esse		Non contingens est non esse
Impossibile est esse		Impossibile est non esse
Necessarium est non esse	‖	Necesse est esse

5. Deinde cum dicit: *Ergo impossibile et non impossibile etc.,* examinando dictam op'nionem, determmat veritatem. Et circa hoc duo facit: quia primo examinat consequentias earum de impossibili; secundo, illarum de necessario; ibi: *Necessarium autem* * etc. Unde ex praemissi op'nione con- · Num. seq. eludens et approbans, dicit: *Ergo istae,* scilicet, impossibile, et, non impossibile, sequuntur illas, scilicet, contingens et possibile, non contingens, et, non possibile, sequuntur, inquam, *contradictoris,* idest ita ut contradictoriae de impossibili contradictorias de possibili et contingenti consequantur, *sed conversim,* idest, sed non ita quod affirmatio affirmationem et negatio negationem sequatur, sed conversim, scilicet, quod affirmationem negatio et negationem affirmatio. Et explanans hoc ait: *Illud enim quod est possibile esse,* idest affirmationem possibilis negatio sequitur impossibilis, idest, non impossibile esse; negationem vero possibilis affirmatio sequitur impossibilis. Illud enim quod est, non possibile esse, sequitur ista, impossibile est esse ; haec autem, scilicet, impossibile esse, affirmatio est; illa vero, scilicet, non possibile esse, negatio est: hic s:quidem modus negatur; ibi, non. Bene igitur dixerunt antiqui in quolibet ordine quoad consequentias illarum de impossibili, quia, ut in suprascripta figura apparet, semper ex affirmatione possibilis negationem impossibilis, et ex negatione possibilis affirmationem impossibilis inferunt.

6. Deinde cum dicit: *Necessarium autem* etc., intendit examinando determinare consequentias de necessario. Et circa hoc duo facit: primo examinat dicta antiquorum; secundo, determinat veritatem intentam; ibi: *At vero neque necessarium * ctc. Circa* primum quatuor facit. Primo, de- ‘Num. 1. clarat quid bene et quid male dictum sit ab antiquis in hac re. - Ubi attendendum est quod cum quatuor sint enunciationes de necessario, ut dictum est, differentes inter se secundum quantitatem et qualitatem, adeo ut unam integrent figuram oppositionis iuxta morem illarum de *inesse;* duae earum sunt contrariae inter se, duae autem illis contrariis contradictoriae, ut patet in hac figura.

Necesse esse	**Contrariae**	Necesse non esse
Non necesse non esse	**Subcontrariae**	Non necesse esse

Quia ergo antiqui universales contrarias bene intulerunt ex aliis, contradictorias autem earum, scilicet particulares, male intulerunt; ideo dicit quod considerandum restat de his, quae sunt de necessario, qualiter se habeant in consequendo illas de possibili et non possibili. Manifestum est autem ex dicendis quod non eodem modo istae de necessario illas de possibili consequuntur, quo easdem sequuntur illae de impossibili. Nam omnes enunciationes de impossibili recte illatae sunt ab antiquis. Enunciationes autem de necessario non omnes recte inferuntur: sed duae earum, quae sunt contrariae, scilicet, necesse est esse, et, necesse est non esse, sequuntur, idest recta consequentia deducuntur ab antiquis, in tertio scilicetet quarto ordine*; reliquae autem duae de necessario, scilicet, non necesse non esse, et, non necesse esse, quae sunt contradictoriae supradictis, sunt extra consequentias illarum, in secundo scilicet et primo ordine. Unde antiqui in tertio et quarto ordine omnia recte fecerunt; in primo autem et in secundo peccaverunt, non quoad omnia, sed quoad enunciationes de necessario tantum.

* Cf. supra, n. |

7. Secundo cum dicit: *Non enim est negatio eius* etc., respondet cuidam tacitae obiectioni, qua defendi posset consequentia enunciationis de necessario in primo'ordine ab antiquis facta. Est autem obiectio tacita talis. Non possibile esse, et, necesse non esse, convertibiliter se sequuntur in tertio ordine iam approbato; ergo, possibile esse, et, non necesse esse, invicem se sequi debent in primo ordine. Tenet consequentia: quia duorum convertibiliter se sequentium contradictoria mutuo se sequuntur; sed illae duae tertii ordinis convertibiliter se sequuntur, et istae duae primi ordinis sunt earum contradictoriae; ergo istae primi ordinis, scilicet, possibile esse, et, non necesse esse, mutuo se sequuntur. - Huic, inquam, obiectioni respondet Aristoteles hic interimendo minorem quoad hoc quod assumit, quod scilicet necessaria primi ordinis et necessaria tertii ordinis sunt contradictoriae. Unde dicit: *Non enim est negatio eius quod est, necesse non esse* (quae erat in tertio ordine), illa quae dicit, *non necesse est esse,* quae sita erat in primo ordine. Et causam subdit, quia contingit utrasque simul esse veras in eodem; quod contradictoriis repugnat. Illud enim idem, quod est necessarium non esse, non est necessarium esse. Necessarium siquidem est hominem non esse lignum et non necessarium est hominem esse lignum. Adverte quod, ut infra patebit, istae duae de necessario, quas posuerunt antiqui in primo et tertio ordine, sunt subalternae (et ideo sunt simul verae), et deberent esse contradictoriae; et ideo erraverunt antiqui.

Boethius. Averroës.

8. Boethius autem et Averroes non reprehensive legunt tam hanc, quam praecedentem textus particulam, sed narrative utranque simul iungentes. Narrare enim aiunt Aristotelem qualitatem suprascriptae figurae quoad consequentiam illarum de necessario, postquam narravit quo modo se habuerint illae de impossibili, et dicere quod secundum praescriptam figuram non eodem modo sequuntur illas de possibili illae de necessario, quo sequuntur illae de impossibili. Nam contradictorias de possibili contradictoriae de impossibili sequuntur, licet conversim; contradictoriae autem de necessario non dicuntur sequi illas contradictorias de possibili, sed potius eas sequi dicuntur contrariae de necessario: non inter se contrariae, sed hoc modo, quod affirmationem possibilis negatio de necessario sequi dicitur, negationem vero possibilis non affirmatio de necessario sequi ponitur, quae sit contradictoria illi negativae quae ponebatur sequi ad possibilem , sed talis affirmationis de necessario contrario. - Et quod hoc ita fiat in illa figura ut dicimus, patet ex primo et tertio ordine, quorum capita sunt negatio et affirmatio possibilis, et extrema sunt, non necesse esse, et, necesse non esse. Hae siquidem non sunt contradictoriae. Non enim est negatio eius, quae est, necesse non esse, non necesse esse (quoniam contingit eas simul verificari de eodem), sed illa scilicet, necesse non esse, est contraria contradictoriae huius, scilicet, non necesse esse, quae est, necesse est esse.

Sed quia sequenti litterae magis consona est introductio nostra, quae etiam Alberto consentit, et extorte videtur ab aliis exponi ly *contrariae,* ideo prima, iudicio meo, acceptanda est expositio et ad antiquorum reprehensionem referendus est textus. Albertus,

9. Tertio cum dicit: *Causa autem cur* etc., manifestat id quod praemiserat, scilicet, quod non simili modo ad illas de possibili sequuntur illae de impossibili et illae de necessario. Antiquorum enim hoc peccatum fuit tam in primo quam in secundo ordine, et quod simili modo intulerunt illas de impossibili et necessario. In primo siquidem ordine, sicut posuerunt negativam simplicem de impossibili, ita posuerunt negativam simplicem de necessario, et similiter in secundo ordine utranque negativam declinatam * locaverunt. Hoc ergo quare peccatum sit, et *causa autem quare* necessarium *non sequitur* possibile, *similiter,* idest, eodem modo *cum caeteris,* scilicet, de impossibili, est, quoniam *impossibile redditur idem valens necessario,* idest, aequivalet necessario, *contrarie,* idest, contrario modo sumptum, et non eodem modo. Nam si, hoc esse est impossibile, non inferemus, ergo hoc esse est necesse, sed, hoc non esse est necesse. Quia ergo impossibile et necesse mutuo se sequuntur, quando dicta eorum contrario modo sumuntur, et non quando dicta eorum simili modo sumuntur, sequitur quod non eodem modo ad possibile se habeant impossibile et necessarium, sed contrario modo. Nam ad id possibile quod sequitur dictum affirmatum de impossibili, sequitur dictum negatum de necessario; et e contrario. Quare autem hoc accidit infra dicetur. Erraverunt igitur antiqui quod similes enunciationes de impossibili et necessario in primo et in secundo ordine locaverunt.

* Cf. supra,n.3.

10. Hinc apparet quod supra posita nostra expositio conformior est Aristoteli. Cum enim hunc textum induxerit ad manifestandum illa verba: *Manifestum est autem quoniam non eodem modo,* etc., eo accipiendo sunt sensu illa verba, quo hic per causam manifestantur. Liquet autem quod hic redditur causa dissimilitudinis verae inter necessarias et impossibiles in consequendo possibiles, et non dissimilitudinis falso opinatae ab antiquis: quoniam ex vera causa nonnisi verum concluditur. Ergo reprehendendo antiquos, veram dissimilitudinem inter necessarias, et impossibiles in consequendo possibiles, quam non servaverunt illi, proposuisse tunc intelligendum est, et nunc eam manifestasse. Quod autem dissimilitudo illa, quam antiqui posuerunt inter necessarias et impossibiles, sit falso posita, ex infra dicendis patebit. Ostendetur enim quod contradictorias de possibili contradictoriae de necessario sequuntur conversim; ct quod in hoc non differunt ab his quae sunt de impossibili, sed differunt in hoc quod modo diximus, quod possibilium et impossibilium se consequentium dictum est similiter, possibilium autem et necessariorum, se invicem consequentium dictum est contrarium, ut infra clara luce videbitur.

11. Quarto cum dicit: *dut certe impossibile est* etc., manifestat aliud quod proposuerat, scilicet, quod contradictoriae de necessario male situatae sint secundum consequentiam ab antiquis, qui contradictiones necessarii ita ordinaverunt. In primo ordine posuerunt contradictoriam negationem, necesse esse, idest, non necesse esse; et in secundo contradictoriam negationem, necesse non esse, idest,

non necesse non esse. Et probat hunc consequentiae modum esse malum in primo ordine. Cognita enim malitia primi, /acile est secundi ordinis agnoscere defectum. Probat autem hoc tali ratione ducente ad impossibile. Ad necessarium esse sequitur possibile esse: aliter sequeretur non possibile esse, quod manifeste implicat; ad possibile esse sequitur non impossibile esse, ut patet; ad non impossibile esse, secundum antiquos, sequitur in primo ordine non necessarium esse ; ergo de primo ad ultimum, ad necessarium esse sequitur non necessarium esse : quod est inconveniens, quia est manifesta implicatio contradictionis. Relinquitur ergo quod male dictum sit, quod non necessarium esse consequatur in primo ordine. Ait ergo et certe impossibile est poni sic secundum consequentiam, ut antiqui posuerunt, necessarii contradictiones, idest illas duas enunciationes de necessario, quae sunt negationes contradictoriae aliarum duarum de necessario. Nam ad id quod est, necessarium esse, sequitur, possibile est esse: nam si non, idest quoniam si hanc negaveris consequentiam, negatio possibilis sequitur illam, scilicet, necesse esse. Necesse est enim de necessario aut dicere, idest affirmare possibile, aut negare possibile: de quolibet enim est affirmatio vel negatio vera. Quare si dicas quod, ad necesse esse, non sequitur, possibile esse, sed,non possibile est esse; cum haec aequivaleat illi quae dicit, impossibile est esse, relinquitur quod ad, necesse esse, sequitur, impossibile esse, et idem erit, necesse esse et impossibile esse: quod est inconveniens. Bona ergo erat prima illatio, scilicet, necesse est esse, ergo possibile est esse. Tunc ultra. Illud quod est, possibile esse, sequitur, non impossibile esse, ut patet in primo ordine. Ad hoc vero, scilicet, non impossibile esse, secundum antiquos eodem primo ordine, sequitur, non necesse est esse (quare contingit de primo ad ultimum); ad id quod est, necessarium esse, sequitur, non necessarium esse: quod est inconveniens, immo impossibile.

12. Dubitatur hic: quia in I *Priorum* dicitur quod ad possibile sequitur non necessarium, hic autem dicitur oppositum. Ad hoc est dicendum quod possibile sumitur dupliciter. Uno modo in communi, et sic est quoddam superius ad necessarium et contingens ad utrunque, sicut animal ad hominem et bovem; et sic ad possibile non sequitur non necessarium, sicut ad animal non sequitur non homo. Alio modo sumitur possibile pro una parte possibilis in communi, idest pro possibili seu contingenti, scilicet.ad utrunque, scilicet quod potest esse et non esse; et sic ad possibile sequitur non necessarium. Quod enim potest esse et non esse, non necessarium est esse, et similiter non necessarium est non esse. Loquimur ergo hic de possibili in communi, ibi vero in speciali.

13. Deinde cum dicit: *At vero neque necessarium* etc., determinat veritatem intentam. Et circa hoc tria facit: primo, determinat quae enunciatio de necessario sequatur ad possibile; secundo, ordinat consequentias omnium modalium; ibi: *Sequuntur enim* etc. Quoad primum, sicut duabus viis reprehendit antiquos, ita ex illis duobus motivis intentum probat. Et intendit quod, ad possibile esse, sequitur, non necesse non esse. - Primum motivum est per locum a divisione. Ad, possibile esse, non sequitur (ut probatum est), non necesse esse, at vero neque, necesse esse, neque, necesse non esse. Reliquum est ergo ut sequatur ad eam, non necesse non esse: non enim dantur plures enunciationes de necessario. Huius communis divisionis primo proponit reliqua duo membra excludenda, dicens: *At vero neque necessarium esse, neque necessarium non esse, sequitur ad, possibile non esse;* secundo probat hoc sic. Nullum formale consequens minuit suum antecedens: tunc enim oppositum consequentis staret cum antecedente; sed utrunque horum, scilicet, necesse esse, et, necesse non esse, minuit possibile esse; ergo, etc. Unde, tacita maiore, ponit minoris probationem dicens: Illi enim, scilicet, possibile esse, utraque, scilicet,esse et non esse, contingit accidere; horum autem, scilicet, necesse esse et necesse non esse, utrumlibet verum fuerit, non erunt illa duo, scilicet, esse et non esse, vera simul in potentia. Et primum horum explanans ait: cum dico, possibile esse, simul est possibile esse et non esse. Quoad secundum vero subdit. Si vero dicas, necesse esse vel necesse non esse, non remanet utrunque, scilicet, esse et non esse, possibile : si enim necesse est esse, possibilitas ad non esse excluditur; et si necesse est non esse, possibilitas ad esse removetur. Utrunque ergo istorum minuit illud antecedens, possibile esse, quoniam ad esse et non esse se extendit, etc. Tertio subdit conclusionem : relinquitur ergo quod, -non necessarium non esse, comes est ei quae dicit, possibile esse; et consequenter haec ponenda erit in primo ordine.

14. Occurrit in hac parte dubium circa hoc quod dicit quod, ad possibile non sequitur necessarium, cum superius dixerit quod ad ipsum non sequitur non necessarium. Cum enim necessarium et non necessarium sint contradictoria opposita, et de quolibet sit affirmatio vel negatio vera, non videtur posse evadi quin ad possibile sequatur necessarium, vel, non necessarium. Et cum non sequatur necessarium, sequetur non necessarium, ut dicebant antiqui. - Augetur et dubitatio ex eo quod Aristoteles nunc * usus est tali argumentationis modo, volens probare quod ad necessarium sequatur possibile. Dixit enim: *Nam si non negatio possibilis consequatur.* Necesse est enim aut dicere aut negare.

* Ed. *c: nunc nunc.*

15. Pro solutione huius, oportet reminisci habitudinis quae est inter possibile et necessarium, quod scilicet possibile est superius ad necessarium, et attendere quod superius potestate continet suum inferius et eius oppositum, ita quod neutrum eorum actualiter sibi vindicat, sed utrunque potest sibi contingere; sicut animali potest accidere homo et non homo: et consequenter inspicere debes quod, eadem est proportio superioris ad habendum affirmationem et negationem unius inferioris, quae est alicuius subiecti ad affirmativam et negativam futuri contingentis. Utrobique enim neutrum habetur, et salvatur potentia ad utrumlibet. Unde, sicut in futuris contingentibus nec affirmatio nec negatio est determinate vera, sed sub disiunctione altera est necessario vera, ut in fine *Primi** conclusum est; ita nec affirmatio nec negatio inferioris sequitur determinate affirmationem vel negationem superioris , sed sub disiunctione altera sequitur necessario. Unde non valet, est animal, ergo est homo, neque, ergo non est homo, sed, ergo est homo vel non est homo. - Quia ergo possibile superius est ad necessarium , ideo optime determinavit Aristoteles neutram contradictionis partem de necessario determinate sequi ad possibile. Non tamen dixit quod sub disiunctione neutra sequatur; hoc enim est contra illud primum principium : de quolibet est affirmatio vera vel falsa.

• Lect. xni.

Ad id autem quod additur, ex eadem trahitur radice responsio. Quia enim necessarium inferius est ad possibile, et inferius non in potentia sed in actu includit suum superius, necesse est ad inferius determinate sequi suum superius: aliter determinate sequetur eius contradictorium. Unde per dissimilem habitudinem, quae est inter necessarium et possibile et non possibile, ex una parte, et inter possibile et necessarium et non necessarium, ex altera parte, ibi optimus fuit processus ad alteram contradictionis partem determinate, et hic optimus ad neutram determinate.

16. Oritur quoque alia dubitatiuncula. Videtur enim quod Aristoteles difformiter accipiat ly *possibile* in prae-

cedenti textu et in isto. Ibi enim accipit ipsum in communi, ut sequitur ad necessarium; hic videtur accipere ipsum specialiter pro possibili ad utrumlibet, quia dicit quod possibile est simul potens esse et non esse.

Et ad hoc dicendum est quod uniformiter usus est possibili. Nec eius verba obstant: quoniam et de possibili in communi verum est dicere quod potest sibi utrunque accidere, scilicet, esse et non esse: tum quia quidquid verificatur de suo inferiori, verificatur etiam de suo superiori, licet non eodem modo; tum quia possibile in communi neutram contradictionis partem sibi determinat, et consequenter utranque sibi advenire compatitur, licet non asserat potentiam ad utranque partem, quemadmodum possibile ad utrunque.

17. Secundum motivum ad idem, correspondens tacitae obiectioni antiquorum quam supra exclusit, addit cum subdit: *Hoc enim verum est* etc. Ubi notandum quod Aristoteles sub illa maiore adducta pro antiquis (scilicet, convertibiliter se consequentium contradictoria se mutuo consequuntur), subsumit minorem: sed horum convertibiliter se sequentium in tertio ordine (scilicet, non possibile esse et necesse non esse), contradictoria sunt, possibile esse et non necesse non esse (quoniam modi negatione eis opponuntur); ergo istae duae (scilicet, possibile esse et non necesse non esse) se consequuntur et in primo locandae sunt ordine. Unde motivum tangens ait: *Hoc enim,* quod dictum est, *verum est,* idest verum esse ostenditur, *et de necesse non esse,* idest, et ex illius, scilicet, non necesse non esse, opposita, quae est, necesse non esse. Vel, *hoc enim,* scilicet, non necesse non esse, verum est, scilicet, contradictorium illius de necesse non esse. Et minorem subdens ait: Haec enim, scilicet, non necesse non esse, fit contradictio eius, quae convertibiliter sequitur, non possibile esse. Et explanans hoc in terminis subdit. Illud enim, non possibile esse, quod est caput tertii ordinis, sequitur hoc de impossibili, scilicet, impossibile esse, et haec de necessario, scilicet, necesse non esse, cuius negatio seu contradictoria est, non necesse non esse. Et quia, caeteris paribus, modus negatur, et illa, possibile esse, est (subauditur) contradictoria illius, scilicet, non possibile; igitur ista duo mutuo se consequuntur, scilicet, possibile esse, et, non necesse non esse, tamquam contradictoria duorum se mutuo consequentium.

18. Deinde cum dicit: *Sequuntur enim* etc., ordinat omnes consequentias modalium secundum opinionem propria.m; et ait quod, hae contradictiones, scilicet, de necessario, sequuntur illas de possibili, secundum modum praedictum et approbatum illarum de impossibili. Sicut enim contradictorias de possibili contradictoriae de impossibili sequuntur, licet conversim; ita contradictorias de possibili contradictoriae de necessario sequuntur conversim: licet in hoc, ut dictum est, dissimilitudo sit quod, contradictoriarum de possibili et impossibili similiter est dictum, contradictoriarum autem de possibili et necessario contrarium est dictum, ut in sequenti videtur figura:

CONSEQUENTIAE ENUNCIATIONUM MODALIUM SECUNDUM QUATUOR ORDINES AB ARISTOTELE POSITAE ET ORDINATAE.

Primus Ordo	Secundus Ordo
Possibile est esse	Possibile est non esse
Contingens est esse	Contingens est non esse
Non impossibile est esse	Non impossibile est non esse.
Non necesse est non esse	Non necesse est esse
Tertius Ordo	**Quartus Ordo**
Non possibile est esse	Non possibile est non esse
Non contingens est esse	Non contingens est non esse
Impossibile est esse	impossibile est non esse
Necesse est non esse	Necesse est esse

Ubi vides quod nulla est inter Aristotelem et antiquos differentia, nisi in duobus primis ordinibus quoad illas de necessario. Praepostero namque situ usi sunt antiqui, eam de necessario, quae locanda erat in primo ordine, in secundo ponentes, et eam quae in secundo ponenda erat, in primo locantes. Et aspice quoque quod convertibiliter se consequentium semper contradictoria se consequi ordinavit. Singulis enim tertii ordinis singulae primi ordinis contradictoriae sunt; et similiter singulae quarti ordinis singulis, quae in secundo sunt, contradictoriae sunt. Quod antiqui non observarunt.

LECTIO UNDECIMA

(Card. Caietani lect. n)

AN AD ILLUD QUOD EST, *NECESSARIUM ESSE,* SEQUATUR ID QUOD EST, *POSSIBILE ESSE?*

Ἀπορησειε δ' ἀν τι εἰ τὼ ἀναγκαῖον εἰναι τὸ δυνατόν εἰναι ἐπεται. Εἰ τε γάρ μη ἐπεται, ἡ ἀντίφασι ἀκολουΟη'σει, τὸ μη δυνατόν εἰναι· καί εἴ τι ταύτην μη φησειεν εἰναι ἀντίφασιν, ἀνάγκη λέγειν τὸ δυνατόν μη εἰναι· ἀπερ ἀμφω ψευδή κατά τοῦ ἀναγκαιον εἰναι.

Αλλά μην πάλιν τὸ αὐτὸ εἰναι δοκεῖ δυνατόν τε'μνεσΟαι καί μη τέμνεσΟαι, καί εἰναι καί μη εἰναι, ὡστε εσται τὸ ἀναγκαῖον εἰναι ενδεχόμενον μη εἰναι· τοῦτο δέ ψευδό .

Φανερόν δη οτι οὔ παν τὸ δυνατόν η εἰναι η βαδίζειν καί τά αντικείμενα δυ'ναται, ἀλλ' ἐστιν ἐφ' ὡν οὔκ αληθέ " πρώτον μέν ἐπί των μη κατά λόγον δυνατών, οἰον τὸ πυρ θερμαντικόν καί ἐχει δυ'ναμιν ἀλογον. Αἱ μέν ουν μετά λόγου δυνάμει αἱ αὔταί πλειονων καί τών εναντίων, αἱ δ' ἀλογοι οὐ πάσαι, ἀλλ' ὡσπερ εἴρηται, τὸ πυρ οὐ δυνατόν θερμαίνειν και μη', οὐδ' ὁσα ἀλλα ενεργεί ἀεί. Ἐνια μέντοι δυ'ναται καί τών κατά τά ἀλογου δυνάμει ἀμα τά αντικείμενα δέξασται. ’Αλλά τούτο μέν του'του χάριν εἴρηται, οτι οὐ πάσα δύναμι τών ἀντικειμένων, οὐδ' οσαι λέγονται κατά τὸ αὐτὸ είδο .

* Dubitabit autem aliquis, si ad illud quod est, necessarium esse, illud quod est, possibile esse, sequatur. Nam si non sequatur, contradictio sequetur, quae est, non possibile esse: et si quis hanc non dicat esse contradictionem, necesse est dicere, possibile non esse: quae utraeque falsae sunt de necesse esse. ♦Seq. c. XI“.

At vero rursus idem videtur esse possibile aliquid incidi et non incidi, et esse et non esse: quare erit necesse esse, contingens non esse. Hoc autem falsum est.

Manifestum est autem quod non omne possibile, vel esse, vel ambulare, etiam opposita potest; sed est in qu'.bus non sit verum. Primum quidem in his quae non secundum rationem possunt; ut ignis calefactibilis est, et habet vim irrationalem. Quae igitur secundum rationem potestates sunt, eaedem plurium etiam contrariorum sunt. Irrationales vero non omnes: sed (quemadmodum dictum est) ignem non esse possibile calefacere et non; neque quaecunque alia semper agunt. Alia vero possunt, et secundum irrationales potestates simul opposita suscipere. Sed hoc huius gratia: dictum est, quoniam non omnis potestas oppositorum susceptiva est, neque quaecunque secundum eamdem speciem dicuntur.

I. **ostquam Aristoteles declaravit modalium consequentias, hic movet quandam dubitationem circa unum eorum quae determinata sunt, scilicet quod possibile sequitur ad necesse. Et duo facit: quia primo dubitationem absolvit; secundo, ex determinata quaestione alium ordinem earumdem consequentiarum modalibus statuit; ibi: *Et est fortasse*:* etc. Circa primum duo facit: primo, movet quaestionem; secundo, determinat eam; ibi: *Manifestam est** etc. Movet ergo quaestionem: primo dicens: *Dubitabit autem aliquis si ad id quod est necesse esse sequatur possibile esse;* et secundo, arguit ad partem affirmativam subdens: *Nam si non sequatur, contradictoria eius sequetur,* scilicet *non possibile esse,* ut supra deductum est: quia de quolibet est affirmatio vel negatio vera. Et si quis dicat hanc, scilicet, non possibile esse, non esse contradictoriam illius, scilicet, possibile esse, et propterea subterfugiendum velit argumentum, et dicere quod neutra harum sequitur ad necesse esse; talis licet falsum dicat, tamen concedatur sibi, quoniam necesse erit ipsum dicere illius contradictoriam fore, possibile non esse. Oportet namque aut non possibile esse aut possibile non esse, esse contradictoriam, possibile esse; et tunc in eumdem redibit errorem, quoniam utraeque, scilicet, non possibile esse et possibile non esse, falsae sunt de eo quod est, necesse esse. Et consequenter ad ipsum neutra sequi potest. Nulla enim enunciatio sequitur ad illam, cuius veritatem destruit. Relinquitur ergo quod, ad necesse esse sequitur possibile esse.**

* Lect. seq.

• Num. 3.

2. Tertio, arguit ad partem negativam cum subdit: *At vero rursus* etc., et intendit talem rationem. Si ad necesse esse sequitur possibile esse, cum ad possibile sequatur possibile non esse (per conversionem in oppositam qualitatem, ut dicitur in I *Priorum,* quia idem est possibile esse et non esse), sequetur de primo ad ultimum quod necesse esse est possibile non esse: quod est falsum manifeste. Unde oppositionis hypothesim subdit: *At vero rursus videtur idem possibile esse et non esse,* ut domus, *et possibile incidi et non incidi,* ut vestis. Quare de primo ad ultimum necesse esse, erit contingens non esse. Hoc autem est falsum. Ergo hypothesis illa, scilicet, quod possibile sequatur ad necesse, est falsa.

3. Deinde cum dicit: *Manifestum est autem* etc., respondet dubitationi. Et primo, declarat veritatem simpliciter; secundo, applicat ad propositum; ibi: *Hoc igitur possibile* etc.* Proponit ergo primo ipsam veritatem declarandam, dicens: *Manifestum est autem,* ex dicendis, *quod non omne possibile esse vel ambulare,* idest operari: idest, non omne possibile secundum actum primum vel secundum ad opposita valet, idest ad opposita viam habet, sed est invenire aliqua possibilia, in quibus non sit verum dicere quod possunt in opposita. Deinde, quia possibile a potentia nascitur, manifestat qualiter se habeat potentia ipsa ad opposita: ex hoc enim clarum erit quomodo possibile se habeat ad opposita. Et circa hoc duo facit: primo manifestat hoc in potentiis eiusdem rationis; secundo, in his quae aequivoce dicuntur potentiae; ibi: *Quaedam vero potentiae* * etc. Circa primum tria facit: quia primo manifestat qualiter potentia irrationalis se habeat ad opposita; et ait quod potentia irrationalis non potest in opposita.

• Lect. seq.

Lect. seq.

4. Ubi notandum est quod, sicut dicitur IX *Metaphys.,* potentia activa, cum nihil aliud sit quam principium quo in aliud agimus, dividitur in potentiam rationalem et irrationalem. Potentia rationalis est, quae cum ratione et electione operatur; sicut ars medicinae, qua medicus cognoscens quid sanando expediat infirmo, et volens applicat remedia. Potentia autem irrationalis vocatur illa, quae non ex ratione et libertate operatur, sed ex naturali sua dispositione; sicut calor ignis potentia irrationalis est, quia calefacit, non ut cognoscit et vult, sed ut natura sua exigit. Assignatur autem ibidem duplex differentia proposito deserviens inter istas potentias. - Prima est quod activa potentia irrationalis non potest duo opposita, sed

est determinata ad unum oppositorum, sive sumatur oppositum contradictorie sive contrarie. Verbi gratia: calor non potest calefacere et non calefacere, quae sunt contradictorie opposita, neque potest calefacere et frigefacere, quae sunt contraria, sed ad calefactionem determinatus est. Et hoc intellige per se, quia per accidens calor frigefacere potest, vel resolvendo materiam caloris, humidum scilicet, vel per antiperistasin contrarii. Et similiter potest non calefacere per accidens, scilicet si calefactibile deest. Potentia autem rationalis potest in opposita et contradictorie et contrarie. Arte siquidem medicinae potest medicus adhibere remedia et non adhibere, quae sunt contradictoria; et adhibere remedia sana et nociva, quae sunt contraria. - Secunda differentia est quod potentia activa irrationalis, praesente passo, necessario operatur, deductis impedimentis: calor enim calefactibile sibi praesens calefacit necessario, si nihil impediat; potentia autem rationalis, passo praesente, non necessario operatur: praesente siquidem infirmo, non cogitur medicus remedia adhibere.

5. Dimittantur autem metaphysico harum differentiarum rationes et ad textum redeamus. Ubi narrans quomodo se habeat potentia irrationalis ad oppositum, ait: *Et primum quidem,* scilicet, non est verum dicere quod sit potentia ad opposita in his *quae possunt non secundum rationem,* idest, in his quorum posse est per potentias irrationales; *ut ignis calefactivus est,* idest, potens calefacere, *et habet vim,* idest, potentiam istam *irrationalem.* Ignis siquidem non potest frigefacere ; neque in eius potestate est calefacere et non calefacere. Quod autem dixit *primum* ordinem, nota, ad secundum genus possibilis infra dicendum, in quo etiam non invenitur potentia ad opposita.

6. Secundo, manifestat quomodo potentia rationalis se habeat ad opposita, intendens quod potentia rationalis potest in opposita. Unde subdit: *Ergo potestates secundum rationem,* idest rationales, *ipsae eaedem sunt contrariorum,* non solum duorum, sed etiam plurimorum, ut arte medicinae medicus plurima iuga contrariorum adhibere potest, et a multarum operationum contradictionibus abstinere potest. Praeposuit autem ly *ergo,* ut hoc consequi ex dictis insinuaret: cum enim oppositorum oppositae sint proprietates, et potentia irrationalis ex eo quod irrationalis ad opposita non se extendat; oportet potentiam rationalem ad opposita viam habere, eo quod rationalis sit.

7. Tertio, explanat id quod dixit de potentiis irrationalibus, propter causam infra assignandam ab ipso; et intendit quod illud quod dixit de potentia irrationali, scilicet quod non potest in opposita, non est verum universaliter , sed particulariter. - Ubi nota quod potentia irrationalis dividitur in potentiam activam, quae est principium faciendi, et potentiam passivam, quae est principium patiendi : verbi gratia, potentia ad calorem dividitur in posse calefacere, et in posse calefieri. In potentiis activis irrationalibus verum est quod non possunt in opposita, ut declaratum est; in potentiis autem passivis non est verum. Illud enim quod potest calefieri, potest etiam frigefieri, quia eadem est materia, seu potentia passiva contrariorum , ut dicitur in II *De caelo et mundo,* et potest non calefieri, quia idem est subiectum privationis et formae, ut dicitur in I *Physic.* Et propter hoc ergo explanando, ait: *Irrationales vero potentiae non omnes* a posse in opposita excludi intelligendae sunt, sed illae quae sunt quemadmodum potentia ignis calefactiva (ignem enim non posse non calefacere manifestum est), et universaliter, quaecunque alia sunt talis potentiae, quod semper agunt, idest quod quantum est ex se non possunt non agere, sed ad semper agendum ex sua forma necessitantur. Huiusmodi autem sunt, ut declaravimus, omnes potentiae activae irrationales. Alia vero sunt talis conditionis quod etiam secundum irrationales potentias, scilicet passivas, simul possunt in quaedam opposita, ut aer potest calefieri et frigefieri.

Quod vero ait, *simul,* cadit supra ly *possunt,* et non supra ly *opposita;* et est sensus, quod simul aliquid habet potentiam passivam ad utrunque oppositorum, et non quod habeat potentiam passivam ad utrunque oppositorum simul habendum. Opposita namque impossibile est haberi simul. Unde et dici solet et bene, quod in huiusmodi est simultas potentiae, non potentia simultatis. Irrationalis igitur potentia non secundum totum suum ambitum a posse in opposita excluditur, sed secundum partem eius, secundum potentias scilicet activas.

8. Quia autem videbatur superflue addidisse differentias inter activas et passivas irrationales, quia sat erat proposito ostendisse quod non omnis potentia oppositorum est; ideo subdit quod hoc idcirco dictum est, ut notum fiat quoniam nedum non omnis potestas oppositorum est, loquendo de potentia communissime, sed neque quaecunque potentiae dicuntur secundum eamdem speciem ad opposita possunt. Potentiae siquidem irrationales omnes sub una specie irrationalis potentiae concluduntur, et tamen non omnes in opposita possunt, sed passive tantum. Non supervacanea ergo fuit differentia inter passivas et activas irrationales, sed necessaria ad declarandum quod non omnes potentiae eiusdem speciei possunt in opposita. Potest etly *hoc* demonstrare utranque differentiam, scilicet, inter rationales et irrationales,et inter irrationales activas et passivas inter se; et tunc est sensus, quod hoc ideo fecimus, ut ostenderemus quod non omnis potestas, quae scilicet secundum eamdem rationem potentiae physicae dicitur, quia scilicet potest in aliquid ut rationalis et irrationalis, neque etiam omnis potestas, quae sub eadem specie continetur, ut irrationalis activa et passiva sub specie irrationalis, ad opposita potest.

LECTIO DUODECIMA

(Card. Caietani lect. x)

DECLARATIS POTENTIIS QUAE AEQU1VOCAE DICUNTUR, SUMITUR RATIO *IMPOSSIBILIS* AD DETERMINANDUM QUODNAM EX POSSIBILIBUS AD *NECESSARIUM* SEQUATUR

"Ενιαι δέ δυνάμει ὁμοίνυμοί εἰσι. Το γάρ δυνατόν ούχ άπλώ λέγεται, άλλα το μέν οτι άληυέ ώ ενεργεί δν, οίον δυνατόν βαδίζειν οτι βαδίζει, καί όλω δυνατόν είναι οτι ηδη έστι κατ' ενέργειαν δ λέγεται είναι δυνατόν, το δε οτι ένεργησειεν αν, οίον δυνατόν είναι βαδίζειν ότι βαδίσειεν άν.

Καί αύτη μεν επί τοϊ κινητοϊ έστί μονοι ή δύναμι, εκείνη δέ καί έπΐ τοϊ άκινη'τοι. "Αμφιο δέ αληθέ εΐπεϊν τό μη' άδυ'νατον είναι βαδίζειν η είναι, καί τό βαδίζον ηδη και ενεργούν καί τό βαδιστικόν.

Τό μέν ούν ούτω δυνατόν ούκ αληθέ κατά τοΰ αναγκαίου απλώ εΐπεϊν, θάτερον δέ αληθέ. 'Ωστε έπεί τω έν με'ρει τό καθόλου επεται, τω έξ ανάγκη όντι έπεται τό δυ'νασθαι είναι, ού μέντοι παν.

Καί έστι δη άρχη ίσω τό άναγκαΐον καί μη άνάγκαΐον πάντων η είναι η μη είναι, και τάλλα ώ του'τοι άκολουθούντα έπισκοπεϊν δεΐ.

Φανερόν δη έκ τών είρημένων, ότι τό έξ ανάγκη ον κατ' ενέργειάν έστιν, ώστε ει προ'τερα τά άίδια, καί ή ένε'ργεια δυνάμεω προτέρα.

Καί τά μέν ανευ δυνάμεω ένέργειαί είσιν, οίον αί πρώται ούσίαι, τα δέ μετά δυνάμεω, α τη μέν φύσει πρότερα, τω δέ χρόνω ύστερα, τά δέ ούδέποτε ένέργειαί είσιν, άλλα δυνάμει μόνον.

* Quaedam vero potestates aequivocae sunt. Possibile enim non simpliciter dicitur: sed hoc quidem, quoniam verum est, quod in actu est; ut possibile ambulare, quoniam ambulat iam, et omnino possibile esse, quoniam iam est in actu, quod dicitur esse possibile: illud vero, quoniam actu esse posset; ut possibile ambulare, quoniam ambulabit.

Et haec quidem in mobilibus solis est potestas, illa vero et in immobilibus. Utrunquc vero verum est dicere, non impossibile esse ambulare vel esse, et quod iam ambulat et agit, et ambulativum.

Hoc igitur possibile non est verum de necessario dicere simpliciter, alterum autem verum est. Quare quoniam partem universale sequitur, illud quod ex necessitate est, consequitur posse esse, sed non omne.

Et est fortasse quidem principium, quod necessarium est, et quod non necessarium est, omnium vel esse, vel non esse: et alia, veluti horum consequentia, considerare oportet.

Manifestum est autem ex his quae dicta sunt, quod id quod ex necessitate est, secundum actum est: quare si priora sunt sempiterna, et quae actu sunt potestate priora sunt.

Et haec quidem sine potestate actus sunt, ut primae substantiae: alia vero cum potestate, quae natura quidem priora sunt, tempore vero posteriora. Alia vero numquam actus sunt, sed potestates tantum.

i. S§ï§û&Ë&?ntendit declarare quomodo illae quae aequi-
W vocae dicuntur potentiae, se habeant ad oppo-
wr^s'ta' E* c'rca h°c duo facit: primo, declarat naturam talis potentiae; secundo,ponit differentiam et convenientiam inter ipsas et supra-

Num. 3. **dictas, ibi : *Et haec quidem** etc. Ad evidentiam primi advertendum est quodV et IX *Metaphys.,* Aristoteles dividit potentiam in potentias, quae eadem ratione potentiae dicuntur, et in potentias, quae non ea ratione qua praedictae potentiae nomen habent, sed alia. Et has appellat aequivoce potentias. Sub primo membro comprehenduntur omnes potentiae activae, et passivae, et rationales, et irrationales. Quaecunque enim posse dicuntur per potentiam activam vel passivam quam habeant, eadem ratione potentiae sunt, quia scilicet est in eis vis principiata alicuius activae vel passivae. Sub secundo autem membro comprehenduntur potentiae mathematicales et logicales. Mathematica potentia est, qua lineam posse dicimus in quadratum, et eo quod in semetipsam ducta quadratum constituit. Logica potentia est, qua duo termini coniungi absque contradictione in enunciatione possunt. Sub logica quoque potentia continetur quae ea ratione potentia dicitur, quia est. Hae vero merito aequivoce a primis potentiae dicuntur, eo quod istae nullam virtutem activam vel passivam praedicant; et quod possibile istis modis dicitur, non ea ratione possibile appellatur quia aliquis habeat virtutem ad hoc agendum vel patiendum, sicut in primis. Unde cum potentiae habentes se ad opposita sint activae vel passivae, istae quae aequivocae potestates dicuntur ad opposita non se habent. De his ergo loquens ait: *Quaedam vero potestates aequivocae sunt,* et ideo ad opposita non se habent.

2. Deinde declarans qualis sit ista potestas aequivoce dicta, subdit divisionem usitatam possibilis per quam hoc scitur, dicens: possibile enim non uno modo dicitur, sed duobus. Et uno quidem modo dicitur possibile eo quod verum est ut in actu, idest ut actualiter est; ut, possibile est ambulare, quando ambulat iam: et omnino, idest universaliter possibile est esse, quoniam est actu iam quod possibile dicitur. Secundo modo autem possibile dicitur aliquid non ea ratione quia est actualiter, sed quia forsitan aget, idest quia potest agere; ut possibile est ambulare, quoniam ambulabit. Ubi advertendum est quod ex divisione bimembri possibilis divisionem supra positam potentiae declaravit a posteriori. Possibile enim a potentia dicitur: sub primo siquidem membro possibilis innuit potentias aequivoce; sub secundo autem potentias univoce, activas scilicet et passivas. Intendebat ergo quod quia possibile dupliciter dicitur, quod etiam potestas duplex est. Declaravit autem potestates aequivocas ex uno earum membro tantum, scilicet ex his quae dicuntur possibilia quia sunt, quia hoc sat erat suo proposito.

3. Deinde cum dicit: *Et haec quidem* etc., assignat differentiam inter utranque potentiam, et ait quod potentia haec ultimo dicta physica, est in solis illis rebus, quae sunt mobiles ; illa autem est et in rebus mobilibus et immobilibus. Possibile siquidem a potentia dictum eo quod possit agere, non tamen agit, inveniri non potest absque mutabilitate eius, quod sic posse dicitur. Si enim nunc potest agere et non agit, si agere debet, oportet quod mutetur de otio ad operationem. Id autem quod possibile dicitur eo quod est, nullam mutabilitatem exigit in eo quod sic possibile dicitur. Esse namque in actu, quod talem possibilitatem fundat, invenitur et in rebus necessariis, et in immutabilibus, et in rebus mobilibus. Possibile ergo hoc, quod logicum vocatur, communius est illo quod physicum appellari solet.

4. Deinde subdit convenientiam inter utrunque possibile, dicens quod in utrisque potestatibus et possibilibus verum est non impossibile esse, scilicet, ipsum ambulare, quod iam actu ambulat seu agit, et quod iam ambulabile est; idest, in hoc conveniunt quod, sive dicatur possibile ex eo quod actu est, sive ex eo quod potest esse, de utroque verificatur non impossibile; et consequenter necessario verificatur possibile, quoniam ad non impossibile sequitur possibile. Hoc est secundum genus possibilis, respectu cuius Aristoteles supra dixit: *Etprimum quidem* etc.,* in quo non invenitur via ad utrunque oppositorum, hoc, inquam, est possibile quod iam actu est. Quod enim tali ratione possibile dicitur, iam determinatum est ex eo quod actu esse suppositum est. Non ergo possibile omne ad utrunque possibile est, sive loquamur de possibili physice, sive logice.

* Cf. lect. praec. D. 5.

5. Deinde cum dicit : *Sic igitur possibile* etc., applicat determinatam veritatem ad propositum. Et primo, concludendo ex dictis, declarat habitudinem utriusque possibilis ad necessarium, dicens quod hoc ergo possibile, scilicet physicum quod est in solis mobilibus, non est verum dicere et praedicare de necessario simpliciter: quia quod simpliciter necessarium est, non potest aliter esse. Possibile autem physicum potest sic et aliter esse, ut dictum est. Addit autem ly *simpliciter,* quoniam necessarium est multiplex. Quoddam enim est ad bene esse, quoddam ex suppositione: de quibus non est nostrum tractare, sed solummodo id insinuare. Quod ut praeservaret se ab illis modis necessarii qui non perfecte et omnino habent necessarii rationem, apposuit ly *simpliciter.* De tali enim necessario possibile physicum non verificatur. Alterum autem possibile logicum, quod in rebus immobilibus invenitur, verum est de illo enunciare, quoniam nihil necessitatis adimit. Et per hoc solvitur ratio inducta * ad partem negativam quaestionis. Peccabat siquidem in hoc, quod ex necessario inferebat possibile ad utrunque quod convertitur in oppositam qualitatem.

• Lect. praeccd. n. 2.

6. Deinde respondet quaestioni formaliter intendens quod affirmativa pars * quaestionis tenenda sit, quod scilicet ad necessarium sequitur possibile; et assignat causam. Quia ad partem subiectivam sequitur constructive suum totum universale; sed necessarium est pars subiectiva possibilis: quia possibile dividitur in logicum et physicum, et sub logico comprehenditur necessarium; ergo ad necessarium sequitur possibile. Unde dicit: *Quare, quoniam partem,* scilicet subiectivam, suum totum universale sequitur, illud quod ex necessitate est, idest necessarium, tamquam partem subiectivam, consequitur posse esse, idest possibile, tamquam totum universale. *Sed non omnino,* idest sed non ita quod omnis species possibilis sequatur; sicut ad hominem sequitur aniinal, sed non omnino, idest non secundum omnes suas partes subiectivas sequitur ad hominem: non enim valet: est homo, ergo est animal irrationale. Et per hoc confirmata ratione adducta ad partem affirmativam, expressius solvit rationem adductam ad partem negativam, quae peccabat secundum fallaciam consequentis, inferens ex necessario possibile, descendendo ad unam possibilis speciem, ut de se patet.

* Cf. lect. pracc. n. t.

7. Deinde cum dicit: *Et estfortasse quidem* etc., ordinat easdem modalium consequentias alio situ, praeponendo necessarium omnibus aliis modis. Et circa hoc duo facit: primo, proponit quod intendit; secundo, assignat causam dicti ordinis; ibi: *Manifestum est autem etc. Dicit ergo: *Et estfortasseprincipium omnium enunciationum modaliumvel esse vel non esse,* idest, affirmativarum vel negativarum, necessarium et non necessarium. Et oportet considerare alia, scilicet, possibile contingere ct impossibile esse, *sicut horum,* scilicet,necessarii et non necessarii,*consequentia,*hoc modo:**

* Num. scq.

CONSEQUENTIAE ENUNCIATIONUM MODALIUM SECUNDUM QUATUOR ORDINES ALIO CONVENIENTI SITU AB ARISTOTELE POSITAE ET ORDINATAE:

Primus Ordo		Secundus Ordo
Necesse est esse	||	Necesse est non esse
Non possibile est non esse		Non possibile est esse
Non contingens est non esse		Non contingens est esse
Impossibile est non esse	||	Impossibile est esse
Tertius Ordo		**Quartus Ordo**
Non necesse est esse	||	Non necesse est non esse
Possibile est non esse		Possibile est esse
Contingens est non esse		Contingens est esse
Non impossibile est non esse	||	Non impossibile est esse

Vides autem hic nihil immutatum, nisi quod necessariae quae ultimum locum tenebant, primum sortitae sunt. Quod vero dixit *fortasse,* non dubitantis, sed absque determinata ratione rem proponentis est.

8. Deinde cum dicit: *Manifestum est autem* etc., intendit assignare causam dicti ordinis. Et primo, assignat causam, quare praeposuerit necessarium possibili tali ratione. Sempiternum est prius temporali; sed necessarium dicit sempiternitatem (quia dicit esse in actu, excludendo omnem mutabilitatem, et consequenter temporalitatem, quae sine motu non est imaginabilis), possibile autem dicit temporalitatem (quia non excludit quin possit esse et non esse); ergo necesse merito prius ponitur quam possibile. Unde dicit, proponendo minorem: *Manifestum est autem ex his quae dicta sunt* etc., tractando de necessario: quoniam id quod ex necessitate est, secundum actum est totaliter, scilicet quia omnem excludit mutabilitatem et potentiam ad oppositum: si enim mutari posset in oppositum aliquo modo, iam non esset necessarium. - Deinde subdit maiorem per modum antecedentis conditionalis: *Quare si priora sunt sempiterna temporalibus* etc. - Ultimo ponit conclusionem : et quae actu sunt omnino, scilicet necessaria, priora sunt potestate, idest possibilibus, quae omnino actu esse non ponunt, licet compatiantur.

9. Deinde cum dicit: *Et hae quidem* etc., assignat causam totius ordinis a se inter modales statuti, tali ratione. Universi triplex est gradus. Quaedam sunt actu sine potestate, idest sine admixta potentia, ut primae substantiae, - non illae quas in praesenti diximus primas, eo quod principaliter et maxime substent, sed illae quae sunt primae, quia omnium rerum sunt causae, Intelligentiae scilicet. - Alia sunt actu cum possibilitate, ut omnia mobilia, quae secundum id quod habent de actu sunt priora natura seipsis sectindum id quod habent de potentia, licet e contra sit, aspiciendo ordinem temporis. Sunt enim secundum id quod habent de potentia priora tempore seipsis secundum id quod habent de actu. Verbi gratia, Socrates prius secundum tempus poterat esse philosophus, deinde fuit actualiter philosophus. Potentia ergo praecedit actum secundum ordinem temporis in Socrate, ordine autem naturae, perfectionis et dignitatis e converso contingit. Prior enim secundum dignitatem, idest dignior et perfectior habebatur Socrates cum philosophus actualiter erat, quam cum philosophus esse poterat. Praeposterus est igitur ordo potentiae et.actus in unomet, utroque ordine, scilicet, naturae et temporis attento. - Alia vero nunquam sunt actu sed potestate tantum, ut motus, tempus,infinita divisio magnitudinis, ct infinita augmentatio numeri. Haec enim, ut IX *Metaphys.* dicitur, nunquam exeunt in actum, quoniam eorum rationi repugnat. Nunquam enim aliquid horum ita est quin'aliquid cius expcctetur, et consequenter nunquam esse potest nisi in potentia. Sed de his alio tractandum est loco.

9. Nunc haec ideo dicta sint ut, inspecto ordine universi, appareat quod illum imitati sumus in nostro ordi-

ne. Posuimus siquidem primo necessarium, quod sonat actu esse sine potestate seu mutabilitate, imitando primum gradum universi. - Locavimus secundo loco possibile et contingens, quorum utrunque sonat actum cum possibilitate, et sic servatur conformitas ad secundum gradum universi. - Praeposuimus autem possibile et non contingens, quia possibile respicit actum, contingens autem secundum vim nominis respicit defectum causae, qui ad potentiam pertinet: defectus enim potentiam sequitur; et ex hoc conforme est secundae parti universi, in qua actus est prior potentia secundum naturam, licet non secundum tempus.- Ultimum autem locum impossibili reservavimus, eo quod sonat nunquam fore, sicut et ultima universi pars dicta est illa, quae nunquam actu est. Pulcherrimus igitur ordo statutus est, quando divinus est observatus.

10. Quia autem suppositae modalium consequentiae nil aliud sunt quam aequipollentiae earum, quae ob varium negationis situm, qualitatem, vel quantitatem, vel utranque mutantis, fiunt; ideo ad completam notitiam consequentium se modalium, de earum qualitate et quantitate pauca admodum necessaria dicenda sunt. Quoniam igitur natura totius ex partium naturis consurgit, sciendum est quod subiectum enunciationis modalis et dicit esse vel non esse, et est dictum unicum, et continet in se subiectum dicti; praedicatum autem modalis enunciationis, modus scilicet, et totale praedicatum est (quia explicite vel implicite verbum continet, quod est semper nota eorum quae de altero praedicantur: propter quod Aristoteles dixit quod modus est ipsa appositio), et continet in se vim distributivam secundum partes temporis. Necessarium enim et impossibile distribuunt in omne tempus vel simpliciter vel tale; possibile autem et contingens pro aliquo tempore in communi.

11. Nascitur autem ex his quinque conditionibus duplex in qualibet modali qualitas, et triplex quantitas. - Ex eo enim quod tam subiectum quam praedicatum modalis verbum in se habet, duplex qualitas fit, quarum altera vocatur qualitas dicti, altera qualitas modi. Unde et supra dictum est * aliquam esse affirmativam de modo et non de dicto, et e converso. - Ex eo vero quod subiectum modalis continet in se subiectum dicti, una quantitas consurgit, quae vocatur quantitas subiecti dicti : et haec distinguitur in universalem, particularem et singularem, sicut et quantitas illarum de inesse. Possumus enim dicere, Socratem, quemdam hominem, vel omnem hominem, vel nullum hominem, possibile est currere.- Ex eo autem quod subiectum unius mo*dalis dictum unum est, consurgit alia quantitas, vocata quantitas dicti; et haec unica est singularitas: secundum * omne enim dictum cuiusque modalis singulare est istius universalis, scilicet dictum. Quod ex eo liquet quod cum dicimus, hominem esse album est possibile, exponitur sic, hoc dictum, hominem esse album, est possibile. Hoc dictum autem singulare est, sicut et, hic homo. Propterea et dicitur quod omnis modalis est singularis quoad dictum, licet quoad subiectum dicti sit universalis vel particularis. - Ex eo autem quod praedicatum modalis, modus scilicet, vim distributivam habet, alia quantitas consurgit vocata quantitas modi seu modalis; et haec distinguitur in universalem et particularem.

12. Ubi diligenter· duo attendenda sunt. Primum est quod hoc est singulare in modalibus, quod praedicatum simpliciter quantificat propositionem modalem, sicut et simpliciter qualificat. Sicut enim illa est simpliciter affirmativa, in qua modus affirmatur, et illa negativa, in qua modus negatur; ita illa est simpliciter universalis cuius modus est universalis, et illa particularis cuius modus est particularis. Et hoc quia modalis modi naturam sequitur. Secundum attendendum (quod est causa istius primi) est, quod praedicatum modalis, scilicet modus, non habet solam habitudinem praedicati respectu sui subiecti, scilicet esse et non esse, sed habitudinem syncategorematis distributivi, sed non secundum quantitatem partium subiectivarum ipsius subiecti, sed secundum quantitatem partium temporis eiusdem. Et merito. Sicut enim quia subiecti enunciationis de inesse propria quantitas est penes divisionem vel indivisionem ipsius subiecti (quia est nomen quod significat per modum substantiae, cuius quantitas est per divisionem continui : ideo signum quantificans in illis distribuit secundum partes subiectivas), ita quia subiecti enunciationis modalis propria quantitas est tempus (quia est verbum quod significat per modum motus, cuius propria quantitas est tempus), ideo modus quantificans distribuit ipsum suum subiectum, scilicet, esse vel non esse, secundum partes temporis. Unde subtiliter inspicienti apparebit quod quantitas ista modalis proprii subiecti modalis enunciationis quantitas est, scilicet, ipsius esse vel non esse. Ita quod illa modalis est simpliciter universalis, cuius proprium subiectum distribuitur pro omni tempore: vel simpliciter, ut, hominem esse animal est necessarium vel impossibile; vel accepto, ut, hominem currere hodie, vel»dum currit, est necessarium vel impossibile. Illa vero est particularis, in qua non pro omni, sed aliquo tempore distributio fit in communi tantum; ut, hominem esse animal, est possibile vel contingens. Est ergo et ista modalis quantitas subiecti sui passio (sicut et universaliter quantitas se tenet ex parte materiae), sed derivatur a modo, non in quantum praedicatum est (quod, ut sic, tenetur formaliter), sed in quantum syncategorematis officio fungitur, quod habet ex eo quod proprie modus est.

13. Sunt igitur modalium (de propria earum quantitate loquendo) aliae universales affirmativae, ut illae de necessario, quia distribuunt ad semper esse; aliae universales negativae, ut illae de impossibili, quia distribuunt ad nunquam esse ; aliae particulares affirmativae, ut illae de possibili et contingenti, quia distribuunt utrunque ad aliquando esse; aliae particulares negativae, ut illae de non necesse et non impossibili, quia distribuunt ad aliquando non esse: sicut in illis de inesse, *omnis, nullus, quidam, non omnis, non nullus,* similem faciunt diversitatem. Et quia, ut dictum est, haec quantitas modalium est inquantum modales sunt, et de his, inquantum huiusmodi, praesens tractatus fit ab Aristotele; idcirco aequipollentiae, seu consequentiae earum, ordinatae sunt negationis vario situ, quemadmodum aequipollentiae illarum de inesse: ut scilicet, negatio praeposita modo faciat aequipollere suae contradictoriae; negatio autem modo postposita, posita autem dicti verbo, suae aequipollere contrariae facit; praeposita vero et postposita suae subalternae, ut videre potes in consequentiarum figura ultimo ab Aristotele formata. In qua, tali praeformata oppositionum figura, clare videbis omnes se mutuo consequentes, secundum alteram trium regularum aequipollere, et consequenter, totum primum ordinem secundo contrarium, tertio contradictorium, quarto vero subalternum.

Necesse esse	- Contrariae -	Impossibile esse
Possibile esse	- Subcontrariae -	Contingens non esse

* Lcct. νω.

• Ed. *c : scilicet omne dictum cuiusque modalis singulare , est istius universalis , scilicet dictum.*

LECTIO DECIMATERTIA

(Card. Caietani lect. xi)

CONTRARIETAS IN ANIMI OPINIONIBUS CONSTITUITUR EX ALIQUA VERI FALSIQUE OPPOSITIONE.

Πότερον δέ εναντία έστίν ή καταφασι τη αποφασει ή ή κατάφασι τη καταφασει, καί ό λαγό τω λογω, ό λέγων ότι πα άνθρωπο δίκαιο τω ούύει άνθρωπο δίκαιο η τό πα άνθρωπο δίκαιο τω πα , άνθρωπο άδικο , οίον έστι Καλλία δίκαιο , ούκ έστι Καλλία δίκαιο , Καλλία άδικο έστι· ποτέρα δη εναντία τούτων ;

Εί γάρ τα μέν έν τη φωνή ακολουθεί τοΐ έν τη διανοία, έκεΐ δέ εναντία δόξα η τοΰ εναντίου, οίον ότι πα άνθρωπο δίκαιο τη πα άνθρωπο άδικο , καί έπί των έν τη φωνή καταφάσεων άνάγκη ομοίω έχειν. Εί δέ μη έκεΐ ή τοΰ εναντίου δόξα εναντία έστίν, ούδέ ή κατάφασι τη καταφάσει εσται έναντία, άλλ' ή είρημένη άπόφασι . "Ωστε σκεπτέον ποία δόξα άληθη ψευδεΐ δόξη έναντία, πότερον η τη άποφάσεο η ή τό εναντίον είναι δοξάζουσα. Λέγω δέ ώδε. Έστι τι δόξα άληθη τοΰ άγαθοϋ ότι άγαθόν, άλλη δέ ότι ούκ αγαθόν ψευδή , έτε'ρα δε' οτι κακόν. Ιιοτέρα δη τούτων έναντία τη άληθεΐ; καί εί έστι μία, καθ' όποτέραν ή έναντία ;

Τό μέν δη τούτω οΐεσθαι τα έναντία δόξα ώρίσθαι, τω των εναντίων είναι, ψεΰόο · τοΰ γάρ άγαθοΰ ότι αγαθόν καί τοΰ κακοΰ ότι κακόν ή αύτή ίσω καί άληθη εσται είτε πλείογ είτε μία έστίν. 'Εναντία δέ ταΰτα. Άλλ' ού τω εναντίων είναι έναντία, άλλα μάλλον τω έναντίω .

Εί δη έστι μέν τοΰ άγαθοΰ ότι έστίν άγαθόν δόξα, άλλη δ' ότι ούκ άγαθόν, έστι όέ άλλο τι δ ουχ ύπάρχει ούδ' οιόντε ύπάρξαι, των μέν δη άλλων ούδεμίαν θετέον, ούτε δσαι ύπάρχειν τό μη' ύπάρχον δοξάζουσιν, οΰθ' δσαι μη ύπάρχειν τό ύπάρχον (άπειροι γάρ άμφότεραι, καί οσαι ύπάρχειν δοξάζουσι τό μη ύπάρχον, καί οσαι μη ύπάρχειν τό ύπάρχον),

* Utrum autem contraria est affirmatio negationi, aut affirmatio affirmationi et oratio orationi, quae dicit, quod omnis homo iustus est, ei quae est, nullus homo iustus est; aut, omnis homo iustus est, ei quae est, omnis homo iniustus est; ut, Callias iustus est, Callias iustus non est, Callias iniustus est; utra harum contraria est? • Cap. xiv.

Nam s ia, quae sunt in voce, sequuntur ea, quae sunt in intellectu, illic autem contraria est opinio contrarii, ut quod, omnis homo iustus est, ei quae est, omnis homo iniustus est, et etiam in his, quae.sunt in voce, affirmationibus, necesse est similiter se se habere. Quod si neque illic contrarii opinatio contraria est, nec affirmatio affirmationi contraria erit ; sed ea quae dicta est negatio. Quare considerandum est quae opinio vera opinioni falsae contraria est, utrum negationis, an ea, quae contrarium esse opinatur. Dico autem hoc modo. Est quaedam opinatio vera boni, quod bonum est;·alia vero, quod non bonum, est falsa; alia vero, quod malum: utra harum contraria verae? et si est una, secundum quamnam contraria est?

Nam arbitrari contrarias opiniones definiri, eo quod contrariorum sunt, falsum est: boni enim, quod bonum est, et mali, quod malum est, eadem fortasse opinio est et vera, sive plures,sive una sit. Sunt autem ista contraria. Sed non eo quod contrariorum sint contraria sunt, sed magis eo quod contrarie.

Si ergo est boni quidem, quod est bonum, opinio, alia autem quod non est bonum: est vero aliquid aliud quod non est, neque potest esse: aliarum quidem nulia po-, nenda est, neque quaecunque esse, quod non est, opinantur, neque quaecunque non esse quod est (infinitae enim utraeque sunt, et quae esse opinantur quod non est, et quae non esse quod est).

1. **j** ostquam determinatum est de enunciatione secundum quod diversificatur tam ex additione facta ad terminos, quam ad compositionem eius, hic secundum divisionem a s. Thoma in principio huius *Secundi* factam, intendit Aristoteles tractare quandam quaestionem circa oppositiones enunciationum provenientes ex eo quod additur aliquid simplici enunciation!. Et circa hoc quatuor facit: primo, movet quaestionem; secundo, declarat quod haec quaestio dependet ab una alia quaestione praetractanda; ibi: *Nam si ea, quae sunt in voce* * etc.; tertio, determinat illam aliam quaestionem; ibi: *Nam arbitrari* * etc.; quarto, redit ad respondendum quaestioni primo motae; ibi : *Quare si in opinione** etc.

Jucundum S. Thomas.

* Num. 5.
* Num. 8.
* Lect. seq.

Quaestio quam movere intendit est: utrum affirmativae enunciation! contraria sit negatio eiusdem praedicati, an affirmatio de praedicato contrario seu privativo ? Unde dicit : *Utrum contraria est affirmatio negationi contradictoriae,* scilicet, et universaliter oratio affirmativa orationi negativae; ut, affirmativa oratio quae dicit, *omnis homo est iustus,* illi contraria sit orationi negativae, *nullus homo est iustus,* aut illi, *omnis homo est iniustus,* quae est affirmativa de praedicato privativo? Et similiter ista affirmatio, *Callias est iustus,* est ne contraria illi contradictoriae negationi, *Callias non est iustus,* aut illi, *Callias est iniustus,* quae est affirmativa de praedicato privativo?

2. Ad evidentiam tituli huius quaestionis, quia hacte* nus indiscusse ab aliis est relictus, considerare oportet quod cum in enunciatione sint duo, scilicet ipsa enunciatio seu significatio et modus enunciandi seu significandi, duplex inter enunciationes fieri potest oppositio, una ratione ipsius enunciationis, altera ratione modi enunciandi. Si modos enunciandi attendimus, duas species oppositionis in latitudine enunciationum inveniemus, contrarietatem scilicet et contradictionem. Divisae enim superius sunt enunciationes oppositae in contrarias et contradictorias. Contradictio inter enunciationes ratione modi enunciandi est quando idem praedicatur de eodem subiecto contradictorio modo enunciandi; ut sicut unum contradictorium nil ponit, sed alterum tantum destruit, ita una enunciatio nil asserit, sed id tantum quod altera enunciabat destruit. Huiusmodi autem sunt omnes quae contradictoriae vocantur, scilicet, *omnis homo est iustus, non omnis homo est iustus, Socrates est iustus, Socrates non est iustus,* ut de se patet. Et ex hoc provenit quod non possunt simul verae aut falsae esse, sicut nec duo contradictoria. Contrarietas vero inter enunciationes ratione modi enunciandi est quando idem praedicatur de eodem subiecto contrario modo enunciandi; ut sicut unum contrariorum ponit materiam sibi et reliquo communem in extrema distantia sub illo genere, ut patet dc albo et nigro, ita una enunciatio ponit

subiectum commune sibi et suae oppositae in extrema distantia sub illo praedicato. Huiusmodi quoque sunt omnes illae quae contrariae in figura appellantur, scilicet, *omnis homo est iustus, omnis homo non est iustus.* Hae enim faciunt subiectum, scilicet hominem, maxime distare sub iustitia, dum illa enunciat iustitiam inesse homini, non quocunque modo, sed universaliter; ista autem enunciat iustitiam abesse homini, non qualitercunque, sed universaliter. Maior enim distantia esse non potest quam ea, quae est inter totam universitatem habere aliquid et nullum de universitate habere illud. Et ex hoc provenit quod non possunt esse simul verae, sicut nec contraria possunt eidem simul inesse; et quod possunt esse simul falsae, sicut et contraria simul non inesse eidem possunt. Si vero ipsam enunciationcm sive eius significationem attendamus secundum unam tantum oppositionis speciem, in tota latitudine enunciationum reperiemus contrarietatem, scilicet secundum veritatem et falsitatem: quia duarum enunc*at*onum significationes entia positiva * sunt, ac per hoc neque contradictorie neque privative opponi possunt, quia utriusque oppositionis alterum extremum est formaliter non ens. Et cum nec relative opponantur, ut clarum est, restat ut nonnisi contrarie opponi possunt.

tunt' c' F°s,la

3. Consistit autem ista contrarietas in hoc quod duarum enunciationum altera alteram non compatitur vel in veritate vel in falsitate, praesuppositis semper conditionibus contrariorum, scilicet quod fiant circa idem et in eodem tempore. Patere quoque potest talem oppositionem esse contrarietatem ex natura conceptionum animae componentis et dividentis, quarum singulae sunt enunciationes. Conceptiones siquidem animae adaequatae nullo alio modo opponuntur conceptionibus inadaequatis nisi contrarie, et ipsae conceptiones inadaequatae, si se mutuo expellunt, contrariae quoque dicuntur. Unde verum et falsum, contrarie opponi probatur a s. Thoma in I parte, qu. xvii *. Sicut ergo hic, ita et in enunciationibus ipsae significationes adaequatae contrarie opponuntur inaedequatis, idest verae falsis; et ipsae inadaequatae, idest falsae, contrarie quoque opponuntur inter se, si contingat quod se non compatiantur, salvis semper contrariorum conditionibus. Est igitur in enunciationibus duplex contrarietas, una ratione modi, altera ratione significationis, et unica contradictio, scilicet ratione modi. Et, ut confusio vitetur, prima contrarietas vocetur contrarietas modalis, secunda contrarietas formalis. Contradictio autem non ad confusionis vitationem quia unica est, sed ad proprietatis expressionem contradictio modalis vocari potest. Invenitur autem contrarietas formalis enunciationum inter omnes contradictorias, quia contradictoriarum altera alteram semper excludit; et inter omnes contrarias modaliter quoad veritatem, quia non possunt esse simul verae, licet non inveniatur inter omnes quoad falsitatem, quia possunt esse simul falsae.

• Artic. iv.

4. Quia igitur Aristoteles in hac quaestione loquitur de contrafietate enunciationum quae se extendit ad contrarias modaliter, et contradictorias, ut patet in principio et in fine quaestionis (in principio quidem, quia proponit utrasque contradictorias dicens: *Affirmatio negationi* etc.; et contrarias modaliter dicens: *Et oratio orationi etc.,* unde et exempla utrarunque statim subdit, ut patet in littera. In fine vero, quia ibi expresse quam conclusit esse contrariam affirmativae universali verae dividit, in contrariam modaliter universalem negativam, scilicet, et contradictoriam: quae divisio falsitate non careret, nisi conclusisset contrariam formaliter, ut de se patet), quia, inquam, sic accipit contrarietatem, ideo de contrarietate formali enunciationum quaestio intelligenda est. Et est quaestio valde subtilis, necessaria et adhuc nullo modo superius tacta.

Est igitur titulus quaestionis; utrum affirmativae verae contraria formaliter sit negativa falsa eiusdem praedicati, aut affirmativa falsa de praedicato privativo, vel contrario? Et sic patet quis sit sensus tituli, et quare non movet quaestionem de quacunque alia oppositione enunciationum (quia scilicet nulla alia in eis formaliter invenitur), et quod accipit contrarietatem proprie et strictissime, licet talis contrarietas inveniatur inter contradictorias modaliter et contrarias modaliter.

Dictum vero fuit a s. Thoma * provenire hanc dubitationem ex eo quod additur aliquid simplici enunciationi, quia si tantum simplices, idest, de secundo adiacente enunciationes attendantur, non habet haec quaestio radicem. Quia autem simplici enunciationi, idest subiecto et verbo substantivo, additur aliquid, scilicet praedicatum, nascitur dubitatio circa oppositionem, an illud additum' in contrariis debeat esse illudmet praedicatum, negatione apposita verbo, an debeat esse praedicatum contrarium seu privativum, absque negatione praeposita verbo.

' Supra lect. i,

5. Deinde cum dicit: *Nam si ea* etc., declarat unde sumenda sit decisio huius quaestionis. Et duo facit: quia primo declarat quod haec quaestio dependet ex una alia quaestione, ex illa scilicet: utrum opinio, idest conceptio animae, in secunda operatione intellectus, vera, contraria sit opinioni falsae negativae eiusdem praedicati, an falsae affirmativae contrarii sive privativi. Et assignat causam, quare illa quaestio dependet ex ista, quia scilicet enunciationes vocales sequuntur mentales, ut effectus adaequati causas proprias, et ut significata signa* adaequata, et consequenter similis est in hoc utraque natura. Unde inchoans ab hac causa ait: *Nam si ea quae sunt in voce sequuntur ea, quae sunt in anima,* ut dictum est in principio I libri, et illic, idest in anima, opinio contrarii praedicati circa idem subiectum est contraria illi alteri, quae affirmat reliquum contrarium de eodem (cuiusmodi sunt istae mentales enunciationes, *omnis homo est iustus, omnis homo est iniustus')',* si ita inquam est, etiam et in his affirmationibus quae sunt in voce, idest vocaliter sumptis, necesse est similiter se habere, ut scilicet sint contrariae duae affirmativae de eodem subiecto et praedicatis contrariis. Quod si neque illic, idest in anima, opinatio contrarii praedicati, contrarietatem inter mentales enunciationes constituit, nec affirmatio vocalis affirmationi vocali contraria erit de contrario praedicato, sed magis affirmationi contraria erit negatio eiusdem praedicati.

• Ed.c:*singula.*

6. Dependet ergo mota quaestio ex ista alia sicut effectus ex causa. Propterea et concludendo addit secundum, quod scilicet de hac quaestione prius tractandum est, ut ex causa cognita effectus innotescat dicens: *Quare considerandum est, opinio vera cui opinioni falsae contraria est: utrum negationi falsae ait certe ei affirmationi falsae, quae contrarium esse opinatur.* Et ut exemplariter proponatur, dico hoc modo: Sunt tres opiniones de bono, puta vita: quaedam enim est ipsius boni opinio vera, quoniam bonum est, puta, quod vita sit bona; alia vero falsa negativa, scilicet, quoniam bonum non est, puta, quod vita non sit bona; alia item falsa affirmativa contrarii, scilicet, quoniam malum est, puta, quod vita sit mala. Quaeritur ergo quae harum falsarum contraria est verae?

7. Quod autem subdidit: *Et si est una, secundum quam contraria est,* tripliciter legi potest. Primo, dubitative, ut sit pars quaestionis; et tunc est sensus: quaeritur quae harum falsarum contraria est verae: et simul quaeritur, si est tantum una harum falsarum secundum quam fiat contraria ipsi verae: quia cum unum uni sit contrarium, ut dicitur in X *Metaphysicae,* quaerendo quae harum sit contraria, quaeremus etiam an una earum sit contraria. - Alio modo, potest legi adversative, ut sit sensus: quae-

ritur quae harum sit contraria; quamquam sciamus quod non utraque sed una earum est secundum quam fit contrarictas. - Tertio modo, potest legi dividendo hanc particulam, *Et si est una,* ab illa sequenti, *secundum quam contraria est;* et tunc prima pars expressive, secunda vero dubitative legitur; et est sensus: quaeritur quae harum falsarum contraria est verae, non solum si istae duae falsae inter se differunt in consequendo, sed etiam si utraque est una, idest alteri indivisibiliter unita, quaeritur secundum quam fit contrarictas. Et hoc modo exponit Boethius, dicens quod Aristoteles apposuit haec verba propter contraria immediata, in quibus non differt contrarium a privativo. Inter contraria enim mediata et immediata haec est differentia, quod immediatis a privativo contrarium non infertur. Non enim valet, *corpus colorabile est non album, ergo est nigrum:* potest enim esse rubrum. In immediatis autem valet; verbi gratia: *animal est non sanum, ergo infirmum; numerus est non par, ergo impar.* Voluit ergo Aristoteles exprimere quod nunc, cum quaerimus quae harum falsarum, scilicet negativae et affirmativae contrarii, sit contraria affirmativae verae, quaerimus universaliter sive illae duae falsae indivisibiliter se sequantur, sive non.

Boethius.

8. Deinde cum dicit: *Nam arbitrari,* prosequitur hanc secundam quaestionem. Et circa hoc quatuor facit. Primo, declarat quod contrarictas opinionum non attenditur penes contrarietatem materiae, circa quam versantur, sed potius penes oppositionem veri vel falsi; secundo, declarat quod non penes quaecunque opposita secundum veritatem et falsitatem est contrarictas opinionum; ibi: *Si ergo boni* etc.; tertio, determinat quod contrarictas opinionum attenditur penes per se primo opposita secundum veritatem et falsitatem tribus rationibus; ibi: *Sed in quibus primo fallacia* etc.; quarto, declarat hanc determinationem inveniri in omnibus veram; ibi: *Manifestum est igitur* etc.

Dicit ergo proponens intentam conclusionem, quod falsum est arbitrari opiniones definiri seu determinari debere contrarias ex eo quod contrariorum obiectorum sunt. Et adducit ad hoc duplicem rationem. Prima est: opiniones contrariae non sunt eadem opinio; sed contrariorum eadem est fortasse opinio; ergo opiniones non sunt contrariae ex hoc quod contrariorum sunt. - Secunda est: opiniones contrariae non sunt simul verae; sed opiniones contrariorum, sive plures, sive una, sunt simul verae quandoque; ergo opiniones non sunt contrariae ex hoc quod contrariorum sunt. - Harum rationum, suppositis maioribus, ponit utriusque minoris declarationem simul, dicens: *Boni enim, quoniam bonum est, et mali, quoniam malum est, eadem fortasse opinio est,* quoad primam. Et subdit esse *vera,* sive plures sive una sit, quoad secundam. Utitur autem dubitativo adverbio et disiunctione, quia non est determinandi locus an contrariorum eadem sit'opinio, et quia aliquo modo est eadem et aliquo modo non. Si enim loquamur de habituali opinione, sic eadem est; si autem de actuali, sic non eadem est. Alia siquidem mentalis compositio actualiter fit, concipiendo bonum esse bonum, et alia concipiendo malum esse malum, licet eodem habitu utrunque cognoscamus, illud per se primo, et hoc secundario, ut dicitur IX *Metaphysicae.*- Deinde subdit quod ista quae ad declarationem minorum sumpta sunt, scilicet bonum et malum, contraria sunt etiam contrarictate sumpta stricte in moralibus, ac per hoc congrua usi sumus declaratione. Ultimo inducit conclusionem. Sed non in eo quod contrariorum opiniones sunt, contrariae sunt, sed magis in eo quod contrariae, idest, sed potius censendae sunt opiniones contrariae ex eo quod contrarie adverbialiter, scilicet contrario modo, idest vere et false enunciant. Et sic patet primum.

9. *Si ergo boni* etc. Quia dixerat quod contrarictas opinionum accipitur secundum oppositionem veritatis et falsitatis earum, declarat modo quod non quaccunque secundum veritatem et falsitatem oppositae opiniones sunt contrariae, tali ratione. De bono, puta, de iustitia, quatuor possunt opiniones haberi, scilicet quod iustitia est bona, et quod non est bona, et quod est fugibilis, et quod est non appetibilis. Quarum prima est vera, reliquae sunt falsae. Inter quas haec est diversitas quod, prima negat idem praedicatum quod vera affirmabat; Jsecunda affirmat aliquid aliud quod bono non inest; tertia negat id quod bono inest, non tamen illud quod vera affirmabat. Tunc sic. Si omnes opiniones secundum veritatem et falsitatem sunt contrariae, tunc uni, scilicet verae opinioni non solum multa sunt contraria, sed etiam infinita: quod est impossibile, quia unum uni est contrarium. Tenet consequentia, quia possunt infinitae imaginari opiniones falsae de una re, similes ultimis falsis opinionibus adductis, affirmantes, scilicet ea quae non insunt illi, et negantes ea quae illi quocunque modo coniuncta sunt: utraque namque indeterminata esse et absque numero constat. Possumus* enim opinari quod iustitia est quantitas, quod est relatio, quod est hoc et illud; et similiter opinari quod iustitia non sit qualitas, non sit appetibilis, non sit habitus. Unde ex supradictis in propositione quaestionis, inferens pluralitatem falsarum contra unam veram, ait: *Si ergo est opinatio vera boni,* puta iustitiae, *quoniam est bonum;* et si est etiam falsa opinatio negans idem, scilicet, *quoniam non est quid bonum;* est vero et tertia opinatio falsa quoque, affirmans aliquid aliud inesse illi, quod non inest nec inesse potest, puta, quod iustitia sit fugibilis, quod sit illicita; et hinc intclligitur quarta falsa quoque, quae scilicet negat aliquid aliud ab eo quod vera opinio affirmat inesse iustitiae, quod tamen inest, ut puta quod non sit qualitas, quod non sit virtus; si ita inquam est, nulla aliarum falsarum ponenda est contraria opinioni verae. Et exponens quid demonstret per ly *aliarum,* subdit: *Neque quaecumque opinio opinatur esse quod non est,* ut tertii ordinis opiniones faciunt: *neque quaecunque opinio opinatur non esse quod est,* ut quarti ordinis opiniones significant. Et causam subdit: *Infinitae enim utraeque sunt, et quae esse opinantur quod non est, et quae non esse quod est,* ut supra declaratum fuit. Non ergo quaecunque opiniones oppositae secundum veritatem et falsitatem contrariae sunt. Et sic patet secundum.

· Ed. *c* et 1557.· F°ssum·

LECTIO DECIMAQUARTA

(Card. Caietani lect. xn)

ILLA VERI FALSIQUE OPPOSITIO, QUAE OPINIONUM CONTRARIETATEM CONSTITUIT, EST OPPOSITIO SECUNDUM AFFIRMATIONEM ET NEGATIONEM EIUSDEM DE EODEM.

ἀλλ' ἐν ὁσαι εστίν ἡ απάτη. Αὐται δε εἰσιν ἐξ ὠν αἱ γενέσει · εκ των αντικειμένων δέ αἱ γενέσει , ὡστε και αἱ ἀπάται.

Εἰ οὐν τό αγαθόν καί αγαθόν καί οὐ κακόν έστι, καί τό μέν καθ' εαυτό, τό δέ κατά συμβεηκύ (συμβέβηκε γαρ αὐτω οὐ κακώ εἰναι), μάλλον δέ έκαστου άληθη ἡ καθ' εαυτό, καί ψευδή , εϊπερ καί άληθη . Ἡ μέν οὐν οτι οὐκ αγαθόν τό αγαθόν τοῦ καθ' εαυτό ὑπάρχοντο , ψευδή , ἡ δέ τοῦ ὁτι κακόν τοῦ κατά συμβεηκύ . "Ωστε μάλλον ἀν εἰη ψευδή τοῦ ἀγαθοῦ ἡ τη ἀποφάσεω , η ἡ τοῦ εναντίου δόξα. Διέψευσται δέ μάλιστα περί έκαστον ὁ την εναντίαν έχων δόξαν τα γάρ έναντία των πλειστον διαφερόντων περί το αυτό. Εἰ οὐν εναντία μέν τούτων ἡ έτέοα, έναντιωτε'ρα ὀέ ἡ τη ἀποφάσεω , δηλον ὁτι αὕτη αν εἰη εναντία. Ἡ δέ τοῦ ὁτι κακόν τό αγαθόν συμπεπλεγμένη έστί· καί γαρ ὁτι οὐκ αγαθόν ανάγκη ίσω ὑπολαμβάνειν τόν αὐτόν.

"Ετι δέ, εἰ καί έπί των ἀλλων ομοίω δεῖ έχειν , καί ταύτη αν δόξειε καλώ είρησται· η γάρ πανταχοῦ τό τη ἀποφάσεω η οὐδαμοῦ. "Οσοι δέ μη έστιν εναντία,, περί τούτων έστι μέν ψευδή ἡ τη άληθει ἀντικειμένη, οἱον ὁ τόν ἀνθρωπον οὐκ ἀνθρωπον οἰόμενο διέψευσται. Εἰ οὐν αὐται έναντίαι, καί αἱ αλλαι αἱ τη ἀποφάσεω .

Ετι ομοίω έχει ἡ τοῦ ἀγαθοῦ ὁτι αγαθόν καί η τοῦ !-(r' ἀγαθοῦ ὁτι οὐκ ἀγαθόν, καί προ' ταύται η τοῦ αγαθοῦ ὁτι οὐκ ἀγαθόν, καί ἡ τοῦ μη' ἀγαθοῦ ὁ'τι αγαθόν. ^Τη οὐν τοῦ μη ἀγαθοῦ ὁτι οὐκ ἀγαθόν αληθξῖ ουση δόξη τί αν εἰη ἡ εναντία; οὐ γαρ δη η' °τι κ,ακόν· ἁμα γάρ ἀν ποτέ εἰη ἀληθη , ουδέποτε δέ ἀληθη ἀληθει εναντία. "Εστι γάρ τι ^ξζάγαθόν κ/κο\ ὡστε ἐνδέχεται ἁμα ἀληθει εἰναι, θυδ αύ ἡ ὁτι οὐ κακόν ἀληθη γάρ καί αϋτη· ἀαα γ,αρ καί ταυτα αν εἰη. Αεἰπεται οὐν τη τοῦ μη αγαθοὐ ὁτι οὐκ ἀγαθόν έναντία ἡ τοῦ μά ἀγαθοῦ ὁτι. ἀγαθόν ψευδή γάρ αὐτη. "Ωστε καί η τοῦ ἀγαθοῦ ὁτι ουκ ἀγαθόν τη τοῦ ἀγαθοῦ ὁτι ἀγαθόν.

‹ ανερόν δέ οτι οὐδέν διοίσει οὐδ' ἀν καθόλου τιθώμεν την κχτάφασιν·^ἡ γάρ καθόλου ἀποφασι έναντία ξσται, οἱον τη δόξη τη δοξαζούση, οτι παν δ ἀν η λ ▀ =*= αγαθόν έστιν, ἡ ὁτι οὐδέν τών αγαθών ἀγα-,07' Η γάρ τοῦ ἀγαθοῦ ὁτι ἀγαθόν, εἰ καθόλου το' αγαθόν, ἡ αυτή έστι τη ὁτι δ ἀν η ἀγαθόν δοξαζούση οτι ^αγαθόν· τούτο δέ οὐδέν διαφέρει τοῦ ὁτι παν δ η ἀγαθόν ἀγαθόν έστι. 'Ομοίω δέ καί έπί τοῦ μη αγαθοὐ Γ'

βττε ειπε^ 6πι δόξη ούτω έχει, εἰσί δέ αἱ έν τη φωνή ζφα^ι ζαΐ αποφάσει συιζ,βολα τών έν τη ψυνη γ ον ὁτι καί^καταφάσει έναντία μέν ἀπόὁασι ἀ π»ρ. τοῦ αὐ.τοῦ καθόλου, οἱον, τη οτι παν ἀγαθόν η, ὁτι πα ἀνθρωπο αγαθό , ἡ ὁτι οὐθέν Ζ ουόει , αντιφατικώ δέ ὁτι η οὐ παν η οὐ πα .

* Sed in quibuscunque fallacia est. Hae autem sunt ex his ex quibus sunt generationes: ex oppositis vero generationes sunt: quare etiam fallacia. * Seq. c.xiv.

Si ergo quod bonum est, et bonum, et non malum est; et hoc quidem secundum se, illud vero secundum accidens (accidit enim ei non malum esse); magis autem in unoquoque vera est, quae secundum se est etiam falsa, siquidem et vera. Ergo ea quae est, quoniam non est bonum quod bonum est, eius, quae secundum se falsa est; illa vero quae est, quoniam malum est, eius, quae est secundum accidens. Quare magis erit falsa de bono ea, quae est negationis opinio, quam ea, quae est contrarii. Falsus autem est maxime circa singula, qui habet contrariam opinionem: contraria enim sunt eorum, quae plurimum circa idem differunt. Si igitur harum contraria est altera, magis vero negationis est contraria; manifestum est quoniam haec erit contraria. Illa vero quae est, quoniam malum est, quod bonum est, implicita est. Etenim quoniam non bonum est, necesse est forte idem ipsum opinari.

Amplius si etiam in aliis similiter oportet ,se habere, et hoc modo videbitur bene esse dictum. Aut enim ubique ea, quae est contradictionis, aut nusquam. Quibus vero non est contrarium , de his quidem est falsa ea, quae est verae opposita ; ut qui hominem non putat esse hominem, falsus est. Si ergo hae contrariae sunt, etiam aliae quae sunt contradictiones.

Amplius similiter se habet opinio boni, quoniam bonum est, et non boni, quoniam non bonum est. Et praeter has boni, quoniam non bonum est, et non boni quoniam bonum est. Illi ergo quae est, non boni quoniam non bonum est; verae opinationi quaenam est contraria? non enim ea, quae dicit quoniam malum est: simul enim aliquando verae erunt. Nunquam autem vera verae est contraria: est enim quidquam non bonum malum. Quare contingit simul esse veras. At vero nec illa, quae est, quod non malum: vera enim et,haec: simul enim et haec erunt. Relinquitur ergo, ei, quae est non bonum, quoniam non bonum est, contraria ea, quae est, non boni, quoniam bonum est. Falsa enim haec. Quare et ea, quae est boni, quoniam non bonum est, ei, quae est boni, quoniam est bonum.

Manifestum est autem quoniam nihil interest nec si universaliter ponamus affirmationem. Universalis enim negatio contraria erit; ut opinioni, quae opinatur, quoniam omne. qnod est bonum, bonum est, ea quae est, quoniam nihil hornm quae bona sunt, bonum est. Nam ea quae est boni quoniam bonum est, si universaliter sit bonum, eadem est ei quae opinatur, quod quidquid bonum est, quoniam bonum est. Hoc autem nihil differt ab eo quod est, quod omne quod est bonum, bonum est. Similiter autem et in non bono.

Quare si in opinione sic se habet; sunt autem hae quae sunt in voce affirmationes et negationes notae eorum quae sunt in anima; manifestum est quoniam affirmationi contraria quidem negatio est, quae de eodem universaliter; ut ei, quae est, quoniam omne bonum bonum est, vel quoniam omnis homo bonus, ea quae est, quoniam nullum vel nullus: contradictorie autem quae est, quod non omne aut non omnis.

Φανερόν δε ί'τι καί άληΟη άληθεϊ οΰκ ένδε'χεται εναντίαν είναι ούτε δόξαν ούτε άπόφασιν. 'Εναντίαι μέν γάρ αί περί τα αντικείμενα ττερί ταΰτα δέ ένδε'χεται άληθεύειν τόν αυτόν άμα δε ούκ ενδέχεται τα εναντία ύπάρχειντω αυτω.

Manifestum est autem, quoniam et veram verae non contingit esse contrariam, nec opinionem nec contradictionem. Contrariae enim, quae circa opposita sunt; circa eadem autem contingit verum dicere eumdem; simul autem non contingit eidem inesse contraria.

i. fX^j^^juia suktili indagatione ostendit quod nec ma-
Λ teriae contrarieras, nec veri falsique qualis-
v V^ri^/cunque oppositio contrarietatem opinionum constituit, sed quod aliqua veri falsique oppositio id facit, ideo nunc determinare intendit qualis sit illa veri falsique oppositio, quae opinionum contrarietatem constituit. Ex hoc enim directe quaestioni satisfit. Et intendit quod sola oppositio opinionum secundum affirmationem et negationem eiusdem de eodem etc. constituit contrarietatem earum. Unde intendit probare istam conclusionem per quam ad quaesitum respondet: Opiniones oppositae secundum affirmationem et negationem eiusdem de eodem sunt contrariae; et consequenter illae, quae sunt oppositae secundum affirmationem contrariorum praedicatorum de eodem, non sunt contrariae, quia sic affirmativa vera haberet duas contrarias, quod est impossibile. Unum enim uni est contrarium.

2. Probat autem istam conclusionem tribus rationibus. - Prima est: opiniones in quibus primo est fallacia sunt contrariae; opiniones oppositae secundum affirmationem et negationem eiusdem de eodem sunt in quibus primo est fallacia ; ergo opiniones oppositae secundum affirmationem et negationem eiusdem de eodem sunt contrariae.-Sensus maioris est: opiniones quae primo ordine naturae sunt termini fallaciae, idest deceptionis seu erroris, sunt contrariae: sunt enim, cum quis fallitur seu errat, duo termini, scilicet a quo declinat, et ad quem labitur.- Huius rationis in littera primo ponitur maior, cum dicitur: *Sed in quibus primo fallacia est;* adversative enim continuans sermonem supra dictis, insinuavit non tot enumeratas opiniones esse contrarias, sed eas in quibus primo fallacia est modo exposito. Deinde subdit probationem minoris talem: eadem proportionaliter sunt, ex quibus sunt generationes et ex quibus sunt fallaciae; sed generationes sunt ex oppositis secundum affirmationem et negationem; ergo et fallaciae sunt ex oppositis secundum affirmationem ct negationem. Quod erat assumptum in minore. Unde ponens maiorem huius prosyllogismi, ait: *Haec autem,* scilicet fallacia, *est ex his,* scilicet terminis, proportionaliter tamen, *ex quibus sunt et generationes.* Et subsumit minorem: *Ex oppositis vero,* scilicet secundum affirmationem et negationem, et generationes fiunt. Et demum concludit: *Quare etiam fallacia,* scilicet, est ex oppositis secundum affirmationem et negationem eiusdem de eodem.

3. Ad evidentiam huius probationis scito quod idem faciunt in processu intellectus cognitio et fallacia seu error, quod in processu naturae generatio et corruptio. Sicut namque perfectiones naturales generationibus acquiruntur, corruptionibus desinunt; ita cognitione perfectiones intellectuales acquiruntur, erroribus autem seu deceptionibus amittuntur. Et ideo, sicut tam generatio quam corruptio est inter affirmationem ct negationem, ut proprios terminos, ut dicitur V *Physic.;* ita tam cognoscere aliquid, quam falli circa illud, est inter affirmationem et negationem, ut proprios terminos; ita quod id ad quod primo attingit cognoscens aliquid in secunda operatione intellectus est veritatis affirmatio, et quod per se primo abiicitur est illius negatio. Et similiter quod per se primo perdit qui fallitur est veritatis affirmatio, ct quod primo incurrit est veritatis negatio. Recte ergo dixit quod iidem sunt termini inter quos primo est generatio, et illi inter quos est primo fallacia, quia utrobique termini sunt affirmatio et negatio.

4. Deinde cum dicit: *Si ergo quod bonum est* etc., intendit probare maiorem principalis rationis. Et quia iam declaravit quod ea, in quibus primo est fallacia, sunt affirmatio et negatio, ideo utitur, loco maioris probandae, scilicet, opiniones in quibus primo est fallacia, sunt contrariae, sua conclusione, scilicet, opiniones oppositae secundum affirmationem et negationem eiusdem sunt contrariae. Aequivalere enim iam declaratum est. Fecit autem hoc consuetae brevitati studens, quoniam sic procedendo, et probat maiorem, et respondet directe quaestioni, et applicat ad propositum simul. Probat ergo loco maioris conclusionem principaliter intentam quaestionis, hanc, scilicet : Opiniones oppositae secundum affirmationem et negationem eiusdem sunt contrariae; et non illae, quae sunt oppositae secundum contrariorum affirmationem de eodem. Et intendit talem rationem. Opinio vera et eius magis falsa sunt contrariae opiniones; oppositae secundum affirmationem et negationem sunt vera et eius magis falsa; ergo opiniones oppositae secundum affirmationem et negationem sunt contrariae. Maior probatur ex eo quod, quae plurimum distant circa idem sunt contraria; vera autem et eius magis falsa plurimum distant circa idem, ut patet. Minor vero probatur ex eo quod opposita secundum negationem eiusdem de eodem est per se falsa respectu suae affirmationis verae. Opinio autem per se falsa magis falsa est quacunque alia. Unumquodque enim quod est per se tale, magis tale est quolibet quod est per aliud tale.

5. Unde ad suprapositas opiniones in propositione quaestionis rediens, ut ex illis exemplariter clarius intentum ostendat, a probatione minoris inchoat tali modo. Sint quatuor opiniones, duae veraé, scilicet, bonum est bonum, bonum non est malum, et duae falsae, scilicet, bonum non est bonum, et, bonum est malum. Clarum est autem quod prima vera est ratione sui, secunda autem est vera secundum accidens, idest, ratione alterius, quia scilicet non esse malum est coniunctum ipsi bono: ideo enim ista est vera, bonum non est malum, quia bonum est bonum, et non c contra ; ergo prima quae est secundum se vera, est magis vera quam secunda : quia in unoquoque genere quae secundum se est vera est magis vera. Illae autem duae falsae eodem modo censendae sunt, quod scilicet magis falsa est, quae secundum se est falsa. Unde quia prima carum, scilicet, bonum non est bonum, quae est negativa, est per se et non ratione alterius falsa, relata ad illam affirmativam, bonum est bonum; et secunda, scilicet, bonum est malum, quae est affirmativa contrarii, ad eamdem relata est falsa per accidens, idest ratione alterius (ista enim, scilicet, bonum est malum, non immediate falsificatur ab illa vera, scilicet bonum est bonum, sed mediante illa alia falsa, scilicet, bonum non est bonum); idcirco magis falsa respectu affirmationis verae est negatio eiusdem quam affirmatio contrarii. Quod erat assumptum in minore.

6. Unde rediens ad supra positas (ut dictum est) opiniones, infert primas duas veras opiniones dicens: *Si ergo quod bonum est et bonum est et non est malum;* et hoc quidem, scilicet quod dicit prima opinio, est verum secundum se, idest ratione sui; illud vero, scilicet quod dicit

secunda opinio, est verum secundum accidens, quia accidit, idest, coniunctum est ei, scilicet bono, malum non esse. In unoquoque autem ordine magis vera est illa quae secundum se est vera. Etiam igitur falsa magis est quae secundum se falsa est: siquidem et vera huius est naturae, ut declaratum est, quod scilicet magis vera est, quae secundum se est vera. Ergo illarum duarum opinionum falsarum in quaestione propositarum, scilicet, bonum non est bonum, et, bonum est malum, ea quae est dicens, quoniam non est bonum quod bonum est, idest negativa, scilicet, bonum non est bonum, est consistens falsa secundum se, idest, ratione sui continet in seipsa falsitatem; illa vero reliqua falsa opinio, quae est dicens, quoniam malum est, idest, affirmativa contraria, scilicet, bonum est malum, eius, quae est, idest, illius affirmationis dicentis, bonum est bonum, secundum accidens, idest, ratione alterius falsa est.

Deinde subdit ipsam minorem: *Quare erit magis falsa de bono, opinio negationis, quam contrarii.* Deinde ponit maiorem dicens quod, *semper magis falsus circa singula est ille qui habet contrariam opinionem,* ac si dixisset, verae opinioni magis falsa est contraria. Quod assumptum erat in maiore. Et eius probationem subdit, quia *contrarium est de numero eorum quae circa idem plurimum dijferunt.* Nihil enim plus differt a vera opinione quam magis falsa circa illam *.

* Ed. *e* ct 1557 : *idem.*

7. Ultimo directe applicat ad quaestionem dicens: *Quod si* (pro, *quia) harum* falsarum, scilicet, negationi eiusdem et affirmationis contrarii, altera est contraria verae affirmationi, opinio vero contradictionis, idest, negationis eiusdem de eodem, magis est contraria secundum falsitatem, idest, magis est falsa, manifestum est quoniam haec, scilicet opinio falsa negationis, erit contraria affirmationi verae, ct e contra. Illa vero opinio quae est dicens, quoniam malum est quod bonum est, idest, affirmatio contrarii, non contraria sed implicita est, idest, sed implicans in se verae contrariam, scilicet, bonum non est bonum. Etenim necesse est ipsum opinantem affirmationem contrarii opinari, quoniam idem de quo affirmat contrarium non est bonum. Oportet siquidem si quis opinatur quod vita est mala, quod opinetur quod vita non sit bona. Hoc enim necessario sequitur ad illud, et non ç converso; et ideo affirmatio contrarii implicita dicitur. Negatio autem eiusdem de eodem implicita non est.-Et sic finitur prima ratio.

. 8. Notandum est hic primo quod ista regula generalis tradita hic ab Aristotele de contrarietate opinionum, quod scilicet contrariae opiniones sunt quae opponuntur secundum affirmationem et negationem eiusdem de eodem, et in se et in assumptis ad eius probationem propositionibus scrupulosa est. Unde multa hic insurgunt dubia.- Primum est quia cum oppositio secundum affirmationem et negationem non constituat contrarietatem sed contradictionem apud omnes philosophos, quomodo Aristoteles opiniones oppositas secundum affirmationem et negationem ex hoc contrarias ponat. Augetur et dubitatio quia dixit quod ea in quibus primo est fallacia sunt contraria, et tamen subdit quod sunt oppositae sicut termini generationis, quos constat contradictorie opponi. Nec dubitatione caret quomodo sit verum id quod supra diximus ex intentione s. Thomae, quod nullae duae opiniones opponantur contradictorie, cum hic expresse dicitur aliquas opponi secundum affirmationem et negationem.

S. Thomas.

Dubium secundo insurgit circa id quod assumpsit, quod contraria cuiusque verae est per se falsa. Hoc enim non videtur verum. Nam contraria istius verae, *Socrates est albus,* est ista, *Socrates non est albus,* secundum determinata ; et tamen non est per se falsa. Sicut namque sua opposita affirmatio est per accidens vera, ita ista est per accidens falsa. Accidit enim isti enunciation! falsitas. Potest enim mutari in veram, quia est in materia contingenti.

Dubium est tertio circa id quod dixit: *Magis vero contradictionis est contraria.* Ex hoc enim videtur velle quod utraque, scilicet, opinio negationis et contrarii, sit contraria verae affirmationi; et consequenter vel uni duo ponit contraria, vel non loquitur de contrarietate proprie sumpta: cuius oppositum supra ostendimus.

9. Ad evidentiam omnium, quae primo loco adducuntur, sciendum quod opiniones seu conceptiones intellectuales, in secunda operatione de quibus loquimur, possunt tripliciter accipi: uno modo, secundum id quod sunt absolute; alio modo, secundum ea quae repraesentant absolute; tertio, secundum ea quae repraesentant, ut sunt in ipsis opinionibus. Primo membro omisso, quia non est praesentis speculationis, scito quod si accipiantur secundo modo secundum repraesentata, sic invenitur inter eas et contradictionis, et privationis, et contrarietatis oppositio. Ista siquidem mentalis enunciatio, *Socrates est videns,* secundum id quod repraesentat opponitur illi, *Socrates non est videns,* contradictorie; privative autem illi, *Socrates est caecus;* contrarie autem illi, *Socrates est luscus ;* si accipiantur secundum repraesentata. Ut enim dicitur in *Postpraedicamentis,* non solum caecitas est privatio visus, sed etiam caecum esse est privatio huius quod est esse videntem, et sic de aliis. - Si .vero accipiantur opiniones tertio modo, scilicet, prout repraesentata per eas sunt in ipsis, sic nulla oppositio inter eas invenitur nisi contrarieras: quoniam sive opposita contradictorie sive privative sive contrarie repraesententur, ut sunt in opinionibus, illius tantum oppositionis capaces sunt, quae inter duo entia realia inveniri potest. Opiniones namque realia entia sunt. Regulare enim est quod quidquid convenit alicui secundum esse quod habet in alio, secundum modum et naturam illius in quo est sibi convenit, et non secundum quod exigeret natura propria.Inter entia autem realia contrarieras sola formaliter reperitur. Taceo nunc de oppositione relativa. Opiniones ergo hoc modo sumptae, si oppositae sunt, contrarietatem sapiunt, sed non omnes proprie contrariae sunt, sed illae quae plurimum differunt circa idem veritate et falsitate. Has autem probavit Aristoteles esse opiniones affirmationis et negationis eiusdem de eodem. Istae igitur verae contrariae sunt. Reliquae vero per reductionem ad has contrariae dicuntur.

10. Ex his patet quid ad obiecta dicendum sit. Fatemur enim quod affirmatio et negatio in seipsis contradictionem constituunt; in opinionibus vero existentes contrarietatem inter illas causant propter extremam distantiam, quam ponunt inter entia realia, opinionem scilicet veram et opinionem falsam circa idem. Stantque ista duo simul quod ea, in quibus primo est fallacia, sint opposita ut termini generationis, et tamen sint contraria utendo supradicta distinctione: sunt enim opposita contradictorie ut termini generationis secundum repraesentata ; sunt autem contraria, secundum quod habent in seipsis illa contradictoria. Unde plurimum differunt. - Liquet quoque ex hoc quod nulla est dissentio inter dicta Aristotelis et s. Thomae, quia opiniones aliquas opponi secundum affirmationem et negationem verum esse confitemur, si ad repraesentata nos convertimus, ut hic dicitur.

s. Thomas,

n. Tu autem qui perspicacioris ac provectioris ingenii es compos, hinc habeto quod inter ipsas opiniones oppositas quidam tantum motus est, eo quod de affirmato in affirmatum mutatio fit: inter ipsas vero secundum repraesentata, similitudo quaedam generationis et corruptionis invenitur, dum inter affirmationem ct negationem mutatio clauditur. Unde et fallacia sive error quandoque

et motus ct mutationis rationem habet diversa respiciendo, quando scilicet ex vera in per se falsam, vel e converso, quis mutat opinionem; quandoque autem solam mutationem imitatur, quando scilicet absque praeopinata veritate ipsam falsam offendit quis opinionem; quandoque vero motus undique rationem possidet, quando scilicet ex vera affirmatione in falsam circa idem contrarii affirmationem transit. Quia tamen prima ut quis fallatur radix est oppositio affirmationis et negationis, merito ea in quibus primo est fallacia, sicut generationis terminos opponi dixit.

12. Ad dubium secundo loco adductum dico quod peccatur ibi secundum aequivocationem illius termini *per se falsa,* seu *per se vera.* Opinio enim et similiter enunciatio potest dici dupliciter per se vera seu falsa. Uno modo, in seipsa, sicut sunt omnes verae secundum illos modos perseitatis qui enumerantur I *Posteriorum,* et similiter falsae secundum illosmet modos, ut, *homo noti est animal.* Et hoc modo non accipitur in hac regula de contrarietate opinionum et enunciationum opinio per se vera aut falsa, ut efficaciter obiectio adducta concludit. Si enim ad contrarietatem opinionum hoc exigeretur non possent esse opiniones contrariae in materia contingenti: quod est falsissimum. Alio modo potest dici opinio sive enunciatio per se vera aut falsa respectu suae oppositae. Per se vera quidem respectu suae falsae, et per se falsa respectu suae verae. Et tunc nihil aliud est dicere, est per se vera respectu illius, nisi quod ratione sui et non alterius verificatur ex falsitate illius. Et similiter cum dicitur, est per se falsa respectu illius, intenditur quod ratione sui et non alterius falsificatur ex illius veritate. Verbi gratia; istius verae, *Socrates currit,* non est per se falsa, *Socrates sedet,* quia falsitas eius non immediate sequitur ex illa, sed mediante ista alia falsa, *Socrates non currit,* quae est per se illius falsa, quia ratione sui et non per aliquod medium ex illius veritate falsificatur, ut patet. Et similiter istius falsae, *Socrates est quadrupes,* non est per se vera ista, *Socrates est bipes,* quia non per seipsam veritas istius illam falsificat, sed mediante ista, *Socrates non est quadrupes,* quae est per se vera respectu illius: propter seipsam enim falsitate istius verificatur, ut de se patet. Et hoc secundo modo utimur istis terminis tradentes regulam de contrarietate opinionum et enunciationum. Invenitur siquidem sic universaliter vera in omni materia regula dicens quod, vera et eius per se falsa, et falsa et eius per se vera, sunt contrariae. Unde patet responsio ad obicctionem, quia procedit accipiendo ly *per se vera,* et *per se falsa* primo modo.

13. Ad ultimum dubium dicitur quod, quia inter opiniones ad se invicem pertinentes nulla alia est oppositio nisi contrarieras, coactus fuit Aristoteles (volens terminis specialibus uti) dicere quod una est magis contraria quam altera, insinuans quidem quod utraque contrarietatis oppositionem habet respectu illius verae. Determinat tamen immediate quod tantum una earum, scilicet negationis opinio, contraria est affirmationi verae. Subdit enim: *Manifestum est quoniam haec contraria erit.* Duo ergo dixit, et quod utraque, tam scilicet negatio eiusdem quam affirmatio contrarii, contrariatur affirmationi verae, et quod una tantum earum, negatio scilicet, est contraria. Et utrunque est verum. Illud quidem, quia, ut dictum est, ambae contrarietates oppositione contra affirmationem moliuntur; sed difformiter, quia opinio negationis primo et per se contrariatur, affirmationis vero contrarii opinio secundario et per accidens, idest per aliud, ratione scilicet negativae opinionis, ut declaratum est: sicut etiam in naturalibus albo contrariantur et nigrum et rubrum, sed illud primo, hoc reductive, ut reducitur scilicet ad nigrum illud inducendo, ut dicitur V *Physicor.* Secundum autem dictum simpliciter verum est, quoniam simpliciter contraria non sunt nisi extrema unius latitudinis, quae maxime distant; extrema autem unius distantiae non sunt nisi duo. Et ideo cum inter pertinentes ad se invicem opiniones unum extremum teneat affirmatio vera, reliquum uni tantum falsae dandum est, illi scilicet quae maxime a vera distat. Hanc autem negativam opinionem esse probatum est. Haec igitur una tantum contraria est illi, simpliciter loquendo. Caeterae enim oppositae ratione istius contrariantur, ut de mediis dictum est. Non ergo uni plura contraria posuit, nec de contrarietate large loquutus est, ut obiiciendo dicebatur.

14. Deinde cum dicit: *Amplius si etiam* etc., probat idem, scilicet quod affirmationi contraria est negatio eiusdem, et non affirmatio contrarii secunda ratione, dicens: Si in aliis materiis oportet opiniones se habere similiter, idest, eodem modo, ita quod contrariae in aliis materiis sunt affirmatio et negatio eiusdem ; et hoc, scilicet quod diximus de boni et mali opinionibus, videtur esse bene dictum, quod scilicet contraria affirmationi boni non est affirmatio mali, sed negatio boni. Et probat hanc consequentiam subdens: *Aut enim ubique,* idest, in omni materia, ea quae est contradictionis altera pars censenda est contraria suae affirmationi, aut nusquarh, idest, aut in nulla materia. Si enim est una ars generalis accipiendi contrariam opinionem, oportet quod ubique et in omni materia uno et eodem modo accipiatur contraria opinio. Et consequenter, si in aliqua materia negatio eiusdem de eodem affirmationi est contraria, in omni materia negatio eiusdem de eodem contraria erit affirmationi. Deinde intendens concludere a positione antecedentis, affirmat antecedens ex sua causa, dicens quod illae materiae quibus non inest contrarium, ut substantia et quantitas, quibus, ut in *Praedicamentis* dicitur, nihil est contrarium. De his quidem est per se falsa ea, quae est opinioni verae opposita contradictorie, ut qui putat hominem, puta Socratem non esse hominem, per se falsus est respectu putantis, Socratem esse hominem. Deinde affirmando ipsum antecedens formaliter, directe concludit intentum a positione antecedentis ad positionem consequentis dicens: *Si ergo hae,* scilicet, affirmatio et negatio in materia carente contrario, sunt contrariae, et omnes aliae contradictiones contrariae censendae sunt.

15. Deinde cum dicit: *Amplius similiter* etc., probat idem tertia ratione, quae talis est : Sic se habent istae duae opiniones de bono, scilicet, bonum est bonum, et, bonum non est bonum, sicut se habent istae duae de non bono, scilicet, non bonum non est bonum, et, non bonum est bonum. Utrobique enim salvatur oppositio contradictionis. Et primae utriusque combinationis sunt verae, secundae autem falsae. Unde proponens hanc maiorem quoad primas veras utriusque combinationis ait: *Similiter se habet opinio boni, quoniam bonum est, et non boni quoniam non est bonum.* Et subdit quoad secundas utriusque falsas : *Et stiper has* opinio *boni quoniam non est bonum, et non boni quoniam .est bonum.* Haec est maior. Sed illi verae opinioni de non bono, scilicet, non bonum non est bonum, contraria non est, non bonum est malum, nec bonum non est malum, quae sunt de praedicato contrario, sed illa, non bonum est bonum, quae est eius contradictoria; ergo et illi verae opinioni de bono, scilicet, bonum est bonum, contraria erit sua contradictoria, scilicet, bonum non est bonum, et non affirmatio contrarii, scilicet, bonum est malum. Unde subdit minorem supradictam dicens: *Illi ergo verae opinioni non boni, quae est* dicens *quoniam* scilicet *non bonum non est bonum, quae est contraria.* Non enim est sibi contraria ea opinio, quae dicit affirmativae praedicatum contrarium, scilicet, quod non bonum

est malum: quia istae duae aliquando erunt simul verae. Nunquam autem vera opinio verae contraria est. Quod autem istae duae aliquando simul sint verae, patet ex hoc quod quoddam non bonum malum est: iniustitia enim quoddam non bonum est, et malum. Quare contingeret contrarias esse simul veras: quod est impossibile. At vero nec supradictae verae opinioni contraria est illa opinio, quae est dicens praedicatum contrarium negativae, scilicet, non bonum non est malum, eadem ratione, quia simul et hae erunt verae. Chimaera enim est quoddam non bonum, de qua verum est simul dicere quod non est bona, et quod non est mala. Relinquitur ergo tertia pars minoris quod ei opinioni verae quae, est dicens quoniam non bonum non est bonum, contraria est ea opinio non boni, quae est dicens quod est bonum, quae est contradictoria illius. Deinde subdit conclusionem intentam: *Quare et ei opinioni boni, quae* dicit bonum est bonum, contraria est ea boni opinio, quae dicit quod bonum non est bonum, idest, sua contradictoria. Contradictiones ergo contrariae in omni materia censendae sunt.

16. Deinde cum dicit: *Manifestum est igitur* etc., declarat determinatam veritatem extendi ad cuiusque quantitatis opiniones. Et quia de indefinitis, et particularibus, et singularibus iam dictum est, eo quod idem evidenter apparet de eis in hac re iudicium (indefinitae enim et particulares nisi pro eisdem supponant sicut singulares, per modum affirmationis et negationis non opponuntur, quia simul verae sunt); ideo ad eas, quae universalis quantitatis sunt se transfert, dicens, manifestum esse quod nihil interest quoad propositam quaestionem, si universaliter ponamus affirmationes. Huic enim, scilicet, universali affirmationi, contraria est universalis negatio, et non universalis affirmatio de contrario; ut opinioni quae opinatur, quoniam omne bonum est bonum, contraria est, nihil horum, quae bona sunt, idest, nullum bonum est bonum. Et declarat hoc ex quid nominis universalis affirmativae, dicens: *Nam eius quae est boni, quoniam bonum est, si universaliter sit bonum:* idest, istius opinionis universalis, omne bonum est bonum, eadem est, idest, aequivalens, illa quae opinatur, quidquid est bonum est bonum; et consequenter sua negatio contraria est illa quam dixi, nihil horum quae bona sunt bonum est, idest, nullum bonum est bonum. Similiter autem se habet in non bono: quia affirmationi universali de non bono reddenda est negatio universalis eiusdem, sicut dc bono dictum est.

17. Deinde cum dicit: *Quare si in opinione sic se habet* etc., revertitur ad respondendum quaestioni primo motae *, terminata iam secunda, ex qua illa dependet. Et circa hoc duo facit: quia primo respondet quaestioni; secundo, declarat quoddam dictum in praecedenti solutione; ibi: *Manifestum est autem quoniam * etc.* Circa primum duo facit. Primo, directe respondet quaestioni, dicens: *Quare si in opinione sic se habet* contrarieras, ut dictum est; et affirmationes et negationes quae sunt in voce, notae sunt eorum, idest, affirmationum et negationum quae sunt in anima; *manifestum est quoniam affirmationi,* idest, enunciation! affirmativae, *contraria erit negatio circa idem,* idest, enunciatio negativa eiusdem de eodem, et non enunciatio affirmativa contrarii. Et sic patet responsio ad primam quaestionem, qua quaerebatur, an enunciation! affirmativae contraria sit sua negativa, an affirmativa contraria *. Responsum est enim quod negativa est contraria.

* Cf. lect. praeced. ŋ. I, 5 seqq.

* Num. 21.

* Cf. lect. praeced. n. 5, seqq.

Secundo, dividit negationem contrariam affirmationi, idest, negationem universalem et contradictoriam, dicens: *Universalis,* scilicet, negatio, affirmationi contraria est etc. Ut exemplariter dicatur, ei enunciation! universali affirmativae quae est, omne bonum est bonum, vel, omnis homo est bonus, contraria est universalis negativa, ea. scilicet, nullum bonum est bonum, vel, nullus homo est bonus: singula singulis referendo. Contradictoria autem negatio, contraria illi universali affirmationi est, aut, non omnis homo est bonus, aut, non omne bonum est bonum, singulis singula similiter referendo. - Et sic posuit utrunque divisionis membrum, et declaravit.

18. Sed est hic dubitatio non dissimulanda. Si enim affirmationi universali contraria est duplex negatio, universalis scilicet et contradictoria, vel uni duo sunt contraria, vel contrarietate large utitur Aristoteles: cuius oppositum supra declaravimus. - Augetur et dubitatio: quia in praecedenti textu dixit Aristoteles quod, nihil interest si universalem negationem faciamus ita contrariam universali affirmationi, sicut singularem singulari. Et ita declinari non potest quin affirmationi universali duae sint negationes contrariae, eo modo quo hic loquitur de contrarietate Aristoteles.

19. Ad huius evidentiam notandum est quod, aliud est loqui de contrarietate quae est inter negationem alicuius universalis affirmativae in ordine ad affirmationem contrarii de eodem, et aliud est loqui de illamet universali negativa in ordine ad negationem eiusdem affirmativae contradictoriam. Verbi gratia: sint quatuor enunciationes, quarum nunc meminimus, scilicet, universalis affirmativa, contradictoria, universalis negativa, et universalis affirmatio contrarii, sic dispositae in eadem linea recta: *Omnis homo est iustus, non omnis homo est iustus, omnis homo non est iustus, omnis homo est iniustus:* et intuere quod licet primae omnes reliquae aliquo modo contrarientur, magna tamen differentia est inter primae et cuiusque earum contrarietatem. Ultima enim, scilicet affirmatio contrarii, primae contrariatur ratione universalis negationis, quae ante ipsam sita est: quia non per se sed ratione illius falsa est,ut probavit Aristoteles, quia implicita est*. Tertia autem, idest universalis negatio, non per se sed ratione secundae, scilicet negationis contradictoriae, contrariatur primae eadem ratione, quia, scilicet, non est per se falsa illius affirmationis veritate, sed implicita: continet enim negationem contradictoriam, scilicet, *non omnis homo est iustus,* mediante qua falsificatur ab affirmationis veritate, quia simpliciter et prior est falsitas negationis contradictoriae falsitate negationis universalis: totum namque compositius et posterius est partibus. Est ergo inter has tres falsas ordo, ita quod affirmationi verae contradictoria negatio simpliciter sola est contraria, quia est simpliciter respectu illius per se falsa; affirmativa autem contrarii est per accidens contraria, quia est per accidens falsa; universalis vero negatio, tamquam medium sapiens utriusque extremi naturam, relata ad contrarii affirmationem est per se contraria ct per se falsa, relata autem ad negationem contradictoriam est per accidens falsa et contraria. Sicut rubrum ad nigrum est album, et ad album est nigrum, ut dicitur in V *Physicorum.* Aliud igitur est loqui de negatione universali in ordine ad affirmationem contrarii, et aliud in ordine ad negationem contradictoriam. Si enim primo modo loquamur, sic negatio universalis per se contraria et per se falsa est; si autem secundo modo, non est per se falsa, nec contraria affirmationi.

* Cf. supra n. 4r seqq.

20. Quia ergo agitur ab Aristotele nunc quaestio, inter affirmationem contrarii et negationem quae earum contraria sit affirmationi verae, et non agitur quaestio ipsarum negationum inter se, quae, scilicet, earum contraria sit illi affirmationi, ut patet in toto processu quaestionis; ideo Aristoteles indistincte dixit quod utraque negatio est contraria affirmationi verae, et non affirmatio

contrarii. Intendens per hoc declarare diversitatem quae est inter affirmationem contrarii èt negationem in hoc quod verae affirmationi contradantur, et non intendens dicere quod utraque negatio est simpliciter contraria. Hoc enim in dubitatione non est quaesitum, sed illud tantum.-Et similiter dixit quod nihil interest si quis ponat negationem universalem : nihil enim interest quoad hoc, quod affirmatio contrarii ostendatur non contraria affirmationi verae, quod inquirimus. Plurimum autem interesset, si negationes ipsas inter se discutere vellemus quae earum esset affirmationi contraria. - Sic ergo patet quod subtilissime Aristoteles locutus de vera contrarietate enunciationum, unam uni contrariam posuit in omni materia et quantitate, dum simpliciter contrarias contradictiones asseruit.

21. Deinde cum dicit: *Manifestum est autem* etc., resumit quoddam dictum ut probet illud, dicens: *Manifestum est autem* ex dicendis *quod non contingit veram verae contrariam esse, nec in opinione* mentali, *nec in contradictione,* idest, vocali enunciatione. Et causam subdit: quia contraria sunt quae circa idem opposita sunt; et consequenter enunciationes et opiniones verae circa diversa contrariae esse non possunt. Circa idem autem contingit simul omnes veras enunciationes et opiniones verificari, sicut et significata vel repraesentata earum simul illi insunt: aliter verae tunc non sunt. Et consequenter omnes verae enunciationes et opiniones circa idem contrariae non sunt, quia contraria non contingit eidem simul inesse. Nullum ergo verum sive sit circa idem, sive sit circa aliud, est alteri vero contrarium.

Et sic finitur expositio huius libri Perihermenias. Anno Nativitatis Dominicae 1496, in Festo Divi Thomae Aquinatis. Cui sit honor et gloria, eo quod dederit opus a se inceptum, tanto tempore incompletum, perfici.

IN LIBROS

POSTERIORUM ANALYTICORUM

EXPOSITIO

PRAEFATIO

Librum *Peri hermeneias* sequitur immediate in *Organo* Aristotelis tractatus de *analyticis,* nempe de syllogismo. Etenim operatio intellectus compodividentis, seu enunciatio, de qua dictum est in libro *Peri hermeneias,* ordinatur in nobis ad tertiam operationem, scilicet ratiocinandi, per quam ratio procedit a notis ad inquisitionem ignotorum (Cf. *Perih.* lib. I, lect. i, n. i). Syllogismi autem variae assignantur species a philosophis ratione materiae seu naturae propositionum, ex quibus coalescit et procedit: est enim syllogismus demonstrativus, qui necessarias propositiones assumit et ad certas conclusiones deducit; sequitur syllogismus dialecticus, qui, servata legitima ratiocinandi forma, ex probabilibus non certa sed probabilia infert; est denique syllogismus sophisticus, qui aut syllogismi legibus posthabitis, aut falsis vel aequivocis propositionibus assumptis, neque certum, neque probabile concludit, sed sub apparentia veritatis erroneas insinuat conclusiones (Cf. I *Poster.,* lect. xxn, n. 2). Sed ratio scientifica postulat ut, antequam de speciebus syllogismi sermo fiat, de syllogismo in genere, seu de syllogismo secundum suam naturam disseratur: fieri enim nequit ut habeat quis specierum scientiam, nisi naturam generis sub quo species illae ordinantur intime praenoscat. Qua de causa Aristoteles *Posterioribus analyticis,* aliisque libris *Topicorum* et *Elenchorum,* praemittit tractatum, qui est de *Prioribtts analyticis,* hoc est, de syllogismo simpliciter dicto. Posteriora autem analytica de *demonstratione* agunt, et sunt propterea finis ultimus totius scientiae Logicae. Eo enim ipso quod paucissima sunt principia, quae unico mentis intuitu vera videntur, et omnes ferme veritates, quae cum certitudine scientifica retinentur, nonnisi ope syllogismi demonstrativi ratiocinando (unde *rationales* dicimur) concluduntur a nobis; ad syllogismi demonstrativi naturam aperiendam, rectumque eius usum indicandum, universa Logica destinatur.

Libros Posteriorum analyticorum *multis obscuritatibus,* non secus ac librum *Perih., esse involutos* (Cf. Epist. nuncup. s. Th.) fatentur communiter expositores. « Quomodo enim, *inquit Themistius,* pleraque omnia Aristotelis scripta, quasi de composito, caligine quadam offusa oppletaque habentur, illud potissimum opere hoc *(Poster, analytic.)* intelligitur, cum ob ipsum genus elocutionis, quod, si alicubi, maxime pressum hic, praecisumque est, tum ob capita, quae nullo ordine visuntur disposita » *{Paraphras. in lib. Poster.* - Praef.). Quae obscuritas, de qua conqueritur Themistius qui graecum textum graece exponebat, multo magis existebat pro illis scholasticis, qui aut nonnisi versiones ex arabica lingua habebant, aut versiones latinas cum textu graeco comparare non poterant. Hinc loannes Sarisburiensis apud A. Jourdain *(Recherches critiques sur lâge et sur lorigine des traductions latines dAristote,* Notes *(h)):* ‹ Posteriorum vero analyticorum, *inquit,* subtilis quidem scientia est, et paucis ingeniis pervia. Quod quidem ex causis pluribus evenire perspicuum est. Continet enim artem demonstrandi, quae prae caeteris rationibus disserendi ardua est... Ad haec, liber quo demonstrativa traditur disciplina, caeteris longe turbatior est, et transpositione sermonum, traiectione litterarum, desuetudine exemplorum, quae a diversis disciplinis mutuata sunt. Et po-

stremo, quod non attingit auctorem, adeo scriptorum depravatus est vitio, ut fere quot capita tot obstacula habeat. Et bene quidem ubi non sunt obstacula capitibus plura. Unde a plerisque in interpretem difficultatis culpa refunditur, asserentibus librum ad nos recte translatum non pervenisse. »

Ex *Organo* Aristotelis nonnisi librum *Peri hermeneias* et *Posteriora analytica* s. Thomas exposuit (cf. *De Rttbeis,* Diss. xxni, capp. i et m), non versionibus vulgaribus usus sed propriis (cf. ibid., capp. i et n) iisque cum textu graeco comparatis, ut in *Praefatione* generali diximus, et data occasione, demonstrabimus. - Non uno titulo haec s. Thomae Commentaria (quae inconsiderate in Ed. Parmensi Petri Fiaccadori, Tom. XX, Praef., dicuntur imperfecta) scriptores designant et codices. Ptolomaeus Lucensis in Hist. Eccles, (lib. XXIII, cap. xv) vocat ea: *Commentum safer librum Posteriorum;* Nicolaus Trivetus in *Chronico,* ad an. 1274: *exfosîiit duos libros Posteriorum* (In Spicilegio Lucae Dacherii, Vol. Ill, pag. 260, col. 1. - Parisiis 1728); Bartholomaeus de Capua: *Safer librum Posteriorum* (Stephani Baluzii, Vit. Paparum Avenion. Tom. II, col. 9. - Parisiis 1698); Bernardus Guidonis: *Sufer libros ſrimam et secundum Posteriorum analyticorum* (Casimiri Oudini Commentarius de Scriptorib. eccles. Tom. Ill, Dissert, de scriptis s. Th. Aq. Ang. Doct. attributis, cap. v, col. 274. - Lipsiae 1722); in *Catalogo mss. Angliae et Hiberniae* (mss. Collegii Baliolensis, pag. 11, col. 1): *Summa,* vel etiam *Sententia sufer librum Posteriorum.* Generatim vero codices: *Thomas sufer Posteriora,* vel, *Safer Posteriora analytica Aristotelis fratris Thomae.*

Extitisse suo tempore innumeros huius Commentarii codd. manuscriptos asserit Echard *{Seriftores Ord. Praed.,* Vol. I, ad annum 1274, pag. 283, col. 2), recensetque a se visos in bibliothecis Parisiensibus. Doluimus quidem penuriam codicum quoad librum Peri hermeneias, sed commentaria in Posteriora analytica exegimus ad duodeviginti codices, quos inter nonnulli sunt optimae notae. Horum descriptionem damus iuxta ordinem quo a nobis fuerunt examinati.

A) Parisiensis 16,184, de quo vide quae diximus in Praefatione super Comment, in librum *Perih.* A lectione x l ii, lib. I, n° 3, ad illa verba, *et quia fosuit,* scriptura est neglectior. Hic codex multo plus quam caeteri correctus est per ipsum amanuensem.

B) Vaticanus 760, saeculi XIV. Foil. 1-82 complectitur Scriptum s. Thomae attentione et diligentia exaratum.

C) Vaticanus 761, saeculi XIV. Habet Commentarium s. Thomae in libros *Posteriorum* foil. 1-56. Codex iste, quamvis amanuensis non infrequenter erret, inter bonos potest adnumerari.

D) Cordubensis 878, saeculi XIII. Hunc codicem ad me transmisit doctissimus noster Zephyrinus Gonzalez, Episcopus Cordubensis. Uti accidit amanuensibus haud satis in scientiis peritis, scriptor huius codicis in nonnullos labitur errores; attamen hunc codicem plurimi facimus, tum quia vetustus est, tum quia errores, quos offendimus in eo, materiales sunt, nulloque negotio dignosci atque ad rectum sensum reduci possunt, maxime quando codex cum aliis suae familiae confertur. Expositio s. Thomae (foil. 1-61 recto) distinguitur in hoc codice non per *lectiones,* sed per *distinctiones.* Numerantur solum quadraginta duae *distinctiones* in primo libro, quia amanuensis sub una *distinctione* xi ponit et χπ, et sub xxvm recenset et xxrx.

E) Urbinas 215, saeculi XV. Folio 74 recto incipit expositio s. Thomae in duos libros Posteriorum analyticorum, desinit fol. 147 recto. Non diversum de hoc codice iudicium ferendum censemus ab eo quod de alio Urbinate protulimus in Praefatione ad librum *Peri hermeneias.*

F) Monacensis 480, saec. XIV. Continet solummodo secundum librum Commentar, s. Thomae in Posteriora analytica.

G) Monacensis 14,246 (Biblioth. Status), saeculi XIV. Commentar, s. Thomae super primum lib. Posteriorum incipit fol. 48, desinit fol. 64; deinde foil. 117-124 sequitur expositio s. Thomae super secundum librum Posteriorum, eadem manu scripta qua liber primus. - Amanuensis per incredibilem prorsus oscitantiam plus quam quatuor lectiones

in primo libro omittit. Lectione enim xxxvi, n° 12,.post verba, *ergo nullum B est A. Si,* transcurrit ad illa, *non esset isosceles neque album,* quae sunt n. 9 lectionis x l i.

H) Parisiensis 14,722, saeculi XIII. Foil. 233-254 continet Scriptum s. Thomae super duos libros Posteriorum analytic. Aristotelis.

I) Erlangensis 53o (Biblioth. Universit.), saeculi XIV. Fol. 3 incipit expositio *Super duos libros Posteriorum fr. Thomae;* desinit fol. 46. Desiderantur in nostra Ed. varietates Lectionum x l -x l iv primi libri.

K) Lipsiensis 1349 (Biblioth. Universit.), saeculi XIV. Continet sequentia Aristotelis opera (text, latin.): *Priorum analyticorum, Elenchorum, Topicorum, Posteriorum analytic.* His subnectitur, foil. 136-166, Commentarium s. Thomae.

L) Amplonianus (Biblioth. civ. Erfurt) 309, saeculi XIII. Commentar, s. Thomae in *Posteriora analytica* habetur foil. 73-112. Antiquitate et scriptoris diligentia caeteris aliis codex iste facile praestat. Purior ex puriori fonte videtur deductus.

M) Amplonianus (id.) 104, saec. XIII. Commentar, s. Thomae in libros *Poster, analytic,* extat foil. 1-39.

N) Amplonianus (id.) 3o8, saeculi XIV. Commentar, s. Thomae in *Posteriora Aristotelis* habetur foil. 1-74. Ob abscissum folium codex habet lacunam lib. I, lect. xxxvm. Post enim verba (n° 4): *sed quantocunque proceditur magis verstis,* pergit sequenti folio: *maiori propositione, eo modo qzio:* quae pertinent ad n. 6 sequentis lectionis.

O) Laurentiahus (Flor.), Plut. 71, n° 27: *Scriptum super librum Posteriorum Aristotelis secundum fratrem Thomam de Aquino,* saec. XIV. In dorso habet inscriptum: *Perihermeneias;* quae inscriptio induxit in errorem cl. Montfauconium, uti notat Bandini (Catalogus codd. latin. Biblioth. Mediceae Laurent. - Tom. Ill, col. 9. - Florentiae 1776). Minuta scriptura est exaratus; continet folia 32 non numerata.

Q) Assisiensis (Biblioth. Municip. in Sacro Conventu), saeculi XIV. Inter Commentarios in *librum Topicorum* et in *librum Priorum,* quos amanuensis s. Thomae adscribit, est *liber Posteriorum Analyticorum Aristotelis secundum s. Thomam de Aquino.* Codex nullius auctoritatis et vix ac ne vix quidem comparandus cum Urbinate, propter increbilem ignorantiam et oscitantiam scriptoris.

R) Marcianus (Venet.) 45 (a. 3o2, l. 222, LVI, CLXI), saeculi XIV. Codex mutilus est: decisa enim sunt folia 15-37, ut' videre est ex antiquiori numeratione, quae post 14 habet 38; restant fragmenta foliorum i5-i8; recens nota foliorum continua est. Trigesima tertia lectione primi libri, ad illa verba, *de quibus in nobis scientia,* sistit primus amanuensis; caetera eiusdem lectionis secunda manu adduntur in calce. Desunt reliqua.

S) Bononiensis, Biblioth. Reg. i655 Vol. VI, saec. XIII. Commentar, s. Th. occupat' 43 folia in fine codicis. Ultimum folium recentius est, veteri abscisso substitutum, manuque recentiori descriptum ad supplenda quae deerant. Verba ultima primae manus sunt: *Deinde cum dicit, necesse itaque est, solvit praemissas quaestiones* (lib. II, lect. xx, n. 7). Tum antiquitate tum auctoritate codicem istum parem facimus codici Cordubensi.

T) Bononiensis, ut supra, Vol. V, saeculi XV. Non habet nisi commentarium in lib. *Poster.* Quamvis valde recens, bonus est et a bono exemplari transcriptus.

FT chartacei sunt; caeteri membranacei.

Ad unam prorsus familiam pertinent antiquiores codd. DLS, quibuscum faciunt CK et recentes ET: his proximi sunt ABNOR, qui inter se aliquatenus etiam nectuntur, non semel eodem modo a DLS recedentes. Longius a caeteris vagantur FI, qui tamen ad invicem sunt coniunctissimi, non quasi unum alteri prototypo fuissé credamus, sed quia ex eodem exemplari transcripti videntur. Singulares, inter nostros codices, sunt GHM. Nam G, praeterquam quod negligenter scriptus est, ex eo praesertim capite sui generis esse dicimus, quod pro libito et ex proposito verborum ordinem invertit. Codd. vero H et M eo a prima familia, deficiunt, quod ubi corruptae in ea lectiones occurrunt, aut falso illas interpretantur, aut infeliciter corrigunt. Adde quod amanuensis cod. H elegantiae, magis quam genuinae lectioni studere quandoque affectat. Cui familiae accensendus sit cod. Q nobis certo non constat. - Editionem Pianam *Poster.*

analytic, ad ed. Ven. i5a6 exactam esse, turn quoad expositionem s. Thomae, tum quoad duplicem textus Aristotelis versionem, iam diximus in *Praefatione* generali. Thomas autem Vicentinus, Ord. Praed., qui hanc Venetam editionem curavit, in Praefatione ad lectorem ait: ‹ Quantum elaboraverim, lector suavissime, ut libros Perihermenias et Posteriorum analyticorum Aristotelis cum Commentariis clarissimi ac fidissimi eius interpretis s. Thomae Aquinatis almi Ordinis Praedicatorum, erroribus (quos tamen impressoris, non correctoris incuria parturivit) purgarem, te ipsum (si tamen priorem impressionem vidisti) censorem constituo » (Cf. *Praef.* gen.). Sed utrum in adornanda hac sua Editione usus fuerit textibus manuscriptis ipse non dicit: forte nonnisi primaevas Editiones Venetas saeculi XV prae oculis habuit. Quas quidem Editiones quoad commentar. in Posteriora analytic, credimus fuisse exactas ad codices manuscriptos illius familiae, cui accensuimus codd. DLS, nempe CK etc.

Haec cum sit necessitudo codicum inter se, lector iam videt meliori methodo codices litteris notari potuisse: ipsis enim siglis diversitas familiarum designari poterat; sed cum codices, ante quodcunque examen, prout ad manus nostras veniebant, litteris distinguerentur, maluimus hunc nostrum ordinem retinere quam, ipsum reformando, errandi nos exponere periculo; quod quantum sit soli experti valent diiudicare.

Correctiones in omnibus codicibus plus minusve occurrunt. Codd. BEFGHLMOQRT parce secunda manu correcti sunt; pluries AIN, et etiam CKS: pro quibus ultimis codd. addendum lectionem primae manus saepe abrasam esse: quod satis doleri nequit ubi in casu difficilioris lectionis testimonium prioris amanuensis libenter fuisset exceptum. Insuper cod. K secunda manu non correctus sed vere corruptus est dicendus: optimae enim lectiones ausu plane temerario corruptae apparent. Unus D corrigitur servata semper aut paulisper immutata prima lectione. Castigatores tamen nostrorum codd. magis coniecturis propriis quam melioris notae codicibus in castigando niti quandoque videntur. Quae secunda vel tertia manu habent codices notamus frequenter sed praecipue textum originalem, quantum fieri potuit, interpretari, ex eoque variantes lectiones excipere curavimus.

Ceterum, quamvis plures lectiones primae manus manifeste erroneas recensuimus, ut lector ex seipso de codicum valore diiudicet, non omnes tamen in medium proferendae erant, nisi necessitas aut saltem utilitas aliqua cogeret, ut puta quando ad aliquam sententiam dilucidandam, codicum omnium lectiones examinandae erant. Hinc e. g. lib. II, lect. i, n. 3, pro *qziiescimus a quaerendo (cum* nempe *invenerimus fer demonstrationem)* F legit: *quid scimus acquirendo.* Quam varietatem non notavimus. Item omisimus notare e. g. *membrorum* pro *monstrabimur; in quid sive* pro *inquisivit; recedatur* pro *recordatur; cum deus arisucum fecit* pro *condensari succum seminis;* et alia prorsus ἀλογα. Lib. II, lect. xvi, n. 3, post verba *profter hoc quod aliquis existimat se dignum magnis,* amanuensis cod. I stultissime addit: *ut ego FRATER THOMAS de Aquilino.* Haec aliaque similia forte fuissent curiositati lectoribus, sed ut inutilia prorsus sunt despicienda.

Notum denique est vel a scriptoribus diligentissimis non infrequenter omitti eas exemplarium suorum partes, quae cum immediate praecedentibus iisdem verbis desinunt. Multas huiusmodi lacunas in nostris annotationibus explicite indicatas lector inveniet; aliae (longum enim esset omnes exhibere) latent sub nota *hab. lac.,* quae pro parte longe maiori respicit loca ubi talia ὁρ,οτέλευτα amanuensibus ansam errandi dederunt.

De Venetis Editionibus dictum est in Praefatione in *Perih.:* sunt enim eaedem.

CODD. ET EDD. CIT.

Cod. Paris. 16,154 (Coll. lat.).
» Vatic. 760.
» Vatic. 761.
» Cordub. 378.
» Urb. 215.
» Monac. 480 (Nonnisi lib. II).
» Monac. 14,246.
» Paris. 14,722 (Coll. lat.).
» Erlangen. 53o.
» Lips. 1349.
» Amplonian. 3og.
» Amplonian. 104.
» Amplonian. 3o8.
» Laurentian. 27.
» Editio Piana.
» Assisiensis.
» Marcianus 45.
» Bononiensis 1655, vol. VI.
» Bononiensis id. vol. V.
a. » Editio Veneta 1477.
b. » Ed. Ven. 1495.
c. » Ed. Ven. 1496.

DIVI

THOMAE AQUINATIS

IN PRIMUM LIBRUM

POSTERIORUM ANALYTICORUM ARISTOTELIS

EXPOSITIO

LECTIO PRIMA

PROOEMIUM

DE NECESSITATE PRAECOGNITIONIS IN OMNI DOCTRINA ET DISCIPLINA INTELLECTIVA

Πασα διδασκαλία καί πάσα μάθησι διανοητική ἐκ προϋ-
παρχούση γίνεται γνώσεω . Φανερόν δε τούτο θεω-
ρούσιν ἐπ'ι πασών
α'ί τε γάρ μαθηματικαί των επιστημών δια τούτου τού
τρο'που παραγίνονται καί των άλλων έκαστη τεχνών.
'Ομοίω δε καί περί τού λο'γου ο'ί τε διά συλλογισμών
καί οί δι' επαγωγή · άμφότεροι γάρ διά προγινωσκο-
με'νων ποιούνται την διδασκαλίαν, οί μεν λαμβάνον-
τε ώ παρά ξυνιεντων, οί δέ δεικνύντε το καθόλου
διά τού δηλον είναι το καθ' έκαστον.
Ώ δ' αΰτω καί οί ρητορικοί συμπείθουσιν η γάρ διά
παραδειγμάτων, ὁ έστιν επαγωγή', η δι' ενθυμημάτων,
όπερ έστι συλλογισμό .

* Omnis doctrina et omnis disciplina intellectiva ex praeexi- · caP. t.
stenti fit cognitione. Manifestum est autem hoc specu- TexI-comm
lantibus in omnes:
mathematicae enim scientiae per hunc modum fiunt, et aliarum unaquaeque artium.
Similiter autem et circa orationes, quae per syllogismos et quae per inductionem : utraeque enim per prius nota faciunt doctrinam; hae quidem accipientes tanquam a notis ; illae vero demonstrantes universale per id quod manifestum est singulare.
Similiter autem et rhetoricae persuadent; aut enim per exempla, quod est inductio, aut per enthymema, quod est syllogismus.

Synopsis. — 1. Ars est certa ordinatio rationis quomodo per determinata media ad debitum finem actus humani perveniant. Ratio autem non solum dirigere potest inferiorum partium actus, sed, quia in se reflectitur et de sua actione ratiocinatur, est etiam actus sui directive. Ergo sicut ars necessaria est ad actiones aliarum facultatum rite exercendas ; ita etiam necessaria est ars quaedam per quam homo in ipso actu rationis ordinate, faciliter et sine errore procedat. – 2. Ars ista est *Logica,* nempe *rationalis* scientia : *rationalis* quidem non solum quia est secundum *rationem,* sed etiam quia est circa ipsum actum *rationis,* sicut circa propriam materiam.-3. Duo corollaria: 1m, Ergo Logica est ars artium, quia in actu rationis nos dirigit a quo omnes artes procedunt ; 2m, Ergo ex diversitate actuum rationis accipiendae sunt partes Logicae. – 4. Et quia tres sunt actus rationis, *simplex apprehensio, iudicium* et *ratiocinium ;* tres etiam principales partes Logicae assignantur. – 5. Actus rationis sunt similes, quantum ad aliquid, actibus naturae: quae in quibusdam ex necessitate agit, ita quod non potest deficere; in quibusdam vero ut frequentius operatur, licet quandoque deficiat a proprio actu. – Ergo idem proportionate est dicendum de ratione, quae, vel *non potest deficere a* veritate, vel *potest deficere,* licet raro deficiat, vel revera *deficit.* – 6. Hinc subdivisio tertiae partis Logicae: nam praeter tractatum, qui est de syllogismo in genere, et qui sub nomine *Priorum analyticorum* recensetur in Opp. Aristotelis, tres aliae partes numerantur, quae sunt *Posteriora analytica, Topica seu Dialectica,* et *Sophistica.* Prima est de syllogismo certo seu demonstrativo; altera de syllogismo topico seu probabili; tertia denique de syllogismo sophistico seu fallaci. – Sub *Topica* ordinantur *Rhetorica* et *Poetica.* – 7. In hoc tractatu sermo est de prima parte, seu de *iudicativa* quae est *Posterior analytica:* et dividitur tractatus in duos libros: quorum primus est de syllogismo demonstrativo; alter vero de principiis eius (Cf. lect. rv).-Liber primus duas continet partes: in prima, quae est praeambula, ostenditur necessitas syllogismi demonstrativi; in altera de ipso syllogismo disseritur,- 8. Finis demonstrationis est scientiae acquisitio; ergo necessitas syllogismi demonstrativi repetenda est a possibilitate et necessitate in nobis acquirendi scientiam per syllogismum vel argumentum. Platonis et Aristotelis sententiae oppositae. – 9. Principium ad ostendendam necessitatem syllogismi demonstrativi est quod in nobis omnis doctrina omnisque disciplina *intellectiva* fit ex aliqua praeexistente cognitione: sed non omnis cognitio supponit priorem cognitionem: secus enim esset abire in infinitum, et consequenter periret omnis cognitio.-10. Manifestatur principium imprimis in *demonstrativis,* in quibus acquiritur scientia -11. Manifestatur deinde in *dialectica,* quae utitur syllogismo et inductione, in quorum utroque proceditur ex aliquo praecognito. – 12. Manifestatur denique ex *enthymemate* et *exemplo,* quibus utitur *rhetorica.*

α

* Lib. I, cap. 1, n. 3. - Comment, s. Th. lect. I.

i· dicit Aristoteles K in principio *yfTCfSsA? Metaphysicae* *, hominum genus arte et rationibus vivit: in quo vide- Philosophus tangere quoddam ^^^^^g^hominis proprium quo a caeteris 'animalibus differt. Alia enim animalia quodam naturali instinctu ad suos actus aguntur*; homo autem rationis iudicio in suis actionibus * dirigitur. Et inde est quod ad actus humanos faciliter et ordinate perficiendos diversae artes deserviunt. Nihil enim aliud ars esse videtur, quam * certa ordinatio rationis quomodo * per determinata media ad debitum finem actus humani perveniant *. Ratio autem non solum dirigere potest inferiorum partium actus, sed etiam actus sui directiva est. Hoc enim est proprium intellectivae partis, ut in seipsam * reflectatur: nam intellectus intelligit seipsum et similiter ratio de suo * actu ratiocinari potest. Si* igitur ex hoc, quod ratio de actu manus ratiocinatur, adinventa est ars aedificatoria * vel fabrilis, per quas homo faciliter et ordinate huiusmodi actus exercere potest/; eadem ratione ars quaedam necessaria est, quae sit dirc-ctiva ipsius actus rationis, per quam scilicet homo in ipso actu rationis ordinate *, faciliter et sine errore procedat.

2. Et haec ars est * *Logica,* idest rationalis scientia. Quae non solum rationalis est ex hoc *, quod est secundum rationem (quod est omnibus artibus commune); sed etiam * ex hoc, quod est circa ipsum actum rationis sicut circa propriam materiam.

3. Et ideo videtur esse ars artium, quia in actu * rationis nos dirigit, a quo omnes artes procedunt. Oportet igitur Logicae partes accipere secundum diversitatem actuum rationis.

4. Sunt autem rationis tres actus: quorum primi duo sunt rationis, secundum quod est intellectus quidam 7. Una enim actio intellectus est intelligentia * indivisibilium sive incomplexorum, secundum quam concipit quid est res. Et haec operatio a quibusdam dicitur informatio intellectus sive imaginatio per intellectum °. Et ad hanc operationem rationis ordinatur doctrina, quam tradit * Aristoteles in libro *Praedicamentorum.* - Secunda vero operatio intellectus est compositio * vel divisio intellectus, in qua est iam verum vel * falsum. Et huic rationis actui deservit doctrina, quam tradit Aristoteles in libro *Peri hermeneias.* - Tertius vero actus rationis est secundum id quod est proprium rationis, scilicet discurrere ab uno in aliud, ut per id quod est notum deveniat* in cognitionem ignoti. Et huic actui deserviunt reliqui * libri Logicae.

5. Attendendum est autem quod actus rationis similes sunt, quantum ad aliquid, actibus naturae. Unde et ars imitatur naturam in quantum potest *. In actibus autem naturae invenitur triplex diver-

• b: *fines aguntur;* gkrt: *actus diriguntur;* g corr. in *aguntur.*
* ACDEGIKLMNOST. - p: *operibus.*
• 1: *nihil aliud est ars, quam.*
* Codd.-PQ: *qua.*

* BGLOQRS. - ACO hikmt: *perveniatur;* PN: *perveniunt;* e: *perveniat.*

* Codd.-PQ: *se ipsa.*
* g: *de se ratiocin.;* kl: *de suo intellectu.*
' Codd.- em: *sic;* et *si* in *sic* corrig. in c. - p: *sicut.*
'pq.- Codd.: *aedificativa.*

β

•CEHKLMQST. - AI *et ordinate;* p: *etfaciliter.*

• Codd. - pnq: *et haec est ars.*
• o: *ex eo.*

▮ Codd. omitt. *etiam.*

" BCBEH1KLMQST. - o: *cum actu ; v* nr: *in actum.*

T

▮si: *intellectiva,*- Cf. lib. I *Perih.,* lect. i, not. α.

δ

* AG: *dacet.*

•*Çf.Perth.,* lib.I, lect. in, not. δ.
' ACDEIKLST: *Ct.*

• In marg, a additur *aliquis* post *deveniat.*
' bn: *caeteri;* c: *alii.*

3

a) *Sicut dicit Aristoteles in principio Metaphysicae.* Codd. - Edd. Piana et Venetae saeculi XV; *sicut dicit Philosophus in primo Metaphysicae.* Adoptamus lectionem, *Aristoteles in principio* potius quam *in primo,* tum ex unanimi codd. consensu, tum quia revera Aristoteles in *principio* Metaphysicae habet verba hic a s. Thoma traifscripta *(hominum genus arte et rationibus vivit),* scilicet lib. 1, cap. 1, n. 3: Τά μεν οὐν ἀλλα ταΤ φαντασία:? ζη χα'ι τα~ μνήμαι, εμπειρία δ: μετέχει μικρόν τὸ δέ των ἀνΟροιπων γένο και τέχνη κα'ι λογισμοϊ .

β) *Huiusmodi actus exercere potest.* Haec lectio est omnium codd., excepto B, qui habet: *actus exercet;* O: *actus potest exercere; P: huius actus exercere potest.* – Praetulimus lectionem unanimem codd., quia actus manus, dc quibus sermo est, deservientes nempe operibus artis, melius designat.-Et novitius notet pulcherrimam rationem, qua tum necessitas tum origo Logicae veluti ob oculos ponuntur. Etiam bruta organis a natura instruuntur ad quaedam opera perficienda, quae illis necessaria sunt ad vitam conservandam; at semper eodem modo agunt, neque organa ad maiora atque perfectiora attingenda temporum progressu evehuntur. Ratio est quia bruta nonnisi sensibus, -individua materialia solummodo percipientibus, et instinctu ad *unum* (quod non proprie *perfectionem,* sed magis *conservationem* ct *propagationem* dices) ferente, agunt. Oppositum in hominibus accidit. Quamvis enim instinctu quodam etiam homines ad aliqua cieantur, ut in infantibus praecipue videre est, nihilominus ratio actibus praeest et ipsa organa nostra, pedes, manus, guttur et linguam ordinat, eorumque actionibus quodammodo admiscetur ut faciliter et ordinate exerceantur: patet praesertim in cantu et in instrumentis musicalibus. Hoc autem fieri non posset nisi ratio probe per quaedam universalia principia cognosceret subiccta, hoc est, organa sensuum, eorumque usum et destinationem. – At vero ratio etiam seipsam per reflexionem cognoscit, nec non proprias actiones, quae ad consequendam veritatem ordinantur a natura. Ergo sicut ratio ordinat actus aliarum facultatum ad proprios fines, ita et ordinare se-, ipsam debet in veritatis cognitionem ; idque tanto maiori diligentia et voluptate, quanto huius ordinationis finis (qui est perfectio intellectus in cognitione veritatis, et perfectio voluntatis in consequutione boni) longe nobilior est corporalibus atque animalibus bonis.

γ) *Primi duo sunt rationis, secundum quod est intellectus quidam.* Intellectus et ratio non duas distinctas in anima nostra facultates designant, sed duo officia vel actiones eiusdem facultatis nostrae rationalis, quae ideo ob diversitatem officiorum diversas denominationes sortitur. *intellectus* enim simplicem et absolutam cognitionem designare videtur, sive cognitio illa sit simplex apprehensio seu *intelligentia* (Cf. *Pcriherm.* I, lect. 1, n. 1), sive sit iudicium, quo mens componit vel dividit praedicatum et subiectum *(ib.). Ratio* vero discursum quendam designat, quo ex uno in aliud cognoscendum anima humana pertingit. Hinc, sumpta analogia ex motu, intellectus est principium et terminus seu quies rationis: principium, quia motus rationis incipit ab intellectu principiorum; terminus seu quies, quia ratio ad eundem intellectum principiorum terminatur per viam resolutionis: ex ipsa enim collatione principiorum ad conclusiones assentit conclusionibus resolvendo eas in principia, et ibi figitur motus cogitantis et quietatur (Qq.dispp. *De veritate,* qu. xiv *De fide,* artic. 1). Merito ergo s.Thomas dicit quod duo actus sunt rationis *secundum quod est intellectus quidam,* – *Quia vero* paucissima sunt quae intellectu immediate a nobis conspiciuntur, et fere omnia opus est ut *ratione* a nobis investigentur; hinc ex communi hominum sermone dicimur *rationales,* potius quam *intellectivi* (Cf. Qq. dispp. *De veritate,* qu. xv *Dc ratione superiori et inferiori,* artic. 1).

δ) *A quibusdam dicitur informatio intellectus, sive imaginatio per intellectum.* Haec Angelicus dicit recitando, uti patet ex loquendi modo: *a quibusdam dicitur.* – Arabes autem hoc loquendi modo utebantur, uti habet ipsemet s. Thomas: « Has... duas operationes intellectus Aristoteles » assignat in IU *De anima.* Unam scilicet quam vocat intelligentiam indi- » visibilium, qua videlicet intellectus apprehendit *quod quid est (essen-* » *tiam)* alicuius rei, et hanc Arabes vocant formationem vel imagina- » tionem per intellectum. Aliam vero ponit, scilicet compositionem et » divisionem intellectuum, quam Arabes vocant credulitatem vel fidem » (Qq. dispp., qu. *De spiritual, creatur.,* artic. ix ad 6). Alibi denique (Z>e *veritate,* qu. xiv *De fide,* artic. 1) nominarim citat Averrocm. Et revera philosophus iste in 111 *De anima,* n. 21, §. *formare. Cum complevit notificare* etc. dicit: « Famosior differentiarum per quas dividitur actio intellectus sunt duae actiones: quarum una dicitur formatio et alia fides » (Veneriis 148g, *sine pagin. num.* – Cf. ib. n. 3g, §. *Et quia secundum quod existimant etc.;* – Albert. M. in lib. 1 *Poster.,* tract. 1, cap. 111). – Supra, in margine notavimus lectionem variantem codd. BI: *intellectiva indivisibilium.* Hic addimus lectionem cod. O, scilicet: *una enim actio est intellectus, intellectiva indivisibilium, sive* etc. Sed et idem cod. O paulo infra legit: *ct haec ratio,* corrupte pro *operatio, vei* forte etiam pro *actio.*

ε) *Actus rationis similes sunt* (Codd.- PO, *sunt similes) quantum ad aliquid, actibus naturae. Unde ct ars* (O, *undb ars) imitatur naturam* (AOGHILMR, *natur, imitat.) etc.* Et vere. Nam et ratio quaedam natura est; ergo in suis actibus invenitur et id quod ex natura in genere est, et id quod est ex *tali* natura, idest rationali; nempe id quod est sibi commune cum ceteris naturis et id quod est sibi proprium. Unde Aristoteles in libro 11 *Physicorum,* seu, *Dc naturali auscultatione,* cap. vm, n. 5, ait:"(Am? τε ἡ τέχνη τά μέν ἐπιτελεΐ, α ἡ φὐσι αδυνατεί ἀπεργάσασΟαι, τά δέ μιμείται; *Et omnino ars partim perficit, quae non potest natura perficere; partim naturam imitatur.* Hunc Aristotelis locum usurpat hic s. Thomas. – Codd. ADGHILMO omittunt infra: *in quantum potest.* – *K* non bene: *in quantum posset.* – Verba, *in quantum potest,* nedum omittunt codices praecitati, sed neque habentur in verbis Aristotelis. Et ipsemet s. Thomas lect. xm in II *Physic.,* loc. cit., verba illa non addit; ac in Qq. dispp. *De veritate,* qu. xi *De magistro,* artic. 1: *Ars,* inquit, *dicitur imitari naturam,* nulla mentione facta de verbis *in quantum potest,* quae Piana habet cum ceteris codd.

sitas. In quibusdam enim natura ex * necessitate agit, ita quod non potest deficere. In quibusdam vero natura ut frequentius operatur, licet * quandoque possit * deficere a proprio actu. Unde in his necesse est esse duplicem actum; unum, qui sit ut in pluribus , sicut cum ex semine generatur animal perfectum; alium vero quando natura deficit ab eo quod est sibi conveniens, sicut cum ex semine generatur aliquod monstrum propter corruptionem alicuius principii. Et haec etiam tria inveniuntur in actibus rationis. Est enim aliquis rationis processus necessitatem * inducens, in quo non est possibile esse veritatis defectum; et per huiusmodi rationis processum scientiae certitudo acquiritur. Est autem alius rationis processus, in quo ut in pluribus verum concluditur, non * tamen necessitatem habens. Tertius vero rationis processus est, in quo ratio a vero deficit * propter alicuius principii defectum; quod in ratiocinando erat-observandum.

6. Pars autem Logicae, quae primo deservit processui, pars *Indicativa* dicitur, eo quod iudicium est cum certitudine scientiae ç. Et quia iudicium certum de effectibus haberi non potest nisi * resolven<^° *n Pr'ma principia, ideo * pars haec *Analytica* vocatur, idest resolutoria. Certitudo autem ludicn, quae per resolutionem habetur, est, vel ex ipsa *forma* syllogismi η tantum, et ad hoc ordinatur liber *Priorum analyticorum,* qui est de syllogismo simpliciter; vel etiam cum hoc * *ex materia,* quia sumuntur * propositiones per se et necessariae, et ad hoc ordinatur liber *Posteriorum analyticorum* °, qui est de syllogismo demonstrativo.

Secundo autem rationis processui deservit alia pars Logicae, quae dicitur *Inventiva.* Nam inventio non semper est cum certitudine '. Unde de his, quae inventa sunt, iudicium requiritur, ad hoc quod certitudo habeatur. Sicut * autem in rebus naturalibus, in his quae ut in pluribus agunt, gradus quidam attenditur (quia quanto virtus naturae est fortior, tanto rarius deficit a suo effectu), ita et in processu rationis, qui non est cum omnimoda certitudine, gradus aliquis invenitur, secundum quod magis et minus ad perfectam certitudinem acceditur. Per huiusmodi enim processum, quandoque quidem, etsi non fiat scientia, fit tamen fides vel opinio * propter probabilitatem x propositionum, ex quibus proceditur: quia ratio totaliter declinat in unam partem contradictionis, licet cum formidine alterius, et ad hoc ordinatur *Topica* sive *Dialectica.* Nam syllogismus dialecticus ex probabilibus est, de quo agit * Aristoteles in libro *Topicorum.* - Quandoque vero, non fit complete fides vel opinio, sed *suspicio* * quaedam, quia non totaliter declinatur ad unam partem contradictionis, licet magis inclinetur in hanc quam in illam \ Et ad

• codd.-PB: *de.*

-nt: *ucet et.*

• aqrs: *etiam possit; oect: et possit; o! etiam possit def. a proξηο suo accu.*

•cf.PerM.,iib.i, lect. xin, n. 9.

◆n: *in necessi-*

•Codd.-p: *nec ut in piuri- deficit quodam-*

ζ

-ac: *nisi/at.*

cod/. 0m. ide"; add. marg. s.

• K: *cum exforma et ex.-som. hoc.*

ı: *cum sumun-*

ur' 0

»

'ì: *sicut in his bus, quae ut.*

I cf. *Qq. dispp., qn. Demagistro,* artic.i.

* codd.-p: *agiait.abAr,st-;H·*

• chi: *suspicatio.*

λ

ζ) *Cum certitudine scientiae.* Est lectio P et codd., exc. H, qui legit: *cum certitudine sententiae.* – « Non enim dicimur alicui assen- » tire, nisi quando inhaeremus ei quasi vero... Sententia autem, ut dicit » Isaac et Avicenna, est conceptio distincta vel certissima alterius partis » contradictionis: assentire autem a sententia dicitur » (Qq. dispp. *De veritate,* qu. xiv *De fide,* artic. i).

η) *Ex ipsa forma syllogismi.* Vocatur *forma* syllogismi dispositio *terminorum* (qui *extrema* dicuntur) cum *medio* termino (cum quo comparantur, ut videatur an inter se conveniant vel secus), et dispositio *propositionum,* quae ex comparatione *extremorum* cum medio resultant. *Materia* vero syllogismi sunt ipsi *termini* et *propositiones.* At termini dicuntur materia *remota* syllogismi; propositiones sunt materia *proxima* seu immediata. Ex forma syllogismi desumuntur *figurae* et *modi* syllogismorum, de quibus plura infra lect. vin.

0) *Ad hoc ordinatur liber Posteriorum analyticorum.* Galenus (flor, saec. II) *De libris propriis,* cap. xi, de *Priorum* deque *Posteriorum analyticorum* Aristotelis operibus loquens, haec habet: «Inscribunt » porro ipsos fere omnes nunc (o: νυν) *Resolutionum priorum* (ἀνα- » λυτικων προτέρων), quemadmodum et *Posteriorum* (δευτέρων), eos *de* » *demonstratione* (περί τη αποδείξεω). Porro ipse Aristoteles, *Prio-* » *rum* quidem veluti de syllogismo (ὠ περ'ι συλλογισροῦ) scriptorum » a se meminit; *Posteriorum* autem, ut *de demonstratione* (ὠ περί » αποδείζεω) » (Opp. tom. 1, pag. 46, Lutetiae Paris. 1679). Ex hoc Galeni testimonio videtur arguendum titulos horum librorum genuinos esse, *de syllogismo* et *de demonstratione,* eosque nonnisi post plura saecula, temporibus nempe ipsius Galeni (νῦν), fuisse dictos *Priorum* atque *Posteriorum analyticorum.* At Alexander Aphrodisiensis, Galeno synchronus, ipsi Aristoteli posteriores hos titulos tribuit in Praefatione in libros *Priorum:* « Quoniam igitur, *inquit,* prior est ratiocinatio, de- » monstratio posterior; merito in quibus de priore agit, eos *priores;* » in quibus de posteriore, *posteriores eos* inscripsit. Resolutorios autem » vocat, propterea quod uniuscuiusque rei compositae in ea, ex quibus » compositio facta est, redactio, resolutio vocatur » (Venetiis 1370, Ioanne Bernardo Feliciano interprete, pag. 5, coi. 2). Diogenes Laertius in Vita Aristotelis, Themistius in *Paraphrasi* in Posteriora etc. (Venetiis 1042, interprete Hermolao Barbaro, pag. 1), Ammonius, Praefat. in *Praedicamenta* (Venetiis, 1547, interprete Bartholomaeo Sylvanio, pag. 2, coi. 1), Philoponus in *Priora analytica,* Praefat. (Venetiis i56o, coi. 5) retinent προτέρων αναλυτικών... αναλυτικών υστέρων (ρεγάλων addit Laertius); Simplicius vero τα πρότερα αναλυτικά designat, at posteriora inscribit: περί τήν απόδειξιν ὑποδυορένων (Zn *Categor.* Prooem., Venetiis I499> 2)· Sed hi scripserunt post Galenum et Alexandrum, postquam scilicet, iuxta Galenum, invaluerant tituli *Priorum* et *Posteriorum.* – Cum ergo Galenus et Alexander inter se dissentiant, nec nobis innotescat quid hac de re senserint antiquiores scriptores, praesens quaestio est forte insolubilis. Utrique tituli occurrunt in Aristotele: nam in *Peri hermeneias* (Cf. lib. 11, lect. 11) *Priora analytica* indicat: ὡσπερ ἐν τοῖ Αναλυτικοί; εφηται; et in I *Posteriorum,* cap. tn ea vocat *de syllogismo:* ἐν τυῖ περί συλλογισροῦ; quae denominatio occurrit etiam eodem libro, cap. xt (Cf. Hermann. Bonitz, *Index Aristotelicus,* voc. Αριστοτέλη , Ill, pag. 102, col. i. – *Aristotelis Opera,* volum. V, Berolini 1870).

Dubio procul tituli *de syllogismo* in genere, et *de syllogismo demonstrativo* seu *de demonstratione,* περ'ι ἀποδειξεω , designant subiectum horum Aristotelis operum, a quo proinde titulus eorum rectissime imponitur, ut de titulo περί ἑρρηνεία notavimus (lb. lib. I, lect. 1, not. γ); sed *Priora* et *Posteriora analytica* vocari etiam posse negare nemo potest. Etenim, ut s. Thomas recte notat, syllogismus ad cognitionem certam conclusionum perducere nequit, nisi et in ipsam formam ex qua resultat, et in principia resolvatur ex quibus tota est certitudo scientiae conclusionum : ubi forma ignoretur, syllogismus haud a sophismate distinguitur ; ubi vero conclusiones illatae non resolvantur in principia per se nota et necessaria, scientia vere non habetur et non discernitur conclusio certa et proprie scientifica a conclusione dialectica seu probabili. Ergo et a *forma* et a *principiis,* quae duo praecipue quaeruntur et designantur in hisce tractatibus de syllogismo in genere, et de syllogismo in specie, nempe demonstrativo, recte praefati tractatus dicuntur *Priores* et *Posteriores analytic;,* quasi nempe *resolutorii* syllogismi in suam formam, et demonstrationis in sua principia. – Exinde etiam patet cur opus, quod prae manibus habetur, *Posteriorum analyticorum* nomine designetur. Sicut enim, ait b. Albertus Magn., demonstratio addit supra syllogismum generice dictum, et ideo est species syllogismi et eo posterior (non secus ac species supponit genus, et ut genere posterior concipitur), ita analysis seu resolutio in causas non solius *consequentiae,* sed etiam *consequentis,* addit supra resolutionem in terminos et in propositiones constituentes figuras et modos syllogismi (Cf. infra lect. vin) ; et ideo haec analysis posterior est illa, quae in *Prioribus analyticis* traditur, sicut prius est natura et intellectu, a quo non convertitur consequentia (In I *Poster.,* tract. I, pag. 514, coi. 2).

1) *Nam inventio* etc.-K omittit *semper.* - Cod. G erronee: *inventio autem semper cum certitudine est;* 1: *nam inventio non semper cum certitudine est, sed semper. Unde de his* etc. At verba, *sed semper,* sensu carent. Hinc retinenda est lectio Piana, quae est etiam aliorum codd.

x) *Vel opinio propter probabilitatem.* Ita legendum est cum codd. omnibus, si excipias cod. E qui legit: *vel opinio, vel probabilitas propositionum* etc.; P: *vel opinio, vel probabilitas, propter* etc. – Probabilitas enim propositionum assumptarum est *motivum* assensus conclusioni praestiti; et qui propterea dicitur *opinio,* non *scientia,* neque *certitudo,* quia non a principiis certis, ut assensus scientificus, sed a probabilibus generatur et regitur. Hinc probabilitas ad obiectum cognitum refertur, opinio seu fides ad subiectum seu ad mentem cognoscentem; ita ut *probabilitas* praemissarum sit quodammodo causa *opinionis* conclusionis.

λ) *Inclinetur in hanc quam in illam.– P: declinetur in hanc quam in aliam.* – Et *aliam* habent etiam codd. AGOR. – I: *inclinetur in unam partem contradictionis quam in aliam.* Magis expedita est lectio quam

"o,emeHus/°Kfe *aiiam.* hoc or(^natur *Rhetorica.* - Quandoque vero sola existimatio * declinat in aliquam **partem contradictionis propter aliquam repraesentationem, ad modum quo fit homini abominatio alicuius cibi, si

•u.tmayine.-o 'us' repraesentetur ei sub similitudine * alicuius abominabilis. Et ad hoc ordinatur *Poetica;* nam poetae

■m: *in atiqmd; quid.* est inducere ad aliquod * virtuosum per aliquam decentem repraesentationem *R.* Omnia autem haec ad *Rationalem Philosophiam* pertinent: inducere enim ex uno in aliud rationis est.

Tertio autem processui rationis deservit pars Logicae, quae dicitur *Sophistica,* de qua agit Aristoteles in libro *Elenchorum.*

ierant: 7· Aliis igitur partibus Logicae praetermissis *, ad praesens intendendum * est circa partem *indicativam,* prout traditur in libro *Posteriorum analyticorum.* Qui dividitur in partes duas: in prima, ostendit necessitatem demonstrativi syllogismi, de

tendendum.

•codd. - p: *in* quo est iste liber; in secunda *, de ipso syllogismo demonstrativo * determinat; ibi: *Scire autem opi-*

'm omitt. *demonstrativo.*
• Lect. iv. *namur* " etc.

8. Necessitas autem cuiuslibet rei ordinatae ad finem ex suo fine sumitur *; finis autem demonstrativi syllogismi est acquisitio scientiae; unde, si scientia acquiri non posset per syllogismum vel argumentum, nulla esset necessitas demonstrativi syllogismi *, Posuit autem Plato * quod scientia in nobis non causatur ex syllogismo, sed ex impressione formarum idealium in animas nostras, ex quibus etiam effluere dicebat formas naturales * in rebus naturalibus, quas * ponebat esse participationes quasdam formarum a materia * separatarum. Ex quo sequebatur quod agentia naturalia non causabant formas in rebus inferioribus, sed solum materiam praeparabant ad participandum formas separatas. Et similiter ponebat quod per studium et exercitium non causatur in nobis scientia f; sed tantum removentur impedimenta, et reducitur homo quasi * in memoriam eorum, quae naturaliter scit ex impressione formarum separatarum. Sententia autem Aristotelis est contraria * quantum ad utrunque. Ponit enim quod formae naturales reducuntur * in actum a formis quae sunt in materia, scilicet a formis naturalium agentium. Et similiter ponit quod scientia fit in nobis actu per aliquam scientiam in nobis praeexistentem. Et hoc est fieri in nobis scientiam per syllogismum aut * argumentum quodcumque. Nam ex uno in aliud argumentando procedimus

9. Ad ostendendum igitur necessitatem demonstrativi syllogismi, praemittit Aristoteles quod cognitio in nobis acquiritur ex aliqua cognitione praeexistenti. Duo igitur facit: primo *, ostendit * propositum; secundo, docet modum praecognitionis ;„ ibi: *Dupliciter autem* * etc. Circa primum duo facit. Primo, inducit universalem propositionem propositum continentem, scilicet quod acceptio cognitionis in nobis fit ex aliqua praeexistenti cognitione. Et ideo dicit: *Omnis doctrina et omnis disciplina,* non autem *omnis cognitio,* quia non omnis cognitio ex priori cognitione dependet °: esset enim in infinitum abire *. Omnis autem disciplinae*acceptio ex praeexistenti cognitione fit. Nomen * autem doctrinae et disciplinae ad cognitionis acquisitionem pertinet. Nam doctrina est actio eius, qui aliquid cognoscere facit; disciplina autem est receptio * cognitionis ab alio. Non autem accipitur*hic doctrina et disciplina secundum quod se habent ad acquisitionem scientiae tantum, sed ad acquisitionem cognitionis cuiuscumque. Quod patet, quia manifestat hanc propositionem " etiam in disputativis et * rhetoricis disputationibus, per quas non acquiritur scientia. Propter quod etiam * non dicit ex praeexistenti *scientia* vel *intellectu,* sed universaliter *cognitione.* Addit autem *intellectiva* ad excludendum acceptionem cognitionis sensitivae vel imaginativae. Nam procedere ex uno in aliud rationis est solum.

10. Secundo, cum dicit: *Mathematicae enim* etc., manifestat propositionem praemissam per inductionem. Et primo, in demonstrativis in quibus acquiritur scientia. In his autem principaliores sunt Mathematicae scientiae, propter certissimum * modum demonstrationis. Consequenter autem sunt

· abcochomnqr cdechmqst: *in* actu'

* 0: *aut per.*

* n: *quodcumque, in aliud argu- dt™usnd°proce'*

•Aβ,ακηο βτ:/»·.

K^nfésiat; ····ct?in '

. °

* d: *doctrinae.*

* n: *actio.*

Doctrina,

Disciplina,

·a: *acceptio.*

· codd. - p: *nec accipit hic doctrinam et disciplinam.*

r.

·«: *et in.*

"opropt. *hoc.*- H om. *etiam.*

· cf. supra n. «, n l-

· *manifestissimum.*

ξ

• *Quasi* om. ai nr, sed add. in marg. n.

* i: *contraria huic quant.*

v Plato *Cf. infra lect. in, n. 2.

* pr .- Codd.: *materiates;* κ om. *nat.* et *mater.* *k: *quasformas.* * r: *a natura.*

alii codices exhibent, quamque ideo adoptamus. – H: *moveretur,* quae non est bona lectio, ut patet ex contextu.

p) *Per* (O, *propter*) *aliquam decentem* (Q, *praesentem*) *repraesentationem*. Editio Piana: *per aliquam praecedentem repraesentationem*. Utraque lectio bona est; melior tamen ea est, quam dedimus ex codd.

v) *Si scientia acquiri non posset* etc. Haec propositio hypothetica tres sententias implicite complectitur, quarum duae, nempe Platonica et Aristotelica recitantur; tertia autem subintelligitur, quia vix ac ne vix quidem digna est ut nominetur, nempe academica seu sceptica. Academici enim seu sceptici nihil certo sciri ab homine posse affirmabant, sed aut dubitandum esse de omnibus aut nonnisi probabilitatem posse contingi. Cum ergo finis demonstrationis sit ad certitudinem, hoc est, ad scientiam perducere; hoc fine ab Academicis subtracto, nulla est amplius demonstrationis necessitas. Plato vero ponebat scientiam nobis esse inditam, et quidquid de novo sciri nobis videtur, non esse novam scientiam, sed verius reminiscentiam rerum inditarum, sed oblitarum. Demonstratio autem ordinatur non ad memoriam excitandam, sed ad acquirendam scientiam, non habitam ante demonstrationem. Ergo in sententia Platonica nulla est etiam necessitas demonstrationis. Tertia est sententia Aristotelis, qui et scientiam haberi *a* nobis posse contra scepticos merito tuetur, et scientiam non· nobis inditam esse, sed acquiri successive per processum a praecognitis principiis ad conclusiones ex iisdem principiis inferendas. Hinc necessitas demonstrationis, qua sola ex principiis certis in aliud certo cognoscendum argumentando procedimus. – Quae immediate sequuntur legimus uti codices legunt. – P: *Posuit autem Plato quod scientia non causatur in nobis ex syllogismo* etc.

ζ) *Per studium et exercitium non causatur* etc. Quid sit istud exercitium distinctum a studio novitius de facili intelliget ex eo, quod aliud est studere et aliud sesc in studio exercere: studet enim ille qui nonnisi ad horam mentem applicat ad aliquid intclligendum; sed ille solum sese exercet in studio, qui frequenter incumbit lectioni atque meditationi. – Codd. AB: *per studii exercitium non causatur (non causatur* ceteri codd.; P, *non causabatur;* N, *non causaretur)..., sed tantum* etc.-*Removebantur imped,* habent PR; CDEKI.NT: *removeantur;* alii codd.: *removentur.*

0) *Non autem omnis cognitio, quia non omnis cognitio ex priori cognitione dependet* etc. – Ita edit. Piana. – Codd. IKS: *non autem dicit, omnis cognitio.* – BCDEMNRST: *non autem omnis cognitio ex priori cognitione dependet* etc. – Q mendose: *omnis disciplina, nam omnis doctrina et cognitio ex praeexistenti cognitione dependet.* – Retinemus lectionem Pianam, quae est etiam aliorum codd. Duo enim notat s. Thomas; 1, quod Aristoteles dicit *omnis doctrina;* 2, quod non dicit *omnis cognitio;* ac postea rationem assignat cur Aristoteles usus fuerit *doctrina* et *disciplina,* non autem *cognitione, quia* nempe *non omnis cognitio* etc.- Loquitur autem Aristoteles de cognitione indeterminate, quia postea declarabit tum naturam tum modum huius cognitionis requisitae ad intellectualem doctrinam et disciplinam.

π) *Quia manifestat hanc propositionem* etc. In margine cod. M additur, *in omnibus disciplinis,* ut scilicet lectio sit: *quia manifestat hanc propositionem in omnibus disciplinis, etiam* etc. Revera haec additio ad perspicuitatem lectionis confert, sed minime necessaria est, et cum codd. contradicant, ex unius cod. auctoritate non est acceptanda, praesertim quia videtur notula marginalis apposita a lectore.

et omnes * aliae artes, quia in omnibus est aliquis modus demonstrationis, alias * non essent scientiae.

11. Secundo *, cum dicit: *Similiter autem* etc., manifestat idem in orationibus disputativis sive dialecticis, quae utuntur syllogismo et inductione: in quorum utroque proceditur ex aliquo praecognito. Nam in syllogismo accipitur cognitio alicuius universalis conclusi ab aliis universalibus notis. In inductione autem concluditur universale ex singularibus *, quae sunt manifesta quantum ad sensum p.

12. Tertio *, cum dicit: *Similiter autem rhetoricae* etc., manifestat idem in rhetoricis *, in quibus persuasio fit per entymema aut per exemplum; non autem per syllogismum vel * inductionem completam, propter incertitudinem materiae * circa quam versatur, scilicet circa actus singulares hominum, in quibus universales propositiones non possunt assumi vere. Et ideo utitur * loco syllogismi, in quo necesse est esse aliquam universalem, aliquo * entymemate '; et similiter loco inductionis, in qua concluditur universale, aliquo * exemplo, in quo proceditur a singulari *, non ad universale, sed ad singulare. Unde patet quod, sicut enthymema est quidam syllogismus detruncatus ♦, ita exemplum est quaedam inductio imperfecta. Si ergo in syllogismo et inductione proceditur ex aliquo praecognito, oportet idem intelligi in enthymemate et * exemplo.

*Omnescx codd., exc. h ; i : *omnes aliae scientiae.*
* Codd.- pir : *aliter.*
* abc : *secundo autem.*
* h : *ex suis sing.*
?
*abcoegmst : *tertio autem.*
' AG omitt. *idem.* —b : *in orationibus rhet.*
* o: *aul per.*
l o erronee omittit *materiae.*
'*Utitur* cx codd., exc. n .
' Codd. - p : *utitur aliquo.*
σ
' Codd.- PB : *utitur aliq.*
l h : *a singularibus.*
' ACDCIKLMSS : *decuriatus ;* q : *truncatus ;* B corrupte : *decertatus.*
" *h*: *et in exemplo.*

p) *Quae sunt manifesta quantum ad sensum*. Codd. ABCH1 et Dominicus a Flandria in l *Poster.,* qu. iv, artic. 1 habent hanc lectionem, quam adoptamus, quia procul dubio germana est et vera. Etenim duplici via de noto ad ignotum mens procedit ratiocinando, syllogismo et inductione; in syllogismis procedimus ab universalioribus ad minus universalia, in inductionibus a singularibus ad universalia. At in utroque casu semper a notioribus est initium; vel secundum intellectum cognoscentem universalia, ut in syllogismo ; vel secundum sensum cognoscentem individua sensibilia. Codd. alii et Piana non habent *quantum ad sensum ;* et ideo non satis explicant cui facultati *singularia, ex* quibus procedit inductio, sint manifesta; an intellectui nempe, quod falsum est; vel sensui, quod est verum, et a s. Thoma hic traditur.

σ) *Aliquo enthymemate*. – Piana addit: *in quo non necesse est esse aliquam universalem*. Quae verba omnes codd. nostri omittunt, et revera superflua videntur post praemissa: *in quo necesse est* etc.-Supra codd. CDEGKLMQRST : *universales propositiones non possent assumi vere.* Et *assumi vere* legit Dominicus a Flandria in l *Poster.,* qu. rv, artic. 1; sed habet ut P: *possunt;* HN: *possunt sumi vere.* Lectionem *assumi vere* adoptamus loco P: *vere assumi;* sed retinemus *possunt* PHN et aliorum codd.

LECTIO SECUNDA

DE MODO ET ORDINE PRAECOGNITIONIS NECESSARIAE AD SCIENTIAM ACQUIRENDAM

Tu

Δίχω δ' άναγκαιον προγινώσκειν τά μεν γαρ, δτι έστι, προϋπολαμβάνειν άναγκαιον, τά δέ, τί τό λεγόμενόν έστι, ξυνιέναι δει,'τά δ' άμφω, οίον ότι μέν άπαν ή φησαι η άποφησαι αληθέ , ότι εστι, τό δέ τρίγωνον, ότι τοδί σημαίνει, την δέ μονάδα άμφω, καί τί σημαίνει καί ότι έστιν ού γάρ ομοίω τούτων έκαστον δηλον ήμΐν.

'Εστι δέ γνωρίζειν τα μέν πρότερον γνωρίζοντα, τών δέ καί άμα λαμβάνοντζ την γνώσιν, οίον όσα τυγχάνει οντα υπό τό καθόλου, ιόν έχει την γνώσιν. "Οτι μεν γάρ παν τρίγωνον έχει δυσίν όρθαΐ ίσα , προηδει· ότι δέ τόδε τό έν τω ημικυκλίω τρίγωνόν έστιν, άμα έπαγόμενο έγνώρισεν. Ένίων γάρ τούτον τόν τρόπον ή μάθησί έστι, καί ού διά τού μέσου τό έσχατον γνωρίζεται, όσα ηδη τών καθ' έκαστα τυγχάνει οντα καί μη καθ' υποκειμένου τινό .

* Dupliciter autem necessarium est praecognoscere; alia namque quia sunt, prius necesse est opinari, alia vero, quid est quod dicitur intelligere oportet, quaedam àutem utraque; ut quoniam omne quidem aut affirmare aut negare verum est·, quia est: triangulum autem, quoniam hoc quidem significat; sed unitatem utraque et quid significat et quia est: non enim similiter horum unumquodque manifestum nobis est. • Seq. cap. et text, i·

* Est autem cognoscere alia quidem prius cognoscentem, quorundam autem simul accipere notitiam, ut quaecumque contingunt esse sub universalibus, quorum habent cognitionem : quod enim omnis triangulus habet tres angulos duobus rectis aequales praescivit; quod vero hoc, quod est in semicirculo, triangulus sit, simul inducens cognovit. Quorundam enim hoc modo disciplina est, et non per medium ultimum cognoscitur, ut quaecumque iam singularium contingunt esse et non de subiecto aliquo dicuntur. • Text. 2.

Synopsis. — **i. Argumentum textus ct eius divisiones. – 2. In demonstrationibus est necessaria aliqua praecognitio *subiecti* et *praedicati,* quae in conclusione affirmatione componuntur aut negatione dividuntur; insuper necessaria est praecognitio *principiorum,* quia ex cognitione principiorum conclusiones innotescunt. – 3. At non est idem modus huius praecognitionis: principiorum, utpote quae sunt complexa et ideo non habentia definitionem, est praecognitio *quia,* nempe *an sint,* seu quoad existentiam, quae in eo consistit quod vera sunt. Praedicati est praecognitio *quid,* nempe *quid sit* (affirmatur enim de subiecto, et affirmari nequit ignotum), non autem *quia,* scu quoad suum *inesse* vel *non inesse* subiecto: hoc enim quaeritur et concluditur demonstratione. Subiecti vero est praecognitio *quid* et *quia.* Est praecognitio *quid:* nisi enim praesciatur *quid sit* subiectum, non potest praedicatum affirmari vel negari de ipso ; et est praecognitio *quia,* nam necesse est *esse* id de quo aliquid affirmatur vel negatur. – 4. Quaedam ergo sunt de quibus oportet praescire *quia sunt,* nempe principia.- 5. Quaedam de quibus oportet praescire *quid sint,* saltem quoad nominis significationem. – Declaratur exemplo *trianguli,* ut est quoddam *praedicatum,* et de quo cognosci debet *quid sit,* seu saltem quid significatur nomine trianguli.- 6. Quaedam etiam sunt de quibus oportet praecognoscere et *quid sint* et *quia sint:* declaratur exemplo desumpto ab unitate.- 7. Causa huius diversae praecognitionis est, quia non eadem est ratio cognoscendi tria illa, nempe *principia,praedicatum* et *subiectum;* principia enim cognoscuntur iudicio ; praedicatum cognoscitur simplici apprehensione, sed in *relatione* ad subiectum, cui inest, et quod ingreditur eius definitionem; subiectum cognoscitur apprehensione non relativa, sed absoluta definitione. – 8. Haec autem praecognitio aliquando quidem prioritate temporis praecedit cognoscenda, aliquando prioritate naturae. – 9. Declaratur exemplis quandonam habeatur vel ordo prioritatis temporis, vel solus ordo prioritatis naturae.**

1. ostquam ostendit Philosophus quod Jomnis disciplina * ex praeexistenti fit ^cognitione nunc ostendit quis* sit mordus praecognitionis*. Et circa hoc duo facit: primo, determinat modum praecognitionis quantum ad illa quae oportet praecognoscere * ut habeatur * cognitio conclusionis, cuius scientia quaeritur; secundo, determinat modum praecognitionis ipsius conclusionis, cuius scientia per demonstrationem quaeritur ; ibi : *Antequam sit inducere* * etc. In praecognitione autem duo ineluduntur, scilicet cognitio et cognitionis ordo. Primo ergo, determinat modum praecognitionis quantum ad cognitionem ipsam *; secundo, quanturn ad cognitionis ordinem; ibi: *Est autem eognoscere** etc. - 2. Circa primum sciendum est quod id cuius scientia per demonstrationem quaeritur* est conclusio aliqua in qua propria passio de subiecto aliquo praedicatur " : quae quidem conclusio ex

' d ĩ: *docti ina;w. doctrina et disciplina.*
* Codd. - p: *quid.*
• h ; *cognitionis.*
' Codd, – p: *cognoscere.*
• K : *acquiratur.*
· Lect. m.
» codd.-R: Re-ß,am"cogniti^·^xum. 8.
' r. demonstratiquiritur.

a) *In qua propria passio de subiecto aliquo praedicatur.* **Codd.- PC : *de aliquo subiectopraedic.;* l om. n/ijuo-Significatio vocabuli *passio* late patet in usu loquendi scholastico, ut iam declaravimus in l *Pcrih.,* lect. u, not. 0. Ibi cum s. Thoma diximus pati latissimo sensu aliquid dici ex hoc solum quod id quod est in potentia ad aliquid, recipit illud, ad quod erat in potentia. Atqui propositio est quoddam compositum logicum cuius partes sunt subiectum et praedicatum. Subiectum dicitur quia concipitur quasi supra sc recipiens praedicatum, quod in propositione affirmativa ei tribuitur; hinc quia subiectum recipit praedicatum , ad quod in ordine logico est quodammodo in potentia, praedicatum dicitur passio eiusdem subiecti. Sed additur *propria passio;* et ratio est quia nunc sermo est non de quacumque propositione , sed de propositione quae demonstrative infertur ex principiis ; et ideo de conclusione in qua praedicatum non quocumque modo, sed necessario et per se convenit subiecto specifico vel generico conclusionis. Praedicatum quod hoc modo convenit subiecto dicitur eiusdem subiecti *passio propria,* seu etiam simpliciter *proprietas* vel *proprium*.**

Dixi quod *propria passio* concluditur convenire necessario et per se *subiecto specifico*. Etenim *passio* non sicut substantia praedicatur, sed quasi accidens subiecti, ut patet ex mox dictis. Accidens vero triplicis generis esse potest ; vel enim est *accidens* quod necessario et per se convenit subiecto, quia causatur ex principiis scu essentia specifica ipsius subiecti, et hoc accidens dicitur *passio propria,* seu *proprium,* seu *proprietas* vel (ut nonnullis reccntioribus placuit) *attributum ;* vel accidens per sc convenit subiecto individuo, quia causatur non quidem ex principiis seu essentia specifica subiecti, sed ex eius principiis individuis, et *accidens* dicitur *passio propria* subiecti non specifici, sed individui, seu *accidens* a tali subiecto *inseparabile ;* vel denique accidens non causatur ex subiecti essentia sive specifica sive individua, et dicitur accidens *separabile* seu *contingens,* quia potest inesse subiecto et potest etiam abesse, salva manente subiecti essentia tum specifica tum individua (Cf. lect. xiv, n. 2).

aliquibus principiis infertur. Et quia cognitio simplicium praecedit cognitionem compositorum, necesse est quod, antequam habeatur cognitio conclusionis, cognoscatur aliquo modo subiectum et passio. Et similiter oportet quod praecognoscatur * principium, ex quo conclusio infertur, cum ex cognitione principii conclusio innotescat.

3. Horum autem trium, scilicet, principii, subiecti et passionis est duplex modus praecognitionis, scilicet, *quia est* et *quid est* Ostensum est autem in VII *Metaphysicae** quod complexa non definiuntur y. *Hominis* enim *albi* non est aliqua definitio et multo minus enunciationis alicuius. Unde cum principium sit enunciatio quaedam, non potest de ipso praecognosci * *quid est,* sed solum *quia* verum est °. *Oe passione* autem potest quidem sciri *quid est,* quia, ut in eodem libro * ostenditur, accidentia quodammodo * definitionem habent. Passionis autem *esse* et cuiuslibet accidentis est inesse subiecto : quod quidem demonstratione concluditur*. Non ergo de passione praecognoscitur *quia est,* sed *quid est* solum. – Subiectum autem et * definitionem habet et eius esse a passione non dependet; sed suum esse proprium praeintelligitur ipsi esse passionis in eo. Et ideo de subiecto oportet praecognoscere * et *quid est* ct *quia est***:* praesertim cum ex definitione subiecti et passionis sumatur medium demonstrationis.

4. Propter hoc * ergo dicit Philosophus quod *dupliciter necessarium est praecognoscere *:* quia duo sunt quae praecognoscuntur de his, quorum praecognitionem habemus, scilicet *quia est* et *quid est.*

Et quod * alia sunt de quibus necesse est primo cognoscere * *quia* sunt, sicut principia de quibus postea exemplificat, ponens in exemplo * primum omnium principiorum, scilicet quod *de unoquoque * est affirmatio vel negatio vera.*

5. Alia vero sunt, de quibus oportet praeintelligere *quid est** *quod dicitur,* idest quid significatur per nomen, scilicet de *passionibus.* Et non dicit *quid est* simpliciter, sed *quid est quod dicitur,* quia antequam sciatur de aliquo an sit, non potest sciri proprie de eo quid est: non entium enim non sunt definitiones. Unde quaestio, *an est,* praecedit quaestionem, *quid est.* Sed non potest ostendi de aliquo an sit, nisi prius intelligatur quid significatur per nomen. Propter quod etiam * Philosophus in IV *Metaphysicae *,* in disputatione contra negantes principia * docet incipere a significatione nominum.

Exemplificat autem de triangulo, de quo oportet praescire * quoniam nomen eius hoc significat, quod scilicet in sua definitione continetur. Cum enim * accidentia quodam ordine ad substantiam * referantur, non est inconveniens id quod est accidens in respectu ad aliquid, esse etiam subiectum in respectu alterius *. Sicut superficies est accidens substantiae * corporalis: quae tamen superficies est primum subiectum coloris'. Id autem

• Codd. - p : *cognoscatur.*

β

* Comm. s. Th. lect. m et iv. - Ed. Did. lib. VI, cap. iv et v per tot.

T

* n o q : *cognosci.*

δ

* Loc. cit.

* *Quodammodo,* nempe *secundum quid* et non *simpliciter.S*.Th. ib., lect. iv. - i: *quamdam.*
4 Codd. - PQS : *in* IWWW»*.,' S.SjUOd quidem demonstrative quaeritur.*
"Etc. codd.,exc. KMO.

* 1 : *pracsupponere.*
" ad omitt. *et quia est ,* sed add. marg. a .
* b :*propter quod dictt.*
* a e i *cognoscere.* - iK int. : *cognoscuntur;* sea non bene.

* ABDEIKMN0QST. - c l : *et quia ;* marg. en: *et dicit quod;r: et alia.*
' b c l m r : *praecognoscere.*
' L omitt. *in exemplo.*
" b omitt. *quod.* - Bl : *de quolibet.*

' i : *quid sit.*

• b omitt. *etiam.*

* Comm. s. Th. lect.vn.-Ed. Did. lib. Ill, c. iv, n. 4.
' BC : *principium.*

' K male: *scire.*

* Codd. - p : *autem.*
' Codd. – p m o r : *ad subiectum.*
' *In* ex codd. - k : *alterius ; tamen aliter et aliter. Sicut.*
'Codd. - p: *respectu substantiae.*

t

β) *Est duplex modus praecognitionis, scilicet quia est et quid est.*

Quae de praecognitione deque praecognitionis modo disseruntur a s. Thoma cum Aristotele tantae sunt necessitatis, ut si quis ea non intime penetraverit , vim naturamque demonstrationis ignoret necesse sit; atque ideo a scientificis cognitionibus arcebitur: cum sapiens nullatenus sit dicendus, qui suae scientiae rationem intimam impotens est ostendere. Veniam igitur petimus a doctis hominibus , si quae ipsi apprime sciunt, heic declarare pro novitiis suscipimus.-Notent ergo novitii duo ab Aristotele comprehendi sub vocabulo *quia est,* ὁτι εστι, et duo sub altero vocabulo *quid est,* τι ἐστι : etenim de re aliqua quaerere *an sit,* idem est ac quaerere utrum habeat *esse* reale vel ideale; sed de complexo, quod est propositio, si quaeratur *esse,* hoc esse propositionis nonnisi convenientia seu *inesse,* vel non convenientia seu *non inesse* praedicati subiecto, nempe nonnisi eius veritas intelligi potest, ita ut *an sit propositio* idem sonet ac *an propositio sit vera.* Ratio est quia propositio est ens rationis complexum, cuius esse in eius veritate consistit, hoc est in nexu praedicati cum subiecto (Cf. in V *Mctaphysic.,* lect. ix). Et haec duo indicantur per vocabulum *quia est,* quatenus nempe importat vel existentiam rei, vel illud esse ideale, seu complexum mentale quod est iudicium, cuius *esse* est significare *verum.* – Deinde de re aliqua potest quaeri *quid sit;* at quaeri potest et quid sit *essentia rei* (et dicitur *quid rei)* et *quid* sit quod *dicitur* (quod propterea dicitur *quid nominis):* quae duo designantur altero vocabulo *quid* est.-Quibus declaratis, necesse est ut sciamus *quae* praecognoscenda sunt et *quomodo* ad recte demonstrandum. Et hoc est quod intendit s. Thomas cum Aristotele.

γ) *Complexa non definiuntur.* Signanter dicit *complexa* et non *composita.—Quae* enim composita sunt definiri possunt et definiuntur, si unum *per se* constituant; imo non definiuntur nisi quae composita sunt sive ex partibus physicis sive ex partibus metaphysicis: nam definitio constat ex genere et differentia rei definitae. Patet in *homine,* cuius una essentia est ex anima et corpore, quae sunt eius partes physicae, vel ex animalitate et rationalitate, quae sunt eius partes metaphysicae. At *complexa* sunt ea quae non unam essentiam, idest *unum per se,* seu *essentiale* constituunt, sed *unum accidentale* seu unum per *accidens,* ut *musicus albus.* Age porro definitio de qua impraesentiarum a s. Thoma fit sermo, est definitio explicans essentiam rei. Unius autem rei est una essentia. Ergo quia complexa non habent unam essentiam, recte dicitur quod complexa non definiuntur. Regula autem ad distinguendum compositum essentiale a composito accidentali, quod complexum dicitur, est, quod partes essentiales compositi concrete acceptae, etiam in disiunctione sumptae, dicunt totam essentiam, quamvis non explicent, sicut animal in homine dicit totum hominem; at contra est in complexis: nam *homo* neque implicite neque explicite in sua natura dicit *album,* neque in definitione albi ponitur, ut dicitur infra lect. xiv, n. 2 – (Cf. loc. cit. *Metaphys.,* lect. xn).

0) *Cum principium sit enunciatio quaedam, non potest praecognosci de ipso quid est, sed solum quia verum est.* Haec sententia s. Thomae nititur principiis praemissis, nempe quod complexa non definiuntur propria definitione (cuius est assignare *quid* est rei), et quod principia sunt aliquod complexum , nempe propositiones seu enunciationes. Quidam tamen s. Thomae hac in re contradicunt, quos inter Aegidius in l *Posterior., §. Dupliciter autem* (Venetiis, i53o, fol. 8, coi. 2j. Animadvertit enim quod quamvis complexorum non sit definitio *quid rei* (Cf. supra not. β), tamen ea definiuntur per *quid nominis.* Porro de hac ultima definitione loquitur Aristoteles: dicit enim τι τὸ λεγόμενόν εστι.-Sed respondet Caietanus (in l *Poster.,* cap. 1, §. *De principiorum praecognitione)* quod arguentes hoc modo Aristotelis textum minus perspicaciter sunt intuiti. Falsum est siquidem quod Aristoteles nonnisi definitionem *quid nominis* indicet. Dicit enim, *quid est quod dicitur,* τι το λεγόμενόν ἐστι, quibus verbis includit *quid nominis* et *quid rei:* nam cognoscere *quid dicitur* est quidem cognoscere *quid nominis,* sed cognoscere *quid est id quod dicitur* est cognoscere et *quid nominis* et *quid rei* per nomen dictae. Nec obstat expositio s. Thomae interpretantis *quid est quod dicitur* per *quid significatur per nomen* (inf. n. 5). nam Aristotelis sermo utroque modo exponi potest ct exponitur a s. Thoma. Revera s. Doctor exponens n. 5 illa Aristotelis verba *quid est quod dicitur,* addit, *idest quid significatur per nomen;* at postea ib. de triangulo dicjt quod *oportet praescire quoniam nomen eius* hoc significat, *quod scilicet in sua definitione continetur.* Non immerito ergo, ut mihi videtur, Caietanus affirmat quod, iuxta s. Thomam, cognoscere *quid est id quod dicitur* est cognoscere *quid nominis et quid rei.* – Cod. G immediate addit: *de illis enim scitur quid est, quorum definitio habetur.* Quae verba, cum desiderentur in aliis codicibus, retinemus esse notam quandam marginalem, quam postea amanuensis textui inseruit.

ε) *Superficies est primum subiectum coloris.- Codices* omnes, exc. R: *superficies est proprium subiectum coloris.* – Retinendo Pianam necesse est ut per *primum* intclligamus *immediatum.* Id patet ex praemissis, in quibus dicitur quod substantia corporalis est subiectum superficiei ; ergo in ordine *subtectionis,* substantia corporalis est *primum,* sed non *immediatum* subiectum coloris. Praeterea ipse s. Thomas l–II, qu. i v i, artic. i ad 3 ait: « Unum accidens dicitur esse in alio sicut in subiecto, » non quia accidens per seipsum possit sustentare aliud accidens, sed » quia unum accidens inhaeret substantiae *mediante* alio accidente, ut » color corpori mediante superficie. Unde superficies dicitur esse subie- » ctum coloris. » Et p. III, qu. Lxxvti, artic. n: * Prima, *inquit,* dispo- › sitio materiae est quantitas dimensiva.... Et quia *primum* subiectum » est materia, consequens est quod omnia alia accidentia referantur ad » subiectum *mediante* quantitate dimensiva (sicut et *primum* subiectum » coloris dicitur esse superficies). » In IV autem *Sententiarum.,* dist. x, artic. iv, dicit superficiem esse *immediatum subiectum* coloris; et ib.

quod est ita subiectum, quod nullius est accidens, substantia est . Unde in illis scientiis, quarum subiectum est aliqua substantia, id quod est subiectum nullo modo potest esse passio, sicut est * in philosophia *prima* et in scientia * *naturali,* quae est de subiecto * mobili. In illis autem scientiis, quae sunt de aiiquibus accidentibus, nihil prohibet id, quod ^accipitur ut subiectum respectu alicuius passionis, accipi etiam ut passionem respectu anterioris subiecti. Hoc tamen non in infinitum procedit. Est enim devenire ad aliquod primum * in scientia illa, quod ita accipitur ut subiectum, quod nullo modo ut passio; sicut patet in mathematicis scientiis, quae sunt de quantitate continua vel discreta. Supponuntur enim in * his scientiis ea quae sunt prima in genere quantitatis; sicut *unitas,* et *linea,* et *superficies* et alia huiusmodi. Quibus suppositis, per demonstrationem quaeruntur quaedam alia, sicut triangulus aequilaterus, quadratum * in geometricis * et alia huiusmodi. Quae quidem demonstrationes quasi operativae dicuntur, ut est illud, *Super rectam lineam datam triangulum aequilaterum constituere.* Quo adinvento, rursus de eo aliquae passiones probantur, sicut quod eius anguli sunt aequales aut aliquid huiusmodi. Patet igitur quod triangulus in primo modo demonstrationis se habet ut *passio,* in secundo * se habet ut *subiectum.* Unde Philosophus hic exemplifîcat de triangulo ut est *passio,* non ut est *subiectum,* cum dicit quod * *de triangulo oportet praescire quoniam hoc significat.*

6. Dicit etiam quod quaedam sunt de quibus oportet praescire * utrunque , scilicet *quid est* et *quia est.* Et exemplificat de *unitate* quae est pnncipium * in omni genere quantitatis. Etsi enim aliquo modo sit accidens respectu substantiae, tamen in scientiis mathematicis, quae sunt de quantitate, non potest accipi ut *passio,* sed ut * *subtectum* tantum, cum in hoc genere nihil * habeat prius.

7. Rationem autem * huiusmodi diversitatis ostendit, quia non est similis modus manifestationis praedictorum, scilicet *principii, passionis* et *subiecti.* Non enim est eadem ratio cognitionis in ipsis: nam *principia* cognoscuntur per actum * componentis et dividentis; *subiectum* autem et *passio* per actum apprehendentis *quod quid est*e. Quod quidem non similiter competit subiecto et passioni: cum subiectum definiatur absolute, quia in definitione cius non ponitur aliquid, quod sit * extra essentiam ipsius; passio autem definitur cum dependentia ad subiectum, quod * in eius denmtione ponitur. Unde, ex quo non eodem modo cognoscuntur, non est mirum si eorum diversa praecognitio sit.

8. Deinde cum dicit: *Est autem cognoscere* etc., determinat modum praecognitionis ex parte ipsius ordinis, quem praecognitio importat. Est enim * aliquid prius altero et secundum tempus et secundum naturam. Et hic duplex ordo in praecognitione considerandus est. Aliquid enim praecognoscitur sicut prius notum tempore . Et de his dicit quod *alia* contingit * *cognoscere* aliquem *cognoscentem* ea *prius* tempore, quam illa quibus praecognosci dicuntur. Quaedam vero * cognoscuntur simul tempore, sed prius * natura. Et de his dicit quod *quorundam* praecognitorum *simul* tempore est *accipere notitiam,* et illorum quibus praecognoscuntur *.

9. Quae autem sint ista manifestat subdens quod huiusmodi sunt quaecumque continentur sub aliquibus universalibus, *quorum habent cognitionem,* idest de quibus notum est ea sub talibus universalibus contineri. Et hoc * ulterius manifestat per exemplum. Cum enim ad conclusionem inferendam duae propositiones requirantur, scilicet

i
• PBO omitt. *est.*
η
"Çoiii!°su&-tia, exc. bcqr.
•*BCD-.prindpium.*
• akn om. *in.* - d omitt. *ea.*
O-.quadrangu-
•"codd.-P:g-e0.
• \^*in secundo Tundo* om. *se habet.*
• *Quod* ex codd.,
• coEHKMNs : *sa-* –bcouknqst: *u-traque.*
• cdeiklst : *primum;* r : *prima.*
est'iant.;ŠB-.„ŠScd subiect.
'Codd.- po : *non habeat.*
*'Autem*excodd., exc. o.
* bcdecilmnqst : *actus com-*ron-p·· *per ad.* p°"-> c t infra,
▮ *H: quodsigni-*
'quod nonash de
• b:.*eo quod;*cn
' 0 : *igitur.*
▮
• bcq: *convenit,*
• abc : *autem.*
• Codd.-PQ et *prius.*
* oh non recte : *cognoscuntur.*
•pxnc.-Alii codd.: h'1 qutdt n

---

dist. xn, qu. i, artic. n, quaestiunc. 1 ad i : *Proximum subiectum qualitatis corporalis est quantitas, sicut superficies coloris.* Et in Qq. dispp. *De veritate,* qu. xxv *De sensualitate,* artic. v ad 1 : « Subiectum » alicuius est duplex, scilicet, *primum* et *secundarium;* sicut superficies » est primum subiectum coloris, corpus autem secundarium, in quantum » subiicitur superficiei. » Auctoritates ergo ex hisce diversis locis citatae favent lectioni Pianae, confirmantque *primum* esse sumendum pro *immediatum* vel *proximum.* Sed quod tale est dicitur etiam *proprium,* ut codd. habent hoc loco, et cum his habet etiam Piana lect. x, n. 2, huius libri. – Hinc in *Indice* generali Opp. s. Th., voc. *Superficies,* Petrus a Bergomo ponit: *Superficies est proprium et per se subiectum colorum;* et in solutione dubii xx: *Unum accidens est primum et proprium et per se subiectum alterius accidentis, sicut superficies respectu coloris.*

ζ) *Id autem quod est ita subiectum* etc. Haec omnia usque ad verba *de subiecto mobili* inclusive editio Piana habet cum edd. Ven. saeculi XV et codd., excepto B, in quo manifeste praefata verba omissa sunt ex inadvertentia amanuensis. Etenim s. Thomas comparationem instituit inter scientias quae habent pro obiecto seu subiecto substantiam, et scientias quae habent pro obiecto accidentia. Unde, cum codex Bprimam partem comparationis omittat, comparationem ipsam et sensum doctrinae pervertit.

η) *Iu philosophia prima.* Nomine *philosophiae primae* designatur *metaphysica* (Cf. infra lect. xxi, n. 5, 1 *Physic.,* lect. 1 ac alibi passim) et quae etiam vocatur scientia *suprema,* quatenus habet pro subiecto *ens* et ea quae sunt propria entis, et consequenter principia omnibus scientiis communia (Cf. infra lect. xvu, n. 4, seqq.). « Quamvis autem » subiectum huius scientiae *(supremae)* sit ens commune, dicitur tamen » tota de his quae sunt separata a materia secundum esse et rationem : » quia secundum esse et rationem separari dicuntur non solum illa, quae » nunquam in materia esse possunt, sicut Deus et intellectuales sub- » stantiae *(Angeli),* sed etiam illa, quae possunt sine materia esse, sicut » ens commune. Hoc tamen non contingeret, si a materia secundum » esse dependerent. Secundum igitur tria praedicta, ex quibus perfectio » huius scientiae attenditur, sortitur tria nomina. Dicitur enim *scientia* » *divina* sive theologia, in quantum praedictas substantias considerat; » *metaphysica,* in quantum considerat ens et ea quae consequuntur » ipsum (haec enim trans physica inveniuntur in via resolutionis, sicut » magis communia post minus communia); dicitur autem *prima phi-* » *losophia,* in quantum primas rerum causas considerat » (Prol. in *Metaphysic.*). Haec ex s. Thoma et Scholasticis, ubi de diversis denominationibus scientiae supremae sermo illis erat. Nihilominus et ipse s. Thomas, ut notavimus, *metaphysicam* vocat ipsam philosophiam *primam.* Hinc reccntiores sub communi denominatione metaphysicae ordinant quae sub philosophia *prima* et *theologia* recensebantur, ipsamque partiuntur in *metaphysicam generalem* (quae complectitur *metaphysicam* et *philosophiam primam* antiquorum, quaeque ratione obiecti a s. Thoma designati, vocatur *ontologia* i et in *metaphysicam specialem,* cuius subiecta sunt mundus, homo et Deus, hoc est *Cosmologia, Psychologia* seu *Anthropologia* ct *Theologia naturalis.*

0) *Principia cognoscuntur per actum componentis* etc. Principia sunt *iudicia* quaedam, ut: *Impossibile est idem simul esse et non esse; totum est maius qualibet sua parte,* ct alia huiusmodi. Porro iudicium est actus intellectus componentis praedicatum cum subiecto, in iudiciis affirmativis; vel dividentis praedicatum a subiecto, in iudiciis negativis (Cf. *Perih.,* lib. I, lect. lit, not. δ). Recte igitur affirmatur quod principia cognoscuntur per actum componentis et dividentis. – Non potest autem mens componere aut dividere ignota ; et ideo iudicio praeire debet cognitio subiecti et praedicati : quae, ne in infinitum procedatur, necesse est ut per simplicem apprehensionem habeantur, qua cognoscitur *quid* sit subiectum, *quid* praedicatum, coniungenda per affirmationem vel per negationem dividenda in iudicio.

1) *Praecognoscitur sicut prius* etc. Ita codd. ABG1O; et bene. Edit. Piana legit, *praecognoscitur prius, sicut prius* etc. Sed vi toS *praecognoscitur* manifeste redundat illud *prius* immediate appositum.-Codd. alii, minus recte : *cognoscitur sicut prius* etc. ; sed *praecognoscitur* ponitur in marg. cod. M.- Codex insuper B in principio huius numeri sic legit: *determinat eorum praecognitionis modum ex parte* etc.

maior et *minor,* scita propositione *maiori,* nondum habetur conclusionis cognitio. *Maior ergo* propositio praecognoscitur conclusioni non solum natura, sed * tempore. Rursus autem si in *minori* propositione inducatur sive assumatur aliquid contentum sub universali propositione, quae est *maior,* de quo manifestum non sit quod sub hoc universali contineatur, nondum habetur *conclusionis* cognitio *, quia nondum erit * certa veritas *minoris* propositionis. Si autem in *minori* propositione assumatur terminus, de quo manifestum sit qu°d continetur * sub universali in *maiori* propositione, patet veritas *minoris* propositionis: quia id quod accipitur sub universali habet eius cognitionem, et sic statim habetur conclusionis cognitio μ. Ut si sic demonstraret aliquis, *omnis triangulus habet tres angulos aequales duobus rectis,* ista cognita, nondum habetur conclusionis cognitio: sed cum postea assumitur *, *haec figura descripta in semicirculo, est triangulus,* statim scitur * quod habet tres angulos aequales duobus rectis. Si autem non esset manifestum quod * haec figura in semicirculo descripta est triangulus, nondum statim inducta assumptione ν sciretur conclusio; sed oporteret * ulterius aliud ** medium quaerere, per quod demonstraretur hanc figuram esse triangulum. Exemplificans ergo * Philosophus de his quae cognoscuntur ante conclusionem *prius tempore,* dicit quod aliquis, per demonstrationem conclusionis cognitionem accipiens, hanc propositionem praescivit ξ etiam secundum tempus, scilicet, quod omnis triangulus habet tres angulos duobus rectis aequales. Sed inducens hanc assumptionem *, scilicet, quod hoc quod est in semicirculo sit triangulus, simul, scilicet tempore, cognovit ° conclusionem, quia hoc inductum habet notitiam universalis, sub quo continetur, ut non oporteat ulterius .medium quaerere. Et ideo subdit quod, *quorundain est hoc modo disciplina,* idest eorum accipitur cognitio *per se,* et non oportet ea cognoscere per aliquod aliud medium, quod sit ultimum in resolutione, qua mediata ad immediata reducuntur. Vel potest legi sic'': quod *ultimum,* idest extremum, quod accipitur sub universali medio, non oportet ut cognoscatur ρ esse sub illo universali per aliquod aliud medium. Et quae sint ista, quae semper* habent cognitionem sui universalis, manifestat subdens quod huiusmodi sunt singularia, quae non dicuntur de aliquo subiecto *: cum inter singularia et speciem nullum medium possit inveniri.

• BH; *sed etiamj* (| -r-.erat; u-.est. | conïS<r\T : * | p ' | * Codd. - p: *accipitur.* ' Codd. - p: *scit.* | • am : *quia.* ν * Codd.-p: *oportet.* ** Codd. - PK ; *aliquod;* d : *aliquid.* | * Codd.- p: *autem.* | ξ | ' bg : *descriptionem;* sed non recte. | 0 | π | ρ | * Codd.- p omitt. *semper.* | 'Cf.Peri». ject.x, not. β. - D ont. *subiecto.*

x) *Nondum habetur conclusionis cognitio.* Ita **P et codices.-Unus L addit immediate:** *maior ergo propositio praecognoscitur conclusione.* **Videntur tamen verba illa pertinere ad notam marginalem (et revera eadem leguntur in marg. cod. I) nisi forte quis dicat quod amanuensis ex recursu verborum,** *conclusionis cognitio,* **denuo addiderit hoc loco, quae supra iam scripserat:** *maior ergo* **etc. – Supra:** *de quo manifestum non sit* **etc., cod. O habet:** *de quo manifestum non sit quod huiusmodi conclusio sub hoc* **etc. Sed est lectio non acceptanda.**

λ) *In maiori propositione, patet* **etc. Cod. C legit:** *in maiori propositione universaliter proposita, patet* **etc. Desunt verba,** *universaliter proposita* **in Piana et aliis in codd.; adiicienda tamen videntur, sicut adiiciuntur in codice C, aut saltem subintelligenda. Ut enim habemus ex libro I** *Peri hermeneias* **(Cf. lect. x, n. 14, seqq.) s. Thomas distinguit subiectum universale, a quo propositio dicitur universalis, in universale, et universaliter sumptum; et hic sermo manifeste est de propositione in qua universale hoc secundo sensu accipitur.**

μ) *Quia id quod accipitur* **etc. Sententia perspicua est. In propositione enim universali de subiecto universaliter sumpto, praedicatum tribuitur subiecto in tota eiusdem subiecti universalitate; ergo omnibus subiectis ad quae se extendit ipsum universale subiectum. Quocirca si habeatur compertum quod subiectum aliquod (de quo ponitur** *minor* **syllogismi) contineatur sub extensione eiusdem subiecti propositionis** *maioris,* **habetur veritas** *minoris,* **et habetur statim veritas conclusionis cognita. – Sententia vero ipsa proponitur a s. Thoma iisdem fere verbis, quibus illam enunciat Aristoteles:** *id quod accipitur sub universali, habet eius cognitionem,* **non secus ac infra;** *hoc inductum habet notitiam universalis.* **– Codd. eamdem praebent lectionem, exceptis codd. ABG, qui leviter variant legendo:** *quia* **(AB,** *quia vel) id quod accipitur.... habet eius cognitionem vel nominationem; et sic statim* **etc.**

ν) *Nondum statim* **etc. B :** *nondum statim in dicta suppositione sciretur* **etc.- E:** *nondum in dicta assumptione sciretur* **etc.- LNQRS:** *nondum statim in dicta assumptione sciretur* **etc_ M:** *non statim in dicta assumptione sciretur* **etc.- C legi potest tam** *inducta* **quam** *indicta;* **et ideo videtur stare cum D, cuius lectio esse potest vel,** *in ducta,* **vel,** *in dicta.*

ζ) *Hanc propositionem praescivit.* **Codd. EHKST habent:** *hanc conclusionem;* **sed est lectio non acceptanda. – N:** *conclusione* **(forte** *conclusioni);* **ABD1L0:** *hanc* **(O,** *hoc) conclusioni;* **C:** *hanc propositionem conclusioni praescivit;* **M:** *hanc cognitionem conclusioni praescivit.* **Dubius est G an legat** *conclusionem,* **vel** *conclusioni.* **Q om.** *hanc propositionem;* **R:** *huic conclusioni praescitur aliquid etiam* **etc.**

0) *Sit triangulus, simul, scilicet tempore, cognovit* **etc. Hoc modo legendum esse existimo cum cod. B. – Editio Piana habet:** *sit triangulus, supple tempore, simul cognovit.* **Lectioni cod. B plus minusve consentiunt alii codices. – AEGH1LMNOQT:** *sit triangulus, scilicet tempore simul cognovit* **etc.—D:** *sit triangulus, tempore scilicet simul cognovit* **etc.- KRS:** *sit triangulus, tempore simul cognovit.—C denique* **legit fere cum B, nisi quod in margine corrigitur per** *supple: sit triangulus, scilicet* **(marg.** *supple) simul tempore.* **– Verbum** *supple* **non est error: nam s. Thomas refert Aristotelis textum in quo Spa,** *simul,* **ponitur.** *Simul* **autem duo significare potest in philosophia, nempe simultaneitatem** *naturae,* **oppositam prioritati vel posterioritati naturae, et simultaneitatem temporis, quae opponitur prioritati vel posterioritati temporis. Hic affirmatur simultaneitas temporis, non autem naturae. Quia igitur in verbis,** *simul inducens cognovit,* **adverbium** *simul* **intclligendum est de siinultaneitate temporis, ipsi additur** *supple,* **quasi nota explicative verbi Philosophi. Fretus tamen auctoritate codd., praetuli** *scilicet,* **quo magis facilis locutio redditur.**

π) *Vel potest legi sic* **etc. Duas istas interpretationes textus Aristotelis admittit versio latina; sed textus graecus nonnisi secundam exposionem factam a s. Thoma enunciat: χαι οὐ διὰ τοῦ ρ'σου τὸ εσ/ατον γνωριζεται;** *et ultimum non per medium cognoscitur.*

ρ) *Non oportet ut cognoscatur.* **Ita codex A, cui consentit B:** *non oportet quod cognoscatur;* **vera et facilis lectio, ut patet ex praecedenti contextu** *non oportet ea cognoscere* **etc. Editio Piana cum aliis codd. legit** *non cognoscatur:* **quae lectio, uti iacet, obscura quodammodo est, nec satis praemissis respondet. Sensus enim expressus est quod cum necesse sit praecognoscere aliquid contineri sub universali subiecto (puta hominem sub animali) ut de illo dicatur praedicatum assertum de hoc subiecto universali; illud contineri sub universali aut scitur immediate, aut ope alicuius medii. Et s. Thomas cum Aristotele dicit non oportere ut illa cognitio semper et dc omnibus per aliud medium habeatur. Et est sensus obvius. Dixi,** *uti iacet,* **quia sustineri potest lectio, si loco** *non cognoscatur,* **legamus** *non cognoscitur,* **prouti reapse legitur in textu aristotelico, qui hoc loco exponitur, et in codd. OT.**

LECTIO TERTIA

DE PRAECOGNITIONE CONCLUSIONIS

"p 'M

Hplv ὀ' ἐπαχθηναι η λαβεῖν συλλογισμόν, τρόπον μέν τινα ἰσω φατέον επίστχσθαι, τρόπον ἀ* ἄλλον οὐ.Ὸ γάρ μη ἠδει εἶ εστιν απλώ , τοὐτο πώ ηόει ὁτι δύο ὐρθά ἐχει απλώ ; ἀλλα δηλον ὠ ὠδί μεν ἐπίσταται, ὁτι καθόλου ἐπίσταται, απλώ δ' οὐκ ἐπίσταται.

Εἰ δέ μη, τό ἐν τώ Μένωνι ἀπόρημα συμβη'σεται· η γάρ οὐδέν μαθη'σεται η ἁ οιδεν.

Οὔ γάρ δη', ὠ γέ τινε ἐγχειροῦσι λὐειν, λεκτέον ἀρ' οιδα ἁπασαν δυάδα ὁτι ἀρτία η οὔ; φη'σαντο δέ προηνεγκάν τινα δυάδα ην οὐκ *ωετ'* εἰναι, ὡστ οὐδ' ἀρτίαν· λυ'ουσι γάρ οὐ φάσκοντε εϊὁέναι πάσαν δυάδα ἀρτιαν οὔσαν, ἀλλ' ην ἰσασιν ὁτι δυά .

Καίτοι ϊσασι μέν οὐπερ την ἀπόδειξιν ἐχουσι και οὐ ἐλαβον, ελχβον δ' οὐχΐ παντό οὐ αν εἰὁώσιν ὁτι τρίγωνον η οτι αριθμό , ἀλλ* απλώ κατά παντό αριθμού καί τριγώνου· οὐόεμία γάρ πρότασι λαμβάνετχι τοιαυ'τη, ὁτι ον σὐ οιδα αριθμόν η δ σὐ οίδα εὐθυ'γραμμον, ἀλλα κατά παντό .

Ἀλλ' οὐδέν (οιμαι) κωλυ'ει, δ μανθάνει, εστιν ὠ ἐπίστασθαι, εστι δ' ὠ ἀγνοεῖν ἀτοπον γάρ οὐκ εϊ οιδε' πω δ μανθάνει, ἀλλ' εἶ ὠδί, οίον η μανθάνει καί ὠ .

1ιΠ

*** Antequam sit inducere aut accipere syllogismum, quodammodo fortasse dicendum est scire, modo autem alio non. Qui enim nescivit si est simpliciter, hic quodammodo scivit, et quod duos rectos habet hoc nescivit simpliciter; sed manifestum est quod sic quidem scit, simpliciter autem non scit.** • Seq. cap. t, et text. 2.

***Si vero non, Menonis ambiguitas contingit; aut enim nihil discent aut quae noverunt.** * Text. 3.

Non enim, sicut quidam argumentantur solvere, dicendum est: numquid scivisti omnem dualitatem, quoniam par est aut non? Dicente autem sic, attulerant quandam dualitatem quam non opinatus est esse; solvunt enim dicentes non cognoscere omnem dualitatem parem esse, sed quam sciunt quod dualitas sit.

*** Et etiam sciunt cuius vere demonstrationem habent et cuius acceperunt; acceperunt autem non de omni, cuius utique sciunt quod triangulus aut numerus sit, sed simpliciter de omni numero et triangulo. Neque enim una propositio accipitur huiusmodi, quod quem tu nosti numerum aut quam nosti rectam lineam, sed de omni.** * Text. 4.

Sed nihil (ut opinor) prohibet, quoniam est quod addiscit sic scire, est autem sic ignorare. Inconveniens enim non est si scit quodammodo quod addiscit, sed si hoc modo ut in quantum addiscit et scit.

Synopsis. — 1. Actualis cognitio principii est *virtualis* cognitio conclusionis, quae in principio continetur, eo fere modo quo effectus, antequam producatur, continetur in sua causa activa. Ergo antequam per demonstrationem conclusio inferatur, conclusio cognoscitur non *simpliciter,* seu *actu* et *in seipsa,* sed *secundum quid,* hoc est *virtualiter* et *in alio,* nempe cognoscitur *principium* in quo conclusio non actu, sed virtualiter solummodo continetur. – 2. Platonis argumentatio ad probandum quod conclusio praecognoscitur etiam *simpliciter,* antequam ex principiis demonstrativis deducatur. – 3. Concedendum est Platoni quod ante demonstrationem conclusio sit aliquo modo scita addiscenti. – 4. Quidam falso obviabant Platoni dicentes ante demonstrationem nullo modo in cognitione principiorum conclusionem addiscenti cognitam esse. – 5. Improbatur haec sententia, et argumentationi inductae respondetur. – 6. Solvitur Platonis dubitatio ratione facta n. 1; et ostenditur nullum esse inconveniens aliquid esse quodammodo scitum, et quodammodo non scitum.

a

'on: cognoscere.

1. ostquam ostendit Philosophus " quo-^modo oportet praecognoscere * quaej^dam alia, antequam de conclusione cognitio sumatur, nunc vult ostendere quomodo ipsam conclusionem contingit praecognoscere *, antequam cognitio sumatur de ea per syllogismum vel inductionem *. Et circa hoc duo facit.

• g b: *cognoscere.*

* b : *vel demonstrationem;* sed non recte, ut patet immediate infra et n. 3.

Primo namque determinat veritatem, dicens quod antequam inducatur inductio vel syllogismus ad faciendam cognitionem dc aliqua conclusione, illa conclusio quodammodo scitur, et quodammodo non: simpliciter enim nescitur, sed scitur * solum secundum quid. Sicut si debeat probari ista conclusio, *triangulus habet tres angulos aequales duobus rectis;* antequam demonstraretur *, ille qui per demonstrationem accipit scientiam eius, nescivit simpliciter, sed scivit * secundum quid. Unde quodammodo praescivit, simpliciter autem non. Cuius quidem ratio est, quia, sicut iam ostensum est, * oportet principia conclusioni * praecognoscere. Principia autem se habent ad conclusiones in demonstrativis *, sicut causae activae in naturalibus ad suos effectus (unde in II *Physicorum* * propositiones syllogismi ponuntur in genere causae efficientis). Effectus autem, antequam producatur in actu *, praeexistit quidem in causis activis *virtute,* non autem *actu,* quod est simpliciter *esse.* Et similiter antequam ex principiis demonstrativis * deducatur conclusio, in ipsis quidem principiis praecognitis praecognoscitur * conclusio virtute, non autem * actu: sic enim in eis praeexistit. Et sic patet quod non praecognoscitur * *simpliciter,* sed *secundum quid* i3.

* *Scitur* ex e k et n (marg.) –l : *non scitur, sed solum.*

• Codd.- p: *demonstretur.*

• o : *sed solum secund.*

2. Secundo; ibi: *Si vero non* etc., excludit ex veritate determinata quandam dubitationem, quam Plato ponit in libro Menonis 1, sic intitulato ex nomine sui discipuli. Est autem dubitatio talis.

* Lcct. n, n. 2.

* LQS : *conclusionum;* g : *conclusionis ;* t : *conclusionem,* loc. *conclusionum.*

'm: in dem. scientiis.

* Cap. in, n. 5. Comment. s.Th. lcct. 5.

• BCDEQRST î *in actum.*

* a b c d e l o r s: *demonstrationis.*

* a r g h: *cognoscitur.*- Codd. -*.virtute quidem.*

* CDKLMNORST. - p: *non tamen ;* h q om. utrq.

* a: *cognoscitur.*

β

Plato.

7

a) ***Postquam ostendit Philosophus*** **etc. Cod. Q:** ***Postquam Aristoteles ostendit*** **etc.; et non distinguit hanc lectionem a praecedenti, ita nempe ut sub secunda lectione hanc tertiam comprehendat. Sed alii codices optime distinguunt ; eamque esse distinguendam demonstrat etiam modus incipiendi, quo regulariter utitur s.Thomas:** ***Postquam*** **etc.**

β) ***Sed secundum quid.*** **Codd.-Editio Piana habet,** ***secundum quid est;*** **at** ***est*** **manifeste redundat ct confusionem parit.**

γ) ***Plato ponit in libro Menonis*** **etc. Quae hic ex Platone recitantur ab Aristotele defenderat s. Augustinus in 11** ***Soliloquior.,*** **cap. xx; at postea sapientior effectus magna vi ct efficacia refutavit. Retractans enim quae scripserat in citato lib.** ***Solitoq.*** **haec habet: ‹ Item quodam loco dixi, » quod disciplinis liberalibus eruditi, sine dubio in se illas oblivione » obrutas eruunt discendo, et quodammodo refodiunt. Sed hoc quoque » improbo. Credibilius est enim, propterea vera respondere de quibus-**

•i\ *introducit,* et *omnino.*^ Inducit* enim quendam, omnino imperitum artis geometricae, interrogatum ordinate de principiis ex quibus quaedam * geometrica conclusio concluditur *, incipiendo ex principiis per se notis: ad quae omnia ille, ignarus * geometriae, id quod verum est respondit *: et sic deducendo quaestiones usque ad conclusiones * per singula verum re-, spondit. Ex hoc igitur vult habere, quod etiam* illi, qui videntur *. imperiti aliquarum artium, antequam de eis instruantur earum notitiam habent ζ. Et sic sequitur quod vel homo nihil addiscat vel addiscat ea, quae prius novit.

"i·.Primoponii. 3. Circa hoc ergo quatuor facit. Primo enim * proponit quod praedicta dubitatio vitari non potest, nisi supposita praedeterminata veritate, scilicet quod conclusio, quam quis addiscit per demonstrationem vel inductionem *, erat nota non *simpliciter,* sed secundum quod est *virtute* in suis principiis: de quibus aliquis, ignarus scientiae, interrogatus * veritatem respondere potest. Secundum vero Platonis sententiam, conclusio erat praecognita simpliciter; unde non addiscebatur de novo, sed potius per deductionem ‖ aliquam rationis in memoriam reducebatur. Sicut etiam de formis naturalibus Anaxagoras ponit * quod ante generationem praeexistebant in materia simpliciter. Aristoteles vero ponit quod praeexistunt in potentia et non simpliciter.

■*con.·v·. ostendis.* 4. Secundo, cum dicit.· *Non enim sicut* etc., ponit * falsam quorundam obviationem ad dubitationem Platonis : qui scilicet dicebant quod conclusio, antequam demonstraretur vel quocunque modo addisceretur, nullo modo erat cognita. Poterat enim eis obiici secundum dubitationem Platonis hoc modo: Si quis interrogaret ab aliquo imperito: nunquid tu scis * quod omnis dualitas par est? Et *dicente* eo, idest concedente se scire, afferret quandam dualitatem, quam ille interrogatus non opinaretur 6 esse,' puta illam dualitatem quae est tertia pars senarii; concluderetur quod sciret tertiam partem senarii ‘esse numerum parem: quod erat ei incognitum *, sed per demonstrationem inductam addiscit. Et sic * videtur sequi quod vel non hoc addisceret vel addisceret quod prius scivit x. – Ut igitur hanc dubitationem evitarent, solvebant dicentes quod ille, qui interrogatus * respondit se scire quod omnis dualitas sit numerus par, non dixit se cognoscere omnem dualitatem simpliciter, sed illam quam scivit esse dualitatem. Unde cum ista dualitas, quae est allata *, fuerit ab eo penitus ignorata \ nullo modo scivit quod haec dualitas esset numerus par. Et sic sequitur quod apud cognoscentem * principia nullo modo conclusio sit praecognita nec *simpliciter,* nec *secundum quid.*

5. Tertio, ibi: *Et etiam sciunt* etc., improbat hanc solutionem hoc modo. Illud scitur de quo demonstratio habetur vel de quo de novo accipitur * demonstratio. Et hoc dicitur propter addiscentem, qui incipit scire. Addiscentes autem non accipiunt demonstrationem de omni dualitate de qua sciunt, sed de omni simpliciter, et similiter de omni numero aut * de omni triangulo. Non ergo verum est quod sciat de omni * numero, quem scit * esse numerum, aut de omni dualitate, quam scit esse dualitatem, sed de omni simpliciter. Quod autem non sciat * de omni numero, quem scit esse numerum, sed de omni simpliciter, probat; ibi: *Neque enim una propositio* etc. Conclusio cum praemissis convenit in terminis: nam subiectum et praedicatum conclusionis sunt , Cf lect VIII *maior* et *minor extremitas* in praemissis *; sed in not· p·

•1·. *dicis.*

•o\ *quiignarus* est' E

▮cDEiNRST: *con-*

• codd.™«.M.-

*i : *sunt,* sed non ζ

• o omitt. *vel induct.* – i : *prius erat.*

• b omitt. *interrogatus.*

n

9

l

'v.·. ignotum.

'is: simituer.

x

‘Codd.-BCE: *qui interrogatur;* p : *ille interrogatus qui.*

" Codd. - ΓK : *illata ;* q : *abtata;* R : *oblata.*

λ

* Λ0 : *praecognoscentem.*

* i: *habetur;* h : *accipitur demonstratio vel habetur.*

* i : *et.*

' o erronee om. *omni.*

* b l o i\ : *scivit, ct* ita immediate in* fra, exc. r .

•a m q r t : *non scit,* sed non secte.

» dam disciplinis, etiam imperitos earum, quando bene interrogantur, » quia praesens est eis, quantum id capere possunt, lumen rationis » aeternae, ubi haec immutabilia vera conspiciunt; non quia ea nove- » rant aliquando et obliti sunt: quod Platoni vel talibus visum est. » Contra quorum opinionem, quanta pro .suscepto opere dabatur occasio, » in lib. XII *de Trinitate* (cap. xv) disserui » *(Retract,* lib. I, cap. iv, n. 4).

0) De principiis. Codices non habent verba *per se notis,* quae addita *principiis* leguntur in editione Piana. Nec sunt adiicienda: quippe quod duo distincte dicantur: 1, quod imperitus interrogetur ordinate de principiis ; 2, quod haec ordinata interrogatio incipiat *a principiis per se notis.*

ε) *Ignarus geometriae, id quod verum est respondit.* Hic sistunt codices BO, cetera omittendo usque ad *per singula verum respondit.* Sed est defectus amanuensium, qui ex identica desinentia utriusque partis sententiae *(respondit}* secundam praeterierunt. Codd. alii legunt cum editione Piana.

ζ) *Ex hoc igitur vult habere* etc. Dialogus *(Meno),* de quo est hic mentio, incipit: « Socrates. Dic age, o puer, cognoscisne hoc tale spa- » tium quadrangulum esse?-Puer. Equidem › (pag. 416). Quo admisso, prosequitur Plato in persona Socratis ad alias interrogationes circa quadrangulum; quibus cum iuxta veritatem respondeat puer, concludit: « Socrates. Quid tibi, Meno, videtur? responditne hic *(puer)* unquam » ex alterius quam suiipsius opinione? – Meno. Numquam, sed ex pro- » pria semper. – Socrates. Veruntamen haud novit, ut paulo ante con- » fessi sumus. – Meno. Vera loqueris. – Socrates. Inerant igitur huic » opiniones huiusmodi. – Meno. Inerant. – Socrates. Huic igitur igno- » ranti opiniones de iis quae ignorat verae insunt. – Meno. Apparet. – » Socrates. Nunc igitur huic opiniones tales quasi per somnium su- » scitatae sunt. Quod si quis interroget hunc talia quaedam saepe et » multa, certo scies hunc ista, si quis alius novit, perfecte cogniturum. – » Meno. Videtur. – Socrates. Nonne igitur, nemine prorsus docente, sed » interrogante potius, ista sciet ex seipso scientiam ad se revocans ? – » Meno. Sic est. – Socrates. Recuperare vero scientiam in seipso, an » *non* reminisci dicitur? – Meno. Prorsus » (pag. 418. – *Platonis Opera omnia,* Marsilio Ficino interprete.—Francofurti 1602).-« Huic rationi vel » cavillo potius, *inquit Themistius,* videtur Plato manus dedisse » (*Paraphrasis in Posteriora analytica Aristot.,* lib. I, cap. m, pag. 3. Ed. cit.).

η) *Per deductionem aliquam* etc.-Piana est haec lectio, quam codices habent, exceptis Hl. Cod. enim l legit:*per inductionem quamdam;* et non est spernenda lectio, cum sermo manifeste sit de opinione Platonis, qui inductione utebatur in interrogationibus propositis puero Menonis. Ex opposito dici potest quod Aristoteles, ut magis pateat Platonis argumentatio, videtur loqui, non de *inductione* e singuiaribus ad universalia, sed de *deductione* particularium ex universalibus principiis per demonstrationem ; et ideo supra praemisit: *interrogatum ordinate de principiis.... incipiendo ex principiis per se notis.... et sic deducendo quaestiones usque ad conclusiones.* Huic secundae interpretationi favet Piana cum maiori parte codicum. Prima vero sustineri potest tum ex' auctoritate HI, tum praecipue ex eo quod paulo supra tum P, tum codd. (O excepto, ut in marg. notavimus) legunt: *per demonstrationem vel inductionem;* tum denique ex his quae semel et iterum, *per... inductionem... inducatur inductio,* dicuntur in principio lectionis.-In textu Aristotelis neutrum vocabulum occurrit. – H utranque lectionem complectitur: *per demonstrationem aliquid* (aliquam) *vel inductionem.*

9) *Interrogatus non opinaretur esse.* – 1 : *interrogatus nesciret.* – CDEHLQS erronee omittunt *non,* ac legunt: *interrogatus opinaretur esse;* sed error corrigitur in marg. codd. CDS.

1) *Concluderetur quod sciret tertiam partem senarii.* Haec verba desunt in cod. B ex oscitantia amanuensis; ea tamen in aliis codd. et ed. Piana habentur. Sed et necessaria sunt ad integritatem sententiae. Cod. G: *et concluderetur quod* etc.

x) *Et sic videtur sequi quod vel non hoc addisceret vel addisceret quod prius scivit.* Haec lectio retinenda est tum quoad rem tum quoad formam. Cod. B, manifesto errore, relinquit negationem et habet: *et sic videtur sequi quod vel hoc addisceret vel* etc. Editio Piana minus recta est quoad formam: *et sic videtur sequi quod vel hoc non addiscat vel addiscerit* etc. Nostram lectionem habent codices omnes, B excepto, ut notavimus. – O : *vel quod addisceret quod prius sciebat.*

λ) *Euerit ab eo penitus ignorata.* Codex B: *fuerit ab eo totaliter ignorata,* et est sensus idem, et pene eadem forma. Edit. Piana: *fuerit ab eo penitus incognita sive ignota.* Et *ignota* habent etiam codd. HI. Lectio nostra est aliorum codd.

praemissis non accipitur aliqua propositio de numero aut de recta linea cum hac additione, *quam tu nosti,* sed simpliciter de omni; neque ergo conclusio demonstrationis est cum additione praedicta, sed simpliciter de omni

6. Quarto, ibi: *Sed nihil* etc., ponit veram solutionem dubitationis praedictae secundum praedeterminatam * veritatem, dicens quod illud, quod quis addiscit, nihil prohibet primo * quodammodo scire et quodammodo ignorare. Non enim est inconveniens si aliquis quodammodo praesciat id* quod addiscit; sed esset inconveniens si hoc modo praecognosceret secundum quod addiscit. Addiscere enim proprie est * scientiam in aliquo generari. Quod autem generatur, ante generationem neque fuit omnino non ens neque omnino ens '; sed quodammodo ens et quodammodo non ens: ens quidem in potentia, non ens vero actu: et hoc est generari, reduci de potentia in actum*. Unde nec id * quod quis addiscit erat omnino prius notum, ut Plato posuit, nec omnino ignotum, ut* secundum solutionem supra** improbatam ponebatur; sed erat notum *potentia* * sive in principiis praecognitis universalibus, ignotum autem actu, secundum propriam cognitionem. Et hoc est addiscere, reduci de cognitione potential, seu virtuali, aut universali, in cognitionem propriam et actualem f.

• Num. i. - ckqr: *primo.*

* cDEiLOT: *niud.*

bgio: *est quodammodo,nom. proprie,* quod addit .in marg.1.

* °TM.. *adactum.*

' DGILNOR ; *illud.*

p) ***Neque ergo conclusio etc.*** **Haec illatio explicite habetur in Piana et in codd., et est retinenda, ut, post praemissas, nempe *maiorem* syllogismi *(Conclusio cum praemissis* etc.) et *minorem (sed in praemissis* etc.) inferatur id quod susceptum est probandum, videlicet: *neque ergo conclusio* etc. – Unus codex C subintellectam relinquit totam hanc conclusionem. Sed est mendum, cuius ratio solita est, nempe repetitio eiusdem vocabuli, *de omni.– Cod.* H supra legit: *Non ergo verum est quod sciat de omni numero, quem scit esse numerum, sed de omni. Idem improbat aliter, ibi: Neque enim* etc. Cod. O habet similiter lacunam: legit enim: *quam scivit esse dualitatem, sed de omni simpliciter, probat, ibi* etc. Denique cod. L lectionem praebet non adoptandam, omittens: *sed de omni simpliciter,* ante *probat.***

v) ***Ante generationem neque fuit omnino non ens, neque omnino ens.*** **Hanc germanam lectionem, quae cum sequenti membro sententiae cohaeret, restituimus ex codd. AO. – Nisi forte melius etiam cod. B: *non fuit omnino ens, neque omnino non ens.* Piana et alii codd.: *ante generationem non fuit omnino ens, sed etc.* Et l: *non fuit omnino non ens, sed quodammodo non ens,* nempe videtur confundere secundum sententiae membrum cum primo. K: *non fuit omnino non ens,* et omittit, *sed quodammodo ens et quodammodo non ens.* Sed est mendum.-Infra vero cod. O mendosus est, omittens verba, *et hoc est generari, reduci de potentia in actum,* quae concorditer exhibentur ab aliis codd.**

ξ) ***Et hoc est addiscere, reduci de cognitione*** **etc. Haec lectio Piana et codd. optima est.-Cod. B: *hoc est addiscere reducere cognitionem potentialem sive virtualem aut universalem* etc. Quae lectio falsa est. – *Docet* magister et *reducit* discipulum de cognitione potential! ad cognitionem actualem conclusionum; *addiscit* discipulus et *reducitur* de cognitione potential) ad actualem. Qua de re cf. s. Thom. Qq. xi *De magistro* inter dispp. *De veritate,* et *Summ. theol.* par. l, qu. cxvit, artic. i.**

Quae in hac lectione definiuntur aliquantulum consideranda sunt. Principium unde exorditur Aristoteles est: Omnis doctrina et omnis disciplina intellectiva ex praeexistenti cognitione fit. Quod quidem principium verissimum est. At illud recentes plerique philosophi praepostero sensu et contra ipsius Aristotelis mentem sunt interpretati, quasi nempe Stagirita hoc loco docuerit cognitionem conclusionum acquiri, principiorum autem cognitionem nobis esse innatam. Aristoteles, inquiunt, quem sequitur s. Thomas, docet quod discipulus, antequam conclusionem addiscat, eam praecognoscit, non quidem actu sed *potentia,* hoc est in principiis universalibus, quae *virtute* continent conclusionem; *actu vero* eamdem conclusionem cognoscit quando principia ipsa per syllogismum applicantur alicui universali determinato (Cf. exemplum de triangulo, η. ι): πριν ο' ἐπαχΟζνχι etc. ut in principio textus huius lectionis. Videtur ergo quod, in sententia Aristotelis, elementa universalia determinata sensuum ope et demonstrationis sint acquisita, at elementa transcendentalia et principia prima, quae ex illis componuntur, lateant in mente, fiantque actu et applicentur ad universalia illa.

Sed haec interpretatio falsa est manifeste et inaudita commentatoribus Stagiritae. In antecessum animadvertere pronum est Aristotelem loqui de doctrina, hoc est de scientia quam magister docendo tradit, deque disciplina, nempe de scientia quam discipulus ex alieno recipit magisterio. Porro neque magister conclusionem docere potest, nisi movendo a principiis eaque applicando ad determinatas materias; neque discipulus eamdem conclusionem discere, nisi eam cum principiis comparando atque percipiendo connexam. Ergo processus doctrinalis assumit ut per se nota principia, eaque supponit necessario cognita a discente, qui ideo discit a magistro non principia, sed solum conclusiones: discit autem conclusiones, quatenus sibi a magistro per aliqua signa proponuntur principia per se nota, eaque applicantur ad determinatas materias, et inde in aliquas particulares conclusiones proceditur, quas revera de novo accipit discipulus (Cf. qu. praecit. *De magistro,* artic. t per totum). « Quicunque, *inquit Themistius,* ad aliquam intellectualem doctrinam aut disciplinam accedunt, necesse est principia quaedam naturalia teneant, per quae aliquid de iis, quorum amplexuri scientiam sunt, praenoscant. Non enim omnia accipere possumus a docente: sed aliqua sunt quae quasi suppetias ad discendum, domo afferre oportet, sine quibus frustra aditum in scholas feramus » *(Paraphr.* in l *Poster.,* cap. i, pag. i.-Ed. cit. lect. i, n. 6). Haec vera sunt et in Aristotele, eiusque expositoribus omnibus perspicua: egregieque valent contra Platonem, et ad necessitatem demonstrationis ostendendam (Cf. lect. i, n. 8).-Sed utrum elementa transcendentia *(ens, unum, verum, bonum, aliquid),* principiaque prima, quae ex illis accipiuntur ad demonstrationem (e. g.: *non potest aliquid simul esse et non esse,* etc.), sint nobis indita vel etiam ipsa sint acquisita, non quidem alterius magisterio sed proprio marte, non quaerit ex professo Aristoteles hoc loco, quia haec quaestio ad suum scopum impraesentiarum non facit.– Gratis proinde ponitur dictum ab Aristotele quidquid in superiori obiectione recitavimus.

Deinde, dato etiam quod Aristoteles loqueretur non solum de doctrina et de disciplina, sed in genere de scientiae acquisitione, etiam negamus quod in eadem obiectione concluditur. Procul dubio processus rationis argumentativae, ex seipsa pervenientis ad cognitionem ignoti (qui processus dicitur *inventivus),* est similis processui disciplinari quo discipulus ad scientiae acquisitionem manuducitur a magistro: ratio est, quia in his quae fiunt a natura et ab arte, eodem modo operatur ars, et per eadem media quibus operatur natura. Ergo et ille, qui ex se aggreditur demonstrationem, praenoscere debet principia, sicut supra dictum est de addiscente. Et hoc conceditur ab Aristotele, ct est concedendum. At quamvis haec principia transcendentia, sive incomplexa *(ens* etc.) quae sunt obiecta simplicis apprehensionis, sive complexa *(non potest* etc.), quae sunt obiecta *iudicii,* non habeantur neque haberi possint demonstratione, non sequitur tamen quod per aliam viam non possint acquiri, et quod insita menti nostrae a Deo in propria obiectivitate dici debeant. Quinimo Aristotelis doctrina certissima est, quam ipse iugiter inculcat et in 11 etiam *Poster.,* cap. ult., ut videbimus, tradit, praefata principia incomplexa ct complexa haberi a nobis ope abstractionis mentis a sensibilibus. Dicimus ergo et nos cum s. Thoma et Aristotele quod praeexistunt in nobis quaedam scientiarum semina, scilicet primae conceptiones, quae statim lumine intellectus cognoscuntur, sive sint complexa, ut principia prima (quae etiam *dignitates* appellantur), sive sint incomplexa, ut transcendentia; sed cum eisdem addimus huiusmodi primas conceptiones a nobis haberi per species a sensibilibus abstractas (Cf. s. Th. qu. cit. *De magistro).*

Denique monitos volumus novltios ut caveant a falsa ratiocinatione, qua nonnulli recentes scriptores abusi sunt illo principio Aristotelico: *omnis doctrina* etc. Exinde enim inferre conati sunt in omni demonstratione praecognosci oportere nedum principia, sed ipsam conclusionem, cuius elementa, inquiunt, nisi praecognoscantur, non possent assumi in praemissis demonstrationis et in conclusione inferri. – Sed haec argumentatio, quae a Platonis sententia vix ac ne vix quidem differt, nullius momenti est. Debeat probari haec conclusio: *triangulus habet tres angulos aequales duobus rectis;* antequam demonstretur, debet utique praecognosci quid sit *triangulus,* quid *duo* et *tres,* quid *angulus* et *angulus rectus:* quae cognita supponuntur in illo qui demonstrationem aggreditur. Sed, ut supra diximus cum s. Thoma (lect. 1, n. 8), frustra susciperetur demonstrandum quod iam demonstratum habetur, sicut frustra quaeritur quod possidetur. Quid vero quaeritur? nempe non triangulum, non angulos, non duos rectos, sed *compositum* seu *identitatem* inter tres angulos trianguli et duos angulos rectos. Hoc autem compositum logicum, ut compositum est, nescitur ante demonstrationem et per demonstrationem infertur. Ergo praenoscuntur (perceptione) *elementa* conclusionis, sed nescitur *conclusio,* hoc est iudicium et identitas eorumdem elementorum.

LECTIO QUARTA

DE NATURA SYLLOGISMI DEMONSTRATIVI

Ἐπίστασθαι δέ οιόμεθ' έκαστον απλώ , άλλα μη τον σοφιστικόν τρόπον τον κατά συμβεβηκό ,
όταν την τ' αιτίαν οιώμ.εθα γινώσκειν δι ην τό πρκγμά έστιν, οτι εκείνου αιτία έστί, και μη ένδέχεσθαι τοΰτ άλλω έχειν.
Δηλον τοίνυν οτι τοιοΰτο'ν τι τό έπίστασθαι έστι· καί γάρ οί υ.η έπιστάμενοι καί οί έπιστάμενοι οί μέν οίονται αυτοί ούτω έχειν, οί δ' έπιστάμενοι καί έχουσιν,
ώστε ού απλώ έστιν έπιστημη , τοΰτ' άδύνατον άλλω εχειν.
Εΐ μέν ούν καί ετερο' έστι του έπίστασθαι τρόπο , ύστερον έροΰμεν
φαμέν δέ και δι' άποδείξεω εΐδέναι.

Άπο'δειξιν δέ λε'γω συλλογισμόν έπιστημονικόν

έπιστημονικόν δέ λέγω καθ' ον τώ έχειν αυτόν έπιστάμεθα.
Εί τοίνυν έστι τό έπίστασθαι οίον έθεμεν, ανάγκη καί την αποδεικτικήν επιστήμην έ αληθών τ' είναι καί πρώτων καί άμεσων καί γνωριμωτέρων καί προτέρων καί αιτίων τού συμπεράσματο ·
ούτω γάρ έσονται καί αί άρχαί οΐκεΐαι του δεικνυμένου.
Συλλογισμό μέν γάρ έσται καί άνευ τούτων, άποδειξι δ' ούκ έσται· ού γάρ ποιήσει έπιστη'μην.
Άληθη μέν ούν δεΐ είναι, οτι ούκ έστι τό μη ον έπίστασθαι, οίον οτι ή διάμετρο συ'μμετρο .
'Εκ πρώτων δ' αναπόδεικτων, οτι ούκ έπιστη'σεται μη έχων άπόδειξιν αύτών τό γάρ έπίστασθαι ών άποδειξί έστι μη κατά συμβεβηκό , τό έχειν άπόδει ιν έστιν.
Αίτιά τε καί γνωριμώτερα δεΐ είναι καί πρότερα· αίτια μέν οτι τότε έπιστάμεθα όταν την αιτίαν ειδώμεν, καί πρότερα, εΐπερ αίτια, καί προγινωσκόμενα ού μόνον τον έτερον τρόπον τώ ξυνιέναι,' άλλα καί τώ εΐδέναι οτι έστιν. Πρότερα δ' έστί καί γνωριμώτερα διχώ · ού γάρ ταύτόν προτερον τη φύσει καί πρό ημά προτερον, ούδέ γνωριμώτερον καί ήμΐν γνωριμιότερον. Λε'γο δέ πρό ημά μέν πρότερα καί γνωριμώτερα τά εγγύτερον τη αίσθη'σεω , απλώ δέ πρότερα καί γνωριμ.ώτερα τά πορρώτερον. "Εστι δέ πορρωτάτω μέν τα καθόλου μάλιστα, έγγυτάτω δέ τά καθ' έκαστα· καί άντίκειται ταΰτ άλλη'λοι . Έκ πρώτων δ' έστί τό έ αρχών ικείων ταύτό γάρ λέγω πρώτον καί άρχην.

7χ«

72Λ7

* Scire autem opinamur unumquodque simpliciter, sed non sophistico modo, quod est secundum accidens,
cum causam arbitramur cognoscere propter quam res est; et quoniam illius causa est, et non est contingere hoc aliter se habere.
Manifestum igitur est quod huiusmodi aliquid scire sit; et namque non scientes et scientes, hi quidem opinantur ipsi sic se habere, scientes autem et eam habent.
Quare cuius simpliciter est scientia, hoc impossibile est aliter se habere.
Si quidem igitur et alius est sciendi modus, posterius dicetur.
Dicimus autem, quia scire per demonstrationem est intelligere.
Demonstrationem autem dico syllogismum apodicticon, idest facientem scire;
sed scientialem syllogismum dico, secundum quem in habendo ipsum scimus.
Si igitur est scire ut posuimus, necesse est et demonstrativam scientiam ex veris esse, et primis, et immediatis, et notioribus, et prioribus, et causis conclusionis:

sic enim erunt et principia propria eius, quod demonstratur.
Syllogismus quidem erit et sine his, demonstratio autem non erit; non enim faciet scientiam.
Verum quidem igitur oportet esse, quoniam non est scire quod non est, ut quod diametros sit symmetros.
Ex primis autem indemonstrabilibus est, quia non sciet non habens demonstrationem ipsorum; scire enim est habere demonstrationem, quorum demonstratio est, non secundum accidens.
Causas quoque notiores oportet esse et primas causas: quoniam tunc scimus, cum causas cognoscimus; et priores si verae sunt causae, et notiores, non solum altero modo intelligendo, sed in sciendo quoniam sunt. Priora autem et notiora dupliciter sunt: non enim idem est natura et ad nos prius; neque notius natura et nobis notius. Dico autem priora ad nos et notiora, proxima sensui: simpliciter autem priora et notiora quae longius sunt. Sunt autem quidem longiora universalia, maxime autem propinquiora sensui singularia; et opponuntur haec ad invicem. Ex primis autem est quod ex propriis principiis est. Iam enim dico idem primum et principium.

• Cap. n. Text. 5.

Synopsis.— 1. Argumentum primi et secundi libri *Posteriorum*. – Subdivisio primi libri. – 2. Quia *scire* est finis demonstrationis, ex hoc fine assignanda primo est demonstrationis definitio, et ex ista concludenda est altera demonstrationis definitio, quae est ex ipsius demonstrationis materia. – 3. Textus subdivisiones.– 4. Scitur aliquid *simpliciter,* quando scitur in seipso; scitur aliquid *secundum quid* seu *per accidens,* quando scitur in alio in quo est, vel sicut pars in toto, vel sicut accidens in subiecto, vel sicut effectus in causa, vel quocunque simili modo. – Hic non scire per accidens (quod est modus sciendi sophisticus) sed scire simpliciter est definiendum.-5. Ad *scire* autem *simpliciter* tres conditiones requiruntur: 1a quod sit *perfecta cognitio* rei, et consequenter perfecta apprehensio non solum veritatis eiusdem rei, sed etiam principiorum quibus res ipsa constituitur in esse suae veritatis et entitatis ; – 2a quod sit *actualis cognitio* rei in se ipsa et non solum virtualis, quae est proprie cognitio non rei sed principii, in quo ipsius rei veritas virtualiter continetur; – 3a quod sit *certa cognitio,* hoc est firma; et ideo generetur ab obiecto, quod ita est ut non possit aliter se habere. – 6. Haec definitio του *scire* probatur ex significatione, qua tum a scientibus tum a non scientibus accipitur vocabulum *scire*. – 7. Corollarium. Ergo obiectum scientiae est aliquid *necessarium*. – 8. Scire per causam seu principia rei est proprius et perfectus sciendi modus; quamvis sit alius legitimus modus sciendi per effectum. – 9. Quia ergo scire est finis sive effectus syllogismi demonstrativi, ideo ex fine demonstratio definitur *syllogismus scientialis seu faciens scire*.– ioi Exinde infertur definitio demonstrationis ex materia ; scilicet materialis definitio demonstrationis est : Syllogismus procedens ex propositionibus veris, primis, immediatis, et iterum notioribus, prioribus et causis conclusionis. – 11. Ex hoc autem quod propositiones demonstrationis sunt causae conclusionis, sequitur demonstrationem, de qua data est definitio et de qua in praesens est sermo, debere procedere ex *propriis* seu ex principiis rei demonstratae. – 12. Corollarium. Sine his conditionibus dari potest syllogismus, sed non demonstratio. Ratio est quia sine praefatis conditionibus demonstratio non faceret scire : quod est finis demonstrationis. – i3. Probatur asserta ratio declarando singulas praefatas conditiones. – Prima conditio, *ex veris*. – 14. Declaratur

alia conditio, *ex primis* et *immediatis,* sive indemonstrabilibus: nam demonstrative syllogizans non potest ignorare principia ex quibus solummodo innotescit conclusio scientifica; et quia in demonstrationibus non est procedere in infinitum, deveniendum est ad aliqua indemonstrabilia, quae sint principia prima et immediata in demonstrationibus. – 15. Principia demonstrationis sunt *causa* conclusionis; et ideo (quia causa est naturaliter prior et notior suo effectu) debent *esse priora* et *notiora* conclusione: notiora, inquam, quantum ad cognitionem *quid est, et* quantum ad cognitionem *quia est;* notiora insuper *secundum naturam,* et non solum *quoad nos.* Dictum est enim in praesenti definiri demonstrationem ex principiis quae sunt causa rei scitae, non autem demonstrationem quae petitur ex effectibus, et ideo ex prioribus et notioribus quoad nos.- 16. Obiectionibus satisfit, et magis declaratur haec doctrina.- Quia vero demonstratio est ex primis, concluditur quod sit ex *propriis* principiis (n. 11): nam idem videtur esse *primum* et principium.

1. ostquam ostendit Philosophus neces-
O'7^sitatcni syllogismi demonstrativi, hic de ipso syllogismo demonstrativo determinare *. Et dividitur in duas partes: in prima, determinat de syllogismo demonstrativo; in secunda, de *medio* ex quo syllogismus demonstrativus procedit: et hoc in secundo libro; ibi: *Quaestiones sunt aequales mimero* * etc.-Prima dividitur in duas **: in prima, determinat de syllogismo demonstrativo absolute; in secunda, comparando demonstrationem demonstrationi K; ibi: *Cum autem demonstratio sit alia quidem universalis* * etc. Prima in duas dividitur: in prima, determinat de syllogismo demonstrativo; in secunda, ostendit quod non sit in demonstrationibus in infinitum procedere; ibi: *Est autem omnis syllogismus per tres terminos* * etc. Prima dividitur in duas: in prima, determinat de syllogismo demonstrativo per quem acquirimus scientiam: in secunda, ostendit quomodo etiam in nobis per γ syllogismum acquiritur aliqua ignorantia 7; ibi: *Ignorantia autem secundum negationem* * etc. Circa primum tria facit: primo, determinat de syllogismo demonstrativo, ostendendo * quid sit; secundo, determinat de materia syllogismi demonstrativi, ostendendo quae et qualia sint, ex quibus est; ibi: *Quoniam autem impossibile est* etc.;* tertio, determinat de forma ipsius, ostendendo in qua figura praecipue fiatibi: *Figurarum autem magis faciens scire** etc. Circa primum tria facit: primo, ostendit * de demonstrativo syllogismo quid est; secundo, notificat quaedam, quae in definitione * syllogismi demonstrativi ponuntur; ibi: *Est autem principium demonstrationis* * etc.; tertio, excludit quosdam errores, qui cx * praemissis circa demonstrationem oriri possunt *; ibi: *Quibusdam quidem igitur* * etc.

2. Circa primum sciendum est quod in omnibus quae sunt propter finem, definitio, quae est per causam finalem *, est ratio definitionis, quae est per causam materialem, et*medium probans ipsam: propter hoc enim oportet ut domus fiat * ex lapidibus et lignis, quia est operimentum protegens ‘ nos a frigore et aestu. Sic igitur Aristoteles de demonstratione dat hic duas definitiones: quarum una sumitur a fine demonstrationis, qui est *scire;* et ex hac concluditur altera *, quae sumitur a materia demonstrationis.

3. Unde circa hoc tria facit: primo, definit ipsum scire; secundo, definit demonstrationem per finem eius, qui est ipsum *scire;* ibi: *Dicimus autem scire** etc.; tertio, ex utraque definitione coneludit* definitionem demonstrationis, quae sumitur per comparationem materiae demonstrationis ?; ibi: *Si igitur est scire ut posuimus** etc. Circa primum quinque facit. Primo enim, determinat cuiusmodi *scire* sit*, quod definire intendit.

4. Circa quod sciendum est quod aliquid· di-\re' cimur scire *simpliciter* 17, quando scimus illud* in sc-/ ipso. Dicimur * scire aliquid *secundum quid,* quando y scimus illud in alio, in quo est vel sicut pars toto, sicut si * scientes domum, diceremur **sciret**lQ: d,c' parietem; vel sicut accidens in subiecto, sicut si scientes Coriscum, diceremur scire venientem; vel sicut eficctus in causa*, sicut dictum est supra * quod conclusionem praescimus in principiis0: vel

‘Lect. v.
• h omittit *ex praemissis.*
• abdgho: *poterant;* k: *possent.*
• Lect. vu.
• Cf. I. *Perih.,* lect. vn, not. α.
* o: *et est.*
" ABGIO ; *sit.*
E
• h: *concludit alteram.*
*n.omiit.
"Num. 9.
* I. sed non recte. Cf. n. Praec· « ». io.
‘Num.io.
•*i-.sit ipsum sci-*
MNR: *dic. au-*
d) et ita infra ctlam °'
if^t raec '0P" c'

•h: *iam incipit ditur.'* !>|'
• Lib.n, lect.i. *partes.*
«
• Lect. xxxvii.
β
•Lect. xxm.
•Lect. xxvii.
• o omittit *ostendendo,* et seq. *determinat.*
•Lect. ».
3
•Lect.xxvi.
•o: *ostenditquid tio ; secundo. eius panî*

a) *Comparando demonstrationem demonstrationi.* Ita codd. unanimiter.-P: *comparando demonstrationem universalem ad demonstrationem particularem.* Quae lectio est defectiva: non enim loco citato ex Aristotele comparatur solummodo demonstratio universalis ad particularem, sed demonstrationes ad invicem, universales ad particulares, affirmativae ad negativas, ostensivae ad ducentes ad impossibile, ut videre est lect. xxxvii huius libri, n. 2.

β) *In prima determinat* etc. Haec verba usque ad illa *Prima dividitur in duas* inclusive, amanuensis cod. B reticet, ac transcurrit immediate ad subdivisionem sequentem: *in prima determinat de syllogismo demonstrativo per quem acquirimus scientiam.* Ceterum in nota marginali, manu eiusdem saeculi et forte eiusdem amanuensis textus restituitur in sua integritate, prouti a nobis datur ex ed. Piana et codd. – Cod. H infra: i» *secunda ostendit quod non sit processus in infinitum in demonstrationibus.*

γ) *In secunda... acquiritur aliqua ignorantia.* Haec lectio omnium codicum praeferenda est lectioni Pinnae, *acquiritur ignorantia,* ut est manifestum ex principio lect. xxvtt huius libri, in qua hoc argumentum versatur a s. Thoma cum Aristotele. – Cod. H: *in secunda parte ostendit quod etiam in nobis acquiritur aliqua ignorantia.* Quae est lectio mendosa. Codd. GK omittunt *etiam.*

δ) *Ostendendo in qua figura praecipue fiat.* Ita ed. Piana. – Codd. ABIO: *ordinando demonstrationem in figura;* codd. CDEGHKLMNQ RST et edd. *abe: ostendendo demonstrationem in figura.* -Lectionem Pianam habet ed. Ven. 1526.-Revera lect. xxvi, in qua s. Thomas cum Aristotele agit dc hoc tertio membro divisionis, dicitur quod ibi Philosophus determinat dc forma syllogismi demonstrativi, ostendens in qua figura praecipue fiat syllogismus demonstrativus. Quam ob causam, salvo doctiorum iudicio, retineo lectionem Pianam, quam in praccitata lect. xxvi, n. t, ipsi codices habent. Addo quod *ordinare* vel *ostendere demonstrationem in figura,* nonnihil obscuritatis habere videtur.

ε) *Est operimentum protegens nos* etc. Est lectio Piana et cod. O.- Alii codd. habent *prohibens nos etc.* (Cf. lect. xvi, n. 5). – CUR: *est cooperimentum etc.* – Deinde K: *similiter igitur et Aristoteles* etc.; CD EGHLNOQRST: *sic igitur et Aristoteles* etc.– Codd. *(esc.* BN): *Aristoteles hic de demonstratione duas definitiones dat.*

ζ) *Quae sumitur per comparationem materiae demonstrationis.* Haec verba quae Piana habet cum codd., desunt in uno cod. L, sed est mendum amanuensis, ut patet ex textu adducto.-R: *quae sumitur per comparationem demonstrationis ad materiam.* – Infra n. 4 idem amanuensis cod. L ex oscitantia omittit verba, *vel sicut accidens in subiecto,* usque ad *scire venientem* inclusive.

η) *Aliquid dicimur scire simpliciter.* Hic et in sequentibus sumitur *scire* in stricta et rigorosa significatione, ut ex argumentationis natura aperte est manifestum. Latiori autem sensu scire pro quacunque *cognitione* usurpatur. Sed insuper quia *scire* cum certitudine extenditur ad cognitionem immediatam quae habetur sine syllogismo demonstrativo (cuiusmodi est cognitio principiorum), et ad cognitionem mediatam quae est de conclusionibus ex principiis, quasi ex propriis causis, deductis ope demonstrationis; in hoc secundo sensu est sermo impraesentiarum dc scire, prouti aperte declaratur infra nn. 8, 9. – Notat autem b. Albertus Magnus in I *Posterior.,* tract. II, cap. 1, quod hic definitur *scire* et non scientia: quia accipitur *scire* prout est in conclusione, quod est *scire* in agere; et ideo per modum *actus* definitur. Scientia autem differt a scire, sicut habitus ab actu: *scit* homo actu cum per demonstrationem infert certam veritatem in conclusione; sed cum intulerit eam, habet habitu, quatenus licet de ea non semper cogitet, potest tamen in mentem revocare quoties voluerit. Et hoc est habere scientiam *habitu.*

'0) *Praescimus in principiis.* – Ita codd. – Piana: *percipimus.* Quae lectio, quamvis falsa non sit, minus tamen propria videtur. Etenim s. Thomas sese remittit ad ea quae supra declaravit: supra autem (lect. praeced. n. 1) probavit quod in principiis praecognitis praecogno-

quocunque simili modo. Et hoc est scire *per accidens,* quia scilicet * scito aliquo *per se,* dicimur scire illud quod accidit ei quocunque modo *. Intendit igitur Philosophus definire * scire simpliciter, non autem scire secundum accidens *. Hic enim modus sciendi est sophisticus. Utuntur enim sophistae tali modo arguendi*: cognosco Coriscum; Coriscus est veniens; ergo cognosco venientem.

5. Secundo*, cum dicit: *Cum causam arbitramur* etc., ponit definitionem ipsius *scire* simpliciter. Circa quod considerandum est quod *scire* aliquid est perfecte cognoscere ipsum, hoc autem * est perfecte apprehendere veritatem* ipsius : eadem enim sunt principia esse rei et veritatis ipsius, ut patet ex II *Metaphysicae* *. Oportet igitur *scientem,* si est perfecte cognoscens *, quod cognoscat causam ' rei scitae *. Si autem cognosceret causam ** tantum, nondum cognosceret effectum in actu, quod est scire simpliciter *, sed virtute * tantum, quod est scire *secundum quid* et quasi *per accidens.* Et ideo oportet scientem *simpliciter* cognoscere etiam applicationem causae ad effectum *. Quia vero scientia est etiam * certa cognitio rei; quod autem contingit aliter se habere, non potest aliquis per certitudinem * cognoscere ; ideo ulterius oportet quod id quod scitur non possit aliter se habere. Quia ergo scientia est perfecta cognitio, ideo * dicit: *Cum causam arbitramur cognoscere·,* quia vero est actualis cognitio λ per quam scimus simpliciter, addit: *Et quoniam illius est causa·,* quia vero est certa cognitio, subdit: *Et non est contingere aliter se habere.*

6. Tertio*, ibi: *Manifestum igitur* etc., manifestat positam definitionem per hoc quod tam sciqptes, quam non scientes, existimantes * tamen se scire, hoc modo accipiunt *scire* sicut dictum est: non scientes enim qui existimant se scire, opinantur sic se habere in cognoscendo, sicut dictum est; scientes autem vere sic se habent. Est autem haec recta manifestatio definitionis. Definitio enim est *ratio,* quam significat nomen, ut dicitur in IV *Metaphysicae* *; significatio autem nominis accipienda est ab eo, quod intendunt communiter loquentes per illud nomen significare ': unde et in II *Topicorum* * dicitur quod nominibus utendum est, ut plures

* Codd.-a: *quando scilicet;* PR om. *sciticet.* ^h: *quodammo-*

* Codd. (exc. gh): *hic definire,* et omnes omitt. sequens *autem.*
* CQ: *per accid.*
* g: *argumentandi.*

* Cf. supra, n.3.

* *Autem* omitt.o.

* Unus g: *virtu-** /em; sed erronee.

* Comm. s.Th. lect. ii. · Ed. Did. lib.I(a),cap.i, n.5.
* g: *sciens.*
* km: *reise scire;* o: *quod causam rei sciat.*
t
*' i; *causam rei.*
x
* η: *in virtute.*
* Cf. not. 0.
* him omitt. *etiam;* quod add. in marg. 1, et expung. in d.

d-;ecum certitu'

'0ρTM^τwA'·
9"°od dcletur
λ

· cf. supra, η. 3.
il
7"^·-y y
infra·

bb·,n- caP· V,D

„ v
caP.u,n.5.

scitur conclusio virtute quidem, non tamen actu. Perceptio ergo *actualis* principiorum est *virtualis* praecognitio conclusionum, quae tunc proprie *percipiuntur in principiis* quando ope ratiocinii principia applicantur ad eas, ut in sequenti n. 5 declarabitur. Quia igitur s. Thomas agit de cognitione conclusionum in principiis antequam fiat ratiocinatio, legi debet *praescimus* cum codd., et non *percipimus* cum Piana.

i) *Quod cognoscat causam rei scitae.* Piana immediate addit: *Et propter hoc dicit* (Aristoteles): *Cum causam arbitramur.* Et infra post verba, *applicationem causae ad effectum,* prosequitur: *Et propter hoc dicit: Et quoniam illius causa est.* Quae verba desunt in omnibus nostris codicibus.-Revera, ut lector per seipsum intelligit. praefata verba textus Aristotelici possunt adesse et abesse salva argumentatione s. Thomae. Imo sunt superflua, quia in fine huius numeri praefata textus verba assumuntur et explicantur a s. Doctore. – Hinc, quae a Piana post Venetas edd. ponuntur, dicenda sunt notulae lectoris in margine codicis appositae, et postea ab amanuensi textui insertae.

Ad intelligentiam autem eorum, quae in hoc numero breviter indicantur quoad naturam *scientiae,* videlicet quod *scire* est *causam* rei scitae cognoscere, notamus *causam* rei scitae duplicis generis in scholis assignari , et aliam dici *causam* seu *rationem* cognoscendi rem, aliam vero esse causam seu rationem etiam *essendi* ipsi rei. Ita effectus nobis est causa vel ratio cognoscendi causam, a qua dependet, sed causa neque constituitur in sua natura neque dependet ab effectu ; ergo effectus est solummodo causa seu ratio cognoscendi causam. At spiritualitas , e. g. , substantiae est causa seu ratio eius immortalitatis intrinsecae, quia ex substantiae spiritualitate consequitur necessario intrinseca incorruptibilitas, et ideo immortalitas substantiae viventis et spiritualis. Si ergo *scitur* immortalitas ex spiritualitate, scitur haec res per causam seu rationem, quae est simul et nobis ratio cognoscendi et rei scitae causa seu ratio essendi. – Quaeri ergo potest quid intelligendum sit per *causam,* quando dicimus quod *sciens,* si est perfecte cognoscens, necesse est ut cognoscat *causam* rei scitae? utrum scilicet *causa* in ordine ad cognitionem, vel etiam in ordine ad ipsam rem scitam?-Haec prima quaestio videtur facilis solutionis. Infra enim n. 8 dicitur quod *est etiam scire per effectum,* hoc est per causam seu rationem non absolutam, sed relativam ad nostram cognitionem : de quo tamen sciendi modo non hic, sed in sequentibus disseret Aristoteles. Ergo impraesentiarum sermo est de *scire* per *causam,* quae et est ratio cognoscendi et simul causa essendi rei scitae ; sicut sermo est de *scire* per causam, seu per demonstrationem, ut distinguitur a scire *immediate* et sine demonstratione.

Sed hoc posito, altera quaestio suboritur. Causa enim, quae est ratio essendi rei scitae, duplici sensu accipi potest, vel strictiori sensu quatenus est revera causa, vel latiori sensu quatenus ratio cur aliquid rei inest dicitur esse causa. Artifex causa est artificii, rationalitas est in homine causa risibilitatis, etc.; at immutabilitas absoluta, e. g., est quidem *ratio,* sed haudquaquam est vera causa aeternitatis Dei. Ratio est quia causa distinguitur realiter a suo effectu, est prior ipso, saltem prioritate naturae, et habet rationem superioritatis super effectum, qui ideo importat rationem dependentiae et inferioritatis respectu causae. Quae omnia non requiruntur in *ratione* essendi. Cum ergo dicitur quod scire proprie est *causam* rei scitae cognoscere, sumiturne causa latiori sensu pro ratione, vel contra strictiori sensu causalitatls? Haec secunda pars videtur esse neganda, et standum pro prima, nempe pro causa latiori sensu accepta, videlicet pro ratione. Revera s. Thomas in principio huius n. 5 dicit eadem esse *principia esse rei et veritatis ipsius;* ex quo infert quod scire est cognoscere causam rei scitae. Idem· igitur impraesentiarum s. Thomae sunt *causa* et *principia* ex quibus res scita constituitur. Principia autem ex quibus res constituitur sunt *ratio* magis quam *causa,* sicut animalitas et rationalitas sunt principia quibus constituitur ratio seu definitio hominis. – Ceterum subscribendum censeo subtili animadversioni Caietani (super I *Posterior.,* cap. u, §. *Circa illam particulam, ex causis,* prope fin.) aientis causam hic sumi proprie vel formaliter vel virtualiter. Causa in essendo (de qua est sermo, nam de causa in cognoscendo iam dictum est supra in resolutione primae quaestionis) *formaliter* est illa quae vere causât, causalitate sive efficiente, sive formali, sive materiali, sive finali. Causa vero in essendo *virtualiter* est ipsa ratio essendi *a priori,* quae (si illud, cuius causa dicitur, causaretur) sufficiens in suo ordine causa illius esset. Sicut in exemplis adductis omnimoda immutabilitas (quam formaliter aeternitatis rationem, non formaliter eiusdem aeternitatis causam diximus) est virtualiter causa aeternitatis, non quasi aeternitas ab immutabilitate ullo modo vere causetur, sed quia si aeternitas causaretur, nonnisi ab omnimoda immutabilitate posset causari : et idem dicatur de immaterialitate respectu, immortalitatis (Venet. apud Hieronvm. Scotum , 1504, fol. 40 verso, coi. 2).—Quod si dicas praefatam causam virtualem non esse veram sed fictitiam causam ; respondeo causam virtualem procul dubio non esse formalitcr veram causam ; sed idcirco dicitur *virtualis* non *formalis,* quia revera non causât, sed solummodo si accipiatur in sua obiectivitate, et si ut talis existeret sicut per conceptum logicum (Cf. *Perih.* lect. x, not. γ) formalitcr concipitur, haberet totum quod est necessarium ad causandum.

x) *Quod est scire simpliciter.* Hanc lectionem codd. sufficimus Pianae: *quod non est scire simpliciter.* In cod. K secunda manu additur in margine particula *non,* qua caret textus. – Planus est sensus lectionis codd., nempe, cognoscere effectum in actu est ipsum scire simpliciter, cognoscere autem effectum in virtute est illum scire secundum quid et per accidens. Hinc infertur quod si aliquis cognosceret causam tantum, nondum cognosceret effectum in actu (quae cognitio effectus in actu est scire simpliciter), sed cognosceret effectum solummodo virtualiter, quae est cognitio secundum quid, et quasi per accidens. – Praeterea Piana in secunda parte legit optime cum codd.: *quod est scire secundum quid* etc., quae verba referuntur ad *cognoscere effectum virtute tantum;* ergo et in prima parte legere debet cum eisdem codd.: *quod est scire simpliciter,* referendo haec verba ad *cognoscere effectum in actu.*

λ) *Quia vero est 'actualis cognitio.* Codices CEMQ manifesto errore habent: *quia vero non est actualis cognitio;* quae propositio contradicit praemissis, quae hic epilogat Angelicus ut tres characteres του *scire simpliciter* ob oculos ponat. -1: *quia vero est actu aliqua cognoscere per quem scimus* etc. Quae est lectio non admittenda. – A omittit, *est,* ac legit: *quia vero actualis cognitio* etc.

p.) *Per hoc quod* etc.-Est lectio codd. CDH1KLMNOQRST (E habet lacunam).-ABG, et forte melius: *per hoc signum , quod* (AG, *quia)* etc. Intendit enim Philosophus suam de *scire* definitionem comprobare ex signo aliquo, seu ex aliquo facto, quod est consensus quo tum scientes tum non scientes hoc vocabulum *scire* usurpant.- Ed. Piana: *propter hoc.*

v) *Per illud nomen significare.* Editio Piana: *significatio... ab eo quod intendunt communiter loquentes per id enim scilicet nomen intendunt significare.* – Codices eam habent lectionem quam textui inserui, quaeque perspicua est.

utuntur. Si quis etiam recte consideret, hac notificatione * magis ostenditur quid significet nomen;Quam directe* aliquid significetur: non enim n°tiflcat scientiam, de qua proprie posset definitio ass*gnarL cum sit * species alicuius generis, sed notificat ipsum *scire.* Unde et* a principio dixit: *Scire autem opinamur* etc., et non dixit: Scire est aliquid tale vel tale ξ.

y. Quarto*, ibi : *Quare cuius* etc., concludit quoddam corollarium ex definitione posita *, scilicet quod illud, de quo simpliciter habetur * scientia, oportet esse necessarium, scilicet quod . non contingat aliter se habere °.

8. Quinto*, ibi: *Si quidem* etc., respondet tacitae quaestioni, utrum scilicet sit aliquis alius modus sciendi a praedicto. Quod promittit se in sequentibus " dicturum: est enim scire etiam *ver effectum,* ut infra patebit ··. Dicimur etiam aliquo modo scire ipsa principia indemonstrabilia, quorum non est accipere causam. Sed proprius et perfectus sciendi modus est qui praedictus est.

9. Deinde cum dicit: *Dicimus autem* etc., definit syllogismum demonstrativum π per comparationem ad finem suum, qui est *scire.* Circa * quod tria facit. – Primo, ponit quod *scire* est finis syllogismi demonstrativi sive effectus eius, cum *scire* nihil aliud esse videatur *, quam intelligere veritatem alicuius conclusionis per demonstrationem.

Secundo, ibi: *Demonstrationem autem* etc., definit syllogismum demonstrativum per huiusmodi finem: dicens quod demonstratio est syllogismus scientialis, idest faciens scire.

Tertio, exponit hoc quod dixerat *scientialem;* ibi : *Sed scientialem* etc., dicens quod scientialis syllogismus dicitur *, secundum quem scimus, in quantum ipsum habemus, ne forte aliquis syllogismum scientialem intelligeret, quo aliqua scientia uteretur.

10. Deinde cum dicit: *Si igitur est scire* etc., concludit ex praedictis definitionem syllogismi * demonstrativi ex materia sumptam. Et circa hoc duo facit: primo, concludit*; secundo, manifestat eam; ibi: *Verum quidem igitur oportet esse* etc.,* Circa primum tria facit. Primo, ponit consequentiam, qua demonstrationis materialis definitio concluditur ex praemissis*, dicens quod si *scire* hoc significat quod diximus, scilicet, *causam rei cognoscere* etc., necesse est quod demonstrativa scien-t tia, idest quae per demonstrationem acquiritur, procedat ex propositionibus *veris, primis* * et *immediatis,* idest quae non per aliquod medium de-\ monstrantur, sed per seipsas sunt manifestae (quae quidem *immediatae* dicuntur, in quantum carent medio demonstrante *; *primae* autem in ordine ad alias * propositiones, quae per eas **< probantur) ; et iterum ex notioribus, et prioribus, et causis conclusionis.

11. Secundo, ibi: *Sic enim erunt* etc., excusat se ab additione alterius particulae, quae videbatur apponenda*: quod scilicet demonstratio ex propriis principiis procederet. Sed ipse dicit quod hoc intelligitur per ea, quae dicta* sunt. Nam si* propositiones demonstrationis sunt causae conclusionis, necesse est quod sint propria principia eius: oportet enim causas esse * **proportionatas/-** effectibus *.

12. Tertio, ibi: *Syllogismus quidem* etc., manifestat praemissae * consequentiae necessitatem, dicens quod licet syllogismus non requirat praemissas * conditiones in propositionibus, ex quibus procedit, requirit tamen eas demonstratio : aliter enim non faceret scientiam.

13. Deinde cum dicit: *Verum quidem* etc., manifestat positam * definitionem, manifestans etiam quod immediate dixerat, scilicet quod nisi * praemissae conditiones demonstrationi adessent, scientiam facere non posset*. Primo ergo, ostendit quod semper procedit ex veris ad hoc quod scientiam faciat: quia quod non est, non est scire *; sicut diametrum esse symmetrum, idest commensurabilcm lateri * quadrati (dicuntur enim quantitates incommensurabiles, quarum non potest accipi aliqua mensura communis; et huiusmodi quantitates sunt, quarum non est proportio ad invi-

- b c d c h k l m o q s t . *notifi^ationan'] i^^quainquod •i'ηοη sit* · sed •r™nundet>ene· e : *ideo aprine.* ξ

'cf. supra, η. 3.

■*Posita* excodd.

codddomP:sim- *pticiter{Ct.tm.).* 0

* Cf. supra, n. 3.

• codd. (exc. m Lo) : *in conseanentibus.*

* 0: *ct circa hoc.*

-*b*: *ille dicitur,*

nem demonsila'- *1: *concludit cam, eam.* om"'·

infra n. 13.

'°: *praemissa,* nempe, dehnitione ex fine.

I *κι* ; *et primis,*

• a g : *in quantum sciuntur sine medio demonst.*

* b : *illas.* h : *alias.*

• m : *esse addenda.*

I *b : *posita.* j-codd,-«·:?«»«.

codd.(exc.B«).- { p: *esse causas;* l omitt. *causas esse.*

* h : *suis effectibus.*

• i : *praedictae.*

• o : *praedictas.*

'a : *propositam ;* 'h : *si., abessent.*

• Codd. -p: *pos-* se"'' -coda.-P; fc"/"?'j. 'Codd. (exc. b «j Marg.oN: costae,·

ξ) ***Et non dixit: scire est aliquid tale vel tale.*** **Edit. Piana: *et non dixit : scire est aliquid tale.* – Codd. BM: *et non dixit: scire aliquid tale vel talc.* – Codd. CDEK1.QS: *et non dixit: scire enim aliquid tale vel tale;* sed in cod. D *enim* corrig. in *est : enim* pro *est* existimo irrepsisse in hisce codd. – Lectio a nobis adoptata explicita est in codd. aliis praeter citatos. – H : *in principio dixit Aristoteles : Scire* etc.**

Nunc autem ea quae docentur ab Aristotele et exponuntur a s. Thoma paulisper sunt consideranda. Animadvertit ergo s. Thomas quod Aristoteles non sine consilio dixit *scire opinamur,* non autem *scire est aliquid tale vel tale.* Quodnam inter utramque formam discrimen? Maximum profecto et a philosopho notandum. Etenim alia est definitio nominalis, alia definitio realis; prima quid nomine aliquo designetur declarat; altera quid sit res significata per nomen manifestat. Porro s. Thomas recte notat ab Aristotele in hoc numero tradi magis definitionem nominalem, seu quid significet nomen quo directe significatur *scire,* quam definitionem realem, qua notificatur quid sit scire in se, ut nempe est res quaedam, seu actus vel habitus animae : et hinc Aristoteles, volens confirmare suam definitionem του *scire* supra traditam, per aliquod extrinsecum rei definitae, ad communem recurrit usum loquendi, quo vere statuitur nominis significatio: vocabulorum enim significatio ex arbitrio hominum est, ut probatur in 1 *Peri hermen,* (lect. iv, h. 12).

Addendum tamen quod *scire* dupliciter sumi in praesenti potest. – Uno modo quatenus est *effectus* demonstrationis (scire enim est conclusionis demonstratae) dicens motum seu processum rationis discurrentis a causa in causatum, nempe a praemissis ad conclusionem. Quo sensu *scire* non potest definiri definitione proprie dicta, quia sicut caeteri motus, non est species alicuius generis: ct ideo ab Aristotele *scire* declaratur definitione nominali, cum ait: *Scire autem opinamur. – Mio modo potest accipi absolute secundum quod est actus intelligcntis in animo existens, non quasi motus ex praemissis ad conclusionem, sed ut in possessione conclusionis quiescens* (Cf. lect. 1, n. 4, not. γ, et supra not. η). Et hoc sensu acceptum *scire* potest definiri definitione proprie dicta, et supra definitum est: *Scire est causam rei cognoscere, et quoniam illius estyausa, et non contingit aliter se habere* (Cf. Dornin, a Flandria in 1 *Posterior.,* qu. vnt, artic. 2).

0) *Scilicet quod non contingat aliter se habere.* Haec verba desiderantur in ed. Piana, et restituimus ex omnibus codicibus: consonant enim magis textui Aristoteli, et a s. Thoma adduntur ad explicandum quid sit obiectum *necessarium* ad scientiam requisitum. Ea insuper habet Dominicus a Flandria (Op. et loc. prox, cit.), cuius consuetum est verba ipsa s. Thomae usurpare, tum in declarando Aristotele, tum praecipue in exponenda Angelici doctrina.

π) *Definit syllogismum demonstrativum per comparationem* etc. Demonstratio non est proprietas rei scitae, sed est instrumentum nostri intellectus, in praesenti conditione : res enim sunt per se indifferentes ut ab intellectu creato cognoscantur, neque postulant ut potius discursu quam simplici mentis intuitu, sine ope nempe ratiocinationis, intelligantur. Hinc idem obiectum , quod nonnisi ratiocinatione et imperfecte nos contingimus, angeli simplici intuitu ct perfecte comprehendunt. Quia ergo demonstratio est intellectus nostri instrumentum ad discursive concludendum in materia necessaria; ct instrumentum oportet esse conforme utenti illo, et proportionatum tum materiae circa quam versatur, tum fini assequendo propter quem assumitur; hinc recte declaratur natura demonstrationis et conditiones eius assignantur ex *fine* (nempe *scire),* quem intellectus demonstratione utens assequi intendit (Cf. Caietan. in 1 *Posterior.,* cap. 111, §. *An quaelibet propositio secundum se nota* etc.). .

cem sicut numeri ad numerum ; quod de necessitate contingit de diametro quadrati et eius latere p, ut patet ex X * Euclidis). Quod autem non est verum , non est : nam *esse* ct *esse verum* convertuntur. Oportet ergo id quod scitur esse verum. Et sic conclusionem demonstrationis, quae facit *scire,* oportet esse veram, et per consequens eius * propositiones *: non enim contingit verum sciri ex falsis, etsi concludi possit ex eis ut infra * ostendet.

14. Secundo, ibi: *Ex primis autem* etc., ostendit quod demonstratio sit ex *primis* et *immediatis,* sive * *indemonstrabilibus.* Non enim contingit aliquem habere scientiam, nisi habeat demonstrationem eorum, quorum potest esse demonstratio, et hoc dico *per se,* et non *per* * *accidens.* Et hoc ideo dicit, quia possibile esset scire aliquam conclusioncm, non habentem demonstrationem praemissorum* etiamsi essent demonstrabilia: quia sciret eam per alia principia ; et hoc esset secun- ^uni accidens *▮ Detur ergo quod aliquis demonstrator * syllogizct ex demonstrabilibus, sive mediatis: aut ergo habet illorum demonstrationem, aut non habet: si non habet, ergo non scit praem'ssa T'et *ta nec conclusionem propter praemissa*; si autem habet, cum in demonstrationibus non sit abire* in infinitum, ut infra ostendet **, tandem erit devenire ad aliqua immediata et indemonstrabilia. Et sic oportet quod demonstratio ex immediatis procedat, vel statim, vel per aliqua media. ^n(^c et 'n primo libro *Topicorum** dicitur quod demonstratio est ex primis et veris, aut ex * his quae per ea fidem sumpserunt “.

15. Tertio, ibi: *Causas quoque* etc., probat quod demonstrationis propositiones ? sint causae conclusionis, quia tunc scimus, cum causas * cognoscimus. Et ex hoc concludit* ulterius quod sint *priores* et *notiores,* quia omnis causa est naturaliter* prior et notior suo effectu. Oportet autem quod causa conclusionis demonstrativae * sit notior, non solum quantum ad cognitionem *quid est,* sed etiam quantum ad cognitionem *quia est**. Non enim ad demonstrandum quod eclipsis solis est *, sufficit scire quod*est lunae interpositio, sed oportet etiam scire quod luna interponitur * inter solem et terram. Et quia prius et notius dicitur dupliciter, scilicet *quoad nos,* et *secundum naturam;* dicit consequenter * quod ea, ex quibus procedit demonstratio. sunt priora et notiora simpliciter et secundum naturam, et non quoad nos x. Et ad huius expositionem dicit quod priora et notiora simpliciter sunt illa *, quae sunt remota a sensu ut universalia. Priora autem * et notiora quoad nos sunt proxima sensui, scilicet singularia, quae opponuntur universalibus, sive oppositione prioris et posterioris, sive oppositione propinqui et remoti.

16. Videtur autem contrarium huius * haberi in I *Physic.* *, ubi dicitur quod universalia sunt priora quoad nos, et posteriora secundum naturam.- Sed dicendum est * quod hic loquitur de ordine singularis ad universale simpliciter, quorum ordinem oportet accipere secundum ordinem cognitionis sensitivae et * intellectivae in nobis. Cognitio autem sensitiva est in nobis prior intellectiva *, quia intellectualis cognitio ex sensu procedit * in nobis. Unde et singulare est prius et notius quoad nos quam universale. In I autem *Physic.* * non ponitur ordo universalis ad singulare simpliciter, sed magis universalis ad minus universale, ut puta, animalis ad hominem, et sic oportet quod quoad nos, universalius sit prius et magis notum In ψ

p ' *Eiem.* Propos,

" h : *suas.*

ła' Pr°ros - ve- 0

•I.ect.xm.n.ro.

* h : *et,* sed non recte (Cf. sup. n. 10).

•ABDGILMR:$eCfcH- *dum accidens.*

–bcdelmnqs.-p.

're'per°a:cddms>

■*c-.dmonstrans.*

• coddT con not. 0.' P

'Codd.-*r-.pro-*

"Lect.xxxi.

co^ï'i'èxc'Hc om. *primo.* *ex'* ex coda.

«

* Codd.(exc.AOR): *causam.*

•Codd. - ph i: 0- *stendit.*

* b *ora. naturaliter.*

* h : *in demonstratione.*

M Cf. lect. n, n. 3.

* Codd. (exc. ah 10): *erit.*

* c d e k l m n o q r s t : *quid.* Cf. Domin. aFlandriainlPojfervqu.ix,art.n.

* o : *sit.*

* a omitt. *dicit conseq.,* sed male.

7.

* m: *ilia secundum naturam , quae.*

▮ *Autem* ex codd.

mknt *om. huius.*

* Cap.i, n.2,seq.- Comment. s.Tn. lect. i.

* *Est* om. codd., exc. HKMOQ.

' b : *vet,* et om. *in nobis;* sed non recte.

* Cf. p. I, qu. lxxxv, artic. in.

* g : *provenit.*

* h : *in tibro Physic.*

p) *Quod de necessitate contingit de diametro quadrati et eius latere* **etc.-Ita codd. (exc. HR) PHR:** *quod quidem* **(R om.** *quidem***)** *contingit de diametro quadrati* **etc. – MO :** *quod de necessitate contingit de diametro et quadrato et eius latere.* **Quae ultima lectio non cohaeret cum textu Arist., sicut non cohaeret cum praemissis a s. Thoma. Codd. GIKLNQT minus etiam recte:** *quod... de diametro quadrato et* **etc.**

σ) *Etsi concludi possit* **(HI,** *posset;* **R,** *potest)* *ex eis.* **Ita codices, exceptis EM, qui pro** *etsi* **habent** *licet.* **-P:** *et sic concludi possit ex eis.* **Verba tamen** *et sic* **pro** *etsi* **sunt error typothetarum. – Denique unus I prosequitur:** *quod infra ostendet.*

τ) *Aut ergo habet illorum demonstrationem* **etc. –1:** *aut habet illorum demonstrationem* **etc.-H:** *aut ergo habet illorum demonstrationem, aut non; si* **etc. – GKLMQ:** *aut ergo* **(etc. ut P)...;** *si non habet, ergo nec scit* **etc. – Denique ABCDEGKLMQRST non** *praemissas,* **ut P, sed** *praemissa* **legunt; et ita revera legendum est tum supra, ut in margine notavimus, tum hic, tum infra. Constanter enim tam P, quam codd. de his** *praemissis* **legunt,** *si essent demonstrabilia... ergo habet illorum demonstrationem... tandem erit devenire ad aliqua immediata et indemonstrabilia.* **Ergo non** *praemissae* **(subintelligendo,** *propositiones).* **sed** *praemissa.* **In cod. K** *praemissa* **corrigitur, seu verius corrumpitur in** *praemissas.*

υ) *Demonstratio est ex primis* **etc. Ita codd. BGIOQR. – P :** *demonstratio est ex propriis* **etc.-M:** *vel veris.-H: quae per prima fidem* **etc.– Codd.:** *fidem.* **– P:** *fide.* **– Ex hisce variantibus lectionibus digna consideratione est solummodo illa quam ex codd. BGIOQR adoptamus, nempe** *ex primis,* **loco** *ex propriis.* **Favet huic lectioni locus citatus ex I** *Topicorum:* **ibi enim Aristoteles ponit,** *ex veris et primis:* **'Λπίδειξι μεν ουν έστιν, όταν έξ αληθών χαι πρώτων ὁ συλλογισμό ἡ, ἡ έκ τοιούτων α διά τινων πρώτων και αληθών τη περί αύτα γνώσεω την αρχήν εΐληφεν.-Deinde lectio** *ex primis* **requiritur ex probatis in hoc numero: non enim de** *propriis,* **sed de** *primis* **sermo est. Denique confirmatur ex his quae habentur in fine huius lectionis, ubi exponitur quod quia demonstratio est ex primis, habetur quod sit ex propriis, sicut etiam supra n. 11 dictum est.**

‹p) *Demonstrationis, propositiones* **Ita cum Piana codd., exc. A, qui habet :** *praemissae demonstrationis sunt (sunt,* **et DE)** *causae* **etc.**

▮χ) *Et non quoad nos.* **Ita Piana cum codd. – O omittit praecedentia,** *et notiora;* **sed est mendum. Unus cod. 1:** *et quoad nos.* **Quae lectio, licet falsa in se non sit, tamen extra propositum hoc loco est. Supponitur divisio' propositionum per se notarum (quae ex hoc dicuntur quod earum praedicatum includitur in ratione subiecti, ut in sequenti lectione dicetur) in propositiones priores et notiores** *quoad se,* **hoc est simpliciter et secundum naturam; in propositiones priores et notiores** *quoad nos;* **ac denique in propositiones priores et notiores utroque modo. Hisce suppositis, movetur quaestio: utrum principia, ex quibus procedit demonstratio, debeant esse priora et notiora secundum se, vel sufficiat quod sint priora et notiora quoad nos? Cui quaestioni respondent hoc loco Aristoteles et s. Thomas, aientes quod debent esse priora et notiora simpliciter secundum naturam, et non solummodo quoad nos : quae responsio est secundum lectionem Pianam et codd.-Dixi** *non solummodo quoad nos :* **nam cum iam probatum sit in prima lectione quod demonstrationi debeat praeire cognitio principiorum, hacc, dum demonstratione utimur, debent esse etiam notiora quoad nos, ut dicitur n. seq. in solutione altera secundae obiectionis. Quo sensu dixi lectionem cod. I non esse falsam in se sumptam. Verum de hoc non est praesens quaestio, cum unice asseratur necessitas principii prioris et notioris quoad se per oppositionem ad propositionem priorem et notiorem solummodo quoad nos, sumptis videlicet** *simpliciter et secundum naturam* **et** *quoad nos,* **non coniunctim, ut in tertio sensu explicato, sed divisim, in primo nempe et secundo sensu. Posset enim lectio cod. I sumi hoc sensu :** *sunt priora et notiora simpliciter,* **nempe quatenus** *simpliciter* **dicit,** *et secundum naturam et quoad* **nos.– Quae omnia animadverto non ut lectionem cod. 1 contra auctoritatem codd. et P adoptandam esse censeam (imo contra communem modum loquendi s. Thomae, qui eodem sensu usurpat** *simpliciter* **et** *secundum naturam),* **sed ut demonstratum sit illam ab omni errore esse absolvendam. – ABCDHKLMNOST legunt:** *non quoad nos,* **omissa particula** *et.*

ψ) *Et sic oportet* **etc. Forte melius cod. O:** *et sic oportet quod universalius sit prius et magis notum quoad nos;* **H:** *et sic oportet quod quoad nos est universalius sit prius quoad nos et notius.* **– Hanc ipsam difficultatem ex hoc loco** *Posterior,* **movet s. Thomas loc. cit. I** *Physic.,* **eodemque sensu solvit Videsis.**

omni enim generatione, quod est in potentia est prius tempore .et posterius natura, quod autem est completum in actu est prius natura et posterius tempore ". Cognitio autem generis est quasi potentialis, in comparatione ad cognitionem speciei, in qua actu sciuntur omnia essentialia rei. Unde in generatione scientiae nostrae prius est cognoscere magis commune quam minus commune

Item, in libro *Physic,* dicitur quod innata est nobis via ex nobis notioribus ; non ergo demonstratio fit ex his quae sunt priora simpliciter, sed quoad nos. – Sed dicendum quod hic loquitur secundum quod id quod est in sensu est notius quoad nos, eo quod est in intellectu. Ibi autem secundum quod id quod est notius quoad nos, est etiam in intellectu. Ex singularibus autem quae sunt in sensu, non sunt demonstrationes, sed ex universalibus tantum, quae sunt in intellectu. – Vel dicendum quod in omni demonstratione, oportet quod procedatur ex his, quae sunt notiora quoad nos, non.tamen singularibus*, sed universalibus. Non enim aliquid potest fieri nobis* notum, nisi per id quod est magis notum nobis Quandoque autem id quod est magis notum *quoad. nos,* est etiam magis notum *simpliciter* et *secundum naturam;* sicut accidit in mathematicis, in quibus, propter abstractionem a materia, non fiunt demonstrationes nisi ex principiis formalibus. Et in talibus fiunt demonstrationes ex his quae sunt notiora *simpliciter.* Item *, quandoque id quod est notius quoad nos non est notius sim-

* η : *ex sing.*

* klo omitt. *nobis.*

* aco: *quandoque vero.*

ω) *In omni enim generatione, quod est in potentia est prius tempore et posterius natura. Quod autem* etc. Novitius comparet hanc sententiam cum principiis in I *Perih.,* lect. vm, n. 4 in textu et in nota β declaratis. Ibi enim dictum est quod *esse* absolute loquendo seu *natura* est prius *non–esse,* et *non-esse* est natura posterius *esse;* sed relative, hoc est in iis quae possunt esse et non esse, prius est *non–esse* quam *esse.* Quia ergo id quod generatur, per generationem de *non esse,* deducitur ad *esse;* sequitur quod *prius* sit in *non-esse* quam in *esse,* seu prius est in potentia et *postea* in actu. – Videat etiam novitius qua ratione baec principia ontologica ad ideologiam a s. Thoma sapienter applicentur tum hic, tum p. I, qu. Ixxxv, artic. in, tum alibi.

Neque pueriliter haec levis momenti esse in philosophia existimet: nam principia parva videntur, quia simplicissima sunt et esse debent, sed virtute sunt maxime complexa et continent propemodum infinita, non secus ac arborum semina. Unde error in principiis, quamvis parvus videatur, est tamen maximus in fine. Exemplo sit nobis idealismus ille, cuius auctor Hegel habetur. Animadvertit ipse ope abstractionis de ininus universali nos ascendere ad magis universale, per remotionem differentiarum quae suprema genera rerum coarctant ad genera inferiora et ad species. Universale autem est quid potentiale. Abstractionem ergo prosequendo necesse est ut perveniamus ad id quod transcendit omnem speciem ac omne genus, nempe ad *ens.* At *ens* considerari potest vel ut *existens,* vel ut *non existens.* Quocirca, ait Hegel, *existere* et *non existere* sunt duae differentiae determinativae illius subiecti quod appellatur ens; a quibus differentiis si iterum per abstractionem praescindamus habebitur ens quod est ens *potentiale,* in quo *ens* et non ens (sumpta pro existere vel non existere) idcntificantur, non secus ac in speciebus inferioribus homo et brutum idcntificantur in uno genere quod est animal, quatenus nempe animal, non quidem formaliter sed virtualiter, est homo et brutum. Ergo, concludit Hegel, illud *esse potentiale* est revera ultimum in ordine abstractionis seu analysis; et ideo est primum in ordine synthetico seu compositionis, quando nempe addendo differentias componimus genera, et species, et individua: primum, inquam, tum in ordine idealitatis tum in ordine rcalitatis, ita ut omnia idealia et realia sunt revera *evolutiones* et *determinationes* illius esse potentialis.

Ergo in systemate llegeliano, quod est revera Pantheismus, identificatur ordo generationis cum ordine perfectionis (qui tamen ita sunt oppositi ut se invicem destruant), ac consequenter ordo ontologicus seu realitatis derivatur quasi ex sua vera causa efficiente ex ordine logico, seu idealitatis, ac denique concluditur *ens potentiale* prius natura seu absolute esse *ente* actuali, et *non–ens* prius esse *ente:* nempe concludit oppositum eius quod est omnino verum, ut probavimus loco citato *Peri hermeneias.* Concedimus in sensu relativo *non-esse* praecedere *esse,* in iis nempe quae possunt *esse* et *non–esse;* sed negandum est in sensu absoluto. In hoc enim sensu *esse* praecedit *non–esse,* quod, sive sit potentiale sive *nihilum,* non dicitur nisi per ordinem ad *esse,* ad quod *esse potentiale* potest pervenire, et cuius *nihilum* est negatio. Hinc principium primum, quo totum nititur systema idealisticum praecitatum, nempe quod *esse* et *non-esse* sunt duae determinationes *entis,* seu, ut ipse dicit, τοῦ *fieri,* distinguimus hoc modo: utique sunt duae determinationes solius *entis* quod potest *esse* et *non esse,* non autem *entis absoluti,* quod supponitur ab *ente potentiali,* ut causa sui tum exemplaris tum efficiens, et cui propterea convenit necessitas essendi cum absoluta ct necessaria carentia determinationis ad non esse. – Addendum quod *non-esse non* est proprie determinatio, sed negatio determinationis; proindeque est ens rationis.

αα) *Unde in generatione* etc. Ita codd.- PR : *unde et in generatione.*- B: *unde in generatione scientiae nostrae necesse est cognoscere magis commune.* Quae ultima lectio mendosa est et non infert illationem praemissis adaequatam : non enim quaesitum est utrum in scientia acquirenda necesse sit cognoscere *magis commune* (quod solummodo codex B ponit), sed utrum necesse sit cognoscere *magis commune* seu universale *prius* quam *minus commune.* Unde corrigenda lectio huius cod. et retinenda lectio ed. Pianae et aliorum codd., quae germana est ct vera. – Cod. D : *necesse prius est cognoscere* etc.

ββ) *Sed dicendum quod* etc. Est lectio Piana. Codices hoc loco sunt discordes. – Cod. A: *sed dicendum quod hic loquitur secundum quod id quod est in sensu est notius quoad nos, eo quod est intellectu.... Ex singularibus autem quae sunt sensu, non sunt demonstrationes* etc. – B: serf *dicendum quod:... Ibi autem secundum quod illud est notius etc.* – *C* legit ut Piana. – D : serf *dicendum quod... Ibi autem secandum quod est notius* etc. In margine tamen habet additum : *id quod;* et sic fit conformis in omnibus tum cod. C tum Pianae. - E legit non secus ac Piana et cod. C.-G item.-H: serf *dicendum est quod hic loquitur secundum id quod est in intellectu. Ex singularibus autem* etc. – I : serf *dicendum quod hic loquitur... est notius quoad nos et etiam in intellectu... Ex singularibus autem quae sunt sensu, non sunt demonstrationes* etc. – K : serf *dicendum quod... eo quod est in intellectu. Ex singularibus autem* etc. – I. habet lectionem cod. D, sed sine correctione marginali. – MO : serf *dicendum quod hic loquitur secundum id quod est* etc.-N: serf *dicendum quod hic loquitur secundum id quod est intellectu; ibi autem secundum quod est in sensu, quod est notius quoad nos, eo quod est in intellectu. Ex singularibus autem* etc. – Q: serf *datur quod hic loquitur quod id quod est in sensu est notius quoad nos et etiam intellectu. Ex singularibus autem* etc. – R : serf *dicendum quod hic loquitur... eo quod est intellectu* (caetera omittit) *vel dicendum* etc. – S: serf *dicendum quod hic loquitur secundum id quod est* (marg, add.: *in sensu est notius eo quod est) in intellectu. Ibi autem secundum quod* (marg. add. : *id quod) est notius* etc. – T legit ut !..

γγ) *Non enim aliquid potest fieri nobis notum, nisi per id quod est magis notum nobis.* – Codd. AH omittunt hoc ultimum *nobis.* – Haec s. Thomae sententia veluti axioma est retinenda, ut constat ex omnibus, quae hucusque probata sunt. Notandum tamen quod de aliqua conclusione potest cognosci vel sola eius connexio cum principio, vel connexio et simul haberi veritas ipsius principii (Cf. lect. 1, n. 6). Prima est cognitio *consequentiae* conclusionis ; altera est cognitio *consequentis,* seu cognitio conclusionis in seipsa propter notiorem cognitionem principiorum, ex quibus conclusionis veritas infertur. Res exemplo erit manifesta. Sit syllogismus demonstrativus:

Substantia essentialiter spiritualis est natura sua immortalis;
Sed anima humana est substantia essentialiter spiritualis;
Ergo anima humana est natura sua immortalis.

Procul dubio nemo potest hunc syllogismum proponere et praefatam conclusionem inferre nisi praesciat quid significetur et per *medium* assumptum *(Substantia essentialiter spiritualis),* et quid per praemissas propositiones *(Substantia etc.-Sed anima* etc.), ac denique nisi perspiciat ordinem nexus conclusionis illatae cum *antecedente.* Attamen potest dari quod aliquis sciat quid significetur per medium et praemissas, et nesciat utrum medium et praemissa sint sicut significantur: ita, in casu nostro esset, si quis de *medio* retineret quod substantia spiritualis esset spiritualis ex eo solummodo quod est *simplex,* et ideo non perciperet totam veritatem *maioris,* nempe quod substantia spiritualis ideo asseritur immortalis, quia cum substantia simplex sit, non potest per se, hoc est per divisionem partium dissolvi, et cum sit spiritualis, independens est a materia et ideo non potest perire *per accidens,* ex dissolutione corporis, cui forte est unita. Ergo qui talia ignorat habet cognitionem *consequentiae* syllogismi, sed non habet cognitionem *consequentis* (Cf. infra lect. xiv, n. 5); et ideo non vere scit conclusionem illam : quia scire, proprie dictum, est cognosere conclusionem *quia est,* seu quia vera est, seu sic esse, ut concluditur, quia *medium* tale esse scitur ut significatur, et principia vera esse cognoscuntur prout proposita sunt. Qui secus agunt « doctrinas quasque, *inquit Caietanus,* dc- » fendere praesumunt, quod cum principia sic esse ut significant non » norint, consequenter ad illa principia loquendo, *consequentiarum* tan- » tum scientiam acquirunt et tradunt; conclusiones vero ipsas incertas, » sicut ct principia sustinent » (In I *Poster.,* cap. 11, §. *Principia et praemissas notiores oportet esse* etc.).

pliciter, sicut accidit in naturalibus, in quibus essentiae et virtutes rerum, propter hoc quod in
• CELMORST om. materia sunt, sunt * occultae ss, sed innotescunt nobis per ea, quae exterius de ipsis apparent. Unde
δδ in talibus fiunt demonstrationes ut plurimum per effectus, qui sunt notiores *quoad nos,* et non *sim-'*
• h : *hic.* *pliciter.* Nunc * autem non loquitur de hoc modo
εε demonstrationum, sed de primo ".

Quia vero in hac manifestatione hoc etiam omiserat* manifestare, quod demonstratio esset ex propriis 'principiis, consequenter subdit quod hoc habetur etiam ex praemissis çç. Per hoc enim quod dicitur quod demonstratio est ex primis, habetur quod sit ex propriis principiis, sicut et superius * dictum est. Idem enim videtur esse *primum* et' *pnncipium:* nam primum in unoquoque genere eu maximum * est causa omnium eorum, quae sunt *post* *, ut dicitur in II *Methaphysicae* **.

'a·, promiserat.

' N· ›'.

h : *genere ma-*
Ximе
', c l : *posterius·*
«ub.M.capj,
I "'KhaT*'

δδ) *Essentiae et virtutes rerum... sunt occultae* etc. Hoc est, nobis non innotescunt neque per intuitionem immediatam, neque per demonstrationem ductam ex principiis formalibus, seu notioribus simpliciter, ut dictum est de rebus mathematicis. Attamen caute et sapienter s. Thomas addit quod essentiae et virtutes rerum naturalium innotescunt nobis a posteriori, hoc est, per ea quae exterius de ipsis apparent. Non enim, ut Lockius contendit, rerum naturalium essentiae sunt nobis penitus ignotae, et nonnisi accidentia percipimus (in quorum proinde collectione Locke dixit rationem substantiae consistere); sed ignotae sunt intuitioni nostrae, aut etiam nostris ratiocinationibus *a priori;* non autem ignotae sunt omnes nostris demonstrationibus *a posteriori,* quatenus ea quae exterius de ipsis apparent, proportionata sunt earum virtutibus et essentiis; ad quas proinde utcunque penetrandas nos ducere possunt.

-εε) *Nunc autem* etc. Hunc locum Aristotelis expendens Adolphus Trendelenburg in suis *Elementis log. Aristote!.* §. 19, pag. 86 (Ed. VIll, Berolini 1878), in ilia verba: οὐ γάρ ταὐτόν πρὐτερον τη φὐσει χαι προ ἠρα πρότερον, haec annotat pag. 87, seq.: < Hoc apud Aristotelem πρστερον χαι ὐστερον , prius et posterius, peculiari inter philosophos usui locum dedisse videtur. Illud dico a priori et a posteriori, quod, etsi sensu aliquantum mutato, hodie apud doctos et indoctos auditur. Antiquitus enim *a priori demonstrare* nihil aliud significavit, quam ex ipsis rei causis, quippe quae per se Aristotele auctore natura priores essent: *a posteriori* vero ex effectu, qui ipsa causa natura quidem esset posterior, sed nobis notior. Ita Thomas Aquinas Deum a priori idest ex ipsius causis cognosci posse negavit. Quae vis et potestas ad saeculum superius mansit intacta; adhuc enim traditur in lacobi Facciolati institutionibus logicae Peripateticae. Sed quum philosophiae quaestio a rebus ad cognitionis causas verteret atque quid mend per se, quid experientiae deberetur, investigari coeptum esset: illud a priori, quod in ipsa mentis natura positum experientiam non solum antecederet, sed etiam efficeret, hoc a posteriori, quod ab experientia sola acceptum mentis notiones quasi primas sequeretur, constanter appellatum est. Ita quidem mathesis, quae ipsa spatii et temporis forma menti insita niteretur, cognitio a priori, historia contra tanquam rerum gestarum memoria a posteriori dictae sunt. Sic vocabulorum usus graviter immutatus est. Cuius rei vestigia iam apud Humium deprehenderis. Mos autem Kantii potissimum auctoritate invaluit. »

Haec autem vocabulorum innovatio, philosophice considerata, graviter est reprehendenda. Imprimis vitio vertendum est Kantio quod fixam acceptamquc in scholis significationem vocabulorum *a priori* et *a posteriori,* ad inaudita significanda detorserit: fieri enim nequit ut scientia non detrimentum capiat ex vocabulis aequivocae significationis. – Deinde quae de *apriorismo* Kant induxit, idealismum constituunt, atque cognitionum nostrarum obiectivitatcm aut penitus destruunt, aut in grave discrimen adducunt. Etenim quae *a priori* ponit auctor, non prioritatem principiorum respectu conclusionum, aut causarum respectu effectuum respiciunt, sed *a priori* idem illi est ac *a ratione,* seu a subiecto cognoscente , ut tradit Trendelenburg in verbis transcriptis, et ex libris Kantii notum omnibus est. Quia vero utrum *elementis* a priori, quae ab anima quasi formae admiscemur obiectis acceptis a sensibus, respondeat aliquid *obiectivum* (universale) extra animam et ab anima independens, prorsus, in sententia eiusdem auctoris, ignoramus, saltem in ordine scientifico; sequitur quod *apriorismus* Kantianus est revera *subiectivismus;* seu quod scientia sit de ideis nostris, non de rebus : nam singularia sensibilia non sunt obiecta scientiae, sed sensationis; et universalia, quae sunt obiecta scientiae nostrae, non vera seu realia obiecta censeri debent, sed formae ideales, affectiones nempe animae nostrae. – Denique Scholastici per vocabula *a priori* et *a posteriori* sapienter a rebus ipsis imponebant, ac per ea designabant ordinem *essendi* rerum et ordinem *cognoscendi;* ita ut processum a causis sive proximis sive remotis dicebant *a priori,* quia causa prior est effectu, et principium est prius principiato; processum vero ab effectibus ad causam, a principiatis ad principia, nempe a posterioritate ipsarum rerum, *a posteriori* appellabant. At Kant subicctum cogitans veluti principium constituit, et ab eo denominationem *a priori* imponit, quasi nempe ordo rerum omnium, quae a nobis cognoscuntur, a nobis veluti a causa prima sive immediate sive mediate dependeant.

ζζ) *Subdit quod etc.* – A: *demonstratio esset ex propriis principiis, consequenter subdit quod significat per hoc quod hic dicitur ex praemissis;* et ita B, nisi quod legit non *ex praemissis,* sed *ex primis.* -G: *subdit quid significatur per hoc quod habetur ex praemissis.* – 1: *subdit quia hoc habetur* etc. – O: *demonstratio esset ex principiis, consequenter subdit ex praemissis.* Lectio mendosa.-PQ: *subdit quod habetur;* sed, *quod hoc habetur,* restituimus ex codd. DE1KLMNRST. In caeteris Pianam lectionem retinemus, quae pro se habet auctoritas codd.

LECTIO QUINTA

DE PROPOSITIONIBUS PRIMIS ET IMMEDIATIS

'Αρχή δ* έστιν άποδείξεω πρότασι άμεσο · άμεσον δέ ή μη' εστίν άλλη προτέρα.
Πρότασι δ' εστίν άποφάσεω τό έτερον μο'ριον, έν καθ' ένό ,
διαλεκτική μέν ή ομοίω λαμβάνουσα όποτερονοΰν, άποδεικτική δέ ή ώρισμένω θάτερον, οτι άληθέ .
Άπο'φανσι δέ άντιφάσεω όποτερονοΰν μόριον. Άντίφασι δέ άντίθεσι η ούκ έστι μεταξύ καθ' αύτη'ν. Μόριον δ' άντιφάσεω , το μέν τι κατά τίνο , κατάφασι , το δέ τϊ άπο τίνο , άπο'φασι .

'Αμέσου δ' άρχη συλλογιστική θε'σιν μέν λε'γο ην μη' έστι δεΐξαι, μηδ' άνάγκη έχειν τον μαθησομενόν τι* ην δ' άνάγκη έχειν τον ύτιοΰν μαθησόμενον, άξίωμα· έ'στι γάρ ένια τοιαΰτα· τοΰτο γάρ μάλιστ έπί τοΐ τοιούτοι εΐώθαμεν όνομα λέγειν.

Θε'σεω δ' ή μέν όποτερονοΰν των μορίων τη άποφανσεω γαμβάνουσα, οίον λε'γω τό είναί τι η τό μη είναι τι, ύπόθεσι , η δ' άνευ τούτου ορισμό . Ό γάρ όρισμο' θέσι μέν έστι· τίθεται γάρ ό άριθμητικο' μονάδα τό άδιαίρετον είναι κατά τό ποσον ύπόθεσι δ' ούκ εστι· το γάρ τί έστι μονά καί τό είναι μονάδα ού ταύτο'ν.

* Est autem principium demonstrationis propositio immediata; immediata autem est, qua non est altera prior. Propositio autem est enunciationis altera pars, unum de uno;
dialectica similiter est accipiens quamlibet; demonstrativa alterum determinate, quoniam verum est.
Enunciatio autem contradictionis quamlibet partem. Contradictio autem est oppositio, cuius non est medium secundum se invenire. Pars autem contradictionis, quae quidem aliquid de aliquo, affirmatio est, quae vero aliquid ab aliquo, negatio est.
Immediati autem principii syllogistici, positionem quidem dico, quam non est demonstrare, neque est necesse habere docendum aliquem; quam vero necesse est habere docendum quemlibet, dignitatem vel maximam propositionem; sunt enim quaedam huiusmodi; hoc enim maxime in huiuscemodi nomen consuevimus dicere.
Positionis autem, quae est quamlibet partium enunciationis accipiens, ut dico aliquid esse aut non esse, suppositio quidem est; quae vero sine hoc, definitio est. Definitio enim quaedam est positio, ponit enim arithmeticus unitatem indivisibile esse secundum quantitatem; suppositio autem non est, id enim, quod quid est unitas et esse unitatem, non idem est.

- Seq. cap. n,ct Texi- 5·

Synopsis.— **i. Argumentum et divisio textus.-2. Propositio immediata illa dicitur *qua non esi altera prior.-3.* Propositio quae assumitur in syllogismo est una ex partibus enunciationis (quo ex capite propositio separatur a problemate), et est simpliciter una, scilicet in qua unum de uno praedicatur (ac per hoc propositio praedicta separatur ab enunciatione, quae dicitur *plures*).– 4. Differt autem propositio dialectica a demonstrativa : quia, cum demonstrator nunquam habeat viam nisi ad unum, hoc est ad verum demonstrandum, propositio demonstrativa accipit alteram partem enunciationis determinate ; dialecticus autem habet viam ad utranque partem contradictionis, quia procedit ex probabilibus, et ideo propositio dialectica accipit indifferenter quancunque partium enunciationis. – 5. Enunciatio utranque partem contradictionis complectitur, seu est oratio affirmativa aut negativa unius de altero.-Contradictio autem est oppositio affirmationis et negationis, seu oppositio, cuius non est medium simpliciter et secundum se.-6. Principiorum, quae assumuntur in demonstratione, quaedam dicuntur *posillones,* quae ponuntur a demonstrante ut *per se notae,* esto ut tales illis qui docentur non appareant. Alia vero dicuntur *dignitates* et *propositiones maximae,* propter eorum certitudinem ad manifestandum alia. Harum dignitatum veritas ita est omnibus per se nota, ut nullus contrarium credere mente possit, etsi ore proferat ; easque necesse est habere in mente et veras retinere, qui doceri debet. – 7. Declaratur magis hacc doctrina ex definitione propositionis per se notae, quae est illa cuius praedicatum est de ipsa ratione seu essentia subiecti. Hinc divisio propositionis per se notae, in per se notam *quoad se,* et in per se notam etiam *quoad nos.* Prima ex eo simpliciter dicitur quod praedicatum est de ratione subiecti; altera dicitur respectu illius qui cognoscit praedicatum esse de ratione subiecti. – Ergo *dignitates* sunt propositiones per se notae non solum quoad se, sed etiam quoad omnes; et distinguuntur a *positionibus* quae sunt principia per se nota quibusdam tantum, et a *suppositionibus* quae sunt propositiones immediatae relative, nempe respectu alicuius scientiae inferioris, sed quae sunt mediatae et probatae in alia scientia. – 8. Positionum vero, prout sunt *principia* syllogismi (*num. seq.),* illae dicuntur *suppositiones,* quae significant esse vel non esse, seu verum vel falsum ; illae vero dicuntur simpliciter *positiones,* quae non significant *esse* vel *non esse,* seu non sunt propositiones proprie dictae, quarum proprium est significare esse vel non esse. – Huiusmodi sunt definitiones. – 9. Solvitur obiectio. – Licet definitio in se non sit propositio in actu, est tamen virtute propositio.

' Lect. iv.- hnot: *dixit.*

• Codd. - px : *hic ista.*
* Codd.- FAHimU¦- *nifestare.*
'^Codd.-p; *in prima parte.*

* Lecl. vi.

◀Lect.vn.

*J;odd· ▮ PN:
•Num. 6.

1. J^^^uia superius Philosophus dixerat*quod demonstratio est ex primis et immediatis, et haec ab ipso nondum manifestata erant, ideo intendit ista * notificare *. Et dividitur in partes tres: in prima **, ostendit quid sit propositio immediata; in secunda vero ostendit quod oporteat huiusmodi propositiones esse notiores conclusione; ibi: *Quoniam autem oportet credere et scire* * etc.; in tertia, excludit quosdam errores, qui ex praedictis occasionem habebant; ibi: *Quibusdam quidem igitur* * etc. Circa primum duo facit: primo, ostendit quid sit propositio immediata; secundo, dividit ipsam*; ibi: *Immediati autem principii** etc. Circa primum hoc modo procedit. Primo namque, resumit quod supra dictum erat *, scilicet quod principium demonstrationis sit propositio immediata: nam et * supra dixerat quod demonstratio est ex primis et immediatis *.

2. Secundo, ibi: *Immediata autem* etc., definit *immediatam* propositionem, et dicit quod immediata propositio est qua non est altera * prior. Cuius quidem notificationis ratio ex praedictis apparet *. Dictum est enim supra * quod demonstratio est ex prioribus. Quandocunque igitur aliqua propositio est mediata, idest habens *medium* per quod demonstretur * praedicatum de subiecto, oportet quod priores ea' sint propositiones ex quibus demonstratur : nam praedicatum conclusionis per prius inest *medio* quam *subiecto;* cui etiam per

• Codd. p : *dictum est*\ b: *dixerat.* - Lect. iv, n. 14.
•Ib.- Codd. - pd o: *etiam;* n om. *nam et.*
•h : *et immed. et caetera.*

• h : *alia.*

• Codd. - pr : *patet.*
• Lect. iv, n. 15.

'bm: *demonstratur.*

« prius inest *medium* quam *praedicatum* K. Relinquitur ergo quod illa propositio, qua non est altera prior*, sit immediata.

• h non rectc: *quae est prior* x *Pliera.*

3. Tertio, ibi: *Propositio autem est* etc., ostendit quid sit propositio, quae ponitur in definitione immediatae propositionis. Et circa hoc tria facit. Primo namque definit propositionem simpliciter, dicens * quod propositio est altera pars enunciationis, in qua praedicatur unum de uno. Ha-

•*Dicens,n*codd.

codd7,<:εZ' ex •codd.-p: *enim,-*

cn'm enunciatio duas partes, scilicet * affirmationem et negationem. Oportet autem * quod omnis syllogizans alteram earum proponat, non autem utramque: hoc enim est proprium* eius, qui a principio quaestionem movet. Unde per hoc separatur propositio a problemate. Sicut etiam * in uno syllogismo non concluditur nisi unum, ita oportet quod propositio, quae est syllogismi principium, sit una. Una autem est in qua est unum de uno. Unde per hoc quod Philosophus * dicit *unum de uno,* separatur propositio ab enuntiatione, quae dicitur *plures,* in qua plura de uno vel unum de pluribus praedicatur

• Codd. om.joro- ^*proprium ei.*

• codd. - phmr :

• codd.om.PAi- *tosopit.*

4. Secundo, ibi: *Dialectica* etc., ponit differentiam inter dialecticam propositionem et demonstrativam, dicens quod cum propositio * accipiat alteram partem enunciationis, dialectica indiffe-

• codd.-p: *diriherm.,\ect.xni.*

•*tK-.propos.de-* ■*monstrativa ;* ct dem.add.marg.c.

renter accipit quancunque earum Habet enim viam ad utranque partem contradictionis, eo quod ex probabilibus procedit. Unde etiam et in proponendo accipit utramlibet partem contradictionis et quaerendo proponit y. Demonstrativa autem propositio accipit alteram partem determinate, quia nunquam habet demonstrator viam, nisi ad verum demonstrandum. Unde etiam semper proponendo accipit veram partem contradictionis i Propter hoc etiam* non interrogat, sed sumit, qui demonstrat, quasi notum '.

5. Tertio, ibi: *Enunciatio autem* etc., definit enunciationem quae ponitur in definitione propositionis, dicens quod enunciatio complectitur 'utranque partem contradictionis, ut ex dictis patet. Quid autem sit contradictio ξ consequenter ostendit, dicens quod contradictio * est oppositio, cuius non est medium secundum se. Quamvis enim * in privatione et habitu, et in contrariis immediatis non sit medium circa determinatum subiectum, tamen est medium simpliciter, nam* lapis neque caecus, neque videns est, et albedo * neque par, neque impar est. Et hoc * etiam quod habent de immediatione circa determinatum subiectum, habent in quantum aliquid participant contradictionis i*: nam privatio est negatio in su-

p

γ

ε

£

' *contradictio* om. BCEGLMNQT. ABCEGKLN : *cui.*

'1'ut·

^°^'OTPABK›':

'contrad.nalura

a) Nam praedicatum conclusionis etc. Ad declarationem huius sententiae novitius animadvertat hic sermonem esse non de inductione, sed de syllogismo demonstrativo, qui procedit ex universalioribus, quae sunt, priora quoad nostram cognitionem intellectivam, ut dictum est (lect.iv, n. 16). Deinde sibi proponat hunc vel alium similem syllogismum: *Omne animal est sensitivum ; sed omnis homo est animal; ergo omnis homo est sensitivus.* In hoc syllogismo *medium* est *animal.* Porro *sensitivum* prius praedicatur seu inest medio in *maiorif^uam* subiecto conclusionis quod est *Itonio:* quinimo ideo *sensitivum* inest homini quia inest *animali,* cuius homo est species. Sed prius etiam affirmatur *mcdiunfâeù animal,* de homine in *minori,* quam de ipso affirmetur *sensitivum* in conclusione; imo eatenus sensitivum affirmatur de homine in conclusione, quia de ipso homine affirmatum est in *minori* quod sit animal.—Verba *oportet,* usque ad illa *prius inest medio quam subiecto* inclusive, desunt in codice B, sed supplentur in nota marginali vel ab ipso amanuensi vel a manu eiusdem aetatis.— In cod. C lectio Piana et codd. integra refertur in margine (fol. 5 rect., coi. 2), declarata per verba quae intra parenthesin claudimus: « Nam praedicatum conclusionis per prius inest medio » quam subiecto *(scilicet conclusionis),* cui *(scilicet subiecto conclusio-* » *nis)* etiam per prius inest medium quam praedicatum *(idest quod* » *de subiecto conclusionis prius praedicatur medium quam praedi-* » *catum).* »

β) *Quod cum propositio* etc.— Codd. AHKR: *quod propositio;* sed hoc in casu AHR non, *accipiat,* sed, *accipit,* cum K legere deberent, et cum P, *dialectica autem.* Hinc cum P aliisque codd. retinemus *cum propositio,* et eorumdem codd. auctoritate expungimus *autem* Pianae. Insuper A et forte etiam B infra legunt: *quodcunque eorum,* loco *quancunque earum,* ut optime habet Piana cum aliis codd.— Denique A: *omnis dialectica;* forte: *propositio dialectica.*

Ut autem hac in re omnis eliminetur obscuritas, recolenda sunt quae diximus lib. 1 *Peri hermeneias,* lect. vit, not. γ: nempe enunciationem et propositionem non subiecto seu realiter inter se distingui ; et ideo promiscue sumi a philosophis. Sed notavimus etiam propositionem et enunciationem, licet non realiter, tamen comparatione et relatione aliqua differre. Nam enunciatio est oratio in qua verum vel falsum est, ut lect. cit. dictum est, et ideo complectitur quamlibet partem contradictionis, sive affirmativam sive negativam, sive universalem sive particularem, sive veram sive falsam, sive unam sive plures. Sed enunciatio est propositio quando assumitur ut pars syllogismi ad aliquid concludendum. Haec autem propositio aut alteram partem enunciationis seu contradictionis determinate sumit ad aliquid determinatum et certo inferendum, et dicitur propositio demonstrativa; aut indifferenter quamlibet enunciationis partem assumit ad concludendum probabile et ideo semper incertum, et habetur propositio dialectica.

γ) *Unde etiam, et in proponendo* etc. Codd. et ed. *a:-unde etiam et (et* omitt. BGH1KM) *in propositionibus* (R, *in proponendo) accipit utramque* (CDEHLRS, *utramlibet) partem* (O om.*partem) propositionis* (H, *enunciationis;* GS, *contradictionis), unde etiam* (BEHKNQT, *unde et) quaerendo proponit* (E, *ponit).* — Pie: *unde etiam et in proponendo accipit utramlibet partem contradictionis, et quaerendo proponit.* Infra demonstrativa propositio *proponendo accipit veram partem contradictionis;* ergo ex opposito dialectica, *proponendo accipit utramlibet partem contradictionis, et quaerendo proponit:* demonstrativa *non interrogat, sed sumit, qui demonstrat, quasi notum;* ergo ex opposito dialectica *quaerendo, utramlibet* contradictionis partem *proponit.* -Obscura est lectio codd. *partem propositionis.* Enunciationis enim pars est propositio, sed propositionis non est pars quae sit etiam propositio. Unde, *partem enunciationis* possumus utique cum H legere, non autem *partem propositionis* (Cf. infra lect. xxi).

3) *Quia numquam habet demonstrator... accipit veram partem contradictionis.* Ita edd. P et Ven., nec non codd. infra citandi. S. Thomas opponit processum demonstrativum processui dialectico. Processus dialecticus ad utranque partem contradictionis seu ad probabilia tendit, et ideo ex utraque contradictionis parte seu ex uno vel altero probabilium oppositorum procedit; processus autem demonstrativus nonnisi ad unum, non probabile sed certum ct verum ordinatur; ergo ab uno certo et vero movet. Unde processus dialecticus ex probabilibus procedens est de uno ad duo: est enim, inquit s. Thomas, de principiis ad conclusionem cum formidine alterius conclusionis oppositae; et sic sunt ibi tria, principium scilicet et duae conclusiones, et una conclusa , et alia formidata (Cf. in 1 *De anima,* lect. iv, *circa* —Codd. ACDEGHIL MO habent cum Piana: *nisi ad verum demonstrandum,* et codd. BC DEGH1MNOQST cum eadem: *accipit veram partem.*— *K* dubius est quoad primam partem *(nisi ad verum);* et quoad alteram partem *(accipit veram)* dubii sunt codd. AL. Igitur codd. BNR certo legunt, *ad unum;* et codd. KR, *accipit unam:* quibus accensori possunt lectiones dubiae aliorum codd.-Bona est lectio *ad verum demonstrandum,* quamvis acceptari possit lectio codd. BNR. Ut enim dixi, in hoc est discrimen inter demonstrationem et syllogismum dialecticum, quod illa ex uno principio tendat ad unum certo concludendum, iste autem ex uno probabili ad duo pervenit, quorum unum est conclusio illata, alterum est conclusio formidata. I.ectio insuper *accipit unam partem* sustineri potest, ob eamdem assignatam rationem.—Notandum denique quod codd. ABCDE1KLMNOQST habent *partem propositionis* loco *partem contradictionis,* ut habet Piana cum GH: quam lectionem retinemus ob rationem assignatam in superiori nota (Cf. Albert. Magn. in 1 *Poster, analytic.,* tract. 11, cap. iv).

ε) *Sed sumit* etc. Ita codd. ABDEHIKLNQST. – Cod. C: *sed sumit quid quasi notum.-E: quasi nota.-O·. sed sumit qui demonstrat quasi per se notum.*- PMR: *sed sumit quod demonstrat quasi notum.*

ζ) *Quid autem sit contradictio* etc. Codd. AB: *quia vero contradictio ponitur in dejinitione enunciationis, quid sit contradictio consequenter.* Verba, *quia vero* usque ad *enunciationis* inclusive desiderantur in aliis codd. et in edd. Piana et Ven., in quibus, postpositis citatis verbis, statim incipitur sententia hoc modo: *quid autem sit contradictio* etc. Causalis, quae in verbis codd. AB continetur, non male apponitur , quia s. Thomas explicat cur *de contradictione* Philosophus hic disserat; attamen ab hac lectione AB adoptanda abstinemus, tum quia lectio Piana his quae immediate praecedunt bene connectitur, tum quia pro se habet auctoritatem omnium ferme codicum.

biecto determinato. Et alterum etiam contrariorum habet aliquid privationis ". Sed contradictio * simpliciter in omnibus caret medio ; et hoc non habet ab alio, sed ex seipsa; et propter hoc dicit quod eus non est medium secundum se °. Exponit etiam * consequenter quid sit pars contradictionis: est enim contradictio oppositio affirmationis et negationis *. Unde altera pars eius est affirmatio, quae praedicat aliquid de aliquo; altera vero negatio, quae removet aliquid ab aliquo.

6. Deinde cum dicit: *Immediati autem* etc. dividit immediatum principium. Et circa hoc duo facit: primo divid it; secundo * subdividit; ibi: *Positiones autem quaedam* * etc. Dicit ergo primo quod immediatum principium syllogismi duplex est. – Unum est * quod dicitur *positio,* quam non contingit demonstrare et ex hoc immediatum dicitur; neque tamen *aliquem docendum,* idest qui doceri debet in demonstrativa scientia, *necesse est habere,* idest mente concipere sive ei assentire Aliud vero est, quod dicitur *dignitas* vel *maxima propositio,* quam necesse est habere in mente et ei assentire quemlibet, qui doceri debet. Et manifestum cst quod quaedam principia talia sunt ut probatur in IV *Metaphysicae* * de hoc principio, quod *affirmatio et negatio non sunt simul vera,* cuius * contrarium nullus mente credere potest etsi ore proferat. Et in talibus utimur nomine praedicto, scilicet *dignitatis* vel *maximae propositionis* *, propter huiusmodi principiorum certitudinem ad manifestandum alia.

7. Ad huius autem divisionis intellectum*sciendum est quod quaelibet propositio, cuius praedicatum est in ratione subiecti, est *immediata* * ct *per se nota,* quantum est in se *.

Sed quarundam propositionum termini sunt tales, quod sunt in notitia omnium, sicut *ens,* et *unum,* et alia quae sunt entis, in quantum ens: nam ens est prima conceptio intellectus \ Unde oportet quod tales propositiones non solum *in se,* sed etiam *quoad omnes* ƒ quasi per se notae habeantur. Sicut quod, *non contingit idem esse et*

-h erroneе:pr, .

« *I: autem.*

• Cf. i *Perih., unde et aitera.'*

• abcoekl moqs :

• Num. 8.

' Codd. p: *unum*

'

* Lect. vi. - Ed. Did. lib. Ill , cap.nl, ŋ.7, seqq.

* Codd,- p : *quorum.*

• 11KQST om. *vet maximae proposa.*

' Codd.- P: *manifestationem.*

' n : *cst propositio immediata.*

λ

„ p.

t) *Et alterum etiam contrariorum habet aliquid privationis.*-Edit. Piana: *Et alterum etiam contrariorum immediatorum cst habens aliquid contradictionis.* Codd., exc. R, lectionem integram praebent, quam adoptavimus. Unus cod. R habet cum P, *immediatorum,* sed cum aliis codd. legit: *privationis,* et *habet aliquid.* De contrariis *immediatis* (Cf. I *Perih.,* lect. x, et lib. II, lect. xni) sermo est, ut constat ex supra positis *fin contrariis immediatis... quod habent dc immediatione) ;* sed vocabulum *immediatorum ,* quo carent codices , subintelligitur. – Quoad vero *privationis* loco *contradictionis* animadverto a s. Thoma lect. vi in X *Metaphys.* probari quod *contrarietas sit privatio,* et *necesse est quod semper alterum contrariorum sit privatio.*

0) *Quod eius non est medium secundum se.* Cod. H : *quod contradictio est oppositio, cuius non est medium secundum se;* nempe cod. H Aristotelis verba refert, prouti habentur in textu. Retinemus lectionem Pianam, quae est etiam aliorum codd.

t) *Neque... necesse est habere, idest mente concipere, sive ei assentire.* – Codices, quos sequimur, hoc in loco discordant a Piana quae cum Ven. edd. legit: *neque.... necesse est habere, idest mente conspicere sive ei assentire.* Mens s. Thomae manifesta est ex his quae immediate addit de *dignitatibus,* hoc est, de *axiomatibus* scientiarum. Duplex genus principiorum est distinguendum: alia sunt principia prima et suprema (dignitates) quae a quolibet homine ratione Utente et necessario *habentur* et necessario *conspiciuntur* seu *concipiuntur vera ;* sicut : *impossibile est idem simul esse et non esse,* et alia huiusmodi. Et haec principia discipulus non a magistro accipit, sed per scipsum lumine rationis statim eorum veritatem conspicit, ita ut nisi discipulus haec per semetipsum percepta haberet, magisterium alienum (loquimur de magisterio humano) esset impossibile. – Alia vero sunt principia, quae non ita sunt per se nota, ut quilibet percepta habere debeat, neque sunt, sicut priora, conditiones praerequisitae ut discipulusj^isciglinam a magistro accipiat, sed disci possunt a magistro ipso non secus Ifc discuntur conclusiones scientificae. – De his, quae vix delibamus, fuse ipse s. Thomas in Qq. dispp. *De veritate,* qu. xt *De magistro* (Cf. Alb. Magn. loc. supra cit.).

x) *Quaelibet propositio, cuius praedicatum est in ratione subiecti cst immediata et per se nota, quantum est in se* (P, *de* se). Notat Caietanus quod s. Thomas non loquitur hic in sensu exclusivo, quasi nempe illa sola propositio cuius praedicatum est in ratione subiecti sit immediata et per se nota : quia revera dantur propositiones per se notae ct immediatae quoad nostram cognitionem, quae tamen non sunt quoad se immediatae et per se. Quam Caietani animadversionem, cum non levis momenti in scientiis philosophicis sit, liceat paucis declarare.

In antecessum ergo noto, ideo propositionem dici *immediatam* et *per se* notam, quia ex se ipsa et non per *aliud* nobis innotescit quoad suam veritatem, seu quoad inesse vel non inesse praedicatum subiecto. Etenim in omni propositione praedicatum aut affirmatur de subiecto aut negatur. At si quaeratur cur de subiecto affirmetur vel negetur praedicatum, ratio petenda est vel ex elementis ipsius propositionis, vel aliunde. Porro, elementa propositionis sunt subiectum, copula et praedicatum, seu ut brevius dicamus, sunt subiectum et praedicatum (copula enim seu verbum semper se tenet ex parte praedicati, ut in I *Pcrih.* dictum est, lect. v). Ergo in primo casu ratio cur praedicatum insit vel repugnet subiecto non repeti potest nisi ex parte subiecti, quatenus nempe natura sua (sive ontologies ut in rebus metaphysicis, sive prouti de facto per experientiam innotescit) exigit praedicatum illud vel respuit. Et dico ex parte *subiecti,* non autem ex parte praedicati: nam quod *praedicatum* aut conveniat aut non conveniat subiecto, non est ex ratione sui, sed ex ratione subiecti. V. g. quod esse *rotundum* repugnet *quadrato* et necessario competat *circulo,* non ex ratione *rotundi* sed ex *subiecto,* quod requirit vel reiicit tale praedicatum , exclusive provenit. Quando-igitur ratio, cur praedicatum in ^propositione affirmatur vef negatur de su-'Ticcto, pEtitur immcJiatTasubiecto, manifestum est quod petitur"ab*elè-. " mento Infrifis^co^erimmeJiatoTipsius propositionis; et ideo recte prb-'polfltio dicitur immediata, et per se ipsam neque per *aliud,* hoc est non per *medium* cognita.-Quod si contra accidat, nempe quod non per *subiectum* ipsum, sed per aliud medium dignoscatur praedicatum convenire vel non convenire subiecto, recte propositio dicitur *mediata* ct per *aliud* seu per medium cognita.

Haec generatim admittenda sunt, quia dictata a significatione vocabulorum *mediatum* et *immediatum, per se* et *per aliud.* Attamen propositio immediata et per se nota mnltipliciter dicitur. Alia enim est per se nota *secundum sc* tantum; alia *quoad nos* tantum; alia *secundum se* et simul *quoad nos.* Quae ultima subdividitur in propositionem *secundum se* et *quoad omnes* per se notam, et in propositionem *secundum se* et *quoad solos sapientes* per se notam. Ratio huius divisionis in promptu est; quae assignatur a citato Caietano. Cum enim, inquit, propositio per se nota dicatur, ex eo quod non est per alium terminum nota, sed ex propriis, ut dictum est; et cum quot modis dicitur unum oppositorum, tot modis dicatur et alterum; consequens est ut quot modis dicitur propositio nota non per se, sed per aliud, seu per medium, tot modis dicatur propositio nota per se, seu non per aliud. Atqui *medium* propositionis, seu propositio nota per aliud, triplex est. Nam i. est medium quoad nos tantum; sicut patet quando ab effectu procedimus ad causam; non enim effectus est medium quo causa indigeat per se, ut cognoscatur, sed est medium quoad nos, qui, cognito effectu, causa ignorata, assumimus primum ut medium ad cognoscendam alteram. – 2. Est medium secundum se et quoad nos; sicut quando procedimus a causa ad effectum: causa enim est secundum se medium ad cognoscendum effectum, qui ab illa dependet, et ideo , cognita causa, procedimus ex medio secundum se et quoad nos cognito, ad cognitionem effectus. – 3. Est medium secundum se tantum et non quoad nos; sicut proprietates specificae, e. g. intelligentiarum separatarum, habent medium quoad se ex essentia earum; sed non est medium quoad nos. Triplex ergo est propositio nota per aliud; et consequenter triplex erit propositio nota per se, seu non per alium terminum medium, sicut et triplex est negatio *medii,* quae respondet triplici affirmationi *medii* hucusque probatae. Quaedam ergo propositio est nota non per aliud medium *simpliciter,* licet sit nota per aliud medium *quoad nos ;* ut ista : *Deus est.* Quaedam vero est nota non per aliud medium *quoad nos,* licet ex natura sua habet medium simpliciter; ut: *Nix est alba; sol eclypsatur* (Cf. lect. seq., n. 2) etc.: dubitans enim de istis propositionibus eget non medio sed solo sensu. Quaedam-denique non est nota per aliud medium nec *simpliciter,* nec *quoad nos;* sicut: *Quodlibet est vel non est:* quae est propositio nota per se et quoad omnes; vel: *Incorporalia non sunt in loco:* quae est propositio per se nota *et'quoad sapientes.* Haec quae ex Caietano in I *Poster.,* cap. 111, §. *Quaenam sit propositio per se nota,* desumpsimus, docentur a s. Thoma p. I, qu. u, artic. 1; et 1 *Contra Cient.,* cap. xi; ct 1 *Sentent.,* dist. ut, qu. t, artic. 11; et Qq. disp. *De veritate,* qu. x, artic. xn.

λ) *Et alia quae sunt* etc. Unus cod. H dissentit a Piana et aliis codd. legendo: *et alia quae sunt, in quantum ens cst prima conceptio intellectus.* Lectio intricata et obscura.

p) *Quoad omnes.* Ita legunt omnes nostri codices, excepto B, qui cum Piana habet *quoad nos.* Sed non recte. Nam s. Thomas praemissa notione propositionis per se notae quoad se, eam bifariam dividit respectu intellectus cognoscentis, in propositionem nempe per se notam *quoad se et quoad omnes,* ct in propositionem *per se notam quoad se*

non esse; et quod, *totum sit maius sua parte:* et similia. Unde et huiusmodi principia omnes scientiae accipiunt a metaphysica *, cuius est considerare *ens* simpliciter et ea, quae sunt entis.

Quaedam vero propositiones sunt immediatae, quarum termini non sunt apud omnes noti. Unde, licet *praedicatum* sit *de ratione subiecti,* tamen quia definitio subiecti non est omnibus nota, non est necessarium quod tales * propositiones ab omnibus concedantur. Sicut haec propositio: *Omnes recti anguli sunt aequales,* quantum est in se, est per se nota sive immediata, quia aequalitas cadit in definitione anguli recti. Angulus enim rectus est, quem facit linea recta super aliam * rectam cadens, ita quod ex utraque parte anguli reddantur aequales. Et ideo, cum quadam *positione* recipiuntur * huiusmodi principia.

Est et * alius modus, quo aliquae propositiones *suppositiones* dicuntur. Sunt enim quaedam propositiones, quae non possunt probari nisi per principia * alterius scientiae; et ideo oportet quod in illa scientia supponantur, licet probentur per principia alterius scientiae. Sicut a puncto ad punctum * rectam lineam ducere, supponit geometra et probat naturalis; ostendens quod inter quaelibet duo puncta sit linea * media.

8. Deinde cum dicit: *Positionis autem quae est* etc., subdividit alterum membrum primae divisionis, scilicet *positionem:* dicens quod quaedam positio est, quae accipit aliquam * partem enunciationis, scilicet affirmationem vel negationem ; quod significat cum dicit: *Ut dico aliquid esse aut non esse.* Et haec positio *suppositio* dicitur, quia *tanquam veritatem habens* supponitur. Alia autem positio est, quae non significat *esse* vel *non esse,* sicut definitio, quae *positio* dicitur*. Ponitur enim ab arithmetico definitio unitatis, tanquam quoddam principium, scilicet quod unitas est' *indivisibile* * *secundum quantitatem.* Sed tamen definitio non dicitur * suppositio: illud enim proprie supponitur, quod verum vel falsum significat. Et ideo ' subdit quod *non idem est, quod quid est unitas,* quod * neque verum, neque ** falsum significat, *et esse unitatem ,* quod significat verum vel falsum.

9. Sed potest quaeri: cum definitio non sit propositio significans *esse* vel *non esse,* quomodo ponatur ξ in subdivisione immediatae propositionis. Sed dicendum quod in subdivisione non resumit * immediatam *propositionem* ad subdividendum, sed immediatum *principium.* Principium autem syllogismi dici potest non solum propositio, sed etiam definitio. Vel potest dici quod licet definitio in se non sit propositio in actu, est tamen in virtute propositio*quia cognita definitione, apparet definitionem de subiecto vere praedicari.

* Gf. infra, lect. xvnt.

' h : *quod omnes tales ;* g n : *quod huiusmodi propositiones.*

' Codd. - p : *al. lineam rect.*

• *o* : *accipiuntur.*

* g h : *etiam.*

* Codd. - p: *principium.*

ʿCodd.-p; *est rect. ;* h : *lineant contingit duc.*

ǂ Codd. ct Dominic. a Fland.-p; *linea recta media.*

· v.-*alteram,-o*·

'ct.Perih.,\ep. lect. xix.

ʿ «cimno - -p et ?»». "F° ʿ

· 0: *quia.* lll*i-vel*f*ahum*·

ξ

-codd.-p: «-

codd?7quH«ʿʿ *virtute?*

---

et quoad *aliquos* solummodo, quoad eos nempe qui sciunt praedicàtum esse de ratione subiecti. Manifestum est autem quod s. Thomas hic loquitur de propositione per se nota quoad se et quoad omnes. Diximus tamen lectionem Pianam *non rectam,* quia erronea dici nequit, ut per se patet. Cod. O: *quoad omnes per se notae.*

v) *Et ideo subdit* etc. Cum hac lectione Piana consentiunt codices, uno H excepto, qui legit: *et ideo subdit quod non idem est unitas et esse unitatem: quia unitas neque verum neque falsum significat; et esse veritatem quod significat verum vel falsum*. Retinenda est Piana, quae et perspicua est, et pro se habet auctoritatem codicum.

ξ) *Ponatur in subdivisione* etc.-Codd. (exceptis DGM) -*.ponatur sub divisione immediatae* etc. DGS: *ponatur subdivisione immediatae* etc. Attamen cum immediate post codd. (exc. OQ) legant et ipsi: *sed dicendum est quod in subdivisione* etc., non existimo immutandam esse lectionem Pianam, edd. Ven. et cod. M cui concordare videntur DGS.– Aliunde *in subdivisione* est lectio manifeste indicata a s. Thoma in principio num. praeced.: *Subdividit alterum membrum* etc.-Codd. OQ legunt etiam infra: *sub divisione;* H: *sed dicendum quod subdivisio non resumit.*

LECTIO SEXTA

DE IMMEDIATORUM PRINCIPIORUM COGNITIONE

'Ercel δε δει πιστεΰειν τε καί εΐδε'ναι τό πράγμα τφ τοιοΰτον έ'χειν συλλογισμόν ον καλοΰμεν άποδειξιν, έστι δ' ούτο τω τάδ' είναι έξ ών ό συλλογισμό , άνάγκη μη μόνον προγινώσκειν τα πρώτα, η πάντα η ενια, άλλα καί μάλλον·

άεΐ γάρ δι* δ υπάρχει έκαστον, έκεΐνο μάλλον υπάρχει· οίον δι' ο φιλοΰμεν, εχεΐνο φίλον μάλλον. "Ωστ* εΐπερ ΐσμεν διά τά πρώτα καί πιστεΰομεν, κάκεΐνα ΐσμεν τε και πιστεΰομεν μάλλον, οτι δι' έκεΐνα και τα ύστερον.

Ούχ οιόντε δέ πιστεΰειν μάλλον ών οίδεν, ά μη τυγχάνει μήτε είδώ μήτε βέλτιον διακείμενο η εί έτΰγχανεν είδώ . Συμβησεται δέ τοΰτο, εί μη' τι προγνώσεται των δι' άποδειξιν πιστευόντον

μάλλον γάρ άνάγκη πιστεΰειν ταΐ άρχαΐ η πάσαι η τισί τοΰ συμπεράσματο , τον δε μέλλοντα έ'ξειν την επιστήμην την δι* άποδείξεω .

Ού μόνον δει τα άρχά μάλλον γνωρίζειν καί μάλλον αύταϊ πιστεΰειν η τω δεικνυμένω, αλλά μ.ηδ' άλλο αύτω πιστότερον είναι μηδέ γνωριμώτερον των άντικειμε'νων ταΐ άρχαΐ , έξ ών εσται συλλογισμό ό τη εναντία άπάτη , εΐπερ δεΐ τον έπιστάμενον απλώ άμετάπειστον είναι.

* Quoniam autem oportet credere et scire rem in huiusmodi habendo syllogismum, quem vocamus demonstrationem, est autem hoc eo quod est scire ea, ex quibus est syllogismus, necesse est non solum praecognoscere prima, aut omnia aut quaedam, sed etiam magis:

semper enim, propter quod unumquodque est illud magis est, ut propter quod amamus, illud amicum magis est: quare siquidem scimus per prima et credimus, illa scimus et credimus magis, quoniam propter illa et posteriora.

Non potest autem credere magis quae scit, quae non contingunt, neque sciens, neque melius dispositus, quam sciens, si contingit. Accidit autem hoc, nisi aliquis praecognoverit per demonstrationem credentium;

magis enim necesse est credere omnibus principiis aut quibusdam, quam conclusioni, debentem habere scientiam per demonstrationem.

Non solum oportet principia magis cognoscere et magis ipsis credere quam ei, quod demonstratur: sed neque aliud ipsi credibilius est, neque notius oppositis principiis, ex quibus erit syllogismus contrariae deceptionis, siquidem oportet scientem simpliciter non incredibilem esse.

* Seq. cap. n, et Tex' 5'

Synopsis. — 1. Argumentum et divisio textus. – 2. Thesis: Principia prima demonstrationis nedum praecognoscuntur, sed magis nobis cognita sunt quam conclusio. – 3. Probatur thesis ratione *directa* seu ostensiva ex eo quod conclusionem scimus et ei credimus propter principia. – 4. Incidens explicatio adagii: *Propter quod unumquodque, et illud est magis.* – *S.* Probatur eadem thesis ratione *indirecta,* ex eo quod si secus esset, cum principia praecognoscantur conclusioni, sequeretur quod homo vel plus vel aequaliter cognosceret ea quae non novit, quam ea quae novit. Quod est impossibile. – 6. Thesis tamen intelligi debet respectu eius qui accipit disciplinam per demonstrationem, non autem quando conclusio per aliam viam nota est. – 7. Imo etiam in disciplina demonstrativa nihil debet esse certius quam quod opposita principiis sint falsa: secus non firmissime assentiremur eisdem principiis, et ideo *scientia,* hoc est firma certitudo conclusionis non obtineretur.

jostquam ostendit Philosophus quae sunt immediata principia, hic de eorum cognitione determinat ". Et circa hoc duo facit: primo, ostendit * quod immediata principia sunt magis nota conclusione; secundo,ostendit*quod etiam falsitascontrariorum debet esse notissima; ibi: *Non solum autem* * etc. Circa primum tria facit.

2. Primo, proponit intentum * dicens quod quia nos * credimus alicui rei conclusae et scimus eam per hoc * quod habemus syllogismum demonstrativum, et hoc quidem est in quantum scimus syllogismum demonstrativum; necesse est non solum praecognoscere prima principia conclusioni, sed etiam ea magis cognoscere, quam conclusionem. Addit autem *aut omnia, aut quaedam,'* quia quaedam principia probatione indigent, ad hoc quod sint nota, et antequam probentur, non sunt magis nota conclusione. Sicut quod, *angulus exterior trianguli valeat duos angulos * intrinsecos sibi opositos,* antequam probetur, ita ignotum est, sicut quod, *triangulus habeat tres angulos aequales duobus rectis.* Quaedam vero principia sunt quae, statim proposita £, sunt magis nota conclusione.-Vel aliter: quaedam conclusiones sunt quae sunt notissimae, utpote per sensum acceptae , sicut quod, *sol eclipsetur.* Unde principium per quod probatur non est simpliciter magis notum, scilicet quod, *luna interponatur inter solem et terram,* licet sit magis notum in via rationis procedentis ex causa in effectum. – Vel aliter >: hoc ideo dicit, quia etiam supra dixerat*quod quaedam principia tempore prius cognoscuntur quam conclusio, quaedam vero simul tempore nota fiunt * cum conclusione.

3. Secundo; ibi: *Semper enim propter quod* etc., probat propositum dupliciter. Primo ratione ostensiva; sic: *Propter quod unumquodque et illud est* * *magis* °'; *sicut si amamus aliquem,* propter alterum ; ut si magistrum * propter discipulum, discipulum

a

• b: *dicit.*

* *Ostendit* omitt. a cn. - *Etiam* ex codd. ; pt : *et.*
" Num. 7.

' Codd.-p *intentionem.*
' Codd.-p: *quia omnia nos.*
* s : *scimus eam; sctmus autem eum hoc.*

' Codd. . p, *aequales.*

P

*codd.-r t : *ut puta per sensum sumptae sive acceptae.*

3 , γ

• Lect. n, πβ. 8 et 9'

• Codd. p: *sunt.*

· codd. - ? om' 'fV OiSddJ.exc· A

a) Hic de eorum cognitione determinat,- ABDEGH1LOQST omittunt *hic,* et cum MR legunt: *determinat de eorum cognitione.* C: *determinat hic etc.* K vero: *hic determinat consequenter de eorum cognitione.*

β) *Statim proposita.*—N: *statim cum ponuntur.* Alii codices (excepto A qui stat pro Piana *posita)* : *statim proposita.* Et hanc lectionem adoptamus. – Supra, *antequam probetur,* unus cod. B legit: *hoc enim antequam probetur.*

γ) *Vel aliter.-K: unde aliter;* B: *unde Aristoteles.* Lectiones non admittendae. Hic enim tertia a s. Thoma assignatur ratio illorum verborum Aristotelis: *aut omnia, aut quaedam.* Alii codices habent lectionem Pianam.

c) *Propter quod unumquodque et illud est magis.* – ABGO : *propter quod est unumquodque* etc. – H : *propter quod unumquodque tale, illud magis est.* – Hoc adagium aristotelicum passim recurrit apud scholasticos; et in textu explicatur exemplo causae finalis, nempe si amamus magistrum in gratiam seu propter discipulum, certe discipulum amamus magis quam magistrum. Verum non semper uno eodemque sensu accipitur adagium, qui tamen sensus determinandus est, Ut cum veritate

magis amamus. Sed conclusiones scimus et eis credimus propter principia. Ergo magis scimus principia et magis eis credimus, quam conclusioni ‘.

ε

4. Attendendum est autem circa hanc rationem quod causa semper est potior * effectu suo. Quando ergo causa et effectus conveniunt in nomjne, tunc i‖uj nomen magis praedicatur ζ de causa quam de effectu; sicut ignis est magis calidus quam ea, quae per ignem calefiunt. Quandoque vero causa et effectus non conveniunt * in nomine et tunc licet nomen effectus non conveniat causae, tamen convenit ei aliquid dignius *; sicut etsi in sole non sit calor, est tamen in eo virtus quaedam, quae est principium caloris.

• ou non recte: *cod'd!* bcoeklmn qst Om. *suo.*

• coddjexc.H): *communicant.*

ή : aliquid ei, quod est dignius.

5. Deinde, cum dicit: *Non potest autem credere* etc., probat idem ratione ducente * ad impossibile, quae talis est. Principia praecognoscuntur conclusioni, ut supra habitum est *; et sic quando principia cognoscuntur nondum conclusio est cognita ”. Si igitur principia non essent magis nota * quam conclusio, sequeretur quod homo vel plus, vel aequaliter cognosceret ea, quae non novit quam ea quae novit. Hoc autem est impossibile *. Ergo impossibile est quod principia non sint magis nota quam conclusio Littera sic exponitur: *Neque sciens, neque alius * inelius dispositus* in cognoscendo *quam sciens, si contingeret* * aliquem esse talem (quod dicit propter intelligentem principia, de quo adhuc non est manifestum), *non potest magis credere quae non contingunt,* scilicet sciri ab eo °, *his, quae iam scit. Accidet autem hoc, nisi aliquis* de numero *credentium* conclusionem * *per demonstrationem, praecognoverit *,* idest magis cognoverit principia. In graeco planius habetur sic: *Non est autem possibile credere magis his, quae novit, quae non existit' nec sciens, neque melius dispositus quam si contigerit sciens, h'*

Es codd.-ro:per *tem*

• Lect. ll. - hi: *dictum est.*

η

' Codd.-P:co-

h: *hoc autem cstfatsum ct impossibile.*

" Codd.- p: *nota conclusione.*

' BDEGIKNOQST *t aliquis;* e: *quis.*

'''abeikos: *contigerit;* HLMQRT: *contingit.*

*abiklm: *conclusioni.*

*b: *principia praecogn.*

illud usurpetur. S. Thomas quadrupliciter praefatum adagium exponit. In p. I, qu. lxxxvu, artic. u ad 3, docet quod dictum veritatem habet, si intelligatur *in his, quae sunt unius ordinis,* puta in uno genere causae. Ut, si dicatur quod amamus magistrum propter discipulum, vel quod sanitas est desiderabilis propter vitam, vel quod propter principia cognita cognoscuntur conclusiones syllogismi, etc.; sequitur quod discipulus magis ametur quam magister, et quod vita sit magis desiderabilis quam sanitas, et quod principia sint magis cognita quam conclusiones. Si autem accipiantur ea quae sunt diversorum ordinum, adagium non habet veritatem. Ut, si dicatur quod sanitas est desiderabilis propter medicinam, non ideo sequitur quod medicina sit magis desiderabilis, quia sanitas est in ordine causarum finalium, medicina autem in ordine causarum efficientium; similiter, si dicatur quod res cognoscuntur ab anima nostra propter habitus intellectivos vel species intelligibiles, non ideo sequitur quod habitus et species magis cognoscantur quam res, quia habitus et species sunt in ordine dispositionis et formae, res autem sunt in ordine obiecti cognitionis (Cf. etiam ib. qu. lxxxviii, artic. m, ad a). – In I vero *Sentent.,* dist. xn, qu. i, artic. π ad 2, notat quod dictum Aristotelis in hoc *Posteriorum* libro *[Propter quod* etc.) verificatur quando illud, quod convenit alicui propter aliquid aliud, est diversum in utroque, et praecipue quando unum est causa alterius *essentiali ordine causae,* nempe est causa respectu totius speciei seu *totius accepti effectus* et non unius individui tantum. Hinc valet argumentatio: propter ignem omnia calefiunt; ergo ignis est magis calidus quam calefacta ab ipso. Sed non valet argumentatio: filius est homo propter patrem; ergo pater est magis homo quam filius. Ratio est quia pater non est causa totius speciei humanae, sed solius individui, nempe filii. – Tertio, in Qq. dispp. *De veritate,* qu. x *De mente,* artic. tx ad 3, s. Thomas concedit adagium habere veritatem in causis univocis, quae eamdem denominationem suscipiunt, quam tribuunt suis effectibus; sed non valere in causis aequivocis seu analogis, quae a suis effectibus denominationem habent diversam. Optime enim ratiocinamur: Propter principia cognoscuntur conclusiones; ergo principia sunt magis cognita quam conclusiones. Nam principia et conclusiones conveniunt in una denominatione *cogniti,* et illa sunt hoc sensu quasi causae univocae respectu conclusionum. At non recte hoc modo ratiocinaremur: Corpus est album propter albedinem; ergo albedo est magis alba quam corpus album. Albedo enim (quae sumitur ut forma quasi separata a subiecto) non est alba, quia album significat subiectum sub forma albedinis. – Quarto denique principium Aristotelicum exponitur hoc in loco a s. Thoma dicendo quod si causa et effectus conveniunt in nomine, tunc illud nomen magis praedicatur de causa quam de effectu; secus praedicatur de causa aliquid dignius, ut n. 4 declaratur. – Porro hae quatuor expositiones s. Thomae in unam rediguntur a Caietano in I *Posterior.,* cap. n, §. *Propter quod* etc., hoc modo: Adagium Aristotelicum tunc solummodo habet veritatem *quando nomen totius accepti effectus reflectitur cum veritate supra vere causam,* praesupposita semper diversitate inter causam et effectum. Iam supra explicavimus primam conditionem, *esse* nempe *causam totius effectus.* Quid sit autem *reflecti cum veritate supra causam* exemplo erit manifestum: Luna est lucida propter solem; ergo sol est magis lucidus quam luna. Ut sciatur utrum adagium sit recte applicatum, fiat hoc modo reflexio: Luna est lucida *quia* sol est lucidus; ergo sol est magis lucidus quam luna. Vera argumentatio. Sed falsa, ut iam diximus, est argumentatio: Petrus est homo propter Paulum; ergo Paulus est magis homo quam Petrus. Ratio est, quia haec reflexio est falsa: Petrus est homo, *quia* Paulus est homo. Hanc formulam Caietanus probat, percurrendo quatuor causarum genera, efficientem, formalem, materialem et finalem. – Aegidius'^sro in I *Posterior., §. Quoniam autem oportet credere* etc., dicit quod, *propter quod unumquodque tale et illud magis,* habet veritatem in illis quae habent ordinem essentialem et quae non sunt causa per accidens et instrumentalis, sed magis sunt causa per se et principalis; ita ut semper in causa principali et per se est illud quod est in suo effectu, vel magis et formaliter ut in causis univocis, vel excellentius quamvis non formaliter, ut in aliis causis (Venetiis, i53o, fol. 18 recto, coi. 1).

ε) *Sed conclusiones scimus et eis credimus* etc. Cod. O omittit haec verba, *et eis credimus,* quae Piana habet cum aliis codd., et requiruntur ab iis quae in conclusione dicuntur, *ct magis eis credimus* etc.– Codices omnes legunt: *ergo magis* etc.: quam lectionem sufficimus Pianae: *ergo multo magis* etc.– Insuper AB: *magis scimus principia: magis enim eis credimus etc.*

ζ) *Quando ergo causa etc.* – BR: *quandoque ergo... et tunc.* Codd. CDEGHIKQST habent et ipsi, *et tunc,* quin tamen legant (ut videretur esse legendum, posita hac particula) *quandoque* cum BR.-H: *quando... et tunc illud nomen prius et magis dicitur de causa* etc. Lectio codd. BR melius respondet sequentibus, *quandoque vero.*

η) *Et sic* etc. AG omittunt haec verba usque ad *est cognita* inclusive. Sed est mendum amanuensium. – HO: *et sic quando principia praecognoscuntur.* Sed eo ipso quod additur, *nondum conclusio est Cognita,* superfluum et improprium videtur ponere *praecognoscuntur* loco του *cognoscuntur.* – B: et *sic* (in marg. *quandoque) quaedam principia cognoscuntur nondum conclusione cognita* (Cf. supra n. 2). K: *nondum conclusio est manifeste cognita.*

0) *Non potest magis* etc. – Codd. AGH1LQ: *non potest... contingunt* Î1LQ, *contingit), scilicet scire* (HL, *sciri) ab eo* (1, *aliquid et) his, quae* H, *qui) iam scit.*- BCDEST: *non potest... contingunt scilicet sciri,* etc. ut P. – KMNO: *non potest... contingit scilicet sciri,* etc. ut Piana, cui addimus *scilicet,* quod codices habent.

1) *Quae non existit* etc. – PMNO: *qui non existit;* 1: *quod non existit;* H: *quae non existit neque melius dispositus quam si contingit sciens;* et *quam si contingit sciens* habent etiam DM; O: *quasi contigerit sciens;* R: *quam si contigit sciens.* – Codices igitur neque inter se, neque cum Piana conveniunt. Textus, qui hoc loco vertitur, est: Οϋχ οιόν τε δΐ πιστεύειν μάλλον ών οίδεν, α μή τυγχάνει μήτε είδώ μήτε βίλτιον διαχείμεινο ή εΐ έτύγχανεν είδώ. Nempe ut lulius Pacius (Ed. Acad. Boruss., tom. Ill, pag. 23) vertit: *Fieri autem nequit ut magis quam ea quae novit, credat aliquis quae neque scit neque melius effectus est quam si sciret.* Igitur *quae non existit nec sciens* ut habet s.Thomac versio, seu, *quae neque scit,* habet textus graecus, S μή τυγχάνει μήτε είδώ, et ideo cum maiori codd. parte adoptavimus loco Pianae, *qui non existit nec sciens.*

Mentem Aristotelis plane exponit in syllogismo supra recitato s. Thomas, cuius expositio concordat cum expositionibus Themistii in I *Poster.,* cap. vi (Ed. cit. pag. 6), Philoponi in I *Poster.,* text, x et xi (Ed. cit. pag. 15, coi. 1), Averrois in I *Poster.,* comm. V, §. *Et postquam est res scita* (Ed. cit.), Alberti Magni in I *Poster.,* tract. II, cap. v (Opp. tom. 1, pag. 531). Placet hic referre ratiocinationem Aristotelis, prout, sequens s. Doctorem, exponit eam noster Pominicus a Flandrîa, qu. xi in I *Poster.,* artic. 1: « Secunda ratio est talis: Nam si principia non magis sciuntur quam » conclusio, sequitur quod homo sciens vel melius dispositus quam » sciens, non magis cognosceret ea quae novit quam ea quae non novit. » Hoc autem est inconveniens, Cum quaelibet nostra cognitio procedat » ex notitia noti ad ignoti notitiam » (Venetiis, 1496, sine pag. num.). Attamen littera Philosophi est subobscura, saltem quoad formam grammaticalem. Versio quam primo loco exponit s. Thomas, ordinem textus Aristotelici inversum exhibet: ubi enim Aristoteles habet, ή εΐ έτύγχανεν είδώ, *quam si contingeret sciens,* legit, ή είδώ, εΐ έτύγχανεν, *quam sciens, si contingeret.* Qua posita lectione, s. Thomas addit post *si contingeret,* verba *aliquem esse,* et rationem assignat: *quod dicit* etc., quibus intelligibilis redditur lectio praecitata. Nihilominus dubium subit Angelico an lectio Aristotelis, quae aut vulgo ferebatur, aut in exemplaribus legebatur, quae prae manibus habebat, genuina esset; et ideo ad textujn graecum recurrit, veramque lectionem ex graeco fonte profert. – Notan-

6. Tertio, ibi: *Magis enim necesse est* etc., exponit quod dixerat, dicens quod hoc, quod dictum est, quod magis necesse est credere principiis aut omr|ibus * aut quibusdam quam conclusioni, intelligendum est de illo, qui debet accipere scientiam * per demonstrationem. Si enim aliunde conclusio esset nota,sicut per sensum *, nihil prohiberet princ'pia non esse magis nota conclusione in * via illa.

7. Deinde, cum dicit: *Non solum oportet* etc., ostendit quod non solum oportet magis cognoscere principia quam conclusionem demonstrandam *, sed etiam nihil debet esse certius quam quod opposita principiis sint falsa. Et hoc ideo, quia *oportet scientem * non esse incredibilem* principiis, sed firmissime eis assentire. Quicunque autem dubitat de falsitate unius oppositorum, non potest firmiter inhaerere * opposito: quia semper formidat de veritate alterius oppositi.

aùtpiuribu$mâûi cf' text· • cf. n. 2.

Jn^°^iiiaqestn

* Codd.- pb: *demonstrativam ;* o: *prine, conclusione demonstranda.*
* *Scientem* omitt. cocjd. - Cf. text.

' B: *adhaerere ;* H: *alii opposito.*

'dum quod, formaliter loquendo, scientia est conclusionum, intellectus autem est principiorum; et quia non datur scientia nisi habeatur certitudo, seu firmitas adhaesionis veritati rei cognitae, et firmitas ista vocatur a Scholasticis *habitus* (seu dispositio firma et difficile mobilis), scientia dicitur *habitus conclusionum,* et intellectus *habitus principiorum*. Quamvis autem, ut dictum est, *scientia* et *intellectus* necessario postulent firmitatem adhaesionis, et ideo ex hoc capite differre non videantur; tamen firmitas illa, sicut caeteri habitus et dispositiones omnes, *intensitatem* admittit, quae provenit ex veritate ipsa movente intellectum ad sui cognitionem et assensum, et quae maior est aut minor ex eo quod veritas aut *per se ipsam* aut *per aliam* veritatem videatur. Nam veritas, quae per se videtur et propter quam aliae veritates videntur, firmiorem adhaesionem in mente generat, iuxta illud supra explicatum axioma: *Propter quod unumquodque* (Cf. supra, n. 3). Ergo *esse melius dispositus* et *magis scire* non aliud significant, quam scire *per se* et firmius assentire uni quam alteri, principiis quam conclusioni.

Sed dubium hoc loco exurgit. Cur nempe intelligens (principia) dicatur melius dispositus quam sciens (conclusiones)? Nam intelligens principia est in potentia ad cognitionem conclusionum (Cf. lect. 111 per tot.), at contra sciens est in actu cognoscens principia et conclusiones scientificas in ipsis principiis. Melius autem dispositus videtur ille qui actu cognoscit principia et conclusiones, quam ille qui nonnisi principia intelligit, et scit conclusiones virtute tantum. – Dicendum quod de sciente et de intelligente dupliciter loqui possumus: uno modo formaliter et praecise, prout nempe scire formaliter est cognoscere conclusiones, et intelligere formaliter est cognoscere principia; alio modo quasi materialiter quatenus nempe *scire* consideratur ut totum complectens simul cognitionem principii et conclusionis, et *intelligere* accipitur solummodo ut pars, nempe prout dicit cognoscere sola principia. Ratio facta in dubio considerat *scire* et *intelligere* hoc secundo sensu; et concedenda est. Non enim, inquit Caietanus, est sani capitis dubitare quis sit melius dispositus, sciens nempe vel intelligens: clarum enim est quod sciens est nobilior, sicut totum nobilius est parte. At si sumantur primo modo, nempe formaliter, oppositum est retinendum. Nam cognitio per se nobilior est cognitione per aliud (quia quod est per se nobilius est eo quod est per aliud); porro notitia principiorum est evidens et certa per se, sed conclusiones non sunt neque evidentes neque certae nisi per principia. Deinde cognitio tanto nobilior est quanto certior et evidentior. Sed notitia principiorum est certior et evidentior, non solum quoad nos, sed etiam secundum naturam, quam sit cognitio conclusionum, ut probatum in hac lectione est. Denique, quanto per se causa proxima et sufficiens evidentiae et assensus in aliqua propositione est nobilior, tanto ipsa notitia est nobilior: nam cognitio nobilitatur ex certitudinis causa. Atqui causa proxima evidentiae et assensus in principiis primis est nobilior causa proxima evidentiae conclusionum: ibi enim ex una parte est immediate lumen rationis et immediata principiorum veritas; hic habetur veritas mediata et derivata a principiis per ratiocinationem. Ergo, inquit Caietanus, quia Albertus Magnus et s. Thomas sic, nempe formaliter, comparaverunt *scientem intelligent!* (quoniam doctores maximo pollentes ingenio fuerunt, quorum est loqui sermone formali), ideo optime dixerunt quod intelligens est melius dispositus quam sciens. Est enim dispositus formaliter ad cognoscendum habitu principiorum, qui est nobilior habitu scientifico, quo formaliter disponitur *sciens,* ut sic, ad conclusiones intuendas (In 1 *Poster.,* cap. 11, §. *Quomodo intelligens* etc.).

LECTIO SEPTIMA

DUO ERRORES, QUORUM PRIMUS EST, QUOD NULLIUS REI SIT SCIENTIA; ALTER, QUOD. OMNIUM POSSIT HABERI SCIENTIA PER DEMONSTRATIONEM. - EXCLUDITUR PRIMUS ERROR

Ἐνίοι οὐν διά τό δεῖν τα πρώτα ἐπίστασθαι οὗ δοκεῖ ἐπιστη'μη εἰναι, τοῖ δ' εἰναι μέν, πάντων μέντοι αποδείξει εἰναι· ὠν ουδέτερον οὐτ' αληθέ οὐτ' ἀναγκαῖον.

Οἱ ρ.ὲν γάρ ὑποθέμενοι μη εἰναι ολω ἐπίστασθαι, οὐτοι ει ἀπειρον ἀξιοῦσιν ἀνάγεσθαι ὠ οὐκ ἀν ἐπισταμένου τά ὑστερα δια τά προ'τερα, ὠν [Λη' ἐστι πρώτα, ὀρθώ λεγοντε · ἀδυ'νατον γάρ τά ἀπειρα διελθεῖν. Εἴ τέ 'ίσταται κα'ι εισ'ιν ἀρχαί, ταὐτα ἀγνωστου εἰναι ἀποδείξεώ γε [Λη οὐση αυτών, ὀπερ φασίν εἰναι τό ἐπίστασθαι μόνον εἴ δέ [Λη εστι τά πρώτα – εἴδε'ναι, οὐδέ τά ἐκ του'των εἰναι ἐπίστασθαι απλώ οὐδε' κυρίω , ἀλλ' ἐξ ὑποθέσεω , εἰ ἐκεῖνά ἐστιν.

Οἱ δέ περί μέν τοῦ ἐπίστασθαι ὁμολογοῦσῖ' δι' ἀποδείξεω γάρ εἰναι μόνον ἀλλά πάντων εἰναι ἀπόδειξιν οὐδέν κωλὔειν ἐνδέχεσθαι γάρ κύκλω γίνεσθαι την ἀπόδειξιν καί ἐξ ἀλλη'λων.

Ἡμεῖ δέ φαμεν οὐτε πάσαν ἐπιστη'μην αποδεικτικήν εἰναι, ἀλλά την των ἀμεσων ἀναπόδεικτον. Καί τουθ' ὁ'τι ἀναγκαῖον, φανερόν εἰ γάρ ἀνάγκη μέν ἐπίστασθαι τά πρότερα καί ἐξ ο›ν ἡ ἀπόδειξι , 'ίσταται δέ ποτέ τά ἀμεσα, ταὔτ' αναπόδεικτα ἀνάγκη εἰναι. Ταὔτά τ' οὐν οὐτω λέγομεν, καί οὐ μόνον ἐπιστη'μην, ἀλλα καί ἀρχήν επιστήμη εἰναί τινά φαμεν, ἡ τοὐ ὁρου γνωρίζομεν.

* Quibusdam quidem igitur, propter id quod oportet prima scire, non videtur scientia esse; quibusdam autem omnium videntur esse demonstrationes; quorum neutrum neque verum neque necessarium est. • Cap. in. Text. 6.

Supponentes quidem enim non esse omnino scire, hi ad infinitum volunt reduci, tanquam non sint utique scientes posteriora propter priora, quorum non sint prima, recte dicentes: impossibile enim est infinita pertransire. Et si stent et si sint principia, haec ignota esse, cum demonstratio ipsorum non sit, quod vere dicunt esse scire solum; si vero non est prima scire, neque quae sunt ex ipsis est scire simpliciter nequo proprie, sed ex conditione, si illa sint.

Quidam autem, quod ipsum quidem scire sit confitentur, per demonstrationem solum esse, sed omnium esse demonstrationem nihil prohibet; contingit enim circulariter fieri demonstrationem et hoc ex his, quae sunt ad invicem.

Nos autem dicimus, neque omnem scientiam demonstrativam esse, sed scientiam immediatorum indemonstrabilem. Et hoc quod necessarium sit manifestum est. Si enim necesse est quidem scire priora, ex quibus est demonstratio, stant autem quandoque immediata: haec quidem priora indemonstrabilia necesse est esse; et hoc igitur sic dicimus et non solum scientiam, sed et principium scientiae esse quoddam dicimus, in quantum terminos cognoscimus.

Synopsis.— i. Argumentum et divisio textus.-2. Duo errores contrarii exorti ex veritate determinata in praecedentibus lectionibus: quorum primus est, *nullius rei dari scientiam;* alter est, *omnium posse haberi scientiam per demonstrationem.* – 3. Argumentatio ad suadendum primum .errorem est quod *scire* seu scientia non habetur nisi per demonstrationem ex principiis; sed prima principia aut non dantur, aut si dentur, a nobis sunt ignorata, quia scire ea non possumus: scire enim est solum per demonstrationem, quae de primis principiis esse non potest. – 4. Argumentatio ad inducendum alterum errorem est quod etiam prima principia *sciuntur* per demonstrationem, quia demonstrari possunt demonstratione circulari—5. Radix utriusque erroris est falsa notio scientiae. Respondetur ergo (et simul excluditur primus error) quod *scire* large sumptum complectitur et conclusiones demonstratas et principia, quae sunt accepta sine demonstratione non quasi certa non sint, sed quia demonstratione non egent. – 6. Attamen si non latiori sed strictiori significatione loquamur, *scire* seu *scientia* non est nisi conclusionum; principiorum vero est *intellectus*. Nempe *scimus* conclusiones et *intelligimus* principia. – 7. Porro necesse est ponere certam cognitionem primorum principiorum sine demonstratione: quia necesse est scire priora ex quibus est demonstratio; et haec necesse est reducere ad aliqua immediata, quae sint indemonstrabilia: secus inter duo extrema essent infinita media. Quod repugnat.-8. Principia immediata, quorum cognitio est principium quoddam totius scientiae (quia scientia est cognitio conclusionis demonstratae ex principiis) cognoscuntur *per se,* non *per aliud,* seu cognoscuntur per cognitionem propriorum terminorum.

1. postquam determinavit Philosophus de ^cognitione principiorum * demonstrationis, hic excludit errores ex * praedeterminata veritate exortos. Et circa hoc tria facit: primo, ponit errores; secundo, rationes errantium *; ibi: *Supponentes qttidem igitur* * etc. tertio, excludit rationum radices; ibi: *Nos atttem dicimus* * etc.

2. Dicit ergo primo quod ex una veritate superius * determinata duo errores contrarii sunt exorti. Determinatum est enim supra * quod oportet principia demonstrationis scire, immo quod etiam ea magis scire oportetK. Sed primum solum* sufficit ad propositum. Propter hoc autem videtur quibusdam quod nullius rei sit scientia; quibusdam autem videtur quod sit quidem * scientia, sed ** quod omnium possit haberi scientia per demonstrationem. Neutrum autem horum * est verum, nec necessario consequitur* ex rationibus eorum.

3. Deinde, cum dicit: *Supponentes* etc., ponit

* *cm.-, primorum* loc. *princip.; r: printor. principior.*
* 1: *a,* et omitt. *exortos.*
* η: *errorum vel err.*
* Num. 3.
' Num. 5.
* 1: *supra.*

•Lcct.ueipracc.
«
mm. d 'P: h°'
· *(Quidem* ex "côdd. ACDEILQ. ?côdd.-p TM"ώM.-ρ: iequitur·

a) *Oportet principia demonstrationis scire; immo quod etiam ea magis scire oportet.* Hanc lectionem adopto, quam habent codd. omnes (unus O omittit *etiam*).-Piana: *oportet principia demonstrationis praecognoscere, immo quod oportet etiam magis scire.* – Cod. H immediate prosequitur: *sed primum... Propter hoc... quod nullius rei est scientia et quod omnium possit haberi demonstratio;* in qua lectione secunda opinio recitata vix ac ne vix quidem distinguitur a prima, et ideo contradictio enunciatur,—Cod. I omittit verba: *quibusdam autem* etc. usque ad *haberi scientia* inclusive; sed supplentur in margine hoc modo: *quibusdam autem videtur quod sit scientia, sed quod omnium possit haberi.* Non erronea lectio, sed minus recta. – Cod. K: *quibusdam autem videtur quod non solum sit scientia, sed quod solum* (sic, forte *etiam*) *scientia omnium possit haberi per demonstrationem.* – N omittit *sed quod omnium possit haberi scientia.* – Retinenda est Piana, quae perspicua est, ac pro se habet auctoritatem meliorum codd.: caeteri enim, praeter citatos, cum ipsa legunt.

rationes quibus in praedictos errores incidunt. Et primo ponit rationem dicentium quod non* est scientia. Quae talis est. Principia demonstrationis aut procedunt in infinitum aut est status in cis. Si proceditur * in infinitum, non est in eis accipere prima: quia infinita non· est transire, ut ad primum veniatur et ita non est primum cognoscere ÿ. - Et in hoc recte argumentantur ʌ. Nam posteriora non possunt cognosci, ignoratis primis . - Sì autem stetur ìn principiis, oportet quod prima * nesciantur; si scire solum est per demonstrationem: non enim prima* habent aliqua priora, per quae demonstrentur. Si autem prima * ignorentur, oportet et posteriora iterum non scire simpliciter nec proprie ‘: sed solum sub hac conditione, si principia sunt. Non enim potest per aliquid ignotum aliquid cognosci, nisi sub hac conditione, si illud primum * quod ignotum est, sit ζ. Ergo sequitur * utroque modo, sive principia stent, sive ìm eìs procedatur ìn ìnfinìtum, quod nullius rei est scientia

4· Secundo, cum dicit: *Quidam aittem* etc., ponit rationem dicentium omnium esse scientiam per demonstrationem: quia praemissae radici, sci-

·»■. *nuihus.*

L": *procedunt;* BN duhu.

γ

• k l n q : *arguitur;* d r : *arguunt;* sed in c corrig.in *urguebatur.*

ʒ

^ S QSI"K *'principia'* PAE:

•codd.-PK:pri«-c'F'a' ε

▮ *a·, principium.*

i

* l omitt. *sequi' tur.*

η

β) *Non est in eis accipere prima... ut ad primum veniatur.* – **Codd.: *non est in eis accipere prima* (B, *primum;* O, *principium), quia infinita non est transire (BHN, pertransire) ut ad primum* (ABG, *principium;* 1K, *ut ad prima) veniatur, —P: non est in eis accipere principia... ut ad prima veniatur.* At lectio *principia* vel *principium* non recta est: esset enim sensus: si proceditur in infinitum non est in principiis accipere principia vel principium. Sed insuper ratio adducta dicit legendum esse *prima:* nam quia infinita non est transire, si procedatur in infinitum in principiis, non est pervenire ad primum (quod in singulari melius ponunt codices), et ideo non est accipere *prima.* Adde textum Aristotelis dicentis quod *priorum* non sunt *prima :* ὡν ρὴ ἐστ:, non dicit αρχαὶ, sed, πρώτα.**

γ) *Non est primum cognoscere. Et in hoc* **etc. Haec lectio Piana habetur a codicibus REHLMNQRST. – Codd. ABCG1KO et in marg. S legunt: *non est primum cognoscere; ignorato autem primo, ignorantur posteriora* (1, *ignoratur posterius); ergo nihil est cognoscere. Et in hoc* etc.—Primo aspectu videntur addenda esse haec verba, utpote quae constituant *minorem* et *illationem* argumenti, quod hoc loco exponitur a s. Thoma, iuxta mentem adversariorum ; attamen existimo verba illa pertinere ad notam marginalem, ct retinendam esse lectionem Pianam et Ven. edd., et quam etiam habent decem alii codices. Etenim totum illud quod est in verbis additis a citatis codicibus, habetur cum a s. Thoma dicitur: *nam posteriora non possunt cognosci* etc.; unde illa sunt inutiliter addita.**

δ) *Nam posteriora* **etc. P: *nam... non cognitis primis.* Hanc lectionem Pianam nullus ex nostris codd. habet. Etenim ABCDGH1KL MQST: *nam posteriora... ignoratis primis* (O, *primis ignoratis;* R, *ignoratis principiis);* EN: *ignotis primis.*– GR insuper: *nam posteriora non possumus cognoscere;* HI: *non possunt sciri;* M: *non est cognoscere;* QST : *non possunt cognoscere,* corrupte pro *cognosci.* – Adoptamus ergo lectionem, *ignoratis primis,* quae est maioris et melioris partis codicum.**

ε) *Oportet et posteriora iterum non scire* **etc. Ita codd. ABCDEGKL MNST. – P : *oportet* (H, *et,* quod omitt. ab M) *iterum posteriora* (O, *vel posteriora) non scire simpliciter nec proprie.* – QR : *oportet... nescire simpliciter nec proprie.* -1: *non simpliciter sciri et proprie.* -Infra vero ABCREG1KLNÒQRST: *si principia sunt* (et *sunt* etiam H; PΛ, *sint). Non enim potest per aliquid* (OT, *aliquod) ignotum aliquid cognosci.* P : *non enim potest aliquid per aliquod ignotum cognosci.* – Cod. M, ob recursum eorundem verborum *sub hac conditione,* legit: *sed solum sub hac conditione si illud primum etc., et ex* oscitantia omittit intermedia.**

ζ) *Si illud primum quod ignotum est, sit. Ergo* **etc. Ita codices fere omnes. Et est lectio retinenda quia periculum aequivocandi removet. Ed. P: si *illud primum quod est, ignotum sit. Sic ergo* etc. Et ita R. Quae lectio, ob falsam interpunctionem positam a typographe in Piana, sententiam expressam a s. Thoma pervertit, imo absurdam reddit. Et obscura si non absurda est lectio cod. E: *si illud primum ignotum est. Ergo* etc. – KN : *si illud primum sit quod ignotum est. Sic ergo etc.* Quae est lectio perspicua, et aliis magis expedita. O: si *est primum quod ignotum est. Sic ergo* etc. – Unus C in marg, non, *Sic ergo* etc., sed *Hoc ergo* legit.**

Sed haec s.Thomae principia non sunt sine adnotatione praetereunda: quippe quae intimam naturam perfectionemque nostrarum cognitionum patefaciunt. Praeprimis ergo notamus (quod aliunde nemini ignotum est) scientiae nomine designari non quancunque cognitionem, sed evidentem notitiam veritatis rei et certam seu firmam mentis adhaesionem ipsi veritati, qualibet errandi formidine exclusa. Scientia autem, proprie accepta, est conclusionum (Cf. lect. praeced., not. 1) : quae non ex se sed a principiis habent evidentiam, et vi huius evidentiae a princif>iis mutuatae nobis ingenerant certitudinem sui. Quibus positis, pronum est inferre quod si principia assumantur quae habent absolutam nobisque perspectam veritatem, ex iis recta ratiocinatione poterunt deduci conclusiones evidentes et absolute certae ; at si principiorum veritas nobis cognita non est, sed supponitur, nempe si est veritas hypothetica, impossibile omnino erit ut conclusiones extra limites hypotheseos extendantur et habeant absolutam veritatem: non enim, ut patet ex dictis, conclusionis veritas participata ex principiis, maiorem habere potest sive evidentiam, nempe veritatem quoad se, sive certitudinem quoad nos, quam principia ipsa. Hoc in casu ergo erit ad summum scientia *consequentiarum,* sed nullo modo scientia *consequentium* (Cf. lect. iv, not. γγ).

Res exemplo erit manifesta. Hodiernus positivismus, qui nonnisi nomine a materialismo distinguitur, innumeras animantium species, homine non excepto, adnititur per *cvolutionismum,* hoc est, per successivam *perfectibilitatem* materiae, causarumque materialium explicare. Quo fine sibi praestituto, fingit cellulas nescio quas primitivas et amorphas, in quibus est vita quasi initialis, quasque a sola materia bruta produci affirmat. Vita deinceps cellulae, sicut enascitur ex materia, ita spontaneo motu explicatur, iuxta tamen naturam mediorum quae' sibi occurrunt secundum diversitatem loci et temporis. Nam conservationis instinctus ad ea fertur quae viventi conveniunt procuranda, repellendaque ea quae illi nocent: ex quo duplici capite positivismus dicit efformari ac perfici in viventibus *organa diversa et nova,* quibus ct adversa propulsent ct convenientia adsequantur, amissis, si quae forte existebant, organis, quorum usus progressu temporis evasit inutilis. Hinc animantium originem et species diversas explicat positivismus: cuius nolumus impraesentiarum refutare insana et absurda principia, sed indigitare fictionem scientificam. Revera quod species animantium sint ex solis causis secundis iisque materialibus, non probatur a positivistis, uti ipsi ingenue fatentur, sed gratis imo contra rationem fingitur ut *hypothesis;* deinde mera hypothesis gratuita est principium *selectionis* naturalis, qua vivens se perficit producendo organa iuxta exigentiam conservationis et defensionis vitae, et se constituendo in determinatis speciebus ; hypothesis insuper est arbitraria electio sexualis qua deinceps nova via, nempe generatione, animantia ipsa producendo nova individua conservant propriam speciem sed praeterea hypothesis est ipsa existentia cellularum primitivarum, quae ex se amorphae, virtute omnes animantium species et hominem ipsum contineant; denique hypothesis est ipsum principium evolutionis spontaneae, qua ex viribus materiae, cellulae illae primitivae efformantur. Ergo positivismus non absoluta veritate, sed hypothesibus, imo hypothesibus arbitrariis totus nititur: quae etiamsi verae fingi possent, tamen quia utrum verae sint, ipsis positivistis ultro libenterque fatentibus, probari non potest, scientiam vere et proprie dare non queunt; et quia arbitrariae sunt et contra rationem statuuntur, nec una posita sequitur altera (e. g., posita cellula primitiva amorpha et unius prorsus speciei, non sequitur logice posse evolvi ex ipsa specierum diversitates), positivismus neque est scientia consequentium, neque est scientia consequentiarum, sed est fictio quaedam scientiae.

Ad vere ergo et fructuose philosophandum diligenter quaerenda sunt ac statuenda principia non hypothetica sed absoluta atque ad eorum lucem comparandae res, de quibus scientia quaeritur, et iuxta logicae leges conducendae demonstrationes; ut sic nihil arbitrarium subrepat, nihil hypotheticum admisceatur demonstrationi absolutae, et omnes partes scientiae, veluti organismus corporis animantis, ad invicem ordinentur et subordinentur, et in unum coeant. Quod si nos lateat principium absolutum in aliquibus rebus explicandis, non prohibemur ad hypotheses recurrere. Sed 1. Principium hypotheticum non sit absurdum: et est absurdum quoties contradicit alicui principio absoluto; – 2. Ad tramitem assumpti principii deducantur conclusiones iuxta leges logicae, ut saltem habeatur scientia consequentiarum 3. Non fingantur aliae hypotheses, puta exceptiones arbitrariae, ad eludendas ipsas conclusiones 5-4. Quae propterea si absurdae inveniantur aut oppositae cum factis, ad quae explicanda inductum est principium hypotheticum, istud est dicendum *absolute* falsum; et ideo ineptum ad ipsorum factorum rationem assignandam; – 5. Idem pronunciandum est quoties aliqua ex conclusionibus logice deducta contradicit alicui principio absoluto; – 6. Quibus omnibus observatis non habetur nisi scientia consequentiarum, «ed non scientia consequentium; – 7. Quae tunc solummodo exurgit, quando verificatur hypothesis principii assumpti; – 8. Hinc ex certitudine, probabilitate vel improbabilitate huius hypothesis dependet certitudo vel probabilitas cognitionum, quae tali hypothetico principio superstruuntur.

η) *Quod nullius rei est scientia.* **Ita edit. Piana et cod. K. – Cod. B : *sive in eis procedatur in infinitum, nullius rei esse scientiam;* 1: *sive... in infinitum, scientiam non esse.* – ACDEGHLMNOQRST omittunt verba, *quod nullius rei est scientia.* Sed supplentur in margine cod. A hoc modo: *quod nihil contingit scire, vel scientiam non esse;* et in marg. cod. N: *quod non est scientia;* item in marg. S: *scientiam non esse;* marg. R: *quod nullius est scit,* corrupte pro *est scientia.* Cum P ergo retinenda censemus verba citata, quae explicite ponunt conclusionem intentam, atque insuper perspicuitati sententiae conferunt.**

licet quod non esset scire nisi per demonstrationem, addebant aliam, scilicet quod posset circulariter demonstrari. Sic enim sequebatur * quod etiamsi in principiis demonstrationis esset status, prima tamen principia erat scire * per demonstrationem: quia illa prima * dicebant demonstrari ex posterioribus. Nam circulariter demonstrare est *demonstrare ex invicem,* idest ut * quod primo fuit principium, postmodum fiat * conclusio et e converso.

5. Deinde, cum dicit: *Nos autem dicimus* etc., excludit falsas radices * praedictarum rationum. Et primo, hoc quod supponebant quod non esset scire nisi per demonstrationem 0. Secundo, hoc quod dicebant quod contingeret * circulariter demonstrari; ibi: *Circulo quoque** etc. Dicit ergo primo quod non omnis scientia est demonstrativa, idest per demonstrationem accepta; sed * immediatorum principiorum est scientia indemonstrabilis, idest non per demonstrationem accepta.

6. Sciendum est * tamen quod hic Aristoteles large accipit scientiam pro qualibet certitudinali cognitione, et non secundum quod scientia dividitur contra intellectum, prout dicitur quod *, *scientia est conclusionum et intellectus principiorum.*

7. Quod autem hoc necessarium sit scilicet quod certa cognitio aliquorum habeatur sine demonstratione, sic probat. Necesse est scire priora, ex quibus est demonstratio; sed haec * aliquando contingit reducere in aliqua immediata: alias oporteret dicere quod inter duo extrema, scilicet subiectum et praedicatum essent infinita media in * actu; immo plus *, quod non esset aliqua duo accipere, inter quae non essent infinita media. Qualitercunque autem media assumantur *, est accipere aliquid alteri immediatum. Immediata autem, cum sint priora, oportet esse indemonstrabilia. Et ita patet quod necesse est· aliquorum scientiam habere * sine demonstratione.

8. Si ergo quaeratur quomodo immediatorum habeatur scientia λ, respondet quod non solum eorum est scientia, immo eorum cognitio est principium quoddam totius scientiae μ. Nam ex cognitione principiorum derivatur * cognitio conclusionum, quarum proprie est scientia. Ipsa autem principia immediata non per aliquod medium extrinsecum cognoscuntur, sed per cognitionem propriorum terminorum. Scito enim quid est totum et quid est pars, cognoscitur quod omne totum est maius sua parte: quia in talibus propositionibus, ut supra dictum est *, praedicatum est de ratione ** subiecti. Et ideo rationabiliter cognitio horum principiorum est causa cognitionis conclusionum: quia semper *, quod *est per se* **, est causa eius, quod est *per aliud.*

* h : *sequitur;* i: *sequeretur.*

' Codd.- n : *esset scire ;* p : *erant scita.* ,
* Codd.-PR:pnn- *cipia.*

* Cf. lect. seq. n. 2.- *Ut* ex coda, (cxc. h o). - t : *ut st pr.;* g : *et cum pr.*
* Codd. - p : *sit.*

• t : *rationes,* sed non recte.

0

* Codd.-p:$cr7z- *cet quod.;* b : *contingit.*
* Lect. seq.

* *t : quia.*

* *Est* omitt. c d e GH1KLN0QRST.

‡ Codd. cxc. t qui cum p omittit *quod.*

* *Haec* omitt. o,

* *In* omitt. o.

* Codd. - p : *et pius.*

x

• Codd. - p : *haberi aliquor. scientiam.*

λ

?

* BCDEKUINOQRS t .- r : *demonstratur.*

* Lect. v, n. 7.
“ Codd. - p : *in ratione.*

*Codd. *v:id quod;* K om. *semp. id.* ‘•h *erronee-.quod est causa per se.*

0) ***Et, primo hoc quod*** **etc. Codd. ABG:** ***et primo primam*** **(nempe radicem),** ***scilicet hoc*** **(AO omitt.** ***hoc) quod supponebant.*** **Omnes autem codices legunt:** ***quod supponebant quod non esset*** **(G,** ***est) scire nisi per demonstrationem;*** **quam lectionem adoptamus loco Pianae:** ***quod supponebant, scilicet quod non est scire nisi per demonstrationem.*** **– H omittit** ***nisi;*** **sed est error manifestus.**

1) ***Quod autem hoc necessarium sit, scilicet quod*** **etc.– Piana :** ***quod autem necessarium sit, ut certa*** **etc. Codd. ABDEG1LMOR:** ***quod autem hoc necessarium*** **(R,** ***verum) sit, scilicet quod certa*** **etc. Sensus est idem, forma Pianae minus expedita. – Cod. C :** ***quod autem hic necessarium sit, scilicet quod certa.*** **– QS :** ***quod autem hoc... quod*** **et cum HKNT omitt.** ***scilicet.*** **– Quia ergo fere unanimis est lectio codd., magisque facile cohaeret cum dictis n. 5 (ob praemissum num. 6 praenotamen ad explicandum sensum, quo sumitur hoc loco** ***scientia),*** **eam Pianae suffecimus.**

x) ***Qualitercunque autem*** **etc. Est lectio P. – Codd. ABCDE1LMNO QRST :** ***qualitercunque enim...*** **ACDKQS :** ***consumantur;*** **GHMORT :** ***sumantur;*** **L:** ***continuantur.*** **– Edd. Venetae** ***ac: qualitercunque media assumantur;*** **edd.** ***b*** **et i5a6 legunt ut P:** ***qualitercunque autem.***

λ) ***Quomodo immediatorum habeatur scientia.*** **Ita codd. CDEH1L MNOQRST. – PABCK:** ***quomodo immediatorum scientia habeatur.*** **Et codd. omnes habent** ***respondet.*** **P:** ***respondendum quod non solum immediatorum est scientia, immo etiam cognitio*** **etc. Sed codices unanimiter loco** ***immediatorum*** **habent** ***eorum,*** **et omittunt** ***etiam.***

p) ***Est principium quoddam totius scientiae.*** **Dictum est supra (lectui, n. 1) quod qui cognoscit principium, cognoscit non actu sed virtute veritatem conclusionis cum principio connexae. Ratio assignata est quia principia sunt quasi causae efficientes conclusionum; causa autem efficiens, antequam effectus producat, eos continet virtute. Hinc recte dicitur quod cognitio principiorum est principium quoddam totius scientiae.—In cod. A** ***principium*** **corrig. in** ***primum.*** **Legimus vero cum codicibus omnibus** ***principium quoddam scientiae.*** **P omittit** ***quoddam.***

LECTIO OCTAVA

ALTER ERROR EXCLUDITUR OSTENDENDO QUOD NON CONTINGIT CIRCULARITER DEMONSTRARE

1 # Κύκλω δ' οτι αδύνατον άποδείκνυσΟαι απλώ , δηλον, εϊπερ έκ προτέρων δει την άπόδειξιν είναι καί γνωριμωτερων αδύνατον γάρ έστι τά αύτά τών αυτών άρια πρότερα καί ύστερα είναι, εί μη τον έτερον τρο'πον, οίον τά μέν προ ήμα τα δ' άπλώ , δνπερ τρόπον ή επαγωγή ποιεί γνώριριον. Εί δ' ούτω , ούκ άν είη τό άπλώ είδε'ναι καλώ ώρισμένον, αλλά διττόν ή ούχ άπλώ ή έτε'ρα άπο'δειξι γινομένη έκ τών ήμϊν γνωριριωτέρων.

Συμβαίνει δέ τοϊ λε'γουσι κύκλω την άπόδειξιν είναι ού ριο'νον το νυν είρημένον, άλλ' ούδέν άλλο λε'γειν η ότι τοΰτ' έστιν εί τοϋτ' έστιν· ούτω δέ πάντα ράδιον δεϊξαι. Δηλον δ' οτι τούτο συμβαίνει τριών ορών τεΟέντων τό ριέν γάρ διά πολλών η δι' ολίγων άνακάριπτειν φάναι ούδέν διαφέρει, δι' ολίγων δ' η δυοϊν.

"Οταν γάρ τοΰ Α όντο έξ ανάγκη η το Β, τούτου δέ τό Γ, του Α όντο έσται τό Γ.

Εί δη τοΰ Α όντο ανάγκη τό Β είναι, τούτου δ' όντο τό Α (τούτο γάρ ην τό κύκλω), κείστω τό Α, έφ' ού τό Γ. Τό ούν τοΰ Β όντο τό Α είναι λέγειν έστι τό Γ είναι λέγειν, τούτο δ' οτι τοΰ Α όντο τό Γ έστι· τό δέ Γ τω Α τό αύτό. "Ωστε συμβαίνει λέγειν τού κύκλω φάσκοντα είναι την άπόδειξιν ούδέν έτερον πλην οτι τοΰ Α όντο τό Α έστιν. Ούτω δέ πάντα δεϊξαι ράδιον.

Ού μην άλλ' ούδέ τούτο δυνατόν, πλην έπΐ τούτων δσα άλληλοι έπεται ώσπερ τά ίδια. 'Ενό ριέν ούν κειμένου, δέδεικται οτι ούδέποτ' άνάγκη τι είναι έτερον (λέγω δ' ένό , ότι ούτε ορού ένό ούτε Οέσεω μια τεΟείση), έκ δύο δέ θέσεων/πρώτων καί έλαχίστων ένδέχεται, εϊπερ καί συλλογίσασΟαι. Έάν μέν ούν τό τε Α τω Β καί τω Γ έπηται, καί ταΰτ' άλλη'λοι καί τω Α, ούτω ριέν ένδέχεται έξ άλλη'λων δεικνύναι πάντα τα αίτηΟέντα έν τω πρώτω σχη'ματι, ώ δέδεικται έν τοϊ περί συλλογισρ.οΰ. Δέδεικται δέ καί οτι έν τοϊ άλλοι σχη'ριασιν η ού γίνεται συλλογισμό η ού περί τών ληφθέντων. Τά δέ μη άντικατηγορούμενα ούδαμώ έστι δεϊξαι κύκλω. "Ωστ' έπειδη όλίγα τοιαΰτα έν ταϊ άποδείξεσι, φανερόν οτι κενόν τε καί άδύνατον τό λέγειν έξ άλλη'λων είναι την άπόδειξιν καί διά τούτο πάντων ένδέχεσΟαι είναι άπόδειξιν.

* Circulo quoque quod impossibile sit demonstrare simpli- ' Seq.^c. m
, citer, manifestum est, si quidem ex prioribus oportet ex '
demonstrationem esse et notioribus; impossibile est enim eadem sibi ipsis simul priora et posteriora esse, nisi altero modo, ut haec quidem ad nos, illa autem simpliciter, quo certe modo facit inductio notum. Si autem sic est, non erit utique scire simpliciter bene determinatum, sed dupliciter, aut non simpliciter altera demonstratio fit ex nobis notioribus.

Accidit autem dicentibus circulo demonstrationem esse, non solum quod nunc dictum est, sed nihil aliud dicere, quam quoniam hoc est, si hoc est; sic autem facile est demonstrare omnia. Manifestum autem est, quod hoc accidit tribus terminis positis: per multos enim aut per paucos reflectere nihil differt, per paucos autem aut per duos.

Cum enim sit A, ex necessitate est B; hoc autem cum sit, erit C; cum igitur A sit, ex necessitate erit C.

Si igitur cum sit A, necesse est B esse; hoc autem cum sit, erit A (hoc enim erat circulo); ponatur A, in quo est C. B igitur cum sit, A esse dicere, est ipsum C dicere; hoc autem est quoniam cum sit A, est C; sed C cum A idem est. Quare accidit dicere circulo dicentes esse demonstrationem, nihil alterum nisi cum sit A, est A. Sic autem omnia demonstrare leve.

At vero nec hoc possibile est, nisi in his quaecunque alternarim se consequuntur, sicut sunt propria. Uno quidem posito, ostensum est quod nequaquam est aliquid esse alterum (dico autem uno, quoniam neque termino uno neque propositione una proposita), ex duabus autem propositionibus primis et minimis contingit siquidem syllogizarc. Si igitur et A ipsi B et C inhaereat, et haec ad invicem ct ipsi A, sic quidem contingit ex alterutris monstrare omnia quaesita in prima figura, sicut ostensum est in his, quae de syllogismo sunt. Ostensum autem est quod in aliis figuris aut non fit syllogismus aut non de acceptis. Non autem aequaliter praedicantia nequaquam est monstrare circulo. Quare, quoniam pauca huiusmodi in demonstrationibus sunt, manifestum est, quod vanum quidem est et impossibile dicere ex his quae sunt ad invicem esse demonstrationem ct propter hoc omnium contingere demonstrationem esse.

Synopsis.— i. Argumentum lectionis. – 2. Circularis syllogismus est quando ex *conclusione* ct *altera* praemissa *conversa* (hoc est, converso eius praedicato in subiectum, et subiecto in praedicatum) concluditur reliqua praemissarum.- 3. Probatur primo non posse circulariter demonstrari: quia secus idem esset simul prius et posterius, notius et minus notum respectu unius et eiusdem: quod est impossibile.-4. Solvitur quaedam dubitatio. – *Demonstratio* ex qua est *scire* procedit a prioribus quoad sc, seu simpliciter; *inductio a* prioribus quoad nos.-5. Ergo syllogismus dialecticus potest aliquo sensu esse circularis (quia non a certis et notioribus absolute et quoad se, sed a probabilibus et a magis notis relative et quoad nos procedit), non autem demonstratio, seu syllogismus demonstrativus.-6. Probatur'secundo impossibilitas circularis demonstrationis ex eo quod probaretur idem per idem: quod non est demonstratio; quia tali modo non acquiritur scientia.-7. Denique, si omnia possent demonstrari demonstratione circulari, sequeretur quod omnia ad se invicem essent convertibilia. Quod tamen non est. – 8. Quod autem oporteret in demonstratione circulari omnia esse convertibilia secundum positionem adversariorum, probatur ex eo quod omnis syllogismus est cx tribus terminis et duabus propositionibus ad minus. – 9. Percurrendo syllogismos in prima, secunda ct tertia figura ostenditur etiam in convertibilibus non omnia posse circulariter demonstrari nisi, aliquo sensu, in primo modo primae figurae.

1 ostquam Philosophus exclusit unam omnis scientia est * per demonstrai^tionem, hic excludit aliam, ostendens quod non contingit circulariter demonstrare.

* ь: *habetur.*

2. Ad cuius evidentiam sciendum est quod circularis syllogismus dicitur, quando ex conclusione

a et altera praemissarum conversa " concluditur reliqua. Sicut si fiat talis syllogismus: *Omne animal rationale mortale*est risibile: omnis homo est animal rationale mortale; ergo omnis homo est risibilis:*-assumatur autem * *conclusio* tanquam pnncipium et adiungatur ei *minor* conversa, hoc modo: *Omnis homo est risibilis: omne animal rationale mortale est homo:* sequitur quod *, *omne animal rationale mortale sit risibile:* quae erat *maior* pomi syllogismi.

**BcoEciKOQs:ef *mortale,* et ita infra, non tamen •codd.-p; *ergo.* - *n* omittit •ltNempe tan quam mmor syilogismi. - Codd.-nom. *quod;* m: *sequitur ergo quod* pe loco *seq. quoa* hab.: *ergo.* BCOCHKLORS.-p: est·

3. Ostendit autem Aristoteles [a] ? per tres rationes quod non contingit circularitcr demonstrare * Quarurn prima est **. In circulari syllogismo idem fit et principium et conclusio [γ]. Principium autem demonstrationis est prius et notius conclusione: ut supra ostensum est. Sequitur ergo quod idem sit *prius* et *posterius* respectu unius et eiusdem, et *notius* et *minus notum.* Hoc autem est impossibile. Ergo impossibile est circulariter demonstrare.

p?demonstrari. 'taiifesi ? PAIN : γ

4. Sed posset [β] aliquis dicere quod idem potest esse prius et posterius alio et alio modo, scilicet ut hoc sit prius' *quoad nos.* et illud sit prius *simpliciter '.* Sicut singularia sunt priora quoad nos, et posteriora simpliciter; universalia vero e converso[δ]. Hoc autem modo inductio facit notum, scilicet* altero modo a demonstratione. Nam demonstratio procedit ex prioribus simpliciter: inductio autem ex prioribus quoad nos *. – Sed si sic fieret demonstratio circularis, ut scilicet primo concluderetur * ex prioribus simpliciter, postea vero ex prioribus quoad nos; sequeretur quod non

3

ε

ζ

' AtlCOGHILNOQR st. - γμ : *sed.*

•Cf.lect.i, n.tt.

•1: *demonstraretur.*

a) *Altera praemissarum conversa.* **Conversio propositionis, ut indicavimus in synopsi, est eius *inversio,* ita nempe, ut (nota bene) retenta eius veritate, *praedicatum* fiat *subiectum,* et *subiectum* fiat *praedicatum*. Sit haec propositio: *Omnis homo est animal;* convertitur hoc modo: *Aliquod animal est homo.* Sit haec altera: *Nullus homo est asinus;* conversa propositio est: *Nullus asinus est homo.* – Prima propositio in conversione amittit universalitatem, quia id exigit praedicatum *(animal)* propositionis affirmativae; non enim homo est omne animal, sed *aliquod* animal. – Altera vero retinet in conversione suam universalitatem, quia universaliter seu distributive sumitur praedicatum in propositione negativa: sicut enim verum est quod nullus homo est asinus, ita verum est quod nullus asinus est homo.**

β) *Ostendit autem Aristoteles.* **Ita codd., excepto N: *ostendit autem Philosophus.* – Codices tamen ABGl habent, *ostendit ergo Aristoteles.* – Ed. Piana: *ostendit autem per* etc.**

Novitius, antequam rationes istas percurrat, praenoscat quae in omni demonstratione sunt elementa, et ex quo capite repugnet circularis demonstratio optime intelligat. Duo igitur sunt distinguenda in demonstratione, nempe *res* demonstrata, et ipsa *demonstratio* seu natura syllogismi demonstrativi, quo *res* demonstratur: et ex utroque capite proveniunt conditiones necessario requisitae ad demonstrationem. – Etenim ex parte *rerum* requiritur necessario connexio terminorum: nam ideo conclusio infertur, quia cum praemissis connexa est; in *praemissis* autem termini conclusionis (qui *maior* et *minor* extremitas syllogismi dicuntur) cum *medio* termino assumpto comparantur, et aut utrique connectuntur, ut in affirmativis conclusionibus, aut unus connectitur medio, alter vero non, ut in negativis. Requiritur secundo, ut in demonstrationibus *simpliciter* seu *propter quid* procedatur a causa ad effectum, et ideo a notioribus secundum naturam ad minus nota; in demonstrationibus autem *quia* proceditur ab effectibus ad causam et a notioribus *quoad nos* ad notiora secundum naturam.– Ex parte autem demonstrationis necesse est in omni demonstratione ut procedatur ex notioribus nobis, sive illa sint etiam secundum se et quoad naturam notiora, sive non (Cf. lect. iv, n. 16).

Cum ergo ad rationem demonstrationis circularis requiratur necessario ut conclusio fiat praemissa, et praemissa fiat conclusio, quaestio moveri potest utrum circularis demonstratio repugnet conditionibus requisitis ad demonstrationem consideratam vel ex parte rei, vel ex parte demonstrationis, vel ex utraque parte. At formaliter loquendo circularis demonstratio expendenda est ex secundo capite, nempe ex parte discursus demonstrativi, cuius est, ut diximus, procedere ex notioribus nobis; consequenter quaerere formaliter utrum circularis demonstratio sit possibilis, idem est ac quaerere utrum conclusio possit notior nobis fieri quam praemissa, et simul utrum praemissa nobis notior sit quam conclusio. Nempe in ipsa positione quaestionis apparet impossibilitas demonstrationis circularis, ut infra in prima ratione dicitur.

Sed quid dicendum de demonstratione circulari, considerata demonstratione ex parte rei? Respondeo quod quoties adhibetur demonstratio, in quacunque materia fiat, non potest praescindi ab eius conditione essentiali, nempe ut sit syllogisticus processus a notioribus nobis. Ergo ex hoc capite manet semper impossibilitas demonstrationis circularis. Hinc in demonstratione *propter quid* proceditur a causa notiori nobis ad minus notum; ergo minus notum demonstratum non potest fieri *praemissa,* per eamdem demonstrationem *propter quid,* quin fiat magis notum nobis quam id quod prius assumptum est ut magis nobis notum quam conclusio: quod repugnat. Similiter in demonstratione *quia* proceditur a principio non magis noto in se sed quoad nos; ergo quod concluditur non potest assumi ut quid magis notum quoad nos ad concludendum ipsum principium assumptum, quin simul dicatur aliquid esse quoad nos simul et sub eodem respectu magis et minus notum. Demum in connexione terminorum inter se in conclusione, et in praemissis cum medio, prius est nobis cognita connexio extremorum cum medio, quam eorum connexio inter se; at si possibilis foret demonstratio circularis, connexio extremorum inter se magis esset nota nobis quam eorum connexio cum medio. Quod etiam repugnat. Manifestum est ergo quod in omni demonstratione circulari semper offenditur absurditas vi conditionis requisitae ad processum demonstrativum, si circulatio fiat *formaliter,* nempe sub eodem respectu.

Quod consilio et non casu dico. Quaecunque enim hucusque probavi supponunt in circulatione servari idem demonstrationis genus: nam si mutetur demonstratio aut ci aliquid admisceatur, possibilis est inversio demonstrationis, quae tamen non proprie sed improprie dicitur circularis. Sit iste syllogismus: *Omne animal rationale est risibile; omnis homo est animal rationale; ergo omnis homo est risibilis.* Optime concluditur: *Omnis homo est risibilis; omne animal rationale est homo; ergo omne animal rationale est risibile.* Quae conclusio est principium prioris syllogismi. Optimus, inquam, est iste processus, sed non est circularis nisi quoad apparentiam, quia primus syllogismus est demonstratio *propter quid;* alter vero est demonstratio *quia.* Ratio enim risibilitatis est in homine ex *animali rationali* quasi ex causa propria et formali (et hoc assumitur in priori syllogismo): ideo enim homo est risibilis quia est animal rationale; et consequenter *prius* et magis notum quoad se est, *animal rationale est risibile,* quam, *homo est risibilis.* Ergo in altero syllogismo, assumendo ut principium, *omnis homo est risibilis,* assumitur id quod secundum se est posterius, et prius notum non quoad naturam, sed quoad nos, et ideo mutatur prima argumentatio *propter quid,* in argumentationem *quia;* et non verificatur circulatio.

Quae omnia ut paucis complectamur dicimus. Demonstratio circularis, attenta natura syllogismi demonstrativi, est impossibilis, quia est impossibile ut idem secundum idem sit nobis magis et minus notum. Attentis autem rebus demonstratis demonstratio circularis uniformis, retento nempe eodem demonstrationis genere, est pariter impossibilis, quia semper verificatur idem secundum idem assumi ut magis et minus notum nobis; sed est possibilis quandoque circularis demonstratio difformis, variato nempe aut immutato genere demonstrationis: quo in casu non proprie sed improprie habetur circulatio, apparens nempe et non realis. Dixi quandoque quia non semper fieri cum veritate potest circulatio: requiritur enim *convertibilitas,* ut probatur infra n.7 et seq., quae in omnibus non potest haberi (Cf. hac de re Alb. Magn. in I *Poster.,* tract. II, cap. vi, et in II *Priorum,* tract. II per totum,—Dominic, a Flandria in I *Poster.,* qu. xm, artic. I et 2. —Caietan. in I *Poster.,* cap. xni, §. *Circa secundam conclusionem* etc.-Sylvest. Maur, in I *Poster.,* cap. m, et in II *Priorum,* cap. v et seqq.).

γ) *Idem fit et principium et conclusio.* **Est lectio codd. CDLMQST, et etiam ABEGHKNOR: *idem fit principium et conclusio.* – P: *idem fit conclusio et principium;* I: *idem est* etc. ut Piana.**

3) *Sed posset* **etc. Est lectio codd. – P: *sed potest.* – Amanuensis cod. L mendose scribit: *sed posset esse prius et notius alio et alio modo scilicet* etc.**

ε) *Scilicet ut hoc sit prius* **etc. – Ita codd., exc. B, qui legit: *sicut quod hoc sit prius quoad nos et id sit prius simpliciter.*- Edit. Piana: *scilicet ut hoc sit prius quoad nos et illud sit posterius simpliciter.* Non *posterius* sed *prius* legendum est cum codd.: nam s. Thomas in hac obiectione opponit illud quod est prius *relative,* seu quoad nos solummodo, ad illud quod est prius *absolute,* seu ex natura sua et simpliciter. Quod ct exemplo singularium et universalium declaratur. Sustineri posset lectio Piana si haberet: *scilicet ut hoc sit prius quoad nos et posterius simpliciter.***

ζ) *Sicut singularia* **etc. Novitius in his ac similibus legendis sciat ex mente s. Thomae semper distinguere cognitionem sensitivam et cognitionem intellectivam; ac deinde intelligat, quod semper inculcat Angelicus, singularia esse priora, seu prius cognita a nobis, sed cognitione sensitiva; universalia esse prius a nobis cognita, sed cognitione intellectiva. Et quia cognitio nostra intellectiva praesupponit cognitionem sensitivam, quia ab illa originem aliquo modo ducit; ideo sumpta in nobis cognitione in genere, prout nempe complectitur tum intellectivam tum sensitivam, dicendum est quod singularia sunt prius a nobis cognita quam universalia; ut hic affirmatur a s.Thoma (Cf. supra lect. r, in nota p, et lect. iv, n. 16).**

esset bene determinatum superius * quid est *scire*. Dictum est enim quod *scire* est *causam rei cognoscere*. Et ideo ostensum est quod oportet demonstrationem, quae facit scire, ex prioribus simpliciter procedere. Si autem demonstratio, nunc ex prioribus simpliciter, nunc ex prioribus quoad nos procederet η; oporteret etiam quod * *scire* non solum esset causam rei cognoscere, sed *aupliciter* diceretur0 quia esset etiam quoddam scire per posteriora. Aut ergo oportebit sic dicere, aut oportebit dicere quod altera demonstratio, quae fit * ex nobis notioribus, non sit simpliciter demonstratio.

5. Exhis autem* apparet quare ** dialecticus syllogismus* potest esse circularis. Procedit enim ex probabilibus. Probabilia autem dicuntur, quae sunt magis nota vel sapientibus vel pluribus. Et sic dialecticus syllogismus procedit ex his quae sunt magis * nobis nota. Contingit autem idem esse magis et minus notum quoad diversos; et ideo nihil prohibet syllogismum dialecticum fieri circularem*. Sed demonstratio fit ex notioribus simpliciter; et ideo, ut dictum est, non potest fieri demonstratio circularis.

β. Secundam rationem ponit ibi *: *Accidit autem* etc.: quae * talis est. Si demonstratio sit circulans, sequitur quod in demonstratione probetur idem per idem; ut si dicamus *: *Si est hoc, est hoc.* Sic autem facile est cuilibet demonstrare omnia '. Hoc enim poterit facere quilibet *, tam sciens quam ignorans. Et sic per demonstrationem non acquiritur * scientia : quod est contra definitionem demonstrationis. Non ergo potest esse demonstratio circularis. Veritatem autem primae consequentiae hoc modo * ostendit. Primo enim, dicit quod manifestum est quod accidit*, circulari demonstratione facta, hoc quod prius dictum est, scilicet quod idem probetur per idem, si quis * sumat tres terminos. Reflexionem autem * fieri per multos, aut per paucos terminos * nihil differt (nominat autem hic * *reflexionem* processum, qui fit in demonstratione circulari a principio ad conclusionem, et iterum a conclusione ad principium). Huiusmodi ergo reflexio x quantum ad vim argumentandi, sive fiat per multa, sive per * pauca, non differt. Nec differt de paucis, aut de duobus. Eadem enim virtus arguendi est, si quis sic procedat * : *Si est A, est B,* et *si est B, est C,* et *si est C, est D;* et iterum reflectat λ dicens: *Si est D, est C,* et *si est C, est B,* et *si est B, est A;* sicut si statim a principio reflecteret dicens: *Si est A, est B,* et *si est B, est A*. Dicit autem per duos terminos, cum * supra dixerit *, tribus terminis positis, quia in deductione, quam faciet *, utetur tertio termino, qui sit idem cum primo.

Deinde, cum dicit: *Cum enim* etc., proponit formam argumentandi in tribus terminis hoc modo: *Si sit A, est B;* et *si est B, est C; ergo si est A,* ex necessitate *est C.*

Deinde, cum dicit: *Si igitur cum sit A* etc., per

•Lect. iv, n.5.
•Codd. - p: *quod sare etiam.*
0
^is: *quaeproce-*
^codd.-p.erfo.
• cf. iect. v,'n.4.
• codd. (exc. n) omitt. *magis.*
•n *circutariter* et ita infra.
'Bcio-. *ponit cum*
'con.-■'■■. *ratio*
-bo: *dicas.*
i
• *Quilibetom.iu.*
'ABH-.*acquiretur; G : acquireretur;* o *accipitur,*- a b c g i l n q r s t : *aliqua* (d e o : *alia,* corrupte pro *aliqua} scientia.*
' Codd.-PNT:src.
' Codd. (exc. a b m o q r) : *accidet.*
ˇ Codd.-p; *scilicet si quis ;* G. *aliquis.*
' a b i o : *enim.*
• *Terminos* ex codd.
' *Hic* omitt. a b o.
x
*o: *sivefiatper.*
‡ Codd. - p: *procedat sic.*
λ
• Codd. - p : *et,* - n : *quia.*
• b e c l o b . - p : *dixit;* i: *dixerat.*
• ClB : *facit.*
P

η) *Si autem demonstratio... quoad nos procederet.* Veram hanc lectionem proferunt codd. (exc. BC) et eam habet etiam editio Piana.– Codd. BC mendosi hic sunt, ita ut lectio quam exhibent non sit facilis intellectu. Cod. Il : *si autem demonstratio nunc ex prioribus quoad nos procederet, oporteret* etc., omisso altero membro, *nunc ex prioribus simpliciter,* necessario ad integrandum sensum praemissae conditionis, ex qua infertur conditionatum, *oporteret quod scire* etc.-C vero magis etiam mendosus est : *oportet demonstrationem quae facit scire, ex prioribus simpliciter procedere, nunc ex prioribus quoad nos procederet, oportet* etc., et omittit nedum membrum propositionis conditionalis, sed etiam subiectum ipsius conditionis, *Si autem demonstratio.* Quaedam corriguntur alia manu, tum correctione interlineari tum marginali: quae tamen textum confusum relinquunt.-*Oportet* legunt etiam AEO.

0) *Sed dupliciter diceretur.* – Est lectio omnium codicum ; P : *sed diceretur quod esset etiam quoddam scire per posteriora* (O, *per posterius}.* – Adverbium *dupliciter,* quod habent codices, est ex versione latina textus Aristotelis; in graeco διττόν.

i) *Sic autem facile est cuilibet demonstrare omnia.* Codd. – BO cum Piana legunt: *sic autem facile est circulo demonstrare omnia.* Alii codices, N excepto, legunt: *sic autem facile est cuilibet demonstrare omnia.* Quae codd. lectio magis cohaerere videtur cum his quae immediate adduntur : *hoc enim* etc. Ratio enim assignata suadere videtur magis esse legendum *cuilibet* quam *circulo.* Cod. N utrunque vocabulum omittit ac legit: *sic autem facile est demonstrare omnia.* Et haec forte vera est lectio; certe est expeditior et conformior textui graeco: Οὕτω δέ πάντα ῥᾴδιον δεῖξαι. Imo infra ipse s. Thomas eamdem cum Aristotele sententiam repetens ait: *Et ita leve erit demonstrare omnia, ut dictum est:* Οὕτω δέ πάντα δεῖξαι ῥᾴδιον.

x) *Huiusmodi ergo refiexïo.* Ita'codd. ABCDEG1LMOR et bene, ut patet ex ipsius processu orationis. Piana et codd. HKNQST:'*huiusmodi autem reflexio.* – Codd. BCDEGKMQST : *sive fiat post multa, sive post pauca,* quamvis in cod. D *post* semel et iterum corrigatur in *per.* Deinde textus Aristotelis habet *per·,* διὰ πολλὼν η δι' ολίγων. – Praeterea omnes nostri codices omittunt immediate, *non differt,* ac legunt: *sive fiat per (post) multa, sive per (post) pauca, nec* (BHLNO, *nihil;* M, *non} differt de paucis et de duobus.* – Sed non videtur lectio adoptanda. Duo enim dicit s. Thomas, scilicet ιθ, non differt quantum ad vim argumentandi quod reflexio fiat per multos aut per paucos terminos; 2·, neque differt quod fiat etiam dc duobus terminis. Textus graecus et versio nostra latina habent : το μέν γάρ διά πολλών ή δι' ολίγων άναχάμπτειν φάναι ούδέν διαφέρει ; ad hanc primam partem pertinent verba, *nihil differt:* pars autem autem altera caret verbis, *nec differt,* vel *nihil differt,* vel *non differt* codd., et simpliciter habet, δι' ὀλίγιυν δ' η δυοϊν; *per paucos aut per duos* terminos. Lectio igitur codd. BHLNO, *nihil,* vel etiam *non* M, sustineri potest ex prima parte textus aristotclici, quia subintelligi possunt sequentia *nec differt* in secunda parte ; sed lectio aliorum codd. *ncc differt,* sine praecedenti lectione Piana *non differt,* vel, *nihil differt* adoptari non potest quia suspensam et obscuram reddit primam partem, quae esset: *Huiusmodi ergo reflexio quantum ad vim argumentandi, sive fiat per multa sive per pauca.* Retineo ergo Pianam , cuius verba, *ncc differt,* ab Aristotele subintellecta ex prima parte, explicite posita, perspicuitati sententiae conferunt.-Cod. B: *sive fiat post multa sive post pauca nihil differt: eadem enim etc.* At in margine post verbum, *differt,* eadem manu additur: *de paucis sive de duobus.* Qua correctione posita, huius codicis lectio, est lectio aliorum codd.—R: *sive fiat per multos sive per paucos terminos, non differt ;* et omittit, *nec differt de paucis aut de duobus.*

λ) *Et iterum reflectat* etc. Est lectio codd. ABCDEG1LOR, quam adoptamus tum propter codd. auctoritatem, tum etiam quia a praemissis, si *quis procedat,* requiritur. Codd. vero KNST legendo, *reflectit,* magis cum praecitatis conveniunt quam cum Piana, *reflectatur,* quae pro se habet codd. HM.-Omnes autem codd., exc. M, omittunt *dicens.* -Q: *reflectitur.* – Infra AELO legunt, *reflecteret;* C, *reflectat;* DG, *reflectunt;* 1KNQST, *reflectit;* BM, *reflectatur;* H, *reflecteretur;* PR, *reflectitur.*

μ) *In tribus terminis.* Haec verba desunt in cod. B, sed lacuna per alienam manum impletur in nota marginali. Cacteri codices habent lectionem Pianam.

Si sit (l, *si est) A, est B; et (et* omitt. ABDGHKLMORST) si *est B, est C; ergo si est A, est C.* – Puta : *Si Petrus est homo, est animal rationale ;* et, *Si Petrus est animal rationale, est risibilis; ergo, si Petrus est homo, est risibilis.* In hoc syllogismo, tertium *(Si Petrus est homo, est risibilis)* catenus sequitur ad primum *(Si Petrus est homo, est animal rationale),* quatenus sequitur ad secundum *(Si Petrus est animal rationale, est risibilis).* Gcneratim enim verum est quod quando tertium sequitur ad secundum quatenus secundum sequitur ad primum; necessario ad primum sequitur tertium. Ratio est quia quidquid sequitur ad consequens legitime illatum, sequitur ad antecedens eiusdem consequentis. Admittatur igitur circularis demonstratio, ct hac in hypothesi habebitur sequens reflexio: *Si Petrus est homo, est risibilis;* et, *Si Petrus est risibilis est animal rationale;* et, *Si Petrus est homo, est animal rationale.* Patet quod in hoc secundo syllogismo tertium *(Si Petrus est homo, est animal rationale)* sequitur ad primum, sicut ad suum principium *(Si Petrus est homo, est risibilis),* quia sequitur ad secundum *(Si Petrus est risibilis, est animal rationale).* Sed in priori syllogismo, *Si Petrus est homo, est risibilis,* sequebatur ad, *Si Petrus est homo, est animal rationale.* Ergo, *Si Petrus est homo, est animal rationale,* sequitur ad, *Si Petrus est homo, est animal rationale* nempe, ut concluditur .in fine huius numeri: *Si est A est A.* Quod est probare idem

formam argumentandi praemissam ostendit quod in circulari demonstratione concluditur idem per idem, sumptis duobus terminis tantum. Erit enim dicere: *Si est A, est B;* et reflectendo (quod est
v circulariter demonstrare): *Si est B, est A* ". Ex quibus duobus sequitur, secundum formam arguendi praemissam, *Si est A, est A.* Quod sic patet. Sicut enim in prima deductione, quae fiebat per tres terminos, ad B sequebatur C; ita in deductione reflexa duorum terminorum, ad B sequitur A. Ponatur ergo quod idem significet A in secunda deductione reflexa, quod C significabat in prima- directa, quae est per tres terminos. Igi-
•. tur dicere in secunda deductione, *Si est B, est A,* est hoc ipsum quod erat dicere in prima deduξ ctione, *Si est B, est C.* Sed cum dicebatur ξ in prima deductione, *Si est B, est C,* sequebatur, *Si*
•becmrst: *etin; est A, est C.* Ergo in * deductione circulari sequitur, *Si est A, est A:* quia C cum A idem ponitur. Et
•codd. (exc. hnr): *monstrare.* ita.leve erit demonstrare * omnia, ut dictum est.

7. Tertiam rationem ponit; ibi: *At vero nec hoc*
* Codd. - p: *haec ratio est talis.* *possibile est* etc. Quae talis est *. Ponentes omnia posse sciri per demonstrationem, quia demonstratio est circularis, necesse habent dicere quod omnia possunt demonstrari demonstratione circulari; et ita necesse habent dicere quod in demonstratione circulari ex conclusione possit concludi * utraque praemissarum. Hoc autem non c^clw/at^"l·
potest fieri nisi in his, quae ad se invicem convertuntur °, idest convertibilia sunt, sicut *propria.* «
Sed non omnia sunt huiusmodi. Ergo vanum est dicere quod omnia possunt demonstrari, propter hoc quod demonstratio est circularis.

8. Quod autem oporteat in demonstratione circulari omnia esse convertibilia secundum positionem istorum, sic ostendit π. - Ostensum est in libro "
Priorum *quod, uno posito, non sequitur ex ne- -Cap.xxnia!^,
cessitate aliud *; nec posito uno termino, nec po- *CDECHK:atfjui</.
sita una propositione tantum. Nam omnis syllogismus est ex tribus terminis ct * duabus propo- • ACDELQST : *et*
sitionibus ad minus. Oportet ergo accipere tres terminos convertibiles in demonstratione circulari, scilicet A, B, C *; ita quod A insit omni B et ABCDHKLQRST :
omni C, et haec scilicet B et C inhaereant sibi invicem, ita quod omne B sit C, et omne C sit B, et iterum haec * insint ipsi A, ita quod omne * ABDCHM: *haec*
A sit B, et omne A sit C. Et ita se habentibus ^côdd. (exc.MN); terminis, *confingit* * *monstrare in prima figura* P *continget.* p

per idem, seu est petitio principii: aliis enim verbis idem est ac dicere: *Petrus est homo quia est animal rationale; Petrus est animal rationale, quia est homo;* seu, *A est A, quia est A.*

v) *Erit enim dicere* etc. Est lectio omnium codd. quoad transpositionem, quam adoptamus.—P: *est* (et ita codd. MNOQRST) *enim... et reflectendo: si est B est A: quod est circulariter demonstrare.* – Cod. O ea quae sequuntur, ex *quibus* etc usque ad *si est A est A,* omittit. Sed est mendum manifestum.

ξ) *Sed cum dicebatur... Ergo* etc. Forma huius argumenti hoc modo legitur in ed. Piana et in codd., exc. BGL. – Diminuta refertur lectio a cod. B: *sed in prima deductione sequebatur, si est A, est C; ergo et in deductione circulari sequitur, si est A, est A, quia Ceum A idem ponitur.* – Cod. L est magis imperfectus quam B; omittit enim verba omnia, *sed cum* etc. usque ad *sequebatur* exclusive. – Cod. G omittit verba *dicebatur* et *sequebatur.* – Praeterea cum codd., exc. HKQT, legimus paulo infra: *quia C cum A idem ponitur,* loco Pianae: *cum A idem ponatur quod C.* – Codd. HKQT mendosi sunt: *quia* (H, *quod) cum* (T, *quia est) A idem ponatur. Et ita* etc.-Tom. *quia Ceum A.*

0) *Hoc autem non potest fieri.-G: hoc... nisi ex his, quae se invicem convertuntur;* et *quae se invicem convertuntur* habent etiam codd. ACDELOQRST. – Codd. HN: *quae sibi invicem convertuntur;* I: *quae in se invicem* etc.; KM: *quae inter se invicem* etc.– Denique, *idest convertibilia* etc. Codd. CDEHK1.MQRST: *idest convertibilia, sicut sunt propria;* ABG1NO: *idest convertibilia sunt, sicut sunt propria.*

Addit s. Thomas, *sicut propria.* In omni re duo sunt consideranda, scilicet *essentia,* et ea quae consequuntur essentiam (sicut *capacitas sciendi* et *risibilitas* in homine), quae non sunt ipsa substantia seu essentia rei, sed *accidentia* eius, non quidem separabilia, sed inseparabilia, dicta propterca accidentia *per se.* Et dicuntur etiam *propria,* quia cum consequantur essentiam determinatam, ita sunt propria illius, ut nullo pacto in alia essentia inveniantur (Cf. lect. n, not. α) —Hinc sicut definitio essentialis convertitur cum definito, et vere dicimus: *omnis homo est animal rationale, omne animal rationale est homo;* ita vere etiam dicimus: *omnis homo est risibilis; omne risibile est homo.* De conversione propositionum vide supra n. 2, nota *a.*

") *Secundum positionem istorum* (H, *ipsorum)* etc.—Ita omnes codices.—P: *secundum positionem istorum patet: quia ostensum est* etc.

p) *Monstrare in prima figura.* – Figura syllogismi est dispositio *extremorum* cum tertio, quod dicitur *medius terminus* seu simpliciter *medium,* ut videatur an simul cum isto *extrema* conveniant, an unum conveniat et alterum non (Cf. lect. 1, not. η); et sic inferatur eadem extrema inter se convenire vel non convenire, vi illorum axiomatum: *quae sunt eadem uni tertio, sunt eadem inter se; —duo, quorum unum convenit cum tertio et alterum non convenit, non conveniunt inter se.*– Quibus positis facile est intelligere quod dispositio *extremorum* cum *medio,* triplex esse potest. Supponantur M terminus medius, E unum extremum, E' alterum extremum; et en variae dispositiones.

I». *M est E*
E' est M
E' est E

In hac dispositione medius terminus M est subiectum in *maiori,* et praedicatum in *minori:* et quoties syllogismus habeat *extrema* disposita hoc modo cum medio dicitur syllogismus in prima figura. – Notandum quod *maior* syllogismi proprie dicitur, non illa quae primo pronunciatur seu ponitur, sed quae continet praedicatum conclusionis, *minor* autem illa est, quae habet eiusdem conclusionis subiectum (Cf. infra lect. xv, n. 6). E. g., *Omne animal est substantia; omnis homo est animal; omnis homo est substantia.* Praedicatum huius conclusionis *(substantia)* est in prima propositione *(omne animal* etc.). Haec igitur est *maior* enunciati syllogismi: *Maior,* inquam, est, etiamsi materialiter primo loco non poneretur, ut puta si diceretur: *Omnis homo est animal; omne animal est substantia; omnis homo est substantia.* – *Hinc* extremorum terminorum alius dicitur *maior extremus (ex* quo dicitur *maior* propositio, alius dicitur *minor extremus* (unde *minor* propositio). Ratio est quia *praedicatum* propositionis generatim habet maiorem extensionem, seu universalitatem quam subiectum.

IIa. *E est M*
E' non est M
E' non est E

In hac secunda dispositione, M, seu terminus medius, est praedicatum in utraque praemissa; et syllogismus dicitur in secunda figura.

IIIa. *M est E*
M est E'
E' est E

In hac tertia dispositione M, seu terminus medius, est subiectum in utraque praemissa; et syllogismus dicitur in tertia figura.

His additur a nonnullis quarta dispositio, quae vulgo dicitur figura Galenica, quasi a Galeno inventa, et est quando medius terminus praedicatur in *maiori* et subiicitur in *minori,* nempe:

IVa. *E est M*
• *M est E'*
E' est E

Sed haec quarta figura commode reduci potest ad primam figuram indirectam, in qua conclusio infertur, sed eius terminis conversis. Ex. gr. figura directa est: *Omne animal est sensitivum; omnis homo est animal; omnis homo est sensitivus.* Indirecta (et quarta) figura evadit, si ordinem praemissarum invertas, ac dicas: *ergo aliquod sensitivum est homo.* – Hanc igitur quartam figuram, nec non caeteras figuras indirectas missas facimus, et de legibus cuique figurae directae praefixis dicendum suscipimus (Videsis Aristotelem, *Priorum analyticorum,* lib. 1, cap. iv, seqq.).

Sciunt omnes syllogismum non pro lubito formari posse, sed ad recte inferendam conclusionem, ad quod assumitur, suis legibus regi, intra quas contineri debet. Et quia in syllogismo et *termini* habentur et *propositiones,* ex utraque parte leges assignantur.– Quatuor sunt leges pro terminis: ia In omni syllogismo sint tres termini tantum: nam fit comparatio extremorum cum medio ad deprehendendam eorum inter se convenientiam vel non convenientiam, ut in principio huius notae dictum est.– 2a Extrema non habeant maiorem extensionem in conclusione quam in praemissis: quia *eadem* omnino debet esse in conclusione extremorum comparatio, quae fuit eorum comparatio in praemissis cum termino medio. – 3a Medius terminus debet excludi a conclusione; quia assumitur solummodo in praemissis ut cum eo instituatur extremorum com-

ex alterutris, idest circulariter, *omnia quaesita,* idest conclusionem ex duabus praemissis et utram-
'au^a'praemu- Hbct praemissarum ex conclusione et altera * sarum. converSa, *sicut ostensum est in his, quae sunt*
exceN.ᶜᶜcodd': *de syllogismo,* idest * in libro *Priorum* **, in
·∎ Lib. π, cap. V. qU0 agitur de syllogismo simpliciter. Quod sic
patet. Sumantur tres termini convertibiles, scilicet
•Kiomitt. α. *risibile, animal rationale mortale,* et * *homo,* et
syllogizetur sic: *Omne animal rationale mortale est risibile; omnis homo est animal rationale mor-*
•E/omitt.AHOR. *tale- ergo omnis homo est risibilis.* - Et * ex hac
conclusione potest iterum concludi tam *maior* quam *minor.* - *Maior* sic: *Omnis homo est risibilis; omne animal rationale mortale est homo; ergo omne animal rationale mortale est risibile.* - *Minor* sic: *Omne risibile est animal rationale mortale; omnis homo est risibilis; ergo omnis homo est animal rationale mortale.*

• Lib. π, cap. vi g. Ostensum est autem in libro *Priorum* * quod
•cod'd.-*p-fig.* in aliis figuris *, scilicet in *secunda* et *tertia,*
aut *non fit* circularis *syllogismus,* scilicet per
• c n: *concludi,* quem ex conclusione possit syllogizari * utraque praemissarum: aut si fiat, *non erit ex acceptis,* sed ex aliis propositionibus, quae non sumuntur in primo syllogismo. Quod sic patet.-In *secunda* figura non est conclusio nisi negativa: oportet autem σ alteram praemissarum esse negativam, et alteram affirmativam. Non enim ex duabus negativis potest aliquid concludi, nec ex duabus affirmativis potest concludi negativa. Non est ergo possibile quod ex conclusione et * praemissa negativa concludatur affirmativa. Si ergo debet affirmativa probari, oportet quod per alias propositiones probetur, quae non sunt sumptae *.

Similiter in *tertia* figura non est conclusio nisi particularis. Oportet autem alteram praemissarum ad minus esse universalem. Si autem in praemissis sit aliqua particularis, non potest concludi universalis. Unde non potest esse quod in *tertia* figura ex conclusione syllogizetur utralibet praemissarum.

Et eadem ratione apparet quod nec in prima figura talis circularis syllogismus potest fieri, per quem utraque praemissarum concludatur, nisi in primo modo T, in quo solo concluditur universalis affirmativa. Nec etiam * in hoc modo potest

'i^°dd· BCDE0:

'x. spuogiiatae.

. '

τ
‘ Codd. (exc. r] om. *etiam.*

paratio. – 4a Medius terminus saltem in una praemissarum sit universaliter sumptus, ut habeatur comparatio extremorum cum *uno* termino in eadem significatione: terminus enim particulariter acceptus potest diversa significare (Cf. 1 *Periherm.,* lect. x, n. >3, et lect. xi, n. 2, 7).- Quatuor etiam sunt leges, quae regunt praemissas propositiones in syllogismis: Ambae praemissae non debent esse negativae: secus nulla est proprie comparatio, nulla conclusio: ex eo enim quod duo non conveniunt cum tertio, non sequitur quod conveniant vel quod non conveniant inter se. – 2a Ex duabus praemissis affirmativis non potest sequi conclusio negativa, iuxta axioma enunciatum in principio huius notae. – 3a Ex duabus praemissis particularibus, nulla sequitur conclusio: patet ex secunda et quarta regula assignata pro terminis.-4a Si una praemissarum est negativa, conclusio debet esse negativa, iuxta secundum axioma enunciatum ; et insuper si una praemissarum est particularis, et particularis debet esse conclusio, iuxta secundam et quartam regulam traditam pro terminis. Placuit Scholasticis praefatas regulas hisce octo versiculis comprehendere :

.5 / t. Terminus esto triplex, *maior, mediusque, minorque.*
6 1 2. Latius hos quam *praemissae, conclusio* non vult.
~ j 3. Nequaquam *medium* capiat *conclusio* oportet.
£ ' 4. Aut semel aut iterum *medius* generaliter esto.

s / 5. Utraque si *praemissa* neget, nihil inde sequetur.
2. j 6. Ambae *affirmantes* nequeunt generare *-negantem.*
o.) 7· Nil sequitur *geminis* ex *particularibus* unquam,
o \ 8. *Peiorem* sequitur semper conclusio *partem.*

Hisce regulis communibus nituntur speciales leges quibus singulae figurae syllogismi conformari debent. Hinc in prima figura *maior* praemissa debet esse universalis, et *minor* affirmativa in secunda figura una praemissarum debet esse negativa, et *maior* debet esse universalis ; – in tertia denique figura *minor* sit affirmativa, ct *conclusio* particularis. Quae leges sequentibus continentur:

ta fig.-Sit *minor* affirmans, *maior* vero generalis.
2a fig. – Una *negans* esto, nec *maior* sit specialis.
3a fig. – Sit *minor* affirmans, *conclusio* particularis.

Syllogismus non observans leges suae respectivae figurae, eo ipso contrariatur legibus generalibus syllogismi, et in paralogismum degenerat. Nam si in prima figura non sit *minor* affirmativa, unus ex terminis extremis magis late patet in conclusione quam in praemissis, contra secundam regulam; et si *maior* sit particularis, *medius* terminus in nulla praemissarum universaliter sumitur contra quartam regulam. Ex. 1: *Omne animal est substantia; nullus lapis est animal; nullus lapis est substantia,* – 2: *Aliquod animal est rationale; omnis asinus est animal; omnis asinus est rationalis.*)n primo syllogismo *substantia* in conclusione est praedicatum propositionis negativae, et consequenter universaliter sumitur, ita ut sit sensus : *nullus lapis est ulla substantia* : contra in *maiori,* quia praedicatum propositionis affirmativae, sumitur particulariter (Cf. *Perih.,* lect. x, n. 23). In altero syllogismo medius terminus *animal* bis particulariter sumitur.-)n secunda autem figura, si duae praemissae sunt affirmativae, medius terminus, quia est semper praedicatum, non distribuitur; si vero *maior* sit particularis, maius extremum distribuitur in conclusione, ct non in praemissis. Ex. 1 : *Omnis homo est animal; omne sensibile est animal; omne sensibile est homo.* – 2: *Aliqua substantia est homo; nullus lapis est homo; nullus lapis est substantia.* – Denique in tertia figura si *minor* sit negativa, unum extremorum distribuitur in conclusione et non in praemissis; si autem conclusio sit universalis idem offenditur inconveniens. Ex. 1 : *Omnis planta est vivens; nulla planta est animal ; aliquod animal non est vivens.*- 2 : *Nullum animal est lapis; omne animal est substantia; nulla substantia est lapis.* – Sed est vera conclusio: *Aliqua substantia non est lapis.*

Haec supposita a s. Thoma ut cognita ex loc. cit. *Priorum analyticorum* duximus novitio declaranda, ut quae tum in praesenti tum in sequentibus lectionibus disseruntur facile percipiat.– Ad figuras sequuntur *modi* syliogismi, de quibus infra not. τ.

σ) *Oportet autem alteram* etc. – Est lectio omnium codd. – P: *unde oportet alteram praemissarum* etc. – Praeter codd. unanimem consensum, s. Thomas infra *(in tertia figura... oportet autem)* indicat lectionem, quam adoptavimus. – Quia in secunda figura conclusio debet esse negativa, sequitur quod altera praemissarum in hac figura debeat esse negativa (nam *ex duabus affirmativis non potest concludi negativa).* Sed utraque praemissa non potest esse negativa *(non enim ex duabus negativis potest aliquid concludi).– Unde* recte a s. Thoma concluditur: *non est ergo possibile* (nempe in secunda figura) *quod ex conclusione* (negativa, quam eadem figura requirit) et ex *praemissa negativa* (et ideo ex duabus praemissis negativis) *concludatur affirmativa.* Atque per hoc concluditur quod susceptum est probandum, nempe quod, *si affirmativa* etc.

τ) *Nisi in primo modo,* hoc est in syllogismo primae figurae (Cf. supra not. ρ) cuius duae propositiones praemissae sunt universales affirmativae, et universalis affirmativa est etiam conclusio. – Cod. M immediate ante *(per quem* etc.) habet non recte: *quod secundum quemlibet modum utralibet praemissarum* etc.-O omittit,*per quem utraque praemissarum concludatur,* ct legit, *potest fieri conclusio, nisi* etc. Lectio mendosa.– Sed de *modis* syllogismi nliqua sunt declaranda in gratiam novitiorum, aut saltem delibanda, ut quae hucusque cum Aristotele disseruit s. Thomas de syllogismo circulari plenius intclligantur.

In omni syllogismo, sicut iam diximus supra (lect. 1, not. η), requiruntur tres termini, duo *extremi* et alter *medius,* qui sunt *materia remota* syllogismi ; requiruntur insuper tres propositiones, duae*praemissae* et tertia *conclusa,* quae eiusdem syllogismi sunt *materia proxima.* Porro *dispositio extremorum cum termino medio* constituit figuram syllogismi, ut supra in nota citata dictum est; *modus* autem syllogismi *est determinata forma et quantitas propositionum praemissarum, ut ex cis sequatur conclusio,* seu est dispositio praemissarum inter se secundum earum *extensionem,* nempe universalitatem vel particularitatem (Cf. *Perth.,* lib. 1, lect. x), et secundum earum *formam,* videlicet affirmationem et negationem (Cf. ib., lect. cit. n. io, et lect. vm, n. iq). Quibus positis, si quaeras quot sint *modi* quibus potest fieri syllogismus, in promptu est responsio. In prima figura possibiles sunt sexdecim modi, quos videre est in sequenti schemate : in quo per litteram *A* designamus propositionem universalem affirmativam, per *E* universalem negativam, per *J* particularem affirmativam, per *O* particularem negativam.—Nota quod in dispositione litterarum, prima in ordine significat *maiorem* propositionem; altera propositionem *minorem;* tertia denique, quam parenthesi claudimus, *conclusionem.*

• « : *circui. ut* fieri talis syllogismus circularis, per quem * utraque praemissarum concludatur, nisi sumantur tres
u termini *aequales,* idest *convertibiles* u. Quod ex hoc patet. Oportet enim ex conclusione, et altera praemissarum conversa, concludere reliquam : sicut dictum est. Non autem potest utraque praemissarum converti, cum utraque sit universalis affirmativa, nisi in terminis convertibilibus.

1. AA(A); – 2. AE(E); – 3. AI(i); – 4. AO(O); – 5. EE(E) ; – 6. EA(E);-7. E1(O); -8. EO(O);-9. 11(1); – 10. IA(1);~ 11. 1E(O);- 12. 10(0); – 13. 00(0); – 14. OA(O); – 15. OE(O); – 16. 01(0).

Non est possibile aliam praemissarum dispositionem praeter istas sexdecim excogitare. Sed haec ipsa dispositio praemissarum secundum earum affirmationem et negationem, universalitatem et particularitatem, fieri potest tum in prima figura, cum medius terminus subiicitur in *maiori* et praedicatur in *minori;* tum in secunda figura, quando nempe medius terminus praedicatur in utraque praemissa, tum denique in tertia figura, quando in utraque praemissa medius terminus subiicitur. Ergo syllogismus modis octo et quadraginta fieri potest. Quibus si addas, iuxta quosdam philosophos, sexdecim modos quartae figurae, seu primae indirectae, in qua medius terminus praedicatur in maiori et subiicitur in minori, modi syllogismi possibiles erunt sexaginta quatuor. Et dico *possibiles,* nam, ut in logica docetur, modi, quibus ad tramites legum syllogismi legitima conclusio infertur, sunt tantummodo *novemdecim* ex sexaginta quatuor recensitis: nempe *quatuor* in prima figura, *quatuor* in secunda, *sex* in tertia, et *quinque* in prima figura indirecta, hisce versiculis a scholasticis comprehensi :

(i'_fig.) **barbare, celarent, darii, ferio. – (1· *_fig. indir.)* baraltpton, celantes, dabitis, fapesmo, frisesomorum. –**
(i'fig.} **cesare, camestres, festino, baroco. – *(3' fig.)* darapti, felapton, disamis, datisi, bocardo, ferison.**

Ratio huius numeri est, quia nullus syllogismus est possibilis qui non sit in aliqua figura: nam in omni syllogismo debet esse comparatio extremorum cum·medio; comparatio autem et dispositio sunt ipsa figura. Quaelibet autem figura suas habet leges, quas supra adduximus et declaravimus. Vi igitur harum legum expungendi sunt in prima figura syllogismi non habentes *maiorem* universalem aut *minorem* affirmativam; in secunda figura syllogismi *affirmativi* aut cum *maiori* particulari ; in tertia figura syllogismi cum *minori* negativa, aut concludentes *universaliter.* Praeterea in qualibet figura expungendi sunt syllogismi ex duabus praemissis sive negativis sive particularibus , iuxta communes syllogismi leges. – Hinc legitimi modi concludendi in prima figura, ex sexdecim possibilibus, sunt solummodo *quatuor,* in secunda item *quatuor,* in tertia *sex,* in quarta figura galenica, seu in prima indirecta, *quinque.*

Quibus declaratis, ad syllogismum circularem est redeundum. In hac igitur tertia ratione dicitur quod si omnia possent circulariter demonstrari (ut omnia dicantur sciri per demonstrationem) necesse foret ut omnia essent convertibilia. Atqui falsum est omnia esse convertibilia. Ergo falsum est omnia posse circulariter demonstrari. – Nota quod vis argumenti est in vocabulo *omnia :* quaedam enim esse convertibilia et ideo demonstrari circulariter posse conceditur et ostenditur.

Posita terminorum convertibilitate ex eorum inter se adaequatione, conceditur in prima figura posse fieri syllogismum circularem apparenter. Ad quod affertur exemplum a s. Thoma: *Omne animal rationale est risibile* etc. Diximus posse fieri syllogismum apparenter circularem. Nam, ut supra probavimus, (not. β) in secundo syllogismo *(omnis homo* etc.), et in tertio *(omne risibile* etc.), variatur genus demonstrationis, quia in primo syllogismo est demonstratio *propter quid,* in aliis vero est demonstratio *quia.* – Notandum dçindc quod syllogismus in exemplum adductus est in *primo* modo/nempe in barbara. Ratio est quia, ut infra dicitur a s. Thoma, etiam supposita convertibilitate terminorum , nec in prima figura syllogismus circularis fieri potest, per quem utraque praemissarum concludatur, nisi in primo modo, in quo solo concluditur universalis affirmativa. Et revera in secundo et quarto modo cum una praemissarum sit negativa, et negativa proinde sit conclusio, valet quoad istos modos ratio, quam affert s. Thomas pro circulari syllogismo in secunda figura. Contra vero tertium modum, imo contra etiam quartum urgetur ratio s. Thomae quoad syllogismos circulares in tertia figura, quippe qui concludunt particulariter sicut modi tertiae figurae.

In secunda figura una praemissarum est affirmativa, sed altera negativa, et negativa propterea conclusio. Ex. g.: *Nullus asinus est homo; omne animal rationale est homo; nullus asinus est animal rationale.* Ergo per syllogismum circularem, in cuius *maiorem* assumatur conclusio, nempe propositio negativa, non potest concludi, iuxta octavam regulam syllogismi, praemissa affirmativa, quae est una praemissarum prioris syllogismi. Patet ergo quod si affirmativa praemissarum sit probanda, alia sumenda sunt principia (Cf. praeced. not. σ).

Denique in tertia figura una praemissarum saltem debet esse universalis (quia ex duabus particularibus non concluditur), et conclusio, ut dictum est, debet esse particularis. Si çrgo sumatur haec conclusio ut praemissa ad circulariter syllogizandum, non potest concludi illa praemissarum , quae ex necessitate est universalis. Proindcque nec in tertia figura possunt omnia circulariter demonstrari.

υ) *Nisi sumantur tres termini aequales, idest convertibiles,* sicut in indicato syllogismo : *Omne animal rationale mortale est risibile ;* in quo tres termini *homo, animal – rationale – mortale* et *risibile,* sunt aequales, quia idem valet *homo,* ac *animal rationale – mortale,* ac *animal mortale – risibile;* et ideo unus loco alterius sumi potest: quod est esse ad invicem convertibiles.

LECTIO NONA

DE PRINCIPIO QUOD EST, *DICI DE OMNI.*

Ἐπεί 3' αδύνατον ἀλλω εχειν ού έστίν έπιστημη απλώ , άναγκαιον αν είη τό επιστητόν το κατά την αποδεικτικήν επιστήμην. 'Αποδεικτική δ' έστίν η έχομεν τω εχειν άπόδειξιν έ αναγκαίων άρα συλλογισμό έστιν ή άπόδειξι . Ληπτεον άρα έκ τίνων καί ποιων αί αποδείξει είσίν.

* Quoniam autem impossibile est aliter se habere illud, cuius est scientia simpliciter, necessarium utique erit id esse scibile, quod est secundum demonstrativam scientiam. Demonstrativa autem est, quam habemus in habendo demonstrationem; ex necessariis itaque syllogismus est demonstratio. Accipiendum igitur ex quibus et qualibus demonstrationes -fiunt. ' Cap. iv. ex' 7'

Ποώτον δέ διορίσωυ,εν τί λέγομεν τό κατά παντό καί τί τό καθ' αυτό καί τί το καθόλου.

* Primum autem determinabimus quid dicimus de omni et quid per se et quid universale. * Tcx. 8.

Κατά παντό μέν ούν τούτο λε'γω δ άν η μη έπί τινό μέν τινό δέ μη, μηδέ ποτέ μέν ποτέ δέ μη, οίον εί κατά παντό ανθρώπου ζωον, εί αληθέ τόνδ' ειπειν άνθρωπον, αληθέ καί ζωον, καί εί νυν θα'τερον, καί θάτερον, καί εί έν πάση γραμμή στιγμή, ωσαύτω .

De omni quidem hoc dico, quod utique est non in quodam quidem sic, in quodam autem non, neque aliquando quidem sic, aliquando vero non: ut de omni homine animal; si enim verum est dicere hominem, verum est dicere animal: et si alterum et alterum; et si in omni linea punctum, similiter inest.

Σημεϊον δέ· καί γάρ τα ένστάσει ούτω φε'ρομεν, ώ κατά παντό έρωτώμενοι, η εΐ έπί τινι μη η ει ποτέ μη.

Signum autem est; namque instantias sic proferimus, sicut de omni interrogati, aut si in quodam non, aut si aliquando non.

34"

Synopsis. — i. Textus divisio. - 2. Conclusio demonstrationis est necessaria; ergo syllogismus demonstrativus procedit ex necessariis. - 3. Ad sciendum ex quibus et ex qualibus est demonstratio praeintelligendum quid significent formae istae loquendi; *dici de omni, dici per se, dici primo*. Quae formae ex additione se habent ad invicem, et ideo una non convertitur cum alia. - 4. *Dici de omni* dupliciter usurpatur: vel enim significat *praedicatum* inesse quocunque modo cuilibet quod continetur sub subiecto universali; vel significat praedicatum inesse cuilibet simpliciter, hoc est, non quocunque modo sed essentialiter et necessario. - Primo modo sumitur in syllogismo dialectico, seu probabili; sed altero modo semper accipi debet in syllogismo demonstrativo. - 5. Definitur *dici de omni* in hoc secundo sensu, nempe: *quidquid dicitur de subiecto universali dici debet de omnibus contentis sub illo universali, ita ut nihil sub subiecto possit accipi quovis tempore vel quavis circumstantia, cui praedicatum subiecti universalis non conveniat.* - 6. Manifestatur definitio ex iis quae opponuntur quoties infertur instantia contra veritatem alicuius propositionis universalis.

ostquam Philosophus ostendit quid sit syllogismus demonstrativus, in parte ista incipit ostendere * ex quibus et qualibus sit ♦. Et circa hoc tria facit; primo, continuat se ad praecedentia; secundo, interponit quaedam quae sunt necessaria ad praecognoscendum; ibi: *Primum autem determinabimus** etc.; tertio, determinat propositum, scilicet ex* quibus sit syllogismus demonstrativus; ibi: *Si igitur est demonstrativa* * etc.

α

* Codd. - *n.:fit,* n: *procedit.*

' N. 3.

* *Scilicet* omitt. acho. - t: *determinat ex.*
* Lect. xm.

" Lect. iv.

p

• Codd. - p; *et dicit.*

2. Dicit ergo primo, quod quia dictum est supra *, quod impossibile est aliter se habere in definitione eius quod est *scire,* necessarium erit id quod scitur secundum demonstrationem i5. Quid autem sit quod est secundum demonstrationem scire exponit, dicens * quod demonstrativa scientia est quam *habemus in habendo demonstrationem,* idest quam ex demonstratione acquirimus *. Et sic habetur quod demonstrationis conclusio sit necessaria. Quamvis autem necessarium possit syllogizari ex contingentibus, non tamen de necessario potest haberi scientia per medium contingens, ut infra probabitur *. Et quia conclusio demonstrationis non solum est necessaria, sed etiam per demonstrationem scita, ut dictum est *, sequitur quod demonstrativus syllogismus sit ex necessariis. Et ideo accipiendum est ex quibus necessariis et qualibus sint demonstrationes.

' codd,- *demonstrat., id- est quam acquir.*

· Lect. w.

* Lcct· ›*.

3. Deinde cum dicit: *Primum autem* etc., interponit ea, quae sunt praeintelligenda ad cognoscendum de his de quibus 7 tractaturus * est. Et circa hoc duo facit. Primo, dicit de quo est intentio, dicens * quod antequam determinetur 5 in speciali ex quibus et qualibus sit demonstratio, primo de-

T
* cd : *aetermtna-*

d£?dd-'p et δ

α) *Incipit ostendere.* - A: *incipit ulterius ostendere;* B: *vult ostendere;* 1: *ostendit cx quibus;* O: *intendit ostendere.* Retinemus Pianam, quam alii codices habent. - Infra vero Piana cum codd. CDEHKLMN QRST habet: *secundo determinat* etc.; sed praetulimus lectionem *interponit* quae est codd. ABG10 et S *marg.,* quia videtur indicata ex his quae dicuntur in seq. numero 3.

β) *Quod impossibile est* etc. Cod. O: *quod quia impossibile est* etc.— H: *quod impossibile est aliter se habere quod est scire.* Revera haec lectio videtur magis expedita quam Piana et aliorum codd., quamvis in omnibus aliquid deesse videatur. Infra lect.xm, n. i, Angelicus eandem sententiam profert in hanc formam: *Quia quod scitur impossibile est aliter se habere, ut habitum est in definitione eius quod est scire,* - Deinde post *secundum demonstrationem*, edd. P. et Vv. addunt *esse necessarium;* quae verba desunt in omnibus nostris codicibus. Et revera sensus sententiae sine ipsis integer manet. Iam enim dicitur *necessarium erit* etc.: quod sufficit ad declarandum propositam, nempe quod id quod scitur per demonstrationem impossibile est aliter se habere, et ideo est necessarium. - Ea igitur verba expungimus ex unanimi codd. auctoritate.

Notandum quod Aristoteles nonnisi incidcnter agit de *obiecto* demonstrationis, quod nempe debeat esse obieclum necessarium illud quod scitur secundum demonstrationem: hac enim de re aget copiose in sequentibus lectionibus.

γ) *Quae suntpraeintelligenda ad cognoscendum de his de quibus* etc. Retinemus hanc lectionem Pianam, Venet. edd. ct cod. E: non enim videtur adoptanda lectio aliorum codd.: *quae sunt praeintelligenda ad praecognoscendum de his de quibus* etc. - R: *quae sunt praecognoscendum* (sic) *ad syllogiqandum*.- Admittimus tamen lectionem *de his, de quibus,* quam codices habent, et quam textus requirere videtur,- PQ omitt. *de his.*

δ) *Quod antequam determinetur* etc. Plures sunt hoc loco variantes lectiones quas exhibent codices. Eas indicabo recitando Pianam: *quod antequam determinetur* (OQ, *determinatur) in speciali* (I, *specialiter)*

terminandum est quid intelligatur cum dicimus *de omni,* et *per se,* et *universale.* Cognoscere enim ista est necessarium ad sciendum ex quibus sit demonstratio. Hoc namque oportet observari in demonstrationibus. Oportet enim in propositionibus demonstrationis aliquid *universaliter* praedicari, quod significat dici *de omni,* et *per se,* et etiam *primo* *, quod significat universale. Haec autem tria se habent ex additione ad invicem '. Nam omne quod *per se* praedicatur, etiam * *universaliter* praedicatur; sed * non e converso. Similiter omne * quod *primo* praedicatur, praedicatur ** *per se,* sed non convertitur. Unde etiam apparet ratio ordinis istorum. Differentia etiam ç et numerus istorum trium apparet ex hoc, quod aliquid praedicari dicitur *de omni* sive *universaliter* per comparationem ad ea, quae continentur sub subiecto. Tunc enim dicitur aliquid *de omni,* ut habetur in libro *Priorum* *, quando ** nihil est sumere sub subiecto, de quo praedicatum non dicatur. *Per se* autem dicitur aliquid praedicari, per comparationem ad ipsum subiectum: quia *ponitur in eius definitione, vel e converso", ut infra * patebit. *Primo* vero*dicitur aliquid praedicari de altero per comparationem ad ea, quae sunt priora subiecto et continentia ipsum®. Nam habere tres angulos etc. *, non praedicatur primo de *isoscele:* quia prius praedicatur de priori, scilicet * de triangulo.

4. Secundo, ibi: *De omni quidem* etc., determinat propositum. Et dividitur in tres partes *. – Primo, ostendit quid sit *dici de omni;* secundo, quid sit *dici per se;* ibi: *Per se autem* * etc.; tertio, quid sit *universale·,* ibi: *Universale autem dico* * etc. Circa primum duo facit. Primo, ostendit * quid sit *dici de omni.* Ad quod sciendum est quod *dici dc omni,* prout hic sumitur, addit supra *dici de omni,* prout sumitur in libro *Priorum.* Nam in fibro *Pariorum* accipitur * *dici de omni* communiter, prout utitur eo et dialecticus et demonstrator. Et ideo non plus ponitur in definitione eius, quam quod praedicatum insit cuilibet eorum quae continentur sub subiecto. Hoc autem contingit vel *ut nunc* *, et sic utitur quandoque *dici de omni* dialecticus; vel *simpliciter** et secundum omne tempus, et sic solum utitur eo demonstrator.

5. Et ideo in definitione *dici de omni,* duo ponit: quorum unum est, ut nihil sit sumere sub subiecto cui praedicatum non insit. Et hoc significat cum dicit: *Non in quodam quidem sic, in quodam autem non.* Aliud est, quod non sit accipere aliquod * tempus, in quo praedicatum subiecto* non conveniat. Et hoc designat cum dicit: *Neque aliquando sic, aliquando non;* et ponit exemplum. Sicut de omni homine praedicatur animal; et de quocunquc* verum est dicere quod sit homo, verum est dicere quod sit* animal, et quandocunque est homo, est animal. Et similiter se habet de linea ct de puncto: nam punctum*est in linea qualibet et semper.

6. Secundo; ibi: *Signum autem* etc., manifestat positam definitionem per signum ab instantiis sumptum. Non enim fertur * instantia contra ** universalem propositionem, nisi quia deficit aliquid eorum, quae per eam significantur '. Cum autem interrogamur, an * aliquid praedicetur *de omni* in demonstrativis x, dupliciter ferimus instantias; vel quia in quodam eorum quae continentur sub subiecto non est verum ; vel quia aliquando non est verum *. Unde manifestum est quod *dici de omni* utrunque praedictorum significat.

* DQ: *in primo ;* port om. *etiam.*

ε

• *Etiam* om. pe in.- hq: *et.*
• Codd.- pno: *et.*

* *Omne* ex codd. '' o: *et praedicatur.*

ζ

* Lib.I,cap.i,n«7. •• a i: *quoniam ;* sed non recte.

• n: *quod.*

η

' Lect. seq.
' Codd. (cxc. η): *primo autem;* o: *pr. enim.*

0

• *Etc.* ex codd. d CDEGKLMNOQRST.

• *De priori scilicet* omitt. i.

* Codd. - filor om. *partes.*

* Lect. seq.

* Lect. xi.

* pdehlmrst: *dicit.*

* Codd. -p: fu-eo

* *nunc est.* omitt.

I *C'. vetfieri simpticiter.*

* hr om. *aliq.;* d *temg.* codd.'eco

·*; *quolibet...*

* AOS * *CSt*

* cm: *quodlibet punct.,sed quoal.* expung. in c.

" codd.-?:«>- l - · a: «/. «

* c orn. *est iterum ;* sed est mendum, λ

ex quibus ct qualibus (A omitt. *et qualibus;* I, *et ex qualibus*) *est* (codd. *sit*) *demonstratio, primo* (I,*primum*) *determinandum est* (CDGH ÎKLRSTom. *est;* B, *determinabimus*) *quid intelligimus* (I, *intelligamus;* codd. *intelligatur*) *cum dicimus* (H, *per dici;* T, *quid dicimus*) *de omni, et per se, et universale. Cognoscere enim ista* (A omitt. *ista*) *est necessarium ad sciendum* (IQ, *cognoscendum*) *ex quibus est* ;(codd., cxc. DHNOT, *sit*) *demonstratio. Hoc namque* (codd., exc. AG, *enim*) *oportet observari in demonstrationibus* (codd., cxc. AG, *observari in demonstrationibus oportet;* 1, *debent*). *Oportet enim* etc. Praeter ea pauca quae mutavimus ex codd., nulla ratio apparet cur a Piana recedere debeamus. – *Ex quibus et qualibus* vel· *qualium* est lectio textus aristotelici: εχ τινων xxi ποιων: Quod considerans Philoponus, ait: « Verbum, » *ex quibus et qualibus* non ex comparatione dictum est; sed per *qui-* » *bus* declaratur propositionibus, per *qualium* autem problematum: ho- » rum enim est demonstratio, quam oportet constituere ex necessariis » propositionibus» (In 1 *Poster., §. Quoniam autem impossibile* etc., pag. 21, coi. t. —Venetiis i56g).

ε) *Se habent ex additione ad invicem.* Codd. – P: *ex additione se habent ad invicem;* R: *se invicem habent ex additione.* – Habere se ex additione ad aliquid , non debet sumi materialiter quasi unum revera alteri uniatur, sicut quantum per additionem alterius quanti fit maius, vel alio simili modo; sed est dicere totum istud et aliquid aliud; sicut homo ex additione se habet ad *animal,* et animal ad *vivens,* et vivens ad *substantiam :* quia homo habet totum id quod est animal, et supra id addit *esse rationale;* animal habet totum id quod est vivens, et supra id habet *esse sensitivum;* vivens habet totum id quod est substantia, et supra id habet *esse vivum.* Hinc dici equidem potest: est homo; ergo est animal: est animal, ergo est vivens: est vivens, ergo est substantia. At non converti potest: est substantia; ergo est vivens: est vivens; ergo est sensitivum: est sensitivum; ergo est rationale.

ζ) *Differentia etiam* etc. Cod. L insulse legit: *prima etiam* etc.; IN: *differentia et numerus* etc.; H: *differentia et etiam* etc.; Q: *differentia enim* etc. Quamvis non displiceat lectio codicis H, retinemus tamen Pianam, quae est lectio aliorum codd. longe melioris notae quam cod. H. – Infra cod. G habet erronee : *dicitur de omni causa, sive* etc. – 1: *aut universaliter.*

η) *Vel e converso,* scilicet quia in definitione praedicati ponitur subiectum.

0) *Quae sunt priora subiecto et continentia ipsum.* Apponenda est particula *ct* ex codd., quae deest in Piana,—Advertat novitius quod minus universalia, puta *homo, brutum* et *spècies brutorum,* concipiuntur a nobis quasi *subiecta* magis universali, sicut in nostro exemplo, *animali;* quae ideo continentur sub magis universali. Unde homo est *animal,* bruta sunt *animalia.* – Animal autem est sensitivum et sensitivae sunt species omnes animantium. Si quaeratur ergo cui *primo* conveniat esse *sensitivum, animali* nempe vel *homini* vel *bruto;* responderi debet, *animali.* Et ratio est quia, non quoniam *homo* vel *brutum* sunt sensitiva, animal est sensitivum, sed ex opposito, quia animal est sensitivum, ideo sunt sensitivi homines et bruta. – Hinc etiam intelligat novitius cur supra dixerit s. Thomas quod *primo* significat *universale ,* de quo *primo* dicitur quidquid subiectis, quatenus illud participant , tribuitur.

t) *Quae peream significantur.* Est lectio codd. ADGHIKNOQRT, et indicata ab aliis. E; *qui per eam significantur;* B: *quae per eam significant;* L: *quae significantur per eam;* PCM: *quod per eam significatur;* S dubius est.

x) *In demonstrativis.* Haec lectio codd. (exc. ER) optima est, ac sufficienda Pianae et cod. E: *de omni demonstratione:* quae lectio obscuritatem parit.-R: *in demonstratione.* – Codices omittunt *tunc* quod ante *dupliciter* habent PEQRS, et legunt *ferimus* loco *inferimus* Pianae et codd. KQ et R sec. manu. – Denique infra cum codd. BCDEGH1K LMNRST legimus *utrumque* (Q, *utroque)* loco *unumquodque* quod habent PA ; et cum eisd. codd. (cxc. HN), et AQ *praedictorum* loco *eorum,* ut legunt PH. – N : *utrunque istorum ;* O: *utrum* (corrupte pro *utrunque).* – Duo supra (n. praeced.) dicta sunt includi in τω *dici de omni,* nempe et quod *nihil sit sumere* etc., et *quod non sit accipere* etc. Hinc lectio: *utrunque praedictorum significat.*

λ) *Dici de omni utrunque praedictorum significat.* In nota praecedenti dedimus variantes codd. lectiones; nunc autem de ipsa re est disserendum. Hoc Aristotelis principium, *Dici de omni,* uti fundamentum syllogismi iure meritoque logici tum antiqui tum recentiores acceperunt; sed ut in sua recta significatione assumatur, quaedam notarunt Scholastici scitu necessaria. Praenotandum est ergo quod propositio aliqua universalis dupliciter enunciari potest, nempe cum signo syncategorematico *(omnis)* et sine isto signo, nempe indefinite (Cf. *Perih.,* lib. 1, lect. x). Ex. g.: 1. *omnis homo est bonus;*– 2. *omnis homo est*

rationalis;-3. homo est bonus;—4. homo est rationalis. Priores duae propositiones habent *vi enunciationis* eandem universalitatem; duae vero posteriores *vi enunciationis* sunt indefinitae. Sed si a modo enunciationis ad rem enunciatam procedamus, manifestum est quod in prima propositione licet dicatur quod praedicatum *(bonus)* conveniat omni supposito seu subiecto *(omnis homo),* tamen *secundum rem* non .convenit; ex opposito licet in quarta propositione non dicatur praedicatum *(rationalis)* convenire omni subiecto *(homo),* tamen secundum rem convenit; in secunda propositione dicitur praedicatum *(rationalis)* convenire omni subiecto *(omnis homo),* cui etiam convenit secundum rem; denique in tertia propositione neque secundum modum enunciandi, neque secundum rem praedicatum *(bonus)* convenit omni supposito *(homo).* Hinc triplex universalitas in propositionibus; 1. secundum modum enunciandi et non secundum rem; 2. secundum rem et non secundum modum enunciandi; 3. secundum modum enunciandi et secundum rem.

Quae cum ita sint, iam patet *dici de omni* non uno semper sumi sensu. Scholastici bifariam illud dividebant, et aliud *prioristicum,* aliud *posterioristicum* dicebant. *Prioristicum* illud est, quod s. Thomas dicit definitum ab Aristotele in libro *Priorum,* nempe est quando praedicatum inest quidem cuilibet eorum quae continentur sub universali subiecto propositionis, sed ad hoc *dici de omni* sufficit et requiritur necessario universalitas suppositorum seu subiectorum secundum *modum enunciandi* tantum (ut in prima propositione *omnis* dicit cx modo enunciandi *omnes homines),* non autem secundum rem, neque secundum universalitatem temporis, ut de se patet.– *Posterioristicum* autem *dici de omni* est illud quod in hac lectione definitur ab Aristotele et exponitur a s. Thoma, scilicet quando praedicatum inest omnibus quae continentur sub subiecto universali, et non in quibusdam quidem sic et in quibusdam non , nec aliquando sic et aliquando non, sed omnibus , per se et semper. Unde ad ipsum requiritur necessario suppositorum universalitas secundum rem et universalitas temporum.

Notat Dominicus a Flandria quod Aristoteles hic incipit libri primi Posteriorum secundum tractatum, in quo summatim determinat de his, quibus demonstrator dirigitur, et quibus utitur in demonstratione, inter quae primum recenset *dici de omni.* Praemisit autem quod demonstratio est ex necessariis et ad necessaria, quia demonstratio est syllogismus scientialis, hoc est faciens scire (Cf. supra lect. iv); quod autem vere scitur, impossibile est aliter se habere; et ideo demonstrator (qui a dialectico distinguitur) debet assumere principium et quod universaliter verum sit, ct quod verum sit secundum universalitatem suppositorum et temporum , ut dictum est de *dici de omni* posterioristico.

Verum quae diximus de universalitate suppositorum et temporum quoad *dici de omni* posterioristico sunt caute accipienda. Etenim haec propositio: *Deus est actus purus,* recte assumitur a demonstratore, et est principium ex quo innumeras theologicas veritates s. Thomas demonstrat; et quia esse actum purum *per se* inest Deo, est illa propositio etiam *de omni,* iuxta tradita a s. Doctore n. 3. Sed cum in Deo non sint partes subiectivae (non genus, non species, non individua specierum), non videtur quod illa propositio sit *de omni.* – Praeterea Deus non mensuratur tempore; et ideo praecitatac propositioni deest universalitas temporum. – Non ergo videtur recta definitio assignata *de dici de omni,* cum tamen ex recta huius principii applicatione pendeat, saltem ex magna parte, efficacitas demonstrationum nostrarum et totius scientiae humanae.

Notandum est ergo quod suppositorum *universalitas,* de qua supra dictum est, potest esse vel positiva et actualis, vel negativa et virtualis. Positiva et actualis est quando subiectum habet revera partes subicctivas (Cf. 1. *Perth.,* lect. 1, n. 7), quibus ideo omnibus et singulis tribuitur praedicatum quod subiecto universali convenit, – Negativa et virtualis, quando subiectum partes subiectivas non habet (ut in Deo est), et quia non habet, recte dici potest quod nulla sit pars subiectiva, cui praedicatum non conveniat; at si possent dari huiusmodi partes, omnibus idem praedicatum conveniret,—Similiter est dicendum de universalitate temporum. Alia est positiva et actualis, alia negativa et virtualis. Positiva et actualis est quando in omni tempore praedicatum tribuitur partibus subiectivis alicuius universalis; negativa et virtualis quando nullum est tempus in quo praedicatum subiecto non conveniat, et si darentur tempora, in quibuslibet tribueretur. Et hinc est quod", ut notat b. Albertus Magnus, Aristoteles definiens *dici de omni* posterioristicum, negative expressit universalitatem, inquiens, *non in quodam sic et in quodam non, nec aliquando sic et aliquando non* (In 1 *Poster.,* tract. 11, cap. vu, pag. 535, Opp. tom. 1).

Addit praeterea Caietanus quod universalitas temporis sive positiva sive negativa, quam significat dictum *de omni,* non oportet quod intelligatur pro omni tempore *simpliciter* et absolute, sed pro omni tempore relative, nempe pro omni tempore quo tale praedicatum habet ex natura sua quod insit tali subiecto : non enim illud tantum dicimus sempiternum quod numquam cessat, sed etiam illud (quamvis relative) quod infallibiliter suo tempore invenitur, spectatis legibus naturae, sicut dicimus quod infallibiliter eveniunt ortus ct occasus solis'. Hinc etiam omnia ista naturalia in demonstrationibus assumuntur, et sunt conclusionum demonstrativarum obiecta, quamvis constantiam legum naturalium subaudiant, quae nonnisi necessitatem hypotheticam habent, necessitatem nempe quae pendet a libera Dei voluntate ordinante et conservante naturae leges. Quapropter *dici de omni* posterioristicum exigit universalitatem suppositorum propter formam syllogismi, et insuper exigit universalitatem temporis propter materiam seti obiectum syllogismi demonstrativi, quod esse debet necessarium, ut dictum est, et ideo immutabile et perpetuum. Ergo ex hoc secundo capite talis debet esse necessitas, qualis requiritur a materia demonstrationis: non enim materia seu obiectum est propter demonstrationem, sed demonstratio est propter obiectum (Cf. supra, lect. iv, n. 9 not. π). Quia igitur et de naturalibus datur scientia, et ideo demonstratio, ct illa universalitatem absolutam non patiuntur, sed solummodo relativam; dicendum videtur quod *dici de omni* primo et principaliter dicat universalitatem temporis simpliciter, sed admittit etiam universalitatem temporis, pro tempore quo tale praedicatum inest natura sua subiecto (Cf. infra lect. xvi, n. 8.-Albert. Magn. loc. cit. – Caietan. in I *Poster.,* cap. iv, *§. Grca definitionem de omni* etc.). Manifestum tamen est quod nobilior et efficacior est scientia, cuius obiectum universalitatem temporis simpliciter habet: extra enim istam non datur nisi universalitas quaedam proportionalis.

Aliud principium syllogismi demonstrativi circumfertur, nempe: *nota notae est nota rei ipsius; repugnans notae repugnat rei ipsi.-Nota* autem, inquit Trendelenburg, nihil fere aliud valet quam praedicatum *(Elementa logices Aristoteleae. – Annotata,* §. 23, pag. g3.-Ed. octava_ Berolini 1878). Sit syllogismus: *Animal est sensitivum; homo est animal; homo est sensitivus.* Quia *sensitivum* est praedicatum scu nota subiecti *(animal)* in maiori, et hoc subiectum est praedicatum seu nota subiecti *(homo)* in minori; ideo nota seu praedicatum maioris *(sensitivum)* est in conclusione nota seu praedicatum subiecti minoris *(homo); homo est sensitivus.* Ex hoc principio verissimo putat Kant, cui consentit Trendelenburg *(Op. et loc. cit.),* perspicue inferri *dictum de omni et nullo,* quod dictum propterea, inquit, *assumi potest ut principium in ratiocinationibus rationalibus in genere, et in categoricis in specie (Logique,* vers. *Tissot,* cap. ni, §. 63, pag. 202. *Paris* 1840).-Verum, quamvis in principio *dictum de omni* inveniatur principium alterum, *nota notae* ctc., altius tamen repeti existimo principium Aristotelicum. Nam, ut in exemplo supra adducto videre est, ideo sensitivum dicitur dc *homine,* quia in maiori dictum est dc *animali,* quod in minori est nota seu praedicatum hominis. At si quaeratur cur sensitivum dici debeat dc homine ex eo quod in maiori dicitur de animali, respondetur quia animal est genus, sub quo in minori ponitur contineri homo; et quidquid dicitur *de omni* dicitur de omnibus contentis sub illo. Nempe principium *nota notae* infertur a priori ex dicto *de omni.* – Quod si quoad formam consideretur principium *nota notae* etc. magis convenire videtur cum altero principio: *Quae sunt eadem uni tertio, sunt eadem inter se :* quod potius quam materiam, respicit formam syllogismi, seu comparationem extremorum cum medio. At principium *dici de omni* directe materiam ct intimam naturam syllogismi tangit: quatenus scilicet universale subiectum cum universalitatem suppositorum complectatur, istis competit quidquid de subiecto illo affirmari potest, hoc est tangit ordinem naturae universalis ad partes suas subiectivas. Quem quidem ordinem syllogismus demonstrativus sequitur: nam de eius natura est ut ab universalioribus ad minus universalia procedat; praefatum autem ordinem non videtur indicare principium, *Nota notae* etc.

Ultimo loco quaeri potest cur Aristoteles non fecerit mentionem dc eodem principio in sensu negativo, nempe dc *dici de nullo,* quod regit syllogismos negativae conclusionis ?—Respondeo quod *oppositorum eadem est ratio,* ut fert commune adagium; ct ideo ex his quae dicta sunt dc principio affirmativo, facile est statuere naturam, conditiones et divisiones principii negativi, *dici de nullo.* – Addit Dominicus a Flandria quod Aristoteles in hoc libro determinat de demonstratione affirmativa ostensiva, quae semper utitur propositionibus de *dici de. omni,* et ideo nullam hic facit mentionem de principio negativo *dici de nullo,* de quo egit in libro *Priorum* (In I *Poster.,* qu. xtv, artic. 2).

LECTIO DECIMA

DE ALTERO PRINCIPIO QUOD EST, *DICI PER SE*

Καθ' αὑτά δ' οσα υπάρχει τε ἐν τώ τί ἐστιν, οἱον τριγώνω γραμμή καί γραμμή στιγμή (ἡ γάρ οὐσία αὐτών ἐκ του'των ἐστί, και ἐν τω λόγω τω λέγοντι τί ἐστιν ἐνυπάρχει)

καί δσοι τών ἐνυπαρχόντων αὐτοι αὐτά ἐν τω λόγω ἐνυπάρχουσι τω τί ἐστι δηλοϋντι, οἱον τό εὐθύ ὑπάρχει γραμμή καί τό περιφερέ , καί τό περιττόν καί ἀρτιον αριθμώ, καί τό πρώτον καί σύνθετον καί ισόπλευρον καί ἑτερόμηκε · και πάσι τούτοι ἐνυπάρχουσιν ἐν τω λογω. τω τί ἐστι λέγοντι ἑνθα μέν γραμμή ἑνθα δ' αριθμό . 'Ομοίω δέ καί ἐπί τών ἀλλων τά τοιαύθ' ἑκάστοι καθ' αὑτά λέγω, οσα δέ μηδετέρω ὑπάρχει, συμβεβηκο'τα , οἱον τό μουσικόν ἡ λευκόν τω ζωω.

"Ετι δ μη' καθ' ὑποκειμένου λέγεται ἀλλου τίνο , οἱον τό βαδίζον ἑτερόν τι ον βαδίζον ἐστί καί λευκόν, ἡ δ' οὐσία, καί οσα τόδε τι σημαίνει, οὐχ ἑτερον τι όντα ἐστίν δπερ ἐστίν. Τά μέν δή μη' καθ' ὑποκειμένου καθ' αὑτά λέγω , τά δέ καθ' ὑποκειμένου συμβεβηκότα.

'Ετι δ' ἀλλον τρόπον τό μέν δι' αὐτό ὑπαρχον ἑκάστω καθ' αὑτό, τό δέ μη' δι' αὐτό συμβεβηκό , οἱον εἰ βαδίζοντα ηστραψε, συμβεβηκό · οὐ γάρ διά το' βαδίζειν ηστραψεν, αλλά συνέβη, φαμέν, τούτο. Εἰ δέ δι αὐτό, καθ' αὑτό, οἱον εϊ τι σφαττομενον ἀπέθανε καί κατά την σφαγήν, δτι διά τό σφάττεσθαι, ἀλλ' ου συνέβη σφαττομενον ἀποθανεϊν.

Γα αρα λεγάμενα ἐπί τών ἁπλώ ἐπιστητών αaθ' αὑτά ούτω ὡ ἐνυπάρχειν τοϊ κατηγορούμενοι; η ἐνυπάρχεσθαι δι' αὑτά τέ ἐστι καί ἐξ ἀνάγκη . Οὐ γάρ ἐνδέχεται μη ὑπάρχειν η ἁπλώ η τά αντικείμενα, οιον γραμμή τό εὐθύ η τό καμπύλον καί ἀριθμω τό περιττόν η τό ἀρτιον. νΕστι γάρ τό ἐναντίον η στέρησι ἡ ἀντίφασι ἐν τω αὐτω γένει, οἱον ἀρτιον το μη περιττόν ἐν ἀριθμοϊ ἡ ἐπεται. "Ωστ' εἰ ανάγκη φάναι η ἀποφάναι, ανάγκη καί τα καθ' αὑτά ὑπάρχειν.

/3 Το μέν ουν κατά παντό καί καθ' αὑτό διωρίσθω τόν τροπον τούτον. z'

* Per se autem sunt quaecunque sunt in eo quod quid est, ut triangulo inest linea et lineae punctum (substantia enim ipsorum ex his est, et quae insunt in ratione dicente quid est), * Seq. cap.iv. Text. 9-

et quibuscunque eorum quae insunt ipsis, ipsa in ratione insunt quid est demonstrante, ut rectum inest lineae et circulare, et impar et par numero, et primum et compositum, et isopleuros, quod est aequilaterum, ct scalenon, idest altera parte longius ; quae in omnibus his insunt in ratione quid est dicente, huic quidem linea, huic vero numerus. Similiter ct in aliis huiusmodi, unicuique per se esse dico; quaecunque vero neutraliter insunt, accidentia sunt, ut musicum aut album animal.

Amplius quod non de subiecto dicitur alio quodam, ut ambulans: cum alterum quoddam sit ambulans, et album. Substantia autem et quaecunque hoc aliquid significant, non alterum aliquid sunt quod vere sunt. Quae quidem igitur non de subiecto sunt, per se dico ; quae vero de subiecto, accidentia.

Item, alio modo quod quidem propter ipsum inest unicuique, per se; quod vero non propter ipsum, accidens est. Ut si ambulante coruscavit, accidens est: non enim propter id quod ambulat coruscavit; sed quod accidens est, dicimus hoc. Si vero propter ipsum, per se est, ut si aliquod interfectum interierit secundum interfectionem, quoniam propter id quod interfectum est, sed non quod accidat interfectum interire. ,

* Quae ergo dicuntur in simpliciter scibilibus, per se sic sunt, sicut inesse praedicantibus, aut inesse propter ipsa, quae sunt ex necessitate. Non enim contingunt non inesse, aut simpliciter aut opposita, ut lineae aut rectum aut obliquum, et numero par aut impar. Est enim contrarium, aut privatio aut contradictio in eodem genere; ut par vel impar in numeris, secundum quod sequitur. Quare si necesse est affirmare aut negare, necesse est et quae sunt per se inesse. ' Text. io.

De omni quidem igitur et per se determinatum sit hoc modo.

Synopsis. — 1. Argumentum et divisio textus. – 2. Praepositio *per* designat quandoque *situm,* quandoque *causam;* et hoc tripliciter, nempe vel *causam formalem,* vel *materialem,* vel *causam exlrinsecam et praecipue efficientem.* -Hinc si ipsum subiectum vel aliquid eius sit *causa* vel *ratio* illius quod ipsi tribuitur, dicitur praedicatum *per se* convenire subiecto. – 3. Diversi autem sunt modi, quibus aliquid *per se* dicitur de aliquo. *Primus modus* est quando praedicatum est de definitione subiecti, videlicet quando de shbiecto praedicatur eius essentiale constitutivum, nempe *definitio* aliquid in definitione inclusum.-4. *Per se* dicitur altero *modo* quando *subiectum* ponitur in definitione praedicati, non quasi huius constitutivum essentiale , sed ut causa materialis et proprium subiectum eiusdem; videlicet secundus modus dicendi *per se* est quando proprium accidens de proprio subiecto praedicatur. – 5. Quae vero neque sunt de definitione subiecti (n. 3), neque subiectum in definitione eorum ponitur (m praeced.), per accidens praedicantur. – 6. Tertius modus dicendi *per se,* non est modus praedicandi, sed *modus existendi,* et est quando unum ita est in se, ut non possit praedicari de aliquo ut de subiecto in quo sit. – 7. Quartus modus dicendi *per se* est quando subiectum vel aliquid eius se habet ut causa efficiens praedicati, quod subiecto ipsi tribuitur. – 8. Quia proprie scibilia dicuntur conclusiones demonstrationis, in quibus passiones praedicantur de propriis subiectis, conclusiones demonstrationum includunt duplicem modum dicendi *per se,* scilicet secundum et quartum.

α **1.** Postquam determinavit " Philosophus *dici de omni,* hic determinat de ^.*per se* Et circa hoc duo facit: primo, ostendit quot modis dicitur aliquid * per se; secundo, ostendit qualiter his modis demonstrator utatur; ibi: *Quae ergo dicuntur* * etc. ' *Aliq.* om. abgh it,; add. marg. es. * Num. 8.

2. Circa primum sciendum est * quod haec praepositio *per* designat habitudinem causae; designat * *Est* ex codd.

α) *Postquam determinavit* etc. Cod. D in quo lectiones numerantur hoc modo: *distinctio prima, distinctio secunda* elc. sub eadem *distinctione* praebet hanc lectionem cum praecedenti; sequentem autem vocat *distinctionem decimam.* Codices etiam CKL litteram maiusculam, qua incipit haec lectio decima, non scribunt minio, ut assolent facere quoties nova incipit lectio. Unde videtur nec in istis codicibus haec lectio a praecedenti distingui. – Sed standum est divisioni Pinnae, quae pro se habet nedum Venetas omnes editiones, sed etiam alios codd. Et revera consuetum est s. Thomae lectiones exordiri hisce verbis : *postquam philosophus ;* ita ut quoties haec verba occurrunt, de nova lectione procul dubio agatur: esto aliquando occurrat per alia verba nonnullam incipere lectionem.

β) *Determinat de per se.* Ita P et codd.-BGH: *determinat de* (B omittit *de) dici per se;* DI: *determinat per se.* Lectio codd. BGH potest sustineri ex his quae dicit s. Thomas lect. praeced. n. 4.

Ad evidentiam modorum dicendi *per se,* de quibus cum Aristotele

etiam interdum et situm, sicut cum dicitur aliquis esse *per se,* quando est solitarius γ. Causae autem habitudinem designat, aliquando quidem *forma-*

s'cut cum dicitur quod * corpus vivit *per* animam· ' Quandoque autem * habitudinem causae *niaterialis;* sicut cum dicitur quod corpus est * coloratum *per* superficiem : quia scilicet proprium subiectum coloris est superficies*.-Designat etiam habitudinem causae *extrinsecae* et praecipue *efficientis;* sicut cum dicitur quod aqua calescit *per* ignem[3].

Sicut autem haec* praepositio *per* designat habadinent causae, quando aliquid extrinsecum est causa eius, quod attribuitur subiecto; ita quando subiectum vel aliquid eius est causa eius, quod attribuitur ei, et hoc significat *per se.*

3. Primus ergo modus dicendi *per se* ' est, quando id, quod attribuitur alicui, pertinet ad formam eius. Et quia definitio significat formam et essentiam rei, *primus modus* eius quod est *per se* * est› fiuando praedicatur de aliquo definitio vel liquid in definitione positum (et hoc est quod dicit quod per se sunt quaecunque insunt in eo, *quod quid est,* idest * in definitione indicante *quid est),* sive ponatur * in recto sive in obliquo. Sicut in definitione trianguli ponitur linea; unde linea *per se* inest triangulo ζ: et similiter in definitione lineae ponitur punctum; unde punctum *per se* inest lineae. Rationem autem quare ista ponantur in definitione subiungit dicens : *Substantia,* idest *essentia",* quam significat definitio *ipsorum,* idest trianguli et lineae , *est ex his,* idest ex linea et punctis. Quod non est intelligendum quod * linea ex punctis componatur, sed quod punctum sit de ratione lineae, sicut linea de ratione trianguli. Et hoc* dicit ad excludendum ea, quae sunt partes materiae et non speciei, quae non ponuntur in definitione, sicut semicirculus non ponitur in definitione circuli, nec digitus in definitione hominis, ut dicitur in * VII *Metaphysicae* **. Et sublungit quod quaecumque universaliter insunt in ratione dicente *quid est, per se* attribuuntur alicui.

4. Secundus *modus dicendi *per se* est, quando haec praepositio *per* designat® habitudinem causae materialis, prout scilicet id, cui aliquid attribuitur, est propria materia et proprium subiectum ipsius*. Oportet autem quod proprium subiectum ponatur in definitione accidentis : quandoque quidem in obliquo, sicut cum accidens in abstracto * definitur, ut cum dicimus, quod *simitas est curvitas nasi;* quandoque vero in recto, ut cum accidens definitur in concreto * , ut cum dicimus quod *simus est nasus curvus.* Cuius quidem ratio est, quia * cum *esse* accidentis dependeat a subiecto, oportet etiam quod definitio eius 9 significans *esse* ipsius * contineat in se subiectum. Undé secundus

agit s. Thomas, notandum est cum Caietano (in 1 *Poster.,* cap. iv, §. *Ad evidentiam* etc.) quod *per se* potest accipi dupliciter, uno modo *positive,* alio modo *negative.*– Si sumatur positive, vel est conditio incomplexorum *{substantia, corpus, vivens* etc.) et sic distinguitur contra hoc quod dico *in alio,* et constituit tertium modum dicendi *per se* (de quo loquitur s. Thomas n. 6), secundum quem substantia et quaecunque significant *hoc aliquid* (Cf. not. ξ) entia *per se* sunt; accidentia vero, ut album, ambulans etc. sunt entia *in alio.* Vel *per se* positive sumptum est conditio complexorum, quae sunt iudicia seu propositiones, v. g., *homo est animal, homo est albas* etc. et sic *per se* distinguitur contra *per accidens,* quatenus *per accidens* idem significat ac *contingenter:* quo sensu dicimus quod, *homo est animal,* est propositio *per se,* quia animal essentialiter inest homini; et quod, *homo est albus,* est propositio per accidens, quia *esse album* accidentaliter seu contingenter homini convenit. Ex hoc autem capite, scilicet quatenus *per se* est conditio complexorum, constituit tres alios modos dicendi *per se,* de quibus etiam in hac lectione est sermo. Primus modus *per se* est complexio *substantialis,* quando nempe praedicatum est de ratione subiecti ; secundus modus est complexio *extrasubstantialis,* quando scilicet praedicatum non cst .de ratione subiecti; tertius modus est complexio *causaljs,* quando scilicet in subiecto est causa praedicati quod ipsi tribuitur. De quibus omnibus modis habes exempla ex s. Thoma.

Per se* autem negative dupliciter eodem modo sumi potest: t. ut conditio incomplexi, et sic distinguitur contra hoc quod dicitur *cum alio:* quo sensu dicimus quod quantitas *per se* neque est circularis neque quadrata, quod animal *per se* neque est rationale neque irrationale : nihil aliud intendentes nisi quod quantitati secundum se praecise sumptae, puta dissociatae a quocunque determinato subiccto, in quo et cum quo concrete existit, non convenit esse neque circularem neque quadratam; et ideo potest utrunque esse: – 2. ut conditio complexi, et sic distinguitur contra *per accidens,* quatenus *per accidens* significat non quidem accidentaliter et contingenter, ut supra diximus dc *per accidens* opposito *per se* positive accepto, sed quatenus significat *per aliud.* Hoc sensu dicimus quod, *homo est albus, est* propositio per se, quia non per aliud sed per seipsum homo ab albcdinc informatur; ct ex opposito dicimus quod haec propositio *album est homo* est propositio per accidens, quia albo non convenit esse hominem, nisi quatenus id quod supponitur albedini, est homo. Neutro sensu sumptum *per se* negative constituit aliquem *perseitatis* modum. Et ideo dc *per se* positive sumpto est sermo in praesenti tectione. – Intclligct autem novitius posse facillime sophismata induci ex transitu a per se positive ad per se negative et praesertim a prima ad secundam acceptionem του *per accidens,* nempe ut dicit *contingenter* et ut dicit *per aliud.

γ) *Sicut cum dicitur* etc. Est lectio codd. (exc. IK).-P: *sicut dicitur esse aliquis per se* etc.;K: *sicut dicitur aliquid per se, quando solitarium;* HN: *sicut cum dicitur aliquem esse* etc; I: *sicut dicitur aliquid esse* etc. – Lectiones non adoptandae.

δ) *Sicut cum dicitur quod aqua calescit per ignem.* Ita ed. Piana et codd. DHKOQT. – ACEGLMNRS: *sicut cum dicitur quod aqua* (AG, *frigidum;* M omitt. tum *frig,* tum *aqua) calefit per ignem,* – Cod. I: *sicut... quod aqua est calefacta* etc. Codex denique B exemplum mutat, et legit: *sicut cum dicitur quod ferrum calefacit per ignem.* Unus ergo B ponit verbum activum *calefacit;* maior autem codd. pars idem verbum profert passive, *calefit,* hoc est accedit ad lectionem Pianam et codd. cit., quae in sensu neutro habet, *calescit.* – Manifestum est autem lectionem *calefacit* cod.'B non rectam esse.

Discrimen autem quod affertur cum additur: *sicut autem... ita quando* etc. est attendendum. Sint hae duae propositiones: *aqua calescit; aqua fluit.* Duo praedicata tribuuntur aquae, nempe *calescere* et *fluere ;* sed *calescere* tribuitur aquae per aliquid quod non est aqua, nempe per ignem; fluere autem 'convenit aquae non per aliquid quod non est aqua, sed per ipsam aquam.

ε) *Primus ergo modus dicendi per se etc.* – Dc primo et secundo modo dicendi *per se* redibit sermo lect. xxxv, n. 4, ubi s. Thomas addit quod alii modi dicendi *per se* ad duos istos priores reducuntur. Primus ergo modus dicendi per se est quando praedicatum est vel ratio seu definitio subiecti, vel est de ratione seu definitione subiecti vel in ipsa subiecti definitione includitur; sicut si quaeratur: quid est homo? respondetur: *animal rationale;* vel, *animal,* vel, *rationale.* Respondetur enim per praedicata quae ingrediuntur definitionem hominis: nam *animal rationale* est definitio hominis; *animal* est totum potentiale et pars quasi materialis essentiae metaphysicae, seu *genus* (Cf. l *Perih.,* lect. vm, n. 9, 10, et not. x ct v); *rationale* est pars formalis, seu differentia constitutiva hominis (Cf. lect. cit. *Perth.).* Ex his intelliguntur exempla quae ponuntur de *linea* in definitione trianguli, et de puncto in definitione lineae. Etenim si quaeratur quid sit triangulus, respondetur triangulum definiendo quod sit *figura constans ex tribus tantum lineis,* et si quaeratur quid sit linea, respondetur quod sit *longitudo latitudinis expers, cuius partes punctis terminantur et copulantur.*

Primum modum dicendi per se (sicut et secundum) Scholastici iterum dividebant in per se primo (quando praedicatum quod est dc ratione subiecti est convertibile cum eo , quia adaequat universalitatem ipsius subiecti), et in per se secundo (quando illa convertibilitas non habet locum). Sed de his infra lect. xt.

ζ) *Unde linea* etc. Cod. M: *unde linea similiter inest per se triangulo* (hanc transpositionem habent etiam CHS), *et in definitione* etc. Sed est tectio non probanda.

η) *Substantia, idest, essentia.* – Piana: *substantia autem, idest essentia;* sed *autem* non est neque in versionc nostra latina, neque in textu graeco. In uno enim et in altera tegitur *enim:* ἡ γὰρ ουσια. Codd. (exc. H) omittunt *autem;* M habet *enim,* quod etiam additur in margine cod. C.

θ) *Oportet etiam quod* etc. Est lectio P.-Codd. A1MNS omittunt *etiam,* quod a codd. BCO postponitur ita: *oportet quod definitio etiam* etc. – H: *oportet definitio eius* etc. – Codd. KLQ: *oportet quod etiam definitio eius etc.: et* haec tectio melior videtur.

modus dicendi *per se* est, quando subiectum ponitur in definitione praedicati*, quod est proprium accidens eius Et hoc est quod dicit, *et* per se dicuntur *quibuscunque eorum* *, idest de numero eorum, *quae insunt ipsis,* idest subiectis accidentium, *ipsa* subiecta *insunt in ratione demonstrante quid est* ipsum accidens, idest in definitione accidentis. Sicut *rectum et circulare insunt lineae* per se: nam linea * ponitur in definitione eorum. Et eadem ratione *par* et *impar* per se insunt numero, quia numerus in eorum definitione ponitur *: nam *par* est numerus medium habens. Et similiter *primum* et *compositum* per se praedicantur de numero, et numerus in definitione eorum ponitur. Est enim *primum* in numeris, numerus qui nullo alio numero mensuratur, sed sola unitate, ut *septenarius* *. Compositus autem numerus est, quem etiam alius numerus mensurat, sicut *novenarius.* Et similiter *isopleuros,* idest *aequaliterum,* et *scalenon,* idest trium inaequalium laterum et altera parte longius \ *per se* insunt triangulo, et triangulus ponitur in definitione eorum. Et ideo subiungit quod, subiecta quae* insunt omnibus praemissis accidentibus in ratione dicente *quid est,* idest in * definitione *, sicut alicui praedictorum accidentium inest linea, alicui vero numerus, et similiter in aliis, *unicuique,* inquam, ipsorum subiectorum, *perse inesse dico sttitm accidens* *.

5. Quae vero praedicata ncutraliter insunt, idest neque ita quod ponantur in definitione subiectorum, neque subiecta in definitione eorum, sunt accidentia, idest *per accidens* praedicantur, sicut musicum et album praedicantur de animali per accidens P

6. Deinde cum dicit: *Amplius quod non* etc., ponit alium modum eius, quod est *per se,* prout *per se* significat aliquid solitarium, sicut dicitur ' v quod *per se est* aliquod particulare, quod est in genere substantiae, quod non praedicatur de aliquo subiecto *. Et huius ratio cst, quia cum dico, ' Cf. sup. not. β. *ambulans* vel *album,* non significo ambulans vel album, quasi aliquid *per se* solitarium existens, cum intelligatur aliquid aliud esse quod sit ambulans vel album. Sed in his ξ, quae significant ζ

* Cf. *Perih.*, lect. iv, not. δ.

t

• ι : *linea enim.*

' a : *cum in eor. def. ponatur ;* cdeiklst : *qui in eor. def. pon. ;* mno : *quia in eor. def.pon.* ;r : *quod in.*

' Codd. - p: *binarius.*

λ

* Codd. - p : *omnia subieeta insunt.*
* *In* ex codd.
* n : *definitione eorum.*

' *eu.-, ines.praedicata dico, secund. suum accidens;* sed non recte.

' Cf. sup. not. β.
- η : *de aliquo alio subiecto.*

i) *Quando subiectum ponitur in definitione praedicati quod est proprium accidens eius.* **Notanda est distinctio inter secundum et primum modum dicendi *per se*. In primo modo praedicatum est definitio vel dc definitione subiecti, uti explicatum est; in secundo modo praedicatum non est definitio neque de definitione subiecti (non enim rectum vel curvum sunt definitio vel de definitione lineae), sed e converso subiectum ponitur in definitione praedicati, sicut linea in definitione recti et curvi. Subiectum autem non potest esse de definitione praedicati (quod est accidens), quasi sit aut pars intrinseca praedicati aut accidens eiusdem (Cf. I. *Perih.*, lect. iv, not. o); sed quia, ut ait s. Thomas, proprium subiectum ponitur in definitione accidentis, cuius est esse in subiecto, et consequenter ideo ponitur determinatum subiectum in definitione accidentis, quia accidens est propria passio huius subiecti. Accidens proprium in cuius definitione ponitur subiectum, praedicatur de eodem subiecto in secundo modo dicendi per se; sicut in definitione imparis dicitur quod sit *numerus carens medio;* et ideo haec propositio de numero: *numerus est par vel impar* est in secundo modo dicendi *per se*.**

Hac autem in re sanctus Thomas, aiens quod in secundo modo dicendi per se subiectum ponitur in definitione accidentis, quia accidens dependet a subiecto quoad substentationem, errare videtur Bartholomaeo Amico: nam, inquit Auctor iste, hac ratione omnia accidentia praedicarentur per se in secundo modo, contra textum Aristotelis et veritatem (*In libros Aristotelis Perihermenias, Priores et Posteriores analyticos, notae et disputationes*. Neapoli, 1626, tract. XXVI, disp. 1, qu. ix, dubitat. ni, art. i, pag. 283, coi. 1).

Sed verba s. Thomae non attente consideravit Amicus: non enim s. Doctor loquitur de accidente in genere, sed de accidente proprio; ut scilicet sicut in definitione accidentis in genere ponitur subiectum commune a quo substentatur et dependet quoad esse, ita in definitione accidentis proprii ponitur *proprium subiectum,* a quo solo esse accidentis dependet et in quo solo esse potest. – Hinc inferri non potest quod omnia accidentia praedicentur per se in secundo modo, sed quod omnia accidentia *propria*. Quod est verum, et secundum mentem Aristotelis ac s. Thomae, imo ipsius Auctoris praecitati.

Notandum deinde quod subiectum potest poni in ratione praedicati dupliciter: vel secundum seipsum, sicut quando dicitur quod *par est numerus divisibilis bifariam;* quod *impar est numerus non divisibilis bifariam*. Vel non secundum seipsum sed secundum aliquid sibi intrinsecum et essentiale, sicut cum dicitur, *Isosceles habet tres angulos:* loco subiecti *triangulus,* ponitur habere *tres angulos,* scilicet id quod est de essentia subiecti, quod est triangulus. – Ad propositionem per se in secundo modo sufficit quod subiectum ponatur in definitione praedicati, sive secundum se sive secundum aliquid sibi intrinsecum.

x) *Et hoc est quod dicit, et per se* etc.-Codd. BCHMS: *et hoc.... dicit quod per se* etc.; K ct *marg.* S : *quod etiam per se*.- Codd. BCDEGI KLMOQRST: *et hoc est... quibuscunque eorum* , quae est lectio conformis textui aristotelico a s. Thoma recitato, quamque propterea adoptamus loco Pianae: *quaecunque eorum*. – Ob eamdem causam non admittimus lectionem cod. I: *quae per se insunt,* et retinemus *ipsis* Pianae: quamvis codices omnes hoc vocabulo careant ac legant: *quae insunt subiectis* (CHS, *substantiis'), idest accidentium* etc. Legimus tamen cum eisdem (exc. M) et textu: *ipsa subiecta insunt etc.;* PM: *et ipsa subiecta insunt* etc. Placet etiam lectio cod. N : *ipsa, idest subiecta, insunt.*

λ) *Et similiter isopleuros... et altera parte longius.* Haec sola verba textus Aristotelis habet: καὶ ισόπλευρον καὶ ἑτερόρηκε;. Dubitatur a commentatoribus utrum ad numeros an ad figuras referenda sint haec exempla (Cf.Bonitz, *Ind.Aristotelic.*, voc. ἑτερόρηκε pag. 290, coi. 1.– Ed. cit. in lect.i, not.O). Philoponus illa interpretatur de numeris : «Alexander, *inquit,* μ) non de numeris, sed de figuris accepit» (Ini *Poster., §. Et quibuscunque eorum* etc., pag. 22, coi. 1— Ed. cit.). B. Albertus Magn. in I *Poster.,* tract. II, cap. ix, pag. 53γ, col. i (Opp. tom. I), admittere videtur tum numeros tum figuras : « In definitione paris et imparis, *inquit,* vel primi, ve! compositi, vel quadrati et altera parte longioris quadranguli inest in una parte linea, in alia parte numerus. Est enim quadrangulum altera parte longius numerus vel linea cuius ductus longior est radice; sicut quando numerus minor ducitur in maiorem vel e converso, ut ter in quatuor, vel quum linea bicubita ducitur in circulatam.» – Mentem Alexandri, çotius quam litteram Aristotelis, prae oculis habuit qui καὶ ισόπλευρον καὶ ἑτερόρηκε; vertit, *et isopleuros, quod est aequilaterum, et scalenon, idest altera parte longius:* qua versione usus est Averroes in I *Poster.,* comment. IX, §. *Et per se quidem dicitur quatuor modis* etc., illamquc adhibuit s. Thomas, quin ad textum graecum hoc in loco recurreret, quia res non magni momenti est.

p) *Praedicantur de animali per accidens.* Codd. – P : *praedicantur per accidens de animali,*– In hisce propositionibus: *animal est album; homo est musicus; album* et *musicum* praedicantur *per accidens,* sed quatenus per accidens positive sumitur, et significat *accidentaliter* seu *contingenter;* non autem quatenus *per accidens* sumitur negative et significat *per aliud.* – Cf. quae hac de re adnotavimus supra not. β.

ν) *Sicut dicitur* etc. – Cod. D : *sic enim per se dicitur esse aliquod particulare.* Et videtur haec esse lectio aliorum codd. Etenim codd. BCEKLMQRST habent et ipsi : *sic enim* (L omitt. *enim) dicitur;* AGHO: *sicut enim;* sed *sicut,* admisso *enim,* falsa est lectio;'unde forte amanuensibus horum codd. irrepsit *sicut* pro *sic.* – ABCG1KLMNT: *dicitur per se esse;* R: *dicitur per se aliquod;* S: *dicitur esse;* marg, add., *per se.* -ABG1KMN: *aliquid particulare* (I, *singulare);* ABCGIMNOS: *particulare in genere substantiae;* H: *sicut enim dicitur aliquod particulare;* O: *sicut enim dicitur per se aliquod particulare in genere substantiae;* Q: *sic enim per aliquod particulare.*

ξ) *Sed in his quae significant hoc aliquid.* Ita, ut ex contextu est manifestum, legit recte editio Piana.– Codd. (exc. NR) : *et praecipue in iis quae significant hoc aliquid* (B: *quae hoc aliquid significant).* – N: *et in his quae significant praecipue hoc aliquid.* Quae lectio minus perspicua videtur. Opponit enim s. Thomas ea quae nonnisi subiecta sunt et non in subiecto *(sed in his quae significant hoc aliquid* etc.), iis quae praedicantur de subiecto, sicut in subiecto existentia *(cum dico ambulans vel album).* Unde *sed* videtur esse legendum, non et.– Lectio *in his praecipue,* quam habent praecitati codices, magis confirmare videtur superiorem lectionem Pianam, *sicut dicitur,* de qua in praecedenti nota. Cum enim s. Thomas quoad tertium modum dicendi *per se,* prout

iibCfїPefcct™.' not. β.

^oc scilicet in primis substantiis *, hoc non contingit. Cum enim dicitur *Socrates* vel *Plato,* non intelligitur quod sit aliquid alterum, quam id quod vere ipsa sunt *, quod scilicet sit subiectum eorum. Sic igitur hoc modo quae non praedicantur de subiecto sunt *per se* *, quae vero dicuntur de subiecto, scilicet*sicut in subiecto existentia, accidentia sunt. Nam quae dicuntur de subiecto*, sicut universalia de inferioribus, non semper accidentia sunt. – Sciendum * est autem quod iste modus non est modus praedicandi, sed modus existendi0. Unde etiam in principio non dixit, *per se dicuntur,* sed, *per se sunt n.*

* H! *quam quod*

• Codd. (exc. 01): *per se sunt.*
• Codd. - ph omitt. *scilicet.*
• 1 omitt. *de subiecto.*

η. Deinde cum dicit: *Item alio modo* etc., ponit quartum modum, secundum quod * haec praepositio *per* designat*habitudinem causae efficientis vel cuiuscunque alterius p. Et ideo dicit quod quidquid inest unicuique propter * seipsum, *per se* dicitur de eo; quod vero non propter * seipsum inest alicui, *per accidens* dicitur, sicut cum dico *: *hoc ambulante coruscat.* Non enim propter id quod ambulat, coruscavit *; sed hoc dicitur secundum accidens *. Si vero quod praedicatur insit subiecto propter seipsum, *per se* inest, ut si dicamus quod* interfectum interiit : manifestum est enim 0 quod propter id quod illud interfectum est, interiit, et non est accidens quod interfectum interierit.

* ABGio : *notandum est ;* CMS : *notandum tamen.*

0

* Codd. - phioq : *see. quem.*
* hm: *denotat.*

P

* Codd. - PBO : *per.*
* Ut snpr.-Codd. (exc. BLO): *ipsum.*
'bhklno: *dicitur.*

8. Deinde cum dicit: *Quae ergo dicuntur* etc., ostendit qualiter utatur praedictis modis demonstrator*. Ubi notandum est quod cum scientia proprie * sit conclusionum, intellectus autem principiorum*, proprie scibilia dicuntur conclusiones demonstrationis , in quibus passiones * praedicantur de propriis subiectis *. Propria autem subiecta non solum ponuntur in definitione accidentium, sed etiam sunt causae eorum *. Unde conclusiones demonstrationum *rum sunt.* includunt duplicem modum dicendi *per se,* scilicet *secundum* et *quartum.* Et hoc est quod dicit quod illa quae praedicantur * *in simpliciter scibilibus,* hoc est, in conclusionibus demonstrationum, *sic sunt per se, sicut inesse praedicantibus,* idest sicut quando subiecta insunt in definitione accidentium, quae de eis praedicantur, *aut inesse propter ipsa,* idest quando praedicata insunt subiecto propter ipsum subiectum, quod est causa praedicati. – Et consequenter ostendit quod huiusmodi scibilia sunt necessaria: quia non contingit quin proprium accidens praedicetur de subiecto r. Sed hoc * est duobus modis. Quandoque quidem *simpliciter,* sicut cum unum accidens convertitur cum subiecto, ut *habere tres* cum *triangulo,* et *risibile* cum homine. Quandoque autem duo opposita sub disiunctione accepta ex necessitate subiecto insunt, ut lineae aut *rectum* aut *obliquum,* et numero *par* aut *impar.* Cuius rationem ostendit, quia *contrarium, privatio* et *contradictio* sunt in eodem genere. Nam privatio nihil aliud est, quam negatio in subiecto determinato. Quandoque etiam * contrarium aequiparatur negationi in aliquo * genere, sicut in numeris idem est *impar* quod *non par* seeundum consequentiam ". Sicut ergo necesse est affirmare vel negare, ita necesse est alterum eorum, quae per se insunt, proprio inesse subiecto.

Deinde epilogat dicens: *De omni quidem* etc. Quod est planum *.

'Cf.iect. n, n,3.

' H; caus- &›‹›-

':^ urKNQ·: *fo-*

CM: T *sed etiam hoc.*

· L: *autem.*

· 0: *in eodem*

u

h»-™! «m'/

* h : *per «e dem.*

* *Proprie* ex codd.
* Cf.lect.vn,n. 6.
* o : *propriae pass.*

significat aliquid solitarium, affert exemplum de *substantia singulari,* non loquitur in sensu exclusive, quasi nempe *per se* in hoc tertio modo non possit dici nisi de singularibus substantiis. Et hinc est quod hoc loco expressius codices reficiunt hunc sensum exclusivum per adverbium *praecipue.* Sed supra etiam lectio P, *sicut dicitur,* magis remota est a sensu exclusive, quam *sic enim* codd.

Sciendum est quod penes s. Thomam et Scholasticos, *hoc aliquid* proprie dicitur individuum in genere substantiae. Et hinc est quod *substantiae primae* (Cf. *Perih.,* lib. I, lect. x, not. β) indubitanter *hoc aliquid* significant; sed *secundae substantiae* (Cf. ib.) etsi videantur *hoc aliquid* significare, magis tamen significant *quale quid* (Cf. ib. not. λ). Individuum autem in genere substantiae non solum habet quod per se possit subsistere, sed quod sit aliquid completum in aliqua specie et genere substantiae, puta in specie et genere substantiae rationalis, sensitivae, viventis, corporeae vel incorporeae: qua de causa manus, pedes aliaeque corporis partes, magis dicendae sunt partes substantiae, quam simpliciter substantiae vel primae vel secundae; quia licet non sint in alio sicut in subiecto (quod proprie substantiae est), non tamen participant complete naturam alicuius speciei: manus enim, e. g., quae est pars integralis corporis humani, est humana, quia de natura hominis participat, sed non est *homo.* Unde non sunt in aliqua specie, neque in aliquo genere nisi per reductionem, eo nempe modo quo pars reducitur ad speciem totius, quamvis non species sit, ut dictum est. – Duo igitur requiruntur ut subiectum sit *hoc aliquid:* quorum unum est ut sit individuum in genere substantiae; alterum est quod sit aliquid completum in aliqua specie vel genere substantiae, vel absolute et per se ipsum, vel quatenus est forma substantialis potens per se subsistere et una simul perficiens aliquam speciem. Quo sensu anima humana est *hoc aliquid,* quia per se est potens subsistere, non quasi habens in se completam speciem (non enim anima est homo), sed quasi perficiens speciem humanam, ut forma corporis : unde similiter est forma et hoc aliquid (Cf. s. Th. Qq. disp., qu. *De anima,* artic. i).

0) *Sed modus existendi.-H: sed potius modus existendi;* A: *quod iste non est modus praedicandi, sed modus essendi, vel existendi;* OR: *sed modus essendi;* CMN: *sed essendi.* .

π) *Non dixit, per se dicuntur* etc. Ita codd., exc. N, qui habet: *dixit non per se dicuntur, sed per se sunt.* – P: *dixit, per se sunt, et non, per se dicuntur; H: in principio Aristoteles non dixit* etc.

p) *Designat habitudinem causae efficientis vel cuiuscunque alterius.* Circa quartum modum perseitatis, inquit Caietanus (in I *Poster.,* cap. iv, § *Circa quartum modum* etc.), diligenter adverte subtilissimam s. Thomae expositionem, secundum quam iste quartus modus distinguitur a secundo formaliter, quia perseitas secundi est formaliter perseitas praedicationis (quatenus subiectum ponitur in ratione praedicati, uti supra dictum est), sed perseitas in quarto modo est perseitas causalitatis formaliter (quatenus scilicet praedicatum attribuitur subiecto ratione alicuius causalitatis). Et quia contingit quandoque quod idem sit per se causa alicuius et per se subiectum eiusdem, ut patet de subiecto respectu propriae passionis; ideo quandoque secundus modus et quartus, ut docet s. Th. seq. n. 8, coincidunt in unam propositionem secundum diversas eius conditiones (ratione nempe *subiecti* et ratione *causalitatis).* Ex. g., in hac propositione: *Animal rationale mortale est risibile,* subiectum *(animal)* ponitur in ratione praedicati et subiectum est propria causa illius praedicati. «Unde, *concludit Caietanus* (ib.), non intelligunt s.Tho» mam qui eius expositionem impugnant. Et ex rudi ingenio provenit › impugnare hoc, quia *(inquiunt adversarii)* quartus modus requirit cau» sam, quae ita sit causa quod non subiectum... Hoc enim falsum est.»

σ) *Manifestum est enim* etc. Plana et conformior modo dicendi in praecedenti exemplo est haec lectio Piana. – D omittit *est enim ;* E om. *enim quod;* ceteri codd. (exc. B) omittunt *enim.* – Deinde DNKT legunt *interiit,* omisso *illud,* vel *aliquid,* ut habent alii codices, non tamen ante *interfectum,* sed ante *interiit.* – N : *et hoc non est accidens;* BK: *ct non est secundum accidens:* quae bona vidçtur lectio. Denique cod. L: *manifestum est quod propter id quod interfectum est interiit, et non accidens intereat. Deinde etc.;* H: *manifestum est quod propter id quod interfectum est interierat* (et *interierat* habet O). *Deinde* etc. Quae ultimae lectiones ex oscitantia amanuensium plura omittunt, et sententiam obscuram reddunt. Omnes autem codices (exceptis, ut notavimus, HO) legunt cum L, *intereat.*-Supra (Si *vero* etc.), codd. (exc. HO): si *vero quod* (N, *illud quod) praedicatur insit subiecto propter ipsum, per seest;HO: si vero... propter seipsum per se dicitur (O, per se est).*

τ) *Quin proprium accidens etc.* – Cod. C : *non contingit quod proprium accidens non (non* in nota marginali et bene apponitur) *praedicetur de subiecto :* quae lectio reddit eumdem sensum ac Piana» – Cod. B : *non contingit quin accidens praedicetur de subiecto;* et amanuensis omittit *proprium,* quo sublato, sententia falsa est et contra mentem s. Thomae.

υ) *idem est impar quod non par, secundum consequentiam:* quia scilicet, dato quod numerus sit *impar,* sequitur quod non sit *par* et viceversa. - LQRS : *idem est impar et non par secundum* etc. - C : *idem est par et impar secundum consequentiam;* E: *idem est imper quod per secundum* etc.; O : *idem est par quod non par secundum* etc. Sed hae lectiones codd. CEO sunt reficiendae. – Pianam habent ceteri codices.

LECTIO UNDECIMA

de tertio principio quod est, *dici ut universale*, et de modo QUO *UNIVERSALI* UTITUR DEMONSTRATIO

73 V

Καθόλου δέ λέγω δ αν κατά παντό τε ὑπάρχη καί καθ' αὐτό καί η αυτό.

Universale autem dico quod, cum de omni sit, et per se, et secundum quod ipsum est. ♦ Seq.cap.iv. Text. ll.

Φανερόν άρα οτι οσα καθόλου, εξ ανάγκη υπάρχει τοϊ πράγμασιν.

Manifestum igitur est quod quaecunque sunt universalia, ex necessitate insunt rebus.

Τό καθ' αύτό δέ καί ή αύτό ταύτόν, οίον καθ' αύτήν τη γραμμή ὑπάρχει στιγμή καί τό εὐθύ- καί γάρ η γραμμή- καί τω τριγώνω η τρίγωνον δύο όρθαι- καί γάρ καθ' αύτό τό τρίγωνον δύο όρθαΐ ίσον.

Per se autem et secundum quod ipsum est, idem est, ut per se lineae inest punctum et rectitudo: et namque secundum quod linea est, et triangulo secundum quod est triangulus duo recti, etenim per se triangulus duobus rectis aequalis est.

Τό καθόλου δέ ὑπάρχει τότε, όταν έπί τοΰ τυχόντο καί πρώτου δεικνυηται.

Universale autem est tunc cum in quolibet et primo demonstratur.

Οίον τό δύο όρθά έχειν ούτε τω σχηματί έστι καθόλου- καίτοι εστι δεΐξαι κατά σχήματο ότι δύο όρθά έχει, άλλ' ού τού τυχόντο σχήματο - ούδέ χρηται τω τυχόντι σχηματι ό δεικνύ - τό γάρ τετράγωνον σχήμα μέν, ούκ έχει δέ δύο όρθαΐ ϊσα . Τό δ' ισοσκελέ έχει μέν τό τυχόν δύο όρθαΐ ίσα , άλλ' ού πρώτον, άλλα τό τρίγωνον πρότερον. "Ο τοίνυν τό τυχόν πρώτον δείκνυται δύο όρθά έχον η ότιούν άλλο, τούτω πρώτω ὑπάρχει καθόλου,

Ut duos rectos habere neque cuilibet figurae inest universaliter, et tamen est demonstrare de figura quod duos rectos habet, sed non cuiuslibet figurae est, neque utitur qualibet figura demonstrans; quadrangulus enim figura quidem est, non autem habet duobus rectis aequales. Sed isosceles habet quidem quodlibet duobus rectis aequales, sed non primum, sed triangulus prius. Quod igitur quodlibet primum monstratur duos rectos habere, aut quodcunque aliud, huic primo inest universale;

και ή άπόδειξι καθ' αύτό τούτου καθόλου έστί, τών δ' άλλων τρόπον τινα ού καθ' αύτό- ούδέ τού ισοσκελού ούκ έστι καθόλου, άλλ' έπί πλέον.

et demonstratio per se huius .universalis est, aliorum autem quodammodo et non per se; neque isoscelis non est universaliter, sed frequentius.

Synopsis. — 1. Argumentum et divisio textus.-2. Universale, de quo hic est quaestio, non accipitur prout dicit aliquid commune pluribus, sed prout importat quandam adaequationem praedicati ad subiectum. – 3. Porro hoc universale est id quod de subiecto praedicatur *universaliter,* quod *per se* inest subiecto, quod subiecto convenit *secundum quod ipsum,* non secundum aliud. – 4. Corollarium. Ergo hoc universale necessario inest subiecto, de quo praedicatur. – 5. *Per se* et *secundum quod ipsum est* inesse subiecto idem realiter sunt in definitione *universalis.* – 6. Universale addit supra *dici de omni* et *per se,* quod *primo* demonstratur inesse ei de quo praedicatur,-7. Explicatur exemplo trianguli cuius *per se primo* est habere tres angulos aequales duobus rectis. – 8. Demonstratio *per se* est huius universalis, prout nempe universale *per se* et *primo* praedicatur.

α

1. ostquam Philosophus determinavit de ^U^*dici de* * *omni* et *per se,* hic determinat de *universali.* Et dividitur in duas partes: in prima, ostendit quid sit universale; in secunda, ostendit*quomodo in acceptione universalis contingit * errare; ibi: *Oportet autem non latere*etc.* Circa primum duo facit: primo, ostendit quid sit universale; secundo, ostendit quomodo demonstrator universali utatur; ibi: *Demonstratio autem per se*etc.* Circa primum duo facit: primo, ostendit quod universale continet in se et *dici de omni* et* *per se;* secundo, ostendit quid supra ea * addat; ibi: *Universale autem ** etc.*

2. Ad evidentiam autem eorum, quae hic dicuntur, sciendum est quod universale non hoc * modo hic accipitur, K prout omne quod praedicatur de pluribus universale dicitur, secundum * quod Porphyrius determinat de quinque universalibus; sed dicitur hic universale * secundum quandam adaptationem vel adaequationem praedicati ad subiectum, cum scilicet neque praedicatum invenitur extra subiectum, neque * subiectum sine praedicato *.

3. His autem visis, sciendum est quod circa primum tria facit. Primo dicit quod *universale y,* scilicet praedicatum, est quod et *de omni est,* idest universaliter praedicatur de subiecto, et etiam *per se,* scilicet inest ei, idest convenit subiecto *secundum quod ipsum subiectum est.* Multa enim universaliter de aliquibus praedicantur, quae non

• *Dicidec*codd. –acoelnt : et de per se..... a : de universale.*

' *Ostendit* ex codd.

* h : *contingat.*

• Lcct. Xlt.

' Num. 8.

* dg : *et dici.*

* *Ea* omitt. 1 t. *. Num. 6.

* h : *eodem.*

α

•b : *prout Porphyrius.* –1 : *determinavit.* Porphyrius.

* Codd.(exc. a b): *universale praedicatum see.*

β

* ABCDGKLMOST : *neque sit.*

• g o : *extra praedicatum.*

γ

α) Λ'ο» *hoc modo hic accipitur* (G, *sumitur).* Ita codd. et est lectio praeferenda Pianae : no» *hoc modo accipitur. Universale* enim sub diversa significatione accipi potest, ut manifestatur per ea quae de Porphyrio adduntur; unde statuitur a s. Thoma sensus quo *hic* accipitur universale.

β) *Secundum quandam adaptationem.* Retinemus hanc lectionem Pianam. —Codd. ABGH legunt: *secundum quod importat quandam etc.* – Codd. ABCGH1KLMOS legunt, et forte melius : *quandam adaequationem,* omissis *adaptationem vel;* E omitt. *vel adaequationem;* D: *adaequationem, adaptationem.*

γ) *Primo dicit quod universale* etc. Utile duco variantes codd. et P lectiones ob oculos lectorum ponere.-H: *Primo dicit quod universale est simpliciter quod et de omni est... per se inest ei, idest* etc.; M: *Primo dicit quid est universale, scilicet praedicatum, quod de omni est;* R: *Primo dicit scilicet quod universale praedicatum est quod et de omni est;* BG om. *scilicet* quod M habet ante *praedicatum,* sed additur in marg. G; ABDEKLT habent lectionem codd. HMR: *quod et de omni est;* NS: *est et quod de omni est;* O: *est quod de omni dicitur.* - C duas habet lectiones. Prima manu : *primo dicit quod universale, scilicet praedicatum, etiam dst quod de omni, idest* etc. Quae lectio secunda manu corrigitur: *primo dicit quod universale, scilicetpraedicatum, est quod de omni est* etc. – P et ceteri codices: *est etiam quod de omni est.* – ABCDHKMNOST om. *scilicet* ante *inest ei;* L loco *scilicet* legit *idest;* PR *omitt. idest* ante *convenit subiecto.* – Cum ergo lectio, *est quod et de omni... idest convenit,* maioris et melioris partis codd. sit, eam adoptavimus.

conveniunt eis per se, et * secundum quod ipsa s. Sicut omnis lapis coloratus est; non tamen * secundum quod lapis *, sed secundum quod ** est superficiem habens.

4. Secundo; ibi: *Manifestum igitur* etc., infert quoddam corollarium ex dictis, dicens quod, ex quo unjversaje est, qUOd per se inest; quae autem per se insunt ex * necessitate insunt, ut supra ostensum est *; manifestum ** est quod universalia praedicata, prout hic sumuntur, ex necessitate insunt rebus, de quibus praedicantur.

5. Tertio; ibi: *Per se autem* etc., ne aliquis crederet aliud esse quod in definitione universalis dixerat'per *se,* et *secundum quod ipsum est**, ostendit * quod *per se* et *secundum quod ipsum est,* idem est . Sicut lineae *per se* inest punctum primo modo, et rectitudo secundo modo: nam utrunque inest ei secundum quod linea est. Et e converso ç

’*.· «ëȷ sec.; o: errone^

* *Tamen* om. cm. * o : *lapis, est coloratis, sed. ipsum est* etc.

'Codd.-rx: *de.* ^Leci.praeced., NRM°d«âdeXcma- bmZ sed non

*

omitt. «;,· et ita ^°dd· ‹exc· *)= * BCCMNOT : *sunt.* î

3) *Non conveniunt eis* etc. Haec lectio integra datur a cod. M, cantique adoptamus, tum quia indicatur a s. Thoma: *de aliquibus,* tum quia erui potest ex aliis codicibus. – P : *non conveniunt ei per se, et secundum quod ipsum est.* Sed *est* omittitur a codd., exc. N, qui habet: *non conveniunt subiecto per se et secundum quod ipsum est.* Hanc lectionem adoptarem si alii codices consentirent. – HK legunt partim cum M, nempe, *non conveniunt eis,* partim cum aliis codd., videlicet, *secundum quod ipsum.*

« Patet, *inquit b. Albertus Magn.,* quod hoc quod dico *de omni* et » *per se* conditiones sunt praedicati relatae tamen ad subiectum; id au- » tem *secundum quod ipsum est,* est condictio subiecti: ut sit sensus, » quod universale sit alicuius subiecti praedicatum de ipso quoad omnes » partes subiecti, non secundum quod partes sunt, sed secundum quod » univocantur et uniuntur in forma speciei communis; et per se, sive » essentialiter, ita convenit omnibus partibus subiecti, quod cuilibet con- » venit in quantum stat sub forma speciei, et non secundum quod est » determinata in substantia et forma partis » (In I *Poster, analytic.,* tract. II, cap. xit, in princ.-Opp. tom. I, pag. 641).

ε) *Ne aliquis crederet* etc.– GQ: *ne quis crederet* etc.; L: *ne aliquis crederet quod in definitione universalis dixerat aliud esse per se* etc.; M: *ne aliquis crederet aliud quod* etc.; N: *ne aliquis crederet diversum esse quod* etc. Retinemus Pianam, quae est lectio aliorum codd.

ζ) *Et e converso triangulo* etc. – Cod. A: *et ita.* – BCDEGH1KL MOST : *et e converso* (R om. *e converso) triangulo* etc.; N : *secundum quod linea. Similiter primo triangulo insunt duo recti* etc. ; P : ct *similiter triangulo* etc. Praetulimus *e converso* codd. τω *similiter* PNQ ct τω *ita* cod. A. – Etenim s. Thomas exponit Aristotelem probantem per exempla *per se* et *secundum quod ipsum* idem esse. In primo ergo exemplo dicit quod punctum inest lineae per se, in primo modo dicendi per se, et ipsi inest rectitudo vel curvitas in secundo modo dicendi per se, *quia* tum punctum tum rectitudo insunt lineae *secundum quod ipsa,* seu secundum quod linea est. – In secundo exemplo dicit quod triangulo secundum quod ipsum, seu secundum quod triangulus est, convenit habere tres angulos valentes duos rectos, *quia* habere tres angulos duobus rectis aequales *per se* inest triangulo. Ex quibus tacite concluditur quod *per se* et *secundum quod ipsum* idem sunt. Quod erat probandum. Sed nota quod in primo exemplo *per se* infertur ex *secundum quod ipsum,* in secundo autem exemplo *secundum quod ipsum* infertur ex *per se*. Ergo *e converso* est legendum, magis quam *similiter.*·

In gratiam novitiorum subnectimus *Schema* omnium modorum *dicendi* quibus utebantur scholastici in ordinandis propositionibus, quae demonstrationi inserviunt.

.SCHEMA

I. *Dici de omni,* prout eo utitur demonstratio, est quando praedicatum ita subiecto universali tribuitur, ut absolute non sit accipere aliquod subiectum sub illo universali positum, cui ipsum praedicatum non conveniat necessario (I.ect. ix, n. 4, seq.).

II. *Dici per se* est quando in propositione praedicatum dicitur de subiecto ratione ipsius subiecti, vel secundum rationem existendi, vel secundum rationem causae formalis, materialis, efficientis aut cuiuscunque alterius (I.ect. x, n. 2).-Sunt ergo quatuor modi dicendi per se.

1. Primus modus dicendi *per se* est quando de subiecto dicitur praedicatum quod est vel eius definitio *(homo est animal rationale);* vel aliquid de eius definitione *(homo est animal;* vel, *homo est rationalis).*

N. B. Quae praedicantur in hoc primo modo non sunt accidentia subiecti, sed constitutiva eius essentialia. – Primus iste modus dividitur in duos.

a) Primus modus dicendi per se *primo* est quando non solum praedicatum est dc definitione subiecti, sed ita adaequat subiectum ut sit convertibile cum eo. Ex.: *Homo est rationalis;* rationale est convertibile cum homine, quia, *Omne rationale est homo.*

b) Primus modus dicendi per se *secundo* est quando praedicatum est quidem de definitione subiecti, sed non est convertibile cum eo. Ex.: *Homo est animal;* non convertitur: *Omne animal est homo.*

2. Secundus modus dicendi *per se* est quando subiectum est de definitione praedicati. E. g., *Par est numerus habens medium;* subiectum est numerus, et ingreditur definitionem *paris.*

N. B. Quae praedicantur in hoc secundo modo non sunt constitutiva essentiae subiecti, sed ex essentia derivant, hoc est, sunt eiusdem subiecti *passiones propriae,* seu *propria accidentia.* – Secundus etiam iste modus dividitur in duos.

a) Secundus modus dicendi per se *primo* est quando praedicatum convertitur cum subiecto, quod ponitur in. definitione eius. Ex.: *Homo est risibilis;* convertitur: *Omne risibile est homo.*

b) Secundus modus dicendi per se *secundo* est quando praedicatum non convertitur cum subiecto, quod ponitur in eius definitione. Ex.: *Isosceles habet tres angulos aequales duobus rectis;* non convertitur: *Omne habens tres angulos aequales duobus rectis est isosceles.*

3. Tertius modus dicendi *per se* est modus existendi, non modus praedicandi (Lect. x, n. 6); quatenus nempe significat aliquid esse in se et non in alio tanquam in subiecto.

4. Quartus modus dicendi *per se,* qui dicitur secundum rationem causalitatis, est quando aliquid tribuitur alicui effective, in quantum tale seu formaliter. Ex.: *Medicus sanat :* sanat enim *quatenus* medicus ct non *quatenus* albus, musicus etc.

N. B. Etiam in secundo modo subiectum quod ponitur in definitione praedicati, est causa praedicati; unde quandoque secundus et quartus modus dicendi per se coincidunt. Distinguuntur tamen formaliter, quia in secundo modo attenditur ratio praedicationis fundata in definitione praedicati includentis subiectum; sed in quarto modo attenditur ratio causalitatis, quatenus nempe praedicatum dependet in suo esse a proprio subiecto, ut a causa (Lect. pracced., n. 7, not. p).

III. Dici *ut universale,* seu *universaliter* (in hoc tractatu) est quando praedicatum dicitur de subiecto ut *de omni,* ut *per se,* et *secundum quod ipsum.*

a) Praedicatum tunc dicitur de subiecto *secundum quod ipsum subiectum est,* quando est cum eo convertibile. Ex.: *Homo est rationalis; homo est risibilis;* convertuntur: *Omne rationale,* vel, *omne risibile est homo.*

b) Ergo *secundum quod ipsum* distinguitur a *per se* absolute sumpto, non quidem re, sed formaliter et ratione (sicut e. g. *homo* ct *animal* distinguuntur in nobis), quia *secundum quod ipsum* dicit, sicut dicit *per se* absolute sumptum, praedicatum esse de ratione subiecti, vel subiectum esse de ratione praedicati, et insuper, quasi differentiam suam propriam, addit convertibilitatem praedicati cum subiecto : eo modo quo *homo* addit *rationale* supra *animal.*

c) Ergo *secundum quod ipsum,* neque re, neque ratione distinguitur a primo et secundo modo dicendi *per se primo.* Quo sensu dixit Aristoteles, quem s. Thomas sequitur (Cf. n. 5), quod *per se et secundum quod ipsum idem est.* – Et hinc est quod id quod convenit subiecto secundum quod ipsum seu *universale* dicitur a s. Thoma et a Scholasticis eidem *primo* convenire (Cf. n. 6, seq.)

d) Distinguitur igitur *secundum quod ipsum* a primo et secundo modo dicendi *per se secundo.*

Haec ex praesenti ac praecedentibus lectionibus recolligenda esse censuimus ut formae dicendi scholasticae tyronibus innotescant: quae quidem formae non ad vanas subtilitates adinventae sunt, sed ut in scientiis accuratus serme adhibeatur, qui quantum conferat ad perspicuitatem idearum et ad veritatis consequutioncm nemo ignorat. Quae ne gratis asserere videamur, exemplum ex s. Thoma afferimus. In secundo libro *Contra Gentiles,* cap. xv, Angelicus ponit hanc thesim : *Omnia quae sunt quocunque modo, a Deo sunt.* Ad quam probandam affert primo hanc rationem profundissimam. « Omne quod alicui convenit non *se-* » *cundum quod ipsum est,* per aliquam causam convenit ei, sicut » album homini. Nam quod causam non habet, *primum et immedia-* » *tum* est. Unde necesse est quod sit *per se* et *secundum quod ipsum.* » Impossibile est autem aliquod unum duobus convenire , -et utrique » *secundum quod ipsum.* Quod enim de aliquo *secundum quod ipsum* » dicitur, ipsum non excedit; sicut habere tres angulos duobus rectis » aequales non excedit triangulum (Cf. supra n.2), de quo praedicatur, » sed est eidem *convertibiliter.* Si igitur aliquid duobus conveniat, non » convenit utrique *secundum quod ipsum est.* Impossibile est igitur *(vi* » *principii positi in initio probationis : omne quod etc.)* aliquod unum » de duobus praedicari , ita quod de neutro per causam dicatur; sed » oportet, vel unum esse alterius causam (sicut ignis est causa ca- » loris corpori misto, cum tamen utrunque calidum dicatur), vel oportet » quod aliquod tertium sit causa utrique (sicut duabus candelis ignis » est causa lucendi). *Esse* autem dicitur de omni eo quod est. Impos- » sibile est igitur esse aliqua duo, quorum neutrum habeat *causam* › essendi ; sed oportet utrunque acceptorum esse *per causam* » vel » alterum alteri esse *causam* essendi. Oportet igitur quod ab illo, » cui nihil est causa essendi, sit omne illud quod quocunque modo » est. Deum autem supra ostendimus (Lib. I, cap. xm) huiusmodi Ens › esse, cui nihil sit causa essendi. Ab eo igitur est omne quod quo- » cunque modo est. » – Haec s. Thomae ratio habet in se mathematicam evidentiam, sed parum intelligitur, si tamen intelligitur, ab his qui proprietatem verborum scientificam ignorant.

triangulo secundum quod triangulus est* insunt duo recti, idest quod * valet duos rectos, quia ** *per se* triangulo inest.

6. Deinde cum dicit: *Universale autem* etc., ostendit quid addat universale supra *dici de omni* et *per se.* Et circa hoc duo facit. – Primo, dicit * quod tunc est universale praedicatum, cum non solum in quolibet est de quo praedicatur sed et primo demonstratur inesse ei, de quo praedicatUF

7. Secundo; ibi: *Ut duos rectos habere* etc., manifestat per exemplum, dicens quod habere tres angulos aequales duobus rectis, noti inest cuilibet * figurae universaliter: licet hoc de figura demonstretur ®, quia de triangulo demonstratur qui est figura; sed tamen non * cuilibet figurae inest, nec demonstrator in sua demonstratione utitur qualibet figura. Quadrangulus enim figura quaedam est' se^ non habet tres * duobus rectis aequales. Isosceles autem, idest triangulus duorum aequalium laterum, habet quidem universaliter tres angulos aequales duobus rectis, sed non convenit primo isosceli, sed prius triangulo, quia isosceli'convenit *, in quantum est triangulus. Quod igitur primo demonstratur habere duos rectos, aut quodcunque aliud * huiusmodi, huic primo inest praedicatum universale *, sicut triangulo.

8. Deinde cum dicit: *Et demonstratio* etc., ostendit qualiter demonstrator *universali* utatur, et dicit quod demonstratio est *per se huius universalis:* sed *aliorum* est * *quodammodo et non per se.* Demonstrator enim demonstrat passionem * de proprio subiecto: et si demonstret de aliquo alio *, hoc non est nisi in quantum pertinet ad illud subiectum. Sicut passionem trianguli probat de figura et isoscele, in quantum quaedam figura triangulus est, et triangulus quidam isosceles est. Quod autem non *primo* * inest isosceli habere tres, hoc non est quia non universaliter praedicetur de eo, sed quia est *frequentius,* idest in pluribus quam isosceles *, cum hoc commune sit omni triangulo '.

•E»iom.iMs. • Qi/od οπὐii. h. *quod.*

' codd - pa l: *cjrca hoc primo* η

'o: *demonstra-*

* 0.' *est cuiusii-* 0

•codd.-p; *sed non.*

foj^od/iTxc' n) omitt. *tres,-*

* G: *inest;* o: *isocheliin quantum.*

• G: *aliquid.*

• Codd. - GP: «-*niversaliter.*

* Codd. - pc o.m. *est;* g i: *et.* ' h; *propriam passionem.* ' l: *alio subiecto.*

* Codd. -px: *primo non ;* a g: *non per se primo inest.*

• Codd. - PM; *isocheles est.*

η) *Cum non solum in quolibet est de quo* etc.; ita editio Piana. Sed codd. ABCDEHIKLMORST: *cum non solum in quolibet, sed et* (CE, *etiam;* L, *et in)primo demonstratur inesse ei de quo* (I non bene, *de quo primo) praedicatur.* Et cum his codicibus magis quam cum Piana legunt etiam codd. GN': *cum non solum in quolibet sit* (G, *est) sed etiam* (G, *et) primo demonstratur* etc.; Q: *cum... inest de quo praedicatur, sed* etc.– Quid sit *universale* seu *primo* praedicari de subiecto, in superiori nota explicavimus. Sed et his confirmantur quae ib. diximus, nempe *universale,* de quo impraesentiarum est sermo (et quod praedicatur de subiecto *secundum quod ipsum,* et *primo)* se habere ad *dici de omni* et *per se* ex additione (Cf. lect. ix, not. ε), et ideo ab ipsis distingui non re sed ratione. *Universale* videlicet et est *de omni et est per se,* et supra haec, quasi suam propriam differentiam, habet dici *primo.*

0) *Licet hoc de figura demonstretur* etc. – Codd. EN: *sed licet hoc* etc.-AGH: *licet de figura [hoc* additur in marg. A).-Sed et codd. omnes (Q excepto) infra legunt: *quia de triangulo, qui est figura,* omisso vocabulo *demonstratur;* sed meo iudicio, illo vocabulo omisso, minus perspicua est lectio. – Cod. H ob recursum eiusdem vocabuli *figura,* omittit, *sed tamen* etc., usque ad *qualibet figura* inclusive. – Infra codd. CDEIKLMNOQST: *quadrangulus enim figura quaedam est;* ABG: *quadr... figura est quidem (B,fig. quidem est);* HR legunt cum P: *quadrangulus figura est, sed* etc.

t) *Cum hoc commune sit omni triangulo.* Hucusque editio Piana, Venetae edit, saeculi XV, et codd. omnes (G, *cum hoc insit omni triangulo),* excepto B, qui hoc modo prosequitur et terminat hanc xi lectionem: «Nota quod *isoceles* est triangulus habens tria latera, duo equalia » et unum inequale, ut est iste *(describitur figura). Ascalon* est trian» gulus habens omnia inequalia, ut iste *(ponitur figura). Ysoplerus* ' » est habens omnia latera equalia, ut scutum *(additur figura).* Et omnes » sunt species trianguli; omnibus enim inest habere tres, sed non primo » et per se, sed per triangulum. » – Haec nota primitus in margine apposita a primo amanuensi, quasi explicativa textus, ab altero postea amanuensi in calce lectionis posita fuit et veluti s. Thomae textui inserta. Non enim processus argumentationis praecedentis hanc exigit explicationem specierum trianguli, et non facile intelligitur nexus inter praecedentia et *Nota quod isoceles* etc. – Vocabulum *frequentius* est in versione nostra latina, et illa quae praefigitur commentario Averrois (Ed. cit. cap. v). Boethius l *Poster.,* cap. rv, vertit *in plus* sicut textus graecus habet: ἐπι πλέον. Ad quem sensum s. Thomas explicat τὸ *frequentius,* addendo: *idest in pluribus.*

LECTIO DUODECIMA

QUO MODO IN ACCEPTIONE UNIVERSALIS ERRARE CONTINGAT

Δει ὀέ μη λανθάνειν οτι πολλακι συμβαίνει διαμαρτάνειν καί μη' ὑπάρχειν τό δεικνύμενον πρώτον καθόλου, ή ὁοκεϊ δείκνυσθαι καθόλου ποώτον.

* Oportet autem non latere quoniam multoties contingit peccare, et non esse, quod demonstratur, primum universale, secundum quod videtur demonstrari universale primum. • Cap. v. Text. 12.

Ἀπατώμεθα δέ ταύτην την απάτην, όταν η μηδέν η λαβεϊν ἀνώτερον παρά τό καθ' ἑκαστον η τά καθ' ἑκαστα, η ή μέν, ἀλλ' ανώνυμον η ἐπί διαφόροι ειδει πράγμασίν, η τυγχάνη δν ώ ἐν μέρει δλον ἐφ' ω δείκνυται· τοΐ γάρ ἐν μέρει υπάρξει μέν ή ἀπόδϊΐζϊ , καί εσται κατά παντό , ἀλλ' ὁμω οὐκ εσται του'του πρώτου καθόλου ή ἀπόδειξι . Αέγω δέ τούτου πρώτου, η τοῦτο, ἀπόὁει ιν, όταν *η πρώτου χχ*θολου.

Oberramus autem hac deceptione, cum aut nil sit accipere a superiori extra singulare, quam singularia, aut si sit quidem, sed innominatum sit in differentibus specie rebus, aut contingat esse sicut in parte totum in quo monstratur: eis enim quae sunt in parte, inest quidem demonstratio, et erit de omni, sed tamen non huiusmodi primi universaliter demonstratio. Dico enim huius primi, secundum quod est, demonstratio, cum sit primi universalis.

Et ουν τι δείξειεν οτι αί ὀρθαί ού συμπίπτουσι, δόξειεν αν τουτου είναι η ἀπόδειξι διά τό επί πασών είναι των ορθών. Ουκ εστι δε, εϊπερ μη οτι ὠδί ίσαι γίνεται τοῦτο, ἀλλ' η ὁπωσοῦν ΐσαι.

Si igitur aliquis demonstrabit quod rectae lineae non intercidant, videbitur utique huiusmodi esse demonstratio, propter id quod inest rectis. Non autem est, nisi quidem, quoniam sic aequales sint, fiat hoc, sed aut in quolibet aequales.

Καί εί τρίγωνον μη ην ἀλλο η ισοσκελέ , ή ισοσκελέ ἀν ἐδόκει ὑπάρχειν.

* Et si triangulus non esset aliud, quam isosceles, secundum quod est isosceles, videretur utique esse. * Text. 13.

Καί τό ἀνάλογον ὁτι ἐναλλάξ, η ἀριθμοί καί η γραμμαί καί γ στερεά καί γ χρονοι, ὡσπερ ἐδείκνυτό ποτέ χωρί , ἐνδεχόμενόν γε κατά πάντων μιδε ἀποδείξει δειχθηναι· αλλα ὁιά τό μη είναι ὠνομασμένον τι πάντα ταΰτα ἐν, ἀριθμοί μη'κη χρόνο στερεά, καί είδει διαοερειν ἀλληλων , χωρί ἑλαμβάνετο· νΰν δέ καθολου δείκνυται· ού γάρ η γραμμαί η η ἀριθμοί, ὑπηρχεν, ἀλλ' η τοδί, ὁ καθόλου υποτίθενται ὑπάρΧειν·

Et proportionale quod commutabiliter est, secundum quod numeri sunt, et secundum quod lineae, et secundum quod firma, et secundum quod tempora sunt, quemadmodum et demonstratum est aliquando seorsum, contingens esse de omnibus una demonstratione monstrarï; sed propter id, quod non est denominatum aliquid, in quo omnia haec unum sunt, numeri, longitudines, tempora, et firma, et specie differentia ab invicem seorsum accepta sunt; non autem universale monstratur; non enim secundum quod lineae sunt, aut secundum quod numeri, inerat, sed secundum quod hoc est, quod universale ponunt esse. |

Δια τοΰτο ούδ' ἀν τι δείξγ καθ' ἑκαστον τό τρίγωνον αποδείξει η μιζ η ἑτέρα ὁτι δύο ὀρθά ἐχει ἑκαστον, τό ισόπλευρον χωρί καί τό σκαληνέ καί τό ισοσκελέ , ού'πω οίδε τό τρίγωνον ὁτι δύο ὀρθαΐ , ει μη τον σοφιστικόν τρόπον, ούὁέ καθόλου τρίγωνον , ούὁ* ει μηδέν έστι παρά ταΰτα τρίγωνον έτερον. Ού γάρ ή τρίγωνον οιδεν, ούὁέ παν τρίγωνον, ἀλλ* ή κατ' αριθμόν κατ' είδο δ' ού παν, καί ει μηδέν έστιν δ ούκ οιδεν.

Propter hoc, neque si aliquis monstret unumquemque triangulum demonstratione, aut una aut altera, quod duos rectos habet unusquisque, idest isopleuros seorsum, et isosceles et scalenon (idest gradatum), nondum cognovit triangulum quod duos rectos habet, nisi sophistico modo, neque universale trianguli, neque si nullus est praeter haec triangulus alter, non enim secundum quod triangulus est cognovit; neque omnem triangulum, sed secundum numerum; secundum speciem autem non omnem, et si nullus est quem non novit.

Πότ' ούν ούκ οίδε καθόλου, καί πότ' οιδεν ἁπλώ ; δηλον δη ότι εί ταύτόν ην τριγώνω είναι καί ίσοπλεύρω η έκαστω η πασιν. Εί δέ μη ταύτόν ἀλλ' έτερον, υπάρχει δ' η τρίγωνον, ούκ οιδεν.

Quando igitur non novit universaliter, et quando novit simpliciter? manifestum est quod si idem inerat triangulo esse, et isosceli, aut unicuique, aut omnibus. Si vero non idem, sed alterum est, secundum quod est triangulus, non novit.

Πότερον δ' γ τρίγωνον η ή ισοσκελέ , υπάρχει ; καί πότε κατά τοΰθ' υπάρχει πρώτον ; καί καθόλου τίνο ή ἀπόδειξι ; δηλον ότι όταν ἀφαιρουμένων ὑπάρξη πρώτω· οίον τω ίσοσκελεΐ χαλκω τριγώνω ὑπάρξουσι δύο ὀρθαί, ἀλλα καί τοΰ χαλκοΰν είναι ἀφαιρεθέντο καί τοΰ ισοσκελέ . Ἀλλ' ού τοΰ σχη'ματο η πέρατο . Ἀλλ' ού πρώτων. Τίνο ούν πρώτου; εί δη τριγώνου, κατά τοΰτο υπάρχει καί τοι ἀλλοι , καί τούτου καθόλου έστιν ή ἀπόδειξι .

* Utrum autem secundum quod est triangulus, aut secundum quod est isosceles sit, et quando secundum hoc est primum et universale, cuius demonstratio est, manifestum est, quoniam quando remoto insit primum, ut isoscele et aeneo remoto triangulo, insunt duo recti. Sed aeneo remoto et isoscele, sed non figura, aut termino, sed non primis. Cuius igitur primi? Si itaque trianguli est, secundum hoc inest ct aliis, et huiusmodi universaliter est demonstratio. ' Text. 14-

Synopsis. — 1. Argumentum et divisio textus. – 2. Errare contingit tribus modis (n. 3) circa universale (definitum in praecedenti lectione) ut in demonstratione assumitur. – 3. Primus modus errandi est cum *primo* assignatur unico inferiori sub universali contento, quod *primo* de ipso universali praedicatur. – 4. Secundus modus est quando id quod convenit *per se primo* alicui communi *innominato,* assignatur ut universale primum iis quae continentur sub hoc communi. – 5. Tertius modus est quando praedicatum, quod *primo* convenit inferiori universali, attribuitur *per se primum* universali superiori. – 6. Exemplum dc lineis rectis parallelis ad declarandum tertium modum. – 7. Exemplum de triangulo, in suppositione quod non esset alius triangulus quam isosceles, ad declarandum modum primum.-8. Secundus modus declaratur ex his quae dicuntur *proportionalia* commutabiliter.-9. Corollarium. Cognitis inferioribus alicuius universalis, non propterea cognoscitur universale secundum seipsum, seu universaliter, seu secundum rationem speciei. – 10. Non enim est eadem ratio universalis in communi et uniuscuiusque specierum eius.- 11. Universale primo convenit illi subiecto, quo posito, ponitur universale, quo remoto, removetur; et ratione cuius inest aliis tam superioribus quam inferioribus.

ostquam notificavit Aristoteles quid y/ij'sit universale, hic ostendit quomodo * «W'in acceptione universalis errare * contingat. Et circa hoc tria facit: primo, dicit quod aliquando circa hoc peccare * contingit; secundo, assignat * quot modis; ibi: *Oberramus* etc.; tertio, dat documentum quomodo * possit cognosci utrum vere * acceptum sit universale; ibi: *Utrum autem secundum quod* etc.

2. Dicit ergo primo quod ad hoc, quod non accidat in demonstratione peccatum, oportet non latere quod multoties videtur demonstrari universale, non autem demonstratur *.

3. Deinde cum dicit: *Oberramus autem* etc., assignat modos quibus circa hoc errare contingit. Et circa hoc duo facit. Primo, enumerat ipSOS * modos, dicens quod tripliciter contingit decipi * circa acceptionem universalis ".

Primo quidem, cum nihil aliud sit accipere sub aliquo communi cui primo competit universale, quam hoc singulare, cui inconvenienter assignatur Λ Sicut si *sensibile,* quod *primo* et *per se*

* cm: *quod.*

*p: *error.*

* no: *errare.*

* gh: *ostendit.*

* DCDEKLMNOT: *quo.* - Cf. η. π. *BCDEGHOQS- P: *utr. universale accept.* - Cf.infr. η. π.

'Codd. (exc. mnJ

»·. *demonstrari,*

WQ« *demonst.* · *Ipsos om. sto; t.·. istos.*

α

β

α) *Circa acceptionem universalis.* **Hoc loco in codice B ponitur notula marginalis manus diversae et recentioris aetatis: « Notandum » quod quidam dicunt quod quot sunt conditiones universalis tot sunt > errores. Sed sunt tres conditiones universalis, scilicet, *de omni, per* > se et *secundum quod ipsum*. Ergo tres erunt conditiones univer- » salis. » Amanuensis voluit certe concludere: *ergo tres sunt errores.* -Quamvis autem tres sint conditiones universalis, quia tamen secundum *quod ipsum* idem est ac *per se primo,* hinc ad duas reduci possunt conditiones *universalis,* ut in sequenti nota plenius dicendum erit.**

β) *Primo quidem* **etc. – B: *Et primo quidem* etc.; O: *Primo quidem modo, cum* etc.- BCDGH1KI.NOQRT: *cum nullum aliud sit accipere* etc.; G: *accipere sub ipso communi* etc.-HIL: *cui prius*.- ACDEH1KLMO QRST: *competiti* quam lectionem adoptamus loco Pianae: *competat;* N: *convenit.* – Haud assecutus mentem Aristotelis videtur Theodorus Waitz in suis Scholiis super *Analytica posteriora,* cum ad sola singularia, de quibus non est demonstratio, coarctat hunc primum modum errandi circa universale. Praestat audire huius Auctoris expositionem: « Primum quidem, *inquit,* fallimur in iis quae de iis rebus » singularibus probamus, quarum nomina non notiones quasdam gene- » rales, sed certas res sensibus subiectas significant. Etenim demonstra- » tio numquam accedit ad res singulares quae sub sensu cadunt, sed .semper consistit in conclusione sive magis sive minus universali: » quare si quod probandum est nominibus generalibus exprimi nequit » (ὁταν ρ,ηδέν γ λαβεῖν ἀνώτερον παρὰ τὸ καθ' εχαστον η τὰ καθ' εχαστα), » vere demonstrari omnino non poterit: nam quodcunque de rebus sin- » gularibus demonstravisse putamus, id non proprie et proxime (πρώτω , ι οιχείω) ad has ipsas referendum est, sed potius (πρότερον) ad notio- » nem quandam magis universalem. Quod si non vident qui demon- » strant, falluntur in eo, quod de ipsis rebus singularibus aliquid πρώτω » et οικείω (χαθόλου) demonstravisse opinantur. Exemplum erroris, quum » res satis aperta esset, non adiecit Aristoteles » *(Aristotelis Organon, graece,* p. II, pag. 3i 5. – Lipsiae 1846).**

**Pronum est animadvertere ab Aristotele prius tradi theoriam de modis quibus error incurritur circa universale, deinde addi exempla, inter quae est illud: *Et si triangulus non esset alius quam isosceles* etc. (Και εἳ τρίγωνον ρή ην ἀλλο η ισοσκελέ , ή ισοσκελέ αν ἐδόχει ὑπάργειν).– Hoc exemplum adductum esse ab Aristotele ad explicandum primum errandi modum circa universale affirmat Philoponus in I *Posteriorum, § Et si triangulus* etc.: *Hoc,* inquit, *primi modi est exemplum; ut si unus solus esset triangulus vehit isosceles* etc. (Ed. cit, pag. 26, coi. 2). Falli autem Philoponum contendit Waitz (loc. cit., pag. 316); sed addendum erat falli etiam Themistium in I *Poster.,* cap. xrn, qui cum Philopono in exemplo primi modi consentit: *Verbi gratia: si ex omni triangulo solus aequipes haberetur* etc.; falli Albertum Magnum, in I *Poster.,* tract. II, cap. xm: *Exemplum autem erroris primi est* etc. (Ed. cit., pag. 544, coi. 2); falli s. Thomam infra n. 7; aliosque bene multos falli, qui communiter exemplum de triangulo isoscele ad primum modum referunt (Cf. Aegid. I *Poster., § Etsi triangulus* etc.-*Ponit exemplum de errore primo* etc. – Venet. i53o, fol. 29, coi. 4; -Sylvestr. Maur. I *Poster.,* cap. v, n. 4, pag. 3o2. Romae 1668); nec suspicari videntur interpretationem, quam profert Waitz. Qui quidem fallitur, nisi fallantur doctissimi viri, quos hucusque recensuimus; quibus tamen consentiendum esse teneo. Et revera tria exempla afferuntur ab Aristotele: quorum primum est de lineis parallelis, ὁτι αι ὀρθα'ι οὐ συρπίπτουσι: alterum est de triangulo isoscele, εἳ τρίγωνον ρή ἡν ἀλλο ζ ισοσχελέ : tertium denique est de proportionalibus commutabiliter, τὸ ανάλογον ὁτι εναλλὰξ. Hinc si de primo errandi modo nullum adiecit exemplum Aristoteles, admittere cogimur, aut secundam exemplum frustra poni, aut pro secundo vel tertio errandi modo duplicari exempla. Hoc praecise retinet Waitz: sed eius ratio non convincit, nempe quod *res satis aperta esset:* nam et in tertio modo errandi *res satis aperta est;* et nihilominus exemplum adiicitur ab Aristotele de lineis parallelis, imo, iuxta eumdem auctorem (ib. pag. 317), ad hunc modum faceret etiam exemplum de triangulo isoscele. – Sed ad rem veniamus, quae obscura est et declaratione indiget. Dictum est quod *universale,* seu *secundum quod ipsum* et *primo,* se habet ad dici *per se* ex additione, sicut *per se* se habet ex additione ad *dici de omni.* Consequenter *universale,* et est *de omni* (quod est veluti eius genus remotum) et est *per se* (quod est quasi genus eius proximum), et quasi differentiam specificam habet quod dicatur *secundum quod ipsum* et *primo*. Hinc sublato *dici de omni,* eo ipso auferuntur dici *per se* et *universale;* sed non viceversa: nam potest non dari *universale,* et existere *per se;* et potest non dari *per se,* et tamen firmum consistere *de omni.* Sicut e. g., sublato vivente, auferuntur animal et homo: sublato animali, non datur homo: sed sublato homine, potest consistere animal; et sublato animali, potest existere vivens. Sed notavimus (Lect. praeced. not. ζ) quod *universale* seu *secundum quod ipsum* idem est ac *per se primo* in primo et secundo modo dicendi *per se.* Quibus positis, videtur quod Aristoteles prae mente habuerit (sicut reapse habenda est) hanc duplicem conditionem in designandis modis, quibus errare possumus circa universale, ipsum videlicet laedendo vel immediate in sua differentia specifica *(secundum quod ipsum vel per se primo)* vel in suo genere *(de omni).* Hinc in secundo exemplo de triangulo isoscele dicitur quod error est concludere quod ipsi secundum quod est isosceles, γ ισοσχελέ Sν ἐδόκει ὑπάρχειν, conveniat habere tres angulos aequales duobus rectis: quia hoc convenit quidem *per se* et *omni* isosceli, non autem secundum quod isosceles est seu *per se primo,* sed secundum quod est triangulus: nempe laeditur universale immediate in sua specifica differentia. In tertio exemplo de commutabiliter proportionalibus idipsum concluditur, supposito tamen genere innominato, ut recte notat s. Thomas n. 4. Sit haec argumentatio: *Numeri, lineae, solida et tempora sunt proportionalia commutabiliter; ergo esse commutabiliter proportionale convenit numeris, lineis, solidis et temporibus secundum quod ipsa, seu per se primo.* Manifestum est quod antecedens huius ratiocinii est *de omni:* nam esse commutabiliter proportionale convenit *omnibus numeris* etc.; sed non est per se *primo* seu non est *secundum quod ipsum* (Cf. lect. praeced. not. ζ), sed per se primo dicitur de *uno* illo *innominato,* quod est genus ad illa; sicut sensitivum dicitur *per se* de homine, sed *per se primo* non de homine est, sed de animali (Cf. ib.). Cum ergo universale sit id quod dicitur per se *primo,* non recte infertur illatio: *ergo esse etc:* νῦν δε καδόλου δείχνυται. In primo exemplo de lineis parallelis concluditur omnes lineas rectas, secundum quod rectae sunt, esse parallelas, quia de quibusdam lineis rectis hoc demonstratum est, διὰ τὸ ἐπι πασών εἰναι των ορθών: nempe laeditur universale in eo quod est dici *de omni:* parallelismus enim non dicitur de omnibus lineis rectis, sed de rectis quatenus sunt aeque distantes; et ideo haec propositio: *lineae rectae sunt parallelae,* non solum non est *secundum quod ipsum* seu *primo,* neque est *per se,* sed nec etiam est *de omni.* At contra haec propositio: *lineae rectae aeque distantes sunt parallelae,* est *de omni, per se* et *primo,* seu secundum quod lineae rectae sunt aeque distantes. Quod si quaeras cur alterum exemplum de una eademque re adiecerit Aristoteles respondet Themistius: propter genus innominatum, quia in iis in quibus nominatum commune habetur (ut triangulus in exemplo de isoscele) falli non facile est; in quibus vero non habetur (ut in numeris, lineis) facile (in I *Poster.,* cap. xiu, pag. 10). Quae omnia ut paucis complectamur dicimus quod primo modo erratur circa universale, *secundum quod ipsum,* seu ut est *per se primo,* quando genus est nominatum; et ad hoc ponitur exemplum trianguli isoscelis, in quo revera genus est nominatum. – Secundo modo erratur circa universale, ut pariter est *per se primo,* quando genus est innominatum: et ad hoc pertinet exemplum de numeris etc., proportionalibus commutabiliter. – Tertio modo erratur circa universale, ut est *de omni;* et ad hoc inducitur exemplum de lineis rectis parallelis.

Deinde constat in hac lectione sermonem esse de *universali,* quod est unum ex praecognoscendis ad recte demonstrandum (Cf. lect. ix, n. 3) et de quo speciatim egit in lectione praecedenti. Atqui istud universale non dicitur per oppositionem ad singularia, in quibus est, ut hic Waitz videtur sentire ex sua interpretatione, sed quatenus est *praedicatum* quod adaequatur subiecto, ut recte adnotat vel ipse Waitz super cap. rv *(Schol.* pag. 315), ita ut neque praedicatum invenitur extra subiectum, neque subiectum sine praedicato (Cf. lect. praeced., n. 2); et ideo dicitur de omni, per se et primo de subiecto ipso cui tribuitur.- Hinc, ut dictum est, primo modo peccat contra naturam *huius universalis,* si quis sive singulari vel singularibus eiusdem speciei, sive *alicui speciei,* sive *generi subalterno* praedicatum universale tribueret tanquam *per se primo,* cum *per se primo* ipsis tribui non debeat. Hoc enim in casu, etiamsi verum sit quod praedicatum illis subiectis conveniat, falsum tamen est quod ipsis conveniat *per se primo*. – Vis ergo sententiae Aristotelis est: ex eo quod aliquod praedicatum conveniat alicui singulari, vel determinatae speciei, erronee infertur (et est primus modus) quod *per se primo* conveniat, cum *per se primo* conveniat universali superiori.

Neque nos moveat quod Aristoteles mentionem, in explicando primo modo, de singularibus fecerit: nihil enim prohibet, ut admonet s. Thomas, ab Aristotele hoc in loco usurpari singulare, in sensu relativo, hoc est pro specie in ordine ad genera, seu pro minus universali respectu maioris universalis; et revera ratio Aristotelis, ut patet ex his quae supra diximus, valet tum pro uno individuo speciei, tum pro una specie alicuius

inest animali, assignaretur ut universale *primum* homini, nullo alio animali existente. Unde * notandum quod *singulare* hic large accipitur 7 pro quolibet inferiori, sicut si species dicatur singulare * sub genere contentum. – Vel potest dici quod non est possibile invenire aliquod genus, cuius una tantum sit species. Genus enim dividitur in species per oppositas differentias ; oportet autem, si unum contrariorum * invenitur in natura, et reliquum inveniri s, ut patet per Philosophum in II *De caelo et mundo* *; et ideo si una species invenitur, invenitur et alia. Una autem species dividitur in* diversa individua per divisionem materiae. Contingit autem totam materiam alicui speciei proportionatam, sub uno individuo comprehendi, et tunc non est nisi unum individuum sub una specie *. Unde et signanter de singulari mentionem facit *.

4. Secundus * modus est, quando est quidem accipere sub aliquo communi multa inferiora, sed tamen illud est commune innominatum, quod invenitur in rebus * differentibus specie . Sicut si *animali* non esset nomen impositum *, ct *sensibile,* quod est proprium animalis, assignaretur * ut universale *primum* his quae sub animali continentur, vel divisim vel coniunctim.

5. Tertius modus est, quando illud de quo demonstratur aliquid, ut universale primum, se habet ad id * quod demonstratur de eo, sicut totum ad partem. Sicut *si posse videre* assignaretur animali ut universale primum. Non enim omne animal potest videre. *Inest enim * his, quae sunt in parte,* idest quae particulariter et non universaliter alicui subiecto conveniunt, *demonstratio,* idest quod demonstrari possint, et erit quidem * demonstratio *de omni,* non tamen respectu huius de quo demonstratur. *Posse* enim *videre* demonstratur quidem de aliquo universaliter, non tamen universaliter de animali, sicut de eo cui primo * insit. Et exponit quid sit *primum,* secundum quod demonstratio fertur, quod est universale primum

6. Secundo; ibi: *Si igitur* etc., subiungit exempla ad praedictos modos, et primo ad tertium, dicens quod, si quis demonstret de lineis rectis quod *non intercidant,* idest non s concurrant, *videbitur huiusmodi esse demonstratio,* scilicet universalis primi, propter hoc quod non concurrere *inest* aliquibus lineis *rectis0.* Non autem ita*quod

* *Unde* omitt. h ; n : *et notand.;* m: *und. not. est.* Singulare large sumptum pro quolibet inferiori.

γ
* Codd. - 1 : *et sing.;* pq : *esse singul.* Repugnat genus sine pluralitate specierum.

* h in : *oppositorum.* - i : *oport. tunc... in nat. quod alterum similiter. ut.*

δ
' Cap. lll, π. 2. - Comm. s. Th. lect. iv.
* 1: *per.*

Una species in unico individuo.

* *Cf.Perih.,* lib.I, lect. x, n. 5.

ε
* ABCHiMos : *Secundus autem.*

* *Rebus* ex codd.

ζ
•Codd. (exc.AHi): *positum.*
' Codd. - p : *assignetur;* l: *assignatur.*

**Id* ex codd.,exc. HO"KMN: lUud·

* Codd.-po: *au-* Zwi-'Cf· text·

'r. om. *quidem,*

• gm: *primum.'*

η

·»-. *idest quod*

»N: ita.

generis. Quod si de singulari solummodo Aristotelem interpretemur, illud erit singulare, quod supponitur existere unicum sub sua specie, ut secundo animadvertit s. Thomas. Quo sensu etiam patet ratio Aristotelis : errat enim manifeste qui singulari illi tribuit ut *per se primo* <ptod per se f>rimo est speciei sub ejua existit. "Οταν η ρηδεν η λαβε~ν ανώτερον παρά το καθ' έκαστον η τα καθ' εχαστα: e. g., ει τρίγωνον ρή ην άλλο η ισοσκελέ : si non esset videlicet (iuxta praemissa, όταν etc.) accipere alium triangulum praeter speciem trianguli isoscelis, aut praeter singularem triangulum isoscelem, et huic concluderetur inesse. *per se primo* habere tres angulos duobus rectis aequales, cum tamen ipsi hoc competat quatenus est triangulus, cuius *per se primo* est habere tres angulos aequales duobus rectis.

Addimus denique quae in priorem textum Aristotelis (όταν etc.) habet Albertus Magn. in 1 *Poster.,* tract. II, cap. xtii (pag. 5q3). Refert ipse versionem Boethii: *Cum aut aliud nihil sit aceipere a superiori extra singulare, vel singularia, aut* etc.; et arabicam translationem, *quam exponit Alpharabius,* nempe: *Cum... extra singulare quam singulare, aut* etc. : ac, exposito textu secundum duplicem hanc versionem, *planiorem* dicit et *communiorem* expositionem Alpharabii. Textus tamen graecus habet: *Quando aut nihil sit accipere superius praeter singulare aut singularia* ••'Όταν η ρηοεν η λαβιΐν ανώτερον παρά τό καθ' έκαστον η τά καθ' έκαστα, η etc. – Quam quidem lectionem refert s. Thomas cum, eam exponendo, ait: *Cum nihil aliud sit accipere sub aliquo communi* (quod est ἀνώτερον) *quam hoc singulare.* Et in hunc sensum vertit Padus: *Aut quando in uno genere una est res singula, ob idque superius ea aliquid accipi non potest. Aut cum* etc. (Opp. Arist. tom. I, *Analytic, posterior,* lib. I, cap. v, pag. 183.– Aureliae Allobrogum, 1607).

γ) *Hic large accipitur* etc. Cod. B habet: *hic large assumitur, accipitur;* et est inutilis repetitio: ad quam evitandam additur *enim* in nota marginali, ut legeretur: *hic large assumitur: accipitur enim* etc. - Alii codd. legunt cum Piana, nisi quod loco *accipitur* cod. K habet *accipit.* Codd. CKLQRT omitt. *large;* N om. *hic large.*

0) Si *unum contrariorum* etc. Των γάρ εναντίων εί Οάτερον φύσει, ανάγκη κα'ι Οάτερον είναι φύσει, εάν περ η ί'ναντίον, κα'ι είναι τινα αύτοΰ φύσιν. Haec verba citata ex II *De caelo et mundo* s. Thomas ib. lect. iv ita exponit :« Si unum contrariorum est in natura, necesse est » etiam quod alterum sit in natura; et hoc quidem probat sic: quia si » sit altquod contrariorum, necesse est quod sit aliqua natura ei sub- » iecta, ut patet ex I *Physicor.* (lect. x) ; est autem eadem materia con- › trariorum, ut ibidem ostenditur; ct sic oportet quod materia unius › contrarii habeat potentiam ad aliud contrarium, et sic posset esse in » natura. Unde cum nihil sit frustra in natura, necesse est quod si » unum contrariorum est, quod et reliquum sit. » ·

ε) *Unde et signanter etc.* Codices hanc exhibent lectionem Pianam, quae et perspicua est, et est conclusio praecedentium. – K legit: *unde in quantum pertinet ad illud subiectum, sicut passionem trianguli probat de figura et isocheles, signanter* etc. Nempe distractus amanuensis verba praecedentis lectionis n. 8, huic lectioni immiscet, et absurda profert. – Codd. CMN: *unde signanter* etc.; I: *unde singulariter de singulari* etc. – H : *mentionem fecit.*

ζ) *Sed tamen illud est commune innominatum* etc. – ABCDEIKLO QRST: *sed tamen* (I om. *tamen) illud commune innominatum est;* H: *illud commune est innominatum ; G; innominatum est commune illud.*– Quae hic breviter perstringit s. Thomas fusiori calamo exponit b. Albertus Magn. in 1 *Poster.,* tract. II, cap. xin, cuius verba libenter transcribimus. « Universalis aliquid, *inquit,* invenitur extra particulare unum, eo » quod multa habet actu vel potentia particularia, in quibus est et de » quibus praedicatur. Sed hoc commune, de quo probanda est passio » *(praedicatum)* indenominatum est uno communi et *univoco* nomine, » secundum quod ipsum universale est in rebus specie differentibus » *(Sicut, e. g., genus proximum muli, asini et equi est innominatum):* » *et* si habeat unum nomen, illud erit *aequivocum* vel *analogum* in illis ; » et hoc nomen non est simpliciter *unum,* sed *simpliciter* est multa, et » *secundum quid* est unum, sicut dc nomine acquivoco in *Praedicamen-* » *tis* et in *Perih. (Cf. lect.* v, *n. ig, et* viw, *n. 14)* est determinatum. Sicut » hoc ipsum *ens* est in genere et specie differentibus, et est unum *per* › *analogiam* in illis. Et hoc modo quo unum est in se extra illa in quibus » est, accidit ei aliqua passio, quae propter hoc putatur esse inferioris, i quia non secundum illam rationem quae inest illi, invenitur in alio, et » putatur demonstrata esse de universali *secundum ipsum,* quando demon- » strata est de particulari; et ideo accidit error, quia hoc non est ita. » Et secundum hanc naturam communem in multis *diversis rationibus* » existentem et non in uno *primo,* ens est subiectum *Metaphys.,* de quo » creditur *secundum ipsum* passio esse demonstrata, quando est demon- » strata de *substantia* quae est simpliciter *ens.* Et hic est error, quia ens » *secundum ipsum* extra substantiam est, cuius sunt multae passiones » *(puta, esse verum, bonum, unum, aliquid)* quae *secundum ipsum* » suBstantiae et *primo* non conveniunt » (Opp. tom. I, pag. 543, coi. 2).

η) *Non tamen respectu* etc. Est lectio codd., 'quam praetulimus Pianae: *non tamen respectu eius, quod demonstratur;* CM: *respectu eiusdem* etc.; in ceter. ut alii codices. – Immediate autem post *demonstratur,* cod. M prosequitur: *quia posse videre demonstratur, non tamen universaliter de aliquo animali sicut cui primum insit.* – Infra denique P: *et exponit quid sit primum* (N, *scilicet) secundum quod* (H, *est) demonstratio fertur (B,fert;* H, *scilicet; S,fertur* (?) corrig. in *sit;* T corrig. in *jit* et marg. additur *d.,* hoc est, *dicens) quod est* (N, *ad illud quod est ;* CD marg., *ad id quod est;* R, *circa illud quod est;* M omittit *est) universale primum.* – Lectionem Pianam, quam immutatam retinemus, ceteri habent codices.

0) *Inest aliquibus lineis rectis.* In cod. B additur in margine interlineari, *scilicet parallelis:* quae est notula amanuensis vel alterius lectoris, textui non inserenda. Ea enim omnes alii codices carent; et aliunde est superflua, quia statim s. Thomas explicat quod lineae rectae quae non concurrunt sunt *aeque distantes* seu *parallelae.* – Sylvester Maurus in 1 *Poster.,* cap. v, n. 4 ait: « Exemplum tertii modi, qui est obscuris- » simus, desumitur ex propositione xxix libri I Euclidis. » Non quasi Aristoteles ex Euclide exemplum sumpserit, est enim Euclide anterior, sed quia potius commentatores illam propositionem Euclidis assumpserunt ad explicandum Aristotelis exemplum. Quod quidem exponi potest supponendo lineam intersecantem lineas rectas, et constituentem cum ipsis aut angulos rectos, aut summam angulorum (puta, eorum qui sunt interni ad easdem partes) aequalem duobus rectis. Si quis ergo monstraret lineas esse parallelas ex eo solummodo quod linea eas intersecans constituit angulos rectos, non probaret assumptum per medium adaequatum parallélisme, sed per medium minus universale; et ideo non probaret *de omni,* hoc est de omnibus lineis parallelis universaliter, quamvis demonstraret universaliter de *aliquibus,* nempe de illis cum quibus linea intersecans format angulos rectos.

hoc fiat, nisi lineae rectae *sint aequales,* idest aeque distantes. Sed si lineae * fuerint aequales, idest aeque distantes *, tunc non concurrere convenit eis in *quolibet,* quia universaliter verum est quod lineae rectae aeque distantes, etiam si in infinitum protrahantur *, in neutram partem concurrent *.

7. Secundo; ibi: *Et si triangulus* etc., ponit exemplum ad primum modum, dicens quod si non esset alius triangulus, quam isosceles, qui * est triangulus duorum aequalium laterum, quod est trianguli in quantum huiusmodi, videretur esse isoscelis secundum quod est isosceles: nec tamen hoc esset verum.

8. Tertio; ibi: *Et proportionale* etc., exemplificat de secundo modo. Et videtur hoc*ultimo ponere, quia circa hoc diutius * immoratur. Et circa hoc tria * facit: primo, ponit exemplum; secundo, inducit quoddam corollarium ex dictis; ibi: *Propter hoc nec si aliquis* * etc.; tertio, assignat rationem dictorum; ibi: *Quando igitur non novit* etc.-Circa* primum sciendum est quod proportio est habitudo unius quantitatis ad alteram, sicut sex ad tria se habent in proportione dupla *. Proportionalitas vero * est collatio duarum proportionum '. Quae, si sit disiuncta, habet quatuor terminos; ut hic: *Sicut se habent quatuor ad duo, ita sex ad tria:* si vero sit coniuncta, habet tres terminos: nam uno utitur ut duobus; ut hic: *Sicut se habent octo ad quatuor, ita quatuor ad duo.* Patet autem * quod in proportione duo termini se habent ut antecedentia; duo vero ut consequentia; ut * hic: *Sicut se habent quatuor ad duo, ita se habent sex ad tria; sex* et *quatuor* sunt antecedentia: *tria* vero * et *duo* sunt consequentia. Permutata ergo proportio * est quando antecedentia invicem ** conferuntur, et consequentia similiter. Ut si dicam: *Sicut se habent quatuor ad duo, ita se habent sex ad tria; ergo*sicut se habent quatuor ad sex, ita se habent * duo ad tria.* Dicit ergo quod esse proportionale * commutabiliter convenit numeris, et lineis, et firmis, idest corporibus x, et temporibus. Sicut autem de singulis determinatum * est aliquando seorsum, de * numeris quidem in arithemetica, de lineis et firmis in geometria, de temporibus in naturali philosophia vel# astrologia, ita contingens est, quod de omnibus praedictis λ commutatim proportionari una demonstratione demonstretur. Sed ideo commutatim proportionari, de singulis horum seorsum demonstratur, quia non est nominatum * illud commune, in quo omnia ista sunt unum. Etsi enim quantitas omnibus his communis sit, tamen sub se et μ alia, praeter haec, comprehendit, sicut orationem et quaedam *, quae sunt quantitates *per accidens.* -Vel melius dicendum quod commutatim proportionari non convenit quantitati in quantum est quantitas, sed in quantum est comparata alteri quantitati secundum proportionalitatem*quandam. Et ideo dixerat etiam in principio proportionale esse quod commutabiliter est *. Omnibus autem istis, 1Π quantum sunt proportionalia, non est nomen * commune positum. Cum autem demonstratur commutatim proportionari de singulis praedictorum divisim, non demonstratur * universale. Non enim commutatim proportionari inest numeris et * lineis, secundum quod huiusmodi, sed secundum quoddam commune. Demonstrantes autem de lineis seorsum * vel de numeris ponunt hoc, quod est commutabiliter proportionari, esse quasi quoddam* universale praedicatum lineae secundum quod linea est, aut numeri secundum quod numerus *.

9. Deinde cum dicit: *Propter hoc nec si aliquis* etc., inducit quoddam corollarium ex dictis*, dicens quod eadem ratione, qua non demonstratur universale cum de singulis speciebus aliquid demonstratur, quod est universale praedicatum communis innominati; nec etiam demonstratur universale modo praedicto, si sit commune nomen positum. Sicut si aliquis aut eadem demonstratione ' aut diversa demonstret de unaquaque specie trianguli, quod habet duos rectos, seorsum scilicet de iso-

* ABCEKLMNQRST om. *lineae.*
* ci: *aequidistantes j el* ita infr.
*ι: *procedant;* a: *protendantur.*
' M: *secundum neutr... concurrunt.*
' Codd. -p: *qui vere.*
* h: *quod ult. ponat, propter hoc quQa circa.*
* BDEKLNOQRST.-p: *diuturnius...*
* η: *unde circa hoc tria.* – Al. codd.,exc.o, om. *et;* abdegiknqt: *circa hoc autem.*
* Num. 9.
* Num. 10. Proportio.
*Αζρ/iKLQaT: *dupfi.* Proportionalitas.
* *Vero* ex acdhiklnoqrst; b: *autem.*
•Codd. (exc. cm 0): *autem.· v: ergo.*-bdegiklqqt; *proportionalitate.*
*Codd.-PH:w«i/e; AG om. *unde,* vcl *ut.*
* *Vero* om codd., exc. h-p: *duo vero et tria.*
• κ: *proportionalitas.*
*· h: *inter seconfer.;* i: *simut invic.;* n: *ad invic.*
* n: *ergo permutation, sicut.*
* him om. *se habent;* et ita m supra.
• abcdeklmqt: *omne prop.*

χ *demomtra-*
'ο: *quia de,* et *g^em.*
' ;-„ACDE λ
"y ?"«‰ *est innominatum* i,l"d···smrsum p
• chms: *quaedam.*
*bhim; *propor-* "ο"""",
*nceiinmarg. a:
* chms: *nomen u-*
"X om. *com-*
* codd. (exc. eg *monstratur.*
· codd. <«c. CH
* 0 om. erronee: *seorsum.*
· codd. (exc. omitt. *quoddam.*
-aciqt: *numerus*
' bchms: *praedi-*

1) ***Proportio est habitudo unius quantitatis ad alteram*** **(BM omitt. *habitudo;* H, *ad aliam quantitatem)... Proportionalitas est collatio {collatio* ex CDMQRST; P et alii codd., *collectio) duarum proportionum.* Sciendum est quod proportio, secundum primam nominis impositionem, significat habitudinem quantitatis ad quantitatem secundum aliquem determinatum excessum vel adaequationem; sed ulterius nomen illud translatum est ad significandum omnem habitudinem cuiuscumque ad aliud: quo modo dicimus quod forma debet esse proportionata materiae, potentia cognoscitiva ad cognoscibile etc. – Hinc finiti ad infinitum, seu creaturae ad Deum, imprimis non est proportio proprie dicta, quia excessus infiniti supra finitum non est determinatus, sicut determinatus esse debet in tali proportione; deinde non est proportio, quia Deus non est neque esse potest in genere quantitatis. – Sed tamen est proportionalitas (quae est collatio proportionum), hoc sensu nempe quod sicut finitum adaequatur finito, ita infinitum adaequatur infinito (in quo consistit similitudo proportionum seu proportionalitas); est etiam proportio secundum vocabuli translationem, quia intellectus noster finitus, e. g., dicit proportionem ad videndam, quamvis non ad comphrehendendam essentiam Dei in seipsa: quae est proportio non entitatis seu perfectionis, sed habitudinis (Cf. s.Th. in IV *Sentent.,* dist. x1 ix, qu. n, art. 1 ad 6).**

Legimus autem hoc loco cum codd. BN: *quae si sit disiuncta habet;* et infra; *si vero sit coniuncta habet,* non autem cum PR: *quae si sint disiunctae habent... si vero sint coniunctae habent,* – Alii codd. invertunt ordinem, et primo legunt: *quae si sit coniuncta habet;* deinde: si *vero sit disiuncta habet* etc.

x) *Et firmis, idest corporibus* etc. Mendosus est hoc loco codex B, plura omittendo ex recursu eiusdem vocabuli *(firmis),* et sensum* pervertendo. En lectio huius codicis: *et firmis in geometria, de temporibus in naturali philosophia vel in astrologia, ita contingens est* etc., ut in Piana.—Codd. (exc. GO) legunt cum inversione quam adoptavimus, quaeque in sequenti enumeratione indicatur a s. Thoma: *convenit numeris* (1, *et num.) et lineis et* (CS om. *et) firmis.-M* om. *et firmis;* O om. *et* ante *numeris* et ante *firmis;* P: *convenit lineis, et numeris, et firmis, idest* etc.; C om. *idest corporibus.*

λ) *Quod de omnibus praedictis* etc. – *Praedicatis* habent codd. CH, sed falso. Deinde HR: *commutata proportio;* M: *commutata proportione una demonstratione demonstrare; scilicet* (corrupte pro *sed) ideo* (C, *demonstrare; et ideo) commutata proportione* (C, *commutata proportionari;* I, *commutatum proportionari;* H, *commutata proportio) de singulis* etc.—Non curanda est haec lectio.-Pianam habent ceteri codices.

p.) *Tamen sub se et* etc. – Cod. B: *tamen etiam* (et ita AG1NO(S s); (ELQR, *et) sub se alia praeter* (amanuensis addit in margine *haec,* ut scilicet lectio sit: *praeter haec) ista comprehendit.* In codice C manifesto errore habetur: *non (non* expungitur, sed substituitur per *sicut) comprehendit alia propter haec;* ac postea idem cod. prosequitur: *si* (corrigitur in *sic) oppositionem vel orationem.* Neque edit. Piana, neque codd. habent *oppositionem vel.-Cod.* O legit et forte melius: *tamen sub se, praeter haec, alia comprehendit.-Codd.* BDEKLMT: *praeter hoc* (S, *propter hoc);* sed non bene, quia το *haec* ponitur relative ad *τι> omnibus,* quod est sub quantitate sed non solum.

v) *Sicut si aliquis aut eadem demonstratione... non tamen* etc. Hanc lectionem codd. (exc. M, qui habet lacunam) amplectimur prae illa ed. Pianae: *Sicut si aliquis eadem demonstratione ostendat aut demonstret de unaquaque specie trianguli quod habet tres angulos aequales duobus rectis, aut diversa,·seorsum... non tamen* etc. – Codd. BCIMNST: *nondum propter hoc;* HKL: *non propter hoc;* O: *nondum per hoc;* G: *dum,* corrupte pro *nondum, propter hoc.*

scele et seorsum de gradato, idest de triangulo trium laterum inaequalium, non tamen propter hoc cognovit quod triangulus tres angulos * habeat aequales duobus rectis, nisi sophistico modo, idest per accidens : quia non cognovit de triangulo secundum quod est triangulus, sed secundum quod est aequilaterus,' aut duorum aequalium laterum, aut trium inaequalium. Neque etiam demonstrans ξ cognovit universale trianguli *, idest habet cognitionem de triangulo * in universali, etiamsi nullus alius triangulus esset praeter illos, de quibus cognovit. Et hoc ideo *, quia non cognovit de triangulo secundum quod est triangulus, sed sub ratione specierum eius. Unde neque cognovit, per se loquendo, omnem triangulum: quia et si secundum numerum cognovit omnem triangulum (si nullus est, quem non novit), tamen secundum speciem non cognovit omnem. Tunc enim cognoscitur aliquid universaliter secundum speciem, quando cognoscitur secundum rationem speciei. Secundum numerum autem et non universaliter ®, quando cognoscitur secundum multitudinem contentorum sub specie. Nec est differentia quantum ad hoc si comparemus species * ad individua vel genera ad species π. Nam triangulus est genus * aequilateri et isosceli.

10. Deinde cum dicit: *Quando igitur non novit* etc., assignat rationem praedictorum, quaerens quando aliquis cognoscat universaliter et * simpliciter, ex quo praedicto modo * cognoscens non cognoscit universaliter. Et respondet manifestum esse quod, si eadem esset ratio trianguli in communi et uniuscuiusque specierum * eius seorsum acceptae aut omnium simul acceptarum, tunc universaliter et simpliciter nosceret de triangulo ?, quando sciret de aliqua specie eius vel de omnibus simul. Si vero non est * eadem ratio, tunc non erit idem cognoscere triangulum in communi et singulas species eius; sed est alterum. Et * cognoscendo de speciebus *, non cognoscitur de triangulo secundum quod est triangulus.

ii. Deinde cum dicit: *Utrum autem* etc., dat documentum quo * proprie possit accipi universale, dicens quod, utrum aliquid ' sit trianguli secundum quod est triangulus, aut isosceli, secundum quod est isosceles, et quando id cuius est demonstratio sit *primum* et universale, secundum *hoc,* idest secundum aliquod * subicctum positum ; manifestum est ex hoc quod dicam. Quandocumque enim, remoto aliquo, adhuc T remanet illud quod assignatur universale, sciendum est quod non est primum universale illius w. Sicut, remoto isoscele vel aeneo triangulo, remanet quod habeat tres angulos, scilicet * duobus rectis aequales. Unde patet quod habere tres angulos aequales duobus rectis non est universale primum, neque isosceli, neque aenei trianguli. Remota autem figura non remanet habere tres *, nec etiam, remoto termino, qui * est superius ad figuram, cum figura sit, quae termino vel terminis clauditur *; sed tamen non *primo* convenit neque figurae, neque termino, quia non convenit eis universaliter. Cuius ergo erit *primo?* Manifestum est quod * trianguli, quia secundum triangulum inest aliis, tam superioribus, quam inferioribus : ideo enim competit figurae habere tres , quia ? triangulus est quaedam figura ; et similiter isosceli, quia triangulus est, et de triangulo habere tres universaliter demonstratur *. Unde eius est universale primum.

*ACDEiKLMOQRST, om. *1res angulos;* bn om. *angulos.*

ξ

* *Trianguli* ex codd. 'o: *cognit. trianguli.*

* ABDEGKNRST *t ideo est.*

Cognitio secundum speciem, et cognitio secundum numerum.

o

* Codd.-p: *speciem.*

π

* o erronee: *species.*

* *Et* omitt. o.

* Nempe numero praeced. explicato.

* a b : *speciei.*

p

* no : *non esset.*

* i : *et ideo.*

' M : *spec, trianguli.*

^Codd. *quomodo*

σ

* Codd. - pn : *id est aliq.;* m. om. *hoc idest see.*

u

* *Tres angutos scilicet* omittunt codd., exc. n.

' o : *tres angulos.*

- ACOEKLMNQST : *quod est.*

* DECHIKLORT : *comprehenditur.*

- c m q s corrupte, *apprehenditur* , pro *comprehenditur;* n marg. *vel compreh.*

' a d : *quia.*

?

Z

ξ) *Neque etiam demonstrans*-Codd. CDEHKLQR(S^)T, et marg. I: *etiam si;* B(Ss): *etiam sic;* AMO: *etiam sicut;* GN : *etiam sit;* I (corp.): *etiam demonstrans sit.—Si, sit, sicut* corrupte, ut ego existimo, pro *sic.* Quae particula aut apponenda est aut subintelligenda.

o) *Secundum numerum autem et non universaliter.* Ita ed. Piana. – Codd. CDKMQS: *secundum numerum* (S marg. add. *autem') non universaliter;* codd. ABEGINORT: *secundum numerum autem universaliter;* L: *secundum numerum vero et universaliter;* H: *secundum numerum vero non,* sed *non* expungitur, hoc est corrigitur secundum lectionem praeced. codd.; ex opposito in cod. I particula *non* additur in margine : *secundum numerum autem* (marg, *non) universaliter.*

π) *Nec est differentia* etc. – Cod. N : *nec differt.... si comparemus ad invicem species ad individua vel penus et species.* – Codd. ACDEIKLMQST: *species et individua;* BCDEKI.MNT: *vel genus et species;* AIO: *vel genera et species; vel genus vel species.*

p) *Aut omnium simul acceptarum* etc. Codd. – Piana: *aut universaliter simul acceptarum, tunc universaliter sciret de triangulo et simpliciter, quando* etc.; CH.MS paulo ante legunt: *seorsum acceptarum,* loco *seorsum acceptae.*

σ) *Universale, dicens quod, utrum aliquid* etc. Ita et bene codd. – P: *universale, quod est* (LQT, *quod utrum:* supponere videntur *dicens* aliorum codd.; H, *dicens quod est;* EM, *dicens, utrum), utrum aliquid sit trianguli secundum quod triangulus, aut isoscelis* etc. Et cohaerenter ad hanc codd. lectionem legimus infra cum ABCGHORS: *manifestum est ex hoc quod dicam,* relicta Piana: *manifestum est enim ex hoc quod dicam.* – Alii codices: *manifestum enim ex hoc* etc.

τ) *Remoto aliquo, adhuc* etc. – N: *remoto aliquo, insit primo, idest adhuc* etc. Verba *insit primo* ex Aristotelis textu desumpta sunt. Illis verbis alii codices carent: qui tamen omnes cum N legunt infra: *quod assignatur universale.* Quam lectionem ideo sufficimus Pianae : *quod erat assignatum universale.*

u) *Sciendum est quod non est primum universale illius.* In hoc documento germana philosophandi methodus traditur, a qua si philosophus abscedat, fieri nequit ut in veritate consistat: quod antiquioribus sophistis plerisque, maxime autem positivistis; uti vocant, recentioribus accidit. – Universalium quaedam sunt in plus quaedam in minus, seu magis minusve universalia; et hinc est quod communiter ea philosophi partiuntur in genera et species, genera vero in suprema, subalterna et infima : quae divisio etiam speciebus applicatur. In universalibus autem subordinatis hoc observatur, quod totum id quod est de ratione magis universalis invenitur in inferiori universali subordinate, at non viceversa totum id quod est de natura inferioris universalis invenitur in superiori; sicut quidquid est de essentia *animalis* ad hominem pertinet; sed non quidquid est de essentia hominis *animali* tribuitur : secus *homo* et *animal,* et consequenter *homo* et *brutum* essent essentialiter una eademque res. Ratio est quia species duo habet, videlicet id quod est commune, scilicet genus, et id quod est proprium sibi, nempe differentiam: quae est extra genus, et qua species constituitur distincta a ceteris speciebus sub eodem genere positis. Homo enim per *rationalitatem* constituitur *animal rationale* et a brutis distinguitur, quanjvis cum his conveniat in genere animalis. Ergo cognita natura animalis concludi legitime potest id quod per se et generice convenit omnibus animantibus, sive sint homines sive bruta ; at ex cognitione eius quod convenit alicui speciei vel individuo, ratione naturae specificae vel individualis, nonnisi sophistice infertur illud convenire vel universo generi vel universae speciei. Et exemplum affertur ex triangulo : quidquid enim convenit triangulo per se considerato, convenit omnibus speciebus trianguli; at quidquid convenit alicui specifico triangulo, puta isosceli, haud convenit omni triangulo. – Huius sophistici processus exemplum praebet hodiernus Danvinismus, cuius methodum irrationabilem alibi iam indicavinjus (Cf. supra lect. vn, n. 3, not. ζ). Observat enim unam vel alteram speciem animantium hoc vel illo modo produci, puta papilionem ex bombice etc., atque, intermissis quaestionibus vere scientificis, videlicet non considerando, utrum illud sit proprium alicuius speciei determinatae aut ex principiis propriis unius vel alterius rei, statim infert: ergo animantia omnia sunt ex una forma primitiva, quae per *spontaneam generationem,* ut Darwinismus dicit, ex materia producta, sese progressive explicat per varias species. Qua consequentia nihil magis sophisticum excogitari potest.

φ) *Ideo enim competit figurae* (O, *figurae competit) habere tres, quia* etc. Est lectio codd. – Piana: *non enim competit figurae habere tres, nisi quia* etc.

■/) *Habere tres universaliter demonstratur.* Editio Piana caret vocabulo *universaliter ;* quod addimus ex codicibus. Eadem editio habet: *unde est ei universale primum,* qua lectione melior mihi visa est illa quam dedi ex codd. Excipe tamen A: *unde eius universale primum;* et I: *unde eius universale est primum.* – Cod. B omittit hanc conclusionem: *unde* etc. Sed est mendum.

LECTIO DECIMATERTIA

DEMONSTRATIO PROCEDIT EX NECESSARIIS

Εἰ, οὐν ἐστίν ἡ ἀποδεικτικη ἐπιστη'μη ἐξ αναγκαίων αρχὼν (β γάρ ἐπίσταται, οὗ δυνατόν ἀλλω ἐχειν), τα δέ καθ' αυτά υπάρχοντα αναγκαία τοῖ πράγμασιν (ά μέν γάρ ἐν τω τί ἐστιν υπάρχει· τοῖ δ* αὐτά ἐν τω τί ἐστιν υπάρχει κατηγορούμενοι; αὐτών, ὠν θάτερον των αντικειμένων ανάγκη ὑπάρχειν), φανερόν ὁτι ἐκ τοιούτων τινὼν ἀν εἴη ὁ αποδεικτικό συλλογισμό· ἁπαν γάρ η ούτω υπάρχει η κατά συμβερηκό, τά δέ συμβεβηκο'τα ούκ αναγκαία.

* Si igitur est demonstrativa scientia, ex necessariis est principiis (quod enim scitur non potest aliter se habere); quae autem per se sunt, necessario insunt rebus (haec quidem sunt in eo quod quid est; quibusdam autem haec insunt in eo quod quid est. praedicantibus de ipsis, quorum alterum oppositorum necesse est inesse), manifestum est, quod ex huiusmodi quibusdam utique sit demonstrativus syllogismus: omne enim aut sic inest, aut secundum accidens; accidentia autem non necessaria sunt. • Cap. vi. Text. 15.

Η δη ούτω λεκτέον, η ἀρχην θεμένοι οτι ἡ ἀπόδειξι ἀναγκαῖον έστι, καί εἴ ἀποδέδεικται, ούχ οιόντ' ἄλλω ἐχειν εξ αναγκαίων ἀρα δει είναι τον συλλογισμόν. '.Εξ αληθών μέν γάρ έστι καί μη' ἀποδεικνυντα συλλογίσασθαι, ἐξ αναγκαίων δ' ούκ έστιν ἀλλ' η ἀποδεικνύντα· τούτο γάρ ηδη ἀποδείξεώ έστιν.

*Aut igitur sic dicendum, aut principium ponentibus quod demonstratio circa necessarium sit, et si demonstratum, non potest aliter se habere; ex necessariis ergo oportet esse syllogismum. Ex veris quidem est non demonstrantem syllogizare, ex necessariis autem non est; sed quidem demonstrantem: hoc enim proprium demonstrationis est. ’Text. 16.

Σημεϊον δ' οτι η ἀπο'δειξι ἐξ αναγκαίων, ὁ'τι καί τά ενστάσει οὐ'τω φέρομεν προ τοὺ οἰομένου ἀποδεικνύναι οτι ούκ ανάγκη, ἀν οἰὼμεθα η δλω ἐνδε'χεσθαι ἀλλω η ἑ'νεκά γε του λόγου.

Signum autem est quod demonstratio ex necessariis sit, quoniam instantiam ita ferimus ad opinantes demonstrare, quoniam non sit necesse, si opinamur aut omnino contingere aliter, aut rationis causa.

Δηλον δ' ἐκ του'των καί οτι εὐηθει οἱ λαμβάνειν οἰόμενοι καλώ τά ἀρχά, ἐάν ἐνδοξο η ἡ πρότασι καί ἀληθη, οἱον οἱ σοφισταί δτι τό ἐπίστασθαι τό ἐπιστη'μην εχειν. Οὐ γάρ τό ἐνδοξον η μή ἀρχη' ἐστιν, ἀλλα τό πρώτον του γένου περί δ δείκνυται· καί τάληθέ ού παν οικείον.

Manifestum autem ex his est et quoniam stulti, qui opinati sunt accipere bene principia, si probabilis sit propositio et vera, ut sophistae, quoniam scire scientiam est habere. Non enim quod probabile est, aut non, principium est, sed primum in genere circa quod demonstratur, et verum non omne, sed proprium.

"Οτι δ' ἐξ αναγκαίων είναι δεῖ το'ν συλλογισμόν, φανερόν καί ἐκ τώνδε. Εἴ γάρ ὁ μη' ἐχων λόγον του δια τί ούση ἀποδείξεώ ούκ επιστήμων, εἴη δ* ἀν ὡστε τό Λ κατά τού Γ ἐξ ἀνάγκη ὑπάρχειν, το δέ Β τό μέσον, δι' ού ἀπεδείχθη, μη ἐξ ανάγκη, ούκ οιδε διότι. Οὐ γάρ έστι τούτο διά τό μέσον τό μέν γάρ ἐνδέχεται μη είναι, τό δέ συμπέρασμα ἀναγκαῖον.

* Quod autem ex necessariis esse oportet syllogismum, manifestum et ex his est. Si enim non est habens rationem propter quid, existente demonstratione, non est sciens; si autem utique, ut quod A de C ex necessitate esse, B autem medium, per quod demonstratum est, non ex necessitate, non scivit propter quid. Non est enim hoc propter medium: hoc enim quidem contingit non esse, conclusio autem necessaria. « Text. 17.

Ἐτι εἴ τι μη' οιδε νύν έχων τόν λόγον καί σωζόμενο, σωζομένου τού πράγματο, μη ἐπιλελησμένο, ούδέ πρότερον ηδει. Φθαρείη δ' ἀν τό μέσον, εί μ.η ἀναγκαῖον. "Ωστε ἐ'ξει μέν τόν λόγον σωζόμενο σωζομένου τού πράγματο, ούκ οιδε δε'· ούδ' ἀρα πρότερον ηδει. Εἰ δέ μη έφθαρται, ἐνδέχεται δέ φθαρηναι, τό συμβαϊνον ἀν εἴη δυνατόν καί ἐνδεχόμενον. ‘Αλλ' έστιν αδύνατον ούτω έχοντα εἰδέναι.

Amplius si aliquis nescit nunc habens rationem, et salvatus est, salva re, nec oblitus, neque prius scivit. Corrumpetur autem utique medium, nisi sit necessarium. Quare habebit quidem rationem, salvus, salva re, nescit autem. Neque ergo prius scivit. Si vero non corruptum est, contingit autem corrumpi, quod accidit utique erit possibile et contingens. Sed est impossibile sic se habentem scire.

Ὁταν μέν ούν τό συμπέρασμα ἐξ ανάγκη η, ούδέν κωλύει το μέσον μη ἀναγκαῖον είναι, δι' ού ἐδείχθη· έστι γάρ τό ἀναγκαῖον καί μη' ἐξ ἀναγκαίου συλλογίσασθαι, ὡσπερ καί ἀληθέ μη ἐξ ἀληθών. "Οταν δέ τό μέσον ἐξ ἀνάγκη, καί τό συμπέρασμα ἐξ ἀνάγκη, ὡσπερ καί ἐξ ἀληθών ἀληθέ ἀεί. "Εστω γάρ τό Α κατά τού Β ἐξ ἀνάγκη, καί τούτο κατά τού Γ·. ἀναγκαῖον τοίνυν καί τό Α τω Γ ὑπάρχειν. "Οταν δέ μη ἀναγκαῖον η τό συμπέρασμα, ούδέ τό μέσον ἀναγκαῖον οἰόντ' είναι. "Εστω γάρ τό Α τω Γ μη' ἐξ ἀνάγκη ὑπάρχειν, τω δέ Β, καί τούτο τω Γ ἐξ ἀνάγκη· καί τό Â ἀρα τω Γ ἐξ ἀνάγκη υπάρξει. ’Αλλ' ούκ ὑπέκειτο.

Cum quidem igitur conclusio ex necessitate est, nihil prohibet medium non necessarium esse, per quod monstratum est: est enim necessarium et non ex necessariis syllogizare, sicut et verum non ex veris. Cum autem medium ex necessitate est, et conclusio ex necessitate, sicut ex veris verum semper. Sit enim A de B ex necessitate, et hoc de C; necesse ergo est et A de necessitate inesse C. Sed cum non necessaria sit conclusio, neque medium necessarium esse possibile est. Sit enim A in C non ex necessitate inesse; in B autem A ex necessitate, et hoc in C ex necessitate; et A ergo in C ex necessitate erit. Sed non concessum est.

Ἐπεῖ τοίνυν εἰ ἐπίσταται ἀποδεικτικώ, δεῖ ἐξ ἀνάγκη ὑπάρχειν, δηλον δτι καί διά μέσου ἀναγκαίου δεῖ ἐχειν την ἀπόδειξιν η ούκ ἐπιστησεται ούτε διότι ούτε οτι ανάγκη εκείνο είναι, ἀλλ·' η οἰη'σεται ούκ εἰδώ, ἐάν ὑπολάβη ὡ ἀναγκαῖον τό μη ἀναγκαῖον, η ούδ' οἰη'σεται ομοίω, ἐάν τε τό ὁτι-είδη διά με'σων ἐάν τε τό διότι καί δἰ ἀμέσων.

* Quoniam igitur, si scit demonstrative, oportet ex necessitate inesse, manifestum quoniam et per medium necessarium oportet habere demonstrationem, aut non sciet neque propter quid, neque propter quia necesse est illud esse; sed aut opinabitur nesciens, si acciniat tamquam necessarium non necessarium, aut neque opinabitur similiter, sive sciet quia per media, sive propter quid et per immediata. ·τβXI. ,8. -

Synopsis. — 1. De his ex quibus demonstratio procedit; et primo quod demonstratio sit ex *necessariis*. – 2. Demonstratio procedit ex necessariis, quia procedit ex iis, quae *per se* dicuntur et non *per accidens*. – 3. Notatio quaedam de demonstratione, cuius *medium* est definitio. – 4. Insuper demonstratio procedit ex necessariis, quia demonstrationis conclusio, quae non potest aliter se habere, nequit sciri nisi ex principiis necessariis. – 5. Confirmatur ex eo, quod contra eum qui opinatur se demonstrare fit instantia, quod non sit necesse ea ex quibus procedit esse vera. – 6. Unde demonstrator differt a sophista, qui cum ex probabilibus vel veris sed non necessariis concludat, sciens apparet et non est. – 7. Duo genera sophistarum. – 8. Conclusio necessaria non potest *sciri* ex principiis non necessariis (cf. n. 4), quia per talia principia eius causa intrinseca propter quam est, seu *propter quid,* non assignatur. – 9. Idem probatur: quia ille qui habet conclusionem necessariam per medium non necessarium seu contingens, destructo medio, nescit eandem conclusionem; ergo neque prius, ipso medio existente, scivit.-10. Licet per medium contingens non possit sciri conclusio necessaria, deducitur tamen conclusio necessaria ex medio non necessario: non autem viceversa. -11. Infertur ex praemissis conclusio principaliter intenta, nempe quod demonstratio debet esse per medium necessarium; secus nesciretur conclusionem esse necessariam.

'*Diei de* ex codd. (exc. co).

ostquam determinavit Philosophus de *dici de * omni,* et *per se,* et *universali* quibus utimur in demonstratione, hic iam incipit ostendere ex quibus demonstratio procedit *. Et dividitur in duas partes: in prima, ostendit ex quibus procedat demonstratio *propter quid;* in secunda, ex * quibus procedat demonstratio *quia** ibi: *Sed quia differt et propter quid* * etc. - Prima ** in duas: in prima, ostendit qualia sint ex quibus demonstratio procedit; in secunda, docet * quae sint demonstrationis principia; ibi: *Quid quidem igitur prima significent** etc.- Prima in tres *: in prima, ostendit quod demonstratio cst ex necessariis; in secunda, quod * est ex his, quae **suntse,·** ibi: *Accidentium autem** etc.; in tertia, quod procedat ex principiis * propriis; ibi: *Non ergo est ex alio genere* * etc. – Circa primum duo facit: primo, ostendit quod demonstratio procedat ex necessariis; secundo, probat quaedam quae supposuerat "; ibi: *Quod autem oporteat ex necessariis* * etc.-Circa primum tria facit: primo, continuat se ad praecedentia; secundo, probat propositum*; ibi: *Quae autem sunt per se* ** etc.; tertio, infert ex dictis quandam conclusionem; ibi: *Manifestum aittem ex his* * etc. – Dicit ergo primo, ex * praedictis inferens, quod si est demonstrativa scientia, idest si scientia per demonstrationem acquiritur, oportet quod sit ex necessariis principiis. Cuius illationis necessitas ex hoc apparet quia quod scitur impossibile est aliter se habe-

* AB0ECH1KLNQT: *demonstrator*;r: *demonstrans.* - ABOEGHKLMS:prO-*cedat.*
**MT.ostendit ex;* p: *ex quibus est.*
■Cf.lect.vni, not. β·
* Lect. xxm.
•*agk: *prima dividitur;* ADEGLOQT: *in partes duas.*
* ho: *ostendit.*
* Lect. xvni.
* ACOEILOQRST: *in partes tres;* a: *dividitur in.*
* ort: *ostendit quod.*
" Lect. seq.

· cHXMNQs^ro-*om'côif'nSf.*
' Lect. XV.
a
Num. 8.
^"*wnpropos.*
· Nnm. 6.
·CMr: *quasiex; e°lpnemh%!*
β

a) *Probat quaedam quae supposuerat.* Ita legendum est cum codd., et corrigenda lectio Piana: *probat sic quaedam quae posuerat;* II: *probat quoddam quod supposuerat.* – Cf. infra n. 8.

β) *Si est demonstrativa scientia, idest si scientia per demonstrationem acquiritur... necessitas ex hoc apparet.* Est lectio codd. – G: *si est... si scientia... necessitas et ex hoc apparet;* O: *si est.... si scientia... necessitas in hoc apparet;* L: *ex hoc patet;* P: *si sit... si scientia... necessitas apparet.* – Infra cod. H lectionem habet non spernendam: *ut habitum est supra in definitions ipsius scire.*

Aristoteles in textu habet: Et ουν έστιν ή αποδειχτική έπιστήμη έξ αναγκαίων *αρ/ων* etc.; nempe: *Si igitur est demonstrativa scientia ex necessariis principiis* etc. In versione autem textui praefixa habetur: *Si igitur est demonstrativa scientia, ex necessariis est principiis.* Nempe, *si est demonstrativa scientia,* assumitur ut antecedens; et, *ex necessariis est principiis,* datur ut consequens. Contra in textu graeco videntur verba illa pertinere ad unam conditionem, cuius conditionatum sit: φανερόν, *manifestum* etc. Et hunc sensum refert versio praefixa commentario Averrois in l *Posterior.* (Ed. cit. Ven.): *Si igitur est demonstrativa scientia ex necessariis principiis.* Item Pacius vertit Aristotelis verba: *Atqui si demonstrativa scientia ex certis quibusdam ac necessariis initiis oriatur* (Cap. vi, pag. 185. Ed. cit.). Eiusdem sententiae est Themistius in sua *Paraphrasi* in l *Poster.,* cap. xiv (pag. **n. Ed. cit.). Sic enim Aristotelis mentem interpretatur: *Nam si notitia per demonstrationem quaesita ex principiis necessariis, et quae aliter esse non possint, consurgit* etc. Addendus Philoponus qui syllogismum Aristotelis hoc modo exponit: *Si demonstrationes sunt ex necessariis; necessaria autem sola sunt per se; ex his igitur quae per se sunt, sunt demonstrationes* (In l *Poster., §. Si igitur est* etc., pag. 28, coi. 1). Praeterea Boethius: *Si igitur est demonstrativa scientia ct ex necessariis principiis* etc. (I *Post.,* cap. vi. – Ed. Basileae, pag. 520). Et b. Albertus Magnus in l *Poster.: Si sint propositiones ex quibus est syllogismus et necessariae et per se, quod necesse est* etc. (Tract. II, cap. xvn, pag. 551, col, 1).- Contra s. Thomas dividit propositionem illam in duo membra et unum ponit antecedens *(si scientia per demonstrationem acquiritur);* alterum ut consequens *(oportet quod sit ex necessariis^.* Et rationem assignatam ab Aristotele (δ γάρ έπίσταται, οὐ δυνατόν άλλω ?γειν), quam praelaudati interpretes referunt ad hypothesim (ει ουν etc.), s. Thomas ad έζ αναγκαίων αρχών probandum dicit positam *(cuius illationis necessitas* etc.).**

Hanc s. Thomae expositionem directe oppugnat Aegidius in l *Poster.* (Text. comm. i5, §. *Si igitur est demonstrativa scientia* etc., fol. 31 rect., col. 2), cuius verba utile duco recitare: « Dicit ergo: *Si demonstrativa scientia est ex necessariis principiis, quod enim scitur non potest aliter se habere.* – Dubitaret forte aliquis in hoc dicto Philosophi quid se habet ut antecedens, et quid ut consequens, et quid ut conclusio, et quid ut praemissae. – Dicendum aliquos dixisse Philosophum hic intendere probare demonstrativam scientiam esse ex necessariis; et hoc probat per hoc, quia quod scitur impossibile est aliter se habere *(est ipsamet ratio s. Thomae).* Et forte illud quod induxit eos fuit, quod in textu ponitur haec coniunctio *enim,* quae est coniunctio causalis; et ideo cum in textu dicitur, *quod enim scitur impossibile est aliter se habere,* quia videtur ibi esse redditio causae. Et habet esse sensus, quod ideo demonstrativa scientia est ex necessariis, quia quod scitur non potest aliter se habere. Sed haec expositio non est recta: quia nunquam haec conditio *si* ponitur ad consequens, sed semper ad antecedens. Si quis ergo diceret: si *igitur erit homo, ex necessitate enim erit animal;* hoc quod dico, *si igitur erit homo,* se habet ut antecedens; *ex necessitate enim erit animal,* se habet ut consequens. Talis est locutio quae traditur in litera: *si ergo erit demonstrativa scientia ex necessariis,* se habet ut antecedens, et tenet locum praemissarum; *quod enim scitur non potest aliter se habere,* habet se ut consequens, et tenet locum conclusionis. Philosophus itaque vult probare quod demonstrativa scientia non est ex his quae possunt aliter se habere. Nam cum superius ostendisset ex quibus est demonstratio et quae oportet accipere; in parte ista, ut dicebatur, declarat de quibus non est, et a quibus oportet cavere. In declarando ergo hanc conclusionem intentam, Philosophus praemittit hanc consequentiam quod *si demonstrativa scientia est ex necessariis, est ex his quae non possunt se aliter habere.* Ideo inferius per multas rationes probabit hoc antecedens, quod, *scientia demonstrativa sit ex necessariis:* nam, hoc probato, probatum erit et hoc consequens, quod est principale intentum, videlicet quod *sit ex his qüae non possunt aliter se habere.* » Haec Aegidius.

Caietanus in l *Poster.,* cap. vi, §. *Circa principalem conclusionem etc.,* acriter respondet Aegidio sustinetque quod, *Si demonstrativa scientia est,* sit antecedens; consequens vero, Ex *necessariis est principiis,* nempe, oportet demonstrationem esse ex necessariis principiis; quae denique adduntur ab Aristotele sunt probatio consequentiae, ut *clare habes,* inquit, *in expositione s. Thomae* (Ib. fol. 47 verso, coi. 1). Et re sane vera. Aristoteles in hac lectione incipit disserere de his, quae iam enunciaverat in principio lectionis ix, quaeque tamen ibi prosequutus non est, ut de tribus principiis, *dici de omni, dici per se* et *dici universale,* declarationem praemitteret. Quibus in praecedentibus lectionibus abunde declaratis, redit ad argumentum positum in principio ix lectionis, ac fere iisdem verbis idern iterum çroponit. Lectione enim ix in haec verba exorditur: Έπει δ' αδύνατον άλλω εχειν οὐ έστιν επιστήμη απλώ, άναγκαΐον αν ε'η τό επιστητόν τό κατά τή- αποδεικτικήν επιστήμην... έξ αναγκαίων άρα συλλογισμό έστιν ή άπόδειξι. Manifestum est in hac argumentatione quod άούνατον άλλω etc. est antecedens, et αναγκαΐον αν ε"η... έξ αναγκαίων etc. est consequens. In hac autem lectione dicitur: E! ουν έστιν ή αποδεικτική έπιστήμη έξ αναγκαίων αρχών (ο γάρ έπίσταται, ού δυνατόν άλλω ε/ειν). Idem est processus in utraque lectione, nam quia id quod scitur impossibile est aliter se habere, concluditur quod scientia demonstrativa sit ex necessariis: discrimen solummodo est in eo quod lect. ix argumentum est sub forma causali; in hac lectione autem sub forma conditional! proponitur. Atqui in priori argumentatione *demonstrativa scientia est ex necessariis,* est consequens, ct, *quod scitur non potest aliter se habere,* est ratio seu antecedens. Pariter et in argumentatione huius lectionis," ratio seu antecedens est causalis, *quod enim scitur non potest aliter se habere* (8 γάρ έπίσταται etc.), consequens vero est, *scientia demonstrativa est ex necessariis principiis* (ή αποδεικτική etc.). Consequenter intricata et textui Aristotelis opposita est expositio Aegidii aientis propositionem, *quod enim scitur non potest aliter se haberè,* esse consequens, et propositionem, *si demonstrativa* etc., esse antecedens.

re, ut habitum est in definitione eius quod est *scire* *.

• Lett. iv.

2. Deinde cum dicit: *Quae autem per se sunt* etc., ostendit quod demonstratio sit ex necessariis; et primo, per rationem *; secundo, per signum; ibi: *Signum autem est* * etc. – Circa primum ponit duas rationes: quarum prima talis est. Ea, quae *per se* praedicantur, necessario insunt < Et hoc manifestat in duobus modis *per se s.* In primo quidem *, Qu*a ea, quae *per se* praedicantur*, insunt in eo *quod quid est**, idest *in definitione subiecti.* Quod autem ponitur in definitione alicuius, necessario praedicatur de eo '. In secundo vero, quia quaedam sunt subiecta, quae ponuntur in *quod quid est praedicantibus de ipsis,* idest in definitione * suorum praedicatorum *. Quae quidem si sint opposita, necesse est quod alterum eorum subiecto insit; sicut par vel impar numero *, ut superius ostensum est*. Sed *manifestum est quod ex quibusdam* principiis *huiusmodi,* scilicet * per se fit *syllogismus demonstrativus:* quod probat per hoc, quod * omne quod praedicatur, aut praedicatur *per se aut per accidens* *; et ea, quae praedicantur per accidens, non sunt necessaria : cx his autem, quae sunt per accidens, non fit demonstratio, sed magis sophisticus syllogismus ". Unde * relinquitur quod demonstratio sit ex necessariis.

'« ■perrationis. • Num. 5. γ 8 *cf./>errt.,iib.i, ect. x, not. ε. ε • 0KLNRT.-d^/- •Cf.'iéct.x,n.4· '«-.in numero, -Lect. x, n. 8.

3. Sciendum autem est quod cum in demonstratione probetur passio de subiecto * per *medium*, quod est definitio, oportet quod prima propositio, cuius praedicatum est passio et subiectum est definitio, quae continet principia passionis, sit *per se* in *quarto modo* *; secunda autem °, cuius subiectum est ipsum subiectum et praedicatum ipsa definitio, in *primo modo.* Conclusio vero, in qua praedicatur passio de subiecto, est * *per se* in *secundo modo* '.

4. Secundam rationem ponit; ibi *: *Aut igitur*

* g : *vel.* ζ ' BEGl : *quia.* • Nempe *contingenter.* -Cf. lect. x, n. l, not. β. * H : *ideo.* η ' n : *de proprio subiecto.* • Cf. lect. x, n. 7. θ " *Est* ex codd. - m : *sit.* I • c h ms : *ponit, cum dicit: Aut.*

Seposita ergo interpretatione Aegidii, redeundum est ad lectionem: *Si igitur est demonstrativa scientia, ex necessariis est principiis,* quae, uti diximus, contraria videtur textui Aristotelis et communi expositioni commentatorum. Et quoad primam partem aut nulla aut parvi momenti est difficultas: vix'enim aut ne vix quidem differunt istae propositiones: *Si igitur est demonstrativa scientia ex necessariis principiis,* iuxta textum graecum, et, St *non potest dari demonstrativa scientia, nisi sit ex principiis necessariis,* vel, *Si est demonstrativa scientia, ex necessariis est principiis.* – Sed praecipua oppositio inter s. Thomam et commentatores videtur esse in prosecutione argumenti. Nam ubi commentatores dicunt ab Aristotele inferri conclusionem: *ergo demonstratio est ex his quae per se sunt;* s. Thomas dicit: ergo *demonstratio est ex his quae sunt necessario.* Textus Aristotelis est: φανερόν ὁτι ἐ'χ τοιούτων τινών αν ε"η ὁ αποδεικτικό; συλλογισμό;, et cum praemiserit: τά δέ χαθ' αυτά ὑπάρχοντα αναγκαία το"; πράγμασιν, per verba εκ τοιούτων τινων, videtur intelligere: *ex iis quae per se sunt,* non autem *ex iis quae snnt necessario.* Verum data hac expositione, intricatior videtur processus Aristotelis: nam in sequenti lectione probat quod syllogismus demonstrativus est ex bis et de his quae sunt *per se,* ex eo quod est de necessariis: Έπει δ' έξ ανάγκη; υπάρχει περ'ι έκαστον γένο; ὁσα χαθ' αυτά υπάρχει, κα'ι η έκαστον, φανερόν ὁτι περί των καθ' αυτά υπαρχόντων αι ί'πιστημονικαι αποδείξει;, καϊ έκ των τοιούτων εισίν. Conclusio haec (φανερόν ὁτι etc.) eadem igitur esset ac conclusio posita in praesenti lectione, et ex eisdem principiis deducta. Id autem non accidit si in hac lectione inferatur demonstrationem esse ex necessariis: quod fieri utique potest, cum conclusionem esse per se et esse conclusionem de necessariis, sint propositiones convertibiles (Cf. lect. seq. not. ξ).

γ) *Ea quae per se praedicantur necessario insunt.* Quamvis de his quae *per se* dicuntur in hac ratione sit sermo, tamen *medium* in hac lectione assumptum ad probandum quod demonstratio debeat fieri ex necessariis, est *scire* vel *scientia,* quae tunc habetur quando conclusio non potest aliter se habere, seu est de necessariis, quae per se insunt. Id patet ex dictis in fine num. 1, et in n.4, ao explicite affirmatur lect. seq., n. 3.

Quoad vero principium assumptum, *Ea quae per se praedicantur necessario insunt,* dubium moveri potest. Nam haec propositio, *Petrus est homo,* est propositio per se, imo in primo modo dicendi per se (Cf. supra lect. x, n. 3), quia si Petrus definiretur, praedicatum *homo* poneretur in eius definitione. Quod est *dici per se* in primo modo. Attamen videtur quod praedicatum *homo* non insit necessario Petro. Quae enim necessario insunt, semper insunt, neque possibile est ea aliter se habere. At *Petrus,* cum non sit subiectum necessarium sed contingens, potest aliter se habere, et ideo neque praedicatum semper et necessario ipsi inest.

Ad hoc dubium solvendum sciendum est quod propositio *Petrus est homo* (et aliae similes) est propositio de *tertio adiacente* (Cf. *Perih.*, lib. 11, lect. n, n. 2). In propositione autem de tertio adiacente non attenditur utrum subiectum vel praedicatum existant nec ne, sed solum utrum vera sit connexio praedicati cum subiecto: quae proinde connexio si necessaria est, necessaria erit propositio; si contingens, et propositio contingens erit. Ad investigandum autem utrum connexio ipsa sit necessaria vel contingens, necesse est et sufficit considerare naturam subiecti, ut videatur an de eius ratione sit praedicatum: dato enim quod praedicatum sit de ratione subiecti, istud intelligi non potest sine praedicato, et connexio inter praedicatum et subiectum erit necessaria; et ideo necessaria, quia praedicatum-dicitur de subiecto in primo modo dicendi per se. – Id praecise accidit in propositione: *Petrus est homo,* et similibus: nam Petrus designat individuum naturae specificae humanae, *homo* designat hanc naturam; repugnat autem naturam specificam non esse de ratione subiecti individui quod est sub natura illa. Ergo *homo* est de ratione *Petri;* ergo propositio illa, *Petrus est homo,* quae est in primo modo dicendi per se, est necessaria.

Neque obstat quod subiectum (Petrus) sit contingens, hoc est, possibile non esse; nam, uti iam notavimus, hic non attenditur existentia praedicati et subiecti, sed connexio necessaria. At vero si Petrum concipias, eum ut hominem concipias necesse est, ita ut si ab homine abstrahas, perit conceptus *Petri,* hoc est, individui naturae humanae. Igitur connexio necessaria est; ergo et propositio necessaria. – Neque proinde ex his sequitur: *Petrus est homo,* est propositio necessaria; ergo *Petrus necessario est·,* nam a necessitate connexionis praedicati cum subiecto fit transitus ad necessitatem existentiae subiecti vel praedicati. – Eadem ratiocinatio valet pro aliis modis dicendi per se.

δ) *In duobus modis per se.* Codices nostri omittunt omnes *per se.* Procul dubio, uti patet ex immediate sequentibus, de *per se* est sermo. Qua de causa si quis propter codd. auctoritatem illa verba velit expungere, subintelligere tamen debet. – Cod. O omittit sequens *quidem*.

ε) *Quod autem ponitur* etc. Retineo hanc lectionem Pianam, quae est etiam maioris partis codd. – Codd. HM : *quae autem ponuntur in definitione alicuius de necessitate* (et *de necessitate* etiam codd. ABCGO) *praedicantur de* eo.-O: *quod ponitur,* sed omissio *autem* est mendum, sicut mendum est cum infra omittit *quia,* post *in secundo vero.* – CM : *in secundo, quia quaedam subiecta (subiecta* omitt. C) *sunt in eo quod quid est (in eo quod quid est,* etiam KRS et marg. D. – Cf. text.) *praedicantibus* etc. Ceteri codd. legunt cum Piana, et recte.

Ç) *Sed manifestum est* etc. S. Thomas hic ponit *minorem* argumenti verbis ipsius Aristotelis, ut in textu videre est, addendo ex se vocabulum *principiis,* subintellectum in ipso textu. Codices concordant cum Piana, uno M excepto, qui legit: *sed manifestum est quod ex huiusmodi principiis, scilicet quae insunt per se.*

ι Ί) *Quod omne quod praedicatur.... quae sunt per accidens* etc. Haec lectio Piana perspicua est, et omnino retinenda: habet etiam pro se codicum auctoritatem. – Cod. M mendosus hoc loco est et inintelligibilis : *quod omne quod praedicatur per se et ea quae per accidens et quae praedicantur per se sunt necessaria; ex his autem* etc. – Cod. H: *quod omne quod praedicatur... et ea quae praedicantur per se, sunt necessaria, ex his autem.* – Cod. N legit cum Piana nisi quod loco, *ex his autem,* habet, *et ideo ex his.* – Codd. AG habent et ipsi lectionem Pianam; sed post verba *ex his autem, quae sunt per accidens,* addunt, *et ea quae praedicantur per accidens, non fit* etc.-Ceteri codd. stant pro Piana.

θ) *Secunda autem* etc.-A: *secunda autem propositio, cuius est... ipsa definitio, est in primo modo;* B: *sit per se in primo modo.* Verba, *sit per se,* omittunt cum P codd. CDEG1KLMN0QRST, qui, exc. O, omittunt etiam *in ;* sed in C *sit per se in* add. marg., non secus ac priora verba, *est ipsum subiectum,* quae id. C una cum codd. MS omittit in corpore (S tamen adduntur marg.). – H loco, *est ipsum subiectum,* habet : *est definitum*.-Verba, *sit per se,* quibus citati codices carent, necessaria non sunt, quia de facili subintelliguntur, et omnino subintelligenda sunt, si non explicite ponantur. – Supra *(sit per se in quarto modo),* codd. CDKLMQ: *sit per se et quarto modo;* N: *sit per se quarto modo.-Et* in fine, codd. LN : *per se secundo modo;* R ; *per se etiam secundo modo.*

t) *Conclusio vero* etc. Vera haec adnotatio s. Thomae exemplo erit perspicua. Sit demonstrandum homini convenire hanc *passionem* seu proprietatem, nempe *capacitatem scientiae,* et demonstretur hoc modo: *Animal rationale est capax scientiae;* sed *homo est animal rationale;* ergo *homo est capax scientiae.* In hoc syllogismo *medium* assumptum es *tanimal rationale:* quod est definitio *subiecti,* nempe hominis, de quo probanda est et probatur *passio,* nempe *capacitas sciendi.* Porro in *prima* seu *maiori* propositione definitio *subiecti,* nempe hominis, est *subiectum* et passio est *praedicatum ;* in secunda vero seu *minori* propositione *subiectum* est illud ipsum subiectum de quo probanda est et probatur passio, et *praedicatum* est ipsa definitio. – At *passio* seu capacitas sciendi dicitur in *maiori* propositione de *animali rationali* in

sic etc.: quae talis est. *Demonstratio circa necessarium est et demonstratum,* idest demonstrationis conclusio, *non potest aliter se habere.* Et hoc accipiendum est * tanquam principium ad ostendendum propositum, scilicet quod demonstratio ex necessariis procedat; cuius quidem principii veritas * ex praemissis apparet, ut iam dictum estx. Ex hoc autem principio sic argumentatur *. Conclusio necessaria * non potest *sciri* nisi ex pnncipiis necessariis; sed demonstratio facit scire conclusionem necessariam; ergo oportet quod sit ex principiis necessariis. – In quo differt demonstratio ab aliis syllogismis: sufficit enim in aliis syllogismis quod * syllogizetur ex veris. Nec est aliquod aliud genus syllogismi, in quo oporteat ex necessariis procedere, sed in demonstratione tantum * oportet hoc observare. Et hoc est proprium demonstrationis, scilicet * ex necessariis semper procedere.

5. Deinde cum dicit: *Signum autem* etc., probat idem per signum hoc modo. Contra rationem alifiuarn non infertur * instantia, nisi per hoc quod deficit aliquid eorum, quae in ratione illa observanda sunt; sed contra eum, qui opinatur se * demonstrare, ferimus * instantiam quod ** non sit necesse ea, ex quibus procedit, esse vera : sive opinemur ea contingere aliter se habere, sive talem instantiam feramus * *rationis,* idest disputationis causaλ; ergo demonstratio debet procedere * ex necessariis.

6. Deinde cum dicit: *Manifestum autem etc.,* infert conclusionem ex dictis : dicens quod *manifestum est, ex* hoc quod oportet demonstrationem ex necessariis concludere *, quod *stulti* sunt illi, *qui opinati sunt bene* se *principia* demonstrationis *decipere, si* solum *propositio* accepta *sit probabilis vel***vera, ut sophistae* faciunt, idest illi**, qui apparent scientes et*non sunt. Nam scire non est nisi per * hoc quod scientia habetur, scilicet ex demonstratione *; ex hoc autem quod aliquid est probabile vel improbabile non habetur quod sit primum vel non primum sed tamen oportet illud circa quod fit demonstratio esse primum in genere aliquo ct esse verum. – Non tamen omne primum accipit demonstrator, sed primum proprium * illi generi, circa quod demonstrat'; sicut arithmeticus * non accipit primum, quod est circa magnitudinem*, sed circa numerum.

7. Attendendum est autem ç quod sophistae non sumuntur hic sicut in libro *Elenchorum,* qui procedunt ex his quae videntur probabilia et non sunt, aut videntur syllogizare, non tamen syllogizant. Sicut enim tales sophistae dicuntur, idest apparentes et non existentes, in quantum deficiunt a dialectica argumentatione; ita dialecticae argumentationes si appareant demonstrative probare et non probent, sophisticae sunt, in quantum videntur sua argumentatione scientes, et non sunt °.

8. Deinde cum dicit: *Quod autem ex necessariis* etc., ostendit quod supposuerat. Et circa

·: necessitas,* **b : argumente- argümentetur. moiisdationise;* *'l: ut-* *'codd"^"" ""* *mira p om. semper-* *am codhTiexc' CHKST)·. fertur, KC°dsɪ't'aiiquid *eco°ddi-p; fe- quod* *ferimus^* ** codd.: este,* *'›*: dicit.* *I CMS : procedere ceder™* *'*»cdchmo'st : et codd· '«▮ ‘‘-"M».»· «'· °·· per demonfra&»em. bile·* *'Proprium a ° v 'ticT.: anthme'*

quarto modo dicendi per se (lect. x, n. 7); et dicitur de *homine* in conclusione in secundo modo dicendi per se (ib. n. 4); denique in *minori* propositione *animal rationale* in primo modo dicendi per se (ib. n. 3) dicitur de *homine*.

Notandum tamen quod, sicut praemissum est n. 1, hic sermo est de demonstratione *propter quid,* nempe de demonstratione quae procedit ex notioribus *simpliciter* (Cf. lect. vm, not. β), et ideo ex causa *propter quam* res, quae demonstratur, est sicuti demonstratur. Definitio vero, seu essentia rei, est causa seu ratio *passionum* vel *proprietatum,* quae ab essentia necessario resultant et ipsam inseparabiliter comitantur. Quapropter est demonstratio *propter quid* illa, per quam ex definitione subiecti probatur aliquid ipsi subiecto de necessitate convenire. – Quo in casu *propter quid* est idem ac *quid* vel *quod quid* (Cf. *Perih.,* lect. x, not. ε), seu essentia rei in seipsa, quae quatenus causa seu ratio *proprietatis,* dicitur respectu huius, *propter quid.* – Haec quae summis, ut ita dicam, labiis delibavimus, infra (lect. xvin et seqq.) a s.Thoma explanantur.

x) *Ex praemissis apparet* etc. Codd. – P: *veritas apparet;* L: *ex praemissis patet ut* etc.; codd. CMS: *ex praemissis apparet, ut manifestum est.* – Cod. H verba, *ut iam dictum est,* omittit. Sed non esse omittenda, neque substituenda per lectionem codd. CMS suadent tum auctoritas aliorum codd., tum ea quae supra n. 1 a s. Thoma dicta sunt. Ibi enim, *dictum est, ex praedictis inferendo,* quod scientia demonstrativa debet esse ex necessariis, quia quod scitur impossibile est aliter se habere.-Codd. BM loco *cuius quidem principii* etc., habent: *cuius quidem veritatis principium* etc. Quae lectio non est approbanda.

λ) *Ex quibus procedit* etc. – Cod. H : *ex quibus procedit, esse vera, idest quod praemissae ex quibus procedit non sunt necessariae, sive quod praemissae contingunt aliter se habere, semper talem instantiam fecimus rationis, idest* etc.-M: *ex quibus procedit...* (ut P.), *sive opinionem contingeret habere super talem instantiam ferimus rationis, idest* etc.; C: *sive opinionem contingent eo a* (aliter) se *habere* etc., ut M. Quae duae ultimae lectiones inintelligibiles sunt, ut quisque per se videt. Sed nec lectio cod. H sustineri potest, quippe in ea duo membra *quod praemissae ex quibus* etc. *sive quod praemissae contingunt,* ut distincta proferuntur verbis et indistincta sensu : deinde verba, *semper talem instantiam fecimus* (seu *ferimus) rationis,* confusionem inducunt. Pianam lectionem habent alii codices.

p) *Sit primum vel non primum; sed* etc. – Cod. L: *sit prius primum* etc.; N: *sit principium ; sed* etc.; Q: *sit principium vel non principium; sed* etc.; RS omittunt *vel non primum;* O: *scitur primum etc.,* ut Piana; cuius lectio auctoritate aliorum codd. suffulta retinenda est. Corollarium enim quod hoc loco infert Aristoteles contra sophistas seu dialecticos est, quod isti stulti sunt, cum existiment se vere demonstrare, assumentes pro principio demonstrationis propositionem vel *probabilem* vel solummodo *veram*. Declaratur autem corollarium hoc modo. Ex eo quod aliquid sit solummodo probabile vel verum (quae assumunt sophistae, seu verius (n. seq.) dialectici) non habetur quod sit primum principium ; sed demonstratio debet procedere ex principiis primis (in illo nempe genere rerum de quibus instituitur demonstratio); ergo stulti sunt sophistae cum opinantur se bene principia demonstrationis accipere, si solum propositio accepta sit probabilis vel vera.

Aristoteles hoc loco habet: Οὐ γαρ τὸ ενοαξον ἡ ρ,ἡ αρχὴ ἐστιν: quibus verbis optime quadrat s.Thomae expositio: *Ev hoc autem quod aliquid est probabile vel improbabile* (seu ut M legit, *non probabile* r, ρ.ἡ), *non habetur quod sit primum vel non primum,* seu principium (ἀρχὴ) vel non principium; ἀλλα τὸ πρὠτον του γένου περὶ ο οείχνυται, seu, ut egregie interpretatur s. Thomas: *Non tamen omne primum accipit demonstrator, sed primum proprium illi generi, circa quod demonstrat;* χαι ταληΟε ου παν οἴχεἴον: quae verba in versionc latina textui praefixa vertuntur non conformiter, uti videtur, ipsi textui: *et verum non omne, sed proprium.* Non iuxta autem hanc versionem legit s. Thomas, qui hanc textus partem cum praecedente simul exponit dicens : *Sed tamen oportet illud circa quod fit* demonstratio esse primum in aliquo genere* (πρὠτον τοῦ γένου περὶ ο δειχνυται) *et esse verum: non tamen omne primum* (vel omne verum) *accipit demonstrator, sed primum* (et verum) *proprium:* nam χαι τἀληθέ οὐ παν οἰχείον, *et verum non omne proprium,* sicut non omne primum est proprium generi de quo demonstratur.

ν) *Sed primum proprium* etc. – O: *sed illud primum proprium illi generi demonstrationis; sicut* etc. Quae lectio bona fortassis est, non tamen anteponenda lectioni, quam ex Piana et aliis dedimus codicibus : verba enim, *circa quod demonstrat,* magis perspicue determinant *proprium illi generi.* -C: *sed primum propositum* (corrupte pro *proprium) generi quod demonstrat, sicut* etc.

ξ) *Attendendum est autem* etc. Amanuensis cod. C plura hic ex oscitantia omittit, et aliqua arbitrarie admiscet. Sic enim legit: *attendendum autem vel numerum syllogizare et non syllogizare: sicut enim tales sophistae dicuntur,* etc. Quae omnia sensum non habent.—Codd.: *attendendum est autem... qui* (BG, *quod) procedunt ex his quae videntur probabilia, non sunt autem* (1OS, *non autem sunt), vel* (B, *et) videntur* (K, *dicuntur) syllogizare et non* (l cum P) *syllogizant.*

0) Si *appareant* etc.-CS: si *appareant ita probare demonstrative et* etc.-CHMS: *sophisticae sunt in quantum, huiusmodi videntur* etc.— *Videntur sua argumentatione scientes, et non sunt.* Melior videtur hac lectione Piana et cod. G, lectio aliorum codd.: *videntur sua* (ABCHMS, *ex sua) argumentatione scientes, cum non* sint.— ‹ Protagoras... pro- » positiones in demonstrationem probabiles et verisimiles tantum adde- » bat, quas qui novisset, scientiam consecutum putabat » (Themistius in I *Poster.,* cap. xiv, pag. 11. Ed cit.).

hoc duo facit: primo, ostendit quod conclusio necessaria non potest sciri ex principiis non necessariis; secundo *, quod licet non possit sciri necessarium ex* non necessariis, tamen syllogizari potest; ibi: *Cum quidem igitur conclusio* * etc. – Primum ostendit duabus rationibus, quarum prima * talis est. Si quis non habeat rationem *propter quid** ostendentem, non efficitur sciens, etiam demonstratione habita π: quia scire est causam rei cognoscere, ut supra dictum * est **. Sed ratio, quae infert conclusionem necessariam ex non necessariis principiis, non ostendit *propter quid,* Quo<^ exemplificat in * terminis communibus. Ponatùr enim quod haec conclusio sit necessaria: *Omne C est A* ρ, et demonstretur per hoc medium ***B***, quod non sit necessarium medium, sed contingens, puta quod haec propositio sit contingens, *Omne* B est A,* vel *Omne C est B,* aut utraque; constat quod per hoc medium contingens, qüod est ***B***, non potest sciri de conclusione necessaria, quae est, *Omne C est A, propter quid**. Quod sic probatur. Remota causa propter quam est aliquid, oportet quod removeatur effectus; sed hoc medium cum sit contingens, contingit* removeri, conclusionem autem removeri non contingit cum sit necessaria; relinquitur ergo quod non potest sciri conclusio necessaria per medium contingens.

g. Secundam rationem ponit; ibi: *Amplius si etc.,* quae talis est. Si aliquis nunc nescitσ, cum tamen habeat eandem *rationem,* quam prius habuit, *et salvatus est,* idest non desiit esse, *salva re,* idest etiam re scita non corrupta, et iterum ipse *non est oblitus;* manifestum est quod etiam neque *prius scivit.* In hoc autem Philosophus innuit quatuor modos, quibus aliquis amittit scientiam, quam prius habuit. Unus modus est quando excidit a mente eius ratio, per quam prius sciebatT.-Alius modus * est per corruptionem ipsius scientis. – Tertms * per corruptionem ipsius rei scitae, sicut si sciam te sedere, dum sedes, te non sedente, haec scientia perit ". Quartus est per oblivionem. Unde nullo istorum modorum existente, si aliquis modo nesciat aliquid, nec prius scivit ρ. Sed ille, qui habet conclusionem necessariam per medium contingens, corrupto medio contingenti, nescit, medio

•cH-ts-.sec.osten- • m: *nisi ex ne-* "Num. 10.
'Codd.-p:Hna. *cf. supra n.3, not· '· π ; ostensum,
term 'in 'ribus p
'Codd.-p.?K9i/
· -t t . quid est.
'« ■potest.
σ
r
' Godd· (exc.H) omitt. *modus.*
'Tertius cxcou. (exc.H); est·; PH; alius· u
?

π) *Etiam demonstratione habita,* ita Piana et codd. ABCDEG1KLNOQ RST, nisi quod (exc. B) loco *habita,* legunt *adhibita,* sicut B ponit *in demonstratione,* loco *etiam demonstratione;* et CNS: *autem.* – Sed cod. H legit: *nisi demonstratio adducta;* et M: *absque demonstratione adhibita.* Quae est lectio e diametro opposita praecedenti, sed quae tamen contradicit iis quae immediate sequuntur, nempe exemplo quod ponitur de demonstratione per *medium* contingens. Nec te moveat quod demonstratio sit syllogismus faciens scire: nam revera talis est demonstratio proprie dicta, non autem demonstratio apparens, qua utuntur dialectici, qui videntur scientes et non sunt, et contra quos probat Aristoteles conclusionem necessariam seu demonstrativam non posse sciri nisi ex principiis necessariis. – Amanuensis autem cod. C loco ponendi immediate *minorem* argumenti (*sed ratio quae infert* etc.) redit distractus ad numerum praecedentem, et congerit hoc loco quae ibidem, ut iam notavimus, omiserat, ac prosequitur: *sciendum autem quod sophistae... non sunt autem. Secundo (corrupte loco, sed;* omittit autem, *ratio quae) infert conclusionem necessariam* etc.

ρ) *Ponatur enim quod haec conclusio sit necessaria: omne C est A.* Ita PHR; alii codd.: *ponatur... omne A est C;* et infra: *omne B est C.*– Supponitur in adducto exemplo iste syllogismus: *omne B est A;* sed, *omne C est B;* ergo, *omne C est A,* – Vel: *omne B est C;* sed, *omne A est B;.crgo, omne A est C.* – Sunt syllogismi in iar&ara, hoc est in primo modo primae figurae syllogisticae (Cf. lect. vm, not. ρ et τ). Posito autem quod vel *maior* vel *minor,* vel utraque *praemissa* sit contingens, conclusio, quae tota pendet ex antecedenti tanquam ex sua unica causa, non poterit non esse contingens. Etenim *remota causa* etc.- Infra codd. CM: *quod sic probat quod, remota causa* etc.; G: *quod sic probatur. Quia remota causa* etc.; alii codices (exc. R): *quod sic probat. Quia remota causa.*

σ) *Si aliquis nunc nescit* etc. – In re intricata amanuenses implicantur. – Codd. ABDEG1KLMQST: *si aliquis nunc nescit;* H: *nescit aliquid nunc nescit; N: nescit rem aliquam;* R: *rem* nescit.– ABDELM NOT: *idest non desiit;* K: *idest non desinit; C: idest non desierit;* HS: *idest non deserit.* – ^DEILNOQRT et secunda manu C, post verba, *salva re: idest etiam;* BS et prima manu C: *idest et;* K: *et etiam.* – DEKLORT et prima manu L: *res* (L sec. man., re) *scita non corrupta*; H: *quod non sit res corrupta;* A: *res est scita non corrupta;* M: *res ipsa non sit corrupta;* N: *res scita non corrupta sit;* C prima manu: *res ita non corrupta;* secunda manu: *res scita non corrupta; S* prima-manu: *re scita non corrupta;* secunda manu: *res scita non corrupta sit,* – Codd., exc. H: et *iterum;* M omitt. *iterum.*– Codd., exc. CKMQR: *quod etiam neque prius scivit;* C prima manu: *quod non neque prius scivit;* secunda manu: *quod ipse neque prius scivit;* K: *quod et neque prius scivit;* M: *quod neque prius scivit;* Q: *etiam quod neque prius scivit;* R: *etiam quod prius nescivit.*– P: si *aliquis nunc non scit... idest non desit esse... idest re scita et non corrupta, iterum ipse... quod etiam ipse non prius scivit.* Adoptavimus lectionem, quae vera nobis visa est, et pro se habet codd. auctoritatem, nempe: *si aliquis nunc nescit... idest non desiit esse... idest etiam re scita non corrupta, et iterum ipse... quod etiam neque prius scivit.*

τ) *Unus modus est quando excidit a mente eius ratio per quam prius sciebat.* Scire hic sumitur non pro quacumque cognitione conclusionis, sed pro cognitione rei scitae per suam causam. Hinc cognitio causae conclusionis, hoc est nexus conclusionis cum principiis, in quibus virtualiter continetur et in quibus actu videtur cum per syllogismum infertur, est causa et unica causa *scientiae* eiusdem conclusionis. Subtracta autem quocumque modo causa perit effectus, si, ut in casu nostro accidit, existentia effectus dependeat ab existentia causae. Ergo semota ratione scientiae, scientia excidit. – Idem dicatur si per falsam aliam rationem mens decipiatur et in oppositum incidat errorem veritati contrarium (Cf. s. Th. 1-11, qu. I u i, artic. 1).

Alius modus est per corruptionem ipsius scientis. Scientia est in potentia intellectiva animae rationalis quae est incorruptibilis. Unde non videtur quomodo, uti asseritur in hoc secundo modo, scientia possit amitti per corruptionem scientis.-Ad hoc respondetur imprimis, quod propositio intelligi potest in sensu hypothetico, scilicet, si *accidat corruptio ipsius scientis:* hac enim hypothesi constituta, manifestum est quod, pereunte subiecto cognoscente, perit ipsa scientia. – Respondetur secundo quod quamvis scientia nostra principaliter sit in intellectu, secundario tamen et quasi ut in materia causae nostrarum cognitionum est in sensibus, tum quia ex sensibilibus, quae a sensu dantur, est quodammodo origo nostrarum cognitionum, tum quia intellectus noster imaginatione et phantasmatibus utitur, quoties actualiter aliquid intelligit. Vires autem sensitivae, quia sunt compositi animati, corrumpi possunt (ut patet in phreneticis et amentibus); et hinc, ex consequenti, redundat deordinatio in intellectum, non quasi ipse corrumpatur sive per se sive per accidens, sed quia corrumpuntur eius, ut ita dicam, auxiliaria sensibilia (Cf. s. Th. loc. cit.).

Tertius modus per corruptionem ipsius rei scitae. Id accidit quando obiecta cognitionum sunt contingentia (unde et signanter de contingenti exemplum affertur), non autem quando sunt necessaria et incorruptibilia (quorum est scientia proprie dicta), aut contingentia quidem, sed secundum illud quod habent de necessario (Cf. *Perih.,* lect. xm, not. γ).

Quartus denique modus amittendi scientiam est per oblivionem.

u) *Sicut si sciam te sedere* etc. Plana magis videtur haec lectio codd. quam Piana: *sicut si scientia scit te sedente, dum sedes, te non sedente, periit.* – Secundam partem nostrae lectionis *(dum sedes* etc.) omnes codices habent. Primam autem partem non habent codd. CHM, quorum duo tamen neque cum Piana consentiunt. C prima manu: *sic sint scientia;* secunda manu: *sicut si sit scientia de te sedere* etc.; H legit cum Piana; M: *ut si sit scientia de te sedente.*

‹ρ) *Si aliquis modo nesciat aliquid* etc. – P: *si aliquis nullo modo sciat aliquod* etc. Quae lectio vix ac ne vix quidem sustineri potest. Angelicus enim hoc modo argumentatur. Quatuor sunt modi quibus amitti potest scientia de aliqua re. Ergo si aliquis modo nesciat aliquid, cuius scientia non amisit ullo ex quatuor recensitis modis, signum certum est quod sicut modo nescit, ita et prius nescivit. Atqui ille qui habet conclusionem necessariam per medium contingens, corrupto medio, nescit illam conclusionem, quin tamen ullus modus quo scientia amittitur existât (quia *eamdem rationem* per quam prius sciebat, habet; et *salvatus* est, nempe *sciens* non est corruptus; et *salva est res,* seu non est corrupta res scita; neque *est oblitus* conclusionis scitae). Ergo neque ante corruptionem medii contingentis illam ipsam rem scivit. Lectio igitur codicum: *si aliquis modo nesciat,* est adoptanda. – Infra etiam post verba, *et tamen eamdem rationem habet,* addimus ex codicibus, *et salvus est,* quae omittuntur a Piana. Verba enim illa significant unum ex quatuor modis, quibus potest scientia amitti, et quos, pro argumentationis perspicuitate, recenset s. Thomas.

non existente, et tamen eandem rationem habet, et salvus est, et salva est res, et non est oblitus. Ergo neque * prius scivit, quando medium non ** erat corruptum. – Quod autem medium, quod est contingens, corrumpatur, probat *,▮ quia id quod non est necessarium, oportet quod aliquando corrumpatur. Si autem * dicatur quod medium nondum est corruptum : quia * tamen non est ** necessarium, manifestum est quod contingit ipsum corrumpi. Posito autem contingenti, illud quod accidit * non est impossibile, sed possibile et contingens. Quod autem sequebatur erat impossibile, scilicet, quod aliquis scientiam haberet alicuius, quod * postea nesciret, manentibus conditionibus supra positis*: quod tamen sequitur * ex hoc quod est medium esse corruptum x; quod et si non sit verum, est tamen contingens, ut dictum est.

10. Deinde cum dicit: *Cum quidem igitur* etc., ostendit quod licet per medium contingens non possit sciri conclusio necessaria, tamen potest syllogizari conclusio ψ necessaria ex medio non necessario. Dicit ergo quod nihil prohibet, cum conclusio necessaria est, medium non necessarium esse per quod ostenditur, syllogismo tamen dialectico, non demonstrativo, qui facit scire·". Contingit enim necessarium syllogizari ex non necessariis, sicut contingit syllogizari verum ex non veris *: non tamen ** contingit e converso ; quia cum medium est necessarium et conclusio necessaria erit, sicuti ex veris praemissis semper concluditur verum. Quod autem ex necessariis semper concludatur necessarium , sic * probat: *Sit enim A de B ex necessitate* *, idest sit haec propositio necessaria: *Omne B est A; et hoc de C,* idest sit haec * etiam necessaria: *Omne C est B;* ex his autem * duabus necessariis sequitur tertia necessaria, scilicet conclusio, quod *, *omne C est A.* Ostensum est enim in libro *Priorum* * quod ex duabus propositionibus de necessitate * sequitur conclusio de necessitate. – Ostendit etiam consequenter quod si conclusio non esset necessaria, nec medium posset esse necessarium. Ponatur enim quod haec conclusio, *Omne C est A,* sit non necessaria, praemissae autem duae sint necessariae; secundum id quod praeostensum * est, sequitur quod conclusio sit necessaria, cum tamen contrarium sit positum, scilicet quod conclusio * sit non necessaria *.

11. Deinde cum dicit: *Quoniam igitur* etc., infert conclusionem principaliter "" intentam ex omnibus * praedictis, dicens quod quia oportet necessarium esse aliquid, si demonstratione * sciatur, manifestum est ex praemissis quod oportet demonstrationem haberi * per medium necessarium: alioquin nesciretur quod conclusio sit necessaria, neque *propter quid,* neque *quia,* cum necessarium non possit sciri per non necessarium, ut ostensum est. Sed si aliquis * habeat rationem per medium non necessarium, dupliciter potest esse dispositus. Aut enim cum ipse sit non sciens, opinabitur tamen se scire, si * accipiat in sua opinione ** medium non necessarium, tanquam necessarium; aut etiam * non opinabitur se scire, si scilicet credat non * se habere medium necessarium. Et hoc universaliter intelligendum est, tam de scientia *quia,* qua scitur aliquid per mediata, quam de scientia *propter quid,* qua scitur aliquid per immediata. Horum autem differentia posterius * ostendetur.

* Codd. - p: *non.*
" Codd. (exc. b c h): *nondum.*
* m : *manifestum est, quia.-Qoàà.* (exc. o) : *quia quod.*
'*Autem* ex codd. (exc. h).
* BDEiLos : *ex quo tamen.*
Est ex codd.
' K : *contingenti, inesse illuaquod acciderit.*
• h : *et postea.*
" b: *condit.praedictis.*
'c q erronee: *non sequitur.*
X
Ψ
(0
• Codd.-p: *vero;* r : *ex falsis.*
*' Codd. (exc. o o q): *autem.*
* c m : *sic ipse probat.*
' Codd. - p : *de omni Bnecessaria* (Cf. text.).
* a b c m o : *haec propositio etiam.*
*Codd.-p:e»im... *duobus... tertium necessarium.*
*ABDEKLOQT: SC/1. *conci., scilicet quod.*
* Lib. I, cap. vin, seq.
* c h m s: *de necessario ;* o : *de necesse:* et ita inf.
'Codd.-p: *primo ostensum est;* r : *quod positum est.*
* Codd. lexc. c) om. *conclusio.*
* Codd.-pûHKM: *non sit necessaria.*
αα
' n : *ex praedictis.*
' BCOENOQRST : *demonstrative.*
▮ o: esse.
' Codd.-PR: *quis.*
* M : *scilicet si.*
'· Codd.- p: *opinatione.*
' a b n: *aut non.*
▮ Codd. (exc. c) : *non credat.*
' Lect. xxiii, seq.

7.) *Quod est medium esse corruptum* etc. Plana et aperta est s. Thomae sententia. Si medium est contingens, sequitur impossibile *(scilicet quod aliquis scientiam haberet* etc.), quia medium est corruptum, vel si non est verum quod sit corruptum, est tamem contingens, et ideo *contingit ipsum corrumpi.* -PK; *quod est medium contingens etc.;* sed *contingens* ceteri codices omittunt. – H : *esse corruptum positum.*- M: *quod etiamsi non sit verum;* BCH1KN: *quod si* etc.; K et prima manu C: *quod si non sit verum, manifestum est tamen* etc.; O: *quod si non sit necessarium, est tamen* etc. Lectio non acceptanda, sicut non est acceptanda lectio K et prima manu S: *est tamen inconveniens, ut dictum est.*

ψ) *Tamen potest syllogiqari conclusio* etc.– Melior est haec lectio codd. (Cf. n. 8). – P: *concluditur tamen conclusio necessaria;* R: *sciri tamen potest conclusio necessaria syllogizari ex* etc. – HO: *per medium non necessarium.*- In cod. K, ex recursu eorum verborum *conclusio necessaria,* omittuntur quae ex aliis codd. dedimus, tamen supplentur in margine.

Deinde codices ACLOT ita prosequuntur: *Dicit ergo quod nihil prohibet, cum* (C, *quod) conclusio non (non* expungitur in T) *necessaria est, medium non necessarium esse.* Quae lectio contradicit lectioni a nobis adoptatae, quam habent codices BDEGH1KMNQS: *Dicit ergo quod nihilprohibet, cum* (M, *quod) conclusio necessaria est, medium non necessarium esse;* P: *Dicit ergo quod nihil prohibet conclusionem necessariam esse per medium non necessarium.* Igitur Piana stat cum maiori parte codd. quoad sententiam expressam, et addo cum Piana et codicibus stare veritatem: nam particula *non,* quam habent alii codices est error manifestus, qui irrepsit ex solita amanuensium oscitantia. Probatum enim est supra conclusionem necessariam non posse *sciri,* seu *demonstrari,* nisi ex praemissis necessariis; nunc additur conclusionem tamen *necessariam* posse inferri ex praemissis contingentibus. Quae duae conclusiones non sunt oppositae: quia aliud est conclusionem necessariam inferri syllogismo demonstrativo, aliud ipsammet conclusionem concludi syllogismo dialectico: eadem siquidem est in utroque casu conclusio materialiter et in se necessaria; sed formaliter et quoad nos, per syllogismum demonstrativum est necessaria in se et ut necessaria a nobis scitur; sed per syllogismum dialecticum conclusio in se necessaria, non est a nobis scita ut demonstrata et ut necessaria (Cf. n. seq.). Sint duo exempla, quorum primum est demonstrativi syllogismi, alterum syllogismi dialectici, conclusio eadem. – 1m *Omne animal rationale est risibile ; omnis homo est animal rationale; omnis homo est risibilis.*– 2m *Omne album est risibile; omnis homo est albus; omnis homo est risibilis.* Praemissae huius secundi syllogismi sunt falsae ; et tamen concluditur verum : sunt contingentes et tamen concluditur id quod in se est necessarium, nempe illud ipsum, quod ut necessarium et scitum conclusum est in priori syllogismo. – Hinc signanter s. Thomas dicit quod nihil prohibet, cum conclusio necessaria est, medium non esse necessarium, per quod medium ostenditur conclusio syllogismo dialectico, *non tamen demonstrativo qui facit scire.* Sed insuper, *non tamen contingit e converso,* nempe non tamen falsum potest syllogizari ex veris praemissis, neque ex necessariis praemissis concludi potest non necessaria conclusio. Quod in sequentibus perspicue probatur.

ω) *Per quod ostenditur etc.* Codd. ABCDGHKMNRST: *per quod ostenditur* (M om. *ostenditur);* ELO : *per quod hoc ostenditur* etc.– Praeterea codd. ABDEGHKLOQRST: *ostenditur syllogismo* etc.– AB DEGKLMNOQRST: *syllogismo tamen (H, tantum) dialectico.-P: per hoc quod ostenditur syllogiqatum syllogismo dialectico, non demonstrativo, qui facit scire.* Huic lectioni suffecimus illam quae datur a codd., ct quae perspicua est.

αα) *Infert conclusionem principaliter* etc. Haec verba *conclusionem* usque ad *manifestum est,* inclusive, addimus ex omnibus nostris codicibus, et necessaria sunt ad integrandum et explicandum sensum Commentarii s. Thomae. – Desunt in Piana. Venetae editiones concordant cum codd.

LECTIO DECIMAQUARTA

DEMONSTRATIO EST DE HIS ET EX HIS QUAE SUNT *PER SE*

Των δέ συμβεβηκότων μη καθ' αυτά, ον τρόπον διωρίσθη τά καθ' αυτά, ούκ έστιν έπιστημη αποδεικτική. Ού γάρ εστιν εξ ανάγκη δεΐξαι το συμπέρασμα· τό συμβεβηκό γάρ ενδέχεται μη ύπάρχειν· περί τοιου'του γάρ λέγω συμβεβηκότο .

Καίτοι άπορη'σειεν αν τι 'ίσω τίνο ένεκα ταύτα δει έρωταν περί του'των, εί μη ανάγκη το συμπέρασμα είναι· ούδέν γάρ διαφέρει εΐ 'τι έρδμενο τά τυχόντα, εϊτα εϊπειεν τό συμπέρασμα.

Δει δ' έρωταν ούχ ώ άναγκαΐον είναι διά τά ηρωτημένα, άλλ' ότι λέγειν ανάγκη τω έκεΐνα λέγοντι, καί αληθώ λέγειν, έάν αληθώ η υπάρχοντα.

'ΕπεΙ δ' έξ ανάγκη υπάρχει περί έκαστον γένο όσα καθ' αύτά. ύπάρκει, καί ή έκαστον, φανερόν ότι περί τών καθ' αύτά ύπαρχο'ντων αί έπιστημονικαί αποδείξει καί έκ τών τοιούτων εισίν τά μέν γάρ συμβεβηκότα ούκ αναγκαία· ώστ' ούκ ανάγκη τό συμπέρασμα είδέναι διότι υπάρχει, ούδ' εί αεί εΐη, μη' καθ' αύτό δέ, οίον οί διά σημείων συλλογισμοί. Τό γάρ καθ' αύτό ού καθ' αύτό έπιστησεται, ούδέ διότι, τό δέ διότι έπίστασθαι έστι τό διά τοΰ αιτίου έπίστασθαι. Δι' αύτό άρα δεΐ και το μέσον τω τρίτω καί το πρώτον'τω μέσω ύπάρχειν.

* Accidentium autem non per se, quomodo determinatum est per se quidem esse, non est scientia demonstrativa. Non enim est ex necessitate demonstrare conclusionem; accidens enim contingit non esse: de tali enim dico accidente. • Seq- cap. vi et text. 18·

Et tamen opponet fortassis aliquis, cuius causa haec oportet interrogare de iis, si non necesse est conclusionem esse; nihil enim differt si aliquis interrogatus contingentia, postea dicat conclusionem.

Oportet autem interrogare, non tanquam necessarium esse propter interrogata; sed quia dicere necesse est illa dicenti, et vera dicere, si vera sunt, quae sunt.

* Quoniam autem ex necessitate sunt circa unumquodque genus quaecumque per se sunt, et secundum quod unumquodque est, manifestum est quoniam de his, quae per se sunt, demonstrativae scientiae et ex talibus sunt; accidentia enim non necessaria sunt. Quare non est necessarium conclusionem scire propter quid sit neque si semper sint, non per se autem, ut sunt per signa syllogismi. Hoc enim per se, non per se scit, neque propter quid; propter quid autem scire, est per causam scire. Propter ipsum ergo oportet et medium tertio, et primum medio inesse. • Texi- 19·

Synopsis. — **i. Argumentum textus. – Demonstratio est de his et ex his quae sunt *per se*. – 2. Eorum quae sunt *per accidens* non potest esse demonstratio, quia, cum de necessitate non insint subiecto, non potest de ipsis haberi conclusio necessaria.-3. Solvitur obiectio.-4. Dubitatio ex eo quod *interrogationes* fiunt de contingentibus. – 5. Solvitur. Ex contingentibus praemissis non est necessitas absoluta consequentis, sed necessitas consequentiae. – 6. Probatur directe demonstrationem fieri ex his quae sunt *per se;* quia est ex necessariis et de necessariis. – 7. Confirmatur; quia etiamsi procedatur ex iis quae sunt semper et necessaria et vera, si tamen non proceditur ex iis quae sunt *per se,* nescitur *propter quid,* seu nescitur causa conclusionis.**

1 gïiN·/ostquam ostendit Philosophus quod ^/^demonstratio est de necessariis et ex p necessariis, consequenter ostendit quod ^.©y^Sest de his, quae sunt *per se* et ex his, quae surit *per se K.* Et circa hoc tria facit: primo, ostendit quod demonstratio est de his, quae sunt *per se,* idest quod conclusiones demonstrationis sunt *per se;* secundo, movet dubitationem et solvit; ibi: *Et tamen opponet* * etc.; tertio, ostendit quod demonstratio est ex his, quae sunt *per se P,* idest quod principia demonstrationis oportet *per se* esse; ibi: *Quoniam autem ex necessitate* * etc.

* Num. 4.

β

ı Num. 6.

2. Dicit igitur primo quod demonstrativa scientia non potest esse *accidentium,* quae non sunt *per se,* sicut determinatum est *per se* superius *, scilicet quod accidens *per se* est * in cuius definitione ponitur subiectum ; sicut *par* aut *impar* est per se accidens numeri*s. Album* autem *animalis* non est per se accidens: quia animal non ponitur in eius definitione. Quod autem de huiusmodi accidentibus, quae non sunt per *se,* non possit esse demonstratio, sic probat. Accidens, quod non est*per se, contingit non inesse ** (de hoc enim accidente loquimur); si ergo * demonstratio fieret de accidente, quod non est per se, sequeretur quod conclusio demonstrationis non esset necessaria:

T

• Lect. x, n. 4.

δ

* ıqr : *inest.*
** CMS : *conting. non esse;* h : *conting. esse et non esse.*
• *o* non recte : *cum enim demonstr.*

«) Demonstratio est de necessariis **etc. Hanc lectionem in sua integritate exhibent codd. ABD1KLQT, et videtur lectio germana et retinenda. Quae enim supra ostensa sunt, demonstrationem probant nedum procedere *ex* principiis necessariis, sed etiam esse *de* conclusionibus necessariis.-Hic autem, ut immediate additur in divisione textus, ostendendum suscipitur per demonstrationem ratiocinari *ex* iis quae sunt *per se,* et inferri etiam conclusiones quae *per se* sunt. Editio Piana: *demonstratio est ex necessariis: consequenter ostendit quod est de his quae sunt pêr se. Et circa* etc. Hanc ipsam lectionem habent Venetae editiones et codd. ENR. – Codices etiam CH.MOS videntur stare cum P,-CHMS: *consequenter ostendit quod demonstratio* (H om. *demonstratio') est ex his* etc., ut P; O: *consequenter ostendit de his quae sunt per se. Et circa* etc. – Cod. G : *ostendit quod est de his, quae sunt per se, et non ex his quae non sunt per se.* At prima vice *(et non ex his),* particula *non ex* secunda manu apposita est. – Notandum denique quod in prima parte cod. M omittit verba *et ex necessariis;* N et prima manu S om. *de necessariis et.***

β) *Est ex his quae sunt per se.* Ita codd.-Ed. Piana: *est ex his quae insunt per* se.-In his atque similibus locutionibus Aristoteles generatim habet υπαρχειν, hoc est *inesse,* et καθ* αύτά, *secundum se,,* seu *per se.* Scholastici autem indifferenter habent: *inesse* vel esse *per se, inesse* vel *esse secundum* se.-Cod. C: tertio *dicit quod demonstrationes sunt ex his, quae* etc. Et, *demonstrationes sunt ex his* (M, *ex iisdem)* habent etiam codd. MNS.

j) *Determinatum est per se superius.* Est lectio codd. CDEH1KL MNOQRST: *determinatum est per se superius.* Quae lectio pressius reddit textum graecum: ον τρόπον διωρίσθη τά καθ' αύτά.-P: *demonstratum est de per se superius;* ABG: *demonstratum est per se* (B, *per se esse) superius.*

δ) *Sicut par aut impar est per se accidens numeri.* – Cum codd. legimus: *aut impar;* CMS: *vel impar;* POR : et *impar.* – Deinde codices habent: est *per se accidens ;* P: *sunt per se accidens;* CMRS: *per se est accidens numeri.-L* legit cum aliis codicibus, formam tamen mutat et forte melius habet: *est accidens per se numeri:* quam formam imitantur immediate infra codd. AG1OQRST: *non est accidens per se.*

• Lect.ix, n.2, ct lect. praeced.

cuius contrarium supra ostensum est*. Quod autem accidens, quod non est per se, non necessario insit, ex hoc potest haberi. Si enim aliquod accidens ex necessitate et semper insit subiecto, oportet quod causam habeat in subiecto, qua posita, non possit accidens non inesse. * Quod quidem contingit dupliciter. Uno modo, quando ex prmcipiis speciei accidens* causatur; et tale accidens dicitur *per se* passio vel proprium. Älio modo, quando accidens causatur ex principiis individui*; et hoc est accidens inseparabile. Omne autem accidens, quod causatur ex principiis subiecti, si debeat definiri, oportet quod subiectum ponatur in sua definitione: nam unumquodque definitur ex propriis principiis *; et sic oportet omne accidens, quod ex necessitate inest subiecto, esse ac-

' ABCEGiKLQST : *esse subiecto.*

• *Accidens* ex codd.

• a b c : *aticuius c"p!'indivi/uaïi²*

• *Principiis* ex

iUa er~o acctdmtia.ers°

C⌒eilS PβΓ SC erg° * 9Uae 11011 SUllt *PSr SC*› non ex necessitate insunt.

3. Videtur autem quod Aristoteles utatur demonstratione circulari, quam * supra**improbavit. Ostenderat enim supra * quod demonstratio necessariorum est ex hoc quod est eorum quae sunt *per se:* nunc autem e converso* ostendit quod demonstratio est eorum quaesunt perse, quia* est necessariorum.

' Lect.' prâcc., ζ

'osr: *e contra-* ή ; *ex hoc quod;* i: *eo quod.*

Sed dicendum quod supra Aristoteles non solum ostendit demonstrationem esse necessariorum propter hoc, quod est eorum quae sunt per se, sed ex definitione eius quod est scire; et hic fuit verus demonstrationis modus. Quod autem ostendit demonstrationem esse necessariorum propter hoc, quod est eorum quae sunt *per se,* non est vera demonstratio, sed est ostensio ad hominem apud quem notum est * quod demonstratio sit ** eorum quae sunt per se.

η

•codd. (exc. b

•• d h n b *? êst.*

4. Deinde cum dicit: *Et tamen opponet* etc., movet dubitationem quamdam 0. Et circa hoc duo facit. Primo, ponit dubitationem dicens quod potest aliquis forte opponere: si conclusio, quae sequitur ex contingentibus vel ex his quae sunt per accidens, non est necessaria; quare de contingentibus fit interrogatio sive de his quae sunt *per accidens,* ut ex iis datis * procedatur ad conclusionem, cum tamen * in syllogismo requiratur quod conclusio * ex necessitate accidat '. Et quod interrogatio fiat de contingentibus vel ex his, quae sunt per accidens, manifestat per hoc quod subdit: *Nihil enim differt, si aliquis interrogatus contingentia, postea dicat conclusionem.* Quasi dicat*: ita potest inferri conclusio ex contingentibus interrogatis et concessis, sicut ex necessariis : utrisque enim eadem forma syllogizandi estx.

9

· D= « *datis.*

· *Tamen om. m.*

· *conclusio* om.

" i

tfff™¶^ens

«

' *sotritdubi-*

*Ita omitt.K.

5. Secundo; ibi: *Oportet autem* etc., solvit * dicens quod non ita * interrogatur de praemissis contingentibus, quasi conclusio sit necessaria absolute *propter interrogata,* idest propter praemissa contingentia; sed quia necesse est dicenti praemissa conclusionem dicere, et dicere vera in conclusione, si vera sunt, quae praemissa sunt: quasi dicat quod licet ex praemissis contingentibus non sequatur conclusio necessaria necessitate absoluta, sequitur tamen secundum quod est ibi necessitas consequentiae*, secundum quod conclusio sequitur ex praemissis \

' cf. not. η.

λ

6. Deinde cum dicit: *Quoniam autem* etc., ostendit quod demonstratio sit ex his, quae sunt *per se,* tali ratione. Demonstratio est ex necessariis et de necessariis Et hoc ideo *, quia est scientifica, idest faciens scire. Ea autem, quae non sunt *per se,* non sunt necessaria: sunt enim *per accidens*

p

* K: *ideo est.*

ε) *Et sic oportet omne accidens quod ex necessitate etc.* – Est lectio codd. ABCEGLMNOST. – HR: *et sic oportet quod omne accidens quod ex necessitate... est accidens per se;* DK: *et sic omne accidens quod ex necessitate inest subiecto, est accidens per se;* IQ: *et sic oportet esse accidens quod ex necessitate inest subiecto esse* (I om. *esse) accidens per se.* Igitur, *omne accidens... ex necessitate,* est lectio fere unanimis codicum, quam Pianae praetulimus: *et sic oportet etiam accidens quod de necessitate* etc. At *etiam* minus recte ponitur loco του *omne* codicum.

ζ) *Ostenderat enim supra* etc.-H: *superius enim ostendit quod* etc.; G; *ostendebat;* K: *ostendit.* – AG: *ex eo quod est eorum* etc.

η) *Sed est ostensio ad hominem.* —*Vera* demonstratio est de necessario veris, et ideo est de veritate absoluta. Ostensio autem *ad hominem* est, cum procedimus ex principiis concessis ab adversario ad ipsum coarguendum. Consequenter conclusio erit necessaria, sed necessitate *consequentiae,* non autem necessitate *consequentis* (Cf. lect. tv, not. γγ, et infra n. 5). Attamen esse potest .ut principium concessum sit absolutae veritatis; quo in casu habetur etiam vera demonstratio.

0) *Movet dubitationem quamdam.* – *Haec* verba omittuntur a codd. ADEKLMOQS, sed est mendum, ut patet ex sequentibus: *et circa hoc... primo* etc. Unde in margine K videntur illa verba fuisse suppleta; sed quomodo, margine pro maiori parte deciso, non liquet.-B: *movet dubium. Et circa* etc.; GHRT: *movet dubitationem. Et circa* etc.; I et marg. S: *movet dubitationem et solvit. Et circa hoc etc.* Sed verba *et solvit* non bene apponuntur: his enim appositis superflua videretur divisio huius textus: *Et circa hoc duo facit.* – M oscitanter omittit, *et circa hoc;* DEL: *circa hoc,* omisso *et;* Q: ei *duo facit.* -Codd. BDEGHIKLMN ORST infra: *primo proponit dubitationem* etc; Q: *primo opponit dubitationem.*

i) *Quare de contingentibus* etc.- Hanc Pianam lectionem habent solummodo Ven. edd.—Codd. ABDGHKLMNORST: *quare fit interrogatio de his* (N, *de his scilicet) quae sunt per accidens, sive de contingentibus, ut ex iis datis (datis* omitt. O) etc. – Cod. C habet fere eandem lectionem: *quare sit interrogandus de his quae sunt per accidens, sive de contingentibus, ut ex his datis.* – Codd. EQ dissentire non videntur, quamvis mendosi hoc loco sint, sicut et in multis aliis: *si conclusio quae sequitur ex contingentibus, vel ex his quae sunt per accidens, sive de contingentibus, ut* (E, *aut) ex eis* (Q, *iis) datis procedatur* etc. – Cod. I legit: si *conclusio quae sequitur ex contingentibus vel ex his quae sunt per accidens* (marg. additur: *non est necessarium, quare fit interrogatio de his quae sunt per accidens) sive de contingentibus, ut ex eis datis* etc.-Lectio codd., prout datur ab AB etc., potest acceptari; ab illa tamen adoptanda abstinemus quia supra, si *conclusio quae sequitur ex contingentibus, vel* etc., et infra, *interrogatio fiat de contingentibus, vel* etc., hoc est in eadem sententia enuncianda semel et iterum codices cum P concordant. – Cod. N erronee legit: *cum tamen in syllogismo non requiratur quod conclusio* etc.

x) *Ita potest inferri* etc. – Unus cod. H: *ita potest inferri conclusio ex terminis non necessariis sive contingentibus, sicut ex necessariis.* Quae est lectio non attendenda. – Cod. L: *ex utrisque enim* etc.; BC DEMQST : *utrisque enim* etc. Et hanc lectionem adoptamus,-P: *utriusque enim* etc.

λ) *Sed quia necesse est dicenti praemissa* etc. – Quae hic ex Aristotele citantur, declarata satis superque manent ex iis quae s. Thomas subiungit: *Quasi* dicat etc. – Codd. variantes lectiones subiungimus, recitando Pianam: *Sed quia* (B om. *quia) necesse est dicenti praemissa* (ABCDGHKLRST, *praemissa dicenti;* MO, *praemissas dicenti;* Q, *praemissa docenti) conclusionem dicere et* (B, *idest) dicere vera in* (B, *et in) conclusione, si vera* (ABDGIKMOQRST, si *veraciter) sunt quae praemissa sunt; quasi dicat* (BCDEILNOQRST, *quasi dicens;* HK, *quasi diceret) quod* (M om. *quod) licet ex praemissis contingentibus non sequatur conclusio necessaria necessitate absoluta, sequitur* (codd. om. *sequitur) tamen secundum quod est ibi* (AILMOT, *sed quod est ibi;* BCD, *sed est ibi;* E, *sed quod tamen ibi;* GHNOS, *tamen est ibi;* K, *sed in,* marg. additur *est;* R, *sed tamen est ibi) necessitas consequentiae, secundum* (ABCDEGIKLMNOQRS, *tantum secundum) quod conclusio sequitur ex praemissis.-H* om. verba *secundum quod* etc. usque ed *praemissis* inclusive. – Codd. EN in principio intricate et corrupte legunt. E: *sed quod necesse est praemissa dicere conclusionem dicunt, et dicere vera, si veraciter sunt* etc.; N: *sed quod necesse est praemissam conclusionem dicere, et dicere veram conclusionem, si vera* sunt etc. – Integram lectionem Pianam conservamus, quamvis una aut altera particula codd. praeferenda forte videatur, ut lector ex se videre et seligere potest.

p) *Demonstratio est ex necessariis et de necessariis.*-Ita Piana cum codd., exc. BH, qui tamen legunt: *de necessariis et ex necessariis.*-

et huiusmodi non sunt necessaria, ut dictum est. Sed ilia sunt ex necessitate circa unumquodque §enus) quaecunque sunt *per se* et * conveniunt unicuique secundum quod unumquodque est *. Relinquitur ergo quod demonstratio non possit esse nisi ex his, quae sunt per se et de talibus '.

7. Ulterius autem ostendit quod etiam si praemissa essent semper, et necessaria, et vera, * et non *per se* non tamen sciretur de conclusione *de propter quid;* sicut patet in*syllogismis, qui fiunt per signa, in quibus conclusionem, quae est *per se,* non scit aliquis *per se,* neque *propter quid.* Sicut si aliquis probaret quod omne elementum est corruptibile °, per hoc quod videtur tempore * antiquari, esset quidem probatio per signum, non autem *per se,* neque *propter quid:* quia *propter quid* scire est per causam scire. Oportet ergo medium π esse causam eius, quod in demonstratione concluditur. Et hoc manifestum est ex praemissis*: quia oportet et *medium inesse tertio propter ipsum,* idest per se, et similiter *primum medio.* Primum autem et tertium vocat * duas extremitates.

qst BC"/*^ I "№° ^cf'Îct xi

v

5

. Codd°p. vid *ipsum antiq.*

I ◊= *praedictu,*

· chq: notat-

Cod. B omittit *ex necessariis et;* H omittit *et de necessariis,* quae tamen sunt apponenda, ut videre est supra in principio huius lectionis, et in nota *a*.

v) *Demonstratio non possit esse* etc.-Cod. N: *demonstratio possit esse ex his* etc. Sed est lectio hoc in loco falsa, quia aufert sententiae sensum exclusivum, quem ex vi argumentationis et ex mente s. Thomae debet habere. – G: *non possit esse nec ex his quae non* (non add. in marg.) *sunt per se.* Lectio non curanda.– H omittit ultima verba, *et de talibus.* Pianam lectionem ceteri codices habent.

ç) *Et necessaria et vera et non per se* etc.-Codd. AH omittunt, *et necessaria et vera;* BCDEGKMOQRST omittunt *et vera,* sed retinent *et necessaria;* N om. *semper* ac *et vera.* —*Codd.* CIM habent: et *per se,* omissa negatione, quae tamen additur marg. cod. I; cod. E: *et per se autem non, non tamen;* in cod. vero K est litura inter *non* et *per* se.-L etiam negationem omittit, ac legit: *essent semper et per se et necessaria, non tamen* etc. – Q omittit *et non* ante *per se.* Haud levis momenti est variatio primae partis, gravior autem est altera, quae est de admissione vel omissione particulae negativae. – Dictum est supra (lect. praec., not. β) quod esse per se et esse necessarium sunt convertibilia, huius autem oppositum affirmari hoc loco videtur, *necessaria... et non per se.* Haec difficultas non existit in lectione codd. AH, quippe qui omittunt verba *et necessaria,* ut hic supra notavimus. Verum haec lectio admitti non debet contra unanimem aliorum codd. auctoritatem. Deinde difficultas praefata evanescit, si prae mente habeamus distinctionem supra (lect. praec., n. 3, not. 1) indicatam inter *per se* propositionis, ut est *praemissa* syllogismi, et ut est simpliciter propositio. Etenim praemissa non solum est propositio, sed est talis propositio quae est *causa* cbnclusionis, quia medium assumptum in ipsa praemissa est ipsius conclusionis causa. Hinc ad rationem praemissae in demonstratione propter quid dicitur requiri essentialiter quod *medium,* seu praemissa sint *per se,* hoc est *per se causa* eiusdem conclusionis. Quamvis autem praemissa, quae est per se causa conclusionis, sit etiam necessaria, tamen non omnis praemissa necessaria est *per se causa:* nam *medium* assumptum potest inferre necessario conclusionem, quin tamen sit causa conclusionis, uti patet in demonstrationibus *quia,* seu a posteriori. – Optima ergo est argumentatio s. Thomae: *Si praemissa essent semper, et necessaria, et vera, et non per se, non tamen sciretur de conclusione propter quid,* hoc est *causam per se conclusionis;* et non sciretur proprie conclusio, quia scire est causam rei cognoscere (Lect. tv. – Cf. Caiet. in I *Poster.,* cap. vn, §. *Circa tertiam conclusionem* etc., fol. 5o, coi. 1. Ed. cit.). —Omissio particulae negantis in CEI LMQ est error manifestus. Etenim in ratione adducta n. superiori dictum est quod, quia demonstratio facit scire, ideo debet esse ex necessariis, et consequenter ex his quae sunt *per se.* – In ratione autem quae inducitur in hoc numero proceditur ex hypothesi quod demonstratio sit cx *necessariis,* sed non sit ex iis quae sunt *per se* causa conclusionis, ut paulo supra explicavimus. Et haec est ratiocinatio: Posito quod praemissa sint necessaria et vera, sed non *per se* causa conclusionis, demonstratio non est *propter quid.* Sed nunc loquimur de demonstratione *propter quid.* Ergo praemissa debent esse non solum necessaria et vera, sed etiam per se *causa* conclusionis. Si quis legat cum citatis codd. *et per se,* nulla est haec ultima ratio, et aperte contradicit verbis Aristotelis, ῥὴ καθ' αὐτό 31.

Non ergo videtur Aristotelis mentem plene assequutus Theodorus Waitz cum hanc argumentationem exponens, ait: « Veram rei causam » ignorat qui ex propositionibus non necessariis colligit, etiamsi propo- » sitiones ex quibus colligat omni tempore verae quidem sint, neque » tamen in ipsa rei natura positae (ῥὴ καθ' αυτό 31), quod iis accidit, * qui ex signis aliquid cogunt. Nam qui colligit ex propositionibus non » necessariis, non ex ipsa rei natura cognoscit quod necessario cum ea » coniunctum est, ut veram rei causam eum ignorare appareat » *(Aristotelis Organon, graece,* p.II, *Poster, analytic.,* Schol. in cap. vi, pag. 32 1).

Quae expositio inadaequata videtur. Nam quod demonstratio sit de necessariis et ex necessariis est argumentum non huius sed praecedentis lectionis. In praesenti probanda est thesis quod demonstratio, non quaecumque (nota bene), sed *propter quid,* debet esse ex iis quae sunt per se causa conclusionis, et consequenter procedere eo ordine exclusivo, quem s. Thomas determinavit lect. praeced. n. 3. – Est enim sermo de demonstratione propter quid, qua concluditur *propria passio* seu *accidens,* quod per se in secundo modo convenit subiecto conclusionis (Cf. ib.). – Ad quam thesim probandam supponitur, ut hic supra iam diximus, quod aliqua demonstratio sit quidem ex necessariis, non sit tamen cx necessariis simul et per se, quatenus per se supra necessarium addit esse per se causam conclusionis; et infertur quod in hac suppositione posset quidem haberi demonstratio quatenus ex necessariis procedit, sed non potest esse demonstratio *propter quid,* quia haec facit *scire* causam per se conclusionis demonstratae; causa autem per se rei demonstratae non scitur, ubi *medium* non sit per se causa cius, quod in demonstratione concluditur. ‹ Syllogismi qui proficiscuntur a signo » fere media sumunt, *inquit Themistius,* quae firma et perpetua sint » *(nempe necessaria aliqua ratione, sed non per se):* nam et lactescere » semper inest mulieri quae peperit, et ignibus fumare. Sed media haec » accommodata demonstrationi *(propter quid)* non sunt, quia in hoc ge- » nere priora *ex consequentibus* concluduntur» *(Paraphras.* in I *Poster.,* cap. xv, pag. 12.-Cf. Philopon. in I *Poster., §. Accidentium* etc. seqq., pag. 32 seqq.; Caietan. in I *Poster.,* cap. vn, loc. cit.).

Quia igitur Waitz non videtur distinguere inter esse demonstrationem ex simpliciter necessariis, et esse ex necessariis quae sunt per se causa conclusionis; ex eius interpretatione posset aliquis inferre aut nullam demonstrationem esse *propter quid,* aut nullam esse demonstrationem *quia.* Quod et est in se falsum, et contra mentem Aristotelis, imo et ipsius Waitz.

0) *Quod omne elementum est corruptibile.* – Codd. AOT: *quod omne elementatum.* Quam lectionem habere dicendi sunt codices, cx quibus scripserunt amanuenses codd. BDEQS, legentes *elatum,* cum signo abbreviationis. – Elementa sunt in quae resolvuntur corpora composita, quae ideo elementata dicuntur. Utraque lectio bona est, quia esse corruptibile tum elementis tum dementatis convenit. Attamen quia in elementatis magis apparet corruptio, haec lectio, *elementatum,* mihi probabilior videtur.

π) *Oportet ergo medium* etc.-Haec, usque ad *in demonstratione concluditur,* habentur in Piana et Venetis edit, saeculi XV. At tum illa tum istae in fine lectionis eadem ferme verba iterum ponunt: *oportet ergo medium causam esse extremorum eius, quod in demonstratione concluditur.* Quae sane repetitio eorumdem verborum eiusdemque sententiae prorsus inutilis est, et s. Thomae minime tribuenda. – Etiam cod. B terminat hanc lectionem hisce verbis: *vocat duas extremitates. Oportet ergo medium causam esse extremorum eius, quod in demonstratione concluditur;* sed addito signo monet haec verba tollenda esse a fine, et ponenda ubi omissa sunt, nempe post *per causam scire,* sicut Piana habet cum edd. Venet. et codd. CELMNQRST. Exinde conicctari potest quod, sicut cod. B, ita etiam nonnulli alii codices verba praefata habuerint in fine lectionis, sine tamen nota apposita in B. Cumque in aliis codicibus eadem verba legerentur post *per causam scire,* factum est ut in quibusdam codicibus imprimis, postea vero in editionibus bis eadem verba ponerentur. – Codices ADGH1KO: *per causam scire. Ergo manifestum est* (et ita B) *ex praemissis quod oportet et* (AH et sec. man. D om. *et) medium* etc.; et omnino omittunt verba, *oportet ergo... Et hoc.* – CELMNQST: *Et hoc ergo manifestum est ex praemissis quod oportet et* (LN om. *et) medium inesse tertio propter ipsum, idest propter se (propter* etiam AB1K) *et similiter* etc.: lectio: *Et hoc ergo... quod oportet,* praeferenda videtur (Cf. text.).-R: *Et hoc modo manifestum est ex praemissis quod oportet etc.* – *AEGO* terminant lectionem hoc modo: *primum... duas extremitates; maiorem* (O, *et maiorem) vocat primum, minorem tertium.*

LECTIO DECIMAQUINTA

DEMONSTRATIO NON POTEST TRANSIRE DE UNO AD ALIUD GENUS EXTRANEUM

Οὐκ ἄρα ἐστιν ἐξ ἄλλου γένου μεταβάντα δεῖξαι, οἷον τὸ γεωμετρικὸν ἀριθμητικήν.

Τρία γάρ ἐστι τὰ ἐν ταῖς ἀποδείξεσιν, ἓν μὲν τὸ ἀποδεικνύμενον τὸ συμπέρασμα· τοῦτο δ' ἐστὶ τὸ ὑπάρχον γένει τινὶ καθ' αὑτό· ἓν δὲ τὰ ἀξιώματα· ἀξιώματα δ' ἐστὶν ἐξ ὧν τρίτον τὸ γένος τὸ ὑποκείμενον, οὗ τὰ πάθη καὶ τὰ καθ' αὑτὰ συμβεβηκότα δηλοῖ ἡ ἀπόδειξις.

Ἐξ ὧν μὲν οὖν ἡ ἀπόδειξις, ἐνδέχεται τὰ αὐτὰ εἶναι· ὧν δὲ τὸ γένος ἕτερον, ὥσπερ ἀριθμητικὴ καὶ γεωμετρία, οὐκ ἔστι τὴν ἀριθμητικὴν ἀπόδειξιν ἐφαρμόσαι ἐπὶ τὰ τοῖς μεγέθεσι συμβεβηκότα, εἰ μὴ τὰ μεγέθη ἀριθμοὶ εἰσι· τοῦτο δ' ὡς ἐνδέκεται ἐπί τινων, ὕστερον λεχθήσεται. Ἡ δ' ἀριθμητικὴ ἀπόδειξις ἀεὶ ἔχει τὸ γένος περὶ ὃ ἡ ἀπόδειξις, καὶ αἱ ἄλλαι ὁμοίως.

Ὥστε ἢ ἁπλῶς ἀνάγκη τὸ αὐτὸ εἶναι γένος ἢ πῇ, εἴ μέλλει ἡ ἀποδειξις μεταβαίνειν. Ἄλλως δ' ὅτι ἀδύνατον, δῆλον

ἐκ γὰρ τοῦ αὐτοῦ γένους ἀνάγκη τὰ ἄκρα καὶ τὰ μέσα εἶναι. Εἰ γὰρ μὴ καθ' αὑτά, συμβεβηκότα ἔσται.

Διὰ τοῦτο τῇ γεωμετρίᾳ οὐκ ἔστι δεῖξαι ὅτι τῶν ἐναντίων μία ἐπιστήμη, ἀλλ' οὐδ' ὅτι οἱ δύο κύβοι κύβος· οὐδ' ἄλλῃ ἐπιστήμῃ τὸ ἕτερα, ἀλλ' ἢ ὅσα οὕτω ἔχει πρὸς ἄλληλα ὥστε* εἶναι θάτερον ὑπὸ θάτερον, οἷον τὰ ὀπτικὰ πρὸς γεωμετρίαν καὶ τὰ ἁρμονικὰ πρὸς ἀριθμητικήν.

Οὐδ' εἴ τι ὑπάρχει ταῖς γραμμαῖς μὴ ἡ γραμμαί καὶ ἡ ἐκ τῶν ἀρχῶν τῶν ἰδίων, οἷον εἰ καλλίστη τῶν γραμμῶν ἡ εὐθεῖα ἢ εἰ ἐναντίως ἔχει τῇ περιφερείᾳ· οὐ γὰρ ἡ τὸ ἴδιον γένος αὐτῶν, ὑπάρχει, ἀλλ' ἢ κοινόν τι.

* Non ergo est ex alio genere descendentem demonstrare, ut geometricum in arithmeticam. *Cap. VII. Text. 20.

Tria enim sunt in demonstrationibus: unum quidem quod demonstratur, conclusio; hoc autem est, quod inest alicui generi per se: unum autem dignitates; dignitates autem sunt, ex quibus demonstratio est: tertium autem genus subiectum, cuius passiones, et per se accidentia ostendit demonstratio.

Ex quibus igitur demonstratio fit, contingit eadem esse; quorum autem genus alterum est, sicut arithmeticae et geometriae, non est arithmeticam demonstrationem convenire in magnitudinibus accidentia, nisi magnitudines numeri sint; hoc autem quemadmodum contingit in quibusdam, posterius dicetur. Sed arithmetica demonstratio semper habet genus, circa quod fit demonstratio, et aliae similiter.

Quare aut simpliciter necesse est genus idem esse, aut sic, si debet demonstratio descendere. Aliter autem impossibile esse manifestum est:

ex eodem enim genere necesse est ultima et media esse. Si namque non sunt per se, accidentia erunt.

Propter hoc geometriae non est monstrare quod contrariorum eadem est scientia, sed neque quod duo cubi cubus sit unus; neque scientiae alterius, quod alterius est: sed aut quaecumque sic se habent ad invicem quod sit alterum sub altero, ut perspectiva ad geometriam, et ut consonantia ad arithmeticam.

Neque si aliquid inest lineis non secundum quod lineae sunt, et non in quantum ex principiis propriis sunt, ut si pulcherima linearum recta est, aut si contrario se habet circulari; non enim secundum quod proprium genus ipsorum est, sed in quantum commune quoddam est.

Synopsis. — 1. Argumentum et divisio textus. – 2. Demonstratio est ex his quae sunt per se; ergo in demonstratione non potest fieri transitus ex uno genere in aliud genus; nempe demonstratio est ex propriis. – Quod est thesis et argumentum lectionis. – 3. Praenotamen de necessariis ad demonstrationem, quae tria sunt: 1um, conclusio continens in se id quod inest per se alicui generi; 2um, dignitates ex quibus demonstratio procedit; 3um, genus subiectum, cuius proprias passiones et per se accidentia demonstratio ostendit. – 4. Dignitates communes sunt omnibus demonstrationibus; sed principia uni scientiae immediata, non sunt communia aliis scientiis, quarum subiectum est diversi generis, nisi forte subiectum unius scientiae contineatur sub subiecto alterius. – 5. Principiorum et conclusionum est idem genus aut *simpliciter* aut *secundum quid*. – Quid sit idem genus *simpliciter* respectu diversorum, quid idem genus *secundum quid*. – 6. Probatur quod ex principiis unius scientiae non concluditur aliquid in alia scientia, quae non sit sub ea posita: quia oportet media et extrema demonstrationis esse eiusdem generis. – 7. Corollarium primum. Nulla scientia demonstrat aliquid de subiecto alterius scientiae, nisi agatur de scientiis quarum una est sub alia. – 8. Corollarium alterum. Scientia de proprio subiecto non probat nisi accidentia eiusdem generis cum subiecto.

1. Postquam ostendit Philosophus quod demonstratio est ex his quae sunt per se, hic concludit* quod demonstratio est ex principiis propriis, non extraneis, neque ex communibus. Et dividitur in duas partes: in prima, ostendit quod demonstratio procedit ex propriis principiis; in secunda, determinat quae sint * principia propria et quae communia; ibi: *Difficile autem* * etc. Prima in duas: in prima, ostendit quod demonstratio non procedit ex principiis extraneis; in secunda, ostendit* quod non procedit ex principiis communibus; ibi: *Quoniam autem manifestum est* * etc. Prima in duas: in prima*, ex praemissis ostendit quod demonstratio non est ex principiis extraneis; in secunda, ex praemissis etiam ostendit quod demonstrationes non sunt de * rebus corruptibilibus, sed de sempiternis; ibi: *Manifestum autem et si sint propositiones* * etc. Circa primum tria facit: primo, proponit intentum; secundo, probat propositum *; ibi: *Tria enim sunt** etc.; tertio, concludit intentum; ibi *Propter hoc geometriae* * etc.

2. Dicit ergo primo quod, ex quo demonstratio est ex his quae sunt per se, manifestum “ est quod

• ηv : *ostendit.*

* ABEGHIMST. - P! *sunt.*

• Lect. xvin.

• Codd. om. *ostendit.*

· Lect. xvu.

«codd.-r: prima emm'

-H:e.v.-cf.icct.

«Lcct. scq.

* *Propos.om.M.*

‘ Num. 3.

· Num. 7.

«

a) *Dicit ergo primo* etc. – Codd. (exc. H): *dicit ergo primo : ex quo demonstratio est ex his quae sunt per se, ergo manifestum* etc.; H: *dicit ergo primo quod, ex quo demonstrationes sunt ex his, quae sunt per se, ergo manifestum* etc.

non contingit demonstrare descendentem vel procedentem ex alio * genere in aliud genus, sicut non contingit quod geometria ex propriis principiis demonstret aliquid * descendens in arithmeticam *.

3. Deinde cum dicit: *Tria enim* etc., propositum probat. Et circa hoc tria facit. Primo, praemittit quae sint * necessaria ad demonstrationem, dicens quod *in demonstrationibus tria sunt.* * *Unum* est, *quod demonstratur,* scilicet conclusio, quae quidem continet in se id, quod per se inest alicui generi: per demonstrationem enim concluditur propria * passio de proprio subiecto. *Aliud* autem sunt dignitates, ex quibus demonstratio procedit. – *Tertium* autem est genus subiectum cuius proprias passiones et per se * accidentia demonstratio ostendit.

4. Secundo; ibi: *Ex quibus igitur* etc., ostendit quid praedictorum trium possit esse commune diversis scientiis et quid non, dicens quod horum trium *unum,* scilicet *dignitates,* ex quibus demonstratio procedit, contingit esse idem y in diversis demonstrationibus et etiam in diversis scientiis: sed in illis scientiis, quarum est diversum genus subiectum, sicut in arithmetica, quae est de numeris, et geometria, quae est de magnitudinibus, non contingit quod demonstratio, quae procedit ex principiis * unius scientiae, puta arithmeticae, descendat ad subiecta alterius scientiae l, sicut ad magnitudines, quae sunt subiecta* geometriae; nisi forte subiectum unius scientiae contineatur sub subiecto alterius, sicut si magnitudines contineantur sub numeris (quod quidem *qualiter contingat,* scilicet subiectum unius scientiae contineri sub subiecto alterius, *posterius dicetur* *). Magnitudines enim* sub'numeris non continentur, nisi forte secundum quod magnitudines numeratae sunt. – Subiecta etiam diversarum demonstrationum sive scientiarum diversa sunt *. Arithmetica enim demonstratio semper habet genus proprium circa quod demonstrat. Et aliae scientiae similiter.

5. Tertio; ibi: *Quare aut simpliciter* etc., probat propositum. Et circa hoc duo facit. Primo, inducit principale propositum per modum conclusionis , eo quod ex praemissis haberi potest, dicens: *Quare* manifestum est quod necesse est, aut esse simpliciter * idem genus, circa quod sumuntur * principia et conclusiones, et sic non est descensus, neque transitus de "genere in genus: aut si debet demonstratio descendere ab * uno genere in aliud *, oportet esse unum genus *sic,* idest quodammodo. Aliter enim impossibile est quod demonstretur aliqua conclusio ex aliquibus principiis, cum non sit* idem genus vel *simpliciter* vel *secundum quid.*

Sciendum est autem quod *simpliciter* idem genus accipitur, quando ex parte subiecti non sumitur aliqua differentia determinans, quae sit extranea a natura illius generis; sicut si quis per principia verificata de triangulo procedat ad demonstrandum aliquid circa isosceles vel aliquam aliam speciem trianguli". *Secundum quid* autem est

* Codd. - p: *ex uno.*

• Codd. - p: *ad aliquid.*

' b d e g k m o s: *arithmeticalia;* q r t: *arithmetica.*

• g i k n o q t: *sunt.*

* Codd. - Î: *dicit enim.... sunt necessaria.*

* *Propria* om. codd. - Cf. tin. num.

β

* h: *et propria accid.*

ï

* h: *princip. propriis.*

δ

Subiecta ex codd.

-Lect. XXV. .

* *n. autem.-ct.* text,

ε '

ζ

* Codd.: *umpu-*

• n: *etiam &umuntnr.*

· Codd.(exc.io): ?Sddjexc.i):

' h m: *aliud genus'*

' c?dd. (exc. E)· *m,it; E om·*

η

β) *Est genus subiectum.* – *Genus* a Scholasticis non semper uno eodemque sensu accipitur. In antecessum distinguebant genus in *praedicamentale* seu *naturale* et in genus *logicum.* Genera naturalia sunt naturae universales (quae etiam metaphysicae dicuntur) prouti abstrahuntur a principiis individuantibus, et dicunt essentias rerum vel principia quae earum definitionem ingrediuntur: hoc sensu dividimus *ens* in duo suprema genera quae *praedicamenta* dicuntur, et sunt *substantia* et *accidens,* quae subdividuntur in alia genera inferiora, et deinceps in species. Sicut substantiam dividimus per corpoream et incorpoream, et corpoream per animatam et inanimatam, et animatam per vegetativam, sensitivam et rationalem etc.-Genera logica sunt entia rationis, hoc est, sunt ipsa genera naturalia prout involvunt respectum quemdam seu relationem (quae est ens rationis, hoc est a ratione additum generi naturali) superioritatis ad genera inferiora, vel ad species vel ad individua, et participabilitatis ab ipsis. – Genus insuper dicitur vel genus *praedicabile* vel genus *scibile.* Dicitur praedicabile, quia aptum est *praedicari* seu affirmari de *multis;* sicut *animal,* ut est genus, praedicatur de hominibus ct brutis, cum dicimus: *homo est animal; brutum est animal.* Universalia quatenus diversimode possunt praedicari de multis, a Scholasticis dicebantur *praedicabilia:* quae sunt quinque, *genus, species, differentia, proprium et accidens.* – Genus autem *scibile* est ratio formalis secundum quam obiectum aliquod cadit sub consideratione scientiae, sicut *esse lucidum* vel *coloratum* est genus visibile, hoc est ratio formalis secundum quam obiectum visibile cadit sub actione) facultatis visivae sensibilis. – Caietanus in I *Poster.,* cap. vnt, §. *Quomodo genus... Circa primam conclusionem dubitatur* etc. (fol. 5o verso, coi. 1), affirmat et probat quod quocumque modo sumatur genus, semper verificatur quod in hac lectione suscipitur probandum, 'nempe non licere in demonstrationibus transire de uno genere ad aliud genus. – *Genus* autem *subiectum,* de quo in praesenti agitur, est *genus scibile* (Cf. Dominic, a Flandria, in 1 *Poster.,* qu. xx, artic. l et 11).

Quaeri etiam potest cur Aristoteles, qudm hic recitat s. Thomas, enumerans ea quae sunt necessaria ad demonstrationem non meminerit *medii.* -Ad hoc, inquit loc. cit. Caietanus, facile dicitur quod enumerans extrema, subiectum scilicet et passiones, sufficienter per ea medium insinuavit.

γ) *Contingit esse idem* etc. – Cod. H: *contingit esse idem diversis scientiis et diversis demonstrationibus; sed in illis scientiis quarum est genus subiectum diversum sicut geometriae {geometriae* etiam codd. ABCDIKLMOQRST), *quae est de magnitudinibus, et (irithmeticae {arithmeticae* etiam codd. ABCDG1KMOQRST) *quae est de numeris, non contingit* etc. – Paulo supra codd. ABCELNQRST legunt: *dicens, horum autem trium unum* etc.

δ) *Non contingit quod demonstratio... descendat ad subiecta alterius scientiae..*Est lectio Piana. – Codd. (exc. R) et ed. *a: non contingit quod demonstratio* (B, *non contingit demonstrationem), quae procedit de principiis* (NS, *ex principiis;* H, *ex principiis propriis) unius scientiae, puta arithmeticae, convenire* (GM, *possit convenire;* AKNO, *conveniat) quantum ad accidentia subiectis* (MO et N see. man., *subiecti;* N pr. man. om. *subiectis* et *subiecti) alterius scientiae.* – Cod. R: *non contingit... de principiis... descendat in subiectum alterius* scientiae. – Ed. Veneta 1496 legit cum Piana.-Quid habeat Veneta editio 1490 ignoro: exemplar enim, quod penes me habeo, caret foliis 3t et 32, in quibus haec continetur lectio. Vix autem opus est addere Pianam stare cum edit. Ven. 1026: etenim ad ipsam aut omnino aut praecipue exacta est.

ε) *Subiecta etiam diversarum* etc. – Codex O totam hanc periodum omittit; R: *subiecta autem diversarum scientiarum sunt numerus et magnitudo. Arithmetica* etc. Alii vero legunt: *subiecta etiam (G, autem) diversarum scientiarum* (1, *specierum) diversa sunt.* -Infra codd. GHL: *semper habet proprium subiectum;* MT: *circa quod est* (T om. *est) demonstratio;* H: *circa quod demonstrat passiones;* ELMOQST om. *similiter.*

ζ) *Primo inducit principale propositum per modum conclusionis.* – Codd., exc. H, habent non *propositum,* sed *intentum;* M: *per medium conclusionis,* sed haec cod. M lectio non est acceptanda; sed neque *intentum* pro τω *propositum* adoptamus: nam supra, n. t, s. Thomas hanc partem in divisione textus Aristotelis ponens, dicit: *Secundo probat propositum.* – Cod. N: *primo proponit intentum; secundo probat; ibi: ex eodem* (n. seq.). *Concludit ergo principale intentum per modum conclusionis; eo quod* etc. Haec lectio nonnullis lectoribus planior et forte vera videbitur: nam est secundum methodum qua saepe utitur s. Thomas, quoties dividit aut subdividit argumentum, quod ex Aristotele exponendum assumit; partitio enim assignata a cod. N cum verbis, quae secundo loco exponenda sunt, indicata videtur ex consueta formula praemissa: *Et circa hoc duo facit,* – Quia tamen alii nostri codices et edd. Ven. contradicunt et stant pro Piana, ab adoptanda lectione cod. N existimo esse abstinendum, nisi alii codices aliter iudicandum esse suadeant. Àddo methodum adhibitam hoc loco, iuxta P et alios codd., non infrequentem s. Thomae esse: ea enim ipsa utitur etiam n. 3 huius lectionis. Praeterea displicet lectio: *concludit... per modum conclusionis.*

η) *Vel aliquam aliam speciem trianguli.* Ita codices, exc. DH, et videtur melior lectio quam Piana: *vel aliquam subiectam speciem trianguli;* quamvis utraque eumdem sensum referat. Cod. D a recursu eorumdem verborum *natura illius genens* distractus, omittit omnia Verba, *sicut si quis* etc. usqué' ad *sicut visuale* exclusive. – Cod'. H: *sicut si*

unum genus, quando assumitur circa subiectum aliqua differentia extranea a natura illius generis; sicut *visuale* est extraneum a genere lineae, et *sonus* est extraneus * a genere numeri. Numerus ergo *simpliciter,* qui est genus subiectum arithmeticae, et numerus sonorum *, qui est genus subiectum musicae, non sunt unum genus *simpliciter* *. Similiter autem nec linea simpliciter, quam considerat geometra, et linea visualis, quam considerat perspectivus. Unde patet quod quando ea, quae sunt lineae simpliciter, applicantur ad lineam visualem, fit quodammodo descensus in aliud genus: non autem quando ea, quae sunt trianguli, applicantur ad isosceles °.

6. Secundo; ibi: *Ex eodem enim genere* etc., ostendit propositum hoc modo. Oportet in demonstratione eiusdem generis esse media et extrema. Extrema autem in conclusione continentur. Nam maior extremitas in conclusione est praedicatum; minor vero extremitas* subiectum **; medium autem in praemissis continetur. Oportet igitur principia et conclusiones circa idem * genus sumi. Cum autem huic conjunxerimus quod diversae scientiae * sint circa diversa genera subiecta ‡; ex necessitate sequitur quod ex principiis unius scientiae non concludatur aliquid in alia scientia, quae non sit sub ea posita.

Quod autem in demonstratione* oporteat media et extrema unius generis esse, sic probat. Detur enim quod medium sit alterius generis ab extremis, sicut si extrema sint *triangulus* et *habere tres angulos* aequales duobus rectis.* Manifestum est quod passio conclusa de triangulo, *per se* inest ei; non autem per se inest aeneo. Et si e contrario passio* per se inesset aeneo, puta sonorum esse, vel aliquid huiusmodi, palam est quod per accidens inesset triangulo x. Unde patet quod oportet omnino, si *subiectum* conclusionis et *medium* sint penitus alterius generis, quod passio vel non per se insit medio vel non per se insit subiecto1: et ita oportet quod alteri eorum insit per accidens. Et si quidem insit medio per accidens, erit per accidens in * praemissis; si autem subiecto, erit in conclusione: et hoc * ex parte passionis. Sed * utroque modo oportebit per accidens esse in praemissis, quantum ad hoc quod subiectum accipitur sub medio: sicut si triangulus accipiatur sub aeneo aut e converso. Ostensum est autem quod in demonstrationibus tam conclusio, quam praemissae sunt *per se* et non *per accidens.* Oportet ergo in.* demonstrationibus medium et extrema eiusdem generis esse

η. Deinde cum dicit: *Propter hoc geometriae* etc., infert duas conclusiones ex praemissis. Quarum prima est quod nulla scientia demonstrat aliquid de subiecto alterius scientiae, sive sit scientiae communioris sive alterius scientiae disparatae "; sicut geometria non demonstrat quod contrariorum eadem est scientia *: contraria enim pertinent ad scientiam communem, scilicet ad * philosophiam primam vel dialecticam. Et similiter geometria non demonstrat quod duo cubi sint * unus

* *Est extraneus* ex codd.

' BCDEHKLMQRST. -p: *sonorus.*

• k: *simpl., sed sic* {Ct. supra).

θ

• *Extremitas* ex codd. - BT: *est subiectum.*
° Cf. lect. vni, not. p.
• c: *in eodem genere.*
• Num. 4.

• Codd.: *demonstrationibus.* Cf. princîp. huius num.

* *Angutos* ex codd.

▪ N: *atiqua passio.*

x

λ

* o: *etiam in.*

" *Hoc* omitt. L-

* l n o: *si.*

• Codd. - r: *et in.*

P

ν

' HiLOR: *disciplina.*
' Codd. (exc. bt> om. *ad.*

* n: *non sunt;sei non* est error.

geometra de triangulo procedat ad demonstrandum aliquid de isoscele (etiam Q, *de isoscele) vel de aliqua specie trianguli;* R: si *quis per principia demonstrantia aliquid de triangulo* etc. – Cod. 'M verba *secundum quid autem* etc. usque ad *aliqua differentia* inclusive omittit. Sed est mendum manifestum.

θ) *Unde patet* etc. – Manifestum est ergo quod ea quae sunt numeri demonstrantur ab arithmetica per principia sibi propria, sicut ea quae sunt lineae simpliciter demonstrantur a geometria per principia propria geometriae. At contra en quae sunt musicae et perspectivae non sunt obiecta propria et simpliciter arithmeticae et geometriae, nec tamen demonstrantur per principia propria musicae et perspectivae, sed per principia supposita et accepta ut certa ex arithmetica ct geometria. Porro hoc pertinet ad subalternationem scientiarum; ita nempe ut scientia, quae accipit sua principia ab altera scientia superiori, dicatur *subalternata* alteri ex qua accipit principia, et quae ideo vocatur *subalternans* respectu suae subaltematae (Cf. s. Th. p. I, qu. t, artic. 11, cum *Commentar.* Caietani).

t) *Cum autem huic coniunxerimus...; ex necessitate sequitur* etc. – Hanc lectionem praetulimus Pianae: *cum autem superius dixerimus... ex necessitate: sequitur* etc.– Etenim codd. ABCDHKNOST legunt: *cum autem huic coniunxerimus* (S secunda manu expungitur *huic,* et *coniunxerimus* corrig. in *coniunximus) quod diversae scientiae sunt circa diversa genera subiecta; ex necessitate sequitur* etc. Quae lectio est certe aliorum codd., quamvis aliquantulum corrupta. EL: *cum autem huic coniungimus;* G: *cum autem huic coniunximus;* I: *cum adhuc coniunxerimus;* MQ: *cum autem hic coniungimus.* – Hinc lectio: *cum autem huic coniunxerimus* etc., mihi visa est adoptanda ex codd. auctoritate; praecipue vero quia magis videtur connecti cum conclusione immediate ante illata: *Oportet igitur* etc.– Venetae edd. 1477 et 1496 concordant cum Piana. – Codd. CELR infra legunt: *quod non sit sub ea posita.* Quae lectio, uti iacet, adoptanda non est: utrum vero amanuenses scripserint *quod* pro *quae,* vel contra *posita* pro *positum,* et consequenter innuant in codicibus, ex quibus sumpserunt, hanc lectionem: *quod non sit sub ea positum,* penes lectores sit iudicium.

x) *Per se inesset aeneo* etc. – Cod. O omittit *per se;* sed erronee: nam in illis verbis facienda est vis, ut patet ex ipso exemplo de triangulo, et ex declarata natura demonstrationis, quae est de *passione,* quae concluditur inesse *per se* subiecto, et non *per accidens.* – H loco *aeneo* ponit *medio.* – Codd. (exc. GH): *aut aliquid huiusmodi;* GH: *vel aliquid huiusmodi;* P: *vel aliquid aliud huiusmodi.* – *Denique* BD: *quoniam per accidens etc.;* K: *et quod per accidens* etc. – Cum codd. autem expunximus *aliud* P, et adoptavimus *inesset triangulo,* loco *inest triangulo* PHR.

λ) *Quod passio vel non per se insit medio* etc. Codd. GI: *quod passio vel non per se insit subiecto vel non per se insit medio;* O: *quod passio vel non per se insit medio, vel* (marg, add., *medium non) per se insit subiecto.* Alii codices stant pro Piana.

p) *Oportet ergo... medium et extrema eiusdem generis esse.* Ad intelligentiam ratiocinii ex quo haec conclusio infertur, recolat novitius ea quae supra (lect. praeced.) declarata sunt, scilicet demonstrationem esse ex his et de his quae sunt per se. *Per se* autem dicuntur quae sunt de essentia seu de ratione eorum de quibus per se dicuntur, vel eamdem essentiam consequuntur; et quia essentia vel ratio vel definitio unius generis vel speciei non potest esse, ut patet, essentia alterius generis vel speciei, sequitur quod ea quae per se conveniunt alicui generi subiecto vel alicui speciei non possunt per se alteri speciei vel generi convenire. Insuper eatenus passio (maius extremum) in demonstratione concluditur de subiecto (minori extremo), quatenus in praemissis, idem maius extremum est passio medii; et medium est passio alterius extremi (idest minoris). Nempe semper implicite vel explicite habetur haec formula primi modi primae figurae (in syllogismis positivis); M est E; E' est M; E' est E. Eatenus in conclusione E affirmatur *per se* de E', quia M in praemissis est per se affirmatum de ipso, et E per se affirmatum est de M (Cf. lect. tx, not. λ). Ponatur ergo quod M non sit eiusdem generis cum E'; ergo M non per se affirmatur de E'; ergo neque in conclusione E potest per se affirmari de E': et non erit demonstratio. – Ponatur secundo quod E non sit eiusdem generis cum E'; ergo non potest E affirmari per se de E', et ideo in praemissis E non affirmatur per se de M. Quod est contra naturam demonstrationis, cuius est esse ex praemissis *per se.* – Ponatur denique quod M non sit eiusdem generis cum E; ergo E non per se affirmatur de M, et ideo neque in conclusione E per se affirmatur de E'. Nempe conclusio neque esset per se neque ex his quae per se sunt. – Manifestum est ergo quod in demonstrationibus *medium* et *extrema* debent esse in eodem genere.

ν) *Sive sit scientiae communioris, sive alterius scientiae disparatae.*- Cod. O haec omnia'verba omittit, sed est mendum. Alii codices: *sive sit* (ABN om. *sit) scientiae* (MR om. *scientiae;* Q om. *sive sit scientiae) communioris (R,prioris), sive* (M, *sive sit;* N, *sive sint) alterius scientiae disparatae* (ELQRST, D sec. man., ct S prima man. corrupte, *dispartitae;* et corrupte etiam N et D pr. man., *desperatae).* Ergo *scientiae communioris* et *scientiae disparatae* est lectio communis codd., et connexior videtur praecedentibus. Plana enim est forma dicendi: nulla scientia demonstrat aliquid de subiecto alterius scientiae, sive tale subiectum sit subiectum communioris scientiae, sive scientiae disparatae. Quibus verbis eamdem argumentationem s. Thomae proponit Dominicus a Flandria in 1 *Poster.,* qu. xx, artic. t. – P: *sive sint scientiae communiores, sive sint scientiae disparatae.*

cubus, idest quod ex ductu unius numeri cubici in alium * numerum cubicum ** surgat numerus cubicus. Dicitur autem* numerus cubicus, qui consurgit ex ductu unius numen in seipsum bis; sicut octonarius est numerus cubicus, surgit enim ex ductu binarii in seipsum bis, quia bis * duo bis sunt octo. Et eadem ratione vigintiseptem est numerus cubicus, et radix eius est tria, quia ter tria ter faciunt vigintiseptem. Si ergo ducantur octo f in vigintiseptem consurgit numerus cubicus, idest ducenta sexdecim, cuius radix est sex: quia sexies sex sexies sunt ducenta sexdecim. Hoc ergo habet probare arithmeticus, non geometra. Et similiter, quod est unius scientiae non habet probare alia scientia, nisi forte una scientia sit sub altera *; sicut se habet perspectiva ad geometriam, et consonantia vel harmonica, idest musica, ad arithmeticam.

8. Secunda conclusio ponitur; ibi: *Neque si aliquid* etc. Et est quod scientia etiam * de proprio subiecto non probat quodlibet accidens, sed accidens quod est sui * generis. Sicut si aliquid inest lineis, non secundum quod sunt lineae, neque secundum propria principia linearum, hoc non demonstrat geometra de lineis; sicut quod linea recta sit pulcherrima * linearum, aut recta linea si est contraria circulari vel non. Haec enim non sunt, secundum proprium genus lineae, sed secundum aliquid communius. Pulchrum enim et contrarium genus lineae transcendunt.

• cELMfjQRST *?ai. lerum.*

– *Cubicum* eX

• codd.-*quidem;*

•codd.-p: *bit enim duo bis.*

ξ

* Codd.-PR:eZia.

▮ *Etiam* ex codd. AC0EC1KLRS.

" CDETKLNOQRST.-A: *quoddam sui*; c: *quidem sui*; p: *accidens sui.*

' Codd. - ph: o- *mnium linearum.*

ξ) ***Si ergo ducantur octo.*** **– En codd. variantes hac in re lectiones.** ***Si ergo ducantur*** **(BCDEHKLNOQRST,** ***si ergo ducatur) octo in*** **(O,** ***ducatur numerus,*** **et om.** ***octo in) vingitiseptem, consurgit*** **(AB,** ***surget;*** **GQ,** ***assurget;*** **DEH1KLST,** ***consurget; G, surgat) numerus cubicus, idest*** **(DEHIKLMNORST,** ***scilicet;*** **C om. tum** ***idest,*** **tum** ***scilicet) ducenta sexdecim*** **(PAHM,** ***et sexdecim).*** **-Cod. M legit mendose:** ***quia ter tria terfaciunt vigintiseptem. Similiter est hic sexies sex ex ductu huius numeri bis in seipsum consurgit numerus cubicus*** **etc. Codd. etiam KO mendose omittunt,** ***cuius radix*** **etc. usque ad** ***ducenta sexdecim*** **inclusive.**

LECTIO DECIMASEXTA

OSTENDITUR DEMONSTRATIONEM ESSE DE PERPETUIS, NON AUTEM DE CORRUPTIBILIBUS

Φανερό'? δέ καί εάν ὡσιν αί προτάσει καθόλου έξ ὠν ὁ συλλογισμό , ὁτι ἀνάγκη καί τό συμπέρασμα ἀίδιον είναι τη τοιαύτη ἀποδείξεω καί τη απλώ εἰπειν ἀποδείξεω . Οὐκ έστιν ἀρα ἀπόδειξι τών φθαρτών οὐδ' ἐπιστημη ἀπλώ , ἀλλ' οὐτω ὡσπερ κατά συμβεβηκό ,

ὁτι οὐ καθόλου αὐτού έστIν ἀλλα ποτέ καί πώ . 'Όταν δ' η, ἀνάγκη την ἑτέραν μη' καθόλου είναι πρότασιν καί φθαρτήν, φθαρτήν μέν ὁτι καί τό συμπέρασμα οὐση , μη καθόλου δέ ὁτι ω μέν εσται ώ δ' οὐκ εσται ἐφ' ὠν, ὡστ' οὐκ έστι συλλογίσασθαι καθόλου, ἀλλ* ὁτι νυν..

'Ομοίω δ' έχει καί περί ὁρισμου' , ἐπείπερ έστιν ὁ ορισμό η ἀρχη' ἀποδείξεω η ἀπόδειξι θέσει διαφέρουσα η συμπέρασμά τι ἀποδείξεω .

Αί δέ τών πολλάκι γινομε'νων ἀποδείξει καί ἐπιστημαι, οίον σελήνή ἐκλείψεω , δηλον ὁτι η μέν τοιαίδ' εἴσίν, ἀεί εισιν, η δ' οὐκ ἀεί, κατά μέρο εἴσίν. 'Ωσπερ δ' ή εκλειψι , ὡσαν'τω τοῖ ἀλλοι .

* Manifestum est autem et si sint propositiones universales, ex quibus est syllogismus, quod necesse est et conclusionem esse perpetuam huiusmodi demonstrationis, et simpliciter ut est dicere demonstrationis. Non est ergo demonstratio corruptibilium nec scientia simpliciter, sed sic, sicut est secundum accidens. . Cap VIII. Text. 21.

Quod autem universaliter ipsius non est, sed aliquando et sic. Cum autem sit, necesse est alteram non universalem esse propositionem et corruptibilem; corruptibilem quidem, quoniam et conclusio est, non universalem autem quoniam hoc quidem erit, hoc autem non erit ex quibus est: quare non est syllogizare universaliter, sed quoniam nunc est.

* Similiter se habet et de definitione, quoniam quidem est definitio aut principium demonstrationis, aut demonstratio positione differens, aut conclusio quaedam demonstrationis. * Text. 22.

Eorum autem, quae saepe fiunt, demonstrationes sunt et scientiae, ut lunae defectus; manifestum est quidem quod secundum quod huiusmodi sunt, semper sunt; in quantum autem non semper, secundum partem sunt. Sicut autem defectus, similiter est in aliis.

Synopsis. — 1. Argumentum et divisio textus.-2. Duae conclusiones; quarum *prima* est: Demonstrationes simpliciter dictae, (de quibus nunc sermo est) sunt de perpetuis; - altera est: Demonstratio proprie dicta non est per se de corruptibilibus, sed solum per accidens. - 3. Probatur utraque conclusio: demonstratio utitur principio, *dici de omni,* seu procedit ex universalibus; ergo est de aeternis, non autem de corruptibilibus. - 4. Et idem dicendum est de definitionibus: quia definitio aut est principium, aut conclusio demonstrationis, aut demonstratio positione differens. - 5. Definitio quando a demonstratione nonnisi *positione* differt, continet totum quod est in demonstratione, scilicet medium et conclusionem, licet non sit ordinata in modo et figura syllogismi. - 6. Error idealismi ex praecedenti doctrina a Platone falso illatus. - 7. Refutatio. Sensibilia quamvis corruptibilia sint in particulari, tamen in universali quandam sempiternitatem habent ; et ideo quando datur demonstratio de corruptibilibus in universali, demonstratio est corruptibilium per accidens, sed per se est sempiternorum. - 8. Eorum quae frequenter eveniunt dantur demonstrationes, sed secundum quod sunt semper, non autem secus.

-Num. 4.

1' ostquam ex superioribus Philosophus
ss concluserat * quod demonstratio non concludit * ex extraneis principiis, nunc

*m: *conclusit Phi-*
'^proceJit.

α

S? w@^iterum ex superioribus " intendit con-

* Codd. - p: *ex.* - et. iect. praeced.

eludere quod demonstratio non est de * corruptikif[bus circa hoc duo facit: primo, ostendit quod sempiternorum et non corruptibilium est demonstratio; secundo, ostendit qualiter sit * eo-

*n et marg. k : *sit demonstratio.*

r.
rum quae sunt ut irequenter; ibi: *Eorum autem* * etc. Circa primum duo facit A· primo, ostendit quod demonstratio non sit corruptibilium, sed sempiternorum; secundo, ostendit idem de definitione; ibi: *Similiter se habet* * etc. Circa primum duo facit: primo, proponit * conclusionem intentam; secundo, ponit * rationem probantem ipsam; ibi: *Quod autem universaliter* * etc.

•Num. 8.

2. Primo ergo ponit * duas conclusiones, quarum una sequitur ex altera *. Prima est quod ne-
.cesse est conclusionem demonstrationis huius de qua nunc agitur, et quam possumus dicere simpliciter demonstrationem γ, esse perpetuam; quod quidem sequitur ex hoc, quod supra habitum est*, scilicet * quod propositiones, ex quibus fit syllogismusJ, debent esse universales: quod significavit

· cdehlmxqrst·
⁀ *proponit.*
· NUm.3.
* ABCDGHIKNQST : *ppùit*
•ιο ?àd'âFtelâm.

γ

* Lect.ix.

c£ftticet omin·

δ

α) *Nunc iterum* etc.—Codd. (exc. MO): *nunc autem;* ABG: *ex superioribus iterum* etc.; DKM omitt. *iterum*.– Infra, codd.: *sempiternorum non corruptibilium est demonstratio.*

β) *Circa primum duo facit* etc.-Amanuenses codd. NO hanc primam subdivisionem primi membri omnino omittunt, et a repetitione eorumdem verborum (ut saepissime amanuensibus accidit) distracti, sive ipsi, sive amanuenses codd. ex quibus excripserunt, ad secundam subdivisionem excurrunt: *Circa primum,* inquit O, *duo facit, primo ostendit conclusionem intentam; secundo ponit probantem ipsam*.- Ex opposito amanuensis cod. K, ob eamdem rationem, ponit primam divisionem, alteram vero omittit, quamvis verba textus, *quod autem universaliter,* quae subdivisionem ultimam subaudiunt, referat. Porro omissiones horum codd. menda sunt manifesta, ut patet ex lectione praesenti, in qua s. Thomas praemissas divisiones et subdivisiones, quas alii codd. cum P habent, singillatim exponit.

γ) *Quam possumus dicere simpliciter demonstrationem*.- PB: *simpliciter dicere.* Iam praemonuimus demonstrationem de *qua nunc agitur* esse demonstrationem *propter quid,* quae potest dici simpliciter demonstratio: τη τοιαὐτη ἀποδείξεω χαί τη απλώ ξἶπεῖν ἀποδείξεω . Innuit hic s. Doctor cum Aristotele demonstrationem *quia,* de qua late infra lect. xxm, seqq.

0) *Ex quibus fit syllogismus.* – Ita P et codd., exc. H, qui habet: *ex quibus fiunt demonstrationes;* et M: *ex quibus procedit demonstratio.* Revera *demonstratio* melius exprimit s. Thomae sententiam, qua ponitur quod propositiones, ex quibus procedit demonstratio, debent esse universales, ut supra habitum est. Et certe quando P et alii codd. legunt: *ex quibusfit syllogismus,* subintelligendum est, *demonstrativus*.– Infra A: *quod significavit de dici de omni;* M: *quod significat per se et dici de omni;* lectio non spernenda; K: *quod significat de omni;* R: *quod significent de omni.*

per *dici de omni.* Secunda conclusio est quod neque demonstratio, neque scientia est corruptibilium, loquendo simpliciter, sed solum secundum * accidens.

* Codd. (exc. a h): *per accidens.*

3. Deinde cum dicit: *Quod autem universaliter* etc. ‘, inducit rationem ad probandum propositas conclusiones: quae talis est. Conclusionis ε corruptibilis, et non sempiternae, non est in se continere quod est universaliter, sed aliquando et sic ζ. Dictum est enim supra quod *dici de omni* duo continet, scilicet quod non in quodam sic' et in quodam non, et iterum, quod non aliquando sic et aliquando non η. In omnibus autem corruptibilibus ° invenitur aliquando sic et aliquando non. Unde patet quod in corruptibilibus non invenitur *dici de omni,* sive quod est universaliter. Sed ubi conclusio est non universalis, oportet aliquam praemissarum esse non universalem. Conclusio ergo corruptibilis oportet quod * sequatur ex praemissis, quarum altera non sit universalis. Cum ergo * huic coniunxerimus quod demonstratio simpliciter semper debet esse · ex universalibus, sequitur quod demonstratio non possit habere conclusionem corruptibilem, sed sempiternam.

* Lect. ιχ.

* H : *ut.*

* i : *autem.*

4. Deinde cum dicit: *Similiter se habet* etc., ostendit quod etiam * definitio est non corruptibilium, sed sempiternorum, tali ratione. Demonstratio quantum ad principia et conclusiones est sempiternorum et non corruptibilium; sed definitio vel est principium, vel conclusio demonstrationis, vel demonstratio * positione differens ; ergo definitio non est corruptibilium, sed sempiternorum.

* *Etiam* om. o.

* h : *tota demonstratio.* - Cf. n. seq.

5. Ad intellectum autem huius literae sciendum est quod contingit definitiones diversas dari eiusdem rei, sumptas ex diversis causis. Causae autem ad invicem ordinem habent: nam ex una sumitur ratio alterius. Ex forma enim sumitur ratio materiae : talem enim oportet esse materiam, qualem forma requirit. Efficiens autem est ratio formae : quia enim agens agit sibi simile, oportet quod secundum modum agentis sit etiam modus formae, quae ex actione consequitur. Ex fine autem sumitur ratio efficientis * : nam omne agens agit propter finem. Oportet ergo quod definitio, quae sumitur a fine, sit ratio et causa probativa aliarum definitionum, quae sumuntur ex aliis causis. Ponamus ergo duas definitiones domus, quarum una sumatur a causa materiali, quae sit * talis: *Domus est cooperimentum constitutum ex lapidibus, cemento * et lignis.* Alia sumatur ex causa finali, quae sit talis: *Domus est cooperimentum* * *prohibens nos a pluviis, frigore et calore.* Potest ergo prima definitio demonstrari ex secunda, hoc modo *: Omne cooperimentum prohibens nos a pluviis, frigore et calore oportet quod sit *

* a q : *efficiens,* sed non bene.

* Codd. - p : *est* et ita infra.

* Codd. - p : *et cemento... a causa finali.*

' Codd. · PB: *operimentum.*

* Codd. - p : *sic.*

* l : *oportet esse.*

ε) ***Deinde cum dicit: quod autem universaliter*** **etc.-Notatu digna sunt quae habet Caietanus in l *Poster.,* cap. ix in princip. (fol. 5o vers., col. 2): « Adverte, *inquit,* circa literam duo. – Primum est quod textus » glossatus a sancto Thoma affirmative legitur ibi *(Quod autem universa- » liter non ipsius est):* dico autem hoc, quia aliorum textus habet: *Quod » autem universaliter* (ipsius est) etc. – Secundum est quod cum multa » antiqua commentaria s. Thomae viderim, in nullo inveni glossata ab eo » verba textus immediate sequentia (ly, *quare et conclusionem,* usque » ad ly, *similiter se habet* etc.). Miror autem de hoc, quia in antiquis » textus *(Aristotelis)* exemplaribus verba illa inveniuntur, et sunt haec: » *Cum sit, non universalem autem, quod hoc quidem erit, hoc autem » non erit,'ex quibus est; quare non est syllogiqare universaliter, sed » quoniam nunc est.* Quae salvo meliori iudicio possunt sic continuari » cum expositione s. Thomae: – Quare et conclusionem necesse est esse » sempiternam, cum sit praemissa universalis: non universalem autem » praemissam dico, *quod hoc quidem erit, hoc autem non erit,* idest, » quando in hoc vel nunc continget, et in hoc alio vel tunc non contin- » get coniungi terminos, ex quibus est; et propterea cum tali prae- » missa *non est syllogiqare,* idest concludere universaliter, sed *quoniam » nunc est. »***

Quoad primam partem animadversionis Caietani dicendum quod diversitas Tectionum in versionibus latinis ex textu ipso graeco derivat. Teste enim Philopono in l Poster., §. *Manifestum est* etc.: « Dupliciter » autem fertur scriptura: plurima enim commentaria habent, *Quoniam » universaliter ipsius est;* quaedam autem, *Quoniam non universaliter › ipsius est* › (pag. 35, coi. 2). Vestigia lectionis primae affirmat Waitz (Op.cit., p. II, Schol., pag.322) haberi in codice I.aurentiano 72,5. Alteram vero prodit Boethius : *Et non universalis ipsius est, sed aliquando et sic* (Opp., Basileae, apud Henrichum Petrum, 1516, pag. 528), et hanc amplectitur Waitz, et sequitur Didot, ut in textu videre est. – Utramque lectionem interpretatur atque in bonum sensum trahit Philoponus: « Se- » eunda quidem, *inquit,* scriptura dicens *non universaliter,* manifestior › erit, idest, *quoniam non universale est Socratem esse animal:* univer- » sale enim erat quod *primo* et *omni* et *semper* subiecto inest... Alia » autem scriptura dicens, *quoniam universaliter ipsius est,* pro eo quod » est de omni vult declarare, idest, quoniam omnis homo animal est, » propter hoc et Socrates animal est: omni enim homini inest animal › (Op. et loc. cit.). – Ad s. Thomam autem quod attinet, mihi videtur textum Aristotelicum ab eo exponi non secus ac exponitur a Philopono in sensu secundae lectionis *manifestioris: In corruptibilibus,* ait Angelicus, in genere loquens, *non invenitur dici de omni, sive quod est universale,-Quoniam non universale,* inquit Philoponus exemplificans de Socrate, *est Socratem esse animal.*

Altera pars animadversionis Caietani respicit lacunam, quam ipse retinet esse in expositione s. Thomae, quasi verba illa textus: *Cum sit, non universalem* etc. sine commentario relinquantur. Sed pace viri doctissimi dixerim nihil mihi videri a s. Thoma esse relictum. Quod ut brevius demonstrem assumantur quae Caietanus profert, addenda suo iudicio expositioni s. Thomae: 1·, *Quare et conclusionem necesse est esse sempiternam, cum sit praemissa universalis.* Sed haec habentur in s. Thoma, cum ait: *Cum ergo... demonstratio simpliciter semper debet esse ex universalibus, sequitur quod demonstratio non possit habere conclusionem corruptibilem, sed sempiternam.* 2·, Prosequitur Caietanus : *Non universalem autem praemissam dico, quod hoc quidem erit, hoc autem non erit, idest quando in hoc vel nunc continget, et in hoc alio vel tunc non continget coniungi terminos, ex quibus est; et propterea cum tali praemissa non est syllogiqarc, idest concludere universaliter, sed quoniam nunc est.* – Sed aut fallor ego, aut quae hic Caietanus habet, manifestiori oratione leguntur explicata a s. Thoma, cum dicit: *Conclusionis corruptibilis, et non sempiternae, non est in se continere quod est universaliter, sed aliquando et sic;* atque, elucidate Aristotelis argumentatione, concludit: *Sed ubi conclusio est non universalis, oportet aliquam praemissarum esse non universalem. Conclusio ergo corruptibilis oportet quod sequatur ex praemissis, quarum altera non sit universalis.* Non ergo aliquid omittit s. Thomas, quamvis in sua expositione non omnia verba repetat Aristotelis.

ζ) *Conclusionis* etc. – Unus cod. N : *ipsius, idest conclusionis* etc. – Non displicet haec lectio, quia verbum *ipsius* est in textu Aristotelico (ὁτι οὐ καθόλου αὐτοῦ) et s. Thomas illud refert ad conclusionem, ut est manifestum ex argumentatione, quam ponit: *Conclusionis corruptibilis* etc.

η) *Sed aliquando et* sic.-Ita codices, exc. MR, qui habent cum P: *sed aliquando sic.* Lectio adoptata ex codd. conformior est textui graeco: αλλά ποτὲ καὶ πω .

0) *In omnibus autem... aliquando non.* – Haec est *minor* argumenti ad concludendum quod in corruptibilibus non invenitur *dici de omni,* et consequenter quod de corruptibilibus non possit *per se* haberi demonstratio. -Mendosus ergo est hoc loco cod. N omittendo totam hanc *minorem.* -Infra vero *(sed ubi* etc.) adoptavimus lectionem codd. prae lectione PM: *sed ubi conclusio non est universalis, debet aliqua praemissarum esse non universalis.*

t) *Demonstratio simpliciter semper debet esse ex* etc.-Magis placet haec lectio codd. ABCDEKLMNORST, quam Piana: *demonstratio semper debet esse simpliciter ex* etc., quia magis respondet praemissis superiori n, 2, ubi dictum est hic agi de demonstratione simpliciter dicta. – GI omittunt *simpliciter;* H omittit *semper* et *simpliciter;* NR omittunt *semper.* Sed sunt omissiones mendosae. – Mendosus est infra etiam cod. M, qui proposita thesi quod *definitio est non corruptibilium, sed sempiternorum,* omnia quae sequuntur, usque ad finem numeri 4 inclusive omittit: videlicet thesim enunciat, eius rationem promittit *(ostendit quod* etc.); sed statim rationem ipsam praeterit. Quod si huius oscitantiae causam quaeras, illa est solita, nempe recursus eorumdem verborum, quae praecedunt et sequuntur ea quae omissa sunt: *sempiternorum.*

constitutum ex lapidibus, cemento et lignis; domus est huiusmodi; ergo etc. - Patet ergo * quod definitio, quae sumitur a fine, est principium demonstrationis; illa autem, quae sumitur a materia, est demonstrationis conclusio. Potest tamen * utraque coniungi, ut sit una definitio, hoc modo; *Domus est cooperimentum constitutum ex dictis, defendens a pluvia, frigore et calore.* Talis autem definitio continet totum quod est in demonstratione, scilicet medium et conclusionem. Et ideo talis definitio est demonstratio positione differens; quia in hoc solo differt a demonstratione, quia non est ordinata in modo et figura*.

6. Sciendum est autem quod quia demonstratio non est corruptibilium, sed sempiternorum, neque definitio, Plato coactus fuit ponere ideas*. Cum enim ista sensibilia sint corruptibilia, videbatur* quod eorum non posset esse neque**

x) *Plato coactus fuit ponere ideas'.* - Principium unde exorsus est Plato est verum et omnibus sapientibus acceptum, nempe definitiones atque demonstrationes esse rerum incorruptibilium et sempiternorum: ubi enim obiectum scientiae non esset immutabile et sempiternum, fieri nequiret ut scientia ipsa, quae ab obiecto pendet, firma atque immutabilis permaneret. Sed Platonis error ex eo provenit, quod in rebus ipsis corruptibilibus et contingentibus non distinxerit illud quod in ipsis est universale, incorruptibile et sempiternum; et consequenter extra et supra sensibilia et contingentia quaerere *coactus fuit* substantias separatas et sempiternas, quas *species* vel *ideas* appellavit. Videlicet ex eodem principio originem ducunt *sensismus* et *idealismus.* Negat dari scientiam *sensismus,* quia sensibilia quae nos circumstant non habent firmitatem; et quia sensibilia quae nos circumstant non habent firmitatem, *idealismus,* ut scientiam tueatur, collocat extra et supra sensibilia scientiae nostrae obiecta (Cf. p. I, qu. lxxxiv, artic. 1).

Operae pretium erit transcribere quae in hunc locum *Poster, analytic.* Caietanus notat. « Ex eo, *inquit,* quod scientia per se et primo terminatur ad universalia, extendere se potest adminiculo inferiorum virium ad singularia corruptibilia, quorum naturae sunt illa universalia. Potest enim sciens uti universali cognito dupliciter. Uno modo ut *obiecto;* et hoc facit cum intellectuales limites non egreditur, definiendo, demonstrando passiones etc. Alio modo ut *medio* respectu singularium; et hoc ministerio inferiorum virium applicatus facit, quoties conclusio est propositio singularis: oportet siquidem tunc alteram praemissarum saltem esse universalem. Quia ergo scientia nostra est de universalibus sempiternis, non talibus quae singularium naturae non sunt (ut Plato posuit), sed talibus ut eorum applicatione ad corruptibilia, quorum sunt naturae, ipsorum corruptibilium notitiam habeamus; corruptibilium dicit *(Aristoteles)* scientiam esse *per accidens,* tum quia terminari ad individua corruptibilia non convenit scientiae in intellectu consistenti et *directe,* seu (sed) dum egreditur quodammodo et reflectitur, adminiculo sensuum, supra corruptibilia, in quibus salvatur universale illud etc....

» Ad supradictorum maiorem evidentiam adverte quod cum dicitur naturas rerum corruptibilium secundum se sumptas, de quibus dantur demonstrationes et definitiones, esse incorruptibiles et perpetuas, potest intelligi dupliciter. Uno modo *positive,* et sic est sensus quod nunquam desinunt esse in rerum natura, quia semper aliquod individuum eorum salvatur, licet hoc et illud corrumpatur; et hoc licet de multarum rerum naturis, secundum ponentes aeternitatem mundi, verificari posset, non tamen posset secundum eos de omnibus quorum est scientia verificari... Hoc modo intelligendum non est universalia incorruptibilia et perpetua esse.- Alio ergo modo intelligitur, scilicet *negative;* et tunc est sensus quod abstrahunt a corruptione et temporum differentiis, idest *non habent in se* unde corruptioni aut tempori subdantur, licet hoc habeant secundum quod in particularibus sunt, quorum per se primo tam generatio quam corruptio est. Et hic sensus est verus in omnibus, quoniam sive in rerum natura res sint, sive non, universaliter conceptae variabilitatem aliquam non incurrunt: nihil enim minus habitudines et connexiones *rosae* ad ea, quae per se illi insunt, salvantur, particularibus rosis corruptis, quam existentibus, ut patet inductive in his quae per se insunt, secundum omnes modos perseitatis » (Edit. cit. fol. 51, coi. 2).

Recens Aristotelis expositor existimat in doctrinis Stagiritae affirmari pugnantia. Cum enim, *inquit,* Aristoteles constanter concedat scientiam non dari sine universalibus (quia ipsa scientiae *necessitas* ex universalitate enascitur), et simul affirmet universalia existere in singularibus, idem est ac si ponat essentias singulares esse simulqub universales. Quam quidem suam propriam contradictionem, quam indebite Platonis scholae tribuit, Aristoteles nedum lectoribus, sed sibimetipsi occulere nititur tum vocabulorum varietate et quasi flexibilitate, tum etiam ex modo concipiendi universalia *(Aristotele esposto ed esaminato da Antonio Rosmini-Serbati,* Torino i858, lib. I, cap. 11, pag. 78).

Verum, meo quidem iudicio, ideo auctor iste contradictiones inveniri in doctrina Aristotelica dc universalibus affirmat, quia mentem Aristotelis non penetravit et, ut alibi iam notavimus (1 *Perih.,* lect. x, not.:), non distinxit varias acceptiones toU universalis; proindeque non in Aristotele quidem sed in falsis eiusdem Aristotelis interpretationibus contradictiones reperiuntur. Et revera praelaudatus auctor dicit universale, quod Aristoteles opponit universali platonico et obiectum scientiae constituit, esse *individuum vagum* (Cf. 1 *Perih.,* lect. x, n. 13), *hoc est,* inquit Rosminius (loc. cit., pag. 84), *cogitationem,* seu (ut dicit in *Teosofia, Il Reale,* vol. V, cap. xxiu, pag. 5o segg. Intra 1874) *imaginationem intellectivam, individuorum realium;* assertumque confirmat, adducendo in nota verba Haurdau, dc quo 1 *Perih.,* lect. x, not. t, diximus. Vix ac ne vix quidem opus est ut immoremur in refutanda hac prima citati auctoris assertione. Individuum enim vagum non est universale in doctrina Aristotelis, sed est singulare sine determinatione formae singularitatis (Cf. I *Perih.,* lect. cit., n. 13). - Asserit deinde idem Auctor duo ista contradictoria esse, nempe scientiam esse de universalibus, et universalia existere in singularibus, quia, ut ipse addit, hoc est asserere essentias esse universales et simul singulares. - Cessabit contradictio ubi distinguatur in *universali,* seu in essentia praecisa a conditionibus individuantibus, id quod de universali praedicatur ut ad solam mentis operationem pertinens, et quod proinde non de essentia universali est, sed accidentaliter ipsi a mente tribuitur, ut cum dicitur, homo est *praedicabile de multis,* vel, est *species,* etc. (Cf. lect. x cit. *Perih.,* n. 9). De hoc universali non dicit Aristoteles quod sit in singularibus, imo certe affirmat quod neque possit in singularibus existere. - Distinguatur insuper, in quolibet universali, essentia quae concipitur ut *unum* non quocunque modo, sed quasi exemplar eorum quae eius naturam retrahunt, sicut natura humana concipitur ut unum, in quo uniuntur humana individua, quasi exemplar ad quod ipsamet individua, secundum se distincta, formata sunt (Cf. ib., lect. xn, n. 7). Et universale sic acceptum, nempe ut *unum,* negat iterum et merito Aristoteles existere in singularibus, et contra Platonem affirmat in sola acceptione intellectus existere, non autem in seipso (Cf. ib., lect. x, n. cit.). Attamen huic universali, quod est natura quaedam, tribuitur aliquid quod non pertinet ad actum intellectus, sed ad *esse* quod habet natura in rebus, sicut cum dicitur quod homo est dignissima creatura; et universale sic acceptum verissime affirmat Aristoteles existere in singularibus contra Platonem, et illud esse immutabile, sempiternum, et scientiae obiectum (Cf. ib.). - Sed distinguatur tertio in *universali* existente hoc modo in singularibus, illud quod ipsi tribuitur ratione naturae universalis, et illud quod ipsi tribuitur ratione singularitatis, qua singulare est. Universale ratione suae naturae non suscipit praedicationes singularitatis, qua vestitur, nisi per accidens; ratione singularitatis est singulare, et suscipit per se praedicationes singularitatis (Cf. ib.). Unde et est sine ulla contradictione universale et singulare, obiectum scientiae et obiectum sensus.

Sed praeterea sensus determinandus est, quo dicitur scientia esse de universali. Qua in re iterum audiendus est Caietanus, Op. et loc. cit., coi. 4.- « Quia... scientia est universalium, ideo declarandum est quot modis intelligitur propositio illa. Sciendum est ergo quod cum universale dicat haec duo, scilicet *rem universalem,* quadrupliciter sumi potest: primo pro rc, secundo pro universalitate, tertio pro toto coniuncto ex re et universalitate quasi ex duabus partibus, quarto pro toto coniuncto, sed non quasi ex partibus, sed sicut ex re et rei conditione, sine qua non etc. Primo modo sensus est, scientia est rerum; secundo modo, scientia est universalitatum; tertio autem, scientia est totius compositi, scilicet rerum universalium; quarto demum modo sensus est, scientia est rerum, quae habent universalitatem tanquam conditionem sine qua non sciuntur etc. Quis autem horum sensuum verus et intentus a peripateticis sit, manifestari facile potest praesupponendo significatum similium propositionum, in quacumque materia fiant etc., scilicet quod cum dicitur: scientia est hominis, bovis, caeli, Dei etc., nihil significatur nisi quod scientia ipsa ad hominem, bovem etc. terminatur tanquam ad obiectum cognitum etc. Hoc siquidem sensu dicimus: mathematicam esse numerorum et magnitudinum, et physicam rerum naturalium, et medicinam corporis humani scientiam etc.

» Hoc enim stante dicitur quod primus sensus non est intentus a philosophis per illam propositionem, sed sit verus aliquo modo etc. Non est intentus quidem, quia si solum hoc voluissent dicere, sat fuisset dicere, quod scientia est rerum, et non oportuisset universalis vocabulo uti. *Veritas* vero est, quia scientia nostra ad res ipsas terminatur, *aliquo* autem *modo,* quia scientia non terminatur ad res quomodolibet sumptas, aut qualitercunque se habentes etc., quia non ad singulares singulariter etc.- Secundus quoque sensus extra intentionem philosophorum est, licet verus particulariter sit. Logica enim est scientia de universalitatibus, non autem aliae scientiae; proferentes autem dictam propositionem de scientia in communi loquuntur. Tertius vero sensus omnino falsus est, quoniam scientia nulla est circa tale compositum, nisi forte per accidens etc. Scientiae enim reales sunt de rebus quae sunt in rerum natura; tale autem compositum nihil est (in) rerum natura (ut dicitur in primo *De anima).* Scientiae quoque rationales de intentionibus sunt, et non de compositis ex intentionibus et rebus etc. Nunquam siquidem in aliqua definitione dicitur: A universale est B etc., sed A est etc.; et similiter in syllogismis non assumitur, omne A universale est quod etc.; sed simpliciter, omne A est B. - Quartus igitur sensus est verus et intentus: verus quidem, quia scientiae obiectum est res ipsa, quoniam ad ipsam sciendi actus terminatur; aliter scientiae reales non essent de rebus. Et quia res non potest intellectui obiici et sciendi actum termi-

demonstratio, neque definitio. Et ideo videbatur quod oporteret ponere quasdam substantias incorruptibiles, de quibus et demonstrationes et definitiones darentur. Et has substantias sempiternas * vocabat *species* vel *ideas* **.

7. Sed huic opinioni occurrit Aristoteles superius dicens λ quod demonstratio non est corruptibilium nisi per accidens. Etsi enim ista sensibilia corruptibilia sint in particulari μ, in universali tamen quamdam sempiternitatem habent. Cum ergo demonstratio detur * de istis sensibilibus in universali, non autem * in particulari, sequitur quod demonstratio non sit corruptibilium, nisi *per accidens* *; sempiternorum autem est *per se.*

8. Deinde cum dicit: *Eorum autem quae* etc., ostendit quomodo eorum, quae sunt ut frequenter, possit esse demonstratio, dicens: quod *eorum quae saepe fiunt, sunt etiam demonstrationes et scientiae: sicut* de defectu lunae,* qui tamen non semper est. Non enim luna semper deficit, sed aliquando. Haec autem quae sunt frequenter f, secundum quod huiusmodi sunt, idest secundum quod de eis demonstrationes dantur, sunt semper: sed secundum quod non sunt semper, sunt particularia. De particularibus autem non potest esse demonstratio, ut ostensum est*, sed solum de universalibus. Undé patet quod huiusmodi *, secundum quod de eis est demonstratio, sunt semper. Et sicut est de defectu lunae, ita est * de omnibus aliis similibus. – Consideranda tamen est differentia inter ea *. Quaedam enim non sunt semper ° secundum tempus, sunt autem ** semper per comparationem ad causam*: quia nunquam deficit, quin posita tali causa, sequatur effectus; sicut est* de defectu lunae. Nunquam enim deficit, quin semper sit lunae eclypsis, quandocunque terra diametraliter interponitur inter solem et lunam. In quibusdam vero* contingit quod non semper sunt, etiam per comparationem ad causam: quia videlicet causae impediri possunt. Non enim semper ex semine hominis generatur homo habens duas manus; sed quandoque fit defectus vel * propter impedimentum causae agentis vel materiae. In utrisque autem sic ordinandae sunt demonstrationes, ut ex universalibus propositionibus inferatur universalis conclusio, removendo illa, in quibus potest esse defectus vel ex parte temporis tantum vel etiam ex parte causae π.

*Lect.ix.-codd.: *ostens.*

nare, nisi representetur absque conditionibus individualibus, quod est representari universaliter, et rem habere universalitatis conditionem, ideo habentium universalitatem ut conditionem, sine qua non, scientia est. Intentus autem a peripateticis est, quia volunt dicere per hanc propositionem quod scientia est de rebus, non singulariter sumptis, quia sic variabilitati subsunt, sed universaliter sumptis: ita quod universalitas, seu universaliter concipi, non est res scita, nec ratio quod res sciatur, nec pars rei scitae, nec terminat actum sciendi, sed est conditio sine qua res non scitur ab intellectu nostro directe. Sicut approximatio ignis ad combustibile nec est ignis, nec pars eius, nec ratio quod comburat, nec principium comburendi, sed conditio sine qua non potest comburere.

» Diligenter autem notato haec quae diximus,, quoniam ex his habes quomodo res obiectum scientiae sit, et quomodo universalia sint extra animam, et quomodo de eis probentur passiones et assignentur definitiones, et quomodo praedicentur in propositionibus, et genera sint et species, et in praedicamentis reponantur, et similia: semper enim intelligitur de universalibus secundum quartum sensum, idest de rebus universalitate fultis tanquam conditione sine qua non: taliter siquidem rebus haec omnia conveniunt, praeter quae esse in rerum natura, quod ipsis universalibus convenit absque universalitatis conditione, licet non demonstretur de eis absque illa etc.

» Et si contra hoc arguatur, quod secundum hunc sensum scientia (et definitiones etc.) non sit de rebus extra animam, sic: Scientia est de universalibus, idest rebus habentibus universalitatis •conditionem; res habentes talem conditionem ut sic non sunt extra animam; ergo scientia non est de rebus existentibus extra animam. – Respondetur quod in tali processu, qualitercunque formetur, accidentis fallacia, vel figurae dictionis, vel a secundum quid ad simpliciter, invenitur (Cf. lecr. xxn): quia proceditur a modo rei, seu a re cum tali conditione, quod idem est, ad rem ipsam etc., ut patet. Quia in praemissis sumitur res scita vel definita vel praedicabilis etc. fulta tali conditione universalitatis; in conclusione autem res ipsa, quae actum sciendi terminat, absque conditione sine qua non definitur nec scitur nec praedicatur etc., concluditur non esse extra animam. Quod sophisticum est, deberet enim sic concludi: ergo scientia non est de rebus existentibus extra animam absque universalitatis conditione, quae extra animam non invenitur: et hoc est verissimum.»

λ) *Occurrit Aristoteles superius dicens* etc.-GL: *occurrit superius Aristoteles dicens* etc.; HOR om. *superius.* – Lectio Piana est aliorum codd.; et Piana addit in margine: *lectione praesenti.* Et recte. In primo enim versiculo habentur quae in secundo numero enunciaverat s. Thomas et in praesenti numero exponit: ἀλλ' οὕτω; ὡσπερ κατά συρβεβηκό.

Et ideo reçte hoc loco dicitur: *occurrit Aristoteles superius.* Quia tamen opinio Platonica enascitur ex eo quod demonstratio est de sempiternis et non de corruptibilibus; hinc Angelicus primo exponit rationes Aristotelis ad ostendendam thesim principalem; deinde ordinate dubium Platonicum refutat.

p.) *Sint in particulari* etc. – Quia infra verba *in particulari* iterum occurrunt, ideo amanuensis cod. O per distractionem omnia verba intermedia omittit, et, corrupto sensu sententiae, immediate habet; *sequitur quod demonstratio* etc.– Idem fere accidit amanuensi cod. E: *cum ergo demonstratio non sit corruptibilium* etc.

ν) *Nisi per accidens.* -Scire rem prout est in alio, est scire rem illam per accidens (Cf. lect. iv, n. 4). E. g., scitur universalis haec propositio: *omnis dualitas est numerus par.* Et haec propositio scitur *per se,* et in *se,* quia ad illam terminatur actus mentis. Sed eo ipso quod scis *omnem dualitatem esse parem,* scis etiam *per ipsam* et *in ipsa* omnes et singulares dualitates pares esse. Istae ergo dualitates singulares sciuntur non in seipsis (et hinc est quod a nobis non possunt definiri), sed in veritate et per veritatem propositionis universalis. Sciuntur ergo per accidens. Idem intelligitur de ratiocinatione Aristotelis quoad sempiterna scita *per se,* et quoad corruptibilia scita in illis, hoc est *per accidens.*

ξ) *Quae sunt frequenter* etc.-Cod. G: *quae sunt ut frequenter;* M: *quae fiunt ut frequenter.* Et haec loquendi formula magis usitata invenitur penes s. Thomam, non secus ac illae: *ut in pluribus, ut in paucioribus;* quae eandem habent significationem (Cf. supra, lect. 1, n. 5).– Infra vero cod. O, loco *sed secundum quod non sunt semper,* habet: *sed quae non sunt semper.* Cum Piana stant ceteri codices, et bene: nam, *secundum quod non sunt semper,* dicitur per oppositionem ad ea quae sunt ut frequenter et accipiuntur *secundum quod... sunt semper.*

0) *Non sunt semper* etc. – Codd. NQ errore plane manifesto omittunt particulam negativam, et legunt: *sunt semper.* -B: *non fiunt semper:* quae est lectio bona, non tamen adoptanda, quia, *non sunt,* ut P habet cum ceteris codd., magis respondet iis, quae sequuntur: *sunt autem semper.* – Codd. ACDGHLMQST: *non sunt semper secundum tempus quidem;* EIKN: *quaedam;* O: *secundum tempus quidquid;* R: *quae.* Forte tamen tum *quaedam,* tum *quidquid,* tum *quae* corrupte posita sunt pro *quidem* priorum codd.: quae particula recte apponeretur post *tempus.*

π) *Vel ex parte temporis tantum* etc. – Ita codd. Excipe tamen AB DNORT, qui, omisso *etiam,* legunt: *vel ex parte temporis tantum, vel ex parte causae.* Sed *etiam* videtur requisitum a prima parte sententiae, *vel ex parte temporis tantum.* —P: *vel ex parte temporis, vel exparte causae.*

LECTIO DECIMASEPTIMA

DEMONSTRATIO PROCEDIT NON EX COMMUNIBUS, SED EX PROPRIIS PRINCIPIIS REI DEMONSTRATAE

Επε'ι δέ φανερόν ότι έκαστον άποδεΐ αι ούκ έστιν άλλ' ή εκ των έκαστου αρχών, άν τό δεικνύμενον ύπάρχη η εκείνο, ούκ εστι τό έπίστασθαι τούτο, άν έξ αληθών καί άναποδείκτων δειχθη καί άμεσων.

Εστι γαρ ούτω δεΐ αι, ώσπερ Βρυσών τον τετραγωνισμόν. Κατά κοινόν τε γάρ δεικνύουσιν οϊ τοιούτοι λογοι, δ καί έτέρω υπάρξει· διό καί έπ' άλλων έφαρμοττουσιν οί λόγοι ού συγγενών. Ούκοΰν ούχ η εκείνο επίσταται, άλλά κατά συμβεβηκο · ού γάρ άν έφηρμοττεν ή άπόδειξι καί έπ' άλλο γένο . "Εκαστον δ* έπιστάμεθα μη κατά συμβεβηκο , δταν κατ' εκείνο γινωσκωμεν καθ' δ υπάρχει, έκ τών άρχών τών εκείνου η εκείνο, οίον τό δυσίν όρθαΐ ίσα έχειν, ω υπάρχει καθ' αύτό τό είρημένον, έκ τών άρχών τών του'τον. Ώστ' ει καθ' αύτό κάκεΐνο υπάρχει ω υπάρχει, αναγκη τό μέσον έν τη αύτη συγγένεια είναι.

Ει δέ μη, άλλ' ώ τά αρμονικά δΐ' άριθμητικη . Τα δε' τοιαύτα δείκνυται μέν ώσαν'τω , διαφέρει δε'· το μεν γάρ οτι έτε'ρα επιστήμη (τό γάρ ύποκείμενον γένο έτερον), τό δέ διότι τη άνω, η καθ' αύτά τα πάθη έστίν. "Ωστε καί έκ τούτων φανερόν δτι ούκ εστιν άποδεΐ αι άπλώ , άλλ' η έκ τών έκάστου άοχων. Άλλα τούτων αί άρχαί έ'χουσι τό κοινόν.

Εί δέ φανερόν τούτο, φανερόν καί οτι ούκ εστι τά έκαστου ίάία άρχά. άποδεΐ αι· εσονται γαρ έκεΐναι άπάντων άρχαί, καί έπιστη'μη ή εκείνων κυρία πάντων.

Καί νάρ έπίσταται μάλλον ό έκ τών άνώτερον αιτίων εΐδώ · έκ τών προτε'ρων γάρ οιδεν, δταν έκ μη αιτιατών είδη αιτίων. "Ωστ' εί μάλλον οιδε, καί μάλιστα· κάν επιστήμη έκείνη ειη, καί μάλλον καί μάλιστα.

'Η δ' άπόδειξι ούκ έφαρμόττει έπ' άλλο γένο , άλλ' ή ώ εΐρηται αί γεωμετρικά! έπί τά μ.ηχανικά η οπτικά , καί αί άριθμητικαί επί τά αρμόνικά .

* Quoniam autem manifestum est quod unumquodque demonstrare non est, ,sed aut ex unoquoque principiorum, si id quod 'demonstratur sit secundum quod est illud, non est scire hoc quidem, si ex veris et indemonstrabilibus monstretur et immediatis. LCap. ix. Text. 23. 7^37

Est enim sic monstrare, sicut Bryso tetragonismum. Secundum commune enim demonstrant rationes huiusmodi et quod alteri inest, unde et in aliis conveniunt hae rationes, non tantum proximis. Non itaque secundum quod illud est scit, sed secundum accidens; non enim convenit demonstratio et in aliud genus. Unumquodque autem scimus secundum accidens, cum secundum illud non cognoscimus, secundum quod est ex principiis illius, in quantum illud est, ut duobus rectis aequales habere cui inest per se, quod dictum est, ex principiis ipsius. Quare si per se et illud inest, cui inest, necesse est medium in eadem proximitate esse.

Si vero non, sed sicut harmonica per arithmeticam, huiusmodi demonstrantur quidem similiter, sed differunt. Ipsum enim quia alterius quidem scientiae est (subiectum enim alterum genus est), sed propter quid superioris est, cuius per se passiones sunt. Quare ex his manifestum est, quod non sit demonstrare unumquodque simpliciter, sed secundum quod ex uniuscuiusque principiis est. Sed horum principia habent commune.

Si autem hoc, manifestum est quod non est uniuscuiusque principia monstrare : erunt enim illa omnium principia, et scientia illorum propria omnibus.

Et namque scivit magis intelligens ex superioribus causis; ex prioribus enim scivit, cum non ex causatis sciat causas. Quare si magis scivit et maxime, et scientia illa erit et magis et maxime.

Sed demonstratio non convenit in aliud genus, sed aut''/7.3 sicut dictum est geometricae in mechanicas vel machinativas aut speculativas, et arithmeticae in harmonicas.

Synopsis.— **i. Argumentum lectionis: non sufficit ad hoc quod aliquid sciatur, quod demonstratio procedat ex veris et immediatis, sed requiritur quod sit ex propriis. -2. Probatur: nam si demonstratio non sit ex principiis propriis rei demonstratae, haec non per se, sed per accidens sciri solummodo potest. -.3. Solvitur dubitatio et confirmatur thesis. - Cum passio insit subiecto propter medium, scientia inferior, quae de proprio subiecto demonstrat passionem per medium superioris scientiae, cognoscit de ipso subiecto non *propter quid,* sed tantum *quia*. - Principia propria particularium scientiarum habent aliquid commune prius eis. - 4. Non est uniuscuiusque scientiae demonstrare principia sua propria : haec enim possunt probari per communia omnium principia, quae ut sibi propria considerat *philosophia prima,* seu metaphysica.- 5. Ergo philosophia prima, quae considerat principia communia, ex quibus probantur principia immediata aliarum scientiarum, his omnibus scientiis praeeminet. - 6. Demonstratio non procedit ex uno in aliud genus, nisi sicut dictum est (n. 3) quod scientia superior procedit ad scientias inferiores.**

i. stenderat supra Philosophus quod demonstratio non procedit * ex principiis extraneis ; hic * autem ostendit quod i^^^^jnon procedit ex communibus “. Et circa hoc duo facit: primo, ostendit propositum; secundo, inducit quandam conclusionem ex dictis; ibi : *Si autem hoc est* * etc. Circa primum tria facit *P.* Primo, proponit intentum dicens quod, *quia manifestum est quod non contingit unumquodque* per unumquodque *demonstrare,* sed* oportet 'mi. quod demonstratio fiat *ex unoquoque principiorum,* hoc modo, quod *id quod demonstratur sit secundum quod est illud* ', idest, oportet quod principia demonstrationis insint per se ei, quod demonstratur; si, inquam, ita est, non sufficit, ad hoc quod aliquid sciatur, quod demonstretur *ex veris*

' Codd. - r: *esi.*

* Codd. (exc. a be): *nunc.*

α

• Num. 4.

β

a) *Quod non procedit ex communibus.* – Ita P cum codd. ABG. – Alii codices: *quod nec* (EK, *non) ex principiis communibus* (NO, *principiis omnibus) procedit.* Non apparet ratio mutandi lectionem Pianam.

β) *Tria facit,* – Piana: *duo facit;* et, *duo facit,* legunt prima manu codd. GK ; sed lectio corrigitur secunda manu in *tria facit*, sicut alii omnes codices legunt, et legendum est, ut patet ex hoc et duobus numeris sequentibus, *Primo... Secundo... Tertio.*

'Codd.-rR: ' *princip.* om. codd.. cxc. r.

et immediatis, sed oportet ulterius quod * demonstretur ex principiis * propriis.

2. Secundo; ibi: *Est emm sic demonstrare* etc., probat propositum, scilicet quod non sufficiat * ex veris et immediatis aliquid demonstrare, quia sic contingeret aliquid demonstrare, sicut Bryso demonstravit tetragonismum, idest quadraturam circuli, ostendens aliquod quadratum esse circulo aequale per aliqua principia communia, hoc modo: In quocunque genere est invenire aliquid maius* et minus alicui, in eodem est invenire et illi aequale; in genere autem quadratorum est invenire aliquod quadratum minus circulo, quod scilicet scribitur intra circulum, et aliquod * maius circulo, intra quod circulus * describitur; ergo est invenire aliquod quadratum circulo aequale. Haec quidem Pr°batio est secundum commune: aequale enim, et maius *, et minus, excedunt genus quadranguli et circuli. Unde patet quod huiusmodi rationes demonstrant * secundum aliquod commune, quia medium alteri inest, quam ei de quo fit demonstratio; et ideo huiusmodi rationes * conveniunt aliis, et non conveniunt istis, de quibus dantur, tanquam proximis. Unde patet quod * qui scit per huiusmodi rationes, non scit secundum quod illud 7 est, idest *per se,* sed *per accidens* tantum. Si enim esset * secundum se, non conveniret demonstratio in * aliud genus. Unumquodque enim scimus secundum accidens, cum non cognoscimus illud secundum quod est ex principiis illius, idest secundum quod est ex principiis per se. Sicut habere tres angulos aequales duobus rectis inest per se triangulo, idest * secundum quod est ex principiis illius. Quare si per se inesset medium acceptum conclusioni, necesse esset in eadem proximitate esse, idest proximum esse secundum genus conclusionia. o

* ABGHILMNO: *sufficit.*

Bryso.

? abcogoqrs: *magis.*

* codd.: *aliquod*

\- n: *auod extra scribitur.*

\- Codd-p mi- *£is...a-.quàdrati.*

• MNO.-r: *demonstrantur.*

* h: *demonstrationes.*

' *Patet quod* omittit k. T

• h: *conveniret;* l: *esset demonstrare.*
* k: *ad.*

* *Idest* omitt. codd.

γ) *Non scit secundum quod illud* **est-Est** lectio codd. ABDEG1LO QRST; et est melior P, iuxta dicta lect. xi. – H: *secundum quod illud quod est;* MN et C prima manu: *secundum illud est;* P: *secundum illud quod est.*

δ) *Proximum esse secundum genus conclusioni.* – Λ: *secundum eius conclusionem;* BDGH: *secundum consequens conclusionem,* vel forte, *conclusioni;* K: *secundum genus conclusionum;* O: *secundum antecedens (alius habet consequens) conclusioni.* -Verba, *alius habet consequens,* sunt in codice, sed intra parenthesim clausimus, quia videntur marginalis additio, quam, retenta simul priori lectione *(antecedens),* amanuensium imperitia textui postea inseruit. Ed. *a: secundum quod 'genus consequens conclusioni.* Sed sunt lectiones non curandae. – Thesis quod demonstratio *propter quid* (de hac enim, ut saepe monuimus, est sermo in hac prima parte de demonstrationis natura) debeat procedere ex principiis non communibus sed propriis rei demonstratae, datur ab Aristotele quasi corollarium eorum, quae in praecedentibus lectionibus determinata sunt, quod nempe demonstratio sit ex his et de his, quae sunt *per se et secundum quod ipsum* (lect. xi), et quod non liceat transire de genere in genus, sed quod in eodem genere debeant esse extrema et medium conclusionis (lect. xv, n. 6 et not. p). Quocirca in expendendo processu argumentative ad probandam thesim huius lectionis lector prae mente habeat ea quae in praecedentibus lectionibus fuerunt declarata.

Unum tamen dubium oritur ex hac ipsa thesi, quod hoc loco solvendum est. Saepe enim dicitur tum ab Aristotele, tum a s. Thoma, tum ab omnibus philosophis, quod principia propria metaphysicae ita sunt propria, huius scientiae, ut etiam sint communia aliis scientiis (Cf. infra, n. 4). Ex quo sequi videtur ad demonstrationes non de necessitate requiri quod principia assumpta sint propria rei demonstratae: principia enim propria veritatem non habent nisi ex principiis universalioribus, et, *propter quod unumquodque tale, illud magis* (lect. vi, n. 3).

Ad solvendum hoc dubium praenoto 1", *principia communia* hoc loco sumi non prouti distinguuntur a singularibus (demonstratio enim, ut constat ex dictis lect. praeced., nonnisi ex communibus, hoc est universalibus, procedit), sed prouti distinguuntur a *propriis,* ut est manifestum ex dictis in hac lectione. – Praenoto 2°, principia communia hoc loco sumi non in sensu absoluto, respectu nempe cuiusque demonstrationis, sed in sensu relativo, respectu nempe subiecti huius vel alterius scientiae. Quod ideo dico, quia ea, quae sunt communia respectu unius scientiae, possunt esse propria alterius: quo in casu haec secunda scientia procedit ex principiis communibus, non ut communia sunt, sed ut sunt sibi propria. Exemplo sit metaphysica, quae considerat ut propria, principia aliis scientiis inferioribus communia (Cf. infra, n. 4).—Praenoto 3", dupliciter aliquid esse alterum, et illud continere in suo conceptu, nempe *virtualiter* vel *formaliter.* Quam distinctionem ut perspicue declaremus (ab ea enim pendet recta intelligentia thesis), sistamus in conceptu aliquo generico. *Substantia,* e. g., est de essentia et de definitione *viventis,* et vivens est de ratione et definitione *animalis,* et animal est de essentia et definitione *hominis.* Atqui si quaeratur, utrum substantia sit formaliter vivens, vel vivens formaliter animal, vel animal formaliter homo, respondetur negative et merito: secus enim omnis substantia esset vivens, et omne vivens esset animal, et omne animal esset homo. Ratio autem negationis est quia quamvis genus sit de essentia speciei, quia est eius pars metaphysica, tamen genus constituitur species per differentiam (e. g. animal constituitur homo per rationalitatem) quae est extra conceptum et naturam generis; et ideo quamvis genus sit pars essentialis speciei, quia tamen non est *differentia* (quae est altera pars, et quidem formalis speciei, ut dictum est I *Perih.,* lect. vnr, n. 9), non potest dici *formaliter* species. – Nihilominus genus est, ut diximus, de essentia seu conceptu speciei (sicut animal est de essentia hominis) ut pars essentialis ipsius, trahiturque ad speciem per susceptam differentiam: ita scilicet ut genus concipiatur veluti quoddam potentiate et indeterminatum, quod actuatur et determinatur per differentiam. Aliis verbis, genus est non quidem *formaliter,* ut dictum est, sed *virtualiter* ipsa species. – Praenoto 4", ex hoc tertio praenotamine sequi necessario quod qui cognoscit solummodo genus, cognoscit quidem speciem, at non secundum quod est *species,* hoc est *formaliter,* sed secundum quod genus est species, hoc est *virtualiter:* aliis verbis, qui cognoscit *communia,* non cognoscit *proprium* speciei, quod est ipsa specifica differentia, qua species et constk' tuitur in sua essentia, et distinguitur a ceteris rebus positis sub eodem genere.-Si (intellectus), inquit apposite s. Thomas, *cognosceret bovem per speciem asini, cognosceret eius essentiam imperfecte, scilicet quantum ad genus tantum; magis autem imperfecte si cognosceret per lapidem, quia cognosceret per genus magis remotum* (Compend. Theol., cap. cv. – Cf. p. I, qu. lxxxv, artic. nt; Qq. dispp. *De veritate,* qu. vin, *De cognitione angelorum,* artic. 1),

His praenotatis, iam patet via ad solutionem propositi dubii. Nam in demonstratione principia possunt considerari respectu conclusionis demonstratae sicut genera et species, tum quia definitio assumitur ut principium demonstrationis *propter quid,* ut iam dictum est (lect. xm, n. 3, et xvi, n. 5) et infra plenius ostendetur (lib. 11), definitio autem est ipsa natura generis vel speciei definita; tum quia ideo *praedicatum* in demonstratione *propter quid* concluditur esse de ratione *subiecti,* quia in *maiori* est de ratione *medii* sub quo in *minori* affirmatur comprehensum ipsum subiectum conclusionis, iuxta ea quae lect. ix dicta sunt quoad principium *dici de omni* (Cf. etiam lect. xm, n. 3); tum denique quia principiorum veritas participatur a peculiaribus veritatibus conclusis, non secus l ac natura generis participatur a sibi subiectis speciebus. Ergo 1", sicut genus ingreditur naturam speciei, et est virtualiter species, ita principia communia (obiecta propria metaphysicae) ingrediuntur principia propria peculiarum scientiarum, et sunt virtualiter ipsa propria principia; sed 2", sicut per cognitionem generis habetur quidem virtualis, non tamen *formalis* seu *propria* cognitio speciei (quia genus non est formaliter species), ita per principia communia habetur cognitio virtualis principiorum peculiarium scientiarum, non autem formalis seu propria eorumdem, et consequenter neque *propria* cognitio rei demonstratae, quia principia communia non sunt formaliter principia illa secundaria (Cf. lect. m); ergo 3", sicut ad cognoscendam speciem non sufficit cognitio generis, sed requiritur cognitio *proprii,* seu differentiae specificae, ut sciatur non solum quid *per se* insit rei ut est genus, sed quid ipsimet insit per se ut est species; ita ad cognitionem conclusionis demonstratae non sufficit cognoscere principia communia, sed est necessaria cognitio *principiorum* quae sunt propria subiecti de quo demonstratur passio: secus concluditur illud quod est *per se* subiecti quoad genus, non autem quoad speciem.

Exinde patet cur male processerit Bryso, qui contendit demonstrare quadraturam circuli. Ponit hoc principium: In quocunque genere est invenire magis et minus respectu alicuius, in eodem genere est invenire etiam ilii aequale. – Deinde subsumit: Atqui in genere quadratorum est aliquod quadratum minus et aliquod quadratum maius circulo. – Ergo, concludit, est invenire quadratum circulo aequale. – Porro principium assumptum est ontologicum, et consequenter, ut probavimus, qon continet nisi virtualiter conclusionem geometricam, quae est de subiecto quantitativo. Et quia ex hoc principio, non proprio geometriae sed omnibus rerum generibus communi, procedit Bryso, non potest concludere geometricam veritatem. Ut concluderet necesse ipsi fuisset assumere principium illud geometrice, nempe: Si est invenire quadratum maius et minus circulo, est etiam invenire quadratum circulo aequale. Atqui etc. (ut supra). Ergo etc. (ut supra). – Processus iste esset revera ex propriis principiis; at labor incumberet Brysoni ad *antecedens* syllogismi probandum.

Sed dices: Recte procedit geometra cum in demonstrationibus suis assumit hoc principium: *Si ab aequalibus aequalia demas, quae remanent sunt aequalia;* et alia huiusmodi principia: quae tamen non

3. Tertio; ibi: *Si vero non* etc., excludit quandam dubitationem. Contingit enim aliquando medium demonstrationis * non esse in eodem genere cum conclusione ‘. Quod qualiter contingat ostendit dicens: Si vero non sit medium ç in eadem proximitate conclusioni, sed hoc modo sicut demonstratur aliquid in harmonica, idest in musica, per arithmeticam ; verum quidem est quod huiusmodi etiam similiter demonstratur. Fit enim demonstratio in inferiori scientia per principia superioris scientiae, ut ostensum est*; sicut et in scientia superiori per principia superioris ”. Sed in hoc differt, quod * alterius scientiae, scilicet inferioris, est scire ipsum *quia* tantum . genus enim subiectum inferjor;s scientiae est alterum a genere subiecto superioris scientiae, ex qua * sumuntur principia. Sed scire *propter quid* est superioris scientiae, cuius sunt per se illae passiones. Cum enim passio insit subiecto propter medium, illa scientia considerabit *propter quid,* ad quam pertinet medium, cuius per se est passio, quae demonstratur. Si vero subiectum sit ad aliam scientiam pertinens, illius scientiae non erit *propter quid,* sed *quia* tantum; nec tali subiecto per se * conveniet passio demonstrata de ipso, sed per medium extraneum. Si vero medium et subiectum pertineant ad eamdem scientiam, tunc illius scientiae erit scire *quia* ct *propter quid.*

Remota autem dubitatione, ulterius conclusionem intentam principaliter * inducit, dicens quod *ex* praedictis patet * quod non est demonstrare unumquodque simpliciter, idest quocunque modo, sed secundum hoc quod demonstratur ex propriis principiis uniuscuiusque ®. Sed et principia propria singularum scientiarum habent aliquod commune prius eis ‘.

4. Deinde cum dicit: *Si autem hoc* etc., inducit quandam conclusionem sequentem ex dictis *. Et circa hoc tria facit. Primo, inducit conclusionem dicens quod, si hoc verum est, scilicet quod demonstrationes in singulis scientiis non fiunt ex communibus principiis, et iterum quod principia scientiarum habent aliquid prius se, quod est commune; manifestum est quod non est uniuscuiusque scientiae demonstrare principia sua propria. Illa enim priora* principia, per quae possent probari singularum scientiarum propria principiax, sunt communia principia omnium, et illa scientia, quae considerat* huiusmodi principia communia, est propria omnibus, idest ita se habet ad ea, quae sunt communia omnibus, sicut se habent aliae scientiae particulares ad ea, quae sunt propria. Sicut cum subiectum λ arithmeticae sit numerus, ideo arithmetica considerat ea, quae sunt propria numeri: similiter *prima philosophia,* quae considerat omnia principia habet pro subiecto *ens,* quod est commune ad omnia *; et ideo considerat ea, quae sunt propria entis, quae sunt omnibus communia, tanquam propria sibi.

5. Secundo, cum dicit: *Et namque scivit* etc., ostendit praeeminentiam huiusmodi scientiae , quae considerat principia communia ’, scilicet primae philosophiae, ad alias. Semper enim oportet illud, per quod aliquid probatur, esse magis scitum vel notum. Qui enim scit aliquid ç ex superioribus causis, oportet quod sit magis intelligens illas causas, quia scivit ex prioribus simpliciter, cum non sciat ex causatis causas : quando enim aliquis scit ex causatis causas, tunc non intelligit ex prioribus et ex magis notis simpliciter, sed ex magis notis et prioribus quoad nos. Cum autem principia inferioris scientiae probantur ex

---

propria sunt geometriae sed communia. – Respondeo cum Themistio: « Sunt haec quidem communia; sed quum utuntur iis qui demonstrant, » non ut communibus si pro qualitate et natura subiecta cum adiun- * ctione et praescriptione quadam utuntur. Quamobrcm geometra po- » stulatum illud: *Si ab aequalibus,* non simpliciter tractat, sed cum * astrictione: *Si ab aequalibus magnitudinibus demas* › (In 1 *Poster.,* cap. xvu, pag. 13. Ed. cit. – Cf. lect. seq., nn. 6 et 8).

ε) *Non esse in eodem genere,* etc.- Cod. A habet: *non esse in eadem proximitate conclusioni vel in eodem genere;* B vero: *non esse in eadem proximitate conclusioni.* Denique GHNT et DO secunda manu, non *cum demonstratione,* sed *cum conclusione* legunt. – P : *non esse in eodem genere cum demonstratione.* – Lectio cod. Λ magis concordat cum his quae immediate sequuntur ct cum dictis in fine num. praeced. Retinemus tamen lectionem Pianam, *non esse in eodem genere,* quia pro se habet auctoritatem omnium fere codicum; sed legimus cum praecitatis codicibus, *eum conclusione,* quia est lectio manifeste a s. Thoma indicata.

ζ) *Si vero non sit medium* etc. – Non est spernenda lectio cod. K : *si vero non contingat medium esse in eadem proximitate conclusionis, sed est hoc modo* etc. Attamen retinemus Pianam, tum quia bona est, tum quia pro se habet auctoritatem aliorum codd. – H : *cum conclusione, est hoc modo* etc.; sed non bene. – Codd. NR ct secunda manu S : *sed hoc modo sicut si;* CKLMNST : *demonstretur.*

η) *Sicut et in scientia* etc.-AI: *sicut in scientia* etc.; O: *sicut etiam in scientia* etc.; M omittit *per principia superioris,* sicut amanuensis cod. N distractus a recursu huius verbi, *superioris,* omittit verba, *scientiae ut ostensum est* etc. usque ad *principia superioris* inclusive. Codd. GKT non levis momenti praebent lectionem variantem, scilicet, *per principia inferioris,* cum ceteri codd. Pianam lectionem praebeant, nempe, *per principia superioris.* Lectioni codd. GKT consentit ed. *a.*

0) *Idest quocunque modo, sed* etc. – AELRS : *idest quocunque modo* (A *om. modo), sed hoc quod demonstretur;* C: *sed* (marg. add. *secundum) hoc quod demonstretur;* D: *sed hoc* (marg. add. *modo) quo demonstretur;* G: *idest quocunque modo, sed hoc modo quod demonstretur ;* 1: *sed hoc quo demonstratur;* HKT: *idest quocunque modo, sed oportet quod demonstretur.* Lectio forte praeferenda. M: *sed quod demonstratur;* N: *et quocunque modo, sed hoc quod demonstratur. Demonstretur* habet etiam Q.-O: *quocunque modo, nisi demonstretur, ex propriis* etc.

.) *Sed et principia propria* etc. – Huiusmodi assertum declaratur in sequenti numero, in quo dicitur quod principia communia, quibus probantur principia propria singularum scientiarum, sunt propria philosophiae primae. – C1KLMNQRST : *aliquid commune* etc. ; non recte H omittit *prius* et M *eis.* K: *habent aliquod commune principium prius eis.*

x) *Probari singularum scientiarum* etc.-A: *probari scientiarum principia priora;* II: *prima principia.* Lectio Piana optima est, quam et alii codd. habent.

λ) *Sicut cum subiectum* etc. – Codd. DKN omitt. *cum,* et huius loco ABG1OS habent: *enim;* E: *in.* – Deinde K habet *subiectum proprium* et omittit sii, cuius loco alii codd. habent *est.* – Praeterea codd. omnes (exc. OR) legunt: *et ideo;* O: itu.-Nullus ergo codex stat omnino cum P. – Quare videat lector num codices ad invicem collati hanc innuant lectionem: *sicut enim subiectum arithmeticae est numerus, et ideo arithmetica* etc.

p.) *Considerat omnia principia.* – Obiectum proprium primae philosophiae seu metaphysicac heïc a s. Thoma indicatur: cum enim metaphysicae obiectum sit *ens,* quod omnibus commune est (Cf. lect. n, not. η), eius etiam est considerare non hoc vel illud, sed omnia principia peculiarium scientiarum.-Codd. CHO : *considerat omnia principia communia.* – Codd. AEGLMQT et prima manu S legunt cum Piana, hoc est omittunt *communia;* codd. vero BD1KNR et S secunda manu habent *communia* et omittunt *omnia.* CHO utramque lectionem complectuntur. – Forte lectio expeditior et vera est: *considerat principia communia.*

v) *Quae considerat principia* etc. – Haec verba omittuntur in cod. K. Ceteri codices, exc. BE, omittunt *principia;* MR ct prima manu S non *communia,* sed *omnia* ponunt.

ξ) *Qui enim scit aliquid.* – Verba, *qui enim scit,* desiderantur in cod. I, sed omissio est mendum; B omittit *enim; A* vero: *quando ergo scitur aliquid* etc. – Lectio *scitur* sustineri non potest, posita forma dicendi immediate sequenti, *sit magis intelligens,* quam A concorditer habet cum P ct aliis codd.

principiis superioris °, non proceditur ex causatis in* causas, sed e converso. Unde oportet quod talis processus sit ex prioribus et ex * magis notis simpliciter. Oportet ergo magis esse scitum quod est superioris scientiae, ex quo probatur id * quod est inferioris, et maxime esse scitum id, quo omnia alia probantur, et ipsum non probatur ex alio priori π. Et per consequens scientia superior erit magis scientia, quam inferior; et scientia suprema?, scilicet *philosophia prima,* erit maxime scientia.

6. Tertio, ibi: *Sed demonstratio* etc., redit ad principalem conclusionem*: et dicit quod demonstratio non procedit in aliud genus, nisi sicut dictum est quod demonstratio geometriae procedit ad scientias inferiores; sicut sunt artes mechanicae, quae utuntur mensuris; aut speculativae ', sicut scientiae quae sunt de visu, ut perspectivae, quae sunt de visuali; et similiter est de * arithmetica in comparatione ad harmonicam, idest musicam *.

0 •GHT:ad. • codd. (exc. λo) omitt. *ex; n: nonaribus sim.* •wexBCEciKLo qrt; ahn: *illud;* S.· *aliquid.* *r.* P

• o: *propositionem.* σ * *De* ex codd. - h: *similiter de.* * Codd. (exc. ag h): *ad music.*

0) *Probantur ex principiis superioris.*-H: *probentur* (ct ita I) *per principia superioris scientiae;* et *superioris scientiae* habet etiam L.– BCDEMOQRST: *superioris;* I: *prioris,* et non habent *scientiae;* P: *ex principiis superioribus.* Manifestum est quod dicere *ex principiis superioris,* vel *superioris scientiae,* idem est ac si dicatur *ex principiis superioribus,* quia *superioris scientiae* est considerare principia superiora, ut supra dictum est. Attamen praetulimus *superioris,* propter auctoritatem codd.

π) *Oportet ergo magis esse scitum* etc.-Cod. M verba sequentia, *quod est superioris* etc. usque ad sequens *esse scitum* inclusive omittit; in quod mendum incurrit ex recursu του *esse scitum.*-*Duo* hoc loco inferuntur a s. Thoma, quorum unum est relativum, alterum absolutum. Relativum est quod scientia subalternans, quae probat principia scientiae subalteinatae, certior est scientia subaltemata; absolutum est quod philosophia prima, quia per sua principia probat omnia principia inferiorum scientiarum, et eius principia non probantur ex alia scientia, sit maxime scientia.

Caveat tamen novitius ne ex his falso inferat omnes alias scientias esse subalternatas *metaphysicae.* Ad rationem enim subaltcrnationis requiritur inter alia, quod subiectum proprium scientiae subaltcrnatae contrahatur per differentiam quae sit extra genus subiectum scientiae subalternantis, a qua eius principia probantur; sicut harmonica habet sua principia probata ab arithmetica, sed ideo arithmeticae subalternatur, quia quamvis ab ipsa probentur sua principia, habet tamen ratione *differentiae* subiectum proprium extra genus numeri: non enim harmonia est simpliciter *numerus,* sed numerus sonorum, qui quidem sunt extra numerum, non secus ac rationale est extra animal (Cf. supra, not. δ). Porro cum metaphysica habeat pro subiecto ens et passiones entis, nihilque sit inveniri quod sit extra ens, sequitur quod subiecta specifica aliarum inferiorum scientiarum esse nequeant extra subiectum proprium metaphysicae; proinde metaphysica non est scientia subalternans.-Loco *maxime esse scitum id, quo* etc,, codd., exc. BNRT, habent *maxime esse scitum, idest quo;* B: *scilicet quo.* Sed tum *idest* tum *scilicet* hoc loco extra propositum ponuntur.-N et D secunda manu: *illud, quo;* L secunda manu: *id, quo.*– N omitt., et male, sequens *omnia;* I: *omnia illa probantur;* AB: *omnia talia* etc.-Denique BCDEGH1KNORST: *probatur ex alio priori;* L: *probatur ex alia scientia priori;* M; *probatur ex aliquo priori alio;* Q: *probatur ex alio quo priori;* P: *prob. ex aliquo priori.*

p) *Et scientia suprema, scilicet philosophia prima* etc. – Processus argumentative, qui est a scientia inferiori ad superiorem et a superiori ad supremam, probat veram esse lectionem quam dedimus ex codd. Excipe B, qui habet: *et scientia summa.* Edit, vero Piana, *scientia illa,* magis verba textus Aristotelici, quam commentarii s. Thomae referens.

σ) *Aut speculativae* etc. – Haec lectio Piana conformis est iis quae habentur lect. xv, n. 5 et lect. xxi, n. 4. – A: *aut speculativae, quae sunt de speculativis et huiusmodi.*-B: *aut speculativae, quae sunt de speculativis vel de speculis; sicut scientiae quae sunt de visu, ut perspectivae, et scientiae quae sunt de speculis et huiusmodi.* – C est magis intricatus, non obstantibus correctionibus a studioso lectore appositis: *aut speculativae et (et* expung. sec. man.) *scientiae, quae sunt sicut scientiae quae sunt de visu, ut per speculativae* (corr. in *perspectivae), et scientiae quae sunt de speculativis* (marg. leg. *al. de speculis) et huiusmodi.—D: aut Speculativae, sicut scientiae quae sunt* etc. ut A; K: *sicut sunt scientiae de speculativis et huiusmodi;* EGH1LN0QST: *sicut scientiae* (L omitt. *scient.) quae sunt de visu, ut perspectivae, et* (1, *ut;* N, *vel;* HQ omitt.) *scientiae quae sunt de speculis et huiusmodi* (E omitt. *et huiusmodi).* – M: *aut scientiae perspectivae, sicut quae sunt de visu, ut perspectivae, et scientiae quae sunt de speculativis et huiusmodi;* R: *aut speculativae scientiae quae sunt de speculis et huiusmodi.*

LECTIO DECIMAOCTAVA

DE DIFFERENTIA INTER PRINCIPIA ET NON PRINCIPIA, PRINCIPIA COMMUNIA ET PROPRIA

Χαλεπόν δ' έστί το γνώναι εί οίδεν η μη. Χαλεπόν γάρ τό γνώναι ει έκ των έκαστου άρ^ων ϊσμεν ή μη- δπερ έστί τό είδε'ναι. Οίομεθαδ', αν έχωμεν έξ αληθινών τινών συλλογισμόν καί πρώτων, έπίστασθαι- τό δ' ούκ έστιν, άλλα συγγενή δει είναι τοι πρώτοι .

* Difficile autem noscere est, si scivit aut non. Difficile enim noscere est, si ex uniuscuiusque principiis scimus aut non, quod vere est scire; opinamur autem, si habeamus ex veris aliquibus syllogismum et primis, scire; sed hoc non est, sed proxima oportet esse primis.

· Seq. cap. ix, et ,exI·23·

Λέγω δ' άρχά έν έκάστω γένει ταύτα , α δτι έστι μη ένδεχεται δεϊξαι.

* Dico autem principia in unoquoque genere, quae cum sint, non contingit demonstrare.

» cap· x- Text. 24-

Τί μέν ούν σημαίνει καί τά πρώτα καί τα έκ τούτων, λαμβάνεται· ότι δ' έστι, τα μέν άρχά άνάγκη λαμβάνειν, τά δ' άλλα δεικνύναι, οίον τί μονά η τί τό εύθύ καί τρίγωνον είναι δέ την μονάδα λαβεΐν καί μέγεθο , τά δ' έτερα δεικνύναι.

Quid quidem igitur et prima significent et quae sunt ex his accipiendum est; quod autem sint, principia quidem necesse est accipere, alia vero demonstrare; ut quid unitas, et quid rectum, et quid est triangulus; esse autem unitatem accipere et magnitudinem, altera vero demonstrare.

Έστι δ' ών χρώνται έν ταΐ άποδεικτικαϊ έπιστη'μαι τά μεν ίδια έκάστη έπιστημη , τά δέ κοινά- κοινά δέ κατ' άναλογίαν, έπεί χρη'σιμόν γε όσον έν τω υπό την έπιστημην γένει.

Sunt autem, quibus utimur in demonstrativis scientiis, alia quidem propria uniuscuiusque scientiae, alia vero communia; communia autem secundum analogiam, quoniam utile est quantum est in eo genere, quod est sub scientia.

Τδια μέν οίον γραμμήν είναι τοιανδί, καί τό εύθύ, κοινά δέ οίον τό ίσα άπό ϊσων αν άφέλη, οτι ίσα τά λοιπά.

Propria principia quidem, ut lineam esse huiusmodi et rectum; communia autem, ut ab aequalibus aequalia si auferas, quod aequalia reliqua sunt.

'Ικανόν δ' έκαστον τούτων όσον έν τω γένει- ταύτό γάρ ποιη'σει, καν μη κατά πάντων λάβη, άλλ' έπί μεγεθών μο'νον, τω δ' άριθμητικω έπ' άριθμών.

Sufficiens autem est unumquodque istorum quantumcunque in genere est: idem enim faciet geometria etsi non de omnibus accipiat, sed in magnitudinibus solum; arithmetica autem in numeris.

Έστι δ' ίδια μέν καί ά λαμβάνεται είναι, περί ά ή έπιστημη θεωρεί τα υπάρχοντα καθ' αύτά, οίον μονάδα ή άριθμητικη', ή δέ γεωμετρία σημεία καί γ|>αμμά . Ταΰτα γάρ λαμβάνουσι τό είναι καί τοδί είναι. Τα δέ τούτων πάθη καθ' αύτά, τί μέν σημαίνει έκαστον, λαμβάνουσιν, οίον ή μέν άριθμητικη τί περιττόν η άρτιον η τετράγωνον η κύβο , ή δέ γεωμετρία τί τό άλογον η τό κεκλάσθαι η νεύειν, ότι δ' έστι, δεικνύουσι διά τε τών κοινών καί έκ τών άποδεδειγμένων. Καί ή άστρολογία ώσαύτω . Πάσα γάρ άποδεικτικη' έπιστημη περί τρία έστίν, όσα τε είναι τίθεται- ταύτα δ' έστί τό γένο , ού τών καθ' αύτά παθημάτων έστί θεωρητική, καί τά κοινά λεγο'μενα άξιώματα, έξ ών πρώτων άποδείκνυσι, καί τρίτον τά πάθη , ών τί σημαίνει έκαστον λαμβάνει.

Sunt autem propria quidem et quae accipiuntur esse, circa quae scientia speculatur quae sunt per se; ut arithmetica unitates, geometria autem signa et lineas. Hae enim recipiunt esse, et hoc esse. Horum autem passiones per se, quid quidem significet unaquaeque, accipiunt; ut arithmetica quidem quid impar aut par, aut quadratus, aut cubus; geometria vero quid irrationale, aut reflecti, aut curvare; quod autem sint, demonstrant per communia, et ex his quae demonstrantur per communia. Et astrologia similiter. * Omnis enim demonstrativa scientia circa tria est, quaecunque esse ponuntur; haec sunt autem, genus, cuius per se passionum speculativa est, et quae communes dignitates dicuntur, ex quibus primis demonstrant, et tertium passiones, quarum quid significet unaquaeque accipit.

ı Text. 25-

Ένια μέντοι έπιστημα ούδέν κωλύει ένια τούτων παροράν, οίον τό γένο μη ύποτίθεσθαι είναι, αν η φανερόν ότι έστιν (ού γάρ ομοίω δηλον ότι άριθμο' έστι καί οτι ψυχρόν καί θερμόν), και τα πάθη μη λαμβάνειν τί σημαίνει, αν η δηλα- ώσπερ ούδέ τά κοινά ού λαμβάνει τί σημαίνει τό ϊσα άπό ίσων άφελεΐν, οτι γνώριμον. Άλλ' ούδέν ηττον τη γε φύσει τρία ταΰτά έστι , περί ό τε δείκνυσι καί α δείκνυσι καί έξ ών.

Quasdam tamen scientias nihil prohibet quaedam eorum despicere, ut genus non supponere esse, si sit manifestum quoniam est (non enim similiter manifestum quod numerus sit et quod calidum et frigidum); et passiones non est recipere quid significent, si sint manifestae; sicut nec communia non recipit quid significent, quod est aequalia ab aequalibus demere, quoniam notum est. Sed nihil minus natura tria haec sunt, circa quod demonstratur, et quae demonstrantur, et ex quibus.

•ul i

Synopsis. — 1. Necessitas determinandi de principiis propriis et communibus. – 2. Divisio argumenti. – 3. Principia in unoquoque genere sunt illa quae, cum sint vera, non contingit demonstrare, vel simpliciter si sint principia prima, vel ad minus in illa scientia in qua assumuntur ut principia. – 4. Principia et non principia conveniunt in eo quod de utrisque oportet accipere, quasi supponendo, quid significent; differunt autem ex eo quod de principiis supponitur quia sunt, de aliis vero, quae sunt ex principiis, probatur. – 5. Aliae subdivisiones textus. – 6. Principiorum, quibus utimur in demonstrationibus, alia sunt propria uniuscuiusque scientiae, alia vero communia: quae tamen ultima accipiuntur in unaquaque scientia non absolute, sed in quantum pertinent ad genus subiectum quod continetur sub illa scientia. – 7. Exemplo explicatur quae sint principia propria et communia. – 8. Scientiae demonstrativae utuntur principiis communibus non secundum eorum amplitudinem, sed, ut dictum est n. 6, quantum ad genus subiectum de quo sunt. – 9. Utuntur autem principiis propriis, ea supponendo *quia* sunt vel *quid* sunt vel utrumque. – 10. Solvitur dubium.-Tria (quae sunt principia in demonstrationibus), nempe *quia* sunt dignitates, et *quid* sit passio, et *quia* et *quid* sit subiectum demonstrationis, sunt naturaliter supponenda in qualibet scientia.

•λβοηµν: *attend. Philosophus.*

1. J ostquam ostendit * quod demonstratio vSfl ‹38 ®£/^non procedit ex principiis communi- \ l · t>us sed ex propriis, hic ad eviden- TOgo^tiam praemissorum determinat de principiis propriis et communibus. Et circa hoc duo facit. Primo, ostendit necessitatem huiusmodi determinationis, dicens quod difficile est cognoscere utrum sciamus * ex principiis propriis (quod solum est vere * scire) aut non ex propriis. Opinantur enim multi * se scire, si habeant syllogismum ex aliquibus veris et primis. Sed hoc non est verum: immo oportet, ad hoc quod sciamus, quod principia sint proxima illis * quae debent demonstrari (quae hic dicuntur prima, sicut et supra * dicebantur extrema); vel oportet proxima esse primis principiis indemonstrabilibus.

* h: *scientia sii.*

* *vere* omitt. ck. *aiiqui.*

α

•Lect.xv,n.6.

2. Secundo, ibi: *Dico autem principia* etc., determinat de principiis propriis et communibus. Et circa hoc duo facit: primo enim determinat de principiis propriis et communibus; secundo, ostendit * qualiter ad huiusmodi principia se habeant demonstrativae scientiae ; ibi: *Non * contingere autem,etc.* Circa primum duo facit: primo, distinguit principia a non principiis; secundo, principia ad invicem *; ibi: *Sunt autem quibus* * etc.

* *ustenditom'M.*

Ι' ἰχο'Β' *o^nôn^-cf.* iect.xx.

' g: *ab invicem.*

* Num. 5.

3. Circa primum duo facit. Primo, ostendit quae sint * principia, dicens ** quod principia in unoquoque genere sunt illa quae, cum sint vera, tamen non contingit ea demonstrare vel simpliciter si sint principia prima, vel ad minus non est demonstrare in illa scientia in qua sumuntur ut principia y. Dicit autem, *cum sint* vera *, ad differentiam falsorum, quae non demonstrantur in aliqua scientia.

''Codd.iexc.iai: ''c^odd. - r · et

γ

4. Secundo, ibi: *Quid quidem igitur* etc., ostendit convenientiam et differentiam inter principia et non principia. Conveniunt enim principia cum non principiis in hoc, quod de utrisque oportet accipere, quasi supponendo *quid significent, et * prima,* idest principia, *et quae sunt ex his,* idest quae ex principiis sumuntur: quia *quod quid est* proprie pertinet ad scientiam quae est de substantia, scilicet ad *philosophiam primam,* aqua* omnes aliae * hoc accipiunt. Sed in hoc differunt principia, et quae sunt ex principiis, quia de principiis oportet accipere supponendo *quod sunt* de aliis autem, quae sunt ex principiis, oportet demonstrare *quia sunt.* 'Sicut in mathematicis accipitur supponendo et *quid* est unitas, quae est principium, et quid est rectum, et quid est triangulus, quae non sunt principia, sed passiones ': sed quod unitas sit,'aut quod magnitudo sit, accipit mathematicus quasi principia; alia vero demonstrat, scilicet quae sunt ex principiis. Demonstrat enim triangulum aequilaterum et angulum rectum, et etiam hanc lineam rectam esse.

• *Vera* omittunt codd. - Cf. text.

* Codd. (exc. b): *scilicet et.* - Cf. text.

* Cf. lect. praec. Π-4.-K: *prim, vel de ente, a qua.*

' b: *omnes scientiae; ct omn. aliae scientiae.*

3

ε

5. Deinde cum dicit: *Sunt autem quibus* etc., distinguit principia ad invicem *: et primo, principia -propria a communibus; secundo, communia ad invicem *; ibi: *Non est autem suppositio* ** etc. Prima dividitur in duas; in prima*, dividit principia propria et communia; in secunda, manifestat quoddam quod poterat esse dubium; ibi: *Quasdam tamen scientias* * etc.)

* bc: *ab invicem.*

' bceost: *ab invicem.*

'' Lect. seq.

* Codd.- ΓN: *primo...secundo.*

* Num. 10.

6. Circa primum tria facit. Primo, ponit divi-

a) *Immo oportet* etc.-Cod. A: *unde oportet;* 1 verba, *ad hoc quod sciamus,* mendose omittit; O non bene: *immo debet;* PN: *immo oportet quod ad hoc quod nos sciamus, quod* etc. Lectio adoptata, *ad hoc quod sciamus,* est aliorum codd. – M: *ad hoc ut sciamus.*-Post verba, *sint proxima illis,* in cod. B additur immediate in interlinca ab altera manu: *scilicet subiecto et passioni.* Quae verba, cum desint in aliis codd., haberi debent ut notula explicativa addita a studioso lectore; non autem inserenda sunt textui quasi verba s. Thomae. – Infra, cod. A omittit *extrema;* sed est mendum; H non *extrema,* sed *extranea* erronee ponit. Insuper G: *vel oportet propria esse primis et principiis in demonstrabilibus.* Denique O: *vel oportet extrema esse primis principiis indemonstrabilibus.* Lectiones seponendae.

Ubi in versione latina ponitur *proxima,* tum hic tum in praecedenti lectione, in textu graeco συγγενή legitur, idest *genere propinqua.* Per translationem igitur συγγενή denominantur quae non ex quibusque principiis, sed ex propriis dicuntur esse demonstranda; et ideo non incongrue vocabulum istud vertitur per *proxima.* – Pacius verba illa ἀλλα συγγενή etc. hoc modo interpretatur: *Necesse enim est ut illa praeterea cum iis, quae in eo genere prima sunt, naturae quadam coniunctione sint consociata* (1 *Poster.,* cap. vni, pag. igo, ed. cit.). Boethius: *Sed congenea oportet esse primis* (1 *Poster.,* cap. vn, fin., pag. 528, ed. cit.). In versione praefixa commentario Averrois (cap. ix, Ed. cit. Ven.) legimus *proxima;* at in commentario (Comm. xxiv) verba το S' οὐχ ϊστιν etc. hoc modo exponuntur: *et non est res ita, donec sint in ipsa* (scientia vera) *reliquae conditiones quas narravimus, ex proportionalibus, et prioribus per naturam.*

β) Se *habeant demonstrativae scientiae.*- Ita codd., exc. H, qui cum P: *se habeant huiusmodi demonstrativae scientiae.* – Cf. cit. lect. xx, in principio.

γ) *Non contingit ea demonstrare vel simpliciter* etc. – Editio Piana sequuta Venetas editiones saeculi XV legit cum his: *non convenit ea demonstrare in illa scientia in qua sunt principia.* Quae lectio diminuta est, et sententiam s. Thomae imperfecte reddit, ut ex dictis in praecedentibus lectionibus est manifestum. – Codd. omnes integram lectionem, quam dedi, uniformiter exhibent.

Notandum hic quod aliqui abutuntur hac verissima doctrina philosophica ad inducendum scepticismum. Aiunt enim: principia prima non possunt demonstrari; ergo utrum sint vera nos latet. Et quia veritas conclusionum tota pendet a certitudine principiorum, sequitur nihil certo sciri a nobis posse. Error iste refutatus est lectione vn, ad quam proinde lectorem remittimus. Sed praeterea notavimus alibi (lect. iv, not. *r.)* demonstrationem non esse conditionem veritatis, sed conditionem scientiae nostri intellectus, qui cum uno intuitu veritates omnes non videat, utitur demonstratione, quasi instrumento ad cognoscendum easdem veritates: ex quo sequitur quod quamvis scientia nostra, ex qua parte est cognitio et certa cognitio, sit animae nostrae nobilissima perfectio, tamen ex modo, quatenus ratiocinatione indigemus, hoc est successive et de noto ad ignotum investigandum procedimus, scientia nostra aliquid habet imperfectionis (Cf. P. 1, Qu. xrv, artic. vn, et Qu. Lvtn, artic. 111). Ergo ubi veritas ex se et sine demonstratione pateat, non defectus est, sed perfectio; et ridiculum esset hoc in casu negare evidentem veritatem propterea quod non est quaesita per demonstrationem; non secus ac ridiculus esset si quis negaret sc certo tenere quod habet, propterea quod illud non habuerit quaerendo. In sequenti lectione additur, prima scientiae nostrae principia nedum esse vera, sicut cetera principia secundaria, sed etiam necessarium esse videri vera, quia non exteriori ratione, seu non medio aliquo, sed immediate et statim ex natura rationis ad veritatem ordinatae intelliguntur (Cf. lect. seq., not. η).

Infra, in principio n. 4, codd. ACDEGHLMNOQRST: *ostendit differentiam inter principia et non principia,* et (N *et etiam) convenientiam;* BI: *ostendit differentiam et convenientiam,* ceter. ut P; K: *ostendit differentiam inter non principia et principia, et convenientiam.*

3) *Supponendo quod sunt.* – Haec lectio Piana datur a codd. IL; K: *quia sint.* Codd. BCENORST: *supponendo quod sint.* Codd. ADGHM: *supponendo quid sint;* Q: *supponendo quae sit.-Quod sunt* vel *quod sint, quia sint* vel *sunt,* eumdem habent sensum; sed tum *quid,* tum *quae,* sunt lectiones prorsus erroneae: dictum est enim lect. it, n. 3, quod de principiis non cognoscitur *quid sunt,* sed solum *quia,* seu, *quod vera sunt.* Et confirmatur ex his, quae immediate dicuntur (Cf. infra, not. p).

ε) *Sed passiones,*- Codd. (exc. E et marg. S) omittunt verba, *sed passiones,* quae revera omitti possunt, sed tamen subintelligenda sunt ex dictis lect. n, n. 3, quod nempe de passione praecognoscitur *quid est,* et concluditur *quia est.* Cod. H erronee omittit *non* et legit: *quae sunt principia;* 1: *et haec non sunt principia.*

Sequitur in Piana et in codd. (exc. AGK): *sed quod unitas sit* etc.; et est lectio vera ob rationem assignatam in superiori nota; G: *sed quia unitas sit,* et est idem sensus, ut ib. diximus; insuper *sed quia* habet etiam secunda manu K, loco *sed quod* primae manus: postea vero legit: *aut quia magnitudo.* – *A* prima manu habebat *sed quid,* at error secunda manu corrigitur: *sed quod.*

sionem, dicens quod principiorum, quibus utimur in demonstrativis scientiis, alia sunt propria uniuscuiusque scientiae, alia vero communia. Et quia hoc posset videri contrarium ei, quod supra ostensum est*, quia scientiae demonstrativae non procedunt ex communibus, ideo subiungit quod communia * principia accipiuntur in unaquaque scientia demonstrativa *secundum analogiam,* idest secundum quod sunt proportionata illi scientiae. Et hoc est quod subdit exponens, quod *utile est* accipere huiusmodi principia in scientiis, quantum pertinet ad genus subiectum, quod continetur sub illa scientia '.

7. Secundo, ibi: *Propria principia* etc., exemplificat de utrisque, dicens quod propria principia sunt, ut lineam esse huiusmodi, vel rectum®. Tam enim subiecti quam passionis * definitio in scientiis pro principio habetur. Communia vero principia sunt, ut, si ab aequalibus aequalia demas *, quae remanent * sunt aequalia, et aliae communes animi conceptiones.

8. Tertio, ibi: *Sufficiens autem est* etc., ostendit quomodo praemissis principiis scientiae demonstrativae utantur. Et primo quidem de communibus dicit quod *sufficiens est accipere unumquodque istorum* communium, quantum pertinet ad genus subiectum de quo est scientia. 'Idem enim faciet geometria, si non accipiat praemissum principium commune in sua communitate, sed solum in magnitudinibus, et arithmetica in solis * numeris. Ita enim poterit concludere geometria, si dicat *: si ab aequalibus magnitudinibus aequales auferas * magnitudines , quae remanent sunt aequales; sicut si diceret: si ab aequalibus aequalia demas ', quae remanent sunt aequalia. Et similiter dicendum est de numeris.

9. Secundo, ibi: *Sunt autem propria* etc., ostendit qualiter demonstrativae scientiae utantur propriis principiis *, dicens quod propria principia sunt quae supponuntur esse in scientiis, scilicet subiecta, circa quae scientia speculatur ea quae per se insunt eis. Sicut arithmetica considerat unitates, et geometria considerat *signa,* idest puncta et lineas. Praedictae enim supponunt esse et hoc esse, idest supponunt de eis, ct *quia* sunt et *quid* sunt. Sed de passionibus supponunt praedictae scientiae *quid significet* unaquaeque x; sicut * arithmetica supponit quid est par, et quid est impar, aut quid est numerus quadratus aut cubicus; Ct geometria supponit quid est *rationale* in lineis. Dicitur enim linea rationalis, de qua * possumus ratiocinari per lineam datam: huiusmodi autem est omnis linea commensurabilis lineae datae; quae vero est ei non commensurabilis \ vocatur *irrationalis* vel *surda.* Similiter et geometria * supponit quid est reflexum aut curvum. Sed praedictae scientiae demonstrant de omnibus praedictis passionibus *quod sint* per principia communia, et cx illis principiis, quae demonstrantur ex communibus. Et quod dictum est de geometria et arithmetica, intelligendum est etiam * de astrologia. *Omnis enim scientia demonstrativa est circa tria:* quorum unum est *genus subiectum,* cuius per se passiones scrutantur; et aliud est *communes dignitates,* ex quibus sicut ex * primis demonstrat; tertium autem *passiones,* de quibus unaquaeque scientia accipit quid significent ".

10. Deinde cum dicit: *Quasdam tamen scien-*

i

• Lect. praeced. –bdcikmr: *quad scientiae.*

• eqt; *omnia.*

ί

0

* λ erron.: *affirmationis.*

* ACDEKLMNOQRS: *auferas.*
* Codd. (exc. hkt): *relinquuntur; T-. demas, remanentia sunt.*

*Codd. (exc. ah): *genus illud, de ;* a: *genus , de ;* marg. Kadd.«n&-*iectum.*

*Codd. (exc.BK). - p: *solum in numeris.*

* *Si dicat* omitt. codd.-Exc. k: *ac si diceret.*
* dhklmn: *auferantur.* - Alii: *auferentur.*

i

* PnWp. omitt. *censes.*^.·.,.·

. a *

-ι erronee: *per quam.*

λ

' K: *sim- autem et;* HMO: *sim.* e-«»»«.;»i.codd.i

sim. etiam.

p.

* ex *bcd ECHIQST'

*.E»omitt.codd., CXC'K"'

ν

tias etc., manifestat quoddam, quod * poterat esse dubium. Quia enim dixerat * quod scientiae supponunt de principiis *quia sunt,* de passionibus *quid sunt,* de subiectis autem *utrumque,* posset aliquis credere quod oporteret specialem fieri mentionem de omnibus istis. Unde * hoc removet, dicens quod nihil prohibet quasdam scientias *despicere quaedam praedictorum,* idest non facere mentionem expressam de praemissis *, sicut quandoque ** non facit mentionem de hoc quod supponat genus subiectum esse, si * sit manifestum quod sit, quia non est similiter manifestum de omnibus quod sint *, sicut quod sit numerus, et quod sit calidum vel frigidum : quorum unum est propinquum * rationi, alterum* sensui. Similiter et** quaedam scientiae non supponunt de passionibus quid significent, expressam mentionem de eis faciendo. Sicut etiam non oportet quod de communibus* principiis semper, scientiae faciant mentionem, quia nota sunt. Nihilominus tamen, tria praedicta naturaliter * sunt in ** qualibet scientia supponenda.

* Codd. - p : *quodd., de quo pot.* - Cf. n. 5. • Codd. - pi : *dixit.*

* Codd.: *Et hoc,* omisso *unde.*

* 1 : *principiis ;* n : *ipsis.*
* Codd. – PR : *quando;* h hab. lacun.
* h omitt. *esse;* c : *sed si;* o : *et si.*

* *Quod sint o-* ”codd°>qp»i- · côdd. *ait. au-*
** abg : *Sim. au~* tem ! K î *autem* et;a>iNo:eftem. ’ λ « sec. man.

* dn : *universa-*
** dkn : *de.*

his quae docet s. Thomas in hac ipsa lectione et alibi, nempe quod passiones demonstrantur de proprio subiecto, et consequenter quod sint non principia, sed *principiata,* quae scilicet demonstrantur *ex principiis.*

Ad hanc difficultatem respondendum est quod principium est quid relativum : non enim dicitur principium nisi ex ordine ad ea quae penes nos dicuntur principiata. De ratione autem relativi est, ut possit oppositas praedicationes suscipere, secundum quod diversimode consideratur: ita pater, et pater est respectu filii quem generat, et simul est filius respectu patris a quo est generatus. Similiter est de passionibus, quae sub diverso respectu sunt principia et principiata. – Sunt quidem principiata respectu subiecti a quo oriuntur necessario, et cui proinde demonstrantur per se inesse; sicut *risibilitas* est principiatum, et eius principium est natura humana, cui per se convenire probatur, assumpto pro medio demonstrationis ipso subiecto, nempe ipsa hominis natura. In hoc sensu Angelicus n. 4 recte docet passiones esse principiata, hoc est demonstrari ex principiis inesse subiecto, puta triangulum esse aequilaterum, et angulum esse rectum etc. – Sed sunt principia, ut dicitur in hoc numero, quatenus sunt unum ex tribus, quae supponi debent ad scientiam de subiecto acquirendam, ut explicatum est in secunda lectione huius primi libri.-Hinc, ut brevius dicamus, passio quoad suum *quid est quod dicitur (Cf.* lect. n) est principium; quoad suum *quia est* (Ib.) est principiatum. Et sic solvitur difficultas (Cf. Caiet. in I *Poster.,* cap. xt, *§ Quomodo passio* etc. *Circa divisionem* etc., fol. 53, coi. 4).

Quae cum ita sint non probandus est Theodorus Waitz, cum a principiis demonstrationis excludere absolute videtur *passionem* seu *praedicatum.* « Prima (τὰ πρώτα) dicit, *sic ille,* τὰ ἀρχά : namque quum in » omni demonstratione tria distinguenda sint, genus, de quo demonstretur, axiomata, ex quibus, et τὰ υπάρχοντα καθ’ αυτὰ τω γίνει, quae » demonstrentur, genus et axiomata dicit τὰ πρώτα, reliqua vero omnia » quae demonstrentur τὰ ἐχ τούτων. Quare non probandum erit quod » dicit Philoponus... neque quod dedit Biese... locum vertens: was sie » (die Principien) bedeuten und was aus dieser Bedeutung folgt (τὰ ἐχ » τούτων), wird vorausgesetzt » *(Aristotelis organon graece,* P. 11, *Poster. Analyt.,* Schol. in cap. x, pag. 326, ed. cit.). – In antecessum non video quo pacto haec omnia cohaereant cum traditis ab eodem Auctore ib. cap. I, pag. 3oo: « Quae, *inquit,* antequam disciplina ipsa quaecunque » nobis tradatur, cognoscere debemus ὀτι εστιν, axiomata sunt, quae » vero cognoscere debemus τί τὸ λεγόμενόν ἐστι, definitiones sunt: unde » fit ut disciplinam ipsam quamcunque praecedere debeant axiomata » et definitiones. » Ex primo ergo capite *Posteriorum* concedit laudatus Waitz ex tribus, quae demonstrationem ingrediuntur, axiomata praecognosci quia sunt (ὀτι ?στιν); concedit insuper de subiecto praecognosci debere non solum *quia est, sed* etiatn definitio, nempe *quid est, seu* saltem *quid est quod dicitur* (τί τὸ λεγόρενὸν ἐστι); sed hoc ipsum τί τὸ λεγόμενὸν ἐστι Aristoteles dicit de praedicato seu de passione: Τὰ οἐ τούτων πάθη χαθ’ αυτὰ, τί μεν σημαίνει ἑκαστον, λαμβανουσιν. Ergo cum *subiectum* sit inter τὰ πρώτα quae praenoscere sine demonstratione debemus, pari ratione idem dicendum est de praedicato seu de passione quoad τί τὸ λεγόμενὸν ἐστι. – Adde quod sicut de subiecto praenosci debet *quia* est et *quid* est, ut de ipso affirmetur vel negetur *passio;* ita nisi de passione praenoscatur *quid sit,* impossibile est ut de ipsa in conclusione affirmetur *an sit* vel non sit de ratione subiecti. Qua de causa, passio, ut hic supra dicebamus, quoad suum *quid sit,* est inter τὰ πρώτα demonstrationi praesupposita; quoad suum *quia* sit an non de subiecto, est inter ea quae demonstrantur ἐχ τούτων. « Quum tria, *inquit* › *Themistius,* sint momenta, quibus absolvitur omnis scientia: *genus* » subiectum...; *affectio,* id est ea, quae per se in genere illo insunt...; » tertium ipsa *proloquia (dignitates seu axiomata)...;* genus subiectum » statuere oportet *ut sit;* affectiones et ea quae per se insunt, *quid si-* » *gnificent;* proloquia utrumque desiderant: nam et ut sint, et quid si- » gnificent, antequam demonstrationes, sciendum. » (In I *Poster.,* cap. xxi, pag. 16). In hunc sensum loquitur Philoponus in I *Poster., § Quid quidem igitur* etc., pag. 3g, coi. 2: qui insuper notat tradi hoc loco ab Aristotele eadem, *quae in prooemiis aenigmatice dixit,* hoc est lect. n huius primi libri. Eamdem, quae plana est, interpretationem sequutus est s. Thomas, nisi quod rectius tenet oportere axiomata cognosci quoad *quia sunt,* non autem etiam quoad *quid sunt,* ut ex citatis verbis videtur sentire Themistius (Cf. cit. lect. n, n. 3, seqq.). – Versio Biese *(Quid* (principia) *significent, et quid ex hac significatione sequatur, praesupponitur)* obscura est, nec adamussim refert Aristotelis mentem.

In Editione Academiae Berolinensis, quam sequuntur Waitz et Didot, verba 'illa, ταυτα δ’ έστι τὸ γένο , οὐ των καθ’ αυτὰ παθημάτων έστι Οεωρητιχή, intra parenthesim clauduntur, quasi ipsa sola referenda sint ad verba immediate praecedentia ὁσα τε ειναι τίθεται. Trendelenburg, op. cit., § 67, pag. 21, intra parenthesim claudit etiam verba, αξιώματα, ἐξ ὠν πρώτων ἀποδεικνυσι. Et huius lectionis rationem assignans in *Adnotatis,* § 67, pag. 15g, ait: « ὁσα τε είναι τίθεται... και τρίτον τὰ πάθη » artissime coniungenda; simul enim illa tria efficiunt. Parenthesis ita » dilatata est, ut etiam χαϊ τὰ-χοινὰ λεγάμενα αξιώματα etc. reciperet; » nam et haec utpote prima non demonstrantur, sed esse ponuntur. » – Paulo autem supra Auctor ipse cum Themistio, Philopono, s. Thoma et aliis, recte Aristotelis mentem exponit. Ait enim: ‹ Tertium est affe- » ctionum genus, in quibus demonstrandis versatur *(scientia); quid* » harum unaquaeque significet ponit quidem, *esse* autem eas demon- » strat. » Textum vero Aristotelis: Πϊσα αποδεικτική etc. ita vertit, Pacium (I *Poster.,* cap. vm) sequutus, ut ad είναι τίθεται duo solummodo referat, nempe τὸ γένο et αξιώματα, quae *esse* ponuntur, et ideo haec duo intra parenthesim claudit; sed a parenthesi excludit χαι τρίτον τὰ πάθη, quia de passione *esse* non supponitur, sed probatur: « Omnis » scientia, *inquit* §. 67, pag. 44, in demonstrando posita circa tria ver- » satur, quorum duo esse ponuntur (haec autem sunt...), tertium’eae » sunt affectiones » etc. – Rationabilior videtur haec lectio, guam illa ex Bekkero supra recitata, et quam Waitz et Didot amplectuntur. Attamen quia verba ὁσα τε είναι τίθεται possunt referri ad τρία quae supponuntur *esse,* quamvis diversimode esse supponantur, nempe τὸ γένο et αξιώματα *quia* sunt, τα πάθη vero *quid* sunt; hinc sequuti Themistium, Philoponum, Boethium, Pacium (loc. cit.) et Editionem Basileae 153g (pag. 68), parenthesim abstulimus.

LECTIO DECIMANONA

DE DIFFERENTIA PRINCIPIORUM COMMUNIUM AB INVICEM

Οὐκ εστι δ' ὑπόθεσι οὐδ' αἴτημα, ὃ ἀνάγκη εἰναι δἰ αυτά καὶ δοκεῖν ἀνάγκη. Οὐ γάρ *πρό τον ἔξω λόγον* ἡ ἀπόδειξι , ἀλλα πρό τον ἐν τη ψυχή, επεί οὐδέ συλλογισμό . Ἀεί γάρ ἐστιν ἐνστηναι πρό τόν εξω λόγον, ἀλλα πρό τόν ἐσω λόγον οὐκ ἀεί.

* Non est autem suppositio neque petitio, quod necesse est propter seipsum esse, et videri necesse est. Non enim ad exterius rationem est, sed ad eam, quae est in anima; quoniam neque syllogismus. Semper enim est instare ad exterius rationem, sed ad interius rationem non semper. x, et

Ὅσα μέν οὐν δεικτά ὀντα λαμβάνει αὐτό μη δείξα , ταὐτ', εάν μεν δοκοῦντα λαμβάνη τω μανΟάνοντι, υποτίθεται, καὶ εστιν οὐχ απλώ ὑπόθεσι , ἀλλα πρό εκείνον μόνον αν δέ η μηδεμιά ἐνούση δόξη η καὶ εναντία ἐνου'ση λαμβάνη, τό αὐτό αἴτεῖται. Καὶ τούτω διαφέρει ὑπόθεσι καὶ αἴτημα· ἐστι γάρ αἴτημα τό ὑπεναντίον του μανθάνοντο τη δόξη, η ὃ αν τι ἀποδεικτόν ον λαμβάνη καὶ χρηται μη δείξα .

Quaecunque igitur demonstrabilia accipit esse ipse non demonstrans, haec si quidem probabilia accipiat discenti, supponuntur, et non est simpliciter suppositio, sed ad illum solum; si vero neque unius opinionis, aut contrariae est, accipiat, idem petit. Et in hoc differunt suppositio et petitio; est enim petitio in contrarium discentis opinioni ; aut quod si aliquis, demonstrabile cum sit, accipiat et utatur non demonstrans.

Οι μέν οὐν ὁροι οὐκ εἴσίν υποθέσει (οὐδέ γάρ εἰναι η μη λέγονται), ἀλλ' ἐν ταϊ προτάσεσιν αἱ υποθέσει . Τοὐ δ' ορού μόνον ξυνίεσθαι δεῖ· τούτο δ' οὐχ ὑπόθεσι , εἰ μη' και τό ἀκούειν ὑπόθεσίν τι εἰναι φη'σει. Ἀλλ' δσων δντων τω εκείνα είναι γίνεται τό συμπέρασμα.

Termini igitur non sunt suppositiones (nihil enim esse aut non esse dicunt), sed in propositionibus sunt suppositiones. Terminos autem solum intelligere oportet; hoc autem non est suppositio, nisi et audire suppositionem aliquis esse dicat. Sed quorumcunque existentium, in eo quod illa sunt, fit conclusio.

Οὐδ' ὁ γεωμέτρη ψευδή ὑποτίθεται, ὡσπερ τινέ εφασαν, λέγοντε ὡ οὐ δει τφ ψεύδει χρησθαι, τόν δέ γεωμέτρην ψεύδεσθαι λέγοντα ποδιαίαν τη'ν οὐ ποδιαίαν η εὐθειαν την γεγραμμένην οὐκ εὐθεῖαν οὐσαν. Ὁ δέ γεωμέτρη οὐδέν συμπεραίνεται τω τη'νδε εἰναι γραμμη'ν, ην αὐτό έφθεγκται, ἀλλα τα διά τούτων δηλούμενα.

Neque geometra falsa supponit, sicut quidam affirmant dicentes, quod non oportet falso uti'geometram : mentiri autem dicentem (lineam) unius pedis esse, non unius pedis: aut rectam scriptam, non rectam esse. Sed geometra nihil concludit secundum hanc lineam, quam ipse posuit, sed quae per haec ostenduntur.

Ἔτι τό αἴτημα καὶ ὑπόθεσι πάσα η ὡ ολον η ὡ ἐν μέρει, οἵ δ' δροι οὐδέτερον τούτων.

Amplius, petitio et suppositio omnis, aut sicut totum est, aut sicut in parte : termini autem neutrum horum.

Εἰδη μέν οὐν εἰναι η εν τι παρά τα πολλά οὐκ ἀνάγκη, εἰ ἀπόδειξι εσται, εἰναι μέντοι εν κατά πολλών ἀληθέ εἰπεῖν ἀνάγκη· οὐ γάρ εσται τό καθόλου, αν μη τούτο η· εάν δέ τό καθόλου μη' η, τό μέσον οὐκ εσται, ὡστ' οὐδ' ἀπόδειξι . Δει ἀρα τι εν καὶ τό αὐτό ἐπί πλειόνων εἰναι μη ομώνυμον.

* Species quidem igitur esse, aut unum aliquid extra multa, non necesse est, si demonstratio erit; esse tamen unum de multis verum dicere necesse est: non enim erit universale, nisi hoc sit; si vero universale non sit, medium non erit: quare neque demonstratio. Oportet itaque aliquid unum et idem de pluribus esse, non aequivocum in demonstratione. · cap. xi.

Synopsis. — **i. Argumentum et divisio textus. -2. Communes animi conceptiones habent commune cum aliis principiis demonstrationis quod necesse est esse per se veras; sed proprium illarum est quod etiam necesse est videri quod per se sunt verae. – 3. Nempe, adeo verae sunt et ut tales cognoscuntur, ut interiori intellectu eis nequeat contradici; et ideo non sunt neque petitiones neque suppositiones. – 4. Suppositio, petitio (et quaestio): assumuntur ut principia indemonstrabilia, quamvis demonstrabilia sint per aliam scientiam. – 5. Definitiones a suppositionibus distinguuntur: omnis enim petitio vel suppositio dicit aliquid esse vel non esse; definitiones autem non dicunt aliquid esse, vel non esse. – 6. Solvitur dubitatio. – 7. Probatur alia ratione definitiones a suppositionibus distingui: nam omnis suppositio vel petitio est propositio universalis vel particularis; sed definitio neutrum horum est, quia nihil in ea praedicatur, neque universaliter, neque particulariter. – 8. Species seu ideae platonicae non sunt necessariae ad demonstrationem; necesse tamen est ut medium demonstrationis sit universale, hoc est unum et idem, non aequivoce sed univoce de pluribus praedicatum.**

1. Postquam divisit Aristoteles principia communia a propriis, hic distinguit communia principia ad invicem *. Et dividitur in partes tres: in prima, ponit distinctionem communium principiorum ad invicem; in secunda, ostendit differentiam definitionis a quodam genere principiorum communium, ibi: *Termini igitur non* * etc.; in tertia, excludit quemdam errorem, ibi: *Species quidem igitur** etc. Circa primum duo facit: primo, distinguit communes animi conceptiones * a petitionibus, sive suppositionibus; secundo, petitiones et suppositiones ad invicem, ibi: *Quaecunque quidem igitur* * etc. . Num 5 . Num 8 -Cf.lect.v,n.7 -CROra '"!'m' · Num. 4.

2. Circa primum considerandum est K quod α

* gt : *ab invicem,* et ita infra cum HN.

α) *Circa primum considerandum est.* – Edd. Venetae saeculi XV et Piana ita legunt. At codd. unanimiter: circa *primum sic procedit. Considerandum namque est* etc. In uno cod. K secunda manu corrigitur lectio primitiva iuxta lectionem Pianam. – Infra, codd. BDO: *communis animi conceptio aliquid habet... Commune quidem habet, quia necesse* etc. Quam secundam lectionis partem habent etiam AG.-Verum lectio Piana, quae datur ab aliis codd., retinenda est, non solum ex his quae immediate adduntur: *Proprium autem* etc.; sed etiam quia alibi s. Doctor plures dicit esse communes animi conceptiones. « Dicendum est de » scientiae acquisitione, quod praeexistunt in nobis quaedam scientiarum » semina, scilicet *primae conceptiones intellectus,* quae statim lumine » intellectus agentis cognoscuntur per species a sensibilibus abstractas, » sive.sint complexa, ut *dignitates,* sive incomplexa, sicut ratio *entis* » er unius et huiusmodi, quae statim intellectus apprehendit. Ex istis

communes animi conceptiones habent aliquid commune cum aliis principiis demonstrationis, et aliquid proprium. Commune quidem habent, quia necesse est tam ista, quam alia principia per se esse vera. Proprium autem est horum principiorum quod non solum necesse est ea per se· vera esse, sed etiam necesse est videri quod per se sint vera. Nullus enim potest *P* opinari contraria eorum *.

3. Dicit ergo quod illud principium, quod necesse est non solum per seipsum esse, 7 sed etiam ulterius necesse est, ipsum videri, scilicet communis animi conceptio vel dignitas *, non est neque *petitio* neque *suppositio* *. Quod sic probat. Petitio et suppositio exteriori ratione confirmari Possunb idest* argumentatione aliqua. Sed communis animi conceptio non est ad exterius rationem, 'quia non potest probari per aliquam argumentationem, sed est ad eam quae est in anima, quia lumine naturalis rationis ξ statim fit nota. Et quod non sit ad exterius rationem patet, quia non fit syllogismus " ad probandas huiusmodi communes animi conceptiones. Et quod huiusmodi non sunt notae per exteriorem rationem, sed per interiorem, probat per hoc, quod exteriori rationi * potest instari vel vere vel apparenter: interiori autem rationi non est possibile semper instari. Et hoc ideo, quia nihil est adeo verum, quin voce possit negari. Nam et hoc principium notissimum, quod *non contingat idem * esse et non esse,* quidam ore negaverunt. Quaedam autem adeo vera sunt, quod eorum opposita intellectu capi non possunt; et ideo interiori ratione* eis obviari non potest, sed solum exteriori, quae est per vocem. Et huiusmodi sunt communes animi conceptiones.

4. Deinde, cum dicit: *Qitaecunque igitur* etc., distinguit suppositiones et petitiones 0 ad invicem. Sciendum tamen est *, quod aliquid commune habent, et in * aliquo differunt. Hoc quidem commune est eis, quod cum sint demonstrabilia, tamen demonstrator accipit ea non demonstrans, et praecipue, quia non sunt demonstrabilia per suam * scientiam, sed per aliam, ut supra dictum est*. Unde et inter immediata principia computantur, quia demonstrator utitur eis absque medio,

? I L : *horum.* γ ° seqq!ect'T' n'6' mCs‘‘^sed'Ir· bcne· 3 θ

* *idem* omitt. '° ',exCHNRT· » codd., exc. n ,- *&/omittcodd., ˚çôdT-r: *et* et,am tn' »codd. (exc. R;: Auct. v, n. 7, et XTlI,n·4·

» autem principiis universalibus omnia principia sequuntur, sicut ex qui- » busdam rationibus seminalibus » (S. Th. Qq. dispp. *De veritate,* qu. xi *De magistro,* artic. i).-In numero seq. legitur, *illud principium,* et, *communis animi conceptio;* ac deinde, *communes animi conceptiones.*

β) *Nullus enim potest opinari contraria eorum.*~ Piana: *nullus enim potest per se opinari contraria eorum.* Sed *per se* omittunt codices omnes, neque est necessarium; et existimo irrepsisse ex toties repetito *per se* in praemissis. – Etiam immediate ante, lectionem codd. (exc. N) adoptavimus loco Pianae: *quod sint per se vera.* – Supra, codd. ACDE GHKNQRST: *necesse est ea per se esse vera;* LO: *ea esse per se vera.*

γ) *Necesse est non solum per seipsum* esse.-Codd. ACDEGH1LMN QT et p. m. S omittunt *non solum;* sed haec verba requiri videntur: sequitur enim, *sed etiam* etc.; quae verba isti codices cum P aliisque codd. habent. – BKR: *quod non solum necesse est;* ADEGKQST: *propter seipsum esse;* N : *ipsum per seipsum esse.*

0) *Communis animi conceptio vel dignitas.* – Lector codicis B hanc suam notam marginalem apponit: *Dignitas, maxima, regula, theouremata* (sic), *haec nomina idem significant, et etiam ebdomades.* Idemque cod. prosequitur in textu: *non est petitio, neque positio, neque suppositio.* – Cum qua lectione ferme consentit A : *non est neque positio vel petitio, neque suppositio;* et G: *non est neque positio, necpetitio.* – KR: *non est petitio, neque suppositio;* M: *non est autem petitio, neque suppositio.*

ε) *Sed est ad eam quae.-P: sed est ad eam rationem, quae* etc. Codd. omittunt *rationem.* Revera vocabulum istud de facili, si omittatur, subintelligi potest ex praemissis oppositis: *non est ad exterius rationem.* Et quia verba illa non habentur neque in textu graeco (ἀλλα προ τον ἑν τη ψυ/.i)› neclue ›n praefixa latina versione, ea expungimus ex unanimi codd. auctoritate. – Immediate supra, s. Thomas legisse videtur cum versione latina textui praefixa, cum ait: *Non est ad exterius rationem.* In graeco autem: Οὐ γάρ πρὸ τον εξω λόγον ἡ ἀπόδειξι ; nempe: *non enim est ad exterius rationem demonstratio.* Attamen, cum s. Thomas addat immediate: *quia non potest probari per aliquam argumentationem,* non omittit verba ἡ ἀπόδειξι textus graeci. Et plana quidem videtur s. Thomae expositio (quae est etiam b. Alberti Magni, in l *Poster.,* tract, ni, cap. it, pag. 556, col. ι): assignat enim proprietatem communium animi conceptionum, de quarum natura est quod non solum sint verae, sicut cetera principia, sed necesse est ut verae a nobis videantur, non exteriori ratione a demonstratione petita, sed immediate, ut in nota η dicetur. – Aliter tamen exponit Themistius in l *Poster.,* cap. xxn, pag. 16, quem sequitur Philoponus ini *Posterior., § Non est autem suppositio,* pag. 42, coi. 2 : ‹ Ac proloquia quidem, » *inquit Themistius,* a postulatis et subiectionibus differunt, quod neque » constituuntur neque petuntur concedi : quia et vera sunt et videntur. ь Quum dico Videntur vera, non id dico quod concedantur ore. Nam » hoc quidem modo posset contingere ut proloquia nulla essent, sane » quum saltem exteriore verbo possint negari, nam interiore non pos- » sunt... Demonstratio autem non ad exteriorem locutionem, sed ad » internam intellectualemque pertinet, quemadmodum et syllogismus. » Non ergo ex eo quod quisquam foras pronunciat, sed ex eo quod » intrinsecus approbat, authorantur proloquia. »

ζ) *Lumine naturalis rationis.* -Ed. P: *lumine naturali intellectus;* quae est bona lectio, sed non habet pro se codices: hi enim (exc. N, qui ponit *intellectus* et cum R omittit *naturali)* legunt unanimiter, *lumine... rationis.* Cod. A legit: *naturali;* alii *naturalis;* C: *lumine rationis naturalis.*

η) *Non fit syllogismus ad probandas* etc. – Hanc codd. lectionem adoptamus; et adoptandam esse, praeter codd. auctoritatem, suadent supradicta: *exteriori ratione confirmari possunt, idest argumentatione aliqua. Sed communis animi conceptio* etc.-Quae s. Thomae expositio aperte indicat verba, *exteriori ratione confirmari possunt,* intelligi debere non quidem quasi per rationem exteriorem, hoc est voce seu sermone exteriori, possint confirmari *suppositiones* et *petitiones,* non autem *dignitates* (patet enim quod sicut *voce* potest aliquis contradicere dignitatibus, ut infra dicitur, ita voce potest conari easdem syllogizando probare); sed ita quod petitiones et suppositiones possint ratione exteriori, nempe per *medium* ipsis *exterius* probari, non autem possint dignitates probari argumentatione, seu per aliquid exterius, quia per seipsa, hoc est ex terminis quibus constant, non autem ex medio aliquo termino assumpto et ideo *exteriori,* sunt evidentia. Qua de causa, probari exteriori ratione, seu per aliquid exterius, idem est ac probari *per medium,* hoc est per syllogismum; et ex opposito, non probari per medium, hoc est per syllogismum, idem est ac non probari per aliquid exterius, sicut contingit de communibus animi conceptionibus. Hinc s. Thomas dicit esse manifestum non esse ad exterius rationem ad probandas huiusmodi animi conceptiones, ex eo quod ad eas· probandas non fit syllogismus. Superflue igitur et confuse Piana legit: *non fit syllogismus per aliquid exterius ad probandas* etc.-B: *huiusmodi animi conceptiones ;* AG: *huiusmodi communes conceptiones;* DR: *huiusmodi communes animi acceptiones;* K : *ad probandam huiusmodi animi perceptionem communem.*

Quia vero quae hoc loco disseruntur a s. Thoma non levis momenti sunt in philosophia, paucis liceat ea magis declarare. Ideo instituitur demonstratio, ut *passio* de *subiecto* in conclusione affirmetur vel negetur: eatenus ergo necessaria est demonstratio, quia ex sola comparatione'*passionis* et *subiecti* (quae sunt elementa intrinseca conclusionis) eorum inter se convenientia non apparet. Hinc necessitas assumendi tertium terminum *medium,* qui, ut patet, *exterior* est elementis conclusionis , a qua per leges syllogismorum excluditur. Si in *praemissis* syllogismi *passio* dicitur per se de *medio* et *medium* de *subiecto,* concluditur *passionem* esse de ratione *subiecti.* Ergo quod conclusio sit *vera* cognoscitur exteriori ratione, hoc est *medio,* quod applicatum per ratiocinationem est nobis proxima causa evidentiae et certitudinis conclusionis (Cf. lect. xiv, n. 7). – Contra, in principiorum cognitione aliter se res habet. Veritas eorum quoad nostram cognitionem ex terminis ipsis est; ergo ex intrinsecis. Insuper illico et immediate, cognitis terminis, principiorum veritas nobis certo innotescit; ergo non ratiocinatione, sed solo *lumine naturalis rationis,* ut hic s. Thomas dicit. Consequenter causa proxima certitudinis principiorum non est *medium,* sed *obiective* est veritas principiorum per se patens, *subiective* vero ipsa natura intellectus agentis, seu lumen rationis intrinsecum et naturale animae nostrae , cuius est facultas. – Exinde habetur cur non possit contradici *interiori ratione* primis principiis. Repugnat enim quod una eademque. natura, quae veritatem principiorum ponit, seipsam neget ; negando eorumdem principiorum veritatem (Cf. lect. v, not. x, et Caiet. in J *Poster.,* cap. xi, § *Quomodo passio... Circa eamdem* etc., fol. 54, coi. 1).

0) *Et petitiones,* – Addimus haec verba ex codd. H1KNQRST, quae in Piana et in cod. E desunt, quaeque tamen requiruntur ex contextu et ex praemissis n. 1.– Codd. ABCDGI.MO non *et petitiones,* sed *et positiones* habent.

habent^meÎi uon 'A'tamm.-co eo Quo<^ non habeant medium * in illa scientia. Differunt autem ad invicem*: quia si quidem talis propositio sit probabilis addiscenti, cui fit demonstratio, dicitur *suppositio.* Et sic suppositio dicitur

DLMNoets,m.K: aliquem; meati- quidpcomS — quem. " ' non simpliciter, sed ad aliquem. Si vero ille nec sit eiusdem opinionis, neque contrariae, oportet quod demonstrator hoc ab eo petat, et tunc dicitur *petitio.* Si autem sit contrariae opinionis, tunc erit *quaestio,* de qua oportet disputari inter eos. Hoc tamen omnibus commune est, quod unoquoque eorum utitur demonstrator, non demonstrans, cum sit demonstrabile.

i 5.Deinde, cum dicit: *Termini igitur non sunt* 'etc., distinguit *definitiones* a *suppositionibus* per duas rationes; quarum secunda incipit ibi: *Amplius pe-*

•Num. 7. *titio* etc *. Circa primum duo facit: primo, ponit rationem, quae talis est: Omnis *petitio,* vel *suppositio* dicit aliquid *esse* vel *non esse; termini au-*

k^'ivl *nt2ih''* '* *tem' definitiones**, non dicunt aliquid *esse* vel *non esse x;* termini ergo non sunt suppositiones neque petitiones, per se sumpti. Sed in propositionibus assumpti sunt suppositiones; ut cum dicitur, *homo est animal rationale mortale.* Sed terminos per se sumptos, oportet solum intelligere; intelligere autem non est supponere, sicut nec audire. Sed illa supponuntur *quorumcunque existentium,* idest ex quibuscumque existentibus fit conclusio, *in eo quod illa sunt,* idest propter praemissa.

\(^amdamom. 0 exc' R' 6. Secundo, ibi: *Neque geometra* etc., excludit quamdam * dubitationem. Dicebant enim quidam quod geometra falsa suppositione utebatur, cum diceret lineam esse unius pedis, quae non est unius pedis; aut lineam descriptam in pulvere esse rectam, quae non est recta. Sed ipse dicit quod geometra non supponit falsum propter hoc. Cum enim geometra nihil demonstret de particularibus, sed de universalibus, ut supra dictum est*; hae autem lineae sunt quaedam particularia; manifestum est quod de his lineis nihil demonstrat', neque etiam ex eis, sed utitur eis ut exemplis universalium, quae per haec * exempla intelliguntur, de quibus et ex quibus demonstrat.

*Lect.xvi.-Codd. (exc.BC|:utosten- *sumest;* bc: *ut dictum est.* λ

* *Haec* ex codd., exc. M.

7. Deinde, cum dicit: *Amplius petitio* etc., ponit secundam rationem, quae talis est: Omnis suppositio vel petitio est in toto vel in parte, idest est propositio * universalis vel particularis; sed definitiones neutrum horum sunt, quia in eis nihil ponitur sive praedicatur neque universaliter, neque particulariter; ergo etc.

* o erronee: *petitio;* n om. *propositio;* hmnq: *idest propos.* P

8. Deinde, cum dicit: *Species quidem esse* etc., ostendit ex praemissis quod non est necessarium ponere ideas, ut Plato posuit. Ostensum est enim supra * quod demonstrationes de universalibus sunt, et hoc modo sunt de sempiternis. Non igitur necesse est ad hoc quod demonstratio sit, *species* esse, idest *ideas,* aut quodcunque *unum* ' extra multa, sicut ponebant Platonici mathematica separata cum ideis, ut sic demonstrationes possint esse de sempiternis. Sed necessarium est esse unum in multis et de multis, si demonstratio debet esse, quia non erit universale, nisi sit unum de multis; et si non sit universale, non erit medium demonstrationis; ergo nec demonstratio. Et quod oporteat medium demonstrationis esse universale, patet * per hoc quod oportet medium demonstrationis esse unum et idem de pluribus praedicatum non aequivoce, sed secundum rationem eamdem: quod * est ratio universalis. Si autem aequivocum * esset, posset accidere vitium in arguendo.

Plato

* Lect. xvr.

ν

Platonici.

* Codd.: *ostendit;* m: *oportet.*

'Codd.-p; *quae;* D: *quod est rationis univ.* .

* CDHIKLMOQRST-pbn: *aequivoce;* G: *aequivoca.*

1) *Deinde cum dicit: termini igitur non sunt etc.*-**Haec** verba, quae in Piana desiderantur, restituimus ex codd.

x) *Termini autem etc.- Cod.* l: *termini igitur vel definitiones* etc. Sed *igitur* falso ponitur: nam *termini* etc., non illatio est, sed minor argumenti a s. Thoma propositi. Codd. CG et p. m. DS loco *definitiones* mendose legunt *suppositiones.* – K non bene concludit: *termini ergo non sunt suppositiones neque per se sumpti.-Legimus* cum ABCDEGHILMQST: *non sunt suppos., neque petit.etc.;* N: *supp., vel pet.* etc. P: *petit.neque suppos.*

Non una videtur esse significatio, qua vocabulum *suppositio* seu *hypothesis* usurpat Aristoteles. Qua in re videsis quae adnotat Waitz in I *Priorum analytic.,* cap. xxtn, sch.-Op. cit., P. 1, pag. 427, seqq.– Impraesentiarum sufficiat animadvertere cum Caietano (in I *Poster.,* cap.xt, *§ Quomodo passio... Circa descriptionem dignitatis* etc.; fol. 53, c<3l. 4), quod *supponere* dupliciter sumi potest: uno modo improprie et large, et sic distinguitur contra *quaerere* et *demonstrare:* quo sensu dicere consuevimus quod tria ante demonstrationem praesupponimus, nempe *quid* et *quia* subiecti, *quia* dignitatum, et *quid* passionis. Haec enim non *quaerimus* neque *demonstramus,* sed ut supposita accipimus in demonstratione. – Altero modo *supponere* sumitur proprie, et sic distinguitur contra evidenter proponi: quo sensu *dignitates* seu axiomata dicimus non esse suppositiones, quia non ideo assumuntur et proponuntur, quasi supponantur esse vera, quin tamen utrum ita sint nec ne certo constet, sed quia evidentia propria sunt vera et principia consequentium et eorum quae demonstrantur. At contra suppositiones proprie dicimus, quas supponimus ita esse vel non esse; et quatenus hoc sensu hypothetico assumuntur, et non quia vera sunt evidentia propria, habent quod praeseferant rationem principiorum in ratiocinatione.

λ) *De his lineis nihil demonstrat.*-**Est** lectio codd.-Exc. E, qui erronee: *de lineis demonstrat, neque* etc. – L oscitanter omittit *lineis, neque etiam ex eis.-L; de his lineis non demonstrat aliquid.*

p.) *Nihil ponitur sive praedicatur* etc.-AGIL: *nihil ponitur, neque universaliter* etc.; BCDEHKOQRST: *nihil praedicatur neque universaliter* etc. – G omittit erronee, *neque partiqpjariter.*

Aristoteles videtur hoc loco affirmare opposita his quae docuit cap. vm (Cf. lect. xvi): nam hic affirmat definitionem non esse universalem neque particularem, hoc est singularem; contra, cap. vnt docuit definitiones esse universalium et sempiternorum non autem singularium. – Ad hanc difficultatem respondet Caietanus, quod aliud est definitionem esse universalis, idest rei conditionem universalitatis habentis, et aliud est definitionem non includere signum universale aut particulare. Primum enim significat rem quae definitur, ad hoc ut definiatur, oportere abstractam esse a materialibus conditionibus. Secundum autem denotat in ipsa definitione signum nullum (*omne, aliquod* etc., dc quibus cf. I *Perih.,* lect. vi, n. 3, not. γ, et lect. x, n. i3). Haec autem duo non solum sibi invicem non contradicunt, sed necessario conveniunt cuilibet definitioni. Et primum quidem superius declaravit Aristoteles, cum definitiones sempiternorum esse docuit; secundum vero hic dicit: sed causam non assignat, quia valde evidens est. Nam cum in definitione nihil ponendum sit praeter illud quod significat ipsam rem definitam vel eius principia, et signa non significent, sed consignificent (Cf. I *Perih.,* lect. v, not. p) quod aliquid universaliter vel particulariter affirmatur vel negatur; consequens est quod nullum signum in definitione ponatur, et ideo non est sicut *in toto,* nec sicut *in parte:* non enim dicimus, *quoddam animal rationale,* aut, *animal omne rationale,* definitionem hominis assignantes, sed simpliciter, *animal rationale.*

ν) *Aut quodcunque* unum.-Amanuensis cod. A ob recursum eiusdem vocis, *ideas,* omittit haec verba usque ad, *cum ideis,* inclusive. Sed est mendum. Alii codd. habent lectionem Pianam. – Ob eamdem causam idem cod. cum EN, post verba, *unum in multis et de multis,* immediate prosequitur: *et si non sit universale* etc.-Item infra, post verba, *et quod oporteat medium demonstrationis,* A transcurrit ad, *esse unum et idem de pluribus* etc.

LECTIO VIGESIMA

QUOMODO DEMONSTRATIVAE SCIENTIAE SE HABEANT AD PRINCIPIA COMMUNIA

Το δέ [χη ἐνδέχεσθαι ἁμα φάναι καί ἀποφάναι οὐδεμία λαμβάνει ἀπόδειξι , ἀλλ' η ἐάν δέη δεῖξαι καί τό συμπέρασμα οὐτω . Δείκνυται δέ λαβοῦσΐ το πρώτον κατά του μέσου, ὁτι ἀληθέ , ἀποφάναι δ' οὐκ ἀληθέ . Τό δέ μέσον οὐδέν διαφέρει είναι καί [Λη είναι λαβεῖν, ὡ δ' αὖτω καί τό τρίτον. Εἴ γάρ ἐδόθη, καθ' οὐ ἀνθρωπον ἀληθέ εἴπεῖν, εἴ καί γιη ἀνθ£ωπον ἀληθέ , ἀλλ' εἴ [Λο'νον ἀνθρωπον ζώον είναι, [Λη' ζφον δέ μη· ἐσται γάρ ἀληθέ εἴπεῖν Καλλίαν, εἴ καί μη' Καλλίαν, ὁμω ζώον, μη ζώον δ' οὐ. Αἴτιον δ' ὁτι το πρώτον οὐ μόνον κατά του μέσου λέγεται, αλλά καί κατ' ἀλλου δια τό είναι ἐπΐ πλειόνων, ὡστ' οὐδ' εἴ το' μέσον καί αὐτο' ἐστι καί μη αὐτό, πρό το συΐΛπέρασμα οὐδέν διαφέρει.

Το' δ' ἁπαν φάναι η ἀποφάναι ἡ ει το ἀδυ'νατον ἀπόδειξι λαμβάνει, καί ταῦτα οὐδ' ἀεΐ καθόλου, ἀλλ' ὁσον ικανόν, ικανόν δ' ἐπί. τοϋ γένου . Λέγω δ' ἐπΐ του γένου οἱον περί ο γένο τά ἀποδείξει φέρει, ὡσπερ εἴρηται καί πρότερον.

Ἐπικοινωνοῦσι δέ πάσαι αἱ ἐπιστημαι ἀλλη'λαι κατά τά κοινά. Κοινά δέ λέγω οἱ χρώνται ὡ ἐκ τούτων ἀποδεικνύντε , ἀλλ' οὐ περί ὡν δεικνυ'ουσιν οὐδ' δ δεικνύουσιν.

Καί η διαλεκτική πάσαι . Καί εἰ τι καθόλου πειρώτο δεικνύναι τά κοινά, οἱον ὁτι ἁπαν φάναι η ἀποφάναι, η οτι ἰσα ἀπό ἰσων, η τών τοιούτων ἀττα. Ἡ δέ διαλεκτική οὐκ ἐστιν οὐ'τω οἱρισμένων τινών, οὐδέ γένου τίνο ενό . Οὐ γάρ αν ἠρώτα· ἀποδεικνύντα γάρ οὐκ ἐστιν ἐρωταν διά το τών ἀντικειμένων δντων μ-η δείκνυσθαι τό αὐτό. Δέδεικται δέ τοῦτο ἐν τοΐ περί συλλογισμού.

* Non contingere autem simul affirmare et negare, neque una recipit demonstratio, sed aut si indigeat monstrare conclusionem sic. Ostenditur autem accipientibus primum de medio quod verum sit affirmare, negare autem non verum. Medium autem nihil differt esse et non esse accipere: similiter autem et tertium. Si enim assignetur de quo hominem verum est dicere, quamvis non hominem verum, sed si solum hominem animal esse, non animal autem non: erit enim verum dicere Calliam et non Calliam esse animal, non animal autem non. Causa autem est quod primum non solum de medio dicitur, sed de alio propter id quod de pluribus. Quare neque si medium et idem et non idem est, ad conclusionem nihil differt. » Seq^cap. ».

Omne autem affirmare aut negare, quae est ad impossibile demonstratio accipit, et hoc neque semper universaliter, sed quantum sufficiens est. Sufficiens autem est in genere. Dico autem in genere, ut circa quod genus demonstrationes sunt, sicut dictum est prius.

* Communicant autem scientiae omnes secundum communia. Communia autem dico quibus utuntur, tanquam ex his demonstrantes, sed non de quibus demonstrant, neque quod demonstrant. * Tex. 27.

Et dialectica de omnibus, et si aliqua universaliter tentet monstrare communia, ut quod est omne affirmare aut negare, aut quod est aequalia ab aequalibus, aut talium quaelibet. Sed dialectica non est sic definitorum quorumdam, neque generis alicuius unius. Non enim interrogaret. Non est enim interrogare demonstrantem propter id quod oppositorum esse non demonstrat idem. Ostensum autem est hoc in his quae de syllogismo.

Synopsis.— 1. Argumentum et divisio textus.-2. Nulla demonstratio accipit principium contradictionis: ratio est, quia nihil plus certificatur cum dicitur, e. g.: *homo est animal et non est non animal,* quam cum dicitur solum: *homo est animal.* Demonstratione autem utimur ad ostendendam cum certitudine aliquam conclusionem. – 3. Sed demonstratio indirecta seu ad impossibile accipit principium: *De quolibet est affirmatio vel negatio vera:* quia in hac demonstratione probatur aliquid esse verum per hoc quod eius oppositum est falsum. Quod nequaquam contingeret, si utrumque oppositorum posset esse falsum. – 4. Omnes scientiae communicant in principiis communibus, hoc modo quod omnes utuntur eis, sicut *ex quibus* demonstrant, non autem utuntur eis ut *de quibus* aliquid demonstrant, vel ut *quod* demonstrant. – 5. Logica et Philosophia prima sunt de communibus, ut de subiectis. Diversimode tamen: nam philosophia prima est de communibus, quia eius consideratio est circa res communes, scilicet circa ens, et partes et passiones entis; logica est de communibus, quatenus est de *intentionibus* rationis, quae ad omnes res se habent, non autem de ipsis rebus. – 6. Metaphysicae et dialecticae differentia quoad principia communia.

ostquam determinavit Philosophus * de principiis propriis et communibus, hic ostendit qualiter * demonstrativae scientiae se habeant ad principia “ communia et propria. Et dividitur in duas partes: in prima, ostendit qualiter se habeant demonstrativae scientiae circa communia: in secunda, qualiter * se habeant circa propria; ibi: *Si autem idem est interrogatio* * etc. Circa primum duo facit: primo, ostendit qualiter se habeant demonstrativae scientiae,circa prima principia inter communia^; secundo, quomodo se habeant communiter circa

* *Phil,* omitt. ac degoqrst; k: *Aristoletes.*

* b: *quomodo.*

α

*codd.-PG: o--Lecti *i"q.,ter'*

β

a) *Scientiae se habeant ad principia communia* etc. – Codices (exc. BGH) omittunt *principia;* quam vocem, quia tres codices habent, et insuper orationi perspicuitatem confert, retinemus. – Praeterea codices legunt: *scientiae ad propria et communia se habeant* (N, *se habent*). Scilicet, invertunt ordinem eorum quae suscipiuntur demonstranda. Verum, quia statim codices ipsi concordant cum Piana in ordinanda eadem divisione: *In prima... circa communia... In secunda... circa propria,* etiam in priori enunciatione videtur retinenda lectio Piana. – H: *scientiae circa propria principia et communia se habeant.*

β) *Qualiter se habeant demonstrativae scientiae circa prima principia inter communia.* – Haec lectio perspicua est, si supponatur divisio principiorum communium in *prima* (quae *dignitates* dicuntur) et in *secundaria,* quae a primis pendent, et ex eis probantur, sed tamen communia sunt, ad metaphysicam pertinent, et per ea etiam probantur principia peculiaria scientiarum metaphysica inferiorum. – Codices lectiones variantes exhibent sequentes: *qualiter* (ACDE1KLNOQ, *quomodo) se habeant* (BCDEKLMNQST, *habent) demonstrativae scientiae* {M, *demonstrationes;* N om. *scientiae) circa prima principia (fi, circa quaedam prine.;* H, *principia prima;* 1, *circa principia propria;* O, *circa propria) inter communia.* Codd. ACM omittunt *inter* (et in K expungitur), ex qua omissione non ita distincte, sicut ceteri codices, determinant primum hoc membrum subdivisionis. Praeterea cod. E omittit *inter communia;* et cod. R legit: *quod non se habent demonstrativae scientiae eodem modo circa principia communia omnia. Secundo, quomodo se habent* (et *habent* legunt etiam CDELOQRST) *communiter circa omnia communia.* Nempe imperitus amanuensis huius codicis ne-

omnia principia * communia; ibi: *Communicant autem omnes scientiae** etc. Circa primum duo facit: primo *, ostendit quomodo ** se habeant demonstrativae scientiae circa hoc principium, quod, *Non contingit simul affirmare et * negare;* secundo, quomodo se habeant circa istud principium, *De quolibet est * affirmatio vel negatio vera;* ibi: *Omne autem affirmare* * etc. Haec enim duo principia sunt omnium prima, ut probatur in IV *Metaphysicae* *.

2. Dicit ergo primo quod nulla demonstratio accipit hoc principium, quod, *Non contingit simul affirmare et negare* 7. Si enim * aliqua demonstratio eo uteretur ad ostendendum aliquam conclusionem, oporteret quod sic eo * uteretur, quod acciperet primum, idest *maiorem* extremitatem, affirmari de *medio* et non negari s. Quia si acciperet affirmationem et negationem ex parte medii, nihil differret * utrum sic vel sic esset; et eadem ratio est de *tertio,* idest de *minori* extremitate per comparationem ad *medium* '. Verbi gratia: sit animal *primum,* homo *medium,* et Callias *tertium.* Si quis vellet uti praedicto principio in demonstratione, oporteret* sic arguere: Omnis homo est animal et non est non animal; Callias est homo; ergo Callias * est animal et non est non animal. Cum vero * dicat, *omnis homo est animal,* nihil differt, utrum etiam haec sit vera, *non homo est animal* ç, vel non sit vera. Et similiter in conclusione non differt, ex quo *Callias est animal,* utrum *non Callias sit animal, vel non animal* *. Et huius causa est, quia *primum* non oportet dici de solo *medio,* sed potest etiam dici de quodam alio ", quod est diversum a *medio,* quod significatur per negationem *medii;* propter hoc quod *primum* dicitur de pluribus quandoque quam *medium,* sicut *animal* de pluribus quam *homo;* unde dicitur de equo, qui est iion homo *. Unde si accipiatur *medium* idem et non idem, idest, si accipiatur *medium* * affirmativum et negativum, ut cum dico, *homo et non homo est animal*,* nihil facit ad conclusionem. Cum autem accipitur affirmatio et negatio 6 ex parte *maioris* extremitatis, differt quidem quantum ad conclusionem et etiam quantum ad veritatem praemissarum. Si enim homo esset non animal, non esset verum quod homo ' est animal, neque sequeretur quod Callias esset animal. Tamen nihil plus certificatur cum dicitur, *homo est animal et non est non animal,* ' quam cum dicitur solum, *homo est animal.* Idem enim intelligitur per utrumque. Et sic manifestum est quod demonstrationes non utuntur hoc principio, scilicet quod affirmatio et negatio non sint simul vera, neque ex parte praedicati, neque ex parte subiecti.

3. Deinde, cum dicit: *Omne autem affirmare* etc., ostendit quomodo demonstrativae scientiae utantur hoc principio, *De-quolibet est * affirmatio vel * negatio vera.* Et dicit ** quod hoc principium accipit demonstratio, quae est ad impossibile. In

* *Princip.* omitl. codd., exc. GKO.
* Num. 4.
* Codd. - P: *quia primo.*
** Codd. - pgh : *qualiter.*
'Codd.-Cf.nor.y.
* Codd. (exc. gm) om. *est.*
* Num. 3.
* Comm. s. Th. lect. vi, seq.- Ed. Did. lib. in, cap. in, n. 8, seq.
T
* g : *autem.*
* *Eo* omitt. a.
&
* Codd. - PGQ : *differt.*
ε
* G : *oportet eum sic.*
* *Catlias* omitt. codd., exc. ghm.
•ABCDHKLNQST. - P: *enim; e: primo;* m: *ergo.*
' *Animal* omitt. codd., exc. bn. - g: *homo.*
η
*Codd.-pci: *non est homo.*
" Codd. omitt. *medium,* exc. b.
* *Est animal* omitt. a.
0
-Codd. om. *est.*
‡ adi: *et,* sed ma-
'**; *et ostendit.*

dum pro suo arbitrio legit, *non se habent* etc., sed primum divisionis membrum vix ac ne vix quidem a secundo distinguit. – Editio P: *qualiter demonstrativae scientiae circa prima principia inter communia se habeant.* Hanc lectionem retinuimus, transpositis tantum verbis se *habeant,* quia hanc transpositionem, exc. GH, codices omnes exhibent. Codd. GH: *qualiter demonstrativae scientiae se habeant circa* etc.

γ) *Non contingit simul affirmare et negare.* – Ita Piana et codices omnes (AC, *vel negare; vel* in G corrig. in *et;* Q, *aut negare)* sub hac forma ponunt axioma, *non contingit* etc., et est fere eadem forma ac aristotelica: *το* οι ρ.ή etc. Hinc etiam in superiori numero, auctoritate codicum (exc. HLT) legimus, *non contingit simul affirmare et negare,* non autem cum PHLT: *non contingit idem simul* (LT, *simul idem) affirmare et* (P, *vel) negare.* -Qua ratione principia transcendentalia, sive sint positiva, sive negativa, demonstrationem ingrediantur, explicavimus supra, lect. xvn, not. δ.-Cf. Caietan., in 1 *Poster.,* cap. xn, § *Circa primam conclusionem* etc., fol. 55, col. i, seq.

o) *Idest maiorem extremitatem affirmari* etc.-Cod. H: *idest maiorem extremitatem sic, quod verum est affirmari de medio, et non verum negari.* Quae est lectio obscura et seponenda, quia a nullo alio codice datur. Cod. G: *idest maiorem... et non negari. Dico, canis est animal, et non est animal: istud enim medium est idem, ut plura et diversa significans.* Quae verba addita a cod. G non sunt acceptanda: evidenter enim verba sunt cuiusdem adnotatoris, quae imperitus amanuensis textui inseruit. – K: *et non negari de eodem.* Alii codices legunt cum Piana; et optime.

In hanc expositionem s. Thomae notat Caietanus (loc. cit., coi. 3) « quod textus Aristotelis non uniformiter videtur haberi apud omnes et » s. Thomam. Textus siquidem, qui hodie communiter invenitur, ille non » est quem s. Thomas glossavit, ut diligenter intuenti clare liquet; et » longe melior est litera s. Thomae litera communi in hoc passu, ut pa- » tebit. Secundum enim communem literam Aristoteles affirmat (condi- » tionaliter tamen) principium primum assumi in demonstratione. Se- » eundum vero literam s. Thomae probat oppositum, ut summarie dedu- » ximus (§ *Summa huius capituli* etc., fol. 54, coi. 3). Et licet communi » literae applicare verbales glossas s. Thomae sit difficile (nisi forte ex- » torquendo), a sensu tamen sua expositio non longe est: quoniam di- » cimus quod propter formam syllogisticam illud affirmavit, et quod » conditionalis illa (ἀλλ ' η ἐάν) nihil ponit, sed vera est tam antecedente » quam consequente existente impossibili; et quod brevitate utens, dicens » principium primum contingere exerceri in maiori extremitate, subin- » telligi voluit hoc esse superfluum, ut litera s. Thomae habet, vel ipse › exponendo adiecit, quoniam evidens ex se est, licet alii antiqui sibi » in hac expositione non consentiant. ≫ – Haec Caietanus.

t) *Dc minori extremitate* etc.-Quae dicantur maior et minor extremitas ac medium in syllogismo, declaratum est supra, lect. xv, n. 6, et lect. vm, not. p. – Hic autem et supra (Cf. lect. xiv, n. 7), a s. Thoma cum Aristotele maior extremitas vocatur *primum* (το πρώτον); et minor extremitas appellatur *tertium:* ex quo inferri posse videtur quod *medium* vocari etiam posset *secundum.* Attamen in scholis haud recipitur haec locutio, sed simpliciter dicitur *medium.* – Supra vero, cap. n (lect. iv) dixit Aristoteles demonstrationem esse ἐξ... πρώτων... χαι προτίρων. « Haud male, *inquit Wait;,* Preller histor. phil. graeco-romanae ex fontium locis context... « τὰ πρώτα et τὰ πρότερα ita distinguenda » dixeris, ut illa significent propositionem maiorem, haec minorem, quae » alicui scientiae propria esse debet» *(Aristot. Organon, graece,* P. 11, *Posteriora analytica,* pag. 3o6, ed. cit.). Forte quispiam dubitare rationabiliter posset de veritate huius animadversionis: maior enim syllogismi praecipue sunt principia priora indemonstrabilia; et tamen ea Aristoteles vocat etiam τα πρότερα (Cf. lect. iv et vn).

ζ) *Utrum etiam* etc.-GN omitt. *etiam;* G: *non est homo animal;* I: *homo non est animal;* N: *non homo est non animal.* Alii codices stant pro P.

η) *Sed potest etiam dici etc.* – Expeditior nobis videtur haec lectio codd. (exc. EGHKQ) quam Piana et codd. EH: *potest dici etiam;* et *de quodam alio,* ut legunt codd., uno G exc., magis quam, *dc aliquo quodam,* ut Piana habet. – G: *de alio quodam,* et cum Q omittit *etiam;* K: *sed etiam potest dici.* -Paulo supra *(non oportet* etc.), H: *non solum potest dici;* G: *de uno solo medio.*

0) *Cum autem accipitur* etc. – Ex praecedenti vocabulo *conclusionem* distractus amanuensis cod. A haec verba omittit usque ad *quantum ad conclusionem* inclusive.-CD1KQ: *accipiatur;* H omittit omnino hoc verbum. – BCD1KLOQRST: *vel negatio,* et cum EMN infra habent *differt* loco του *differunt* P.-L: *ex parte minoris,* loco *ex parte maioris,* ut legit P cum aliis codd. omnibus.-ABO: *et quantum ad veritatem praemissarum;* CEQ: *non etiam quantum* etc.; GL: *non quantum* etc.; KN: non *autem quantum* etc.; M: *et non quantum* etc. Amanuensis etiam cod. D scripserat ut CEQ, sed postea expunxit et bene particulam *non,* quam praecitati codices erronee ponunt.

1) *Non esset verum* etc. – A: *non -esset verum quia etc.;* G: non *esset verum dicere: homo* etc.; M: non esset *verum dicere quod;* H omittit *verum.* – Ceteri codices habent Pianam lectionem, quam retinemus.-Infra cod. H: *tamen plus certificatur cum dicitur simul, homo* etc.: quae est lectio manifeste erronea; G: *non plus certificatur... et non est animal,* et est pariter lectio erronea ex omissione particulae non *(non animal),* quam 1 etiam omiserat, sed habet additam in margine. Adoptamus autem lectionem, *homo est animal et non est non animal,* quia eam habent codices, uno R excepto, qui cum P legit: *homo est animal et homo non est non animal.*

hac enim demonstratione probatur aliquid esse verum per hoc quod eius oppositum est falsum. Quod nequaquam contingeret, si possibile esset utrumque oppositorum esse falsum*.-Non tamen semper utitur praedicta demonstratio hoc principio, quia quandoque illud oppositum quod ostenditur esse falsum, non est negatio, sed contrarium immediatum. Sicut si ostenderetur aliquem numerum esse *parem* per hoc quod falsum est ipsum esse imparem ducendo ad impossibile x. Neque etiam utitur hoc principio universaliter, idest in sua universalitate, sub his terminis A, *ens* * et *non ens,* sed quantum sufficiens est in genere aliquo. Et dico de illo genere, circa quod sunt demonstrationes. Sicut si in geometria accipiatur rectum et non rectum; ut cum ostenditur aliqua linea esse recta per * hoc quod est falsum eam esse non rectam ducendo ad impossibile.

4. Deinde, cum dicit: *Communicant autem* etc., ostendit qualiter* demonstrativae scientiae se habeant communiter ad omnia-"principia communia. Et circa hoc duo facit. Primo, dicit quod omnes scientiae in communibus principiis communicant hoc modo, quod omnes utuntur eis, sicut ex quibus demonstrant, quod est uti eis ut principiis: sed non utuntur eis, ut de quibus aliquid demonstrant, ut de subiectis, neque sicut quod demonstrant, quasi conclusionibus ν.

5. Secundo, ibi: *Et dialectica de omnibus* etc., ostendit quod quaedam scientiae utuntur principiis communibus alio modo quam dictum est *. Dialectica enim est de communibus; et aliqua alia scientia est etiam de communibus, scilicet philosophia prima ?, cuius subiectum est *ens* et considerat ea * quae consequuntur ens, ut proprias passiones entis.

Sciendum tamen est quod alia ratione dialectica est de communibus et logica ° et philosophia prima*. Philosophia enim prima est de communibus, quia eius consideratio est circa ipsas res communes, scilicet circa ens et partes et passiones entis Et quia circa omnia quae in rebus * sunt habet negotiari ratio , logica autem est de operationibus rationis *; logica etiam erit de his, quae communia sunt omnibus, idest de *intentionibus* rationis, quae ad omnes res se habent. Non autem ita, quod logica * sit de ipsis rebus communibus, sicut de subiectis. Considerat enim logica, sicut subiccta, *syllogismum, enuntiationem, praedicatum,* aut aliquid huiusmodi P. Pars autem logicae, quae demonstrativa est, etsi circa communes intentiones versetur * docendo tamen

x) *Per hoc quod falsum est* etc. – Haec lectio datur concorditer a codicibus, uno G excepto; quam idcirco sufficimus Pianae: *per hoc quod eius oppositum falsum est, scilicet ipsum esse imparem* etc. – H post, *duc. ad impossibile,* ita prosequitur: *neque enim (enim* non recte) *utitur demonstrator hoc principio universaliter, idest in sua communitate;* N etiam legit: *communitate;* R: *neque utitur hoc principio* etc. PG : *neque utitur etiam.*

λ) *Sub his terminis. – Editio* Piana habet: *sed sub his terminis:* quae lectio falsa est, et destruit sententiam s. Thomae : *neque etiam utitur hoc principio universaliter... sed quantum (P,in quantum) sufficiens est* (P, *est sufficiens)* etc.-Germanam lectionem restitui ex unanimi codd. auctoritate (unus G stat cum Piana) et ex edd. Venetis saeculi XV. – Praeterea PG et edd. Ven. post verba, lll *genere aliquo,* addunt: *vel in quantum contrahitur ad genus subiectum.* Quibus verbis carent sexdecim alii codices, quorum propterea auctoritate ea expunximus. Revera, cum dictum sit quod demonstrator utitur principio illo supremo, *de quolibet est affirmatio vel negatio vera,* non in suis terminis propriis, qui sunt, *ens* et *non ens,* idest non in sua universalitate, seu transcendentalitate, sed quantum sufficiens est in genere aliquo, atque deinde addatur quod genus istud sit illud circa quod sunt demonstrationes ; videntur superflua verba, quae adduntur a citatis edd. et cod. G.-Sed praeterea cum omnibus codd. (O habet lacunam) legimus : *et dico de illo genere,* Piana seposita: *et dico de illo primo genere.*

μ) *Ad omnia principia communia.* – Haec lectio codd. (exc. R) confirmatur ex divisione data a s. Thoma n. 1 huius lectionis. – P : *ad alia principia communia ;* R: *ad alia principia omnia communia;* sed *omnia* expungitur. – ACELO et p. m. D supra omittunt *scientiae.* – Infra cum codd. (exc. GK) legimus, *in communibus principiis;* PG: *in principiis communibus;* K: *in quibusdam communicant.*

ν) *Sed non utuntur eis* etc.-Est, paucis exceptis, lectio Piana et Ven. edd.-Damus codd. variantes lectiones, Pianam repetendo: *sed* (B, *et) non utuntur eis, ut de (E* omitt. *de) quibus aliquid demonstrant, ut de subiectis, neque sicut* (codd., exc. EN, *sicut eo) quod demonstrant* (CDE, *demonstrent;* Q, *demonstrarent) idest in conclusionibus* (AB CDEHIKLMOQST, *quasi conci;* G, *quasi de conci.;* N, *idest quasi conci.;* R, *idest conci.).– G* immediate prosequitur: *idest scientiae communicant in dignitatibus, sed non communicant in passionibus nec in subiectis.* Quae verba, cum in ceteris codd. omittantur, nec G magnam per se habeat auctoritatem, non ut s. Thomae sunt habenda, sed ut commentarium adnotatoris, quod amanuensis imperitia textui inseruit.-Loco τοῦ *idest in conci.* Pianae, adoptamus *quasi conci.,* ut legunt fere omnes codices. Etenim s.Thomae expositio est: Scientiae omnes utuntur communibus principiis, sicut *ex* quibus demonstrant; sed non utuntur omnes eisdem principiis, quasi subiectis *de* quibus aliquid demonstrent, neque quasi conclusionibus, seu praedicatis vel passionibus, quae de subiectis demonstrentur.

ς) *Dialectica enim est de communibus* etc. – Cod. I erronee, *ex commun.- O : et etiam aliqua alia sc.;* N: *et aliqua etiam alia sc.;* B: *et aliqua alia etiam sc.;* CDEGH1LMQRT: *et aliqua scient.* – ACDEH1LM RST : *est etiam de comm. ; K : est de commun, etiam.* – BCELMNOST : *scilicet philosoph.;* D: *sed phil.;* R: *ut philosoph.*- A ob recursum vocabuli *ens,* omittit oscitanter verba, *et considerat ea quae consequuntur ens.* -Fere igitur omnes codices habent *etiam,* quod ex ipsa forma orationis requiri videtur; unde illud addimus lectioni Pianae, sequuti ordinem maioris et melioris partis codd. Sed insuper adoptamus ex codd. BCELMN OST, *scilicet philos.,* loco lectionis P: *sicut philosophia.* Non enim aliae scientiae dantur, quae sint de *communibus,* praeter dialecticam et philosophiam primam. Unde το *sicut* ed. Pianae non bene videtur appositum; το *scilicet* autem recte designat quae sit alia scientia, quae una cum logica (modo quidem diverso et nobiliori, ut postea explicatur) est circa communia principia scientiarum.

0) *Sciendum tamen est* etc.-Codd. (exc. ABGK) habent hanc, quam adoptamus lectionem. – Eam etiam habet A, nisi quod pro *tamen,* non recte ponit *enim;* B: *Sciendum tamen est quod alia ratione logica est de communibus et dialectica et* etc.; G : *Sciendum tamen quod alia ratione est dialectica de communibus et logica et* etc. – K mendosus hoc loco est: *Sciendum tamen est quod alia ratione dialectica est de communibus, quia eius consideratio* etc. Vide in repetitione vocabuli *communibus* solitam errandi causam amanuensibus. Quod quidem monere interdum liceat; at non toties quoties idem vitium amanuensibus accidit, ne fastidium lectoribus moveamus.-P: *Sciendum tamen quod alia ratione est de communibus logica et philosophia prima.*

r.) *Est circa ipsas res communes* etc.-Codd. BGL: *circa res commun.;* R non recte: *circa ipsas conclusiones;* codd. (exc. G): *communes, sicut* (G cum P, *scilicet) circa ens et partes ct passiones entis.* Verba, *et passiones,* quae admittimus in textu, desunt in P et in K ; secunda tamen manu apponuntur in hoc codice.

ρ) *Considerat enim... subiecta* etc.-I: *subiccta* (et ita alii codd.), *principium, syllog.* etc; R: *enune., subiectum, praedicatum;* G:*praedicatum et subtectum;* K: *et huiusmodi;* P: *sicut subiectum, syllogismum, et enuntiationem, praedicatum, aut* etc.-Infra cum codd. legimus: *circa communes intentiones.-P* et p. m. B: *circa omnes intent.*

σ) *Docendo, tamen usus demonstrativae scientiae non est in procedendo ex his communibus.* – Ita codices, uno excepto R, qui, per se, nullius est auctoritatis. Cum codicibus stant etiam edd. Venetae ac.-PR: *docendo quomodofiunt demonstrativae scientiae; non tamen* (R, *tamen non in) procedendo ex* (R, *ex his) communibus* etc. – Lectionem, quam adoptavimus ex codd. et Ven. edd., praebet etiam Caietanus, inquiens: « Aristoteles dicens dialecticam et metaphysicam omnibus uti, intendit » per ly *omnibus,* omnibus modis dictis, scilicet *ex quibus, de quibus,* » et *quae;* et hoc idem declarare intendit et gloriose declarat s. Thomas » tam in dialectica quam in metaphysica inveniri, licet non uniformiter, » ut diligens lector percipere facile potest, distinguendo tam dialecti- » cam quam demonstrativam in *docentem* et *utentem,* et assignando » earum inter se differentiam et a metaphysica, et in quo conveniant» (In 1 *Poster.,* cap. xn, § *Circa quartam conclusionem* etc., fol. 56, coi. 2). Nomine scientiae *docentis* in praesenti intelligitur illa quae praecepta recte demonstrandi tradit; nomine scientiae *utentis* intelligitur applicatio eorumdem praeceptorum ad certam cognitionem de rebus acquirendam (Cf. IV *Metaphysic.,* lect. iv).

usus demonstrativae scientiae non est in procedendo ex his communibus intentionibus ad aliquid ostendendum de rebus, quae sunt subiecta aliarum scientiarum. Sed hoc dialectica facit, quia ex communibus intentionibus procedit arguendo dialecticus τ ad ea quae sunt aliarum scientiarum, sive sint propria sive communia *, maxime tamen ad communia. Sicut argumentatur * quod odium est in concupiscibili, in qua est amor, ex hoc " quod contraria sunt circa idem. Est ergo dialectica de communibus * non solum quia pertractat intentiones communes rationis*, quod est commune toti logicae, sed etiam quia circa communia rerum argumentatur. Quaecunque autem scientia argumentatur circa communia rerum, oportet quod argumentetur circa principia communia, quia veritas principiorum communium est manifesta ex cognitione terminorum communium, ut *entis* et *non entis, totius* et *partis,* et similium.

Dicit autem signanter: *Et si aliqua* scientia *tentet monstrare communia* *, quia philosophia prima non demonstrat principia communia, sunt enim * indemonstrabilia simpliciter; sed aliqui errantes tentaverunt ea demonstrare *, ut patet in IV *Metaphysicae* Vel etiam quia, etsi ** non possunt demonstrari simpliciter, tamen philosophus primus tentât ea * monstrare eo modo, quo est possibile, scilicet contradicendo negantibus ea, per ea quae oportet ab eis concedi, non per ea, quae sunt magis nota *.

6.' Sciendum est etiam quod primus philosophus non solum hoc modo demonstrat ea ?, sed etiam monstrat aliquid de eis, sicut de subiectis; sicut quod, *Impossibile est mente concipere opposita eorum,* ut patet in * IV *Metaphysicae* **. Cum ergo disputet circa hacc principia et philosophus primus et dialecticus *, tamen aliter et aliter. Dialecticus * enim non procedit ex aliquibus principiis demonstrativis, neque assumit alteram partem contradictionis tantum, sed se habet ad utramque (contingit enim utramque quandoque vel probabilem esse, vel ex probabilibus ostendi, quae accipit * dialecticus). Et propter hoc interrogat **. Demonstrator autem non interrogat, quia non se habet ad opposita. Et haec differentia * utriusque posita est in his, quae de syllogismo sunt, idest in libro * *Priorum x.* Philosophia ergo ** prima procedit circa communia per modum demonstrationis, et non*per modum dialecticae disputationis.

τ

* Codd. -ρo: *sint comm.*
* βηκμτ,οῖd s.m.: *sicut si arguatur.*

υ

*a : *de omnibus.*

* pl . – Codd. alii om. *communes.*

* Codd.-p omitt. *monstr. comm.* - Cf. text.
*a : *quia sunt ind.*
* CDEHKLMQST ': *attentav...*- abo : *ea monstr.*
*Comm. s. Th. lect. vi.-Ed. Did. lib.in.cap.iv,n.2.
'*m: *licet...* - bde ghkl moqst : *non possint.*

* *Ea* ex codd., exc. AN.

* Cf. loc. cit. ex *Metaphys.*

?

* ABCDEKLOQRST J *etiam in.*
Loc. cit. - Ed. Did. cap. m, n.8.
* g non recte : Zo-*gicus.*
* Codd. (exc. G): *diatectica.*

* Codd. (exc. eo): *attingit.*
** g : *dialecticus interr.*
* Codd. - p ; *et haec est diff. utrq. quae pos.*
* I, cap. i.

χ

*' Codd. (exc. κ): *vero ;* κ omitt. utrumq.
* h omitt. *et non* etc. usque ad fin. num.

τ) *Procedit arguendo dialecticus* etc. – Codd., exc. L.-P: *probat arguendo ad ea* etc.; L: *procedit arguendo dialectice* etc.; G: *procedit dialecticus arguendo ad* etc. Addimus *dialecticus,* quia omnes codices hanc vocem, quae in Piana deest, habent.

υ) *In qua est amor, ex hoc.*-Codices legunt cum Piana: in *qua,* nempe in parte concupiscibili. Unus B legit, *in quo.* – Sed praeterea Piana legit cum Q: *et ex hoc.* Praetulimus lectionem, *ex hoc,* quae est aliorum codd. ; H corrupte pro *ex* legit *et.* – In nota marginali, ad verba, *sicut argumentatur,* indicavimus variantem lectionem codd. BDHKMT, quae bona est. – Sex alii codices alias lectiones proferunt vix dignas ut recenseantur: C: *sicut quod arguatur;* ES et p. m. D: *sicut arguatur;* Q: *sicut arguuntur;* R: *sicut enim arguitur dialectice.*

φ) *Primus philosophus* etc. – Ita codices, exc. GM, qui cum P legunt: *primus philosophus hoc modo non solum demonstrat* (codd., exc. KMO, *monstrat) ea.* – Item cum codd. (exc. IM) legimus, *monstrat aliquid de eis;* P: *aliquid de eis monstrat;* l: *aliquid monstrat de eis;* M: *demonstrat aliquid de eis.*-*bc* his quae disseruntur in hoc numero et num. praecedenti, vide IV *Metaphysic.,* lect. iv.

y) *Idest in libro Priorum.* – Est lectio codd., exc. G, qui legit cum P: *in libro Priorum in principio.*

LECTIO VIGESIMAPRIMA

DE INTERROGATIONIBUS, RESPONSIONIBUS ET DISPUTATIONIBUS IN QUALIBET SCIENTIA PROPRIIS

Εἰ δὲ τό αὐτό ἐστιν ἐρώτημα συλλογιστικόν καί πρότασι ἀντιφάσεω , προτάσει δὲ καθ' ἑκάστην ἐπιστήμην ἐξ ὡν ὁ συλλογισμό ὁ καθ' ἑκάστην, ε'ίη ἀν τι ερώτημα ἐπιστημονικο'ν, ἐξ ὡν ὁ καθ' ἑκάστην οικείο γίνεται συλλογισμο' . Δηλον ἀρα οτι οὐ παν ερώτημα γεωμετρικόν αν εἴη οὐδ' ἴατρικο'ν, ομοίω δὲ καί. ἐπῖ των ἀλλων

ἀλλ' ἐξ ὡν η δείκνυταί τι περί ὡν η γεωμετρία ἐστίν, η ἐκ των αὐτών ὑείκνυται τη γεωμετρία, ὡσπερ τά οπτικά. 'Ομοίω δὲ καί ἐπῖ των ἀλλων.

Καί περί μέν του'των καί λόγον ὑφεκτέον ἐκ των γεωμετρικών αρχών καί συμπερασμάτων, περί δὲ τών αρχών λόγον οὔχ ὑφεκτέον τώ γεωμέτρη η γεωμέτρη · ομοίω δὲ καί ἐπῖ τών ἀλλων ἐπιστημών.

Οὐτε παν ἀρα ἑκαστον ἐπιστη'μονα ἐρώτημα ἐρωτητέον, οὐθ' ἁπαν τό ἐρωτώμενον ἀποκριτέον περί ἑκάστου, ἀλλα τα κατά την ἐπιστη'μην διορισθέντα. Εἴ δε' διαλέξεται γεωμέτρη η γεωμέτρη οὐτω , φανερόν οτι καί καλώ , ἐάν ἐκ τούτων τι δεικνύη, εἴ δέ μη', οὐ καλώ . Δηλον δ' οτι ουδ' ἑλε'γχει γεωμε'τρην, ἀλλ' η κατά συμβεβηκό · ὡστ' οὐκ αν εἴη ἐν ἀγεωμετρητοι περί γεωμετρία διαλεκτέον λησει γάρ ὁ φαύλω διαλεγόμενο . 'Ομοίω δὲ καί ἐπῖ τών ἀλλων ἐχει ἐπιστημών.

*** Si autem idem est interrogatio syllogistica et propositio contradictionis, propositiones autem sunt secundum unamquamque scientiam,'ex quibus est syllogismus, secundum unamquamque erunt utique interrogationes scientiales, ex quibus quidem secundum unamquamque scientiam proprius fit syllogismus. Manifestum itaque quod non omnis interrogatio geometrica utique erit neque medicinalis; similiter autem est et in aliis:**

f Cap. xii. Seq. text. 27.

sed ex quibus aut demonstratur aliquid eorum, de quibus geometria est, aut ex eisdem demonstratur geometrice, sicut in speculativa. Similiter autem et in aliis.

Et de his quidem rationem ponendam esse ex geometricis principiis et conclusionibus: sed principiorum rationem non ponendam esse geometrae secundum quod est geometra; similiter autem et in aliis scientiis.

Neque omnem interrogationem utique est unumquemque scientem interrogare, neque secundum omne interrogatum respondere de unoquoque : sed quae sunt secundum scientiam determinata. Si autem disputat cum geometra, secundum quod est geometra, sic manifestum est quoniam bene, si ex iis aliquid demonstret; si vero non, non bene. Manifestum est autem quod non arguit geometram, sed aut secundum accidens. Quare non utique erit in non geometricis de geometria disputandum: latebit enim prave disputans. Similiter autem et in aliis se habet scientiis.

Synopsis. — 1. Argumentum et divisio textus. – 2. In qualibet scientia sunt interrogationes seu quaestiones propriae, quia idem est secundum substantiam interrogatio syllogistica et propositio, et in qualibet scientia sunt propositiones propriae, ex quibus fit syllogismus. – 3. Attamen in dialectica non solum interrogatur de conclusione, sed etiam de praemissis; in scientiis autem demonstrativis interrogatio seu quaestio non est de earum principiis, sed solum de conclusionibus.-4. Interrogatio sumpta ut propositio, ex qua demonstrator procedit, tunc dicitur proprie alicuius scientiae, quando ex ea demonstratur aliquid vel in ipsa scientia vel in scientia ei subalternata. – 5. Sumpta interrogatio ut conclusio, prout semper sumitur in scientiis demonstrativis, est proprie alicuius scientiae illa, de qua reddi potest ratio in eadem scientia. – 6. In qualibet ergo scientia sunt responsiones : sed de his tamen quae sunt secundum illam scientiam. – 7. Ergo et in qualibet scientia sunt propriae disputationes, quae fiunt ex interrogationibus et responsionibus ; et quae ideo fieri debent de subiectis et ex principiis illius scientiae, in qua disputatur.

4) ostquam Philosophus ostendit quo- ^rnodo * scientiae demonstrativae se ^habeant circa principia * communia, *Y*hic ostendit quomodo se habeant circa propria *. Et dividitur in duas partes: in prima, ostendit quod in qualibet scientia sunt propriae interrogationes, responsiones et disputationes; in secunda, ostendit quomodo * in qualibet scientia sunt propriae deceptiones; ibi: *Quoniam autem sunt geometricae* * etc. Circa primum duo facit: primo, ostendit quod in qualibet scientia sunt propriae interrogationes ; secundo, ostendit K quod in qualibet scientia sunt propriae responsiones et disputationes; ibi: *Neque omnem interrogationem utique* * etc. Circa primum duo facit : primo, ostendit quod in qualibet scientia sunt interrogationes propriae; secundo, quae sunt illae*; ibi: *Sed ex quibus aut demonstratur* * etc.

2. Primum sic ostendit Idem est secundum substantiam interrogatio syllogistica et propositio, quae accipit alteram * partem contradictionis y, licet in modo proferendi differant (hoc enim, quod ad interrogationem respondetur, assumitur ut propositio in aliquo syllogismo); in unaquaque

* Codd.-pg : *qualiter,* et ita infra. • Codd. (exc. gh) omitt. *principia.*

* g : *principia propr.*

* bo : *quomodo etiam.*

* Led. XXIII.

α

* Num. 6.

* fdknq : *istae.*

* Num. 4.

β

* Cf. lect. v, n.3.- cdelqst : *aliam.*

T

a) *Secundo ostendit* etc. – Haec lectio, quae requiritur ex prima parte praemissa *(primo ostendit),* est lectio omnium ferme codd., quam adoptamus. – PGH : *primo ostendit...; in secunda.* – L post *secundo,* omittit cum P, *ostendit.* – Cod. Q habet lacunam: post enim verba, «*oniam autem sunt geometricae,* omittit omnia, quae immediate sequuntur usque ad finem huius numeri.

β) *Primum sic ostendit.* – P: *Primo sic ostendit;* codd. ABDGNT : *Primum sic ostendit;* CE1KQRS: *Circa primum sic ostendit;* lectio non adoptanda; H: *Primum autem sic procedit;* lectio non bona; L: *Circa primum sic dicit;* M: *Circa primum sic procedit ostendens quod idem* etc.; O: *Circa primum sic procedit.* – Adoptamus ergo, *primum,* quod omnes codices habent; retinemus, *sic ostendit,* P et maioris partis codicum : eo vel magis quod alii codices non unam proferant lectionem. – Deinde A prosequitur: *Idem est quod* (corrupte pro *quoad) substantiam* etc.

γ) *Et propositio, quae* etc.-Hanc omnium codd. lectionem sufficimus Pianae: *et propositio. Propositio autem accipit alteram partem contradictionis, licet* etc. Quae lectio intricata est: verba enim quae sequuntur, *licet in modo proferendi differant,* haud dilucide in P connectuntur immediate praecedentibus, *interrogatio syllogistica et propositio.*

autem scientia sunt propriae propositiones, ex quibus fit syllogismus: ostensum est enim quod quaelibet scientia ex propriis procedit *; ergo in qualibet scientia est propria interrogatio s. Non ergo quaelibet interrogatio est geometrica, vel * medicinalis; et sic de aliis scientiis.

3. Sciendum tamen est quod interrogatio aliter est in scientiis demonstrativis et aliter est in dialectica. In dialectica enim non solum interrogatur de conclusione,sed etiam de praemissis: de quibus demonstrator non interrogat, sed ea sumit quasi per se nota, vel per talia principia probata; sed interrogat tantum de conclusione '. Sed cum eam demonstraverit, utitur ea, ut propositione ad aliam conclusionem demonstrandam.

4. Deinde cum dicit: *Sed ex quibus* etc., ostendit * quae interrogationes sunt propriae unicuique scientiae. Et primo, in quantum assumuntur ut * propositiones, ex quibus demonstrator procedit; secundo *, in quantum sumuntur ut conclusiones; ibi: *Et de his quidem* * etc. Dicit ergo primo quod interrogationes geometricae sunt ex quibus demonstratur aliquid circa illa, dc quibus est geometria, aut circa * illa, quae demonstrantur ex principiis eiusdem geometriae; sicut illa, ex quibus demonstratur aliquid in speculativa scientia, idest in * *perspectiva,* quae procedit ex principiis geometriae. Et quod dictum est de geometria, intelligendum est de * aliis scientiis: quia scilicet propositio, vel interrogatio dicitur proprie alicuius scientiae, ex qua demonstratur * vel in ipsa 'scientia, vel in scientia ei * subalternata.

5. Deinde cum dicit: *Et de his quidem rationem* etc., notificat geometricam interrogationem, prout est conclusio, dicens * quod de interrogationibus geometricis ponenda est ratio, demonstrando scilicet veritatem ipsarum ex principiis geometricis et conclusionibus, quae per illa * principia demonstrantur. Non enim cuiuslibet demonstrationis geometricaé ratio redditur ex primis geometriae principiis, sed interdum ex his quae per prima principia sunt conclusa. Interrogationum autem *, quae semper sunt conclusiones in demonstrativis scientiis, ratio reddi potest * in eisdem, sed principiorum ratio non potest reddi * a geometra, secundum quod geometra est. Et similiter est in aliis scientiis. Nulla enim scientia probat sua principia η, secundum quod ostensum est supra*. Dicit autem, *secundum quod geometra est,* quia contingit in aliqua scientia probari principia illius scientiae, in quantum illa * scieritis assumit principia alterius scientiae °; sicut geometra probat sua principia secundum quod assumit formam philosophi primi, idest metaphysici. ' '

6. Deinde cum dicit: *Neque omnem interrogationem* etc., ostendit quod in qualibet scientia sunt propriae responsiones et disputationes. Et primo quod sint propriae responsiones; secundo, quod sint propriae disputationes; ibi: *Si autem disputat* * etc. Dicit ergo primo, quod ex praedictis patet quod non contingit unumquemque scientem de qualibet quaestione interrogare '. Unde etiam patet quod non contingit de quolibet * interrogato respondere: sed solum de his quae sunt secundum propriam scientiam: eo quod ad eamdem scientiam pertinet interrogatio et responsio.

7. Et quia ex interrogatione et responsione fit disputatio, consequenter ostendit * quod in qualibet scientia est propria disputatio, dicens quod si disputet geometra cum geometra, secundum quod geometra, idest de his quae ad geometriam pertinent, manifestum est quod bene procedit

* Lect. xv.

δ

* Codd. {exc. ce): *neque medic.;* g: *et medicin.*

ζ

*Codd.-p: *primo ostend.* - c e l o r s: *sint propriae.*
• *Ut* non recte om. DEGHILMOQR s; et ila infra cum a b c, sed exc. L, ante *conclus.*
•a: *sec. ostendit;* m: *sec. autem...* h: *in quantum conclusiones.*
• Num. seq.

• *Circa* ex codd., exc. b.

•*In* ex codd., exc. CR.

•Codd. (exc. b i m): *in.*

• b s t: *dem. aliquid.* - *Vet* ex codd.
**Ei* ex codd.,exc. a h r; h: *sibt;* a r hab. lacun.

• Coda, - p: *et dicit.*

' Codd.-PGXMNQ: *ipsa.*

' ABHi: *ergo.*

' g: *debet.*

* Codd. (exc. a]: *poni;* a: *ratio reddi non potest semper a geom.*

η

* Lect. xvtn, n.3.

• Codd. - r: *scilicet illa.*

0

• Num. seq.

' BCDEOQRST: *de omni int.*

δ) *Ergo in qualibet scientia* etc. — Est lectio codd., exc. G. – PG: *ergo in qualibet scientia sunt propriae interrogationes.* – Lectio Piana conformior est praemissis numero 1: *in qualibet scientia sunt propriae interrogationes* etc.; sed obest lectio fere unanimis codicum, quae etiam conformior est textui Aristotelis: *secundum unamquamque scientiam erit interrogatio scibilis,* ερώτημα επιστημονικόν. – ΛK: *ergo etiam in* etc.; BEHLMQ: *ergo et in.* Placet hacc ultima lectio.

Sed circa conclusionem ipsam occurrit dubium, seu, ut placet Caietano, *dubitatiuncula.* Etenim Aristoteles in praecedenti capite docuit quod demonstrator non tititur interrogationibus, quas dixit esse proprias dialecticae; si autem in demonstratione, ex qua habetur scientia, non sunt interrogationes, nec interrogatio erit in qualibet scientia. Aristoteli autem consentit s. Thomas (Cf. lect. v, n. 4, et lect. praec., n. 6). Verum huic dubio solvendo satis superque sunt ea quae ipsemet Angelicus declarat n. sequenti de interrogatione in scientiis demonstrativis et in dialectica.

Vix denique opus est novitium admonere interrogationem dici *geometricam* vel *medicinalem* etc., quatenus est de rebus ad geometriam, vel ad medicinam etc. pertinentibus (Cf. lect. seq.).

ε) *Sed etiam de praemissis* etc. – Codices, exc. G:. sed *etiam de praemissis: de quibus demonstrator non interrogat, sed ea* (I, *ea quae* et *sumit* additur s. m.) *sumit* (K, *assumit, ct om. ea;* O om. *sed ea sumit) quasi per se nota vel per talia* (ANOST, *alia;* K omitt.) *principia probata; sed interrogat tantum* etc. (L omitt. *tantum).* Igitur codices omnes unanimiter habent lectionem (paucis exceptis et notatis), quam adoptamus ab eorumdem codd. auctoritate coacti. PG: *sed etiam de praemissis. Demonstrator autem non interrogat de praemissis, sed sumit (G, sunt) quasi per se notas* (G, *nota), vel per alia principia probat* (G, *vel talia principia probata); sed interrogat solum* etc.

ζ) *Sed cum eam..., utitur ea, ut propositione* etc. – Codd., exc. G: *Sed cum eam...utitur ea ut propositione* (R, *sicut alia propositione;* B om. ut *propositione) ad aliam conclusionem demonstrandam (A.,probandam);* PG: *Et cum eam..., sicut alia propositione ad demonstrandum aliquam* (G om. *aliquam) aliam conclusionem.* – Conclusio demonstrata est altera pars enunciationis, seu contradictionis; altera autem pars enunciationis dicitur propositio (Cf. lect. v, n. 3); et ideo demonstrator, postquam demonstraverit conclusionem, ea utitur ut propositione, quasi principio syllogismi, ad aliam conclusionem demonstrandam. Secus est de dialectico: conclusio enim dialectica, quia infertur ex sola enunciatione, ad utramque partem contradictionis se habente, *probabilis,* non certa est; proindeque non potest assumi ut propositio, sed solummodo ut enunciatio, et ad aliud dialectice seu probabiliter inferendum (Cf. lect.v, n.4, not.S).

η) *Probat sua principia.* -Ita codices omnes (exc. R, qui habet lacunam).—P: *probat sua prima principia;* quae est lectio bona, sed non praeferenda lectioni codd. Etenim *principia sua,* quae nulla scientia probat, non sunt nisi principia *prima* illius scientiae; alia vero, quae assumuntur ut principia probata in unaquaque scientia, non sunt nisi principia in sensu relativo (Cf. cit. lect. xvni). -Infra legimus cum codd. AB DH1LMNOQST: *Dicit autem;* P: *Et dicit sec.;* CEK: *Dicit secundum,* om. tum *autem,* tum *et;* R habet lacunam.

0) *Illa scientia assumit principia* etc. – Codices ABCDEHKMNOQ ST: *illa scientia assumit* (AB, *sumit) ea quae sunt alterius scientiae;* quibus consentit cod. L: *illa scientia assumit ea quae alterius scientiae sunt...* ABDE1KLMNT et marg. S: *sicut si geometra;* BD1KLMNOQ ST: *probet.* – Denique in fine huius numeri codd., uno excepto G, omittunt verba: *idest metaphysici;* G: *primi philosophi a metaphysica* (Cf. lect. praec., n. 5 et not. φ).

t) *Scientem de qualibet quaestione interrogare.*-Cod. A: *facientem de qualibet* etc.; cod. H: *de qualibet interrogatione respondere, etc.* Codd. omittunt sequens *etiam,* seu legunt: *Unde patet* etc. – Lectio cod. H bis exhibet secundam partem textus Aristotelis: *neque secundum* etc., omissa prima parte.

x) *Consequenter ostendit* etc. — Haec verba usque ad *propria disputatio* inclusive omittuntur a codd. CDGHKLMNQ et p. m. ST; imo L omittit etiam verba sequentia, *dicens quod si,* ct habet, non *disputet,* sed *disputat. Dicens* omittitur etiam a B, et codd. GHKM habent, *dicit.* – Verum omissio praedictorum codd. est mendum. Altera enim pars huius lectionis est de responsionibus et de disputationibus, ut dicitur n. 1; de responsionibus autem dictum est n. praecedenti; de disputationibus *consequenter ostendit* in hoc numero. Expedita est ergo lectio P, quam ceteri codices habent. – Cod. I infra omittit mendose verba, *secundum quod geometra;* ABCDELQST: *secundum quod est geometra;* HNR: *secundum quod geometra est.* O habet lacunam.

disputatio, si tamen non solum fiat disputatio de eo quod est geometriae λ, sed etiam ex principiis geometricis procedatur. Si vero non sic fiat disputatio in geometria, non bene disputatur. Si enim * aliquis disputet cum geometra non de geometricis, manifestum est quod *non arguit,* idest non * convincit, nisi per accidens: puta si sit disputatio de * musica et contingat geometram per accidens esse musicum. Unde manifestum est quod non est in non geometricis de geometria disputandum quia non poterit indicari per principia illius scientiae, utrum * bene disputetur vel male ν. Et similiter se habet in aliis scientiis.

λ) *Si tamen* etc. – Est lectio Piana. En lectio codd. BCDEKOQ cum aliorum codd. variantibus: *si* (I, *sed;* L, *cum) tamen (tamen* om. L) *disputatio non solum* (GIST, *non solum disputatio;* A om. *non ;* R om. *non solum;* L om. *solum) fiat* (ALMN, *fiat disputatio ;*. H om. *fiat) de eo quod est geometriae* (G, *ex his quae stmt geom.;* N, *de eo, vel ex his, quae (?) est geom.;* in margine L add. absurde *non* post *quod); sed etiam* (A, *scilicet;* N, *idest) ex principiis geometricis procedatur* (M, *sed)* marg. additur *et) ex propriis (prop,* expung.) *principiis proceditur).* – Lectionem Pianam, quae perspicua est et pro se habet fere unanimem codd. auctoritatem, retinemus.

p.) *Unde manifestum* est etc. —Codd. ALMQ prorsus absurdam habent lectionem. Etenim l omittit verba *quod non est,* et AMQ legunt *in geometricis.* – Praeterea absurdi sunt codices CDH1Q legendo infra: *quia, poterit iudicari per principia* (l, peius etiam, *de principiis) illius scientiae.* Attamen in D particula *non* apponitur secunda manu.

ν) *Utrum bene disputetur vel male.-Ita* codd.-PG: *utrum* (G, *scilicet utrum) bene vel male disputetur,* – Codex vero N addit immediate: *et hoc est quod dicit, latebit. Et similiter* etc. Revera Aristoteles in textu habet, quae indicat cod. N : *latebit enim prave disputans;* λήσει γὰρ ὁ φαῦλω διαλεγόρενο ; sed quia unus cod., contra auctoritatem aliorum, refert *et hoc est quod dicit, latebit,* non audeo additionem textui inserere, quam (nisi antiquiores ac optimae omnino notae codices oppositum suadeant) uti notulam studiosi hominis sapiens ac prudens lector habere debet.

LECTIO VIGESIMASECUNDA

QUOD IN QUALIBET SCIENTIA SUNT PROPRIAE DECEPTIONES ET IGNORANTIAE

Ἐπεί S' ἐστί γεωμετρικά ερωτήματα, αρ' ἐστί καί ἀγεωμέτρητα; καί παρ' ἑκάστην επιστήμην τά κατά την ἄγνοιαν την ποιαν γεωμετρικά ἐστιν η αγεωμέτρητα; καί πο'τερον ὁ κατά την ἄγνοιαν συλλογισμό ὁ ἐκ των αντικειμένων συλλογισμο' , η παραλογισμό ,

* Quoniam autem sunt geometricae interrogationes, nonne sunt et non geometricae? Et secundum unamquamque scientiam, quae secundum ignorantiam quamlibet, geometricae sunt? Et utrum secundum ignorantiam syllogismus sit, qui est ex oppositis syllogismus, aut paralogismus?

- seq. cap. xu. Text·28·

κατά γεωμετρίαν δέ; η ἐξ ἄλλη τέχνη ; οἱον τό μουσικο'ν ἐστιν ἐροίτημα ἀγεωμέτρητον περί γεωμετρία , τό δέ τά παραλλήλου συμπίπτειν οἰεσθαι γεωμετρικόν πω καί ἀγεωμέτρητον ἄλλον τρόπον διττόν γάρ τοῦτο, ὡσπερ τό ἀρρυθμον, καί τό μέν ἑτερον ἀγεωμέτρητον τω μη ἐχειν ὡσπερ τό ἀρρυθμον, τό δ' ἑτερον τω φαύλω ἐχειν- καί ἡ ἄγνοια αὐτη, ἡ ἐκ των τοιούτων ἀρχών, ἐναντία.

Secundum geometriam autem, aut quae ex alia arte, ut musica est interrogatio non geometrica;
de geometria autem parallelas subire opinari geometrica quodammodo est, et non geometrica alio modo: dupliciter enim hoc est, sicut arrythmon, idest quod est sine rythmo; altera quidem non geometrica est in non habendo, sicut arrythmon, altera vero in prave habendo: et ignorantia haec, quae est ex huiusmodi principiis, contraria est.

Ἐ-* δέ τοῖ μαΟη'μασιν οὐκ ἐστιν ὁμοίω ὁ παραλογισμό , ὁτι τό μέσον ἐστιν ἀεῖ διττόν κατά τε γάρ τούτου παντό , καί τοῦτο πάλιν κατ' ἄλλου λέγεται παντό . Τό δέ κατηγορούμενον οὐ λέγεται παν. Ταῦτα δ* ἐστIν οἱον ὁράν τη νοήσει, ἐν δέ τοῖ λόγοι λανθάνει. ΤΑρα πα κύκλο σχήμα; ἀν δέ γράψη, δηλον. Τί δέ ; τα ἑπη κύκλο ; φανερόν οτι οὐκ ἐστιν.

* In doctrinis autem similiter non est paralogismus : eo quod medium sit semper dupliciter;, et de hoc enim omni, et hoc iterum de alio dicitur omni. Quod autem praedicatur non dicitur omne. Haec autem sunt ut videre est intellectu; sed in rationibus latet, utrum omnis circulus figura sit; si autem scribatur, manifestum est. Quid autem? sunt carmina circulus? manifestum quoniam non est.

‘ Text. 29.

Οὐ δεῖ δ' ἐνστασιν εἰ αὐτό φέρειν , ἀν η η πρότασι ἐπακτικη'. Ὡσπερ γάρ οὐδέ πρότασί ἐστιν η μη' ἐστιν ἐπῖ πλειο'νων (οὐ γάρ ἐσται ἐπῖ πάντων, ἐκ των καθόλου δ* ὁ συλλογισμό), δηλον ὁτι οὐδ' ἐνστασι . Αἱ αὐταῖ γάρ προτάσει καί ἐνστάσει - ην γάρ φέρει ἐνστασιν, αὐτη γένοιτ' ἀν πρότασι η ἀποδεικτικη η διαλεκτική'.

Non oportet autem instantiam in ipsum ferre, si sit propositio inductiva. Sicut enim neque propositio est, quae 'non est in pluribus (non enim ita erit in omnibus, ex universalibus autem est syllogismus) , manifestum est quod neque instantia est. Eaedem enim sunt propositiones et instantiae; quam enim fert instantiam, haec fiet utique propositio, aut demonstrativa, aut dialectica.

Συμβαίνει δ' ἐνίου ἀσυλλογίστω λέγειν διά το λαμβάνειν ἀμφοτέροι τα ἑπόμενα, οἱον καί ὁ Καινεύ ποιεί, οτι τό πυρ ἐν τη πολλαπλασία ἀναλογίιγ- καί γάρ τό πυρ ταχύ γεννάται, ω φησί, καί αὐτη ἡ ἀναλογία. Οὐτω δ' οὐκ ἐστι συλλογισμό - ἀλλ' εἴ τη τάχιστη ἀναλογία ἑπεται ἡ πολλαπλάσιο , καί τω πυρί ἡ τάχιστη ἐν τη κινη'σει ἀναλογία.

Contingit autem quosdam non syllogistice dicere propter id, quod accipiunt utrisque inhaerentia, ut et Caeneus facit quod ignis in multiplicata analogia sit; namque ignis cito generatur, sicut dicit, et hoc analogia. Sic autem non est syllogismus, sed si velocissimam analogiam sequitur multiplicata, et ignem velocissima in mutatione analogia.

Ἐνίοτε μέν οὐν οὐκ ἐνδέχεται συλλογίσασθαι ἐκ των ειλημμένων, ὁτε δ' ἐνδέχεται, ἀλλ' οὐχ ὁράται.

Aliquando quidem igitur syllogizare non contingit ex acceptis, aliquando vero contingit, sed non videtur.

Εἰ δ' ην ἀδύνατον ἐκ ψεύδου ἀληθέ δεῖξαι, ράδιον ἀν ην τό ἀναλύειν ἀντέστρεφε γάρ ἀν ἐξ ανάγκη . Ἔστω γάρ τό Λ δν· τούτου δ' οντο ταδί ἐστιν, ἀ οἰδα οτι ἐστιν, οἱον τό Β. Ἐκ τούτων ἀρα δείξω ὁτι ἐστιν ἐκεῖνο.

Si autem esset impossibile ex falsis verum monstrare, utique facile esset resolvere; converterentur enim ex necessitate. Sit enim A esse: hoc autem cum sit, et ea utique sunt, quae novi quoniam sunt, utB: ex his igitur demonstrabo quod illud est.

Ἀντιστρέφει δέ μάλλον τα ἐν τοῖ μαθη'μασιν, ὁτι οὐδέν συμβεβηκό λαμβάνουσιν (ἀλλά καί τούτω διαφέρουσι των ἐν τοῖ διαλόγοι), ἀλλ' ορισμού .

Convertuntur autem magis quae sunt in mathematicis, quoniam nullum accidens recipiunt (sed in hoc differunt ab his quae sunt in dialogis), sed definitiones.

Αὐξεται δ* οὐ διά των μέσων, ἀλλά τω προσλαμβάνειν, οἱον τό Α του Β, τοῦτο δέ τοῦ Γ, πάλιν τοῦτο του Δ, καί τοῦτ' ει ἀπειρον. Καί ει τό πλάγιον, οἱον τό Α καί κατά τοῦ Γ καί κατά τοῦ Ε, οἱον ἐστιν ἀριθμό ποσό η καί ἀπειρο , τοῦτο ἐφ' ω Α, ὁ περιττό ποσό ἐφ' οὐ Β, ἀριθμό περιττό ἐφ' οὐ Γ- ἐστιν ἀρα τό Α κατά τοῦ Γ- καί ἐστιν ὁ ἀρτιο ποσό ἀριθμό ἐφ' οὐ Δ, ὁ ἀρτιο ἀριθμό ἐφ' οὐ Ε- ἐστιν ἀρα τό Α κατά τοῦ Ε.

Augentur autem non per media, sed in post assumendo, ut A' de B, hoc autem de C, iterum hoc de D, et hoc in infinitum. Et in latus, ut A de C ct de E, ut est numerus finitus aut infinitus; hoc autem in quo sit A, impar numerus quantus in quo B, numerus impar in quo sit C; est itaque A de C: et est par quantus numerus in quo sit D, par numerus in quo est E; est ergo A de E.

Synopsis. — 1. Argumentum et divisio textus.-2. Tres quaestiones, quae geometriae applicantur, sed de unaqualibet scientia sunt: - *a)* Utrum in geometria sint interrogationes non geometricae; - *b)* Utrum interrogationes, quae sunt secundum ignorantiam geometriae, sint nec ne geometricae; - *c)* Utrum syllogismus ignorantiae, qui fit in scientiis demonstrativis, sit syllogismus ex falsis procedens, vel paralogismus. - 3. Responsio ad primam quaestionem: Interrogatio omnino non geometrica est illa quae fit omnino ex alia arte, non ex ipsa geometria. - 4. Responsio ad secundam quaestionem: Interrogatio secundum ignorantiam, quae est contra veritatem geometriae, est aliquo modo geometrica et aliquo modo non geometrica. - 5. Respondetur in hoc

numero et in sequentibus tertiae quaestioni. – In scientiis demonstrativis non est paralogismus in *dictione:* probatur exemplo dictionis aequivocae. – 6. Praemittitur quod in demonstrativis non potest fieri *instantia* nisi universalis. – 7. In scientiis demonstrativis non potest fieri paralogismus extra *dictionem*. – 8. Paralogismus secundum fallaciam consequentis. – 9. In scientiis demonstrativis non accidit deceptio ex hac fallacia. – 10. Probatur imprimis ex eo quod in demonstrativis scientiis impossibile est syllogizari verum ex falsis: ex vero autem nonnisi verum sequi potest, sine ulla deceptione. -11. Deinde probatur ex eo quod demonstratio procedit ex iis quae ut plurimum sunt convertibilia, quia scientiae demonstrativae accipiunt pro *medio* definitiones. – 12. Tertio probatur ex eo quod demonstratio procedit ex principiis determinatis; et ideo ex conclusionibus potest rcdiri in principia, sicut ex determinato in determinatum.

1. •^jostquam ostendit Philosophus quod ^in qualibet scientia sunt propriae interrogationes, ‚responsiones et disputationes; hic ostendit quod in qualibet scientia sunt propriae deceptiones et ignorantiae. Et dividitur in partes duas: in prima, movet quasdam quaestiones; in secunda, solvit; ibi: *Secundum geometriam vero* * etc.

* Num. 3.

2. Ponit ergo primo tres quaestiones, quarum prima est *. Cujn sint quaedam interrogationes geometricae, ut ostensum est *, nonne sunt etiam quaedam non geometricae ? Et quod quaeritur de geometria potest de qualibet alia scientia quaeri. -Secundam quaestionem ponit; ibi: *Et secundum unamquamque* etc., quae talis est. Utrum interrogationes quae sunt secundum ignorantiam, quae est in unaquaque scientia, possint dici geometricae, et similiter alicui alii scientiae propriae? Dicuntur autem interrogationes secundum ignorantiam alicuius scientiae, quando interrogatur de his, quae sunt contra veritatem scientiae illius.– Tertiam quaestionem ponit; ibi: *Et utrum secundum ignorantiam* etc., quae talis est. In unaquaque quidem scientia accidit 7 decipi per aliquem syllogismum, quem vocat secundum ignorantiam. Contingit autem per aliquem syllogismum deceptionem accidere dupliciter *: uno modo, quia peccat in materia, procedens ex falsis; alio modo, quia peccat in forma, non servando debitam figuram et modum. Et est differentia inter hos modos. duos *: quia ille qui peccat in materia, syllogismus est, cum observentur omnia *, quae ad formam syllogismi pertinent. Ille autem qui peccat in forma non est syllogismus *, sed paralogismus, idest apparens syllogismus. In dialecticis quidem utroque modo contingit deceptionem fieri. Unde et in I *Topicorum* * Aristoteles facit mentionem de *litigioso,* qui est syllogismus, et de peccante in forma, qui non est syllogismus, sed apparens '. Est ergo quaestio, utrum syllogismus ignorantiae, qui fit in scientiis demonstrativis, sit syllogismus ex oppositis scientiae, idest ex falsis procedens, aut * *paralogismus,* scilicet peccans in forma: qui non est syllogismus, sed apparens.

* *Modos* om. cd EKLMNOQRST; H om. *duos ;* b: *inter hos duos syllogismos.*
* 1: *ibi omnia.*
* Codd. – p: *syllogismus quidem non est.*

* κ: *est talis.*

* Lect. praec.- p: *supra ostens.*

a

* Cap. i.

ε

* bcdmnoqr: *aut sit;* eu: *an sit.- Codd.: idestpeccans.*

3. Deinde cum dicit: *Secundum geometriam* etc., solvit praedictas quaestiones: et primo, solvit primam; secundo, secundam; ibi: *De geometria autem* * etc.; tertio, tertiam; ibi: *In doctrinis autem* * etc. Dicit ergo primo quod interrogatio omnino non geometrica ξ est illa, quae omnino fit ex alia arte, sicut ex musica. Ut si quaeratur in geometria, utrum *tonus* possit dividi in duo *semitones* aequalia *; talis interrogatio est omnino

?

T

* Num. 4.

* Num. 5.

ζ

0

*Codd.-p:duor aequales.

a) Et quod quaeritur de geometria. – **Hanc lectionem codd. praetulimus Pianae et codd. GI *(et quod de geometria dicitur);* quia requiritur ab immediate sequentibus. – Praeterea codices (exc. AMR) sequimur legendo: *potest de;* et (exc. R) *de qualibet alia;* PAMR: *potest etiam de...;* PR omittunt *alia.***

β) *Quando interrogatur de his, quae sunt* etc.-Est lectio codd., exc. GK.-P: *quando de his interrogatur* etc.; G legit: *quando de his, quae sunt circa* (corrupte pro *contra) veritatem illius, quaeritur.* – Unus cod. K: *quando interrogatur de oppositis* (marg. add. *idest) de his, quae sunt* etc.

γ) *In unaquaque quidem scientia* etc.-Ita codices, exc. GI, qui cum P legunt: *in... contingit decipi.* – Praeterea PHKLNR om. *quidem;* CDE QS: *scientia quidem.* – Denique G infra: *quem vocat syllogismum secundum ignorantiam.*

δ) *Contingit autem per aliquem* etc. – Unus G contra P et ceteros codices legit: *convenit autem syllogismum per aliquam deceptionem accidere dupliciter.* Quae est lectio non sustinenda. *Accidere* autem habent etiam codd. alii, exc. J, qui cum P legit *accipere.*– Codd., exc. G, prosequuntur: *uno modo; PG: uno quidem modo.* – Magis autem sunt notandae variantes lectiones, quae sequuntur. Lectio a nobis adoptata est codd., paucis exceptis, quae notantur; scilicet: Unus C semel et iterum pro *quia peccat,* habet *quod peccat;* B: *debitum modum et formam;* H: *non servando debitam formam syllogisticam, scilicet debitam figuram et modum;* N: *non servando debitum modum figurarum.* Lectio codicis H magis dilucida est, sed non potest adoptari contra auctoritatem aliorum codicum. – PG ordine inverso legunt: *uno quidem modo quando* (G: *quia) peccat in forma, non servando debitam formam (G: figuram) syllogismi* (G om. *syllog.) et modum; alio modo, quando* (G: *quia) peccat in materia, procedens ex falsis.* Quae inversio non est secundum ordinem eorum, quae immediate a s.Thoma adduntur. Deinde forma syllogismi est quasi genus complectens tum figuram tum modum (Cf. lect. 1, not. η); et ideo improprie dicitur, *non servando formam syllogismi et modum,* quasi modus ad formam syllogismi non pertineat. Recte codices: *non servando debitam figuram et modum,* seu, ut H legit: *non servando debitam formam, scilicet debitam figuram et modum,* in quae *forma* dividitur.

ε) *Unde et in I Topicorum* etc. – Codex A omittit verba, *qui est syllogismus, et de peccante in forma;* sed est mendum, ut ex dicendis erit manifestum. – Loc. cit. ex *Topicis,* Aristoteles praemittit definitionem syllogismi in genere, dicens quod syllogismus est oratio, in qua, positis quibusdam, aliud quiddam a positis (seu praemissis) diversum (nempe conclusio) necessario efficitur per ea quae posita sunt: "Εστι δὴ συλλογισμὸ λόγο *Iv* ω τεΘέντων τινὼν ἑτερὸν τι των κειμένων ἐξ ανάγκη συμβαίνει διὰ τὼν κειμένων (cap. 1, η. 3). Haec definitio respicit formam syllogismi, hoc est ordinem *consequentiarum* ad *praemissa* (Cf. lect. iv, not. γγ). Praeter *formam* autem, quae eadem est semper, in syllogismis consideratur *materia,* hoc est tres termini et propositiones, ex quibus species syllogismi desumuntur: si enim conclusio infertur ex veris et primis, habetur syllogismus *demonstrativus:* Ἀπόδειξι μὲν ουν ἐστίν, ὁταν ἐξ «ληθὼν χαι πρὼτων ὁ συλλογισμὸ η, η ἐχ τοιούτων α διὰ τινων πρὼτων χαι αληθὼν τη περ'ι αυτὰ γνωσεω την αρχὴν ε"ληφεν (ib. n.4--Cf. lect. iv, n. 14 et not.u). *Dialecticus* autem, qui etiam sophisticus ab Aristotele quandoque vocatur per oppositionem ad syllogismum demonstrativum (Cf. supra, lect. xm, n. 7), nonnisi ex probabilibus procedit et probabilia concludit: Διαλεκτικὸ δέ συλλογισμὸ ὁ ἐξέν δόξων συλλογιζόμενο (ib. n.5). Denique *contentiosus* seu litigiosus syllogismus dicitur qui procedit ex iis quae probabilia videntur, non tamen sunt, et qui ex probabilibus, aut ex his quae probabilia apparent, concludere videtur, nec tamen concludit: Εριστικὸ δ' έστι συλλογισμὸ ὁ έκ φαινομένων ένδόξων, μη οντων δέ, και ὁ ἐξ ένδόξων η φαινομένων ενδόξων φαινόμενο (ib. n. 8.-Cf. loc. cit.). Igitur syllogismus contentiosus duplex est. Etenim vel peccat in *materia* quatenus assumit propositiones praemissas, quae probabiles videntur nec tamen sunt probabiles: et hoc sensu vere syllogismus dici potest: Ὁ μὲν ουν πρότερο των ρηβέντων ἐριστικων συλλογισμὼν και συλλογισμὸ λεγίσΟω (ib.). Vel peccat in *forma,* quatenus concludere videtur ex probabilibus, sed non concludit: Ὁ δέ λοιπὸ ἐριστικὸ μὲν συλλογισμὸ, συλλογισμὸ δ' οὔ, ἐπειδὴ φαίνεται μὲν συλλογίζεσΟαι, συλλογίζεται δ' οὔ (ib.). Syllogismus peccans in forma dicitur *paralogismus,* hoc est *apparens* non verus syllogismus, qui cum sit falsus, dicitur etiam *pseudographus* (Cf. Sylvestr. Maur, in I *Topicorum,* cap. 1).

ζ) *Interrogatio omnino non geometrica.-Codd.AL omittunt omnino;* D non recte: *non omnino geometrica;* E: *interrogatio omnino non geometrica est ita non geometrica quod sit omnino ex alia arte.* Quae lectio non recta est: nam s. Thomas definitionem dat interroaationis non geometricae, dicens quod sit illa quae fit ex alia arte: ἡ ἐξ ἀλλη τέχνη; formam autem definitionis haud habet lectio E, sed potius subaudit. Cod. 1: *Dicit ergo quod secundum quod interrogatio erit non geometrica, sed omnino erit ex alia arte.* Lectio ad.minus intricata.

non geometrica: quia est ex his, quae nullo modo ad geometriam pertinent.

4. Deinde cum dicit: *De geometria autem* etc., solvit secundam quaestionem dicens η quod *interrogatio de geometria,* idest de his quae pertinent ad geometriam, cum interrogatur de aliquo quod est contra veritatem geometriae (sicut si fiat quaestio de hoc quod est *parallelas subire,* idest lineas aeque distantes concurrere), *est quodammodo geometrica et quodammodo non geometrica* °. Sicut enim *arryhthmon,* idest quod est sine rhythmo vel sono, dupliciter dicitur, uno * modo, quod nullo modo habet sonum, ut lana, alio* modo, quod habet pravum sonum, sicut* campana non bene sonans ; ita et interrogatio non geometrica dicitur dupliciter. Uno * modo, quia est omnino non geometrica, quasi nihil habens geometriae *, sicut quaestio de musica proposita. Alio modo, quia prave habet id * quod geometriae est; quia videlicet * habet contranum geometricae veritati. Ista* ergo interrogatio, quae est de concursu linearum -aeque distantium, non * est non geometrica primo modo, cum sit de rebus geometricis, sed secundo modo, quia prave habet id quod geometriae est *. Et ignorantia x haec, scilicet quae est in prave utendo principiis geometriae, contraria est veritati geometriae.

5. Deinde cum dicit: *In doctrinis autem* etc., solvit tertiam quaestionem. Et * circa hoc duo facit : primo, ostendit quod in demonstrativis scientus non sit * paralogismus *m dictione**; secundo,

o

* Codd. - p; *uno quidem modo.*

' Codd.- p; *al. autem ;* , g : *al. quidem.*

t

*g : *uno quidem modo.*

*codd,-P: *hab.*

· BDMNQS : *illud.*

* G om. *videl.;vi scilicet quia hab.*

- codd. -p.· *ita.*

· 0: om. non.-

tur'Vô «'"sedu-

■™°°m.e«Tonce'

x

'A °m-Et·

'elmoost :// et

λ

η) *Deinde cum dicit... solvit secundam quaestionem dicens* etc.-Verba, *Deinde cum dicit,* desunt in Piana, et addimus ex codicibus. Alia autem verba, *solvit secundam quaestionem,* quae refert Piana, desunt in omnibus nostris codicibus et in Veneta ed. *a.* – Codicum enim lectio est: *Deinde cum dicit: De geometria autem etc., dicit* (A, *dicitur;* M, *dicit ergo) quod* (CELQR et p. m. D om. *quod) interrogatio de geometria, idest* (G: *est) de his quae ad geometriam pertinent, cum* (B, *est cum; O, sit cum) interrogatur de aliquo quod est contna* etc. – Etiam ed. *a* principium huius numeri omittit, ac statim incipit: *De geometria autem, dicit quod est (est* etiam P) *interrogatio de geometria, idest de his quae pertinent ad geometriam, ut cum* (et *ut* P) *interrogatur de aliquo aliquis (aliquis* etiam P) *quod est* etc. – Procul dubio lectio codd. *(Deinde cum dicit),* quam adoptamus, magis cohaeret cum dicendi forma observata in numero praecedenti et in numero sequenti, quaque insuper s. Thomas regulariter utitur quoties singiilatim exponit partes, in quas prius diviserat textum Aristotelis. – Cum P, edd. Ven. *b* et 1026 retineo alia verba, *solvit secundam quaestionem,* tum propter formam adhibitam a s. Thoma in nn. praecedd. et seqq., tum quia ad orationis perspicuitatem conferunt. Fateor tamen non parum me moveri ab unanimi codd. consensione. – His exceptis, lectionem codd. omnium aut fere omnium adoptavi. – Memineat novitius sermonem hoc loco esse de secunda quaestione, hoc est de interrogationibus secundum ignorantiam alicuius scientiae, et quae sunt contra veritatem scientiae illius, ut dictum est supra, n. 2. Hinc cum in hoc num. definitur *interrogatio de geometria,* intelligenda est interrogatio secundum ignorantiam geometriae. Intra denique parenthesim claudimus verba, *sicut si fiat* etc., ut oratio magis perspicua sit.

0) *Quodammodo geometrica* et.– Codd. B1 om. haec verba; codices vero AMQR om. alteram partem propositionis, *et quodammodo non geometrica.* Ceteri codices stant pro Piana, et bene : utrumque enim membrum propositionis ponitur in textu Aristotelis, et insuper requiritur ab iis quae ad textum explicandum addit s. Thomas. – Codd. ABCDEGK LMQST immediate prosequuntur: *Sicut enim dupliciter dicitur arrhythmon, idest, quod est sine rhythmo vel sono dupliciter intelligitur: uno modo* etc. Et hanc inversionem habent etiam codd. NOR: *Sicut enim* (O om. *enim) dicitur dupliciter* etc.; H: *Sicut enim dicitur arrhythmon dupliciter* etc.; I: *Sicut enim dicitur arrhythmon... dupliciter intelligitur: uno modo* etc. – Lectio codd. ex eorum auctoritate adoptari posset, nisi obesset quod omnes legunt: *dupliciter dicitur arrhythmon... vel sono dupliciter intelligitur* (G om. *dupliciter intelligitur;* Q, *vel sono dicitur intelligere);* videntur enim superflua et minus expeditam sententiam reddere vocabula, *dupliciter* et *intelligitur* vel *dicitur,* bis apposita.

1) *Quod habet praifam sonum, sicut* etc.-Est lectio codd. DEH1LM NOQRST, quam adoptamus. Eam habent etiam codd. ABK: *habet parvum* (corrupte pro *pravum) sonum; C* non recte: *quod habet sonum, sicut* etc.; G erronee: *quod habet bene.* Denique P: *quod non habet bene sonum.* – Infra legimus cum codd. (exc. DGQ): *ita et interrogatio;* G: *ita etiam interrogatio;* DQ non bene: *ita quod interrog.;* P: *ita interrogatio.*

x) *Et ignorantia* etc. – Amanuensis cod. K, ob recursum eiusdem vocabuli *prave,* omittit per oscitantiam verba, *habet id* etc. usque ad sequens, *utendo* exclusive.– Legimus autem cum codicibus (exc. G): *contraria est veritati geometriae* (CDERST , *geometricae),* non autem cum Piana: *est contra veritatem geometriae.* – Cod. A: *quae est prave utendo* etc.

λ) *Paralogismus in dictione;... extra dictionem.* – Paralogismus, ut supra dictum est, not. t, est syllogismus peccans in forma, et ideo est syllogismus non verus sed apparens. Eo non utitur qui recte philosophatur, veritatis scilicet sapientiaeque quaesitor; sed paralogismis utuntur sophistae, quorum finis est non sapientes effici, sed videri sapientes (Cf. s. Th. in IV *Afetaphysic.,* lect. iv). Qua de causa cum disputant, non veritatis amore ducuntur, sed libidine vincendi adversarium; vincere autem nituntur eum ad absurda cogendo per paralogismorum seu fallaciarum captiones. Sunt autem in omni syllogismo *verba* seu *dictiones,* et *res* per verba significatae. Ergo ex duplici capite sophista fallacias congerit. Quae ex verbis proveniunt, dicuntur fallaciae seu paralogismi *in dictione;* quae vero ex rebus ipsis ducuntur, fallaciae seu paralogismi *extra dictionem* vocantur.

Fallaciae in dictione. – Sex autem sunt, ut ex Aristotele in libro *Elenchorum,* cap. IV dicit s. Thomas, loci sophistici, ex quibus fit paralogismus in *dictione,* nempe, *aequivocatio* seu ομωνυμια, *amphibologia, compositio, divisio, accentus* et *figura dictionis.* Nonnulla de his fallaciis declaranda censemus in gratiam novitiorum, pro intelligentia eorum quae hic a s. Thoma disseruntur. – Prima igitur fallacia in dictione recensetur *aequivocatio,* quae est abusus unius nominis diversarum significationum (Cf. *Perth.,* lect. v, n. 19 et not. Ç); et quia in syllogismo sunt tres termini, aequivocatio esse potest in maiori extremo, vel in minori, vel in medio termino.– Sit haec interrogatio: Aliqua mala sunt ne bona? Vere respondetur mala non esse bona. Contradicit sophista hoc modo: *Expediens est bonum; sed multa mala sunt expedientia ; ergo aliqua mala sunt bona.* Opus non est ut addamus homines non raro abuti hoc vel simili modo ratiocinandi ut proprio commodo indulgeant, seseque eximant ab humanitatis religionisque officiis. Sed est sophisma ex aequivocatione medii termini *expediens.* Quod quidem significat vel id quod est *expetibile ratione sui,* et est *bonum;* vel id quod non est quidem expetibile ratione sui, sed tamen consequens aliquid ratione sui expetibile, et ideo *necessarium,* quamvis non bonum (sicut amputare brachium est non bonum, sed quia eius amputatio est necessaria quandoque ad conservationem vitae, quae ratione sui est appetibilis, hac de causa amputatio est expediens, idest necessaria, sed non bona). Sophisma igitur praefatum dissolvitur si, iuxta distinctiones datas, dicatur: *Expediens expetibile ratione sui est bonum; sed multa mala sunt expedientia, hoc est necessaria.* Ergo concludi nequit: *multa mala sunt bona,* quia cum sint quatuor termini *(expediens* aliter significat in *maiori,* et aliter in *minori),* syllogismus non datur.

Amphibologia est aequivocatio ipsa non quidem unius vocabuli, sed orationis; quatenus assumitur ad fallendum oratio quae plura, eaque diversa et etiam opposita significare potest. Exempla Aristoteles aftert, quorum unum sufficiat adducere. Interrogat ergo sophista: *Num quod tu dicis esse, hoc tu dicis esse?* Et habita responsione affirmativa, redarguit per hanc amphibologiam: *Quod tu dicis esse, hoc tu dicis esse; sed tu dicis esse lapidem; ergo te lapidem dicis esse.* Est amphibologia: nam *hoc esse* referri potest vel ad dicentem, ut in conclusione refert sophista, vel ad rem dictam, ut in maiori concedit interrogatus.

Fallacia compositionis est, cum ex eo quod conceditur aliquid esse verum in sensu diviso, sophista infert esse verum in sensu composito. Sicut interroganti, *utrum qui nunc sedet possit ambulare,* respondetur affirmative, sed in sensu diviso, quatenus nempe sedens surgit et ambulat, et cum ambulat non amplius sedet. At sophista fallaciter concludit in sensu composito, hoc est ut *composite* vera, quae in sensu diviso concessa sunt: *ergo possibile est ut sedens ambulet,* nempe ut simul sedeat et ambulet. Quam si quis neget conclusionem, sophista arguit: non ergo est verum quod sedens possit ambulare.

Fallacia divisionis opponitur fallaciae compositionis, quatenus nempe ex eo quod interrogatus concedit aliquid esse verum coniunctim, sophista infert verum esse divisim. E. g.: *Quinque suntne tria et duo?* Annuit interrogatus. Sophista arguit: *Quinque sunt tria et duo; sed tria sunt numerus impar, et duo sunt numerus par; ergo quinque sunt numerus par et impar.* Negatur conclusio; ergo, arguit iterum sophista, *quinque non sunt tria et duo.* Fallacia est divisionis: *tria* et *duo* divisim sunt numeri par et impar, sed coniunctim in numero quinque sunt numerus impar.

Fallacia accentus est quando vox, quae, prolata cum uno accentu vel spiritu habet veritatem, sumitur a sophista cum diverso accentu ac spiritu; ex quo arguit proferentem vocem illam, quasi falsum enunciaverit. Notat Aristoteles in lingua graeca hanc fallaciam non dari nisi in scriptis disputationibus, nam cum voce proferebantur verba, accentus et spiritus graeci distincte exprimebant. Duo ad rem exempla affert Aristoteles ex

• *Paraiog.* ex "Num.'seq?· ▪ g om. *soph,* cod^'exci AB"" g oaV^-'·

quod non sit paralogismus * *extra dictionem ;* ibi : *Non oportet autem* * etc. Cum autem secundum sex locos sophisticos * fiat paralogismus in *dictione,* ex his accipi unum, scilicet paralogismum * qui fit secundum aequivocationem, ostendens quod talis paralogismus in scientiis demonstrativis esse non potest : de quo tamen magis videtur. Dicit ergo quod *in doctrinis non* sit *paralogismus,* scilicet syllogismus peccans in forma, sicut in dialecticis. In demonstrativis enim oportet* medium idem semper esse **dupliciteridest** ad duo extrema comparari : quia et de medio maior extremitas universaliter praedicatur, et medium iterum universaliter praedicatur de minori extremitate '. Sed

-h ; «</«». «i. μ ν

Homero: horum unum est illud quod legitur libro XXIII *Iliadis,* vss. 327-8 (Patavii, 1819. — Florentiae, i838).

Ἕστηχε ξύλον αὐον ὁσον τ' ὀργυι' ὑπερ αἰη ,
"Ιι 3ρυό , ἠ πεύχη , το ρεν ου χαταπὐΟεται ὀρβρω.

Stat lignum aridum quantum ulna supra terram,
Vel quercus, vel laricis, quod quidem non putrescit imbre.

Nonnulli, per fallaciam accentus, reprehendebant Homerum, quasi absurde ille dixisset o'> f*ubi)* accentu circumflexo et spiritu aspero. Sed hanc fallaciam Hippias Thasius, ut Aristoteles dicit in Poetica, cap. xxvi, n. 18, solvebat dicens το ου *(non)* accentu acuto et spiritu leni. – In rebus ad catholicam fidem pertinentibus abusi sunt hoc genere fallaciarum haeretici graeci, praecipue Nestorius et eius sectarii.

***Fallacia figurae dictionis* est, inquit loc. cit., n. 9, Aristoteles, ex eo quod aliquis eodem modo interpretatur quod non est idem, ut sic propter eamdem dictionem res diversas aut esse easdem, aut ad eamdem speciem pertinere concludat. Ex. g.: sophista ex eo quod masculus habet nomen feminae concludit masculum esse feminam ; et viceversa de femina concludit esse masculum, quia masculi nomen habet. In eamdem fallaciam incideret si quis, e. g., ex eo quod dicimus nos videre aliquid et percutere aliquid, concluderet quod ergo sicut percutere est agere in aliud, illudque modificare, ita *videre* esset agere in obiectum visum ac modificare illud.**

Fallaciae extra dictionem. – Septem recensentur ab Aristotele (Op. cit., cap. v, n. 1) nempe, *accidentis, simpliciter et secundum quid, ignorantia elenchi,* fallacia *consequentis, petitio principii,* fallacia *non causae pro causa, interrogationis.*

***Fallacia accidentis* est dicere de omnibus, quae sunt sub aliquo subiecto, quaecunque non solum per se, sed quovis alio modo dicuntur de subiecto ipso; et viceversa quaecunque dicuntur de accidente conveniente alicui subiecto, dicere de ipso subiecto. E. g.: *Petro convenit esse musicum;* sed *esse musicum est accidens;* ergo *Petro convenit esse accidens.* Esse accidens concluditur convenire Petro, quia convenit τω *musico,* quod de Petro affirmatur.- Similiter esset fallacia accidentis si quis hoc modo syllogizaret: *Animal est genus; homo est animal; ergo homo est genus.* Quia enim esse genus convenit animali, concluditur convenire *homini,* qui continetur sub genere animalis.**

***Simpliciter et secundum quid* est fallacia qua infertur aliquod praedicatum convenire sine limitatione et absolute *subiecto,* ex eo quod sub aliquo respectu et cum assignata limitatione subiecto ipsi concessum est convenire. Plures modos huius fallaciae recenset Aristoteles (loc. cit., n. 3). E. g.: *Non ens est opinabile; ergo non ens est.* In conclusione *esse* simpliciter affirmatur de non ente ; in antecedente autem secundum quid, hoc est *tale,* nempe *esse opinabile.* – Alius modus est cum ex opposito concluditur aliquid simpliciter non esse, ex eo quod non est tale ; sicut: *Equus non est homo;* ergo *equus non est.* – Tertius modus est quando ex eo quod aliquid est tale simpliciter et non est tale secundum quid, concluditur illud esse simul tale et non tale, hoc est contradictoria esse simul; sicut: Titius est simpliciter non albus, sed secundum quid, puta secundum dentes, est albus ; -ergo Titius est albus et non albus. – Quartus modus est cum ex eo quod opposita conveniant alicui subiecto secundum quid, infertur opposita simpliciter inesse eidem subiecto; sicut: Socrates secundum quid est albus, secundum quid est niger; ergo Socrates est albus et niger.**

***Ignorantia elbnchi.* Elenchus (ἐλεγχο), ut vox ipsa indicat, est redargutio. Definitur: contradictio praeconcessi, illata per syllogismum. Syllogismus vero inferens talem contradictionem dicitur syllogismus redargutivus. Ignorantia ergo elenchi (quae est frequentissima in disputationibus) est cum ex eo quod quis ignorat quid sit syllogismus redargutivus, et quid elenchus seu redargutio, videtur cogere adversarium ad contradictionem, quin tamen vere cogat. (Cf. Sylvest Maur. in 1 *Elenchor.,* cap. iv, n. g, seqq.). – Eatenus vero infertur contradictio ubi non est, quia non observantur leges contradictionis (Cf. 1 *Perih.,* lect. ix, n. 8): contradictio enim est ubi *affirmatur simul et negatur unum de eodem et sub eodem respectu.* Ignorantia igitur elenchi esset si quis ex concessis: *Petrus heri currebat, Petrus hodie est mortuus; Petrus vivit, Paulus est mortuus;* inferret contradictiones: *Petrum currere et mortuum esse,* vel, *esse vivum et mortuum,* etc. – Addit, et merito, Aristoteles: *Sed revocaverit forte aliquis hunc paralogismum ad eos, qui in dictione consistunt,* puta ad aequivocationem, etc.**

Petitio principii* est cum assumitur in praemissis id praecise quod debet probari. Hinc sophista assumit revera conclusionem, uti principium concessum, quod tamen concessum non est. Ex. g., si quis probaret triangulum habere tres angulos aequales duobus rectis hoc syllogismo: *Omnis figura trilatera habet tres angulos aequales duobus rectis; sed triangulus est figura trilatera; ergo triangulus habet tres angulos aequales duobus rectis:* esset petitio principii, quia sumitur ut principium, *figura trilatera* etc., quod aeque probandum est ac, *triangulus habet tres angulos aequales duobus rectis.* Pariter si quis argueret: *Petrus existit; ergo necessario existit;* probaret autem hoc modo consequentiam: *Omne quod existit necessario existit; sed Petrus existit; ergo Petrus necessario existit.* Principium assumptum supponit connexa esse *existere* et *necessario existere:* quae connexio negatur in priori syllogismo, et tamen assumitur ut certa in probatione. *Videntur autem,* inquit Aristoteles (loc. cit., n. 5), *redarguere* (sophistae), *quia discerni non potest idem et diversum.

***Fallacia consequentis* accidit ex eo quod jjutatur consequens reciprocari seu converti cum antecedente (oii το ο·.εσθαι ἀντιστριφειν τήν sxoλούθησιν); quatenus nempe ex eo quod aliquid consequitur ex aliquo antecedente, arguitur et antecedens sequi ex illo consequente. (De reciprocationibus terminorum cf. Il *Priorum analytic.,* cap. xxrv). In exemplum huius fallaciae Aristoteles affert argumentationem Melissi, conantis probare mundum non habere neque principium neque finem, et ideo esse infinitum. Quod factum est, aiebat Melissus, habet principium ; ergo quod non est factum non habet principium; sed mundus non est factus; ergo non habet principium et per consequens non habet finem. Quod autem est tale est infinitum. Mundus ergo est infinitus. – Haec subtilis Melissi cavillatio nititur principiis: Quod factum est habet principium; ergo quod non est factum non habet principium. Hoc autem, inquit s. Thomas, non sequitur, sed est fallacia consequentis. Arguit enim a destructione antecedentis ad destructionem consequentis, cum recta forma argumentandi sit e converso arguere (Cf. infra, n. 9). Unde non sequitur: Si est factum habet principium; ergo si non est factum non habet principium. Sed sequeretur: ergo quod non habet principium non est factum (Cf. s.Th. in 1 *Physic.,* lect. v).**

***Fallacia non causae pro causa* est quando sophista, ad redarguendum secum disputantem, assumit aliquid veluti causam alicuius, cum tamen non sit causa. Accidit vero haec fallacia praesertim in syllogismis ad impossibile ducentibus, ut ait Aristoteles, ib., n. 9: nam in his necesse est refellere aliquid eorum quae posita sunt; refellitur autem probando quod, eo posito, sequitur impossibile (Cf. Il *Priorum analytic.,* cap. xix). Affirmat, e. g., aliquis animam et vitam idem esse; et sophista, ut concludat non idem esse.animam et vitam, redarguit affirmantem hoc modo: Si anima idem est ac vita, et interitui contrariatur' ortus; ergo cuidam interitui erit quidam ortus contrarius; atqui mors est interitus et contrariatur vitae ; ergo ortus est vita, et vivere est oriri ; sed hoc est impossibile; ergo non idem sunt anima et vita. – In hoc exemplo notat Aristoteles quod non est conclusum praefato syllogismo illud quod susceptum est probandum. Illud enim impossibile quod infertur, *ergo ortus est vita, et vivere est oriri* (ex quo postea concluditur non idem esse animam et vitam), concluderetur eodem modo, etiamsi non fuisset assertum vitam esse idem atque animam: conclusum est enim tantum vitam esse contrariam morti ut interitui, interitui autem esse contrarium ortum ; non autem animam et vitam esse idem aut non idem. Signum est ergo quod accepta sunt, ut causa'conclusionis, praemissa quae revera non sunt causa. – Quamvis autem huiusmodi argumentationes non concludant propositum, non sunt tamen omnino ineptae ad aliquid concludendum, ut in exemplo adducto videre est.**

***Fallacia interrogationis* est ex eo quod de duobus vel pluribus diversis vel etiam oppositis simul interrogatur; et, cum non animadvertatur pluralitas interrogationum, unica responsio datur. Exinde sophista redarguit respondentem. Ex.: *Num hic et hic est homo?* Si respondeatur affirmative; sophista infert: *sed hic et hic occisas est; occisus ergo est homo (non occisi sunt homines).* Nonnumquam, ait Aristoteles, facile quidem est advertere phires esse interrogationes; in nonnullis autem id minus perspicitur.**

p.) ***Semper esse dupliciter.* – Codd. BCDEILMNOQST: *semper dupliciter esse;* Cod. A: *semper simpliciter esse.* At *simpliciter* loco τοῦ *dupliciter* est lectio erronea: vult enim Aristoteles *medium idem* in syllogismis demonstrativis bis assumi, τὸ ρέοον ἐστιν αεὶ διττόν, secundum quod ad duo extrema singillatim comparatur, ut hic habet s. Thomas.**

ν) ***Quia et de medio... et medium iterum* etc.-Hanc lectionem codd. ACDEHLNOST praetulimus lectioni PG om. *iterum* et *praedicatur,* B post *iterum* om. *universaliter;* M om. *iter, univers, praedic.;* R om. *iterum.-K: quia et de medio universaliter maior extremitas praedicatur* etc., ut priores codd.; et forte sensus s. Thomae est magis perspicuus. -1 : *quia in demonstratione maior extremitas universaliter praedicatur de medio, et medium praedicatur universaliter* etc.**

Ad rem autem quod attinet, facile est animadvertere quod ea quae hic Aristoteles profert, primum modum primae figurae respiciunt (Cf. lect. vnr, not. τ). Et revera omnes modi reducuntur ad modos primae figurae, quos inter primus modus (barbara) est supremus. E. g.: *Omnis substantia spiritualis est essentialiter immortalis; sed omnes animae humanae sunt substantiae spirituales; ergo omnes animae humanae sunt essentialiter immortales.* Est syllogismus in primo modo primae

quod praedicatur, non dicitur omne, idest signum universale non apponitur ad praedicatum. In fallacia vero * acquivocationis est quidem idem medium* secundum vocem, non autem secundum rem. Et ideo quando in voce proponitur, latet ', sed si ad sensum demonstretur, non potest ibi esse aliqua deceptio. Sicut hoc nomen *circulus* aequivoce dicitur de figura * et de poemate: *In rationibus ergo* ", idest in argumentationibus, *latet,* idest deceptio potest accidere; ut si dicatur: *Omnis circulus est figura; poema Homeri est circulus; ergo poema Homeri* est figura. Si vero describatur * ad sensum circulus, nulla potest esse deceptio : manifestum enim erit quod carmina non sunt circulus π. Sicut autem haec deceptio excluditur per hoc quod medium * demonstratur ad sensum, ita et m demonstrativis excluditur per ^oc fiU0(^ medium * demonstratur ad intellectum. Cum enim aliquid definitur, ita se habet ad intellectum , sicut id quod sensibiliter describitur se habet ad visum *. Et ideo dicit quod haec, scilicet definita, in demonstrativis scientiis * sunt quae videntur in intellectu ρ. In demonstrationibus autem semper proceditur ex definitionibus. Unde non potest ibi esse deceptio secundum fallaciam aequivocatiouis": et multo minus secundum alias fallacias *in dictione.*

6. Deinde cum dicit: *Non oportet autem* etc., ostendit quod non potest fieri paralogismus in demonstrativis secundum fallaciam *extra dictionem* T. Et quia huiusmodi paralogismis frequenter obviatur ferendo *instantiam,* per quam ostenditur defectus in forma syllogizandi; ideo primo ostendit qualiter ferenda esset · instantia in demonstrativis; secundo, ostendit quod in eis non potest esse paralogismus secundum fallaciam extra dictionem; ibi: *Contingit autem quosdam* * etc. Dicit ergo primo *, quod *non oportet* in demonstrativis *ferre istantiam in ipsum,* idest in aliquem paralogismum, sumendo aliquam propositionem inductivam, idest particularem : nam inductio ex particularibus procedit, sicut syllogismus ex universalibus. Et hoc ideo est, quia in demonstrativis non sumitur, propositio, nisi quae est in pluribus: nisi enim sit in pluribus, non erit * in omnibus ; oportet autem syllogismum demonstrativum ex universalibus procedere. Unde manifestum est quod neque instantia potest esse in demonstrativis, nisi universalis, quia eaedem sunt propositiones et instantiae. Tam enim in dialecticis quam in demonstrativis, illud quod sumitur ut instantia, postea sumitur ut propositio ad syllogizandum contra illum qui proponebat ?.

7. Deinde cum dicit: *Contingit autem quosdam* etc., ostendit quod in demonstrativis non accidit deceptio per paralogismum * extra *dictionem.* Et sicut supra ostenderat quod non est* paralogismus in dictione in demonstrativis, ostendendo de uno, scilicet de paralogismo secundum fallaciam acquivocationis z; ita hic ostendit quod in demonstrativis non est paralogismus extra dictionem, ostendendo de uno, qui fit secundum fallaciam consequentis. Patet enim quod secundum alias fallacias extra dictionem non potest esse* paralogismus in demonstrativis. Neque enim * *secundum accidens,* cum demonstrationes procedant ex his quae sunt *per se;* neque *secundum quid* et *simpliciter,* cum ea quae in demonstrationibus

'K-.enim. ' a·. est unum qui- ξ • K-.etdejig. 0 ' Poema Homeri oH.Add.marg.s. batur. r. • o non recte : principium. om°méfum' °' •Mets. m. n: • scientiis om. p σ τ u

figurae: medius terminus *(substantia spiritualis)* dupliciter comparatur ad duo extrema *(immortalis* et *animae •humanae),* scilicet in *maiori* maior extremitas *(immortalis)* praedicatur de medio universaliter sumpto; in *minori* autem medium ipsum praedicatur de minori extremitate *(animae humanae);* et ideo non universaliter, sed disjunctive accipitur: nam quod praedicatur in affirmativis non dicitur *omne,* idest signum universale *omne* non apponitur (HGP, *ponitur)* ad praedicatum, quia praedicatum in propositionibus affirmativis non sumitur universaliter (Cf. I *Perih.,* lect. x, n. 23).

ξ) *Et ideo quando* etc. – G: *et ideo quandoque in voce deceptio latet.* Et *quandoque* habet etiam S, sed postea legit *proponitur* cum P et aliis codicibus. – Infra legimus cum codd. (exc. DGK) : *non potest ibi esse aliqua deceptio;* PG: *non potest esse aliqua deceptio*;D: non *potest inesse* (forte corrupte pro *ibi esse) aliqua* etc.; K: *non esset aliqua* etc.

o) *In rationibus ergo* etc. – Hanc lectionem codd. (K excepto, qui non recte pro τ<3 *ergo* habet *enim)* praetulimus Pianae: *Similiter et in rationibus, idest* etc.: quae lectio Piana obscuritatem ingerit; videtur enim comparationem quamdam instituere inter praecedentia et quae hoc loco dicuntur, cum tamen haec sint conclusio illata ex dictis ct declaranda per exempla. Textus habet: *In rationibus autem latet,* ἐν δὲ τοῖ λόγοι λανθάνει: quam formam dicendi s. Thomas non sequitur ut mentem Aristotelis perspicue tradat.

π) *Quod carmina non sunt circulus.* – Cod. A immediate prosequitur : *si autem circulus describatur in pulvere, manifestum est quod carmina non sunt circulus. Sicut autem* etc. – Huic lectioni plus minusve accedunt alii duodecim codices. CDEKOST: *sicut cum circulus describitur in pulvere,* cet. ut A. Sed in K omnia verba haec, *sicut... in pulvere,* sublineantur minio; quae vero sequuntur, *manifestum... circulus,* abrasa sunt. Cod. H: *similiter autem si describatur circulus in pulvere,* cet. ut A; I: *sicut enim circulus describatur in pulvere,* cet. ut A; L: *sicut autem* (sed *autem* expungitur) *cum circulus describitur in pulvere,* cet. ut A; Q legit cum C, omissis tamen verbis, *sicut cum;* R: *sicut circulus qui describitur in pulvere. Sicut autem* etc. – Pianam lectionem habent codd. BGMN, eamque retineo. Additio enim recitata ex codd. cur ponatur, me prorsus latet: non enim distinguitur realiter a praecedenti propositione, nisi per verba *in pulvere* loco *ad sensum.*

ρ) *Sunt quae videntur in intellectu,* – Codd. ABEGH1OS: *sunt ut videre* (GS, *videntur) intellectu* (EG1S, *intellectum;* H, *in intellectu);* D s. m.: *sunt ut ea quae contingit sensu videre;* CDLMNQR: *ut videtur in intellectu;* K habet lacunam, et marg. additur: *intellectum;* T: *ut vere* (corrupte pro *videre) in intellectu.* Textus graecus: *haec autem sunt, sicut videre intellectu:* ταῦτα δ' ἐστιν ο'ον ὁρῖν τη νοήσει. Mens autem s. Thomae et Aristotelis perspicua est : definita videlicet, quibus utimur in scientiis demonstrativis, se habent ad intellectum, sicut id quod sensibiliter describitur se habet ad sensum visus, ut dictum est immediate supra, et in lectione cod. D s. m. iterum explicite ponitur.

σ) *Secundum fallaciam aequivocatiouis.* – Addimus verba *secundum* (I, *per) fallaciam,* quibus caret Piana, sed quae habent omnes nostri codices. – In fine huius numeri cod. G: *alias fallacias acquivocationis;* quae lectio corrigitur ab amanuensi : *-alias fallacias ab aequivocatione.* Neutra tamen lectio est acceptanda. Concludit enim s. Thomas quod sicut in scientiis demonstrativis non datur fallacia acquivocationis, ita a fortiori non datur alia ex fallaciis *in dictione.*

τ) *Non potest fieri paralogismus* etc.-G, non recte: *non oportet formari* etc.; K: *non potest esse* etc., et omittit *in demonstrativis;* H: *non potest fieri paralogismus extra dictionem in demonstrativis. Et quia huic paralogismo* etc.; BMN: *non potest.... secundum fallacias.* Pianam habent ceteri codices.

υ) *Ideo primo ostendit* etc.—Cod. G: *dicit primo.*-CDEKLNQRST: *ferenda esset* etc.: *esset ferenda* habent alii codices; P: *ferenda est.*- Probatur quod in scientiis demonstrativis instantia inferri non potest, quia si ferenda esset, assumi deberet propositio universalis, quae tamen assumi non potest (Cf. lect. ix, n. 6, et xui, n. 5 ; et II *Prior, analytic.,* cap. xxvni).

φ) *Ad syllogi^andum contra illum qui proponebat.* – Hanc lectionem codd. ABCDE1KI.MNOST substituo lectioni Pianae: *ad syllogi^andum contrarium eius quod probat.*– G: *contrarium eius quod ponebatur;* H : *Contra illud qui proponebatur;* Q: *contra illum qui ponebat;* R: *contra illum qui procedebat.-Nullus* ergo codex habet lectionem Pianam, et QR favent lectioni, quam ex duodecim aliis codicibus adoptamus.

χ) *Ostendendo de uno* etc.—Lectionem, quam adoptamus, est omnium codd., exc. R, qui habet lacunam, nam ex hoc primo *ostendendo* transcurrit ad alterum. P: *ostendendo de uno paralogismo qui fit secundum* etc.-A: *scilicet paralogismo;* K: *paralogismo quod* (ct marg. additur *est) secundum* etc. – Infra *(ostendendo dc uno)* codd. ABCDEHI KLNQRS: *qui scilicet* (BH1LNR; *scii, qui) fit* etc.; O: *scilicet quod fit* etc.; AK: *per fallaciam consequentis* etc.; G: *de uno, scilicet de fallacia consequentis.*

* Num. seq. '* g *om. primo,* · codd,-p.· *est.* ? 7. ' Codd.-p:*fieri; cm : fieri syllogismus. Enim* om. 1M. • Codd.-PM:*paralogismos.* ' Codd.-p: *erat.*

sumuntur, sint *universaliter,* et *semper,* et non *secundum quid.* Circa hoc ergo * duo facit: primo, ostendit' qualiter fiat paralogismus secundum fallaciam consequentis; secundo, quod ex hoc modo non accidit deceptio in demonstrativis; ibi: *Aliquando quidem* * etc.

Num. 9.

8. Dicit ergo primo quod *quosdam contingit non ω syllogistice dicere,* idest non servare formam syllogismi, *propter hoc, quod accipiunt utrisque inhaerentia* , idest quia accipiunt *medium* affirmative praedicatum de utroque extremorum ; quod est syllogizare in *secunda* figura * ex duabus propositionibus * affirmativis; quod facit fallaciam consequentis. Sicut fecit * quidam philosophus nomine Caeneus ad ostendendum *quod ignis sit in multiplicata analogia,* idest quod in maiori quantitate generatur ignis, quam fuerit corpus ex quo generatur: eo quod ignis, cum sit rarissimum corpus *, per rarefactionem ex aliis corporibus generatur. Unde oportet quod materia prioris corporis sub maioribus dimensionibus extendatur, formam ignis assumens. Ad hoc autem probandum utebatur tali syllogismo : Quod generatur in multiplicata analogia A3, cito generatur; sed ignis cito generatur ; ergo ignis generatur in multiplicata analogia.

ω

αα

* Cf. lect. vm.

* Codd. (exc. η) om. *propositionibus.* * Codd.–pg :*facit.* Caeneus.

* ABCDEKLMNOQ st : *corporum.*

ββ

9. Deinde cum dicit: *Aliquando quidem igitur* etc., ostendit quod per hunc modum syllogizandi non accidit deceptio in demonstrativis scientiis. Et circa hoc duo facit: primo, manifestat quod ex hoc modo syllogizandi non semper accidit deceptio, dicens quod *aliquando,* secundum praedictum * modum arguendi, *non contingit syilogi;are ex acceptis,* quando scilicet termini non sunt convertibiles. Non enim sequitur, *Si omnis homo est animal77,* quod *quidquid est animal sit homo.* – Aliquando .vero contingit syllogizare, scilicet in terminis convertibilibus. Sicut enim sequitur: *Si est homo, est animal rationale mortale ;* ita etiam sequitur e converso quod, *Si est animal rationale mortale, est homo ss.* Sed tamen non videtur quod sequatur syllogistice, quia non servatur debita forma syllogismi.

· codd.-p: ‚u-

n

δδ

10. Secundo cum * dicit: *Si autem esset impossibile* etc., ostendit quod in demonstrativis scientiis contingit praedicto modo syllogizari absque * deceptione. Et hoc ostendit tripliciter ". Primo sic. Secundum praedictum modum syllogizandi accidit deceptio ex eo, quod non convertitur consequentia, quae putatur * converti. In quo non acciderct * deceptio, si quemadmodum conclusio est vera, ita et praemissae sint verae: tunc enim in convertendo non accidet deceptio çç. Sicut si dicam de Socrate: *Socrates est homo; ergo Socrates est animal;* nulla deceptio falsitatis sequitur, sicut si e converso arguatur sic *Est animal; ergo est homo69.* Sed si praemissa est * falsa, conclusione existente vera, tunc in convertendo accidit deceptio *. Sicut si dicam *Si asinus est homo, est animal; ergo si est animal, est homo.*

· coda.-p.· *se-*
cun °| cum'

* cod d.-p: *sine*

εε

*codd.-p:?Uam

'.codd.-p'. ac-
'ÇIR' ac

ηη

*αο<Mθθ/ε.-πε:
sin'ɛ̄':sunt·
|ι faiiaaa.

ψ) *Circa hoc ergo.* – **Ita codd. – P:** *circa ergo hoc;* **Q. om.** *ergo* **-Infra, GKLR:** *secundo quod hoc modo;* **M omittit** *ex hoc modo.* – **B:** *non accidit defectus.*

ω) *Quosdam contingit non syllogistice.*– **Codices (exc. G) habent hanc lectionem, quae est secundum versionem latinam, et secundum textum graecum:** Συμβαίνει δ' ένιου ἀσυλλογίστω λέγειν. – **PG minus bene:** *quosdam non contingit syllogistice;* **H male:** *quosdam paralogismos non contingit syllogistice* **etc.**

αα) *Propter hoc quod accipiunt utrisque inhaerentia.* – **In hunc modum reformavimus ex codd. lectionem P, quae obscura est:** *propter hoc quod accipiunt utramque inhaerentiam* **etc. Codd. BCEH1MNQRS legunt:** *utrisque;* **D p. m.,** *utrisque,* **s. m.,** *utrique;* **OT:** *utriusque;* **I:** *propter illud... utrisque.* **Soli autem codices CII. et s. m. D habent** *inhaerentia.* **Lectio adoptata pro se habet auctoritatem codicum quoad vocabulum** *utrisque,* **quo posito sequitur legendum esse** *inhaerentia* **cum CD1L. Aliunde eadem lectio nedum a versione latina sed a textu graeco imponitur:** διά το λαμβάνειν άμφοτέροι τά επόμενα **(utrisque** *consequentia).*

ββ) *Quod generatur in multiplicata analogia.* – **Legimus hic et infra** *in multiplicata'***cum codicibus, quia supra tum P tum codd. unanimiter legunt** *in multiplicata analogia,* **iuxta textum graecum:** εν τι) πολλαπλάσια αναλογια, **quem latina versio fideliter exhibet.-P semel et iterum:** *ex muliplicata.* – **M oscitanter omittit verba,** *sed ignis cito generatur,* **quae constituunt** *minorem* **syllogismi; alii codices:** *ignis cito,* **omisso** *sed;* **et CDELMNOQRST legunt:** *ergo ignis fit,* **loco,** *ergo ignis generatur.*

In hoc syllogismo, qui ex Caeneo refertur, dicitur esse fallacia consequentis. Nam medius terminus est *cito generatur;* **et quia bis praedicatur in propositionibus affirmativis, sequitur quod tum in** *maiori* **tum in** *minori* **sumitur disiunctivc, hoc est particulariter. Peccat ergo contra illam legem syllogismi, in qua praescribitur quod'medius terminus saltem semel debet sumi universaliter seu distributive. Ex qua lege sumitur quod, ad evitandam fallaciam consequentis (cf. supra, not.** λ**) syllogismus in secunda figura (ut est supra dictus) debet habere unam praemissarum propositionum negativam, et ideo conclusionem negativam. Quae omnia non observantur a Caeneo (Cf. lect. vm).**

γγ) *Si omnis homo* **etc. – 1:** *quod si omnis homo est animal, omne animal* **etc.; ABCGR:** *Si... quod quidquid sit animal etc.;* **T omittit** *quod quidquid est animal.*

δδ) *Ita etiam sequitur e converso* **etc.-Est lectio codd. ABIQ, nisi quod Q omittit** *quod* **ante** *si est animal,-* **P :** *ita etiam sequitur e converso si est animal rationale mortale, sequitur quod sit homo.* – **O :** *scilicet, si est animal,* **cet. ut P; C loco secundi** *sequitur* **P, habet sic; L omitt.** *sequitur* **ante** *quod sit* **P.; HM habent hoc loco lacunam; denique G peculiarem habet lectionem;** *scilicet in terminis convertibilibus; sicut, si homo est, animal rationale mortale est; si sit animal rationale mortale, est homo. Sed tamen* **etc.-Infra legimus cum codd.:** *quia non servatur* **etc.; P:** *quando non servatur* **etc.; M:** *quin sequatur debita* **etc.; G om.** *debita;* **K:** *quia non videtur debita forma,* **omisso vocabulo** *syllogismi.*

εε) *Et hoc ostendit tripliciter.-Huic* **lectioni Pianae contradicunt; omnes codices, qui legunt:** *et hoc ostendit dupliciter.* **Sed codices errant, quia non duae sed tres rationes afferuntur a s. Thoma, ut constat ex hoc numero et duobus sequentibus. – Codd. ACDEIKOQRST immediate prosequuntur:** *Primo modo sic.*

ζζ) *Ita et praemissae sint verae* **etc. – S. Thomas de praemissis loquens ponit quandoque** *praemissa* **in neutro, quandoque vero** *praemissas,* **subintellecto vocabulo** *propositiones.* **Hoc in loco codd. DLMNOQT legunt:** *ita et praemissa sint vera;* **P:** *sic praemissae sint verae;* **B1K R:** *ita et praemissae sunt* **(B,** *sint) verae;* **AH:** *ita etiam praemissae sunt* **(H** *sint) verae;* **G:** *sic etiam praemissa est vera;* **E:** *ita et praemissa sint vere;* **CS:** *ita et praemissa sit vera.* **Adoptavimus lectionem** *ita et,* **quia et melior videtur et datur a codd.; attamen servavimus** το *praemissae... verae,* **tum propter assignatam rationem, tum quia codices inter se non conveniunt. – Sequitur:** *tunc enim in convertendo non accidet deceptio.* **Haec verba omnino desunt in omnibus nostris codicibus.—Ea tamen habent cum P Venetae editiones** *ac (b* **desunt folia) et alia 1526; et retinemus, quia revera rationem assignant cur in facta hypothesi (si** *quemadmodum* **etc.) non accideret deceptio in praedicto modo syllogizandi. Hinc si expungerentur ex codd. auctoritate, essent a lectore subintelligenda.**

ηη) *Sicut si dicam* **etc.-Codd. legunt: 5;** *enim dicam* **etc.; et insuper, exc. G:** *Socrates est homo; ergo est animal;* **G:** *Si enim dicam: Socrates est animal homo, Socrates est animal, nulla deceptio falsitatis,* **omisso** *sequitur.* **Lectio obscura et non attendenda. – Deinde codd. (exc. BG):** *si* **(omisso** *sicut) e converso arguatur* **(BCDEOQRST,** *arguam) sic.*

θθ) *Est animal, ergo est homo.* **-Ita Piana et codices. Excipe tamen H, qui immediate addit:** *fit deceptio.* **Quae verba quia non habentur in aliis codicibus, et aliunde cod. H non est tantae auctoritatis, ut ipsi soli contra dios credamus, textui s. Thomae non inserimus. Attamen ad perspicuitatem sententiae conferunt, et certe sunt subintelligenda. Sensus enim est: Si dicam de Socrate: Socrates est homo, ergo est animal, nulla deceptio falsitatis sequitur; sicut revera deceptio falsitatis sequitur si e converso arguatur sic: Est animal, ergo est homo. Hinc retinemus** *sicut* **cum PBG (quo, ut in praecedenti nota dictum est, ceteri codices carent), quia illa particula expuncta, et non admissa lectione H,** *jit deceptio,* **obscura esset ac fere inintelligibilis s. Thomae sententia. Si vero lectio** *jit deceptio* **adsumatur, poterit omitti** *sicut,* **et legi:** *si e converso etc.*

ιι) *Sicut si dicam.-* **AB (omisso** *sicut): Si dicam sic;* **G;** *Ut si dicam sic;* **HK om.** *si dicam;* **L:** *Ut si dicatur.*

Si ergo impossibile esset ex falsis ostendere verum, et semper oporteret verum ostendi ex veris[xx], tunc facile esset * resolvere conclusionem in principia absque deceptione; quia nulla falsitas esset, si ex conclusione inferretur aliqua praemissarum. Tali enim suppositione facta, converterentur υ de necessitate *conclusio* et *praemissa,* quantum ad veritatem. Sicut enim praemissa existente vera, conclusio est vera, ita et * e converso. Sit enim, quod A sit; et hoc posito, sequatur ea esse de quibus certum est mihi quod sunt vera, sicut B. Unde cum utrumque sit verum, ex hoc etiam, scilicet ex B, potero iterum inferre A. Sic ergo una ratio est, quare * deceptio non accidit in demonstrativis scientiis * per fallaciam consequentis, quia in demonstrativis scientiis impossibile est syllogizari verurq ex falsis, sicut ostensum est supra*.

11. Secundam rationem ponit; ibi: *Convertuntur autem magis* etc. In terminis enim * convertibilibus non accidit deceptio secundum * fallaciam consequentis, eo quod in his consequentia convertitur. Illa vero, quae sunt in mathematicis, idest in demonstrativis scientiis, ut plurimum sunt convertibilia, quia non recipiunt * pro *medio* aliquod praedicatum *per accidens,* sed solum definitiones, quae sunt demonstrationis principia, ut supra * dictum * est. *Et in hoc differunt ab his, quae sunt in dialogis,* idest in dialecticis syllogismis, in quibus frequenter recipiuntur * accidentia.

12. Tertiam rationem ponit ibi: *Augentur autem* etc., quae talis est. In demonstrativis scientiis* sunt determinata principia, ex quibus proceditur ad conclusiones. Unde ex conclusionibus potest rediri in principia, sicut ex determinato * in determinatum. Quod autem demonstrationes ex determinatis principiis procedant, ex hoc ostendit, quia " demonstrationes *non augentur per media,* [vv] idest in demonstrationibus non assumuntur plura media ad unam conclusionem demonstrandam. Quod intelligendum est in demonstrationibus *propter quid,* de quibus loquitur. Unius enim effectus non potest esse nisi una * propria causa, propter quam est.

Sed licet non multiplicentur per media demonstrationes ξξ, multiplicantur tamen duobus modis. Uno modo, *in post assumendo,* idest in assumendo medium sub medio. Sicut si sub A sumatur B [oo], et sub B C, et sub C D; et sic in infinitum. Sicut cum habere tres angulos * probatur de triangulo per hoc, quod est figura habens angulum extrinsecum aequalem duobus intrinsecis sibi oppositis, et de isoscele per hoc quod est triangulus. Alio modo multiplicantur demonstrationes ππ *in latus;* sicut cum A probatur de C et de E. Verbi gratia: *Omnis numerus quantus aut est finitus aut infinitus.* Et hoc ponatur in quo sit A, scilicet *esse finitum vel infinitum.* Sed impar numerus est numerus quantus. Et *hoc,* scilicet *numerus quantus,* ponatur in quo est B; sed numerus *impar* ponatur in quo est C. Sequitur ergo quod A praedicetur de C, idest quod numerus impar sit finitus vel infinitus. Et similiter potest idem concludi de numero pari, et per idem medium. – Potest autem et haec pars, quae incipit ibi: *Augentur autem* etc., introduci aliter. Ut quia dixerat quod in demonstrativis assumuntur definitiones pro mediis; unius autem rei una est definitio; ex hoc sequitur quod demonstrationes non augeantur per media.

xx) *Et semper oporteret verum ostendi ex veris, tunc.-Haec* verba, quae Piana habet cum Venetis editionibus, desunt in omnibus codicibus. Prudens lector iudicet utrum praefata verba (quae necessaria non videntur ad sententiae perspicuitatem) sint etiam cx textu s. Thomae expungenda propter codicum auctoritatem.

λλ) *Tali enim suppositione* etc.—Codd. *tali enim positione.* Quamvis strictiori significatione *positio* et *suppositio* distinguantur (Cf. lect. v, n. 6, seqq.), passim tamen unum vocabulum pro altero usurpatur. – DM NOQ: *converteretur;* KR: *convertuntur;* P: *convertetur;* BCEHILST: *converterentur.* Quam ultimam lectionem adoptamus. 1

pp) *Et hoc posito* etc. – Locus iste redundat variantibus lectionibus in codd. – ABCHK: *et hoc posito sequitur* (B, *sequatur) esse ea* (CHK, *ea esse);* G: *semper ea esse* et om. *sequatur;* 1L: *ponatur ea esse;* P: *et hoc posito sequitur eadem esse.* Cum omnibus codicibus legimus *ea,* loco τοῦ *eadem* Pianae. – ABCDEILNOQRST: *de quibus certum est mihi quod;* HK om. *mihi,* cuius loco G habet *m,* M legit *videri.*– *P: de quibus certum est nihil quod.* Huic lectioni inintelligibili sufficimus lectionem codd.: *de quibus certum est mihi;* infra enim legitur: *potero* etc.– *Cum* om. DMQT et p. m. N; sed est error; K om. *unde cum;* sed non recte,- ABK: *scilicet B;* M erronee: *scilicet quod B.* Et erronee AGHKLMNQT legunt *posito* pro *potero.- K: B posito, infert;* H: B *posito, iterum inferas;* N: *B posito, iterum inferre,* et marg. add. *potest.* Et *iterum* omittunt etiam OR, et G, qui legit: *B posito, infe'rre quod A sit. Ergo.*

Duobus ergo exceptis atque adnotatis, Pianam lectionem retinemus, tum quia codicibus est conformior, tum quia mentem s. Thomae dilucide tradit.

vv) *Quod autem* etc.-G: *quod autem ex determinatis principiis determinative procedant, – M: ostendit ex hoc;* B: *est ex hoc manifestum.-Codd.* (exc. HK): *quod determinationes;* PH (K habet lacun.): *quia demonstrationes.*-ACDEH1LNOQT et p. m. S: *ad unam demonstrationem demonstrandam; M: ad unam conclusionem determinandam vel demonstrandam.* Quae lectiones minus correctae sunt et non acceptandae. Retinemus cum PBGKMR et s. m. S: *ad unam conclusionem.*

ξξ) *Sed licet* etc.-G: *sed licet non per media demonstrationes multiplicentur;* K: *sed tamen, licet demonstrationes non multiplicitentur per media.* Amanuensis cx proprio arbitrio illud *tamen* adiecit: legit enim postea cum aliis codicibus: *multiplicantur tamen* etc. – Codices alii habent lectionem et ordinem editionis Pianae.

oo) *Sicut si sub A sumatur B* etc. – PEGOT: *sicut sub A,* – PBG: *sumitur B;* KMR: *assumatur B;* ceteri codices habent lectionem adoptatam. – *Et sub B C:* ita legunt codd.; PG: *et sub B sumitur C.* -Praeterea cum codd. BDEIKLMNOQR legimus: *ct sub C D;P: sub C D,* omisso *et;* G etiam om. *et,* ac insuper legit: *sub Csumitur D.*– Unus C peculiarem habet lectionem: *sub A sumatur B, et sub B C, D, et sic* etc.

π~) *Multiplicantur demonstrationes* etc. Adiicimus *demonstrationes* ex codicibus, excepto G qui cum P omittit hanc vocem.-Codd. BCDEO QST: *cum A probatur et de C* etc.; LR: *cum A probatur et de B et de C. Verbi gratia* etc.-K: *Verbi gratia, numerus quantus aut finitus. Et hoc* etc. Lectio mendosa; alii codd., exc. BGH: *Verbi... aut finitus est, aut infinitus.-G: Hoc autem ponatur.* – ACDE1LMNOQT: *scilicet omne finitum;* DKMNRT: *aut infinitum; G* om. *vel infinitum.*– P: *Sed impar est;* at *impar numerus* habent omnes codices.-A erronee: *Et hic si* (corrupte pro *scilicet) numerus est quantus;* B: *Et hoc:* marg. add., *scilicet numerus quantus;* C: *Si impar numerus est numerus quantus et hoc, scilicet numerus quantus;* G: *Sed par numerus est numerus quantus. Hic, scilicet;* P: *Et hic, scilicet.* Adoptavimus *Et hoc,* quae est lectio plurium codd., est in latina versione, quam hoc loco refert Angelicus, et est in textu graeco: τοῦτο εφ' ω *A.-Ponatur in quo est B;* ita codd., exc. ABH: *ponatur in quo B;* PG: *ponatur in quo sit B.* – T: *sed numerus impar ponitur in quo sit C;* et *sit* habent PBDEQRS; H: *in quo C.* – Codd. (exc. G): *Sequitur etc.* ut in textu adoptato; PG: *Sequitur... sit numerus finitus vel* etc. *-Potest idem concludi,* est lectio codd. ABDH1LMNOQRST; PE: *potest iterum concludi;* GK: *potest concludi;* C: *potest conci, tantum.* Sed *tantum* et *iterum* non sunt lectiones acceptandae. Vjjlt enim manifeste s. Thomas affirmare, quod *idem* et per idem medium de numero pari probari potest, quod de numero impari probatum est in superiori ratiocinatione.- *Potest autem... introduci aliter;* G: *intelligi aliter;* L om. *aliter;* alii codd., exc. A: *aliter introduci;* PA ut in textu.-K: *Ut quia... sumuntur definitiones;* G: *definitiones pro mediis assumuntur.* – Codd. (eye. G): *unius autem rei una est definitio;* PG: *unica est definitio.-G: ex hoc autem sequitur;* K: *ex hoc quidem sequitur;* DEST: *sequatur.* – CLR: *non augentur per media.* – Variantes codd. lectiones, quia plus aequo numerosiores, ab illis verbis *(multiplicantur demonstrationes)* sub una nota in gratiam lectorum collegimus, atque indicavimus quas adoptandas censuimus.

xx
* h : *erit;* i ; *est.*- a : *solvere.*
λλ
* a : *et ita ;* bgio om. *et;* h : *ita est e conv.*
IΨ
* Codd.-p: *quod;* Q: *qualiter.*
* Codd. (exc. gm) om. *scientiis.*
* Lect. iv et xm.
* *Enim* om. 1.
* Codd., exc.BR.-p: *per fall.*
* Codd.-PG : *accipiunt.* Cf. text.
*Lect.xniet xxiv.
* Codd. - or : *ut supra ostens. ;* pg : *ut ostens.*
* ghrt : *accipiuntur.*
* *Scientiis* om. a bceilors.
*Codd.-Pi: *determinatis.*
•Codd.-prttHfttJ. - k om. *propria;* m: *prior.*
ξξ
00
* Codd., exc. Q om. *angulos.*
vv

LECTIO VIGESIMATERTIA

DE DIFFERENTIA INTER DEMONSTRATIONEM *QUIA* ET *PROPTER QUID* IN EADEM SCIENTIA; AC DE DEMONSTRATIONE *QUIA* PER EFFECTUM

Τὸ δ' οτι διαφέρει καὶ το' διὸτι ἐπίστασθαι, πρώτον ριέν ἐν τη αυτὴ ἐπιστήμη, καὶ ἐν ταὺτη δίχω , ένα [Λεν τρὸπον εάν μὴ δι ἀμεσων γίνηται ὁ συλλογισμὸ (οὐ γὰρ λαμβάνεται τὸ πρώτον αἴτιον, ἡ ὸέ του διὸτι ἐπιστήμη κατὰ τὸ πρώτον αἴτιον), ἄλλον δὲ εἰ δι ἀμεσων με'ν, ἄλλα μη διὰ τοϋ αιτίου, αλλὰ τών ἀντίστρεφόντων ὸιὰ του γνιοριμωτερου. Κωλύει γαρ οὐδέν τών ἀντικατηγορουμενων γνωριμώτερον είναι ένιοτε τὸ μη αἴτιον, ὡστ' εσται διὰ του'του ἡ ἀπὸδειξι ,

οἱον οτι ἐγγὺ οἳ πλανήτε διὰ τοϋ μη' στίλβείν. "Έστω ἐφ' ω Γ πλανήτε , ἐφ' ω Β τὸ μη στίλβείν, ἐφ' ω Α τὸ ἐγγὺ είναι. 'Αληθέ δη τὸ Β κατὰ τοϋ Γ ειπεϊν οἱ γὰρ πλανήτε οὐ στίλβουσιν. 'Αλλὰ καὶ τὸ Α κατὰ τοϋ Β· τὸ γὰρ μη στίλβον ἐγγὺ ἐστι· τοϋτο δ' εἰλήφθω δι ἐπαγωγη η δι' αἴσΟήσεω . Ανάγκη ούν τὸ Α τω Γ ὑπάρχειν, ὡστ' ἀποδέδεικται οτι οἱ πλανήτε ἐγγὺ είσιν. Οὺτο ούν ὁ συλλογισμὸ ου τοϋ διὸτι, ἄλλα τοϋ οτι ἐστίν οὐ γαρ διὰ τὸ μη στίλΒειν ἐγγὺ είσιν, ἀλλὰ δια, το εγγὺ είναι οὐ στίλβουσιν.

Ἐγ/ωρεῖ δὲ καὶ διὰ θατέρου Οάτερον δειχΟηναι, καὶ εσται τοϋ διὸτι ἡ ἀπὸδειξι , οἱον ἐστω τὸ Γ πλανήτε , ἐφ' ω Β τὸ ἐγγὺ είναι, τὸ Α τὸ μή στίλβειν ὑπάρχει δη' καὶ τὸ Β τὼ Γ, καὶ τὸ Α τω Β τὸ μή στίλβειν , ὡστε καὶ τω Γ τὸ Α. Καί εστι τοϋ διὸτι ὁ συλλογισμὸ · είληπται γὰρ τὸ πρώτον αἴτιον.

Πάλιν ὡ την σελήνην δεικνὺουσιν, οτι σφαιροειδὴ , δια τών αυξήσεων εἰ γὰρ τὸ αυξανόμενου οϋτω σφαιροειδέ , αυξάνει δ' ἡ σελήνη, φανερὸν ὸτι σφαιροειδὴ . Οϋτω μέν ούν τοϋ οτι γέγονεν ὁ συλλογισμὸ · ἀνάπαλιν δὲ τεθέντο τοϋ μέσου τοϋ διὸτι· ού γαρ δια τὰ αὐξήσει σφαιροειδὴ έστιν , ἀλλὰ δια τὸ σφαιροειδὴ είναι λαμβάνει τὰ αυξήσει τοιαὺτα . Σελήνη ἐφ' ω Γ, σφαιροειδὴ ἐφ' ω Β, αϋξησι ἐφ' ω Α.

Ἐφ' ὡν δὲ τὰ με'σα μὴ ἀντιστρέφει καὶ εστι γνωριμώτερον τὸ ἀναίτιον, τὸ ὸτι μέν δείκνυται, τὸ διὸτι δ' ου.

* Sed quia differt et propter quid scire ; primum quidem in eadem scientia, et in hac dupliciter; uno quidem modo, si non per non medium fiat syllogismus (non enim accipitur prima causa; sed quae propter quid scientia est secundum primam causam); alio vero modo si per non media quidem, sed non per causam, sed per convertentia et per notius. Prohibet enim nihil aeque praedicantium notius esse aliquando non causam: quare per hanc erit demonstratio, · cap. m. Text-3°· *rj / OCU*

ut quod prope sunt planetae per id quod non scintillant. Sint C planetae, in quo B non scintillare, in quo A prope esse. Verum igitur est B de C dicere, planetae enim non scintillant. Sed et A de B, non scintillans enim prope est; hoc autem accipitur per inductionem, aut per sensum. Necesse est ergo A ipsi C inesse; quare monstratum est quod erraticae prope sunt. Hic igitur syllogismus non est propter quid, sed quia: non enim ex eo quod non scintillant prope sunt, sed propter id quod prope sunt non scintillant.

Contingit autem et per alterum alterum monstrare; et erit propter quid demonstratio; ut sit C erraticae, in quo B prope esse, A non scintillare; est igitur et B in C: quare et in C A, et in B A, quod est non scintillare. Et erit propter quid syllogismus ; accepta est enim prima causa.

Item sic lunam demonstrant quia per incrementa circularis sit. Si enim quod augetur sic, circulare quidem sit, augetur autem sic luna, manifestum quoniam circularis. Sic quidem igitur ipsius quia factus est •syllogismus; e converso autem posito medio, ipsius propter quid fit; non enim propter augmenta circularis est: sed quia circularis est, accipit augmenta huiusmodi. Luna in quo C, in quo B augmentum sit, in quo A circularis.

In quibus autem media non convertuntur, sed transcendunt, et est notius quod non est causa, quia demonstratur quidem, séd propter quid, non.

Synopsis.— 1. Argumentum et divisio textus. – 2. Quoniam differt scire de re aliqua *quia est* et *propter quid est,* ideo, cum demonstratio sit syllogismus faciens scire, differt demonstratio *quia* a demonstratione *propter quid.* – 3. Probatur asserta differentia in eadem scientia; et primo ex eo quod demonstratio *propter quid* procedit ex immediatis principiis rei quae demonstratur. Quod non accidit in demonstratione *quia.* – 4. Deinde probatur, ex eo, quod demonstratio *quia,* etiamsi fiat per immediata, non fit tamen ex immediatis causis, sed ex effectibus convertibilibus et immediatis, qui sunt quid prius et notius quoad nos, sed non quoad se: oppositum probatum est de demonstratione *propter quid.* – 5. Textus subdivisiones. – 6. Declaratur differentia utriusque demonstrationis exemplo demonstrationis *quia* per effectum convertibilem. – 7. Attamen haec demonstratio *quia* per effectum convertibilem potest converti in demonstrationem *propter quid,* mutando maiorem extremitatem in medium, et medium in maiorem extremitatem.-Quod exemplo declaratur. – 8. Alio exemplo idipsum probatur. – 9. Quando autem medium non convertitur cum extremis, et assumitur ut medium quod est notius quoad nos, idest quando medium non est causa, sed magis effectus non convertibilis, est demonstratio *quia,* sed non potest esse *propter quid.*

1. ostquam Philosophus determinavit de ^^demonstratione propter quid, hic ostendit differentiam inter demonstrationem *quia,* et demonstrationem* *propter quid.* Et circa hoc duo facit: primo, ostendit * differentiam utriusque in eadem scientia; secundo, in diversis; ibi: *Alio autem modo** etc. Circa primum duo facit: primo, ponit duplicem differentiam utriusque demonstrationis in eadem scientia; secundo, manifestat per exemplum; ibi:· *Ut quod prope sint planetae* * etc.

2. Dicit ergo primo: superius * dictum est quod demonstratio est syllogismus faciens scire., et quod * demonstratio *ex causis rei* procedit *et*

*Demonstr.oraλ.

* Codd.–pk : roar/.
* Lcct. XXV.

• Num. 5.

*Lect.iv.-H:çwo<f *sup.;i: quia sup.*

' G (om. *et]: quia;* k : *et quia.*

« *primis* et *immediatis* Quod intelligendum est de demonstratione *propter quid.* Sed tamen differt ;£odd;,exc-GH): scire *quia ita est, et propter quid ita est*.* Et cum demonstratio sit syllogismus faciens scire, ut dictum est, oportet etiam ? quod demonstratio quae facit scire *quia,* differat a demonstratione quae facit scire *propter quid.* Et horum quidem differentia primo consideranda est in eadem scientia; •Lect. XXV.' postea * consideranda est in diversis.

γ 3. In una autem scientia dupliciter differt γ utrumque praedictorum, secundum duo quae requirebantur ad demonstrationem simpliciter, quae facit scire *propter quid;* scilicet quod sit *ex causis,* ‘Q^excodd., et quod * sit *ex immediatis.* Uno igitur modo differt scire *quia* ab hoc quod est scire *propter quid;* quia scire *quia* est si non fiat syllogismus demonstrativus per non medium, idest per *immediatum,* sed fiat per *mediata.* Sic enim non acci- Pietur * Prima causa, cum tamen scientia, quae i"nomZ*tft"tia"'* *est* * *ProPter quid,* sit secundum primam causam. 3 E* 'ta non erit scientia *propter quid.*

4. Alio modo differunt, quia 3 scire *quia* est quando fit syllogismus non quidem per media, ■codd.-p; e/, idest per mediata, sed per immediata, sed* non *ails: converten-* fit per causam: sed fit per convertentiam *, id- ε est per effectus convertibiles * et immediatos. Et ζ tamen ζ talis demonstratio fit *per notius,* scilicet *-h: amer enim,* nobis: alias * non faceret scire. Non enim pervenimus ad cognitionem ignoti, nisi per aliquid magis notum. Nihil enim * prohibet duorum aeque *•abehilors; alter,-* Cf. text. praedicantium *, idest convertibilium, quorum *^praeciicabi-* unum sit causa, et aliud effectus, notius esse aliquando non causam, sed magis effectum. Nam effectus aliquando est notior causa quoad nos et secundum sensum, licet causa sit semper * notior simpliciter *, et secundum naturam. Et ita per effectum notiorem causa potest fieri demonstratio non faciens scire *propter quid,* sed tantum *quia.*

Semper ex codd., exc. ь; ‹l om. *sit semp.notior.*

* n om. *simptic.,* sed male...L.- *et per naturam.*

5. Deinde cum dicit: *Ut quod prope etc.,* manifestat praedictam differentiam per exemplа. Et dividitur in duas partes: in prima, ponit exempla " de demonstratione *quia,* quae est per effectum; in secunda, de demonstratione *quia,* quae est per causam mediatam; ibi: *Amplius in quibus medium* etc.* Prima in duas: in prima, ponit exempla de syllogismo qui fit per effectum convertibilem ; in secunda, de syllogismo qui fit per effectum non convertibilem; ibi: *In quibus autem media* * etc. Prima dividitur in duas partes 9 secundum duo exempla quae ponit; secunda pars incipit ibi: *Item sic lunam* etc.* Circa primum duo facit: primo, ponit* exemplum de demonstratione quia, quae est per effectum; secundo, docet quomodo posset * converti in demonstrationem propter quid ; ibi : *Contingit autem* * etc.

* Lect. seq.

* Hum. 9.

* Num. 8.

‘ BDEQST ct c s. m.: *proponit;* c s. m.: *ostendit.*

*abci-.*possit*;n: *potest.*

' Num. 7.

6. Dicit ergo primo quod demonstratio *quia* per effectum est, si * quis concludat quod planetae sunt * prope propter hoc quod non scintillant. Non enim non scintillare est causa quod planetae sint prope, sed e converso. Propter hoc enim non scintillant planctae, quia sunt prope. Stellae enim fixae scintillant, quia visus in comprehensione earum caligat*propter earum distantiam. Formetur ergo syllogismus sic: Omne non scintillans ‘ est prope; planetae sunt non scintillan-

* Codd. - rex ; *est per eff., ut si.,* ‘ Λ: *sint.*

* Codd.-PGT: *caligatur.*

‹x) ***Et primis et immediatis.-Est lectio*** **codd. ABCDEHKLNOQRST; P:** ***procedit ex primis;*** **G:** ***procedit, primis; K: procedat; M: et ex primis.*** **-B** : ***et ex primis et quodammodo immediatis.-*** **Circa autem ea quae immediate sequuntur cod. C mendosus est: omittit enim verba,** ***quia ita est*** **usque ad** ***faciens scire*** **inclusive: quae procul omni dubio sunt retinenda cum ed. Piana, et aliis codd.**

(Ï) ***Oportet etiam quod*** **etc. – AC1LM0QST:** ***oportet quod etiam demonstratio*** **etc.; B:** ***oportet quod demonstratio*** **etc.; E:** ***apparet quod etiam demonstratio*** **etc.; G:** ***manifestum est quod demonstratio*** **etc. – Infra, P :** ***Et hacc quidem*** **etc., codices omnes legunt :** ***Et horum*** **etc. Adoptamus** ***horum*** **et addimus** ***primo*** **ex codd. ; B :** ***Et horum primo quidem.*** **-Denique codd. ABCDEHL.MNOQRST:** ***postea enim (.enim*** **om. B; H:** ***postea vero;*** **R:** ***postea quidem) considerabitur;*** **codd. (exc.AD):** ***in diversis scientiis.***

γ) ***In una autem scientia dupliciter differt.*** **– Hanc lectionem fere omnium codd. anteponimus lectioni Pianae:** ***In una autem dicitur dupliciter differre;*** **R:** ***In'una quidem scientia dicitur differre dupliciter.***

3) ***Alio modo differunt quia scire*** **etc. – Est lectio codd. ACDE1KLN QST et etiam BH, qui tamen legunt** ***differt*** **loco** ***differunt.-P:*** ***Alio modo differt scire quia est. Quia scire*** **etc.; G:** ***Alio autem modo differt scire propter quid et quia quando non Jit syllogismus per media*** **etc.; O:** ***Alio modo differret scire quia est quando fit*** **etc.; R:** ***Alio modo differt scire, quia scire est quando fit*** **etc.**

ε) ***Per effectus convertibiles.*** **– Notandum cum Caietano (in 1** ***Poster.,*** **cap. xm, §** ***Circa primam conclusionem*** **etc., fol. 5γ, col. 2) quod effectum esse convertibilem cum causa contingit dupliciter; vel scilicet secundum** ***praedicationem,*** **vel secundum** ***causalitatcm.*** **Convertibilitas** ***praedicationis*** **est, vel necessaria coexistentia effectus cum sua causa et causae cum suo effectu, ita nempe ut ubicunque est causa sit effectus, et viceversa (sicut ubicunque est** ***risibilitas,*** **ibi est** ***humanitas,*** **quae est causa risibilitatis, et ubicunque est humanitas, ibi est risibilitas, quae est effectus humanitatis) ; vel est mutua reciprocatio attributionis, quatenus videlicet, de quocunque supposito praedicetur causa, de eodem praedicatur denominatio causalis ab effectu sumpta, et viceversa de quocunque praedicatur denominatio causalis sumpta ab effectu, de eodem praedicatur causa. Ex. g.: de quocunque praedicatur liberum arbitrium, praedicatur actionum imputabilitas ; et de quocunque praedicatur actionum imputabilitas, praedicatur liberum arbitrium.-Convertibilitas causalitatis est mutua exigentia inter causam et effectum, quatenus nempe effectus necessario praeexigit talem causam, et talem causam sequitur necessario talis effectus. De hac convertibilitate principaliter est sermo in praesenti tractatu, cum agitur de demonstratione** ***quia*** **per effectus convertibiles. Vi enim huius convertibilitatis** ***causalitatis*** **ab effectu recte concluditur** ***quia*** **seu existentia causae, et viceversa a causa concluditur** ***propter quid,*** **hoc est nedum existentia sed etiam natura effectus. Ratio est connexio necessaria et mutua inter effectum et causam, ut dictum est.-Ccterum novitius prae mente habeat quae supra (lect.x, not. p) cum praelaudato Caietano notata sunt. Etenim dictum est quod** ***dici per se*** **in quarto modo differt, formaliter loquendo, a** ***dici per se*** **in secundo modo, quia in quarto est ratio formalis causalitatis, in secundo autem ratio formalis praedicationis. Sed insuper addidimus** ***dici per se*** **in quarto modo posse coincidere cum** ***dici per se*** **in secundo modo. In praesenti sermo est formaliter de convertibilitate causalitatis, non exclusa, sed neque considerata eius convenientia vel non convenientia cum convertibilitate praedicationis.**

ζ) ***Et tamen talis demonstratio*** **etc. – Ita codices, exc. 1. – Utrum tamen codd. ADGHKLMNQ habeant,** ***eu (cum),*** **an** ***tn (tamen),*** **non satis liquet.-P:** ***Et ista talis demonstratio;*** **i:** ***Et talis demonstratio fit*** **etc. Insuper codices omnes omittunt,** ***scilicet nobis,*** **quae tamen secunda manu adduntur in S. – Revera haec verba non habentur in textu Aristotelis, nec necessaria sunt, quia non semel iam dictum est in demonstratione** ***propter quid*** **procedi a notioribus quoad se et simpliciter, in demonstratione autem** ***quia*** **a notioribus non simpliciter sed quoad nos. Ea tamen habent cum P edd. Ven. et forte s. Thomas addit ad maiorem perspicuitatem verborum textus, 3ιά τοΐι γνωριρωτέρου.**

η) ***In prima ponit exempla*** **etc. – Est lectio codd. ADEHIKLMNR ST; P:** ***manifestat exemplum;*** **G:** ***manifestat ponendo exemplum;*** **Or** ***ostendit exempla.-*** **Infra** ***(Prima in duas*** **etc.), codd. CDEH1MN0QST:** ***Prima dividitur in duas;H; in duas partes...*** **Codd.:** ***ponit exempla;*** **P:** ***exemplum.*** **– Saepe occurrit ut in codicibus partitio enuncietur hoc modo :** ***dividitur in partes duas,*** **vel** ***in partes tres,*** **loco,** ***in duas partes,*** **ut frequentius habet P. Quia tamen res non est alicuius momenti, aliquando codd. lectionem adoptamus, sed communiter Pianam conservamus.**

0) ***Prima dividitur in duas partes.- Codd.*** **BGLO omittunt** ***dividitur*** **et** ***partes;*** **1MR omittunt** ***partes.*** **Sed retinenda est lectio Piana, quae datur ab aliis codicibus. – Infra** ***(secunda pars etc.),*** **ABCDENOQS omittunt** ***incipit;*** **GLMOT omittunt** ***pars.*** **Hinc lectio cod. O est:** ***secunda ibi: Item*** **etc.; H:** ***secunda ibi incipit;*** **I:** ***secundum ibi: Iterum*** **etc. R mendose omittit** ***secunda*** **ctc., usque ad** ***ibi*** **inclusive.**

1) ***Omne non scintillans*** **etc. – Hunc syllogismum ex integro omittunt codd., exc. GH. In cod. S additur marg.:** ***omne quod non scin-***

tes; ergo sunt prope. Sit in quo C *planetae,* idest accipiatur * *planetae* quasi minor extremitas. In 9UO autcm * β sit *non scintillare,* idest *non scin-* accipiatur medius terminus. In quo autem A sit *prope esse,* idest *prope esse* accipiatur ut maior extremitas. Vera igitur est haec propositio: Omne C est B, quia planetae non scintillant. Et iterum verum est quod omne * B est ** A, quia omnis stella non scintillans prope est. Huiusmodi autem*' propositionis veritas oportet quod accipiatur per inductionem, aut per sensum, quia effectus hic est * notior causa quantum ad sensum. Et sic ggqjjjfyp COnclusio quod omne C sit A. Et sic demonstratum est quod planetae sive stellae erraticae sunt prope \ Hic igitur syllogismus non est *propter quid,* sed est * *quia.* Non enim propter hoc quod non * scintillant, planetae sunt prope, sed propter id quod prope sunt*, non scintillant.

7. Deinde cum dicit: *Contingit autem et per alterum* etc., docet quomodo demonstratio *quia* convertatur in demonstrationem *propter quid,* dicens * Quod *contingit et per alterum demonstrare alterum,* idest μ per hoc quod est *prope esse,* demonstrare quod non scintillant*; et sic erit demonstratio propter quid. *Ut sit C erraticae,* idest accipiatur *stella erratica* minor extremitas; *In quo B* sit *prope esse,* idest *prope esse* accipiatur ut medius terminus, quod supra erat maior extremitas; *A* sit *non scintillare* ', idest accipiatur *non scintillare* maior extremitas, quod supra erat medius terminus. Est igitur et* B in C, quia omnis planeta prope est f; et A est in B, quia omnis planeta, qui prope est, non scintillat; quare sequitur quod et A sit in C, scilicet, quod omnis planeta non scintillet. Et sic erit* syllogismus *propter quid,* cum accepta sit prima ct immediata causa.

8. Deinde cum dicit: *Item sic lunam demonstrant* etc., ponit aliud exemplum ad idem *, dicens quod *sic* (idest demonstratione faciente scire *quia), demonstrant quod luna sit circularis per incrementa,* quibus scilicet * omni mense augetur et minuitur, sic argumentantes *: Omne quod sic augetur quasi circulariter, circulare est; augetur autem sic luna ; ergo est circularis °. *Sic igitur factus est syllogismus* demonstrans *quia.* Sed *e converso, posito medio ipsius,* fit syllogismus *propter quid,* scilicet si ponatur *circulare* ut medius

c$"XrRT: ac' codd"Zcxc c°™t KMQnetas. m.ci›.G

'fcm"icxcodd·' ··Cod'd.–p: *su.*

'ceffect.esthici icest nc.

λ ex codd., ◆No» ex codd. •■*f.sint.*

d(w°dd' ''P: ct B * ABCOEILNOQST : *non scMiient.*

v

om. GIOR.— ' ex ç

· codd.-a: *est.*

* *m idem* °*

^°dd· –p: ar- 0

tillat est prope; sed planetae non scintillant; ergo etc. – Consensus fere unanimis codd. grave ingerit dubium, utrum praefatus syllogismus pertineat ad textum s. Thomae, an fuerit primitus adnotatio marginalis, quae deinde textui fuit inserta amanuensium incuria. Iudicium sit penes lectorem. Hoc solum animadvertere liceat quod in Piana bis idem syllogismus ponitur: idem enim syllogismus cst cum dicitur: *omne non scintillans* etc.; et cum subiungitur immediate: *Sit in quo C* etc.

x) *Huiusmodi autem.* – Ita Piana cum omnibus codd., exc. G, qui unus habet: *prope. Hic autem sensus propositionis oportet ut accipiatur.* Sed cst lectio arbitraria et non curanda. – Infra P omittit verba, *quantum ad sensum,* quae addimus ex unanimi codd. consensu.

λ) *Ht sic demonstratum est* etc.– Cod. A om. *et;* H om. sic.—P: *quod planetae non scintillantes sive.* Sed *non scintillantes* est medius terminus assumptus in praefato syllogismo; unde debet expungi ab illa conclusione: *Et sic demonstratum* etc.-Codices omnes, quos sequimur, omittunt verba *non scintillantes.*- R oscitanter omittit verba, *quod planetae...* usque ad *syllogismus non est* inclusive.-G: *prope sunt;* ABCD EHIKLMNQST: *prope sint;* atque cod. I prosequitur: *propter hoc quod non scintillant. Hic ergo syllogismus* etc.—Denique in fine huius numeri *(sed propter id etc.)* unus G legit: *sed e converso, scilicet quia prope sunt, propter hoc non scintillant.*

p) *Contingit et... idest per hoc.*- Legimus *contingit et* cum codd. CDEH1LMNOQRST, quae est lectio versionis latinae textui praefixae, imo et ipsius textus graeci: Ἐγχωρεῖ 35 χαι, *possibile autem* et.– Item ex codd. adoptamus *idest per hoc.* Excipe B qui peculiarem habet lectionem, nempe: *demonstrare alterum, et per hoc, idestper causam demonstrare effectum, idest propter hoc.* – P: *contingit per... idest propter hoc.*

ν) *A sit non scintillare* etc.-Cod. A: *In quo A, idest non scintillare, accipiatur ut maior extremitas* etc. Sed haec lectio nedum contradicit aliis codd., sed neque consona est textui, cuius verba s. Thomas hoc loco transcribit: το A τὸ.ρὴ στὶλβειν.– H: *A vero;* G et marg. S: *A autem.*

Ç) *Quia omnis planeta prope* etc. – Codices, exceptis CDE, habent hanc lectionem Pianam; sed CDE omittunt haec verba usque ad, *et A est in B,* inclusive. Quae omissio est mendum. Etenim primi membri: *est igitur et B in C,* quod iuxta praemissa est *minor* syllogismi (ὑπαρχε: 3ή χαι *τα* II τω Γ) omittitur ratio assignata a s. Thoma: *quia omnis planeta prope est,* et cius loco ponitur probatio *maioris: quia omnis planeta, qui prope est, non scintillat;* insuper, ipsa *maior* eiusdem syllogismi omittitur, nempe, *et A est in B* (και το A τω B). Proindeque non recte concluditur, *quare sequitur* etc. (ὡστε χαι τω Γ τὸ A).-Integram hanc illationem, *quare... non scintillet,* omittunt codices HM.- Item GIOQ legunt; *quod A sit in C,* omisso et. – Praeterea CDEGIN QST : *quod omnis planeta quae prope est non scintillat* (S, *non scintillet).* Sed *prope est,* cum fuerit assumptum ut *medium* syllogismi, excluditur ab illatione (Cf. lect. vm, not. p).

Waitz *{Aristotelis Organon,* P. II, pag. 20) legit: υπάρχει δὴ χαι το B τφ Γ, ὡστε χαι τω Γ τὸ A, τὸ ρὴ στὶλβειν. Και etc. Rationem autem huius lectionis reddit in Scholiis pag. 33q: <Omnes codices, inquit, exc. n, » quibuscum convenit quod vet. intp. goth. praebet, post τὸ A habent » χαι τὸ A τω B τὸ ρὴ στὶλβειν, quae Bkkus cum edd. prr. ita transpo- » suit, ut ante ὡστε collocaverit: quod quomodo defendi possit non vi- ■» deo. Nos, quum quae codices exhibeant non sana esse appareat, aliquid » delendum quam singula verba transponenda esse facilius nobis persua- i dentes, verborum ordine qualem codices praebent servato, omisimus » verba χαι τὸ A τω B quae in codd. leguntur post τὸ A : nam τὸ A » per scribentis negligentiàm repetitum in causa videtur fuisse, ut adie- » ctum sit τω B et particula χα'ι quam cod. *p* omisit. Etiam Boethii » versionem pravam lectionem exhibere patet : videtur enim legisse » υπὰρχει δὴ χα'ι τὸ B τω Γ τὸ ρὴ στὶλβειν, ὡστε χαι τω Γ.»–Iuxta lectionem, quam cum Pacio (1 *Poster.,* cap. x, Ed. cit., pag. 196), Ed. Basil. (Opp. Arist.- 1539, pag. 70, lin. 17-18), Ed. Paris. (Opp. Arist.-1654, Tom. I, *Analytic. Post.,* lib. 1, cap. xin, n. 3, pag. 204), aliisque, ut Waitz affirmat, prioribus editionibus habet Bekker (Ed. Acad. reg. Boruss., Vol. 1, pag. 78,.col. 2) et sequitur Didot (pag. 184, n. 3), Aristoteles ponit integrum syllogismum, qui ordinatur in hac forma a s. Thoma. Omnes planetae (Γ) sunt prope (B); sed omne quod est prope (B) non scintillat (A); ergo planetae (Γ) non scintillant (A). Porro *minor* huius syllogismi cnunciatur ab Aristotele, cum dicit : υπάρχει δὴ χαῖ τὸ B τω Γ ; *maior* syllogismi, cum ponitur: και τὸ A τω B, τὸ ρὴ στὶλβειν; denique conclusio habetur in illis verbis: ὡστε χαι τὼ Γ τὸ A, seu, ut habent Pacius et priores edd. supra citatae : ὡστε χαι τὸ A τω Γ. – In lectione Waitz supprimitur *maior* syllogismi (χα'ι τὸ A τω B, τὸ ρὴ στὶλβειν), et proponitur enthymema: *omnes planetae sunt prope; ergo planetae non scintillant.* Quia igitur codices, ut Waitz affirmat, habent χα'ι τὸ A τω B, non video qua ratione haec verba ab ipso omittantur. Non irrationaliter autem a Bekkero χα'ι τὸ A τὼ B τὸ ρὴ στὶλβειν collocari ante ὡστε suadet auctoritas priorum edd., nec non ratiocinationis integritas, ut demonstravimus. Assentimus autem eidem auctori cum addit Boethii versionem pravam lectionem exhibere: *Est igitur B in C, quod est non scintillare; quare et in C* (I *Poster.,* cap. x, pag. 531, ed. cit.). Versio huic lectioni praefixa habet omnia membra iuxta graecam lectionem Pacii, Bekkeri et Didot, nisi quod *quare,* ὡστε, iuxta adnotata a Waitz, ita ponitur ante χα'ι τω Γ τὸ A, ut simul afficere videatur etiam *maiorem* syllogismi χα'ι τὸ A τω B: quod ab eisdem auctoribus merito improbatur, quia confusionem inducit.– Philoponus in 1 *Poster,* aliam lectionem ex Aristotele profert, nempe: υπάρχει δὴ χα'ι τὸ B τω Γ, χα'ι τὸ A τω B, τὸ ρὴ στὶλβειν (Ed. Aldi Manutii, pag. 93.-Venetiis, 1304). In hac lectione maior et minor ponuntur; illatio ut subintellecta relinquitur : quod non infrequenter Aristoteles facit. Unde si mutanda foret lectio textus Aristotelis (de qua re iudicent peritiores), ea quam praebet Philoponus esset adoptanda, magis quam illa, quam Waitz admittit. – Variantium lectionum, quae notantur in textu graeco, vestigia quaedam apparent in lectionibus, quas supra ex codd. dedimus quoad textum s. Thomae. Etenim codd. CDE omittunt *B est A,* hoc est, χα'ι τὸ A τω B omittunt, quae Waitz a sua editione expungit; codd. HM omittunt, *C est A,* et sic exhibent lectionem Philoponi. Fere omnes tamen codices praebent lectionem conformem textui graeco, qui huic lectioni s. Th. praefigitur.

0) *Omne quod sic augetur* etc. – Hoc syllogismo s. Thomas exponit verba illa Aristotelis: εἰ γὰρ... φανερὸν ὁτι σφαιροειδὴ . Quorum versio (quam ex Boethio addimus) desideratur in versione *antiqua* quae habetur in Piana, in Venetis edd. sec. XV, nec non in altera Ven. 1526.– Infra codd. CIO: *demonstrativus quia;* H omittit tum *demonstrativus,* tum *demonstrans* P et aliorum codd. Vocabulum istud non est in versione textui praefixa, neque in textu graeco; sed haec non est ratio illud expungendi contra codd. auctoritatem. Non enim infrequenter s. Thomas admiscet propria verbis Aristotelis ad orationis perspicuitatem.

terminus, et *augmentum* * ut maior extremitas. Non enim ideo circularis est luna, quia sic augetur, sed quia circularis est, ideo talia augmenta recipit. Sit ergo *luna in quo C,* idest minor extremitas; *augmentum* * *in quo B,* idest medius terminus; *circularis* autem * *in quo A,* idest maior extremitas. Et hoc intelligendum est * in syllogismo *quia.* E converso autem in * syllogismo *propter quid.*

9. Deinde cum dicit: *In quibus autem media* etc., ostendit quod sit demonstratio *quia* per effectum non convertibilem, dicens quod in * illis etiam syllogismis *in quibus media non convertuntur* π cum extremis, et accipitur ut notius quoad nos, scilicet * loco medii, *quod non est causa,* sed magis effectus, *demonstratur quidem quia, sed non propter quid.* Et quidem si * tale *medium* convertatur cum *maiori* extremitate, et excedat *minorem r,* manifestum est quod conveniens fit * syllogismus. Sicut si probetur de *venere* quod sit prope, quia non scintillat. Si autem e converso *minor* terminus esset in plus * quam *medium* assumptum **; non * esset conveniens syllogismus. Non enim potest de stella universaliter concludi quod sit prope, propter* hoc quod non scintillat. In comparatione autem ad *maiorem* terminum est * e converso. Nam si *medium* sit in minus * quam *maior* terminus conveniens fit syllogismus. Sicut si per hoc, quod est moveri motu progressivo, probetur de aliquo quod habeat animam sensibilem *. Si autem sit in plus, non fit conveniens syllogismus. Nam ab effectu, qui a pluribus causis procedere potest, non potest una illarum concludi. Sicut non potest concludi, quod aliquis habeat febrem, ex excitatione pulsus σ.

* Codd.-p: *augetur.*

c: *augm. vero in.*

* ph: *circulariter.* —*Autem* om. codd., exc. ca.

' *Est* ex codd., exc. dot.

* h: *fit in.*

' *In* ex codd.

• *scilicet* om. b.

i *Quidem ii* om. p

* bboqr: *sit.*

• scilicet, magis universalis

' c; *'tunc non.*

• codd. (exc.cj: *maior, extre-*

' η m *pius quam minor.* Sed erronec,-cf. infra,

b: *sensitivam.*

π) *Media non convertuntur.* — ita cum P codices, uno l excepto, qui legit: *medium non convertitur.* Quae lectio prima fronte vera apparet. Nam ea requiri videtur ex iis quae statim adduntur: *et accipitur ut notius.* Nihilominus versio textui praefixa est iuxta codices, imo textus ipse graecus: τὰ μέσα μὴ αντιστρέφει, *media non convertuntur;* tamen subiungitur: και εστι γνωριμώτερον, *et est notius.*

ρ) *Si taie medium convertatur cum maiori extremitate et excedat* minorem. —Unus ex tribus syllogismi terminis ideo *medium* dicitur, quia stat inter *extrema,* quae separatim in maiori propositione et in minori cum eo comparantur. Ergo medium vel est convertibile cum maiori extremitate (quatenus nempe eamdem habet extensionem, seu universalitatem); et haec hypothesis iam considerata est in duobus numeris praecedentibus, in quibus dictum est de reductione demonstrationis *quia* ad demonstrationem *propter quid;* vel non est convertibile, et hoc in casu: 1. aut est in plus, seu magis universale quam maior extremitas; 2. aut est in minus quam ipsa; 3. aut est in plus quam minor extremitas; 4. aut est in minus.

Hanc divisionem tangit s. Thomas in hoc numero et iuxta eam ratiocinatur aiens quod, in demonstratione quia, in qua assumitur effectus ut *medium,* 1. si medium est in plus, seu magis universale, quam minor extremitas, syllogismus est conveniens; 2. non autem si *minor* terminus sit in plus quam medium; 3. ex opposito fit conveniens syllogismus si medium sit in minus quam maior extremitas; 4. non autem si sit in plus. – Notandum quod cum dicitur non fieri syllogismum quando medium est in plus quam terminus *maior,* intelligendum est de syllogismo affirmativo, non autem de syllogismis negativis. In istis enim illatio sequitur in secunda figura; ut si dicam: Omne animal habet operationes vitales; sed lapis non habet operationes vitales; ergo lapis non est animal. – Medium est *habere operationes vitales,* quod quidem est magis universale, quam maior extremitas, nempe *animal:* convenit enim etiam plantis. – Si vero, inquit Caietanus, medium ideo non est convertibile, quia est in minus quam minor terminus, nec affirmativa nec negativa demonstratio fit, ut de se patet (In l *Poster.,* cap. xin, § *Circa tertiam conclusionem* etc., fol. 58, col. 1).

σ) *Quod aliquis habeat febrem* etc. — B: *febres;* codd. (exc. HO) omittunt praepositionem *ex;* Λ (marg.: *ex occasione vel\ citatione pulsus;* O: *quod aliquis habeat febrem,* (marg. addit aman.: *quia habet) excitatum pulsum.*

LECTIO VIGESIMAQUARTA

DE DEMONSTRATIONE *QUIA* PER NON IMMEDIATA

"Ετι έφ* ών το μέσον έξω τίθεται. Κζί γάρ έν του'τοι του δτι καί ού τοΰ διότι η άπόδειξι - ού γάρ λέγεται τό αίτιον.

Οίον διά τί ούκ αναπνέει ό τοίχο ; οτι ού ζωον. Εί γάρ τούτο τοΰ μη άναπνέειν αίτιον, έδει το ζωον είναι αίτιον τοΰ άναπνεΐν, οίον εί ή άπόφασι αιτία τοΰ μη' ύπάρχειν, η κατάφασι τοΰ ύπα'ρχειν, ώσπερ ει τό άσυ'μμετρα είναι τά θερμά καί ψυχρά τοΰ μη' ύγιαίνειν, τό συ'μμετρα είναι τοΰ ύγιαίνειν. 'Ομοίω δέ καί εί ή κατάφασι τοΰ ύπάρχειν, η άπόφασι τοΰ μη ύπάρχειν. Έπί δέ τών ούτω άποδεδομενων ού συμβαίνει τό λεχθέν ού γάρ άπαν άναπνεΐ ζωον.

Ό δέ συλλογισμό γίνεται τη τοιαύτη αιτία έν τω μέσω σχη'ματι. Οίον έστω τό Α ζωον, έφ' ού τό Β τό άναπνεΐν, έφ' ω Γ τοίχο . Τω μέν ούν Β παντί υπάρχει τό Α (παν γάρ τό άναπνέον ζωον), τω δέ Γ ούθενί, ώστε ούδέ τό Β τω Γ ούθενί· ούκ άρα άναπνει ό τοίχο .

Έοίκασι δ' αί τοιαΰται τών αιτιών τοΐ καθ' υπερβολήν είρημένοι · τούτο δ' έστι τό πλέον άποστη'σαντα τό μέσον εΐπεΐν, οίον τό τοΰ Άναχάρσιο , οτι έν Σκύ-Οαι ούκ εισίν αύληταί, ούδέ γάρ άμπελοι.

Κατά μέν δη την αύτη'ν επιστήμην καί κατά την τών μέσων θέσιν αύται διαφοραί είσι τοΰ ότι πρό τόν τοΰ διότι συλλογισμόν.

* Amplius in quibus medium extra ponitur. Et in his enim ipsius quia, non propter quid demonstratio est: non enim dicitur causa. · Ssq. cap. xm c!!cxt-3°·

Ut quare non respirat paries? quia non est animal. Si enim hoc causa est non respirandi, oportet animal causam esse respirandi; ut si negatio caqsa est ipsius non esse, affirmatio est esse; sicut .si sine mensura esse calida et frigida non sanandi causa est, et cum mensura esse sanandi causa est. Similiter autem est, si affirmatio ipsius esse, et negatio non esse. In' his autem sic demonstratis non contingit quod dictum est: non enim omne respirat animal.

Syllogismus autem fit huiusmodi causae in media figura. Ut sit A animal, in quo B respirare, in quo C paries. In B quidem igitur omni est A (omne enim respirans animal est), in C autem nullo; quare B in C nullo est: non igitur respirat paries.

Comparantur huiusmodi causae secundum excellentiam dictis: hoc autem est plurimum distans medium dicere, sicut est illud quod Anacharsis in Scythis, quod non sunt sibilatores, neque enim vites.

Secundum quidem igitur eamdem scientiam, et secundum eorumdem positionem, hae differentiae sunt ipsius quia ad eum qui est propter quid syllogismum.

Synopsis. — 1. Argumentum et divisio textus. – 2. *Medium extra poni* in syllogismo dicitur quando medium est diversum a maiori termino, vel quando est extra genus, quasi communius, et non convertitur cum maiori termino. Per tale medium non potest haberi demonstratio *propter quid,* quia illud non est, proprie loquendo, causa rei demonstratae. – 3. Exemplo manifestatur assertum. – 4. Exemplum in forma syllogistica ordinatur. – 5. In huiusmodi demonstrationibus *quia,* medium est causa nimis remota veritatis conclusae. – 6. Epilogus.

1. ostquam manifestavit Philosophus per ^exempla, qualiter demonstratur *quia* effectum; hic ostendit qualiter demonstratur *quia* per non immediata. Et circa hoc duo facit: primo, manifestat propositum; secundo, ostendit qualiter in huiusmodi demonstrationibus media se habeant ad conclusiones; ibi: *Comparantur autem huiusmodi* * etc. Circa primum tria facit: primo, proponit intentum; secundo, manifestat per exemplum *; ibi: *Ut quare non respirat* * etc.; tertio, ordinat in forma syllogistica; ibi: *Syllogismus autem* * etc. Dicit ergo primo quod non solum in his quae probantur per effectum demonstratur *quia* et non *propter quid,* sed etiam *in quibus medium extra ponitur.*

2. Dicitur autem medium extra poni quando * est diversum a *maiori* termino, ut accidit in syllogismis negativis. Vel medium extra poni * dicitur, quando est extra genus K, quasi communius, et non convertitur cum maiori termino. Quod autem per tale medium non possit demonstrari *propter quid* probat ex hoc, quod demonstratio *propter quid* est per causam. Tale autem medium non est causa proprie loquendo 15. β

3. Deinde cum dicit: *Ut quare non respirat etc.,*

* Num. 5.

* Codd. - pg: *exempla.*
* Num. 3.

* Num. 4.

'acdhilmnogrst: *quando medium.*

*»: *extra poni-*
"r' °ma 'c'

d) Quando est extra genus quasi communius. – *Veram* hanc lectionem restituo ex codd., excepto R, qui legit: *Vel medium dicitur extra, quando non convertitur cum maiori termino. Quod autem* etc. – Piana: *quando medium est quasi communius.* – Deinde codices omnes, excepto R, omittunt verba immediate sequentia, *et non convertitur cum maiori termino.* – Dominicus a Flandria in 1 *Poster.,* Qu. xxix, artic. 1, habet primam huius lectionis partem, quam adoptavimus ex codd., sed et alteram etiam adducit partem, quam praefati codices omittunt. – Notandum quod in propositionibus affirmativis subiectum dicitur *esse* praedicatum, nempe affirmatur identitas inter subiectum et praedicatum; ergo ex ratione opposita in propositionibus negativis dicitur subiectum *non esse* praedicatum, seu dicitur subiectum esse diversum a praedicato.-Deinde quoties inter subiectum et praedicatum in propositionibus affirmativis praedicatur identitas, vel est identitas simplicis affirmationis, vel est etiam identitas adaequationis et convertibilitatis. Si primum, affirmatur quidem de subiecto praedicatum, sed tamen praedicatum *extra* ambitum extensionis seu universalitatis subiecti porrigitur; si vero altera identitas affirmetur, subiectum seu medium adaequat praedicatum, et praedicatum adaequat subiectum, ita ut inversio sit vera: *Omne A est B; omne B est A.* Tota ergo quaestio quae in praesenti agitatur est: utrum per syllogismum, cuius medium est causa remota, de quo affirmatur simpliciter identitas sed non adaequatio maioris extremitatis, seu praedicati conclusionis, possit demonstrari *propter quid* conclusionis. Limitatur tamen quaestio ad demonstrationes negativas. Et merito. Nam, quia posita causa remota non illico ponitur effectus, ut in sequenti nota dicetur, ipsa non potest demonstrare nec quia nec propter quid effectus; at quia negata causa remota removetur effectus, recte quaeritur utrum ipsa negatio causae remotae possit dare *propter quid* negationis effectus. Hinc ratio cur nonnisi de syllogismis negativis afferantur exempla in hac lectione.

β) *Non est causa proprie loquendo.* -Hanc lectionem codd. ABOR, et quam habet Dom. a Flandr. I *Post.,* Qu. xxix, artic. 1, adoptamus loco P: *Tale autem medium non est per causam proprie loquendo.* – Non dicit s. Doctor quod causa remota, assumpta ut *medium* in demonstra-

manifestat quod dixerat per exemplum, dicens *: Ut si quis velit * probare, quod *non respirat* ** *paries, quia non est animal,* non demonstrat *propter quid,* nec accipit causam. Quia si non esse animal esset causa non respirandi, oporteret quod esse animal esset causa respirandi: quod falsum est. Multa enim sunt animalia quae non respirant γ. Oportet enim, si * negatio est causa negationis, quod affirmatio sit causa affirmationis; sicut non esse calidum et frigidum in mensura est causa quod aliquis non sanetur, et esse calidum et frigidum in mensura est causa quod aliquis sanetur. Similiter autem est e converso, quod si affirmatio est causa affirmationis, et * negatio est causa negationis. In praemissis autem hoc non contingit, quia affirmatio non est causa affirmationis; quia *non omne quod est animal respirat*'.

4. Deinde cum dicit: *Syllogismus autem* etc., ordinat praedictum exemplum in forma syllogistica, dicens * quod syllogismum praedictum oportet fieri in media figura ζ. Et hoc ideo est, quia in prima figura non potest esse, quando conclusio est negativa ", quod maior sit affirmativa; quod oportet in praedicto exemplo esse. Nam respirare, quod est maior terminus *, oportet quod coniungatur cum animali, quod est medius terminus, secundum affirmationem *. Sed paries, quod est minor terminus *, oportet quod coniungatur cum animali, quod est *medium,* secundum negationem. Et sic oportet quod *maior* sit affirmativa et *minor** negativa. Quod quidem * nunquam fit in prima figura; sed solum in secunda *. Accipiatur ergo *animal* A, idest medius terminus; B * *respirare,* idest maior extremitas; et *paries* C, idest minor

* Codd. -*v: et dicit.*
" Codd. - p: *vellet.*
-*i: *respiret.*
* BiR: *quad si*; CDELMNOQ. *Ut si.*
*E/excodd.«GHi om. *est causa.*
δ
ε
· coda. - P: *et*
,a' ζ
η
* Codd. –pg: *ex-*
B erronee om. *sec. off.* - hi: *Et paries ;r. Sipar. tremitas.*
'acoEiMOQSTime.
ζ om.
'Cf.i.vm,not.P.
* α, b *autem.*

tione *quia,* non sit causa, sed quod non sit causa *proprie loquendo.* Quae verba sunt attendenda. Nam causa proprie loquendo (qua utitur demonstratio *propter quid)* illa dicitur propter quam vere res est, ita ut t. ipsa posita ponatur effectus, et 2. ipsa remota effectus removeatur; sicut posito homine ponitur risibilitas, et remoto homine risibilitas non existit (Cf. lect. praeced., not. ε). Cf. quae lect. xu 'de *universali* dicta sunt, n. 1l: ea enim quae ib. Angelicus disserit de modo accipiendi *universale,* ad praesens nostrum propositum faciunt.-At contra causa mediata seu remota (qua utitur demonstratio *quia)* est quidem illa propter quam aliquo modo res est (secus nullo modo esset causa), sed ita tamen ut ipsa posita non sequatur quod ponatur effectus, quamvis ipsa remota effectus removeatur. Ex. g.: posita materia inebriationis non sequitur inebriatio; quamvis inebriatio removeatur, remota materia illa. Ratio est, quia cum causa remota causa sit, ea sublata removetur effectus; sed quia non illa formaliter seu vere producit effectum, deficiente causa immediata, non sequitur positio effectus ex positione causae remotae. – Notandum est tamen quod causa potest dici remota dupliciter: uno modo quia est universalior seu communior communitate *praedicationis;* alio modo quia est communior communitate solius *positionis* seu *ordinis.* – Prima est quando causa non est convertibilis cum effectu, quia latius patet quam effectus, cuius dicitur causa; sicut in exemplo ex Aristotele inducto, *respirare* est ab animali ut a causa remota; at si non omnia animantia respirarent, manifestum est quod animal magis late pateret quam respirare. Ergo *animal* est causa respirationis remota in hoc primo sensu. – Causa remota ratione positionis dicitur, vel illa quae infert revera effectum, sed inter ipsam et effectum mediant aliae causae ab ea dependentes (sicut prima principia inferunt conclusiones mediantibus secundariis principiis); vel quae infert effectum, non quidem abstracte sed concrete accepta in determinata materia, sicut principia arithmeticae inferunt conclusiones musicae, quatenus sonis applicantur. – Quando ergo dicitur quod *medium* demonstrationis *quia* est causa mediata et remota, hoc est causa improprie dicta, et ideo non potest demonstrare *propter quid* rei, intellige causam mediatam, seu remotam, quae est communior communitate *praedicationis,* quia ipsi repugnat convertibilitas. Haec enim numquam potest esse causa immediata seu formalis effectus. Quod ideo noto, quia causa remota ratione positionis seu ordinis potest, sine eo quod accipiat aliquam differentiam, habere rationem convertibilitatis cum effectu, vel ex se, vel quatenus induit novum essendi modum, ratione subiecti vel materiae, cui unitur, ut in sequenti lectione declarabitur, not. τ, IV. – Quae omnia, ut paucis complectamur, dicimus quod causa remota ratione praedicationis non potest habere convertibilitatem cum effectu (quia species non convertitur cum genere); causa remota ratione positionis vel habet vel potest habere, sine addita differentia, convertibilitatem cum effectu. Hinc ex prima causa nonnisi *quia* demonstratur; ex altera vero potest etiam demonstrari *propter quid.* Cf. infra not. cit.

γ) *Non respirant.* – *Sicut pisces,* addit Piana. Nullus autem ex nostris codicibus habet haec verba, quae leguntur in P et in edd. Venetis.– Cum igitur lectio codicum sit unanimis, verbaque praefata abesse possint sine ullo praeiudicio perspicuitatis sententiae, ac denique non adducat Dominicus a Flandria, ea a nostra lectione expunximus. – Infra *(et esse calidum* etc.) codd. CEHLMNOQRST: *esse cum mensura calidum et frigidum est* etc.; et *cum mensura* habent etiam BI; sed B ordinem lectionis P servat, l vero om. *calidum et frigidum;* A intricate: *sicut non esse calidum et frigidum in mensura vel frigidi et esse est mensura calidum et frigidum est causa quod aliquis sanetur. Similiter* etc.; D: *sicut et esse cum (cum* expung.) *calidum et frigidum est* etc.-G integram hanc secundam partem, *et esse... sanetur,* omittit; K *sicut... non sanetur: sic etiam a frigidum cum mensura.*

0) *Oportet enim sj negatio... Similiter autem* etc.-Sub hac forma perspicua s. Thomas enunciat principia illa Aristotelis: εἰ ἡ ἀπόφασι αιτία τοῦ μη ὑπάρ/ειν, ἡ χατάφασι τοῦ ὕπάρχειν... ε! ἡ χατάφασι τοῦ ὑπάρ/ειν, ἡ απόφασι τοῦ ρή ὕπάρχειν; *si negatio est causa* τοῦ *non inesse, affirmatio* τοῦ *inesse... si affirmatio* τοῦ *inesse, negatio* τοῦ *non* messe.-Animadvertit Caietanus (in l *Poster.,* cap. xm, § *Circa illam regulam* etc., fol. 58, col. 2) aliud esse dicere: *Si affirmatio est causa affirmationis, negatio est causa negationis,* et e converso, ut dictum est supra; et aliud dicere: *Si affirmatio infert affirmationem, negatio infert negationem,* et e converso. Ratio discriminis est, quia valde inter se differunt *causare* et *inferre.* Sit exemplum: *Petrus currit; ergo movetur;* – *Petrus est homo; ergo est risibilis.* Bona utraque illatio; sed nota quod in primo syllogismo est sola *illatio,* non effectus: non enim cursus est causa motus; sed in secundo est *illatio* et simul *effectus,* imo illatio quia effectus: esse enim hominem est causa cur Petrus sit risibilis. Porro in priori syllogismo fit paralogismus si ab affirmatione consequentis inferatur affirmatio antecedentis (nempe: *Petrus movetur; ergo currit),* et a negatione antecedentis inferatur negatio consequentis (nempe: *Petrus non currit; ergo non movetur).* Igitur non est verum, in solo sensu illativo loquendo, quod si affirmatio infert affirmationem, negatio inferat negationem, et viceversa. Non hoc sensu propterea intelligenda sunt principia enunciata ab Aristotele, qui neque in forma illativa est locutus. – In altero autem syllogismo oppositum accidit: sine enim paralogisme, imo vere affirmatio antecedentis infertur ex affirmatione consequentis *(Petrus est risibilis; ergo est homo);* et negatio consequentis ex negatione antecedentis *(Petrus non est homo: ergo non est risibilis).* Hinc in hoc sensu causali et vero enunciavit praefata principia Aristoteles. Et ad hoc sapientes cautissime attendunt: apprime enim ipsi norunt quod ubi haec reflexio et mutua illatio negationis ex negatione et affirmationis ex affirmatione vera sit, signum manifestum est *propter quid* rei, quod est finis demonstrationis, esse cognitum: habetur enim hoc in casu *illatio,* quia habetur *causa.* Si secus, illatio quidem est, sed causa non attingitur. Hoc autem intelligendum est, ut patet, non dc causa remota, sed de causa propria, qua posita vel sublata, ponitur vel removetur effectus; in causis autem remotis, ratione praedicationis (Cf. not. β), verificatur solum ratio illationis.

ε) *Non omne quod est animal respirat.-iste* est vere sensus verborum Aristotelis quae transcribuntur a s.Thoma, ut videre est in textu: οὐ γὰρ ἁπαν ἀναπνεϊ ζωον, *non enim omne respirat animal,* ut recte habet versio lectioni praefixa. – Codd. DEH1LNOQST: *non omne quod respirat est animal.* Quae lectio falsa est tum ex textu citato, tum ex his quae hic disseruntur. Dicit enim infra Aristoteles: *omne enim respirans animal, πχν* γὰρ τὸ αναπνέον ζωον; et s.Thomas paulo supra dixit: *multa enim sunt animalia, quae non respirant,* et n. seq.: *omne respirans est animal.* Porro, uti lector ex se videt, lectio, quam exhibent praecitati codices, c diametro opponitur hisce sententiis. – Cod. B: *non omne quod respirat est animal, idest non omne animal respirat;* C: *non omne quod respirat animal;* RM: *non omne animal respirat.* G lectionem habet Pianam, sed post *respirat* addit, procul dubio ex proprio arbitrio: *sicut piscis.*

ζ) *Oportet fieri in media figura.* – Nempe in secunda figura, in qua medium bis praedicatur in praemissis et necesse est ut maior sit universalis atque .una praemissarum sit negativa (Cf. lect. vm, n. 9 et not. p). Non otiose autem, notat Caietanus (op. et loc. cit., § *Circa quintam conclusionem* etc., foi. 58, col. 3), Aristoteles adiecit quod per causam remotam fit demonstratio in secunda figura, ut exponit s. Thomas *(oportet fieri* etc.). Insinuavit siquidem ex hoc quod in nulla alia figura talis demonstratio fieri potest: *quod,* inquit Caietanus, *nisi ipse docuisset, non advertissemus.* Attamen Sylvester Maurus in l *Poster.,* cap. xm, n. 6, pag. 324 (Ed. cit.), videtur non omnino sentire cum Caietano. *Addit Aristoteles,* inquit, *quod demonstratio negativa per causam remotam non commode fit in prima figura.* Vide Caictan. loc. cit.

η) *Non potest esse, quando conclusio est negativa, quod* etc.-Ita legimus cum codicibus omnibus, uno G excepto. P: *non potest esse conclusio negativa, ita quod* etc.; G: *est negativa, oportet quod maior,* cetera ut alii codices. Verbum autem *oportet* inter duas lineas clauditur in hoc codice f*oportet).* Lectionum diversitas in codd. et P est quoad formam, non quoad sensum; planior tamen est codd. lectio. – Supra *(Et hoc ideo est quia),* A om. *quia,* G om. *ideo;* sed sunt menda.

extremitas. Sic igitur *A est in omni B* θ, quia omne * respirans est animal; *in nullo autem C est A*, quia nullus paries est animal: quare * sequitur quod etiam *B in nullo C sit,* scilicet * quod nullus paries respiret. Si autem acciperetur medium propinquum, esset demonstratio *propter quid.* Ut si ostenderetur quod paries non respiret, quia non habet pulmonem. Omne enim habens pulmonem respirat, et e converso ·.

5. Deinde cum dicit: *Comparantur huiusmodi* etc., ostendit quomodo media se habeant ad conclusiones *, dicens quod huiusmodi causae remotae comparantur dictis secundum excellentiam, quia scilicet * excedunt communitatem conclusionis probandae. Et huiusmodi medium contingit dicere quod est multum distans x. Ut patet in probatione Anacharsidis, qui probat * quod apud Scythas non sunt sibilatores *, propter hoc, quod *non sunt ibi vites.* Hoc enim est medium valde remotum. Propinquum enim esset *non habere vinum;* et adhuc propinquius *non bibere vinum;* ex quo sequitur laetitia cordis quae movet ad cantandum, ut sic sibilatio * pro cantu intelligatur. Vel melius potest dici quod sibilus hic accipitur non pro quolibet cantu; sed pro cantu vindemiantium, qui vocatur *celeuma* \

6. Deinde cum dicit: *Secundum quidem* etc., epilogat quod * dixerat, dicens : quod hae sunt differentiae syllogismi *quia* ad syllogismum qui est *propter quid,* in eadem scientia, *et secundum eorumdem* μ *positionem,* idest eorum qui habent eumdem ordinem. Quod dicitur ad removendum illud, quod post* dicet, quod una scientia est sub altera.

0 om/ieom.ABR. ι τ· *quare etiam* *codd.-p:iÂ?sZ ℓ •Codd.-pci.con- *'Scilicet excodd, terminos conci.* ¶x /ro4awxc'EMQ,: ▮ Codd. (exc. b) *sibilationes.* ' x p. m.: *sibilus.* λ ˀ b d e q r s t: *quae* ... h: *dicendo.* p * Lect. seq.

0) *Sic igitur A est in omni* **B.-Hanc** lectionem explicite habent codd. ABCDEHKLMNOST. Quibus accedunt alii codices; 1: *Sic igitur A inest omni B;* QR: *Si igitur A est in* etc.; G: *Sic ergo est in* etc.-P: *Sit ergo A in omni B.* – Verum particula *sit* non videtur esse adhibenda in praesenti casu. In textu graeco: Tω ρεν ojv B παντι υπάρχει το A. *Igitur omni B inest A.* Et huic lectioni conformior est lectio recitata ex cod. 1. – Infra (*in nullo autem C* etc.) I mendose legit: *in negativa autem C.* Mendum praeterea est omissio in codd. LQ verborum praecedentium: *et paries C, idest minor extremitas;* 1 ibidem omittit *et,* ac *idest.*

i) *Omne enim* etc. – Cod. H: *Quia omne quod habet* etc.; 1: *Quia· omne habens* etc.-AB om. *et e converso;* HO: *e converso,* omissa particula *et,* sed male.

•x) *Contingit dicere* etc. – Omnes codices, exc. G, omittunt verba: *quod est,* ita ut lectio eorum sit: *Et huiusmodi medium contingit dicere* (L om. etiam *dicere) multum distans.-G·. Et huiusmodi medium commt dicemus quod est multum distans.* – *Verba* haec s. Thomae desumpta sunt ex textu Aristotelis: τοῦτο 3' ?στι το πλέον ἀποστήσαντα τὰ ρέαον ειπε"ν, *hoc autem est dicere medium plurimum abscedens,* nempe a re demonstranda. Quod ex argumentatione Anacharsidis fit manifestum.

Dicitur autem hoc *(de Anacharsi),* inquit Philoponus, in antiquis annalibus: φέρεται οε τοῦτο ἐν το" αρχαίοι; ἀπορνηρονεύραιν (In I *Poster.* – Ed. cit. Aldi Manutii, pag. 99). Et Diogenes Laertius in vita Anacharsidis scythae refert: Interrogatus (Anacharsis) num essent apud Scythas tibiae: atqui, inquit, ne vites quidem: ἙρωτηΟε'ι; εἰ εἴσιν ἐν ΣκὺΟαι; αὐλο'ι, εἶπεν, ἀλλ' οὐδὲ ἀρπελοι.

λ) *Sed pro cantu vindemiantium* etc.-Absurda prorsus est lectio codd. AB. Primus enim: *sed pro cantu non demonstratum;* in marg. vero legitur: *mdacium;* B: *sed pro cantu non demonstrato.* -BHR: *qui vocatur;* O: *quem vocant;* P: *quod vocatur.*

In *Glossario* ad scriptores mediae et infimae latinitatis (auctore Du-Cange), ad voc. *Celeuma,* haec notantur: « Celeuma pro *Celeusma,* gr. » κέλευσρα, cantus nautarum, quem in prosperis praesertim concine- » bant. Occurrit in Vita s. Genovefae, tom. 1 SS. Ian., p. 141, et in Vita » s. Wilfridi inter Acta SS. Benedict., saec. 4, part. 1, pag. 684.» – (Editio nova.... opera et studio monachor. ord. s. Bened. e congreg. s. Mauri. Parisiis iy33). – In *Glossario* autem *novo* ad scriptores medii aevi, a p. Carpentier O. S. B., ad voc. *Celeuma,* legitur: « Celeuma, pro Celeusma, » adde: Glossar. vct. ex cod. reg. 521, *Celeuma, clamor nauticus, quem* » *efficiunt quandoque nautae propter turbationem caeli.* Gloss, lat. gall. » ex cod. reg. 7692. *Celeuma,* Cotuenge. » – Henricus Stephanus *(Thesaurus graecae linguae)* voc. κέλευσρα inquit: « lussum, mandatum... » Item hortamentum, quod hortandi causa dicitur. Sed usus obtinuit ut » ad hortamentum quod remigibus datur, verbale istud restringeretur, » id est *Celeusma,* ut latini quoque loquuntur.» Similia notantur in *Lexic. latin.* Facciolati et Forcellini, curante Furlanetto, voc. *Celeusma;* item a Matthia Martinio in *Lex. philolog.* etc., voc. *Celeusma,* qui tamen addit: « Latin.Bibi, intcrp.pro hebr. TT^iT habet Celeuma *Icrem.* xxv, 3o, » et XLvni, 33, et ı i, 14. Est autem *hedad* clamor calcantium uvas » (επιλήνιαν ασρα) sicut et clamor depopulantium urbes vel agros. » Hinc s. Hieronymus lib. V in Isaiam, super cap.xvi, v. 10, habet: » *Et* » *in vineis non exultabit, neque iubilabit.* Subauditur prior vindemia- » tor, id est colonus moabitidis provinciae. Denique statim subiecit: *Vi-* » *num in torculari non calcabit, qui calcare consueverat: vocem cal-* » *cantium abstuli.* Nequaquam in vindemia laetus vindemiator celeuma » cantabit, sed ubique hostilis vastitas, et victorum orietur clamor » (Opp. Tom. IV.-Veronae 1735. – Curante Vallarsio).

p) *Secuhdum eorumdem positionem.* – *Codd.* BCDEQST: *secundum eorum positionem.* Versio latina, quae supra legitur, habet *eorumdem;* sed textus graecus non *eorumdem* neque *eorum,* sed *mediorum* habet: και κατά την των ρέσων βέσιν. Et *mediorum* vertit Boethius 1 *Poster.,* cap. x, – Ed. *a: idest eorum, quae.*

LECTIO VIGESIMAQUINTA

DE DIFFERENTIA DEMONSTRATIONIS *QUIA* A DEMONSTRATIONE *PROPTER QUID* IN DIVERSIS SCIENTIIS SIVE SUBALTERNATIS, SIVE NON SUBALTERNATIS

Ἄλλον δέ τρόπον διαφέρει το διότι του οτι τό δι' ἀλλη επιστήμη ἑκάτερον θεωρειν.

Τοιαύτα δ' ἐστίν οσα ούτω ἐχει πρό ἀλληλα ὠστ' ειναι θάτερον υπό θάτερον, οίον τά οπτικά πρό γεωμετρίαν καί τά μηχανικά πρό στερεομετρίαν κα'ι τα αρμονικά πρό αριθμητικήν καί τα φαινόμενα πρό ἀστρολογικη'ν.

Σχεδόν δέ συνώνυμοί εἰσιν ενιαι του'των τών επιστημών, οίον αστρολογία η τε μαθηματική' καί ἡ ναυτική, καί αρμονική η τε μαθηματική καί ἡ κατά την ἀκοην.

'Ενταύθα γάρ τό μέν οτι τών αισθητικών εἰδε'ναι, τό δέ διότι τών μαθηματικών ούτοι γάρ εχουσι τών αἰτιων τά αποδείξει, καί πολλάκι ούκ ϊσασι τό οτι, καθάπερ οί τό καθόλου θεωροϋντε πολλάκι ένια τών καθ' ἑκαστον ούκ ϊσασι δί ἀνεπισκεψίαν. Ἐστι δέ ταΰτα δσα ἑτερόν τι ὀντα την ουσίαν κέχρηται τοΐ εἰδεσιν. Τα γάρ μαθη'ματα περί είδη ἐστίν ού γάο καθ' ὕποκειμε'νου τίνο· εἰ γάρ καί καθ' υποκείμενου τινό τα γεωμετρικά ἐστιν, ἀλλ' ούχ η γε καθ' υποκειμένου.

Ἔχει δέ καί πρό την ὀπτικη'ν, ὡ αὐτη πρό την γεωμετρίαν, ἀλλη πρό ταυ'την, οίον τό περί τη ϊριδο· τό μέν γάρ ὀτι φυσικού είδέναι, τό δέ διότι οπτικού, η απλώ η κατά το μάθημα.

ΠολλαΙ δέ καί τών μη' ὑπ' ἀλλη'λα επιστημών ἐχουσιν ούτω, οίον Ιατρική πρό γεωμετρίαν· ὀτι μέν γάρ τά ἑλκη τα περιφερή βραδύτερον ὑγιάζεται, τού ιατρού είδέναι, διότι δέ τού γεωμέτρου.

* Alio autem modo differt propter quid ab ipso quia, quod est per aliam scientiam utrumque speculari. * Seq. cap. xm et text. 30.

Huiusmodi autem sunt quaecumque sic se habent ad invicem, quod alterum sub altero est: ut speculativa ad geometriam, et machinativa ad stereometriam, et harmonica ad arithmeticam, et apparentia ad astrologiam.

Fere autem univocae sunt harum quaedam scientiarum: ut astrologia mathematica et quae navalis est, et harmonica mathematica et quae est secundum auditum.

Hoc enim ipsum quia sensibilium est scire; sed propter quid mathematicorum: hi enim habent causarum demonstrationes, et multoties nesciunt ipsum quia; sicut universale considerantes multoties quaedam singularium nesciunt, propter id quod non intendunt. Sunt autem hae quaecunque alterum quiddam sunt secundum substantiam, et utuntur speciebus. Mathematicae enim circa species sunt, non enim de subiecto aliquo: si enim et de subiecto aliquo geometricae sunt, sed non secundum quod de subiecto sunt.

Habet autem se ad perspectivam, sicut haec ad geometriam, et alia ad istam, ut id quod est de iride: ipsum quidem quia physici est scire; sed propter quid perspectivi, aut simpliciter, aut secundum doctrinam.

Multae autem et non sub invicem scientiarum habent se sic, ut medicina ad geometriam: quod enim vulnera circularia tarde sanentur medici est scire quia, propter quid autem geometrae.

Synopsis. — 1. Argumentum et divisio textus. – Thesis: demonstratio *quia* differt a demonstratione *propter quid,* etiam in diversis scientiis. – 2. Praenotamen primum: Una scientia est sub altera, vel quia subiectum unius scientiae est species subiecti superioris scientiae; vel quia sübiectum inferioris scientiae comparatur ad subiectum superioris, sicut materiale ad formale. In hoc secundo sensu accipitur in hac lectione unam scientiam esse sub altera. – 3. Praenotamen alterum: Scientiae in secundo sensu acceptae, hoc est subalternae, sunt fere univocae ad invicem, quatenus et communicant in nomine generis, et ut in pluribus in nomine speciei. – 4. In scientiis subalternis, superiores subalternantes demonstrant *propter quid,* hoc est principia formalia inferiorum scientiarum subalternatarum, quae ideo accipiunt *propter quid* a subalternantibus et applicant ad cognoscendum *quia* proprii subiecti. – 5. Eadem ratione scientia inferior quatenus est subalternans respectu alterius scientiae, demonstrat *propter quid* huius inferioris subalternatac. – 6. Differunt *propter quid* et *quia* etiam in diversis scientiis non subalternatis.

1. 0StQuam ostendit Philosophus quali- • ht: *differat.*
ΙεΖΓter demonstratio *quia* differt * a de- S-
propter quid in eadem <ffive%scientia; hic ostendit quomodo dif- • cdelnst: *differunt]* hi: *differat.*
fert * in diversis scientiis. Et circa hoc duo facit. Primo, proponit intentum, dicens quod alio modo a praedictis differt *propter quid* ab ipso *quia,* propter * hoc quod in diversis scientiis considerantur, • aio: *per hoc.*
idest quod ad unam scientiam pertinet scire *propter quid,* et ad aliam scientiam pertinet scire *quia*K. α

Secundo cum dicit: *Huiusmodi autem sunt* etc., manifestat propositum. Et circa hoc duo facit: primo, manifestat propositum in scientiis, quarum una est sub altera; secundo, in scientiis, quarum una non est sub altera; ibi: *Multae autem non sibi** etc. ·Νηπ>.6. Circa primum duo facit: primo, ostendit qualiter se habeant scientiae ad invicem, 'quarum una est sub altera, ad quarum unam pertinet *propter quid,* ad alteram autem *'quia t*; secundo, ostendit ? quomodo in praedictis scientiis ad unam earum

a) *Ad unam scientiam pertinet scire* **etc.**-Est lectio omnium codd., excepto G, qui cum Piana legit: *ad unam scientiam pertinet propter quid, et ad aliam scientiam quia.* Codd. CEHIL.MNOR minus bene: *ad aliam scientiam,* omisso *et;* omnes, cxc. GQR, omittunt secunda vice *scientiam;* denique ST: *scire quia pertinet.* Adoptavimus, *pertinet scire,* ob fere unanimem codd. auctoritatem, quin tamen Pianam minus rectam dicamus: etenim s. Thomas hac etiam forma utitur, *pertinet propter quid, pertinet quia.*

β) *Qualiter se habeant scientiae ad invicem* etc.-'Ita Piana cum codice G. Alii codices unanimiter legunt: *qualiter se habeant scientiae ad invicem, ad quarum unam pertinet propter quid,* (BCDELMNQRST *et) ad alteram* (G: *ad aliam)* «ια. – Quae vero sequuntur *(secundo etc.)* sub variis formis a codicibus proferuntur: A: *in secunda parte ostendit qualiter in,* cet. ut P; B: *secundo ostendit in qua illarum sil demonstratio quia, ct in qua sit demonstratio propter quid;* G *secundo manifestat quomodo... ad aliam pertinet quia et ad aliam propter quid;* CDEHILNOQST: *secundo ostendit* (IO, *manifestat) quomodo ad unam earum pertinet propter quid, ad* (IOQ, *ct ad) alteram quia;* M omittit haec omnia; R: *secundo manifestat hoc in praedictis scientiis* (ceteris omissis) *quia, ibi,* etc.

pertinet *quia,* et ad aliam *propter quid;* ibi : *Hoc enim ipsum* * etc. Circa primum duo facit: primo, ostendit quomodo praedictae scientiae se habeant ad invicem secundum * ordinem; secundo, ostendit qualiter * se habeant ad invicem secundum convenientiam; ibi: *Fere autem univocae* * etc.

2. Dicit ergo primo quod huiusmodi scientiae sunt (scilicet ad quarum unam pertinet *quia,* ad aliam autem * *propter quid)* quaecunque sic se habent ad invicem, quod altera est sub altera. Sed intelligendum est unam scientiam esse sub altera dupliciter Uno modo, quando subiectum unius scientiae est species subiecti superioris scientiae *; sicut animal est species corporis naturalis, et ideo scientia de animalibus est sub scientia naturali. Alio modo *, quando subiectum inferioris scientiae , non est species subiecti superioris scientiae *; sed subiectum inferioris scientiae comparatur ad subiectum superioris *, sicut materiale ad formale. Et hoc modo accipit hic unam scientiam esse sub altera, sicut *speculativa,* idest *perspectiva,* se habet ad geometriam. Geometria enim est de linea * et aliis magnitudinibus : perspectiva autem est circa lineam determinatam ad materiam, idest circa lineam *visualem.* Linea autem visualis non est species lineae simpliciter, sicut nec triangulus ligneus est species trianguli : non enim ligneum est differentia * trianguli. Et similiter *machinativa,* idest scientia de faciendis machinis se habet ad *stereometriam,* idest ad scientiam quae est de mensurationibus ‘ corporum. Et haec scientia dicitur esse sub scientia per applicatio-

porum simpliciter comparantur * ad mensuras lignorum et aliarum materierum, quae requiruntur ad machinas *, per applicationem formalis ad materiale. Et similiter se habet *harmonica,* idest musica, ad arithmeticam. Nam musica applicat numerum formalem (quem considerat arithmeticus) ad materiam, idest ad sonos. Et similiter se habet *apparentia,* idest scientia navalis ç, quae considerat signa apparentia serenitatis vel tempestatis, ad astrologiam, quae considerat motus et situs astrorum.

3. Deinde cum dicit: *Fere autem univocae* etc.,' ostendit qualiter se habent praedictae scientiae ad invicem secundum convenientiam, dicens * quod fere huiusmodi scientiae sunt univocae ad invicem. Dicit autem *fere,* quia communicant in nomine generis, et* non in nomine speciei. Dicuntur enim omnes praedictae scientiae ’ mathematicae; quaedam quidem quia sunt de subiecto abstracto a materia, ut geometria et arithmetica, quae simpliciter mathematicae sunt; quaedam autem per applicationem principiorum mathematicorum ad res materiales, sicut astrologia dicitur mathematica et etiam navalis * scientia, et similiter harmonica, idest musica, dicitur mathemetica, et quae est secundum auditum, idest practica musicae *, quae cognoscit ex * experientia auditus sonos.-Vel potest dici quod sunt univocae, quia etiam in nomine speciei conveniunt. Nam et navalis dicitur astrologia, et practica musicae dicitur musica. Dicit· autem *fere,* quia hoc non contingit in omnibus, sed in pluribus °.

4. Deinde cum dicit: *Hoc enim ipsum* etc., manifestat quomodo in praedictis scientiis ad unam

• Num. 4-

* g : *per.*

* *Ostendit* om. b CEGILMOQRST. – Gl mt : *auomodo* loc. *quai.*

‡ Num. 3.

•a b c d h i k l q s t : *ct ad aliam* (a b, *atteram).* – Codd. om. *autem.*

T

'*Scientiae* om.c.

• Codd. - P: *Al. autem modo.*

'*Scientiae* om. codd. (exc. g k l). • g l : *sup. scientiae.*

‘ DGM : *tineis.*

* b : *species triang.*

0

£

'a : *mensurantur.*

* Cf. not. δ.

ζ

* Codd. – *v* : *et dicit.*

* *Et* om. codd., exc. o ; c : *non autem.*

Ti

▮ Codd,- γλοικ et s. m. n : *naturalis...* h : *et etiam harmon.*
Codd. - r: *musica.* - Cf. fin. num.
* *Ex* om. b e q ; o : *per experientiam.*

0

γ) *Sed intelligendum est* etc.-Haec lectio, quaé est omnium codd., sufficitur Pianae : *Hoc autem contingit dupliciter. Uno quidem modo* etc.– Codd. AEGILNQRST et p. m. D om. *est;* A loco του *scientiam* habet non bene, *speciem;* G non recte: *esse sub altera est dupliciter.*

o) *Dc faciendis machinis.* – *Codd.* ABCEH1MOQST et p. m. D addunt : *et ingeniis.* Quam lectionem innuunt, corrupte legendo, G : *et lignis;* et N : *et genus.* Hinc additio, *et ingeniis,* datur a quatuordecim codicibus. – Cohaerenter ad hanc lectionem infra *(quae requiruntur ad machinas)* codd. ABCEHIKLMOQS : *ad machinas et ingenia;* D: *et in g* (spatium) *per;* G: *et in geometria;* N: *et ingénias;* T: *idest ingenia.*

s) *Quae est de mensurationibus* etc. – GK : *quae est de mensura communi corp.* – Deinde codd. GH1K loco του *Et hacc scientia,* legunt: *Haec enim scientia;* alii codd.: *Hacc,* vel *Hic, etiam scientia.*

ζ) */dest scientia navalis* etc.-Haec verba habet P cum codicibus, excepto tamen G, qui verba, *idest scientia navalis, quae considerat signa apparentia,* omittit. Codex iste minimae est auctoritatis, ut ex adnotatis lector collegit; ac praeterea repetitio vocabuli, *apparentia,* facile potest explicare omissionem praedictam; denique contextus, *et similiter* etc., requirit quae P et alii codd. uniformiter habent, atque mendum cod. G confirmat. – Haud dubitandum igitur esse censemus quod mendosus sit citatus codex G, quodque propterea genuina S. Thomae sit lectio, quae a P cum codd. exhibetur. – At, his positis, quid commune habent τὰ φαινόμενα cum *scientia navali,* ut S. Thomas interpretatur?

Huic difficultati ut respondeam, noto in textu Aristotelis non scientias subalternatas, sed earum obiecta ad scientias subalternantes comparari. Non enim dicit: οἱον ἡ οπτικὴ, sed οἱον τὰ οπτικά, et sic, τὰ μηχανικά, τὰ αρμονικά, ac denique τὰ φαινόμενα. Quia vero ex obtectis propriis, in quae ordinantur, scientiae et specificationem accipiunt et denominationem , factum est, ni fallor, ut in versionibus quibusdam latinis, vel harum occasione, nomina obiectorum acciperentur pro eorumdem obiectorum scientiis; praecipue, quia eadem prorsus desinentia latine designantur, quin casuum grammaticalium diversitas, ob articulorum defectum, indicetur. Hinc *mechanica* scientia, et *mechanica* obiecta, etc. – At, acceptis vocabulis, οπτικά, μηχανικά, ἁρμονιχά, pro scientiis, etiam vocabulum φαινόμενα, vi formae orationis, non pro obiectis scientiae, sed pro scientia ipsa των φαινομένων , erat accipiendum. Hinc *apparentia,* quasi nomen substantivum et abstractum positum ad designandam scientiam, et simul ut adiectivum ad designanda huius scientiae obiecta: *Apparentia..... considerat signa apparentia* etc., ut s. Thomas ait.

Haec de vocabulo. Ad rem autem quod attinet, non est dubium penes interpretes quod Aristoteles per τὰ φαινόμενα designet obiecta nauticae. Themistius in I *Poster.,* Cap. xxx, hisce verbis exponit hunc Aristotelis locum : « Quum scientiae ita vicissim se habent, ut una alteri » subdita sit, ut perspectiva geometriae, machinatio stereometriae, mu- » sica, quae ab arbitrio aurium constat (Cf. n. seq.), musicae quae in co- » gnitione rationis posita est, eoque mathematica dicitur, nautica astro- » logiae. » Seu, ut in margine notatur, χαι τὴν ναυτικὴν αστρολογίαν προ τὴν μαθηματικὴν (Ed. cit., pag. 20, seq.). – Phitoponus in I *Poster., § Alio autem modo differt* etc. (in cit. lat. ed. pag. 5φ, col. 2) : « Ap- » parentia' dicit eorum quae apparent observationem, quae a nautis » fit, φαινόμενα λέγει την παρατήρησιν των φαινομένων την ὑπό τὼν » ναυτών γινομένην ; ut quod hac die oriatur hoc astrum, et de omni- » bus aliis, quae ex observatione sciunt, οἱον ὁτι τηὸε τὴ ημέρα τ63ε » το αστρον ἐπιτέλλει, χαι περὶ τὼν ἀλλων πάντων απερ ἐχ παρατη- › ρήσεω “σασιν » (Ed. Aldi Manutii, pag.' too. – Venetiis , 1504). – Averroes: «Scientia iudiciorum stellarum marinaria, quae videt et ex- » peritur, apud scientiam iudiciorum stellarum doctrinalem » (In I *Poster.,* Comm. xxx, Ed. cit., coi. 3). – B. Albertus Magnus (in 1 *Poster.,* Tract, m, cap. vu) : « Et sicut scientia navalis (quae apparentia vocatur) › se habet ad astrologiam, quantum ad illam partem quae est de an- » gulis et de diversitate aspectus : ad hanc enim navalis secundum ap- » parentiam in stellis vias navium imaginatur et dirigit » (Opp. Tom. 1, pag. 564, coi. 2).

Sed et ipsemet Aristoteles expositionem interpretum confirmat : nam immediate infra addit: sicut astrologia quae non solum mathematica est, sed etiam nautica: οἱον αστρολογία ἡ τε μαθηματικὴ χαὶ ἡ ναυτικὴ.

η) *Dicuntur enim* etc. – Est lectio cod. M, et cohaeret cum praecedentibus. Assignatur enim ratio cur praedictae scientiae *astrologia, scientia navalis* etc., communicent in nomine genetico *mathematicae.* Alii codd. legunt cum M, sed om. *scientiae.* – Cod. O : *Dicuntur autem,* sed habet τὸ *praedictae* aliorum'codd.; P: *Dicuntur autem omnes scientiae mathematicae.*

0) *Non contingit* etc.-Codd. CEGHO: *non convenit in* (GI.-om. *in) omnibus.* – *Gl : sed pluribus.*-Erronee autem K: *sed in speciebus;* etM: *sed in simplicibus.* – *In* principio seq. numeri *(manifestat quomodo* etc.) codd. ABGIO et s.m.S: *manifestat qualiter* etc.; CEKNQRT et p.m. DS:

scientiam pertinet *quia,* et ad aliam *propter quid.* j£t circa hoc duo facit: primo, ostendit quomodo * scientiae, quae sub se continent alias, habent dicere *propter quid* secundo, quomodo scientiae, quae sub eis continentur, habent dicere *propter quid* respectu aliarum scientiarum; ibi: *Habet autem* se * etc. Sciendum ergo ** est circa primum quod jn omnibus praenominatis scientiis, illae quae continentur sub aliis, applicant principia mathematicae ad sensibilia. Quae autem sub se continent alias sunt magis mathematicae. Et ideo dicit primo Philosophus quod scire *quia* est *sensibilium,* idest scientiarum inferiorum, quae applicant ad sensibilia : sed scire *propter quid* est *mathematicorum,* idest scientiarum, quarum principia applicantur * ad sensibilia. Huiusmodi enim * habent demonstrare ea, quae assumuntur * ut causae in infenonbus scientiis.

Et qdia posset aliquis credere * quod qui sciret *propter quid,* sciret etiam de necessitate *quia,* consequenter hoc removet dicens quod multoties illi, qui sciunt *propter quid,* nesciunt *quia.* Et hoc manifestat per exemplum : sicut considerantes * universale, multoties nesciunt quaedam singulana, propter hoc, quod non * intendunt per considerationem; sicut qui scit omnem mulam esse sterilem, nescit de ista, quam non considerat. Et similiter mathematicus qui demonstrat *propter quid,* nescit quandoque *quia x,* quia non applicat principia superioris scientiae ad ea, quae demonstrantur in inferiori scientia.

Et quia dixerat quod scire * *propter quid* est mathematicorum, vult * ostendere cuiusmodi genus causae a* mathematicis sumatur. Unde dicit quod istae scientiae, quae accipiunt * *propter quid* a mathematicis, *sunt alterum quiddam,* idest differunt ab eis secundum subiectum *, scilicet in quantum applicant ad materiam. Unde huiusmodi scientiae *utuntur speciebus,* idest formalibus principiis, quae accipiunt a mathematicis. Mathematicae enim * scientiae sunt circa species. Non enim earum consideratio est *de subiecto,* idest de materia; quia quamvis ea *, de quibus geometria considerat, sint in materia, sicut linea, superficies et huiusmodi; non tamen considerat de eis geometria, secundum quod sunt in materia, sed secundum quod sunt abstracta. Nam geometria ea, quae sunt in materia secundum esse, abstrahit a materia secundum considerationem. Scientiae autem ei * subalternatae e converso accipiunt ea, quae sunt considerata in abstractione a geometra, et applicant ad materiam. Unde patet quod geometra dicit *propter quid* in istis scientiis secundum causam formalem λ.

5. Deinde cum dicit: *Habet autem se* etc., ostendit quod etiam scientia subaltcrnata dicit *propter quid,* non respectu subalternaiitis, sed respectu cuiusdam * alterius. Perspectiva ' enim subalternatur geometriae. Et si comparemus perspectivam ad geometriam, perspectiva dicit *quia* et geometria *propter quid.* Sed sicut perspectiva subalternatur geometriae, ita scientia de iride subalternatur perspectivae. Applicat enim principia, quae perspectiva tradit simpliciter, ad determinatam materiam s. Unde ipsius physici, qui tractat de iride, est scire *quia;* sed perspectivi est scire *propter quid.* Dicit enim physicus conversionem visus 0 ad nubem, aliquo modo dispositam ad solem, esse causam iridis. *Propter quid* autem sumit a perspective.

6. Deinde cum dicit: *Multae autem ct non sub* etc., ostendit quomodo *quia* et *propter quid* differunt in diversis scientiis non subalternatis π, dicens * quod *multae scientiarum,* quae non sunt *sub invicem ρ, sic se habent* ad invicem, scilicet quod ad unam pertinet *quia,* et ad alteram per-

'codd,-r·.quod. i ••'codd.^xc.cH); *est igitur.* sTCfp-',?MH へ , Codd.-PQ:sa-*muntur.* * Codd^ p : *dice-* codd.; pc = λ om. •codd.-p:*scilicet sicut st cunsid.;* k : *sic consid.* •codd.-p: *qd.* «on, sed erronee, X ' G: *scientia.* *b: *ideo vult.* •c:/n. ' c : *sumunt.* * Codd.-p: *sub-* * a: *autem...- k: sunt scientiae se-eundum spec.* 'Ea ex codd. 'Ei ex codd.,exc. X p -codd. *alicuius^* c oin· v ξ 0 r. · codd. - P; *et* d,c"'

manif. in etc.; **HM** : *mani/. quod in* **etc. – Ponunt autem post το** *scientiis,* **ER;** *quod,* **K:** *quomodo,* **N:** *qualiter,* **T:** *cum.*

i) Primo ostendit **etc.-Haec lectio Piana est etiam omnium codd., si excipias GK, qui singulares exhibent lectiones non bonas,-Etenim G:** *primo ostendit qualiter scientiae, quae sub se continent alias, habent dicere propter quid respectu aliarum scientiarum; secundo ostendit quod etiam subalternata dicit propter quid, non tamen respectu subalternantis, sed respectu alterius alicuius scientiae; ibi: habet autem se* **(marg. add.** *ad) perspecta. Circa primum sciendum, quod in omnibus praenominatis* **etc. – K;** *primo ostendit quomodo scientiae quae sub eis continentur habent dicere propter quid, non respectu subalternantis, sed respectu alterius sibi subalternatae; ibi: habent autem se. Sciendum est igitur circa primum quod in omnibus scientiis, illae* **etc. -Idem cod. K mendose omittit verba:** *Quae autem sub se continent* **etc., usque ad** *applicantur ad sensibilia,* **inclusive.**

x) *Nescit quandoque quia. – Codd.* **BCDHILMNOQST et p. m. AK omittunt haec verba, et omnes codd. (exc. E) om. sequentia:** *principia superioris scientiae.* **– G, loco,** *nescit quandoque quia,* **habet:** *ignorat autem quia;* **R et AK s. m.:** *nescit quia.* **Insuper AB et s. m. O legunt,** *non appticat,* **omisso** *quia;* **Q:** *quae non applicat.*

λ) *Geometra dicit propter quid in istis scientiis secundum causam formalem.* **– Quando duae scientiae sunt subalternae, semper verum est quod inferior, nempe subalternata, dicat** *quia,* **ct superior, idest subalternans dicat** *propter quid,* **seu principium, seu causam formalem subalternatae. Haec dilucide tradita sunt in praesenti numero. Notandum tamen quod in scientia subalternata duo sunt distinguenda, quorum primum est subiectum proprium, alterum est principium assumptum quod est extra proprium genus subiectum. Vi primi scientia subalternata distinguitur a subalternante, et per principia sibi propria procedit (fieri enim nequit ut subiectum proprium sine propriis principiis existât); vi alterius ratiocinatur per principia superiora subiecto proprio, quae idcirco non probat, sed sumit ut probata a superiori scientia, cui propterea subalternatur. Quando ergo dicitur quod scientia subalternata cognoscit** *quia,* **intelligendum est de cognitione principiorum, quibus utitur, et quae sunt obiccta subalternantis (sub hac enim ratione est subalternata); non autem intelligendum est de cognitione principiorum quae sunt sibi propria : sub hac enim ratione est, ut ita dicam, autonoma, non proprie subalternata, et cognoscit** *propter quid* **sui subiecti. Hinc qua talis, dicitur a s. Thoma in sequenti numero quod potest esse subalternans scientia respectu alterius scientiae inferioris.**

p) *Ostendit quod etiam.* **– Sensus huius lectionis codd. BCDEHLM OST planus est, imo requiritur a dictis et in numero praecedenti et praesenti.-PGIN:** *ostendit etiam quod;* **AKQR omittunt omnino** *etiam.*

v) *Perspectiva enim* **etc. – Perspicuus est sensus argumentationis s.Thomae, qua statuitur subalternatio scientiarum; quae ideo sub diverso aspectu sunt inferiores et superiores , subalternantes et subalternatae, scientes** *quia* **superioris, scientes** *propter quid* **inferioris, ut dictum est in superiori not. λ. – Editio Piana hanc ipsam lectionem codd. profert. – Unus B discordat ab omnibus, et omnia turbat :** *Perspectiva enim subalternatur geometriae; ita scientia de iride subalternatur perspectivae. Et si* **etc. Ac infra** *(Sed sicut perspectiva)* **legit :** *Sed sic subalternatur perspectiva perspectivae. Applicat enim* **etc.**

ξ) *Tradit simpliciter* **etc. – Codd. CDEMQRT et p. m. S :** *tradit specialiter;* **s. m. S add. marg.:** *vel simpliciter.-C: ad terminatam materiam;* **O:** *ad specialem materiam;* **AB** *ad determ. scientiam.*

o) *Conversionem visus* **etc. – Codd. (exc. G):** *quod conversio;* **sed infra solummodo ABIO habent** *est* **causa loco** *esse* **causam.– Deinde ipsi codices (G excepto) legunt infra:** *Propter quid autem sit sumit;* **I:** *sumitur;* **l et s. m. N:** *a perspectiva.*

~) *Differunt in diversis scientiis* **etc. – Cod. N habet lacunam. – Alii codices:** *differunt (G, differant) in diversi? scientiis* **(ACDELQRST om.** *scientiis) non (O, et non) subalternatis.* **P:** *in diversis scientiis non subalternis differunt.*

p) *Quae non sunt sub invicem.* **– Manifeste hoc loco recitantur verba Philosophi: Πολλὰ) δ) χαϊ των ρὴ ὕπ' ἀλλήλα ἐπιστηρων t/ouoiv οὐτω .-Cod. A:** *sibi invicem subalternatis;* **et** *sibi invicem* **habent etiam**

tinet *propter quid.* Sicut patet de medicina ct geometria. Non enim subiectum medicinae sumitur sub subiecto geometriae, sicut subiectum perspectivae ; sed tamen ad aliquam conclusionem, in medicina consideratam, applicabilia sunt principia geometriae. Sicut quod vulnera circularia tardius sanentur, medici est scire *quia,* qui hoc experitur ", sed *propter quid* scire est geometrae, ad quem pertinet cognoscere quod circulus est figura sine angulo. Unde partes circularis vulneris * non appropinquant sibi, ut possint de facili coniungi. Sciendum autem est quod illa * differentia *quia* et *propter quid,* quae est secundum diversas scientias, continetur sub altero praedictorum * modorum, scilicet quando fit demonstratio per causam* remotam T.

*c male : *circulares ;* h om. utrq.

* ACDEHIKMXST : *ista.*

*Codd. - p: *dictorum.*

* Lect. praeced.

τ

BH. – Praeterea IK: *et* (1 **om. et)** *ad aliam propter quid.* **To** *pertinet* **om. etiam ab aliis codicibus, exc. H.**

σ) *Scire quia, qui hoc experitur.* **–** *Cod. S* **om.** *quia;* **B marg. habet** *quia,* **ac non,** *qui hoc,* **legit, sed** *per hoc* **(et marg. add.** *quod) experitur.* **– Codices (exc. GK) ;** *sed propter quid est scire geometrae.*

ι) *Fit demonstratio per causam remotam.* **– Quantum intersit philosophum cognitio demonstrationum** *propter quid* **et** *quia,* **earumque Inter se discriminis et vis in quaestionibus dirimendis, abunde ex hucusque dictis constat. Operis propterea pretium esse existimo, si de omnibus demonstrandi modis schema exhibeatur, quo veluti uno intuitu novitius pernoscat quae ad hanc rem pertinent. Ex his non difficile erit cognoscere sensum intentum a s. Thoma in verbis, quibus hanc lectionem absolvit.**

SCHEMA

j, J Demonstratio a priori.
[Demonstratio a posteriori.

Illa procedit a'causis ad effectus, hoc est, assumit ut principium causam effectus demonstrandi, qui propterea in conclusione infertur ; – ex opposito, demonstratio a posteriori assumit ut principia effectus, et ex illis *causam* **in conclusione infert.**

η, J Demonstratio propter quid.
' Demonstratio quia.

Haec est prima subdivisio demonstrationis a priori, quam diximus esse ex *causis,* **seu principiis rei demonstratae. Causa enim assumpta ut principium, aut talis est ut convertatur cum effectu, aut secus. In prima hypothesi habetur causa immediata seu proxima, et demonstratio a priori erit** *propter quid;* **in secunda hypothesi est causa remota, et demonstratio a priori erit** *quia.* **– Ex:** *Est animal rationale; ergo est risibile.* **Risibilitas animali rationali tribuitur, ut causae cuius est proprietas; sed sicut** *omne animal rationale est risibile,* **ita,** *omne risibile est animal rationale.* **Servata ergo natura causalitatis, causa ista convertitur cum effectu; est igitur causa proxima (quatenus ipsa posita vel ablata, ponitur vel aufertur effectus), et demonstratio est** *a priori* **et** *propter quid.***- Exemplum aliud:** *Est animal;* **haec causa non infert effectum:** *ergo est risibile.* **Attamen ex negatione eiusdem causae, scilicet:** *Non est animal;* **infertur legitime et necessario negatio effectus, nempe :** *Ergo non est risibile.* **Videlicet ex causa remota** *("animal),* **si talis est ut non nisi in virtute sit causa effectus, concluditur negative, ex eius negatione, effectus** *("risibilitas);* **sed ex eius affirmatione effectus non concluditur affirmative. Demonstratio igitur est** *a priori,* **sed** *quia,* **non** *propter quid.* **– Consulto dixi,** *si talis est* **etc., ob dicenda infra η. IV.**

{ Demonstratio propter quid causae effectus, seu propter quid tantum.
Demonstratio propter quid causae et esse effectus, seu propter quid et simpliciter.

Ab Aristotele implicite tradi hanc divisionem demonstrationis *propter quid,* **affirmat Caietanus in I** *Poster.,* **cap. xtn (§** *Tria demonstrationum genera* **etc. –** *Circa divisionem* **etc., fol. 5g, col. 3), quam Averroes explicite ponit in Prologo ad suos Comm, in libros** *Physicorum* **Aristotelis, et Comment, xxit in lib. II eiusdem operis, nec non Comment. xxxv in II lib.** *De caelo et mundo.* **Video, exempli gratia, eclypsim lunae, et quaero, causam seu propter quid eclypsis. Cum dicitur mihi quod haec causa sit interpositio terrae inter solem et lunam, assignatur demonstratio propter quid eius quod quaero. At non quaero an sit** *(esse)* **eclypsis (eam enim oculis cerno), sed quare** *(causam)* **sit; et demonstratio ostendit non quidem esse seu existentiam eclypsis, sed eius causam. Haec demonstratio propter quid ostendens causam, non autem esse effectus, dicta est ab Averroe demonstratio** *propter quid tantum. -De***monstratio autem propter quid, ostendens non solum causam sed etiam esse effectus, dicitur ab eodem Averroe** *propter quid* **et** *absoluta.* **Si, e. g., ego nescirem triangulum habere tres angulos aequales duobus rectis, mathematicus mihi quod ignoro demonstraret per demonstrationem , qua et ostenderet** *esse* **tres angulos -trianguli aequales duobus rectis, et illius esse causam assignaret. Tali modo demonstrandi maxime utuntur mathematici. – Ratio huius divisionis ab ipso Averroe assignatur: «Declaratum est in logicis,** *inquit,* **quod demonstrationes sunt, in » quibus itur ex notiori ad latentius. Si igitur notius fuerit posterius, » demonstrationes erunt quia; et si notius fuerit prius et latentius fuerit » suum esse et sua causa notior, erit demonstratio absoluta, quae dat » causam et esse; et si latentius fuerit causa rei quam suum esse, » erit demonstratio propter quid tantum » (In n** *De caelo et mundo,* **Comm. xxxv. – Venetiis 1489, sine num. pagg.).**

Demonstratio a priori per causam remotam ratione praedicationis.
Demonstratio a priori per causam remotam ratione positionis vel ordinis.

Dictum est paulo supra quod demonstratio a priori quia est per causam remotam; causa autem remota, ut in superiori lectione not. β diximus, vel est talis ratione praedicationis, vel ratione ordinis seu positionis. Prima est ordinis logici, quatenus se habet quasi genus ad effectus speciei; et ideo, sicut genus nonnisi contractum per differentiam specificam est talis species, ita causa remota nonnisi contracta per talem differentiam est causa effectus specifici. Praeterea sicut genus requiritur ad constituendam speciem, ut pars potentialis (Cf. I *Perih.,* **lect. vm, not v), ita requiritur sub eadem ratione causa remota ad effectum speciei. Attamen sicut genus non convertitur cum specie et ideo affirmato genere non sequitur affirmatio speciei, sed affirmata specie sequitur affirmatio generis; ita est de causa remota ratione praedicationis respectu effectus specifici, qui propterea non est sine ipsa, sed non est ab ipsa.**

At causa remota ratione positionis vel ordinis longe differt a causa remota ratione praedicationis. Haec enim numquam potest esse proprie causa; alia vero est causa effectus: contrahitur per differentiam causa remota ratione praedicationis, et ideo a differentia est formaliter effectus; determinatur causa remota ratione positionis ab aliquo, quod tamen non est differentia, sed est aliquid quod vel ab ipsa procedit et quo indiget ad causandum, vel est conditio quaedam materialis. Sit exemplum primi casus : *Omnis substantia spiritualis agit ex libero arbitrio.* **Substantia spiritualis non agit ex se, sed mediantibus facultatibus, intellectu scilicet et voluntate. Attamen facultates istae sunt a substantia spirituali, neque sunt eius differentiae sed necessariae resultantiae. Hinc convertitur:** *Omne quod agit ex libero arbitrio est substantia spiritualis.* **Consequenter demonstratio liberi arbitrii ex substantia spirituali, est demonstratio** *propter quid,* **licet ex causa remota ratione ordinis vel positionis. Exemplum aliud sit illud quod affert s. Thomas de vulnere circulari, quod sit haud facile sanabile. Circulus neque ratione sui, neque ratione alicuius imaginariae differentiae est qanabilis ; neque** *vulnus* **est differentia contrahens circulum ad determinatam speciem: non enim** *specie* **sed sola** *materia* **differunt circuli aurei, argentei etc. Ergo si vulnus circulare est difficile sanabile, hoc attributum convenit** *circulari* **ratione materiae, hoc est vulneris. Quocirca cum dicitur:** *Vulnus est circulare; ergo est difficile sanabile,* **est demonstratio a priori** *propter quid,* **et est demonstratio qua assignatur non quidem causa contracta per differentiam, sed causa in determinata materia existens.**

Hanc divisionem demonstrationis a priori non levis momenti esse existimo in scientiis, ut ex differentiis patebit quae existunt inter unam et aliam demonstrationem, hoc est inter unum et alium modum causandi.

Prima differentia. **Effectus causae remotae contrahendae per differentiam ut effectus habeatur, non emanat formaliter nisi a causa inferiori, hoc est a causa contracta; et solummodo radicaliter est a causa remota, eo modo quo proprietates specierum radicaliter sunt a generibus, et tanto magis radicaliter quanto magis genera distant a specie inferiori.-Ex opposito effectus causae remotae ratione ordinis vel positionis vete et formaliter emanat ab ipsa causa; et revera esse difficile sanabile (in exemplo allato) est vere et formaliter effectus naturae circularis huius materiae, nempe vulneris.**

Altera differentia. **Resolutio scientifica effectus in suam causam non oportet ut fiat in causam remotam, a qua radicaliter solummodo est: si enim quaeratur cur aliquid respiret, sufficit ut dicatur, quia habet pulmonem, in hypothesi quod pulmo esset causa immediata respirandi.- At quoties agitur de effectu causae remotae ratione ordinis, ad illam debemus pervenire, si ipsius effectus volumus scire** *propter quid.* **Non enim datur vera ratio cur vulnus circulare tardius sanetur, nisi assignando naturam circularem vi cuius vulnus non habet partes, quae facilius possint uniri, neque assignatur ultima ratio liberi arbitrii nisi assurgendo ad substantiam spiritualem, a qua est ratio indifferentiae iudicii intellectus, et electionis voluntatis.**

Tertia differentia. **Causa remota contrahenda per differentiam non assumitur in demonstratione affirmativa; in negativa autem assumitur, sed non facit cognoscere nisi** *quia* **effectus. – Contra causa remota vel ratione medii, vel ratione materiae determinatae, assumitur in demonstratione affirmativa, et facit cognoscere propter quid; ut patet ex dictis**

in secunda differentia. Ratio est quia prima posita non ponitur effectus; ergo non potest assumi ad affirmative concludendum: ipsa negata, negatur effectus; ergo ad negative concludendum potest assumi. Proinde cognoscere facit *quia* res non est hoc vel illud, non autem *propter quid* res in seipsa constituitur, quod positivum aliquod esse debet. – Ex opposito, posita secunda causa ponitur effectus, ipsa negata negatur effectus; ergo valet tum ad negative tum ad affirmative concludendum. – Attamen quia causa remota ratione materiae est obiectum alterius scientiae superioris (cognoscere enim, e. g., circulum eiusque partes non medici est sed geometrae),'hinc medicus, dum assumit illud principium de circulo, non cognoscit ut medicus *propter quid,* sed *quia* tantum principii assumpti.

Quando ergo s. Thomas dicit in fine lectionis quod haec differentia *quia* et *propter quid* secundum diversas scientias continetur sub altero praedictorum modorum, intellige cum Caictano (in I *Poster.,* cap. XII, *§ Circa particulam* etc., fol. 58, col. 3) quod in scientiis diversis scientia inferior cognoscit *quia* effectus, scientia autem superior cognoscit *propter quid,* hoc est causam remotam, quae ad materiam applicata effectum producit.

Demonstratio a posteriori per effectum convertibilem.
Demonstratio a posteriori per effectum non convertibilem.

Demonstratio *a posteriori* semper procedit ab effectibus ad causam, a principiatis ad principia; nempe est processus inversus demonstrationis *propter quid.* Porro in hac demonstratione aut assumitur effectus convertibilis cum causa demonstranda, aut effectus non convertibilis. Ex. primi modi: *Est risibile; ergo est animal rationale;* Ex. secundi modi: *Est risibile; ergo est animal.* A convertibilitate vel non convertibilitate effectus sumitur prima divisio demonstrationis a posteriori.

Demonstratio a posteriori univoca.
Demonstratio a posteriori analoga.

Effectus, cuiusque naturae sit, praebet nobis existentiam suae causae propter necessarium nexum existentem inter effectum et causam: non enim sine causa dari potest effectus. At quoad cognitionem *naturae* causae non eodem modo se res habet. Etenim si effectus est *univocus* cum sua causa, perspecta eius natura, potest quantum in se est, ut medium scilicet cognitionis obiectivum, nos ducere in cognitionem sive specificam, sive genericam naturae causae, secundum quod in specie vel genere cum causa univoce convenit. Ita natura filii considerata, nedum existentiam sed etiam naturam specificam patris legitime infero, cum quo filius univoce convenit. At si non univoce, sed solum analogice convenit cum causa, nonnisi conceptus analogos naturae et perfectionum causae licet accipere ex cognitione naturae et perfectionum effectus. Ita accidit in Theologia. Nam creaturae in infinitum a Deo in perfectionibus distant; consequenter cognitio perfectionum creaturarum infert quidem existentiam perfectionum in Deo; at quia perfectiones in Deo sunt infinitae naturae, et creaturarum perfectiones sunt absolute finitae; finitum autem non potest univoce convenire cum infinito; sequitur quod ex creaturis possumus scire de perfectionibus Dei *quia sunt,* non autem *quid* in se sunt.

LECTIO VIGESIMASEXTA

SYLLOGISMUS DEMONSTRATIVUS MAXIME FIT IN PRIMA FIGURA. - DE PROPOSITIONE NEGATIVA TUM MEDIATA TUM IMMEDIATA

Τών δέ σχημάτων επιστημονικόν μάλιστα τό πρώτον έστιν. Αί τε γάρ μαθηματικαί τών έπιστημών διά του'του φε'ρουσι τά αποδείξει , οίον αριθμητική' καί γεωμετρία καί οπτική, καί σχεδόν ώ είπεΐν όσαι του διότι ποιούνται την σκε'ψιν η γάρ δλω η ώ έπΐ τό πολύ' καί έν τοΐ πλείστοι διά τούτου τού σχήματο ό τού διότι συλλογισμό . "Ωστε καν διά τούτ' εϊη μάλιστα επιστημονικόν κυριώτατον γάρ τού ειδέναι τό διότι Οεωρειν.

* Figurarum autem magis faciens scire maxime prima est. Mathematicae enim scientiae per hanc primam figuram demonstrationes ferunt, ut arithmetica, et geometria, et perspectiva, et fere dicere est quaecunque propter quid faciunt speculationem: aut enim omnino, aut sicut frequentius et in pluribus per hanc figuram, qui est propter quid, fit syllogismus. Quare et propter hoc erit maxime faciens scire; propriissimum enim scire propter quid speculari.

' Cap. χιν. cxl·3'·

Εϊτα την τού τί έστιν έπιστη'μην διά μόνου τούτου θηρεύσαι δυνατόν. Έν μέν γάρ τώ μέσω σχηματι ου γίνεται κατηγορικό συλλογισμό , η δέ τού τί έστιν έπιστημη καταφάσεω · έν δέ τώ έσχάτω γίνεται μέν άλλ' ού καθόλου, τό δέ τί έστι τών καθόλου έστίν ού γάρ πη έστί ζωον δίπουν ό άνθρωπο .

Postea, ipsius quod quid est scientiam per solam hanc primam figuram venari possibile est. In media quidem enim figura non fit categoricus syllogismus, sed ipsius quod quid est scientia affirmationis est; in ultima autem fit quidem, sed non universaliter, sed quod quid est universalium est; non enim quodam modo est animal bipes homo.

Έτι τούτο μέν εκείνων ούδέν προσδεΐται, έκεΐνα δέ δια τούτου καταπυκνούται καί αύξεται, έω αν ει τά ? άμεσα έλθη. Φανερόν ούν οτι κυριώτατον τού έπίστασθαι τό πρώτον σχήμα.

Amplius, haec quidem illis nihil indiget, illae autem per hanc densantur et augmentantur, quousque utique ad immediata veniant. Manifestum igitur est quod maxime proprium scientiae prima figura.

"Ωσπερ δέ ύπάρχειν τό Α τώ Β ένεδέχετο άτόμω , ούτω καί μη ύπάρχειν έγχωρεϊ. Λέγω δέ τό άτόμω ύπάρχειν η μη ύπάρχειν τό μη είναι αύτών μέσον ούτω γάρ ούκέτι έσται κατ' άλλο τό ύπάρχειν η μη ύπάρχειν.

* Sicut autem esse A in B contingit individualiter, sic et non esse conceditur. Dico autem individualiter esse, aut non esse, cum nihil est eorum medium: sic enim non erit secundum aliud aut esse aut non esse.

· Cap. xv.

"Οταν μέν ούν η τό Α η τό Β έν δλφ τινί η, η καί άμφω, ούκ ένδέχεται τό Α τώ Β πρώτω μη' ύπάρχειν. Έστω γάρ τό Α εν δλω τώ Γ· ούκούν εΐ τό Β μη έστιν έν δλω τώ Γ (εγχωρεϊ γάρ τό μέν Α είναι έν τινι δλω, τό δέ Β μη είναι έν τούτω), συλλογισμό έσται τού μη ύπάρχειν τό Λ τώ Β· εί γάρ τιμ μέν Α παντί τό Γ, τω δέ Β μηδενί, ούδενί τών Β τό Α. 'Ομοίω δέ καί εί τό Β έν όλω τινί έστιν, οίον έν τώ Δ· τό μέν γάρ Δ παντί τώ Β ύπάρχει, τό δέ Α ούδενί τών Δ, ώστε τό Λ ούδενί τών Β ύπάρξει διά συλλογισμού. Τόν αύτόν δέ τρόπον δειχθη'σεται καί εί άμφω έν δλω τινί έστιν.

Cum igitur aut A quidem aut B in toto quodam sint, aut ambo, non contingit A in B primo non esse. Sit enim A in toto C, igitur si B non est in toto C (potest enim A esse quidem in quodam toto, sed B non esse in hoc), syllogismus erit quod non sit A in B. Si enim in A quidem omni est C, in B autem nullo est C, in nullo B est A. Similiter autem est et si B in toto quodam est, ut in D. D enim in omni B est: in A autem nullo D; quare A in nullo B erit per syllogismum. Eodem autem modo demonstrabitur, et si utraque in quodam toto sunt.

"Οτι δ' ένδέχεται τό Β μη είναι έν ω δλω έστί τό Α, η πάλιν τό Α έν ω τό Β, φανερόν έκ τών συστοιχιών, δσαι μη έπαλλάττουσιν άλλη'λαι . Εί γάρ μηδέν τών έν τη Α Γ Δ συστοιχία κατά μηδενό κατηγορεΐται τών έν τη Β Ε Ζ, τό δ' Α έν δλω έστί τω Θ συστοίχω δντι, φανερόν οτι τό Β ούκ έσται έν τώ Θ· έπαλλάξουσι γάρ αί συστοιχίαι. 'Ομοίω δέ καί εί τό Β έν δλω τινί έστιν.

Quod autem contingit B non esse in quo toto est A, aut iterum A in quo est B, manifestum ex coordinationibus est, quaecunque non commutantur ad invicem. Si enim nihil eorum, quae sunt in A C D coordinatione, de nullo praedicatur eorum, quae sunt in B E F; A autem in toto P sit in coordinatione praeexistenti; manifestum est quod B non erit in P: commutarentur enim coordinationes. Similiter autem est et si B in toto quodam est.

Έάν δέ μηδέτερον η έν δλω μηδενί, μη ύπάρχη δέ τό Α τώ Β, ανάγκη άτόμω μη ύπάρχειν. Εί γάρ έσται τι μέσον, άνάγκη θάτερον αύτών έν δλω τινί είναι· η γάρ έν τώ πρώτω σ^η'[ζ.ατι η έν τώ με'σω έσται ό συλλογισμό . Εί μέν ουν έν τώ πρώτω, τό Β έσται έν δλω τινί (καταφατικήν γάρ δεϊ την πρό τούτο γίνεσθαι πρότασιν), εί δ' έν τώ μέσω, όπότερον έτυχεν· πρό άμφοτέροι γάρ ληφθέντο τού στερητικού γίνεται συλλογισμό · άμφοτέρων δ' αποφατικών ούσών ούκ έσται.

Si vero neutrum sit in aliquo toto, non sit autem A in B, necesse est individualiter non esse. Si enim erit medium, necesse est alterum ipsorum in quodam toto esse. Aut enim in prima figura, aut in media erit syllogismus. Si quidem igitur in prima figura, B erit in toto quodam (affirmativam enim oportet ad hanc fieri propositionem); si vero in media, quodcunque contingit: ad utraque enim posito privativo fit syllogismus; cum autem utraque negativa sit, non erit syllogismus.

Φανερόν ούν ότι ένδέχεται τε άλλω μη' ύπάρχειν άτόιιω , καί πότ' ένδέχεται καί πώ , είρη'καμεν.

Manifestum igitur est quod contingit et aliud in alio non esse individualiter, et quando contingit et quomodo, diximus.

Synopsis. — 1. Argumentum et divisio textus. - Thesis: Syllogismus demonstrativus, hoc est faciens scire, maxime fit in prima figura. - 2. Probatur imprimis thesis ex eo quod in prima figura maxime fit syllogismus *propter quid:* nam in demonstratione *propter quid* medium est causa passionis, quae praedicatur in conclusione de subiecto; hoc autem maxime habetur in prima

figura, in qua medius terminus subiicitur maiori extremitati et praedicatur de minori termino. – Hinc scientiae mathematicae, et aliae quae demonstrant *propter quid,* ut plurimum utuntur prima figura. – 3. Probatur secundo thesis, quia definitio 'potissimum locum habet in scientiis demonstrativis; et in sola prima figura investigatur definitio, quae praedicatur de definito affirmative et universaliter; in sola autem prima figura concluditur universaliter et affirmative.-4. Probatur tertio eadem thesis ex eo quod aliae figurae, ad hoc ut propositiones universales affirmativae mediatae, ex qutbus procedunt, reducantur ad immediatas, indigent prima figura; at prima figura aliis ad hoc non indiget quia, ut dictum est (n. praeced.), in ipsa sola inferuntur·conclusiones affirmativae simul et universales, et insuper quia in ipsa sola accipitur mediupi inter extrema. – 5. Praedicatum individualiter *inesse* vel *non inesse* subiecto dicitur in propositionibus affirmativis vel negativis, quando non habent *medium* per quod probentur. – 6. Ostenditur quod propositio negativa est *mediata,* cum aut praedicatum est in aliquo toto, seu genere, subiectum autem in nullo genere, vel viceversa; aut cum utrumque est in aliquo genere, sed non in eodem. Ratio est, quia in his casibus potest fieri syllogismus ad praedictam propositionem demonstrandam. – 7. Declaratur quod suppositum est in praecedenti numero, nempe, contingere quod subiectum non sit in eodem genere cum praedicato, et viceversa: nam contingit unum terminorum accipi in uno praedicamento, in quo non est alius. – 8. Propositio negativa est immediata, si neuter terminorum sit in quodam toto, seu sub aliquo genere: hoc enim posito non potest demonstrari. Nam demonstratio *propter quid* accipit pro medio definitionem, hoc est genus et differentiam ; genus autem assumi non potest de extremo, quod non est in aliquo genere.

1. ostquam Philosophus determinavit de ^materia syllogismi demonstrativi *, hic '^determinat de forma ipsius % ostenі^dens in qua *figura* praecipue fiat syllogismus demonstrativus. Et dividitur in duas partes. In prima ostendit quod syllogismus demonstrativus maxime fit in prima figura. Et quia-in prima figura proceditur etiam “ ex negativis, et oportet demonstrationem * ex immediatis procedere *, ostendit in secunda parte quomodo contingit propositionem negativam esse immediatam; ibi : *Sicut autem esse A in B* * etc.

* *Demonstrativi* ex codd., exc.K.
' Cf. lect. iv, n. i.

a

• a c : *demonstrationes.*
' Codd. (exc. k): *ex immed. esse.*

* Num. 5.

2. Primum ostendit tribus rationibus, quarum prima talis est. In quacunque figura maxime fit v:Jl' syllogismus *propter quid,* illa figura* maxime est faciens scire, et propter hoc est magis accommoda demonstrationibus; cum demonstratio sit syllogismus faciens scire. Sed in prima figura maxime fit syllogismus *propter quid* (quod patet ex hoc quod mathematicae scientiae ut arithmetica et geometria, et quaecunque aliae *propter quid* demonstrant, ut plurimum *prima figura* utuntur) ; ergo prima figura est maxime faciens scire et maxime accommoda demonstrationibus. Causa autem, quare demonstratio *propter quid* maxime fit in prima figura, haec est. Nam in prima figura *medius* terminus subiicitur *maiori* extremitati, quae est praedicatum conclusionis, et praedicatur de *minori* termino, qui est subiectum conclusionis. Oportet autem in demonstratione * *propter quid* medium esse causam *passioms,* quae praedicatur in conclusione de subiecto. Et unus modus dicendi *per se* est quando subiectum est causa praedicati, ut *interfectum * interiit,* sicut supra dictum est *; ct hoc competit *primae figurae,* in qua medium subiicitur *maiori* extremitati, ut dictum est *.

· Codd. – rx : *bus.*

F:'n'
' L«t"x, n. 7,

- cf. ic«. xm, *n'3'*

3. Secundam rationem ponit; ibi: *Postea ipsius quod quid est* etc., quae talis est. *Quod quid est** potissimum locum in demonstrativis scientiis habet, quia, sicut dictum est*, definitio aut est principium demonstrationis, aut conclusio, aut demonstratio positione differens. Ad investigandum autem definitionem sola prima figura convenit.

' cr. 1 *Perih.*, ct x' not £·

β

· i.èct. xvi, n. 4.

a) *Proceditur etiam ex negativis.* – GO et p. m. A omittunt *etiam;* sed est error. Nam quatuor modi sunt concludentes in prima figura, quorum duo et praecipui sunt affirmativi (barbara, darii), duo autem sunt negativi (Cf. lect. vin, not. p). Falsa est ergo propositio, *proceditur ex negativis.* Unde in cod. A s. m. additur *etiam,* quod cum P habent alii codices. – Infra *(ostendit in secunda parte)* unus G contra P et alios codices legit: *ostendit quod oportet propositionem* ctc. – Quam lectionem non esse acceptandam constat ex sequenti n. 5.

β) *Mathematicae scientiae... propter quid demonstrant.* – Notatu digna est methodus qua hic utitur Aristoteles ad thesim probandam. Demonstratio est mentis nostrae instrumentum (ut dictum est lect. iv, not. π), cuius proinde ratio desumenda est a fine, propter quem est instituta (Cf. 1 *Perih.,* lect. vtl, n. 2). Finis autem demonstrationis est *scire* (Cf. lect. iv, n. 9) ; scire autem perfecte tunc dicitur, quando res cognoscitur, et eius causa, seu *propter quid* sit (ib., n. 5). Quia vero syllogismus demonstrativus fieri potest in tribus figuris, illa figura erit maxime demonstrationi propria, quae maxime attingit *propter quid* rei, quod per demonstrationem concluditur. Quae quidem figura est prima. – Aristoteles autem ad probandum quod demonstratio in prima figura maxime facit scire, argumentatur a signo, hoc est ab exemplo mathematicae, quia scientia ista, quoad nostram cognitionem naturalem, in maximo est certitudinis gradu. Ratio est quia veritatis conclusae mathesis demonstrat propter quid, non solum quoad *causam* (quod est omni scientiae commune), sed etiam quoad esse (Cf. lect. praeced., not. τ). Si igitur mathematica scientia ut plurimum utitur prima figura, signum est quod in hac figura maxime fit syllogismus propter quid, faciens scire. Neque aliud addit Aristoteles. At s. Thomas rationem adiungit: *Causa autem* etc.: quae ratio petitur ex ipsa natura figurarum syllogismi, et ex principiis positis pro syllogismo demonstrativo *propter quid,* quod scilicet debeat esse ex his, quae sunt per se, ctc. (Cf. lect. xiv ct seqq.). – Sit syllogismus: *Omne habens rationem est capax scientiae; sed omnis homo est habens rationem; ergo omnis homo est capax scientiae.* Medium *(habens rationem)* est subiectum in maiori, et praedicatum in minori; est ergo syllogismus in prima figura. – Sed medium *(habere rationem)* est causa maioris extremi *(capax scientiae),* et simul est effectus minoris extremitatis *(omnis homo).* Causa autem causae est causa causati; ergo cum minor extremitas sit causa medii, et medium sit causa maioris extremitatis, sequitur quod minor extremitas, mediante medio, debeat esse causa maioris extremitatis. Et hoc est praecise quod in conclusione dicitur: *Omnis homo est capax scientiae.* Capacitas enim sciendi de homine dicitur *per se* in quarto modo dicendi per se (Cf. lect. x, n. 7). In prima ergo figura *medium* est immediata causa maioris extremitatis, et consequenter immediata causa cur ipsa maior extremitas insit per se minori extremitati in conclusione. Atqui *medium* esse hoc modo causam, hoc est *propter quid* passionis conclusionis, potissimum accidit in prima figura. Nam in secunda *medium* bis praedicatur, ct ideo non potest esse causa maioris extremitatis in praemissis, et consequenter neque praedicati conclusionis. In tertia vero figura *medium* bis subiicitur. Ergo est causa immediata maioris extremitatis, sed quia non est effectus immediatus minoris extremitatis (ut in prima figura) non potest esse causa immediata cur maior extremitas insit minori extremitati in conclusione.

Quae omnia ut magis sint manifesta, adducimus duos syllogismos, quorum unus est in secunda, alter vero in tertia figura :

In 2· fig. *Omne capax scientiae est habens rationem;*
Nullus equus est habens rationem;
Ergo nullus equus est capax scientiae.

In 3* fig. *Omnis anima rationalis est capax scientiae;*
Omnis anima rationalis est forma materiae;
Ergo aliqua forma materiae est capax scientiae.

Prior syllogismus non est *propter quid,* sed est ex effectu et a posteriori: non enim habere rationem est ex capacitate scientiae sicut a sua causa, sed ex opposito capacitas scientiae est a ratione. Potest utique maior vere inverti hoc modo: *Omne habens rationem est capax scientiae;* sed facta hac conversione, syllogismus est in prima figura, et est falsus, cum minor eius sit *negativa* (Cf. lect. vm, not. p). Adde quod stante repetita praedicatione, medium non potest esse causa, seu *propter quid* conclusionis, ut hic supra dictum est.

In altero vero syllogismo medium in *maiori* est quidem causa praedicati, sed prout est subiectum minoris non est nisi causa remota praedicati eiusdem minoris. Non enim quatenus formaliter rationalis anima nostra est forma materiae, sed quatenus est virtualiter corporea. Unde non concluditur *propter quid.* Deinde ob rationem supra assignatam, *medium* non potest esse causa immediata conclusionis; quae ideo nonnisi particulariter inferri potest.

Nam in sola prima figura concluditur universalis affirmativa, quae sola competit ad scientiam *quod quid est.* Nam *quod quid est* per affirmationem cognoscitur7: praedicatur enim definitio de definito affirmative et universaliter; non enim quidam homo est animal bipes, sed omnis homo. Ergo prima figura maxime est faciens scire et accommoda demonstrationibus °.

4. Tertiam rationem ponit; ibi: *Amplius haec quidem* etc., quae talis est. Aliae figurae in demonstrationibus indigent prima ‘ ; prima autem non indiget aliis; ergo prima figura efficacius facit scire quam aliae. Quod autem aliae figurae indigeant prima ex hoc manifestum est, quod oportet ad perfectam scientiam habendam, quod propositiones mediatae, quae sumuntur in demonstrationibus, ad immediata reducantur. Quod quidem fit dupliciter,· scilicet densando media et augmentando. Densando quidem, quando medium açceptum mediate * coniungitur utrique extremorum, vel alteri. Unde, quando accipiuntur media alia * inter medium primum * et extrema, fit quasi quaedam condensatio mediorum. Sicut si acciperetur primo sic: *Omne Eest C; omne Cest A:* et deinde inter C et E, sumatur medium D; et inter C et A* medium B. Augmentando autem, quando medium est immediatum *minori* extremitati, et mediatum *maiori**. Tunc enim oportet accipere plura media alia supra medium primo acceptum. Ut si dicatur: *Omne E est D; omne D est A;* et * postea supra D accipiantur alia media. Haec autem condensatio et augmentatio mediorum fit solum per primam figuram : tum, quia solum in prima figura concluditur universalis affirmativa; tum, quia solum in prima figura medium sumitur inter extrema. In secunda autem * figura medium accipitur extra extrema , quasi praedicatum de eis. In tertia vero figura, infra extrema, quasi subiectum de eis.

* c: *“liqua.'*

’ * non ««e I

et A ,u-

' o: TM>ρη *extrcmitdh.*

'Autem Om.HLM. *-Figura cx codd.*

γ) ***Quod quid est per affirmationem cognoscitur.*** **– *Quod quid est* dicitur essentia per quam res in seipsa constituitur et distinguitur ab aliis (Cf. loc. cit. *Perih.*). Res autem cum sit quid *positivum,* constitui in seipsa nequit nisi per aliquid affirmativum, ut dictum est (Cf. lect. praeced., not. ultim.): siquidem negatio ex se nihil in re ponit, ut vocabulum indicat. Si igitur quod quid est rei cognoscitur, ideo cognoscitur quia intellectus penetrat elementa definitionis, quibus res aut physice aut metaphysice in propria essentia constituitur; et consequenter *quod quid est* cognoscitur per affirmationem,- Quoties autem nescimus dicere de re *quid sit,* sed solummodo assignare possumus *quid non sit,* ad essentiam eiusdem rei non assurgimus, et cognitio nostra est imperfecta. Et dico in hypothesi, cognitionem esse imperfectam, non autem nullam: nam non parva notitia est, quando nos latet quid sit res, si saltem dicere possumus quid res illa non sit.**

Ad quorum evidentiam notamus intellectum nostrum respectu rei cuiusque posse existere in triplici statu.-I. Ut nesciat omnino de illa, quatenus nempe neque scit quid res sit, neque quid res non sit : status iste est ignorantia seu nescientia de re.-II. Ut penetret intrinsecam rei essentiam, assignando nempe principia essentialia quibus res ipsa constituitur, et quae definitione exprimuntur. Ad hanc intimam rei naturam dignoscendam, primo eam in genere collocamus (si in genere collocari potest), per quod scimus in communi quid est; postmodum addimus differentias (tanto enim perfectius rem cognoscimus, quanto magis differentias eius ab aliis plenius intuemur), usque dum inveniamus differentiam *ultimam,* qua determinatur proprium, per quod res ab omnibus aliis tum generibus, tum speciebus distincta resultat. Quod quidem proprium, ut diximus, est quid affirmativum, et per ipsum perficitur substantiae rei completa notitia. -111. Contingit autem ut de re aliqua non possit a nobis accipi genus eius, quia non est in genere, et ideo neque differentia, qua contrahatur ad speciem aliquam determinatam: quo in casu accipimus differentias negativas. Sicut enim in affirmativis differentiis una aliam contrahit, et magis ad completam designationem rei appropinquat, secundum quod a pluribus eam facit differre, ita una differentia negativa contrahitur per aliam, quae a pluribus differre facit. Sicut si dicamus quod A non sit accidens, distinguimus illud ab omnibus accidentibus; dicendo quod non sit corpus distinguimus ab omnibus substantiis quae corpora sunt, etc. Attamen differentiae positivae nos ducunt ad cognoscendum *quid est* res; contra, differentiae negativae per se loquendo dicunt quod res differat ab aliis, idest *quid non sit,* non autem quid sit. Perfectio est scire quid res non sit; imperfectio nescire quid sit (Cf. s. Th. I *Contra Gent.,* cap. xiv).

δ) *Ergo prima figura* etc. – Quia, sicut notavimus in superiori not. β, quod quid est potissimum quaeritur in demonstratione (tunc enim aliquid simpliciter cognoscimus, quando scimus illud in seipso, ut dictum est lect. iv, n. 4) ; quod quid est autem rei est ipsa definitio ; sequitur quod definitio potissimum quaeritur in demonstratione. Definitio autem de definito et affirmative dicitur et universaliter, ut dicit immediate ante s. Thomas (Cf. lect. xix, not. p). Ergo conclusio demonstrativa potissimum esse debet affirmativa et universalis. Talis autem conclusio nonnisi in prima figura esse potest: nam, ut dictum est, in secunda figura conclusio est negativa, in tertia figura conclusio est particularis. Ergo demonstratio propter quid (de hac enim sermo est) ad concludendum quid rei potissimum fit in prima figura. – Sed dubium moveri potest quo pacto inter se cohaereant quae hoc loco a s. Thoma dicuntur. Docet enim quod quid est seu definitionem esse medium, seu principium, in demonstrationibus propter quid (Cf. lect. xm, n. 3.- Fuse etiam de hac re in secundo libro), simulque affirmat quod quid est investigari, atque propterea concludi, potissimum in eisdem demonstrationibus. Sed si quod quid est sit *medium,* non potest concludi; et si concludatur non est medium.

Respondeo nullam esse in his affirmationibus contradictionem, si recte distinguantur quae distinguenda sunt. Dixit enim s. Thomas lect. xvi, n. 4, quod definitio aut est principium, aut conclusio demonstrationis, aut etiam tota demonstratio, sola positione differens. Addidit autem lect. cit. n. 5, quod de una eademque re diversae dantur definitiones iuxta diversas causas ex quibus sumuntur. Unde nihil prohibet definitionem unam assumi ut medium ad inferendam demonstrative aliam definitionem. – Addendum etiam ex lectione x, n. 8, quod in demonstratione propter quid concluditur per se in secundo et quarto modo; nempe concluditur praedicatum de cuius ratione est definitio ipsa subiecti, et cuius subiectum est causa. Hinc vel directe et formaliter, vel indirecte et in ratione praedicati definitio semper habetur in conclusione ex demonstratione.

ε) *Indigent prima* ete.-Codd. DLMT : *indigent prima figura;* GIN: *prima figura indigent.* Repetitio tamen τοῦ *figura* non videtur requisita ex forma orationis, sicut non requiritur ad perspicuitatem materiae.– Potius quae sequuntur aliquam considerationem forte merentur. Quatuordecim enim codices, nempe ABCDEH1LMOQST et p. m. N legunt: *Ad quid* (O, *Ad quod) autem aliae figurae* etc.-Non adoptandus denique est cod. G cum legit: *facit scire quam aliae, cum aliae indigeant prima, ex hoc manifestum est quod oportet ad perfectos syllogismos habendos, quod propositiones* etc.

ζ) *Accipitur extra extrema. – Codd.* legunt *sumitur;* sed codd. AB CDEHLMQST et p. m. IN sunt hoc loco mendosi cum iterum ponunt *inter extrema;* et ideo nullam differentiam statuunt inter medium acceptum in prima figura et in secunda figura syllogismi. K et s. m. I: *supra extrema; supra* autem idem in praesenti est ac *extra;* O et s. m. N habent cum P, *extra;* G om. verba *medium accipitur* usque ad *de cis* inclusive. – Sed praeterea de tertia figura haec habent codd. ADEHLMQST: *In tertia vero inter extrema quasi subiectum de (L* om. *de) eis;* B: *In tertia vero quasi subiectum eis;* K: *In tertia vero in figura* (corrupte pro *infra) extrema, quasi subiectum eis;* N: *In tertia vero* (marg. add. *supter extrema) quasi subiectum eis;* O omittit, *In tertia* usque ad *subiectum de eis* inclusive ; R : *In secunda autem et in tertia figura medium sumitur extra extrema. Deinde cum dicit,* cet. ut in seq. numero. – Lectio igitur Piana est germana et retinenda, quae concordat cum codd. KO et sec. man. IN quoad primam partem et cum codd. CG1KN quoad secundam. Vult enim s. Thomas statuere quod in prima figura *medium* sumitur *inter* extrema; —in secunda *extra* extrema;—in tertia *infra* extrema.– Quae ut novitio declaremus, memineat quae supra diximus lect. viu, n. 8, scilicet: In syllogismo primae figurae *medium terminum* esse subiectum *maioris* propositionis et praedicatum *minoris;* ut:

Omne C est A — Omne animal rationale est risibile;
Omne E est C — Omnis homo est animal rationale;
Omne E est A — Omnis homo est risibilis.

In secunda figura *medium terminum* esse praedicatum tum in *maiori,* tum in *minori;* ut:

Omne C est A — Omnis homo est risibilis;
Nullum B est A — Nullus lapis est risibilis;
Nullum B est C — Nullus lapis est homo;

Denique in tertia figura *medium terminum* esse subiectum tum in *maiori* tum in *minori;* ut:

Nullum B est D — Nullus lapis est risibilis;
Aliquod B est C — Aliquis lapis est pretiosus;
Aliquod C non est D — Aliquid pretiosum non est risibile.

Porro, cum *praedicatum* per se sit magis universale quam *subiectum* (Cf. I *Perih.,* lect. x, n. 23), facile est intelligere quod in prima

5. Deinde cum dicit: *Sicut autem esse* etc., docet quomodo propositio negativa possit esse immediata. Et circa hoc duo facit. Primo, proponit intentum, dicens quod sicut *contingit A * esse in B inaiviauahter,* idest immediate, *sic et conceditur non esse,* idest ita potest concedi quod propositio significans A *non esse* in B sit immediata. Unde exponit, quid est * *individualiter esse* vel ** *non esse,* scilicet quando affirmativa vel negativa non habet medium per quod probetur*.

6. Secundo; ibi: *Cum igitur aut A quidem* etc., manifestat propositum. Et circa hoc duo facit: primo, ostendit quomodo propositio negativa sit mediata; secundo, quomodo sit * immediata; ibi: *Si vero neutrum* * etc. Circa primum duo facit: primo, manifestat propositum; secundo, ostendit quoddam quod supposuerat; ibi: * *Quod autem contingit B non esse* etc.- Dicit ergo primo * quod cum A, idest *maior* terminus, aut B, idest *minor* terminus*, sunt in quodam toto, sicut species in genere, aut etiam ambo sunt sub aliquo genere *, non contingit A non esse in B primo, idest non contingit quod haec propositio , *nullum B est A,* sit immediata. Et primo manifestat hoc quando A est * in quodam toto , scilicet C ** ; B autem in nullo; ut puta, si A sit *homo,* C * *substan-* B *quantitas:* potest enim * syllogismus fieri ad probandum quod A nulli B insit per hoc, quod C omni A inest, B autem nulli*; ut si fiatsyllogismus in secunda figura, talis*: *Omnis homo est substantia; nulla quantitas est substantia; ergo nulla quantitas est homo.*- Et similiter est, si B, idest *minor* * terminus, sit in quodam toto, ut in D? A autem non sit in aliquo toto; syllogizan poterit quod A sit in nullo B. Ut sit A * substantia, B linea, D quantitas; et fiat * syllogismus in prima figura sic: *Nulla quantitas est substantia; omnis linea est quantitas; ergo nulla linea est substantia.*- Eodem autem modo poterit demonstrari conclusio negativa, si utrumque * sit in quodam toto: ut si* sit A linea, C quantitas, B albedo, ct D qualitas; potest syllogizari in secunda figura, et in prima. In secunda figura * sic : *Omnis linea est quantitas; nulla albedo est quantitas; ergo nulla albedo est linea.* In prima figura ' sic : *Nulla qualitas est linea; omnis albedo est qualitas ; ergo nulla albedo est linea.*- Est autem intelligendum, propositionem negativam esse mediatam, utroque terminorum existente in quodam toto, non quidem in eodem, sed in diversis. Si enim sint * in eodem toto, erit * propositio immediata, sicut, *nullum rationale est irrationale,* vel *nullum bipes est quadrupes.*

7. Deinde cum dicit: *Quod autem contingit etc.,* manifestat quod supposuerat, scilicet quod, altero extremorum existente in aliquo toto, alterum non sit in eodem, dicens quod manifestum est ex *coordinationibus,* scilicet * praedicamentorum ** diversorum, quae *non commutantur ad invicem.* Scilicet quia id quod cst in uno praedicamento, non est in altero, manifestum est ° quod contingat B non esse in toto, in quo est A, aut e converso, quia videlicet contingit unum terminorum accipi in uno praedicamento, in quo non est alius. Sit enim una coordinatio praedicamenti A C D, puta praedicamentum substantiae; et alia coordinatio sit B E F, puta praedicamentum quantitatis. Si ergo * nihil eorum, quae sunt in coordinatione ACD', de

Codd.,exc.p.m. cf.text.
• ot:*probatur,*
•irtom.PBKei p'Num.8.
»Num.seq.
• *Primo*om.bgh.
'tasK' extremi~
•codd.exe eg.-
' Codd.-p: *sd-*
" codd. - pg:
'au°jni'~i' c
"Enimn codd.,
*côdd.-pb =
• *Taiis* ex codd.
> erronee:*ma-*
extremitas.
· omeiius: *ut,.*
'et sijiat.
'Codd-?:«««««.
quodque.
si om. λβ«οβ.
ℓ ura ora·
η
· A? *sunt;* h : *sic esset,*
' *scilicet* ex codd., exc. b.
ct. icct. x»,
not'
0
enim.

figura *medius terminus* in maiôri cst infra universalitatem *maioris extremi,* et in minori est supra universalitatem *minoris extremi.* Est ergo revera *inter* extrema. – Sed in secunda figura est *extra* seu *supra* universalitatem utriusque extremi, quia utriusque est praedicatum. – Denique in tertia figura est subiectum utriusque extremi, et ideo *infra* utriusque extremi universalitatem.

Ad pleniorem aqtem huius tertiae rationis intelligentiam, praemittendum est *medium* in syllogismis demonstrativis a priori esse causam conclusionis. Ex eo enim bis assumpto constituuntur praemissae propositiones, quae ad conclusionem se habent sicut causae efficientes ad effectum (Cf. lect. m, n. i). Quod potissimum in syllogismis primae figurae verificatur, ut supra, not. (i explicatum est. Praeterea proprium est in hisce syllogismis demonstrativis ut procedatur ab his quae sunt per se et immediata (Cf. lect. tv et xiv); et consequenter ideo in conclusione passio affirmatur per se dc subiecto, quia ipsa affirmata per se est de medio in praemissis. Ponatur ergo quod medium C (in primo syllogismo) nonnisi mediate sit causa passionis (Λ) subiecti (E) conclusionis; ex consequenti habetur quod non assignetur propter quid immediatum ipsius conclusionis (A in E), et restat inquirere το *propter quid* immediatum faciens scire conclusionem ipsam. Optime ergo dicitur a s. Thoma, quod oportet ad perfectam scientiam habendam, quod propositiones mediatae (quarum nempe praedicatum non est de ratione subiecti), quae sumuntur in demonstrationibus, reducantur ad immediatas. Quomodo reducuntur? *Densando* et *augmentando* media.- *Densando* media, hoc est, interponendo alia media inter medium et extrema prioris syllogismi mediati quousque ad immediata perveniamus, quae interpositio et auget media, ut patet, et quodammodo condensat, ut inter se demum in aliqua immediata propositione copulentur media ipsa et extrema. – *Augmenlando,* quando, data minori immediata, *medium est mediatum maiori,* quae ideo est propositio mediata. Tunc enim oportet accipere alia media supra medium acceptum, hoc est magis universalia, quibus probetur praedicatum maioris revera convenire subiecto, ut primum asserebatur in maiori propositione mediata. Sit c. g. sequens syllogismus :

Omnes qui ratione potiuntur agunt opera meritoria vel demeritoria ;
Sed homines ratione potiuntur;
Ergo homines agunt opera meritoria vel demeritoria.

Minor syllogismi est immediata; sed non est immediata maior propositio. Debet igitur probari de medio *(omnes qui ratione potiuntur),* quod sibi conveniat praedicatum. Probatur autem assumendo medium aliquod magis universale. Puta:

Omnes, quibus imputantur propriae actiones, agunt opera meritoria vel demeritoria ;
Sed omnibus, qui ratione potiuntur, imputantur propriae actiones;
Ergo omnes, qui ratione potiuntur, agunt opera meritoria vel demeritoria.

Et sic deinceps augerentur media, si *maior* iterum esset probanda, puta ex libero arbitrio etc. Atqui haec densatio et augmentatio (χαταπυχνοῦται χαι αυξ-ται), quoties agatur de mediatis affirmativis et universalibus assumptis in prima figura et probandis per immediatas propositiones, nonnisi in ipsa prima figura fieri potest : prima enim figura, quia habet medium inter extrema, potest concludere propositiones affirmativas, quae simul sint propositiones universales. Formula scilicet reductionis ad immediata in hypothesi nostra erit, pro maiori: *Omne D est A; omne C est D; omne C est A.* Pro minori autem : *Omne B' est C; omne E est B; omne E est C.* Ergo in condensandis et augmentandis mediis, ut immediata habeantur, prima figura non indiget aliis. – Oppositum omnino se habet in aliis figuris, quoties occurrit reducenda ad immediatam propositio universalis affirmativa. Nam conclusio affirmativa ct universalis nonnisi in prima figura fieri potest. Ergo secunda figura indiget prima. Tertia autem figura concludit particulariter; ergo si propositio universalis affirmativa mediata assumatur in praemissis, nonnisi per primam figuram probari potest.

η) *In prima figura* etc—Hoc exemplum in prima figura quod cum codd. refert editio Piana, oscitanter omittit amanuensis cod. B. – Codices tamen omittunt *figura.* – Supra vero codd. CEGH1MN0QRST: *potest sjllogiqari et {et* om. INO) *in prima et in secunda figura. In* etc.; AB: *potest... et in prima figura et secunda. In* etc.; D: *potest... vel in prima vel in secunda figura. In* etc.; KL: *potest et in prima figura ct in secunda figura* (K om. *fig.). In* etc.

0) *Manifestum est quod contingat* etc. -D: *quod* (marg. add. erronee: non) *contingit B* (add. marg.: *esse in quodam toto) in quo;* H: *quomodo contingat;* I: *quod non contingit;* LR: *quod contingit;* M: *quod non contingat.* – Codd. (exc. D): *B non esse;* P: *B esse non,*- Codd., exc. GK: *in quo toto est A;* PGK: *in toto, in quo est A.*

1) *In coordinatione A C D,* etc. – Codex B est hoc in loco men-

nullo praedicatur eorum, quae sunt in coordinatione B E F; A autem sit in P, quasi in quodam generalissimo, quod sit principium * totius primae coordinationis; manifestum est quod B non erit* in P, quia sic coordinationes, idest praedicamenta, commutarentur. Similiter autem est si B sit in quodam toto, ut puta in E; manifestum est quod A non erit * in E.

8. Deinde cum dicit: *Si vero neutrum* etc., ostendit quomodo propositio negativa sit immediata dicens quod, *si neutrum sit in toto aliquo,* scilicet, neque A neque B; et tamen * A non sit in B, necesse est quod haec sit immediata, *nullum B est A.* Quia si acciperetur aliquod medium ad syllogizandum eam *, oporteret quod alterum * ipsorum esset in aliquo toto; oporteret enim syllogismum fieri x, aut in *prima figura,* aut in *secunda.* In *tertia* enim * figura non potest concludi * universalis negativa, qualem oportet esse propositionem immediatam. Si quidem syllogismus fit in *prima* figura*, oportet quod B sit in quodam toto, quia B est *minor extremitas,* et in *prima figura* oportet semper *minorem* propositionem * esse affirmativam. Non enim fit syllogismus in prima figura ex maiori affirmativa et minori negativa \ Sed si syllogismus erit in media figura, *contingit quodcunque,* idest* vel A vel B, esse in toto quodam; quia in *media* figura potest esse negativa tam prima quam secunda propositio. Nunquam tamen potest esse, neque in prima neque in secunda, utraque propositio negativa. Et ideo oportet quod, altera existente affirmativa, alterum extremorum sit in quodam toto. Sic igitur patet quod propositio negativa est immediata, quando neutrum terminorum est in quodam toto *p.* – Non autem potest dici quod quamvis neutrum sit in quodam toto, potest tamen accipi medium ad ipsam concludendam', scilicet si accipiatur medium convertibile: quia oportet tale medium esse quod sit prius et notius; et hoc est vel genus vel definitio, quae non est sine genere.

Deinde cum dicit: *manifestum igitur est* etc., concludendo epilogat quod dictum est. Et litera plana est ex dictis '.

• g k *primum* - λ
•codd.-r:«λ
' BCEILQST. - p; dubii.
*ABCDHKLMQS:ea,‘ '^Cod<L (exc. b): α,i“ i
■s t: *autem;* g ^g: *non conclu-*
■*Figura* excodd.
‘ *Propos,* om. n
λ
’««/excodd.
p-
V

dosus, nonnulla omittendo: quae tamen aliena, sed veteri manu supplentur partim in textu, partira in nota marginali.

x) *Oporteret enim* etc. – Codd. – P: *in aliquo toto, et sic etiam oporteret fieri syllog.* Adoptavimus lectionem codd.; assignatur enim ratio, ob quam alterum extremorum oporteret esse in aliquo toto, si haec propositio negativa, *nullum B est A,* esset mediata. – AGIN: *oportet;* 1K om. primum *aut.*

λ) *Figura ex maiori affirmativa* etc.~B: *figura maiori extremitate affirmativa et minori negativa;* GIN: *figura, si minor sit negativa.* Diminuta est haec ultima lectio, sed non falsa: syllogismi enim primae figurae postulant *minorem* affirmativam (Cf. lect. vm, not. p). In cod. l add. marg., *et maior negativa;* quae additio in se falsa est: in prima enim figura recte concluditur ex *maiori* negativa, dummodo sit universalis, ct *minor* sit affirmativa (Cf. ib).-De his quae in hoc numero disseruntur quoad figuras cf. not. cit lect. vm.

p.) Sic *igitur patet* etc.-Ex his quae in hoc numero et in fine n. 6 docet s. Thomas discimus propositionem negativam immediatam ex duplici capite contingere posse, vel scilicet quando neutrum extremorum est in quodam toto, hoc est in aliquo universali genere, ut dicitur in praesenti numero, vel quando utrumque extremorum est in eodem toto, ut dicitur in fine num. 6, positis exemplis: *nullum rationale est irrationale; nullum bipes est quadrupes.* Tum enim rationale et irrationale, tum bipes et quadrupes sunt in eodem genere, quod animal est (Cf. Caietan. in 1 *Poster.,* cap. xiv, § *Circa tertiam conclusionem,* fol. bo, coi. 4. Ed. cit.).-Immediate infra *(Non autem* etc.), codd. ABC DHKLNOT et s. m. S: *quod etsi neutrum* etc.; E1QR et p. m. S, non recte: *quod si neutrum;* G non bene: *dici quod est neutrum sic in quodam etc.;* M ob recursum eorumdem vocabulorum omittit, *Non autem* etc., usque ad *in quodam toto* inclusive. – Deinde codices: *potest accipi* (om. *tamen) ad ipsam concludendam,* scilicet propositionem negativam immediatam, de qua est sermo. Qua de causa adoptamus hanc lectionem, quia tollit aequivocationem lectionis P t *ad ipsum concludendum: ipsum* enim posset referri ad *medium,* contra mentem s. Thomae. Retinemus *tamen* P.

v) *'Et litera* etc.-B: *Et litera patet ex dictis;* GI: *quod dictum est ex dictis;* EN om. *est;* H om. *ex dictis.*

LECTIO VIGESIMASEPTIMA

DE SYLLOGISMO, PER QUEM INDUCITUR IN NOBIS IGNORANTIA VEL DECEPTIO. ET PRIMO, QUOMODO CIRCA PRIMA ET IMMEDIATA CAUSATUR IGNORANTIA QUA EXISTIMATUR ESSE, QUOD NON EST

'Άγνοια δ' η μη κατ' άπόφασιν άλλα κατά διάθεσιν λεγάμενη έστι μέν ή δια συλλογισμού γϊνομένη απάτη· αύτη δ' έν μέν τοϊ πρώτω ύπάρχουσιν η μη ύπάρχουσι συμβαίνει διχώ - η γάρ δταν απλώ ύπολάβη ύπάρχειν η μη ύπάρχειν, η δταν διά συλλογισμού λάβη την ύπόληψιν.

Τη μέν ούν άπλη ύπολη'ψεω άπλη η απάτη, τη δέ διά συλλογισμού πλείου . Μη ύπαρχετω γάρ το Α μηδενί τών Β άτόμω· ούκούν έάν συλλογίζηται ύπάρχειν τά Α τω Β, με'σον λαβών το Γ, ηπατημένο έσται διά συλλογισμού.

'Ενδε'χεται μέν ούν άμφοτέρα τά προτάσει είναι ψευδεί , ενδέχεται δέ την έτε'ραν μο'νον. Εί γάρ μήτε τό Α μηδενί τών Γ ύπάρχει μη'τε τό Γ μηδενί τών Β, εϊληπται δ' έκατέρα άνάπαλιν, άμφω ψευδεί εσονται.

'Εγχωρεϊ δ' ούτω έχειν τό Γ πρό τό Α καί Β, ώστε μήτε ύπό τό Α είναι μη'τε καθόλου τω Β. Τό μέν γάρ Β αδύνατον είναι έν δλω τινί· πρώτω γάρ έλε'γετο αύτω τό Α μη' ύπάρχειν τό δέ Α'ούκ ανάγκη πάσι τοΐ ούσιν είναι καθολου· ο"στ' άμφο'τεραι ψευδεί .

'Αλλά καί την έτέραν ένδε'χεται άληθη λαμβάνειν, ού μέντοι όποτέραν έτυχεν, άλλα την Α Γ· ή γάρ ΓΒ προ'τασι άεί ψευδή έσται διά τό έν μηδενί είναι τό Β, την δέ Α Γ έγχωρεϊ, οίον εί το Α καί τω Γ καί τω Β υπάρχει άτο'μω . "Οταν γάρ πρώτω κατηγορηται ταύτό πλειο'νων, ούδε'τερον ούδετέρω έσται. Διαφέρει δ' ούδέν, ούδ' εί μη άτο'μω ύπάρχει.

Ή μέν ούν τού ύπάρχειν άπάτη δια τούτων τε καί ούτω γίνεται μο'νω (ού γάρ ην έν άλλω σχηματι τού ύπάρχειν συλλογισμό).

* Ignorantia autem non secundum negationem, sed secundum dispositionem dicta, est quidem per syllogismum facta deceptio. Haec autem in his quae sunt primo, aut non sunt, contingit dupliciter; aut enim est cum simpliciter accipiat esse aut non esse: aut cum per syllogismum accipiat opinionem. ·α»ρ.χνι. Text·3'·

Simplicis quidem igitur opinionis simplex deceptio: sed quae est per syllogismum, plures sunt. Non sit enim A in nullo B individualiter. Igitur syllogizet esse A in B, medium accipiens C, deceptus erit per syllogismum.

Contingit quidem igitur utrasque propositiones esse /alsas, contingit autem alteram tantum. Si enim neque A in nullo C erit, neque C in nullo B ; accepta autem sunt utraque e contrario, utraeque erunt falsae.

Potest autem sic se habere C ad A, et ad B, quod neque sub A sit, neque universaliter C in B. B quidem impossibile est esse in toto aliquo: primum enim dictum est in ipso A non esse ; A autem non necesse est in omnibus, quae sunt, inesse universaliter. Quare utraeque falsae sunt.

Sed alteram contingit veram accipere, non tamen quamlibet contingit, sed quae est A C. Nam B C propositio semper falsa erit, propter id quod in nullo est B. Sed quae est A C potest; ut si A in C et in B est individualiter. Cum enim primum praedicetur idem de pluribus, neutrum in neutro est. Differt autem nihil, si non individualiter insit.

Ipsius quidem igitur esse deceptio per istam fit, et sic fit solum (non enim erit in alia figura ipsius esse syllogismus).

Synopsis. — 1. Argumentum et divisio textus. – 2. De duplici ignorantia, secundum negationem, seu negativa, et secundum dispositionem, seu positiva, quae idem est ac error vel deceptio.– 3. Ignorantia positiva est vel circa principia prima et immediata, et opponitur cognitioni intellectus ; vel circa conclusiones, et opponitur cognitioni scientiae. – 4. Et est *simplex,* nempe absque ductu seu discursu rationis; vel ex ratione errante. – 5. Aliae textus subdivisiones. – 6. Deceptio *simplex,* seu *simpliciter* dicta nonnisi uno modo causatur, nempe *ex defectu rationis,* qui non diversificatur per diversos modos; sed deceptio *ex ratione falsa* multiplex esse potest, quia multipliciter fieri potest falsus syllogismus.- 7. In syllogismo demonstrativo supponitur legitima *forma* syllogismi, et attenditur eius falsitas ex parte *materiae,* circa propria et non circa communia. – 8. Syllogismus falsum concludens ex duabus falsis propositionibus, quae sunt oppositae, *oppositione contraria,* veris. – 9. Syllogismus falsum concludens ex duabus falsis propositionibus, quae sunt oppositae, *oppositione contradictoria,* veris, – 10. Syllogismus falsus qui procedit ex altera praemissarum vera et altera falsa. – 11. Solvitur dubitatio. – 12. Respondetur tacitae quaestioni.

l' ostquam Philosophus determinavit de syllogismo demonstrativo, per quem p equiritur scientia, hic determinat de syllogismo, per quem inducitur in nobis ignorantia sive deceptio *. Et circa hoc duo facit: primo enim ostendit qualis ignorantia " per syllogismum induci possit; secundo, ostendit modum, quo talis syllogismus procedit; ibi : *Simplicis quidem igitur opinionis* * etc. · Num. 5.

•Cf.lect.iv, n.i. α

2. Distinguit ergo primo duplicem ignorantiam ; quarum una est *secundum negationem ;* alia est *secundum dispositionem.* Ignorantia quidem *secundum negationem* est quando homo omnino nihil scit de re Et haec est ignorantia in non ?

a) *Primo enim ostendit* etc.- Codd.EGlO om. *enim;* ABNRT : *ostendit qualiter ignor.* Quae lectio non est acceptanda: siquidem in prima parte huius lectionis quotuplex sit ignorantia declaratur, et *qualis* ignorantia induci possit per syllogismum (Cf. n. seq., in fine). In secunda vera parte ostenditur *quomodo* seu *qualiter* ignorantia, quae est deceptio, possit per syllogismum causari (Cf. n. 5). Hinc codd. ABNRT legendo *qualiter* confundunt primum divisionis membrum cum secundo. – In principio sequentis numeri, codd. ACDEG11.MQRST: *una est secundum negationem; alia est secundum* etc.; BHO: *alia secundum* etc., om.*est; '* N: *alia vero secundum* etc.; denique K omnia ista oscitanter omittit excurrendo a primis verbis *secundum negationem* ad secunda, et ideo prosequitur: *quando* (om. *est) homo* etc.-Nullus ergo ex nostris codd. habet Pianam: *una est...; et alia secundum* etc.; proindeque prae illa adoptavimus lectionem maioris partis codd.

β) *Quando homo omnino etc.* – Codd. AOR non recte om. *omnino;* L forte melius: *nihil omnino;* CDLMRQ, p. m. S ct s. m. N omittunt

attingendo. ut Philosophus dicit in IX *Metaph.* .*; sicut patet de rustico qui omnino nihil scit de triangulo, an habeat tres angulos aequales duobus rectis. Ignorantia autem *secundum dispositionem* est quando aliquis habet quidem aliquam dispositionem in cognoscendo, sed corruptam: dum scilicet existimat aliquid circa rem 8 sed falso; dum vel* existimat *esse,* quod *non est,* vel *non esse* quod *est.* Et haec ignorantia idem est, quod error. Prima ergo ignorantia non fit per syllogismum : sed secunda per syllogismum fieri potest. Et tunc vocatur * deceptio '.

3. Haec autem ignorantia sive * deceptio potest contingere circa duo. – Uno quidem modo circa ea quae sunt prima principia et immediata, dum scilicet opinatur quis * opposita principiis : quae quidem etsi non possit opinari interius in mente, ut supra dictum est*, quia non cadunt sub apprehensione ζ; potest tamen eis. contradicere seeundum vocem, et secundum quamdam * falsam imaginationem, ut dicitur de quibusdam negantibus principia in IV *Metaphys.* * – Alio modo " circa conclusiones, quae non sunt prima et immediata. Et prima quidem ignorantia sive deceptio opponitur cognitioni intellectus. Secunda autem cognitioni scientiae.

4. Utraque autem ignorantia dispositionis, sive sit de his quae sunt prima, sive sit* de his quae non sunt prima, potest homini provenire dupliciter. Uno modo *simpliciter,* quando scilicet absolute absque aliquo ductu * rationis existimat falsum sive affirmando, sive negando. Alio modo, quando inducitur ad falsum existimandum, per aliquam rationem syllogisticam, sicut * Philosophus dicit in IV *Metaphys.* *, quod quidam principiis contradicunt, velut rationibus persuasi; alii vero, non quasi ratione persuasi, sed propter ineruditionem vel pertinaciam, volentes in omnibus quaerere demonstrationem °.

5. Deinde cum dicit: *Simplicis quidem igitur* etc., ostendit quomodo praedictae ignorantiae causantur. Et primo quomodo causatur ignorantia, quae est per syllogismum; secundo, quomodo proveniat ignorantia homini ' sine syllogismo ; ibi: *Manifestum est autem*etc.* Circa primum duo facit; primo, ostendit ® quomodo causetur ignorantia per syllogismum in primis et immediatis; secundo, quomodo causetur*in his, quae non sunt prima et * immediata; ibi: *In his autem quae non individua** etc. Circa primum duo facit: primo, ostendit* quomodo causetur ignorantia, qua existimatur * esse quod non est; secundo, quomodo causetur ignorantia, qua existimatur non esse quod estx; ibi: *Quae vero ipsius non esse* * etc. Circa primum tria facit: primo, proponit* modum λ, quo praedicta ignorantia communiter causatur; secundo, assignat diversitates circa hoc contingentes; ibi: *Contingit quidem** etc.; tertio, respondet tacitae quaestioni; ibi: *Ipsius quidem igitur esse* * etc.

6. Dicit ergo primo*quod falsae opinionis, quam supra vocavit simplicem, est simplex deceptio, idest uno solo modo ad hoc pervenitur. Non enim causatur ex ratione, quae diversificari potest, sed magis ex defectu rationis, qui non diversificatur per diversos modos, sicut nec aliae negationes secundum propriam rationem. – Sed quia ratio falsa multipliciter variari potest *, inde est quod huiusmodi ignorantia, quae fit per syllogismum, multipliciter accidere potest, secundum

• comm. s. Th. lib. vin, cap. x, n'3' T
8
• s: *etiam voc.,* marg. add.: *talis etiam voc.*
• *ignor^ive om.*
• Qwzs non rcctc marg.: *aliquis,*
•Lect. «x.
• HMQ.om. *quamdam ;* ACEGIKLNS *fais, quaind.*
] comm^s.Th., libAii, cap. ni;
η
•AVom.AioT.
·Ί· *dictu-g -in-i "clu·*
•commas Th DidijibSii'cap' *vvf.* 2 « cap. v,
» Lcct.
*codd.—pmn: ;'ro/"°"".
• *Causetur* om.
• *Et* ex codd., *Le«.Kx»xη-3·
* Codd.-p : *pro-* et ita , χ ›κTo^'λτ. λ
»Num. 7.
· Num. ,2.
τη™ 0m.c.
• g : *variatur.*

de **re.-Sed** non videtur lectio adoptanda: significat enim absolutam negationem cognitionis. At s. Thomas intelligit negationem cognitionis relativam, ut patet per adductum exemplum de rustico, qui omnino nescit, non quidem de omnibus, sed de triangulo.

γ) *Sicut patet de* **rustico.-Minus** bene cod. A: *Et hoc sic patet* **etc.-**Infra *(an habeat tres),* cod. G: *an habeat tres, et cetera. Ignorantia* etc. Non infrequenter exemplum istud affertur ab Aristotele sub hac forma : *habere tres,* ceteris omissis *(angulos aequales duobus rectis),* quia dc facili a lectore suppleri possunt. Unde in codicibus idem accidit respectu textus s. Thomae: vel enim exemplum ponunt in sua materiali integritate, vel simpliciter, *habere tres,* vel cum addito *etc.*

δ) *Dum scilicet existimat* etc. – Quoad hunc locum confusio est in codicibus, et Piana ipsa haud satis perspicua est. Cod. A : *aliquem cor,* et postea in spatio, quod aman, non scriptum reliquit, additur, *çôrem,* forte *aliquem certiorem,* ut habent CHQR et p. m. DLS; quae lectio quid significet, non intelligo; E: *existimat aliquem, sed* etc.; GT et s. m. K: *existimat aliquam conclusionem, sed* etc.; 1 et p. m. N et s. m. DLS: *aliquid circa rem;* K p. m.: *aliquam certitudinem;* M: *aliquem errais;* N s. m.: *aestimat conclusionem esse certam;* O: *aliquid* currere. —ADE H1LMNQST: *dum vel;* BKOR: *vel dum, C* om. *vel;* G om. dum.— Dixi neque Pianam lectionem esse perspicuam: legit enim cum B: *existimat aliquem currere, sed falso; vel dum* etc.; sed ex his quae secundo loco adduntur (*vel dum* etc.), exemplum primum *(aliquem currere)* videtur esse superfluum. Lectionis adoptatae prima pars perspicua est, traditur a codd. D1LNS, et cohaeret alteri quae est maioris partis codd.

ε) *Et tunc vocatur deceptio.* – Haec positiva ignorantia definitur a Platone dementia quaedam animae, quae dum ad veritatem nititur, intelligentia praevaricatur. *(Sophista,* Ed. cit., pag. 161). Merito addit ab ignorantia, qua quis illa quae nescit, scire se putat, omnes, quaecunque nos fallunt, opiniones proficisci. – Dixi ignorantiam positivam a Platone definiri: nam ignorantia negativa in opinione Platonis dari proprie non potest, sed verius oblivio. Etenim aut scientes, iuxta ipsum, nati sumus, scimusque per omnem vitam omnes; aut quos dicimus discere, dumtaxat reminiscuntur, atque *disciplina reminiscentia est (Phaedo,* ed. cit., pag. 57.-Cf. lect. in, not. ζ).

ζ) *'Quia non cadunt sub apprehensione.-Codd.* ACDHLMQ: *quod non* etc.; N: *et non* etc.: quae sunt lectiones minus rectae, unde in A marg. add. *eo* ante *quod;* CLQ: *super apprehensione;* DER: *super apprehensionem ;* H : *supra apprehensionem.*

η) *Alio modo circa conclusiones* etc. – Codd. AB ; *Alio autem modo* etc.; Q: *Et alio modo.* – GH1N: *quae non sunt principia et (et* om. Gl) *immediata.* – Lectio : *quae non sunt principia immediata* sustineri potest; attamen retinenda lectio P et aliorum codd.- Supra utrumque dixit s. Thomas, nempe, *prima principia et immediata.* – Immediate infra *(Et prima* etc.) ACDELMQS: *vel deceptio;* T om. verba, *sive deceptio.*— G: *intellectus in terminis.* – AEGH1O: *Secunda vero;* M om. *autem.*- Codex B est hoc loco mendosissimus, plura omittendo. Post enim *prima et immediata,* prosequitur, *sive de his quae non sunt prima, potest homini provenire dupliciter;* omissis intermediis sententiis.

0) *Quaerere demonstrationem.-Codd. Aβ* habent: *quaerere contradictionem.* Quae lectio falsa est, non tamen falsum enuncians. Ubi enim pertinacia voluntatis rationem in homine dominetur, prurigo contradicendi etiam praevalet, ut experientia quotidiana testatur.— Paulo supra *(non quasi),* GN: *non sicut;* H: *non quia;* 1: *non sint rationibus persuasi, et rationibus* habent etiam BHN; GKQ loco *vel pertinaciam* legunt male: *vel pertinentiam.*

c) *Proveniat ignorantia homini.* – Codd. AEIN : *hominis;* CDHKL QT et p. m. S: *ignorantia nôis,* corrupte pro *hôis (hominis),* vel pro *nobis;* M: *ignorantia nobis;* GKR et s, m. S absurde: *ignorantia negationis.* Unus B legit cum P.-Infra quoties occurrit vocabulum *causetur* non uniformis et constans est lectio P et codd. – Modo enim P habet *causatur,* modo *causetur;* et ita codd. Adoptavimus *causetur,*— Idem dicendum de vocabulo *existimare,* quod praetulimus τω *aestimare,* codices enim modo unum modo alterum adhibent. Quod ideo moneo lectorem ne huiusmodi variantes ad fastidium usque repetere cogar.

x) *Secundo, quomodo causetur* etc.-Hoc secundum membrum divisionis deest in codd. BT; sed in B apponitur eadem, ut videtur, manu in nota marginali.

λ) *Proponit modum* etc.-K: *ostendit modum;* A: *proponit communem modum;* alii codd.: *proponit communiter modum;* et omnes (exc. H) om. infra *communiter.* – *At* si lectio P mutanda sit, lectio cod. A, meo iudicio, est praeferenda, nedum quoad formam, sed etiam quia in n. seq. s. Thomas ait: *ponit communem modum.*

μ quod multipliciter potest esse falsus syllogismus μ. Ponit autem communem modum dicens: *Non sit enim A in nullo B individualiter,* idest sit haec propositio vera immediata *, *Nullum B est A:* ponuntur enim duae ' negationes, loco unius; puta, si dicamus, *Nulla quantitas * est substantia,* secundum doctrinam supra positam * de negativis immediatis. Si quis ergo concludat ξ oppositum huius, per aliquem syllogismum, ostendens scilicet *omne * B esse A,* accipiens pro medio *C,* erit deceptio per syllogismus.

7. Deinde cum dicit: *Contingit quidem igitur* etc., ostendit quot modis potest hoc variari. Est autem sciendum quod falsa conclusio non concluditur nisi falso syllogismo*. Syllogismus autem potest esse falsus dupliciter *. Uno modo, quia deficit in * forma syllogistica. Et hic non est syllogismus, sed apparens. Alio modo, quia utitur falsis propositionibus. Et hic quidem est syllogismus propter syllogisticam formam, est autem falsus propter falsas propositiones assumptas. In disputatione ergo dialectica*, quae fit circa probabilia, usus est utriusque falsi syllogismi, quia talis disputatio procedit ex communibus *. Et ita in ea* error attendi potest et circa materiam quam assumit*, quae est communis, et etiam circa formam , quae est communis. Sed in disputatione demonstrativa, quae est circa necessaria, non est usus, nisi illius syllogismi ° qui est falsus propter materiam; quia, ut dicitur in I *Topicorum *;* paralogismus disciplinae procedit ex propriis disciplinae, sed non ex veris π. Unde, cum forma syllogistica sit inter communia computanda *, paralogismus disciplinae *, de quo nunc agitur, non peccat in forma, sed solum in materia, et circa propria, non* circa communia.

Et ideo primo ρ, ostendit * quomodo huiusmodi syllogismus procedat ex duabus falsis; secundo, quomodo * procedat ex altera falsa; ibi: *Sed alteram contingit** etc. Primum autem contingit dupliciter, quia falsa propositio, aut est contraria verae, aut contradictoria. Primo ergo ostendit quomodo huiusmodi * syllogismus procedat ex duabus falsis contrariis veris; secundo, quomodo accipitur contradictio ff; ibi: *Potest autem sic se habere* * etc.

8. Dicit ergo * primo quod in praedicto syllogismo deceptionem causante, contingit quandoque utrasque propositiones esse falsas, et quandoque alteram tantum. Utrasque autem falsas, uno modo si accipiamus contrarias verarum T. Habeat enim ita * se C ad A et ad B, quod nullum C sit A, et quod nullum B sit C. Si ergo * accipiantur contraria horum, scilicet, *Omne C est A; omne B est C;* utraeque propositiones erunt falsae totaliter. Puta si dicam: Omnis qualitas est substantia; omnis quantitas est qualitas; ergo omnis quantitas est substantia.

9. Deinde cum dicit: *Potest autem sic se habere* etc., ostendit quomodo possunt esse ambae falsae, et non sunt* contrariae veris, sed contradictonae. Puta, si sic se habeat C ad A et ad B, quod nec contineatur totaliter sub A, neque universaliter * insit B. Puta si accipiamus, *perfectum* vel *ens in actu,* ct procedamus sic: Omne perfectum est substantia; omnis quantitas est perfecta *; *ergo* " etc. Manifestum est quod utraque est falsa, sed non totaliter. Sunt enim contradictoriae earum verae, scilicet, quoddam perfectum non est substantia, et, quaedam quantitas non est perfecta. Contrariae autem sunt* falsae, scilicet, nullum perfectum est substantia, et nulla quantitas est perfecta.

Quod autem C non universaliter insit B (id- est, quod ista* non sit vera: *Omnis quantitas est perfecta,* quae erat *minor;* ut, omne B est * C) *f* probat per hoc, quod B non potest contineri sub aliquo toto, quod de co universaliter praedicetur. Et hoc ideo, quia haec propositio: *Nullum B est A,* dicebatur esse immediata z, quod est *A non in-*

μ) *Multipliciter potest* etc. – Codd. AB: *multipliciter potest esse falsigraphus syllogismus* (Cf. lcct. xxn, not. ε); C oscitanter om. *syllogismus,* et R om. *falsus.* Alii codices: *potest esse falsus syllogismus;* O: *esse potest falsus syllogismus; P: falsus esse potest syllogismus.*

ν) *Ponuntur* enim,-Hanc omnium codd. lectionem praeferimus P: *praedicantur enim.* Dico lectionem adoptatam esse omnium codd., nisi forte excipiendus sit O, in quo abbreviatio τοῦ *praedicantur* et *ponuntur,* quasi semper est aequivoca.

Ç) *Si quis ergo concludat* etc.-Cum maiori codd. parte legimus *concludat* loco τοῦ *concludit* P.-Unus I habet lectionem singularem: *immediatis. Puta si quis dicat oppositum* etc.

0) *Usus, nisi illius syllogismi* etc. – Cod. A iterum (Cf. supra not. p): *usus in syllogismis falsigraphis, qui est falsus* etc.; IN: *usus nisi falsi syllogismi.*

π) *Paralogismus disciplinae.* – Distinguit Aristoteles loco citato ex Topicis hunc paralogismum disciplinae ab aliis syllogismis, quos ib. recenset, nempe demonstrativo, dialectico et contentioso seu sophistico (Cf. lect. xxn, not. ε). Nam neque ex veris et primis ratiocinatur, sicut demonstrativus, quia non accipit pro medio definitionem; neque ex probabilibus, sicut dialecticus, quia non sumit quae videntur omnibus, nec quae videntur pluribus, nec quae doctis aut plurimis aut spectatissimis; sed ex propriis quidem scientiae, non tamen veris, svllogismum efficit: ἀλλ' ἐχ των οἰχείων μεν τη επιστήμη λημμάτων, οὐχ αληθών οἑ τόν συλλογισμόν ποιεῖται. Quod explicat exemplo matheseos. Si quis e. g. describat semicirculos, non quemadmodum describendi sunt, aut lineas quasdam ducat, non quomodo ducendae sunt, paralogismum disciplinae matheseos, hoc est ex propriis matheseos (semicirculi enim et lineae sunt obiecta propria huius scientiae) facit.

0) *Et ideo primo.*- A: *Nunc primo;* B ct p. m. D: *Sic primo;* CHKL MQ et p. m. S; *Sieut primo;* D s. m.: *Et sic primo;* T: *Sic ergo primo.*

σ) *Quomodo accipitur contradictio.* – A p. m.: *contradictionum:* CDEHILOQRST et s. m. A: *contradictorium;* G: *contradictoria;* K: *accipit contradictionem;* M: *accipiatur contradictoriarum;* N: *contrarium.* Haec ultima lectio falsa est, ut patet ex his quae immediate praecedunt et quae numero 9 dicuntur.

τ) *Utrasque autem falsas, uno modo si accipiamus.* – Ita codd., exc. R et p. m. S. – PR: *Utrasque autem falsas accipimus.* S p. m. habet lacunam.-AGK immediate prosequuntur: *contrarias veras,* sed non bene.

υ) *Ergo* etc.-Nempe: *ergo omnis quantitas est substantia.* – Infra vero *(Sunt enim contradictoriae)* CDHLM: *Sunt enim de contradictione eorum* (M, *earum); E: Sunt enim verae contradictione eorum;* GINORT et s. m. AS: *Sunt enim verae* (A p. m. om. *enim verae;* G om. *enim) contradictoriae earum* (IT, *eorum);* Q: *Sunt enim dc contradictoriae eorum.* S p. m. abrasus.

φ) *Idest, quod ista non sit vera* etc.-Verba ista, quae parenthesi concludimus, omnes nostri codices omittunt, excepto E. Ea tamen cum Piana, Venn. edd. et cod. E retinemus, non quasi necessaria sint, sed quia consulunt perspicuitati orationis, et forte non sunt inserta textui aliena manu, sed a s. Thoma sunt posita. Quod si lector ea expungere velit, quaestionem cum eo non movebimus (Cf. not. seq.).

y) *Dicebatur esse immediata* etc. – Post verba *immediata* cod. E addit: *nunc in secunda parte huius lectionis,* nempe supra n. 6. Editio *a,* quae est eiusdem ferme aetatis ac cod. E, etiam habet haec eadem verba. Sed in posterioribus edd. omittuntur. Praeterea neque P, neque ullus alius ex nostris codd. habet illam additionem, quae proculdubio erat notula marginalis, ab amanuensi postea textui inserta.—M prosequitur non recte: *quod autem A non inesset B primo;* A confuse: *quod est A non est A esse B primo;* BGH1KOR: *quod est A no>i esse in* (BGO om. *in) B primo;* N: *quod est A non erit B primo.*

• I.ect. pracced.. η. H.
Ψ

esse B primo. Dictum est autem supra * illas negativas esse immediatas Ψ, quarum neuter terminorum est sub aliquo toto.

Sed videtur haec probatio non esse * sufficiens, quia de eo etiam quod non est sub aliquo toto, sicut species sub genere, potest aliquid universaliter praedicari. Non enim * solum genus aut differentia universaliter praedicatur, sed etiam proprium. – Sed dicendum est quod licet praedicta * probatio non sit efficax, communiter loquendo, est tamen efficax in proposito. Quia, sicut in I *Topicorum* * dicitur, paralogismus disciplinae, de quo hic loquitur, procedit ex convenientibus * disciplinae. Unde intendit uti talibus mediis, qualibus utitur demonstrator. Demonstrationis autem medium est definitio, ut supra * dictum est. Unde et syllogismus *, de quo hic loquitur, intendit uti definitione pro medio. Definitio autem continet genus et differentiam *. Unde oportet id quod universaliter praedicatur in hoc syllogismo, continere id, in quo est subiectum, sicut in toto.

Quod autem A non universaliter insit ipsi * C (idest, quod ista non sit universaliter vera: *Omne perfectum est substantia,* quae erat *maior,* ut, *omne C est A) ",* probat per hoc, quod non est necesse de quocunque * universali, quod insit universaliter omnibus quae sunt *: quia nullum praedicamentum praedicatur de his, quae continentur sub alio praedicamento; neque etiam * universaliter praedicatur de his quae communiter consequuntur *ens,* quae sunt "" *actus* et *potentia, perfectum* et *imperfectum, prius* et *posterius,* et alia huiusmodi.

lo. Deinde cum dicit: *Sed alteram contingit* etc., ostendit quomodo praedictus syllogismus procedat ex altera vera, et * altera falsa. Et dicit quod in praedicto syllogismo *contingit accipere alteram veram M,* scilicet *tnaiorèm,* quae est A-C, altera existente falsa, scilicet *minore,* quae est B-C. Et quod propositio * minor, quae est B-C, semper sit falsa probat, sicut et supra, per hoc quod B in nullo est *, sicut in toto. Sed quod haec propositio A-C possit esse vera, altera existente falsa, probat * in terminis. Sit enim ita, quod A insit B * et C individualiter, idest immediate, sicut genus proximis in speciebus, ut color albedini et nigredini. Manifestum est enim secundum hoc, quod *maior* erit vera, scilicet *, *Omne C est A,* puta: Omnis albedo est .color; *minor* autem est * falsa, scilicet, Omnis nigredo est albedo;quia quando aliquid * primo praedicatur iS de pluribus, neutrum istorum plurium de neutro praedicatur. Prima enim praedicatio generis est de oppositis speciebus.

11. Est autem circa " hoc dubitatio: quia his terminis positis; non sequitur conclusio falsa, sed vera. Erit enim * conclusio quod A insit B, cui suppositum * est inesse individualiter. – Sed dicendum * quod hoc exemplum ponitur solum ad manifestandum quomodo possit esse *maior* vera et *minor* falsa. Sed hoc exemplum non habet locum in proposito, ubi quaeritur conclusio falsa. Et ideo Philosophus subiungit: *'Differt autem nihil, ncc*si non individualiter insit.* Possumus enim * accipere tales terminos, quod A non insit B individualiter, neque aliquo modo; immo potius ab eo individualiter removeatur Nec est etiam necesie quod insit C individualiter, quia non est necessarium quod demonstrator utatur solum * propositionibus immediatis; sed etiam his, quae per immediata fidem acceperunt. Accipere ergo * possumus alios terminos, ad propositum pertinentes; ut si * accipiamus pro *medio* substantiam intellectualem *: omnis enim intelligentia est substantia; *minor* autem est falsa: Omnis quantitas est intelligentia. Unde sequitur conclusio falsa.

12. Deinde cum dicit: *Ipsius quidem igitur etc.,* respondet tacitae quaestioni. Posset enim aliquis ab eo requirere * quod ostenderet diversitatem huius syllogismi in aliis figuris. Sed ipse respondet quod deceptio, quae est ipsius *esse,* idest per quam aliquis existimat propositionem affirmativam falsam, potest fieri solum per *primam* figuram: quia in alia figura, scilicet in *secunda,* non potest fieri * syllogismus affirmativus. Tertia autem figura non pertinet ad propositum, quia in ea * non potest concludi * universalis, quae principaliter intenditur in demonstratione, et in hoc syllogismo.

• c: *prob, minus esse.*

' *Enim* om. ab et p. m. N.

• Codd.jcxc. d r). - p: *dicta.*

* Cap. I, n. 9.

• g non recte: *de demonstrationibus conven.*

* Lect. xin, n. -Cf.lcct.praccd. not. δ.
Codd.-P cl s. m. n: *in syllogismo.* – g k om. *et.* – r habet lacun.

• g k r: *differentias.*

* a b g o om. *ipsi;* | et p.m.L erron.: *ipsi B.*

ω

* Gi: *de quolibet;* a om. *de.*
* Codd. – p; *insunt.*

' a b l om. *etiam.*

ota

' Codd.- p: *et* e.v *alt.*

• *Propos,* om. in.

• Codd.- p: *est C.* o non recto om. *B.*
• a b g: *monstrat;* alii codd.: *manifestat;* r: *manifestum est.*

' g: *omni B;* c d e i l o q s t: *et B.*
TÏ

* Codd.– p: *scit, quod... utputa.*
Codd. – p: *et minor est;* c i k r om. *est.*

* r: *quia si unum aliq.*
δδ

* a: *contra.*

* *Enim* om. a g k l:

* Codd. (exc. r) *positum,* – r: *impositum.*
' ARCHELMOQST l *dic. est.*

" *NeC* CX ABCDEL m q s t. – Cf. text, grace.– n: *et si.*
* Codd. - PLTtatt- *tem.*

Ei

' Codd. (exc. BG Mr): *solis.* –*m* om.

* h: *autem.* – *g: aliquos term.;* n: *tales;* a om.
Si om. codd.
* a: *substantialem intellectum;* r: *subiectum intellectuale.*

• h r et p. m. c: *quaerere.*

* Codd. (exc· E0't *esse;* e o om.

* *In ea* cx codd.

* c: *non concluditur.*

ψ) *Illas negativas esse immediatas.* – **Haec lectio est codd. CDEGIL MOQRST; PK:** *illas negativas immediatas;* **AN:** *illas negationes esse immediatas;* **H:** *illas propositiones et negativas esse immediatas;* **B:** *illas propositiones esse immediatas.* **Codd. igitur (exc. K) habent** *esse,* **quod Pianae addimus. Lectio autem cod. B falsa est, quia hic manifeste agitur de propositionibus negativis immediatis, non vero de aliis affirmativis.**

ω) *Idest quod ista non sit universaliter vera* **etc. – Haec iterum verba parenthesi conclusa desunt in omnibus nostris codicibus, non excepto E; sed sunt in Ed. Piana et Venett. Edd. – Cf. not. φ.**

αα) *Consequuntur ens, quae sunt. – A: continentur ei, quae* **etc.; B p. m.:** *continentur sub ente, quae* **etc.; 1:** *consequuntur, sicut actus* **etc.; O:** *continent ens, quae* **etc.; S:** *sequuntur ens, quae* **etc.**

β3) *Contingit accipere* **etc.- B:** *contingit alteram esse veram;* **CD EGHKLMNOQT:** *alteram tantum veram* **(H,** *ver. tant.);* **ACEGKLOQ et p. m. D:** *veram, sed maiorem.* **Denique codices (exc. BR) omittunt omnia verba,** *altera existente falsa, scilicet minore, quae est B–C.*

γγ) *Sicut genus proximis speciebus.* – **Est lectio codd. BCDEHKL MQRST, quibus accedunt GIN:** *in proximis,* **et A:** *proximum.*- **P:** *sicut genus propriis speciebus.*

00) *Primo praedicatur* **etc.** - *Primo praedicatur* **legunt codd., exceptis GR, qui om.** *primo;* **et est omissio erronea, quippe quae reddat propositionem s. Thomae falsam. – P:** *praedicatur primo.* **– Codd. BC DEHLMNOQRST:** *neutrum illorum',* **1:** *neutrum horum;* **A:** *neutrum* **(marg. add.** *autem?} est plurium de neutro praedicatur. Prima dubitatio ei praedicare generis de oppositis speciebus.* **Lectio ridicula.**

εε) *Immo potius* **etc.-A om.** *immo;* **R om.** *immo potius;* **C:** *immo potius individualiter,* **ac ceteris omissis prosequitur (post alterum** *individualiter}·. quia non est* **etc.; ADEH1MNOQST:** *potius individualiter: ab eo;* **L:** *individualiter potius ab eo.*

LECTIO VIGESIMAOCTAVA

DE SYLLOGISMO IGNORANTIAE, QUO IN Γ ET IN IP FIGURA CONCLUDITUR NEGATIVA FALSA CONTRARIA AFFIRMATIVAE IMMEDIATAE

Ἡ δε του μη ὑπάρχειν εν τε τὼ πρώτω καί ἐν τὼ μέσω σχηματι. Ιρώτον οὐν εἴπωμεν ποσαχὼ ἐν τω πρώτω γίνεται, καί πὼ ἐχουσὼν τὼν προτάσεων.

* Quae vero est ipsius non esse, in prima et media figura est. Primum igitur dicamus quot modis in prima sit, et quomodo se habentibus propositionibus.

· Seq. cap.wi, et text'32'

Ἐνδέχεται μέν οὐν ἀμφοτέρων ψευδὼν οὐσὼν, οἱον εἰ τό Α καί τὼ Γ καί τὼ Β υπάρχει ἀτόμω · ἐάν γάρ ληφθή τό μέν Α τὼ Γ μηδενί, τό δέ Γ παντί τω Β, ψευδεί αἱ προτάσει .

Contingit quidem igitur utrisque falsis: ut si A et in C et in B sit individualiter; si enim accipiatur A quidem in C nullo, C autem in omni B, falsae sunt propositiones.

Ἐνδέχεται δέ καί τη ἑτέρα ψευδού οὐση , καί ταυ'τη ὁποτέρα ἔτυχεν. Ἐγχωρεϊ γάρ την μέν Α Γ ἀληθή εἰναι, την δέ Γ Β ψευδή, την μέν Α Γ ἀληθή ὁτι οὐ πάσι τοϊ οὐσιν υπάρχει τό Α, την δε Γ Β ψευδή ὁτι αδὐνατον υπάρχει τω Β τό Γ, ω μηδενί υπάρχει το Α*· οὐ γάρ ἐτι ἀ.ληθή ἐσται ἡ Α Γ πρότασι · ἀμα δέ, εἰ καί εἰσίν ἀμφο'τεραι αληθεί , καί τό συμπέρασμα ἐσται αληθέ .

Contingit autem et altera falsa, et hac quacunque contingente. Potest enim quae est A C vera esse, quae vero B C falsa esse. Sed quae est A C quidem vera, quoniam non omnibus, quae sunt, inest A; sed quae est B C falsa, quoniam impossibile est esse in B C, in quo nullo est A: non enim vera erit quae est A C propositio; similiter autem et si sint utraeque verae, conclusio erit vera.

Αλλά καί την Γ Β ἐνδέχεται ἀληθή εἰναι τη ἑτέρα οὐση ψευδού , οἱον εἰ τό Β καί ἐν τὼ Γ καί ἐν τω Α ἐστίν ανάγκη γάρ θάτερον υπό Οάτερον εἰναι, ὡστ' ἀν λάβη τό Α μηδενί τὼν Γ ὑπάρχειν, ψευδή ἐσται ἡ πρότασι . Φανερόν οὐν ὁτι καί τη ἑτέρα ψευδού οὐση καί ἀμφοϊν ἐσται ψευδή ὁ συλλογισμό .

Sed et eam, quae est C B, contingit veram esse, cum altera sit falsa, ut si B et in C et in A erit: necesse est enim alterum sub altero esse; quare si accipiatur A in nullo C esse, falsa erit propositio. Manifestum igitur est quoniam et cum altera falsa sit, et in utrisque erit falsus syllogismus.

Ἐν δέ τω μέσω σχηματι ολα μέν εἰναι τά προτάσει ἀμφοτέρα ψευδεί οὐκ ενδέχεται· ὁταν γάρ τό Α παντί τὼ Β ὑπάρχη, οὐδέν ἐσται λαβεϊν δ τὼ υ-έν ἑτέρω παντί θατέρὼ δ' οὐδενί ὑπάρ ει· δεϊ δ' οὐτω λαμ'ράνειν τά προτάσει ὡστε τὼ μέν ὑπάρχειν τω δέ μη ὑπάρχειν, εἰ'περ ἐσται συλλογισμό . Εἰ οὐν οὐτω λααβανόμεναι ψευδεί , δηλον ιὸ ἐναντίω ἀνάπαλιν ἐ ουσι· τούτο δ' αδὐνατον. Ἐπί τι δ' ἑκατέραν οὐδέν κωλὐει ψευδή εἰναι, οἱον εἴ τό Γ καί τω Α καί τω Β τινί ὑπάρχοι· ἀν γάρ τω μέν Α παντί ληφθή ὑπάρχον, τω δέ Β μηδενί, ψευδεί μέν ἀμφο'τεραι αἱ προτάσει , οὐ μέντοι δλαι, ἀλλ' ἐπί τι. Καί ἀνάπαλιν δέ τεθέντο τού στερητικού ὡσαὐτω .

Sed in media figura utrasque quidem propositiones totas falsas esse non contingit: cum enim A in omni B sit, nihil erit accipere quod in altero quidem omni, in altero vero nullo; oportet autem sic accipere propositiones, et quod in hoc quidem sit, in hoc autem non sit, si vere erit syllogismus. Si igitur sic accipiantur falsae, manifestum est quod contrariae e converso se habebunt; hoc autem impossibile est. In quodam autem utramque nihil prohibet falsam esse, ut si C in A, et in B quodam est. Si enim C quidem in omni accipiatur esse A, in B autem nullo, falsae quidem utraeque propositiones, non tamen totae, sed in quodam. E converso autem posito privativo.

Την δ' ἑτέραν εἰναι ψευδή καί ὁποτερανούν ἐνδέχεται. "Ο γάρ ὑπάρχει τω Α παντί, καί τὼ Β υπάρξει· ἐάν οὐν ληφθή τὼ μέν Α δλω ὑπάρχειν τό Γ, τω δέ Β δλω μη' ὑπάρχειν, ἡ μέν Γ Α αληθή ἐσται, ἡ δέ Γ Β ψευδη' . Πάλιν δ τὼ Β μηδενί ὑπάρχει, οὐδέ τω Α παντί ὑπάρ ει· εἰ γάρ τω Α, καί τὼ Β· ἀλλ οὐχ ὑπηρχεν. Ἐάν οὐν ληφθή τό Γ τὼ μέν Α δλω ὑπάρχειν, τω δέ Β μηδενί, ἡ μέν Γ Β πρότασι ἀληθη , ἡ δ' ἑτέρα ψευδή .

Similiter autem alteram falsam, et quamlibet contingit. Quod enim est in A omni, et in B est. Si igitur accipiatur in A toto esse C, in B autem'toto non esse, quae quidem C A vera erit; sed quae C B est falsa. Iterum quod in B nullo est, neque in A omni erit: si enim in A est, et in B; sed non erat. Si igitur accipiatur C in toto quidem A esse, in B autem nullo, B C propositio vera est, altera vero falsa.

'Ομοίω δέ καί μετατεθέντο τού στερητικού. "Ο γάρ μηδενί ὑπάρχει τὼ Α, οὐδέ τὼ Β οὐδενί ὑπάρξει· ἐάν οὐν ληφθή τό Γ τω μέν Α δλω μη' ὑπάρχειν, τω δέ Β δλω ὑπάρχειν, ἡ μέν Α Γ πρότασι αληθή; ἐσται, ἡ ἑτερα δέ ψευδή . Καί πάλιν, δ παντί τὼ Β ὑπάρχει, μηδενί λαβεϊν τω Α ὑπάρχον, ψεύδο . Ἀνάγκη γαρ, εἰ τὼ Β παντί, καί τὼ Α τινί ὑπάρχειν ἐάν οὐν ληφθη τω μέν Β παντί ὑπάρχειν τό Γ, τω δέ Α μηδενί, ἡ μέν Γ Β ἀληθη ἐσται, ἡ δέ Γ Α ψευδή . Φανερόν οὐν ὁτι καί ἀμφοτέρων οὐσὼν ψευδὼν καί τή ἑτέρα μόνον ἐσται συλλογισμό ἀπατητικό ἐν τοϊ ἀτόμοι .

Similiter autem fit transposito privativo. Quod enim in nullo est A, neque in B ullo erit. Si igitur accipiatur C in toto quidem A non esse, in B autem toto esse, quae quidem est A C propositio vera est, altera autem falsa. Et iterum, quod in omni B est, in nullo accipere A esse falsum est. Necesse est enim si in omni B est, et in quodam A esse; si igitur accipiatur in omni quidem B esse C, in A autem nullo, quae quidem est B C vera erit, quae autem est C A falsa. Manifestum igitur est, quod utrisque falsis, et altera tantum, erit syllogismus dceptivus in individuis.

Synopsis. — i. Argumentum. – 2. Syllogismus ignorantiae in propositionibus immediatis concludens negative in prima figura ex duabus praemissis falsis. – 3. Syllogismus negative concludens in prima figura falsus cx *minori* falsa. – 4. Syllogismus negative concludens in prima figura falsus ex *maiori* falsa et *minori* vera. – 5. Syllogismus falsus in secunda figura ex utraque praemissa falsa. – 6. Syllogismus falsus in secundo modo secundae figurae ex altera praemissarum falsa. – 7. Syllogismus similiter falsus in primo modo secundae figurae.

ostquam Philosophus ostendit * quo- ^y^modo concludatur per syllogismum affirmativa falsa, contraria negativae immediatae, hic ostendit quomodo per syllogismum concludatur negativa falsa, contraria affirmativae immediatae “. Et primo, in prima figura; secundo, in secunda *; ibi: *Sed in media figura* * etc. Circa primum duo facit. Primo, ostendit de quo est intentio. Et dicit quod cum negativa universalis * concludi possit in prima et m secunda * figura, primo dicendum est quot modis syllogismus ignorantiae fiat in prima figura, et qualiter se habentibus propositionibus in veritate et falsitate. Secundo; ibi: *Contingit quidem* etc., prosequitur propositum. Et primo, ostendit quomod° * fiat talis syllogismus in prima figura ex duabus falsis; secundo, quomodo fiat ex altera vera et altera falsa; ibi: *Contingit autem et altera* * etc.

2. Dicit * ergo primo quod praedictus syllogismus fieri potest ex * utrisque falsis. Quod patet si A sit et in C et in B individualiter, idest immediate. Est autem immediate genus in proximis speciebus, in quas primo dividitur, sicut color in albedine et nigredine. Genus enim per se praedicatur de specie y, quia primo ponitur in eius definitione; et immediate praedicatur de specie proxima, quia immediate in eius definitione ponitur, non autem ex hoc, quod ponatur in definitione alicuius partis definientis, sicut se habet genus remotum ad ultimam speciem. Sint ergo termini, *color, albedo s, nigredo.* Si ergo accipiatur A quidem in nullo C esse *, utpote si dicamus: *Nulla albedo est color;* C autem in omni B, ut puta si dicamus: *Omnis nigredo est albedo;* falsae sunt ambae propositiones, et falsa est conclusio, scilicet: *Nulla nigredo est color.*

3. Deinde cum dicit: *Contingit autem* etc., ostendit quomodo possit esse in praedicto syllogismo altera vera et altera falsa. Et primo ostendit quomodo possit esse *maior* vera et *minor* falsa; secundo *, quomodo contingit e converso; ibi: *Sed et eam quae est* * etc.

Dicit ergo primo quod contingit syllogismum ignorantiae negativum fieri in prima figura, falsa existente altera propositionum indifferenter, quaecunque sit illa ‘. Potest enim contingere quod haec propositio * A-C, quae est *maior,* sit vera, et propositio, * quae est B-C, sit talsa, quae est *minor.* Et quod propositio *maior* possit esse vera, probat per hoc, quod iste * terminus A, quicunque sit ille, non est necesse quod insit omnibus ç, sicut color non praedicatur de omnibus entibus. – Quod autem *minor* sit falsa, probat per hoc, quia * non potest accipi aliquis terminus, a quo universaliter negetur A, qui quidem terminus praedicetur de B: supponimus enim quod haec * sit vera et immediata: *Omne B est A.* Si ergo aliquid universaliter praedicetur de B, ita quod haec * sit vera, *Omne B est C,* non potest esse quod de illo universaliter negetur A. Et ita haec propositio: *Nullum C est A,* non erit vera; quae erat *maior* ⟍ Si enim *Omne Id est A,* ut supponitur, et *Omne B est C,* ut assumitur, sequitur in tertia figura: *Quoddam C est* * *A,* quae est contradictoria maioris. Falsa ergo erit ista: *Nullum C est A.* Si ergo haec sit vera, quae est *maior,* necesse est quod haec sit falsa, quae est *minor: Omne B est C.* Secundo, probat per hoc quod * ex duabus veris non potest concludi ialsa, ut supra * probatum est. Datur autem haec esse vera °: *Nullum C est A.* Si ergo etiam * haec sit vera: *Omne B est C;* sequitur quod conclusio sit vera: *Nullum B est*

---

a) *Negativa falsa contraria affirmativae immediatae.-Hoc* semper est prae mente habendum in hac lectione: non enim quaeritur quo pacto fiat syllogismus ignorantiae, quo, servata debita syllogizandi forma, falsum quocunque modo concludatur; sed quo concludatur propositio negativa falsa contraria propositioni, quae est immediate vera. Ratione habita huius distinctionis, explicatur in qua figura et ex quibus praemissis sit possibilis praefatus ignorantiae syllogismus.

β) *Et qualiter se habentibus propositionibus* etc.-Ita ed. Piana et codd., uno B excepto, qui legit: *et qualiter utatur propositionibus* etc. – Quid demonstrandum suscipiatur in hac lectione diximus in titulo eidem lectioni praefixo et in praecedenti nota. Praeprimis ergo disseritur de syllogismo ignorantiae in prima figura; et primo quando proceditur ex duabus falsis, deinde quando proceditur ex una praemissa vera et altera falsa. At in hac secunda hypothesi vel est maior vera et minor falsa, ve! contra est maior falsa et minor vera. Hanc variam praemissarum dispositionem in veritate et falsitate indicat s. Thomas per illa verba: *Et qualiter se habentibus* etc.

γ) *Genus enim per se praedicatur de specie* etc.-GO: *de speciebus.* -Codd. (exc. G) om. *primo;* G: *in eorum definitione,* et om. seq. *praedicatur.* – Genus est pars speciei, quae constituitur ex ipso genere et differentia; genus ergo est de ratione speciei, et ideo primo ponitur in speciei definitione. Haec abstracte de genere et de specie. At si agatur de specie determinata, non quodlibet genus ponendum est in eius definitione, sed genus immediatum, hoc est, genus illud quod habetur per solam subtractionem differentiae specificae: subtracta enim hac differentia, habetur genus illud quod est immediatum speciei, quod est pars eiusdem, quod denique est assignandum quoties species definitur.

3) Sini *ergo termini* etc. – Mendosus est hoc loco codex B, sed ad veram lectionem reducitur in nota marginali apposita a veteri manu. A: *sunt ergo* etc.; sed non recte,-Infra M om. *utpote* usque ad *C autem in* omni .B inclusive; quo in loco codd. ACDEGKLNQST legunt, *Cautem in omnibus, puta,* sed in DS *omnibus* corrigitur in *omni B,* cuius est manifesta corruptio; H: *B autem in omnibus, puta;* 1: *in omni B, ut omnis albedo est nigredo;* BO: *puta,* om. *ut.* – Denique A in fine huius num. om. *est* et *scilicet,* ac legit: *ac falsa conclusio: Nulla* etc. Est omittitur etiam a BGH1KR.

ε) *Contingit syllogismum* etc,-A: *negationem fieri;* G: *negativa* (corrigitur in *negativae) fieri;* 1 om, *fieri.* Quae sunt lectiones non attendendae.- Lectio adoptata est codd. ABCDHKLMNST; P: *existente altera propositionum indifferenter falsa;* A: *differenter.* At *differenter* falso ponitur, ut patet ex immediate additis: *quaecunque sit illa.* E *om.falsa.*

ζ) *Insit omnibus, sicut color.* – Ita cum ed. Piana codd.-Unus B habet: *insit omnibus, et sic suppô, maior negativa erit vera; sicut color* etc. Supposito e. g. quod A sit *color,* potest utique praedicari de *albedine* (C), in propositione: omnis *albedo est color;* nec non de aliis colorum speciebus; at esset propositio falsa si ex eo quod *color* praedicatur de subiectis determinatis, hoc est de coloribus, aliquis praedicaret A vel de omnibus aliis subiectis, vel etiam universaliter de genere ipso, cuius A est species, seu pars subiectiva; ut puta, si diceretur quod *omnis qualitas est color.*

η) *Quae erat maior.* – Haec verba edd. P. et Venn, desunt in omnibus codd. Similiter in his, quae sequuntur, variant codices a P. – A plura mendose omittit; a primo enim: *Nullum C est A* transcurrit ad alterum, ac propterea, omissis intermediis, prosequitur: *Si ergo haec sit vera* etc. – Deinde codices omnes (excepto G) iterum omittunt, *quae est maior,* nec non, *quae est minor.* Omnes insuper, excepto G, omittunt, *quae est contradictoria maioris: maioris* omittitur etiam ab edd. *ac.* P legit *maior* loco του *maioris* G.-H vero a, *Quoddam C est A,* transcurrit immediate ad, *Si ergo haec* etc.; denique G: *Si ergo haec* (sit) *vera, scilicet maior... haec sit falsa, scilicet minor.* Et haec est etiam lect. ed. *a.*

0) *Datur autem haec esse* vera.-Codd. (exc. AR) et ed. *a.* – P et s. m. N: *Detur autem* etc.; cod. A: *Dato autem quod haec sit vera;* R magnam habet lacunam. A similibus enim verbis superioris ratiocinationis, *Nullum C est A. Si ergo,* distractus amanuensis excurrit ad *Nullum C est A* praesentis syllogismi. – Denique cod. B: *Datur autem haec falsa.* Sed haec ultima lectio revera falsa est. Thesis enim probanda haec est: in hypothesi quod haec propositio, *omne B est A,* sit vera immediate; si datur quod sit vera, *nullum C est A,* non potest esse vera ista, nempe, *omne B est C.* Sequeretur enim quod haec conclusio esset vera: *nullum B est A;* quae tamen est contraria immediatae verae, *omne B est A.* Hinc ipse codex B prosequitur cum Piana et codd. praecitt.:

A'; quae tamen supponitur esse falsa, utpote contraria huic immediatae propositioni: *Omne B est A.*

4. Deinde cum dicit: *Sed et eam* etc., ostendit quomodo *minor* sit vera, *maiori* existente falsa. Et dicit * quod propositio C-B, scilicet *minor,* potest esse vera, cum *maior* sit falsa. Quia enim haec propositio: *Omne B est A,* cuius contraria debet* concludi, est immediata, necesse est quod B sit in A sicut pars in toto *, sicut albedo in colore. Potest autem * accipi aliquid aliud, in quo etiam sit B sicut in toto, non tamen immediate, et sit illud *qualitas* quae sit C. Necesse est ergo, secundum praedicta, quod horum duorum, scilicet A et C, alterum sit sub altero, idest color sub qualitate. Si ergo aliquis accipiat A in nullo C esse, ut puta, si dicat: *Nulla qualitas est color,* falsa erit propositio. *Minor* autem erit vera, scilicet: *Omnis albedo est qualitas.* Conclusio autem erit falsa, et immediatae contraria \ scilicet: *Nulla albedo est color.* Sic ergo manifestum est quod potest fieri syllogismus ignorantiae negativus in prima figura, et altera propositione falsa et utrisque.

5. Deinde cum dicit: *Sed in media figura* etc., ostendit quomodo syllogismus ignorantiae negativus fiat in secunda figura. Et primo /*, quando utraque est falsa; secundo, quando altera tantum; ibi: *Similiter autem et alteram esse falsam** etc. Dicit ergo primo quod in media figura non contingit utrasque propositiones esse totas falsas. Et dicit totas falsas illas, quae sunt contrariae propositionibus veris. Et hoc probat. Quia cum debeamus concludere negativam falsam contrariam affirmativae immediatae, necesse est accipere quod haec sit vera et immediata, *Omne B est A,* puta, *Omnis albedo est color.* Sic autem * se habentibus terminis, non potest inveniri aliquis medius terminus, qui universaliter praedicetur de.uno termino *, et universaliter removeatur ab altero. Detur' enim quod ille terminus C universaliter removeatur ab A, et universaliter praedicetur de B; erit ergo haec vera: *Nullum A est C;* quare et conversa erit vera: *Nullum C est A;* sed *Omne B est C, ergo Nullum B est A;* cuius contrarium fuit suppositum. Similiter * etiam non potest esse quod universaliter removeatur a B ξ, et universaliter praedicetur de A; quia si haec est vera: *Omne A est C,* et conversa erit vera: *Quoddam C est A.* Si autem haec est vera: *Nullum B est C,* et conversa erit vera: *Nullum C est B.* Sic ergo ex his duabus propositionibus: *Quoddam C est A; Nullum C est B;* sequitur, *Quoddam B non est A,* quae est contradictoria eius, quae supponebatur, *Omne B est A.* Relinquitur ergo quod impossibile est inveniri aliquod medium, quod, praedicto modo se habentibus A et B, de uno praedicetur, et ab alio removeatur. Et tamen oportet, si debeat fieri syllogismus in *secunda figura,* ut * *medium* de uno extremorum praedicetur *, et de alio negetur. Et ideo si ambae sunt * falsae totaliter, oportet quod earum contrariae sint verae; quod est impossibile, ut probatum est. Nihil tamen * prohibet utramque propositionem esse falsam particulariter. Puta, si accipiamus quoddam * medium, quod particulariter praedicetur de A et de B *, puta *masculus,* quod * particulariter praedicatur de animali et de homine. Si ergo * accipiatur C esse in omni A, puta, si accipiamus: *Omne animal esse* masculum;* ct accipiamus C in nullo B esse, puta si dicamus: *Nullus homo est masculus;* utraque propositio est falsa, non tamen totaliter, sed particulariter. Et eadem ratio est, si e converso * *maior* sit negativa, et *minor* affirmativa. Ut si dicamus *: *Nullum animal est masculum; Omnis homo est masculus.*

6. Deinde cum dicit: *Similiter autem alteram* etc., ostendit quomodo contingit alteram esse falsam. Et primo in secundo modo secundae figurae; secundo in primo; ibi: *Similiter autem fit transposito* * etc. Dicit ergo primo quod contingit in hac figura alteram propositionem esse falsam indifferenter,. quaecunque sit illa *. Quod patet ex hoc, quia cum supponatur ° A *per se* et immediate praedicari de B, *quidquid est in omni A est in omni B;* sicut omne quod universaliter praedicatur de animali, praedicatur universaliter de homine.

5; *ergo etiam haec sit vera* etc.: quod dici nequit, nisi in prima parte dicatur: *Datur autem haec esse vera,* et non *falsa.*

1) *Nullum B est A; quae tamen* etc. – Est lectio omnium codicum, uno G excepto; P: *Nullum B est A. Quod tamen est inconveniens in syllogismo ignorantiae, qui debet concludere falsam; quae tamen* etc. – Verba haec habentur etiam in edd. Venetis saeculi XV, necnon in codice G. – Attamen sententia magis perspicua est si propositioni, *Nullum B est A,* immediate connectatur, *quae tamen supponitur* etc. Hac igitur dc causa, et stante codicum unanimitate, praefata verba a textu expungimus.

z) *Et dicit* etc.-A: *Et ostendit* etc.; G: *quod propositio, scilicet C-B minor;* H: *quod propositio B-C minor etc.;* 1: *quod propositio, scilicet B-C, si potest* esse. – Formula B-C magis ordinate quam C-B enunciat propositionem minorem suppositam in praecedentibus syllogismis, et quae hic iterum ponitur: *omne B est C.* Attamen dispositionem C-B retineo, quia eam habent codices, versio nostra latina, et ipsemet textus graecus.

In hoc numero probatur ultima pars primi membri huius lectionis, quod est de syllogismo ignorantiae negativo in prima figura, quo concluditur falsum. – Syllogismus enim iste potest negativam conclusionem falsam inferre i. cx duabus praemissis falsis (n. 2.); 2. ex maiori vera et minori falsa (n. 3); 3. cx maiori falsa et minori vera (n. 4). Excluditur autem possibilitas syllogismi ignorantiae cx duabus praemissis veris (n. 3, *Secundo),* quia ex veris non potest falsum concludi.

λ) *Et immediatae contraria. – Cod. I* legit *ct immediata contrariae;* sed haec lectio non videtur acceptanda. Sermo enim est in praesenti lectione de syllogismo *ignorantiae,* per quem concluditur negativa falsa *contraria* affirmativae *immediatae. O* om. *contraria;* BH: *immediata contraria;* P: *immediate contraria.* – In fine huius numeri H omittit *et altera* usque ad *utrisque* inclusive; Gl: *et utraque propositione falsa et altera. Deinde* etc.; O: *et altera propositione existente falsa, ct utrisque.*

p) *Et primo* etc.-A: *et primo quando contingit utramque esse falsam; secundo quando atteram tantum; ibi: altera tamen esse falsam* etc. – Immediate infra inversionem lectionis codd. adoptavi; PB: *quod non contingit in media figura. – Praeterea A: utrasque propositiones esse totas esse falsas;* G: *in toto esse falsas;* I: *esse in toto falsas;* KMO: *totas esse falsas;* R om. esse.-PB: *Et dicit totas illas falsas;* cui lectioni praefero lectionem adoptatam ex codd.; G: *Et dicit in toto esse falsas illas;* I: *Et dicit in toto falsas, illae.*

v) *Sic autem se habentibus.* – A: *Contrarie autem se habentibus;* et *contrarie* etiam legitur in B, sed eadem manu apponitur in nota *sic,* submissis punctis vocabulo *contrarie.* Et optima est correctio et ad lectionem aliorum codd.: ro enim *contrarie* nihil ad propositum hoc loco significat.

ξ) *Removeatur a B.* – C p. m. et B s. m.: *removeatur a C:* at *C* in codice C corrigitur altera manu in *B:* imo in codice etiam B abrasio quaedam est, supra quam eadem manu signatur *C.* – Et ita infra, cod. C: *se habentibus A et C:* quam tamen ultimam lectionem habent etiam AB DEHOQST; I: *A et BC,* sed *B* expungitur. – Retinenda tamen est lectio Piana, *A et B,* cum qua tandem etiam codices concordant infra: *praedicetur de A et de B.* – Cf. supra et nn. seqq.

0) *Quia cum supponatur.* – Est lectio ABDGHKLMST, quibus accedunt alii. C: *quia cum ponatur;* E: *cx hoc cum supponatur;* INQ: *quod cum supponatur;* O: *quod supponatur cum;* R: *quia supponatur.* – P: *quod supponatur.*

Si ergo accipiatur aliquod medium C, quod universaliter praedicetur de A, ut si dicamus: *Omne animal est vivum;* et universaliter removeatur a B, ut si dicamus: *Nullus homo' est vivus:* patet quod A-C, quae est *maior* propositio, erit* vera; sed quae est minor, erit falsa.-Et * similiter probat quod e converso contingit maiorem esse falsam. Non enim potest esse quod * aliquid universaliter removeatur a B, et universaliter praedicetur de A, terminis sic se habentibus. Dictum est enim quod si aliquid est in A universaliter, sequitur quod sit in B. Si ergo aliquid removeatur a B universaliter, non potest esse quod universaliter praedicetur de A. Sicut quod universaliter removetur ab homine, non potest universaliter praedicari de animali. Si ergo accipiatur * aliquid, quod universaliter removeatur ab homine, puta, *irrationale,* et dicatur sic: *Omne animal est irrationale; Nullus homo est irrationalis;* sequitur quod *jninor* propositio sit * vera, et *maior* falsa. Sed in his terminis, *maior* propositio non est totaliter falsa. Potest autem * accipi terminus in quo sit totaliter falsa, puta si accipiamus *mammatum* pro *medio.*

7. Deinde cum dicit: *Similiter autem fit* etc., ostendit idem in primo modo secundae figurae, in quo *maior* est negativa. Manifestum est enim quod, praedictis terminis, scilicet * A et B, sic se habentibus ut dictum est, quod universaliter removetur ab A, non poterit esse in nullo B. Si ergo accipiatur C *medium,* quod universaliter removetur ab A, et universaliter praedicetur de B; erit *maior* propositio vera * et *minor* falsa. Puta si sint isti termini, *inanimatum, animal, homo.* - Et similiter ostendit quod potest esse *minor* vera, et *maior* falsa. Manifestum est enim, secundum praedicta, quod id quod universaliter praedicatur de B, non potest removeri * universaliter ab *omni A.:* quia quod universaliter praedicatur de B, ad minus oportet in *quodam* A esse. Si ergo accipiatur C *medium,* quod universaliter praedicetur * de B, puta, *rationale,* vel *vivum,* et universaliter negetur de A; *minor* propositio erit vera, scilicet: *Omnis homo est rationale,* vel *vivum. Maior* autem: *Nullum * animal est rationale,* est falsa in parte; *Nullum animal est vivum,* est falsa in toto.

Deinde epilogando concludit quod syllogismus deceptivus potest fieri in immediatis ", utrisque propositionibus existentibus falsis, vel altera tantum.

; gknor: ««jet

«|°d«/exc-BMR':

• g: *accipiamus,*

' Codd.-p: *est.*

' abc: *tamen·;* ° **om.**

' *scutc,* **om.** ABC ior.-gir: **AB; o** om.

' *Prop,* ex codd. ^eXC· BD' ' °: est *mai. soium vera.*

* codd.-j-:r.o» *removetur.*

' acdwmoqr: *praedicatur.*

· BH: *scilicet*

r.

π) *In immediatis,*- **A:** *in media figura;* **BDEGIQR:** *fieri imediatis (immediatis? in mediatis?);* **S:** *in in mediatis,* **hoc est,** *in immediatis,* **ut P et alii codices habent.**

LECTIO VIGESIMANONA

DE SYLLOGISMO IGNORANTIAE IN PROPOSITIONIBUS MEDIATIS

Ἐν δὲ τοῖ μή ἀτόμω ὑπάρχουσιν ἡ μη ὑπάρχουσιν, ὁταν μέν διά τοῦ οικείου μέσου γίνηται τοῦ ψεύδου ὁ συλλογισμό , οὐχ οἱόντε ἀμφοτέρα ψευδεί εἰναι τά προτάσει , ἀλλα μόνον την πρό τω μείζονι ἀκρω. Λέγω δ' οἰκεῖον μέσον δι' οὐ γίνεται τη ἀντιφάσεω ὁ συλλογισμό . Ὑπαρχέτω γάρ τό Α τω Β διά μέσου τοῦ Γ. Ἐπεί οὐν ἀνάγκη την Γ Β καταφατικήν λαμβάνεσθαι συλλογισμού γινομένου, δήλον ὁτι ἀεί αὐτη ἐσται ἀληθη · οὐ γάρ αντιστρέφεται. Ἡ δέ Α Γ ψευδή · ταὐτη γάρ ἀντιστρεφομένη ενάντιο γίνεται ὁ συλλογισμό .

Ὁμοίω δέ καί εἰ ἐξ ἀλλη συστοιχία ληφθείη το μέσον, οἱον τό Δ εἰ καί ἐν τοῦ Α ὁλω ἐστι καί κατά τοῦ Β κατηγορειται παντό · ἀνάγκη γάρ την μέν Δ Β πρότασιν μένειν, την δ' ἑτέραν αντιστρέφεσθαι, ὡσθ' η μέν ἀεί ἀληθή , ἡ δ' ἀεί ψευδη' . Και σχεδόν ἡ γε τοιαὐτη ἀπάτη ἡ αὐτή ἐστι τη διά τοῦ οικείου μέσου.

Ἐάν δέ μη δια τοῦ οικείου μέσου γίνηται ὁ συλλογισμό , ὁταν μέν ὑπό τό Α η τό μέσον, τω δέ Β μηδενῖ ὑπάρχη, ἀνάγκη ψευδεί εἰναι αμφοτέρα . Αηπτέαι γαρ ἐναντίω η ὡ ἐχουσιν αἱ προτάσει ,, ει μέλλει συλλογισμό εσεσθαι· οὕτω δέ λαμβανομένων ἀμφότεραι γίνονται ψευδεί . Οἱον εἰ τό μέν Α ὁλω τω Δ ὑπάρχει, τό δέ Δ μηδέν|, των Β· ἀντιστραφέντων γάρ του'των συλλογισμό τ' ἐσται και αἱ προτάσει ἀμφότεραι ψευδεί . "Οταν δέ μη ἡ ὑπό τό Α τό μέσον, οἱον τό Δ, ἡ μέν Λ Δ ἀληθη ἐσται, ἡ δέ Δ Β ψευδή . Ἡ μέν γάρ Α Δ ἀληθη , οτι οὐκ ην ἐν τω Α τό Δ, ἡ δέ Δ Β ψευδή , ὁτι, εἰ ην ἀληθη , καν το' συμπέρασμα ην ἀληθέ · ἀλλ' ην ψευδό .

Διά δέ τοῦ μέσου σχήματο γινομένη τη απάτη , ἀμφοτέρα μέν οὐκ ενδέχεται ψευδεί εἰναι τά προτάσει ὁλα (ὁταν γάρ ἡ τό Β ὑπό τό Α, οὐδέν ενδέχεται τω μέν παντ'ι τω δέ μηδενι ὑπάρχειν, καθάπερ ἐλέχθη καί προτερον), την ἑτέραν δ' ἐγχωρεῖ, καί ὁποτέραν ἐτυχεν. Εἰ γαρ τό Γ και *τω* Α καί τω Β ὑπάρχει, ἐάν ληφθή τω μέν Α ὑπάρχειν, τω δέ Β μη ὑπάρχειν, η μέν Α Γ ἀληθη ἐσται, ἡ δ' ἑτέρα ψευδη' . Πάλιν δ' εἰ τω μέν Β ληφθείη τό Γ ὑπάρχον, τω δέ Α μηδενί, ἡ μέν Γ Β ἀληθη ἐσται, η δ' ἑτέρα ψευδη' . Ἐαν μέν οὐν στερητικό ἡ τη ἀπάτη ὁ συλλογισμό , ειρηται πότε καί δια τίνων ἐσται ἡ ἀπάτη· ἐάν δέ καταφατικό , ὁταν μέν δια τοῦ οικείου μέσου, αδύνατον ἀμφοτέρα εἰναι ψευδεί · ἀνάγκη γάρ την Γ Β μένειν, εἴπερ ἐσται συλλογισμό , καθάπερ ἐλέχθη καί προτερον. "Ωστε ἡ Γ Α ἀεί ἐσται ψευδή · αὐ'τη γάρ ἐστιν η ἀντιστρεφομένη.

Ὁμοίω δέ καί εἰ ἐξ ἀλλη συστοιχία λαμβάνοιτο τό μέσον, ὡσπερ ἐλέχθη καί ἐπί τη στερητική ἀπατη · ἀνάγκη γάρ την μέν Δ Β μένειν, την δ Α Δ αντιστρέφεσθαι, καί ἡ ἀ~άτη ἡ αὐτη τη προτερον.

"Οταν δέ μη διά τοῦ οικείου, ἐαν μέν η τό Δ ὑπό τό Α, αὐτη μέν ἐσται ἀληθη , η ἑτέρα δέ ψευδή · ἐγχωρεῖ γάρ τό Α πλείοσιν ὑπάρχειν, α οὐκ ἐστιν ὑπ' ἀλληλα. Ἐάν δέ μη ἡ τό Δ ὑπό τό Α, αὐτη μέν ἀεί δήλον ὁτι ἐσται ψευδή · (καταφατική γαρ λαμβάνεται), την δέ Β Δ ἐνδέχεται καί ἀληθή εἰναι καί ψευδή· οὐδέν γάρ κωλύει τό μέν Α τω Δ μηδενί ὑπάρχειν, τό δέ Δ τω Β παντί, οἱον ζωον επιστήμη, επιστήμη δέ μουσική. Οὐδ' αὐ μήτε τό Α μηδενί των Δ μήτε τό Δ μηδενί τω Β. Φανερόν οὐν οτι μή ὀντο τοῦ μέσου ὑπό τό Α καί ἀμφοτέρα ἐγχωρεῖ ψευδεί εἰναι καί ὁποτέραν ἐτυχεν.

Ποσαχώ μέν οὐν καί διά τίνων ἐγχωρεῖ γίνεσθαι τά κατά συλλογισμόν ἀπατα ἐν τε τοῖ αμέσοι καί ἐν τοῖ δι' ἀποδείξεω , φανερόν.

* In his autem, quae non individua sunt, cum quidem per proprium medium fiat falsitatis syllogismus, non possibile est utrasque falsas esse propositiones: sed solum quae est ante maius ultimum. Dico autem proprium medium, per quod fit contradictionis syllogismus; Sit enim A in B per medium C. Quoniam igitur necesse est, quae est C B, affirmativam accipi syllogismo facto, manifestum est quod semper haec est vera, non enim convertitur. Sed quae est A C falsa; hac enim conversa, e contrario fiet syllogismus. * cap. Y"; Seq. t«<. 3

Similiter autem est, et si ex alia ordinatione accipiatur medium, ut D, si et in toto A sit, et de B praedicetur omni: necesse enim est, .quae quidem B D, propositionem manere, alteram autem converti, quare haec quidem semper vera, illa vero semper falsa. Et fere huiusmodi deceptio eadem est ei, quae fit per proprium medium.

Si vero non per proprium medium fiat syllogismus, cum quidem sub A sit medium, in B autem nullo est; necesse est utrasque falsas esse. Recipiendae enim utique e contrario sunt, quam se habent, propositiones, si debet syllogismus fieri; sic autem acceptis, utraeque fiunt falsae. Ut si A quidem in toto D, D autem in nullo B: conversis enim his, syllogismus quidem erit, et utraeque propositiones falsae. Cum vero non sit sub A medium, ut D, quae quidem est A D, vera erit, quae vero est D B falsa; quae enim est A D vera est, quia non erit in A D, quae vero est D B falsa, quia si esset vera, et conclusio esset vera; sed erat falsa.

Sed per mediam figuram facta deceptione, utrasque quidem non contingit falsas esse propositiones totas (cum enim sit B quidem sub A, nihil contingit in hoc omni quidem, in illo autem nullo esse, sicut dictum est prius), altera vero falsa potest esse, et quaccunque contingit. Si enim C et in A et in B est, si accipiatur C in A quidem esse, in B vero non esse, quae quidem est A C vera erit, altera autem falsa. Iterum autem si in B quidem accipiatur C esse, in A autem nullo, quae quidem est C B vera erit, altera autem falsa. Si quidem igitur sit privativus deceptionis syllogismus, dictum est quando, et per quae erit deceptio.

Si vero sit affirmativus, tunc quidem per proprium medium impossibile utrasque esse falsas. Necesse enim est quae est B C manere, si quidem erit syllogismus, sicut dictum est prius. Quare A C semper erit falsa; haec enim est conversa.

Similiter autem et si ex alia ordinatione accipiatur medium, sicut dictum est et in privativa deceptione; necesse est enim quae quidem est D B manere, quae vero est A D converti; et haec deceptio est eadem priori.

Cum vero sit non per proprium, si quidem sit D sub A, haec quidem erit vera, altera autem falsa; potest enim A in pluribus esse, quae non sunt sub invicem. Si vero non sit D sub A, haec quidem semper manifestum est quoniam erit falsa (affirmativa enim accipitur); quae vero est D B, contingit et veram esse et falsam; nihil enim prohibet A quidem in D nullo esse, D autem in omni B, ut animal, scientia, musica: neque utique A in nullo D, neque D in nullo B. Manifestum igitur est quoniam, cum non sit medium sub A, et utraeque possunt falsae esse, et quaecunque contingit.

Quot quidem igitur modis, et per quae possunt fieri per syllogismum deceptiones, et in his quae sunt sine medio, et in his quae sunt per demonstrationem, manifestum est.

Synopsis. — 1. Argumentum et divisio textus. – 2. Syllogismus negativus falsus in propositionibus mpdiatis non potest fieri in prima figura per medium proprium ex duabus praemissis falsis. – 3. Idem dicendum est quoties syllogismus fit ex medio extraneo et non proprio, sed quod medio proprio est simile. – 4. Ex medio non proprio et dissimili, syllogismus ignorantiae negativus non potest fieri in prima figura per utrasque praemissas falsas, nisi quando in conclusione praedicatur de subiecto genus superius aut passio superioris generis; potest tamen fieri ex maiori vera, et minori falsa.-5. Syllogismus ignorantiae negativus in secunda figura non potest fieri ex duabus praemissis totaliter falsis. – 6. Syllogismus affirmativus falsus in propositionibus mediatis ex medio proprio non potest fieri in prima figura ex utraque praemissa falsa. – 7. Idem dicendum est quoties in prima figura fit syllogismus ignorantiae ex medio non proprio, sed eiusdem ordinis. – 8. Ex medio extraneo fieri potest syllogismus ignorantiae seu deceptionis tum ex utraque praemissa falsa,rtum ex alterutra.

1 ostquam Philosophus ostendit quomodo syllogismus ignorantiae fit in propositionibus immediatis, hic ostendit quomodo fit in propositionibus mediatis. Et primo, quomodo concludatur propositio negativa falsa, quae opponitur affirmativae verae; secundo, quomodo concludatur affirmativa falsa, quae opponitur negativae * verae; ibi: *Si vero sit affirmativus** etc. Circa primum duo facit: primo, ostendit quomodo hoc fiat K in prima figura; secundo, in secunda: ibi: *Sed per mediam figuram** etc. Circa primum tria facit: primo, ostendit quomodo fit syllogismus ignorantiae in propositionibus mediatis, per *medium* proprium; secundo, quomodo fit per medium quidem non proprium, sed tamen similem habitudinem habens ad terminos, sicut medium proprium; ibi: *Similiter autem est, et si ex alia ordinatione** etc.; tertio, ostendit ** quomodo fit praedictus syllogismus per medium extraneum; ibi: *Si vero non per proprium medium* * etc.

2. Dicit ergo primo quod, quando syllogismus concludens falsum, fit in propositionibus, quae non sunt individuae, idest immediatae, si accipiatur *proprium medium,* unde fit syllogismus7, non potest esse utrasque propositiones esse falsas, sed solum *maiorem.* Et exponit quid nominet *proprium medium.* Ex quo enim propositio, cuius contraria syllogizatur, est mediata, oportet quod praedicatum syllogizetur de subiecto per aliquod *medium.* Potest ergo illud idem *medium* accipi ad concludendum oppositum. Puta, haec est propositio mediata: *Omnis triangulus habet tres angulos aequales duobus rectis; medium* autem per quod syllogizatur praedicatum de subiecto, est *figura habens angulum extrinsecum aequalem, duobus intrinsecis sibi oppositis.* Si ergo velimus * probare quod nullus triangulus habet tres angulos aequales duobus rectis per hoc* idem *medium,* erit syllogismus falsitatis per *proprium medium.* Et ideo dicit quod *medium proprium* est, *per quod fit syllogismus contradictionis,* idest * ad oppositum. Puta in praedicto exemplo *: sit A triangulus, B habere tres, medium C figura talis *. In prima autem figura necesse est *minorem* esse affirmativam, et ideo oportet quod illa, quae erat *minor* in syllogismo vero, maneat ' non conversa nec transmutata in suam oppositam in syllogismo falsitatis. Unde oportet quod semper sit vera. Sed *maior* propositio veri syllogismi convertitur in negativam contrariam; et ideo oportet quod *maior* sit falsa. Puta si dicamus: *Nulla figura habens* etc. *habet tres* etc.; *omnis triangulus est figura talis; ergo* etc.

3. Deinde cum dicit: *Similiter autem est* etc., ostendit quomodo fit praedictus syllogismus per *medium extraneum,* sed *simile* ν proprio. Et dicit quod similiter syllogizabitur, si medium accipiatur ex alia ordinatione *. Puta si A demonstretur de B per C, et accipiamus in syllogismo falsitatis medium non C, sed D, ita tamen quod D etiam ° contineatur universaliter sub A et praedicetur uni-

• ab erronee: *affirmativae.*
* Num. 6.
a
* Num. 5.
β
Num. 3.
** a: *dicit;* alii codd.(exc.B) om.
* Num. 4.
T
* Codd.-e: *volumus;* c: *velim.*
* *Hoc* ex codd., cxc. K.
* *Idest* om. ab.
' ab: *syllogismo.*
δ
ε
ζ
η
* β: *coordinatione.*
0

a) Ostendit quomodo hoc fiat etc. – Est lectio cod. B.-CDE; *primo in prima fig.;* G1 et s. m. S: *ostendit propositum in* etc.; PR: *primo ostendit hoc in* etc.; ceteri codd.: *primo ostendit in prima figura;* Q hab. lacunam.

β) *Quomodo fit* etc.-A: *fiat;* sed infra cum P aliisque codd.: *fit.*– AE et s. m. S: *ignorantiae primo in* etc.; KLMNQT et p. m. DS: *ignorantiae primae in* etc. Forte isti codd. conveniunt cum prioribus et *primae* pro *primo* corrupte est positum. Attamen neque *primae* neque *primo* patitur forma contextus literae s. Thomae.

γ) *Non sunt individuae, idest immediatae, si accipiatur proprium medium* etc.-Textus graecus: 'Εν οε τοϊ ρή άτόμω ὑπάρχουσιν ἡ ρή ὑπαρχουσιν, 8ταν etc. Verba ἡ ρή ὕπάρ/ουσιν desiderantur in nostra latina versione, quinimo ipsemet s. Thomas nullam de illis mentionem facit, cum tamen fere Aristotelis verba in medium afferat. Waitz (*Organon* etc., P. II, Commentar, in cap. xvix, pag. 344) adnotat: « Delen» dum, *inquit,* putarem ἡ ρή ὕπάρχουσιν, nisi omissio scribentium negli» gentiam prodere videretur propter ὑπάρχουσιν quod praecessit. Etiam Aversio Boeth. ista verba retinet.»-Sequitur: *unde fit syllogismus* etc.– Codd. ABDGH1KLMQT et p. m. CN: *non* (s. m. CN, ut) *fit* (CQ: *sit;* N om.) *syllogismus;* E om. *unde;* O: *unde non fit syllogismus,*- Quae lectiones in sensu negativo improbantur a s. Thoma, cum infra ait: *et ideo dicit* etc.; et ab Aristotele, cuius fere verba s. Thomas recitat: ὁταν μεν διά τοϋ οικείου μέσου γίνηται τοϋ ψεύδου ὁ συλλογισμό, *quando per proprium medium fit deceptionis syllogismus.* Adde quod nonnulli codd. corrigunt proprium errorem, ut de DG1 hic infra dicemus.– Sequitur, in cod. A: *non contingit esse utrasque propositiones esse falsas,* et ita MN, nisi quod consultius omittunt primum *esse;* B; *nec possibile est utrasque propp. esse falsas;* C: *non possunt esse utraeque propositiones falsae;* LORT et p. m. DQ: non *potest esse utrasque propositiones falsas:* quae lectio non differt a piana, nisi in hoc quod P cum s. m. Q post *utrasque* iterum ponit *esse;* E: *sed non per utrasque propositiones falsas;* G1 et s. m. D loco, non *potest esse,* legunt: *habens.* Igitur GI et s. m. D legunt, *non fit syllogismus habens utrasque propositiones falsas.* H absurde: *nec esse potest vera, sed propositiones falsas, sed solum maiorem;* K: *non enim possunt esse utracque falsae propositiones;* S: *proprium medium* (ac deinde abrasis nonnullis, scribitur supra lituram: *non est possibile) esse utrasque propositiones falsas.* – Codices igitur inter se non conveniunt: unde lectionem pianam, quae fundamentum habet in pluribus codd., retinemus; quamvis non displicet lectio cod. S s. m.,: *non est possibile* etc., quae est lectio indicata a cod. B et est conformis versioni praefixae. Textus Aristotelis: οϋχ οιόντε αμφοτέρα ψευδεί είναι τά προτάσει.

δ) *B habere tres etc.-P: habere tres B, medium C sit figura talis;* H om. *medium;* A: *fig. talis est;* G: *B habet medium et C figura talis;* R: *B habere, C figura habens et cetera fi' rlis.* Quae duae ultimae lectiones produnt imperitiam amanuensium codd. GR. Lectio adoptata est fere omnium codd., et videtur magis expedita.

ε) *in syllogismo vero, maneat* etc.-K: *non maneat non conversa;* G: *ut non conversa;* R: *nec conversa,* – A: *imo* (et ita B) *transmutata in sua opposita transmutatam;* DHLT et p. m. CN: *nec non transm.;* C s. m.: *et non transm.;* G: *nec ut transm.;* 1: *idest non transm.;* O: *idest transm.;* R: *in sua opposita.*– Conservamus lect. P, quae est etiam codd. EMQS et s. m. N, et est lectio vera.

ζ) *Talis; ergo.* – Addimus haec verba, quae desunt in P, et quae dantur ab omnibus nostris codicibus, uno excepto M, qui ponit *ergo,* sed om. *talis.* – Codices autem ABQ om. *habet tres etc.*

η) *Per medium extraneum, sed simile proprio.* – Est lectio codd. – PG: *per medium extraneum et non proprium, sed* etc.– At post *medium extraneum,* et cum addito, *sed simile proprio,* superflua videntur verba, *et non proprium:* quibus cum codices careant, ea expungere non dubitavi.- A: *extraneum, per* (marg. add., *et) simile* etc., quae lectio non est bona; B: *tamen per simile* etc.– R erronee: *et dissimile* etc.

0) *Ita tamen* etc. – Codd. AG om. *tamen;* sed non recte. Sermo est enim de acceptione medii extranei, quod *tamen* sit simile medio

versaliter de B, puta si accipiamus pro *medio* figuram contentam tribus lineis rectis; quia hic etiam necesse est *minorem* propositionem, scilicet D B, manere sicut erat in syllogismo concludente verum, quamvis per *proprium medium; maiorem* autem propositionem necesse est transmutari in contrariam: et ideo semper *minor* erit vera, et *maior* semper erit falsa '. Et quantum ad modum arguendi ista deceptio est similis ei, quae fit per proprium medium.

4. Deinde cum dicit: *Si vero non per proprium* etc., ostendit quomodo fit syllogismus falsitatis per medium extraneum, et *dissimile* proprio. Potest autem hoc *medium* hoc modo accipi *, ut contineatur universaliter sub A, et de nullo B praedicetur. Et in hoc casu oportebitλ utrasque propositiones esse falsas, quia oportebit, ad hoc quod fiat syllogismus in *prima figura,* accipere propositiones e contrario, ut scilicet * accipiamus *maiorem* negativam et dicamus, *Nullum D est A,* et *minorem* affirmativam, et dicamus: *Omne B est D·'* et sic /* patet utrasque esse falsas. Et haec * quidem terminorum habitudo inveniri non potest in convertibilibus, sicut in *subiecto* et *passione,* quae per aliquod *medium* de *subiecto* concluditur. Manifestum est enim quod non potest accipi aliquid, de quo passio universaliter praedicetur, quod a subiecto universaliter removeatur. Sed haec habitudo potest inveniri, quando propositio est mediata, ex hoc quod superius genus vel passio superioris generis praedicatur de ultima specie; puta si dicamus: *Omnis homo est vivus. Vivum* enim potest concludi de homine per *medium, quod est animal.* Si ergo accipiamus aliquid, de quo *vivum* universaliter praedicetur, sicut est *oliva,* quae vere removetur ab homine universaliter ", erit habitudo terminorum, quam quaerimus. Haec enim erit* falsa: *Nulla oliva est viva;* et *minor* erit similiter * falsa: *Omnis homo est oliva:* et similiter conclusio ent falsa: *Nullus homo est vivus,* quod est contrarium propositioni verae mediatae.

Contingit etiam *maiorem* esse veram et *tminorem* esse* falsam; puta si accipiamus pro medio aliquid, quod non contineatur sub A, puta *lapidem.* Tunc enim *maior,* quae est A-D *, erit vera, scilicet, *Nullus lapis cst vivens;* quia lapis non continetur sub *vivo:* sed *minor* erit falsa, scilicet, *Omnis homo est lapis.* Si enim esset haec vera, prima existente vera *, sequeretur quod conclusio esset vera, cum tamen dictum sit quod sit falsa. – Non autem potest esse e converso quod *minor* sit vera si sit *medium* extraneum, quia *medium* extraneum non poterit universaliter praedicari de B. Oportet autem semper *minorem* affirmativam accipere in prima figura.

5. Deinde cum dicit: *Sed per mediam figuram* etc., ostendit quomodo fit syllogismus ignorantiae negativus in secunda figura. Et dicit quod non potest contingere in secunda figura, quod utraque propositio sit falsa totaliter *. Si enim debeat concludi haec falsa, *Nullum B est A,* contraria verae; oportet quod A universaliter praedicetur de B. Unde non poterit aliquid inveniri, quod universaliter praedicetur de uno, et universaliter negetur * de altero; sicut supra dictum est, cum agebatur de syllogismo ignorantiae in immediatis *.

Potest tamen altera tantum * esse totaliter falsa quaecunque sit illa. Et hoc * manifestat primo in *secundo modo* secundae figurae, in quo maior cst affirmativa et minor negativa. Sit ergo *medium* sic se habens ad extrema, ut universaliter de utroque praedicetur, sicut *vivum* praedicatur universaliter et de homine et de animali f. Si ergo accipiatur *maior* affirmativa, ut dicamus, *Omne animal est vivum;* ct accipiatur *minor* negativa, ut dicatur *, *Nullus homo est vivus; maior* erit VCF3 et *minor* falsa, ct conclusio falsa. Similiter etiam si accipiamus in *primo modo* secundae figurae *maiorem* negativam, ut dicamus *, *Nullum animal est vivum;* et *minorem* affirmativam, ut dicamus, *Omnis homo est vivus;* erit *maior* falsa et *minor* vera, et conclusio falsa. Ex * his dictis epilogando concludit dictum esse quando ct per quae possit fieri deceptio, si syllogismus dceptivus sit privativus.

6. Deinde cum dicit: *Si vero sit affirmativus* etc., ostendit quomodo fiat affirmativus syllogismus deceptionis ° in propositionibus mediatis. Et primo, quando fit per proprium medium; secundo quando fit per medium simile proprio; ibi: *Similiter autem et si ex alia** etc.; tertio, quando fit per medium extraneum; ibi: *Cum vero fit per non proprium* etc.*

Dicit ergo primo quod si fiat syllogismus deceptionis affirmativus in propositionibus mediatis, si accipiatur proprium medium, ut supra expo-

proprio. **-D:** *quod et D;* **ABDGH1KNOQT om.** *etiam,* **cuius loco CE LM et s. m. S habent** *et,* **quae particula forte legi potest** *etiam.* **Cum D ponat** *ct* **ante** *D,* **non irrationaliter omisit sequens** *etiam;* **attamen placet** *etiam* **P, cui codices praecitati consentire videntur. – Codd. (exc. l.MR):** *universaliter sub A et* **etc.; P:** *sub A universaliter et* **etc.**

1) *Semper erit falsa* **etc. – Unus B:** *semper falsa etiam quantum ad modum argumentandi. Et ista deceptio* **etc.**

x) *Potest autem etc.* **– Est 'lectio codd., quam adoptavimus loco P:** *potest autem hoc modo medium accipi.* **– OR om.** *hoc medium.*

λ) *Et in hoc casu oportebit utrasque propositiones* **etc. – BC:** *Et in hoc casu oportebit ad hoc quod fiat syllogismus;* **ceteris intermediis omissis; sed male, uti patet ex immediate sequentibus.**

p.) *Et sic patet* **– Addimus** *et* **ex omnibus codicibus, qui praeterea habent semel et iterum C loco** *D.* **Variatio nullius momenti est, ut patet; ideoque retinemus** *D,* **tum quia est in textu Aristotelis, tum quia sub** *D* **designatum est in numero praecedenti medium** *extraneum,* **de quo etiam in hoc numero sermo est. – Supra unus G:** *et minor sit affirmativa, ut dicamus;* **O denique erronee:** *nullum B est* **etc.**

ν) *Quae vere* **etc. – ACDEKLNST:** *quae vere univ. ab hom. remov:;* **BH:** *quae vere ab hom. universaliter* **(H om.** *univ.) remov.;* **G om.** *vere;* **I:** *quae recta ab hom. remov.,* **et om. cum R,** *universaliter;* **Q om.,** *quae vere universaliter.* **Quae lectiones GH1QR sunt mendosae. Non displicet autem lectio cod. M:** *quae vere et universaliter ab homine removeatur;* **sed melius** *removetur* **P et aliorum codd. – O hab. lacunam.**

ξ) *Universaliter de utroque praedicetur* **etc. – P:** *Universaliter praedicetur de utroque, sicut universaliter vivum de animali praedicatur et de homine. – De utroque praedicetur* **legimus cum ABCDELN OQST, et** *praedicatur universaliter* **cum K et eisdem codd., exc. OQ; sicut cum BCDEGMQST legimus:** *et* **(BDGM om.** *et) de homine et de animali;* **AH1KLNO:** *et* **(O om.** *et) de animali et de homine.* **R hab. lacun.**

0) *Ostendit quomodo* **etc. – A:** *determinat de syllogismo ignorantiae affirmativo, quae fit in* **etc.**

situlll est*, impossibile est quod utraque sit falsa. Quia cum talis syllogismus non possit fieri nisi in prima figura, utraque existente affirmativa, necesse est quod *minor* propositio maneat hoc modo, sicut erat in vero syllogismo. Unde oportebit *maiorem* propositionem esse mutatam, scilicet de negativa in affirmativam; unde * oportebit quod sit falsa. Puta si velimus * concludere quod *Omnis homo sit quantitas,* quod est contrarium huic, *Nullus homo est quantitas,* cuius *proprium medium* est *substantia;* accipiemus * istam falsam, *Omnis substantia est quantitas,* et hanc veram, *Omnis homo est substantia.*

• Codd--p: «· •c·. *volumus,*

ampla-

7. Deinde cum dicit: *Similiter autem et si* etc., ostendit quomodo fit syllogismus ignorantiae, quando accipitur medium non proprium, quod sit eiusdem ordinis π, sed ex alia coordinatione. Puta si dicerem: *Omne agens est quantitas; omnis homo est agens; ergo omnis homo est quantitas* ρ. Oportet enim hic * *minorem* manere, *maiorem* vero * mutari de negativa in affirmativam. Unde ct * haec deceptio similis est priori deceptioni, sicut dicebatur in syllogismo privativo.

π

ρ

me ex codd., ' codd.–p: outem· • *i-:t om.* dhr.- Codd., exc. br, om. *haec.*

8. Deinde cum dicit: *Cum vero sit non* etc., ostendit quomodo fiat syllogismus deceptionis affirmativus per medium extraneum; et dicit quod si accipiatur tale *medium extraneum,* quod contineatur sub maiori extremitate, tunc *maior* propositio * erit vera, et *minor* falsa. Potest enim A, quae est *maior* extremitas, de pluribus universaliter praedicari, quae non sunt sub invicem; puta *habitus* de *grammatica* et *virtute.* Haec enim est mediata, *Nulla grammatica .est virtus.* Possumus ergo concludere contrarium huius, scilicet: *Omnis grammatica est virtus,* per aliquod *medium,* quod contineatur sub *virtute;* et tunc *maior* erit vera, et *minor* falsa. Puta si dicamus: *Omnis temperantia est virtus; omnis grammatica est temperantia; ergo omnis grammatica est virtus.* Si vero accipiatur aliquod *medium,* quod non sit sub A ', *maior* semper erit falsa, quia accipitur affirmativa. Sed *minorem* contingit esse T cum hac quandoque quidem falsam, et tunc ambae erunt falsae, puta si dicamus: *Omnis albedo est virtus; omnis grammatica est albedo; ergo* etc.; quandoque autem potest esse vera: nihil enim prohibet, sic se habentibus terminis, quod A removeatur ab omni D, et D sit in omni B, sicut est in * his terminis, *animal, scientia, musica.* Animal enim, quod est *maior extremitas,* removetur universaliter ab omni scientia; unde haec, quae sumitur ut *maior* in syllogismo ignorantiae, *Omnis scientia est animal,* est falsa. *Minor* vero, scilicet, *Omnis musica est scientia,* est vera; sed conclusio falsa *\contraria negativae verae mediatae. Contingit etiam quod et A sit in nullo D, et D in nullo B, ut dictum est. Sic igitur patet quod quando *medium* non continetur sub *maiori* extremitate, possunt esse utraeque falsae et altera earum, quaecunque * contingit, quia * et *maior* et *minor* potest esse falsa: *maior* autem non potest esse vera, sic se habentibus terminis, ut supra dictum est.

* *In* ex codd., exc. r.

• Codd.- p: *conci, fiat contr.;* h ct s. m. s. *estfalsa;* o: *est,* et om. *fais.*

Ultimo autem epilogando concludit * manifestum esse ex praedictis, quot modis et per quas propositiones veras vel falsas possunt fieri deceptiones per syllogismum, tam in propositionibus immediatis, quam in propositionibus mediatis, quae demonstratione * probantur.

* ABDHIKLMNST l. *quamcunque ;* e forte melius : *quodcunque ;* e : *quicunque ;* q : *quamque.*

* g s t : *quod;* m : *idest quod.* – *Et* ex codd., exc. l. ' o : *epilogat ;* l om. *epilog.*

* o : *per demonstrationem;* cet. codd. (e x c .b): *demonstrative.*

π) *Quod sit eiusdem ordinis.* – *Est* lectio quam, exc. R, habent codices.—P: *quod non sit eiusdem ordinis;* D: *sed sit eiusdem* etc.

ρ) *Ergo omnis* etc. – Hanc conclusionem, subintelligendam quidem, sed explicite non necessario requisitam, habet cum P unus E; ceteri codd. omittunt. – Cod. A in margine inferiori ponit sine ullo signo hanc notam, quae refertur ad ea quae in numero seq. dicuntur de medio extraneo, quod continetur sub maiori extremitate: *Istud est male scriptum vitio scriptoris; et ideo ponas exemplum in his terminis: Omne corpus est substantia; omnis color est corpus; ergo omnis color est substantia.*

σ) *Quod non sit sub A, maior.* – Est lectio omnium codd. – P : *quod non sit sub maiori extremo, maior* etc. Dictum est supra quod *A est maior extremitas ;* et ideo posito *A,* non necesse est addere cum P *maiori extremo;* posito autem cum P, *maiori extremo,* non necesse est addere *A.*

τ) *Sed minorem* etc.-Nullus cod. habet lectionem P. Omnes enim fere legunt: *Sed minorem cum h contingit esse quandoque quidem falsam, et* etc.; C: *Sed minor est cum contingit esse quandoque* etc.; D om. *minorem,* quod tamen post *contingit* habet add. in marg.; Q: *Sed minor est cum h contingit quandoque* etc.; R: *Sed minor contingit cum hac quandoque* etc.; ST; *Si* (T, *sed,* et *vel sed* add. marg. S) *minorem cum hoc continget esse quandoque quidem* etc.

LECTIO TRIGESIMA

DE IGNORANTIA SIMPLICIS NEGATIONIS

Φανερόν δέ καί δτι, εϊ τι αισθησι έκλέλοιπεν, ανάγκη καί έπιστη'μην τινά εκλελοιπεναι, ην άδυ'νατον λα- ^eïV' , , , „
εΐπερ μανθάνομεν η επαγωγή η αποδείξει. Έστι δ ή μέν άπόδειξι έκ τών καθόλου, ή δ' επαγωγή έκ τών κατά με'ρο · άδυ'νατον δέ τά καθόλου θεωρησαι μη δι επαγωγή , έπεί καί τα έξ άφαιρέσεω λεγάμενα έσται δι' επαγωγή γνώριμα ποιεΐν, δτι υπάρχει έκάστω γένει ένια, καί εΐ μη' χωριστά έστιν, ή τοιονδΐ έκαστον. Έπαχθηναι δέ μη έχοντα αίσθησιν άδυ'νατον. Τών γάρ καθ' έκαστον ή αισθησι - οΰ γάρ ένδέχεται λαβειν αυτών την έπιστη'μην ούτε γάρ έκ τών καθόλου άνευ έπαγωγη , ούτε δι' έπαγωγη άνευ τη αΐσθη'σεω .

* **Manifestum autem est, et si aliquis sensus defecerit, necesse est et scientiam aliquam deficere, quam impossibile est accipere:**
siquidem addiscimus aut per inductionem, aut per demonstrationem. Est autem demonstratio quidem ex universalibus, inductio autem ex his, quae sunt secundum partem; impossibile est autem universalia speculari, nisi per inductionem: quoniam et quae ex abstractione dicuntur, est per inductiones nota facere, quia insunt in unoquoque genere quaedam, et si non separabilia sint, secundum quod huiusmodi unumquodque est. Inducere autem non habentes sensum impossibile est. Singularium sensus est enim: non enim contingit accipere ipsorum scientiam. Neque enim ex universalibus est sine inductione, neque per inductionem sine sensu.

* Cap. xvnt. Text. 33.

Synopsis. — i. Argumentum et divisio textus. – 2. Ignorantia negationis ex necessitate est in carente facultate obiecti cognoscitiva. – 3. Differentia inter carentem facultate cognoscendi et eam non exercentem, respectu ignorantiae negationis. – 4. Est duplex modus acquirendi scientiam, per demonstrationem et per inductionem: illa ex universalibus, ista ex singularibus procedit. – 5. Universalia, ex quibus demonstratio procedit, non sunt nobis nota, nisi per inductionem. – 6. Ergo homines carentes sensu aliquo non possunt inductionem facere de singularibus pertinentibus ad sensum illum, neque proinde cognoscere universalia, quae per inductionem praefatam habentur. – 7. Duo corollaria: rum, Ergo nos non habemus scientiam de rebus per species participatas ab ideis, ut Plato posuit; – 2um, Ergo non possumus in hac vita cognoscere spirituales substantias separatas, intelligendo quidditates seu essentias earum, ut contendebat Avempace.

1. ostquam Philosophus determinavit de ^ignorantia dispositionis, quae fit per syllogismum; hic determinat de ignorantia simplicis negationis, quae fit absque syllogismo. Et primo, ostendit in quibus habeatur talis ignorantia ex necessitate ; secundo , probat * propositum ; ibi : *Siquidem addiscimus* * etc.

' a : *ostendit.*

* Num. 4.

2. Dicit ergo primo quod si alicui deficiat aliquis sensus, puta visus aut auditus, necesse est quod deficiat ei scientia propriorum sensibilium illius sensus *. Puta, si cui deficit sensus visus, necesse est quod deficiat * ei scientia de coloribus. Et sic habebit de coloribus ignorantiam *negationis,* omnino * ignorans colorem. Sed hoc intelligendum est quando nunquam habuit sensum visus, sicut patet in caeco nato. Si quis enim * amittat visum prius habitum, non propter hoc

a

* CDEH1MOQRST : *desit.*

* Codd. (exc. bor et s. m. s) : *omnem.*

* Codd. (exc.t): *Si enim aliquis* ; T om. *quis.*

a) *Quod deficiat ei scientia propriorum sensibilium illius sensus. Puta* etc.-Ita legit edit. Piana cum codd., et ita legendum est, ut cx se est manifestum. Codex B mendosus est: *necesse est quod deficiat ei scientia de coloribus. Et sic* etc. – Aliud mendum eiusdem codicis est in fine n. 4, ad illa verba, *manifestatur in principio Mctaphysicae;* post quae, reliquis omnibus oscitanter omissis, immediate prosequitur: *videtur autem quod hoc locum non habeat* etc. Ex iterata citatione, *in principio Metaphysicae,* amanuensis occasionem sumpsit errandi. – In principio seq. num. 5, cod. A: *Sed magis;* A1GO : *hoc dubium videtur* (O, *vid.* esse); CEMNQST: *hoc videtur dubium;* P: *vid. hoc dubium.*

Non autem dicit s. Thomas quod deficiat, in facta hypothesi, scientia sensibilium, sed *propriorum* sensibilium illius sensus, qui deficit. Sensibile enim distinguitur in scholis in sensibile *proprium, commune,* et *per accidens.* Sensibile per accidens proprie loquendo non attingitur a sensu, sed quia in concreto est coniunctum sensibili proprio (et ex hoc praecise dicitur per accidens – Cf. lect. iv, n. 4, et lect. xvi, not. v), sensus, qui concrete sentit obicctum, per accidens dicitur sentire etiam obiectum unitum obiecto proprio. Hinc, licet videamus oculis solum colorem pomi, dicimus tamen videre pomum, hoc est substantiam pomi, in quo color existit. Non respectu huius obiecti dicit s. Thomas quod, deficiente sensu, deficiat cognitio sensibilis: patet enim quod deficiente sensu visus, obiectum per accidens, pomum, quod attingebatur ab illo sensu, potest aeque attingi tum a sensu gustus, tum a sensu tactus. – Sed neque deficiente uno sensu, eo ipso deficit cognitio sensibilis communis ; quo nomine significatur obiectum commune pluribus sensibus, quatenus scilicet plures sensus illud sentire possunt. Ita extensio, e. g., et tactu sentitur et oculis videtur. Qua de causa ut cognitio huius obiecti communis deficiat, necesse est ut non unus sensus solummodo, sed omnes illi desint, quibus obiectum illud percipi potest. – Recte ergo' s. Thomas ad sensibile proprium contraxit assertum, videlicet ad obiectum illud, quod ita sentitur ab uno sensu, ut a nullo alio percipi possit.

Sed his declaratis, aliae manent distinctiones faciendae. Nam alia est cognitio specifica ct propria alicuius rei, alia cognitio generica et communis eiusdem; alia insuper est cognitio directa et immediata, alia mediata seu deducta. Loquor modo, ut quisque per se videt, de cognitione prout est in nobis, animalibus quidem sed rationalibus, hoc est sensibus et ratione utentibus. Distinctiones praefatae exemplo erunt manifestae. Lucem ct sonum possum cognoscere vel quatenus sunt *talia* sensibilia, specifice distincta a ceteris sensibilibus, puta sapore, odore, duro vel molli etc.; vel solummodo quatenus sunt sensibilia, hoc est, quantum ad illud solum quod lux et sonus commune habent cum sapore, odore, etc. Porro manifestum est quod, deficiente sensu sensibilis proprii, non propterea est impossibilis cognitio generica eiusdem obiecti, sed negatur solummodo cognitio specifica: quia cum singulare sensibile in se habeat *commune,* unde sumitur eius genus, et *proprium,* ex quo habetur species, deficiente sensu *proprii,* non potest species haberi ; sed genus habetur, quia individua alia ab aliis sensibus percipiuntur, quae, non secus ac obiectum proprium sensus deficientis, exhibent genus illius.

Haec cum perspicua satis videantur, ultimo loco dicendum est de cognitione immediata et de cognitione deducta, in eadem hypothesi quod aliquis sensus deficiat. Patet autem imprimis 'non posse in facta hypothesi immediatam cognitionem haberi per abstractionem directam ex sensibili proprio, quod non datur. Igitur nonnisi per deductionem ex aliis sensibilibus cognitio haberi potest. Et quidem si haec sensibilia in specie convenirent cum sensibili proprio sensus deficientis, concedendum esset quod notio specifica posset obtineri, quasi sensus ille adesset. Quia tamen oppositum accidit (non enim lux, e. g., est eiusdem speciei cum sono), notio specifica unius obiecti proprii ex specie obiecti proprii alterius sensus obtineri non potest. Erit igitur notio generica, quia in genere obiecta ipsa conveniunt, ut dictum est, vel erit etiam notio plus minusve analoga, secundum quod maior vel minor analogia existit inter obiecta sensibilia.

oportet quod * careat scientia colorum ; quia ex his, quae prius sensit, remanet in eo memoria colorum.

3. Contingit autem de aliquibus rebus haberi * ignorantiam *negationis,* quae tamen cognosci possunt per sensum quem habemus : sicut si aliquis habens visum semper fuisset in tenebris, careret quidem scientia colorum, sed non ex necessitate, quia posset huiusmodi scientiam * accipere sentiendo colores * : quod non contingit in eo, qui caret sensu visus. Et ideo addit quod *impossibile' est accipere;* quia videlicet ille *, qui caret potentia visiva, non potest percipere * cognitionem colorum.

4. Deinde cum dicit : *Siquidem addiscimus* etc., probat propositum per hoc quod duplex est modus acquirendi scientiam. Unus quidem per demonstrationem, alius autem per inductionem; quod etiam in principio huius libri positum est *. Differunt autem hi duo modi, quia demonstratio procedit ex universalibus; inductio autem procedit ex particularibus. Si ergo universalia, ex quibus procedit demonstratio, cognosci possent absque inductione, sequeretur quod homo posset accipere scientiam eorum, quorum non habet sensum. Sed impossibile est universalia speculari absque inductione. Et hoc quidem in rebus sensibilibus est magis manifestum, quia in eis per experientiam, quam habemus circa singularia sensibilia, accipimus universalem notitiam, sicut manifestatur in principio * *Metaphysicae*

5. Sed maxime hoc videtur dubium in his, quae dicuntur secundum abstractionem, sicut in mathematicis. Cum enim experientia a sensu ortum habeat, ut dicitur in principio * *Metaphysicae,* videtur quod hoc locum non habeat in his, quae sunt abstracta a materia sensibili. Et ideo ad hoc excludendum dicit * quod etiam ea, quae dicuntur secundum * abstractionem, contingit nota facere per inductionem; quia in unoquoque genere abstractorum sunt quaedam particularia, quae non sunt separabilia a materia sensibili', secundum quod unumquodque eorum est hoc; Quamvis enim linea secundum abstractionem dicatur >, tamen haec linea, quae est in materia sensibili, in quantum est individuata * abstrahi non potest, quia individuatio eius * est ex hac materia. Non autem manifestantur * nobis principia abstractorum, ex quibus demonstrationes in eis procedunt, nisi ex particularibus aliquibus, quae sensu percipimus. Puta ex hoc, quod videmus aliquod totum singulare sensibile, perducimur * ad cognoscendum quid est totum et pars, et cognoscimus quod omne totum est maius sua parte, considerando hoc in pluribus *. Sic * igitur universalia, ex quibus demonstratio procedit, non fiunt * nobis nota, nisi per inductionem.

6. Homines autem carentes sensu* aliquo non possunt inductionem facere de singularibus pertinentibus ad sensum illum*, quia singularium, ex quibus procedit inductio, est solum cognitio sensus. Unde oportet ' quod omnino sint huiusmodi singularia ignota, quia non contingit quod aliquis carens sensu accipiat talium singularium scientiam; quia neque cx universalibus potest demonstrare sine inductione, per quam universalia cognoscuntur, ut dictum est; neque per inductionem potest aliquid cognosci sine sensu, qui est singularium, ex quibus procedit inductio.

7. Est autem considerandum quod per verba Philosophi, quae hic inducuntur, excluditur duplex positio. Prima quidem est * positio Platonis; qui ponebat quod nos habebamus* scientiam de rebus per species participatas ab ideis 5. Quod si esset

* Codd.-abi: *non op.quodppt.hoc;* p: *non oport.ppt. hoc qd.*

* abgi et p. m. h: *habere.*

*Codd.-Eo om. *scient.;* i om. *huiusm.;G: necess., possunt enim scient.* - p om. *huiusm. scient.*
* h ; *huiusm. colores.*
* Codd.-p: *quia et ille.*
* Codd. – p : *etiani perc.* - ag ; *accipere ;* i: *cognoscere scientiam colorum.*

* Lect. i, n. ii, seq.

* Lib. I, cap. i, n.4,seq.-Comm. 8. Th. lect. l.

• Cf. not. β.

* ci: «μ λ ,· q : *^c: per.*

ί

' * p· m.: «w- *vidua.*
'Eius oid .cgkn.

^1 : *notijican-*

*Codd.,exc.oa.-
r: *inducimur.*

3

ago non recte: *si ig.*

'Codd.-r-*.sunt.*

'y-visuveitenr

ittum·

ε

* codd. om. e»r.

dghkmn : *habeamus.-o om.nos.*

ζ

β) *In principio Metaphysicae.* – Ita codices. – P tum hic tum infra n. seq. legit : *in primo Metaphys.* Sed quae hic ex Aristotelis metaphysica Angelicus habet, leguntur *in principio eiusdem Operis.*

γ) *Secundum abstractionem dicatur* etc. – Codices omittunt verba, *linea in communi,* quae post *dicatur* addit Piana. Quae verba perspicuitati textus nil conferunt, et, cum iam praemissum fuerit *linea* etc., nonnullam ingerunt obscuritatem. Adde quod s. Thomas opponit lineam abstractam lineae individuatae, et illam dicit manere lineam in statu abstractionis, hanc vero non posse abstrahi quin pereat notio individuationis eius. – R habet lacunam.

3; *Ex hoc quod videmus aliquod totum* etc. – Quae hic a S. Thoma enunciantur, non sunt sine philosophica consideratione praetermittenda. Duo enim universalium genera Angelicus dicit ope inductionis accipi ab intellectu nostro ; quorum prima sunt elementa universalia, sed divisim et inter se, ut ita dicam, disgregata: *ex hoc, quod videmus aliquod totum singulare sensibile, perducimur ad cognoscendum quid est totum et pars* (Cf. *Contra Gent.,* Lib. II, cap. lxxxih, Ed. P. fol. 206, rect.). Alia sunt eadem elementa comparata et in iudicium composita : *et cognoscimus quod omne totum est maius sua parte.* Procul dubio ex analysi totius deprehenditur eius praedicatum, nempe maius esse qualibet sua parte ; sed ab hoc ipso iudicio inductionem non esse extraneam vult s. Thomas: explicite enim docet quod eatenus intelligimus conceptum totius praeseferre aliquid maius qualibet sua parte, quia consideravimus *hoc in pluribus.* Ergo sicut intellectui nostro non manifestantur universalia incomplexa nisi ex sensibilibus individuis; ita *non manifestantur nobis principia abstractorum, ex quibus demonstrationes in eis procedunt, nisi ex particularibus aliquibus, quae sensu percipimus,* ut immediate antea s. Thomas asserit. – Verum caute hac in re est procedendum, ac recte intelligenda est doctrina s. Thomae. Neque ab alio quam ab ipso s. Doctore eius mentis explicatio accipienda est. In Commentariis super IV *Metaphysicae,* lectione vi, loquens de cognitione primorum principiorum, docet unicam causam efficientem subiectivam illius cognitionis esse intellectum nostrum, obiectivam vero esse perspectam notitiam terminorum, ex quibus principia illa componuntur. « Ex ipso enim lumine na- » turalis intellectus agentis prima principia fiunt cognita; nec acquiruntur » per ratiocinationes, sed solum per hoc, quod eorum termini innote- › scunt. » Sed unde innotescunt termini? Ope sensuum. « Quod quidem » fit per hoc, quod a sensibilibus accipitur memoria, et a memoria ex- » perimentum, et ab experimento *illorum terminorum cognitio.* . Sensus ergo non sunt proprie causa, sed potius materia causae (et ideo sunt necessarii), videlicet sensibile praebent, cx quo intellectus, ut vera et per se causa idearum efficiens, accipit illorum cognitionem terminorum. « Quibus cognitis, cognoscuntur huiusmodi propositiones communes, » quae sunt artium et scientiarum *principia.* » Cognoscuntur ex sola vi terminorum et a sola mente, sed non sine motivo determinante accepto a sensibus. – Sola ergo mens est causa cognitionis principiorum, sicut sola mens per sensum, memoriam, et experimentum elementa universalia (terminos) in singularibus colligit, ex quibus principia componit mediante iudicio. Quando ergo dicit in hac lectione s. Thomas, *cognoscimus quod omne totum est maius sua parte, considerando hoc in pluribus,* intellige assertum iuxta explicationem ab ipso s. Doctore datam, nempe, *considerando hoc in pluribus,* hoc est ab experientia accipiendo cognitionem terminorum, *totius* et *partis,* et in ipsis cognoscendo *relationem* inter unum et alterum (Cf. lect. vtt, n. 8, et lect. xix, n. 3 et not. ζ).

Sed dices : possunt quorumdam principiorum termini statim haberi, licet non sine sensu et memoria, tamen sine experimento, ut sunt termini principiorum transcendentium, *impossibile est idem simul esse et non esse,* et alia huiusmodi. – Respondeo nihil ad rem nostram referre, utrum quoad nonnullorum terminos principiorum mens nostra, sine experimento in *multis* vel in *paucis,* in uno singulari cognoscat: *experimentum* enim est tertium requisitum, ubi sensus et memoria non sufficiunt intellectui ad terminorum cognitionem per unum sensibile. Unde idem s. Thomas, loquens *de primis conceptionibus* intellectus, dicit quod « statim lumine intellectus agentis cognoscuntur, per species a sensibilibus abstractas, sive sint complexa, ut dignitates, sive incomplexa, sicut ratio entis et unius et huiusmodi, quae statim intellectus apprehendit » (Qq. Dispp. *De Veritate,* qn. xt *De Magistro,* art. 1).

ε) *Unde oportet* etc. – ABO non recte om. *omnino,* et A loco τοΰ *sint,* legit erronee *sicut;* G: *quod omnino sint ignota, quia* etc.

ζ) *Prima quidem est positio Platonis* etc.– De ista Platonis positione

• g om. *univer-nota.' " A* om'

-a erronee -*Aie-*

♦ISip. ix, n.30.-Comment, s. Th. lect. xvii.

η

verum, universalia * fierent nobis nota absque inductione ; et ita possemus acquirere scientiam eorum, quorum sensum non habemus. Unde et' hoc argumento utitur Aristoteles * contra Platonem in fine I *Metaphysicae* *.- Secunda est positio dicentium " quod possumus in hac vita cognoscere substantias separatas, intclligendo quidditates earum; quae tamen per sensibilia quae cognoscimus, quae ab eis omnimode transcenduntur, cognosci non possunt. Unde, si ipsae cognoscerentur secundum suas essentias, sequeretur quod aliqua cognoscerentur absque inductione et sensu: quod Philosophus hic negat, etiam * de abstractis.

'Etiam om. u.

vide quae recitavimus ex *Menone* lect. in, not. ζ, et ex *Timaeo* in I *Perih.*, lect. x, not. p. – Animadvertendum tamen est quod Plato affirmabat quidem quod « id quod discere appellamus esset scientiam propriam recuperare », hoc est reminiscentia ; attamen simul ponebat nonnisi per usum sensuum nos recuperare illas, quas antea habuimus, scientias: «Hoc, *inquit,* confitemur, nos neque aliunde id agnovisse neque agnoscere posse quam ex visu, vel tactu, vel alio quodam sensu. » Igitur cum sensus exercetur et mens intelligit ad praesentiam rerum sensibilium, duo distinguenda sunt, eaque reapse distinxit Plato, nempe sensibilia individua, quae dantur a sensibus, et universale, quod ab individuis illis distinctum, non ex sensibus colligitur, sed menti est innatum: « An scimus et ipsum quod est aequale? Omnino quidem. Undenam scientiam eius accepimus ? An non ex his..., quae conspicati vel ligna vel saxa, vel alia quaedam aequalia, ex his illud *f ipsum aequale)* excogitavimus, quod aliud est quam haec?... Atqui a sensibus quidem intellexisse oportet omnia, quae subiecta sunt sensibus, illud quod est aequale appetere, quamvis ipsum non assequantur. » Nihilominus « antequam inciperemus videre, aut audire, aliisque uti sensibus, oportuit nos aequalis ipsius scientiam possedisse, » scientiam nempe acceptam ante ortum, sed cuius homo obliviscitur cum nascitur (Opp. Piat. Marsilio Ficino interprete.-*Phaedo,* pag. 56, seq., Ed. cit.).—Ad explicationem ergo mentalem, iuxta Aristotelem, sensus sunt necessarii ut organa, ex quibus intellectus habet materiam, in qua universale singulariter existit, et ex qua universale ipsum abstrahit: proindeque intellectiones nostrae non sunt, nisi quatenus obiecta realiter extra nos existentia sint termini cognitionis nostrae directae. Deficiente ergo sensu, deficit, iuxta Aristotelem, scientia obiecti relativi ad sensum illum. Ex opposito, in sententia Platonis sensus non sunt nisi 'merae occasiones explicationis intellectualis : mens nostra nil recipit ab obiectis sensibilitatis, sed excitatur ad intelligendum; illud autem universale quod intelligitur praeexistit in mente. Sed undenam in mente nostra suppellex idearum universalium? Certe non aliunde quam ab exemplari ipso, quod sensibilia appetunt, sed non assequuntur: « Cum anima ad aliquid considerandum socium sibi corpus assumit, vel per visum, vel per auditum, vel per alium sensum (hoc enim est per corpus considerare, quia per sensus id agitur), tunc quidem a corpore trahatur ad ea quae nunquam eodem modo sunt, atque ipsa aberret perturbeturque, quasi ebria vacillet, utpote quae talia quaedam attigerit... At vero quoties ipse animus per seipsum excogitat, illuc se confert ad purum, sempiternum, immortale, semper eodem modo se habens : et tanquam ipsius cognatus semper inhaeret illi, quoties ipse redierit in seipsum, eique liceat, cessetque ab errore: et circa illa semper secundum eadem eodem modo se habet, utpote qui talia iam attigerit» (Op. cit., pag. 6o). Igitur deficiente sensu, deficit, iuxta Platonem, non quidem scientia, sed reminiscentia (Cf. s. Th. 11 *Contra Gent.,* lib. II, loc. supra cit.).

η) *Secunda est positio dicentium* etc. – S. Thomas, *Summa theologica,* P. T, qu. Lxxxviii, artic. n, ex testimonio Averrois, huius opinionis dicit esse Avempacem: «Vidimus, *inquit Averroes,* de sermone expositorum peripateticorum in hunc finem esse possibile, scilicet intelligere in postremo res abstractas. Avempace multum loquebatur in hoc, et maxime in epistola quam appellavit *Continuationem* intellectus cum homine; et illud super quod sustentatus est in hac quaestione est hoc. Primo enim posuit quod intellecta speculativa sunt facta; deinde posuit quod omne factum habet quidditatem; deinde posuit quod omne habens quidditatem, intellectus innatus est extrahere illam quidditatem. Ex quibus concluditur quod intellectus innatus est extrahere formas intellectorum et quidditates eorum. Et in hoc convenit cum ipso Alfarabius in libro *De intellectu et intellecto.** In III *De anima,* Comm. xxxvi, coi. 3 (Ed. cit. Ven. 1489, sine num. pagg.). Quamvis opinio Avempacis nil commune habere cum opinione Platonis videatur, re tamen intimius penetrata, s. Thomas affirmat Avcmpacis opinionem ex platonica descendere. Hoc « quidem efficaciter diceretur, *inquit Angelicus,* si substantiae immateriales essent formae et species horum materialium, ut Platonici posuerunt » (loc. cit.). Sicut enim praecisis per abstractionem principiis individuantibus ab individuo, habetur eius species ; et essentiae pariter rerum separatarum per eamdem abstractionem dignoscerentur, si hae aut essent eiusdem speciei, aut formae rerum sensibilium. « Hoc autem non posito, sed supposito quod substantiae immateriales sint omnino alterius rationis a quidditatibus materialium rerum; quantumcunque intellectus noster abstrahat quidditatem rei materialis a materia, nunquam perveniet ad aliquid simile substantiae immateriali. Et ideo per substantias materiales non possumus perfecte substantias immateriales intelligere » (loc. cit.).

LECTIO TRIGESIMAPRIMA

QUAESTIONES MOVENTUR AN SIT STARE IN EXTREMIS ET MEDIIS SYLLOGISMI DEMONSTRATIVI, VEL SIT POSSIBILIS PROCESSUS IN INFINITUM

Ἔστι δέ πα συλλογισμό διά τριών όρων, καί ό μέν δεικνύναι δυνάμενο ὅτι υπάρχει το Α τω Γ διά το ὑπάρχειν τω Β καί τοῦτο τω Γ, ό δέ στερητικό';, την μέν ἑτέραν πρότασιν ἔχων ὅτι υπάρχει τι ἄλλο ἄλλω, την δ* ἑτε'ραν ὅτι οὐχ υπάρχει.

Φανερόν οὐν ὅτι αί μέν ἀρχαί καί αί λεγόμεναι ὑποθέσει αὐταί εἰσι· λαβόντα γάρ ταῦτα οὐτω ἀνάγκη δεικνύναι, οἱον ὅτι τό Α τω Γ υπάρχει δια τοῦ Β, πάλιν δ' ὅτι τό Α τω Β δι' ἄλλου μέσου, καί ὅτι τό Β τω Γ ὡσαν'τω .

Κατά μέν οὐν δόξαν συλλογιζομένοι καί μόνον διαλεκτικώ δηλον ὅτι τοῦτο μόνον σκεπτέον, εί ἐξ ὡν ἐνδέχεται ἐνδοξοτάτων γίνεται ό συλλογισμό , ὡστ' ει καί μη ἐστι τι τη ἀληθεία τών Α Β μέσον, δοκεῖ δέ εἶναι, ό διά του'του συλλογιζο'μενο συλλελόγισται διαλεκτικώ - προ δ' ἀλη'θειαν ἐκ τών υπαρχόντων δει σκοπεῖν.

Ἔχει δ' οὐτω · επειδή' ἐστιν ὃ αυτό μέν κατ' ἄλλου κατηγορεῖται μη κατά συμβεβηκό , λέγω δέ τό κατά συμβεβηκό , οἱον τό λευκόν ποτ' εκείνο' φαμεν εἶναι ἄνθρωπον , οὐχ ομοίω λέγοντε καί τον ἄνθρωπον λευκόν ό με'ν γάρ οὐχ ἑτερόν τι ὢν λευκόν ἐστι, τό δέ λευκόν, ὅτι συμβέβηκε τω ἀνθρώπω εἶναι λευκω. Ἔστιν οὐν ἑνια τοιαῦτα ὡστε καθ' αὐτά κατηγορεῖσθαι.

Ἔστω δέ τό Γ. τοιοῦτον, ὃ αὐτό μέν μηκέτι ὑπάρχει ἄλλω , τούτω δέ τό Β πρώτω , καί οὐκ ἐστιν ἄλλο μεταξύ· καί πάλιν τό Ε τω Ζ ὡσαν'τω , καί τοῦτο τω Β· ἀρ' οὐν τοῦτο ἀνάγκη στηναι, η ἐνδέχεται ει ἄπειρον ἰέναι;

Καί πάλιν εἰ τοῦ μέν Α μηδέν κατηγορεῖται καθ' αὐτό, τό δέ Α τω Θ ὑπάρχει πρώτω, μεταξύ δέ μηδενί προτέρω, καί τό Θ τω 11, καί τοῦτο τω Β, ἀρα καί τοῦτο ἱστασθαι ἀνάγκη, η καί τοῦτ' ἐνδέχεται ει ἄπειρον ἰέναι; Διαφέρει δέ τοῦτο τοῦ πρότερον τοσοῦτον, ὅτι τό μέν ἐστιν, ἀρα ἐνδέχεται ἀρξαμένω ἀπό τοιούτου δ μηδενί ὑπάρχει ἑτέρω ἀλλ' ἄλλο ἐκείνω, ἐπί τό ἀνω ει ἄπειρον ἰέναι, θάτερον δέ ἀρξάμενον ἀπό τοιούτου ὃ αὐτό μέν ἄλλου, ἐκείνου δέ μηδέν κατηγορεῖται, επί τό κάτω σκοπεῖν εἰ ἐνδέχεται ει ἄπειρον ἰέναι.

Ἔτι τά μεταξύ ἀρ' ἐνδέχεται ἄπειρα εἶναι ὡρισμένων τών ἄκρων; λέγω δ' οἱον εἰ τό Α τω Γ ὑπάρχει, μέσον δ' αὐτών τό Β, τοῦ δέ Β καί τοῦ Α ἑτερα, τούτων δ' ἄλλα, ἀρα καί ταῦτα· ει ἄπειρον ἐνδέχεται ἰέναι, η αδύνατον ;

Ἔστι δέ τοῦτο σκοπεῖν ταύτό καί εἰ αἱ ἀποδείξει ει ἄπειρον ἐρχονται, καί εἰ ἐστιν ἀπόδειξι ἅπαντο , η πρό ἀλληλα περαίνεται.

Ὁμοίω δέ λέγω καί ἐπί τών στερητικών συλλογισμών καί προτάσεων, οἱον εἰ τό Α μη' ὑπάρχει τω Β μηδενί, ἤτοι πρώτω, η ἐσται τι μεταξύ ὡ προτέρω ουχ ὑπάρχει, οἱον εἰ τό Π, ὃ τω Β ὑπάρχει παντί, καί πάλιν του'του ἔτι ἄλλω προτέρω, οἱον εἰ τό Θ, ο τώΗ παντί ὑπάρχει. Καί γάρ ἐπί τούτων η ἀπειρα οἱ ὑπάρχει προτέροι , η 'ίσταται.

Ἐπί δέ τών ἀντιστρεφο'ντων οὐχ ομοίω ἐχει. Οὐ γάρ ἐστιν ἐν τοῖ κατηγορουμένοι οὐ πρώτου κατηγορεῖται η τελευταίου· πάντα νάρ πρό πάντα ταύτη γε ομοίω ἐχει, εἶτ' ἐστίν ἀπειρα τά κατ' αὐτοῦ κατηγορούμενα, εἰτ' ἀμφότερά ἐστι τα ἀπορηθέντα ἀπειρα· πλην εἰ μη ομοίω ἐνδέχεται ἀντιστρέφειν, ἀλλα τό μέν ὡ συμβεβηκό , τό δ' ὡ κατηγορίαν.

* Est autem omnis syllogismus per tres terminos; et hoc quidem demonstrare possibile est quoniam est A in C, propter id quod est in B et hoc in C; sed privativus est alteram quidem propositionem habens quoniam est aliud in alio, alteram autem quoniam non est. ‘ Cap. xtx. ex·34'

Manifestum igitur est quod principia et dictae suppositiones hae sunt: accipientes enim hoc, sic necesse est demonstrare, ut quia A sit in C per B; iterum autem quia A sit in B per aliud medium, et quod B sit in C similiter.

Secundum quidem igitur opinionem syllogizantibus et solum dialectice, manifestum est quod hoc solum intendendum sit, ex quibus contingit verisimilis fiat syllogismus: quare et si est aliquod in veritate eorum quae sunt A B medium, videtur autem non, per hoc syllogizans, syllogizatus est dialectice: ad veritatem autem ex his quae .sunt oportet intendere.

Habet autem se sic: quoniam est quod ipsum quidem de alio praedicatur non secundum accidens: dico autem secundum accidens, ut album aliquando illud dicimus hominem esse, non similiter dicentes et hominem album: quod quidem enim, cum non alterum aliquod sit, album est; album autem est homo quoniam accidit homini esse album. Sunt igitur quaedam huiusmodi, quae secundum se praedicantur.

Sit igitur C huiusmodi quod ipsum quidem non sit in alio, in hoc autem B sit primo et non est aliud medium, iterum F in E sit similiter et hoc in B; nunquid igitur hic necesse est stare, aut contingit in infinitum ire?

Et iterum si de A quidem nihil praedicatur per se, A autem in C est primo, medium autem in nullo priori, et item C sit in I et hoc in B, nunquid et in hoc stare necesse est, aut in hoc contingit in infinitum abire? Differt autem hoc a priori: quoniam hoc quidem est, nunquid contingit incepturum ab huiusmodi, quod in nullo est altero, sed aliud in illo, in sursum in infinitum abire? alterum autem incepturum ab huiusmodi quod ipsum quidem de alio, de illo autem nihil praedicatur, in deorsum intendere, si contingit in infinitum ire?

Amplius media numquid contingit infinita esse, determinatis terminis? dico autem, ut si A in C sit, medium autem ipsorum sit B, ab ipso autem B ad A alterum, sed horum alia, nunquid et hoc in infinitum contingit abire, aut impossibile est?

Est autem hoc intendere idem et si demonstrationes in infinitum veniunt, et si est demonstratio omnis rei, aut ad invicem includantur.

Similiter autem dico et in privativis syllogismis et propositionibus, ut si A non inest nulli B primo, aut aliquid infra, cui priori non inest A, ut ipsi C, quod est in omni B; et iterum hoc etiam in alio priori, ut si C est quod sit in omni I. Et namque in his, aut infinita sunt in quibus non inest prioribus, aut statur.

Sed in convertibilibus non similiter se habet. Non enim est in aeque praedicabilibus de quo primo praedicatur, aut ultimo: omnia enim ad omnia sic similiter se habent,sive sunt infinita de ipso praedicantia, sive utraque sunt praedicta infinita: nisi similiter non contingat converti, sed hoc quidem sicut accidens, illud vero sicut praedicamentum.

Synopsis. — i. Argumentum et divisio textus. – 2. Praenotamina quaedam: de communibus omni syllogismo; de syllogismo affirmativo; de syllogismo negativo.-3. Propositiones, ex quibus proceditur in syllogismo demonstrativo, sunt principia et suppositiones: ex his enim conficitur demonstratio conclusionis,-4. Syllogismus dialecticus, quia ad hoc tendit ut opinionem faciat, ex maxime opinabilibus procedit, et ideo ex his etiam, quae secundum rei veritatem medium habent, licet non. videantur habere; at syllogismus demonstrativus, quia ad scientiam veritatis ordinatur, procedit ex his, quae secundum rei veritatem sunt immediata. – 5. Insuper demonstrator procedit ex iis quae sunt *per se* et non *per accidens:* quod dialecticus non requirit.-6. Subdivisio textus. – 7. Movetur prima quaestio, de ascensu in infinitum ex parte *maioris* termini syllogismi demonstrativi. – 8. Altera quaestio movetur, de descensu in infinitum ex parte *minoris* termini. – 9. Hae duae quaestiones differunt inter se: quia in prima quaeritur de universalissimo praedicato, quod ita sit praedicatum, ut non possit esse subiectum; in altera de particularissimo subiecto, quod ita sit subiectum, ut non possit esse praedicatum. – 10. Movetur tertia quaestio, de processu in infinitum ex parte *medii* termini. – rr. Quaestiones istae ad demonstrationes pertinent: nam quaerere earum solutionem idem est ac si quaeratur, utrum demonstrationes procedant in infinitum vel ascendendo vel descendendo. – 12. Et non solum habent locum in demonstrationibus affirmativis, sed etiam in negativis; quia demonstratio negativa utitur altera propositione affirmativa, in qua subiectum conclusionis continetur sub medio, et altera negativa, in qua praedicatum ab ipso medio removetur. – 13. Non habent tamen locum in illis propositionibus, quorum praedicata et subiecta aequaliter de se invicem praedicantur, seu convertuntur ad invicem, quia in his non est accipere prius et posterius secundum essendi consequentiam.

1. Postquam Philosophus determinavit de syllogismo demonstrativo, ostendens ex quibus et qualibus procedat, et in qua figura demonstrationes fieri possunt*; hic inquirit utrum demonstrationes possint in infinitum procedere. Et primo, movet quaestionem; secundo, determinat eam; ibi: *Quod quidem igitur non contingit media* * etc. Circa primum duo facit: primo, praemittit quaedam *, quae sunt necessaria ad intellectum quaestionis; secundo, movet quaestionem; ibi: *Sit igitur C huiusmodi* etc. Circa primum duo facit: primo, praemittit de forma syllogistica, quam oportet in demonstrationibus observare*; secundo, resumit qualis· debeat esse demonstrationis materia; ibi: *Manifestum igitur est quod principia* * etc.

2. Circa primum tria tangit*. Quorum *primum* est commune omni syllogismo, scilicet * quod omnis syllogismus est per tres terminos; ut manifestum * est in libro *Priorum* **. - *Secundum* autem pertinet * ad syllogismum affirmativum; cuius forma est talis quod concludit A esse in C propter id, quod A est in B, et B est in C; et haec est forma syllogistica in prima figura, in qua sola potest concludi affirmativa universalis, quae maxime quaeritur in demonstrationibus. - *Tertium* est quod pertinet ad syllogismum negativum, qui de necessitate unam propositionem habet affirmativam, aliam autem negativam; differenter* tamen in prima figura et in * secunda, ut patet per ea, quae in libro *Priorum* * ostensa sunt.

3. Deinde cum dicit: *Manifestum igitur est* etc., resumit quae sit materia demonstrationum. Et circa hoc tria facit: primo enim proponit demonstrationis * materiam; secundo, ostendit differentiam huius materiae ad materiam syllogismi dialectici; ibi: *Secundum quidem igitur opinationem* * etc.; tertio, differentiam positam manifestat; ibi: *Habet autem sic se* * etc. Dicit ** ergo primo quod, cum syllogismus habeat tres terminos, ex quibus formantur duae propositiones concludentes tertiam, manifestum est quod hae propositiones *, ex quibus proceditur in syllogismo demonstrativo secundum formam praedictam, sunt *principia* et *suppositiones* *, de quibus in praecedentibus dictum est*. Qui enim accipit huiusmodi principia, sic demonstrat per ea, sicut expositum * est in forma syllogistica, ut scilicet quia * A sit in C probatur per B; et si propositio A-B sit iterum mediata, quod A-sit in B demonstratur per aliud * medium. Et simile est si propositio *minor,* scilicet B-C, sit mediata.

4. Deinde cum dicit: *Secundum quidem igitur* etc., ostendit quantum ad praedicta differentiam inter syllogismum demonstrativum et syllogismum dialecticum. Quia enim syllogismus dialecticus ad hoc tendit, ut *opinionem* * faciat, hoc solum est de intentione dialectici, ut procedat ex his, quae'sunt maxime opinabilia *, et haec sunt ea, quae videntur vel * pluribus, vel maxime sapientibus. Et ideo si dialectico in syllogizando occurrat* aliqua propositio, quae secundum rei ** veritatem habeat medium, per quod possit probari, sed tamen non videatur habere medium y, sed propter sui probabilitatem videatur esse * per

• Lect. seq.

* Codd.-p: *quaedam antecedentia, quae.*

* Num. 6.

* 1: *observari.*

•Num. 3.

* Eto: *facit;* in *cfacit* corrig. in *tangit* per aman. * *Scilicet* om. codd., exc. bh ct p. m. s: o: *idest.* * c: *manifestatur primo Prior.* '* Lib. I. cap. tv, n. 2.

' t: est per syllog.

-cum: *differunt.*

*!n om. codd.

• Lib. I, capp. iv etv.- Cf. lect.vnt, not. p.

* *nemonstr. a nh. '~*m' F°'*

* Num. seq.

· c: *hae duae* prop'

' acdiklmo et p. *rn. xs: praesuppos.;BQ.:propo-*

· Lect. vet™, ' *. *positum;-»*

* i: *ut quia;* cqr: quod'

' codd.-P: *an-*

β

-codd.-p; oP«-nat,onem·

-cf. kct.v, n.4.

*chi om. ve/.-c: et maxme·

' Codd., exc. n.-av^oS. ei.

y

ê«“c.cx codd·'

a) *Demonstrationes fieri possunt* etc. – Cod. A: *demonstrationes possunt feri; hic movet quaestionem an in demonstrationibus in infnitum possumus procedere. Et circa hoc duo facit·, primo, movet* etc.

β) *Ostendit quantum* etc. – A: *ostendit differentiam quantum ad praedictam;* ct *praedictam* etiam codd. CEORS.

γ) *Sed tamen non videatur habere medium.* – Haec s. Thomae expositio est iuxta latinam versionem lectioni praefixam: *ct si est aliquod in veritate eorum, quae sunt A B, medium, videtur autem non; per hoc syllogiqans, syllogiqatus est dialectice.* Sed haec lectio non est conformis textui graeco: qui non habet: δοχεῖ δέ **pQivat,** *videtur autem non esse,* sed, *videtur autem esse,* δοχεῖ δέ εἶναι. Negatio vero quae apponitur in secunda parte versionis, omittitur in priori parte: nam ubi Aristoteles dicit: ὡστ' εἰ χαι ρὴ εστι τι τ5; αλήθεια των Λ Β ρέσον, *quare et si non est* etc., versio nostra habet: *quare et si est* etc., ὡστ' εἴ χαι εστι. Codices autem et κα'ι ρὴ εστι... δοχέῖ δε εἶναι, et χαι ?στι... δοχε“ δε ρὴ εἶναι legunt, uti referunt Bekkerus (*Poster. Analytic.,* cap. xix. Ed. Acad. reg. Boruss. Opp. Aristot. Vol. I, pag. 81, col. 2) et Waitz *{Organon* etc., P. it, pag. 28).-Editio Opp. Arist. Basileae (153g, pag. 72, lin. 47–8) habet χαι εστι.. . δοχε~ δε ρὴ εἶναι; et ita Du-Vallius in Opp. Arist. Ed. Paris. 1654, Tom. 1, *Poster. Analytic.,* lib. 1, cap. xix, n. 4, pag. 212; item Pacius, Opp. Arist. Tom. I, Poster. *Analytic.,* lib. I, cap. xvi, pag. 204-5' (Aureliae Allobrogum, 1607). Hos seqv'tur Waitz Op. et loc. cit. – Tgitur versio, *et si est aliquod... medium, videtur autem non,* secundum quam est s. Thomae expositio, est conformis edd. praecitatis nec contra se habet codices: quippe quod ex his alii unam alii alteram lectionem praebent. Philoponus in hunc locum item favet aperte huic versioni; ait enim: Ἐάν ἀρεσοι ρὴ ωσι, δοχώσι δὲ τω πσοσδιαλεγορ'νω αρεσιο εἰναι, οὐδέν ἠττον ὁ τοιοῦτο διαλεχτιχώ συλλογίζεται: Si autem (propositiones) immediatae non sint, appareant tamen disputanti immediatae esse, nihilominus dialectice syllogizatur (Ed. Aldi Manutii pag. 122. – Venetiis 1 Soq).

Si una et altera lectio in se consideretur, veritate, meo quidem iudicio, neutra caret. Etenim ut demonstratio locum habeat, pariatque in nobis *scire,* hoc est certam ac firmam adhaesionem rei syllogizatae, necesse est ut propositiones, ex quibus demonstratio ipsa procedit, sint non solum immediatae quoad se, sed etiam immediatae quoad nos (Cf. lect. iv, n. 14, seqq.). Igitur si aliquis putet propositiones assumptas ad syllogizandum non esse immediatas, quae tamen secundum veritatem sunt immediatae, syllogismus erit dialecticus, non in se, sed quoad syllogizantem, qui cum sit persuasus ex probabilibus ratiocinari, nonnisi probabilem conclusionem inferre credere potest: erit nempe in hac hypothesi conclusio ontologice demonstrativa, et dialectica subiectivc. Et iste est sensus lectionis quam Bekkerus et Didot adoptant: εἰ χαι ρὴ εστι τι τὴ αλήθεια των Λ Β ρ'σον, δοχεῖ δέ εἰναι (Cf. Alb. Magn. in I *Poster.,* Tract, *tv,* cap. vut, pag. 678).- Praeterea si aliquis existimet propositiones assumptas esse immediatas, quae tamen talçs non sunt, non

δ se nota ; hoc sufficit dialectico *, nec inquirit aliud
• codd.-P-*nia.* medium, licet propositio sit mediata, et, ex ea* syllogizans, sufficienter * perficit dialecticum syl-
• *suffic.* om. c. logismum. Sed syllogismus demonstrativus ordinatur ad scientiam veritatis; et ideo ad demonstratorem pertinet, ut procedat ex his, quae sunt secundum rei veritatem immediata. Et si occur-
• Codd.-pi: oc- rat * ei mediata propositio, necesse est quod probet eam per medium proprium, quousque de-
'Cf.iect.iv,n.i4. veniat ad immediata *, nec est contentus probabilitate propositionis.

5. Deinde cum dicit: *Habet autem se sic* etc., manifestat quod dixerat, dicens quod hoc, quod dictum est ‘, quod demonstrator *ad veritatem ex his quae sunt* procedit, sic se habet ut dicetur.
* hnor : *aliquo.* Invenitur enim aliquid, *quod de alio* * *praedica-*
**Hoc* ex codd. *tur, non secundum accidens,* et hoc * exponit
* Codd., exc. i.~p : *dicens.* per affirmativam, ostendens * quid praedicetur
* Codd. (exc. ag): *autem.* *secundum accidens.* Dupliciter enim * aliquid praedicatur *secundum accidens:* uno modo, quando subiectum praedicatur de accidente, puta cum dici-
ς mus, *Album est homo;* alio modo dissimiliter ς, quando accidens praedicatur de subiecto, sicut cum dicitur, *Homo est albus.* Et differt hic modus a primo, quoniam hic, quando accidens praedica-
• a : *dicitur.* tur * de subiecto, dicitur, *Homo est albus,* non quia aliquid alterum sit album, sed quia ipse homo est albus: et tamen est propositio per accidens, quia album non convenit homini secundum pro-
•Cf.lect.x, not.£. priam rationem *. Non** enim ponitur in definitione
·* Codd.-P: *Neque.* eius, neque e converso. Sed quando dicitur, *Album*
* Codd., exc. 1,-p om. *hoc.* *est homo,* hoc * non dicitur, quia esse hominem insit albo, sed quia esse hominem inest subiecto albi,
‘ Cf. lect. xxxm, n. 4. cui scilicet accidit esse album *. Unde hic modus est magis remotus a praedicatione *per se,* quam primus. Sunt autem quaedam, quae neutro istorum modorum per accidens praedicantur *; et
* c.·*ponuntur,* et ita infra. ista dicuntur *per se.* Et talia sunt, ex quibus de-
‘ Cf. lect. xiv. monstrator procedit *. Sed hoc dialecticus non re-
* BCGiosT.-p : *ita* ‹Cf. lect. xxxv); Q : *ibi.* - bco : *ponitur.* quirit, et ideo quaestio, quae infra * proponitur de huiusmodi quae *per se* praedicantur, non habet locum in syllogismis dialecticis, sed solum in syllogismo demonstrativo.

6. Deinde cum dicit: *Sit igitur C huiusmodi* etc., movet quaestiones intentas. Et circa hoc duo facit: primo, movet quaestiones in qpibus locum habent; secundo, ostendit in quibus locum non habent; ibi: *Sed in convertentibus* * etc. Circa pri- * Num. 13.
mum duo facit : primo, movet quaestiones in demonstrationibus affirmativis; secundo, ostendit quod hae quaestiones similiter locum habent in demonstrationibus negativis ; ibi : *Similiter autem dico et in privativis* * etc. Circa primum duo facit: 'Num. 12.
primo *, movet quaestiones; secundo, ostendit ad 'Codd.-r: in-
quid huiusmodi quaestiones pertineant; ibi: *Est autem hoc intendere* * etc. * Num. π.

7. Circa primum movet tres quaestiones secundum tres terminos syllogismi. Et primo, movet quaestionem ex parte * *maioris* extremitatis, utrum • *Ex parte* ex codd.- Cf. n. seq.
sit abire in infinitum ascendendo *. Et in hac * Codd. - pn : *in ascend.* - Cf. n. seq.
quaestione supponitur ultimum subiectum, quod non praedicatur de alio, et alia praedicantur de ipso. Sit ergo hoc C, et in C primo et immediate sit B, et in B sit E quasi de eo universaliter praedicatum, et iterum F * sit in E similiter de * ABDEHKLNOS , p. m. c, et s. m. l : *et iter. C.* Sed nonrecte.Cf.text. - g : *et iter. D in E.*
eo universaliter praedicatum. Est ergo quaestio ’: utrum iste ascensus alicubi stet, ita scilicet * quod
η * *Scilicet* ex codd., exc. l.
sit devenire ad aliquid quod praedicetur de aliis universaliter, et nihil aliud praedicetur de ipso ; aut hoc non sit necesse, sed contingat ascendere in * infinitum? * c : *usque in.*

8. Secundo, ibi : *Et iterum si de A quidem* etc., movet quaestionem ex parte minoris termini, utrum scilicet sit ire in infinitum descendendo. Et in hac quaestione supponitur esse * aliquod * *Esse* ex codd., ▾BDEH:
primum praedicatum universale, quod de aliis praedicetur, et nihil sit universalius eo, quod praedicetur dc ipso *. Sit ergo A tale, quod nihil de · codd.-w: ed. ·I: ;P,0.
eo* praedicetur sicut totum universale de parte, A vero praedicetur de C primo * et immediate, *Praed.'et|pffmo.*

erit demonstratio sed syllogismus dialecticus. Et huic sensui respondet altera lectio edd. citt. et nostrae latinae versionis: ει χαι εστι τι τη αλήθεια των AB μέσον, δοχεῖ δέ μή ειναι. Et haec lectio, ut mihi videtur, longe melior est illa, quam Bekkerus adoptavit. Etenim Aristoteles immediate addit: προ δ* αλήθειαν έκ των ὑπαρχόντων δε“ σχοπεΤν, *ad veritatem autem ex his quae insunt oportet attendere,* seu ut Pacius vertit : lis vero, qui ad veritatem suas conferunt probationes, quid in ipsa re sit perpetuo spectandum. Et sane, veritas obiectiva est mensura veritatis nostrae subiectivae, non viceversa (Cf. I *Perih.,* lect. tu, n. 7, et not. η); proindeque cum scire sit rem perfecte, hoc est in seipsa cognoscere, ex his quae sunt vera et per se nota quoad se, instituenda est demonstratio, non autem ex his quae talia nobis videntur et non sunt; ut sic procedendo a veris et notioribus quoad se et quoad nos (Cf. cit. lect. rv, n. 14, seqq.) habeatur conclusio ontologice et psychologice certa, ex principiis ontologice veris deducta (Cf. Philopon., Op. et loc. cit.).

Waitz (Op. et loc. cit.) legit: δοχε“ δέ μή, ὁ διά etc., deleto scilicet ειναι post μή. Addit in scholiis, pag. 348: ‹ Nos delendum putavimus » ειναι, quum facilius aliena manu addi quam eiici potuisse videatur: » nam eiiciendi iusta causa cogitari vix potest. » – In nostra versione ειναι revera non apponitur, *videtur autem non;* sed utrum delendum sit in textu Aristotelis, iudicent sapientiores. Ceterum res nullius momenti est.

δ) *Hoc sufficit dialectico* etc.—1: *et hoc;* Codd. (exc. GH1R): *sufficiet,* et (exc. GR): *nec inquiret;* G: *haec sufficiant dialectico, nec* etc.-Infra *{Sed syllogismus demonstrativus* etc.), legimus cum codicibus (exc. I): *et ideo;* et cum BCDKLMNQRS: *ad demonstratorem... procedat ex his :* haec enim lectio manifeste traditur ab ipso s. Thoma in principio seq. num.-P: *ideo* (om. *et) ad demonstrationem... procedat ex veris.*

ε) *Quod hoc, quod dictum est.* – Cod. I omittit haec verba, et infra cum G transponit verba, *ad veritatem:* G enim legit: *demonstrator ex his, quae sunt secundum veritatem immediata, procedit*;1: *demonstrator ex his, quae sunt secundum veritatem, procedit* (Cf. textum).—Codd. MO habent lectionem, quam cum P et aliis codd. retinemus ; attamen M legit: *quae sunt per se procedit;* O: *quae sunt immediata procedit.*

ζ) *Alio modo dissimiliter.* – Cod. H: *alio autem modo;* G: si *dissimiliter;* ABCDEHIKQRS: *modo dissimili,* et in marg. A legitur, *vel contrario.*

η) *Est ergo quaestio* etc. – Adverte quod sicut praemissum est in superiori numero, quaestiones istae moventur directe quoad demonstrationes affirmativas (de quaestionibus enim in negativis agitur infra n. 12). In affirmativis autem, quoties agitur de propositionibus mediatis probandis, ad primam figuram recurrendum est (Cf. lect. xxvi,n.4,et not.ijj. Ergo quaestiones istae moventur revera quoad demonstrationes affirmativas in prima figura. Haec autem, ut non semel dictum est, invariatam habet hanc formam:

A est B;
C est A;
C est B.

Porro si B supponatur quod ita sit praedicatum de A in hoc syllogismo, ut in alio possit esse subiectum universalioris praedicati, puta E, (et idem dicatur de A respectu C) fieri iterum posset iste syllogismus: B est E; C estB; C est E. Quod si iterum E non sit solummodo praedicatum, sed assumi possit ut subiectum alicuius propositionis, habebitur E est F etc. Ergo aut necesse est dari aliquem terminum in syllogismo, puta F, aut per F est G. G est H, etc., est abire in infinitum X. Et haec est prima quaestio. – Dicitur autem iste processus *ascensus,* quia cum in affirmativis praedicatum ex vi propositionis sit supra, seu magis universale, quam subiectum, quando quaeritur praedicatum de maiori extremitate, quae ex hypothesi facta est subiectum, revera quaeritur incessanter aliquid semper magis universale, quam ipsa maior extremitas (Cf. lect. seq. n. 2). Praemittitur supponi in hac quaestione ultimum subiectum, quod ita est subiectum, ut non sit praedicatum : nam de hoc, seu de minori extremitate, ponitur secunda quaestio.

et C de I, et I de B. Est ergo quaestio: utrum necesse sit hic 0 descendendo stare, aut contingat in infinitum ire?

9. Et ostendit consequenter differentiam harum duarum quaestionum, quia in prima quaestione quaerebatur; si * aliquis incipiat a particularissimo subiecto, quod nulli inest per modum quo totum universale inest parti *, sed alia insunt ei, utrum contingat procedere in infinitum ascendendo?– Secunda vero quaestio est: si aliquis incipiat ab universalissimo praedicato, quod praedicatur * de aliis sicut totum universale de parte, et nihil hoc modo praedicatur de illo, utrum contingat descendendo procedere in infinitum?

10. Tertio, ibi: *Amplius media* etc., movet tertiam quaestionem ex parte medii termini. Et in hac quaestione supponuntur duo extrema determinata *, scilicet universalissimum praedicatum, et particularissimum subiectum; et quaeritur cum hoc *, utrum possint ** esse infinita media: puta, si A sit universalissimum praedicatum, et C sit particularissimum subiectum, et inter A et C sit medium B, et inter A et B iterum sit aliud *, et similiter inter B et C, et horum etiam mediorum sint alia media, inter ipsa scilicet et extrema, tam ascendendo quam descendendo. Est ergo quaestio x: utrum hoc possit procedere in infinitum, aut hoc sit impossibile?

11. Deinde cum dicit: *Est'autem hoc intendere* etc., ostendit ad quid tendant huiusmodi quaestiones; in quo declaratur quod huiusmodi quaestiones pertinent ad materiam, de qua nunc agitur, scilicet ad demonstrationes. Dicit ergo quod intendere inquisitioni veritatis l in istis quaestionibus idem est ac si quaeratur, utrum demonstrationes procedant in infinitum, vel ascendendo vel descendendo. Ascendendo quidem, ita quod quaelibet * propositio, ex qua demonstratio procedit, sit demonstrabilis per aliam priorem demonstrationem; et hoc est quod subiungit, *et si est*demonstratio omnis,* idest cuiuslibet propositionis. Quod quidam existimantes, circa principia erraverunt, ut* dicitur in IV *Metaphysicae* *. Descendendo autem, si ex qualibet*propositione demonstrata**contingat iterum ad aliam demonstrationem posteriorem procedere. Et hoc est unum membrum dubitationis, si demonstrationes in infinitum procedunt*, vel descendendo vel ascendendo. Aliud autem membrum dubitationis est, si demonstrationes ad*invicem terminantur, ita scilicet quod una demonstratio confirmetur per aliam ascendendo, et ex una demonstratione procedat alia descendendo, et hoc usque ad aliquem terminum.

12. Deinde cum dicit: *Similiter autem dico* etc., ostendit quod praedictae dubitationes habent locum etiam in demonstrationibus negativis, quia demonstratio negativa oportet quod utatur propositione affirmativa, in qua subiectum conclusionis contineatur sub medio, a quo * praedicatum conclusionis removeatur. Secundum ergo quod est ascensus et descensus in affirmativis, oportet quod sit ascensus et descensus in negativis syllogismis, et propositionibus; ut puta si conclusio demonstrativi syllogismi sit, *nullum C est A,* et accipiatur sicut medium B, a quo A removeatur*. Est ergo primo considerandum utrum A removeatur a B primo, sive immediate, aut sit aliquod*medium accipere, a quo primo removeatur A quam a*B, puta si prius removeatur ab I **, quod oportet universaliter praedicari de B; et iterum erit considerandum utrum A removeatur ab aliquo per prius quam ab 1*, scilicet a T, quod praedicatur universaliter de I. Ita ergo et * in his potest * procedi in infinitum in removendo, ut semper sit aliquid * accipere, a quo per prius removeatur, vel oportet alicubi stare

P

0) *Necesse sit hic descendendo* etc. – P: *necesse sit hoc in C descendendo* etc. Codd. BCDE1LMNQRST: *necesse sit hic,* et omnes omittunt *in C.* – Sit syllogismus supradictus: Λ est B; C est A; ergo C est B. Si C ita est subiectum B, ut sit etiam praedicatum alterius subiecti D, fieri potest syllogismus: D est C; E est D; E est C. Quod si E non est solummodo subiectum, habebitur F est E, etc. Ergo aut necesse est stare in ultimo subiecto, puta G, quod ita est subiectum de quo cetera praedicantur, ut nullius alterius subiecti possit esse praedicatum, aut per F est E, per G est F, per H est G, etc., est abire in infinitum X. Et haec est secunda quaestio. Dicitur autem processus iste *descensivus* ob rationem oppositam illi, quae fuit assignata quoad processum ascensivum. Hic enim quaeritur de ultimo subiecto, quod in affirmativis est infra, seu minus universale quam praedicatum. Supponitur autem in hac quaestione dari ultimum praedicatum, quod ita sit praedicatum, ut non sit subiectum.

t) *Iterum sit aliud* etc.- Codd. CS om. *iterum*. Cum codd., exc. OR, legimus *aliud;* P: *aliquod;* GH: *aliud medium;* O: *aliquid;* R om. Absurde A legit *tertia* loco τον *iterum;* I: *utrum;* T: *interim*.-Praeterea O om. seq. *similiter.-P: mediorum sunt alia;* T: *sicut alia*.- EIO: *scilicet extrema;* G vero om. *et* extrema. – Denique A: *utrum hic possit procedi in* etc.-P: *aut impossibile sit hoc;* quae verba R om., sicut M om. *hoc.*

x) *Est ergo quaestio* etc.-Medius terminus est unus ex tribus requisitis ad syllogismum, et ideo de ipso etiam eadem quaestio movetur. Complicatior autem videtur haec tertia quaestio, quia medius terminus bis sumitur: attamen, quia in una praemissarum est subiectum et in altera praedicatum, aliquam analogiam praeseferre videtur cum praecedentibus. Sit syllogismus: A est B; C est A; C est B. Si B in maiori non inest immediate τω A, et A non inest immediate τω C, alia media sunt assumenda, puta D, E, quae erunt inter primum medium A et extrema B, C. Videlicet:)·, D est B; A est D; A est B,—2·, E est A; C est E; C est A. Supposito ergo in prioribus quaestionibus quod stetur in universalissimo praedicato et particularissimo subiecto, quaeritur utrum D sit ultimum medium A-B, et E ultimum medium C–A; vel sint alia et alia semper media, puta F, G, H, etc., et sic in infinitum X. Est tertia quaestio. Processus iste est simul ascensus et descensus, secundum quod medium praedicatur in una praemissarum, et in altera subiicitur.

λ) *Quod intendere* etc.-Cod. A: *quod inquisitio veritatis;* CDET: *quod intendere inquisitionem veritatis;* I: *quod intend, ad acquisitionem ver.;* M: *quod intend, acquisitionem ver.;* Q: *quod attendere in quaestionem ver.*

p) *Ita ergo et in his* etc.-Non abs re erit transcribere quae in hunc locum Aristotelis habet b. Albertus Magnus in l *Poster.,* Tract, iv, Cap. ix, ed. cit. pag. 5yg: « Similiter autem est, *inquit,* in negativis propositionibus » et syllogismis quantum ad tertiam quaestionem, quae est de mediis; » quia quantum ad extrema est dissimile. Extrema enim a superiori de· » scendendo non negantur, sed praedicantur de inferioribus; et ideo non » quaeritur an extrema in negativis sint infinita? Sed quaeritur an media » infinita sint? Ut si dicam quod A inest omni B; et iterum A sit in » alio priori, ut si hoc sit C, quod sit in omni 1: quia sicut est in affir- » mativis, quod id secundum se inest, quod non inest per aliud medium » (Cf. lect. xxv), n. 5, seqq.); ita est quod id secundum se negatur, quod » non habet aliud superius propter quod negetur de alio. Sicut si dicam » quod homo non est linea, quia linea non est animal; et non est animal, » quia non est animatum; et non est animatum, quia non est substantia. › Et namque in his quaeritur, utrum infinita sunt in quibus sic non » inest inferiori, quia negatur a superiori; aut statur in aliquo, a quo sicut » supremo immediate negatur et gratia sui ipsius, ita quod non per aliud, » a quo sicut priori negetur? Unde quidam libri habent sic. Et si A » non inest in B, nulli autem primo, aut erit aliquid infra, cui priori non » inest, ut si est proprium C quod in B est omni, et iterum hoc in alio » etiam priori, ut si C est quod est in omni I; et namque aut infinita » sunt quibus non inest prioribus, aut statur? Et haec litera melior est, » et est translatio loannis a graeco facta, sicut translatio Boethii. »

loannes, de quo hic explicitam mentionem facit b. Albertus, e graeco

0 necesse sit hic] *necesse sit hoc in C descendendo* etc. Codd. BCDE1LMNQRST: *necesse sit hic,* et omnes omittunt *in C.* – Sit syllogismus supradictus: Λ est B; C est A; ergo C est B. Si C ita est subiectum B, ut sit etiam praedicatum alterius subiecti D, fieri potest syllogismus: D est C; E est D; E est C. Quod si E non est solummodo subiectum, habebitur F est E, etc. Ergo aut necesse est stare in ultimo subiecto, puta G, quod ita est subiectum de quo cetera praedicantur, ut nullius alterius subiecti possit esse praedicatum, aut per F est E, per G est F, per H est G, etc., est abire in infinitum X. Et haec est secunda quaestio. Dicitur autem processus iste *descensivus* ob rationem oppositam illi, quae fuit assignata quoad processum ascensivum. Hic enim quaeritur de ultimo subiecto, quod in affirmativis est infra, seu minus universale quam praedicatum. Supponitur autem in hac quaestione dari ultimum praedicatum, quod ita sit praedicatum, ut non sit subiectum.

* Codd. : *utrum si.*

* Codd., exc. d.-p: *est in parte.* - g: *alia multa.*

* Codd., exc.co.-p: *praedicetur.*

• Codd.- a: *ordinata ; ph* om.- Cf. text.

* *Cum hoc* om.B. “ Codd,- p: *possunt.*

λ

* g: *quaecunque.*

* *Est* ex codd., exc. gist. - Cf. text.

’Codd, - p: *sicut.*

* Comm. s. Th. lect. xv et xvi. - Ed.Did. lib.III, cap. vi, nn. l et 2, et cap. vu, n. 8.

* Codd. - p: *aliqua.*

** agkr et s. m. d: *demonstrativa;* o: *mediata.*

* ABiLMN: *procedant;* o: *procederent.*

* ad: *ab;* o om.

* lr.–pe: *et quo ;* alii codd.: *et a quo.*

* Codd. (exc. ghim): *removetur.*

‘acdlmnost.–p: *aliud;* bghikr: *aliquid;* eq: *aliquem.*

1 GLMQT om. *a.*

** Codd., exc. Deoq,- p; *a C;* g: *ab A.*

• Codd. – p: *ab aliis, scit.*

* g: *quod.*

* g: *poterit,* et ora. *in* ante *remov.*

• *'Aliquid* ex codd., exc. r.

eiaedd'"PR: Λ' ■‹iuia om. i.

13. Deinde cum dicit: *Sed in convertibilibus* etc., ostendit in quibus praedictae*quaestiones locum non habeant. Quia*in his, quae aequaliter de se invicem praedicantur et convertuntur ad invicem, non est accipere aliquod prius et posterius secundum illum modum, quo prius est, a quo non convertitur consequentia essendi, prout universalia sunt priora; quia sive praedicata sint infinita, ita scilicet quod procedatur in infinitum in praedicando, sive sint infinita ex utraque parte, idest tam ex parte praedicati quam ex parte subiecti, omnia huiusmodi infinita similiter se habebunt ad omnia; quia quodlibet eorum poterit praedicari de quolibet, et subiici cuilibet convertibilium. Nisi solum quod potest esse talis differentia, quod unum eorum praedicatur ut accidens, et aliud praedicatur sicut praedicamentum, idest sicut substantiale praedicatum. Et haec est differentia proprii et definitionis, quorum utrumque est convertibile; et tamen definitio est praedicatum *essentiale,* et propter hoc est prius naturaliter *proprio,* quod est praedicatum accidentale. Et inde est quod in demonstrationibus ν utimur definitione quasi medio ad demonstrandum *propriam* passionem de subiecto *.

*male.

"«»·-r-.jor·

, ν

n CJC lett· xl"·)

vertit nonnulla Aristotelis opera, inter quae, teste eodem Alberto, *Posteriora Analytica;* sed an sit Ioannes de Basingstoke, vel alius homonymus, incertum relinquit A. Iourdain (Recherches critiques sur l'âge et l'origine des traductions latines d'Aristote, cap. II, § π, pag. 56, seqq. et §ui, pagg. 62-3." Paris 1819). Porro haec versio Ioannis neque eadem est cum versione Boethii, neque cum nostra; quae omnes cum textu haud satis cohaerent. S. Thomas exponit: accipiatur sicut medium B, a quo A removeatur (nempe: οἱον εἰ τὸ Α ρἠ υπάρχει τω Β μηδενί): est ergo primo considerandum utrum A removeatur a B primo, sive immediate (ἠτοι πρὠτω), aut sit aliud medium accipere, a quo primo removeatur A quam a B (ἠ εσται τι μεταξύ ω προτίρω ούχ υπάρχει), puta si prius removeatur ab I, quod oportet universaliter praedicari de B (οἱον ει το Η, δ τω Β ὑπάρχει παντὶ); et iterum erit considerandum utrum A removeatur ab aliquo per prius quam ab I, scilicet a T, quod praedicatur universaliter de 1 (χαι πάλιν τούτου ?τι ἀλλω προτίρω (supple ούχ υπάρχει), οἱον εἰ τὸ Θ, δ τω II παντὶ υπάρχει.) Perspicua est haec s. Thomae expositio, quae dici potest versio ferme literalis textus Aristotelis. Quod sane argumento esse potest ad affirmandum textum graecum innotuisse Aquinati.

ν) *In demonstrationibus* etc. – BCDEGKLNQRST: *in demonstrativis;* M: *in demonstrativis scientiis.* – Cum G1 legimus, *utimur;* P: *utuntur.*

LECTIO TRIGESIMASECUNDA

DUBITATIO QUAE EST DE PROCESSU IN INFINITUM IN MEDIIS REDUCITUR AD DUBITATIONEM QUAE MOVETUR DE EXTREMIS. ITEM DUBITATIO QUAE EST DE PROCESSU IN INFINITUM IN DEMONSTRATIONIBUS NEGATIVIS REDUCITUR AD DUBITATIONEM QUAE EST DE AFFIRMATIVIS

Ὅτι [λεν οὺν τὰ [λεταξὺ οὺκ ενδέχεται ἀπειρα εἰναι, εἰ επἰ το κάτω καἰ το ἀνω ἰστανται αἰ κατηγορία!, δηλον. Λέγω δ' ἀνω ριέν την επἰ τὸ καθόλου [ἴἀλλον, κάτω δέ την επἰ τὸ κατά [λερὸ .

Εἴ γάρ τοῦ Α κατηγορουμένου κατά τοῦ Ζ ἀπειρα τα [λεταξύ, ἐφ' ὠν Β, δηλον βτι ἐνδε'χοιτ' αν ὠστε καἰ απὸ τοῦ Α ἐπἴ τὸ κάτω ἑτερον ετέρου κατηγορεϊσθαι ει ἀπειρον (πριν γάρ ἐπἴ τὸ Ζ ἐ'λθεἴν, ἀπειρα τά [λεταξυ) καἰ απὸ τοῦ Ζ ἐπἰ τὸ ἀνω ἀπειρα, πριν ἐπἴ τὸ Α ἐλθεἴν. "Ωστ' εἴ ταὺτα ἀδυ'νατα, καἰ τοῦ Α καἰ Ζ αδὺνατον ἀπειρα εἰναι [λεταξυ.

Ουδέ γάρ εἴ τι λέγοι οτι τά [λεν ἐστι τών Α Β ἐχόιιενα ἀλληλων ὠστε [λη εἰναι [λεταξυ', τά δ ουκ ἐστι λαβεἴν, ούδέν διαφέρει. "Ο γάρ αν λάβω τών Β, ἐσται πρὸ τὸ Α η πρὸ τὸ Ζ η ἀπειρα τα [λεταξυ η οὺ. Ἀφ' ού δη πρώτον ἀπειρα, εἴτ' ευθύ εἰτε [λη ευθύ , ούδέν διαφέρει· τά γάρ ρ.ετά ταὺτα ἀπειρά ἐστιν.

Φανερόν δέ καἰ ἐπἰ τη στερητική ἀποδείξεω ὀ'τι στη'σεται, εἴπερ ἐπἰ τη κατηγορικη ἰσταται ἐπ' ἀ[λφότερα. "Εστω γάρ [λη ἐνδεχόριενον [λητέ επἰ τὸ ἀνω ἀπὸ τοῦ ὑστάτου εἰ ἀπειρον ἰέναι (λέγω δ' ὑστατον δ αὐτὸ [ἴέν ἀλλω [ληδενἰ ὑπάρχει, ἐκείνω δέ ἀλλο, οἰον τὸ Ζ) [λητέ απὸ τοῦ πρώτου ἐπἰ τὸ ὑστατον (λέγω δέ πρώτον δ αὐτὸ [λέν κατ' ἀλλου, κατ' εκείνου δέ [ληδέν ἀλλο)· ει δη ταὺτ' ἐστί, καἰ ἐπἰ τη αποφάσεω στη'σεται.

Τριχώ γάρ δεἰκνυται [λη ὑπάρχον. Ἤ γάρ ω ριέν τὸ Γ, τὸ Β ὑπάρχει παντί, ω δέ τὸ Β, ούδενἰ τὸ Α. Τοὺ ριέν τοίνυν Β Γ, καἰ ἀεἰ τοὺ ετέρου διαστη'ριατο , ανάγκη βαδίζειν ει ἀρ,εσα· κατηγορικόν γάρ τούτο το διάστηρια. Το δ' ἑτερον δηλον οτι εἴ ἀλλω ούχ υπάρχει προτέρω, οἰον τω Δ, τούτο δεησει τω Β παντί ὑπάρχειν. Καἰ εἴ πάλιν ἀλλω του Δ προτέρω ούχ ὑπάρχει, ἐκεἴνο δεη'σει τω Δ παντί ὑπάρχειν. "Ωστ' ἐπεἰ η ἐπἰ τὸ κάτω ἰσταται οδὸ , καἰ ἡ ἐπἰ τὸ ἀνω στη'σεται, καἰ ἐσται τι πρώτον, ω ούχ ὑπάρχει.

Πάλιν εἴ το ριέν Β παντί. τω Α, τω δέ Γ [ληδενἰ, τὸ Α τω Γ ούδενἰ ὑπάρχει. Πάλιν τούτο εἴ δει δεἴξαι, δηλον οτι η διά τοὺ ἀνω τρόπου δειχθησεται η διά τούτου η τοὺ τρίτου. Ὸ ριέν ούν πρώτο εἴρηται,·ὸ δέ δεύτερο δειχθησεται. Ούτω δ' αν δεικνυοι, οἰον οτι τὸ Δ τω [λεν Β παντί ὑπάρχει, τω δέ Γ ούδενί, εἴ ανάγκη ὑπάρχειν τι τω Β. Καἰ πάλιν ει τούτο τω Γ ρ.η ὑπάρξει, ἀλλο τω Δ υπάρχει, δ τω Γ ούχ ὑπάρχει. Ούκοὺν ἐπεἰ τὸ ὑπάρχειν ἀεἰ τω ανωτέρω ἰσταται, στησεται καἰ τὸ ριη ὑπάρχειν.

Ὸ δέ τρίτο τρόπο ην εἴ τὸ ριέν Α τω Β παντί ὑπάρχει, το δέ Γ [λη ὑπάρχει, ού παντί ὑπάρχει τὸ Γ ω τὸ Α. Πάλιν δέ τούτο η διά τών ἀνω ειρηριένων η ὀ'Λοίω δειχθησεται. Ἐκείνω μ.έν δη' ἰσταται, εἴ δ' ούτω, πάλιν λη'ψεται τὸ Β τφ Ε ὑπάρχειν, ω τὸ Γ μη παντί ὑπάρχει. Καἰ τούτο πάλιν ομοίω . Ἐπεἰ δ' ὑπόκειται ἰστασθαι καἰ ἐπἰ το κάτω, δηλον οτι στη'σεται καἰ το Γ ούχ ὑπάοχον.

Φανερόν δ' οτι καἰ ἐαν ρηι μια ὁ&ω δεικνυ'ηται ἀλλα πάσαι , ὁτέ ριέν ἑκ τοὺ πρώτου σχήματο , ὁτέ δέ ἑκ τοὺ δευτέρου η τρίτου, ὁτι καἰ ούτω στη'σεται· πεπερασμένα! γάρ εἰσιν αἰ οδοἰ , τά δέ πεπερασριένα πεπερασμενάκι ανάγκη πεπεράνθαι πάντα. "Οτι ριέν ούν ἐπἰ τη στερησεω , εἴπερ καἰ ἐπἰ τοὺ ὑπάρχειν, Ἰσταται, δηλον.

* Quod quidem igitur non contingit media infinita esse, si in sursum et deorsum stent praedicamenta, manifestum est. Dico autem sursum quidem quod in universale magis est, deorsum autem quod in particulare. * Cap- xx. Seq. text. 34.

Si enim A praedicante de C infinita sunt media, in quibus est B, manifestum est quod contingit utique ut ab A in deorsum alterum de altero praedicari contingit in infinitum (antequam enim in C veniat, infinita sunt media), et a C in sursum infinita, antequam in A veniat. Quare si haec impossibilia sunt, et ipsius A et C impossibile est infinita esse media.

Neque enim si aliquis dicat, quod haec quidem, quae sunt ABC, habita sunt ad invicem, ut et non sint media, illa vero non esse accipere, nihil differt. Quodcunque enim utique accipio eorum quae suntB, erunt ad A, aut ad C, aut infinita media aut non. A quo iam sunt primum infinita, sive statim, sive non statim, nil differt: quae enim sunt post haec, infinita sunt.

* Manifestum est autem et in privativa demonstratione quoniam statur, si quidem in praedicativa statur in utrisque. Sit ab ultimo enim non contingens neque in sursum ab eo, in quo statur, in infinitum ire (dico autem in quo statur, quod ipsum quidem in alio nullo est, sed in illo aliud, ut Z); neque a primo in id, quod est in ultimum (dico autem primum, quod ipsum quidem de alio, sed de illo nullum aliud); si igitur hoc erit, et in negatione stabitur. • Cap- XX'. Seq. text. *34-*

Tripliciter enim demonstratur non esse. Aut in quo quidem est C, B inest omni, sed in quo B, nulli inest A. Ipsius quidem igitur C B, et semper alterius spatii, necesse est ire in immediata : praedicativa enim haec est distantia. Sed alterum manifestum est, quod si in alio non est priori, ut in D, hoc indigebit in omni B esse. Et si iterum in alio ipso D priore non fuerit, illud indigebit in omni D esse. Quare, quoniam deorsum statur, et quae est in sursum stabitur, et erit quoddam principium, in quo non erit.

Iterum si B quidem in omni A, in C autem nullo, A in C nullo erit. Iterum, si haec oportet demonstrare, manifestum est quoniam aut per superiorem modum demonstrabitur , aut per hunc, aut per tertium. Primus quidem igitur dictus est; secundus autem demonstrabitur. Sic autem utique demonstratur, ut D in B omni est, in C autem nullo, si necesse est aliquid esse in B. Iterum, si hoc in C non erit, aliud vero in D est, quod in C non est. Igitur quoniam esse semper in sursum stat, stabit et non esse.

Tertius autem est: si A in B omni insit, C vero in nullo sit, non in omni sit C, in quo est A. Iterum autem hoc aut per superius dicta, aut similiter demonstrabitur. Illo autem modo statur; si vero sic est, iterum accipietur B in E esse, in quo C non in omni E. Et hoc iterum similiter. Quoniam autem concessum est stare et in deorsum, manifestum est quod stabit et in C quod non est.

Manifestum autem est quoniam, et si non una via demonstraretur sed omnibus, aliquando quidem ex prima figura , aliquando vero ex secunda aut tertia, quoniam et sic stabitur : finitae enim sunt viae ; finita autem finite multoties sumpta necesse est finiri omnia. Quod quidem igitur in privatione, si quidem et in esse, statur, manifestum est.

Synopsis. — 1. Argumentum et divisio textus. – 2. Quaestio de processu in infinitum ex parte medii reducitur ad quaestionem, quae movetur de extremis, et, ea soluta, solvitur. Ratio est, quia non possunt esse media infinita, si praedicata tum universalia *(in sursum)* tum particularia *(in deorsum),* nempe extrema, non sunt infinita. – 3. Probatur assertum: nam dato supremo praedicato, media in descendendo non possunt esse infinita, nisi supponatur quod non detur ultimum, seu infimum subiectum; viceversa, dato infimo subiecto, media in ascendendo non possunt esse infinita, nisi supponatur quod non detur primum, seu supremum praedicatum. – 4. Obiectio de medio inter quoscunque terminos dato. – 5. Haec obiectio non est ad propositum. Nam sive media coniungantur immediate sive mediate aliis, semper stat quod probatum est num. 3, nempe quod si media sint infinita, non datur neque supremum neque infimum praedicatum.– 6. Quaestio de processu in infinitum in demonstratione negativa reducitur ad quaestionem de processu in infinitum in demonstratione affirmativa. Ratio est: si in affirmativis demonstrationibus non est processus in infinitum, quia debet esse supremum praedicatum, quod ita est praedicatum ut non possit esse subiectum, et infimum subiectum, quod ita est subiectum ut non possit esse praedicatum; idem etiam dici debet quoad negativas demonstrationes. – 7. Probatur inprimis in syllogismo negativo in prima figura. – 8. Probatur idem in negativo syllogismo in secunda figura.-9. Et in tertia figura. – 10. Solvitur obiectio quoad transitum de una ad aliam figuram.

* AO non recte: *manifestavit.*

'T'ʏ M ostquam Philosophus movit * quae-
^^/^stiones, hic incipit eas determinare;

ct dividitur in duas partes. In prima /<££>Aparte, ostendit quod quarumdam dubitationum solutio reducitur ad solutionem aliarum. In secunda, solvit dubitationem quantum ad illa, in quibus per se et principaliter difficultas consistit; ibi: *Quod autem in illis, si logice** etc. Circa primum duo facit: primo enim * ostendit quod dubitatio, quae potest esse circa media, reducitur ad dubitationem, quae movetur de extremis, et, ea soluta, solvitur "; secundo, ostendit quod dubitatio, quae est circa negativas demonstrationes, reducitur ad dubitationem, quae est de affirmativis; ibi: *Manifestum est autem in privativis* * etc. Circa primum tria facit: primo, proponit quod intendit; secundo, probat propositum; ibi: *Si enim A praedicante*etc.',* tertio, excludit quamdam obviationem*; ibi: *Nec si aliquis dicat*** etc.

• Lect. seq. *Enim* om.λβο

α

• Num. e.

• Num. 3.

• 01: *dubitatio-*

??N\imCf4?·4'

2. Dicit ergo primo quod *manifestum est* si quis rationem sequentem consideret, quod *non contingit esse media infinita,* si praedicationes tam in *sursum* quam in *deorsum* stent in aliquibus * terminis, scilicet in summo praedicato et in infimo subiecto7. Et exponit quid sit procedere praedicationes sursum, et deorsum; et dicit quod *sursum* ascenditur*, quando proceditur ad magis universale, de cuius ratione est quod praedicetur: *deorsum* autem * proceditur, quando itur ad magis particulare, de cuius ratione est quod subiiciatur.

• b erroneе:

γ

'Am-.ascendunt,

exc. gk. °dd"

3. Deinde cum dicit: *Si enim A praedicante* etc., ostendit propositum per hunc modum*. Sit ita quod A sit summum praedicatum, et C sit infimum subiectum, et sint infinita media, quorum quodlibet vocetur B. Quia igitur A erat primum praedicatum, praedicabitur de aliquo medio sibi propinquiori, et iterum illud medium de alio medio * inferiori; et cum media sint infinita, sequitur quod in infinitum procedet praedicatio in descendendo, quod est contra positum. Ponebatur * enim quod non descendat praedicatio l in infinitum *. Similiter etiam si incipiamus a C, quod est infimum subiectum, procedetur ascendendo in infinitum antequam perveniatur ad A, quod etiam est contrarium posito. Si ergo haec sint * impossibilia, scilicet quod procedatur praedicando in infinitum'sursum vel* deorsum, sequetur quod impossibile'sit media esse infinita. Et ita patet quod quaestio de infinitate mediorum reducitur ad quaestionem de infinitate extremorum.

<iom.fer hunc modum·

s

· coda. - P: Po.

' 5

l cf. ie«. praec.

'Codd.iexc.cHN):

· codd. -r-.et.

4. Deinde cum dicit: *Neque enim si aliquis* etc., excludit quamdam * obviationem. Posset enim aliquis obviare, dicens * quod praedicta probatio procedebat *, ac si A B C, idest medium et extrema, ita se haberent, quod essent habita5 ad invicem, ita scilicet, quod inter ea non esset aliquod medium: sic enim definitur *habitum* in V *Physicorum* *,

-A: *praedictam;*

km

° -p:*fiocedat.*

. Cap.m,n.6.-

s' Th'

a) Ea soluta, solvitur,- **Cod. A: *solvitur* (marg. *et illa*)·, B: *solvitur quaestio.* — Notatu digna est methodus qua utitur Aristoteles. In praecedenti lectione movit quaestionem an in demonstrationibus sit possibile procedere in infinitum. Haec autem quaestio ex natura sua complexa est: nam demonstratio, cum sit syllogismus, constat ex maiori ac minori extremo et ex medio; insuper demonstratio est vel affirmativa vel negativa. Hinc plures quaestiones in illa prima includuntur, quarum aliae respiciunt demonstrationes, aliae vero sunt de terminis. At Aristoteles, antequam quaestionum solutionem quaerat, de earum connexione agit, ut multiplicitas ad unitatem reducatur, et ad eam vel eas, ex qua vel quibus aliae pendent, praecipue intendat. Hinc in hac lectione quaestionem de medio reducit ad quaestionem de extremis, et quaestionem de negativis ad quaestionem de affirmativis: videlicet ex omnibus quaestionibus nonnisi duae solvendae sunt, quibus solutis, aliae solvuntur. Hanc methodum sapientes constanter et sequuntur et inculcant: brevior enim est, ut patet, expeditior et magis scientifica; ac proinde per ipsam mens non divagatur, neque vires disperdit in dirimendis quaestionibus secundariis, sed tota est in dirimenda quaestione principali.**

β) *Dicit ergo primo quod* etc.- Codd., exc. OQR: *Dicit ergo primo manifestum esse, si* etc.; O: *Dicit ergo primo: manifestum est quod si* etc.

γ) *Et in infimo subiecto.—Codd.* ACERS om. *in;* IN: *et in summo subiecto;* GQ: *et in* (G om. *in*) *infinito subiecto;* T: *et in finito subiecto.* Sed patet ex lect. praeced. menda esse, *in summo, in infinito, in finito.* – *Subiectum* in logica dicitur id de quo aliquid affirmatur vel negatur; *praedicatum* dicitur illud quod affirmatur vel negatur de subiecto. In affirmativis autem propositionibus praedicatum, vi propositionis, est universalius subiecto, ut alibi dictum est (Cf. lect. xxvt, n. 4 et not. ζ). Ergo summum praedicatum illud erit quo universalius dari non potest, nempe illud quod affirmatur vel negatur de aliis, sed de quo, ut de subiecto, nihil affirmari vel negari potest. Ex opposito illud erit infimum subiectum, quod est sub omnibus universalibus, nempe, de quo praedicata affirmantur vel negantur, sed ipsum affirmari et negari non potest, ut praedicatum, de alio subiecto; cuiusmodi sunt substantiae primae (Cf. t *Perih.,* lect. x, nott. *a,* β). Hinc *ascensus* ad praedicata, *descensus* ad subiecta.

0) *Praedicabitur de aliquo medio sibi propinquiori,* etc. – Cod. B: *de alio medio;* CDHKOST: *sibi propinquissimo;* G: *medio proximo ei;* I: *de primo medio aliquo propinquissimo.* – *Codd.: et iterum illud.*- GI: *de altero medio inferiori, cum media* etc.; HKN: *de aliquo* etc.- AQR erronee: *sint finita.* – BG1K: in *infinitum procedat;* P: *in infin. procedit;* alii codd.: *procedet.* – Lectio supra adoptata, quae est omnium ferme codd., vera est et retinenda; perspicue enim complectitur ordinem descensivum, quem infinitum quoad *medios terminos* esse non posse intendit in hypothesi probare cum Aristotele s. Thomas. Editio P est incompleta: *praedicabitur de aliquo medio inferiori; ct cum media* etc.

ε) *Quod non descendat praedicatio* etc.- Cod. M om. *non;* P: *descendebat;* DELMT et p. m. S: *descendatur;* G: *ascendat;* N p. m.: *ostendatur,* s. m.: *ascendatur.* Alii codd. et s. m. S: *descendat.*- Codd., exc. KQ: *Similiter etiam*; PKQ om. *etiam;* AIR: *si accipiamus.* —*A: antequam perveniatur ad primum praedicatum A;* GI: *quod etiam* (G om. *etiam*) *est contra positum;* K: *quod etiam est contrarium positum.*

ζ) *Quod essent habita.*- Codd. (exc. BIO): *quod essent coniuncta;* in cod. S secunda manu additur, *vel habita;* O: *quod essent habita vel conversa.* Textus: ἐχόρενα, *inter se habita.* Quamvis codicum auctoritas urgeat, retinemus tamen *habita* PB1; quia hoc vocabulum requiritur ex his quae sequuntur: *sic enim definitur habitum* etc., in qua lectione codices cum P consentiunt.

quod scilicet consequenter se habet, cum tangat ’; et hoc videbatur in praedicta probatione supponi, scilicet quod A praedicaretur * de aliquo medio quasi habito, idest immediate sequenti. Sed ille qui ponit * media infinita, dicet quod hoc * non contingit accipere. Dicit ** enim quod inter quoscunque terminos acceptos est aliquod medium.

5. Sed * Philosophus dicit quod nihil differt, sive sic accipiantur infinita media quod sint *habita* ad invicem, sicut contingit in discretis; puta, in civitate domus domui est *habita* 9, et in numeris unitas unitati: sive non possit inveniri in mediis aliquid * *habitum,* sed semper inter duo media sit aliquod medium accipere*; sicut accidit in continuis, in quibus inter quaelibet duo signa, sive inter duo puncta ‘, semper est aliquod medium accipere. Et quod hoc nihil differat ad propositum, sive uno modo, sive alio, sic manifestat * subdens: quia x supposito quod sint infinita media inter A et C? quorum quodlibet vocatur B, quodcunque horum accipio, necesse est quod inter illud et A et C sint infinita media , vel non sint infinita respectu alterius eorum. Verbi gratia: ponamus quod media sint habita ad invicem, sicut accidit in discretis, ct accipiamus aliquod medium quod sit habitum ad ipsum A ; necesse erit quod inter illud medium et C sint adhuc infinita media. Et similiter si ponantur quaedam finita media inter A et illud medium acceptum. Et eadem ratio est si ponatur medium acceptum immediate coniungi ipsi C, vel per finita * media ab eo distare. Ex quo igitur λ semper a medio accepto oportet accipere infinita media ad alterum extremorum, non differt utrum statim coniungatur alii extremorum, idest sine medio, vel non statim, idest per aliqua media: quia etiam si coniungatur uni extremo sine medio, necesse est quod postea inveniantur infinita media respectu alterius ; et ita semper oportebit, si est infinitum * in medus, quod inveniaturinfinitum m praedicationibus vel ascendendo vel descendendo, sicut praedicta probatio procedebat.

6. Deinde cum dicit: *Manifestum est autem* etc., ostendit quod si in affirmativis demonstrationibus non proceditur in infinitum, neque in privativis in infinitum proceditur; et sic quaestio de demonstrationibus negativis reducitur ad quaestionem de affirmativis ”. Et circa hoc tria facit: primo , proponit quod intendit ; secundo, probat propositum ; ibi: *Tripliciter enim demonstratur** etc.; tertio, excludit quamdam obviationem ' ibi: *Manifestum est autem* * etc. Dicit ergo primo, quod manifestum erit ex sequentibus, quod si in praedicativa, idest affirmativa demonstratione statur utrinque f, idest in sursum et deorsum, necesse erit quod stetur in negativa demonstratione. Et* ad exponendum hoc quod propositum est, dicit: sit ita quod non contingat ab ultimo, idest ab infimo subiecto, ire in sursum ° in infinitum versus praedicata universalia. Et exponit quid est * ultimum, scilicet illud quod non inest alicui alii tanquam minus * particulari, sed aliud sit in illo, et sit illud Z *. Et sit etiam quod incipiendo a primo versus ultimum non procedatur in infinitum π. Et exponit * quid sit primum illud, scilicet quod praedicatur de aliis, et nihil aliud praedicatur de eo, quasi eo * universalius; ut sic primum intelligatur universalissimum, ultimum autem particularissimum. Si igitur ex utraque parte

η) *Definitur habitum in V Physicorum* **etc.-**Cum codd. **ponimus** *habitum* **loco** *habitus* **quia non** *habitus* **P, hoc est qualitates, hic definiuntur,** sed *habita.* **Placet hic transcribere notam marginalem, quam ex citato V libro** *Physicorum* **apponit lector codicis B: «** *Continua* **sunt, quorum » ultima sunt unum;** *contigua* **vero, quorum ultima sunt simul;** *habita* **» sunt, quorum non est medium** sui generis. **Haec ponuntur in scripto » lib. V Physicorum. » Sed d. Thomas in cit. v lect. haec habet « Non omne,** quod est consequenter, est habitum, sed quando sic **est consequenter** quod **tangit,** ita **quod nihil** sit medium *non solum eiusdem generis, sed nec alterius..* **– Piana legit:** *consequenter se habet, cum non cadat medium; hoc enim* **etc. Textus Aristot. in v** *Physic. :* Ἐχόμενον 3’ ὃ ἂν εφεξὴ ον ἅπτηται, **cui conformior est lectio quam dedimus ex codd. ABC DEHIKOQRST et s. m. N; quibus alii codd. consentiunt: nam G:** *cum contingat; et hoc vid.* **etc.; LM et p. m. N:** *quod frequenter* **(corrupte pro** *consequenter) se habet, cum* **(L om. cum)** *tangat; et hoc vid.* **etc.**

0) *Domus domui est habita.* **– Codd. BDEHIKLMQ et p. m. CNS om.** *domui.* **Praeterea AGO et s. m. CNS:** *est habita domui;* **R:** *est habita* **et, post spatium non scriptum, prosequitur** *et in* **etc. Denique** l **om.** *et* **ante** *in numeris.*

t) *Sive inter duo puncta,* **– AB:** *sicut inter duo* **etc.; DMQ:** *sive sint duo* **etc.; I:** *sic* **(corrupte pro** *sicut) inter duo* **etc.; R:** *sive duo* **etc.**

x) *Quia supposito* **etc.-Codd. AB om.** *quia;* **G om.** *quia supposito* **et seq.** *media;* **HI:** *quod supposito quod.* **–BCDEMNOQRST ct p. m. K:** *inter A et* **Z. – B:** *vocetur B.* **– GO :** *quocunque eorum accepto;* **H:** *quaecunque horum acceptio.* **– G:** *quod istud A et C sint;* **H:** *quod d inter illud, idest A simul et C, sint;* **R:** *quod inter illud a (aliud?) sint.* **AIKI.MNS:** *et A vel;* **BCDEI.MNOQRS et p. m. K rursus loco** *C* **habent Z, et ita infra semel et iterum in hoc numero.—T omittit verba,** *quorum quodlibet,* **usque** *Rd A et C* **inclusive; infra vero cum praefatis codd. legit Z.**

λ) *Ex quo igitur* **etc.-Cod. L om.** *igitur;* **S:** *Ex quocunque igitur* **(seq. litura, et marg. s. m. additur,** *medio;* **tertia manu,** *semper) accepto.* **– BIOR et p. m. A:** *semper medio,* **om. a.– Deinde I:** *oportet accipere... non differt accipere.-DI : coniungatur illi extrem.;* **G:** *coniung. illi vel alteri extrem.;* **codd. (exc. BO):** *extremo.* **– ACDELMNO RT et s. m. S:** *quia si etiam;* S **p. m.:** *quia et si etiam.* **– KQ omittunt** *vel non statim* **usque ad sine** *medio* **inclusive.**

p) *Veniatur in infinitum.* **– Cod. B:** *procedatur in inf.;* **DEHKLMN et p. m. S:** *inveniatur in inf.;* **CQT et p. m. A:** *inveniatur inf.;* **Gl:** *deveniatur in inf.;* **O:** *veniatur ad inf.;* **P:** *veniatur in inf.*

ν) *Ostendit quod si in affirmativis* **etc.-Ita codd., exc. RS. – Piana editio:** *ostendit quod quia in affirmativis... neque in negativis* **etc.; R inordinate:** *ostendit quod si in negativis demonstr. non proced. in infinitum, sicut nec in affirmativis in infinitum* **etc.; S:** *ostendit quod quia in affirmativis demonstrationibus non procedere in infinitum oportet, neque in privativis in infinitum procedere* **(B om.** *in inf.proced.).– AC DEKLMNOQRST om.** *et sic;* **B:** *cum quaestio de demostrationibus negativis reducatur ad quaestionem de affirmativis ;* **H:** *vel quaestio;* **K s. m.:** *quod quaestio;* **O:** *quaestio enim.* **– Deinde codd. AEHMNST et p. m. DK :** *Et circa hoc duo facit,* **qua admissa lectione, cod. A omittit** *tertio* **etc. usque ad** *Dicit* **exclusive. Quae omissio est mendum, ut patet ex num. to. Unde alii codices praecitati proprium errorem produnt, legendo** *duo* **et postea cum P aliisque codd. addendo** *tertio* **etc.**

ξ) **Si in** *praedicativa* **etc. – Cod. O: si in** *praedicativa universali,–* **ADEGHIKLNOQRT et p.m.S:** *idest affirmativa* **etc.; alii codd.:** *idest in affirm.;* **sed cum praedictis uniformiter legunt:** *affirmativa demonstratione;* **et hanc lectionem, quae indicatur ex sequentibus,** *in negativa demonstratione,* **adoptavimus loco P :** *idest in affirmatione.* **– *Statur in utrisque* legunt P et s. m. I; ADEKLMNfeT :** *statur utrinque.* **Adoptamus hanc lectionem, quae congruit cum immediate sequentibus,** *idest in sursum etc.,* **et cui videntur consentire reliqui codd. omittendo in et legendo, BR:** *utrique;* **C:** *utrumque;* **H:** *utique;* l **p. m.:** *utruque;* **O:** *utrisque;* **Q:** *utrum utrum.* **G utramque lectionem ponit:** *utrinque in utrisque.* **– Textus graecus:** ισταται *επ’* ἀμρὸτερα.

ο) *Sit ita quod non contingat* **etc.-G:** *quod sit ita quod* **(erron. om.** *non) contingat* **etc.-Alii codd. stant cum P, quae conformis est textui graeco:** Ἑστω γάρ μὴ ενδεχόμενον μήτε ἐπι τὸ ἀνω ἀπό τοῦ ὑστατον ει ἀπειρον ιέναι. **–** *Ire sursum,* **om.** *in,* **legunt codd., exc. BI; O omittit etiam** *sursum,* ἀνω.

π) *Et sit etiam* **etc. – Codices :** *Et sit etiam quod* **(GI om.** *quod) incipiendo a primo* **(B p. m. om.** *a primo), quod sit A* **(A om. p. m. AB),** *versus ultimum non procedatur in infinitum;* **BCDEI.NS et p. m. K;** *in infinitum Z;* **G et s. m. K:** *in infinitum C;* **M:** *in infinitum, idest Z.–* **I.egimus cum omnibus codd.** *incipiendo a primo,* **et non** *in accipiendo a primo,* **ut habet P.**

stetur in demonstrationibus affirmativis, dicit consequens esse * quod etiam stetur in demonstrationibus negativis.

7, Deinde cum dicit: *Tripliciter enim* etc., probat propositum. Et primo in prima figura; secundo in secunda; ibi: *Iterum sit B quidem* * etc.; tertio in tertia; ibi: *Tertius autem est* * etc. In tribus enim figuris contingit negativam * concludi. Dicit ergo primo quod tripliciter potest demonstrari propositio negativa, per quam significatur aliquid non esse. Uno quidem modo in prima figura, secundum * hunc modum, quod B insit C universaliter, *minori** existente universali affirmativa; A vero insit nulli B, maiori * existente universali negativa. Quia igitur supponitur quod in affirmativis stetur et in sursum et in deorsum, necesse est quod ista propositio, quae est B-C, affirmativa *, si non sit immediata, et quodcunque aliud spatium accipitur, existente aliquo medio inter B et C, necesse erit reducere in immediata Q quia ista distantia, quae attenditur secundum habitudinem medii ad minorem extremitatem, est affirmativa, in qua supponitur esse status. Si autem accipiamus alterum spatium, quod est inter B et A, manifestum est quod *, si haec propositio, *Nullum B est A,* non est immediata, necesse est quod A removeatur ab aliquo alio * per prius quam a B, et illud sit D; quod si accipiatur* ut medium inter A et B, necesse est quod praedicetur universaliter de B, quia* oportet *minorem* esse affirmativam. Et iterum si haec non sit immediata *, *nullum D est A,* oportet quod A negetur ab aliquo alio per prius quam a D, puta *Nullum C sit A*. Si autem negativam iterum demonstrari oporteat, propter hoc quod est mediata, necesse est quod vel demonstretur in prima * figura, de quo modo demonstrationis iam * ostensum est quod habet statum, si in affirmativis sit status; aut oportet quod demonstretur *per hunc* modum, idest per secundam figuram; aut per /er*tium,* idest per tertiam figuram*. Dictum est autem in prima figura, quod habet statum in negativis, si sit status in affirmativis. Sed hoc quidem demonstrabitur nunc quantum ad secundam figuram. Demonstretur ergo haec propositio, *Nulliim CestBT,* sic quod D universaliter praedicetur de B, *maiori* existente universali affirmativa *, et negetur universaliter de C ", *minori* existente universali negativa. Si iterum haec propositio, *Nullum C est D,* est mediata, necesse erit accipere aliquod aliud medium, quod etiam praedicetur* de D universaliter, et universaliter removeatur a C. Et ita, sicut proceditur in negativis demonstrationibus p_l oportebit procedere in affirmativis, scilicet quod B praedicabitur * de A, et D de B, et aliquid aliud de D; et sic procedetur * in infinitum in affirmativis. Quia ergo supponitur quod in affirmativis stetur in sursum, necesse est etiam quod stetur in negativis, secundum hunc * modum, quo negativa demonstratur in secunda figura.

g. Deinde cum dicit: *Tertius autem est* etc., ostendit idem in tertia figura. Sit ergo z medium, ut B, de quo A universaliter praedicetur, C vero ab eo removeatur: sequitur particularis negativa, scilicet quod C negetur a * quodam A. Et quod quidem in praemissa affirmativa, quae est, *Omne B est A,* stetur, habetur ex suppositione; quod autem necesse sit stare etiam in hac negativa, *Nullum B est C,* quae est *maior,* patet, quia si hoc debeat demonstrari, necesse est quod vel * demonstretur *per superius dicta,* idest per primam et secundam figuram, vel demonstrabitur * *similiter* sicut concludebatur * conclusio, scilicet per tertiam figuram: ita tamen quod haec *maior* non assumatur* ut universalis, sed ut particularis. *Illo auteni modo* Ψ *statur,* scilicet si procedatur in prima et in secunda figura. Si autem procedatur in ter-

* G: *quod conseq. est.*

* Num. seq.

* Num. 9.

* Codd., exc. g.-p: *negativum.*

* Codd. - p: *et sec.*

* Codd. - p: *in min.*

* Codd. - p: *hoc est maiori;* κ: *idest maiori.*

* Codd.- p: *quae est affirm.;* e: *sit affirm, non sicut immed.*

p

Codd. - p: *est quidem quod.*

^*Alin* ex codd.-o: *aliq. medio per.*

• Codd. (exc. gr): *accipitur.*

• 1: *et tunc op.*

',ncdesativa im'

'•mEQsrlni co-

*s*t* * E **; quod eadem ratione oportebit universaliter praedicari de D. Quia ergo ascendendo * statur in affirmativis, ut supponitur, sequitur per consequens quod sit devenire ad aliquid, de quo primo et immediate negetur ipsum A. Alioquin adhuc * procederetur amplius in affirmativis, sicut ex praedictis * patet.

'Adhuc om.A»,

d£ndd',ς:xdlHo!:

8. Deinde cum dicit: *Iterum si B quidem* etc., probat idem in negativa, quae concluditur in secunda figura. Sit enim ita quod B, quod est medium. praedicetur universaliter de A et negetur universaliter de C, et ex his concludatur σ quod,

°

*ELNR Ctp.m. DS erron. *secunda ;r om. figura.* - g erron. pergit: *vel in secunda, de.* • *Iam* om. ab.

* i: *aut per tertiam fig.*

τ

*ABOEHKMNQSTCt s.m. 1: *et affirm.*

υ

* ACDEHKLMNQST. -p: *quidem praedic.;* b: *et praedicatur.*

?

* g: *praedicetur;* ικη: *praedicatur.* * Codd. -p: *proceditur.*

*Codd.-P: *istum.*

·χ

-i-.de.

·Codd.-pooom. *vel.*

· *s-.dmiratur;·. dmtretur.*

*1: *demonstra-*batur'

* codd.-p; ^r-ma'ur' ψ

p) *Reducere in immediata.* **-Cod.** 1 **erronee:** *reducere in mediata;* **atque infra loco τοῦ** *attenditur* **habet** *removetur.* **– Item infra:** *manifestum est quod si ista propositio, quae est, Nullum* **etc.**

σ) *Et ex his concludatur.* **– BO et s. tn. S:** *et ex hoc conci.;* **CDEK LMNQRT et p. m. S:** *et ex hac;* **A:** *concludetur;* **Gl:** *sequitur;* **DM:** *concludatur;* **P:** *concluditur.*

τ) *Demonstretur ergo* **etc. – A om.** *ergo ;* **H:** *igitur.* **– G:** *nullum B est A, C est B;* **sed verba** *B est A* **inutiliter ponuntur, imo confusionem pariunt. – HN:** *C est B, quod universaliter.* **Amanuensis cod. l'in corpore omittit verba** *sic quod* **etc. usque ad** *nullum C est D* **inclusive, quae tamen sec. man. adduntur marg.-R;** *ita quod sit D.*

u) *Et negetur universaliter de* **Cetc.-ABGO:** *et universaliter negetur de* **etc.;** H: *et negetur universali de minori universali et negativa.* **-A:** *Si verum haec propositio* **etc.; CDHLMOST et s. m.** 1: *Si iterum;* **EGNR:** *Sed iterum;* **K:** *Si iterum si;* **Q p. m.:** *Et iterum,* **s. m.:** *Et si iterum.* **Legimus cum praefatis codd.** *iterum.* **P:** *Si vero.*

φ) *In negativis demonstrationibus* **etc. – Gl:** *in negativis propositionibus, necesse est* **(1,** *erit)* *procedere.*

χ) *Ostendit idem* **etc. – Cod. Q:** *figura, dicens quod sit* **(corrupte pro** *si) sit ad medium B, de quo A;* **B:** *Si ergo;* **G:** *Sic sit ergo;* **R:** *Sit B medium, de quo A.***– ABCDEGH1KLMN0ST om.** *ut B.* **–** 1: *C vero universaliter ab eo remov.;* **GH et s. m. N:** *ab eo universaliter removeatur.*

Textus, qui hoc Joco exponitur a s. Thoma, in versione nostra subobscurus est, planus in graeco: Ei τὸ μ.εν A τω B παντι υπάρχει, τὸ δε Γ ρὴ υπάρχει, οὐ παντι υπάρχει τὸ Γ ὠ τὸ Λ. Nempe: *Omne B est A; nullum,* **vel,** *non omne B est C; aliquod A non est C,* **vel,** *non omne A est C.* **Cum enim in praesenti sermo sit de syllogismis in tertia figura, conclusio debet esse particularis (Cf. lect. vm, not. ρ). At in ordinatione huius syllogismi, quae primo loco ab Aristotele ponitur** *(omne B est A;* **εἰ τὸ etc.) est** *minor* **propositio; quae vero materialiter tenet locum minoris** *(nullum B est C;* **τὸ 3« Γ etc.) est revera** *maior:* **nam syllogismi in tertia figura postulant minorem affirmativam (Cf. loc.cit.).~ Sed his positis, retinendum est errorem irrepsisse in Venn. edd. et in nostros codd., cum lectionem praebent quam habet P, scilicet:** *sequitur particularis negativa, scilicet quod A negetur a quodam C... Nullum B est C, quae est minor... ita tamen quod haec minor non assumatur* **etc. In hac lectione error est manifestus: nam ponitur in syllogismo tertiae figurae minor negativa** *(nullum Best C, quae est minor).* **Errorem ex parte corrigit R, cum legit, sicut reapse legendum est:** *Nullum Best C, quae est maior.-In* **aliis vero codicibus vocabula** *maior* **et** *minor* **quandoque ita abbreviantur ut unum pro altero ab imperitis amanuensibus sumi potuerit, qui etiam in litteris ordinandis haud raro confusionem incurrunt. – Similiter videtur retinendum quod ex amanuensium incuria in numero praec. legatur,** *in prima figura, de quo modo demonstrationis iam ostensum est quod habet statum, si in affirmativis sit status,* **et post pauca iterum,** *Dictum est autem in prima figura* **etc. – Idem forte notandum etiam est pro periodo n. 7:** *Quia igitur supponitur* **etc.**

ψ) *Illo autem modo* **etc. – Cod. O omittit haec verba et sequentia**

tia figura ad concludendum, *Quoddam B non esse C,* accipiatur medium E, de quo quidem B universaliter affirmetur, C vero ab eo particulariter negetur. *Et hoc iterum similiter* continget, quod ω secundum " hoc procedetur in demonstratione negativa semper secundum augmentum praedicationis affirmativae in inferius: quia B, quod erat primum medium, praedicabitur de E, et E de • a; ig. quia, quodam alio, et sic in infinitum. Quia igitur * supponitur statum esse in affirmativis in deorsum, manifestum est quod stabitur in negativis ex parte • C om. cdeklm NQRST. ipsius C *.

10. Deinde cum dicit: *Manifestum autem est* etc., excludit quamdam obviationem. Posset enim ali- ₂CodJ r· dicere quod necesse est stare in demonstra- *positionibus.* tionibus * negativis, statu existente in affirmativis, si semper syllogizetur secundum eamdem figuram; sed potest in infinitum procedi, si nunc demonstretur ""per unam figuram, nunc per aliam. Et dicit, *manifestum est* * quod si non procedatur in demonstrationibus una via, sed omnibus, aliquando quidem ex prima figura, aliquando autem ex secunda vel tertia, sic etiam oportebit statum esse in negativis, statu existente in affirmativis. Huiusmodi enim viae diversae demonstrandi sunt finitae, et quaelibet earum multiplicatur non in infinitum, sed finite* ascendendo vel descendendo, ut ostensum est *. Si autem finita finities accipiantur, necesse est totum esse finitum. Unde relinquitur 57 quod omnibus modis necesse sit in demonstrationibus negativis esse statum, si sit status in affirmativis *firm, demonstrationibus.*

usque ad *in secunda figura* inclusive; N om. *scilicet;* AKMN om. *si procedatur;* I. om. si.-Codd. (exc. GI): *in* (R, *d) prima figura* (Q om. *fig.) et secunda* (H, *et in secun.). Si* etc.; i: *a prima figura in secundam. Si* etc.; G legit sicut P.

ω) *Continget, quod* etc. – P: *contingit;* A: *contingit similiter* etc.; DEHKLMORS: *continget;* IT: *contingat.* – C: *contingit, scilicet procedetur;* et *secundum hoc* om. etiam B etp.m. A; IO: *quod secundum quod proc.* – *A.: procedatur;* I: *proceditur.* – AB1O et s.m. S: *semper fiet augm.;* DELNQR et p. m. CKS: *semper sed augm.;* H et s. m. K: *semper si;* T om. *secundum.* – Notanda lectio codd. IO : *secundum quod proced.... negativa, semper fiet augm.* etc.

ad) Si nunc demonstretur etc.- Codd., exc.IKLR.—P: *demonstratur;* I: *procedatur;* R: *demonstraretur.* – G : *per primam fig.;* O om. *figuram;* omnes, exc. B, om. *et,* quod P habet ante *nunc per* etc.

βρ) *Sic etiam oportebit.*- Codd., exc. CGQR.-C: *sicut autem optbit;* G: *sic etiam oportet;* Q: *sic autem optbit;* R: *sicut etiam optbat.* Addimus ex codd. *etiam* ante *oportebit.*

γγ) *Unde relinquitur* etc. – Expositio s. Thomae In hac lectione sistit ad illa verba Aristotelis : "Ori p.v ουν έπϊ τΓ στερήσεω , ε"περ χαΐ έπι του ὑπάρχειν , ϊσταται, δξλον. At Bekkcr, quem sequitur Waitz, verba: Ὅτι δ' επ' εκείνων, λογιχω ρ'ν Οεωροΰσιν ὡοε φανερόν, quibus s. Thomas incipit expositionem lectionis sequentis, addit praesenti capiti, ac sequens incipit per verba: Έπι u.'ν ούν των etc. Contra, Pacius (Ed. cit., cap. xix, pag. 208), Du Vallius (Ed. cit., cap. xxi, pag. 214), Didot amplectuntur s. Thomae divisionem, quae est Boethii et priorum edd. Adde Themistium in I *Poster.,* cap. xxxvin (Ed. cit. Ven. latina, pag. 24) et Philoponum in hunc locum (Edd. citt., lat., pag. 76, coi. 2; graec., pag. i3i). Utraque divisio sustineri potest; attamen rationabilior videtur antiqua divisio. Etenim in hoc capite duae theses probantur, nempe prima, quod quaestio de infinitate mediorum reducitur ad quaestionem de infinitate extremorum syllogismi; altera, quae secunda capitis pars est, quod quaestio de infinitate in demonstrationibus negativis reducitur ad quaestionem de infinitate in demonstrationibus affirmativis. Unde recte caput concluditur: manifestum est in privativis demonstrationibus standum esse, si statur in uemonstrationibus *de inesse,* τοΰ ὑπάρχειν, hoc est in affirmativis. Deinde quia statim ad solutionem quaestionis de impossibilitate procedendi in infinitum in demonstrationibus affirmativis fit gressus, ab hoc enunciando exorditur sequens caput: Ὅτι δ' έπ' εκείνων etc.

LECTIO TRIGESIMATERTIA

LOGICE OSTENDITUR DEMONSTRATIONES NON POSSE PROCEDERE IN INFINITUM IN PRAEDICATIS QUIDDITATIVIS. - PRAENOTAMINA. QUAEDAM AD SOLVENDAM UNIVERSALITER QUAESTIONEM DE PROCESSU IN INFINITUM IN PRAEDICATIS AFFIRMATIVIS

Ὅτι δ' ἐπ' ἐκείνων, λογικώ μέν θεωρούσιν ὠδε φανερόν. Ἐπί μέν οὐν τών ἐν τω τί ἐστι κατηγορουμε'νων δηλον· εἰ γάρ ἐστιν ὁρίσασθαι η εἰ γνωστόν τό τί ην εἰναι, τα δ' ἀπειρα μη ἐστι διελθεῖν, ἀνάγκη πεπερᾶνΟαι τα ἐν τω τί ἐστι κατηγορούμενα.

Καθόλου δέ ὠδε λένομεν. Ἔστι γάρ ειπεῖν αληθώ τό λευκόν βαδίζειν καί τό με'γα ἐκεῖνο ξύλον εἰναι, καί πάλιν τό ξύλον μέγα εἰναι καί τον ἀνθρωπον βαδίζειν. Ἕτερον δη ἐστι τό οὐτω ειπεῖν καί τό ἐκείνω. Ὅταν μέν γάρ τό λευκόν εἰναι φώ ξύλον, τότε λέγω ὁτι ω συμβέβηκε λευκω εἰναι ξύλον ἐστίν, ἀλλ' οὐχ ὠ τό ὑποκείμενον τω ξύλω τό λευκόν ἐστι* καί γάρ οὐτε λευκόν δν οὐ')' ὁπερ λευκόν τι εγένετο ξύλον, *ωστ'* οὐκ ἐστιν ἀλλ' η κατά συμβεβηκό. Ὅταν δέ τό ξύλον λευκόν εἰναι φώ, οὐχ ὅτι *ἑτερόν τί* ἐστι λευκόν, ἐκείνω δέ συμβέβηκε ξύλω εἰναι, οἰον ὁταν τόν μουσικόν λευκόν εἰναι φώ· τότε γάρ ὅτι ὁ ἀνθρωπο λευκό ἐστιν, ω συμβέβηκεν εἰναι μουσικοί, λε'γω· αλλά τό ξύλον ἐστί τό ὑποκείμενον, οπερ καί ἐγε'νετο, οὐχ ἑτερόν τι ον η ὅπερ ξύλον η ξύλον τι. Εἰ δη' δει νομοθετησαι, ἐστω τό οὐτω λέγειν κατηγορεῖν, τό δ' ἐκείνω ἠτοι μηδαμώ, η κατηγορεῖν μέν μη ἁπλώ, κατά συμβεβηκό δέ κατηγορεῖν. Ἔστι δ' ὠ μέν τό λευκόν τό κατηγορούμενον, ὠ δέ τό ξύλον τό οὐ κατηγορεῖται. Ὑποκείσθω δη τό κατηγορούμενον κατηγορεῖσθαι ἀεί, οὐ κατηγορεῖται, ἁπλώ, αλλά μη κατά συμβεβηκό· οὐτω γάρ αἱ αποδείξει ἀποδεικνύουσιν.

Ὥστε η ἐν τω τί ἐστιν η ὅτι ποιόν η ποσόν η πρό τι η ποιούν η πάσχον η πού η ποτέ', ὁταν ἐν καθ' ενό κατηγορηθη.

Ἔτι τα μέν ουσίαν σημαίνοντα ὅπερ ἐκεῖνο η *οπερ ἐκεῖνό* τι σημαίνει, καθ' οὐ κατηγορεῖται· ὅσα δέ μη ουσίαν σημαίνει, ἄλλα κατ' ἄλλου ὑποκειμε'νου λέγεται, ὃ μη ἐστι μη'τε ὅπερ ἐκεῖνο μη'τε οπερ ἐκεῖνό τι, συμβεβηκότα,

οἰον κατά τού ἀνθρώπου τό λευκόν. Οὐ γάρ ἐστιν ὁ ἀνθρωπο οὐτε οπερ λευκόν οὐτε ὅπερ λευκόν τι* αλλά ζωον ἰσω· ὅπερ γάρ ζωόν ἐστιν ὁ ἀνθρωπο. Ὅσα δέ μη ουσίαν σεμαίνει, δει κατά τίνο υποκειμένου κατηγορεῖσΟαι, καί μη' εἰναι τι λευκόν, ὃ οὐχ ἑτερόν τι ον λευκόν ἐστιν.

Τα γάρ εἴδη χαιρετώ· τερετίσματα τε γάρ ἐστι, καί εἰ ἐστιν, οὐδέν πρό τόν λο'γον ἐστίν αἱ γάρ αποδείξει περί τών τοιούτων εἰσίν.

* Quod autem in illis, si logice quidem speculemur, sic manifestum sit. In his quidem igitur, quae in eo quod quid est praedicantur, patens est: si enim est definire, aut si notum est quod quid erat esse, infinita autem non est transire, necesse est finiri in eo quod quid est praedicantia. ' Cap. xxn. TexL 35'

Universaliter autem sic dicimus. Est enim vere dicere album ambulare, et magnum illud lignum esse; et iterum lignum magnum esse, et hominem ambulare. Alterum igitur est sic dicere aut illo modo. Cum enim quidem album esse dico lignum, tunc dico quod, cui accidit album esse, lignum est: sed non quod subiectum ligno album sit; et namque neque quod album est, neque quod vere album aliquid, factum est lignum: quare non est hoc secundum se, sed secundum accidens. Cum vero huiusmodi lignum album esse dico, non quod alterum aliquod sit album, illi autem accidit lignum esse, ut cum musicum esse album dico: tunc enim quoniam homo est albus, cui accidit musicum esse, dico; sed lignum est subiectum, quod vere factum est album, non quod alterum aliquod sit, quam quod vere lignum est, aut lignum aliquod. Si igitur oportet nomina ponere, sit sic dicere praedicari: sed illo modo aut nequaquam est praedicari, aut praedicari quidem non simpliciter, sed secundum accidens praedicari. Est autem tanquam album quidem, quod praedicatur; sed sicut lignum est, de quo praedicatur. Subiiciatur igitur praedicatum praedicari semper, de quo praedicatur, simpliciter, sed non secundum accidens: sic enim demonstrationes demonstrant.

Quare autem in quod quid est, aut quoniam quale, aut quantum, aut ad aliquid, aut faciens, aut patiens, aut ubi, aut quando, cum unum de uno praedicabitur.

Amplius substantiam quidem significantia, quod vere illud est, aut quod vere illud aliquid est, significant, de quo praedicantur: quaecunque vero non substantiam significant, sed de aliquo subiecto dicuntur, quod neque vere illud est, neque quod vere illud aliquid est, accidentia sunt,

ut de homine est album. Non enim est homo neque quod vere album est, neque quod vere album aliquid est; sed animal forsitan: quod vere enim animal est, homo est. Quaecunque vero non substantiam sighificant, oportet de quodam subiecto praedicari, et non esse aliquod album, quod non, cum aliquid alterum sit, album est.

Species enim gaudeant, monstra enim sunt; et si sint, nihil ad rationem sunt: praemonstrationes enim de huiusmodi sunt.

Synopsis. — 1. Argumentum et divisio textus. – 2. Thesis prima: Ostenditur in demonstrationibus affirmativis non posse procedi in infinitum in praedicatis, ex quibus constituitur *definitio:* quia secus nihil posset definiri: definitio enim omnia superiora et inferiora praedicata quidditativa rei definitae complectitur. – 3. Thesis altera: Idem universaliter est dicendum quoad omnia praedicata affirmativa sive substantialia sive accidentalia,- 4. Praenotamen quoddam. De tribus modis verae praedicationis in praedicatis *per accidens,* seu accidentalibus: vel accidens praedicatur de accidente; vel subiectum de accidente; vel accidens praedicatur de subiecto. Quae praedicationes ad invicem differunt: quia cum praedicatur accidens de subiecto, non praedicatur per aliquod aliud subiectum; at praedicatio subiecti de accidente, vel accidentis de accidente, est ratione eius quod subiicitur termino posito in subiecto. – 5. Aliud praenotamen. In probanda thesi quoad praedicata affirmativa universaliter, assumenda est sola praedicatio in tertio modo; nempe praedicatio quae est sicut accidentis de subiecto, et quae sola praedicatio *simpliciter* dicitur. – 6. Praenotamen tertium. De differentia in praedicatis *per se,* seu *simpliciter;* et primo de distinctione praedicatorum ad invicem secundum diversa genera, seu praedicamenta. – 7. Deinde de differentia inter praedicata substantialia et accidentalia. Illa enim sunt quoties subiectum aut cum ipsis convertitur, ut in definitionibus, aut est pars subiectiva praedicati. Aliter, sunt praedicata accidentalia. – 8. Haec differentia ostenditur per exempla.-9. Solvitur obiectio petita ex ideis seu speciebus platonicis.

1. ostquam Philosophus ostendit K quod ^J^si sit status in extremis, necesse est ^esse statum in mediis, ct si sit status in affirmativis, necesse est esse statum in negativis; hic intendit ostendere quod sit status in affirmativis in sursum et deorsum. Et dividitur in duas partes: in prima parte, ostendit propositum logice, idest per rationes communes omni syllogismo, quae accipiuntur secundum β praedicata communiter sumpta; in secunda, ostendit idem analyticc, idest per rationes proprias demonstrationi, quae accipiuntur secundum praedicata *per se,* quae* sunt demonstrationi propria; ibi: *Analytice autem manifestum* * etc. Prima autem pars dividitur in duas partes7: in prima, ostendit quod non sit procedere in infinitum in praedicatis, quae praedicantur in eo *quod quid* *; in secunda, ostendit quod non sit procedere in infinitum universaliter in praedicatis affirmativis °; ibi: *Universaliter autem sic dicimus * etc.*

2. Dicit ergo primo, quod cum ostensum sit* quod in privativis non est ire in infinitum ', si stetur in affirmativis; hic iam manifestum ζ erit quomodo aliqui speculantur *in illis,* idest in affirmativis, esse statum per logicas rationes. Et dicuntur hic * logicae rationes, quae procedunt ex quibusdam communibus, quae pertinent ad considerationem logicae *. Haec autem veritas manifesta est in his, quae praedicantur in eo *quod quid est,* idest in praedicatis *, ex quibus *quod quid est,* idest definitio constituitur. Si enim huiusmodi praedicata dentur esse infinita, sequitur et quod non contingat definire aliquid, et quod si definitur aliquid, eius definitio non possit * esse nota. Et hoc ideo, quia infinita non est pertransire 0. Non autem contingit definiri, neque definitionem cognosci, nisi descendendo perveniatur usque ad ultimum, et ascendendo perveniatur usque ad primum. Si ergo contingit * aliquid definire, vel si contingit definitionem alicuius esse notam, ex utroque antecedenti ' sequitur * hoc consequens, quod in praedictis praedicatis non sit procedere in infinitum, sed in eis contingat stare*.

3. Deinde cum dicit: *Universaliter autem sic etc..,* ostendit universaliter quod in praedicatis affirmativis non sit procedere in infinitum. Et circa hoc duo facit: primo, quaedam praemittit x, quae sunt necessaria ad propositum ostendendum; secundo, ostendit propositum; ibi: *Amplius si non est** etc. Circa primum duo facit: primo, distinguit praedicata *per accidens* a praedicatis *per se;* secundo, distinguit praedicata *per se* ad invicem; ibi: *Quare autem in eo quod quid est* * etc. Dicit ergo primo, quod cum ostensum sit in quibusdam praedicatis, quod in eis non est procedere in infinitum, scilicet in his, quae praedicantur in *quod * quid est,* ostendendum est hoc universaliter in omnibus praedicatis affirmativis.

4. Et incipit suam considerationem a praedicatis *per accidens* *, in quibus est triplex modus verae praedicationis. Unus quidem modus est, quando accidens praedicatur de accidente; puta, cum dicimus, *album ambulat.* Secundus modus est, quando subiectum praedicatur de accidente; puta, cum dicimus, *hoc mapnum est lignum* *. Tertius modus est, quando accidens praedicatur de subiecto; puta, cum dicimus, *lignum est album:* vel cum dicimus, *homo ambulat.* Isti autem * modi praedicandi sunt alteri ct diversi ad invicem: quia cum subiectum praedicatur de accidente, puta, cum dicitur, *album est lignum,* hoc significatur \ quod illud universale praedicatum, quod est *lignum,*

μ

* g: *per se et ut sunt.*
* Lect. xxxv.

ï

* a q: *quod quid est.*

0

* Num. 3.

• Lect. pracc.

ζ

* *Hic ex* codd. Logicae rationes.

' Cf. lect. xx, n.5, scq.

* *In* ex codd. – ni: *praedicamentis.*

η

' Gi: *potest;* m: *posset.*

0

'Codd.-mcqn-tra·

qnftur' 'P 'se'

· ab: *stare«m-tinff.; dhin: con-agit.*

x

4 Lect.seq.

4 Num. 6.

* HIM0: *in co*

· cf. lect. XXX1, 5'

· c: *atbum est homo.*

·X«tanexcodd.

λ

a) *Postquam Philosophus ostendit* etc.-Amanuensis cod. G omittit *Philosophus,* ac insuper, distractus a repetitione verborum, *si sit status,* prosequitur: *ostendit quod si status in affirmativis* etc., ceteris, quae intermedia sunt, omissis. – Infra *(statum in negativis* etc.), codd. ABC DEHLMNST om. *statum; O* om. *esse statum.* -B: *hic ostendit quod; G: hic etiam ostendit quod.* -Codd. (exc. R): *et in sursum.*- BCMNQ RT: *et in deorsum.*

(3) *Quae accipiuntur secundum* etc.-In hanc Pianam lectionem consentiunt codices, si unum G excipias, qui legit: *quae accipiuntur tam secundum praedicata 'quae sunt per se, quam quae non sunt per se; in secunda.* Non est lectio falsa in se, sed non est acceptanda contra aliorum codd. auctoritatem. – Idem cod. infra *(proprias demonstrationi)* om. *demonstrationi;* 1QR: *demonstrationum; A* denique om. verba *demonstrationi quae,* usque ad *demonstrationi propria* inclusive.

γ) *Prima autem* etc.-A: in *partes duas;* Bl: *Prima in duas: in prima* etc.; GH: *Prima dividitur in duas partes* (G om. *paries'): in prima* etc.; CQR: *dividitur in duas: in prima* etc. (Cf. lect. xxni, not.η).

δ) *In secunda ostendit quod non sit etc.* – Ita codd. (exc. B), et cum his ed. Piana. Optima lectio, ut patet ex sequenti num. 3. – Cod. B secundum membrum primae divisionis cum secundo membro subdivisionis confundens, habet: *in secunda ostendit quod non sit procedere in infinitum in demonstrationibus, quae accipiuntur secundum praedicata per se, quae sunt propria demonstrationi, ibi: Universaliter autem etc.* Verba *quae accipiuntur,* usque ad *ibi* exclusive, non sunt huius loci, sed superioris, in quo codex citatus ea omittit. – Cum codd. autem (exc. MN, qui hab. lac.) legimus, *in infinitum universaliter in praedicatis affirmativis,* loco, *in infinitum in praedicatis affirmativis,* uti habet ed. Piana.

e) *Non est ire in infinitum.* – Est lectio codd. ABG1; PR et s. m. C: non *est in infinitum ire;* EI.NQT et *p.* m. CDKS omitt. *ire,* sed s. m. DKS cum HM: *procedere in infinitum;* O: *abire in infinitum.*

ζ) *Hic iam manifestum* etc.- Codices.- P: *ostendendum erit.* Textus gr.: φανερόν. – Deinde codices omnes unanimiter habent, *aliqui speculantur;* grace.: Οεωροῦσιν; P: *aliquis speculatur.* – Praeterea cum codd. legimus: *idest in affirmativis;* P om. *idest in;* A: in *illis, idest in illis esse* etc.; O: *idest et in illis.*

η) *Sequitur et quod non contingat* etc. – ABCDKLMQRST: *sequitur et quod non;* I: *sequitur quod et non;* P: *sequitur quod non.* – B: *possit definiri aliquid.* – Codices, exc. Q: *ct quod si definitur:* quam etiam lectionem adoptavimus loco PQ: *et si definitur.*– Paulo autem supra *(Si enim etc.)* codd. (exc. BN): Si *enim dentur* (G, *detur) huiusmodi praedicata esse* etc.; B: *Si enim dicuntur huiusmodi praedicata esse* etc.-In hac ratione supponit Aristoteles dc rebus dari definitiones, et has definitiones cognosci a nobis, aut saltem posse cognosci. Sit ergo haec definitio essentialis, *homo est animal rationale:* in qua definitione *animal rationale* se habet per modum praedicati, quatenus definitio enunciatur per modum propositionis et est virtute propositio (Cf. lect.v, n. 9). *Rationale* est differentia ultima seu specifica hominis, *animal* est genus proximum. Sed non est genus proximum nisi quatenus in se complectitur genera omnia superiora; quam ob causam, dicendo quod homo est animal, implicite et necessario dicimus -quod sit *vivens,* quod *substantia.* Ergo in hypothesi quod sit abire in infinitum in praedicatis, non erit supremum genus X, quo subtracto, implicite negatur genus proximum, quod definitionem ingreditur, et consequenter definitio dari nequit. Si ergo dantur definitiones, non est possibile procedere in infinitum in praedicatis essentialibus.

0) *Infinita non estpertransire.* – *Ita* codd., exc. GI.-Ed. Piana: *in infinitum non est pertransire;* G: *non contingit in infinita transire;* I: *infinita non contingit pertransire.* – Deinde legimus cum codd. (exc. GIT): *Non autem* (H om. *autem) contingit* (CK: *contingat) definiri* (N: *definire;* in A *definire* corrig. eadem aman, manu in *definiri), neque* etc.-P: *Non autem convenit* etc.; I: *Non enim contingit.* G post *in infinita transire* pergit: *idest non contingit definiri.*

1) *Ex utroque antecedenti.* – A: *ex utroque dicto vel dato sequitur;* B om. *anteced.;* 1RS: *ex utroque autem sequitur.*

x) *Quaedam praemittit* etc.—B et p. m. A om. *quaedam;* alii cod.: *praemittit quaedam;* l om. *quae sunt.*

λ) *Hoc significatur* etc. – GIT: *hic;* BGO et p. m. C: *significatur; C* s. m.: *significat.;* P: *significo.- A: quod illud particulariter* (expung. *partie,* et marg. add. *universaliter) praedicatum;* l om. *univers.* – CD EGHKLNOQST: *praedicetur de subiecto.- HR et* s. m. S: *cui accidit esse album.* Hanc lectionem adoptamus quia eam et sensus requirit, et s. Thomas indicat per ea quae sequuntur. P: *cui accidit esse lignum;* T: *album lignum.*

praedicatur de subiecto, cui accidit esse album, scilicet de hoc particulari ligno, in quo est albedo. Idem * enim est sensus cum dico, *album est lignum,* ac si dicerem, *hoc lignum, cui accidit esse album, est lignum;* non autem * est sensus quod *album sit subiectum ligni.* Et hoc probat, quia subiectum fit hoc quod praedicatur de ipso sicut de subiecto, vel secundum totum, vel secundum partem, sicut *homo fit albus:* sed neque album, neque aliqua pars albi, quae vere sit album, idest quae sit de substantia ipsius albedinis, fit lignum; non enim accidens est subiectum transmutationis, qua de non ligno fit lignum. Omne autem quod incipit esse hoc, fit hoc; si igitur non fit hoc, non ' est hoc, nisi detur quod semper hoc fuerit; non autem semper fuit verum dicere, *album est lignum,* quia aliquando non simul fuerunt albedo et lignum. Cum ergo non sit verum dicere quod album fiat lignum, manifestum est quod album non est lignum *proprie* et *per se* loquendo: sed si hoc concedatur, *album est lignum,* intelligitur *per accidens,* quia scilicet illud particulare subiectum, cui accidit album, est lignum. Iste ergo est sensus huiusmodi praedicationis, in' qua subiectum praedicatur de accidente. Sed cum dico, *lignum est album,* praedicando accidens de subiecto, non significo sicut in praedicto modo praedicationis, quod alterum aliquid * sit substantialiter album, cui accidit esse lignum. Quod quidem significatur tam in praedicto modo, quo subiectum praedicatur de accidente, quam etiam in alio modo, quo accidens praedicatur de accidente, ut cum dico, *musicum est album* ξ: hic enim nihil aliud significo *, nisi quod ille homo particularis, puta Socrates, cui accidit esse musicum, est albus. Sed quando dico, *lignum est album,* significo * quod ipsum lignum vere factum est subiectum albi, non quod aliquid aliud a ligno, vel a parte ligni, quae est lignum aliquod, sit factum album. Est ergo differentia in tribus modis praedictis: quia cum praedicatur accidens de subiecto, non praedicatur per aliquod aliud subiectum; cum autem praedicatur subiectum de accidente, vel accidens de accidente, fit praedicatio ratione eius quod subiicitur termino posito in subiecto; de quo quidem praedicatur aliud accidens accidentaliter, ipsa vero species subiecti essentialiter.

5. Et quia in quolibet praedictorum modorum utimur nomine *praedicationis,* et sicut possumus nomina ponere, ita possumus ea restringere; imponamus * sic nomina in ** probatione sequenti, ut *praedicari* solum dicamus illud, quod dicitur hoc modo, scilicet non ratione alterius subiecti. Illud vero quod dicitur illo modo, scilicet ratione alterius subiecti, velut cum subiectum praedicatur de accidente, vel accidens de accidente, non dicatur tpraedicari, vel si dicatur praedicari, non dicatur praedicari *simpliciter,* sed se- *eundum accidens.* Et accipiamus semper illud, quod se habet per modum *albi,* ex parte praedicati, id autem, quod * se habet per modum *ligni,* accipiatur * ex parte subiecti. Hoc ergo supponamus praedicari semper, in probatione sequenti, quod praedicatur de eo, de quo praedicatur, *simpliciter,* et non *secundum accidens.* Et ratio quare debemus sic uti ° vocabulo praedicationis, haec est: quia loquimur in * materia demonstrativa, demonstrationes autem non utuntur nisi talibus praedicationibus.

6. Deinde cum dicit: *Quare autem in quod* etc., ostendit differentiam praedicatorum *per se* ad invicem. Et circa hoc duo facit: primo, distinguit praedicata ad invicem secundum diversa genera; secundo, ostendit differentiam praedicatorum; ibi: *Amplius substantiam quidem* * etc. Dicit ergo primo, quod quia nos praedicari dicimus solum illud, quod praedicatur non secundum aliud * subiectum, hoc autem diversificatur secundum decem praedicamenta; sequitur quod omne quod sic praedicatur, praedicetur * aut *in quod quid est,* idest per modum *substantialis* praedicati, aut per modum *qualis,* vel *quanti,* vel alicuius * alterius praedicamentorum, de quibus actum est in *Praedicamentis* π. Et addit *cum unum de uno praedicetur:* quia si praedicatum non sit unum sed

• codd.(«c.«s); *Is; s: Hic.*

'R-.enim.

μ

*

‘ ABN: *aliquod,*

ξ

•0: *significatur,*

-*»: *significa-*

* Codd. - p: *impon. etiam;* m: *etiamponamus;;: impon.ergo nom.* " *In om.* codd., cxc.ckr et s.m.c.

praeabgiko; et ita blset,erll0–'P: *dicitur.*

• DH1LNOQS.-BCM rt: *illud autem qd.* AE hab. lac.-p: *et id quod.* *Accip.om.* BH.-l: *a parte.*

o

* Codd., exc. cgi et p. m. κ.-p: *de.*

* Num. seq.

*Codd., exc. qr,-P: *aliquod;* Q *atia;* r: *illud.*

* B: *aut praedicatur in eo qd;* cdgr: *praedicatur.*

* ci: *rei 'per modum alie,-* c om. *alterius.*

p) *Quia subiectum* etc. – GHR: *quod subiectum;* C: *quia* (marg.: *vel quod) subiectum;* I: *subiectum sit hoc mado.-G: quia praedicatur.*

v) *Si igitur non fit hoc, non est hoc.* – Est lectio codd., exc. 1Q. -P: *Si igitur non fit hoc, hoc non est hoc.* 1: *incipit esse hoc, hoc fit hoc; figura* (corr. in st) *non est hoc, non est hoc, nisi detur etc.;* Q: *incipit esse hoc, fit hoc, non erat hac ratio, nisi dmr quod semper hoc silit.* Inepta lectio. – Deinde codd. (exc. HQR): *nisi detur quod semper hoc fuerit;* H om. Aoe; R: *nisi detur quod pars haec fuerit.* P: *nisi detur quod hoc semper fuerit.*

ξ) *Musicum est album.-P* addit, *praedicando accidens.* Quae verba cur apponantur, non apparet. Illis codices nostri carent; unde et ea expungimus.

0) *Et ratio quare debemus* etc.-R erronee: (om. *Et ratio) Quare si debemus;* G: *uti sic debemus;* H non recte: sic deAeantus *in vocabulo;* M om. *sic;* cett. codd.: *sic debemus uti.* – Infra autem cum codicibus legimus: *non utuntur nisi talibus.* P om. *nisi;* unde hunc sensum exhibet, nempe: demonstrationes non utuntur *praedicationibus per accidens;* et ideo lectio in se est vera. Attamen lectio codd. est praeferenda, utpote quae magis congruit cum antecedenter dictis.

π) *Dc quibus actum est in Praedicamentis.* – L: in *libro Praedicamentorum.* Scripsit Aristoteles, ut omnes norunt, librum cui nomen est *Categoriae,* et quem scholastici vocant etiam *De Praedicamentis,* et Gumposch, referente Waitz *(Organ.* P. I, Schol. seu Comment. in Categorias, pag. 265), maluit inscribere *De decem generibus,* Περὶ τῶν δέχα γενῶν.-Praemissa (cap. 1) notione de nominibus *homonymis, synonymis* et *paronymis (Cf.* 1 *Perih.,* lect. v, not. ζ), dividit imprimis (cap. 11) ea quae veniunt in nostram cognitionem: eorum enim quaedam per coniunctionem dicuntur, v. g., *homo est albus, homo currit* etc.; quaedam autem dicuntur sine coniunctione, ut, e. *g., homo, leo, album,* etc.-Quia vero nostra cognitio ad obiecta terminatur quae sunt, obiecta ista dividit in quatuor classes, videlicet 1', in ea quae de subiecto dicuntur, sed non sunt *in subiecto:* τὰ ρέν καθ' ὑποχειρένου *tivo* λέγεται, ἐν ὑποχειρένω δέ οὐδενί ἐστιν. Ita homo (et idem dicatur de aliis substantiis universalibus) dicitur de individuo humano, e. *g., Petrus est homo;* sed nemo dixerit hominem esse in Petro sicut in subiecto distincto ab homine ipso. – 2*, in ea quae, per oppositum ad praecedentia, sunt in subiecto, sed de subiecto non dicuntur: τὰ δὲ ἐν ὑποχειρένω ρέν ἐστι, καθ ὑποχειρένου δὲ οὐδενό λέγεται. Haec sunt accidentia *individua,* quae sunt quidem in subiecto, quatenus separata ab illo existere ex se non possunt; at non sunt in subiecto quasi pars subiecti, neque possunt dici seu affirmari de inferiori subiecto. Ita, e. g., color A est in subiecto B, sed de B non praedicatur; non enim dici potest, *B est color,* quamvis dicatur, *B est coloratum:* neque hic color *de* alio dici potest tanquam de inferiori. – 3°, in ea quae et de subiecto dicuntur et sunt in subiecto: τὰ δὲ καθ' ὑποχειρένου τε λέγεται, χαι ἐν ὑποχειρένω ἐστιν. et haec sunt accidentia universaliter sumpta. Ita, e. g., scientia est in mente, sicut in subiecto, nec extra mentem existere per se ipsam ullatenus potest; et ipsa vere praedicatur de aliquo inferiori subiecto, sicut cum, e. g., dicitur, *mathematica est scientia.* –40 denique, in ea quae neque in subiecto sunt neque de subiecto dicuntur: τὰ δὲ οὐτε ἐν ὑποχειρένω ἐστιν οὐτε καθ' ὑποχειρένου τίνο λέγεται. Huiusmodi sunt individua substantialia, seu substantiae primae: non enim dici potest, e. g., *Petrus est Paulus.*

Si igitur accipiamus ea, quae sine coniunctione dicuntur, res omnes a nobis cognitae recte dividuntur in substantias, quae dicuntur de subiecto et non sunt in subiecto, et in accidentia quae sunt in subiecto, et de subiecto dicuntur. Haec ergo, *substantia* et *accidens,*

multa, non poterit praedicatum *simpliciter* dici *quid* vel *quale;* sed forte dicetur simul *quale quid**, *]lomo est animal album.* Fuit autem necessaria haec additio; quia si multa praedicentur de uno, ita quod multa * accipiantur in ratione unius praedicati, poterunt in infinitum praedicationes multiplicari, secundum infinitos modos combinandi praedicata ad invicem. Unde cum quaeritur * status in his quae praedicantur, necesse est accipere unum de uno praedicari.

7. Deinde cum dicit: *Amplius substantiam quidem* etc., ostendit differentiam praedictorum praedicatorum. Et circa hoc tria facit: primo, proponit* differentiam; secundo, manifestat per exemplum; ibi: *Ut de homine et albo* * etc.; tertio, excludit quamdam obviationem; ibi: *Species enim gaudeant* * etc. Dicit ergo primo, quod illa quae substantiam significant, oportet quod significent respectu eius de quo praedicantur, *quod vere illud est, aut quod vere illud aliquid.* Quod potest * dupliciter intelligi. Uno modo, ut ostendatur distinctio $_p$ ex parte praedicati, quod vel significat totam essentiam subiecti, sicut definitio: et hoc significat cum dicit: *quod vere illud est;* vel significat partem essentiae, sicut genus, vel differentia: et hoc significat cum dicit; *aut quod vere illud aliquid.* Alio modo, et melius, ut ostendatur distinctio ex parte subiecti, quod * quandoque est convertibile cum praedicato essentiali *, sicut definitum cum definitione: et hoc significat cum dicit: *quod vere illud est;* quandoque vero est pars subiectiva * praedicati, sicut homo *animalis:* et hoc signmeat cum dicit: *aut quod vere illud aliquid.* Homo enim *aliquod* animal est. Sed illa quae non significant substantiam*, sed dicuntur de aliquo subiecto, quod quidem subiectum nec *vere,* idest essentialiter, est illud praedicatum, neque aliquid eius; omnia huiusmodi praedicata sunt accidentalia

8. Deinde cum dicit: *Ut de homine est album* etc., manifestat praemissam * differentiam per exemplum: et dicit quod cum dicimus, *homo est albus,* praedicatum illud est accidentale, quia homo non est quod vere album est, idest *esse album* non est essentia hominis neque quod vere album aliquid, ut supra expositum est. Sed cum dicitur, *homo est animal,* forsan homo est quod * vere est animal: ānīmal enim significat essentiam hominis, quia illud * ipsum quod est homo, est essentialiter animal. Et quamvis illa, quae non significant substantiam, sint accidentia, non tamen *per accidens* praedicantur*. Praedicantur enim de quodam subiecto non propter * aliquod aliud subiectum: puta cum dico, *homo est albus,* praedicatur *album* de homine, non ea ratione, quod aliquod aliud subiectum sit album, ratione cuius *homo* dicatur *albus;* sicut supra * dictum est in his, quae praedicantur per accidens.

9. Deinde cum dicit: *Species enim gaudeant etc.,* excludit quamdam obviationem. Posset enim aliquis dicere quod praedicata, quae significant substantiam, non sunt vere et essentialiter id, de quo praedicantur, vel * aliquid eius: neque accidentia, quae sunt in individuis sicut in subiectis, conveniunt huiusmodi communibus praedicatis essentialibus; quia huiusmodi praedicata universalia τ significant quasdam essentias semper * separatas per se subsistentes, sicut Platonici dicebant.

Sed ipse respondet quia *, si supponantur species, idest ideae W, esse, debent gaudere ?, quia se-

---

sunt duo suprema genera rerum. Substantia autem prouti sumitur in hoc conceptu generico divisionem non patitur, quia quocunque modo consideretur, ipsa est et debet esse *ens cui competit per se,* hoc est in seipso, *existere, et non in subiecto.* Accipit proculdubio substantia differentias specificas, sed hae non respiciunt ordinem *subsistentiae,* quae immutata permanet, sed potius ordinem perfectionis obiectivae in ipsa subsistentia. At contra accidens, quia quatenus est in subiecto, subiectum ipsum ex natura sua modificat, vestiendo, ut ita dicam, ipsum determinatis modis existendi, ex hoc capite in varia alia genera dividitur. Nam vi accidentis ita potest modificari subiectum ut concrete sit aut *quantum* (ποσόν), aut *quale* (ποιόν), aut *relatum,* seu *ad aliquid* (πρός τι), aut *ubi* (που), aut *quando* (ποτέ), aut *situm* (κεῖσθαι), aut *habens* (ε'χειν), aut *agens* (ποιεῖν), aut *patiens* (πάσγειν). Hinc *accidens* subdividitur in novem genera suprema accidentium, quae una cum substantia constituunt decem praedicamenta seu categorias. De his singillatim agit Aristoteles in opere citato a cap. in ad vu inclusive; ac deinde per reliqua capita (νπι-xii.) agit de modis, qui ad praedicamenta invicem comparata consequuntur: qui modi *Postpraedicamenta* dicuntur, sicut aequivoca, univoca et analoga et alia quae praecedunt tractatum de singulis praedicamentis, *Antepraedicamenta* dicta sunt. « Unumquodque eorum *(praedicamentorum)* quae › enumerata sunt, *inquit Aristotcles* (cap. n), ipsum per se nec affirmat quidpiam nec negat, at » eorum inter se coniunctione affirmatio constituitur aut negatio. Omnis » enim affirmatio aut negatio videtur aut vera aut falsa esse; quae tamen sine ulla coniunctione dicuntur, eorum nullum vel verum vel » falsum est, ut *homo, album, currit, vincit* » (Cf. I *Perth.,* lect. tn et vn).

Hae sunt aristotelicae categoriae, quas summi viri interpretati sunt, et dc quibus hic mentionem facit s. Thomas.

p) *Ut ostendatur distinctio.* — l: *quod intelligatur definitio;* S s. m. supra *distinctio* add., *vel definitio.*

σ) *Idest esse album non est essentia hominis,-Cod.* B: *esse album non est esse vel essentia hominis;* ARST et s. m. N: *non est de essentia hominis;* K et p. m. N: *non esse essentia;* C p. m: *si esset essentia;* Q: si *esse essentia hominis;* O hab. lacunam. Alii codd. et s. m. C: *non est essentia hominis;* quam lectionem adoptavimus, quia CX iis quae immediate sequuntur, et ex iis quae declarata sunt in praec. numero, videtur melior quam Piana: *non est essentiale hominis.*

τ) *Quia huiusmodi praedicata universalia.* – LN: *praedicata essentialia,* sed *essentialia* corrig. in *universalia;* O: *praedicata essentialia universalia;* Q om. *universalia.* – P: *universalia praedicata.*

υ) *Species, idest ideae.* – *Formas* rerum praeter res ipsas existentes *ideas* graece, vel *species* latine nominari, post Tullium in I *Tuse.* cap. xxrv, n. 58, affirmat s. Thomas. Unde utrumque vocabulum ad unam eamdemque rem significandam usurpant philosophi. Sed audiendus est s. Thomas (P. I, qu. xv, artic. t). « Idea... graece, latine forma dicitur. Unde » per ideas intelliguntur formae aliarum rerum praeter ipsas res existentes. Forma autem alicuius rei praeter ipsam existens ad duo esse potest: vel ut sit exemplar eius cuius dicitur forma; vel ut sit principium » cognitionis ipsius, secundum quod formae cognoscibilium dicuntur esse » in cognoscente. » Attamen penes Scolasticos et ipsum s. Thomam vocabulo ideae designatur frequentius forma quae est exemplar; forma vero quae est principium cognoscendi magis designatur sub vocabulo speciei. Porro forma, ut *exemplar,* est id quod directe cognoscitur, et, ut patet, antccedcnter ad rem quae ad exemplar illius ab artifice formatur; ita nempe ut sit simul obiectum directum cognitionis et principium actionis; sed est principium actionis quatenus est obiectum cognitionis in artifice, non autem viceversa. Ex opposito idea, seu species, quatenus est principium cognoscendi, est *medium quo* cognoscitur, non autem *obiectum quod* cognitionis directae (quamvis species sit etiam *obiectum quod* cognitionis reflexae); consequenter informatio mentis a specie praecedit quidem cognitionem, sed id quod primo et directe cognoscitur, est obiectum, cuius species est forma intentionalis, seu idealis, in mente existens, et ad quod intelligendum mens ipsa per speciem determinatur. – Recentiores plerique ideam secundo hoc sensu consideratam (ut principium quo cognoscendi) non suscipiunt; eamque, non secus ac ideam acceptam in prima significatione, volunt esse obiectum cognitionis directae. Verum s. Thomas sapienter animadvertit per hanc doctrinam viam sterni ad idealismum. « Eadem sunt, *inquit,* quae intelligimus, et de quibus » sunt scientiae. Si igitur ea quae intelligimus, essent solum species, quae » sunt in anima, sequeretur quod scientiae omnes non essent de rebus, » quae sunt extra animam, sed solum *(nota)* de speciebus intelligibilibus, » quae sunt in anima; sicut secundum Platonicos omnes scientiae sunt » de ideis, quas ponebant esse intellecta in actu › P. I, qu. lxxxv, artic. n).

φ) *Debent gaudere etc.- Τά* γάρ ε"οη χαιρέτω.-« Nam ideas, *vertit » Pacius,* hoc loco valere iubcamus » (I *Poster.,* cap. xix. - Ed. cit. p. 209).

χ
• g ; *unde hu-*
• *sunt om. a.*
I

eundum Platonicos habent aliquod nobilius esse, quam res nobis notae naturales x. Huiusmodi enim * res sunt particulares et materiales, illae autem sunt * universales et immateriales. Sunt enim quaedam praemonstrationes ♦respectu naturalium, idest quaedam exemplaria horum: ut accipiantur hic monstra vel praemonstrationes sicut praemonstratur aliquid ad aliquid probandum. Quia ergo sunt praemonstrationes vel exemplaria rerum naturalium, necesse est quod in istis rebus naturalibus inveniantur aliquae participationes illarum specierum, quae pertinent ad essentiam harum rerum naturalium. Et ideo si sint huiusmodi species separatae, sicut Platonici posuerunt*, nihil pertinent ad rationem praesentem. Nos enim intendimus de huiusmodi rebus, de quibus in nobis scientia " per demonstrationem acquiritur. Et huiusmodi sunt res in natura existentes nobis notae, de quibus demonstrationes fiunt. Et ideo si detur quod *animal* sit quoddam separatum, quasi praemonstratio existens animalium naturalium, tunc cum dico, *homo est animal,* secundum quod hac propositione utimur in demonstrando *, ly *animal* significat essentiam rei naturalis, de qua fit demonstratio.

· codd.- p: λ - *xerunt sive pQ- »uer.* ‹»
· I: *demonstra- ly ;* x : *idest.*

Festive nempe Aristoteles ideas platonicas traducit, rationemque addit: τερετίσματα τε γάρ εστι. Ad quae verba alludens Themistius inquit: « Por- » tenta illa, hercules, sunt, quae aliqui autumant albedinem, nigritiam, » ruborem, numerum, ambulationem, doctrinam seorsum a rebus stare» (In l *Poster.,* cap. xxxvin. – Ed. cit. pag. 24). Pacius autem (loc. cit.) vertit : ‹ Nihil enim aliud quam nugae , et quasi inanes cantiones » sunt. » – Hunc locum sic exponit Ptnloponus : « Species enim valeant, » monstra enim sunt... Monstra autem vocantur praecantus citharoedo- » rum (τερετίσματα δὲ χαλοννται τὰ προφάλματα των κιθαρωδών), quos » inarticulate canunt, ut experiantur discordandam chordarum, si secun- » dum convenientem melodiae rationem extensae sint. Hoc autem inquit » *(Aristoteles)* ac si diceret, rationes idearum sunt verborum tenuium, › quae vacua sint intelligentia » (In l *Poster., § Amplius substantiam,* Ed. lat. pag. 79, coi. 2 ; gr., pag. 136). Et haec est prima pars responsionis, quam Aristoteles dat ad obiectionem deductam ex ideis platonicis. – In secunda autem parte fingit Aristoteles hypothesim reiectam in prima parte, nempe quod ideae platonicae dentur, et respondet huiusmodi ideas extra propositum adduci et nullo modo ad thesim praesentem pertinere: χαι εἰ εστιν, οὐδέν πρό τον λόγον εστίν. Ratio est: αἱ γάρ αποδείξει περ'ι των τοιούτων εἶσίν. – S. Thomas cum nostra versione legisse videtur *monstra* et *praemonstrationes,* sed ex contextu τερετίσματα intelligit: nam exponit quod huiusmodi ideae platonicae, si darentur, essent exemplaria rerum naturalium. Ex quo infert, quod Aristoteles principaliter intendit in secunda parte, nempe quod si sint huiusmodi species separatae, nihil pertinent ad rationem praesentem, καί εἰ εστιν, οὐδέν προ τὸν λόγον εστίν; quia nos intendimus de huiusmodi rebus, de quibus in nobis scientia per demonstrationem acquiritur, αἱ γάρ αποδείξει περί των τοιούτων εἶσίν.

Philoponus hoc loco tangit quaestionem historico-criticam, utrum nempe Plato revera docuerit ideas separatas a rebus naturalibus et per se subsistentes; relataque opinione dicentium illud dogma non fuisse Platonis, sed quorumdam discipulorum eius, Platonem vero non in seipsis sed in Deo subsistentes ideas posuisse, suam sententiam enunciat: «Mihi » autem omnino improbabilis videtur haec apologia (ε'μοί δὲ πάνν δοχεῖ » απίθανο ἡ τοιαὐτη απολογία). Si enim Opificis ideas, quae nempe in » Opificis mente sunt, Plato supponebat, nunquam contra hoc insti- » tisset Aristoteles: ubique enim ipse eadem dicit secundum hanc ra- › tionem. Non notatur autem hoc ipsum, quod Plato quidem taliter di- » ceret de ideis, socii autem male exciperent. Nunc autem hoc non › fecit, videtur autem semper pugnare contra dogma datum a Platone » de his, non contra ipsum male intelligentes. In metaphysicis multas » et longas contra dogma extendit rationes. Narratur quod, vivente Pla- » tone, fortissime de hoc dogmate institit Aristoteles contra Platonem : » et videtur revera Plato non rationes simpliciter, quae sunt in Opifice, » dicere'esse species, sed dare ipsis subsistentiam per se, et esse aliquid » per se aequale, et per se animal, et huiusmodi, ad quae et Opificem, » ut ex exemplaribus illis, creare quae hic sunt. Προ α χαι τόν δη- » μιουργον ὠ έχ παραδειγμάτων εκείνων δημιουργζσαι τὰ τήδε » (Op. et loc. cit.).

χ) *Res nobis notae naturales.* – Existimo ita esse legendum cum codicibus, excepto B, qui cum Piana habet: *res nobis notae materiales.* At facile est notare sequentia: *Huiusmodi enim res sunt particulares et materiales;* quae inepte ponerentur, si non, *naturales,* sed, *materiales* legere deberemus. Inepte enim diceretur *res materiales sunt particulares et materiales.* Adde quod infra tum codices praecitati tum editio Piana concorditer legunt *(respectu rerum) naturalium; exemplaria rerum naturalium,* etc. – Eadem de causa, ut omnia sibi cohaereant, praetuli lectionem codd.: *Et huiusmodi sunt res in natura existentes,* lectioni P et s. m. R: *Et huiusmodi sunt res in materia existentes :* quamvis haec lectio, philosophice loquendo, veritatem et ipsa prae se ferat.– Supra codd. H1Q legunt *particulares et naturales,* sed non recte; nam et ipsi postea habent *universales et immateriales.*

ψ) *Sunt enim quaedam* etc. – Intricati sunt hoc loco codices;· unde eorum lectiones adnotabo, Pianam recitando: « Sunt (1, *sicut)* enim » quaedam praemonstrationes (AGHRS et p. m. C, *demonstrationes ;* C » s. m., *vel praemonstrationes ;* BN, *monstra)* respectu (ABG1, *rerum* » loco *respectu)* naturalium, idest (codd., exc. B, *et)* quaedam exem- » plaria horum: ut accipiantur (B, *accipitur;* N, *accipiatur)* hic monstra » vel praemonstrationes (G, *demonstrationes),* sicut supra praemon- » stratur (codd. om. *supra; G, sicut primo demonstratur ; H, sicut quae » praemonst.)* aliquid (B, *aliquod;* D, *quid)* ad aliquid probandum (AB › CDEGHKLMST: *ad prob.;* 1, *praemonstratur ad prob.;* N, *prae- » monstrant ad procedendum* (?); R s. m., *vel praemonstrationes* (om. › cet.) *ad probandum aliquid).* » OQ om. verba *sicut* etc., usque ad *sunt praemonstrationes* inclusive.

ω) *In nobis scientia* – Vide quae de cod. R diximus in Praefatione.

LECTIO TRIGESIMAQUARTA

PER LOGICAS RATIONES OSTENDITUR UNIVERSALITER QUOD IN PRAEDICATIS AFFIRMATIVIS NON PROCEDITUR IN INFINITUM, NEQUE PER MODUM CIRCULATIONIS, NEQUE SECUNDUM RECTITUDINEM IN SURSUM VEL DEORSUM

Ἐτῖ εἰ μή ἐστι τούτο τουδ'ῖ ποιότη κάκεῖνο τούτου, μηδέ ποιότητα ποιότη ,

αδύνατον ἀντίκατηγορεῖσθαι ἀλλήλων ούτω . Ἀλλ' ἀληθε [Λεν ενδέχεται εἴπειν, ἀντικατηγορήσαι δ' αληθώ ούκ ἐνδέχεται.

Ἡ γάρ τοι ὠ ούσία κατηγορηθήσεται, οίον η γένο ον ἡ διαφορά τοϋ κατηγορουμένου.

Ταΰτα δέ δέδεικται δτι ούκ εσται ἀπειρα, ούτ' ἐπῖ τό κάτω ούτ* ἐπῖ τό ἀνω. Οίον ἀνθρωπο δίπουν, τούτο ζφον, τούτο δ* ἑτερον ουδέ τό ζωον κατ' ανθρώπου, τούτο δέ κατά Καλλίου, τούτο δέ κατ' ἀλλου ἐν τω τί εστιν. Την μέν γάρ ούσίαν ἀπασαν εστιν ὁρίσασθαι την τοιαύτην, τα δ' ἀπειρα ούκ εστι διεξελθεῖν νοούντα. "Ωστ' ούτ' ἐπῖ τό ἀνω ούτ' ἐπῖ το' κάτω ἀπειρα· εκείνην γαρ ούκ εστιν ὁρίσασθαι, ἡ τα ἀπειρα κατηγορεῖται.

Ὡ μέν δή γένη ἀλλη'λων ούκ ἀντικατηγορηθήσεται· εσται γαρ αύτό δπερ αύτό τι.

Ούδέ μην τού ποιού η τών ἀλλων οΰδέν, ἀν μή κατά συμβεβηκο κατηγορηθή- πάντα γαρ ταύτα συμβέβηκε καί κατά τών ουσιών ζατηγορεῖται.

Ἀλλα δή οτι ούδ' ει τό ἀνω ἀπειρα εσται· ἑκάστου γάρ κατηγορεῖται δ ἀν σημαίνη ἡ ποιο'ν τι ἡ ποσο'ν τι ἡ τι τών τοιούτων ἡ τά ἐν τη ούσία· ταύτα δέ πεπέρανται, καί τά γένη τών κατηγοριών πεπέρανται· ἡ γάρ ποιόν ἡ ποσόν ἡ πρό τι ἡ ποιούν ἡ πάσχον ἡ πού ἡ ποτέ. Ὑπόκειται δέ ἑν καθ' ενό κατηγορεῖσθαι, αυτά δέ αυτών, οσα μή τί εστι, μή κατηγορεῖσθαι. Συμβεβηκο'τα γάρ ἐστι πάντα, ἀλλα τα μέν καθ' αύτά, τα δέ καθ' ἑτερον τρόπον ταΰτα δέ πάντα καθ' υποκειμένου τινό κατηγορεῖσθαί φαμεν, τό δέ συμβεβηκο ούκ είναι υποκείμενον τι· οΰδέν γάρ τών τοιούτων τίθεμεν είναι, δ ούχ ἑτερόν τι δν λέγεται δ λέγεται, ἀλλ' αύτό ἀλλου καί ἀλλ' ἀττα καθ' ετέρου.

Ούτ' ει τό ἀνω ἀρα ἑν καθ' ἑνό ούτ' ει τό κάτω ὑπάρχειν λεχθήσεται. Καθ' ὠν μέν γαρ λέγεται τα συμβεβηκότα , οσα ἐν τή ούσία ἑκάστου· ταύτα δέ ούκ ἀπειρα. Ἄνω δέ ταΰτα τε καί τά συμβεβηκο'τα, ἀμφότερα ούκ ἀπειρα. Ανάγκη ἀρα είναι τι ού πρώτον τι κατηγορεῖται καί τούτου ἀλλο, καί τούτο ἵστασθαι, καί ειναί τι δ ούκέτι ούτε κατ' ἀλλου προτέρου ούτε κατ' εκείνου ἀλλο πρότερον κατηγορεῖται. Εἰ μέν ούν τρόπο λέγεται ἀποδείξεω ούτο .

Ἔτι δ' ἀλλο , εἰ ὠν πρότερα ἀττα κατηγορεῖται, ἐστι τούτων ἀπόδειξι· ιόν δ' ἐστίν ἀπόδειξι , ούτε βέλτιον ἐχειν ἐγχωρεῖ πρό αύτά τού εἴδέναι, ούτ' εἴδέναι ἀνευ ἀποδείξεω . Εἴ δέ τόδε διά τώνδε γνώριμον, τάδε δέ μή ἴσμεν, μηδέ βέλτιον ἐχομεν πρό αύτά τού εἴδέναι, ούδέ τό διά τούτων γνώριμον ἐπιστησομεθα. Ει ούν ἐστι τι εἴδέναι δι' ἀποδείξεω ἁπλώ καί μή ἑκ τινών μηδ' ἐξ ὑποθέσεω , ανάγκη ἵστασθαι τά κατηγορία τά μεταξύ. Ει γάρ μή 'ίστανται, ἀλλ' εστιν ἀεῖ τού ληφθέντο επάνω, ἁπάντων ἐσται ἀπόδειξι· ὡστ' εἴ τά ἀπειρα μή ἐγχωρεῖ διελθεῖν, ὠν ἐστΐν ἀπόδειξι , ταύτ' ούκ εἴσόμεθα δι ἀποδείξεω . Εἴ ούν μηδέ βέλτιον ἐχομεν πρό αύτά τού εἴδέναι, ούκ ἐσται οΰδέν ἐπίστασθαι δι' ἀποδείξεω ἁπλώ , ἀλλ' ἐξ ὑποθέσεω . Λογικώ μέν ούν εκ τούτων ἀν τι πιστευ'σειε περί τού λεχθέντο .

* Amplius si non est hoc huiusmodi qualitas et illud huiusmodi, neque qualitatis qualitas est, · seq. cap. XXII et text. 35.

impossibile est aeque praedicari ad invicem sic: sed vere quidem contingit dicere, aeque autem praedicari vere non contingit.

Aut enim sicut substantia praedicabitur, ut est aut cum genus sit, aut differentia.

Haec autem ostensa sunt quoniam non erunt infinita, nec in sursum nec in deorsum. Ut homo bipes, hoc animal, hoc autem alterum est: et animal de homine, hic autem de Callia, hic autem de alio in eo quod quid est. Substantiam quidem omnem est definire huiusmodi, infinita autem non est transire intelligentem. Quare neque in sursum neque in deorsum infinita sunt: illam enim non est definire, de qua infinita praedicantur.

Si quidem igitur genera ad invicem, non aequaliter praedicantur: erit enim ipsum quod vere ipsum aliquid est.

Neque tamen qualis, aut aliorum nullum, nisi secundum accidens praedicabitur; omnia enim haec accidunt et de subiectis praedicantur.

Sed utique neque in sursum infinita erunt: unumquodque enim quod praedicatur, significat aut quale aliquod, aut quantum aliquod, aut huiusmodi, aut quae sunt in substantia: haec autem finita sunt; et genera praedicamentorum finita: aut enim quale, aut quantum, aut ad aliquid, aut facere, aut pati, aut ubi, aut quando. Concessum autem est unum de uno praedicari. Ipsa autem de ipsis, quaecunque non aliquid sunt, non praedicari dicimus: accidentia enim sunt haec omnia; sed haec quidem secundum seipsa, illa vero secundum alterum modum. Haec autem de quodam subiecto omnia praedicari dicimus: accidens autem non esse subiectum aliquod; nihil enim talium ponimus esse subiectum, quod alterum aliquod esse dicatur quod dicitur, sed ipsum in aliis et alia quaedam de alio.

Neque in sursum ergo unum de uno, neque in deorsum dicere. De quibus quidem enim dicuntur accidentia, sunt quaecunque in substantia uniuscuiusque sunt; haec autem non sunt infinita. Sed in sursum, ipsaquc et accidentia, utraque non infinita sunt. Necesse est ergo esse aliquid, de quo primum praedicetur, et de hoc aliud, et hoc stare: et esse aliquid quod non amplius, neque de aliquo priori, neque de illo aliud prius praedicetur. Unus quidem igitur modus dicitur demonstrationis huiusmodi.

Adhuc autem alius: si de quibus priora quaedam praedicantur, erit horum demonstratio: quorum autem demonstratio est, neque potius habere possibile est ad ipsa quam scire; neque scire esse sine demonstratione. Si hoc autem per hoc notum est, hoc autem nescimus, neque melius habemus ad ipsa quam scire; neque per hoc notum sciemus. Si igitur est aliquid scire per demonstrationem simpliciter, et non ex aliquibus neque ex suppositione, manifestum est stare praedicamenta media. Si enim non steterint, sed est semper acceptio in superius, omnium erit demonstratio: quare, si non contingit percurrere infinita, haec non sciemus per demonstrationem. Si igitur neque melius habemus ad ipsa quam scire, non erit nil scire per demonstrationem simpliciter, sed ex suppositione *. Logice quidem igitur ex his utique aliquis credet de eo, quod dictum est. · Text. 36.

Synopsis. — 1. Argumentum et divisiones textus. – 2. Duo principia: 1um, Accidentia non possunt ad invicem aeque praedicari, ita ut unum sit praedicatum alterius, et hoc alterum sit praedicatum primi; 2um, Soli substantiae, non autem accidenti, convenit *per se loquendo* esse subiectum. – 3. Thesis: Neque in praedicatis essentialibus, neque in praedicatis accidentalibus, contingit unum de altero circulariter, seu invicem praedicari ex aequo, nempe secundum aequalem rationem praedicandi.-4. Partes thesis separatim probandae: et primum quoad praedicata essentialia; deinde quoad praedicata accidentalia. – 5. Resumuntur quae in praecedenti lectione n. 2 dicta sunt de definitione, quae non datur nisi de substantiis mediis, et quae ideo impedit quominus infinita praedicentur, sive in sursum sive in deorsum.- 6. Probatur thesis quoad praedicata substantialia (quae sunt partes definitionis, scilicet genus et differentia), in quibus non est abire in infinitum per modum circulationis, ut scilicet *aeque* genus praedicetur de specie, et species de genere: secus enim, quia genus est totum, cuius species est pars, idem respectu eiusdem esset simul pars et totum. Et eadem ratio est de differentiis. – 7. Deinde probatur eadem thesis quoad praedicata accidentalia: quia nullum accidens potest habere conversionem cum subiecto, de quo per se, licet accidentaliter, praedicatur (Cf. lect. praec., n. 8). – 8. Thesis altera: Universaliter loquendo, in nullo genere praedicationis procedi potest in infinitum, non solum circulariter, sed neque etiam secundum rectitudinem in sursum vel deorsum. – 9. Quinque resumuntur ex dictis in praecedenti lectione, videlicet: 10, de unoquoque possunt aliqua praedicari, quidquid significent; at 20, praedicata essentialia sunt finita; 3°, et sunt finita genera praedicamentorum; 40, in simplici propositione unum praedicatur de uno; 5°, de accidente nihil praedicatur simpliciter, neque subiectum neque accidens. – 10. Probatur thesis: et imprimis, substantialia praedicata non sunt infinita; ergo ex parte subiecti, hoc est deorsum, non proceditur in infinitum in praedicatione, qua praedicatur unum de uno. Insuper, genera accidentium, quae praedicantur, sunt finita; et in unoquoque genere non est procedere in infinitum, quia in quolibet praedicamento genus praedicatur de specie in eo *quod quid esi;* ergo in praedicatis accidentalibus non potest procedi in infinitum in sursum, sicut neque in praedicatis essentialibus. – 11. Alio modo probatur quod non procedatur in infinitum in praedicationibus. Per demonstrationem aliquid scimus simpliciter et non ex suppositione; ergo et in praedicationibus non est abire in infinitum.

1. raemissis his, quae necessaria sunt“ ad rça ®/^PropositLim demonstrandum, de di- W istinctionc Praedicatorum ad invicem, «lU^Jj^hic accedit ad propositum ostendendum, scilicet quod non procedatur in praedicatis in infinitum. Et dividitur haec pars in partes * duas, secundum duos modos quibus ostendit propositum. Secunda pars incipit ibi: *Adhuc autem alius* * etc. Circa primum duo facit: primo, ostendit quod non est procedere in infinitum in praedicatis per modum circulationis*; secundo, quod non procedatur in infinitum in eis secundum rectitudinem in sursum neque in deorsum A ibi: *Sed utique quod neque in sursum* * etc. Circa primum tria facit: primo, praemissis suppositis, addit quaedam adhuc * necessaria ad propositum ostendendum; secundo, ex his et aliis praemissis concludit propositum; ibi: *Impossibile est aeque praedicari** etc.; tertio, probat; ibi: *Aut enim sicut substantia* ctc.

2. Primo ergo proponit * duo: quorum unum est, quia * cum praedicatum, quod significat accidens, significet aliquod genus accidentis, puta qualitatem, non potest esse quod duo se habeant hoc modo ad invicem, quod primum sit qualitas secundi, et secundum sit qualitas primi; alia est enim ratio qualitatis, et eius cui qualitas inest *. Secundum est, quod universaliter non est possibile quod qualitas habeat › quamcunque aliam qualitatem sibi inhaerentem; quia nullum accidens est subiectum alterius accidentis per se loquendo. Soli enim substantiae convenit proprie ratio subiecti J.

3. Deinde cum dicit: *Impossibile est aeque* etc., proponit, quasi ex praemissis concludens, quod intendit probare, et dicit: si ista sunt vera, quae praemissa sunt, *impossibile est quod fiat mutua praedicatio ad invicem sic* *, idest secundum aliquem praedictorum* modorum. Non autem ita ** hoc dicitur, quin contingat vere praedicari unum de alio, et e * converso. Dicimus enim vere quod *homo est albus,* et *album est homo.* Sed hoc non fit *aeque,* idest secundum aequalem rationem praedicandi. Et similiter est in praedicatis essentialibus ‘.

4. Deinde cum dicit: *Aut enim sicut substantia* etc., ostendit propositum: et primo, in praedicatis essentialibus; secundo, in accidentalibus; ibi: *Verum etiam ipsius qualis* * etc. Circa primum tria facit: primo, ponit quamdam divisionem essentialium praedicatorum; secundo, resumit quoddam, quod supra probatum est; ibi: *Haec autem ostensa* etc.} tertio, probat propositum; ibi: *Siquidem igitur genera* * etc. Dicit ergo primo, quod ad ostendendum quod non sit ad invicem aeque praedicari, primo oportet hoc considerare in essentialibus praedicatis. Aut enim quod aeque praedicatur * praedicabitur sicut substantia, aut alio modo -. Et si sicut substantia, aut sicut genus aut sicut differentia. Haec enim duo sunt partes definitionis, quae significant essentiam.

5. Deinde cum dicit: *Haec autem ostensa sunt* etc., resumit quod supra * probaverat ?, scilicet huiusmodi praedicata non esse infinita: quia si in infinitum procederent, non haberet in eis locum reciprocatio, seu circulatio. Dicit ergo quod sicut supra * de his ostensum est, in huiusmodi

* λ om. *pars;* 0 om. *haec pars;* hi *ora. partes.*
* Num. n.
* Cf. lect. vin.
β
* Num. 8.
**Adhuc* ex codd., exc. l. – g hab. lacun.
' Num. 3.
* Num. 4.
* a b : *ponit.*
* GiLNQ: *quod;* a om.
* 1: *cuius qualitas est.*
0
' AB.n0" 7«' ~ om· ctiam ‘ praec··
r'^rroné?·' *et* "°" e convers°· e
* Num. 7.
M Num. seq.
* Num. 6.
· codd.-p: *qd praed. aeque.*
· Cf. lect. praec., n. 6.
· Lcct. praec., ζ
· ibid.

a) *Praemissis his* etc. – Hanc lectionem P omnes codices habent, uno excepto N, qui legit: *Postquam Philosophus praemisit quaedam, quae sunt necessaria* etc.-ABG1O: *ad propositum ostendendum de* etc.

β) *in sursum neque in deorsum.* – Codices (exc. AB et s. m. S) om. priora verba, *in sursum;* et omnes omitt. posteriora, *neque in deorsum.* Attamen videtur Piana retinenda, quia verba illa habentur tum in textu, tum in numero 8, ubi s. Thomas hoc divisionis membrum incipit exponere.

γ) *Quod qualitas habeat* etc.-AB: *habeat quamdam;* CDEHQS: *habeat quamcunque aliquam,* et in S *quamcumque* expungitur; H erronee: *quameq. aliquam quantitatem;* denique GI: *quod qualitas inhaereat alii qualitati; quia nullum* etc.

S) *Soli enim substantiae convenit proprie ratio subiecti.* – Codd. GIMN omittunt *proprie;* sed hoc adverbium est retinendum cum P, Venn. edd. et aliis codicibus. Imprimis enim requiritur ex dictis immediate ante de accidente, quod non sit subiectum alterius accidentis per se loquendo. Deinde quia licet substantia sit primum subiectum accidentium, tamen ratione substantiae, a qua per se sustentatur, unum accidens potest dici subiectum immediatum alterius (Cf. lect. 11. not. ε).

ε) *Et similiter est* etc.- CEKLNOQST et p. m. D: *Et sic est* etc.; M: *praedicandi, sicut in* etc.; NQ: *in praedicatis aequalibus.* Sed lectio *aequalibus* non potest admitti: agitur enim de his, quorum unum praedicatur de alio, sed *non aeque,* hoc est non convertibiliter, ct quae possunt esse tum praedicata accidentalia, tum substantialia. Hinc in sequenti numero ostenditur quod non sit *ad invicem aeque praedicari in essentialibus praedicatis.*

ζ) *Quod supra probaverat.* – Piana immediate addit, *in principio praecedentis lectionis;* quae verba auctoritate omnium codd. expunximus, tanquam aliena manu inserta. – Infra cod. A: *non haberet in eius {eis':) locum definitio. Dicit ergo* etc. Et haec lectio nobis videtur vera ex his quae in hoc numero dicuntur ut resumpta ex praecedenti lectione.

non contingit procedere in infinitum, neque in sursum neque in deorsum: sicut si bipes praedicatur * de homine, et animal de bipede, et de animali aliquid alterum, non est hoc* procedere m infinitum in sursum; neque in deorsum, ut si animal dicatur de homine in eo *quod quid est,* et homo de Callia, et hoc de quodam alio (supposito quod homo esset genus " continens sub se multas * species, quarum una esset Callias), non posset sic procedi in infinitum. Et resumit rationem ad ostendendum quod supra posuit, quia omnem huiusmodi substantiam, quae scilicet habet aliquid universalius, quod de ipsa praedicetur *, et quae potest de alio inferiori praedicari, contingit definire: genera vero generalissima, de quibus alia universaliora non praedicantur, et singularia,- quae non praedicantur de aliquibus inferæribus, non contingit definire *. Solum ergo 9 substantiam mediam definire contingit. Illam vero substantiam non contingit definire, de qua infinita praedicantur: quia oportet ♯ definientem intelligendo pertransire omnia illa, quae substantialiter praedicantur de definito ; cum omnia cadant in definitione, vel sicut genus, vel sicut differentia. Infinita autem non contingit pertransire. Ergo oportet omnem universalem * substantiam, quae non est supremum genus, neque infimum subiectum, non habere infinita, quae de ipsa substantialiter praedicentur *. Sic ergo non est procedere in infinitum, neque in sursum neque in deorsum.

λ – Deinde cum dicit: *Si* quidem igitur* λ etc., ostendit quod in substantialibus praedicatis non possit esse processus in infinitum per modum circulationis. Et dicit quod si aliqua praedicata substantialia praedicantur de aliquo ut genera, non praedicantur * ad invicem aequaliter, idest convertibiliter, ita quod unum sit genus alteriuset e converso. Et ad hoc probandum subdit: *erit enim ipsum * quod vere ipsum ** aliquid;* quasi diceret si aliquid praedicatur dc aliquo ut genus, illud de quo praedicatur, est aliquid, quod vere est ipsum, idest est aliquid particulariter, quod substantialiter recipit praedicatiôncm ipsius *. Si ergo ·* hoc praedicetur de illo ut genus, sequetur * quod ipsum, quod particulariter conveniebat alicui, e converso particulariter recipiat praedicationem * illius; quod est* idem respectu eiusdem esse'parrem et totum, quod est impossibile. Et eadem ratio est de differentiis*. Unde ** et in I *Topicorum* * dicitur quod problema dc differentia reducitur ad problema de genere.

7. Deinde cum dicit: *Neque tamen qualis* etc., ostendit quod non potest esse processus " in infinitum per modum circulationis in praedicationibus, in quibus praedicatur accidens de subiecto. Et dicit quod * neque etiam ipsius *qualis* potest esse conversio cum suo subiecto, *aut aliorum nullum* potest habere huiusmodi * praedicationem, quae accidentaliter praedicantur, nisi fiat praedicatio per accidens*; secundum quod dictum est**quod accidentia non praedicantur de subiectis nisi per accidens. Qualitas enim ct omnia alia huiusmodi * accidunt substantiae: unde praedicantur de substantiis f sicut accidens de subiecto.

8. Deinde cum dicit: *Sed utique neque in sursum* etc., ostendit universaliter quod in nullo genere praedicationis sit procedere in infinitum in sursum aut deorsum. Et dicit quod non solum non est procedere in praedicationibus*in infinitum secundum circulationem , sed neque etiam * procedendo in sursum infinita erunt praedicata °, ct similiter nec in*deorsum. Et ad hoc probandum, primo resumit quaedam supra posita ; secundo ex his probat intentum ; ibi: *Neque in sursum ergo* * etc.

9. Circa primum ", primo resumit quod de uno- .

η) *Supposito quod homo esset genus.-itu ex* hypothesis natura, et ex his, quae de speciebus, *quarum una esset Callias,* adduntur, legendum videtur cum codd. ABDI et s. m. S.-Alii codd. cum S p. m.: *supposito* (O, *supponendo) quod* (G om. *quod) non esset* (C om. *esset) genus;* sed est error manifestus amanuensium, qui loco scribendi *h,* scripserunt *n.* Quem errorem legimus irreptum in Venett. edd. – P: *supposito quod ita esset genus;* N: *supponendo (?) quod aliud est genus.*

0) *Solum ergo substantiam.* – Haec verba usque ad *definire contingit* inclusive, mendose om. cod. N. I: *Solam ergo;* H: *Solum igitur mediam subst.;* O: *Solum enim;* M: *Solum substantiam.* Alii codd.: *Solum ergo* etc.; et hanc lectionem adoptavimus. P: *Solum autem.*

t) *Quia oportet* etc. – A: *quia oportet intelligentem, idest definientem pertransire;* G: *quia ergo oportet definire intelligendo pertransire;* I: (om. *quia) oportet ergo;* O: *definientem definitionem intelligendo.*- Lectio P et aliorum codd. perspicua est. Et signanter s. Thomas dicit *intelligendo:* non enim definiens debet in definitione adducere omnia genera superiora, sub quibus continetur genus proximum; sed tamen, ut genus 'proximum assignet, necesse est ut mente percurrat genera superiora, quae condensantur, ut ita dicam, in genere infimo (Cf. lect. xxvni, not. γ, et lect. praeced. n. 2).

x) *Quae de ipsa* etc. – H non recte: *quia de;* AB: *quae de ipsa universaliter;* G: *essentialiter;* ACDEHKLMNQST: *praedicentur.-P: praedicantur.*

λ) *Deinde cum* etc. – Cod. I sic mendose incipit hunc numerum: *Concludit in infinitum per modum circulationis. Et hoc est quod subdit: quid igitur genera ad invicem non praedicabuntur aequaliter, idest* etc.

p) *Ita quod unum sit genus alterius,*- Est explicita lectio codd. GN. Edd. *a, c* et altera 1526, nec non alii codd. habent: i. *q.:* quae abbreviationes generatim ponuntur pro, *idest quod.* Sed hoc loco forma locutionis postulare videtur *ita quod,* ut habent GN (P om. *ita):* nam si genera praedicarentur ad invicem aequaliter, ita ad invicem se haberent, ut unum esset genus alterius et e converso: nempe A est B, B est A.

ν) *Non potest ire* etc.-ABCDEKLQST: *non potest esse in* etc.; G: *processus non potest esse in etc.;* HIMN: *non potest esse processus* (M, *proc, esse) in* etc.-P: *non potest ire in infin.*

ξ) *Praedicantur de substantiis.*-Ita codd.-Piana habet,*praedicantur de subiectis:* quae est etiam lectio Venett. edd. sec. xv et 1326. Quamvis autem haec lectio non sit erronea (proprium enim accidentium subiectum est substantia), tamen melior est codd. lectio, ut immediate praecedentia et immediate sequentia aperte demonstrant. – Qua autem ratione accidentia praedicentur de subiecto per *accidens,* hoc est *accidentaliter, et* tamen tales praedicationes dici etiam possint *per se,* explicavimus lect. x, not. β. Quae autem ib. dicta sunt, confirmata hic habes a s. Thoma (Cf. lect. praeced., n. 8). – A non bene: *ut praedicatur;* CDHKLMNQST: *unde et,* et forte melius. G hab. lacunam. – Supra autem error irrepsisse videtur: praedicatio enim per accidens, de qua dicitur, *nisi fiat, etc.,* est illa, quae distinguitur a qualicunque praedicatione per se, etiam accidentali; unde videtur legendum: *secundum quod dictum est quod subiecta non praedicantur de accidentibus nisi per accidens* (Cf. lect. praeced., n. 5).

0) *Infinita erunt praedicata, et similiter* etc. – Hanc lectionem P concorditer habent codices omnes, uno I excepto, qui modo prorsus arbitrario legit: « infinita erunt praedicata. Et hoc ostendit sic: quid» quid praedicatur de utraque, aut significat qualitatem aut quantitatem » aut aliquod huiusmodi accidentis, aut significat substantiam subiecti. › Et qualitercunque fiat praedicatio, necesse est quod sit status in sur› sum. Et excedit *(excludit)* diversos modos, in quibus aliquis posset » dicere quod proceditur in infinitum, idest *(in)* praedicamentis: quo» rum unum est si aliquis dicat quod quantitas praedicatur de sub» stantia, et qualitas de quantitate, et sic in infinitum. Hoc excedit *(ex» eludit)* dicens quod genera praedicamentorum sunt finita; aut enim » qualê significant, aut quantum , aut ad aliquid, aut c'. Secundus » modus est quod posset aliquis dicere quod praedicatur unum de » uno » etc., ut linea 16 seq. num. 9.

π) *Circa primum* etc.- Verba *circa primum* om. CG, sed est mendum, ut patet ex contextu; M et s.m. S: *Circa primum quinque facit;*

quoque possunt aliqua praedicari, quidquid*significent: sive sit *quale,* sive *quantum,* vel quodcunque aliud genus accidentis, vel etiam quae intrant substantiam * rei, quae sunt essentialia praedicata ?*. Secundo, resumit quod haec, scilicet substantialia praedicata, sunt finita *. Tertio, resumit quod genera praedicamentorum sunt finita; scilicet *quale* et p etc. * Si enim aliquis dicat quod *quantitas* praedicetur de substantia, et *qualitas* de *quantitate,* et sic in infinitum ; hoc * excludit per hoc, quod genera praedicamentorum sunt * finita. Quarto, resumit quod, sicut supra * expositum est, unum de uno praedicatur in simplici praedicatione '. Et ^oc ^eo * inducit, quia posset aliquis dicere quod Primo Praedicabitur * unum de uno, puta de homine animal; et ista praedicatio multiplicabitur quousque poterit inveniri aliquod * unum, quod de homine praedicetur. Quibus finitis, praedicabuntur duo de uno: puta, dicetur quod *homo est animal album;* et sic multo plura praedicata invenirentur secundum diversas combinationes praedicatorum. Rursus, praedicabuntur tria de uno : puta, dicetur quod *homo est animal album magnum;* et sic semper addendo ad numerum, magis multiplicabuntur praedicata, et erit procedere in infinitum in praedicatis, sicut etiam in additione numerorumT. Sed hoc excludit per praedicationem unius de uno. Quinto, resumit ut non dicamus aliqua simpliciter praedicari de ipsis, quae non aliquid sunt, idest de accidentibus, quorum nullum est aliquid * subsistens. De accidente enim neque subiectum neque accidens proprie praedicatur*, ut supra** dictum est. Omnia enim hulusmodi, quae non sunt aliquid substantiale, sunt accidentia, et de his nihil praedicatur simpliciter loquendo : sed haec quidem praedicantur per se, scilicet de subiectis, vel substantialia praedicata vel accidentalia ". Illa vero secundum alium modum, idest per accidens, scilicet cum praedicantur de accidentibus, aut subiecta, aut accidentia. Haec enim omnia, scilicet accidentia, habent de sui ratione quod dicantur de subiecto: illud * autem quod est accidens, non est subiectum aliquod; unde nihil proprie loquendo potest de eo praedicari, quia nihil talium, scilicet accidentium, ponimus esse tale, quod.dicatur id, quod dicitur, idest quod suscipiat praedicationem eius, quod de eo praedicatur, non quasi aliquid alterum existens *, sicut accidit in substantiis. Homo enim ? dicitur *animal* vel *album,* non quia aliquid aliud sit animal vel album, sed quia ipsummet quod est homo, est animal vel album: sed album ideo * dicitur homo vel musicum, quia aliquid alterum, scilicet subiectum albi, est homo vel musicum *. Sed ipsum accidens inest aliis; et alia, quae praedicantur de accidente, praedicantur de altero, idest de subiecto accidentis ; et propter hoc praedicantur de accidente, ut dictum esÇ Hoc autem introduxit, quia si accidens praedicatur de subiecto, et e converso, et omnia quae accidunt subiecto, praedicentur * de se invicem, sequetur quod praedicatio procedat in infinitum, quia uni infinita accidunt.

10. Deinde cum dicit: *Neque in sursum ergo* etc., ostendit propositum ex praemissis, scilicet * quod in praedicatione, qua praedicatur unum de uno, n.on proceditur in infinitum, neque in sursum neque in deorsum; quia omnia accidentia praedicantur de his, quae pertinent ad substantiam rei, quod erat quinta suppositio z. Substantialia autem praedicata non sunt infinita (quod erat secunda suppositio); et ita cx parte sublectorum non proceditur in infinitum in huiusmodi praedicationibus, quasi in deorsum. In sursum autem neutra sunt

*a : *vraed.j idest*
'a-egentiam,-
nCGlect' praec''
•Œn. 5 et lect. praec., n. 2.
•cf lect raec n.6.'
·*: *sed hoc.*
• * : *sim.*
-loc. at
σ
oommhoc'o'om
'dl°'Fdbatur· Bc·
pdbii"r: KQT:
t
.
* ab: *aliquod.*
a : *dicatur;* b : *dicitur.*
·· Lect. praec.,
▮ CD>ECHIKLQ»T : *id.*
* Codd. {exc. b| : *ens.*
?
* Codd.om.iJeo.
" ACBEGHKLOST: *musicus.*
• bckq : *pdeantur ;uq_·. ad inv.;* acbeklms : *de invicem.*
'*Scii,* om.codd., exc. BG.
7.

quae lectio hic explicite enunciat membra, quae deinceps in hoc numero declarantur; Q: *Circa primum sic procedit.* – Addimus *primo* ex codd. omnibus.

p) *Sunt finita; scilicet quale et quantum etc.*-A: *sunt finita: ibi, quale quid etc. Si enim;* GKOQST: *scilicet quale, quantum etc.,* et forte est melior lectio. – Cod. M a verbis, *sunt finita,* excurrit ad similia, quae infra sunt; unde omissis *scilicet quale* etc., immediate prosequitur: *Quarto* etc.

σ) *In simplici praedicatione.* – *Addimus in ex* codd. (exc. GN); G: *de simplici.* – *Immediate* ante *(supra expositum* etc.) ADEKNQST: *supra positum;* CHLM: *supra* (M om.) *suppositum est;* G; *sicut praedictum est.* – *Simplex* vel *una* praedicatio seu propositio est quando unum de uno significat; propositio*plures* vel composita est quando plura significat et non unum. Sed de his vide quae dicta sunt in 1 *Perih.* lect. vm.– Propositio autem alia est propria et directa, alia impropria et indirecta. Dictum est enim (I *Perih.,* lect. cit., nn. 9 et 11 ; lect. x, n. 10) quod ex vi propositionis praedicatum est formale in ipsa propositione, subiectum vero est materiale. Ergo quoties id quod in se est forma vel quasi forma subiecti praedicatur de subiecto ipso, et id quod in se est materiale vel quasi materiale ponitur ut subiectum (quod semper accidit quoties superius praedicatur de inferiori, e. g., Aorno *est animal,* vel accidens praedicatur de substantia, e. g., *homo est albus),* propositio dicitur *naturalis, per se,* et *directa.* Si autem secus sit (quod semper accidit quoties inferius, hoc est, minus universale praedicatur de superiori, e. g., *animal est homo,* vel substantia praedicatur de accidente, e. g., *album est homo),* propositio dicitur *innaturalis, per accidens,* ct *indirecta* (Cf. lect. x, not. β).

τ) *Sicut etiam in additione numerorum.*- G1N om. *etiam;* alii codd.: *et.* - Iterum cod. I, discordans a P et ab aliis codicibus, prosequitur: « Sed excludit per hypothesim superius factam. Hoc enim concessum » est et suppositum, cum quaerimus statum in praedicatis, quod unum » de uno praedicetur. Tertius modus est ut accidens praedicetur de » subiecto, et subiectum de accidente, et omnia quae accidunt subiecto » praedicantur de subiecto; et cum ita infinita eis accidunt, sequitur › quod praedicatio procedat in infinitum. Sed hoc excludit iterum per » aliam hypothesim superius factam. Suppositum est enim supra, ut » non dicamus aliqua simpliciter praedicari de ipsis, quae » etc., ut immediate infra in textu s. Thomae.

u) *Vel substantialia praedicata vel accidentalia.* – Cod. B secunda manu habet: *vel ut substantialia praedicata vel ut accidentia.* Etiam PC et forte L legunt *accidentia;* ceteri codd., *accidentalia,* ut sensus postulat.

φ) *Homo enim* etc. – AHKLMNOQST: *Homo enim (T, Ideo enim homo) dicitur* (A, *dicetur) animal vel album, non quia* etc.; B: *Non enim dicetur homo;* CEG et p. m. D: *Non enim dicitur homo* (C om. *homo) animal vel album, non quia;* D s. m.: *Non enim dicitur homo animal vel albus, quia.P: Horn, enim non dic... album quia.-Cod.* I tertio discordat a P et codd. En eius lectio : « Non enim dicitur animal vel » album, sed quia ipsum (?) quod est homo, est animal vel album vel » musicum, quia aliquid alterum, scilicet subiectum albi, est homo vel » musicus; sed subiectum accidens inest aliis, et alia quae praedicantur de » accidente, praedicantur de altero, idest de subiecto accidentis, et pro» pter hoc praedicantur de homine. Sic igitur, ex quo non potest pro» cedi in infinitum in sursum in praedicationibus, neque secundum prae» dicata substantialia, ut visum est, neque secundum diversa praedica» mentorum genera , neque secundum multiplicitatem praedicatorum, » neque secundum infinitatem accidentium; relinquitur ergo quod nullo » modo contingit in sursum praedicationem esse in infinitum, cum prae» dicatur unum de uno. – Deinde cum dicit, *nec in deorsum,* concludit » cx eisdem quod non contingit praecedere in infinitum in deorsum. Dicit » ergo quod si fiat praedicatum unius de uno, non ducetur in infinitum › etiam in deorsum, quod ostensum est supra de praedicatis substantia» libus: sed si ea quae praedicantur sicut accidentia, necesse est quod » praedicentur de subiectis et de his quae substantialiter praedicantur de » subiecto, et ita non sunt infinita; similiter etiam nec accidentia sunt in» finita in sursum, ita scilicet quod semper accidentis sit aliud accidens , » et etiam substantialia praedicata non sunt in sursum infinita. Unde con» cludi potest universaliter » etc., ut lin. 19 seq. num. 10.

y) Erat quinta suppositio* – AQ et s. m. DK: *erat prima suppos.;* B: *erat vera suppos.;* EN: *erat una suppos.;* D p. m.: *erat a suppos.;* K p. m. *erat d suppos.;* quae litcrae, nempe *a* et *d,* videntur corruptiones alicuius numeri, puta v. MT et p. m. S: *erat de suppositione;* S s. m.: *erat de suppositione prima.

infinita, scilicet neque substantialia praedicata, neque accidentalia: quia et genera accidentium sunt finita, et in unoquoque generum* non est procedere in infinitum, neque in sursum neque in deorsum, sicut neque in substantialibus praedicatis: quia in quolibet * praedicamento aenus praedicatur de specie in eo *quod quid est.* Unde concludi potest universaliter quod necesse est esse aliquod primum subiectum, de quo aliquid praedicetur, existente statu praedicationis in deorsum: et de hoc aliquid aliud praedicabitur*, et hoc habebit statum in sursum*: et erit invenire aliquid quod non amplius praedicabitur de alio, neque sicut posterius praedicatur de priori per *accidens,* neque sicut prius praedicatur de posteriori *per se.* Hic igitur est unus modus logice * demonstrandi propositum, qui sumitur secundum diversos modos praedicationis.

ii. Deinde cum dicit: *Adhuc aittem alius* etc., P011'* secundum modum probationis *, et dicit quod quando est aliqua talis propositio, in qua praedicatur aliquid de subiecto, si aliqua possunt per prius praedicari de illo subiecto, talis propositio demonstrabilis erit *; puta haec propositio, *homo est substantia,* demonstratur per hanc, *animal est substantia,* quia de animali per prius praedicatur substantia quam de homine. Si autem aliqua propositio est demonstrabilis, non possumus eam * melius cognoscere quam sciendo: sicut principia indemonstrabilia melius cognoscimus quam sciendo, quia cognoscimus ea ut per se nota. * Et iterum huiusmodi demonstrabilia non possumus scire nisi per demonstrationem; quia demonstratio est syllogismus faciens scire, ut supra dictum est *. Item considerandum est quod * si aliqua propositio est nota per aliam, si illam per quam nota est nescimus, neque cognoscimus eam meliori modo quam sciendo, consequens est quod nec * sciamus illam propositionem, quae*per eam cognoscitur *. His igitur * tribus suppositis, procedit sic. Si contingit aliquid simpliciter scire per demonstrationem, et non ex aliquibus nec ex suppositione, necesse est quod sit status in praedicatis, quae accipiuntur ut media *. Dicit autem *simpliciter, et non ex aliquibus,* ad excludendum demonstrationes ducentes * ad impossibile **; in quibus procedit contra positiones aliquas ex aliquibus propositionibus datis ψ. Dicit autem *neque ex suppositione,* ad excludendum demonstrationes *quia,* quales * fiunt in scientiis subalternis*; quae supponunt conclusiones superiorum scientiarum, ut supra habitum est*. Est ergo simpliciter per demonstrationem scire, quando quaelibet propositionum praemissarum, si sit demonstrabilis, scitur per demonstrationem; et si non est demonstrabilis, intelligitur per seipsam *. Et hoc supposito, necesse est quod sit status in praedicationibus, quia si non fuerit status, sed semper potest accipi aliquid superius, sequitur quod omnium sit demonstratio, ut primo * dicebatur. Si ergo aliqua conclusio demonstratur*, oportet quod quaelibet praemissarum sit demonstrabilis. Sic* ergo ad eius cognitionem nullo modo possumus melius nos habere ", quam sciendo eam per demonstrationem: ergo oportebit * eam demonstrare per aliquas alias propositiones, et illas iterum per alias, et sic in infinitum. Quia igitur infinita non est transire, non poterimus ea * cognoscere per demonstrationem, neque melius ea* cognoscere possumus, cum omnia sint demonstrabilia. Ergo sequetur quod nihil contingat * scire per demonstrationem simpliciter, sed solum ex suppositione.

Ultimo autem * epilogando concludit principale propositum *. ω

*a o: *genere,*

* gk om. *quoit.;* t: *unoquoque.*

*ABCGHILOS. - P: *pdbi^alur'* Q'

* Cf. lect.xxxvm,

tùmum'"proba'

' Cf.iect.v, n.2.

' Bamcxcodd.

' Cf.iect.vn,n.8.

•Lect.iT.

'Quodom. a.

• Codd., exc. a i.* p: *non.*
• i: *quam .. cognoscimus.*
**Cf.lecl.iv,n.i4, et lect. vi, n.2, seqq.
• o: *autem.*

* Cf.lect.vn, n.7.

* b: *quae ducunt;* G om.-Codd.,exc. h, om. seq. *in.*
*· Cf.lect.xx,n.3, et lect. xi.

Ψ

* CDEGHKLMNST.-p om. *quia ;* l *quae quales;* q: *quae* et om. *quales.*
* Codd. {exc. b h o): *sublinatis;* a non recte: *in subtectis.*
* Lect. xxv.

• Cf.lect.iv.,n. 14, et lect.vn,n.3 et 7.

* Lect. vu et vm.

* Codd. (exc. h m): *dmtretur;* h: *demonstraretur.*

* Codd.,exc.HM.-p: *Si.*

ω

*a b io: *oportet.*

* Codd. - pg o: *eam.*
*n: *eam.*

* Codd., exc. e q. - pe: *ctgit;* q: *ctget.*

* *Autem* om. o.
* *Propos,* om. τ.

ψ) ***Ex aliquibus propositionibus datis. Dicit autem.*-Cod. B mendose et sine sensu, post, *ex aliquibus propositionibus datis,* immediate prosequitur: *quae supponunt conclusiones* etc., omissis intermediis.**

ω) ***Possumus melius* etc. – ACDEKMNOST: *melius possumus nos habere;* B: *nos possumus melius;* LQ: *possumus nos melius.***

LECTIO TRIGESIMAQUINTA

OSTENDITUR ANALYTICE QUOD IN PRAEDICATIS NON EST IN INFINITUM PROCEDERE, NEQUE IN SURSUM NEQUE IN DEORSUM

Ἀναλυτικὼ δε διά τώνδε φανερόν συντομώτερον, οτι οὐτ' ἐπί το ἄνω οὐτ' ἐπῖ το κάτω ἀπειρα τά κατηγορούμενα ἐνδε'χεται εἰναι ἐν ταῖ ἀποδεικτικαῖ ἐπιστη'μαι, περί ὠν ἡ σκέψι ἐστίν.

Ἡ μέν γάρ ἀπόδειξί ἐστι τών δσα υπάρχει καθ' αὐτά τοῖ πράγμασιν.

Καθ' αὐτά δέ διττώ· δσα τε γάρ ἐν ἐκείνοι ἐνυπάρχει ἐν τω τί ἐστι, καί οἰ; αὐτά ἐν τω τί ἐστιν ὑπάρχουσιν αὐτοῖ, οἰον τω αριθμώ τό περιττόν, ο ὑπάρχει μέν αριθμώ, ἐνυπάρχει δ' αὐτό; ὁ αριθμό ἐν τω λόγω αὐτού, καί πάλιν πλήθο η τό διαιρετόν ἐν τω λόγω τού αριθμού ἐνυπάρχει.

Τούτων δ' ουδέτερα ἐνδέχεται ἀπειρα εἰναι, οὐθ' ὡ τό περιττόν τού ἀοιθμού· πάλιν γάρ αν ἐν τω περιττω ἄλλο ειη, ω ἐνυπηρχεν ὑπάρχοντι· τούτο δ'εἰ εστι, πρώτον ο ἀριθμ.ό ενυπάρξει ὑπάρχουσιν αὐτω. Εἰ ουν μη ἐνδέχεται ἀπειρα τοιαύτα ὑπάρχέιν ἐν τω ἐνί, οὐδ' ἐπῖ τό ἄνω ἐσται ἀπειρα.

Ἀλλα μην ανάγκη γε πάντα ὑπάρχέιν τω πρώτω, οἰον τω ἀριθμω κἀκείνοι τόν αριθμόν, ωστ' ἀντιστρέφοντα ἐσται, ἀλλ' οὐχ ὑπερτείνοντα.

Οὐδέ μην δσα ἐν τω τί ἐστιν ἐνυπάρχει, οὐδέ ταὐτα ἀπειρα· οὐδέ γάρ ἀν εἰη ὁρίσασθαι. "Ωστ' εἰ τά μέν κατηγορούμενα καθ' αὐτά πάντα λέγεται, ταὐτα δέ μη ἀπειρα, ϊσταιτο ἀν τά ἐπῖ τό ἄνω, ὡστε καί ἐπῖ τό κάτω.

Εἴ δ' ούτω, καί τά ἐν τω μεταξύ δύο δρων ἀεῖ πεπερασμένα.

Εἰ δέ τούτο, δηλον ηδη καί τών αποδείξεων δτι ανάγκη ἀρχά τε εἰναι, καί μη πάντων εἰναι ἀπόδειξιν, δπερ ἐφαμέν τινα λέγειν κατ' ἀρχά. Εἰ γάρ εἰσιν ἀρχαί, ούτε πάντ' ἀποδεικτά ούτ' ει ἀπειρον οἴοντε βαδίζειν τό γάρ εἰναι τούτων ὁποτερονούν ούδέν ἄλλο ἐστίν η το εἰναι μηδέν διάστημα ἀμεσον καί αδιαίρετον, ἀλλα πάντα διαιρετά. Τω γάρ ἐντό ἐμβάλλεσθαι δρον, ἀλλ' ού τω προσλαμβάνεσθαι ἀποδείκνυται το ἀποδεικνύμενον. "Ωστ' εἰ τούτ' ει ἀπειρον ἐνδέχεται ἰέναι, ἐνδέχοιτ' ἀν δύο δρων ἀπειρα μεταξύ εἰναι μέσα. Ἀλλα τούτ' ἀδύνατον, εἰ'ίστανται αἰ κατηγορίαι ἐπί τό ἄνω καί τό κάτω. "Οτι δέ Ιστανται, δέδεικται λογικώ μέν πρότερον, ἀναλυτικώ δέ νύν.

* Analytice autem manifestum est per hoc velocius quod neque in sursum neque in deorsum infinita praedicantia contingit esse in demonstrativis scientiis, de quibus intentio est. • Seq. cap. XI" et text. 36.

Demonstratio quidem enim est, quaecunque ipsa insunt secundum seipsa rebus.

Secundum seipsa autem dupliciter: quaecunque enim illis insunt in eo quod quid est, et in quibus ipsa in eo quod quid est insunt ipsis: ut numero impar, quod inest quidem numero, est autem ipse numerus in ratione ipsius; et iterum multitudo aut divisibile in ratione numeri est.

Horum autem neutra contingit esse infinita, nec ut impar numeri: iterum enim si impari aliud insit, cui inerat existenti; hoc autem si est, primum numerus inerit his quae insunt ipsi. Si igitur non contingit infinita huiusmodi esse in uno, neque in sursum erunt infinita.

At vero necesse est omnia inesse primo, ut numero, et in illis numerum: quare convertibilia erunt, sed non excedentia.

Neque etiam quaecunque sunt in eo quod quid est, nec haec infinita sunt: nec enim esset definire. Quare si praedicantia quidem per se omnia dicuntur, haec autem non infinita sunt, stabunt utique in sursum; quare et in deorsum.

Si autem sic est, et quae sunt in medio duorum terminorum semper sunt finita.

Si vero hoc est, manifestum iam est et demonstrationum quod necesse est principia esse, et non omnium esse demonstrationem, quod vere diximus quosdapi dicere iuxta principium. Si enim sunt principia, non omnia sunt demonstrabilia, neque in infinitum possunt ire: esse enim horum quodlibet nihil aliud est, quam esse nullum spatium sine medio et indivisibile, sed omnia divisibilia. Intus enim immitendo terminum, sed non assumendo, demonstratur id quod demonstratur. Quare si hoc in infinitum contingit ire, continget utique duorum terminorum infinita esse interius media. Sed hoc impossibile est, si praedicamenta steterint superius et inferius. Quod autem stent, demonstratum est logice prius, analytice vero nunc.

Synopsis. — 1. Argumentum lectionis. – 2. Analytica, quae est pars logicae, non considerat nisi praedicationes per *se;* atque ideo est via expeditior ad demonstrandum quod in praedicationibus non sit abire in infinitum. – 3. Demonstratio est solum circa illa quae per se insunt rebus; et ideo scientia demonstrativa via analytica utitur. -4. Duo primi modi praedicandi per se. – 5. Thesis: In utroque modo praedicationis non est abire in infinitum, sed standum est in aliquo ultimo. – 6. Probatur quoad secundum modum dicendi per se: Prima ratio est, quia id de quo aliquid praedicatur per se tali modo, est de definitione eius quod praedicatur; sed quae sunt de definitione alicuius non sunt infinita; ergo non est in huiusmodi praedicationibus abire in infinitum. – 7. Altera ratio est, quia in hoc secundo praedicandi modo praedicata per ordinem accepta ita insunt primo subiecto ut vicissim subiectum omnibus illis insit; consequenter convertibilia erunt subiectum et praedicata, et non erit accipere secundum hunc modum infinita praedicata in sursum vel in deorsum. – 8. Probatur thesis quoad primum modum dicendi per se: Quia quae praedicantur hoc modo,fponuntur in definitione subiecti; non autem contingit abire in infinitum in definitionibus in sursum, neque etiam in deorsum. – g. Corollarium primum: Quia extrema sunt determinata, non contingit media esse infinita. – 10. Corollarium alterum: Et quia media non sunt infinita, in demonstrationibus non proceditur in infinitum; sed necesse est esse aliqua principia quae non demonstrantur.

* g: *dialectice.*

1. Postquam Philosophus ostendit logice * quod non sit procedere in infinitum in praedicatis in sursum aut deorsum", hic ostendit idem analytice. Et dividitur in duas partes: in prima * ostendit principale propositum; in secunda infert * quaedam corollaria * ex dictis; ibi: *Monstratis autem his manifestum* * etc. (urca primum duo facit: primo, . Codd ?r·PaI'^. * om.; 1 : *conclud*". m: om. *coroll* „Lect seq

a) *In sursum* etc.- Codd., exc. H,- P om. *in;* H: *neque in sursum.*– D: *aut et deorsum;* H: *neque deorsum;* I: *vel in deorsum;* M: *aut in deorsum.*

proponit quod intendit: secundo, probat propositum; ibi: *Demonstratio quidem enim* * etc.

2. Dicit ergo primo, quod hoc quod non contingit β in demonstrativis scientiis, de quibus intendimus *, praedicationes in infinitum procedere, neque in sursum neque in deorsum, brevius et citius poterit manifestari *analytice* quam manifestatum sit logice. Ubi considerandum est quod *analytica,* idest demonstrativa scientia, quae resolvendo ad principia per se nota *iudicativa** dicitur 7, est pars logicae, quae etiam *dialecticam* sub se continet. Ad logicam * autem communiter Pertinet considerare praedicationem universaliter*, secundum quod continet sub se praedicationem quae est *per se,* et quae non est per se. Sed demonstrativae scientiae propria est praedicatio *per se.* Et ideo supra * logice probavit propositum, quia ostendit universaliter in omni genere praedicationis non esse processum in infinitum; hæ autem intendit ostendere analytice, quia hoc * probat solum in his, quae praedicantur *per se.* Et haec * est via expeditior: et ideo sufficit ** ad propositum, quia in demonstrationibus non utimur nisi tali modo praedicationis.

3. Deinde cum dicit: *Demonstratio quidem* etc., ostendit propositum. Et circa hoc tria facit: primo, proponit qua praedicatione analytica s, idest demonstrativa scientia, utatur, quia praedicatione *per se;* secundo, resumit quot sunt modi talis praedicationis; ibi: *Per seipsa vero* * etc.; tertio, ostendit quod in nullo modo praedicationis *per se* possit procedi in infinitum; ibi: *Horum autem neutra contingunt* * *etc.* Dicit ergo primo, quod demonstratio est solum circa illa *, quae *per se* insunt rebus. Tales enim sunt eius conclusiones, et ex talibus demonstrat*, ut supra habitum est *.

4. Deinde cum dicit: *Secundum seipsa autem* etc., ponit duos modos praedicandi *perse**. Nam primo quidem praedicantur per se quaecunque insunt subiectis in eo *quod quid est,* scilicet cum praedicata ponuntur in definitione subiecti *. Secundo, quando ipsa subiecta insunt praedicatis in eo *quod quid est,* idest quando subiecta ponuntur in definitione praedicatorum. Et exemplificat de utroque modo. Nam impar ' praedicatur de numero *per se* secundo modo, quia numerus ponitur in definitione ipsius imparis. Est enim impar numerus medio carens. Multitudo autem vel divisibile praedicatur * de numero, et ponitur in definitione cius. Unde huiusmodi praedicantur *per se* * de numero primo modo. Alii autem modi, quos supra * posuit, reducuntur ad istos ζ.

5. Deinde cum dicit: *Horum autem neutra* etc., ostendit quod in utroque modo praedicationis *per se* necesse est esse statum. Et * circa hoc tria facit: primo, ostendit quod necessarium * est esse statum in utroque modo praedicationis *per se,* tam in sursum quam in deorsum; secundo, concludit quod non possit * esse infinitum in mediis; ibi: *Si autem sic est* * etc.; tertio, concludit quod non potest * procedi in infinitum in demonstrationibus; ibi: *Si vero hoc* * etc. Circa primum duo facit: -primo, ostendit * 'propositum in secundo modo dicendi *per se,* quando scilicet subiectum ponitur * in definitione praedicati; secundo, in primo 'modo, quando praedicatum ponitur in definitione subiecti; ibi: .*Neque etiam quaecunque'** etc.

6. Circa primum ponit duas' rationes. 'Circa quarum primam sic procedit: primo quidem praemittit* propositum, scilicet** quod in neutro modo dicendi *per se* contingit in infinitum procedere; deinde probat hoc in secundo * modo, puta cum impar praedicatur de numero. Si enim procedatur ulterius, quod aliquid aliud praedicetur *per se* dc impari secundum 'istum modum dicendi *per se,* sequitur quod impar insit ' in definitione eius. Numerus autem ponitur in definitione imparis: unde sequeretur* quod etiam numerus ponatur * in definitione illius tertii, quod *per se* inest impari. Sed hic non contingit ϑ abire in infinitum, ut scilicet infinita insint in definitione alicuius, sicut supra * probatum est. Relinquitur ergo quod in talibus *per se* praedicationibus * non contingit procedere in infinitum in sursum, idest ex parte praedicati *.

7. Secundam rationem ponit ibi: *At vero necesse est omnia* etc., et dicit quod quantumcunque

• Num. 3.
β
ˀ q: *intendit,*
• Cf.icct.i,n.6.
T
• b: *diatecticam.*
mmCf;kct· xxxm'
• Lect. xxxin-iv.
exc/0M ex codd''
ˀ Codd..exc,k ,-p: *huiusmodi;* k: id·
a erron.: *et non tuff.; at, et iamen stiff.; q,·. et natet ad.*
S
ˀ Num.seq.
' Num. 5.
ˀ a b: m.
•*O:dmtratur;*s: *dmtrant.*
• Lect. xiv.
•Cf.icct.x.
▮]: *snbiectorum.*
* o: *per se praedicatur.*
* *Per se* om. a d.
* Lect. x.
ζ
* *Et* om. c l s; 1: *Circa quod tria;* e o o hab. lac.
' Codd. (exc. c): *necesse.* – d e o t hub. lac.
' h: *conci, non procedere in med. in infin.*
' Num. 9.
' o: *possit.*
' Num. 10.
' Codd. - p: *proponit.*
' o: *cadit.*
' Num. 8.
' Codd. (e x c . d e): *praemittens.* – e hab. lac.
** a: *dicens ; b.].* codd., exc. e k', om.
' ADCOEIKMNOS: *hoc in hoc see.*
η
' d c e o q: *sequitur;* d k l m n s t: *sequetur.* - b: *quod et;* l om.cham.
' Codd. (exc. i]: *ponetur.*
0
' Lect. pracced., n.5.
' o e c k m q s t: *praedicabilibus.*–a b n: *non contingat.*

β) *Non contingit* etc. – ABGKNO: *non contingat;* CT: *non convenit;* C: *denttivis scient, in quibus;* I: *in demtivis scientiis procedere in infinitum demonstrationes, neque* etc.

γ) *Iudicativa dicitur* etc. – BDEHKMOQT et s. m. A: *iudicativa est (est* etiam edd. *a* et c), *pars logicae est, quae* (Q, *et quae);* C1LN ct p. m. A: *iudicativa est pars logicae (N,pars logicae est), quae;* S p. m.: *iudicativa est pars logicae, quam dialectica sub* etc.; s. m.: *iudicativa dicitur, est pars logicae, quam dialectica.*

3) *Qua praedicatione* etc. – ABI: *quali praedicatione* etc., et B om. *idest demonstrativa;* E: *qualiter praedic.;* H: *idest demonstratio, utatur,* ct om. *quia praedic, per se;* K: *idest demonstrativa scientia vel conclusio utatur, quia et (ct* etiam CDEGMS) *praedic,* etc.; Q om. *scientia;* LT: *quia in praedic.-Infra* cod. Q omittit tertium divisionis membrum: *tertio... contingunt etc.,* et postea erronee illud pnnit ante verba *Tales enim* etc. Alii autem codices (exc. H) legunt: *tertio ostendit in* (CDGKLMNST om. *in)... posse procedi* (M, *esse processum) in inf.* H om. *quod in* et *possit.*

e) *Nam impar* etc. – *Loco* τοu *per se* B habet *in ;* AI om. *secundo modo;* at haec omissio obscuram reddit s. Thomae lectionem. Sed neque sustinenda cst lectio codd., qui (exc. EGT) loco τοϋ *quia,* ponunt *et.* E hab. lac.; T om. *quia.* – Deinde G: *numerus ponitur in eius definitione. Est* etc.; AH1Q om. *ipsius.*

ζ) *Quos supra posuit* etc. – Q: *quos superius;* Codd. (exc. E): *reduc, ad hos;* E om. *ad istos.* – Cur ad duos primos reducantur quatuor modi dicendi per se, ex declaratis in cit. lectione x est manifestum. Tertius enim modus dicendi per se est potius modus essendi quam modus praedicandi. Relinquitur quartus modus, qui ad secundum reducitur: catenus namque isti duo modi distinguuntur, quatenus in quarto attenditur ratio causandi, hoc est, subiectum consideratur in genere causae efficientis respectu suae passionis; in secundo vero ratio praedicandi, hoc est, subiectum assumitur ut causa materialis respectu suae passionis, seu praedicati, quod in propositione se habet ut formale (Cf. lect. cit., not. p, et lect. praec., not. σ).

η) *Quod impar insit* etc. – ABDHQS: *impar insit;* CE1LMNT: *impar sit.* Legimus cum codd. *impar,* prout sensus manifeste requirit. P: *impari insit.-C* p. m. erronee: in *definitione imparis;* H et s. m. CDS: *in definitione illius;* BEGKLMQT et p. m. AD om. tum *eius* tum *illius.*

0) *Sed hic non contingit* etc. – A: *Sed oportet quod hic non contingat abire in infinitum, sicut in his quae in definitione alicuius* etc. – O: *Sed hic non potest abire* etc,

1) *Procedere in infinitum in sursum, idest ex parte praedicati.* – Recte hoc dicitur. Etenim praedicatum latius patet, seu est *in plus,* quam subiectum; et quia ad universale assurgimus abstrahendo a differentiis quibus contrahitur vel ad individua, vel ad species, vel ad genera, hinc universale est quid *sursum* constitutum, sub quo individua, species et genera deorsum posita intclliguntur. Hinc ire de subiecto ad praedicatum dicitur ire in sursum; et ire deorsum est ire dc universali ad minus universale, hoc est de praedicato ad subiectum (Cf. lect. xxxt, nn. 7, 8, et in nott.).-K et p. m. A om. *in sursum,* quod tamen requiri patet ex addito, *idest;* I om. *idest;* 1Q: *a parte;* alii codd. (exc. L) non bene: *in parte,* quod in A videtur correctum iuxta lectionem IQ.

procedatur in huiusmodi *per se* praedicationibus secundi modi, oportebit quod omnia praedicata
* per ordinem accepta insint primo subiecto K, puta numero, quasi praedicata de eo: quia si impar *per se* praedicatur de numero, oportet quod quidquid *per se* praedicatur de impari, etiam *per se* praedicetur de numero. Et iterum oportet quod numerus omnibus illis insit; quia si numerus ponitur in definitione imparis, oportet quod ponatur in definitione omnium eorum, quae definiuntur per
• abcbkmnt: se- impar. Et ita sequitur * quod mutuo sibi invicem insint. Ergo erunt convertibilia et non se invicem *excedentia;* sic enim propriae passiones se habent
•bdoqt;*etiamsi,* ad sua subiecta. Unde si etiam * sint infinita *per se* praedicata secundum hunc modum, non erit ad propositum, quo aliquis intendit ponere
excecLX codJ'' *nfin*ta 'n praedicatis esse, vel * in sursum vel in deorsum.

8. Deinde cum dicit: *Neque etiam quaecunque*
prop!''rop'>nit smit-etc., probat * propositum in primo modo dicendi *per se:* et dicit quod illa, quae praedicantur in eo *quod quid est,* idest quasi posita in definitione subiecti, non possunt esse infinita, quia
λ non contingeret definire λ, ut supra probatum
' Lect. praccd., est*. Ex hoc ergo concludit quod si omnia, quae praedicantur in demonstrationibus, *per se* praedicantur, et in praedicatis *per se* non est procedere in infinitum in sursum, necesse est quod praedicata in demonstrationibus stent in sursum.·
-mnt: *sequetur.* Et ex hoc etiam sequitur* quod stent in deorsum, quia ex quacunque parte ponatur infinitum, tollitur scientia et definitio, ut ex supra * dictis patet.
• Loc. cit.

9. Deinde cum dicit: *Si autem sic est* etc., con-
cludit ex praemissis quod si est status in sursum
Ά: *mntgunt.* et deorsum, quod media non contingit * esse infi-
• Lect.xxxu,n.2, nita. Supra* enim ostendit quod extremis cxistentibus determinatis, media non possunt esse infinita.

10. Deinde cum dicit: Sz *vero hoc est* etc., con-
*G.Qstcnditquod. eludit ulterius quod in demonstrationibus non
'Codd, (c x c ,a b n): proceditur* in infinitum: et dicit quod si praedi-
procedatur. λ cta sunt vera, necesse est esse aliqua prima *
◆Armaexcodd. principia demonstrationum, quae non demonstrantur*; et sic non omnium erit demonstratio, secundum quod quidam dicunt, ut in principio huius libri dictum est *. Et quod hoc sequatur ostendij. Posito enim quod sint aliqua principia demonstrationum, necesse est * quod illa sint indemonstrabilia; quia cum omnis demonstratio sit ex prioribus, ut supra * habitum est, si principia demonstrarentur /z, sequeretur quod aliquid esset prius principiis *; quod est contra rationem principii**. Et ita, si non sunt omnia demonstrabilia, sequetur * quod non procedant demonstrationes in infinitum. Omnia autem praedicta * consequuntur ex hoc quod ostensum est, quod non proceditur in infinitum in mediis: quia nihil est aliud ponere verum esse quodcunque praedictorum, scilicet vel quod demonstrationes procedant in infinitum, vel quod omnia sint demonstrabilia, vel quod nulla sint demonstrationum principia, quam ponere v nullum spatium esse immediatum et indivisibile; idest ponere duos terminos sibi invicem non cohaerere in aliqua propositione affirmativa vel negativa, nisi per medium. Si enim aliqua propositio sit immediata, sequitur quod sit * indemonstrabilis; quia cum aliquid demonstratur, oportet sumere terminum *immittendo,* idest, quod sit infra* praedicatum et subiectum; de quo scilicet per prius praedicetur praedicatum quam de subiecto, vel a quo prius removeatur. Non autem in demonstrationibus accipitur * medium *assumendo* extrinsecus *: hoc enim esset assumere *extraneum medium,* et non *proprium,* quod * contingit in * litigiosis et dialecticis syllogismis**. Si ergo demonstrationes contingit* in infinitum procedere, sequitur * quod sint media infinita inter duos terminos *. Sed hoc est impossibile, si praedicationes steterint in sursum et deorsum, ut supra * probatum est. Et quod stent praedicationes in sursum et deorsum, prius ostendimus logice, et * postea analytice, ut expositum est. Per hanc igitur conclusionem ultimo inductam manifestat intentionem totius capituli, et quare quaelibet ξ propositio sit inducta.

' Codd., exc. «N q : *demonstrentur;* HN : *demonstrarentur.*
' Lect. vu et v h i.

Codd. - p; *est necesse esse qd.*

* Lect. iv.
?·

• a : *ppio.*
** Ct. lect. v.

' b l m t etKs.m.-p : *sequeretur ;* n o : *sequitur.*
* Codd.-p: *autem huiusmodi praed.*

v

'Codd. (exc. GQ): *erit.*

* *Intra* ?

*' 0 : *assumitur.*

* Cf. lect. xv.

* l : *quia.*

*z»om.i.

* Cf. lect. XXXI, n. 2 et not. ε.

'AiiSae om.0.

* Lect. xxxii.

· Bοπ.o.

ξ

x) *Per ordinem accepta insint* etc. – **Cod. I:** *per se accepta;* **A:** *primo subiecto insint;* **O:** *insint primo subiectis.*- *A. \oco quasi praedicata,* **habet,** *quod praedicatur;* **O:** *idest praedicata;* I **om.** *quasi.*– **1OS:** *quia scilicet si impar;* **in D inter** *quia* **et si expungitur** *hiis,* **quod videtur esse corruptio** τοu *scilicet;* **INO:** *impar praedicatur de numero per se;* **LT om.** *per se;* **1:** *quia iterum oportet quod quidquid;* **Codd. (exc. O):** *quidquid per se praedicatur:* **quam lectionem adoptavimus. P om.** *per se.* – **G et Q peculiares habent lectiones non adoptandas. G:** *quasi praedicata de eo: par scilicet et impar per se praedicantur de numero. Et iterum oportet quod quaecunque per se praedicantur de impari, etiam de se praedicentur de numero. Et iterum oportet* **etc.; Q:** *accepta insit per se secundo modo, puta medio: quod dicat quia si impar praedicatur de numero, oportet* **etc.**

λ) *Non contingeret definire.-P: non contingit infinita definire.* **Sed codd. omnes omittunt** *infinita,* **et (exc. DE) legunt** *contingeret;* **textus Arist., ovo:** γαρ αν ειη ὁρισασΟαι. **Codd. lectio est praeferenda, tum quia conformis textui, tum quia sensus eam requirit: nam dicitur quod ea, quae praedicantur** *per se* **primo modo, non possunt esse infinita, quia secus tolleretur scientia et** *definitio,* **prout etiam in fine num. habetur. – Cod. D habet** *contingit;* **E:** *contingunt.* – **Infra cod. O:** *Et ex hoc concludit.* – **A:** *quod si omnia praedicata in* **etc.** – *Praedicantur* **habent semel et bis codd., loco** τοϋ *ponuntur* **P.** u

p) *Si principia demonstrarentur.* – **Est lectio codd., exc. ADHQT, qui habent** *demonstrentur.* **Praeterea codd. (exc. HN):** *sequeretur;* **HN:** *sequitur.* **P:** *demonstrantur, sequetur.*

v) *Quam ponere.* – **Codd. ACDEG1KLMORST iterum legunt** *nihil est aliud,* **ante verba** *quam ponere.* **Et hanc lectionem exhibent etiam HQ: nam H:** *nihil aliud est ponere quam ponere;* **Q:** *principia, vel enim est aliud ponere nullum.* – **Infra vero B et s. m. D lectionem habent diversam a lectione P et aliorum codd.: B:** *duos terminos sibi invicem non cohaerere;* **D s. m.:** *duos terminos non sibi invicem cohaerere;* **P:** *sibi invicem cohaerere.* **Adoptavimus lectionem cod. B, quia evidenter requiritur a sensu contextus. – Cod. E om. cum P particulam negativam** *non,* **at omittit etiam** τὸ *nisi* **ante** *per medium,* **et ideo redit quoad sensum ad lectionem cod. B et s. m. D.**

ξ) *Quaelibet propositio.* – **AB om.** *prop.;* **HKS et p. m. D:** *quaelibet probatio;* **aman. C expungit** *inductio,* **et pergit** *propositio;* **item 1 expungit** *propositio s* **et prosequitur** *probatio.* – **B:** *sint inducta.*

LECTIO TRIGESIMASEXTA

COROLLARIA QUAEDAM EX DICTIS

Δεδειγμένων δὲ τούτων φανερόν οτι, ἐάν τι τὸ αὐτὸ δυσὶν ὑπάρχη, οἷον τὸ Α τω τε Γ καὶ τω Δ, μὴ κατηγορουμένου Οατε'ρου κατὰ θατε'ρου, ἡ μηδαμῶ ἡ μὴ κατὰ παντό , ὁτι οὐκ ἀεὶ κατὰ κοινόν τι ὑπάρξει.

Οἷον τω ἰσοσκελεῖ καὶ τω σκαληνω τὸ δυσὶν ὀρθαῖ ἴσα ἔχειν κατὰ κοινόν τι ὑπάρχει· ἡ *γάρ* σχῆμα τι, ὑπάρχει, καὶ οὐχ ἡ 'ἑτερον. Τοὺτο δ' οὐκ ἀεὶ οὑτω ?Χει· ,, , .

“Εστω γάρ το Β καθ' δ τὸ Α τω Γ Δ ὑπάρχει· δήλον τοίνυν ὁτι καὶ τὸ Β τω Γ καὶ τω Δ κατ' ἄλλο κοινόν, κκκεῖνο καθ' ἕτερον, ὡστε δύο ορών μεταξύ ἀπειροι ἀν ἐμπίπτοιεν οροί. Ἀλλ' αδύνατον. Κατὰ μέν τοίνυν κοινόν τι ὑπάρχειν οὐκ ἀνάγκη ἀεὶ τὸ αὐτὸ πλειοσιν, ἐπείπερ ἐσται ἀμεσα διαστήματα.

’Εν μέντοι τω αὕτω γένει καὶ ἐκ των αὐτών ατόμων ἀνάγκη τοὺ ὁρου εἶναι, εἴπερ των καθ' αυτά υπαρχόντων ἐσται τὸ κοινόν οὐ γάρ ἡν ἐξ ἄλλου γένου ει ἄλλο διαβήναι τά δεικνύμενα.

Φανερόν δὲ καὶ ὁ'τι, ὁταν τὸ Α τψ Β ὑπάρχη, εἰ μεν ἐστί τι μέσον, ἐστι δειξαι οτι τὸ Α τω Β υπάρχει. Καὶ στοιχεία τούτου ἐστι ταὐτα καὶ τοσαύθ' ὁσα μέσα εστίν αἱ γάρ ἀμεσοι προτάσει στοιχεία, ἡ πάσαι ἡ αἱ καθόλου. Εἰ δε μὴ ἐστιν, οὐκέτι ἐστιν ἀπόδειξι , ἀλλ' ἡ ἐπὶ τὰ ἀρχά οδὸ αὐτη ἐστίν.

Ομοίω δὲ καὶ εἰ τὸ Α τω Β μὴ ὑπάρχει, εἰ μέν ἐστιν ἡ μέσον ἡ προτερον ω οὐχ ὑπάρχει, ἐστιν ἀπόδειξι · εἰ δὲ μὴ, οὐκ ἐστιν. Ἀλλ' ἀεχή καὶ στοιχεία τοσαὐτ' εστίν οσοι ὁροι· αἱ γάρ τούτων προτάσει ἀρχαὶ τή ἀποδείξεώ εἴσιν. Καὶ ὡσπερ ἐνιαι ἀρχαὶ εἰσιν ἀναπόδεικτοι, οτι ἐστι τόδε τοδὶ καὶ ὑπάρχει τόδε τωδί, οὑτω καὶ οτι οὐκ ἐστι τόδε τοδὶ οὐδ' ὑπάρχει τόδε τωδί· ὡσΤ αἱ μέν εἶναί τι, αἱ δὲ μὴ εἶναί τι ἐσονται ἀρχαί.

'Όταν δὲ δέη δειξαι, ληπτέον δ τοὺ Β πρώτον κατηγορεῖται· ἐστω τὸ·Γ, καὶ τούτου ομοίω τὸ Α. Καὶ οὑτω ἀεὶ βαδίζοντι οὐδέποτ' ἐξωτέρω πρότασι οὐδ' ὑπάρχον λαμβάνεται τοὺ Α ἐν τω δεικνύναι, ἀλλ' ἀεὶ τὸ μέσον πυκνοὐται, ἑω ἀδιαίρετα γένηται καὶ εν. "Εστι δ' ἕν, ὁταν ἀμεσον γένηται καὶ μία πρότασι ἁπλώ ἡ ἀμεσο .

Καὶ ὡσπερ ἐν τοῖ ἄλλοι ἡ ἀρχή ἁπλοὐν, τοὺτο δ' οὐ ταὐτό πανταχοὺ, ἀλλ' ἐν βάρει μέν μνα, ἐν δὲ μέλει δίεσι , ἄλλο δ' ἐν ἄλλω, οὑτω ἐν συλλογισμω τὸ ἐν πρότασι ἀμεσο , ἐν δ' αποδείξει καὶ ἐπιστήμη ὁ νου .

Ἐν μέν οὐν τοι δεικτικοῖ συλλογισμοῖ τοὺ ὑπάρχοντο οὐδέν ἔξω πίπτει,

ἐν δὲ τοῖ στερητικού , ἑνθα μέν δ δει ὑπάρχειν, οὐδέν τούτου ἔξω πίπτει, οἷον εἰ τὸ Α τω Β διὰ τοὺ Γ μή. Εἰ γάρ τω μέν Β παντί τὸ Γ, τω δέ Γ μηδενί τὸ Λ, πάλιν ἀν δέη ὁ'τι τω Γ τὸ Α οὐδενί ὑπάρχει, μέσον ληπτέον τοὺ Α καὶ Γ, καὶ οὑτω ἀεὶ πορεὐσεται.

Ἐάν δὲ δέη δεῖξαι οτι το Δ τω Ε οὐχ ὑπάρχει τω τὸ Γ τω μέν Δ παντί ὑπάρχειν, τω δέ Ε μηδενί ἡ μὴ παντί, τοὺ Ε οὐδέποτ' ἔξω πεσεῖται· τούτο δ' ἐστιν ω οὐ δει ὑπάρχειν.

Ἐπί δὲ τοὺ τρίτου τρόπου, οὐτε ἀφ' οὐ δεῖ οὐτε δ δεῖ στερήσαι οὐδέποτ' ἔξω βαδιεῖται.

* Monstratis autem his, manifestum est quod si aliquod idem duobus insit, ut A et in G et in D, non praedicante altero de altero, aut nullo modo aut non de omni, quod non semper secundum commune aliquid inerit. ❙ Cap. xxni. Texi. 37.

Ut scaleno et isosceli duobus rectis aequales habere secundum commune aliquid inest: secundum enim quod figura quaedam est, et non secundum alterum, inest. Hoc autem non semper sic se habet.

Sit enim B, secundum quod est A, in CD: manifestum igitur est quod B in C D secundum commune est; et illud secundum alterum; quare duorum terminorum in mediis infiniti utique incident termini. Sed hoc est impossibile. Secundum igitur commune aliquid esse non necesse est semper idem in pluribus, quoniam vere erunt immediata spatia.

In eodem quidem genere et ex eisdem atomis necesse est terminos esse, si quidem his, quae perse sunt, erit commune: non enim erit ex alio genere in aliud descendentem demonstrare.

* Manifestum autem est quoniam et cum A in B sit, si quidem est aliquod medium, est demonstrare quod A in B sit. Et elementa huiusmodi sunt haec, et tot quot media sunt: immediatae enim propositiones sunt elementa, aut omnes aut universales. Si vero non est medium, non amplius erit demonstratio; sed in principia via haec est. * Text. 38.

Similiter autem erit et si A in B non sit. Si quidem enim aut erit medium, aut prius, cui non inest, erit demonstratio; si vero non, non est. Sed principium et elementa tot sunt quot termini: horum enim propositiones principia demonstrationis sunt. Et sicut quaedam principia sunt indemonstrabilia quod sit hoc illud, et quod sit hoc in illo, sic et quod non erit hoc illud, nec quod sit hoc in illo; quare haec quidem esse aliquid, alia autem non esse aliquid, erunt principia.

Cum autem oporteat demonstrare aliquid, accipiendum est quod de B primum praedicetur, et sit C, et de hoc similiter A. Et sic semper eunti nequaquam extra propositio cadet, neque extra esse ipsius A accipietur ut demonstretur; sed semper medium condensatur quousque indivisibilia fiant et unum. Est autem unum, cum immediatum fiat, et una propositio, simplex et immediata.

Et quemadmodum in aliis est principium simplex, hoc autem non idem ubique, sed in gravi quidem uncia, in melodia autem tonus, aliud autem in alio; sic est in syllogismo unum propositio immediata, in demonstratione autem et scientia, intellectus.

In demonstrativis quidem igitur syllogismis eius quod est, nihil cadit extra ;

in privativis aûtem, ubi quidem oportet esse, nihil extra hoc cadat, ut si A non est in B per C. Si enim in B omni quidem est C, in nullo C autem est A; item si indigeat quod in C A nullo sit; medium accipiendum est ipsius A et C, et sic semper procedet.

Si vero oporteat demonstrare quod D in E non sit, eo quod est C in D quidem omni, in E autem nullo aut non in omni; nunquam extra E cadet: hoc autem est, cui oportet non inesse.

]n tertio autem modo, neque a quo oportet, neque quod oportet privari, nequaquam extra ibit.

Synopsis. — 1. Argumentum et divisiones textus. - 2. Non oportet ut illud quod praedicatur de duobus, quorum unum aut nullo modo aut non universaliter de alio praedicatur, insit utrique secundum aliquod commune, et hoc semper, idest in infinitum procedendo. - 3. Manifestatur hoc assertum exemplo specierum trianguli.-4. Probatur assertum ex eo quod inter duo extrema non possint dari infiniti termini medii. - 5. Mens Aristotelis declaratur. -6. Obiectio solvitur: Quia in demonstratione

non debet fieri transitus de uno genere in aliud, ideo in demonstratione necesse est terminos medios accipi ex eodem genere ac extrema. – 7. In propositionibus affirmativis, in qutbus praedicatur unum de uno, necesse est devenire ad aliquod unum in praedicabilibus, quod sit propositio immediata et principium demonstrationis: secus demonstratio fieri nequit. – 8. Et idem dicendum in negativis. – 9. Textus subdivisiones. – 10. Propositio immediata accipienda in demonstrationibus affirmativis, est illa in qua inter praedicatum et subiectum non cadit medium; et ideo est una non solum actu sed etiam potentia, sicut simplex et indivisibile. – 11. Demonstrationis in quantum est syllogismus, unum indivisibile est propositio immediata; ex parte autem scientiae, quam demonstratio causai, unum simplex et indivisibile est intellectus.- 12. Conclusio. – i3. In syllogismis negativis in prima figura, nihil mediorum acceptorum procedendo ad immediata cadit extra genus terminorum affirmativae propositionis; cadit tamen extra genus praedicati negativi. -14. In syllogismis negativis in secunda figura, media accipi debent ex parte propositionis negativae. – 15. In syllogismis negativis in tertta figura, media accepta non sunt neque extra praedicatum, quod negatur, neque extra subiectum, de quo negatur.

1. ostquam Philosophus ostendit quod ν§ζ^ηοη con^ng*t procedere in infinitum § demonstrationibus, hic inducit quae- e? wTffMdam corollaria ex dictis *. Et circa hoc duo facit: primo, ostendit quod necesse est accipere aliquas primas propositiones; secundo, quomodo illis primis sit utendum in demonstrationibus; ibi: *Cum autem oportet demonstrare** etc. Circa primum duo facit: primo, ostendit quod necesse est devenire K ad aliquod primum, quando unum dc pluribus praedicatur; secundo, quando unum praedicatur de uno; ibi: *Manifestum autem** etc. Circa primum quatuor facit: primo, proponit intentum; secundo, manifestat propositum; ibi: *Ut scaleno* *etc.; tertio, probat; ibi: *Sit autem* 2?*etc.; quarto, excludit quamdam obviationem *; ibi: *In eodem quidem genere* ** etc.

2. Dicit ergo primo, quod demonstratis * praemissis, scilicet quod non sit procedere in infinitum in praedicationibus et demonstrationibus, manifestum est quod si aliquid * praedicatur de duobus, puta A de C et D, ita scilicet quod unum eorum non praedicetur de altero, *aut nullo modo,* sicut animal £ praedicatur de homine et bove, quorum unum nullo modo de alio praedicatur, *aut non de omni,* puta animal * praedicatur de homine et masculo, quorum * neutrum de altero *universaliter* praedicatur; sic, inquam, se habentibus terminis, manifestum est quod non oportet quod illud * praedicatum, quod de utroque praedicatur, insit utrique secundum aliquod commune, et hoc *semper,* idest* in infinitum procedendo.

3. Deinde cum dicit: *Ut scaleno et isosceli* etc., manifestat propositum per exemplum. Sunt enim duae species trianguli, quarum una vocatur scalenon, vel triangulus 7 gradatus., cuius sunt tria latera inaequalia; alia est isosceles, cuius sunt duo latera aequalia: unum autem horum non praedicatur de altero; utrique autem inest haec passio, *habere tres angulos aequales duobus rectis.* Inest autem hoc eis secundum aliquid * commune, scilicet secundum * quod uterque horum est figura quaedam, scilicet triangulus *. *Hoc autem non semper sic se habet,* scilicet quod " in infinitum conveniat secundum aliquid aliud; puta quod habere *tres* conveniat triangulo * iterum secundum aliquid aliud, et sic in infinitum.

4. Deinde cum dicit: *Sit enim B secundum* etc., probat propositum et dicit: Sit ita quod B praedicetur de C et de D secundum hoc commune, quod est A '. Manifestum est ergo quod B erit in C et in D secundum illud commune, quod est A; et si iterum insit A secundum aliquod * commune, et iterum illi communi secundum aliquid aliud, procedetur * in infinitum in mediis. Sequitur ** igitur quod inter duo extrema, quae sunt C et B *, cadant infiniti termini medii. Hoc autem est impossībīle: ergo non necesse est, si idem insīt plūribus, quod semper in infinitum insit cis secundum aliquid commune; quia necesse est quod deveniatur * ad aliqua *spatia immediata,* idest ad aliquas immediatas praedicationes, quas appellat spatia, ut supra * dictum est.

5. Quantum igitur videtur ex hac probatione Aristotelis, non est suus intellectus, quod hoc non semper sit verum, quod quando aliquid praedicatur de pluribus, quae de se * invicem non praedicantur, quod illud non insit illis *pluribus secundum aliquid commune. Hoc enim verum est in omni quod praedicatur sicut passio: oportet enim si inest pluribus, quod insit eis secundum aliquid commune, licet forte illud * sit innominatum, sicut supra * dictum est cum de universali ageretur, Sed in illo communi non proceditur in infinitum, ut haec ratio inducta a Philosopho evidenter * probat. Si autem accipiatur aliquid *, quod insit pluribus sicut genus speciebus, non semper oportebit aliquid * prius accipere, secundum quod

* Codd. - p: *praedictis.*
• Num. 9.
α
* Num. 7·
• Num. 3·
• Num. 4·
* BCDEGKLMNQST. • p: *Qbiectioneni.* ·· Num. 6.
* Codd. (exc. bi): *monstratis.* - l: *dmtratis his, scilic.*
* o: *aliquod.*
β
• o: *puta cum anim.*
* *o*: *et* loco *quorum.*
* Codd. - p: *id.*
* ABDEGKMNOQST. –CHlL om. *idest;* p om. *semper, idest.* - Cf. text.
T

’ DOT: *au<p«>d.*
· *secundum* «
* CDECHKLMNST: ‘r,angu^ru·
‘Codd. *tri-*
«
I Codd.(exc.o): *rum;* an hab.lac.
‡ dl: *procedere-*
quetur.
· b: *C et D.*
· codd., exc. m,- si: *perveniat.*
’ Lect. praec.,
n'9·
ç
· Se om. cdos.
■/«,·, om. cn
buS! E: al,^u,i·
« codd., exc. q. *'commune.'"“ud*
4,L8fLx“’ nn'
* hn: *sufficienter.*
- codd.-F:aff- *qd.*
:

a) *Devenire ad aliquod.* – **ABCDEGLMNQT et p. m. KS:** *inducere ad* **(GM om** *ad) aliquod;* **IO et s. m. S:** *reducere ad aliquod.*

β) *Sicut animal* **etc.-A om.** *sicut animal* **etc., usque ad sequens** *quorum* **inclusive; et ita O, qui omittit etiam** *unum nullo modo.*·· **B et s. m. C:** *et* **(C,** *et de) equo;* **HMNQT et s. m. DKS:** *et de* **(Som.** *de) asino;* **1:** *sicut animal praedicatur de equo et horna* **(homine)** *et bove, quorum unum nullo modo praedicatur de altero, puta animal* **etc. L et p. m. CDKS om.** *et bove.*

γ) *Quarum una vocatur* **etc. – Codd.:** *vocatur scalenus vel scalenon* **(haec corrupte habent GKO),** *scilicet* **(ABQT,** *idest) triangulus* **etc.**

3) *Scilicet quod* **etc.-A:** *scilicet non infinitum convenit;* **B:** *scilicet quod non in infinitum* **etc.; DEHKLMNOST:** *scilicet quod in infinitum.* **Adoptavimus hanc ultimam lectionem, cui favent etiam codd. CGIO:** *scilicet quod infinitum.* **Lectio P est obscura, nempe:** *scilicet secundum quod in infinitum.-Infra* **HI omittunt** *puta quod* **etc., usque ad** *aliquid aliud* **inclusive.**

-c) *Sit ita quod B praedicetur de C et de D secundum hoc commune, quod est A.* – **Codd. AMN:** *de C et D.* **-Planus est iste processus aristotelicus. Sit B** *sensitivum,* **C** *brutum,* **D** *homo,* **A** *animal;* **et formentur syllogismi:** *Omne animal est sensitivum; brutum est animal; ergo brutum est sensitivum,- Omne animal est sensitivum; homo est animal; ergo homo est sensitivus.* **Sensitivum ergo (B) praedicatur tum de bruto (C), tum de homine (D), propter aliquod utrique commune, nempe animal (A), quod praecise est** *medium* **in utroque syllogismo, extrema coniungens C et D in uno, nempe, in** *sensitivo.* **Ponamus ergo quod esse sensitivum competat** *animali* **(A) non propter seipsum, sed propter aliud commune (E), et huic propter aliud (F), ct sic in infinitum; et hoc in casu patet quod inter extrema C et B primi syllogismi, et D et B secundi syllogismi, dantur media infinita, nempe A, E, F,.. X. Consequenter nullum revera est medium inter illa extrema.**

ζ) *Quod hoc non semper.* – **Addimus** *semper* **ex omnibus codicibus. -AO et s. m. T:** *quod hoc semper,* **omissa, et, ut videtur, melius, particula negativa; G om.** *hoc,*– **Infra** *(quod quando)* **codd. CHL et p. m. DS:** *quod quandoque;* **quae lectio forte reducenda est ad lectionem codd. 1OQ et s. m. DS:** *quod quandocunque.*

insit, puta si vivum insit homini et asino secundum aliquod * prius, scilicet secundum animal; animali autem * et plantae non inest secundum aliquod prius, quia haec sunt primae species corpons vivi, sive * animati .

6. Deinde cum dicit: *In eodem quidem genere* etc., excludit quamdam obviationem. Posset enim aliquis dicere quod semper accipitur sccundum aliquid * commune, quia potest accipi commune alterius generis: puta si dicamus quod esse seipsum movens inest homini et asino secundum hoc commune, quod est animal, ct secundum aliud commune, quod est habens quantitatem, vel habens colorem aut aliquid aliud ** huiusmodi ; quae possunt accípi in ìnfinitum. Et ad hoc excludendum dicit, quod necesse est η terminos medios., qui accipiuntur, accipi ex eodem genere et *ex eisdem atomis,* idest indivisibilibus. Et appellat atomos, ipsos terminos extremos: inter quos oportet accipi medium, si illud commune *, quod accipitur ut medius terminus -, sit de numero eorum, quae praedìcantur *per se.* Ç)uarc autem oporteat ex eodem genere assumere * terminos medios, ostendit per hoc, quod sicut supra habitum est *, non contingit demonstrationem transire de uno genere in aliud.

7. Deinde cum dicit: *Manifestum autem est* etc., ostendit quod necesse est devenire * ad aliquod unum in praedicabilibus, in*quibus praedicatur unum de uno. Et primo, in affirmativis; secundo, in negativis; ibi: *Similiter aittem et si A* * etc. Dicit ergo primo, manifestum esse ° quod cum A praedicatur de B, si horum sit aliquod medium, quod illo medio uti possumus ad demonstrandum quod A sit in * B: et haec sunt principia huiusmodi conclusionis. Et quaecunque accipiuntur ut media, sunt principia conclusionum mediatarum, quae per ea concluduntur. Nihil enim aliud sunt *elementa,* sive principia demonstrationum, quam propositiones immediatae*. Et hoc dico *vel omnes, vel universales:* quod quidem potest dupHciter * intelligi. Uno modo, ut propositio universa]js accipjatur secundum quod dividitur contra singularem. Nam species specialissima * non praedicatur de singulari per aliquod medium. Unde haec * propositio est immediata: *Socrates est homo,* non tamen est principium demonstrationis, quia demonstrationes non sunt de singularibus, cum corum non sit scientia*: ctita**non omnis propositio immediata est demonstrationis principium, sed so-]um universalis. Alio modo potest intelligi secundum quod propositiones universales dicuntur propositiones communes in omnibus propositionibus alicuius scientiae, sicut, *Omne totum est maius sua parte:* unde huiusmodi sunt simpliciter demonstrationum principia, et omnibus * per se nota. Haec autem propositio, *homo est animal,* vel, *isosceles est triangulus,* non est principium demonstrationis in tota scientia, sed solum aliquarum particularium demonstrationum; neque etiam huiusmodi propositiones sunt omnibus perse notae*. Sic igitur si sit aliquod medium propositionis datae, erit demonstrare per aliquod medium, quousque deveniatur* ad aliquod immediatum. Sivero non sit aliquod medium propositionis datae, non potent demonstrari. Sed haec est via ad mveniendum prima principia demonstrationum, scilicet * procedere a mediatis ad immediata resolvendo.

8. Deinde cum dicit: *Similiter autem erit* etc., ostendit quod sit accipere primum in negativis; et dicit quod si A negetur de B, si sit accipere aliquod medium, a quo scilicet per prius removeatur A quam a B*, tunc haec propositio, *B non est A,* erit demonstrabilis. Si autem non sit aliquod tale medium accipere, non erit haec propositio demonstrabilis, sed.principium demonstrationis. Et tot erunt elementa, idest principia demonstrationis, quot erunt *termini;* ad quos scilicet statur, ut ultra non sit invenire medium. Propositiones enim quae fiunt ex huiusmodi * terminis, sunt principia demonstrationis. Puta si C immediate praedicetur de B, et A immediate removeatur a B, aut praedicetur de eo immediate, B erit* terminus ad quem * ultimo pervenitur in mediis 'sumendis: unde utraque propositio erit immediata, et demonstrationis principium. Et patet ex praemissis * quod sicut sunt quaedam principia indemonstrabilia affirmativa, in quibus unum de alio praedicatur, significando quod *hoc* essentialiter *est illud,* sicut cum genus praedicatur dc proxima specie, vel *hoc sit in illo,* sicut cum passio praedicatur de proprio * et immediato subiecto; ita etiam sunt principia indemonstrabilia in negativis, negando vel * essentiale praedicatum, vel etiam propriam passionem. Ex quo patet quod quaedam sunt principia demonstrationis ad demonstrandum conclusionem affirmativam, quam oportet concludere ex omnibus affirmativis; et quaedam sunt principia demonstrationis ad probandum conclusionem negativam, ad cuius illationem * oportet assumere aliquam negativam.

9. Deinde cum dicit: *Cum autem oporteat* etc., ostendit quomodo utendum sit ' primis propositionibus in demonstrando. Et primo, in demonstrationibus * affirmativis; secundo, in negativis; ibi: *In privativis autem* * etc. Circa primum tria facit: primo, ostendit qualiter oporteat sumere propositiones primas et immediatas x in demonstrationi-

η) *Necesse est* etc. – Codd.— P: *necesse est esse terminos medios* (CELT, *medios terminos;* H, *med. term, esse), qui accipiuntur, ex eodem genere* (N, *ex eodem communi genere;* H, *in eodem genere) et* (etiam G om. *ex) eisdem atomis.* Pianae suffecimus lectionem codd., quae magis expedita videtur.

0) *Primo, manifestum esse* etc. – D: *primum manifestum esse;* ACO: *primo manifestum est;* G: *primo modo manifestum esse cum A.*

1) *Utendum sit primis* etc.-A p. m.: *utendum* (s. m. add. *sit) prius his propositionibus* etc.; 1: *primis principiis in* etc.; N om. *propositionibus.*

x) *Qualiter oporteat sumere propositiones primas* cf *immediatas.* – AGIT.: *quomodo oporteat sumere* (L, *assumere;* I, *accipere).* — Cum codicibus legimus: *propositiones primas et immediatas;* P: *propositiones immediatas.* Dixi *cum codicibus,* nam a lectione communi^ codd. non excipimus AB, quia et ipsi indicant lectionem aliorum codd.-A: *propositiones proprias primas immediatas,* sed *proprias* expungitur at> aman.; B: *propositiones proprias et immediatas.*

bus; secundo, ostendit quomodo huiusmodi propositiones se habeant ad demonstrationes; ibi: *Et quemadmodum in aliis* * etc.; tertio, epilogat; ibi: *In ostensivis quidem igitur* * etc.

10. Dicit ergo primo, quod quando oportet demonstrare aliquam conclusionem affirmativam, puta, *Omne B est A,* necesse est accipere aliquid quod primo praedicetur de B quam A, et *dc quo *A* etiam praedicetur, et sit illud C; ct si iterum aliquid sit, de quo A per prius praedicetur λ quam de C, sic semper· procedendo; sic * ncc propositio nec terminus significans aliquod ens accipietur in demonstrando extra ipsum A, quia oportebit quod A praedicetur de eo per se, et ita quod contineatur sub eo et non sit ab eo extrinsecum ; sed oportebit semper condensare media *. Et loquitur ad similitudinem hominum, qui videntur esse condensati sedentes in aliqua sede, quando inter sedentes nullus potest intercidere medius. jta et media in demonstratione dicuntur densata s, quando inter terminos acceptos nihil cadit medium. Et hoc est quod dicit, quod *medium densatur quousque* perveniatur * ad hoc quod spatia *fiant indivisibilia;* idest, distantiae inter duos terminos sint* tales, quod non possint dividi in plures huiusmodi distantias, sed sit unum spatium tantum. Et hoc contingit, quando propositio est immediata. Tunc enim vere est *una propositio* non solum actu, sed etiam potentia, quando est immediata. Si enim sit mediata, quamvis sit una in actu, quia unum praedicatur de uno, tamen est multa in potentia, quia accepto medio formantur duae propositiones. Sicut etiam linea, quae est una in actu in quantum est continua, est tamen * multa in potentia, m quantum est *'.. divisibilis per punctum * medium. Et ideo dicit quod propositio immediata est una sicut simplex indivisibilis*.

11. Deinde cum dicit: *Et quemadmodum in aliis* etc., ostendit quomodo se habeat propositio immediata ad demonstrationem. Ubi considerandum est quod, sicut habetur in X *Metaphys.* *, in quolibet genere oportet esse unum primum, quod est * simplicissimum in genere illo, et mensura omnium quae sunt illius generis *. Et quia mensura est homogenea mensurato, secundum diversitatem generum oportet esse huiusmodi prima indivisibilia diversa. Unde hoc non est idem in omnibus: sed in gravitate ponderum accipitur ut unum indivisibile *uncia,* sive *mna,* idest " quoddam minimum pondus; quod tamen non est simplex omnino, quia quodlibet pondus est divisibile in minora pondera, sed accipitur ut simplex per suppositionem. In melodiis autem accipitur ut unum ' principium *tonus,* qui consistit in sesquioctava proportione, vel *diesis,* quae est differentia *toni* et *semitonii.* Et in diversis generibus sunt diversa principia * indivisibilia. Syllogismi autem principia sunt propositiones; unde oportet quod propositio simplicissima, quae est immediata, sit *unum,* quod est mensura*syllogismorum. Demonstratio autem addit supra syllogismum quod facit scientiam. Comparatur autem *intellectus* ad scientiam sicut unum et ξ indivisibile ad multa. Nam scientia est per decursum a principiis ad * conclusiones; intellectus autem * est absoluta et simplex acceptio prīncīpii perse noti*. Unde intellectus respondet immediatae propositioni; scientia autem conclusioni, quae est propositio mediata. Sic igitur ° demonstrationis*, in quantum est syllogismus, *unum* indivi-

• Num. n.
• Num. 12.
' *ut* cx codd.. *de quo A.*
'.
• *sic om.* n.
• Quojom.codd.,
' cf. uct. xxvi,
• o: *condens.*
• codd.-p; rcr- *veniatur.*
• codd.-p ctp. m. k; *sunt.*
– *Est* ex codd.
• Codd. (exc. g x o q el s. ni. d); *positum.*-q: *proprium* ;g : *divisibilis ponitur sicut med.*
• 10 ct d s. m. : *et indiv.;* q t et s. m. s: *simpliciter indiv.*
· comm. s. Th. iib.ix,o.7,seqq.
-*Quodest* om.i.
* g ™. om. o.
p
v
01
' l: *principium.*
ξ
A.-ω,-o:^ *conclnem.*
-^*tamen, a om.*
• Cf.iect.vn,n.6.
* Codd., exc. e.- *btns.em' d,vis"*

λ) *Per prius praedicetur* **etc.—I:** *per prius praedicetur, sic semper procedendo fit; nec aliqua propositio, nec aliquis terminus significans aliquod ens in demonstrando accipietur extra ipsum A.*

jj,) *Unum indivisibile uncia, sive mna.* **– Ita explicite codd. EGKL OS; P om.** *sive mna.* **Non est in versione nostra neque in versione Boethii vocabulum graecum** *mua,* **ut in textu Aristotelis, sed ponitur** *uncia.* **Videtur autem quod alii fere omnes codices addant cum praedictis** *sive mna.* **Nam A:** *sive mila;* **B:** *indivisibile etiam si û una quoddam;* **CHT:** *sive urna;* **D:** *uncia n una, idest ;I: uncia sive uncia;* **M:** *sive rana.* **Apparent corruptiones vocabuli mna.—Haec in se parvi, imo nullius momenti sunt; at utilia esse possunt in definienda quaestione de lectionibus, quibus s. Thomas usus est.**

v) *In melodiis autem accipitur ut unum* **etc.—A:** *Et in melodiis* **etc.; C:** *Etiam in melodiis, quae accipiuntur;* **et** *quae accipiuntur* **habent .GT, E vero:** *quae accipitur;* **DEHKLMNST:** *Item in melodiis.*

ξ) *Unum* **et,—Haec verba addimus ex codd.—GO om.** *et;* **Q:** *unum, idest indiv.*

0) *Sic igitur demonstrationis* **etc.-GHKLMT, p. m. D et s. m. C: Sic** *igitur.... Ex parte autem scientiae, semper* **(T,** *quam semper; s.* **m. D,** *quod semper) causai unum.* **– A:** *unus;* **l et s. m. D:** *unum indivisibile;* **E:** *unus est eius;* **HL:** *cuius est intell.;* **Q:** *Ex parte autem scientiae, semper erat unus eius intellectus;* **N omittit** *Ex parte* **etc., usque ad finem numeri. – Patet Pianam esse retinendam, cum qua alii codices legunt. – Haec autem verba s. Thomas ponit ad exponendum illum Aristotelis textum:** οὑτω *Iv* συλΧογισρω το *êv* ποὁτασι αρεσο , ἑν δ' αποδείξει και ἐπιστήρη ὁ νου . **Quem sic vertit Rosminius** *fAristotele esposto ed esaminato);* ‹_ *Cos'; nel sillogismo quell'uno (cioè* * *il principio,* ἡ αρχὴ) **è** *la proposiqione immediata, nella dimostraqio-* » *ne e nella scienqa la mente,* ὁ νου , **quella stessa, che altrove (Il** *Po-* » *ster.,* **cap. xv, n. 8; et III** *De anima,* **cap. vm, n. 2) chiamô,** *princi-* » *pio de'principii e specie delle specie* » **(Op. cit., lib. I, cap. xvni, n. 210, pag. laq-Torino 1857). Exinde infert: « Conviene dunque chela** *mente* * **sia qualche cosa di oggettivo e di per sè conosciuto, acciocchè sia il » primo principio della scienza e della dimostrazione, quello che fa cono- » scere l'altre cose.** *(ib.).* **In nota autem (3) addit: « Gli scolastici inter- » pretarono con due vocaboli la voce** νοῦ **in Aristotele, cioè** *intellectus . e intelligentia,* **riservando il primo a indicare la potenza, e il secondo » l'atto con cui questa potenza intuisce le idee; e quest'atto il fecero » accidentale alla potenza. Ma usando Aristotele una stessa voce** νου , **» è un allontanarsi dal suo concetto il negare che la mente stessa sia » un oggetto originariamente inteso, il primo intelligibile, che mai non » manca, costituendo la potenza stessa d'intendere l'altre cose.» Quia vero primum principium in ordine incomplexorum est** *ens* **indeterminatum, transcendentale, et communissimum, quod quidem est lumen quatenus manifestat alia principia mediata; sequitur quod** *ens* **illud sit** *la mente oggettiva, sempre in atto che l'uomo ha,* **sitque** *essere-lume* **(ib., cap. xxvii, pag. 189, n. 125-20).**

Assentimur Rosminio dicenti cum s. Thoma ens esse id quod primo cadit in apprehensione intellectus; concedimus etiam hoc ens praesupponi in omnibus quae cognosci a mente possunt, nam quidquid intelligitur habet rationem entis ; tertio quoque affirmamus principium ontologicum in ente fundatum (scilicet principium contradictionis vel identitatis) esse supremum, in quod resolvuntur principia omnia secundaria scientiarum, prolndeque ens istud esse lucem. *Illud... quod primo intellectus concipit quasi notissimum, et in quo omnes conceptiones resolvit, est ens* **(Qq. Dispp.** *De veritate,* **qu. 1, artic. 1).** *Ens est prima conceptio intellectus* **(Cf. lect. v, n. 7).** *Unde oportet quod omnes aliae conceptiones intellectus accipiantur ex additione ad ens* **(Qq. Dispp. loc. cit.). Quia nomen lucis extensum est** *ad significandum omne illud quod facit manifestationem secundum quamcunque cognitionem* **(P. l, qu.txvii, artic. 1), non solum intellectus seu νου , per quem intelligimus, erit lumen** *(quo* **et subiectivum), secundum quod communiter dicimus lumen rationis; sed etiam** *veritas est lumen (quod* **et obiectivum)** *intellectus* **(P. l, qu. cvn, artic. u),** *et ipsum intelligibile vocatur lumen vel lux* **(P. I, qu. xii, artic. v). Consequenter** *ens,* **quod est prima conceptio intellectus, est prima lux obiectiva mentis nostrae, et ad hanc lucem comparantur omnes aliae conceptiones nostrae obiectivae. – Haec suprema scientiae nostrae principia ex s. Thoma desumpsit Rosminius (Cf.** *Nuovo Saggio sull'origine delle idee,* **Vol. H, sez. v, p. l, cap. l, seqq. ;** *Teosofia,* **Vol. I. –** *Problema dell'ontologia,* **lib. unico, cap. v, artic. l, n. 58, pag. 55).**

Duo tamen sunt in quibus praeiaudato Philosopho consentire non possumus. Unum est circa *naturam* **entis, quod est prima conceptio intellectus humani; alterum est circa** *originem* **et modum huius conceptionis in 'nostro intellectu. S. Thomas vult illud ens esse quidem ens transcendaliter sumptum, hoc est non specificum neque genericum, sed supra omnem speciem et omne genus constitutum, proinde communissimum et maxime indeterminatum; attamen docet, et vere,** *illud* **(ens)** *esse universale, quo quaelibet res formaliter est* **(Opusc.** *De ente et essentia,*

sibile est propositio immediata. Ex parte autem scientiae, quam causât, *unum* eius est intellectus.

12. Deinde cum dicit: *In demonstrativis quidem* etc., epilogando concludit quod supra * ostensum est, scilicet quod in affirmativis syllogismis medium non cadit * extra extrema. .Codc cadat'

13. Deinde cum dicit: *In privativis autem ubi quidem* etc., ostendit quomodo utendum sit pro-

cap. vi); proindeque non esse neque Deum neque aliquid Dei (Deum enim esse principium *formale* omnium, dici sine maximo errore non potest.-Cf. P. 1, qu. m, artic. vm; et 1 *Contra Gent.,* cap. xxvi), sed esse ens participatum a Deo quia a Deo effectum, esse creatum et nullo modo creans (Cf. P. I, qu. xiv, artic. v; 11 *Contra Gent.,* cap. xxi, n. 3), quod sub determinationibus generum, specierum et individuorum existât, ita ut extra huiusmodi determinationes nullam realem existentiam habeat neque habere possit, et solummodo habeat idealem existentiam in mente nostra: imo addit, ita a Deo esse diversum, ut neque univoce dicatur de Deo, quando dicimus, *Deus est ens,* sed solummodo per analogiam (Cf. P. 1, qu. xm). – Ex opposito Rosminius vult illud ipsum *esse (che è comune a tutte le entità concepibili, – Teosofia,* Vol. I, lib. I, *Le categorie,* cap. i, n. 131 – et ideo est *illud esse universale, quo quaelibet res formaliter* est, ut aùdivimus a s. Thoma), quod ipse vocat *essere initiale* (ib.), esse *qualche cosa dell'unico essere necessario, cioè di Dio* (Op. cit., lib. 11, sez. n, cap. n, artic. iv, § a, n. 294-96). Proindeque istud esse *initiale* (quod quatenus *ha virtualmcnte tutte le entità nel suo seno.... acquista il titolo di possibile* – lib. I, loc. cit., n. 132. 2·) est *causa creante, determinante e finale dell'essenqa dcgli enti contingenti* (lib. II, loc. cit., n. 2g3, 2°); et quamvis *l'essere non è un elemento propriamente intrinseco degli enti contingenti, ma è antecedente e raccogliente i medesimi* (ib., 1ª), tamen contingens *non pub esistere solo, ma congiunto continuamente all'essere initiale e virtuale.* Et *gli enti contingenti sono termini dell'essere initiale, ma termini non necessari ad esso, che rimane davanti alia mente senta di essi; termini per cib che noi chiameremo impropri* (lib. 11, loc. cit., n. 293, 7°). Haec quoad naturam *entis,* quod primo cadit in apprehensione intellectus nostri, est, ut mihi videtur, prima ac radicalis diversitas et oppositio inter Rosminium et s. Thomam.

Quoad originem vero conceptus entis in intellectu nostro, s. Thomas eam repetit a sensu, ope abstractionis intellectus. « Praeexistunt in nobis » *(ad scientiae acquisitionem necessaria)* quaedam scientiarum semina, » scilicet primae conceptiones intellectus, quae statim lumine intelle- » ctus agentis cognoscuntur per species a sensibilibus abstractas, sive » sint complexa, ut dignitates (Cf. lect.v, nn. 6, 7), sive incomplcxa, sicut » ratio entis et unius et huiusmodi, quae statim intellectus apprehendit. » Ex istis autem principiis universalibus omnia principia sequuntur, sicut » ex quibusdam rationibus seminalibus » (Qq. Dispp. *De veritate,* qu. xi, * *De magistro,* artic. i.-Cf. Qu. *De virtutibus in communi,* artic. vm). Quia autem in cognitione entis et principiorum, quae in ente fundantur, intellectus non alio extraneo medio utitur, sed vi sui coniungitur huiusmodi obiectis, haec dicuntur sub hoc respectu naturaliter cognita, imo etiam innata, naturaliter inserta etc., non quasi ipsa innata sint, sed quia subito et sine inquisitione cognoscuntur (Qq. Dispp. *De veritate,* qu.xvi, artic. i. – Cf. Ferrar. in III *Contra Gent.,* cap. xlvi, n. 3). « Intellectus... » cum sit una vis, est eius unum naturale obiectum, cuius per se er » naturaliter cognitionem habet Hoc autem oportet esse id, sub quo » comprehenduntur omnia ab intellectu cognita (sicut sub colore com- » prehenduntur omnes colores, qui sunt per se visibiles), quod non est » aliud quam ens naturaliter. Igitur intellectus noster cognoscit ens, et » ea quae sunt per se entis inquantum huiusmodi: in qua cognitione » fundatur primorum principiorum notitia; ut, non esse simul affirmare » ct negare, et alia huiusmodi. Haec igitur sola principia intellectus no- » ster naturaliter cognoscit; conclusiones autem per ipsa» (11 *Contra Gent.,* cap. lxxxiii, Ed. P. fol. 2o5, coi. 4. – Cf. P. I, qu. iv, artic. 11; I-II, qu. Li, artic. 1; II Dist. xxiv, qu. n, artic. 111; Qq. Dispp. *De veritate,* qq. vm, artic. xv; xi, artic. 1, ad 12; xxrv, artic. I, ad 20; item Qu. et artic. cit. *De virtutibus in communi).* His opposita est sententia Rosminii. *Esse* enim, cuius supra definivimus naturam, non accipitur, iuxta ipsum, per abstractionem a sensibilibus, sed menti nostrae iugiter adest, et ab eo mens nostra formatur: *Γessere è presente ali'intelligenta e... colla sola présenta la forma (Teosof.,* lib. II, sez. 1, cap. 111, art. 11, n. 2 13). Formatur, inquam, atque constituitur, non quidem metaphorice et in ordine cognitionis, sed vere et in ordine physico. Nam sententia Rosminii est quod *Γintelligenta è un atto che esce, quant'ali'origine, dall'anima sensitiva (Psicologia,* P.I, lib. IV, cap. xxm, n. 057): quae est a generante, non secus ac anima aliorum animantium; sed quae in homine fit intellectiva quatenus ipsi unitur *esse:* « gli è creata *(la virtù* » *da intuire Γessere)* dall'essere stesso col congiungersi a lui; perocchè » essendo l'essere intclligibile per essenza, egli non pub congiungersi a » niun soggetto senz'essere inteso, giacchè la sua congiunzione è questa: › essere inteso. Ha dunque Γessere questa virtù di creare le intelli- » genze. E che ripugna, che un principio senziente, come direbbe Ari- » stotcle, sia in potenza intelligente? cioc, che ripugna ch'egli venga » elevato a condizione intelligente? » (Op. et loc. cit. n. 656). Nisi ergo *esse* uniretur animae nostrae (quae unio non essentialis est, sed ab extrinseco, hoc est a primitiva *legge stabilita da Dio nel momento che Iddio inspirb in Adamo lo spiracolo della vita.*- ib. n. 658), anima ipsa esset sensitiva: imo talis est substantialiter, et sensitivus essentialiter est subiective actus cognitionis, qui nonnisi obiective, hoc est ratione *esse intelligibilis,* ad quod terminatur, dici intellectualis debet (ib.-Cf. *Antropologia,* lib. III, sez. 1, cap. iv., art. 1 et 11).

Esse autem, quod est obiectum primi intuitus, non cognoscitur sub aliqua denominatione, nempe quasi esse *initiale, virtuale, abstractum* etc., sed ut innominatum: *Di che procede che il solo intuito, non facendo altro che intuire, non passa neppure dare un nome ali'essere che intuisce: onde la stessa denominatione data a un tale oggetto di essere, è Γopera della rifiessione, che a suo tempo succede al taciturno intuito (Teosof.* loc. cit., n. 217, 1°).-Ope reflexionis distinguuntur in esse initiali tres formae: *subiectiva,* idest *esse* consideratum ut existentia in se; *obiectiva,* idest esse consideratum *ut essentia;* denique *moralis,* quae est *identitas,* seu coniunctio formae obiectivae et formae subiectivae *nell'identità dell'essere* (Op. cit., lib. I, cap. ix, n. 148): «Ora egli » *è* certo che Γessere iniziale si concepisce dalla mente umana come » anteriore aile forme, e loro comune iniziamento. Ma cosi apparisce » come *essenta* veduta nell'*idea,* non come idea. Poichè nell'essere, » come in ogni altro oggetto della mente, si distingue Γessenza veduta » dal lume inerente all'essenza, pel quai lume essa è visibile: in quanto › è lume dicesi *idea;* in quanto è ciô che si vede, dicesi *essenta...* Ma » in quanto questa essenza e luminosa alla mente, intanto partecipa della » forma obiettiva e intelligibjle dell'essere. Ora poichè Γessere assoluto » nella sua forma obiettiva dicesi *Verbo* divino, perciù Γessere iniziale » considerato nella sua obiettività è qualche cosa dell'Essere assoluto z » nella forma obiettiva, ossia dei *Verbo* divino » (ib., lib. II, sez. 11, cap. 11, artic. iv, § 2, n. 297). *Esse* igitur est simul obiectum et subiectum, essentia et idea seu lumen rationis humanae.

De natura entis rosminiani nihil impraesentiarum est dicendum, quia ad metaphysicam pertinet tractatus de ente; de intuitu autem eiusdem entis ingenito animae nostrae ea solum expendemus, quae cx praesenti textu Aristotelis colligere pro suo systemate nititur Rosminius; nam quaestio magis quam ad logicam, perunet ad ideologiam. Duo ergo quaerimus: i* Utrum iuxta Aristotelem intellectus sit *mens-obiectiva,* hoc est facultas constituta ut potentia intelligcndi a primigenia informatione entis, vel potius facultas exclusive subiectiva; 2* Utrum νου penes Aristotelem significet quandoque meram facultatem intelligcndi, quandoque vero actum seu intellectionem, ut s. Thomas hic et alibi interpretatur, et cum ipso scholastici. – Exordium sumo ab Aristotelis textu.

Aristoteles in textu praecitato duo distincte tradit, quorum unum respicit syllogismum in genere, ἐν συλλογισμώ, alterum syllogismum in specie, nempe demonstrationem, ἐν δ' αποδείξει, et consequenter scientiam, quae est effectus demonstrationis, χα'ι ἐπιστήμη. Praemiserat autem quod in aliis rebus omnibus debet esse principium simplex, non quidem illis omnibus commune, sed unicuique proprium et, ut ait s. Thomas, homogencum, quod sit mensura omnium quae sub quolibet genere continentur: ἐν τοῖ αλλοι ἡ αρχὴ ἁπλοῦν, τούτο δ' οὔ ταὐτό πανταχοῦ. Ergo, concludit, et in syllogismo debet esse illud unum simplex, et illud unum simplex debet esse etiam in demonstratione et scientia: Και ὡσπερ ἐν το“ αλλοι ... οϋτω etc. Et in syllogismo quidem illud unum est propositio immediata, ἐν συλλογισμώ τό ἐν πρότασι ἁμεσο , quae talis dicitur respectu propositionis mediatae, hoc est conclusionis, generice acceptae, quia ex syllogismo generice sumpto, communi nempe tum demonstrativo tum dialectico, infertur; in demonstratione autem, quae ex additione se habet ad syllogismum in genere, illud unum simplex et indivisibile est etiam propositio immediata, quae talis est respectu non solum propositionis mediatae ut conclusae, sicut in syllogismo, sed respectu propositionis mediatae ut illatae cx syllogismo demonstrativo, ct respectu scientiae. Haec propositio in demonstratione et in scientia dicitur intellectus, seu, ut habent codd. HL, est id, *cuius est intellectus.* Igitur eadem propositio, quae dicitur immediata in syllogismo generice accepto, dicitur νου in syllogismo demonstrativo, ἐν δ' ἀποδείξει χαϊ. ἐπιστήμη ὁ νου . Quae omnia copiose exponuntur a s. Thoma infra lect. XLin. (Cf. lect. xix, not. η). – Nihil in hac Aristotelis ratiocinatione video, quod favere possit interpretationi Rosminii (Cf. Zabarella in I *Poster., § Quando autem opus sit etc.,* fol. 85, coi. 1, Ed. cit.; Robert. I.incolnicns. in 1 *Poster.,* cap. xvi, § *Cum ergo indigeat* etc., fol. 22, coi. 3 – Venetiis 1552; Albert. Magn. in I *Poster.,* Tract, rv, cap. xv, pag. 589, coi. 2).-Trendelenburg *(Elem. log., Annot.,* § 69; in lib. *De anima,* Comment., pag. 147; et not. in 111 lib. cap. v, pag. 4o5 – Ed. Christiani Belgeri. – Berolini 1877), quamvis subobscure hac de re loquatur, a Scholasticis tamen non longe distare videtur.

Deinde in III *Dc anima,* cap. iv, quaerit quo pacto fiat *intelligere* in nobis, πώ ποτέ γίνεται το νοεῖν. Ad quam quaestionem praemittit quid ipse intelligat nomine intellectus, eumque dicit non actum, sed principium quo actus: λέγω δε νοῦν ω διανοείται χαι υπολαμβάνει ἡ ψυχή (η. 3). Quam definitionem declarans inquit: Is qui intellectus animae nuncupatur, Ὸ ἁμα χαλοῦμενο τή ψυχή νου , nihil est actu entium antequam intelligat, οὔΟέν έστιν ένεργεια τών οντων πριν νοε~ν. His verbis νου est mens, principium quo intelligendi, et tamen, in comparatione *obiectivi,* eam dicit nihil esse actu cuiusque intelligibilis. Hinc addit recte dici quod anima sit locus formarum (τόπον ειδών) sed subdit tamen quod anima est locus formarum per solum intellectum, ct quod intellectus habeat ex se huiusmodi formas non actu sed sola potentia, οδτ* ἐντελεχεία, ἀλλα δυνάμει τά εἴδη (η. 4). Atqui esse potentia intelligibile dupliciter potest intelligi: uno modo quia intellectus non est ab idea

positionibus immediatis in syllogismis negativis. Et primo, in prima figura; secundo, in secunda; ibi: 5/ *pcr0 oporteat monstrare* * etc.; tertio, in tertia; ibi: *In tertio autem modo* * etc. Dicit ergo primo **, quod in negativis syllogismis, nihil mediorum acceptorum procedendo ad immediata cadit extra genus terminorum affirmativae propositionis in prima figura: puta si demonstrandum sit quod *nullum B est* A,* et accipiatur medium C, tali existente syllogismo, *Nullum C est A; omne B est C; ergo nullum B est A.* Si ergo π oporteat iterum probare quod in nullo C sit A, oportet accipere medium ipsius C et A, quod scilicet praedicetur de C, et per consequens de B, et sic pertinebit * ad genus terminorum affirmativae propositioms: et ita semper procedetur quod * media accepta non cadent extra affirmativam propositionem; cadent tamen extra genus praedicati negafivi *, puta extra ** genus A.

i a Deinde cum dicit: *Si vero oporteat demonstrare etc.* ostendit qualiter hoc * se habeat in secunda figura; ct dicit quod si oporteat demonstrare quod *milium E sit D,* in secunda figura, accipiendo medium C, ut fiat talis * syllogismus, *Omne D est C; nullum E est C,* aut, *quoddam E non est C f; ergo nullum,* vel, *non omne E estD*·,* nunquam medius terminus acceptus cadet extra E. Quia si oportebit iterum demonstrare quod *nullum E est C,* oportebit iterum ' accipere aliquod medium inter E et C; quia oportebit in secunda figura semper probare negativam; affirmativa enim in hac figura probari non potest. Unde sicut in prima figura media accepta semper accipiuntur ex parte propositionis affirmativae, ita oportet in secunda figura semper media accipi ex parte propositionis negativae.

l 5. Deinde cum dicit: *In tertio autem modo* etc., ostendit qualiter hoc * se habeat in tertia figura; et dicit quod in tertia figura media accepta non erunt neque extra praedicatum, quod negatur, neque extra subiectum, a quo negatur *. Et hoc ideo quia medium subiicitur affirmativae vel negativae utrique *; unde si oportet accipere adhuc aliquod medium T, oportet iterum illud medium subiici utrique * affirmando vel negando; et sic media accepta nunquam accipientur * neque extra praedicatum negatum nec extra subiectum, de quo negatur *.

* Num.seq.
••îwSôeicodd.
- λ β :»ιλ
•mets. m. s,-
juod add. *ita.*
achiklmn ct n. *neganti;*
•*ixtraFtomeA"us* êx?HNι-V°Ađû-bent-
• *ratis n con.*
? •h om. hanc conci.: *ergo... D.*
* ACDEIMNOQST et p. m. κ: *circa hoc;* h om. Aoe.
' Codd. - r: *negantur.*
' *Utriq.* om. a. X
' *Utriq.* ex codd.
* CDEHKLMNST.- A B1OQ: *accipiuntur;* p: *acciperent tur.*
* Codd. - p: *negantur.-v. de quo illud neg.;* m: *a quo neg.*

informatus; altero modo quia, licet ideam habeat, tamen non considerat secundum ipsam; nempe deest actus, non decst habitus. Porro Aristoteles vult mentem nostram, τόν νοῦν, in sua origine esse meram potentiam in sensu etiam privationis habitus: « Is, *inquit,* qui actu sciens » est (quod quidem tunc accidit, quum ipse per se agere potest), est » quidem nihilominus et tunc quodammodo in potentia, sed non per- » inde, οὔ μήν ὁμοιω, ut erat antequam didicisset, vel invenisset *(quando* h *nempe erat solum* δυνάμει τὰ εἰδη); atque tunc seipsum intelligere po- » test, και αυτό δέ αυτόν τότε δύναται νοεῖν » (n. 6). Ergo ὁ νου, intellectus, accipitur ab Aristotele ut *potentia,* seu facultas subiectiva animae, denudata ab omni actu et ab omni idea; neque in hac interpretatione a mente Aristotelis s. Thomas discessit.

Sed et vox νου usurpatur etiam ab Aristotele ad designandum *actum,* seu intellectionem vel intelligentiam (Cf. l *Perilterm.,* lect. l, not. a), ut in hac lectione exponit s.Thomas, cum dicit: *intellectus... est absoluta et simplex acceptio principii per se noti... unum eius est intellectus.* Qui quidem actus est accidentalis, non essentialis, ut ex supra dictis est manifestum. Revera in eodem libro *De anima,* cap. vi, duo distinguit Aristoteles, quorum unum est iudicium seu propositio, alterum est simplex apprehensio vel dictio: utrumque tamen nonnisi a potentia intellectiva esse potest. Negat autem iudicium esse intellectum (ὁ δέ νοῖι οὐ πα), quia, inquit, nomine intellectus designatur illud quod exponit *quod quid est,* seu definitionem, et est sicut visio; ideoque quamvis in cnunciatione possit esse verum vel falsum, in *intellectu* tamen est semper per se verum (Cf. l *Periherm.,* lect. 11, n. 10, et lect. m). En integer Aristotelis textus: Ἐστι δ' ἡ μέν φάσι τι κατὰ τίνο, ὡσπερ ἡ κατάφασι, και αληθή, ἡ ψευδή πάσα- ὁ δέ νου οὐ πα, ἀλλ' ὁ του τί ἐστι κατὰ τὸ τί ἠν εἰναι αληθή, κα'ι οὐ τι κατὰ τίνο · αλλ' ὡσπερ τὸ ὁραν του ἰδιου αληθέ, εἰ δ' ἀνθρωπο το λευκόν, ἡ ρή, οὐκ αληθέ αει (n. y. – De distinctione inter *dictionem,* φάσι, et *affirmationem,* κατάφασι, cf. lib. VIII *Metaphys.,* cap. x, η. 3; et I *Perih.,* lect. vi, nn. 3,4). Nomine *intellectus,* νου, non intelligitur hoc loco obiectum intuitus rosminiani: nam secus omnes definitiones obiectivae ad obiectum eiusdem intuitus innati pertinerent. Sed neque sola potentia (ut in praecedenti cap. iv) designari potest voce νου, secus enim ad facultatem intellectivam neque dictio (φάσι) neque iudicium (κατάφασι) pertineret: quod est absurdum, et contra Aristotelem aperte dicentem intellectum practicum (qui nonnisi fine distinguitur a speculativo) esse qui ratiocinatur: νου δ' ὁ ένεκα του λογιζόρενο και ὁ πρακτικό · διαφέρει δέ του θεωρητικοί» τω τέλει (ib., cap. χ, η. 2). Ergo per vocem νου intelligit etiam Aristoteles actionem intellectivam, qua simpliciter aliquid apprehenditur et definitur, et quae distinguitur ab intellectu, ut est facultas, sicut actus distinguitur a potentia, et accidens a subiecto. Hinc in IV *Metaphys.* ille ipse intellectus, qui in loco cit. *De anima* dicitur νου, vocatur νόησι, intellectus (actio), intellectio, intelligentia: Ὁλω δέ ὠν ἡ νόησι αδιαίρετο ἡ νοούσα τό τί ἠν εἰναι (cap. vι, n. q). Adde quod saepe intellectus dicitur ab Aristotele habitus primorum principiorum; habitus autem dicitur uno modo, sicut actus quidam habentis et habiti, οἰον ενέργεια τι του εχοντο και έ/ομένου, quasi actio quaedam et motus, ὡσπερ πρϊξί τι ἡ κίνησι (IV *Metaphys.,* cap. χχ, n. 1). Et in VIII eiusd. *Metahpys.* intellectio et actio idem sunt: νόησι ἡ ενέργεια (cap. ix, n. 6). Denique in lib. VI *Ethic,* ad *Nicomachum* quatuor recenset habitus, nempe scientiam, prudentiam, sapientiam et mentem, et non tria priora, sed solummodo mentem dicit esse habitum principiorum: τούτων δέ τών τριών μηδέν ένδέχεται ειναι (λέγω δέ τρια, φρόνησιν, επιστήμην, σοφίαν), λείπεται νουν είναι τών αρχών (cap. vι, η. 2).– Constat ergo, ut mihi videtur, voce νου designari frequentius ab Aristotele facultatem intellectivam, haneque esse ex se potentiam destitutam ab origine omni actione atque ideis; usurpari etiam illam vocem pro habitu et actione, intelligentia et intellectione, ενέργεια, πρϊξί, νόησι. Et haec actio (quae duo dicit, subiectivum nempe et obiectivum: non enim intellectio datur sine intelligibili) subaudit facultatem constitutam et formatam, eique accidenta!iter advenit, quasi eius affectio, (πάθη), separabilis (Cf. l *Perth.,* lect. n, n. 6).

« Cur vero Aristoteles, *inquiunt Coniinbricenses,* habitum primorum » principiorum appellet, modo ipsius potentiae nomine, intellectum, varias » causas reddunt auctores. Nobis placet ea, quam primo *Sententiarum,* › Disp. II, qu. n tradit Bargius; appellari videlicet *naturalem,* quia ab ipso » lumine naturali absque ullo medio propensi sumus ut principiis assen- » tiamus. Dici vero *intellectum,* ut plerique tradunt, quia gignitur a poten- » tia intelligendi, prout intellectus denominatur: quamvis enim vis intel- » lectiva unica sit, quia tamen aliqua percipit sine discursu, aliqua discur- » rendo; ut posteriori modo agit, dicitur *ratio;* ut vero priori, *intellectus* » nominatur: habitus autem principiorum per actus non discursives ge- » nerantur » *(Commentarii in universam Dialecticam Aristotelis,* P. 1.– *In* l *Poster.,* cap. l, qu. 1, artic. iv, pag. 517 —Lugduni 1610).-De eisdem habitibus, deque his quae hoc loco disseruimus, cf. lib. 11, lect. xx.

π) Si *ergo oporteat.* – Codd. om. *ergo;* 1: *Sed oport.* – *G* post immediate praeced. syllogismum, scribit *si,* ac deinde magnam habet lacunam: omnibus enim intermediis omissis, transcurrit ad: *non esset isosceles, neque album,* quae verba pertinent ad lectionem xu, n. o.

p) *Non est C.* – Ita legimus cum codd. ABDHKMST; P om. particulam negantem.

σ) *Oportebit iterum* etc.-1: *oportebit aliquem terminum accipere* medium.—Immediate infra leaimus cum codd., *in secunda fig. semper;* P om. *semper;* CLMQ et p. m.DKS: *semper portare;* N: *semper proponere.*

τ) *Accipere adhuc aliquod medium.* – P om. *adhuc;* ADEILNOST: *acc. adhuc aliud med.;* HKM: *adhuc aliquod aliud,-P; iterum id med.;* A: *id iterum med.;* 1: *debet iterum illud med.;* alii codd.: *illud.*

LECTIO TRIGESIMASEPTIMA

UTRUM DEMONSTRATIO UNIVERSALIS POTIOR SIT DEMONSTRATIONE PARTICULARI? - DISPUTATUR PRO PARTE NEGATIVA

Ουση δ' ἀποδείξεώ τή [Λεν καθόλου τη δε κατά [Λερό , καί τη μέν κατηγορικη τη δε στερητική , ἀμφισβητεῖται ποτε'ρα βελτίων ὠ δ' αὔτω καί περί τη ἀποδεικνύναι λεγομένη καί τη ει τό αδύνατον ἀγούση ἀποδείξεώ .

Ιρώτον μέν οὐν ἐπισκεψώμεθα περί τη καθόλου καί τη κατά μέρο · δηλώσαντε δέ τοῦτο, και περί τη δεικνυ'ναι λεγομένη καί τη ει τό ἀδύνατον εἴπωμεν.

Δόξειε μέν οὐν τάγ' ἀν τισιν ὠδί σκοποῦσιν ἡ κατά μέρο εἰναι βελτίων. Εί γάρ καθ' ην μάλλον ἐπιστάμεθα ἀπόδειξιν βελτίων ἀπόδειξι (αὐτη γάρ αρετή ἀποδείξεώ), μάλλον δ' ἐπιστάμεθα ἑκαστον, ὁταν αυτό ειδώμεν καθ' αυτό ἡ ὁταν κατ' ἄλλο, οἰον τόν μουσικόν Κορίσκον, ὁταν οτι ὁ Κορίσκο μουσικό ἡ ὁταν οτι ἀνθρωπο μουσικό · ομοίω δέ καί επί των ἀλλων ἡ δέ καθόλου οτι ἄλλο, οὐχ ὁτι αὐτό τετύχηκεν ἐπιδείκνυσιν, οἰον ὁτι τό ισοσκελέ οὐχ ὁτι ισοσκελέ ἀλλ' οτι τρίγωνον, ἡ δέ κατά μέρο ὁτι αυτό' εί δή βελτίων μέν ἡ καθ' αὐτό, τοιαύτη δ' ἡ κατά μέρο τή καθόλου μάλλον, καί βελτίων ἀν ἡ κατά μέρο ἀπόδειξι εἴη.

Ἔτι εί τό μέν καθόλου μη έστί τι παρά τά καθ' ἑκαστα, ἡ 8' ἀπόδειξι δόξαν εμποιεί εἰναι' τι τοῦτο καθ' ὁ ἀποδείκνυσι, καί τινα φύσιν ὑπάρχειν ἐν τοῖ οὐσι ταύτην, οἰον τριγώνου παρά τα τινα καί σχήματο παρά τά τινα καί ἀριθμοῦ παρά τού τινά ἀριθμοῦ , βελτίων δ' ἡ περί οντο η μή οντο καί δι ήν μή ἀπατηθήσεται ἡ δι ήν, έστι δ' ἡ μέν καθόλου τοιαύτη (προϊόντε γάρ δεικνύουσιν, ὠσπερ περί τοῦ ἀνα λόγον, οἰον οτι δ ἀν η τι τοιοῦτον έστα.ι ἀνά λόγον, ο οὐτε γραμμή οὐτ' ἀριθμό οὐτε στερεόν οὐτ' επίπεδον, ἀλλα παρά ταῦτά τι)· εί οὐν καθόλου μέν μάλλον αὐτη, περί οντο δ' ἡττον τή κατά μέρο καί εμποιεί δόξαν ψευδή, χείρων ἀν εἴη ἡ καθόλου τή κατά μέρο .

Ἡ πρώτον μέν οὐδέν μάλλον επί τοῦ καθόλου ἡ τοῦ κατά μέρο ἀτερο λόγο έστίν. Εί γάρ το δυσίν ὀρ-Οαῖ ὑπάρχει μή ἡ ισοσκελέ ἀλλ' ἡ τρίγωνον , ὁ εἰδώ οτι ισοσκελέ ἡττον οιδεν ἡ αὐτο ἡ ὁ εἰδώ οτι τρίγωνον. "Ολω τε, εί μέν μή οντο ἡ τρίγωνον εἴτα οεἰκνυσιν, οὐκ ἀν εἴη ἀπόδειξι , εί δέ οντο , ὁ εἰδώ ἑκαστον ἡ ἑκαστον ὑπάρχει μάλλον οιδεν. Εί δή τό τρίγωνον επί πλέον έστί, καί ὁ αὐτό λόγο , καί μή καθ' ομωνυμίαν το τρίγωνον, καί ὑπάρχει παντί τριγώνω τό δύο, οὐκ ἀν τό τρίγωνον ἡ ισοσκελέ , ἀλλα τό ισοσκελέ ἡ τρίγωνον, ἐχοι τοιαύτα τά γωνία . "Ωστε ὁ καθόλου εἰδώ μάλλον οιδεν ἡ ὑπάρχει ἡ ὁ τό κατά μέρο . Βελτίων ἀρα ἡ καθόλου τή κατά μέρο .

"Ετι εἴ μέν εἴη τι λόγο ει καί μή ομωνυμία, τό καθόλου εἴη ἀν οὐδέν ἡττον ἐνίων των κατά μέρο , ἀλλα καί μάλλον, ὁσω τα ἀφθαρτα ἐν ἐκείνοι έστί, τά δέ κατά μέρο φθαρτά μάλλον.

"Ετι τε οὐδεμία ἀνάγκη ὑπολαμβάνειν τι εἰναι τοῦτο παρά ταῦτα, ὁτι ἐν δηλοϊ, οὐδέν μάλλον ἡ ἐπι των ἀλλων, ὁσα μή τί σημαίνει, ἀλλ' ἡ ποιόν ἡ πρό τι ἡ ποιεῖν. Εί δέ ἀρα, οὐχ ἡ ἀπόδειξι αιτία, ἀλλ' ὁ ἀκούων.

* Cum autem sit demonstratio alia quidem particularis, alia vero universalis; et haec quidem categorica, illa vero privativa; dubitatur qualis potior sit: similiter autem et de ea quae demonstrare dicitur, et de ducenti ad impossibile demonstratione. ' Cap. xxit. Text·39·

Primum quidem igitur intendamus de universali et de particulari: ostendentes autem hoc, et de ea quae demonstrare dicitur, et quae est ad impossibile dicemus.

Videbitur quidem igitur fortassis utique quibusdam sic intendentibus particularis esse dignior. Si enim secundum quam maxime scimus demonstrationem, potior est demonstratio; haec enim virtus demonstrationis est: magis autem scimus unumquodque cum ipsum cognoscimus secundum ipsum quam secundum aliud, ut musicum Coriscum, quando cognoscimus quod Coriscus musicus est, quam quod homo musicus sit, similiter autem et in aliis: sed universalis quoniam aliud, non quoniam ipsum contingit, demonstrat, ut quoniam aequitibiarum est, non quia aequitibiarum, sed quoniam triangulus; sed particularis quoniam ipsum est: si igitur potior quidem est quae est secundum ipsum, huiusmodi autem est particularis, universali magis et potior utique secundum partem demonstratio erit.

Amplius si universale quidem non est aliquid praeter singularia, demonstratio autem opinionem conficit esse aliquid hoc secundum quod demonstrat, et quamdam naturam esse hanc in his quae sunt, ut trianguli praeter quosdam, et figurae praeter aliquas, et numeri praeter quosdam numeros; potior autem est quae est de esse quam de non esse, et propter quam non errabitur quam propter quam errabitur: est autem universalis huiusmodi; procedentes enim demonstrant quod est analogum, quod neque linea, neque numerus, neque solidum, neque planum est, sed praeter haec aliquid: si igitur universalis quidem magis haec est, de eo autem quod est, minus quam particularis, et facit opinionem falsam, indignior utique erit universalis particulari.

Aut primum quidem nihil magis in universali quam in particulari altera ratio est. Si enim quod duobus rectis inest, non est secundum quod est isosceles, sed secundum quod triangulus est; cognoscens quoniam isosceles habet tres, minus cognovit in quantum ipsum est, quam cognoscens quoniam triangulus est. Et omnino si non sit quidem secundum quod est triangulus, postea demonstrat, non utique erit demonstratio; si vero sit cognoscens unumquodque secundum quod unumquodque est, magis cognovit. Si igitur triangulus in plus est, et eadem ratio et non secundum aequivocationem triangulus est, et inest omni triangulo quod est duobus rectis habens aequales; non utique triangulus in quantum aequitibiarum, sed aequitibiarum secundum quod est triangulus, habet huiusmodi angulos. Quare universaliter sciens magis cognovit secundum quod est, quam secundum partem. Potior itaque est universalis quam particularis.

Amplius si quidem sit quaedam ratio una et non aequivocatio, universale erit utique nihil minus quibusdam secundum partem: sed magis est quanto incorruptibilia in illis sunt; quae vero secundum partem sunt, corruptibilia sunt magis.

Amplius neque una necessitas est opinari aliquid esse hoc praeter haec; quoniam unum ostendit nihil magis quam in aliis, quaecunquc non aliquid significant, sed aut quale aut ad aliquid aut facere. Si ergo, non demonstratio est causa, sed male audiens.

Synopsis. — 1. Argumentum textus et divisiones. – 2. Demonstratio tripliciter dividitur: in universalem et particularem; affirmativam et negativam; ostensivam et ad impossibile. – 3. Primo loco quaeritur utrum demonstratio universalis sit potior particulari. – 4. Textus subdivisiones. – 5. Disputatur pro parte negativa quaestionis. Et prima obiectio est: Demonstratio tanto potior est, quanto magis facit scire rem. Atqui videtur quod demonstratio particularis magis rem faciat scire quam demonstratio universalis; quia illa demonstrat rem secundum seipsam, ista vero secundum altqutd universale. Ergo. – 6. Secunda et tertia obiectio: Universalis demonstratio minus de ente demonstrat, et magis opinionem faftam inducit quam particularis; ergo demonstratio particularis potior est universali. – 7. Respondetur primae obiectioni: Et primo quod *secundum se* invenitur tam in particulari quam in universali; ergo obiectio non concludit. – Deinde demonstratio universalis semper concludit de universali illud quod ipsi convenit per se primo et secundum quod ipsum; et magis cognoscitur res hoc modo quam in particulari. – 8. Respondetur secundae objectioni: Universale secundum eamdem rationem sumptum, de quo est demonstratio, est magis ens quam particulare, ratione incorruptibilitatis (ob quam scientia habet firmitatem et incorruptibilitatem obiectivam, prout ipsa requirit), quamvis singularia ratione subsistentiae sint magis entia quam universalia.-9. Respondetur tertiae obiecttoni: Demonstratio universalis non generat falsam opinionem, quia universale, de quo est demonstratio, accipitur ut unum secundum se, non autem ut unum praeter multa existens; in qua solummodo acceptione esset falsa opinio.

Postquam Philosophus determinavit de /Asyllogismo demonstrativo, hic agit de – comparatione demonstrationum ad invicem *. Et quia scientia ex demonstratione causatur, ideo dividitur pars ista * in duas partes: in prima, agit de comparatione demonstrationis; in secunda, de comparatione scientiae; ibi: *Certior autem scientia est* * etc. Circa primum tria facit: primo, movet dubitationem* de comparatione demonstrationum; secundo, dicit quo ordine sit procedendum; ibi: *Primo quidem igitur* * etc.; tertio, prosequitur dubitationes motas; ibi: *Videbitur quidem igitur* * etc.

2. Dicit ergo primo quod demonstratio tripliciter dividitur: uno enim * modo dividitur in universalem et particularem; alio autem* modo dividitur *in categoricam et privativam, idest affirmatîvam * et negativam; tertio modo ** dividitur in eam quae demonstrat *ostensive,* et in eam quae ducit *ad impossibile.* Est ergo quaestio in singulis divisionibus qualis potior sit *.

3. Deinde cum dicit: *Primum quidem igitur* etc., ostendit quo ordine sit agendum; et dicit quod primo agendum est de comparatione universalis et particularis demonstrationis “. Et cum hoc fuerit ostensum, tunc dicemus * et de demonstratione, quae demonstrat aliquid affirmative, et de ea quae demonstrat * ad impossibile; utrum scilicet affirmat|va sjt p0tior, ct utrum ea quae est * ad impossibile sit potior'3.

4. Deinde cum dicit: *Videbitur quidem igitur* etc., prosequitur dubitationes propositas*. Et primo, de comparatione demonstrationis particularis et universalis; secundo, de comparatione affirmativae et negativae; ibi: *Quod autem affirmativa** etc.; tertio, de comparatione ostensivae et ducentis ad impossibile; ibi: *Quoniam autem categorica* * etc. Circa primum tria facit: primo, proponit rationes ad ostendendum quod particularis demonstratio sit potior quam universalis; secundo, solvit eas; ibi: *Aut primum quidem* * etc.; tertio, ponit rationes in * contrarium; ibi: *Amplius si demonstratio* * etc.

5. Circa primum ponit tres rationes, dicens quod quibusdam forte videbitur per has rationes immediate ponendas *, quod particularis demonstratio sit dignior 7 quam universalis. Et prima ratio talis est. Illa demonstratio est potior, per * quam maxime scimus. Et hoc sic probat, quia *virtus demonstrationis* est scire. Dicitur enim virtus uniuscuiusque id quod ultimum potest, sicut hominis qui potest ferre centum libras, virtus non est quod ferat decem, sed quod ferat centum, quod est ultimum suae potentiae, ut dicitur in I *De coelo et mundo* *. Hoc autem est maximum quod potest facere demonstratio, scilicet [0] quod faciat scire. Unde haec est virtus demonstrationis. Unumquodque autem tanto perfectius est, quanto magis attingit ad propriam virtutem, ut patet in VII *Physic.* * Unde manifeste patet haec propositio, quod tanto est demonstratio potior, quanto magis facit scire ·. Assumit autem quod

* Cf. lect. iv, n.i.
* Codd,- p: *haec pars.*
* Lect. xlt. *quaestionem.*
• Num. 3.
• Num. 4.
• *Enim* om. il m. Muiemom.iNQ. -n/wj.excodd.,
• o': *in affirm, tio autem modo,*
• BHiNo et s. m. cd: *sit potior;* aeklqt et p. m. ens *om. sit.*
α
• codd.(cxc.b);
■*i-, ducit, ct cum* ^om. seq. sa-
'■ "β·
* i: *praedictas.* - m: *propos, propositiones;* t: *distinctiones.*
* Lect. xxxix.
• Lect. xl.
• Num. 7.
* Codd.: *ad.* - a hab. lac.
' Lcct. xxxvin.
^-. *propdas;;·.* pOi,tas'y
* a: *secundum.*
♦cap.™, n.7,- S''''l'*.'§- ekInot et p.m. s.
' 6
· cap. m, n.^- kam''ent's' h' s

a) *De comparatione universalis et particularis demonstrationis.* – In hac prima quaestione notandum est, quod hic *universale* non sumitur per oppositionem ad *particulare,* quasi illud significet quod est pluribus commune, istud vero quod est uni individuo proprium; sed sumitur *universale* prout definitum est lect. xi, n. 2, scilicet prout importat quamdam adaequationem praedicati ad subiectum, et ideo primo demonstratur inesse ei de quo praedicatur (ib. n. 6), quia praedicatur de subiecto secundum quod est ipsum (ib. n. 5). Hinc demonstratio universalis in hac quaestione intelligitur illa, qua demonstratur primo convenire subiecto praedicatum; sicut habere tres angulos duobus rectis aequales triangulo, et generatim passiones generis primo convenire generi, et affectiones seu passiones speciei primo convenire speciei. Demonstratio vero particularis in praesenti intelligitur illa, qua demonstratur passio convenire per se alicui subiecto particulari, puta specifico, quae tamen per se primo convenit generi; sicut si de triangulo isoscele demonstraretur passio trium angulorum aequalium duobus rectis, quae ipsi quidem convenit per se, sed primo convenit triangulo in universali. - Quaestio igitur est, utrum demonstratio universalis, quae concludit praedicatum convenire per se primo subiecto, secundum quod est ipsum, sit potior demonstratione particulari, quae concludit praedicatum convenire subiecto per se, sed non primo et secundum quod est ipsum subiectum (Cf. Caietan.in *l Poster.,* cap.xx, § *Circa terminos etc.,* fol. 66, coi. 4, Ed. cit.; Zabarelta, in 1 *Poster.,* cap. xx, fol. 86, coi. 1. Ed. cit.). In hunc sensum sunt obiectiones pro parte negativa quaestionis et solutiones, quae subduntur.

β) *Et de ea quae demonstrat ad impossibile* etc.- Haec lectio est P et codd., B excepto, qui habet: *quae demonstrat aliquid affirmative, et de ea quae demonstrat ostensive et in eam quae ducit ad impossibile. Est ergo quaestio in singulis divisionibus qualis sit potior. Deinde cum dicit: Videbitur etc.* Sed verba, *demonstrat ostensive... Est ergo... sit potior,* manifeste sunt repetitio eorum quibus concluditur praecedens numerus, – In numero sequenti, post verba *et negativae,* codd. AEKLNQ et p. m. DST mendose om. *ibi: Quod autem affirmativa etc.* – Infra *(Quoniam autem)* loco *categorica,* codd. ABCDEHKLMQS et p. m. T legunt *affirmativa;* N et s. m. T, *privativa.*

γ) *Sit dignior,* – Codd. ABDEHLMNOQST: *sit dignior. Et prima ratio* etc.; K: *sit potior dignior. Et* etc.; attamen vox *potior* expungitur; 1: *sit dignior. Prima* etc. C habet lacunam: omittit enim verba, *sit dignior* usque ad *illa demonstratio* inclusive; P: *sit potior vel dignior quam universalis. Et prima* etc.

δ) *Hoc autem est maximum.* – Codd. ABCDE1KLS. – P: *Hoc autem maximum est.* T: *Hoc autem maximum, quod potest facere demonstratio, est quod faciat scire.* Quae lectio bona est, imo forte melior. – Q non *maximum,* sed *ultimum* habet conformiter ad immediate praecedentia et legit: *Hoc autem est ultimum, quod habet facere demonstratio, est quod faciat scire.* Omnes codices om. *scilicet* ante *quod faciat.*

ε) *Tanto est demonstratio* etc. – Codd., exc. Q. – P: *quod quanto magis demonstratio facit scire, tanto est potior; Q: quod demonstratio potiqr est, quae magis facit* scire.-Quoad ea vero quae immediate sequuntur, variantes codd. lectiones subiicimus recitando Pianam: « Aeisumit autem quod magis scimus unumquodque cum cognoscimus (A » om. *cum cognosce,* E, *tamen non cognoscimus)* ipsum secundum se » (codd., exc. B, *seipsum;* E om. *se quam* usque ad *aliud* inclusive), » quam quando cognoscimus ipsum secundum aliud: ut puta (A, *ut*

magis scimus unumquodque cum cognoscimus ipsum secundum se, quam quando cognoscimus ipsum secundum aliud: ut puta, cum cognoscimus dc Corisco quod ipse Coriscus est musicus, magis hoc scimus quam si sciamus solum quod homo est musicus. Et ista etiam propositio simpliciter vera est, quia * semper id quod est per se, prius est eo quod est per aliud et causa eius, ut habetur ” in VIII *Physic.* * Ex his autem ** subintclligitur conclusio, quod potior est demonstratio, quae facit scire aliquid secundum se, quam 9uae facit sc,re aliquid * secundum aliud. Demonstratio autem universalis demonstrat aliquid et facit scire non secundum ipsum, sed secundum aliud °, scilicet secundum universale; sicut quod triangulus duorum aequalium laterum, qui est isosceles, habet tres, non quia est isosceles, sed quia est triangulus. Particularis autem demonstratio demonstrat de aliqua re particulari secundum seipsam. Unde sequitur, secundum praemissa, quod particularis demonstratio sit potior quam universalis.

6. Secundam et tertiam rationem ponit* ibi: *Amplius si universale quidem* etc., quae talis est. Universale non est aliquid praeter singularia, ut probatur in VII *Metaphys.* * Demonstratio autem universalis facit opinionem, ex ipso modo * suae demonstrationis, quod sit aliquid et quaedam natura in entibus; puta cum demonstrat aliquid de triangulo praeter particulares triangulos, et de figura praeter particulares figuras ‘, et dc numero praeter particulares numeros. Praemissis autem duabus propositionibus * addit alias duas. Nam primae propositioni, quae dicebat quod universale non est aliquid praeter singularia, addit hanc propositionem, quod potior est demonstratio, quae est de ente, quam illa * quae est de non ente. Seeundae autem propositioni, quae dicebat quod demonstratio universalis x facit opinionem quod universale sit aliquid*in rerum natura, addit aliam propositionem, scilicet quod demonstratio, quae non facit errare, est potior quam ea per quam erratur \ Et ostendit* quod propter demonstrationem universalem erratur *, quia procedentes secundum demonstrationem universalem demonstrant de aliquo universali sicut de quodam *analogo;* idest sicut de quodam communi, quod proportionaliter se habet* ad multa, quasi sit aliquid commune, quod neque est linea *, neque numerus, neque solidum, idest corpus, neque planum, idest superficies, sed *aliquid praeter haec* *, idest ipsa quantitas universalis; vel, *aliquid propter* haec* **, idest quod necesse est ponere ad hoc quod ista habeant rationem quantitatis. Sic igitur secundum duo media, quasi duplici ratione concludit unam conclusionem, dicens quod si universalis demonstratio ita se habet, quod minus est de ente * quam particularis, et ** magis facit opinionem ialsam quam particularis; sequitur ex his duobus medus quod universalis sit indignior quam particularis”.

7. Deinde cum dicit: *Aut primum quidem nihil* etc., solvit praedictas rationes per ordinem. Et primo primam, dicens quod *primum * quidem,* idest * secundum quod procedebat prima ratio, non habet aliam * rationem in universali quam in particulari; quia utrobique invenitur *secundum se* et *secundum aliud.* Et manifestat quod in universali inveniatur * *secundum se.* Habere enim tres angulos aequales duobus rectis * non convenit isosceli secundum se, idest secundum quod isosceles est, sed secundum quod est triangulus; et ideo qui cognoscit quemdam triangulum habere tres *, scilicet isoscelem, minus habet cognitionem dc eo quod est per se, quam si cognoscat * quod triangulus habet * tres. Et hoc est universaliter « dicendum, quod si aliquid non insit triangulo seeundum quod est * triangulus, et demonstretur de eo *, quidquid sit illud, non erit vera demonstratio. Si autem insit ei secundum quod est triangulus, cognoscens in * universali dc triangulo seeundum quod huiusmodi, perfectiorem cognitionem habet. Ex his igitur concludit quamdam conditionalem °, in cuius antecedenti tria ponuntur. Quorum unum est quod triangulus sit *in plus*

» *puta ct cognoscimus;* **BH1O et s. m.ST,** *ut puta cum cognos.;* **CDE1.M » NQ et p. m. KST,** *ut puta cum quid cognos.;* **s. m. K,** *ut puta cum qui t cognoscimus)* **de Corisco quod Coriscus (codd.,** *ipse Cor.)* **est» etc.**

ζ) *Et ista etiam propositio,* – **ACDJKLMNST. - P om.** *etiam;* **B:** *Et ista est prop.;* **et infra om.** *est;* **O (om.** *Ct): Ista enim propos.;* **Q:** *Et ita et propos.*

η) *Ut habetur.* – **Codd. – P:** *ut dicitur.* **Q arbitrarie et erronee:** *ut habetur in VIII Phys. In particulari enim intelligitur commune. Demonstratio autem universalis* **etc.**

0) *Sed secundum aliud* **etc.- O om.** *aliud, scii, secundum;* **Q:** *non secundum ipsum, sed universaliter, sicut triangulus* **etc.-E:** *scilicet universale,* **om.** *secundum.*

i) *Et de figura praeter particulares figuras.* – **Haec verba desiderantur in P, et in C, qui habet lacunam, eaque addimus cx aliis codicibus omnibus,-Post verba** *particulares numeros,* **cod. T habet in margine:** *Tertiam rationem ponit ibi: Et propter quam non* **(Cf. text.).**

κ) *Demonstratio universalis.* – **BCDEHK1.MNOST et s. m. Λ omittunt** *-0 universalis.* **A p. m. hab. lac. – Non obstante codd. numero, retinemus hanc vocem. Id enim quod in obiectione dicitur de faciente opinionem falsam quoad universalium existentiam, est contra demonstrationem universalem ut distinguitur a particulari. Subtracto autem vocabulo** *universali,* **obscuritas ingeritur dc qua demonstratione praecise sit sermo. Adde quod secunda propositio dc qua est sermo, est ilja ipsa quae supra incipit:** *Demonstratio autem universalis.*

λ) *Perquam erratur* **etc.-Codd.** (exc. **Q**): *propter quam err.;* **Q:** *quam ea quae facit errare.*

p.) *Procedentes... demonstrant* **etc. – Codd. – P:** *procedens... demonstrat;* **A om. verba** *dc quodam analogo, idest sicut; sicut* **om. etiam DI; B:** *demonstrant de aliquo universali analogo sicut dc quodam communi* **etc. – Infra legimus cum codd. notatis in marg.,** *propter,* **ut requirere videtur expositio, quae immediate subiungitur. Textus graecus, παοά -αυτά,** *praeter,* **et etiam,** *propter haec:* **at secunda haec interpretatio addita primae** *(praeter haec)* **est peculiaris s. Thomae, quam ex graeco directe desumpsisse videtur.**

ν) *Universalis sit* **etc. – Cod. D p. m. om. verba,** *sit indignior,* **see. autem manu:** *universalis non sit potior* **etc.; J:** *quod particularis sit dignior;* **Q:** *quod universalis sit dignior;* **quae est lectio erronea; nam obiectiones nunc praeponuntur ad concludendum quod particularis demonstratio potior sit demonstratione universali; quae obiectiones deinde solvuntur.**

ζ) *Et hoc est universaliter.* – **Codd.– P om.** *hoc.* **Deinde codd. A1KN OT et s. m. CD:** *quod si aliquid non insit* **etc. Optima sane lectio eumdem sensum enuncians ac ed. Piana, sed expeditior. P:** *quod si sit aliquid quod non insit* **etc. Lectioni eorumdem codd. consentiunt BHLQS et p. m. CD, nisi quod oscitanter om.** *si.* **– M om. verba:** *quod st aliquid.*

0) *Concludit quamdam conditionalem,* – **Hanc lectionem codd. adoptamus prae lectione Piana:** *concludit conditionalem.* – **Codd. ABCDE H1LT et p. m. KS prosequuntur:** *in cuius consequenti tria ponuntur;* **sed haec lectio falsa demonstratur tum ex textu Aristotelico, quem s. Thomas hoc loco commentât, tum ex his quae infra adduntur, nempe,** *Apposuit... in antecedente.* – **Q:** *concludit quam de corpus conditionalem;* **quae lectio,** *de corpus,* **absurda est; attamen** *quam de* **corrupte ponitur pro** *quamdam* **aliorum codd. – M loco τοΰ** *consequenti,* **habet** *consequentia.*

quam isosceles ; secundum est quod triangulus praedicetur de isoscele et aliis* secundum eamdem rationem et non aequivoce ; tertium est quod habere tres angulos aequales duobus rectis insit omni triangulo. Et his* tribus suppositis, consequens est π quod habere tres non conveniat triangulo in quantum est isosceles, sed e converso. Apposuit * autem prima duo in antecedente, quia si triangulus non * esset in plus, vel si aequivoce praedicaretur de pluribus, non compararetur ad isoscelem sicut universale ad particulare. Tertium autem addit *, quia si habere tres non conveniret omni triangulo, non conveniret ei in quantum triangulus, sed in quantum aliquis triangulus. Sicut hoc ipsum quod est habere tres, quia * non convenit omni figurae, non convenit figurae ρ in quantum est figura, sed in quantum est figura Quaedarn, quae est triangulus. Ex his igitur® coneludit oppositum eius quod obiectio supponebat, scilicet quod ille qui scit in universali, magis cognoscit rem per se et in quantum huiusmodi, quam ille qui cognoscit in particulari Et ex hoc ulterius * coneludit principale propositum, scilicet quod potior sit * demonstratio universalis quam particularis.

8. Secundam rationem solvit ibi: *Amplius si quidem sit quaedam* etc., et dicit quod si universale praedicatur * de pluribus secundum unam rationem et non aequivoce, universale quantum ad id quod rationis est, idest quantum ad scientiam et demonstrationem *, non erit minus ens quam particulare sed magis : quia incorruptibile est magis ens quam corruptibile T; ratio autem universalis est incorruptibilis; particularia autem sunt corruptibilia, quibus accidit corruptio secundum principia individualia, non secundum rationem speciei *, quae communis est omnibus et conservatur per generationem. Sic igitur quantum ad id quod rationis est, universalia magis sunt entia* quam particularia. Quantum vero υ ad naturalem subsistentiam *, particularia magis sunt entia, quae dicuntur primae et principales substantiae *.

q. Tertiam rationem solvit* ibi: *Amplius neque una necessitas* etc., et dicit quod quamvis in propositionibus vel* demonstrationibus universalibus significetur aliquid unum secundum se, puta triangulus, nulla tamen necessitas est quod propter hoc aliquis opinetur quod triangulus sit quoddam unum praeter multa; sicut in his quae non significant substantiam, sed aliquod genus ? accidentis, cum ea absolute significamus, puta dicendo *albedinem,* vel *paternitatem,* non propter hoc cognoscimus aliquem * opinari quod huiusmodi sint praeter substantiam. Intellectus enim potest intelligere aliquid eorum, quae sunt coniuncta secundum rem, sine hoc quod actu intelligat aliud, nec tamen intellectus est falsus *. Sicut si album sit musicum, possum intelligere album et aliquid attribuere*ei et demonstrare de ipso, puta quod sit disgregativum visus, nulla consideratione * habita de musico. Si tamen aliquis intelligeret album non esse musicum, esset* intellectus falsus. Sic igitur cum dicimus aut intelligimus quod * *albedo est color,* nulla mentione facta de subiecto, verum dicimus. Esset autem falsum si diceremus, *albedo, quae est color, non est in subiecto.* Et similiter cum dicimus *homo * est animal,* vere loquimur, non facta mentione de aliquo particulari homine. Esset tamen falsum si diceremus *, *homo est animal, existens separatus a particularibus hominibus.* Si autem hoc est ergo sequitur quod demonstratio non sit causa falsae opinionis, qua quis opinatur universale esse extra singularia, sed audiens, qui* male intelligit. Unde ex hoc nihil derogatur * universali demonstrationi.

π) *Consequens est etc.* – *A.: consequenter ostendit quod* etc. – 1 : *quod habere tres angulos non insit;* B : *non contingit;* AQ et p. m. E : *non convenit.*

ρ) *Non convenit omnifigurae* etc.-Hanc lectionem, quam adoptamus ex codd. CEKMOQS et p. m. D, meliorem putamus lectione Piana: *non convenit omni figurae in quantum* etc. D s. m. : *figurae: nam non convenit* etc. Codex iste, ut notavimus in margine, omittit *quia;* unde, posita correctione s. m., legit: *habere tres non convenit omnifigurae : nam non convenit* etc. Quae lectio vera in se est, sed ratiocinationem D. Thomae invertit, et ideo non respondet iis, quae immediate ante dicuntur.

σ) /ZZe *qui scit in universali, magis cognoscit rem per se ct in quantum huiusmodi, quam ille qui cognoscit in particulari.* –1 non bene om. *et* in *quantum huiusmodi;* Λ om. et. – Haec, quae magis etiam explicantur in sequenti lectione, vera sunt, dummodo tamen *universale* accipiatur in sensu quo hic usurpatur ab Aristotele et a s. Thoma, et quem supra not. a pracdeclaravimus. – Si vero aliter accipiatur *universale,* ut dicit nempe aliquid commune pluribus, quae idcirco in universali virtualiter continentur, aliter dicendum est. Nam constat aliquando cognitionem rei in hoc universali esse imperfectiorem cognitione rei in particulari; quod accidit quando particulare cognoscitur in suo universali quatenus hoc est *obiectum cognitum,* et non quatenus est *medium cognoscendi.* Rem totam non levis momenti in philosophia declarat s.Thomas in *Summa theologica* P.I, qu. 1 v, art. 1ll ad 2 : « Cognoscere, *inquit,* aliquid in universali dicitur dupli- » citer. Uno modo *ex parte rei cognitae,* ut scilicet cognoscatur solum uni- » versalis natura rei. Et sic cognoscere aliquid in universali est imperfectius. » Imperfecte enim cognosceret hominem, qui cognosceret de eo solum » quod est animal. Alio modo *ex parte medii cognoscendi.* Et sic perfectius » est cognoscere aliquid in universali. Perfectior enim est intellectus, qui » per unum *universale medium* potest singula propria cognoscere, quam » qui non potest. » Haec doctrina sapientissima est et retinenda, eamque praesupponet Aristoteles, cum lect. sequenti probandum assumet demonstrationem universalem potiorem esse demonstratione particulari.

τ) *Quia incorruptibile est magis ens quam corruptibile.* – Ita codices omnes, et est lectio anteponenda lectioni Pianae : *quia quod incorruptibile est, magis est quam corruptibile.* Sustineri tamen potest etiam P ex his quae infra dicuntur: *Sic igitur etc.* Nam codd. (exc. HMQ) legunt: *magis sunt quam particularia,* om. *entia* (Cf. etiam not. sequentem).– Item iuxta codd. immediate prosequimur: *ratio* (NS, *ipsum) autem universalis* (NS *uilvle) est incorruptibilis* (NS: *incorruptibile),* relicta lectione Piana: *modo autem universale est incorruptibile.* Infra enim s.Thomas dicit quod universalibus, *quantum ad id quod rationis est,* (quod est praecise *ratio universalis), idest quantum ad scientiam et demonstrationem,* secundum quod universale accipitur a mente separatim *a* singulari, competit incorruptibilitas; non autem secundum *naturalem subsistentiam,* quam habent in singularibus.

υ) *Quantum vero* etc. – A : *Particularia autem quantum ad esse naturae, non rationis, magis sunt, quae dicuntur* etc.; B: *Quantum vero ad materialem subsistentiam, particularia magis sunt, quae dicuntur propriae ct principales substantiae ;* CDEKLMNOQST: *Quantum vero ad naturalem* (Q erron., *universalem) subsistentiam, particularia* (T oscit. om. *partie.) magis sunt, quae dicuntur;* H: *Quantum vero ad naturalem subsistentiam, magis sunt entia particularia, quae dicuntur primae substantiae et principales;* 1: *Quantum vero ad naturalem persistentiam* (corrupte pro *subsist.), magis sunt particularia, quae dicuntur primae et particulares substantiae.*

φ) *Sed aliquod genus* etc.-CEQ et p. m. DST: *sed aliquod genus accidentis, quod ea* etc.; N: *sed aliquod accidens contingit, quia etsi ea;* A om. *ea.*

χ) *Si diceremus* etc.-Verba *si diceremus* om. O; T: si *intelligeremus al. diceremus,* sed *al.* corrigitur in *vel;* unde apparet exemplar, ex quo mediate vel immediate transcripsit aman. cod. T, habuisse in textu *intelligercmus ct* in margine *al. diceremus;* alius vero notam textui inseruit, tertius deinde *al.* correxit in *vel.* BQ: *homo qui est animal;* AHNO om. *existens;* culus loco codd. BCEQT et p. m. DS legunt *est,* IL et s. m. D: *qui est,* M: *et est;* K inter *animal* et *separatus* habet spatium non scriptum capax duarum literarum.

ψ) *Si autem hoc est* etc.-H: *est verum;* AIMNO om. *ergo;* O: *e converso seq.;* MN : *sequetur,*- N : *opinionis, per quam;* et *quam* etiam codd. AELQT et s. m. DKS; MQ: *aliquis opinatur;* B: *quid opin.;* N: *opin. quod universale est extra* etc.; *est* etiam EI.QST et p. m. K.

LECTIO TRIGESIMAOCTAVA

DEMONSTRATIO UNIVERSALIS POTIOR EST DEMONSTRATIONE PARTICULARI

ix "Ετι si ἡ ἀπόδειξι μέν ἐστι συλλογισμό δεικτικό αιτία καί τού διά τί, τό καθόλου δ' αἰτιώτερον- ω γάρ καθ' αὐτό υπάρχει τι, τούτο αὐτό αὐτω αἴτιον τό δέ καθόλου πρώτον αἴτιον ἀρα το καθόλου. 'Ωστε καί ἡ ἀπόδειξι βελτίων μάλλον γαρ τού αιτίου καί τού διά τί ἐστιν.

"Ετι με'γρι του'του ζητούμεν τό δια τί, καί τότε οιόμεθα εἴδέναι, όταν μη η οτι τι ἄλλο τούτο η γινόμενον η ον τε'λο γαρ και πε'ρα τό ἐσχατον ηδη ούτω έστίν. Οίον τίνο ένεκα ἦλθεν; όπω λάβη τά^γύριον, τούτο δ', όπω άποδω δ ὠφειλε, τούτο δ', όπω μη ἀδικη'ση· καί ούτω ἰόντε, όταν μηκέτι δι' ἄλλο μηδ' ἄλλου ένεκα, δια τούτο ὠ τε'λο φαμέν ἐλθεῖν καί είναι καί γίνεσθαι, καί τότε εἴδέναι μάλιστα διά τί ἦλθεν. Εί δη ομοίω έχει έπΐ πασών τών αιτιών καί τών διά τί, έπΐ δέ τών όσα αίτια ούτω ὠ ού ένεκα ούτω ϊσμεν μάλιστα, καί έπΐ τών ἄλλων ά^α τότε μάλιστα ϊσμεν, όταν μηκέτι ὑπάρχη τούτο ότι ἄλλο. 'Όταν μέν ούν νινώσκωμεν οτι τέτταρσιν αί έξω ϊσαι, οτι ισοσκελέ, έτι λείπεται διά τί τό ισοσκελέ, οτι τρίγωνον, καί τούτο, οτι σχήμα εύθύγραμμον. Εί δέ τούτο μηκέτι διότι ἄλλο, τότε μάλιστα ϊσμεν- καί καθόλου δέ τότε- ἡ καθόλου ἀρα βελτίων.

"Ετι οσω ἀν μάλλον κατά μέρο η, ει τά ἄπειρα εμπίπτει, ἡ δέ καθόλου ει τό ἁπλούν καί τό πέρα. "Εστι δ', η μέν ἀπειρα, ούκ επιστητά, ἡ δέ πεπέρανται, ἐπιστητά. Ἡ ἀρα καθόλου, μάλλον επιστητά η η κατά μέρο. Ἀποδεικτά ἀρα μάλλον τα καθόλου. Τών δ' ἀποδεικτών μάλλον ἀπόδειξι - ἁμα γάρ μάλλον τά πρό τι. Βελτίων ἀρα ἡ καθόλου, έπείπερ καί μάλλον ἀπόδειξι.

"Ετι αίρετωτέρα καθ' ήν τούτο καί ἄλλο η καθ' ήν τούτο μόνον οιδεν ὁ δέ τη'ν καθόλου έχων οιδε καί τό κατά μέρο, ούτο δέ τό καθόλου ούκ οιδεν. 'Ωστε καν ούτω αίρετωτέρα εϊη.

"Ετι δέ ὠδε. Τό γάρ καθόλου μάλλον δεικνύναι έστι τό διά μέσου δεικνυναι έγγυτέρω δντο τη ἀρχη. Ἐγγυτατω δέ τό ἁμεσον τούτο δ* ἀρχή. Εΐ ούν ἡ έξ ἀρχη τη μη έξ ἀρχη, η μάλλον έξ ἀρχη τη ηττον ἀκριβεστέρα ἀπόδειξι. "Εστι δέ τοιαύτη ἡ καθόλου μάλλον- κρειττων ἀ'ρ' αν εϊη ἡ καθόλου. Οίον εί έδει ἀποδεΐ αι τό Α κατά τού Δ- μέσα τα έφ' ὠν Β Γ- ἀνωτέρω δη τό Β, ὠστε ἡ διά τούτου καθόλου μάλλον. 'Αλλά τών μέν είρημένων ένια λογικά έστι-

μάλιστα δέ δήλον οτι ἡ καθόλου κυριωτέρα, ότι τών προτάσεων τη'ν μέν προτέραν έχοντε ϊσμεν πω καί την ὑστέραν καί έχομεν δυνάμει, οίον εϊ τι οιδεν οτι πάν τρίγωνον δυσίν ὀρθαϊ, οιδέ πω καί τό ισοσκελέ ότι δύο ὀρθαϊ, δυνάυ-ει, καί εί μη οιδε τό ισοσκελέ ότι τρίγωνον ὁ δέ ταύτην έχων την πρότασιν τό καθόλου ούδαμώ οιδεν, ούτε δυνάμει ούτ' ενεργεί.

Καί ἡ μέν καθόλου νοητή, ἡ δέκατα με'ρο ει αϊσθησιν τελευτά. "Οτι μέν ούν η καθόλου βελτίων τη κατά μέρο, τοσαύθ' ἡμϊν είρη'σθω.

* Amplius si demonstratio est syllogismus demonstrativus causae et propter quid, universale autem magis est causa: cui enim per se inest aliquid, hoc idem ipsum causa est, universale autem primo est cui inest per se; causa ergo universale est. Quare et demonstratio dignior est: magis enim causa est et quod propter quid est. ' Seq. cap. xxiv e ex '39'

Amplius usque ad hoc quaerimus propter quid, et tunc opinamur scire, cum non sit aliquod aliud quam hoc, aut quod fiat aut quod sit: finis enim et terminus ultimus iam sic est. Ut cuius causa venit? ut accipiat argentum: hoc autem est, quatenus reddat cui debuit; hoc autem est, ut non iniuste agat; et sic procedentes, cum non sit amplius propter aliud neque alterius causa, propter hoc sicut propter finem dicimus venire et esse et fieri, et tunc est cognoscere magis propter quid venit. Si igitur se habet similiter in aliis causis et quae sunt propter quid; in iis autem quaecunque causae sic sunt sicut quae est cuius causa, sic scimus maxime; et in aliis igitur tunc maxime scimus, quando non amplius sit hoc quoniam aliud est. Cum igitur cognoscatur quidem quod quatuor, qui sunt extra, aequales sunt, quoniam isosceles, adhuc deest propter quid, quia triangulus, et hoc quia est figura rectilinea. Si autem hoc non amplius propter quid aliud, tunc maxime scimus: et universale autem tunc; universalis itaque potior est.

Amplius quantocunque aliquid secundum partes est, in infinita cadit; universale autem in simplex et finem est. Secundum quod sunt infinita, non sunt scibilia, sed secundum quod sunt finita, scibilia sunt. Secundum itaque quod universalia sunt, magis sunt scibilia quam quae sunt secundum partem. Demonstrabilia ergo magis sunt universalia. De magis demonstrabilibus autem magis est demonstratio: simul enim magis ad aliquid sunt. Dignior ergo universalis est quam particularis, et magis demonstratio est.

Amplius si magis praeponenda est secundum quam hoc et aliud, quam secundum quam hoc solum cognovit; universale autem habens, cognovit et particulare; hoc autem, universale non scivit. Quare et sic utique magis praeponenda erit.

Amplius autem et sic. Universale enim magis demonstrare est, quod est per medium demonstrare cum propinquius sit principio. Proximum autem est immediatum; hoc autem est principium. Si igitur quae ex principio est, ea quae non est ex principio, et quae magis etiam ex principio, ea quae minus est, certior est demonstratio, est autem huiusmodi universalis magis; dignior utique erit universalis magis. Ut si oportet demonstrare A de D, media autem sint in quibus est B C, magis autem sursum sit B: quare si per B, universalis magis est. Sed eorum quae dicta sunt, quaedam logica sunt.

Maxime autem manifestum est quod universalis magis praecipua sit, quoniam propositionum hanc quidem priorem habentes, scimus quodammodo et posteriorem, et habemus potentia; ut si aliquis cognovit quod omnis triangulus habet angulos tres aequales duobus rectis, scivit quodammodo quod isosceles duobus rectis potentia sit, et si non cognovit isoscelem, quod triangulus sit; hanc autem habens propositionem universale nullo modo cognovit, neque potentia neque actu.

Et universalis quidem intelligibilis est: sed particularis in sensu perficitur. Quod universalis igitur dignior sit particulari, tot nobis dicta sint.

Synopsis. — 1. Thesis: Demonstratio universalis potior est demonstratione particulari. – 2. Ratio prima: Demonstratio universalis magis ostendit causam seu propter quid rei; ergo magis facit scire, quia scire est causam rei scitae cognoscere. – 3. Ratio altera: quia finis demonstrationis est scire ultimum propter quid, quo habito maxime de re quaesita scimus; ultimum autem propter quid scitur quando scitur universale; ergo universalis demonstratio potior .est particulari.-4. Tertia ratio est: Universalia sunt magis demonstrabilia, quia eorum ratio sumitur ex parte formae; ergo etc.-5. Quarta ratio: Demonstratio universalis plura facit scire quam particularis, quia universale comprehendit particularia, et ideo cognoscens universale, cognoscit etiam particularia, si sciat huiusmodi particularia contineri sub universali; cognoscens autem particulare aliquod, non propterea cognoscit universale; ergo etc.- 6. Quinta ratio: Demonstratio tanto potior est quanto procedit ex medio propinquiori principio immediato, a quo demonstratio habet firmiorem certitudinem; et talis est demonstratio universalis. – 7. Sexta ratio est: Demonstratio universalis procedit ex universalioribus propositionibus, quibus cognitis, cognoscuntur in potentia propositiones particulares; ergo est potior. – Haec ratio non totaliter differt a quarta ratione. – 8. Septima ratio: Demonstratio universalis potior est particulari, quia haec ad sensum, illa ad intellectum terminatur; intelleçtus autem est potior sensu.

1 ostquam Philosophus solvit rationes, ^quae sunt * ad partem falsam, hic inducit * rationes ad partem veram, 1'2^ scilicet ad ostendendum quod demonstratio universalis sit potior. Et circa hoc ponit septem rationes, annectens eas * praemissis solutionibus, ex quibus etiam propositum concludi potest, ut supra * patuit.

2. Prima ergo ratio talis est. Demonstratio est syllogismus ostendens causam et propter quid: sic enim contingit scire, sicut supra * habitum est. Sed * universale est magis tale K quam particulare. Iam enim * ostensum est in prima solutione ** quod universali magis inest per se * aliquid quam particulari. Illud autem cui inest aliquid per se, est causa cius : subiectum enim est causa propriae passionis, quae ei per se inest *. Universale autem est primum cui propria passio inest, ut ex supra dictis patet *: unde patet quod proprie causa est id quod est universale. Ex quo concludit propositum, scilicet quod demonstratio universalis sit dignior, utpote magis declarans causam et propter quid.

3. Secundam rationem ponit ibi: *Amplius usque ad hoc* etc., et sumitur * haec ratio a causis finalibus. Ubi considerandum est quod aliquid est finis alterius et quantum ad fieri, et quantum ad esse: quantum ad fieri quidem, sicut generatio est propter formam; quantum ad esse autem *, sicut domus est propter habitationem. Dicit ergo quod * usque ad illum terminum quaerimus propter quid fiat aliquid, aut propter quid * sit aliquid 7, quousque non sit aliquid aliud assignare γ quam hoc ad quod perventum est, propter quod fiat vel sit illud, de quo quaeritur propter quid. Et quando hoc invenimus 5, tunc opinamur nos 3 scire propter quid; et hoc ideo quia illud * quod aoc, iam sic est ultimum ut non sit aliquid aliud ulterius quaerendum, est id quod est vere finis et terminus, qui quaeritur cum quaerimus propter quid. Et ponit exemplum, puta si quaeramus cuius causa aliquis venit, et respondeatur, ut accipiat argentum: hoc autem propter quid? ut scilicet reddat debitum e: et hoc propter hoc aliud, ε ut scilicet non iniuste agat. Et sic semper procedentes, quando iam non erit amplius propter aliquid aliud sicut propter finem, puta cum pervenerimus * ad ultimum finem, qui est béatitude * EKLNST. - p: dicemus * quod propter hoc venit sicut propter perven™us· finem. Et similiter est*in omnibus aliis, quae sunt »&/é“T‰dd. vel fiunt propter finem, et quando ad hoc pervenerimus *, sciemus ** propter quid venit. Si igitur ‘ DEKLMNST. - P: ita se habet in aliis causis sicut in causis finalibus, ^coddm,ll^c. 10 quod tunc maxime scimus ’ quando ad ultimum *sciemus ;* i’ct s. fuerit perventum; ergo in alus tunc maxime scie- m.o: *scimus.* ¶ mus *, quando perveniemus ** ad hoc, quod hoc · cdehiklmnst.- inest huic non amplius propter aliquid aliud: et ·· côdT; «c. hoc contingit cum * pervenerimus ad universale. Et hoc manifestat in * tali exemplo. Si enim *mû,'; Pq* quaeramus de isto triangulo particulari, quare an- ^S35^c.e.- guli eius extrinseci sunt aequales quatuor rectis; *pervenimus ;* Q: respondebitur quod hoc contingit huic triangulo quia est isosceles; isosceles autem est talis quia est triangulus; triangulus autem est* talis quia est ST£sZ om·AnCDO

* CDEHLMNQST. - Alii codd.: *erant;* p: *erant vel stant.* * a: *ponit;* q: *intendit.*

* a: *attingentes praem.;o: annectentes eas praemiss.*- q om. *annect... propos.*

’ Lect. pracc., n. 7, seqq.

* Lect. iv.- *supra* ex codd.

* *Sed ex codd.*; q erron.: *Neque,* a

* *Enim* non recte om. a p. m.

** Lect. pracced. p. 7.

* *Per se* om. o. β

* Cf. lect. x, nn. 7, 8.

* Lect. praeccd. n.7.

* a: *accipitur;* n corrupte: *signatur.*

'*Autem* ex codd.; m: *quidem;* q: *aliquid*

* *Quod* ex codd.; c: *Dic. erg. primo quod;* m om. *ergo.*

* Cf. lect. xxin.

a) *Est magis tale.* – Codd. ABCDEH1KLNQS et p. m. T: *est magis causale;* M: *est magis causa.* Quae lectio placet, quia in hac *minori* ponitur explicite *medium,* nempe quod universale est proprie causa, ut infra dicitur.

β) *Est causa eius.* – Ita ed. Piana et codd., excepto B, cuius magis perspicua videtur lectio: *est causa eius quod inest.* Verum haec verba facile est subintelligere ex iis etiam quae immediate sequuntur: *Subiectum enim* etc. Unde cum illis verbis alii omnes codices careant, non audemus ea textui inserere.

γ) *Aut propter quid sit aliquid.* – Haec verba, quae desunt in Piana, addimus ex codicibus, qui omnes unanimiter habent: complent enim sententiam s. Thomae, quae est de fine quantum ad fieri *(propter quid fiat aliquid),* et quantum ad esse *(propter quid sit aliquid).* – Hanc secundam partem nonnulli codices non recte proferunt; B: *aut propter quid fit aliquid;* M: *aut propter quid fiat aliquid;* quae est repetitio membri praecedentis. – A: *sit aliquid quae quousque* etc., sed *quae* extra propositum ponitur; N: *sit aliud.* – 1: *quousque non fiat aliquid.* – Infra, ubi P post *perventum est* habet *propter quid,* codd. (exc. CH): *propter quod;* D s. m.: *propter quod aliquid fiat vel etc.;* l: *propter quodfiat aliquid vel sit illud;* O: *ppter quodfiat velfactum sit illud;* et loco τοϋ *sit id* P, habent *sit illud* etiam BCDELMNQST.– In cod. C additur a veteri studioso lectore nota marginalis, quam transcribimus, quia doctrinam hoc loco traditam nonnihil illustrare videtur: « Et ita, *inquit Postillator* (fol. 3i verso), forma est finis quantum » ad fieri solum, quia ea habita cessat fieri sive transmutatio. Sed finis » ultimus est quantum ad utrumque, et ad fieri et esse, et hic est finis » vere et absolute. »

3) *Et quando hoc invenimus, tunc.* – A om. *hoc;* K: *et quando sic invenimus hoc;* BCDEHLMST: *invenerimus.* Legimus cum codd.: *tunc opinamur.* P om. *tunc.* – Infra codd. CDEKLMNQT et p. m. S om. *iam,* quod sine ullo inconvenienti potest expungi.-H: *ulterius inquirendum, est id vere finis* etc.; B p. m. om. *est id,* s. vero manu additur: *ultimum est illud; A: quaerendum quam id quod* etc.; CDEKLMNST: *est illud quod est* etc. Conservamus integram lectionem P.

ε) *Ut scilicet reddat debitum.* – Est lectio codd. ABCDELMOS ct s. m. 1; insuper codd. KN: *scilicet ut,* et T: *ut si; si* corrupte pro *scilicet.* P om. *scilicet.* – « Et hoc propter hoc (ACDEQST et p. m. I, » *propter hoc aliud;* BLMO, *propter aliud),* ut scilicet (K om. *scilicet)* » non iniuste agat. Et sic semper procedentes (BCDEHKLMST, *pro-* » *cedendum;* O et s. m. D, *procedendo),* quando iam (A, *quando ra-* » fio) non erit amplius aliquod aliud propter quid (ABCE1KLOST, » *amplius propter aliquid aliud;* DH, *amplius propter quid aliud;* MN, » *amplius propter aliud;* Q, *amplius propter aliud aliquid)* sicut pro- » pter etc. » Lectiones *propter hoc aliud* et *propter aliquid aliud sicut,* quae meliores videntur, adoptavimus ex codd., relicta Piana.

ζ) *Qui est beatitudo.* – Signanter dicitur *beatitudo:* exempla enim inducta respiciunt actiones humanas; finis autem ultimus, et ideo, in subiecta materia, *propter quid* actionum humanarum, est beatitudo.

η) *Sicut in causis finalibus, quod tunc maxime scimus* etc. – Addimus *causis* ex codd. Cod. B: *sicut in causis finalibus, et in istis tunc maxime scimus* etc.; H: *Sicut* (corrupte pro *si) ergo se habet in aliis causis finalibus (finalibus* hic erronee additur), *et in causis finalibus maxime scimus quando ad ultimum finem perventum est; ergo* etc.; O: *sicut in causis finalibus, et in causis finalibus tunc maxime* etc.– PN habent, et bene; *quod tunc;* alii codd. om. *quod.* Quo omisso, adoptanda foret lectio aut cod. B, aut cod. O.

figura rectilinea talis. Si ergo * amplius non possit procedi, tunc maxime scimus: noc autem est. quando * pervenitur ad universale. Ergo umversalis demonstratio potior est particulari.

4, Tertiam * rationem ponit ibi: *Amplius quantocinique* etc., et dicit quod quanto magis proceditur versus ° particularia, tanto magis itur versus infinitum; quia, ut dicitur in III *Physic.* *, infinitum congruit materiae, quae est individuationis principium. Sed quanto * magis proceditur versus universale, tanto magis itur in aliquid simplex* et in ipsum finem; quia ratio universalis sumitur ex parte formae, quae est simplex, et habet rationem finis, in quantum terminat infinitatem materiae. Manifestum est autem quod * infinita in quantum huiusmodi non sunt scibilia, sed in quantum aliqua sunt finita in tantum sunt scibilia; quia materia non est principium cognoscendi rem *, sed magis forma. Manifestum est ergo quod universalia sunt magis scibilia quam particularia. Ergo etiam sunt magis demonstrabilia, quia demonstratio est syllogismus faciens scire. Sed magis demonstrabilium est potior demonstratio: simul enim intenduntur ea, quae dicuntur ad invicem; demonstratio autem ad demonstrabile dicitur. Et sic cum universalia sint * magis demonstrabilia, demonstratio universalis erit potior λ.

5. Quartam rationem ponit ibi: *Amplius si magis praeponenda* etc., quae talis est. Cum demonstrationis finis sit scientia *, quanto demonstratio plura facit scire *, tanto potior est. Et hoc est quod dicit, quod magis praeferenda est demonstratio, seeundum quam homo cognoscit hoc et aliud*, quam illa* secundum quam homo cognoscit unum solum. Sed ille qui habet cognitionem de universali, eognoscit etiam * particulare, dummodo sciat quod sub universali contineatur particulare; sicut qui cognoscit omnem mulam esse sterilem, scit hoc animal, quod cognoscit esse mulam, esse sterile » sed ille qui cognoscit particulare, non propter hoc cognoscit universale. Non enim si cognosco ζ hanc ξ mulam esse sterilem, propter hoc cognosco omnem mulam esse sterilem. Relinquitur ergo quod demonstratio universalis, per quam cognoscitur universale et particulare °, sit potior quam particularis, per quam cognoscitur solum particulare. »

'Ergocxcodd., exc. p. iti-d ζq: *autem.* – celqst et p.m *d·posset; m: potest.*

h: *cum perveni'-*

*a: *Atiam.*

0

• cap. vi, nn. io, lect. xi.

• Codd.: *quanto-cunque*

• *: *quia.*

*

•'*Rem* om. *cde

0: *est magis ct* polior.

*Codd.-«««<. λ

· cf. iect.iv.

· codd. (exc.H); co*noscere' ' diq: *illud.* – i »no.om'seq\ °' 0

* ab om. *etiam.*

»

ξ

»

0) *Quanto magis proceditur versus* etc. – Codd. ACDKI.MOST: *quantocunque;* BEHQ: *quandocunque;* H om. *magis;* 1: *proceditur in particulari.*

Ratio asserti, quod quanto magis proceditur versus particularia, tanto magis itur versus infinitum, est quia, in casu, itur ad individua, et individuationis principium est materia, quae habet quamdam infinitatem. Sermo est igitur de infinitate *secundum quid,* non autem de infinitate *simpliciter,* quae nullo modo convenire potest materiae, imo ei opponitur. Infinitum enim simpliciter est *esse* sine ulla limitatione; infinitum autem secundum quid est *potentia* non limitata ad hoc vel illud, sed indifferens ad plura suscipienda successive et indefinite. Unde magis proprie dicitur *indefinitum*. Quia ergo nomine materiae intelligitur potentia passiva, ideo dicitur infinita seu potius indefinita, quatenus potest successive transire de una ad aliam formam; et sic stare in diversis individuis, quae ex materia et forma in propria natura componuntur. Dicitur autem materia infinita secundum quid, sed solummodo, ut patet, in ordine ad formas naturales (Cf. P. I, qu. vit, artic. l i, ad 3): eas enim solummodo potest suscipere.

Sed notandum est quod hoc assertum Aristotelis et s. Thomae supponit doctrinam ideologicam: quod scilicet sermo sit impraesentiarum de intellectu nostro, et quod dc ratione intellectus nostri sit pro praesenti vita, quod quamvis obiectum cius adaequatum sit omne quod potest habere rationem intelligibilitatis, tamen obiectum proprium et proportionatum sunt quidditates seu essentiae rerum materialium, et ea ad quae per easdem quidditates potest ratiocinatione pertingere. Quae quidem quidditates sunt naturae universales, praecisae nempe vi abstractionis a conditionibus individuantibus, sub quibus in rerum natura existunt (Cf. P. 1, qu. lxxxiv, artic.vn).– His autem positis manifestum est quod quanto magis receditur a quidditate universaliter accepta, tanto magis acceditur ad quidditatem individuam, hoc est ad materiam, quia quidditas individua de qua loquimur, in materia existit et a materia individuatur. Consequenter, quia materia est secundum quid infinita, ut hic supra dictum est, quanto magis proceditur versus particularia, tanto magis itur versus infinitum.

t) *Quanto magis proceditur versus... itur in aliquid simplex.* -Folium, quod in cod. N sequebatur post *proceditur versus,* abscissum est. Folium seq. incipit per verba, *maiori propositione eo modo* etc., quae pertinent ad lect. xxxix, n. 6, lin. 5. —P: *qto mag. itur versus.*- AILMO: *in aliquid;* H: *in aliquod simpliciter itur;* Q: *versus aliquid; C: aliquid in in simplex,* corrupte pro, *aliquid in simplex,* ut habent DET ct p. m. KS; in K *aliquid* expung.; S s. m.: *in aliquid simplex;* et haec videtur lectio praecedentium codd. CDET ct p.m. KS, eamque adoptavimus, quia conformior est etiam textui graeco. P: *ad aliquid simpliciter.*

x) *Infinita in quantum huiusmodi non sunt scibilia.*-Per τὸ *infinita* intellige *indefinita.* Nam infinitum proprie et simpliciter acceptum est *esse* purissimum, hoc est, sine ulla limitatione potentialitatis. Unde quantum in se est, est maxime scibile, quia intellectio terminatur ad intclligibile, quod idem realiter est ac *ens;* et consequenter quanto magis aliquid habet de entitate tanto magis est scibile; proindeque infinitum est in se infinite scibile.-Sed infinitum secundum quid, scu indefinitum, est finitum absolute ex ea parte qua est, et est non ens, seu potentia non ad actum reducta, qua parte est indefinitum. Atqui, ut dictutn est, intelligibile est ens; ergo indefinitum quia est non ens, non est scibile. – Ex his recte infertur quod materia, utpote potentia, non est principium cognoscendi rem; et insuper quod particularia sensibilia, quae habent admixtam potcntialitatcm materiae, sunt nobis minus scibilia quam universalia (Cf. P. 1, qu. lxxxvi, artic. i).

λ) *Erit potior.*- Codd. (exc. QM); *erit potior demonstratio;* M: *erit potior demonstratione particulari;* quae videtur lectio aliquantulo magis perspicua. Supra *(simul enimJ* cod. Q mendose legit: si *enim intenduntur ea quae dicuntur ad invicem demonstrare;* post quae irnmemediate prosequitur: *Cum ergo universalia sit magis* etc.

p) *Dummodo sciat* etc.-ABMOQ ct s. m. DS: *dummodo sciat particulare* (M, *sciat hoc) sub universali contineri.* Et videtur lectio quam etiam alii codices plus minusve indicant. Etenim CEH1I.T et p. m. DS: *universale* (I, *univ. illud) sub particulari* (CET et p. m., DS, *super universali) contineri.* Lectiones, *universale sub particulari, universale super universali,* sunt erroneae, ut patet; sed indicant manifeste lectionem codd. AB. Unde in K, *universale sub universali continere,* expungitur *universale* et superscribitur *particulare.*

v) *Qui cognoscit* etc.-P: qui (CET et p. m. ADKS om. *qui;* LM et s. m. A, *sicut si)* cognoscit omnem mulam esse sterilem, cognoscit hanc (ACDEH1K.LMOQST, *scit hoc animal, quod cognoscit esse mulam)* esse sterilem (codd., exc. AB: *esse sterile;* B om. *scit hoc... esse sterile;* A om. *esse sterile).* – Supra lect. xxv, n. 4, dicitur: *qui scit omnem mulam esse sterilem, nescit de ista, quam non considerat.* – Hac duae propositiones idem in subiccta materia significant, at lectio codd., quam adoptavimus, conformior est tum iis quae praemissa sunt, tum dictis in lectione xxv. In illa enim lectione negatur in universali cognosci particulare, quando hoc particulare, cui applicari universale potest, *non consideratur;* hic autem affirmatur in universali (puta *mulam esse sterilem)* cognosci particulare, quando hoc particulare (puta *haec mula),* cui applicari potest universale, consideratur, *dummodo,* inquit s. Thomas, *sciat quod sub universali contineatur particulare.*- Deinde dictum pluries est (Cf. lect. 111, et lect. xvii, not. 3), quod qui cognoscit universale, cognoscit particularia non actu, sed solummodo potentia seu virtute; ut haec particularia *actu* cognoscantur, necesse est ut sciatur ea contineri sub universali illo. Igitur dici sine contradictione potest: qui cognoscit omnem mulam esse sterilem, non propterea cognoscit (nempe actu) hanc mulam esse sterilem; qui cognoscit omnem mulam esse sterilem, cognoscit (nempe virtute) hanc mulam esse sterilem. Quae omnia ex ratione sexta (n. 7) manifesta sunt. Vis ergo ratiocinationis in hoc stat, quod demonstratio de universali dat simul cognitionem virtualem particularium, et etiam cognitionem actualem, si haec considerentur ut sublecta universali illi; contra demonstratio de particulari non dat cognitionem neque actualem neque virtualem (Cf. infra, n. 7 cit.) universalis. – Cf. etiam quae supra lect. xn, n. 9, dicta sunt quoad cognitionem particularium omnium, nempe quoad cognitionem rerum secundum numerum et tamen non secundum speciem, seu non cognito universali secundum quod ipsum.

ξ) *Non enim si cognosco* etc.-A: *Non enim quia* etc.; M: *Non enim cognoscendo quod si hacc mula sit sterilis;* et *quod haec mula sit sterilis* legunt etiam alii codd.-Q: Si *enim cognosco... non propter hoc;* I: *si cognoscam;* et om. *propter hoc.* Etiam A legit cum Q: *non propter hoc,* sed cum habeat, *Non enim,* negatio sequens non recte apponitur.

0) *Per quam cognoscitur universale et particulare, sit potior quam particularis, per quam cognoscitur solum particulare.* -Haec lectio cod. B continet conclusionem totius antecedentis, ut in exemplo de mula videre est. Unde eam adoptamus, quia vera. – P et alii codd. (exc. A): *per quant cognoscitur universale, sit potior quam* (CDEHILMQST, *quam demonstratio) particularis, per quam cognoscitur* (ES et p. m. D add.: *universale;* C: *universale per) particulare.* Vera lectio, sed

6. Quintam rationem ponit ibi: *Amplius autem et sic* etc., quae talis est. Quanto medium demonstrationis est propinquius primo principio, tanto demonstratio est potior. Et*hoc probat, quia si illa demonstratio, quae procedit ex principio immediato, est certior ea π quae non procedit ex principio immediato, sed ex mediato *, necesse est quod quanto aliqua demonstratio procedit ex medio propinquiori principio immediato, tanto sit p°tior *' $ed universalis demonstratio ** procedit ex medi° propinquiori principio, quod est propositio immediata ?. Et hoc manifestat in terminis. Si enim oporteat demonstrare A, quod est universalissimum, de D, quod est particularissimum, puta substantiam de homine, et accipiantur media* B et* C, puta animal et vivum, ita quod B sit supenus fluam C, sicut vivum quam animal; manifestum est quod B, quod est universalius, erit immediatum * ipsi A, et per hoc magis cognoscetur ** quam per C, quod est minus universale. Unde relinquitur quod demonstratio universalis potior sit quam particularis. Addit autem quasdam praedictarum rationum *logicas* esse *: quia scilicet procedunt ex communibus* principiis, quae non sunt demonstrationi * propria; sicut praecipue tertia et quarta, quae accipiunt pro medio id quod est commune omni cognitioni. Aliae vero tres praedictarum rationum, scilicet prima, secunda et quinta, magis videntur esse analyticae, utpote procedentes ex propriis principiis demonstrationis.

7. Sextam rationem ponit ibi: *Maxime autem manifestum est* etc., et dicit quod maxime evidens est universalem demonstrationem principaliorem * esse ex ipsis propositionibus, ex quibus utraque * demonstratio procedit. Nam universalis demonstratio procedit ex universalibus propositionibus. Particularis autem demonstratio procedit ex aliqua particulari propositione. Propositionum autem universalis et particularis talis est comparatio, quod ille qui habet cognitionem de priori, scilicet de universali, cognoscit quodammodo posteriorem, scilicet in potentia *. Nam in universali sunt in * potentia particularia ff, sicut in toto sunt in potentia partes. Puta si aliquis cognoscit * quod omnis triangulus habet tres angulos aequales duobus rectis, iam * in potentia cognoscit hoc de isoscele. Sed ille qui cognoscit aliquid in * particulari, non propter hoc cognoscit in universali, neque in actu neque in potentia *. Non enim universalis propositio continetur in particulari·, neque in actu neque in potentia. Si igitur demonstratio est potior, quae ex potioribus propositionibus procedit, sequitur quod demonstratio universalis sit potior. Est autem attendendum quod haec ratio non differt T a quarta supraposita, nisi quod ibi fiebat comparatio conclusionum, quae cognoscuntur per demonstrationem, hic autem fit comparatio propositionum, ex quibus demonstratio procedit.

8. Septimam rationem ponit ibi: *Et universalis quidem* etc., quae talis est. Universalis demonstratio intelligibilis est, idest in ipso intellectu terminatur, quia finitur ad universale, quod solo intellectu cognoscitur *. Sed demonstratio particularis in intellectu incipiens u terminatur ad sensum, quia concludit particulare, quod directe per * sensum cognoscitur; et per quamdam applicationem, seu reflexionem ?, ratio demonstrans usque ad particulare producitur. Cum igitur intellectus sit potior sensu, sequitur quod demonstratio universalis potior sit quam particularis.- Ultimo * epilogando concludit hoc esse manifestum per omnia * supra dicta.

• a excodd.: a: *Sed;* o om. *Et hoe probat.*
* ACDIKMOQST: *mediatis.*
te?a potior al'
'codd"'ons,r
P
■ *Media* excodd.
:Rom.codd.,ct
ctiam ani'
^Codd. – pe; *me-*
'•coddi.cxc.jQ,-p: *cognoscitur;*
1: *cognoscatur;*
"‹r. °
* er. iect.XXXV,
•'côdd. (exc, 1
* 0: *dmtionum.*
* h: *esse potio-*
* l non'recte.·
' Cf. lect. m, et supra n. 5.
* *In* ex codd. σ
' o: *cognoscat.*
* *Iam* om. 1.
' Codd. – p: *de.*
' Cf. sup. n. 5.
• 1; *comprehenditur.* u
* o: *ad.*
?
* Codd. (exc. s. *m.op.Et uttimo.*- Hi om. *epilog.*
❙ *Omn.* om. h.

videtur incompleta. Cod. A: *per quam* (marg, add.': *cognoscitur universale, sit potior quam) particulare,* (marg. add. *quia)facit plura scire quam particularis. Ergo dignior. Quintam* etc.

r.) *Est certior ea* etc. – H: *est certior quam illa quae;* ABKLQ: *quae procedit:* quae lectio, erronea in contextu P, non erronea est in praefatis codd.; nam ita prosequuntur: *quae procedit ex principio mediato;* et *ex principio mediato* legunt etiam E, s. m. C et p. m. DS, qui tamen habent *non procedit.* ET, ob repetitionem vocabuli *immediato,* omittunt *sed ex mediato* etc., ac immediate prosequuntur, *tanto sit.*

p) *Quod est propositio immediata.* – B: *quam propositio immediata:* lectio seponenda. L: *principio immediato. Et hoc* etc.

σ) *Nam in universali* etc. – C: *Nam universalis est in potentia particulare.* Alii codices: *Nam in universali est in potentia particulare:* nempe stant pro Piana, mutato singulari in plurale; T et p. m. DKS: *ad particulare,* sed in DS *ad* expungitur, et merito.

τ) *Quod haec ratio non differt* etc. – BKO: *quod ratio ista;* H: *quod ista ratio;* I: *quod non differt haec ratio a ratione quarta;* s. m. DS: *quod haec ratio.* Addimus *ratio.* P: *quod haec non differt.* C: *Est autem attendendum non differendum quod (quod* expung.) *quarta supposita, nisi* etc.; lectio intricata. ET et p. m. DS mendose om. verba *quod haec ratio;* L: *quod non differt quarta supraposita, nisi etc.;* M: *quod ratio quarta supra posita non differt, nisi* etc.; O: *non differt a quarta,* et om. *supra posita.*

u) *In intellectu incipiens.* – Haec verba· omitt. a codd. et omitti revera possunt, praecipue si formam adhibitam a s. Thoma in iis, quae immediate praemittit de demonstratione universali, attendamus. Utrum vero sint ■expungenda, et subintelligenda, penes lectorem sit iudicium.

‹p) *Seu reflexionem* etc. – ACDEHKLMOST: *seu* (K, *et) reflexionem, non* (in K exp. *non) demonstrans etc.;* B: *seu reflexionem, ratio demonstrans neque* (?) (usque) *ad particulare* etc.; 1: *sive reflexionem: nam demonstrans usque ad particulare reducitur* (H, *proceditur);* Q: *sive reflexionem per intellectum; et ita non proprie. Cumque intellectus sit potior sensu* etc. Vera lectio videtur ea quam habet cod. B, et quam textui inseruimus: Piana enim sustineri non potest: *seu reflexionem, vere non demonstrans, usque ad particulare* etc. Unde coniectari potest corrupte in codd. *nô* pro *ro* scriptum esse, nempe *non* pro *ratio.* (Cf. 1 P., qu. lxxxvi, art. i).

«■

LECTIO TRIGESIMANONA

demonstratio affirmativa est potior negativa

'SleU 31-

"Οτι δ' ἡ δεικτικὴ τη στερητική , εντεύθεν δηλον."Εστω γάρ αὕτη ἡ ἀπόδειξι βελτίων τών ἀλλων τών αὐτών υπαρχόντων , η' ἐξ ἐλαττόνων αιτημάτων η υποθέσεων η προτάσεων. Εἰ γάρ γνώριμοι ομοίω , τὸ θαττον γνώναι διά τούτων υπάρξει· τοῦτο δ' αἱρετώτερον. Λόγο δέ τη προτάσεω , δτι βελτίων η ἐξ ἐλαττόνων, καθόλου ὁέ· εἰ γάρ ομοίω εἴη τὸ γνώριμα εἰναι τά μέσα, τά δέ πρότερα γνωριμώτερα, έστω ἡ μέν διά μέσων ἀπόδειξι τών Β Γ Δ δτι τὸ Α τω Ε υπάρχει, η δέ διά τών Ζ Η δτι τὸ Α τω Ε. 'Ομοίω δέ έχει τὸ δτι τὸ Α τω Δ υπάρχει καί τὸ Α τω Ε· τὸ δ* δτι τὸ Α τὼ Δ πρότερον καί γνωριμώτερον. η δτι τὸ Α τω Ε· διά γάρ τούτου εκείνο ἀποδείκνυται, πιστότερον δέ τὸ δι' ού. Καί η διά τών ἐλαττόνων ἀρα ἀπόδειξι βελτίων τών ἀλλων τών αὐτών υπαρχόντων. Ἀμφότεραι μέν οὐν διά τε δ^ων τριών καί προτάσεων δύο δείκνυνται, ἀλλ' η μέν ειναί τι λααβάνει, ἡ δέ καί είναι καί μη' ειναί τι· διά πλειόνων ἀρα, ὡστε χείρων.

Ἔτι ἐπειδή δέδεικται δτι ἀδύνατον ἀμφοτέρων οὐσών στερητικών τών προτάσεων -γενέσθαι συλλογισμόν, ἀλλα την μέν δει τοιαὐτην εἰναι, την δ' δτι υπάρχει,

ἐτι πρό τούτω δει τοδε λαβεῖν τά μέν γάρ κατηγορικά αὐξανομένη τη ἀποδείξεω ἀναγκαῖον γίνεσθαι πλείου , τά δέ στερητικα ἀδύνατον πλείου είναι μια ἐν ἁπαντι συλλογισμω. Ἔστω γάρ μηδενί ὑπάρχ^ον τὸ Α ἐφ' δσων τὸ Β, τω δέ Γ ὑπάρχον παντί τὸ Β.'Αν δη δέη πάλιν αὐξειν ἀμφοτέρα τά προτάσει , μέσον ἐμβλητέον. Τοῦ μέν Α Β έστω τὸ Δ, τοῦ δέ Β Γ τὸ Ε. Τὸ μέν δη Ε φανερόν δτι κατηγορικόν, τὸ δέ Δ τοῦ μέν Β κατηγορικόν, πρὸ δέ τὸ Α ὡ στερητικόν κεῖται. Τὸ μέν γάρ Δ παντὸ τοῦ Β, τὸ δέ Ἀ οὐδενί δει τών Δ ὑπάρχειν. Γίνεται οὐν μία στερητική' πρότασι η τὸ Α Δ. Ὁ δ' αὐτο τρόπο καί ἐπί τών ἑτέρων συλλογισμών. Ἀε'ι γάρ τὸ μέσον τών κατηγορικών δρων κατηγορικόν ἐπ' ἀμφοτερα· τοῦ δέ στερητικού ἐπί θάτερα στερητικόν ἀναγκαῖον είναι, ὡστε αὕτη μία τοιαὐτη γίνεται πρότασι , αἱ δ' ἄλλαι κατηγορικαί. Εἰ δη γνωριμώτερον δι' ού δείκνυται, καί πιστότερον δείκνυται δ' ἡ μέν στερητική' διά τη κατηγορικη , αὕτη δέ δῖ εκείνη οὐ δείκνυται, προτέρα καί γνωριμωτέρα οὐσα καί πιστοτέρα βελτίων ἀν εἴη.

Ἔτι εἰ ἀρχη συλλογισμού ἡ καθόλου πρότασι ἀμεσο , έστι δ' ἐν μέν τη δεικτική καταφατική ἐν δέ τη στερητική αποφατική' ἡ καθόλου πρότασι , η δέ καταφατική τη ἀποφατικη προτέρα καί γνωριμωτέρα· διά γάρ τη'ν κατάφασιν ἡ ἀπόφασι γνώριμο , καί προτέρα ἡ κατάφασι , ὡσπερ καί το είναι τοῦ μη είναι· ὡστε βελτίων ἡ ἀρχη τη δεικτική η τη στερητική · ἡ δέ βελτίοσιν ἀρχαϊ ^ρωμένη βελτίων.

Ἔτι ἀρχοειδεστέρα· ἀνευ γάρ δεικνουση οὐκ έστιν η στερητική'.

* Quod autem affirmativa privativa, hinc manifestum sit. Sit enim demonstratio dignior, aliis eisdem existentibus, aut quae ex minoribus quaestionibus aut suppositionibus aut propositionibus. Si enim notae sint similiter, velocius cognoscere per haec est; hoc autem appetibilius est. Ratio autem huius propositionis, quod melior sit ex minoribus, universalis sic est: si enim similiter erit cognita esse media, priora autem notiora; sit igitur per media demonstratio eorum quae sunt BCD, quod A in E sit; altera vero per B C, quod A in D sit. Similiter igitur habet hoc quod A in D sit, et quod A in E sit; sed quod A in D sit, prius est et cognoscibilius quam quod A in E: secundum enim hoc illud demonstratur, credibilius autem est illud quod est propter quod aliquid. Et quae utique per minima demonstratio, melior est, aliis eisdem existentibus. Utraeque quidem igitur per tres terminos et propositiones duas demonstrantur; sed haec quidem esse aliquid accipit, illa vero et esse et non esse aliquid: per plura itaque; quare indignior est.

Cap. xxv. Text. 40.

Amplius quoniam ostensum est impossibile esse per utramque privativarum propositionum fieri syllogismum; sed unam quidem oportet huiusmodi esse, alteram vero quoniam est:

amplius iuxta hoc oportet hoc accipere: praedicativas quidem, augmentata demonstratione, necesse est fieri plures; privativas autem impossibile est plures una in omni syllogismo esse. Sit enim in nullo esse A in quibus est B, in C autem omni sit B. Si igitur opus est iterum augere utrasque propositiones, medium inficiendum est. Huiusmodi quidem A B sit D, sed B C sit E. E quidem igitur manifestum est praedicativum esse; sed D de B praedicativum quidem, ad A autem tanquam privativum ponitur. D quidem enim de omni B, sed A in nullo oportet D esse. Fit igitur una privativa propositio, quae est A D. Idem autem modus est in aliis syllogismis. Semper enim medium quidem praedicativorum terminorum praedicativum in utraque est, sed privativi alterum tantum privativum necesse est esse; quare haec una fit huiusmodi propositio, aliae vero praedicativae. Si igitur notius est illud per quod demonstratur et credibilius, demonstratur autem privativa quidem per praedicativam, praedicativa autem per illam non demonstratur; prior ergo et notior ct credibilior cum sit, melior utique erit.

Amplius si principium syllogismi propositio universalis immediata est, est autem in demonstrativa affirmativa, in privativa autem negativa universalis propositio, affirmativa autem negativa prior et notior; per affirmativam enim negativa nota est, ct prior affirmativa est, sicut prius est esse quam non esse; quare potius est principium demonstrativae quam privativae: dignioribus autem principiis utitur dignior.

Adhuc et principalior est: sine enim demonstrativa non est privativa.

Synopsis.— **1. Thesis: Demonstratio affirmativa potior est negativa. – 2. Propositio pracambula ad primam rationem thesis: Caeteris paribus, illa est dignior demonstratio, quae procedit ex paucioribus. – 3. Probatur haec propositio: et primo supponendo quod propositiones assumptae sint aeque notae; quia, hoc supposito, demonstratio procedens ex paucioribus citius facit scire. – 4. Deinde probatur eadem propositio sine illa suppositione: quia universaliter demonstratio quae procedit ex paucioribus, procedit ex mediis quae sunt notiora. – 5. Probatur thesis. Ratio prima est: Quia demonstratio affirmativa procedit ex paucioribus, non quidem secundum materiam, sed secundum qualitatem propositionum, nempe procedit solum ex *esse;* negativa autem procedit cx pluribus, nempe ex *esse* et *non-esse.* – 6. Ratio altera: Demonstratio negativa non habet efficaciam nisi ex vi affirmativae propositionis; ergo demonstratio affirmativa, quae ex solis affirmativis concludit, est potior negativa. – 7. Tertia ratio: Propositio negativa maxime demonstratur per affirmativam; ergo demonstratio affirmativa potior est negativa. -8. Quarta ratio: Propositio affirmativa est prior et notior negativa, quia negativam probat ct eam naturaliter praecedit; ergo etc. -9. Quinta ratio: Demonstratio negativa dependet cx demonstratione affirmativa; ergo etc.**

1.)ostquam Philosophus ostendit quod ^demonstratio universalis est potior quam particularis, hic ostendit quod ^demonstratio * affirmativa sit potior negativa. Et circa hoc ponit quinque rationes.

α 2. In quarum prima " hoc praesupponit, quod, caeteris paribus, illa demonstratio est dignior, quae procedit ex paucioribus petitionibus aut * suppositionibus aut propositionibus. Quae quidem qualiter differant ex supra dictis patet *. Nam propositiones possunt dici etiam * illae quae sunt per se notae, quae neque suppositiones neque petitiones sunt, ut supra dictum est *. Suppositio autem a petitione differt: nam suppositio est propositio non per se nota, sed accipitur sicut a discente opinata ; petitio autem est propositio non per se nota, quae non est opinata a discente, sive habeat contrarias opiniones sive non *.

β 3. Quod autem demonstratio sit dignior quae paucioribus utitur, caeteris paribus * ostendit dupliciter. Primo quidem, quia si detur quod utraeque propositiones ex quibus proceditur, sint aeque notae, sequitur * quod velocius erit ** cognoscere per pauciores propositiones quam per plures; quia citius terminatur * discursus, qui est per pauciores propositiones, quam qui est * per plures. Hoc autem 7 est eligibilius seu appetibilius, quod homo citius addiscat. Unde relinquitur quod demonstratio quae ex paucioribus propositionibus procedit, dummodo sint aeque notae*, sit melior.

γ 4. Secundo, probat eamdem propositionem * universaliter absque praedicta suppositione, scilicet quod omnes propositiones assumptae sint aequaliter notae. Et ad hoc probandum assumit hanc suppositionem*, quod media quae sunt unius ordinis sint aeque nota, sed media quae sunt priora sunt notiora. Hoc enim oportet * esse universaliter verum. Hoc igitur supposito, sit* una demonstratio, in qua demonstretur quod *A sit in E* per tria media, quaesunt BCD; quae quidem concludit* ex quatuor propositionibus, quae sunt: *omne B est A; omne C est B; omne D est C; omne E est D.* Alia vero demonstratio sit, quae concludat * eamdem conclusionem, scilicet *A esse in E,* per duo media, quae sunt Z H °. His itaque * suppositis, manifestum est quod *, ex quo ordo cognitionis proportionatur ordini mediorum, quia priora sunt notiora, ut dictum est, necesse est quod aequaliter sit nota haec propositio, *omne D est A,* in prima demonstratione *, et, *omne E est A,* in secunda *, quia utrobique inveniuntur duo media. Sed manifestum est quod in prima demonstratione haec propositio, *omne D est A,* prior * et notior est quam haec propositio, *omne E est A;* quia haec secunda demonstratur ex priori in prima demonstratione, et ex his quae supra dicta sunt, apparet quod id per quod demonstratur aliquid, est credibilius et notius eo quod per ipsum demonstratur. Ergo relinquitur ' quod haec propositio, *omne E est A,* secundum quod concluditur per secundam demonstrationem, sit notior quam eadem propositio, secundum quod concluditur per priorem demonstrationem , quae utebatur pluribus mediis. Relinquitur ergo quod demonstratio quae ex paucioribus procedit, est 'potior ea quae procedit ex pluribus.

5. *Maiore* igitur propositione probata, Aristoteles* assumit quod affirmativa demonstratio ** ex paucioribus procedit quam negativa: non quidem ex paucioribus terminis, vel ex paucioribus propositionibus secundum materiam, quia utraque demonstratio tam affirmativa quam negativa demonstrat per tres terminos et duas propositiones; sed demonstratio negativa ' dicitur ex pluribus procedere secundum propositionum qualitatem. Nam demonstratio affirmativa accipit solum *ens* *, idest procedit ex solis * propositionibus affirmativis: demonstratio vero negativa accipit *esse* et *non esse,* idest assumit affirmativam et negativam simul. Ergo dignior est affirmativa quam negativa.

ζ 6. Secundam rationem ponit ibi: *Amplius quo-*

• *Dem.* om. 1.

• coda., exc. 1.-p: *et;* l: *vel.* -m om. *petition.·,* Lect. xix.

cod®'t"'c "-c:

I Lect. cit.,n.3.

• Cf.lect.cit.,11.4.

• a : *caeler. terminis parib.*

I *em.!·, sequetur,-* ··coÏL-"r.' *es-*

I codd.-p: *dc-terminatur.* *'Quiest* om.iQ.

•n *notaepropo-*

• o non recte : ■*m: propos.*

•a non recte.· *o-*

• *a: Haec igitur*

^codd^icxcAD *o i concludat.* '

* aet : *concludit.*

0 ' ACDHIKLMOST : *ita ; e : autem;* Q om.

* *Quod* ex codd.

'Codd.-p: *etiam in demonst. prima.*

* h : *in see. demonstratione.*

* dehst : *est potior,* et inf. om. *est.*

* *Aristot.* om. codd.

·· l:*propositio,et* id. k , expuncto *demonstratio.*

*ABHTO cts. m. s: *esse.*

* h : *solum ex propp.;i* om. *solis.*

a) Z» *quarum prima* etc.-BLQ et p. m. T om. *In;* l om. *In quarum,* et deinde cum O om. *hoc:* hinc eius lectio est: *Prima praesupponit* etc.; EL : *supponit.*

β) *Nam suppositio est propositio non per se nota* etc. – Non una est lectio codd. hoc loco. Codex A: *sed accipitur sicut ab addiscente opinata; si vero addiscens non sit eiusdem opinionis, necessarie oportet quod demonstrator hoc ab eo petat* (Cf. lect. xix, n. 4), *et tunc est petitio. Quod autem* etc.; C mendose legit: *nam suppositio est propositio non per se nota* (cet. om.), *quae non est opinata a discente, sive habeat contrarias* etc.; B: *sed accipitur sicut a dicente opinata; petitio autem propositio non per se nota, quae non est opinata, sive habeat contrarias* etc.; DH1KLMOQST: *sed* (MQ et p. m. ST, *si) accipitur* (MQ, *accipiatur) sicut a discente opinata* (H, *sicut opinata addiscenti;* K, sic *a disc, non opin.;* Q, *sicut absente opin.;* l om. *sicut); petitio autem est propositio non* (1 et s. m. D om. *non) per se nota, quae non est opinata a discente* (H: *addiscenti), sive habeat contrarias opiniones sive non. Quod autem* etc. Piana denique: *nam suppositio est propositio non per se nota, sed accipitur sicut a discente opinata; positio autem est propositio quae non est opinata a discente, sive habeat contrarias opiniones sive non. Quod autem* etc. Pianam lectionem auctoritate codd. nonnihil immutavimus.-Cf. cit. lect. xix et lect. v, nn. 6, 7.

y)'*Hoc autem* etc.-Ita legimus cum textu graeco et nostra versione. – P: *hoc enim:* sed το *enim* nullus ex nostris codd. habet. BIOQ et s. m. D: Et *hoc est;* H: *Hoc etiam est.*—l om. *seu appetibilius,—Hi* non recte: *addiscit.*

3) *Quae sunt* Z ZZ. – A et s. m. I: *quae sunt C B; B: quae sunt sex H;* CKLM et p. m. D : *quae sunt Z H;* D s. m.: *quae sunt Z et I;* E om. *Z H;* H: *quae sunt et H;* Q: *quae sunt tres et II;* ST et ed. *a: quae sunt tres H.* – Ergo codd., exc. AO et s. m. DI, secundum medium nominant ZZ; primum medium CDKLM vocant *Z,* quod in codd. saepe ex solo contextu distinguitur a signo, quo scribitur *tres,* prout habent PO QST et, ut videtur, p. m. l. Quapropter lectionem, *quae sunt Z H,* quae est lectio textus graeci, et quae aut explicite damr aut corrupte indicatur a codd., praetulimus Pianae, *quae sunt tres* B.—Insuper Piana: *tres B, vel tres propositiones:* quae verba unanimiter omitt. a codd., neque videntur in eorum lectione necessaria, quia facile subintelligi possunt.

s) *Demonstratur. Ergo relinquitur quod.* – Codd. – P: *demonstratur, relinquitur quod.* – Supra etiam, ubi P habet: *omne E est A. Et quia haec secunda,* legimus, *omne E est A; quia haec* etc. Quamvis autem haec secunda lectio expresse tradatur a solis codd. BO et s. m. D, eam tamen videntur supponere reliqui codd., dum infra legunt, sicut diximus, *Ergo relinquitur.* Sed et ipsa argumentatio, quam Angelicus exponit, lectionem a nobis adoptatam requirit. Nam primo, ex eo quod *ordo cognitionis proportionatur ordini mediorum,* statuitur quod sunt aequaliter notae illae duae propositiones, nempe, *omne D est A (in* prima demonstratione), et, *omne E est A* (in secunda demonstratione); quia et in prima et in altera demonstratione sunt aequaliter *duo media* respectu utriusque propositionis. Hoc posito, subsumitur: Sed in prima demonstratione istae duae propositiones, *omne D est A* et *omne E est A,* ita se habent, ut prima sit notior quam secunda ; cuius ratio est, *quia haec secunda demonstratur ex priori.* Manifeste igitur sequitur conclusio, nempe: *Ergo relinquitur quod haec propositio* etc.

ζ) *Sed demonstratio negativa dicitur* – PI: *demonstratio dicitur* etc. Codd. BCEKLMOQST et p. m. D : *propositio negativa dicitur.* Non *propositio* est legendum sed *demonstratio:* attamen non simpliciter *demonstratio,* sed *demonstratio negativa* est vera lectio, ut patet ex contextu.

η *niam ostensum est* etc., et inducitur η haec secunda ratio ad confirmationem primae, quae poterat videri deficiens ex hoc quod non assumebatur sub maiori propositione eo modo quo probabatur. Et ideo, ut omnis calumnia excludatur, addit hanc secundam rationem ad confirmationem primae. •^Ljb.i.cap.xxui, Ostensum est enim in libro *Priorum* *, quod ex duabus propositionibus negativis non potest fieri syllogismus, sed oportet ad minus unam propositionem 0 esse affirmativam et alteram negativam. Ex quo aperte apparet quod propositiones affirmativae habent maiorem efficaciam ad syllogizandum quam negativae. Unde sequitur quod demonstratio affirmativa, quae procedit ex solis * affirmativis, sit * potior quam demonstratio negativa, quae procedit ex affirmativa et negativa.

0 *solum ex; e* ^co'dd^r'w? 7. Tertiam rationem ponit ibi: *Amplius iuxta hoc* etc., et dicit quod secundum consequentiam praemissarum rationum possumus hoc * accipere,' quod quando demonstratio augmentatur, scilicet • t : a/c m p.m. *considerare.* Per resolutionem propositionum * in sua principia, *tionis demonstra'* necesse est esse plures propositiones affirmativas, sed negativas impossibile est esse plures quam unam. Sit enim talis demonstratio negativa: *Nullum B est A; omne C est B; ergo nullum C est A.* Augeatur ergo demonstratio quantum ad utramque propositionem ', si utraque sit mediata, accipiendo medium utriusque; et medium quidem *maioris* propositionis, scilicet *nullum B est A,* sit D, 'dekmnoqst et p. m c : *huius scilicet* medium autem *minoris* propositionis, scilicet * *omne C est B,* sit E. Et quia haec propositio, *omne C est B,* ' Èst ex' codd. est * affirmativa, ad quam concludendam ✓ . *occurrit.* non concurrit * aliqua negativa, nccessc est quod eius medium, quod est E, sit affirmativum ad utramque extremitatem; et sic sumuntur duae propositiones affirmativae, scilicet *omne E est B, omne C est E,* ex quibus concluditur, *omne C est B.* Sed *maior* propositio est negativa, scilicet * ABCEKLMNQ Ct p. *m.o-. est D.* *nullum B est A*: negativa autem non concluditur •l·. *secundum,* ex duabus negativis; sed in prima figura, per* quam maxime fit demonstratio secundum praemissa *, *maiorem* oportet esse negativam et *minorem* affirmativam. Unde oportebit quod hoc medium D sit affirmativum per comparationem ad B, • Lect. xxvi. sit autem negativum per comparationem ad A, tali demonstratione facta: *Nullum D est A; omne B est D; ergo nullum B est A.* Sic igitur x augmentata demonstratione negativa per resolutionem propositionum in sua principia, erunt quatuor propositiones, quarum * una sola est negativa, scilicet *nullum D est A;* tres autem * aliae erunt affirmativae, scilicet *omne B est D, omne E est B, omne C est E.* Et idem est in omnibus aliis syllogismis, quia semper necesse est medium per quod affirmativae propositiones probantur, esse affirmativum* ad ambo extrema. Medium autem per quod probatur negativa propositio *, necesse est esse negativum solum ad unam extremitatem; et ita sequitur * quod una sola propositio sit negativa, aliae omnes affirmativae \ Ex quo patet quod propositio negativa maxime demonstratur per affirmativas *. Si ergo illud per quod aliquid** demonstratur, est notius et credibilius eo quod per ipsum demonstratur, cum negativa propositio maxime demonstretur per affirmativam *, non autem e converso, sequitur * quod affirmativa propositio sit prior et notior et credibilior quam negativa. Unde demonstratio affirmativa erit * dignior.

8. Quartam rationem ponit ibi: *Amplius si principium syllogismi* etc., et dicit quod principium syllogismi demonstrativi est propositio universalis immediata; ita tamen quod affirmativi syllogismi est principium proprium affirmativa propositio, negativi autem syllogismi proprium * principium est * negativa propositio universalis. Sed nobilioris principii * nobilior est effectus. Ergo secundum proportionem propositionis affirmativae ad negativam, est*proportio demonstrationis affirmativae ad negativam. Sed affirmativa propositio est potior quam negativa. Quod probat dupliciter: primo quidem, quia affirmativa est prior * et notior, cum per affirmativam probetur negativa, et non e converso; secundo, quia affirmatio * praecedit naturaliter negationem sicut esse prius est quam non esse. Quamvis enim in uno " et eodem, quod dc non esse in esse procedit, non esse sit prius tempore, esse tamen est prius natura, et simpliciter prius etiam tempore *; quia non entia non producuntur in esse, nisi ab aliquo ente. Ergo patet quod affirmativa demonstratio est potior quam * negativa.

9. Quintam rationem ponit ibi: *Adhuc et principalior* etc., quae talis est. Illud ex quo aliud dependet, est principalius. Sed demonstratio negativa dependet ex * affirmativa; quia non potest esse negativa demonstratio sine affirmativa propositione, quae non probatur nisi per affirmativam demonstrationem *. Ergo demonstratio affirmativa est principalior * quam negativa.

* *Quar.* om. l.
• *Autem* ex codd.
•ckl mqt .-be: *affirmative;* ADNS dubii; p: *affirmatum.*
* o q *om. propos.*
* *Et* om.A.-p: *sequetur.*
' Lo : *affirmativam. Aliquid* ex codd., exc. HMN; k : *aliud.*
• Codd,- p: *affirmativas.*
* Codd.-p: *sequeretur.*
*0: *est.*
* eh om. *prop.*
* *Est* ex codd.
* *Princip.* om. o.
• o : *sequitur.*
* o q non recte : *potior.*
* Cf. I *Perth.,* lect. vm, n. 3, et not. β.
P v
•b ; *simpl. est etiamprius temp.;* d : *simpt. etiam prius tempore.*
* *Quam* ex codd., CXC. I.
* a : *ab.*
* b : *propositionem.*
* l : *potior* et om. *quam.*

η) *Ei inducitur* **etc.-A:** *Et inducitur secundo secunda* etc.; CDE KLMQST om. *haec;* l : *et inducitur haec ratio ad confirmationem primae: poterat enim videri* etc.; et, *poterat enim,* etiam B. L: *ad confirmandum primam.* – Cum quarta linea huius numeri desinit lacuna cod. N (Cf. lect. praeced., n. 4, not. c).

0) *Unam propositionem* etc. – Q non rcctc: *sed oportet ad minus unam esse negativam. Ex quo* etc. Cett. codd.: *unam propos'd, esse affirmat, et* (AD om. *et*) *aliam negativam.* P: *unam quidem proposit. esse* etc.

1) *Ad utramque propositionem, si* **etc.-CS:** *ad utramque propositionum, si* etc.; D; *ad utramque partem propositionum;* l: *ad utramque partem, si* etc.; O non recte: *ad utramque demonstrationem, si utraque est* etc.

v.) *Sic igitur* **etc.-H** non recte: *Si igitur... negativa propositione et affirmativa per resolutionem in sua principia.* – AEKLMNQ et p. m. CDS: *Sic... quod negativa;* B om. *negativa;* C s. m.: *quae est negativa;* l: *cum negativa;* T: *patet quod negativa.*

λ) *Sit negativa* etc. – *Sit* ex codd., exc. l ; P : *est.* – BQ: *aliae autem affirmativae omnes* (Q, *omn. affirm.);* D: *omnes aliae affirm.;* O: *aliae omnes sint affirm.*

p) *Affirmatio praecedit naturaliter negationem* **etc.-B:** *affirmativa procedit* (corrupte loco *praecedit) naturaliter negativam, sicut* etc.; DQ: *universaliter praecedit negationem* (Q, *negativam);* EST: *naturaliter praecedit negationem;* l: *procedit universaliter negationem et naturaliter.*

v) *Quamvis enim in uno* **etc.-Addimus** *enim* **cxcodd.-B:** *Quamvis... procedit, sit prius non esse ipso esse, tamen esse est* etc.; C: *Quamvis... quod dicunt* (corrupte pro *de non) esse in esse* (marg. add. *perducitur), non esse* etc.; H: *Quamvis... quod de non esse ducitur ad esse, prius sit non esse quam esse quod ducitur esse in esse prout non esse prius sit tempore, tamen est prius natura, et simpliciter tempore, quia non esse non producitur in esse, nisi ab* etc.; KLMT et p. m. DS: *quamvis enim in uno et eodem quod dicunt esse in esse* (T, *inesse;* L om.) *prout* (corrupte pro *procedit) non esse sit* (T, *est) prius tempore, esse tamen* etc.; Q: *Quamvis enim in uno et eodem non esse praecedat esse tempore, esse tamen prius est vera et simpliciter; quia non entia* etc.

LECTIO QUADRAGESIMA

demonstratio negativa ostensiva potior est demonstratione DUCENTE AD IMPOSSIBILE

Ἐπεί δ' ἡ κατηγορικη τη στερητική βελτίων, δηλον οτι και τη ει το αδύνατον ἀγούση .

Δεῖ δ' εἰδέναι τί ἡ διαφορά αὐτών. Ἔστω δη' τό Α μηδενί ὑπάοχον τω Β, τω δέ Γ τό Β παντί· ανάγκη δη τω Γ [Ληδενί ὑπάρχειν τό Α. Οὐτω [Δεν οὐν ληφθέντων δεικτική ἡ στερητική' ἀν ειη ἀπόδειξι οτι τό Α τω Γ οὐχ ὑπάρχει.

II τό αδύνατον ὡδ' ἐχει. Εἰ δέοι δεῖξαι οτι τό Α τω Β οὐχ ὑπάρχει, ληπτέον ὑπάρχειν, καί τό Β τω Γ, ὡστε συυ.βαίνει τό Α τω Γ ὑπάρχειν. Τούτο δ' ἐστω γνώριμον καί ὁμολογούμενον οτι αδύνατον. Οὐκ ἀρα οἰόντε τό Α τω Β ὑπάρχειν. Εἰ οὐν το Β τω Γ θεολογείται ὑπάρχειν, τό Α τω Β αδύνατον ὑπάρχειν.

Οἱ μέν οὐν ὁροι ομοίω τάττονται· διαφέρει δέ τό ὁποτέρα ἀν η γνωριμωτέρα ἡ πρότασι ἡ στερητική', ποτερον οτι τό Α τω Β οὐχ ὑπάρχει η οτι το Α τω Γ. "Οταν [Δεν οὐν η τό συμπέρασμα γνωριμώτερον οτι οὐκ ἐστιν, ἡ ει τό αδύνατον γίνεται ἀπόδειξι · ὁταν δ' ἡ ἐν τω συλλογισμω, η -αποδεικτική.

Φύσει δέ προτέρα η οτι τό Α τω Β η δτι το Α τω Γ. Πρότερα γάρ ἐστι τοῦ συμπεράσματο , ἐξ ὠν τό συμ.πέρασμα· ἐστι δέ τό μέν Α τω Γ μη' ὑπάρχειν συμπέρασμα, τό δέ Α τω Β ἐξ οὐ τό συμπέρασμα.

Οὐ γάρ εἰ συμβαίνει ἀναιρεῖσθαί τι, τοῦτο συμπέρασμά ἐστιν, εκεῖνα δέ ἐξ ὠν. Ἄλλα τό μέν ἐξ οὐ, συλλογισμό ἐστιν, δ ἀν οὐτω ἐχη ὡστε η δλον πρό μέρο η μέρο πρό δλον ἐχειν, αἱ δε το Λ 1 καί Α Β προτάσει οὐκ ἐχουσιν οὐτω προ ἀλληλα . Εἰ οὐν ἡ ἐκ γνωριμωτε'ρων καί προτέρων κρειττων, εἰσί δ' ἀμφότεραι ἐκ τοὐ μη' εἰναι τι πισταί, ἀλλ' η μέν ἐκ προτέρου, ἡ δ' ἐξ ὑστέρου, βελτίων ἁπλώ ἀν εἴη τη ει τό αδύνατον ἡ στερητική ἀπόδειξι , ὡστε καί ἡ ταὐτη βελτίων ἡ κατηγορικη δηλον ὁ'τι καί τη ει τό αδύνατόν ἐστι βελτίων.

* Quoniam autem categorica privativa dignior sit, manifestum est et ad impossibile ducente. ^.^P· x*«· ' 4I'

Oportet autem scire quae differentia sit ipsarum. Si igitur A in nullo B inest, C autem omni B, necesse est in nullo C esse A. Sic igitur acceptis, demonstrativa privativa erit demonstratio quoniam A in C non erit.

Quae vero est ad impossibile sic se habet. Si opus est demonstrare quod A in B non sit, accipiendum est affirmative A esse in B, et B in C; quare accidit A in C esse. Hoc autem sit notum et certum quod impossibile est esse.

Termini quidem similiter ordinantur; differt autem in quo et qualis sit notior privativa propositio, utrum igitur quae est A B non inest, aut A C non inest. Cum igitur conclusio notior, quoniam non est A in B, ad impossibile fit demonstratio. Cum autem in syllogismo sit, demonstrativa est.

Natura autem prior est, quae est quod A in B non sit, quam A non in C. Priora enim et notiora natura conclusione sunt, ex quibus est conclusio: est autem, quae est A quidem in C non esse, conclusio; A autem non in B, ex quibus est conclusio.

Non enim si contingit removeri aliquid, hoc conclusio est, illa autem ex quibus sunt. Sed hoc quidem ex quo syllogismus est, quod utique sic se habet, quoniam aut ut totum ad partem, aut ut pars ad totum se habet: sed quae sunt A C et A B propositiones non sic se habent ad invicem. Si igitur ex notioribus sit et credibilioribus, dignior est: sunt autem utraeque ex non esse credibiles; sed haec quidem ex priori, illa autem ex posteriori: potior simpliciter utique erit ea quae est ad impossibile, privativa demonstratio: quare et cum hac dignior praedicativa, manifestum est quod et ea quae est ad impossibile, potior est.

Synopsis. — 1. Argumentum lectionis. – Thesis: Quia ostensiva demonstratio affirmativa potior est negativa, potior est etiam demonstratione ducente ad impossibile. – 2. Praenotamen primum: In demonstratione negativa directe concluditur praedicatum in nullo subiecto esse. – 3. Praenotamen alterum: In demonstratione ducente ad impossibile, ex opposito conclusionis intentae infertur aliquid quod est impossibile. – 4. Demonstratio negativa et demonstratio ad impossibile conveniunt in ordinatione terminorum; differunt autem in acceptione notioris propositionis negativae. – 5. Demonstratio negativa potior est demonstratione ducente ad impossibile; quia procedit ex prioribus et notioribus. – 6. Removetur dubitatio; et magis declaratur propositio praecedens. – 7. Quia igitur demonstratio negativa potior est demonstratione ad impossibile; sequitur quod demonstratione ista multo potior sit demonstratio affirmativa ostensiva.

1 , ostquam ostendit Philosophus quod demonstratio universalis dignior est ^particulari, et affirmativa negativa, hic tertio ostendit quod *ostensiva* potior est ea " quae ducit *ad impossibile.* Et circa hoc tria facit: primo, proponit quod intendit; secundo, praemittit quaedam necessaria ad propositum ostendendum; ibi: *Oportet autem scire**etc.; tertio, probat propositum; ibi: *Natura autem prior* etc.* Dicit ergo primo quod, quia ostensum est quod affirmativa demonstratio est potior quam negativa, ex hoc ulterius sequitur quod affirmativa demonstratio ostensiva sit * potior ea quae ducit ad impossibile. · codd.->·:«»/.

α

2. Deinde cum dicit: *Oportet autem scire* etc., praemittit quaedam quae sunt necessaria ad propositum ostendendum. Et circa hoc tria facit: primo, ostendit quae sit demonstratio negativa; secundo, ostendit * quae sit demonstratio ducens * ad impossibile; ibi: *Quae vero ad impossibile** etc.; tertio, concludit comparationem unius ad alteram; ibi: *Termini igitur* * etc. Dicit ergo primo, quod ad propositum ostendendum oportet considerare differentiam ipsarum, scilicet demon-

▮ Num. seq.

* Num. 5.

* *Ostend,* om. °côdd.-r;i«ae *ducen°.'quats"* · n"S. 4^'

s') ***Potior est ea.***- **ADEKLMNQST:** ***potior sit ea;*** **B:** ***dignior et potior est ea;*** **H:** ***sit potior quam ea;*** **O:** ***dignior est ea.*** – **Desiderantur variantes lectiones cod. I pro hac et seqq. lectt. primi libri.**

strationis negativae et ducentis ad impossibile. Si ergo accipiatur quod A in nullo B sit, et B sit in omni C, et concludatur A esse in nullo C, erit demonstratio negativa.

3. Deinde cum dicit: *Quae pero est ad impossibile* etc., manifestat quae sit demonstratio ducens * ad impossibile. Et dicit quod demonstratio ducens ad impossibile hoc modo se habet. Sit ita quod oporteat demonstrare quod A non sit in B? et * accipiamus oppositum eius quod probare volumus, scilicet *omne B est A*, et accipiatur * quod B sit in C per hanc propositionem, *omne aq. est β*. cx qujbus sequitur * conclusio, *omne C est A:* et sit ita quod notum sit et concessum * apud omnes quod hoc est impossibile £. Et ex hoc concludimus primam propositionem esse falsam, scilicet *omne B est A*. Et ita oportebit vel quod *nullum B sit A,* vel saltem quod *quoddam B non sit A*. Sed hoc tamen intelligendum est, quod sequitur *A non esse in B,* quando manifestum est *B esse in C:* quia si * manifestum esset hanc * esse falsam, *omne C est A,* et non esset manifestum 7 hanc esse veram, *omne C est B,* non esset per consequens manifestum hanc esse falsam, *omne B est A;* quia falsitas conclusionis * poterat procedere ex alterutra * praemissarum, ut ex supra * dictis patet.

4. Deinde cum dicit: *Termini quidem similiter* etc., concludit comparationem utriusque demonstrationis praemanifestatae. Et primo ostendit in quo conveniunt, quia in simili * ordinatione terminorum. Nam sicut in demonstratione negativa accipitur B medium inter A et C, ita in ea quae ducit ad impossibile. Secundo autem ostendit differentiam, quia differt in utraque demonstratione quae negativa propositio sit notior, utrum scilicet ista propositio *, *nullum B est A,* vel ista, *nullum C est A:* quia in demonstratione ducente ad impossibile accipitur ista propositio, *C non est A,* ut notior; quia cx hoc quod est *A non esse in C s,* ostenditur *A non esse in B,* unde haec *, *C non est A,* sumitur ut notior. Sed quando illa quae ponitur ut praemissa in syllogismo, accipitur ut notior ', tunc est demonstrativa, idest ostensiva demonstratio negativa.

5. Deinde cum dicit: *Natura autem prior est* etc., ostendit propositum hoc modo. Ista propositio, *B non est A,* est naturaliter prior quam ista propositio, *C non est A*. Et hoc * probat per hoc, quod praemissa, ex quibus infertur conclusio, sunt naturaliter priora conclusione. Sed in ordine * syllogismi, *C non est A* ponitur ut conclusio, sed *B non est A* ponitur ut id ex quo conclusio infertur; ergo *B non est A* est naturaliter prior.

6. Consequenter cum dicit: *Non enim si contingit* etc., removet quamdam obviationem. Posset enim aliquis dicere quod etiam ista negativa, *C non est A,* est id ex quo concluditur in demonstratione ad impossibile quod *B non est A*. Sed hoc excludit, dicens quod per hoc quod conclusio interimitur et ex eius interemptione interimitur aliquod praemissorum, non efficitur quod id quod prius ζ erat conclusio sit principium et e converso, simpliciter et secundum naturam, sed solum quoad aliquem *. Nam ista est habitudo conclusionis et principiorum, quod interempta conclusione, interimitur principium. Sed illud quidem est * sicut principium, ex quo syllogismus procedit, quod se habet ad conclusionem ut * totum ad partem; et conclusio se habet ad principium ut pars ad totum. Nam subiectum conclusionis negativae sumitur sub subiecto primae propositionis. Non autem ita se habent A C et A B propositiones ad invicem *, quod A C comparetur ad A B * ut totum ad partem. Non enim B A accipitur * sub C A, sed potius c converso. Unde relinquitur quod licet interempto C A, concludatur interemptio eius quod est B A *, naturaliter tamen C A est conclusio et B A est * principium; et per consequens *B non est A* est naturaliter notior * quam *C non est A*.

η. Et ex hoc sic argumentatur. Illa demonstratio est dignior, quae procedit ex notioribus * et prioribus. Sed demonstratio negativa * procedit ex notiori et priori * quam demonstratio ** ducens ad impossibile. Utraque enim facit scire per aliquam negativam propositionem; sed demonstratio * negativa procedit ad faciendam fidem ex hac propositione negativa, *B non est A,* quae est naturaliter prior; demonstratio autem ducens * ad impossibile procedit ad faciendum fidem ex hac propositione negativa, *C non est A,* quae est posterior * naturaliter. Relinquitur ergo quod demonstratio * negativa sit potior ea quae ducit ad impossibile. Sed affirmativa est potior negativa *, ut supra * ostensum ** est; ergo demonstratio affirmativa ostensiva est multo potior ea quae ducit ad impossibile.

'Duc. om.coda.,
'inumi-hcd0'l
•codd.'-r-.accipiamus.
' 0: sumitur,
t^comPrehen'
β
• o erron.: si non manifestum.
• 1 : hanc propositionem esse.
Ï
* Conclus, om. a.
* h l q : altera ; o p. m. om.
* Lect. xxvii, seqq. - o om. supra.
* o : similitudine, et om. ordin.; b om. simili.
* Prop. om. o.
0
V/dccom.codd., cxc. HO.
ε
• hoc om.L.
'H; ordinatione.
ζ
"aCOELNOQTet p. m. κ. - μ : secundum aliquem; f : aliquid.
' Est om. Λ.
* o: sicut, et ita infra.
' Ad invie, ex codd.
* Codd.. exc.OT.-r: ad B; r: BA.
* Codd. - p; accipit.
* Codd., exc. o: AB.
' Est om. L.
* o: prior.
* o : dignioribus.
* n ; dem. neg. ostensiva.
* o: ex dignioribus et notioribus et prioribus quam.
** Hem. om. 1.
* n : dem. ostensiva neg.
* Autem duc.ora. L.
*o: erron.: prior.
* n: ostensiva dem. negat.
* COEHKLNST : quam neg.
* Lect. praeced.
" 1 : positum.

β) *Quod hoc est impossibile* etc. – Addimus *hoc ex* codicibus.-C addit in margine superiori: *scilicet omne C est A*. Quae nota explicativa ad textum non pertinet.- O verba *et sit ita* omittit usque ad *est impossibile* inclusive. – Codd., exc. B: *Et ex hoc concludemus;* P om. *propositionem,* quod addimus ex codicibus. AELM, p. m. CDN et s. m. K erronee: *esse veram;* OT et s. m. C: *non esse veram;* Q corrup.: *esse Jirmam,* pro *esse falsam*. B: *Et ex hoc excluderemus propriam propos, esse veram*. – Retinemus *falsam* cum HS, p. m. K et s. m. DN.

γ) *Et non esset manifestum*. – Codd., exc. H. PH: *et si non esset* etc.; Q om. ei.-ABCDELMNOQST: *omne B* (M, *omne D*) *est C* (A, *est AC*), *non esset* etc. K p. m. legit cum A, sed corrigitur ut PH, et bene: nam manifestum est cx praecedentibus quod minor syllogismi, de qua agitur, non est *omne B est C,* sed *omne C est B*.

3) *Quod est A non esse in* C.-Codices (exc. H, qui hab. lacunam) unanimiter habent: *quod est impossibile,* et, exc. T et s. m. DK: *A non esse in C*. Quae duo qua ratione stare possint in casu non videtur. Accipitur propositio negativa, C *non est A,* ex qua infertur negativa, *B non est A;* at dicere, *est impossibile A non esse in C,* idem est aq. si diceretur: *necessarium est C esse A* (Cf. II *Perth.,* lect. x, n. 18), nempe habetur propositio affirmativa contra hypothesim. Ergo aut retinenda est lectio P, aut legendum cum T et s. m. DK: *est impossibile A esse in C*.

ε) *In syllogismo, accipitur ut notior;* – Codd. ABCEI.MNQST et p. m. DK: *in syllogismo, scilicet* (B et s. m. D, *idest) quae est* (B et p. m. A om. *est) praemissa, accipitur.* – De demonstratione ostensiva ac de demonstratione ducente ad impossibile cf. I *Priorum analytic.,* cap. xxix, et II, cap. xiv.

ζ) *Interimitur aliquod, praemissorum* etc.-HN: *interimitur aliqua praemissarum;* M: *aliquid praemissarum*.-P et codd.: *non efficitur quod prius;* at in C, ante *prius* recte apponitur in nota *id quod,* ut legatur sicut nos legimus, et sicut videtur revera legendum cx ipsa forma locutionis. Adde quod omissio praefata in codd. explicari facile potest ex recursu fere immediato eiusdem vocis *quod*.-O: *erat conclusio Jiat sicut principium;* T: *Jit principium*.

LECTIO QUADRAGESIMAPRIMA

DE COMPARATIONE SCIENTIAE AD SCIENTIAM SECUNDUM CERTITUDINEM, ET SECUNDUM UNITATEM ET PLURALITATEM

8la.il

Ἀκριβεστέρα δ' ἐπιστη'μη επιστήμη κα'ι προτέρα η τε του δτι καί διότι ἡ αὐτη, ἀλλα μη' χωρί του δτι τη του ὀιδτι, καί η' μη καθ' υποκειμένου τη καθ' υποκειμένου, οίον αριθμητικὴ' αρμονική , κα'ι ἡ ἐξ ἐλαττόνων τη ἐκ προσθέσεω , οίον γνωμετρία αριθμητική. Αέγω δ' ἐκ προσθέσεω , οίον μονά ουσία ἀθετο , στιγμή δε' ουσία θετό · ταυτην ἐκ προσθέσεω .

Μία δ' ἐπιστη'μη ἐστίν η ενό , γένου ,
δσα ἐκ τών πρώτων σύγκειται καί μέρη ἐστίν η πάθη του'των καθ' αὐτά.
Ἑτέρα δ' ἐπιστημη ἐστίν ἑτέρα , δσων αἱ ἀρχαί μητ' ἐκ τών αυτών μηθ' ἑτεραι ἐκ τών ετέρων.
Τοὐτου δέ σημεῖον, δταν εἰ τα αναπόδεικτα ἐλθη· δει γάρ αὐτά ἐν τω αὐτω γένει είναι τοϊ αποδεδειγμένο . Σημεῖον δέ καί τούτου, δταν τα δεικνύμενα δι' αυτών ἐν ταύτω γένει ὡσι καί συγγενή.
Πλείου δ' αποδείξει είναι του αὐτοῦ ἐγχωρεῖ οὐ μόνον ἐκ τη αὐτη συστοιχία λαμβάνοντι μη το συνεχέ μέσον, οίον τών Α Β τό Γ καί Δ καί Ζ, αλλά καί ἐξ ἑτέρα · οίον ε'στω τό Α μεταβάλλειν, τό δ' ἐφ' ω Δ κινεῖσθαι, το δέ Β ηδεσθαι, καί πάλιν τό Η ἡρεμίζεσθαι. 'Αληθέ ουν καί τό Δ του Β καί τό Α του Δ κατηγορεῖν ὁ γάρ ηδόμενο κινείται καί τό κινούμενον μεταβάλλει. Πάλιν τό Α του Η καί τό Η του Β ἀληθέ κατηγορεῖν πα γάρ ὁ ἡὁόμενο ηρεμίζεται καί ὁ ἡρεμιζόμενο μεταβάλλει. "Ωστε δῖ ετέρων μέσων καί ούκ ἐκ τη αὐτη συστοιχία ὁ συλλογισμό . Οὐ μην ὡστε μηδε'τερον κατά μηδετέρου λεγεσθαι τών μέσων ανάγκη γάρ τω αὐτω τινί ἀμφω ὑπάρχειν. 'Επισκέψασθαι δέ καί διά τών ἀλλων σχημάτων, ὁσαχὼ ἐνδέχεται τοῦ αὐτοῦ γενέσθαι συλλογισμόν.

*S7bl^*

* Cap. xxvn. Text. 42.

* Certior autem scientia est et prior quaecunque ipsius quia et propter quid eadem est; sed non est ipsius quia extra eam quae est propter quid: et quae non est de subiecto, illa quae est de subiecto, ut arithmetica harmonica: et quae est ex minoribus, ea quae est ex appositione, ut arithmetica geometria. Dico autem ex minoribus, eam quae non est ex additione; ut unitas substantia est sine positione, punctum autem substantia posita; hoc autem est ex appositione.

27* 3

* Cap. xxvui. Text. 43.

* Una autem scientia est, quae est unius generis: quaecunque ex primis componuntur; et partes aut passiones eorum sunt per se.
Altera autem scientia est ab altera, quarumcunque principia neque ex eisdem neque ex alterutris sunt.
Huiusmodi autem signum est cum in indemonstrabilia veniant; oportet enim ipsa in eodem genere esse his quae demonstrantur. Signum autem huius est, quando demonstrabilia per ipsa in eodem genere sunt et congenea.

* Cap. xxix. Seq. text. 43.

* Plures autem demonstrationes esse eiusdem possibile: et non solum ex eodem ordine accipienti, sumendo non continuum medium, ut eorum quae sunt AB, C et D; sed et ex altero, ut sit A transmutari, in quo autem D moveri, sed B laetari, et iterum E quiescere. Verum igitur est et D de B, et A de D praedicari: laetans enim movetur, et quod movetur transmutatur. Iterum A de E, et E de B verum est praedicari: omnis enim laetans quiescit, et quiescens transmutatur. Quare per altera media et non ex eodem ordine syllogismus est. Quare et neutrum de neutro dici contingit mediorum: necesse est enim eidem alicui utraque inesse. Intendere autem est per alias figuras quot modis contingit eiusdem fieri syllogismum.

Synopsis. — 1. Argumentum et divisio textus. – 2. Prima pars lectionis. – Tres modi quibus una scientia est altera certior. Primus modus: Scientia quae facit cognoscere tum *quia* tum *propter quid* rei, est prior et certior illa quae solum facit cognoscere *quia,* separatim ab ea quae cognoscit *propter quid.* – 3. Secundus modus: Scientia quae non est de *subiecto,* est certior illa quae est de *subiecto,* hoc est de materia sensibili. – 4. Tertius modus: Scientia quae est ex paucioribus, prior et certior est illa quae se habet ex additione ad ea- quae sunt alterius scientiae. – 5. Corollarium: Ergo scientia quae est de causa, prior et certior est illa quae est de effectu (1us modus); et (2US et 3US modus) scientia quae est de forma, prior et certior est illa quae est de materia; nam forma est principium cognoscendi materiam. – De duplici materia, sensibili et intelligibili.– 6. Altera pars lectionis: de unitate et diversitate scientiarum. – Textus divisiones. – 7. Scientia dicitur una ex hoc quod est unius generis subiecti scibilis, circa quod versatur, et quod est finis sive terminus eius. Ideoque ex universaliori unitate generis subiecti est etiam universalior una scientia quam alia. – 8. Genera subiecta, de quibus possunt esse scientiae per ea quae sunt priora simpliciter, sunt composita secundum se ex aliquibus prioribus: quae vero cognoscuntur per priora quoad nos, etsi in seipsis sint simplicia, componuntur ex prioribus quoad nos. – 9. Praeterea sunt partes aut passiones per se subiecti, ex quo infertur conclusio scientifica. – 1o. Thesis: Quamvis ad unitatem scientiae utrumque requiratur, tum unitas principiorum tum unitas subiecti scibilis, ad diversitatem tamen scientiarum sufficit diversitas principiorum. – 11. Ratio est, quia principia sunt ratio formalis scibilis; ergo si diversa sit ratio principiorum, diversa erit ratio ipsius scibilis, et scientiae cuius scibile est finis. – 12. Neque tamen unitas principiorum quorumcunque sufficit ad unitatem scientiarum; sed requiritur unitas *primorum* principiorum in aliquo genere scibili. Genera autem scibilium secundum diversos modos cognoscibilitatis distinguuntur. – 13. Porro tunc prima principia sunt unius generis, quando in eodem genere sunt ea quae per principia illa demonstrantur. – 14. Una conclusio potest per diversa media demonstrari: quae aut sunt coordinata; – 15. Aut non sunt coordinata. – 16. Quando media sunt coordinata, possunt pertinere ad eamdem scientiam: secus si non sint coordinata.

ostquam Philosophus comparavit demonstrationes ad invicem, hic agit de comparatione scientiae, quae est demonstrationis effectus. Et dividitur in duas partes: in prima parte comparat scientiam ad scientiam *; in secunda, comparat scientiam ad alios modos cognoscendi; ibi: *Scibile autem et scientia differunt* * etc. Circa primum duo facit: primo, comparat scientiam ad scientiam secundum certitudinem; secundo, secundum unitatem et pluralitatem; ibi: *Una scientia autem* * etc.

Lect. XLiv.

Num. 6.

* *Ad scient,* om. λ p. m., et ita infra cum m.

2. Circa primum ponit tres modos, quibus una

scientia est alia certior. Primum modum ponit fiicens, quod illa scientia* est prior et certior quam alia, quae scilicet eadem facit cognoscere et * *quia* et *propter quid.* Non autem est illa certior, quae est cognoscitiva solum ipsius *quia,* separatim ab ea quae cognoscit *propter quid:* haec enim est* dispositio scientiae subalternantis ad subalternatam, ut supra * dictum est: nam scientia subalternata separatim scit *quia,* nesciens *propter quid.* Sicut chirurgicus * scit quod vulnera circularia tardius curantur ", non autem scit *propter quid.* Sed huiusmodi cognitio pertinet ad geometram, qui considerat rationem circuli, zsecundum quam * partes eius non appropinquant sibi per modum anguli, ex qua propinquitate contingit quod vulnera triangularia * citius sanantur.

3. Secundum modum ponit dicens, quod illa scientia, quae non est de subiecto, est certior illa quae est de subiecto. Et accipitur hic *subiectum* pro materia sensibili ", quia, ut Philosophus docet *n *Physicorum *,* quaedam scientiae sunt pure mathematicae, quae omnino abstrahunt secundum rationem a materia sensibili, ut geometria ct arithmetica: quaedam autem scientiae sunt mediae, quae scilicet principia mathematica applicant ad materiam sensibilem, sicut perspectiva applicat principia geometriae ad lineam visualem, et harmonica, idest musica, applicat principia arithmeticae ad sonos sensibiles. Unde hic dicit quod arithmetica est certior quam musica et prior: prior quidem, quia musica utitur principiis eius ad aliud; certior autem, quia incertitudo causatur^ propter transmutabilitatem materiae sensibilis; unde quanto magis acceditur ad eam, tanto * scientia est minus certa.

4. Tertium modum ponit dicens, quod scien- ⌐l'a* Qttae est ex paucioribus, est prior ct certior ea quae est *ex appositione,* idest quam illa quae se habet cx additione *. Et ponit exemplum. Sicut geometria est posterior et minus certa quam arith- mctica: habent enim se ea de quibus est geometria, ex additione* ad ea dc quibus est arithmetica. Et hoc quidem planum est videre secundum positiones platonicas 7, secundum quas hic Aristoteles exponit, utens eis ad propositum ostendendum; sicut frequenter in libris Logicae utitur opinionibus aliorum philosophorum ad propositum manifestandum per viam * exempli. Posuit autem Plato quod unum est substantia rei cuiuslibet; quia non distinguebat inter unum quod convertitur cum ente, quod significat substantiam rei, et unum * quod est principium numeri, quod considerat arithmeticus. Hoc ergo * unum, secundum quod recipit additionem positionis in continuo, accipit rationem puncti. Unde dicebat * quod unum est substantia non habens positionem. Punctum autem est * substantia habens positionem: ct sic punctum supra unitatem addit positionem. Et sicut ex uno causantur omnes numeri non habentes positionem; ita expuncto, secundum platonicos s, causantur omnes quantitates continuae. Nam punctus motus facit lineam; linea mota facit superficiem; superficies mota facit corpus. Et secundum hoc quantitates continuae, de quibus est geometria, se habent ex appositione ad numeros, de quibus est arithmetica. Unde platonici posuerunt numeros esse formas magnitudinum, dicentes formam puncti esse unitatem; formam autem lineae esse binarium, propter duo extrema; formam autem superficiei esse ternarium, propter primam superficiem triangularem, scilicet quae tribus angulis terminatur: formam autem corporis ponebant quaternarium, propter hoc quod prima figura corporea est pyramis triangularis, quae* quatuor angulos corporales habet, unum scilicet * in conum et tres in basim.

5. Et secundum hoc · patet quod comparatio certitudinis scientiarum accipitur hic secundum duo. Nam primus modus accipitur secundum quod causa est prior ct certior suo effectu. Alii autem duo modi accipiuntur secundum quod forma est certior materia, utpote quia forma est principium cognoscendi materiam. – Est autem duplex materia, ut dicitur in VII *Metaphysicae*:*

a) 7>o *materia sensibili* etc.-M: *pro materia subiecti scibilis;* N: *pro materia subiectibili.*- Codd. om. *quia,* sed in marg. C additur *nam;* AO: *ut enim Philosoph.;* H: *ct docet Philos.* B om. verba, *ut Philosophus,* usque ad *materia sensibili* inclusive; quae omissio et oscitantiam prodit amanuensis, et sententiam s. Thomae prorsus inintelligibilem reddit.

β) *Quia incertitudo causatur* etc.-LMST et p. m. ACDKN: *quia certitudo;* sed *certitudo* hoc loco est error, qui recte in hisce posterioribus codd. corrigitur. E: *quia ibi certitudo;* sed *ibi* scripsit amanuensis imperitus pro *in.* -BO: *causatur propter transmutationem;* AC DEKLMNQST: *propter transmutabilitatem.* P: *per transmutationem.*

γ) *Et hoc quidem planum est videre* etc. – Addimus *videre* ex codd. AO et s. m. D, quorum lectionem praebere videntur etiam EHKLMN ' ST ct p. m. C: *planum est unde secundum* etc. *Unde* hoc loco extra propositum ponitur, et videtur esse corruptio τον *videre* codd. AO. Id certe visum est lectori cod. D, in quo *unde* corrigitur in *videre.*-HM: *positiones platonicas, quas;* et cum ABCDEKLNST om. *Aristoteles.* – Item M s. m.: *hic ponit;* D s. m: *secundum quas hic exempla ponit;* A: *exponit rationes cius ad propositum manifestandum;* BCDEHKL MNOST om. tum *ostend.,* tum *manifest.* – Q: *Et hoc quidem planum. Unde secundae propositiones propositas ibi exponitur Utera utamur eis ad propositum. Sicut* etc. Lectio prorsus absurda. – Planior videtur lectio Piana et retinenda: non positiones platonicas hic exponit Aristoteles, sed secundum positiones platonicas per viam exempli suam explicat doctrinam.

3) *Secundum platonicos.* – Haec verba ed. Pianae et codd. desunt in B, sed retinenda sunt ad orationis perspicuitatem, ne absolute accipiantur quae solummodo dicuntur cx platonicorum sententia; quae recitatur, sed minime approbatur. T: *secundum platonicorum opinionem,* et cum *platonicorum* habeant etiam plures codd., το *opinionem* cod. T videtur primo additum fuisse in margine, et inde migrasse in textum. Retinemus P cum aliis codd. prima vel secunda manu.

ε) *Et secundum hoc patet.* – Codd. LM: *Et* (M om. *Et*) *cx hoc patet,*– Infra O om. *hic.* – Deinde K om. *ct certior, sed* non bene; codd., exc. M, om. *suo* ante *effectu.*

ζ) *Est autem duplex materia etc.* – Haec comparanda sunt cum iis quae ipsemet s. Thomas alibi de hac ipsa re docet, praesertim P. I, qu. lxxxv, artic. t, ad 2.: « Materia, *inquit,* est duplex, scilicet *communis* » et *signata* vel *individualis.* Communis quidem ut *caro* ct *os;* indi- » vidualis autem ut *hae carnes* ct *haec ossa.* Intellectus igitur abstrahit » *speciem* rei naturalis a materia sensibili *individuali,* non autem a ma- » teria sensibili *communi.* Sicut *speciem* hominis abstrahit ab his car- » nibus et his ossibus, quae non sunt de ratione speciei, sed partes in- » dividui, ut dicitur in VII *Metaphys.;* et ideo sine eis *(nempe partibus* » *individui, species hominis)* considerari potest. Sed species hominis » non potest abstrahi per intellectum a carnibus ct ossibus *(quia car-* » *nes et ossa, seu corpus organicum est de essentia speciei humanae).* » Species autem mathematicae possunt abstrahi per intellectum a ma- » teria sensibili non solum individuali *(quae est pars essentiae compo-* » *sitae substantiae individuae),* sed etiam communi *(quae est pars es-* » *sentiae compositae substantiae specificae);* non tamen a materia in- » telligibili communi, sed solum individuali. Materia enim sensibilis » dicitur materia corporalis *secundum quod subiacet qualitatibus sen-* » *sibilibus,* scilicet calido et frigido, duro et molli, ct huiusmodi. Mate- » ria vero intclligibilis dicitur substantia *secundum quod subiacet quan-* » *titati.* Manifestum est autem quod quantitas prius inest substantiae

una quidem sensibilis, secundum quam accipitur secundus modus *; alia vero intelligibilis, scilicet ipsa continuitas, et secundum hanc accipitur tertius modus. Et quamvis hic tertius modus expositus sit secundum opinionem Platonis, tamen etiam secundum opinionem Aristotelis punctus se habet ex additione ad unitatem. Nam punctum * est quoddam unum * indivisibile in continuo, abstrahens secundum rationem a materia sensibili; unum autem abstrahit et a materia sensibili et ab * intelligibili.

6. Deinde cum dicit: *Una autem scientia est* etc., comparat scientias ad invicem secundum unitatem et diversitatem. Et circa hoc duo facit: primo enim ostendit unitatem · et diversitatem esse in scientiis et* secundum subiectum et principia *; secundo, prosequitur et de subiectis et de * principus; ibi: *Eius autem quod est a fortuna* etc. Circa primum duo facit: primo, ostendit quid faciat ad -unitatem vel * diversitatem scientiae; secundo, ostendit quoddam necessarium ad cognoscendum quid faciat ad * pluralitatem scientiarum; ibi: *'Plures autem demonstrationes** etc. Circa primum duo facit: primo, ostendit quid faciat" unitatem scientiae; secundo, quid faciat scientiarum diversitatem; ibi: *Altera autem scientia* * etc. Circa primum duo facit: primo enim ponit * quod unitas scientiae consideratur ex unitate generis subiecti; secundo, ostendit quale sit 8enus? Qu°d potest* esse subiectum scientiae; ibi: *Quaecunque ex primis* * etc.

7. Dicit ergo primo quod scientia dicitur una, ex hoc quod est unius generis subiecti * Cuius ratio est, quia processus scientiae cuiuslïbet est quasi quidam motus rationis. Cuiuslibet * autem motus unitas ex termino principaliter consideratur, ut patet in V *Physicorum* *, et ideo oportet ϑ quod unitas scientiae consideretur ex fine sive ex termino scientiae. Est autem cuiuslibet scientiae finis sive terminus, genus * circa quod est scientia: quia in speculativis scientiis nihil aliud quaeritur quam cognitio generis subiecti; in praeficis autem scientiis intenditur quasi finis ‘ constructio ipsius subiecti. Sicut in geometria intenditur quasi finis cognitio magnitudinis, quae est subiectum geometriae; in scientia autem aedificativa intenditur quasi finis constructio * domus, quae est huiusmodi artis subiectum. Unde relinquitur quod cuiuslibet scientiae unitas secundum unitatem subiecti est attendenda. Sed sicut unius generis subiecti unitas est communior quam alterius, ut puta entis sive substantiae * quam corporis mobilis, ita etiam * una scientia communior est quam alia. Sicut metaphysica, quae est de ente sive de substantia, communior est quam physica, quae est de corpore mobili.

8. Deinde cum dicit: *Quaecunque ex primis* etc., ostendit qualia sunt illa genera, de quibus possunt esse scientiae, et ponit duas conditiones*. Quarum unam ponit dicens: *Quaecunqiie ex primis componuntur:* ista scilicet sunt quorum unius generis una scientia est. Ad cuius evidentiam considerandum est quod, sicut iam dictum est * progressus scientiae consistit in quodam motu rationis discurrentis ab uno in aliud: omnis autem motus a principio quodam procedit et ad aliquid terminatur; unde oportet quod in progressu scientiae ratio procedat ex aliquibus principiis primis. Si qua ergo res est, quae non habeat principia priora, ex quibus ratio procedere possit, horum non potest esse scientia *, secundum quod scientia hic accipitur, prout est demonstrationis effectus *. Unde scientiae speculativae non sunt de ipsis essentiis substantiarum separatarum *. Non enim per scientias demonstrativas possumus scire *quod quid est* in * eis; quia ipsae essentiae harum substantiarum sunt*intelligibiles per seipsas ab intellectu ad hoc proportionate; non autem congregatur earum notitia, qua cognoscitur *quod quid est* ipsarum, per aliqua priora. Sed per scientias speculativas potest sciri de eis an sint x, et quid non sunt *, et aliquid secundum similitudinem

* a j *sec. scilicet*
• a o q: *punctus,* ’ oom. *unum,*
’ o; *et materia* tnt.; c q et p. m. b om. *ab.*
• *Et* om. codd.
•codd.-p:/,™.
*/)eom. a l.
’ Lect. seq.
’ ABCDEKLNST. -
• codd.,exc.m t,
• Num. 14.
η
ı Num. ω.
*Q: *proponitur;* Jo«z7ℂ.° ’’F’°’ À»?cf’ÛP8r°’
* Num. cit.
•cf.iect.xv, not. β. - *Subiectiom.* codd., cxc. e m;
-Vmnt Vck/us- *lusi: au* °m’cu’ •cajj-tv.-comm. séqq.’ Θ’ ’
* h: *genus subie-*
‘
‘ b: *cognitio;* h *fn.'constr.' 9U'*
subst.om.
' Etiam ex c o m.
'Codd.-p: *condit. sive ratio-*
"Sm.mtc.. veritate, qu. xv,
* o: *non est scientia.*
· cf. iect. vn,
" cf. iect. xxx,
n’7’et n°·’η’
’ *in* om. ı.
O.subst.separatarum sunt.
x
‘ 0: *sint.*

» quatn qualitates sensibiles. Unde quantitates (ut numeri et dimensiones » et figurae, quae sunt terminationes quantitatum) possunt considerari » absque qualitatibus sensibilibus, quod est eas abstrahi a materia sen- » sibili: non tamen possunt considerari sine intellectu substantiae quan- ti titati subiectae, quod esset eas abstrahi a materia intelligibili com- » muni. Possunt tamen considerari sine hac vel illa substantia, quod » est eas abstrahi a materia intelligibili individual!. Quaedam vero sunt » quae possunt abstrahi etiam a materia intelligibili communi, sicut *ens,* t) *unum, potentia* et *actus,* et alia huiusmodi; quae etiam esse possunt » absque omni materia, ut patet in substantiis immaterialibus. Et quia » Plato non consideravit quod dictum est de duplici modo abstractionis, » omnia quae diximus abstrahi per intellectum, posuit abstracta esse » secundum rem. »

Hanc s. Thomae doctrinam refero, non solum quia declarat ea quae hoc loco dicuntur de materia sensibili et intelligibili, sed etiam quia postillator anonymus cod. B hanc notam subnectit: « In prima » parte Summae, quaestione illa qua quaeritur utrum intellectus noster » intelligat res corporeas per abstractionem a phantasmatibus, necat ipse » *(s. Thomas)* materiam intelligibilem et substantiam compositam po- » tentialem, a qua fluit quantitas et species eius. Quare considera » (fol. 23 verso). Videtur ergo postillatori esse oppositionem inter ea quae hic a s. Thoma dicuntur de materia intelligibili, et ea quae dc eadem materia idem s. Doctor docet loc. cit. *Summae.* At haec oppositio nulla est, ut lector ex comparatione per seipsum facile intelligit: sicut enim hoc loco materiam intelligibilem posuit, itâ et in *Summa* eamdem materiam affirmat atque naturam eius declarat. Unde mirabilis videtur postillatoris hallucinatio. Lectione item tx sequentis libri *Posteriorum,* n. 5, s. Thomas eamdem sententiam enunciat, et nihil postillator notat.

η) *Quid faciat unitatem* etc.-Ita cum codd. legimus hic et infra, sed posita Piana, *quid faciat ad unitatem scientiae...faciat ad scientiarum.* – H prima vice stat cum aliis codd.; secunda autem: *secundo, quid pluralitatem; ibi* etc.

0) *Et ideo oportet* etc. – Codd. CEKLMT et p. m. NS non recte: *et ideo tenet;* D p. m. omittit *et ideo* usque ad *consideretur* inclusive; Q: *et ideo unitas scientiae consideratur.*

t) *Intenditur quasi finis* etc. – H mendose om. *intenditur quasi finis.* – ABH: *cognitio ipsius;* Q et s. m. D: *conclusio;* E et p. m. DS: *confictio* (forte corrupte pro *confectio;* sicut T corrupte ponit *constrictio* pro *constructio*); at in S s.m. et D tcrt.m. corrigitur in *constructio,* quae est vera lectio, ut patet ex his quae immediate dicuntur de *scientia aedificativa.* Qua de causa erroneae sunt lectiones, *cognitio* et *conclusio.* Scientia enim speculativa solo fine differt a scientia practica (Cf. lect.xxxvi, not. o), quatenus scilicet finis scientiae speculativae est cognitio obiecti, finis autem scientiae practicae est opus.

x) *Potest sciri de eis an sint* etc.-Perspicua haec s. Thomae sententia ita perturbate datur a codicibus, ut vix aut ne vix quidem in aliquibus sit intelligibilis.-A: *an sint, an (an,* p. manu deleto, add. sec. m.) *non sint, et aliquid secundum* etc.; B: *an sunt aliquid vel non sunt, et aliquid* etc.; C: *an sint aliquid* (marg. add. *et quod) non sunt, et (et* expung.) *aliquid secundum* etc.; D: *an sint aliquid* (marg. add. *et quid) non sunt, et aliquid (et aliquid* expung.) *secundum* etc.; E: *an sint aliquid eorum quae non sunt, et aliquid secundum multitudinem in rebus* etc.; H: *an sint aliquid aut non et aliquid* etc. K; *an sint aliquid* (marg. add. *aut quod) non sunt et* (marg. add. *ad,* forte *aliud?) aliquid;* L: *an sint aliquid non sunt et aliquid* etc. M: *an sint aliquid secundum* etc.; N: *an sint aliquid* (marg. add., *an) non sunt, secundum* etc.; Q: *an sint aliquid, nam sunt et aliquid secundum* etc.; S p. m.: *an sint, quid non sunt, aliquid secundum* etc.;

in rebus inferioribus inventam. Et tunc utimur posterioribus ut prioribus * ad earum cognitionem; quia quae sunt posteriora secundum naturam, sunt priora et notiora quoad nos. Et sic patet quod illa, de quibus habetur scientia per ea quae sunt priora simpliciter, sunt composita secundum se ex aliquibus prioribus. Quaecunque vero * cognoscuntur per posteriora, quae sunt prima quoad nos, etsi in seipsis sint simplicia, secundum tamen quod in nostra * cognitione accipiuntur, componuntur ex aliquibus primis quoad nos.

ribu°m 'ulfri0'

•o·. igitur.

* codd. - r: a

g. Secundam conditionem ponit cum dicit: *Et partes aut passiones eorum sunt per se;* ubi considerandum est quod subiectum alicuius scientiae duplices partes habere potest, scilicet partes ex quibus componitur sicut ex primis, ut dictum est *, idest ipsa principia subiecti, et partes subiectivas. Et quamvis de utrisque partibus possit intelligi quod hic dicitur, tamen magis videtur esse intelligendum de primo genere partium. In qualibet enim scientia sunt quaedam principia subiecti, de quibus est prima consideratio; sicut in scientia naturali de materia et forma, et in grammatica de literis. Est etiam in qualibet scientia aliquid ultimum, ad quod terminatur consideratio scientiae, ut scilicet passiones subiecti manifestentur. Sed utrumque horum, scilicet et primae partes λ et passiones, possunt alicui attribui et per se et non per se. Nam ea quae sunt per se* principia *et* passiones trianguli, non sunt per se principia et passiones isoscelis, in quantum isosceles est, sed in quantum triangulus *. Nec etiam sunt per se principia et passiones acris * et albi, quamvis contingat aliquod aes triangulum" esse, vel aliquod album. Unde si qua scientia esset, quae ex principiis trianguli manifestaret passiones trianguli, huiusmodi scientiae subiectum * non esset isosceles, neque album aut aes, sed triangulus; cuius etiam per se subicctivae partes sunt isosceles, aequilaterus et gradatus. Sed pro tanto dixi de his partibus hic ad praesens non ita convenienter accipi, quia magis accipere possumus documentum qualiter scientia se habeat ad huiusmodi partes subiectivas, ex eo quod se habet aliqualiter ad totum genus, quam e converso.

• Num. praec.

λ

‹ *per se* non recte oin. BCDEKQT et p. m. s.

* Cf. lect. xt.

* e om. *aeris.*

p.

* Pro cod. c cf. Icct.xxxvgnot.r.

10. Deinde cum dicit: *Altera autem scientia* etc., ostendit rationem diversitatis scientiarum. Et prLmo, ponit hanc rationem; secundo,manifestat eam; ibi: *Huiusmodi autem signum* * etc. Est autem ** considerandum * circa primum, quod cum rationem unitatis scientiae acceperit ex unitate generis subiecti, rationem diversitatis scientiarum non accipit ex diversitate subiecti, sed ex diversitate principiorum. Dicit enim quod una scientia est altera ab alia, quarum principia sunt diversa; ita quod nec ambarum scientiarum principia procedant ex* aliquibus principiis prioribus, nec principia unius scientiae procedant ex principiis alterius *; quia sive procederent * ex eisdem principiis, sive alia ex aliis, non esset diversa scientia.

* Num. 13.
**Codd.-p: *ergo.*
* o: *sciendum.*

' Codd.: *ab.;* B p. m. hab. lac.

‘ c et s. m. λ: *alt. scientiae;* c: *quia si.proc.-s* p.m.om. *ex principiis... procederent.*

' Codd.- r ct s.m. λ: *procedant.*

11. Ad huius ergo evidentiam sciendum est, quod materialis diversitas obiecti non diversificat habitum, sed solum formalis. Cum ergo scibile sit proprium obiectum scientiae, non diversificabuntur * scientiae secundum diversitatem materialem scibilium, sed secundum diversitatem eorum formalem. Sicut autem formalis ratio visibilis sumitur ex lumine, per quod color videtur, ita formalis ratio scibilis accipitur secundum principia, ex quibus aliquid scitur. Et ideo quantumcunque sint aliqua diversa scibilia secundum * suam naturam *, dummodo per eadem principia sciantur *, pertinent ad unam scientiam; quia non erunt iam diversa in quantum sunt scibilia. Sunt enim per sua principia scibilia. Sicut patet quod voces humanae multum differunt secundum suam naturam a sonis inanimatorum corporum; sed tamen *, quia secundum eadem principia attenditur consonantia in vocibus humanis et sonis inanimatorum corporum, eadem est scientia musicae, quae de utrisque * considerat. Si vero aliqua sint eadem secundum naturam, et tamen per diversa principia considerentur, manifestum est quod ad diversas scientias pertinent. Sicut corpus mathematicum non est separatum subiecto a corpore naturali; quia tamen corpus mathematicum cognoscitur per principia quantitatis, corpus autem naturale per principia motus, non est eadem scientia geometria * ct naturalis. Patet ergo quod ad diversificandum scientias sufficit diversitas principiorum, quam comitatur * diversitas generis scibilis. Ad hoc autem quod sit una scientia simpliciter utrumque requiritur et unitas subiecti et unitas * principiorum. Et ideo de unitate subiectiξ supra fecit mentionem, cum dixit, *quae est unius generis**; de principiis autem, cum dixit, *quaecunque cx primis* * etc.

‘ s: *diversificantur.*

* Codd., exc. u-p1: *per.* "d h q: *materiam.*

‘ Q: *sumantur;* L. om.

* *Tamen* cx codd. - h om. *quia;* m: *quod.*

* 1: *utroque.*

• Codd. - p: *geometriae.*

ν

• *Unitas* cx codd.

Ç

* Num. 7.

• Num. 8.

ο

12. Sed ulterius considerandum est quod secunda principia virtutem sortiuntur ° a primis. Unde requiritur diversitas primorum principiorum ad diversitatem scientiarum. Quod quidem non erit *, si vel diversorum principia ex eisdem prin-

• Codd., cxc. 0. - p; *esset.*

s. m. ut cod. M; T p. m.: *an fuit aliquid non sunt et aliquid secundum* **etc.; s. m.:** *an fuit aliquid secundum* **etc.**

λ) *Scilicet ct primae partes.* **– Codd., exc. O, habent hanc lectionem, quam adoptamus loco P:** *scilicet ct proprietates.* **Proprietates enim sunt** *passiones* **ipsius subiecti; unde bis idem ponit Piana. Deinde supra mentio facta est dc partibus ex quibus subiectum alicuius scientiae componitur sicut ex primis, et de passionibus subiecti; ergo cum dicitur** *utrumque,* **partes et passiones designantur (Cf. Caietan. in 1** *Poster.,* **Cap. xxtt, §** *Circa illam particulam secundae conclusionis* **etc., fol. 69, coi. 3.)-O:** *ct propriae partes.*

p.) *Aliquod aes triangulum* **etc.– A:** *aliquod esse triangulatum,* **et expung.** *vel aliquod album;* **cuius loco margini additur,** *esse aere vel a"* **(album.' alium?); B:** *aliquod aes esse triangulum, vel* **(marg.,** *aliquod) album;* **CEST: (C add.** *aes) aliquod esse triangulum;* **D:** *aliquod* **(marg.** *aes) triangulum esse;* **HL:** *esse aliquid triangulatum;* **KN:** *aliquod* **(K add.** *aes) esse triangularium;* **M:** *esse aliquid triangularium (triangulatum?);* **O:** *aliquid aes esse triangulatum, vel aliquid album;* **Q:** *aliquem triangulum aeneum esse.* **Conservamus lectionem Pianam.**

ν) *Quam comitatur.* **–** *Quam* **habent codd., exc. NQ.-PN:** *quae comitatur;* **B erronee:** *quam communicat;* **item E:** *quam communicare;* **DGLMST:** *quam concomitatur;* **K erronee:** *quam coordinatur;* **O:** *quam comitat.* **Q omittit oscitanter verba,** *quam comitatur diversitas generis scibilis.*

Ç) *Et ideo de unitate subiecti* **etc.-L non recte om.** *ideo;* **B:** *Et ideo cum de* **etc.; O:** *de unitate subiecti simpliciter supra* **etc.; A:** *supra fecerat.*

0) *Virtutem sortiuntur* **etc. – BN et p. m. K:** *veritatem;* **M om.-A:** *virtutem consequuntur.* **– GK:** *Unde sequitur diversitas* **etc.**

cipiis fluant *, sicut principia trianguli et quadrati derivantur * ex principiis figurae; vel principia unius deriventur * ex principiis alterius, sicut principia isosceli̇s dependent a principiis trianguli. Nec tamen intelligendum est quod sufficiat ad unitatem scientiae unitas principiorum primorum simpliciter, sed unitas principiorum primorum in aliquo gencre scibili *. Distinguuntur autem genera scibilium secundum diversum modum cognoscendi. Sicut alio modo cognoscuntur ea quae definiuntur cum materia, et ea quae definiuntur*sine materia. Unde aliud genus scibilium est corpus naturale et corpus mathematicum. Unde sunt diversa prima principia utriusque generis, et per consequens diversae scientiae. Et utrumque horum generum distinguitur * in diversas species scibilium, secundum diversos modos et rationes cognoscibilitatis.

13. Deinde cum dicit: *Huiusmodi autem signum est* etc., manifestat positam * rationem. Et dicit quod signum huius est, quod scientiae sint* alterae secundum principia, cum perveniatur resolvendo ad * principia prima, quae sunt indemonstrabilia, quae oportet esse eiusdem generis cum his quae demonstrantur; quia, sicut supra ostensum est *, non contingit ex alio genere procedentem demonstrare. Ad hoc autem quod principia indemonstrabilia π sint unius generis, accipitur ut signum, cum ea quae demonstrantur per ipsa, sint in eodem genere et congenea, idest connaturalia vel proxima secundum genus sibi ipsis*; huiusmodi enim habent eadem principia. Et sic patet quod unitas generis scibilis, in quantum est scibile, ex quo accipiebatur unitas scientiae, et unitas principiorum, secundum quae accipiebatur scientiae diversitas, sibi mutuo correspondent.

14. Deinde cum dicit: *Plures autem demonstrationes* etc., ostendit quomodo una conclusio per plura principia demonstrari potest. Et hoc quidem contingit dupliciter. Uno quidem modo, quando ponuntur plura * media in eadem coordinatione, et in una demonstratione accipitur unum illorum mediorum, et in alia demonstratione accipitur * aliud ad eamdem * conclusionem: et sic oportet quod accipiatur medium non continuum; ut * si sint * juo extrema A B, ut puta *habere tres* et *isosceles,* et sint eorum duo * media coordinate, scilicet D et C f, ut puta *triangulus* et *figura talis,* Possct * ergo demonstrari A de B duabus demonstrabonibus, in quarum una accipietur * pro medio C, et in alia D, et * in neutra accipietur medium continuum extremis, quia in una accipietur medium continuum * uni extremo et discontinuum ab altero; in * alia vero c converso.

15. Alio modo hoc contingit, quando accipiuntur diversa media ex diversa coordinatione, ut puta si A, quod est maior extremitas, sit *transmutari,* et B, quod est minor extremitas, sit *delectari,* et accipiantur diversa media non existentia sub invicem, scilicet E, quod est *quiescere* *, et D, quod est *moveri.* Secundum hoc enim * eadem conclusio potest concludi per diversa media non unius ordinis; et erit una demonstratio talis: *Omne quod quiescit transmutatur,* quia eiusdem est transmutari et quiescere; *omne * quod delectatur quiescit,* quia quies in bono desiderato* causât delectationem; *ergo omne quod delectatur transmutatur.* - Alia demonstratio.erit *: *Omne quod movetur transmittatur; omne quod delectatur movetur,* quia delectatio est quidam motus appetitivae potentiae; *ergo omne quod delectatur transmutatur.* Vel quod dicit °, *Omne quod delectatur movetur,* est secundum opinionem Platonis *, et habet locum in delectationibus sensibilibus, quae sunt cum motu. Aliud * quod dicit, *Omne quod delectatur quiescit,* est verum secundum opinionem Aristotelis *, ut patet in VII et X *Ethicorum* *. Et hoc praecipue venficatur in delectationibus intelhgibilibus T.

16. Deinde * dicit quod, sicut hoc ostensum est in prima figura, ita etiam * potest in alus figuris de facili considerari, quod * eadem conclusio diversis mediis potest syllogizari,- Inducit autem hoc Philosophus ad ostendendum quod diversum medium demonstrationis quandoque pertinet ad eamdem scientiam, puta cum est ex eadem coordinatione*; quandoque autem ad diversas scientias, puta quando est ex alia coordinatione. Sicut * terram esse rotundam per * aliud medium demonstrat astrologus, scilicet per. eclipsim solis et lunae , et per aliud naturalis, scilicet per motum gravium ad centrum, ut dicitur in II * *Physicorum* “.

π) *Principia indemonstrabilia* etc. – CEGKNQT et p. m. DS legunt *demonstrabilia;* sed est error, ut quisque per se videt; unde in DS corrigitur in *indemonstrabilia.* – Item ΛO non recte: *accipiuntur ut signum,*– ABCDEHNST: *sunt in eodem genere;* I.: *idest essentialia vel;O: idest generalia;* Q: *idest convertibilia:* sed erronee.

ρ) *Scilicet D et* C. – CDEOQST: *scilicet C et D;* KLMN: *scilicet D et* C. – P om. particulam *et.*

σ) *Vel quod dicit* etc. – Ex iis quae postea dicuntur, *Aliud quod dicit* etc., melior videtur lectio cod. B: ÂÏ *primum quod dicit.* -Alii codices habent lectionem P: *Vel quod dicit:* quae minus placet.

τ) *In delectationibus intelligibilibus.* – Ante verba Ἐπ'.σχίψαιOχι etc., quae a s. Thoma in sequenti numero exponuntur, Aristoteles habet, Οὐ μὴν ὥστε etc.: quae verba, inquit Caietanus, in litera s. Thomae non habentur (I *Poster.,* cap. xxn, fol. 70, col. 3, § *Circa ilia verba* etc.). – Praefata verba non explicite exponi a s. Thoma certum est, at implicite contineri in praecedenti argumentatione, neque Caietanus negat neque negandum existimo. Argyropolus vertit verba omissa: « Non tamen adeo » diversa, ut neutrum dicatur de altero: necesse cst enim ambo cuipiam » eidem inesse. » Pacius: « Verum intelligendum est ea media non › tam posse esse diversa, ut alterum alteri nullo modo convenire » possit: quandoquidem eidem alicui ambo convenire conspiciuntur › (1 *Poster.,* cap. xxiv, pag. 221. Ed. cit.). – Waitz exponit illa Aristotelis verba, ἀνάγχη γύρ etc., hoc modo: « Si praedicatur Λ de Δ et Δ de B, » deinde si A de II et II de B, consequitur ex propositionibus ΔB » et IIB, Δ praedicari de aliquo II, quare Δ de aliqua parte eius ter- » mini (B) praedicabitur, de quo praedicatur II. Sic certe argumentatus » videtur Aristoteles, quamquam vix intelligo quomodo acciderit, ut hoc » falsum esse non viderit » (1 *Poster.,* cap. xxix, *Comm.,* pag. 371-72). – Atqui nulla videtur falsitas in Aristotelis syllogismo. Ratiocinatio aristotelica est: 1. *Omne quod quiescit transmutatur; omne quod delectatur quiescit; omne quod delectatur transmutatur.* – 2. *Omne quod movetur transmutatur; omne quod delectatur movetur; omne quod delectatur transmutatur.* – Sumantur *minores,* et tertium habebimus syllogismum: *Omne quod delectatur quiescit; omne quod delectatur movetur; aliquid quod movetur quiescit.* Patet ergo quod media priorum syllogismorum *(quiescere* et *moveri)* talia sunt, ut unum dicatur de altero *(aliquid quod movetur quiescit),* eo quod uni eidemque conveniant, scilicet τω *delectari,* ut videre est in praedictis *minoribus* primi et secundi syllogismi: « Et licet, *inquit* Lincolniensis, in talibus demon- » strationibus duo media opposita sint, tamen per modum quo veniunt » in syllogismum, oportet alterum de reliquo praedicari, quia cum » utrumque dicatur de minori extremitate, consequitur per tertiam fi- » guram alterum particulariter de reliquo praedicari » (In I *Poster.,* cap. xvin, fol. 25, coi. 1).

υ) *Per motum gravium etc.* – P: *per motum gravium tendentium ad centrum;* sed omnes codd. om. *tendentium;* Q om. etiam *ad cen-*

trum. – Loco *ut dicitur,* codd. CDGMNS et p. m. K legunt *ut datur,* per errorem amanuensibus haud insuetum. – Quae in hac lectione de unitate et diversitate scientiarum disserit s. Thomas cum Aristotele, nonnisi a paucis recentioribus tractantur: ea enim plerique aut omnino ignorant, aut inter vanas scholasticas subtilitates amandant. Attamen nisi quis ea habuerit plane perspecta, philosophus nullatenus esse potest. Interest enim maxime scientias nostras rimari, ut quo ordine se habeant ad invicem, qua ratione specifice inter se differant, utrum denique sibi invicem subordinentur definiatur; et exinde inferatur unitas vel diversitas scientiarum, et unicuique propria principia applicentur, et unaquaelibet intra limites proprii obiecti contineatur, et propria, ut ita dicam, luce illustretur.

Ut autem novitius ediscat quantum haec doctrina philosophica intersit etiam theologiae nostrae, audiat s,. Thomam ipsum applicantem haec eadem principia, imo eadem exempla, ad distinguendam scientiam mere philosophicam a scientia seu sapientia nostra theologica, quae non a ratione, ut illa, sed a divina revelatione sua mutuatur principia: « Di- » versa ratio cognoscibilis diversitatem scientiarum inducit. Eamdem » enim conclusionem demonstrat astrologus et. naturalis, puta'quod terra » est rotunda; sed astrologus per medium mathematicum, idest a ma- » teria abstractum; naturalis autem per medium circa materiam consi- » deratum. Unde nihil prohibet de eisdem rebus, de quibus philosophi- » cae disciplinae tractant, secundum quod sunt cognoscibilia lumine » naturalis rationis, et aliam scientiam tractare, secundum quod cogno- » scuntur lumine divinae revelationis. Unde theologia quae ad sacram » doctrinam pertinet, differt secundum genus ab illa theologia, quae pars » philosophiae ponitur » (P. I, qu. i, artic. i, ad 2).

Scholastici merito distinguebant obiectum scientiae in obiectum materiale et obiectum formale. Primum est res de qua habetur scientia, ut mundus, anima, ens, Deus etc.; obiectum autem formale est modus, seu ratio secundum quam res attinguntur ab intellectu. Ratio huius divisionis est quia aliud est esse rei in *se,* aliud est esse rei in ratione *scibilis,* prout scilicet est obiectum cognitionis: nam ratio materialis qua res est in se ipsa constituta et distincta formaliter a ceteris rebus, potest stare sine ratione formali scibilitatis, quae importat ordinem ad facul- Jatem cognoscitivam, et quae est simul causa et terminus cognitionis. Patet in sensu. Etenim res materiales sunt in se ipsis distinctae; non tamen in ordine ad sensitivam cognitionem omnes habent eamdem rationem formalem *sensibilitatis,* quia non omnes quoad 4otalitatem propriae entitatis possunt ab omnibus sensibus attingi (Cf. lect. xxx, not. α). Quia vero scientia non a re sed a scibili pendet et terminatur, ratio diversitatis vel unitatis scientiarum non ab obiecto materiali, seu a rebus prout sunt in selpsis unius vel diversi generis, sed a scibilitate, seu ab obiecto formali repetenda est. Hinc s. Thomas non ab unitate generis, sed ab unitate vel diversitate *generis scibilis* repetit unitatem vel diversitatem scientiarum.

Sed obiectum formale duplex est: aliud enim est obiectum formale *quod,* seu ratio formalis *quae;* aliud autem est obiectum formale *sub quo,* seu ratio formalis *sub qua.* Quae distinctio saepe occurrit in theologicis disciplinis, et habet suas radices in ipsa natura scientiae proprie dictae. Etenim scientia ct est in intellectu ut in subiecto, et est de obiecto ut de termino ipsius scientiae. Sistamus imprimis in consideratione obiecti scibilis. Dictum est supra quod scientia proprie dicta, prouti nempe est effectus demonstrationis, est de universalibus, de immutabilibus et sempiternis, quae non est possibile aliter se habere: sed dictum etiam est quod tunc vere scimus de huiusmodi rebus, quando eas cognoscimus per causas. Hoc autem habetur quando scitur non solum quod *de omni* (Cf. lect. tx), et quod *per se* (Cf. lect. x), sed quando scimus de obiecto secundum quod est *universale,* seu primo et secundum quod est ipsum (Cf. lect. xi et xn); quia haec ultima conditio complectitur praecedentes *de omni* et *per se* (Cf. lect. ix, n. 3), ct est causa seu ratio passionum, quae inferioribus subiectis convenire demonstrantur; proindeque est *primum* quod attingitur a demonstrante (Cf. lect. xn, n. 11). Sic habere tres angulds aequales duobus rectis, convenit quidem *isosceli,* attamen convenit ipsi non secundum quod isosceles est, sed secundum quod est triangulus; triangulo vero talis passio convenit secundum quod est triangulus. Primo ergo attingitur ratio trianguli, et per hanc rationem tanquam per veram causam demonstratur eius passiones competere speciebus trianguli, non quatenus species sunt, sed quatenus continentur sub illo tanquam sub genere. – Ratio quae primo et per se attingitur, et per quam, tanquam per causam propriam, de subiectis demonstrantur passiones communes, vocatur *obiectum formale quod,* seu ratio formalis *quae* scientiae.

Deinde obiectum scibile debet considerari in ordine etiam ad subiectum intelligens, seu ad intellectum. Cognitio enim, cum sit actio immanens, et aliunde repugnet dari sine obiecto cognito, postulat necessario ut locum non habeat nisi quatenus obiectum cognitum est in cognoscente. Atqui non potest obiectum cognitum esse in cognoscente nisi congruenter ad naturam intellectus in quo recipitur, hoc est immaterialiter, sicut immaterialis natura sua est intellectus. Ergo in ordine ad potentiam intellectivam nostram, obiectum quantumcunque fingatur per imaginationem universale, immutabile, sempiternum, non potest tamen primo et per se habere rationem formalem scibilitatis, nisi sub ratione immaterialitatis (Cf. s. Th. sup. Boethium, *De Trinitate,* qu. v, artic. 1. Ed. P. opusc. 1xx, fol. 134, coi. 4). Iste modus, seu medium, seu conditio, seu ratio requisita in obiecto, ex natura potentiae nostrae intellectivae, sub qua solum manifestatur intellectui nostro obiectum formale *quod,* vocatur obiectum formale *sub quo,* seu ratio formalis *sub qua.* Et quia id quod facit manifestationem quocunque modo, vocamus etiam lumen (Cf. lect. xxxvi, not. 0); haec ratio formalis vocatur lumen *sub quo;* sicut obiectum formale *quod* dicitur etiam lumen *quod* (Cf. Caiet. in 1 *Poster.,* cap. xxu, § *Circa secundam et tertiam conclus.,* fol. 68, col. 3, seqq.; ct in P. I, qu. 1, artic. 111, § *Ad evidentiam huius rationis* etc.).

Vult ergo s. Thomas (n. ii) quod ad unitatem scientiae duo obiecta ipsa formalia requirantur; nempe et unitas subiecti scibilis, hoc est eadem ratio formalis *sub qua;* et unitas principiorum, hoc est eadem ratio formalis *quae.* Et sapienter; nam per solam unitatem formalem *sub qua,* res sub uno lumine, seu gradu abstractionis a materia intellectui manifestantur; et per solam unitatem formalem *quae,* res in uno eodemque principio superiori uniuntur, quod primo explicat passiones earum, quatenus supremo illi principio connectuntur. – Sufficit autem, addit Angelicus (ib.) diversitas principiorum, hoc est, rationis formalis *quae,* ad scientias diversificandas. Et ratio est, quia ubi existât praefata diversitas, obiecta scibilia non uniuntur in uno principio superiori, quod sit ratio scibilitatis passionum communium. Addit autem s. Doctor quod hanc diversitatem rationis formalis *quae* comitatur diversitas generis scibilis, hoc est rationis formalis *sub qua* (Cf. Caiet. in P. I, qu. 1, artic. 1, § *Ad hoc respondetur* etc.). Nequit enim ratio formalis *quae* in scientiis esse diversa genere, quin simul involvat rationem maioris vel minoris abstractionis a materia, et ideo diversitatem rationis formalis *sub qua.* Abstrahere enim a materia contingit tripliciter: vel secundum esse et secundum rationem, sicut sunt *transcendentia,* quae considerantur in metaphysics generali, seu ontologia; vel secundum rationem et non secundum esse, sicuti ea quae considerantur a mathesi, scilicet *quantitates,* quae non sunt nisi in materia, sed a mathesi considerantur ut a materia abstractae; vel neque secundum rationem neque secundum esse, prouti sunt *naturalia,* quae, quatenus abstrahuntur a sola materia individuali, considerantur a scientia naturali. Porro alia sunt principia quibus probat mctaphysicus suas conclusiones; alia sunt quibus probantur conclusiones mathematicae; alia quibus probat physicus.

LECTIO QUADRAGESIMASECUNDA

SCIENTIA NON EST DE REBUS FORTUITIS, NEQUE DE REBUS QUAE COGNOSCUNTUR PER SENSUM

ΠΗ1 Τοῦ δ' ἀπό τύχη -ούκ εστιν επιστήμη δῖ ἀποδεί εω · οὔτε γαο οί ἀναγκαῖον οὔθ' ὠ ἐπί το πολύ το από τύχη ἐστίν, ἀλλα το παρά ταῦτα γινόμενον η δ' ἀπόδει ι θατερου τούτων. Πα γάρ συλλογισμό ή δῖ ἀναγκαίων ή διά τών ὠ επί τό πολύ προτάσεων καί εί μέν αί προτάσει ἀναγκαῖαι, καί το' συμπέρασμα ἀναγκαῖον, εί δ' ὠ ἐπί τό πολύ, καί τό συμπέρασμα τοιοῦτον. "Ωστ' εί τό ἀπό τύχη μηΟ' ὠ ἐπί τό πολύ μήτ' ἀναγκαῖον, ούκ ἀν εῖη αύτοῦ ἀποόειξι .

Οὐδέ δῖ αίσθη'σεω εστιν ἐπίστασΟαι. Εί γάρ καί έστιν ή αΐσΟησι τοῦ τοιοῦδε καί μη τοῦδέ τίνο , ἀλλ' αίσθάνεσθαί γε ἀναγκαῖον τόρε τι καί ποῦ καί νῦν. Τό δέ καθόλου καί ἐπί πασιν ἀδύνατον αίσθάνεσθαι· ού γάρ τόδε ούδέ νῦν ού γάρ αν ήν καθόλου· τό γάρ ἀε'ι καί πανταχοῦ καθόλου φαμέν είναι. Ἐπεί ουν αί μέν ἀποδείξει καθόλου, ταῦτα δ' ούκ εστιν αίσθάνεσθαί, φανερόν ότι ούδ' ἐπίστασΟαι δῖ αίσΟήσεω έστιν.

Ἀλλά δήλον ὀ'τι καί εί ήν αΐσΟάνεσθαι τό τρίγωνον ότι δυσίν ὀρΟαῖ ίσα έχει τά γωνία , ἐζητοῦμεν ἀν ἀπόδει ιν καί ούχ ὡσπερ φασί τινε ἠπιστάμεθα· αίσΟάνεσΟαι μέν γάρ ανάγκη καθ' έκαστον, ή δ' επιστήμη τω τό καθόλου γνωρίζειν έστίν. Διό καί εί ἐπί τή σελήνη ὄντε ἐωρώμεν ἀντιφράττουσαν την γην, ούκ ἀν ήδειμεν την αιτίαν τή ἐκλείψεω . ἘπσθανόμεΟα γάρ ἀν ότι νῦν ἐκλείπει, καί ού διότι ολω · ού γάρ ήν τοῦ καθόλου αΐσΟησι . Οὐ μην ἀλλ' ἐκ τοῦ Οεωρεῖν τούτο πολλάκι συμβαῖνον τό καθόλου ἀν Οηρεύσαντε ' ἀπόδει ιν εῖχομεν ἐκ γάρ τών καθ' έκαστα πλειόνων τό καθόλου δήλον.

Τό δέ καθόλου τίμιον, οτι δηλοῖ τό αίτιον ὠστε περί τών τοιούτων ή καθόλου τιαιωτέρα τών αισθήσεων και τη νοησεω , όσων ετερον το αίτιον περί οε των πρώτων άλλο λόγο . Φανερόν ούν οτι ἀδύνατον τω αίσθάνεσθαί ἐπίστασΟαι τι τών ἀποδεικτικών, εί μή τι τό αίσθάνεσθαι τοῦτο λέγει, τό επιστήμην έχειν δῖ ἀποδεί εω .

Ἐστι με'ντοι ένια ἀναγόμενα ει αίσθη'σεω εκλειψιν ἐν τοϊ προβλήμασιν. Ἐνια γάρ εί ἐωρώμεν ούκ ἀν ἐζητοῦμεν, ούχ ὠ είδότε τω ὀράν, ἀλλ' ὠ ἔχοντε τό καθόλου ἐκ τοῦ ὀράν. Οίον εί την ὕελον τετρυπημε'νην ἐωρώμεν καί τό φώ διιον, δήλον ἀν ήν καί διά τί καίει, τω ὀράν μέν χωρί ἐφ' ἑκάστη , νοήσαι δ' ἀμα ότι ἐπί πασών ούτω .

* Eius autem quod est a fortuna, non est scientia per demonstrationem: neque enim sicut necessarium est, neque sicut frequenter, quod est a fortuna, sed quod extra hoc fit; sed demonstratio alterius horum est. Omnis enim syllogismus est aut per necessarias, aut per eas quae sunt tanquam frequenter propositiones ; et si quidem propositiones necessariae sunt, et conclusio necessaria est; si vero sint ut frequenter, et conclusio huiusmodi est. Quare si id quod est a fortuna, neque est sicut frequenter, neque sicut necessarium; neque utique ipsius erit demonstratio. • Cap. XXX. Seq. text. 43.

* Neque per sensum est scire. Si enim est sensus talis quidem huiusmodi, et non huiusmodi alicuius; sed tamen sentire necesse est hoc aliquid, et ubi et nunc. Universale autem et in omnibus impossibile est sentire : non enim est hic neque nunc; non enim utique esset universale; quod enim semper est et ubique est, universale esse dicimus. Quoniam igitur demonstrationes universales sunt; haec autem non est sentire; manifestum est quod neque scire per sensum. ▮ Cap. xxxi. Seq. texi. 43.

Sed manifestum est quoniam, et si esset sentire triangulum duobus rectis aequales habere angulos, quaereremus utique demonstrationem, et non, sicut quidam fatentur, sciremus. Sentire quidem enim necesse est singulariter; scientia autem est in cognoscendo universale. Unde et si in luna essemus et videremus obiectam terram, non utique sciremus causam defectus. Sentiremus enim quoniam deficeret nunc, sed non propter quid omnino: non enim esset universalis sensus. Sed ex considerare hoc multoties accidere universale venantes, demonstrationem habemus: ex singularibus enim pluribus universale manifestum est.

Universale autem honorabilius est, quoniam ostendit causam: quare de huiusmodi universali scientia honorabilior est sensibus, et cognitione quorumcunque causa est; sed de primis alia ratio est. Manifestum est igitur quod impossibile sit sentiendo scire aliquid demonstratorum, nisi iam aliquis sentire hoc dicat scientiam habere per demonstrationem.

Sunt tamen quaedam reducta ad sensus defectum in propositis. Quaedam enim si videremus, non utique quaereremus ; non tanquam scientes in videndo, sed tanquam habentes universale ex eo quod videmus. Ut si vitrum perforatum videremus, et lumen pertransiens, manifestum utique erit et propter quid illuminat; et propter id quod videmus quidem seorsum in unoquoque, intelligere autem simul est quoniam in omnibus sic est.

Synopsis, 1. Argumentum lectionis: – iterum recitantur duae conditiones generis quod est subiectum scientiae. – 2. Quia scientia est ex necessariis et de necessariis, non potest esse eorum quae sunt a fortuna, seu quae accidunt ut in paucioribus. – 3. De duplici necessitate: in mathematicis, quorum est necessitas *a priori;* et in naturalibus, quorum est necessitas *a posteriori* (quod tamen est prius secundum naturam), scilicet *a fine et a forma,* – 4. Textus subdivisiones. – 5. Quia sensus non cognoscit nisi singulare sensibile in determinato loco et tempore existens, non potest per sensum haberi scientia, cuius obiectum est universale, quod est semper et ubique. – 6. Attamen de ratione universalis, aut eius 'quod est universale, est esse semper et ubique non quidem affirmative, sed negative.–7. Error sensismi excluditur-8. Scientia, quia est cognitio per causam universalem, est nobilior qualibet sensitiva cognitione: nam scire ea quae habent causam, per causam universalem, est nobilius quam ea intelligere sine cognitione propriae causae. – Attamen quae per se immediate intelliguntur, generant cognitionem nobiliorem et certiorem scientia; quia ex talium intelligentia scientia certitudinem habet. – 9. Conclusio: Impossibile est per sensum cognoscere aliquid demonstrabile. – 10. Attamen sensus in nobis ordinatur ad scientiam, non quasi scientia consistat in actionibus sensuum, sed quatenus ex rebus sensibilibus per viam experimenti accipitur universale, de quo est scientia.

l' ostquam Philosophus assignavit ratio-
qj 'Ry/-^ncm unitatis et diversitatis scientia-
ex Parte generis subiecti, et ex
e? wggylparte principiorum, hic de utrisque prosequitur. Et primo, de subiectis de quibus est scientia; secundo, de principiis; ibi: *Eadem autem principia* etc. * Circa primum considerandum est quod supra * duas conditiones posuerat ** generis, quod est subiectum scientiae; quarum una est ut componatur ex primis, alia est ut partes et passiones sint eius per se. Quarum conditionum una deest in his quae sunt a fortuna; quia non eveniunt per se, sed per accidens, et praeter intentionem, ut probatur in II *Physicorum* *. Alia vero conditio deest in his quae per sensum cognoscuntur, quae sunt prima in nostra cognitione. Et ideo primo ostendit " quod scientia non est eorum quae sunt a fortuna; secundo ostendit quod non est eorum quae cognoscuntur per sensum; ibi: *Neque per sensum est scire* * etc.

2. Dicit ergo primo, quod demonstrativa scientia non potest esse de eo quod est a fortuna, quod est per accidens eveniens. Et hoc probat sic. Omnis syllogismus demonstrativus aut procedit cx propositionibus necessariis, aut ex propositionibus quae sunt verae ut frequenter *. Ex propositionibus autem necessariis sequitur conclusio necessaria, ut supra * probatum est. Et similiter cx propositionibus quae sunt verae sicut frequenter, sequitur etiam* conclusio quae est vera ut frequenter; vel forte etiam necessaria, secundum quod ex contingenti potest sequi necessarium, ut ex falso verum *. Nunquam autem ex propositionibus quae sunt verae ut frequenter, sequitur * propositio quae est vera ut in paucioribus; quia sequeretur quod aliquando * propositiones essent verae et conclusio falsa, quod est impossibile, ut supra * ostensum est. Necesse est ergo quod conclusio syllogismi demonstrativi vel * sit necessaria, vel sit * vera sicut frequenter. Sed id quod est a fortuna neque est necessarium neque est sicut frequenter, sed accidit ut in paucioribus, ut in II *Physicorum* * probatur. Ergo demonstrativa scientia non potest esse de eo quod est a fortuna.

3. Est autem considerandum quod de his quidem * quae sunt sicut frequenter, contingit esse demonstrationem, in quantum in eis est aliquid necessitatis. Necessarium autem, ut dicitur in II *Physicorum* *, aliter ** est in naturalibus, quae sunt vera ut frequenter*, et deficiunt in minori parte; et aliter in disciplinis, idest in * mathematicis, quae sunt semper vera. Nam in disciplinis * est necessitas *a priori;* in naturalibus autem * *a posteriori* (quod tamen * est prius secundum naturam), scilicet a fine et forma *. Unde sic docet ibi Aristoteles y ostendere *propter quid,* ut si hoc debeat esse, puta quod oliva generetur, necesse est * hoc praeexistere, scilicet semen olivae; non autem ex semine olivae generatur oliya ex necessitate, quia potest impediri generatio * per aliquam corruptionem. Unde si fiat demonstratio ex eo quod est prius in generatione, non concludet * ex necessitate; nisi forte accipiamus hoc ipsum esse necessarium, semen olivae ut frequenter esse generativum olivae % quia hoc facit secundum propnetatem suae naturae, nisi impediatur °.

* Lect. seq.

* Lect. praeced. nn. 8, 9.

*. Codd. - p: jpo-*suit.*

* Cap. v. - Comment. s.Th. lect. ▾ in.

α

* Num. 4.

*Cf. lect.xvi, n.8.

* Lect. xm, n.10.

• *Etiam* ex codd.

• Cf. lect. xitf, n. cit.

' Codd: ' p:0"'

* om· ■.

' Sil om· °-
?

' loc. cit.

•QaWemom.xq.

c%-'ᵡ^Co™m·
*;Aiiter*om.*L*
not. ç.
-min^thema-
**Autemnc0n., forma*

' ot: *a forma.*
T

' Est « codd·

* «: ««s *gener.*

· codd., exc. cu
concluderet.

*proprie, quia ;· **
δ

α) *Et ideo primo ostendit.*- Ita editio Piana cum codd., ex quibus addimus *primo,* quod in eadem deest editione. – Cod. A: *primo ostendit quod eorum quae sunt a fortuna non potest esse scientia demonstrativa; secundo, ostendit quod non potest esse eorum etc.;* N: *quod scientia non est fortuitorum; secundo* etc.

β) *Neque est necessarium.* – Ita codd., cxc. B, qui om. verba *Sed id* usque ad sequens *sicut frequenter* inclusive, et M, qui om. *neque est necessarium.* P: *non est necess.*- Item cum codd. legimus, *neque est* (HO om. *est) sicut* (GHM, *ut) frequenter, sed accidit ut in paucioribus.* P : *neque quod verum ut frequenter, sed accidit in paucioribus.*

γ) *Unde sic docet* etc. – AMNO: *Unde sicut docet;* EQ: *Unde docet;* codd., exc. GH: *docet ibi Arist.;* P om. *ibi.*

0) *Nisi impediatur.* – Quae in hoc numero perstringit s. Thomas, ab eodem copiose declarantur in Comm. super II lib. *Physic.* – Lect. vm definit, *Necessarium... quod in sui natura habet, quod non possit non esse:* eique opponitur *contingens ut frequenter, quod* potest *non esse.* Unde reiicit opinionem dicentium quod necessarium sit id *quod non habet impedimentum;* contingens vero ut frequenter, *quod potest impediri in paucioribus:* nam, addit, *hoc quod est habere impedimentum vel non habere, est contingens. Natura autem non parat impedimentum ei quod non potest non esse, quia esset superfluum.* – Deinde lect. xv, distinguens necessarium absolutum seu a priori et necessarium hypotheticum seu a posteriori (de quibus mentio est in hoc numero), haec habet : « Necessitas quae dependet ex causis prioribus, est necessitas absoluta, ut patet ex necessario quod dependet ex materia: animal enim esse corruptibile est necessarium absolute; consequitur enim ad hoc quod est animal esse compositum ex contrariis. Similiter etiam quod habet necessitatem ex causa formali est necessarium absolute, sicut hominem esse rationalem, aut triangulum habere tres angulos aequales duobus rectis; quod reducitur in definitionem trianguli. Et similiter quod habet necessitatem ex causa efficiente est necessarium absolute, sicut necessarium est esse alternationem noctis et diei propter motum solis. – Quod autem habet necessitatem ab eo quod est posterius in esse, est necessarium cx conditione vel suppositione; ut puta si dicatur, *necesse est hoc esse, si hoc debeat Jieri;* ct huiusmodi necessitas est ex fine, ct ex forma in quantum est finis generationis. – Quaerere igitur utrum in rebus naturalibus sit necessarium simpliciter aut ex suppositione, nihil aliud est quam quaerere, utrum in rebus naturalibus necessitas inveniatur ex fine aut ex materia. »

Reiecta opinione dicentium generationem rerum naturalium provenire ex necessitate materiae, s. Thomas cum Aristotele respondet directe ad propositam quaestionem, sapienter concludens, in rebus naturalibus esse quidem necessitatem cx parte materiae; attamen hanc necessitatem inesse materiae non ut materia est, sed ex forma seu ex fine, qui proprie est ratio praefatae necessitatis. Proindeque si finis obtinendus est, materia est necessario ponenda, et qualiter a fine postulatur; at si a finis consequutione praescinditur, materiae necessitas nulla est. Igitur haec materiae necessitas non est absoluta, sed ex suppositione finis, non a priori, sed a posteriori. « Sic ergo patet quod in rebus naturalibus est » necessarium ex suppositione, sicut et in rebus artificialibus; sed non » ita quod id quod est necessarium sit sicut finis, quia id quod neccs- » sarium est ponitur ex parte materiae, sed ex parte finis ponitur ratio » necessitatis. Non enim dicimus quod necessarium sit esse talem finem » *(puta secare lignum, vel domum construere),* quia materia talis est › (c. *g. serra, vel lapides)* ; sed potius econtra quia finis ct forma talis » futura est, necesse est materiam esse talem. Et sic necessitas ponitur » ad materiam, sed ratio necessitatis ad finem. » Hinc planum est quod in hoc numero addit s. Thomas de necessario a posteriori, scilicet *quod est prius secundum naturam:* necessitas enim ista in rebus naturalibus ex fine desumitur, qui *est forma speciei,* ut infra in hoc ipso loc. *Physic.* dicitur; *finis* autem *est principium, non quidem actionis, sed ratiocinationis, quia a fine incipimus ratiocinari de iis quae sunt ad finem.*

Reliquum est ut quae Angelicus hoc loco tangit de similitudine et differentia inter necessitatem in scientiis naturalibus et metaphysicis, exponantur. Ea autem declarata habemus a s. Doctore in eadem lect. xv super II *Physic.:* « Aliquo modo, *inquit,* similiter invenitur necessarium » in scientiis demonstrativis, et in iis quae generantur secundum natu- » ram. Invenitur enim in scientiis demonstrativis necessarium a priori, » sicut si dicamus quod, quia definitio recti anguli est talis, necesse est » triangulum esse talem, scilicet habere tres angulos aequales duobus » rectis. Ex illo ergo priori, quod assumitur ut principium, provenit ex » necessitate conclusio. Sed non sequitur econtra, si conclusio est, quod » principium sit; quia aliquando ex falsis propositionibus potest syllo- » gizari conclusio vera (Cf. lect. xm, n. *10).* Sed tamen sequitur quod si » conclusio non est. quod neque principium praemissum sit; quia fal- » sum nunquam syllogizatur nisi ex falso (Cf. ibid, et lect. xxvn, n. 7). – » Sed in iis quae fiunt propter aliquid *(propter finem),* sive secundum » artem sive secundum naturam, e contra sc habet. Quia si finis erit aut » est, necesse est quod est ante finem futurum esse aut esse; si vero id » quod est ante finem non est, neque finis erit; sicut in demonstrativis, » si non sit conclusio, non erit principium. Sic igitur patet quod In iis

4. Deinde cum dicit: *Neque per sensum* etc., ostendit * quod scientia non est eorum quae cognoscuntur secundum * sensum. Et circa hoc duo facit: primo, ostendit quod scientia non consistit in sensu; secundo, ostendit quomodo * sensus ordinatur ad scientiam; ibi: *Sunt tamen quaedam reducta* * etc. Circa primum duo facit: primo, ostendit scientiam non esse per sensum; secundo, praefert scientiam sensui ‘; ibi: *Universale autem honorable* * etc. Circa primum duo facit: primo, ostendit veritatem; secundo, excludit quorumdam * errorem; ibi: *Sed manifestum est* ** etc.

5. Dicit ergo primo, quod, sicut scientia non est eorum quae sunt a fortuna, ita etiam * scientia non consistit in cognitione, quae est per sensum. Et hoc probat sic. Manifestum est enim quod sensus cognoscit * aliquid tale, et non hoc. Non enim obiectum per se sensus est substantia ct quod quid est, sed aliqua sensibilis qualitas, puta calidum, frigidum, album, nigrum, et alia huiusmodi. Huiusmodi autem * qualitates afficiunt singulares quasdam substantias in determinato loco et tempore existentes: unde necesse est quod id * quod sentitur, sit hoc aliquid *, scilicet singularis substantia, et sit alicubi et nunc, idest * in determinato loco * et tempore. Ex quo patet quod id quod est universale, non potest cadere sub sensu*. Non enim quod est universale ç determinatur ad hic et nunc *, quia iam non esset universale. Illud enim universale dicimus quod est semper et ubique.

6. Quod quidem non est secundum viam affirmationis ’ intelligendum, quod hoc sit de ratione universalis, aut eius quod est universale, quod* sit semper et ubique. Si enim esset de ratione eius0 quod est universale, esse semper et ubique, puta de ratione hominis aut animalis, oporteret quod quodlibet singulare hominis aut animalis esset semper et ubique; quia ratio hominis et animalis in quolibet singularium invenitur. Si vero esset de ratione ipsius universalis, sicut de ratione generis est quod contineat sub se species*, sequeretur quod nihil esset universale, quod non semper ‡ et ubique inveniretur; et secundum hoc oliva non esset universale, quia non in omni terra potest inveniri. Est ergo hoc * intelligendum per modum negationis seu abstractionis; quia scilicet universale abstrahit ab omni determinato tempore et loco. Unde quantum est de se, sicut invenitur in quolibet, in uno loco * vel tempore, sic natum

* Codd.-p: *dicit.*
* o: *per.*
• a e q: *quod.*
• Num. 10.
* Num. 8.
• c: *quemdam.*
•• Num. 7.
‘ *Etiam* om. a e.
* a: *cognoscat.*
* *Autem* om. a.
* Codd.-p: *hoc;* g k m: *illud.*
* Cf. lect. x, n. 6 et not. ξ.
* Codd. (exc. a b jo): *scilicet.*
* Codd. (exc. b s): *speciem.*
‘a: *Est hoc ergo;* s: *Hoc est ergo.*

'Cf. iPm A. iect.
”’cf.’«b. n, iect.
xx’ ζ
- *a. 1 Perth. ioc.*
Clt’
η
0
X

» quae fiunt propter finem, eumdern ordinem tenet finis, quem tenet » principium in demonstrativis: et hoc ideo quia etiam finis est princi- » pium, non quidem actionis, sed ratiocinationis, quia a fine incipimus » ratiocinari de iis quae sunt ad finem. In demonstrativis autem non at- » tenditur principium actus, sed ratiocinationis, quia in demonstrativis » non sunt actiones, sed ratiocinationes tantum. Unde convenienter finis, » in iis quae fiunt propter finem, tenet locum principii quod est in de- › monstrativis. Unde similitudo *(inter principium ct finem)* est utro- » bique, quamvis c contra se videatur habere propter hoc quod finis » est ultimum in actione, quod in demonstratione non est.– Sic igitur » concludit *(Aristoteles)* quod si debeat fieri domus (*vel oliva gene- » rari),* quod est finis generationis, necesse est hoc fieri aut praeexi- › stere, scilicet materiam, quae propter finem est; sicut lateres et la- » pides *(vel semen olivae)* necesse est praeexistere, si domus fieri debet » *(vel oliva generari).* Non tamen quod finis sit propter materiam, sed » non erit, si materia non sit; sicut domus non erit, si non sint lapides, » et serra non erit, si non fuerit ferrum: quia et in Scientiis demonstra- » tivis principia non sunt, si conclusio non sit, quae assimilatur iis quae 3 sunt ad finem, sicut principium fini, ut dictum est. Sic igitur manife- › stum est, quod in rebus naturalibus dicitur esse necessarium, quod se » habet per modum materiae vel materialis motus, et ratio huius neces- » sitatis est ex fine. Propter finem enim necessarium est esse materiam › talem. Et naturalis quidem assignare debet utramque causam, scilicet › materialem et finalem; sed magis finalem, quia finis est causa mate- » riae, sed non e contra. Non enim finis est talis, quia materia est » talis; sed potius materia est talis, quia finis est talis, ut dictum est. »

Praeter hanc similitudinem inter scientias naturales et scientias demonstrativas hucusque declaratam, existit alia similitudo, quae petitur ex eo quod est necessitatis principium: « Manifestum est enim quod in › scientiis demonstrativis, principium demonstrationis est definitio; et » similiter finis, qui est principium et ratio necessitatis in iis quae fiunt » secundum naturam, est quoddam principium sumptum a ratione et » definitione. Finis enim generationis est forma speciei, quam significat » definitio. Et hoc etiam patet in artificialibus: sicut enim demonstrator » in demonstrando accipit definitionem ut principium, ita et aedificator in › aedificando, et medicus in sanando; ut, quia talis est definitio domus, » oportet hoc fieri et esse ad hoc quod domus fiat; et, quia haec est » definitio sanitatis, oportet hoc fieri ad hoc quod aliquis sanetur... Con- » tingit autem quandoque in scientiis demonstrativis triplicem esse de- ›finitionem. Quarum una est demonstrationis principium, ut haec: to- -» nitruum est extinctio ignis in nube; quaedam vero demonstrationis » conclusio, ut haec: tonitruum est continuus sonus in nubibus: quae- » dam vero complectitur utrumque, ut haec: tonitruum est continuus » sonus in nubibus propter extinctionem ignis in nube: et haec com- -» prehendit in.se totam demonstrationem absque demonstrationis ordine. » Unde in 1 *Posteriorum* dicitur (lectione xvi, nn. 4, 5) quod definitio » est demonstratio positione differens. Quia igitur in iis quae fiunt pro- » ptef finem, finis se habet ut principium in demonstrativis, et ea quae » sunt ad finem, sicut conclusio; etiam in definitione rerum naturalium » invenitur id quod est necessarium propter finem. Si enim aliquis velit » definire opus serrae, quoniam est talis divisio, quae quidem non erit ·» nisi habeat *(serra)* dentes, qui non erunt apti ad dividendum nisi » sint ferrei; oportebit in definitione serrae ponere ferrum. Nihil enim » prohibet in definitione poni quasdam partes materiae, non quidem » partes individuales, ut has carnes et haec ossa, sed partes communes, › ut carnes et ossa (Cf. lect. praec., n. 5, n. η). Et hoc necessarium est in » definitione omnium rerum naturalium. Sicut ergo definitio, quae colligit » in se principium demonstrationis et conclusionem, est tota demonstra- » tio; ita definitio colligens finem et formam et materiam, comprehendit » totum processum generationis naturalis. »

e) *Secundo, praefert scientiam sensui.* – Ita codices, exc. A, et cum his Piana editio. Codex autem A: *secundo, ostendit quod potior est scientia sensu.* Utraque lectio bona est, sed in hanc secundam magis propendo, ex his motus quae s. Thomas habet infra n. 8 cum hoc membrum divisionis exponit; eam tamen, contradicentibus aliis codd., non audeo textui inserere.

ζ) *Non enim quod est universale* etc. – Codd. KM: *Sic enim:* quae lectio in se non recta, est etiam erronea, nisi cum Q et s.m. CN legatur postea: *non determinatur;* CLNQ et p. m. D: *Sicut enim:* quae est lectio non bona. – EM non bene: *non determinaretur,* – A: *ad hic et ad nunc.* – M om. *quia* ante *iam,* sed est mendum.

η) *Secundum viam affirmationis* etc.-Codd., exc. ABO: *secundum vim affirm.* -H: *intelligendum: non enim est intelligendum quod* etc.– Q: *intelligendum quoniam;* T et s. m. D: *intelligendum quasi hoc* etc.

0) *De ratione eius* etc. – Ita codd., exc. AOQ; A om. *Si enim esset,* usque ad *esset semper et ubique* inclusive; O: *esset de ratione universalis aut eius* etc.: haec lectio complectitur duo membra enunciata in propositione immediate praecedenti, quasi hic a s. Thoma ratio utriusque assignetur. Verum de secundo membro separatim probat s. Thomas in praesenti *(Si enim* etc.): de primo autem subdit infra *(Si vero esset* etc.). Unde lectio cod. O admitti non debet; Q: *esset de ratione universalis esse semper et ubique:* sed et ista lectio non satis distinguit inter primum et secundum membrum. Verba *Si enim esset* usque ad *esse semper et ubique,* desiderantur in editione Piana, quae ita legit: *quod sit semper et ubique, puta de ratione hominis... quia oporteret quod... et animalis esset* etc. Restituimus lectionem ex codicibus. Quoad vero ea quae sequuntur, codd. ita se habent: A habet lacunam, ut dictum est; BEO et s. m. DS legunt prout in textu habetur, nisi quod S legit *oportet;* CDGKLMNST: *esse* (L, *quod sit) semper et ubique, puta* (D oscitanter, *semper puta ubique et) de ratione hominis aut animalis, erunt* (homo et animal; L, *erit?) semper et ubique, quia ratio* etc.; s. m. pro *erunt,* C: *quod erunt,* K: *esset.* H: *puta de ratione animalis et hominis, erunt semper et ubique singularia, quia ratio;* Q: *de ratione hominis aut universalis, erit semper et ubique ratio hominis et animalis in qualibet singularium invenitur.* Retinemus Pianam, expuncto tamen *quia* ante *oporteret,* et mutato *et* in *aut* ante *animalis esset semper.*

1) *Quod non semper* etc.—Est lectio codd. – P: *quod non esset et semper et* etc. – A: *et ubique inveniretur; et hoc secundum hoc oliva esset universale, quia in terra potest inveniri:* lectio intricata et erronea. Alii codices habent lectionem adoptatam; P: *et secundum hoc oliva non esset, vel non haberet esse universale.*

x) *In quolibet, in uno loco* etc.-Est lectio codd. DGKMNST; P: *in quolibet uno loco* etc.; HLQ: *sicut invenitur in uno loco vel tempore* (H om. *vel tempore).-H: ita natum est in alio inveniri et in omnibus. Sic igitur* etc.—Lectio adoptata ex codd., ex praemissis requiritur: di-

est in omnibus inveniri. Sic igitur patet quod universale non cadit sub sensu \

λ

Quia igitur demonstrationes praecipue sunt universalcs, ut supra * ostensum est, manifestum est quod scientia per demonstrationem acquisita non consistit in cognitione sensus.

• Lcct. XXXVm.

7. Deinde cum dicit: *Sed manifestum est quoniam* etc., excludit errorem quorumdam, qui credebant in ipsa perceptione sensus consistere scientiam. Et videtur haec ratio pertinere ad illos qui non ponebant intellectum dilierre a sensu *, et per consequens nullam aliam cognitionem esse nisi sensitivam, ut habetur in III *De anima* * et in IV *Metaphysicae.* * Et ad hoe excludendum dicit quod si etiam per sensum percipere possemus quod triangulus habet tres angulos * aequales duobus rectis, adhuc oporteret quaerere demonstrationem ad habendum scientiam, neque per * sensuum perceptionem sciremus: quia sensus est singularium, scientia autem consistit in hoc quod universale cognoscimus ut ostensum est *. Et quia posuerat* exemplum de his quae sensu percipi non possunt, ad maiorem evidentiam ponit exemplum in his quae sensibilia sunt, videlicet * in eclipsi lunae, quae contingit ex oppositione terrae, quae interponitur inter solem et lunam, ut claritas solis non possit pertingere ad lunam propter umbram terrae, quam dum luna subintrat, eclipsatur. Ponamus ergo quod aliquis esset in ipsa luna, et sensu perciperet interpositionem terrae per umbram ipsius: sensu quidem *percipere quod luna tunc deficeret " ex umbra terrae, sed non propter hoc sciret totaliter causam eclipsis. Illud enim est per se causa eclipsis, quod causât universaliter eclipsim. Universale autem non cognoscitur sensu; sed ex pluribus singularibus visis, in quibus multoties consideratis invenitur idem accidere, accipimus * universalem cognitionem. Et sic per causam universalem demonstramus aliquid in universali, de quo est scientia.

I o. n cont. Gent., cap. Lxvi.

• cap. m, nn. 1 5' Th.Tect.oivm' iect.xn.-Ed.Did. n. 7. ' cap' v'

• codd..· *propter sensus;* o: *néque enim propter,*

., , P.

' xm: *posuit.*

• 1 o q: *sdiicet.*

• *Quidem* om. eckm et p. m. A. V

8. Deinde cum dicit: *Universale autem honorabilius* etc., ostendit quod scientia est potior quam sensus. Manifestum est enim quod cognitio quae est per causam, nobilior est: causa autem *per se** est universalis causa, ut iam dictum est *; et ideo cognitio per universalem causam, qualis est scientia, est honorabilis. Et quia huiusmodi universalem causam impossibile est apprehendere per sensum, ideo consequens * est quod scientia, quae ostendit causam universalem, non solum sit honorabilior omni sensitiva cognitione, sed etiam omni alia intellectiva cognitione, dummodo sit de rebus ° quae habent causam; quia scire aliquid per causam universalem est nobilius quam intelligere qualitereunque id quod habet causam sine cognitione suae causae. Sed de primis, quae non habent causam, 'est alia ratio. Illa enim per se intelliguntur; et talis eorum cognitio est certior omni scientia, quia ex tali intelligentia * scientia certitudinem habet *.

i

• Lect. xxxvm,

9. Ultimo * concludit principale propositum, quod scilicet impossibile sit per sensum cognoscere * aliquid demonstrabile; nisi forte aequivoce utatur aliquis nomine sensus, vocans demonstrativam scientiam sensum, propter hoc quod scientia demonstrativa est determinate unius secundum certitudinem, sicut et sensus. Propter quod et certae existimationes scientiae vocantur π.

10. Deinde cum dicit: *Sunt tamen quaedam reducta* etc., ostendit quomodo sensus ordinatur ad scientiam. Quaedam enim problematicae * dubitationes reducuntur sicut in causam ad defectum sensus. Quaedam enim * sunt de quibus non quaereremus dubitando, si ea vidissemus; non quidem *P* eo quod scientia consistat in videndo, sed in quantum cx rebus visis per viam experimenti accipitur * universale, de quo est scientia *. Puta si videremus vitrum perforatum, et quomodo * lumen pertransit per foramina vitri, sciremus propter quid vitrum est transparens. Et utitur hoc exemplo secundum opinionem eorum qui ponebant lumen esse corpus, et quaedam corpora esse transparentia propter subtilia quaedam foramina, quae pori dicuntur; quos quia visu discernere non possumus propter parvitatem, dubitamus quare vitrum sit transparens. Et posset * simile exemplum poni de quibuscunque rebus quae habent causam sensibilem latentem. – Et quia dixerat quod scientia huiusmodi rei non est in videndo, manifestat hoc esse verum. Nam in videndo cognoscimus seorsum * unumquodque singularium; sed in sciendo oportet omnia intelligere simul in universali *, ut scilicet intelligamus ita se habere in omnibus. Videmus enim singillatim de diversis vitris, sed scientiam accipimus de omni vitro, quod sit tale '.

• x: *sequens.*

' Cf. lect. xxxvi n. 11, et not. o.

* A: *scientiae., habent.*

" Codd. - p: *Vit autem.*

" o et p. m. b om. *copnoscen ... sensus.*

* An: *problemata et dubitationes.*

'Codd., exc.q .- p: *etiam;* q: *autem.*

P

' o: *accipimus;* al. codd.: *accipientes;* K s. m.: *sumus accipientes.*

' Cf. lect. xxx, nn. 4, 5 et not.3.

* g k: *quando.*

• xo:*accipiemus,*

" Codd.-PM.-jro- *test.-G: similiter.*

*g: *seorsum, id- est singulariter unumquodque.*

* *In univ.* om. \m. - o: *ut si intelligatur.*

a

ctum est enim de universali in ordine ad tria, scilicet ad singulare, ad locum et 'ad tempus.

λ) *Universale non cadit sub sensu.-G: universale est in intellectu et non cadit sub sensu.* Quae lectio non falsum enunciat (Cf. lect. xvi, n. 6 et not. x', et xxxvm, n. 8): attamen thesis probata solummodo est quod universale non cadit sub sensu, ut constat ex his quae in praecedenti numero dicta sunt.

p.) *Universale* cognoscimus.-Pulchra sane atque profunda haec ratio est. Dato enim cx hypothesi quod sensus perciperet triangulum habere tres angulos aequales duobus rectis, nonnisi singularem triangulum, aut successive singulares triangulos habere tres angulos aequales duobus rectis perciperet. Atqui hoc non est cognoscere triangulo, ut universale est, seu secundum quod ipsum (Cf. lect. xQ, convenire tres angulos duobus rectis aequales: quia cognitio illa limitatur ad singula facta, sed non attingit universale, hoc est secundum quod est ipse triangulus, etiamsi omnia et singula facta enumerentur: eo simili modo quo dictum est (lect. xii, n. 9), quod etiamsi aliquis cognosceret omnes et singulos triangulos isosceles habere tres angulos aequales duobus rectis, non propterea cognosceret *quod quid est,* seu universale trianguli ut triangulus est. Porro in attingendo hoc universali habetur scientia demonstrativa, quae ad definitiones assurgit, quae sunt principia demonstrationis. Impossibile est ergo quod in perceptione sensus scientia consistat, et quod intellectus sit facultas sensitiva.

v) *Quod luna tunc dejiceret.* – ACDEGKMQT: *quia luna;* G om. *tunc;* M: *tunc deficit.*

ξ) *Causa autem perse* etc.-A: *causa autem est universaliter facere scire, ut iam* etc.; Q: *causa autem per se est universalius causa.* – GHKI.N: *et ideo cognitio per universalem, qualis* etc.;M: *per causam universalem.*

0) *Dummodo sit de rebus* etc.-A: *ex rebus.* – CDEKLMN: *quae habeant.-O; causam universalem; quia,-A: intelligere qualiter id.*

π) *Scientiae vocantur.* – B om. *scientiae:* cuius loco s. m. DK: *sensitivae,* EMNT, p. m. DK et s. m. C: *sententiae.*

p) *Non quideni* etc.- G: *si ea vidiss., ut Deus, quia scientia facta (?) consistat* etc.: lectio non attendenda; K erron.: *vidiss. si quidem quod;* Q om. *non quidem eo;* sed est mendum.-Ceteri codd., cxc. H, om. *eo.*

σ) *Accipimus de omni* etc.-H: *de omnibus vitris, quae sunt talia;* ADEMNQ: *quod tale sit.*

LECTIO QUADRAGESIMATERTIA

NON EADEM SUNT PRINCIPIA OMNIUM SYLLOGISMORUM

Τά ὁ' αὐτά ἀρχά ἀπάντων εἰναι τών συλλογισμών ἀδύνατον, πρώτον μέν λογικώ Οεωρούσιν. Οί μέν γάρ ἀληΟεΐ εἰσί τών συλλογισμών, οί δέ ψευδεί .

Καί γάρ εστιν ἀληθε ἐκ ψευδών συλλογίσασύαι, ἀλλ* ἀπαξ τούτο γίνεται, οἰον εἰ το Α κατά του Γ αληθέ , το δέ μέσον το Β ψεύδο · ούτε γάρ το Α τω Β υπάρχει ούτε το Β τω Γ. Ἀλλ' εάν τούτων μέσα λαμβάνηται τών προτάσεων, ψευδεί έ'σονται διά το παν συμπέρασμα ψεύδο ἐκ ψευδών εἰναι, τα δ' ἀλη9η ἐξ αληθών, ἐτερα δέ τά ψευδή καί τάληΟη.

Εἰτα ούδέ τα ψευδή ἐκ τών αὐτών ἑαυτοΐ · ἐστι γάρ ψευδή ἀλλη'λοι καί ἐναντία καί αδύνατα ἀμα εἰναι, οἰον το την δικαιοσύνην εἰναι αδικίαν η δειλίαν, καί τον ἀνθρωπον 'ίππον η βούν, η το ἰσον μεΐζον η ελαττον. Ἐκ δέ τών κειμένων ὠδε·

ούδέ γάρ τών αληθών αί αὐταί ἀρχαί πάντων. "Ετεραι γάρ πολλών τω γένει αϊ ἀρχαί, καί ούδ' ἐφαρμότττουσαι, οἰον αί μονάδε ταΐ στιγμαΐ ούκ ἐφαρμότττουσιν αί μέν γάρ ούκ ἐχουσι Θέσιν, αί δέ ἐχουσιν. ’Ανάγκη δέ γε η ει μέσα ἀρμο'ττειν η ἀνωθεν η κάτωθεν, η τού μέν εἰσω ἐχειν τού δ' ἐξω τών ορών.

Ἀλλ ούδέ τών κοινών ἀρχών οἰοντ' εἰναί τινα , ἐξ ών ἀπαντα δειχθησεται· λέγω δέ κοινά οἰον το παν φαναι η ἀποφάναι. Τά γάρ γένη τών δντων ἑτερα, καί τα μέν τοΐ ποσοΐ τά δέ τοΐ ποιοΐ ὑπάρχει μο'νοι , μεθ' ών δείκνυται διά τών κοινών.

Ἐτι αί ἀρχαί ού πολλώ ἐλάττου τών συμπερασμάτων ἀρχαί μέν γαρ αί προτάσει , αί δέ προτάσει η προσλαμβανομένου δρου η ἐμβαλλομένου εἰσίν. Ἐτι τα συμπεράσματα ἀπειρα, οί δ' δροι πεπερασμένοι.

νΕτι αί ἀρχαί αί μέν ἐξ ἀνάγκη , αί δ' ἐνδεχόμεναι. Ούτω μέν ούν σκοπουμένοι αδύνατον τά αὐτά εἰναι *πεπερασμένα* , ἀπειρων δντων τών συμπερασμάτων.

Εἰ δ' ἀλλω πω λέγοι τι , οἰον οτι αἰδί μέν γεωμετρία αἰδί δέ λογισμών αἰδί δέ ιατρική , τί ἀν εἴη τό λεγόμενον ἀλλο πλην οτι εἰσίν ἀρχαί τών επιστημών; το δέ τά αὐτά φάναι γελοΐον, οτι αὐταί αὐταΐ αί αὐταί· πάντα γάρ ούτω γίνεται ταϋτά.

Ἀλλά μην ούδέ τό ἐξ απάντων δεικνυσθαι ὁτιούν, τούτ' εστί το ζητεΐν ἀπάντων εἰναι τά αὐτά ἀρχά · λίαν γάρ ευηθε . Ούτε γαρ ἐν τοΐ φανεροΐ μαΟη'μασι τούτο γίνεται, ούτ' ἐν τη αναλύσει δυνατόν αί γαρ ἀμεσοι προτάσει ἀρχαί, ἑτερον δέ συμπέρασμα προσληφθείση γίνεται προτάσεω ἀμέσου.

Εΐ δε λέγοι τι τά πρώτζ αμέσου προτάσει ταύτα εἰναι ἀρχά , μία ἐν ἑκάστω γένει ἐστίν.

Εἰ δέ μη'τ ἐξ ἀπασών ὠ δέον δεικνυσΟαι ὁτιούν μη'Ο' ούτω ἑτέρα ὡσΟ' ἑκάστη ἐπιστη'μη εἰναι ἑτέρα , λειπεται ει συγγενεί αί ἀρχαί πάντων, ἀλλ' ἐκ τωνδί μέν ταδί, ἐκ δέ τωνδί ταδί.

Φανερόν δέ καί τούΟ* οτι ούκ ἐνδέχεται· δέδεικται γάρ δτι ἀλλαι ἀρχαί τω γένει εἰσίν αί τών διαφόρων τω γένει. Αί γάρ ἀρχαί δίτται, ἐξ ών τε καί περί ο· αί μέν ούν ἐξ ών κοιναί, αί δέ περί δ ἴδιαι, οἰον ἀριθμο , μέγεθο .

* Eadem autem principia esse omnium syllogismorum impossibile est: primum quidem logice speculantibus. Hi quidem enim veri sunt syllogismi, alii autem falsi. gℓCa^^x*".

Et si namque sit verum ex falsis syllogizare, sed semel hoc fit; ut si A de C verum sit, medium autem B falsum: neque enim A in B est, neque B in C. Sed si harum media accipiantur propositionum, falsae erunt ex eo quod omnis conclusio falsa ex falsis est, vera autem ex veris: alterae autem sunt verae et falsae.

Postea neque falsae ex eisdem sunt: est enim falsas ad invicem et contrarias et impossibiles simul esse; ut iustitiam esse injustitiam aut timorem, aut hominem equum et bovem, aut aequale maius et minus. Ex positis autem sic est:

neque etiam verorum eadem principia omnium sunt. Alia enim multorum genere principia sunt neque conveniunt, ut unitates punctis non conveniunt: hae quidem enim non habent positionem, illa autem habent. Necesse autem est in media convenire, aut ad sursum, aut ad deorsum, aut hos interius habere, illos autem exterius terminorum.

Sed neque communium principiorum possunt esse aliqua ex quibus omnia demonstrabuntur; dico autem communia, ut omne affirmare et negare. Genera enim eorum sunt altera; et alia quidem in quantitatibus, alia vero in qualitatibus sunt solis, cum quibus demonstratur per communia.

Amplius principia non multo minora sunt conclusionibus; principia quidem enim propositiones sunt, propositiones autem assumpti termini, aut immissi sunt. Adhuc conclusiones infinitae sunt, termini autem finiti.

Amplius principia, haec quidem ex necessitate, illa vero contingentia. Sic igitur in intentione his habitis, impossibile est eadem esse principia, aut finita, cum infinitae sint conclusiones.

Si vero aliter quodammodo dicat aliquis quod haec quidem geometriae, alia vero syllogismorum, alia autem medicinae, quid utique erit aliud quod dicitur, nisi quod sunt principia scientiarum? Sed eadem dicere derisio est, quoniam eadem eisdem eadem essent; omnia enim sic fiunt eadem.

At vero neque quod ex omnibus demonstrare quodlibet horum est; nam hoc quaerere omnium eadem esse principia; multum enim insipiens est. Neque enim in manifestis mathematicis, neque in resolutione possibile est; immediatae enim propositiones principia sunt; altera autem conclusio fit, accepta propositione immediata.

Si autem dicat aliquis primas immediatas propositiones esse principia, unum in unoquoque genere est.

Si vero neque ex omnibus, ut opus est, demonstrari quodlibet, neque sic ex altera; quare erunt uniuscuiusque scientiae altera: relinquitur igitur si proxima sunt principia omnium, sed ex iis quidem haec, ex illis autem illa.

Manifestum autem hoc est quoniam non contingit: monstratum est enim quod altera principia genere sunt differentium genere. Principia enim duplicia sunt, ex quibus, et circa quae: ex quibus quidem igitur communia sunt; quae autem sunt circa quae, propria sunt, ut numerus, magnitudo.

Synopsis. — 1. Argumentum lectionis. – Thesis: non sunt eadem principia omnium syllogismorum. – Et thesis probatur imprimis logice, nempe per rationes communes omnibus syllogismis.- 2. Ratio prima sumitur ex veritate et falsitate syllogismorum. Sunt syllogismi veri et syllogismi falsi. Ergo eorum sunt diversa principia. – 3. Solvitur obiectio.-Ex veris principiis non concluditur falsum; ex falsis autem contingit concludere verum, sed semel in solo primo syllogismo. – 4. Falsorum syllogismorum non sunt eadem principia; quia cum contingat conclusiones falsas esse contrarias, nonnisi ex principiis contrariis esse possunt. – 5. Imo ne-

que eadem principia sunt verorum syllogismorum ; et prima ratio sumitur ex diversis principiis rerum propriis. Rerum enim genere diversarum, dc quibus fiunt syllogismi, diversa sunt principia propria, quae inter se non conveniunt. Syllogismi autem qui sunt ex eisdem principiis, conveniunt vel in medio, vel sursum ascendendo versus maiorem extremitatem, vel deorsum descendendo versus minorem extremitatem. – 6. Altera ratio sumitur ex principiis communibus: nam non possunt esse aliqua principia communia, ex quibus solum omnia syllogizentur; sed cum sint diversa entium genera, oportet principiis communibus coassumere principia propria ad concludendum in qualibet materia. – 7. Tertia ratio sumitur ex comparatione praemissarum ad conclusiones. Quia enim ex terminis finitis possunt ipdefinitae conclusiones fieri, quae sunt sive *per se* sive *per accidens,* conclusiones autem inferuntur ex principiis; sequitur quod haec sint indefinita, et ideo diversa, sicut conclusiones. – 8. Quarta ratio sumitur ex diversitate necessarii et contingentis. Diversa sunt contingentia et necessaria. Sed syllogismorum quaedam principia sunt necessaria, quaedam contingentia. Ergo etc. – 9. Deinde eadem thesis probatur analytice, nempe per rationes proprias principiis quibus scientiae demonstrant.-Prima ratio sumitur ex distinctione scientiarum ; quae non distinctae sed una et eadem essent, si eadem haberent principia: nam principia sunt quodammodo eadem cum conclusione, seu scientia. – 10. Ratio altera sumitur ex re demonstrata: non enim quodlibet ex quolibet principio demonstratur. – ii. Excluditur obiectio. – Non ex solis communibus principiis possunt omnia demonstrari; sed, ut dictum est n. 6, oportet coassumere primum principium proprium unicuique generi scibilium, – 12. Quia ergo ex quolibet non concluditur quodlibet, sequitur quod ex principio ex quo concluditur haec conclusio, non concludatur alia ; proindeque diversarum scientiarum sunt diversa principia. – 13. Tertia ratio sumitur ex diversis generibus rerum. Diversorum enim generum, ut dictum est n. 5, sunt diversa principia propria.

l' ostcluarn Philosophus prosecutus est quorum est scientia, hic pro-
P principiis scientiarum, ostendens non esse eadem principia omnium * syllogismorum. Et ** primo, ostendit hoc logice *, idest per rationes communes omnibus syllogismis; secundo, ostendit hoc* analytice, scilicet per rationes proprias demonstrationis; ibi: *Si vero aliter** etc. Circa primum tria facit: primo, ostendit propositum per differentiam syllogismorum falsorum averis0'; secundo, per differentiam falsorum ad invicem ; ibi : *Postea nequefalsae** etc.; tertio, per differentiam syllogismorum verorum ad invicem; ibi: *Neque verorum* * etc. Circa primum duo facit; primo, ostendit propositum; secundo, excludit quamdam obviationem; ibi: *Et si namque sit verum* * etc.

2. Dicit ergo primo quod, primo logice speculando , manifestum est quod non possunt esse eadem principia omnium syllogismorum, propter hoc quod quidam syllogismi sunt falsi, idest concludentes falsum, et quidam veri, idest concludentes verum. Syllogismorum autem falsorum et verorum sunt diversa principia. Nam syllogismorum verorum sunt principia vera; syllogismorum autem falsorum sunt principia falsa. Non ergo omnium syllogismorum sunt eadem principia.

3. Deinde cum dicit: *Et si namque sit verum* etc., excludit quamdam obviationem. Posset enim aliquis dicere * quod etiam syllogismorum verorum sunt principia falsa, quia contingit ex falsis syllogizarc verum*. Sed hoc excludit dicens quod quamvis contingat syllogizare verum ex falsis, tamen hoc solum contingit semel ɣ in primo syllogismo, quo ex falsis concluditur verum. Sed si oporteat alios * syllogismos inducere ad probandum praemissas propositiones *, necesse erit ** quod illi syllogismi procedant cx falsis, quia ex veris non concluditur falsum *: et ita in sola prima syllogizatione * ex falsis concluditur verum. Et hoc manifestat per exemplum. Sit enim haec propositio vera, *omne * C est A:* accipiatur autem ad utramque extremitatem medium falsum, quod est B, ita scilicet quod neque A insit B, neque B insit C. Si * accipiantur aliqua media ad probandum praemissas propositiones, omnes propositiones falsorum syllogismorum erunt falsae: quia omnis conclusio falsa concluditur ex falsis, sed conclusio * vera potest concludi ex omnibus veris. Unde quando 3 propositiones praemissae sunt verae, ex quibus concluditur verum, non oportebit devenire ad aliquod falsum. Sic igitur, cum aliae sint propositiones verae, et * aliae falsae, sequitur quod alia sunt principia verorum syllogismorum et alia falsorum.

4. Deinde cum dicit: *Postea neque falsae ex eisdem* etc., ostendit quod nec etiam * falsorum syllogismorum sunt eadem principia. Contingit enim conclusiones falsas esse contrarias ad invicem, et incompossibiles sibi esse '. Sicut haec conclusio, *iustitia est iniustitia,* est incompossibilis huic conclusioni, *iustitia est timor,* cum utraque sit falsa. Timor enim sicut differt genere a iustitia, ita etiam ab iniustitia. Similiter etiam ç hac duae conclusiones falsae sunt contrariae et incompossibiles, *homo est equus,* et, *homo est bos.* Et similiter hae duae propositiones sunt incompossibiles, *aequale est maius,* et, *aequale est minus.* Oportet autem * concludere ** sic esse cx aliquibus, quibus positis, ista sequuntur unde oportet quod sicut** ista sunt contraria et incompossibilia *, ita etiam ** principia ex quibus concluduntur

· *Propos,* om, "°codd.-rN:e». "cf. iccr. xxvn, ' a h : *illatione ;* o · *omne* om. *B. I Codd.(exc.c): *accip'."c'* •codd.-rr/a/. *sis,concl.autem;* h om. *conct.* 3 · *Et* ex codd. * codd –P:ne- *que fats.; o. nec omnium fais.* ε ζ ' Codd.-r:e«im. * 0 : *conctusfo-* ««· *quantur;* p; se- •'.codd.-pxam... ' DEKLNOQST Ct s. m.B.-p: im- 1 ?^ ///a-exc »“» ; " ' η

' g : *cavillare ; hq.: credere;* dk p. m. om.; s. m. k in interi, ut g, marg, ut p. • Ct. lect. xm, n. 10. β T * Codd. - p: *aliquos.*

α) *A veris* **etc.-Cod. O loco** *a veris* **habet erronee** *analytice;* **sicut immediate infra legit erronee:** *per differentiam syllogismorum,* **om. cum p. m. A** *falsorum;* **C:** *per differentiam syllogismorum falsorum* **(Cf. infra, n. 4).**

β) *Quamvis contingat syllogizare* **etc. – Textus graecus qui lectioni praefigitur: χαι γάρ ϊστιν, qunm îectioncm sequitur Waitz; attamen in** *Commentar,* **sup. cap. xxxit, pag. 374-5, notat: « Brandisius (Variet. » lcct. Arist.) legi mavult xav γάρ ε"η, quod Boethius videtur habuisse, » qui vertit,** *et si enim sit verum.»* **– Sed et hanc Boethii Iccliоncm habet Philoponus: εϊ χαι ένδέ/εται έχ ψευδών αληΟϊ; συμπέρασμα συναγαγιΐν (Ed. cit, pag. 178). Et ita s. Thomas. Lectionem Brandish habent Pacius, l** *Poster.,* **cap. xxvi, pag. 222;** *Du-Vallius, l Poster.,* **cap. xxxu, pag. 227; Ed. Basii. 153g, l** *Poster.,* **pag. 77, lin. 42.**

γ) *Hoc solum contingit* **etc.-Codd. BCEGKLMST et s. m. D:** *hoc solum contingit semel* **(D p. m. soil's)** *in* **etc. O:** *semel, idest in* **etc.; P om.** *semel.* **– G ct s. m. K :** *quod ex falsis;* **Q:** *quando ex fais.* **II om.** *tamen hoc... quo ex falsis.*

δ) *Unde quando* **etc. – AC:** *Unde quia;* **EGHKLM et p. m. DNT:** *Unde quae.-A: non oportebat devenire;* **G:** *non oportet tendere;* **ct** *tendere* **etiam EQ; H:** *non oportebit tenere ut ad;* **ct** *tenere ut* **videntur habere corrupte codd. CL ct p. m. KT.**

ε) *incompossibiles sibi esse. – O: impossibiles,* **ct cum A et p. m. B om.** *sibi,* **et cum P om.** *esse;* **GH:** *incompossibiles sibi invicem. Sicut.* **– Infra in hoc num. cod. M:** *impossibilis (les, lia).*

ζ) *Similiter etiam* **etc. – Codd., exc. A&:** *Similiter et;* **A om.** *etiam hae.* **– G:** *hae duae propositiones sunt incompossibiles.* **– O infra:** *Et similiter hae duae conclusiones sunt* **etc.; Q om.** *propositiones.*

η) *Ita etiam principia ex quibus concluduntur.-Piana* **est ratiocinatio Aristotelis, uti exponitur a s. Thoma. Thesis probanda est:** *Falsorum syllogismorum non sunt eadem principia.* **Probatur autem hoc modo. Dantur conclusiones falsae, quae sibi invicem contrarie opponuntur ct ideo sunt incompossibiles, ut,** *iustitia est iniustitia, iustitia est timor; homo est equus, homo est bos; aequale est maius, aequale est minus.* **Atqui falsae conclusiones oppositae et incompossibiles non possunt in-**

5. Deinde cum dicit: *Neque etiam verorum* etc., ostendit quod nec syllogismorum verorum sunt eadem principia, quatuor rationibus. Quarum prima * sumitur ex differentia principiorum propriorum; unde dicit quod *neque etiam verorum syllogismorum sunt eadem principia.* Diversorum enim * generum diversa principia sunt **: sicut patet quod magnitudinum " principia sunt puncta, numerorum autem unitates; quae non conveniunt sibi invicem *, quia unitates non habent positionem, puncta vero habent. Si autem principia omnium * syllogismorum convenirent ad invicem, necesse esset quod vel convenirent in medio, vel sursum * ascendendo versus *maiorem* extremitatem, vel deorsum descendendo * versus *minorem,* quia in syllogismis * necesse est quod termini vel assumantur interius vel exterius. – Interius quidem, quando multiplicantur syllogismi ad probandum propositiones inductas. Tunc enim necesse est quod accipiantur media, quae sunt inter praedicata propositionum et subiecta. Puta * si. sit talis syllogismus, *omne B est A, omne C est B, ergo omne C est A;* si oporteat probari *omne B est A,* oportet assumere aliquod medium inter B et A, puta D. Et similiter si debeat probari *minor,* oportet accipere aliquod medium inter C et B, puta E: et sic semper termini assumpti * interius habentur.-Exterius autem assumuntur, quando vel maior extremitas accipitur ut medium ascendendo, vel minor * descendendo : puta si A concludatur de C per B, et iterum C concludatur de B per A; et sic inde. Similiter ‘ etiam proceditur descendendo, si B concludatur de F per C. Necesse est ergo in syllogismis communicantibus in principiis, vel quod accipiatur medium unius syllogismi supra * propositiones alterius syllogismi; vel accipiantur * extrema unius * syllogismi supra vel infra ** extrema alterius syllogismi. Sed hoc non potest esse in rebus quarum * sunt principia diversa: quia puncta non possunt accipi neque ut media, neque ut extrema in syllogismis in quibus concluditur aliquid de numero; neque unitates * in syllogismis in quibus concluditur aliquid de * magnitudinibus. Relinquitur ergo quod non possunt esse eadem principia omnium syllogismorum.

6. Secunda ratio ponitur ibi: *Sed neque communium principiorum* etc., quae sumitur ex principiis communibus; et dicit* quod non possunt esse aliqua principia communia, ex quibus solum omnia syllogizentur, sicut hoc est * principium commune, *De quolibet est * affirmatio vel negatio;* quod quidem communiter est verum * in omni genere; non tamen est possibile, quod ex solis aliquibus taliter communibus possint omnia syllogizari : quia * genera entium sunt diversa, et diversa sunt principia quae sunt solum quantitatum principia, ab his quae solum sunt principia qualitatum; quae oportet coassumere * principiis communibus ad concludendum in qualibet materia. Puta si in quantitatibus oporteat ex dicto principio x communi syllogizare, oportet accipere quod, cum haec sit falsa, *punctus est linea,* oportet hanc esse veram, *punctus non est linea.* Et similiter in qualitatibus oportet coassumere * aliquid proprium qualitati. Unde relinquitur quod impossibile sit esse * eadem principia omnium syllogismorum.

7. Tertiam rationem ponit ibi: *Amplius principia non multo* etc., quae sumitur ex comparatione praemissarum ad conclusiones; et dicit quod principia non sunt multum pauciora conclusionibus. Sunt quidem pauciora J, quia, quamvis ad unam conclusionem inferendam duo principia,

• coda.–p: *una.*

• a™ om. λ. β

•codd -p-.con-

• codd. - p.· o- >y“og.

-λo: *in sursum,*

* *Descendendo* ex codd., exc.H, qui om. *maiorem... versus.*
* p: *syllogismo.*

• Codd. - p: *Ut puta.*

* a : *accepti.*

* o: *min. accipitur ut medium descendendo.*

* Codd. : *infra.* o habet lac.
* a : *excip.*

' ı : *utriusque.*
·· Codd. - r om. *vel infra,* m et p. m. n hab. lac.
• L : *quibus.*

" amoq om. *de numero.. . aliquid ;* al. codd.: *neque etiam unit.*
• o : *in.*

▮ aq: *ostendit.*

• *Est* ex codd.

' *Est* om. codd., eXC. AKN. - beo : *negatio vera.*
• o: *est medium;* non recte.

• A: *quod.*

• a non recte : *coassumere* (s. m. *assumere) ex.*

x

* bo: *assumere.*

* o ponit *esse* post *syilog.*

ferri nisi ex principiis oppositis et incompossibilibus. Ergo principia falsorum syllogismorum, ex quibus falsae conclusiones oppositae inferuntur, sunt opposita et incompossibilia. – Non ergo videtur integra expositio, quam in *Comment,* super cap. xxxn (pag. 3γ5) dat Waitz huius loci Aristotelis. Ait enim : ‹ Deinde ne ea quidem quae falsa sunt ex » iisdem semper principiis cogi possunt: sunt enim ipsius falsitatis dif- » ferentiae: nam alia falsa sunt quia ponunt contraria, ut si quis dicat » iustitiam esse iniustitiam, vel id quod aequale sit esse maius vel mi- » nus; alia, quia connctunt quae coniungi nequeunt, ut si quis dicat » hominem esse equum. ‚ – Praetermittuntur verba Ἐκ δε των χειμένων ὠδε, *ex positis autem sic,* nempe, ut s. Thomas recte exponit: oportet autem concludere sic esse ex aliquibus principiis, quibus positis, praefatae conclusiones oppositae sequuntur: quae verba constituunt minorem ratiocinationis, unde dilucide sequitur conclusio, quae est ipsamet thesis, de diversitate principiorum. – Sed minus etiam quam Waitz mentem Aristotelis attigit alius auctor. Tres enim primos versus huius lectionis (τὰ ὁ' αὐτκ ... και γὰρ... εἶτα οὗ3ε) simul complectens, ait: « Les principes des démonstrations ne sauraient être les mêmes pour toutes. Le simple raisonnement le prouve (λογικω), puisqu'il y a des syllogismes vrais et des syllogismes faux, et que l'on peut conclure le vrai de propositions fausses. On peut, en outre, s'en convaincre d'après tout ce qui précède (ἐκ των κειμένων) » *(De la logique d'Aristote par J. Barthélemy' Saint–Hilaire,* Torn, i, Deuxième partie, Sect, i, pag. 3o8-q. – Paris 1838).

6) *Sicut patet quod magnitudinum* etc. – A: *sicut patet quod magnitudinum principia puta numerorum sunt unitates, quae;* BO habent lectionem P, excepto quod loco τοῦ *quia non conveniunt,* habent cum A, *quae non conveniunt ;* C: (marg. *ut) puta* (corrigitur in *puncta* et marg. add. *magnitudinum), numerorum autem unitates, quae non* etc.; D: *sicut patet per* (corrig. in *quod) magnitudinum principia sunt puta* (corrig. in *puncta), numerorum autem unitates, quae conveniunt:* (corrigitur s. m. error, addito *non); et* cum p. m. D legit E. – G : *sicut patet per magnitudinum principia, quae sunt puncta, numerorum autem sunt unitates, quae* etc.; H: *sicut patet per magnitudinem, cuius principia sunt puncta, numerorum autem unitates, quae; K-.sputa* (expung., et marg, add.: *sicut patet, ut magnitudinum principia sunt puncta), numerorum autem unitates, quia;* L: *sicut sunt puta* (corrupte pro *puncta), numerorum autem unitates, quae;* M: *sicut patet per magnitudinem* (corrig. in *magnitudinum) principia, puta numerorum aut unitatum, quae;* N: *sicut patet per* (corrig. in *quod) magnitudinum principia sunt puta* (corrupte pro *puncta), numerorum aut unitatis, quae;* Q: *ut patet per* (leg. *quod) magnitudinum principia sunt puncta, numerorum autem unitates, quae;* S: *sicut puta* (puncta) *numerorum aut* (autem) *unitates, quae;* T: (om. *sicut) puta numerorum et magnitudinum principia sunt puncta aut unitates, quae.*

1) *Et sic inde. Similiter* etc. – ABCDEGKLMNOST: *et sic inde* (B, *semper inde). Similiter;* Q: *et sic idem. Similiter;* H: *et sic deinceps. Similiter etiam;* P: *Et sic similiter.* – A: *Similiter autem proc.;* MQ om. *etiam.* – O : *sed si B* etc. – Paulo supra *(et sic semper),* s. m. C : *al. sic autem semper;* s. m. DK: *et tunc semper;* G et, ut videtur, p. m. CDK: *et cum sunt semper;* S: *puta E: sunt semper.*

x) *Oporteat ex dicto principio* etc. – A : *ex dato principio.* – ACD EGKLMNST: *principio etiam syllogiq.;* H om. *communi;* Q: *ex dicto modo syllogizare.*- OT: *oportet assumere;* et O om. seq. *haec;* Q: *quod haec sit falsa,* omisso *cum,* pro quo plures codd. habent *cd (causa)* corrupte pro *cu.*

λ) *Sunt quidem pauciora, quia* etc. – Codd. : *et dicit quod principia non sunt multo* (C, *multa) pauciora conclusionibus. Sunt quidem pauciora* (C, om. *conci.: Sunt quidem pauciora;* sed *conclusionibus* add. marg.), *quia quamvis ad unam conclusionem inferendam duo principia, idest duae propositiones requirantur* (AGS, *requiruntur), tamen* (A, *cum;* E, *dum;* K ante *tamen* marg. add. *cum;* O, *sed tamen;* D dubius an *tamen* vel *cum) una conclusio non concluditur* (E, *concludatur;* B om. *conclusio non conci.) immediate nisi ex duabus, sed* (Q om. *sed) una propositione potest quis uti.* Conservamus integram lectionem Pianam. – Infra *(Non tamen),* Piana cum codd. legit: *sunt multo plura principia;* sed Caietanus in hunc locum animadvertit quod ita habent *libri incorrecti.* En integram Caietani expositionem, quae etiam ad declarandam hanc tertiam rationem inservit. « Ad evidentiam autem nu- » meri principiorum, sciendum est, quod quaedam propositiones sunt » principia tantum, quaedam conclusiones tantum, quaedam conclusio- » nes et principia. Primae namque propositiones principia sunt et non • conclusiones, aliter priores haberent, ultimae autem conclusiones » et non principia, aliter posteriores haberent, mediae autem et prin-

idest duae propositiones requirantur,quia una conclusio non concluditur immediate nisi ex duabus; tamen una propositione potest quis uti ad inferendum plurimas conclusiones, secundum quod sub subiecto aut sub praedicato multa accipi possunt. Non tamen sunt multo pauciora principia quam conclusiones; quia plurima * eorum quae principiis coassumuntur ad conclusiones alias inducendas * sunt etiam conclusiones. Principia enim propositiones hic appellantur: propositiones autem aut * assumpti termini aut immissi sunt; idest propositiones in syllogismis multiplicantur, aut assumendo terminos extrinsecus, vel supra maiorem extremitatem et * infra minorem, ut supra dictum est*, aut accipiendo terminos qui sunt in medio. Et ad hoc* addendum est quod conclusiones sunt infinitae: potest enim quodlibet concludi de quolibet vel affirmative vel negative. Et ne videretur hoc esse contrarium ei, quod supra * ostenderat, praedicationes non procedere in infinitum, subiungit quod termini sunt finiti: et ad hoc pertinet quod supra ostensum est, esse statum in praedicationibus; sed ex terminis finitis possunt infinitae conclusiones fieri secundum diversas combinationes, ut tamen * accipiamus communiter conclusiones, tam quae sunt per se quam quae sunt per accidens *. Loquitur enim nunc ** communiter de * syllogismis. Si ergo conclusiones sunt infinitae, principia autem non sunt multo pauciora conclusionibus, sequitur quod etiam principia syllogismorum sunt infinita. Non ergo sunt * eadem principia omnium * syllogismorum.

8. Quartam rationem ponit ibi: *Amplius principia, haec quidem* etc., quae sumitur ex differentia necessarii et contingentis; et dicit quod principiorum quibus utimur in syllogismo, quaedam sunt contingentia et quaedam sunt * necessaria, ut patet in * libro *Priorum* **, ubi docuit syllogizare et * ex necessariis et ex ** contingentibus. Non autem eadem sunt necessaria et contingentia: ergo non sunt eadem principia omnium syllogismorum. Et hoc est quod concludit ex his duabus ultimis rationibus, quod secundum rationem * praemissorum, cum infinitae sint * conclusiones, impossibile est esse eadem principia omnium syllogismorum, aut etiam finita.

9. Deinde cum dicit: *Si vero aliter quodammodo* etc., ostendit idem analytice *, scilicet per rationes proprias principiis, quibus scientiae demonstrant. Et ponit tres rationes. Circa quarum ' primam dicit quod, si aliquis non dicat omnium syllogismorum esse eadem principia, sed aliquo modo ξ dicat aliter; scilicet quod quaedam sunt principia geometriae et quaedam logicae, quae dicuntur principia syllogismorum vel ratiocinationum *, et quaedam sunt principia medicinae; et sic accipiendo principia omnium scientiarum, ista * sic accepta eadem sunt principia omnium demonstrationum; hoc non facit ad propositum, quo quis vult sustinere eadem esse principia °, quia per hoc dictum nihil aliud dicitur, nisi quod quaelibet scientia habet sua principia. Sed quod sint eadem principia unius scientiae quae sunt alterius (quod oporteret si eadem essent* principia omnium syllogismorum scientialium π), est impossibile et derisibile ; quia * secundum hoc sequeretur quod omnia * quae sunt in scientiis, essent eadem, et ita omnes scientiae essent una scientia. Quae enim eisdem sunt eadem, sibi * invicem sunt eadem. Sed principia cuiuslibet scientiae sunt quodammodo eadem conclusionibus, quia sunt unius generis. Non enim ρ est cx uno in aliud genus demonstrare, ut supra dictum est *. Si igitur principia sunt * eadem, sequeretur quod omnia quae sunt * in scientiis, essent eadem.

10. Secundam rationem ponit ibi: *At vero neque quod ex omnibus* etc., quae talis est. Si aliquis quaerens omnium eadem esse principia, hoc intendat dicere σ quod quodlibet demonstretur cx quolibet, hoc est stultum dicere; quia hoc neque est possibile in manifestis *mathematibus,* ncc in resolutione. Et vocat manifesta *mathemata,* idest * considerationes vel disciplinas *, quando ex aliquibus propositionibus manifestis statim infertur con-

* o: *plura.*
• o: *inferendas.*
* AE om.; c : *ut.*
* o: *vel.*
* Num. 5.
* abdegkm : *Et adhuc add.;* c l q t dubii.
* Lcct. xxxiii, seqq.
*achn : *cum ;* d p. m. erron. : *non;* q ct s. m. d om. - a : *accipimus.*
* Cf. lect. xxxiii, n. 4 et 8.
*' *Nunc* om. o.
* 0: *hic de.*
*a : *sequitur quod eadem principia sint.*
* *Omnium* cx codd.
* *Sunt* cx codd., cxc. HQ..
* Codd., exc. q ; *ex.*
*. i, capp. vni-xxi.
* *Et* ex codd., cxc. udm; *w.quia.*
-- *Ex* ex codd., cxc. bmq.
'Codd.-ra:™-
' Cf. Icct. xxxv,
*
E
·*; *rationum.*
'°»: *e' uta.*
»
' q : *si omnia*
*un ' r.
' acgk: *quod.*
-ominacM.
' o *(sibi* om.): *sunt invicem.*
p
-Lcct.xv.
• HM : *essent.*
•^■.*essent.*
σ
· *idest om.* λ.
• o om. *idest...*
d'SCÎptma'·

» cipia posteriorum et conclusiones priorum sunt. Et secundum hoc » aequalis est numerus principiorum et conclusionum in mediis, ct tota » inaequalitas consistit in excessu extremorum. Et ideo non multo mi- » nora principia conclusionibus sunt. Si enim omnes mediae propositio- » nes conclusiones essent et non principia, principia remanerent paucis- » sima. Nunc autem quia (ut dictum est) in mediis non est inaequalitas, » principia ampliantur usque ad ultimns conclusiones, quae quia plures » sunt quam primae propositiones in quocumque ordine, quae principia » tantum sunt, ideo pauciora quidem sunt principia conclusionibus, sed » non multo. Et hoc s. Thomas dicit, licet libri incorrecti oppositum » ostendant, et hoc Aristoteles intendere videtur ibi assumens quod » principia propositiones sunt, propositiones autem sunt termini aut » immissi aut assumpti : quasi diceret, quod ideo principia non sunt » multo pauciora, quia principia non solum sunt primae propositio- » nes, sed illae, quae sunt termini immissi in prima figura, aut as- » sumpti in secunda ct tertia, idest, sed etiam inter principia annume- » rantur omnes praemissae, quae ex terminis immissis aut assumptis » fiunt: est siquidem praedicatio causalis terminorum de propositionibus » et non identica. » (In 1 *Poster.,* cap. xxtv, § *Circa rationes,* fol. 71, coi. 4).

ρ) *Sed ex terminis finitis.* – Ita est legendum cum codd. ut patet ex contextu; non autem erronee cum edit. Piana: *sed ex terminis infinitis.* B habet simpliciter, *sed ex terminis possunt etc.:* sed haec lectio minus perspicua est, et ideo seponenda.

ν) *Et ponit tres rationes* etc. – AG: *Et... rationes. Quarum circa primam dicit;* O: *Et ponit tres rationes communes. Quarum prima dicit.*

ξ) *Sed aliquo modo* etc.-H: *et aliquo modo dicant aliquid aliter; scilicet quaedam ;* AC om. *scilicet.*

0) *Eadem esse principia etc.* —β: *principia omnia.* – Codd.: *per hoc;* P: *propter hoc;* O om. *dictum.* -A; *habeat sua propria principia.*– ABCEKLMNOST ct p. m. D: *principia. Sed quod sint* (L, *sunt) eadem principia unius* etc.; G: *Sed quod eadem sint* etc.; H: *Sed quod sint principia eadem* etc.; Q: *Sed quod sint omnia princip. unius* etc.; D s. *m. principia, sed non quod sint eadem princip.* Piana: *principia, et non sint principia unius scientiae.* Lectio s. m. D acceptari posset, dummodo inferius immediate post *scientialium* retineretur *Sed istud;* at haec verba a maiori et saniori parte codd. omittuntur (cf. not. seq.). Lectio autem adoptata cx omnibus codd. magis perspicua est quam Piana et concordat cum textu.

π) *Syllogismorum scientialium.* – Hoc est *demonstrationum,* quae sunt syllogismi facientes scire (Cf. Icct. iv, n. 9). ACHKLMNST et p. m. D erronee : *syllogism, substantialium ;* EQ om. *scientialium.* – ABCKL MNST et p. m. D om. *Sed istud:* quod habet P immediate ante *est impossibile.* E: *Hoc est* etc.; GHOQ et s. m. D: *Quod est impossib.* (cf. not. praeccd.).

ρ) *Non enim* etc.-O: *Quia quae sunt unius generis, non est ex uno in aliud genus demonstrare, ut* etc. Lectio non bona.

σ) *Intendat dicere* etc.-ABGNQ et p. m. D: *intendit;* G: *intendit dicere quia quidlibet demonstratur de quolibet ; sed est stultum dicere, quia hoc stultum est (stultum est* expung.) *impossibile est* etc.-Prosequitur P: *in manifestis mathematicis,* et paulo post, *manifesta mathematica,* et infra rursus, *in manif. mathematicis :* at *mathematibus* legunt prima vice codd. ELNST, s. m. A et p. m. CK; altera vice ABCEGL NOST et p. m. DK. Loco autem *mathematica* habent *mathemata* ALT, p. m. K et, ut videtur, CEMNQ. Adoptavimus codd. lectionem, quae conformis est textui Aristotelis et explicationi s. Thomae.

clusio. Vocat autem resolutionem *, quando propositiones assumptae non sunt manifestae, sed oportet eas resolvere in alias * manifestiores. Et quod hoc sit impossibile probat, quia utroque modo principia demonstrativorum syllogismorum sunt immediatae propositiones, quae vel statim assumuntur in manifestis *mathematibus* sive doctrinis, vel ad eas devenitur per resolutionem. Videmus autem * quod demonstratur alia conclusio, coassumpta immediata propositione alia. Et ideo # non potest esse quod ex quolibet demonstretur quodlibet.

11# Consequenter* cum dicit: *Si autem dicat aliquis* etc., excludit quamdam obviationem. Posset enim aliquis dicere quod duplex est genus immediatarum propositionum : quaedam enim sunt immediatae propositiones primae, et quaedam secundae, ita quod accipiatur ordo immediatarum propositionum secundum ordinem terminorum. Nam illae propositiones immediatae T quae consistunt in terminis primis et communibus, sicut est *ens* et *non ens, aequale* et *inaequale, totum et pars,* sunt primae et * immediatae propositiones; ut **, *non contingit idem esse et non esse,* et, *quae uni et eiaem sunt aequalia, sibi invicem sunt aequalia,* et similia. Immediatae autem propositiones quae sunt circa posteriores terminos et minus communes, sunt secundae u respectu primarum; sicut quod *triangulus est figura,* vel quod *homo est animal.* Potest ergo aliquis dicere quod secundae propositiones immediatae * coassumuntur ad diversas conclusiones demonstrandas ; sed primae propositiones immediatae sunt eaedem in omnibus demonstrationibus.

Et ideo ad hoc excludendum dicit ? quod, si aliquis dicat primas immediatas propositiones has esse illa principia ex quibus omnia demonstrantur, considerare debet * quod nihilominus in unoquoque genere oportet esse unum principium vel unam propositionem immediatam, primam in illo genere, non primam simpliciter z; et quod ex illa quae est prima simpliciter, coassumpto isto principio proprio'*' huiusmodi generis, oportebit in hoc genere demonstrari. Et ita non ex solis communibus principiis possunt omnia demonstrari; sed oportet coaccipere propria ", quae sunt *diversa* diversorum *.

12. Consequenter* cum dicit: *Si vero neque ex omnibus* etc., excluso stulto intellectu positionis* contra quam disputatur, concludit propositum; et dicit quod, si non dicatur quod quodlibet demonstretur ex quolibet, sicut opus est dicere propter praemissa, sequitur quod nec sic ex principio, ex quo concluditur haec conclusio, concludatur altera *; alioquin ex quolibet demonstraretur **quodlibet. Unde necesse est quod diversarum scientiarum sint diversa principia, si oportet quod omnium scientiarum principia sint unius generis his, quae ex eis demonstrantur ; sed oportebit quod ex istis principiis demonstrentur hae conclusiones, et ex illis illae *, ex diversis scilicet principiis demonstratione facta in diversis scientiis, quae sunt de * diversis generibus.

13. Tertiam rationem ponit ibi: *Manifestum autem hoc est etc.,* et dicit quod manifestum est etiam * alio modo quod non contingit hoc, scilicet quod eadem sint * principia omnium scientiarum; quia ostensum est supra * quod diversorum generum sunt principia diversa genere. Unde cum diversae scientiae sint de diversis generibus, sequitur quod diversa principia sint diversarum scientiarum. Sed quia quodammodo eadem principia communia sunt quibus omnes scientiae utuntur, ideo consequenter distinguit de principiis, et dicit quod duplicia sunt principia Quaedam ex quibus primo demonstratur, sicut primae dignitates, ut quod * *non contingit* ** *idem esse et non esse.* Et iterum sunt quaedam principia * circa quae sunt scientiae, scilicét sublecta 77 scientiarum; quia definitionibus subiecti * utimur ut principiis in demonstrationibus *. Illa ergo prima ** ex quibus demonstratur, sunt communia omnibus scientiis: sed principia circa quae sunt scientiae, sunt propria cuilibet * scientiae, sicut numerus arithmeticae, et magnitudo geometriae. Principia autem communia oportet ad haec propria applicari ad hoc quod demonstretur *. Et quia non ex solis communibus principiis demonstratur, non potest dici eadem esse principia omnium syllogismorum demonstrativorum, quod intendit probare.

τ) *Nam illae propositiones.—ADEMN: Nam illae primae propos.;* **Q:** *Nam illae primae immediatae sunt, quae* etc. – Denique codd. omnes, exc. Q: *propositiones immediatae.* P om. *immediatae,* quod tamen vocabulum non incongruenter hic apponitur iuxta formam loquendi adhibitam tum in praecedentibus tum in subsequentibus.

u) *Et minus* etc.-O: *propositiones secundae sunt circa... et minus sunt communes posteriores respectu primarum.* – Alii codd. (exc. T): *sunt posteriores respectu primarum (A, praemissarum ; Q, primorum).*

o) *Dicit* etc.-O: *dicit primas immediatas propositiones habere illa principia, ex quibus* etc.; GQ:*primas et immediatas.*

χ) *Non primam simpliciter.– Est* lectio codd., exc. MQ; P: *non primam omnino simpliciter;* M om. verba, *primam in illo genere, non primam:* sed est grave mendum, ut patet. Q om. tum *omnino,* tum *simpliciter.*

4) *Coassumpto isto principio proprio.* – Ita legimus cum codd., exc. HOQ, qui tamen magis cum aliis codd. stant quam cum P: *coassumpto isto principio huiusmodi generis;* H : *principio primo;* O om. *isto;* Q: *principio propinquo.* T; *istius generis.* Omnes autem codd. legunt *oportebit;* P: *oportebat.*

o›) *Coaccipere propria* etc. – *Coaccipere* optime habent codd., exc. AQ, cohaerenter ad praemissa, *coassumpto* etc.; PQ: *accipere; A coassumere.* – Item cum omnibus codicibus legimus *quae sunt diversa diversorum.* P: *quae sunt diversorum generum.*

αx) *Si oportet* etc. – Ita codd. BCDEGHKLST; AMN: *Sed oportet* (A s. m., *oporteret);* Q: *Et non oportet;* O om. sint *diversa... scientiarum.* Omnes igitur nostri codices, exc. OQ, positive legunt. P et venetae edd.: *sunt diversa principia. Sed nec oportet* etc. Quae lectio nescio utrum sit intelligibilis: imo videtur quod opponatur tum iis quae hucusque a s. Thoma dicta sunt, tunc ipsi graeco textui. – Cum codd., exc. Q, legimus : *principia sint* (G, *sunt); PQ: sint principia.-H: unius generis cum his;* codd., exc. Q: *quae ex eis;* P: *quae ex his.* – Item codd., exc. Q: *quod ex istis principiis;* P: *ex his demonstrentur.* – Q peculiarem et arbitrariam habet lectionem: *principia unius generis, sed sicut proportionalia, vel quae demonstrantur per illa infra quod conclusiones unius generis demonstrentur per principia illius generis, et sic de aliis. Tertiam rationem* etc.

ββ) *Duplicia sunt principia* etc.-Codd. exc. Q; P: *duo sunt;* Q: *dupliciter sunt.* Lectio codd. est conformis textui et versioni nostrae, et est magis secundum proprietatem verborum. T: *sunt quaedam principia.* – M om. *Quaedam ;* cum codd. omittimus *prima,* quod habet P post *quaedam;* H; *Quaedam sunt.* – Codd.: *ex quibus primo dem.;P* om. *primo;* O: *primo demonstrandum est.*

γγ) *Subiecta scientiarum.* – Codd. AGKLMQS et p. m. N erronee : *scientia scientiarum;* N s. m.: *scilicet quae sunt propria scientiarum.* Patet legendum esse *subiecta,* de quibus definitiones accipi dicuntur ut principia in demonstrationibus.

LECTIO QUADRAGESIMAQUARTA

DE COMPARATIONE SCIENTIAE AD ALIOS COGNOSCENDI MODOS

Το δ' επιστητόν καί έπιστη'μη διαφέρει τοΰ δοξαστοΰ καί δόξη ,

οτι ή μέν έπιστη'μη καθόλου καί δι' άναγκαίων, τό δ' άναγκαΐον ούκ ένδε'χεται άλλω εχειν.

Έστι δέ τινα άληΟη μέν καί όντα, ενδεχόμενα δέ καί άλλω εχειν. Δηλον ουν οτι περί μεν ταΰτα επιστήμη ούκ έστιν εΐη γάρ άν άδυ'νατα άλλω εχειν τά δύνατα άλλω εχειν. Άλλα μην ούδέ νοΰ · λέγω γάρ νοΰν αρχήν έπιστη'μη · ούδ' έπιστη'μη αναπόδεικτο · τοΰτο δ' έστίν ύπόληψι τη αμέσου προτάσεω . ΆληΟη δ' έστι νοΰ καί έπιστη'μη καί δόξα καί τό διά τούτων λεγόμενον ώστε λείπεται δόξαν είναι περί τό αληθέ μέν η ψεύδο , ένδεχόμενον δέ καί άλλω εχειν. Τοΰτο δ' έστίν ΰπόληψι τη αμέσου προτα'σεω καί μη αναγκαία .

Καί όμολογούμενον δ' ούτω τοΐ φαινομένοι · η τε γάρ δόξα άβέβαιον, καί η φύσι η τοιαύτη.

Πρό δέ τούτοι ούδεί οΐεται δοξάζειν, όταν οΐηται αδύνατον άλλω εχειν, άλλ* έπίστασΟαι· άλλ' όταν είναι μέν ούτω , ού μην άλλα καί άλλω ούδέν κωλύειν, τότε δοξάζειν, ώ τοΰ μέν τοιούτου δόξαν ούσαν, τοΰ δ' αναγκαίου επιστήμην.

Πώ ούν έστι τό αυτό δοξάσαι καί έπίστασΟαι, καί διά τί ούκ έστιν ή δόξα έπιστη'μη, εί τι θη'σει άπαν δ οίδεν ένδέχεσΟαι δοξάζειν; άκολουΟη'σει γάρ ό μέν είδώ ό δέ δοξάζων διά τών μέσων, έω ει τά άμεσα έλΟη, ώστ' εΐπερ εκείνο οιδε, καί ό δοξάζων οιόεν. "Ωσπερ γάρ καί τό οτι δοξάζειν έστι, καί το διότι, τοΰτο δέ τό μέσον.

"Η εί μέν ούτω ύποληψεται τά μη ενδεχόμενα άλλω εχειν ώσπερ εχειν τού ορισμού δι' ών αί αποδείξει , ού δοξάσει, άλλ* έπιστη'σεται· εί δ' άληΟη μέν είναι, ού μέντοι ταΰτά γε αύτοΐ ύπάρχειν κατ' ουσίαν καί κατά τό είδο , δοξάσει καί ούκ έπιστη'σεται αληθώ , καί το οτι καί τό διότι, έάν μέν διά τών αμέσων δοξάση· έάν δέ μη' δια τών αμέσων, τό οτι μόνον δοξάσει.

Τοΰ δ' αύτοΰ δόξα καί έπιστημη ού πάντω έστίν, άλλ' *ώσπερ* καί ψευδή καί άληΟη τοΰ αύτοΰ τοόπον τινά, ούτω καί έπιστημη καί δόξα τοΰ αύτοΰ. Καί γάρ δόξαν άληΟη καί ψευδή ώ μέν τινε λέγουσι τοΰ αύτοΰ είναι, άτοπα συμβαίνει αΐρεΐσΟαι άλλα τε καί μη δοξάζει ο δοξάζει ψευδώ · έπεί δέ τό αύτό πλεοναχώ λέγεται, έστι μέν ώ ένδε'χεται, έστι δ* ώ ού. Το μέν γάρ σύμμετρον είναι την διάμετρον αληθώ δοξάζειν άτοπον άλλ' οτι ή διάμετρο , περί ην αί δόξαι, τό αύτό, ούτω τοΰ αύτοΰ· τό δέ τί ην είναι έκατε'ρω κατά τον λόγον ού τό αύτό. 'Ομοίω δέ καί έπιστημη καί δόξα τοΰ αύτοΰ. 'Η μέν γάρ ούτω τοΰ ζώου ώ'στε μη ένδέχεσΟαι μη είναι ζωον, ή δ' ώστ' ένδέχεσΟαι. Οίον εί μη μέν δπερ ανθρώπου έστίν, ή δε' ανθρώπου μέν, μη δπερ δ' ανθρώπου. Τό αύτό γάρ δτι άνθρωπο , τό δ' ώ ού τό αύτό. Φανερόν δ' έκ τούτων δτι ούδέ δοξάζειν άμα τό αύτό καί έπίστασΟαι ενδέχεται. Άμα γάρ αν εχοι ύπόληψιν τοΰ άλλω εχειν καί μη άλλω τό αύτό· δπερ ούκ ενδέχεται. Έν άλλω μέν γάρ έκάτερον είναι ένδε'χεται τοΰ αύτοΰ, ώ είρηται, έν δέ τω αύτω ούδ' ούτω οϊο'ντε· έξει γάρ ύπόληψιν άμα, οίον ότι ό άνθρωπο δπερ ζωον (τοΰτο γάρ ην το μη ένδέχεσΟαι είναι μη ζώον) καί μη δπερ ζωον τοΰτο *γάρ* έσται τό ένδέχεσΟαι.

Τά δέ λοιπά πώ δεΐ διανεΐμαι έπί τε διανοία καί νοΰ καί επιστήμη καί τέχνη καί φρονη'σεω καί σο-

Scibile autem et scientia differunt ab opinabili et opinione; * Cap. xxxtn. Text. 44.

quoniam scientia universalis et per necessaria est; necessarium autem non contingit aliter se habere.

Sunt autem quaedam vera contingentia aliter se habere. Manifestum igitur est quod circa haec scientia non est: esset enim utique impossibile aliter se habere, possibile aliter se habere. At vero neque intellectus: dico enim intellectum principium scientiae: neque enim scientia est indemonstrabilis; haec autem opinio est immediatae propositionis. Verus est enim intellectus et scientia et opinio, et quod per hoc dicitur; quare relinquitur opinionem esse circa verum quidem aut falsum; sed contingens est et aliter se habere. Haec autem est acceptio immediatae propositionis, et non necessariae.

Et confessum autem est sic apparentibus: opinio enim incertum est et natura huiusmodi est.

Adhuc autem nullus opinatur probare, cum opinetur impossibile aliter se habere, sed scire; sed aliquando quidem esse sic, sed tamen nihil aliter prohibet, tunc probare; tanquam huiusmodi quidem opinionem esse, sed necessarii scientiam.

Qualiter igitur est idem opinari, scire, et quare non erit opinio, scientia, si quis posuerit omne quod scit contingere opinari? consequetur quod hoc quidem sciens, ille vero opinans per media quousque ad immediata veniat. Quare si quidem ille scivit, et opinans scivit. Sicut enim et quia est opinari, et propter quid; hoc autem medium est.

Aut si quidem sic arbitratur non contingentia aliter se habere, sicut habent definitiones, per quas sunt demonstrationes, non opinabitur, sed sciet; si autem vera quidem esse, non tamen hoc ipsis inesse secundum substantiam et speciem·, opinabitur, et non sciet vere: et quia et propter quid, si quidem per immediata opinabitur: si vero non per immediata, solum ipsum quia opinabitur.

Eiusdem autem opinio et scientia non penitus est. Et sicut falsa et vera eiusdem quodammodo est, sic et scientia et opinio eiusdem. Opinionem enim veram et falsam, sicut dicunt quidam eiusdem esse, inconvenientia accidit appetere alia, et non opinari quod opinatur falso; quoniam-autem idem multipliciter dicitur, est sicut contingit, est autem sicut non. Commcnsuratum enim esse diametrum costae vere opinari inconveniens est; sed quod diametros, circa quam sunt opiniones, idem, sic eiusdem est; sed quod aliquid erat esse unicuique secundum rationem, non idem est. Similiter autem et scientia et opinio eiusdem est. Hoc quidem enim sic animal est, quod non est contingere non esse animal; sed illa quidem quod est contingere. Ut si hoc quidem quod vere hominis, illa vero hominis est quidem, non autem veri hominis. Idem enim est quia homo, hoc autem non sic idem. Manifestum autem ex his est quod neque opinari simul idem et scire contingit. Simul enim utique haberet opinionem aliter habendi et non aliter idem esse, quod vere non contingit. In alio enim unumquodque esse contingit eiusdem, sicut dictum est; sed in eodem nihil sic potest esse: haberet enim opinionem simul, ut quod homo esset quod vere est animal, hoc enim sic contingere.

Reliqua autem quomodo oportet distribuere in rationem, et intellectum, et scientiam, ct artem, et prudentiam,

φια , τά ιαέν φυσική τά δέ ήθική θεωρία [/.άλλον έστίν.

ή δ' αγχίνοιά έστιν ευστοχία τι έν άσκέπτω χρονω τοΰ με'σου, οίον εΐ τι ίδών οτι ή σελήνή τό λαμπρόν άεΐ έχει πρό τον ήλιον, ταχύ ένενο'ησε διά τί τοΰτο, οτι διά το λάν.πειν άπό τοΰ ήλίου· ή διαλεγο'ριενον πλουσίω έγνω διότι δανείζεται· ή διότι φίλοι, οτι εχθροί τοΰ αύτοΰ. Πάντα γάρ τά αίτια τά ριέσα ό ιδών τά άκρα έγνωρισεν. Το λαριπρόν είναι τό πρό τον ήλιον έφ' ού A, τό λάριπειν άπό τοΰ ήλιου B, σελήνη τό Γ. 'Υπάρχει δή τή μ.εν σελήνη τω Γ τό B, τό λάριπειν άπό τοΰ ήλιου· τω δέ B τό A, τό πρό τοΰτ' είναι τό λαμπρόν, άφ' ού λάμπει· ώστε κα'ι τω Γ τό A δ.ά τοΰ B.

et sapientiam, haec quidem physicae, illa vero ethicae speculationis magis sunt.

* Solertia autem est subtilitas quaedam in non perspecto tempore medii inveniendi; ut si aliquis videns quod splendorem semper habet a sole luna, statim intellexit propter quid hoc sit, quia propter id; quod illustratur a sole; aut disputantem cum divite, cognovit quoniam accommodatus est; aut propter id quod amici sunt, quia inimici eiusdem sunt. Omnes enim causas medias videns cognovit et ultimas. Splendidum esse a sole sit in quo A, lucere a sole B, luna C. Inest autem lunae quidem C ipsi B, quod est lucere a sole; ipsi autem B A, quod est hoc esse splendidum a quo splendor; quare et ipsi C A per B.

* Cap.xxxiv. Seq'text'44'

Synopsis. — 1. Argumentum lectionis. Thesis: Scientia differt ab opinione, et scibile differt ab opinabili. – 2. Scientia est de universalibus et de necessariis. – 3. Contra, opinio est de contingentibus, quae possunt aliter se habere; et ideo de illis neque est scientia, quae est de conclusionibus certis; neque intellectus, qui est principiorum. – 4. Attamen contingit verum esse tum in intellectu, tum in scientia, tum in opinione, quia in omnibus contingit esse iudicium et enunciationem. – 5. Opinio autem sicut est de conclusionibus contingentibus, ita est ex propositionibus immediatis quidem, sed non necessariis. -6. Opinionem esse de contingentibus probat ipsa acceptio vocabuli, quod significat aliquid debile et incertum. – 7. Idem confirmatur experimento: nemo enim dicit se opinari de his quae non possunt aliter se habere, sed opinatur de his quae aliter se habere possunt. – 8. Duae dubitationes. – 9. Responsio ad secundam dubitationem: non possunt esse idem scientia et opinio. – 10. Responsio ad primam dubitationem: in eodem homine non contingit idem simul esse scitum et opinatum. – 11. De diversis habitibus ad diversas scientias, sub diversis respectibus, pertinentibus. – 12. De speciali habitu, nempe de solertia, quae est quaedam subtilis et facilis coniecturatio medii (quod est propter quid rei cognitae), et quae est ex naturali aptitudine et etiam ex exercitio.

1. ostquam Philosophus ostendit comparationem scientiarum ad invicem et * secundum certitudinem et secundum unitatem et diversitatem hic ostendit comparationem scientiae ad alia quae ad cognitionem pertinent. Et dividitur in duas partes: in prima, agit dc comparatione scientiae ad opinionem, quae est verorum et falsorum; in * secunda, de comparatione scientiae ad alios habitus cognoscitivos, qui sunt semper verorum; ibi: *Reliqua autem quomodo oportet* * etc. Prima autem pars dividitur in duas partes: in prima, determinat veritatem; in secunda, excludit dubitationem; ibi: *Qualiter ergo est idem* * etc. Circa primum tria facit: primo enim, proponit * differentiam esse inter scientiam et opinionem; secundo, ostendit quid pertineat ad scientiam; ibi: *Quoniam quidem scientia* * etc.; tertio, ostendit** quid pertineat ad opinionem; ibi: *Sunt autem quaedam vera* * etc.

* *Et* om. a.

α

* a: *et in.*

β

" Num. 11.

• Num. 8.

' o: *ponit.*

* Num. seq. -* *Ostendit* ex codd.

• Num. 3.

Dicit ergo primo, quod scientia differt ab opinione; et similiter *scibile,* quod est obiectum scientiae, differt ab *opinabili,* quod est obiectum opinionis.

2. Deinde cum dicit: *Quoniam scientia universalis* etc., ostendit quid pertineat ad scientiam, et ponit duo ad eam pertinere: quorum unum est quod sit universalis. Non enim scientia est de singularibus sub * sensu cadentibus: et hoc supra** manifestatum * est. Aliud ** est quod scientia est per necessaria. Et exponit quid sit necessarium, scilicet illud quod non contingit aliter se habere. Et hoc etiam est supra * manifestatum **, quod dcmonstratio procedat * ex necessariis.

3. Deinde cum dicit: *Sunt autem quaedam* etc., ostendit quid pertineat ad opinionem; scilicet quod sit circa contingentia aliter se habere, sive in universali sive in particulari. Et hoc probat tripliciter*. Primo quidem per modum divisionis, dicens quod praeter vera 7 necessaria, quae non contingunt aliter se habere, sunt quaedam vera non necessaria, quae contingit aliter se habere. Manifestum est autem ex * praedictis, quod circa huiusmodi non est scientia, quia sic * sequeretur quod contingentia non possent aliter se habere: circa talia enim est scientia, ut iam dictum est*. Similiter etiam non potest dici quod eorum sit* intellectus. Et accipimus hic intellectum * non secundum quod intellectus dicitur quaedam potentia animae, sed secundum quod est principium scientiae; idest secundum quod est habitus quidam * primorum principiorum, ex quibus procedit demonstratio ad causandam scientiam. Et ideô ad exponendum quid sit iste intellectus, qui est principium scientiae'*, subdit: *neque scientia indemonstrabilis est...* scilicet eorum quae contingunt aliter se ha-

* codd.-p; *et* "L«t.xui,n.5, ' acdchos et p.tn. *manifestum.* '' codd.- p ets.

* Lect.ch.nn.2.3.

** pach: *manifestum.*

* a: *procedit.*

* codd p: *autem hoc ex.* - o: *ex dictis.* -5;?ex codd.

* Num. praeced.

* 1 q: *est;* p. m. ' a™«.xnn, n'" et not' o'

' *Quidam om.x.*

, Scienlia coda.-h orn.^ut *scientiae.* s

a) *Et secundum* etc. – *A: et secundum diversitatem et secundum unitatem;* D: *et secundum unitatem et secundum diversitatem.* – MS et s. m. D: *hic ponit comparat.;* T: *hic facit comp.* -Codd., exc. N: *scientiae ad alia quae.* P: *scientiae ad omnia etc.*

β) *Ad alios* etc. – Codd. – P: *ad aliquos hab.:* sed *alios* videtur conformius iis quae habentur n. 11. – AO: *habitus cognitionis; 'Y: cognitivos.* – GK om. *semper* ante *verorum:* sed est mendum, ut patet ex n. 11.-Infra *(Prima* etc.) A om. *autem,* et *dividitur;* et *autem pars* om. H; AHNQ om. *partes.*

γ) *Dicens quod praeter vera* etc. – Est lectio cod. B; alii codd. et P om. *dicens;* loco τον *quod, G: et,* H et p. m. N: *quia.* – AGHKLQS et p. m. N: *inter vera... non contingit al.;* T: *quod sunt vera... non contingit al.-O: sunt alia quaedam;* H: *sunt quaedam entia non;* p. m. GK om. *vera;* AKLNOS om. *non,* sed erronee; in N expung. *necessaria,- C: quod inter vera* (marg. add. et) *necessaria, quae non contingit aliter se habere, sunt quaedam vera* (marg. add. *non) necessaria, quae contingit aliter se habere;* D; *quod inter vera* (marg. add., *quaedam sunt vera) necessaria, quae non* (marg. add., *contingit aliter se habere), sunt quaedam* (corrig., *quaedam sunt) vera* (add. marg. interlin. *non) necessaria, quae contingit aliter se habere.* E: *quod quaedam sunt vera necessaria, quae non contingit aliter se habere. Manifestum* etc. Quae lectio mendosa omittit alteram partem de contingentibus. M: *inter vera necessaria non sunt quaedam vera accidentia, quae contingit aliter se habere:* lectio prorsus erronea. Q om. verba omnia: *sunt quaedam... se habere.* P: *sunt quaedam contingentia vera, quae contingunt aliter* etc. – Adoptavimus integram lectionem cod. B, quia expeditior, et ab aliis codd. aut traditur aut innuitur.

0) *Indemonstrabilis est* etc. – ACDEGLNQS: *indemonstrabilis, sed est eorum* etc.; BO: *indemonstrabilis, scilicet est eorum;* K inter *indemonstrabilis* et *est* habet ras.; M hab. lac.; T: *indemonstrabilis secun-*

•L.-es/. bere; ac si dicat quod intellectus nihil aliud sit * quam quaedam scientia indemonstrabilis. Sicut enim scientia importat certitudinem cognitionis per demonstrationem acquisitam, ita intellectus importat certitudinem cognitionis absque demonstratione ; non propter defectum demonstrationis, sed quia id de quo certitudo habetur, est indemonstrabile et *per se notum.* Et ideo * ad hoc exponendum, subdit quod scientia demonstrativa ε nihil aliud est quam certa existimatio immediatae propositionis. Quod autem intellectus sit scientia indemonstrabilis patet ex hoc ipso quod dicit quod est principium scientiae. Cum enim scientia sit necessariorum, et necessaria non concludantur nisi ex necessariis, ut supra * probatum est, necesse est * 9.u°d intellectus, qui est principium scientiae, non sit contingentium ç.

• *ideo* om. 0. ε •Le«.xiii. *quod* ' ζ

4. Ostenso ergo quod neque scientia neque inteHectus sunt * contingentium, ponit quamdam divisionem. Et dicit quod contingit verum esse ct *intellectum* et *scientiam* et *opinionem* η et *quod per fi0C dicitur,* idest quod*enunciatur voce ** per intellectum et * scientiam et opinionem veram. Est enim verum et * in compositione et divisione intellectus °, ct in enunciatione exteriori, in quantum significat interiorem veritatem opinionis, scientiae vel intellectus. Si * ergo cuiuslibet veri vel est *intellectus,* vel *scientia,* vel *opinio,* et sunt quaedam vera contingentia, quorum non est neque scientia neque intellectus; relinquitur quod circa huiusmodi sit opinio, sive sint actu vera sive sint actu falsa, dummodo possint * aliter sc habere.

I ^Qaoi/om.^o. • *Et* om. codd. • *Et* om. bo. 0 •^n non recte : ' λοτ: *possunt;*

Opinio.

5. Et ad exponendum quid sit Opinio, subiungit quod opinio est *acceptio* *, idest existimatio

• cod ' l *non. ci.* text. quaedam, *immediatae propositionis, ct non * necessariae.* Quod potest duobus modis intelligi : uno modo sic quod * propositio immediata in se quidem sit necessaria x, sed ab opinante accipiatur ut non necessaria*; alio modo, ut in se sit contingens. Dicitur enim immediata propositio, quaecunque per aliquod medium probari non potest*, sive sit necessaria sive non * necessaria. Ostensum est enim supra*quod non proceditur **in infinitum in praedicationibus, neque quantum ad *media* neque quantum ad *extrema;* et hoc non solum analytice λ in demonstrationibus, sed etiam logice communiter quantum ad omnes * syllogismos. Si igitur sit aliqua propositio contingens mediata, oportet quod reducatur ad aliquas immediatas. Non autem reducitur ad immediatas necessarias quia necessaria non sunt propria * principia contingentium, neque ex necessariis potest concludi contingens *. Unde relinquitur quod sit aliqua propositio immediata contingens ". Sicut, *homo non currit,* est mediata; potest enim probari per hoc medium, *homo non movetur,* quae etiam est contingens, sed immediata. Existimatio ergo talium propositionum contingentium immediatarum * est opinio: sed per hoc non excluditur quin etiam acceptio propositionis contingentis mediatae sit opinio. Sic enim se habet circa contingentia, sicut intellectus et scientia circa necessaria.

* codd.,exc. o.- p: *quta ; o: intel- ug«ur sic quod.* * Cf. lect. xxxi, n- + ct not· γ- ' Cf. lect. v, not. < : *stye sit non;* «codd., exc. o: re;o: *non contin- cedere mpraed. -omnehscoa.* μ '0 ^ r/a ex ' cf. lect. xm, ' v *'o-.etimmed.*

6. Secundo; ibi: *Et confessum autem est* etc., probat idem per id quod communiter apparet. Et dicit quod id quod dictum est, scilicet * opinionem esse contingentium, est quoddam *confessum,* idest consentaneum his 5 quae apparent: opinio enim videtur sonare aliquid debile et incertum; et videtur esse aliqua talis * natura, quae habeat in se imbecillitatem * et incertitudinem.

om· ξ •cftp.m^non /m.e' ,nutMa'

dum est eorum. – **AEGKLNO et p. m. CD:** *quae contingit;* **s. m. CD:** *quae non contingit:* **quae lectio si coniungatur praecedenti lectioni eorumdem codd., habebimus :** *neque scientia indemonstrabilis quae non contingit aliter se habere.* **QS :** *quod contingit;* **T non bene:** *quae convenit.*

ε) *Subdit quod scientia demonstrativa* **etc.-Ita P legit, et cum ea concordant codd. At in cod. C apponitur postilla in margine superiori, secundum quam esset legendum:** *subdit, quod scientia indemonstrabilis, hoc est intellectus, nihil aliud* **etc. Et revera** *indemonstrabilis* **videtur hoc in loco requiri ex integro contextu.**

ζ) **Qui** *est principium scientiae* **etc.-Q:** *qui est principium scientiae sit indemonstrabilis. Consequenter ponit quamdam* **etc.**

η) *Et opinionem* **etc.-Q plura om. et mendose legit:** *et opinionem. Vero* **(verum)** *etiam dicitur et in comparatione et in divisione; et sunt quaedam vera continua, quorum non est scientia neque intellectu? etc.*

6) *Et divisione intellectus* **etc. - CL.ST non-recte:** *et in divisione intellectus, et* **(L om.** *et) exteriori enim enunciatione, in quantum.* **– Codd. (exc. S):** *significat;* **P:** *significant;* **S:** *significatur.* **– ACDGHK LMST erronee :** *interiorem virtutem.*

1) *Opinio est acceptio* **etc. – Notandum quod opinio tripliciter accipi a philosopho potest, t* improprie et generice pro cognitione; et sic accepta, est cognitio cum assensu. Hoc sensu scientia, intellectus, fides dici possunt etiam opiniones. 2* proprie et specifice pro determinata cognitione; et hoc dupliciter, nempe subicctive et obiective, iuxta duo quae in omni cognitione sunt, nempe actum cognoscentem et obiectum cognitum. – Opinio subiective accepta est cognitio cum assensu dato alteri parti contradictionis cum formidine oppositae (Cf. lect. v, not. 3). Dc opinione sic accepta loquitur s. Thomas cum ait :** *uno modo sic quod propositio immediata... ab opinante accipiatur ut non necessaria.* **– Obiective spectata opinio est cognitio cum assensu dato propositioni de rebus contingentibus ; quae ita sunt, ut possint tamen aliter se habere, et sic aut mutare assensum aut veritatem in opinante. De opinione accepta hoc secundo sensu sunt verba illa s. Thomae:** *alio modo, ut* **propositio** *in se,* **nempe obiective,** *sit contingens.* **-Porro in hac lectione, cum comparatur opinio ad scientiam, opinio sumitur proprie, nempe in secundo et tertio sen:u, prout nempe a scientia, intellectu ct fide distinguitur.**

z) *In sc quidem sit* **etc. – A :** *in genere quidem sit* **etc. ; O om.** *quidem;* **B:** *in se quaedam quidem,- A: sed ab opinante quoddam accipiatur. -O: alio autem modo.-Oe* **iis autem quae hoc loco asseruntur, vide lect. xxxi, n. 4 et not. γ.**

λ) *Extrema; et hoc non solum analytice* **etc.-A:** *extrema* **(s. m. proseq.** *sed hoc non rêm? fsôm?)) analytice;* **B:** *et hoc analytice in dem.;* **C:** *et hic rationi analogice (-eae) in dem.;* **D p. m. legit ut C, sed habet** *rationem;* **s. m. ut P, sed erronee loco του** *analytice,* **servat** *analogice ; E: et hic non tantum per rationem analogice in demonstration.;* **K:** *et hic* **(s. m.** *hoc) non* **(seq. ras. in qua s. m.** *solum) analytice? fanalogice* **, (marg, add.,** *idest per rationes proprias) demonstrationi* **(seq. ras. duarum litt.),** *sed etiam* **etc.; L:** *et hic non rationem analogice in dem.;* **M:** *et hoc non est rationis analyticae in dem. ;* **N :** *et hoc non rationem* **(expUng.** *rationem,* **marg.** *solum) analytice? fanalogice?} in dem.;* **Q:** *et hic non solum ponit rationem analytice? (analogice ?) in dem.;S: et hic non rationem analytice? (analogice ?) in dem.-O* **om.** *in demonstrationibus,* **sed minus recte, ut patet ex sequentibus,** *quantum ad omnes syllogismos.*

p) *Non autem reducitur ad immediatas necessarias.* **– Vis argumentationis postulat hanc lectionem P, quam conservamus: agitur enim de propositione mediata, quae reduci debet ad immediatam; sed cum ex suppositione sit propositio contingens, reduci non potest ad immediatam necessariam; quia necessaria non sunt propria principia contingentium, neque ex necessariis potest concludi contingens. – Non ergo admitti possunt lectiones codd. AHKMNST et p. m. CD omittentium** *necessarias ;* **aut L om.** *non autem* **usque ad** *necessarias* **inclusive. Q:** *ad immediatas ad necessaria.-Immediate* **supra AN:** *ad aliquas etiam immediatas;* **D inter** *ali.* **et** *immed.* **hab. ras. ; E erronee:** *ad aliquas etiam mediatas.*

v) *Sit aliqua propositio immediata contingens.* **– Hoc susceptum est probandum in praecedenti ratiocinatione, ac declaratur in sequenti exemplo. P addit :** *ct aliqua mediata.* **Quae verba cum sint superflua, nec unus ex codd. nostris habeat, expungimus.– H prosequitur:** *Sicut haec propositio, homo* **etc.**

ξ) *Idest consentaneum* **etc. – A absurde :** *idest convertitur cum his* **etc.; D p. m. corrupte habet lectionem P ct codd., s. autem m.:** *consentaneum vel consonum rei quae* **etc...; lectio ex arbitrio lectoris conficta. Q:** *confessum ex his quae etc.*

7. Tertio; ibi: *Adhuc autem nullus opinatur probare* etc., probat idem per experimentum. Nullus enim quando opinatur quod impossibile sit aliter se habere, reputat se opinari; sed tunc reputat se scire: quando autem opinatur quod sic est, et quod nihil prohibeat ° aliter se habere, tunc reputat se opinari: ac si opinio sit talis, idest contingentis, scientia autem necessarii.

8. Deinde cum dicit: *Qualiter igitur est idem opinari* etc., movet dubitationem contra * praemissa. Et primo, movet dubitationes; secundo, solvit; ibi: *Aut si quidem sic* etc. Circa primum movet duas dubitationes: quarum una est de *opinabili* et *scibili.* Si enim opinio π est contingentis, scientia vero necessarii; non est autem idem necessarium et contingens; ergo remanet dubium qualiter possit homo aliquid * idem opinari et scire. – Secunda dubitatio est de scientia et opinione, quare scilicet opinio non sit scientia: si tamen aliquis ponat quod de omni cognito ρ possit esse opinio. De quolibet enim cognito potest homo opinari quod possit aliter se habere, nisi forte de primis principiis per se notis, quorum contraria non cadunt in existimatione *: de quibus tamen non est scientia '. Sed circa omnia mediata Τ, quorum est demonstratio et scientia, potest aliquis existimare quod possibile sit aliter se habere, et ita potest ea opinari. Non enim opinio est solum de his quae sunt contingentia in sui natura; quia secundum hoc, non omne quod quis novit, contingeret opinari. Sed opinio est de his quae accipiuntur ut contingentia aliter se habere, sive sint talia sive non. Hoc ergo supposito, videtur quod sit idem scientia et opinio; quia tam sciens quam opinans consequuntur scientiam et opinionem per aliqua media, quousque perveniant * ad aliqua immediata, sicut ex dictis patet *. Unde si aliquis sit procedens per media ad immediata, habet scientiam *. Quod autem opinio per media veniat ad immediata, manifestat per hoc, quia ' sicut contingit opinari quia ita est, ita contingit opinari propter quid sit * ita **. Hoc autem quod dico *propter quid,* significat ᵘ mdeium *. Unde patet quod opinio potest procedere per media * ad immediata, sive opinio sit eorum quae in natura sua * sunt contingentia, sive sit eorum quae accipiuntur ut contingentia.

9. Deinde cum dicit: *Aut si quidem sic arbitratur* etc., solvit* praedictas dubitationes. Et primo secundam, quae est de identitate scientiae et opinionis; secundo, primam, quae est de identitate sciti et opinati; ibi: *Eiusdem autem* * etc. Dicit ergo primo quod si aliquis per media procedat ad immediata, ita quod illa media non arbitretur ? ut contingentia aliter se habere, sed arbitretur ea sic se habere sicut definitiones, quae sunt media * per quae demonstrationes procedunt, non * erit opinio, sed scientia. Si autem aliquis procedat usque ad immediata per aliqua media * vera, quae tamen vel non * insint illis, de quibus dicuntur, per se, sicut definitiones quae praedicantur substantialiter et significant speciem rei, vel non accipiat ea ut quae sic insunt Ψ; tunc * habebit opinionem, et non sciet vere *quia* et *propter quid* simul, si tamen procedat usque ad immediata; tunc enim per immediata opinabitur, et non sciet. Si vero non procedat per immediata, sed per mediata, tunc non opinabitur *propter quid,* sed opinabitur solum *quia* ". Nam etiam scientia, quae non est *propter quid* * ct immediata, non est scientia *propter quid,* sed *quia* *.

10. Deinde cum dicit: *Eiusdem autem opinio et scientia* etc., solvit primam dubitationem, quae est de identitate sciti et opinati. Ubi primo * considerandum est quod non est inconveniens id quod est scitum ab uno, esse opinatum ab alio *; quia quod unus accipit ut impossibile aliter se habere quasi * scitum, alter * accipit ut contingens aliter se habere quasi * opinatum. Sed quod idem homo de eodem simul habeat opinionem et scientiam, non omnino est verum, sed aliquo modo. Sicut enim falsa opinio et vera opinio possunt esse quodammodo de eodem, sed non simpliciter Ka, sic etiam est de opinione et scientia. Si quis enim diceret

ᵘ
• Cf. lib. II, lect. t, n. 6, seqq.
• Codd. - p: *medium.*
′ *Sua* ex codd.

* o: *docet solvere.*

* Num. seq.

?

7.

• Codd. - p: *neque.*

‘ *Per al. med.* om. t. - ok om. *vera.*
* L erron. om. *non.*

• o: *res;* alis codd., exc. a, om.

ω
• Cf. lect. xxiv.
• L: *sed solum quia ;* o om.

•*Primo* ex codd.; Q: *vero.*

• a: *altero.*

" CECHKLMNO et p. m. 0: *quam ;* Q om. *qu. se.*
• λ: *alius.*
• Codd. citt.: *quam;* b: *ul,* in marg. *vel quasi.*

αα

o) *Et quod nihil prohibeat* etc. – Verba *quando autem,* usque ad *reputat se* inclusive, oscitanter om. E. A: *sic est quia nihil,* sed non bene; BQ om. *et;* G om. *quod;* codd. (exc. E, ut dictum est); *tunc reputat;* P om. *tunc.-A: sicut si opinio... idest contingens;* et *contingens* habent etiam DE. Denique loco τοu *necessarii,* codd., exc. HO, legunt *necessaria,* sed non recte (Cf. num. seq.).

π) *Si enim opinio* etc.-Addimus *enim* ex codd.-ADQ: *opinio est contingens;* AQ: *scientia autem.* – Codd. (exc. C): *non est autem idem;* P om. *autem* ;E om. *idem.* -GMQ: *ergo* (M, *ideo) removet* (Q, *movet) dubium.* Lectio erronea.

p) *Quod de omni cognito* etc.-Ita P et codd., exc. E0Q.-Etenim O: *ponat de causa cognita, quae possit esse opinio. De qualibet enim causa cognita;* E: *quod de omni possit* etc.; Q: *quod de omni cognitione possit* etc., et om. seq. *cognito.*

σ) *De quibus tamen non est scientia.* – Non est scilicet *scientia* proprie dicta, quae est certitudo *conclusionum :* proprie enim loquendo, circa principia prima per se nota non scientia versatur, sed *intellectus,* ut hic supra n. 3 dictum est. Hinc confirmantur quae supra diximus, nempe quod sicut scientia stricte accepta est *actus* vel *habitus* conclusionum demonstratarum, ita *intellectus,* prout a scientia distinguitur, est *actus* vel *habitus* primorum principiorum (Cf. lect. xxxvi, not. o, et lib. II, lect.xx). – Caeterum si *scientia* non stricte, ut hoc loco, sed latiori sensu accipiatur, est etiam de principiis, ut supra lect. vn, n. 6, notavit ipsemet s. Thomas. – Praefata verba desiderantur in cod. Q; O om. *de.*

t) *Circa omnia mediata* etc. – O absurde: *circa praedicata communia, quorum* etc.; D non recte: *circa omnia media, quorum* etc.– Infra *{quae sunt contingentia* etc.) O: *contingentia secundum sui naturam, quod secund.;* Q: *in sua necessaria* (corrupte pro *natura); C erronee: sed quia;* T etiam erronee: *et* loco *quia.*

u) *Significat medium* etc.-Est lectio P et codd., uno exc. A, qui habet; *significat medium* (marg. add. sic *etiam patet quod opinio potest procedere per mediata ad immediata, sive opinio). Unde quae in sua natura sunt contingentia etc.* Lacuna male suppleta.

φ) *Non arbitretur* etc.-O: *quod illa mediata non arbitrentur..... sed arbitrentur ea sic se habere, sicut definitiones sunt mediata, per quae* etc. Lectio mendosa.; D omittit oscitanter, *sed arbitretur ea sic se habere.* – P om. *se,* quod ex codd. addimus.

χ) *Quae sunt media.* – Haec vera procul dubio est lectio: *definitiones* enim sunt revera media, seu principia per quae demonstrationes procedunt, ut supra lect. xtu, n. 3, et lect. xvi, n.4 s. Thomas posuit, et in secundo libro plenius traditur. Editio Piana erronee habet: *quae sunt per media,* quam erroneam lectionem habent etiam codices, exc. OT. Attamen praepositio *per* in cod. C expungitur: et recte.

ψ) *Ut quae sic insunt.—O; et* corrupte pro *ut.* Addimus *ut ex* codd., exc. Q. – Etenim s. Thomas hic loquitur cum Aristotele consentanee ad ea quae supra (num. 5) dicta sunt, et quae in nota t ibidem declaravimus. B om. *ea* ante *ut.* – Immediate infra cod. O intricate et erronee legit: *et sciet verum quia et per quod simul, si tamen.*

ω) *Sed opinabitur solum quia.* – GHM et p. m. A om. *opinabitur;* Q non recte: *sed opinabitur etiam solum quia* et om. *Nam etiam scientia;* O om. *solum.* – *Etiam scientia* legimus cum codd.; P: *et scientia,*

αα) *Sed non simpliciter* etc.-Codd., exc. BEQ, om. *sed non:* quae tamen requiruntur per oppositionem ad praemissum *quodammodo;* si-

quod opinio vera et falsa essent penitus de eo-
'H-. sicut antiqui dem, sicut aliqui dicunt *, puta illi qui dicebant
-'c i i" Penh., quod omne quod alicui videtur est verum*, ut
•cc0mm"'s?Th. dicitur in IV *Metaphys.**; ille qui sic diceret, vellet
ub!in, capi consequi * aliqua inconvenientia, et multa quidem
* o: *sequi.* alia, quae posita sunt in IV *Metaphys**, quae con-
• Codd!"pexc?n sequuntur * ex hoc, quod aliquis dicit idem esse
cognoscuntur. verum et falsum; et specialiter hoc inconveniens
• adhlm: *sequ.* consequeretur * ei, quod nulla opinio esset falsa, et
• codd., exc.G: *falso; o: falsum.* quod ille qui opinatur falsa *, non opinaretur. Non
ergo potest dici quod vera opimo et falsa sint
eiusdem simpliciter. Sed quia *idem* dicitur mul-
tipliciter, contingit quodammodo opinionem ve-
ram et falsam esse eiusdem, et quodammodo non.
P? Si enim accipiatur idem subiectum secundum
rem, de quo sunt opiniones, sic de eodem potest
esse opinio vera et falsa. Si autem accipiatur idem
π essé ipsum enunciabile opinatum, sic hoc r/ est
impossibile. Puta diametrum esse commensurabi-
'suratum?mme"' **em* * lateri quadrati opinatur aliquis falsa opinio-
ns ne w, et inconveniens est dicere quod hoc enuncia-
bile aliquis opinetur vera opinione. Sed secundum
* o·. *nos aedp.* quod accipimus* ipsum subiectum enunciabile
0?"'/o.KNOST: et diametrum, sic eiùsdem potest esse opinio * vera
et falsa. Nam circa diametrum, unus vere opina-
* Codd. - p: *sit* tur quod sit incommensurabilis ♦, alius falso quod
sit commensurabilis. Et sic manifestum est quod
εε id de quo est opinio et scientia, etsi sit idem"
subiecto, non tamen est idem secundum ratio-
nem. Est enim idem subiecto diametrum com-
mensurari, et diametrum non commensurari, quia
subiectum utriusque enunciabilis est idem: tamen
manifestum est quod ratione diameter * differt • τ: *ratio dia-*
secundum quod accipitur ut commensurabilis, et *metri.*
secundum quod accipitur ut * incommensurabilis. • *Ut ex* codd.
Et sic opinio vera et falsa possunt esse eiusdem
subiecto ξζ, non autem * eiusdem secundum ra- ξξ
tionem. Similiter etiam est et de scientia et de • o: *tamen.*
opinione. Nam scientia quidem est de hoc quod
aliquis sciat animal, ita tamen quod non contin-
gat illud * non esse animal; sed opinio est de • Codd. - p: *id;*
hoc quod aliquis scit * animal, ita tamen ** quod q: *idem.*
contingat illud non esse animal. Puta si scientia •loqt:«7;b om.
sit * quod homo vere sit id quod est animal, et .* Codd.. exc. Q, om. *tamen.*
sic impossibile sit aliter se habere 0T; opinio vero * c: *scit.*
sit de hoc quod homo non vere sit id quod est ηη
animal, et per hoc contingat aliter se habere. Ma-
nifestum est enim quod idem est subiectum e› θθ
et scitum et opinatum, quod est homo; sed non
est ut idem ratione. Sic igitur ex dictis mani-
festum est quod non contingit simul omnino idem
scire et opinari; quia simul homo haberet existi-
mationem quod posset aliter se habere, et quod
non posset aliter se habere. Sed in alio * homine • a: *aliquo;* o
hoc contingit quod de eodem * unus habet scien- om.
tiam, et alius opinionem, sicut dictum est. In • *De eod.* om.
eodem vero homine non contingit ratione iam codd., exc. bo.
dicta ". ll

cut supra legitur, *sed aliquo modo,* per oppositionem ad *omnino.*– C s. m.: *non tantum simpliciter: tantum* corrupte pro *tamen;* D s. m.: *simpliciter autem non, sic* etc.: quae lectio est ad sensum P; Q: *simpliciter aut* (corrupte pro *autem*) *non, sic* etc. E om. sed.-A: *sic et de opinione;* G et p. m. K: *sic etiam de ea opinione;* G pergit: *et scientia est.*

β£) Si *enim accipiatur* etc. – Codd.: *accip. idem secundum rem subiectam* (G, *rei substantiam;* L, *sec. esse* (expung. *esse*) *rem, de* etc.; MO, *rem et substantiam*), *de qua sunt* etc.; *Bz'idem secundum rem subiectum, de quo sunt* etc.

γγ) *Sic hoc* etc. – ACELQS et p. m. DN: sic *contra est;* T: *sic e contra est;* M: sic *contraria* (corrupte pro *contra*) *est impossibile esse in eodem. Puta.-H* om. *hoc;* in N expung. *contra.*

δδ) *Opinatur aliquis falsa opinione.-O: aliquis opinatur in utraque opinione;* T om. *opinione.* – Quae autem immediate sequuntur usque ad *opinetur vera opinione* inclusive, omitt. codd., exc. BO et s. m. N. B: *et impossibile* (marg. *vel inconveniens);* N s. m. om. *hoc* ante *enunciabile.*

εε) *Etsi sit idem* etc.-L om. etsi; E om. *et; A* om. *si; O,* om. *etsi sit,* legit: *idem est.* – Idem esse *subiecto* penes scholasticos significat esse idem *realiter;* ct opponitur hic a s. Thoma ad id quod est idem *secundum rationem* (Cf. Comment. in 1 *Physic.,* lect. xv).

ζζ) *Eiusdem subiecto.* – Legimus *subiecto* cum ABCDEHKLNOQST loco *subiecti* P (Cf. not. praeced.). – Infra *{Similiter* etc.) addimus *et* ante *de scientia,* et *de* ante *opinione:* primum enim habent codd., exc. AQ; alterum vero, cxc. BO; MQ: *Similiter autem* est. – Deinde G: *Nam scientia... quod scit aliquis* (marg. add. *animal), quod non contingit* (expung. *aliter se habere) illud esse animal; sed opinio.* Lectio mendosa. K: *Nam scientia... quod scit aliquis animal, quod si contingat idem* (marg. add. *non*) *esse animal; sed opinio* etc. Lectio pariter erronea.– Codd. (exc. T): *quod aliquis scit* (HLO *aliquis sit);* T om. *sciat.*

ηη) *Impossibile sit aliter se habere* etc. Deest *aliter* in PH, quod addimus ex aliis codd. – AC: *et sit impossibile aliter sc habere.* – G: *opinio quoque.* – A erronee: *quod est homo vere sit illud;* Q: *vere sit hoc.* – L: *et quod hoc contingat; G* (om. *et); per hoc quod quod contingat.* – C ex oscitantia om. verba *opinio vero,* usque ad *homo non* inclusive.

θθ) *Quod idem est subiectum* etc. – O: *quod idem subiecto est et scientia et opinio cum hoc quod hoc, sed* etc. – Licet prima pars huius lectionis sustineri possit; at secunda pars *(cum hoc quod hoc)* nullum exhibet sensum. – G: *quia homo,* loco *quod est homo;* K p. m. om.est. – Infra *(non contingit)* legimus cum codd., exc. BLQ, *simul omnino;* P: *omnino simul;* L; *simul idem omnino;* B om. *idem.*

«) *In eodem vero homine non contingit,* idem scilicet esse scitum et opinatum, seu esse scientiam ct opinionem proprie dictam (cf. supra not. i) respectu eiusdem obiecti cogniti. – Haec s. Thomae doctrina, quam tum hoc loco tum alibi expresse tradit, a plerisque impugnatur. Unde officium nobis incumbit ut eam, quantum possumus et natura huius operis patitur, declaremus et defendamus. Praeprimis definienda est natura quaestionis.

Dubium penes neminem est scientiam et opinionem posse coexistere, et coexistere de facto in uno eodemque homine respectu diversorum obiectorum: nonnulla enim scimus, de multis opinamur, de pluribus dubitamus, multa ignoramus, in pluribus erramus. Est factum quod quilibet homo rationis compos in se experitur. Error igitur, ignorantia, dubium, opinio, scientia, intellectus, respectu rerum diversarum, sunt in uno eodemque humano intellectu. – Sed praeterea non opus est ut probemus quod de una eademque re diversi humani intellectus possint simul habere opinionem et scientiam, dubium, ignorantiam et errorem. Est alterum factum quod quotidie experimur. – Ergo quaestio est de simultanea coexistentia opinionis ct cicntiae in una eademque mente respectu unius eiusdemque obiecti cogniti, et praecise (nota bene) secundum ipsam omnino formalitatem cognitam. Aliis verbis, quaeritur utrum mens A possit retinere hanc propositionem, *B est C,* ut certam, et simul ut probabilem. Et signanter ponitur *simul:* nam conceditur quod homo possit de statu opinionis successive transire ad statum certitudinis seu scientiae.

Distinximus autem supra (not. i) opinionem in subjectivam et obiectivam. Non potest quaestio esse de opinione et scientia obiective sumpta: obiectum enim scientiae est necessarium, obiectum opinionis est contingens. Repugnat autem obiectum esse simul contingens et necessarium. Quocirca quaestio est de opinione subiective spectata, hoc est prouti est assensus. Et quia assensus opinionis est assensus cum formidine, assensus vero scientiae excludit essentialiter formidinem, quaestio est utrum una eademque mens possit simul cum formidine et sine formidine assentire eidem propositioni, *A est B.* Et dicitur *eidem propositioni,* non autem oppositis, puta *A est B, A non est B,* Manifestum enim est quod mens nequit assentire simul utrique propositioni, cum una alteram destruat.

Tertio est praenotandum, quod opinio et scientia possunt considerari ut *actus* ct ut *habitus.* Primo modo intclligitur actualis mentis consideratio et assensus praestitus alicui propositioni, ut cum actualiter dico: *triangulus habet tres angulos aequales duobus rectis.* – Habitus vero est, non actualis consideratio, sed dispositio ad considerandum de aliqua re quoties mens habitu informata voluerit; sicut mathematicus non semper considerat de proprietate illa trianguli, attamen potest considerare et scientifice demonstrare quoties voluerit. Quaestio igitur quadrifariam dividitur: t. utrum habitus, seu assensus habitualis opinativus possit simul in una eademque mente stare cum habitu scicntifico, hoc est cum assensu certo et evidenti; – 2. utrum habitus scientiae possit simul stare cum actu opinativo;- 3. utrum habitus opinionis possit simul stare cum actu scientiae non producente habitum (si enim producat, habetur prima quaestio); – 4. utrum actus opinativus possit simul stare cum actu scientiae.

Quarto denique praenotamus, simultatem de qua loquimur, esse posse

ii. Deinde cum dicit: *Reliqua autem quomodo* etc., comparat scientiam ad alios * habitus qui se habent ad verum. Et primo, ad illos habitus qui sunt dc principiis et de * conclusionibus; secundo, ad habitum qui specialiter respicit medium; ibi: *Solertia autem** etc. Dicit ergo primo quod reliqua ab opinione ad cognitionem pertinentia, quomodo * distinguantur in rationem, et ** intellectum, et scientiam, et artem, et prudentiam, et sapientiam, quantum ad aliquid pertinent ad considerationem philosophiae primae, vel etiam philosophiae .naturalis; quantum autem ad aliquid, ad considerationem philosophiae moralis, quae dicitur Ethica. Ad cuius evidentiam sciendum est quod Aristoteles in VI * *Ethic,* ponit quinque quae se habent sèmper ad verum, scilicet artem, scientiam, sapientiam, prudentiam et intellectum*; subiungens duo * quae se habent ad verum et falsum, scilicet suspicionem et opinionem. Prima autem quinque se habent solum ad verum, quia important rectitudinem rationis. Sed tria eorum, scilicet sapientia, scientia et intellectus, important rectitudinem cognitionis circa necessaria: scientia quidem circa conclusiones, intellectus autem circa principia, sapientia autem circa causas altissimas, quae sunt causae divinae. Alia vero duo *, scilicet ars et prudentia, important rectitudinem rationis circa contingentia. Prudentia quidem circa agibilia, idest circa actus qui sunt in operante *, puta amare, odire*, eligere et huiusmodi, quae pertinent ad actus morales, quorum est * directiva prudentia *. Ars autem importat rectitudinem rationis circa factibilia, idest circa ea quae aguntur in exteriorem materiam *, sicut est secare et alia huiusmodi opera, in quibus dirigit ars. Hic autem addit *rationem,* quae pertinet ad deductionem principiorum in conclusiones. Determinare quidem * de sapientia quid sit et quomodo sc habeat, et de scientia et intellectu et arte, pertinet aliqualiter ad philosophiam primam; prudentia vero pertinet ad considerationem moralem; intellectus * et ratio, secundum quod significant potentias quasdam, pertinent ad considerationem naturalem *, ut patet in libro *De anima* **.

12. Deinde cum dicit: *Solertia autem est subtilitas* etc., facit mentionem de quodam * habitu, qui specialiter respicit medium. Et dicit quod *solertia* est quaedam subtilis et facilis coniectu-

* Codd. - p: α/:- *quos.* Cf. not. β.

* *De principiis et de* ex marg. b.

* Num. seq.

* AG ct p. m. k: *quando.*
** h quater om. *et.*

* Cap. ni, n. i. - Comment, s.Th. lect. ni.

* Cf. lect. xxxvi, not. o.
* o: *alia duo.*

'Duo CX codd.

I dgo: *operatio-*

* λ erronee: *au-* Are. - Herron.: *diligere.*

p; °*tiâm'si.H''* erron.: *scienua.*

* °- *exteriori materia.-xom. ''t.*

* L et s. m. cd: a“Ze"!; cet-om·

•tets.m. »: *intell. autem ;* q: ^*ro.*

-coda.: *natura-*

** I, cap. i, nn. n, s/FLeci.n''m· co^d0^”l ‘x

vel *existentiae,* et est si duo actus vel duo habitus, quorum unus est scientia, alter opinio, simul et respectu eiusdem obiecti sint in eadem mente; vel *cognitionis,* et est si unus idemque actus vel habitus sit simul et respectu eiusdem scientia et opinio.

His praenotatis, difficile est credere quaestiones aliunde potuisse circa hanc rem provenire quam ex aequivocatione, quae irrepserit sive in proponenda quaestione, sive in eius prosequutione.-Et revera quod non possit esse simultas actus opinionis cum actu scientiae, ita certum est, ut nescio utrum oppositum quis sibi persuadere possit. Non enim dari potest opinio ut opinio est, nisi opinans adhaereat cum formidine alteri parti contradictionis, simulque teneat obiectum contingens esse, et aliter se habere posse quam ipse opinatur; neque scientia intelligitur nisi sciens credat obiectum esse necessarium, et aliter esse non posse quam ipse scit. Sed impossibile est ut aliquis simul credat obiectum posse esse necessarium et contingens (sibi enim persuaderet contradictoria esse simul). Ergo impossibile est ut in una eademque mente actus opinativus coexistât cum actu scientifico. Haec ratio affertur a s. Thoma cum ait: *Sic igitur ex dictis manifestum est quod non contingit* etc.

Ex his infertur quod neque dari potest in uno eodemque subiecto simultas habitus scientific! et habitus opinativi respectu unius eiusdemque obiecti. Sicut enim actu aliquis non potest retinere obiectum aliquod sub eodem respectu esse simul necessarium et contingens, ita neque potest *habitu;* hoc est, non potest aliquis esse inclinatus ad retinendum posse coexistere pugnantia. – Conimbricenses Op. cit., I *Poster.,* cap. xxvi, qu. n, artic. i (Ed. cit., pag. 662 seq.), oppositum tenent, ac pro se adducunt auctoritatem s. Thomae et Caietani ex III P, qu. ix, artic. m, ad 2: sed tum s. Thomas tum Caietanus loc. cit. simultatem coexistentiae habitus scientiae cum habitu opinionis aperte reficiunt. « Dispositio, *inquit* » s. *Thomas,* se habet ad perfectionem dupliciter. Uno modo, sicut via » ducens ad perfectionem; alio modo sicut effectus a perfectione pro» cedens. Per calorem enim disponitur materia ad suscipiendam formam » ignis, qua tamen adveniente, calor non cessat, sed remanet quasi » quidam effectus talis formae. Et similiter opinio ex syllogismo diale» ctico causata est via ad scientiam, quae per demonstrationem acqui» ritur, qua tamen acquisita potest remanere cognitio *(non opinio),* » quae est per syllogismum dialecticum, quasi consequens scientiam » demonstrativam, quae est per causam: quia *(nota bene)* ille qui co» gnoscit causam, ex hoc etiam magis potest cognoscere signa proba› bilia, ex quibus procedit dialecticus syllogismus. » Quae cognitio signorum probabilium in casu, non est opinio: sicut in Deo non datur opinio, non scientia proprie dicta (quatenus importat motum mentalem a principiis ad conclusionem), non iudicium prouti est compositio et divisio; sed *cognoscit* tamen opinabilia, syllogismum, compositionem, non per modum opinionis etc,, sed intuitu simplicissimo (cf. P. I, qu. xiv, art. vn, xiv et xv; qu. I viii, artic. m et iv). – In eamdem responsionem ad 2 annotat Caietanus: « In responsione ad secundum, discerne verba » literae ex industria mutata, dum primo proponitur cognitio, ex diale» ctico syllogismo acquisita ut via, sub nomine opinionis, et deinde re» sumitur eadem cognitio ut consequens, non sub nomine opinionis, » sed sub nomine cognitionis. Oportuit autem sic dicere, quia cum » scientia alicuius conclusionis non potest simul stare in eodem subie» cto opinio eiusdem: sed bene potest cognitio eiusdem per medium » probabile stare in eodem subiecto. Addit siquidem opinio super co» gnitionem per medium probabile, formidinem in subiecto respectu al» terius partis, quae repugnat subiecto excludenti formidinem, quale est » sciens demonstrative. Unde cognitio dialectica ante demonstrativam » habens rationem opinionis, post demonstrativam scientiam non habet » rationem opinionis, sed remanet solum cognitio *(objective)* dialectica, › cessante illa conditione *(subiectiva)* formidinis ex parte subiecti. »

Sed operis pretium esse existimo addere quae ipsemet Caietanus habet in I *Posterior.,* cap. xxv, fol. 74, coi. I et seq. Movet ibi ex professo quaestionem: *An simul possimus habere habitum opinionis et scientiae circa idem omnino?* Quam quaestionem ita doctissime solvit: « Ad hoc dicitur cum Aristotele quod non. Et ratio est, quia cum opinio » et scientia circa idem opponantur primo secundum certitudinem et » incertitudinem ex parte subiecti, non medii neque obiecti, et impossi» bile sit opposita secundum id in quo opponuntur adunari, non potest « fieri ut opinio et scientia eiusdem omnino sint in eodem subiecto » simul etc. Quod enim opinio et scientia opponantur secundum certi» tudinem et incertitudinem ex textu patet. Quod autem talis certitudo » et incertitudo universaliter se teneant ex parte subiecti, et non obiecti » nec medii, declaratur. Primo quod non ex parte obiecti, quia de eodem » omnino enunciabili contingit esse opinionem et scientiam in diversis, » ut diximus, et tunc est manifestum quod aequa est certitudo obiectalis » utriusque. Deinde quod non ex parte medii. Tum quia non omnis opinio » est per medium, sed contingit opinionem esse propositionis immedia» tac, ut in textu dicitur, et consequenter ex parte medii non potest uni» versalis differentia assignari inter opinionem et scientiam. Propter quod » Albertus dicit, quod notanter Aristoteles dixit opinionem esse acceptio» nem immediatae propositionis, ut sciamus a fortiori quod et mediata » et immediata sub opinione cadunt. Tum quia contingit per idem me» dium in altero debilioris ingenii fieri opinionem, et in altero scientiam. » Et tunc certitudo medii aequa est in utroque, quia idem est etc. Ul» timo quod sit ex parte subiecti. Tum propter sufficientem divisionem. » Tum ex quid nominis ipsius opinionis. Omnes enim tunc nos opinari » arbitramur et dicimus, quando in intellectu nostro formido aliqua re» manet alterius partis, undecunque veniat formido illa, quae nil aliud est » quam non plena determinatio intellectus ad hanc partem: et tunc scire » arbitramur et dicimus, cum absque formidine alterius partis alteram » certam intellectus (non voluntas) habet etc. » (cf. 11-11, qu. I, artic. v).

Aliter est dicendum de simultate actus opinativi cum habitu scientifico, et viceversa. Sicut enim in moralibus nihil prohibet quod homo iustus vel prudens imprudenter et iniuste quandoque agat, vel quod homo iniustus et imprudens quandoque exerceat actus iustitiae et prudentiae; ita et in mentis persuasionibus. Proculdubio cum agitur *secundum habitum,* actus non potest esse ab habitu ipso discordans, ut patet ex terminis (repugnat enim quod agens secundum habitum iustitiae iniuste agat): attamen accidere potest, imo de facto accidit ut actus non ex habitu, sed sola potentia intellectiva educatur, quae ex falsa ratiocinatione inducitur ut opinabilia tanquam certa concedat, vel subdubitet etiam de iis, quae ex habitu scientifico retinet esse certa. Id probatione non indiget, quia unusquisque in semet frequenter experitur.

Non est autem ratio cur immoremur in dirimenda quaestione de simultate actuum vel habituum opinionis et scientiae, in sensu quarti praenotaminis. Facta enim distinctione a s. Thoma et Caietano supra indicata inter actus opinativos et scientificos ut sunt cognitio, et ut sunt opinio et scientia, dicendum quod ut opinio cognitio non potest esse scientifica, ut cognitio potest consequi ad actum scientificum, iuxta modum explicatum.

ratio medii, propter quod aliquid evenit, et hoc quando non habet magnum * tempus ad perspiciendum vel deliberandum: sicut si* aliquis videns quod semper luna, quando convertitur opposita ad solem, splendorem habet per totum, statim intellexit * propter quid hoc sit, scilicet quia illustratur a sole. Et similiter in actibus humanis, si aliquis videat[xx] aliquem pauperem altercantem cum aliquo divite, cognoscit quod ille dives accommodavit ei aliquid, et altercantur de redditione; vel si aliquis videns aliquos, qui prius fuerant inimici, esse * factos amicos, cognovit propter quid hoc sit, quia scilicet sunt inimici eiusdem. Et quod cognoscere medium sit cognoscere propter quid, manifestat dupliciter: primo quidem per rationem, quia talis solers videns omnes causas medias, cognovit * et ultimas, in quas fit ultimo** résolutio, per quas cognoscitur propter quid; secundo, manifestat per exemplum ordinatum * in syllogismo *. Ut ponamus lunam esse C, idest minorem extremitatem; sed esse splendidum per oppositionem ad solem sit A, idest * maior extremitas; sed illuminari a sole sit B, idest medium. C enim est B, idest luna habet lumen a sole; et A inest ipsi B, quia quod habet lumen a sole splendet conversum ad solem ; et sic probatur quod *A insit ipsi C per B. Unde patet quod solertia est quaedam perspicacitas velociter apprehendendi medium: quod contingit ex naturali aptitudine, et etiam ex exercitio. Posuit autem diversa exempla solertiae, ut ostendat quod in omnibus praedictis habitibus u, scilicet prudentia et sapientia etc., possit esse solertia.

• codd., «c. q. Qom.' ' ' a : *stcul quod.*

^*inteuaer^il''*

χχ

• codd.-!·.· eox *esse,*- h : *cognosat.* - p : *et propter quid.*

•Codd.iexc.eo).·

•*Codd.,exc.BH.;

?pi›dd"f'ir/z‹›· s'smm·

* ex «mu.

- ·ıı *quia;* κ om.

λλ

xx) *Si aliquis videat* **etc.-H:** *sicut si* **etc.; B:** *videt altercationem;* **et** *pauperem* **om. etiam alii codd., exc. G et s. m. K.-G:** *cum divite.* **– Codd., exc. CQ:** *et altercantur;* **P:** *et altercatur.* **– C:** *quod ille dives accomodante ei et altercante.* **Lectio non admittenda.**

λλ) *Praedictis habitibus* **etc. – Q om.** *praedictis ;* **codd. om.** *et sapientia.* **O:** *praedictis habentibus scilicet prudentiam, artem, scientiam, sapientiam et intellectum, suspicionem et opinionem, potest esse solertia.*

POSTERIORUM ANALYTICORUM

LIBER II

LECTIO PRIMA

QUATUOR SUNT QUAESTIONES AD SCIENTIAM PERTINENTES, ET OMNES SUNT QUAESTIONES MEDII

Τά ζητούμενα έστιν ίσα τον άριθ^Λον δσαπερ έπιστάμεθα. Ζητοΰμεν δέ τέτταρα, τό δτι, το διότι, εί έστι, τί έστιν.

"Οτζν μέν γάρ πότερον τόδε ή το'δε ζητώμεν, ει αριθμόν θέντε , οίον πότερον έκλείπει ό ήλιο ή ού, το' ότι ζητοΰμεν. Σημεΐον δέ τούτου· εΰρόντε γάρ δτι έκλείπει, πεπαύμεθα· καί έάν έξ άρχή είδώμεν δτι εκλείπει, ού ζητοΰμεν πότερον^

'Όταν δέ είδώμεν τό δτι, τό διότι ζητοΰμεν, οίον είδότε δτι εκλείπει καί δτι κινείται ή γή, τό διότι εκλείπει ή διότι κινείται ζητοΰμεν. Ταΰτα μέν ούν Ούτω ,

ένια δ' άλλον τρόπον ζητοΰμεν, οίον εί έστιν ή μή έστι κένταυρο ή θεό . Τό δ' εί έστιν ή μή απλώ λέγω, άλλ' ούκ εί λευκό ή μη. Γνόντε δέ δτι έστι, τί έστι ζητοΰμεν, οίον τί ούν έστί θεό , ή τί έστιν άνθρωπο ; "Λ μέν ούν ζητοΰμεν καί ά εΰρόντε ίσμεν, ταΰτα καί τοσαΰτά έστιν.

Ζητοΰμεν δέ, δταν μέν ζητώμεν τό δτι η το' εΐ έστιν απλώ , άρ' έστι μέσον αύτοΰ η ούκ έστιν δταν δέ γνόντε η τό δτι η εί έστιν η τό έπι μέρου η τό απλώ , πάλιν τό διά τί ζητώμεν η τό τί έστι, τότε ζητοΰμεν τί τό μέσον.

Λέγω δέ τό δτι η εί έστιν έπι μέρου καί απλώ , έπι μέρου μέν, άρ' έκλείπει ή σελη'νη η αύξεται ; εί γάρ έστι τι η μη' έστι τι, έν τοι τοιου'τοι ζητοΰμεν απλώ δ', εί έστιν η μη σελήνή η νυ'ξ.

Συμβαίνει άρα έν άπάσαι ταΐ ζητήσεσι ζητεΐν ή εί έστιν μέσον η τί έστι τό μέσον. Τό μέν γάρ αίτιον τό μέσον, έν άπασι δέ τοΰτο ζητείται· άρ' έκλείπει ; άρ* έστι αίτιον η ού; μετά ταΰτα γνόντε δτι έστι τι· τί ούν τουτ' έστι ζητοΰμεν. Τό γάρ αίτιον τοΰ είναι μή τοδί ή τοδί άλλ' απλώ την ουσίαν, ή το μή απλώ αλλά τι των καθ' αύτό ή κατά συμβεβηκό , τό μέσον έστίν. Λέγω δέ τό μέν απλώ τό ύποκείμενον, οίον σελήνην ή γην ή ήλιον ή τρίγωνον, τό δέ τί έκλειψιν, ισότητα, ανισότητα, εί έν μέσω ή μή. Έν άπασι γάρ του'τοι φανερόν έστιν δτι τό αύτό έστι τό τί έστι καί διά τί έστιν. Τί έστιν έκλειύι ; στέρησι φωτό άπό σελήνη υπό γη άντιφράξεω . Διά τί έστιν έκλειψι , ή δια τί έκλείπει ή σελήνη ; διά τό άπολείπειν τό φω άντιφραττούση τή γη · Τί έστι συμφωνία; λόγο αριθμών έν όξει ή βαρεϊ. Δια τί συμφωνεί τό όξυ τω βαρεΐ; διά τό λόγον έχειν αριθμών τό όξυ' καί τό βαρύ. Άρ' έστι συμφωνεΐν τό οξύ καί τό βαρύ'; άρ' έστίν έν άριθμοΐ ό λόγο αύτών; λαβόντε δ' δτι έστι, τί ούν έστίν ό λόγο ;

Οτι δ' έστί τοΰ μέσου ή ζήτησι , δηλοϊ δσων τό αέσον αισθητόν. Ζητοΰμεν γάρ μή ήσθημένοι, οίον τή έκλείψεω , εί έστιν ή μή. Εί δ' ήμεν έπι τή σελήνη , ούκ άν έζητοΰμεν ούτ' εί γίνεται ούτε δια τί, άλλ' άμα δηλον ήν άν. Έκ γάρ τοΰ αισθέσθαι καί τό καθόλου έγένετο αν ήμΐν ειδέναι. Ή μέν γάρ αΐσθησι δτι νΰν άντιφράττει· καί γάρ δηλον δτι

* Quaestiones sunt aequales numero his, quaecunque vere scimus. Quaerimus autem quatuor: quia, propter quid, si est, quid est. - cap. t. - Text. coram·l·

Cum quidem enim utrum hoc aut hoc sit quaerimus, in numerum ponentes, ut utrum sol deficiat aut non, ipsum quia quaerimus. Signum est: invenientes enim quia deficit, pausamus. Et si in principio sciremus quia deficeret, non quaereremus utrum deficeret.

Cum autem scimus ipsum quia, ipsum propter quid quaerimus: ut scientes quia deficit sol, et quia movetur terra, propter quid deficit, et propter quid terra movetur, quaerimus. Hoc quidem igitur sic.

Quaedam autem alio modo quaerimus, ut si est aut non est centaurus, aut Deus. Hoc autem si est aut non est, simpliciter dico : sed non si album est aut non. Cognoscentes autem quia est, quid est quaerimus, ut quid est Deus, aut quid est homo. Quae quidem igitur quaerimus, et quae invenientes scimus, haec et tot sunt.

* Quaerimus autem, cum quaeramus quia, aut si est simpliciter, utrum sit medium ipsius aut non. Cum autem cognoscentes aut quia est, aut si est, aut in parte aut simpliciter, iterum propter quid quaerimus, aut quid est, tunc quaerimus quid sit medium. * Cap.n.

Dico autem quia aut si est, in parte aut simpliciter. In parte quidem igitur, utrum deficit luna aut augetur. Si enim est aliquid aut non est aliquid in huiusmodi inquirimus. Simpliciter autem est, si est aut non est luna, aut nox.

Contingit itaque in omnibus quaestionibus quaerere, aut si est medium, aut quid est medium.-Causa quidem enim medium est. In omnibus autem hoc quaeritur: ut utrum luna deficiat, utrum sit aliqua causa aut non. Post hoc, scientes quia est, quid igitur hoc sit quaerimus. Causa enim ipsius esse non hoc aut hoc, sed simpliciter substantiam; aut non simpliciter, sed aliquid horum quae sunt per se aut secundum accidens, medium est. Dico autem simpliciter quidem substantiam, ut lunam, aut terram, aut triangulum, quid autem esse defectum, aequalitatem, inaequalitatem, si in medio terra sit aut non. In omnibus enim his manifestum est quod idem sit quod quid est et propter quid est. Ut, quid est defectus? privatio luminis a luna ex terrae obiectu. Propter quid est defectus, aut propter quid deficit luna ? propter defectum luminis, opposita terra. Quid est consonantia? ratio numerorum in acuto et gravi. Propter quid consonat acutum gravi? propter id quod rationem habet numeralem acutum et grave. Utrum est consonare acutum et grave ? Utrum sit in numeris ratio ipsorum ? Accipientes autem quia est, quid igitur est ratio ?

Quod autem medii sit quaestio, ostenditur quandocunque medium sensibile est. Quaerimus enim non sentientes, ut defectum, si est. Si vero essemus super lunam, non utique quaereremus neque si fit, neque propter quid, sed simul manifestum esset utique: ex eo enim quod sentimus, et universale nobis factum est scire. Sensus quidem est eius quod nunc obiicitur, et manifestum

νῦν εκλείπει· ἐκ δέ τούτου το καθόλου αν ἐγένετο· "Ωσπερ οὐν λέγομεν, το τί ἐστιν εἰδέναι ταὔτό ἐστι καί διά τί ἐστιν. Τοῦτρ δ' ἡ ἁπλώ; και μη τών ὑπαρχόντων τι, ἡ τῶν ὑπαρχόντων, οἱον οτι δυο ὀρΟαί· η δτι μεΐζον η ελαττον. "Οτι μέν οὐν πάντα τά ζητούμενα μέσου ζητησί έστι, δηλον.

enim est quod nunc deficit; ex his autem universale utique factum est. Sicut igitur diximus, quod quid est scire idem est et propter quid est. Hoc autem aut est simpliciter, et non eorum quae insunt aliquid; aut quae insunt, ut quoniam duo recti sunt, aut quoniam maius, aut quoniam minus est. Quod quidem igitur omnia quae quaeruntur, medii quaestio sint, manifestum est.

Synopsis. — 1. Argumentum et divisio huius secundi libri. – 2. Aequalis in scientiis est numerus quaestionum et eorum quae sciuntur: de rebus enim quaerimus ut de ipsis sciamus quae a nobis ignorantur. Et quia quatuor sunt quae de rebus sciuntur, ideo quatuor sunt de rebus quaestiones in scientiis, nempe *quia, propter quid, an sit* et *quid sit* res. Ad has quaestiones reducitur quidquid est *quaeribile* vel scibile. – 3. Declarantur quaestiones quae possunt referri ad enunciationes compositas. Et primo quoad quaestionem *quia*. – 4. Deinde quoad quaestionem *propter quid,* quae sequitur quaestionem *quia est,* seu *an sit secundum quid*. – 5. Declarantur quaestiones quae possunt referri ad enunciationes simplices. Et primo quoad quaestionem *an sit,* seu *quia est simpliciter,* ad quam sequitur quaestio *quid est.-6*. Coordinantur praefatae quaestiones, quae hoc habent commune quod quaeruntur medium (hoc est rationem eius de quo quaeritur); non quidem formaliter sub ratione medii, sed concomitanter sub ratione communi cur ita res se habet. – 7. Quaestiones *quia est* et *si est* differunt sicut in parte et simpliciter: quia prima quaerit de esse tali seu secundum quid, altera autem de esse simpliciter. – 8. Probatur quod in omnibus quaestionibus quaeritur medium vel *an sit,* sicut in quaestione *quia* et *si est;* vel *quid sit,* sicut in quaestionibus *propter quid* et *quid*. Nam in omni quaestione scientifica quaerimus *scire;* sed scire non habetur, nisi quando cognoscitur causa, quae est ratio et medium rei scitae. – g. Dubium incidens de medio quod est definitio passionis. – 10. Confirmatur ratio facta exemplo ex rebus sensibilibus ducto. – 11. Respondetur tacitae obiectioni: et concluditur quod in omnibus quaestionibus scientificis est quaestio medii.

1. Philosophus in primo libro determinavit de syllogismo demonstrativo, in hoc libro intendit & fe^AA^determinare de principiis eius. Est Ψ Λ autem duplex principium demon-^•"^"'^"•^strativi syllogismi, scilicet medium eius et primae propositiones indemonstrabiles. Dividitur ergo liber iste in duas partes: in prima *, determinat de cognitione medii in demonstrationibus; in secunda, de cognitione primarum propositionum"; ibi: *De principiis autem qualiterfiunt cognita* ♦etc. Quia enim in primo libro habitum est ** quod omnis doctrina et omnis disciplina fit ex praeexistenti cognitione; in demonstrationibus autem cognitio conclusionis acquiritur per aliquod medium et per primas propositiones indemonstrabiles; residuum erat investigare qualiter ista innotescant.

Prima autem pars dividitur in duas partes *: in prima, investigat quid sit medium in demonstrationibus; in secunda parte inquirit quomodo illud medium nobis innotescat; ibi: *Quomodo autem quod quid est ostenditur* * etc.

Quia vero medium in demonstrationibus assumitur ad aliquid innotescendum de quo poterat esse dubitatio vel quaestio, ideo circa primum duo facit: primo enim *, ponit numerum quaestionum; secundo, ex ipsis quaestionibus investigat propositum, ostendens qualiter quaestiones pertineant ad medium demonstrationum *; ibi: *Quaerimus autem cum quaeramus* * etc. – Circa primum tria facit: primo, enumerat quaestiones; secundo, manifestat compositas quaestiones; ibi: *Cum quidem enim utrum hoc* * etc.; tertio, simplices; ibi: *Quaedam autem alio modo* * etc.

2. Dicit ergo primo quod aequalis est numerus quaestionum et eorum * quae sciuntur. Cuius ratio est, quia scientia est cognitio per demonstrationem acquisita. Eorum autem oportet per demonstrationem cognitionem acquirere 7, quae ante fuerint ignota: et de his quaestiones facimus, quae ignoramus. Unde sequitur quod ea quae quaeruntur sint aequalia numero his quae sciuntur. Quatuor autem sunt quae quaeruntur, scilicet *quia, propter quid, si est* et *quid est:* ad quae quatuor reduci potest quidquid est quaeribile vel scibile. Dividit autem in I *Topicorum** quaestiones sive** problemata aliter in quatuor, quae omnia comprehenduntur sub una harum * quaestionum, quae dicitur quaestio *quia*. Non enim ibi * intendit nisi de quaestionibus ad quas dialectice * disputatur.

3. Deinde cum dicit: *Cum quidem enim utrum hoc* etc.,manifestat propositas quaestiones, et primo compositas. Ad cuius evidentiam considerandum est quod, cum scientia non sit nisi veri *, verum autem significetur * solum per enunciationem **, oportet solam enunciationem esse scibilem, et per

* Codd., exc. bg oqt: *in p.parte.*

a

* Led. xx, β

° Lect. i.

• *Partes* om. bf.

• Lect. seq.

• FiOQ om. *enim.*-o: *proponit.*

• 10Q: *demonstrationis.*

' Num. 6.

• Num. 3.

* Num. 5.

• 1: *ea.*- o: *sic sciuntur.*

7

'Csp^jtr. 9

▮ n: *istarum.*

* ηv om. *ibi.*

• *Dialect.* om.L.

▮ Cf. I *Periher.,* lect. ut, not. ζ.

▮ raro: *significatur.*

·· Cf. I *Perih.,* lect.vn, n.2,seqq.

d) De cognitione primarum etc. – **Haec secunda pars huius secundi libri incipit lectione xx, quae etiam est ultima. Hinc de hac parte, hoc est de *medio* demonstrationis, deque eius cognitione/ universus pene est secundus liber Posteriorum analyticorum. – Et notet novitius quae in principio huius lectionis dicuntur, duo nempe esse principia demonstrationis, scilicet propositiones immediatas et per se notas, et medium; sed non eodem modo et sub eadem ratione. Nam propositiones immediatae sunt principia demonstrationis, quia sunt quodammodo causae efficientes conclusionis demonstratae, et eam proinde virtualiter continent; eo ferme modo quo effectus, antequam producatur, in sua causa virtualiter continetur (Cf. lib. I, lect. 111, n. 1). At *medium* non causa efficiens est ullo modo, sed *formalis*. Sicut enim omnes quaestiones (de quibus dicitur n. 2) ordinantur ad unam quaestionem *quid est* res; ita omnia media quaesita reducuntur ad medium *quod quid est,* scilicet ad quaerendam quidditatem seu essentiam rei scitae, ut probatur n. 8 et seqq., atque iterum dicitur in principio lectionis sequentis. Quidditas autem seu essentia non *efficit* rem, cuius est essentia, sed constituit: constitutivum autem rei est *causa,* seu melius *ratio formalis* rei ipsius.**

$) Quia enim **etc.-B: *Quia enim ut in primo libro;* CDEFHIKN OST: *ut in principio libri;* G: *in principio huius libri;* L: *in* (marg. aman, praemitt. *ut) principio,* ct om. *libri;* M: *ut in principio primi libri;* Q: *in principio libri.* – Placet lectio cod. M, *in principio primi libri.-Legimus* infra cum cod. L: *et omnis disciplina* (P et alii codd. om. *omnis)* ex lib. I, lect. 1, n. 9. – Praeterea codd. (exc. DG) habent, et adoptàmus, *acquiritur per* etc.; P: *accipitur;* G: *comparatur.* – Denique codd. omnes: *qualiter ista innotescant* (G, *notescant);* P: *cognoscantur.***

γ) *Cognitionem acquirere* **etc.-L: *accipere.* – Codd. (exc. T): *ante fuerunt;* T: *antefuerant.*- Demonstratio, ut alibi diximus (lib. 1, lect. iv, not. n), est instrumentum quod non ex conditione rei scitae, sed ex conditione mentis nostrae requiritur. Si enim intellectus noster, ut intellectus angelicus, per simplicem intuitionem res cognosceret, non indigeret ratiocinio, sicut et non indigent angeli. Ratiocinatio autem ideo instituitur, quia cognito principio, ignoratur conclusio quae virtute in principio continetur, et quae in actum nostrae cognitionis deducitur per ipsam ratiocinationem, hoc est per applicationem principiorum ad conclusionem, quam scire volumus. Recte ergo dicitur quod oportet per demonstrationem acquirere cognitionem eorum quae ante fuerint ignorata (Cf. P. 1, qu. xiv, artic. vn; qu. ıVuı, artic. 111; 1 *Contra Gent.,* cap. tvn; QQ. Dispp. *De veritate,* qu. xv *De ratione superiori et inferiori,* artic. 1).**

consequens quaeribilem *. Sicut autem in II *Perihermeneias* dicitur *, enunciatio dupliciter formatur. Uno quidem modo, ex nomine et verbo absque aliquo apposito, ut cum dicitur *homo est;* alio modo, quando aliquid tertium adiacet, ut cum dicitur *homo est albus.* Potest igitur quaestio ‘ formata referri, vel ad primum modum enunciationis, et s’c er*l fiuas' Quaestio simplex ; vel * ad secundum modum, et sic erit quaestio quasi composita, vel *in munerum ponens,* quia videlicet quaeritur ‘ de compositione duorum. Circa hunc ergo modum Énunciationis duplex quaestio formari potest. Una quidem, an hoc sit verum quod dicitur. Et hanc quaestionem primo exponit*, dicens quod cum de aliqua re quaerimus utrum illa res *sit hoc* aut *illud,* et sic quodammodo ponimus in numerum (accipiendo scilicet* duo, quorum unum est praedicatum et aliud subiectum; puta cum quaerimus utrum sol sit deficiens per eclipsim vel non, et utrum homo sit animal ’ vel non), tunc dicimur * quaerere *quia:* non ita quod hoc quod dico *quia* sit nota vel signum interrogationis, sed quia ad hoc quaerimus ut sciamus *quia ita est.* Cuius signum est, quia cum invenerimus per demonstrationem, quiescimus a quaerendo; et si in principio hoc scivissemus, non quaereremus utrum ita sit. Inquisitio autem non cessat, nisi habito eo quod quaerebatur. Et ideo cum quaestio qua quaerimus utrum *hoc sit hoc,* cesset * habito quod ita est0, manifestum est quid huiusmodi quaestio quaerit.

4. Deinde cum dicit: *Cum autem scimus* etc., manifestat consequentem quaestionem, quae etiam in numerum ponit; et dicit quod cum scimus *quia ita est,* quaerimus *propter quid* ita sit. Puta, cum scimus quia sol est deficiens* per eclipsim, et quod * terra est mota in terraemotu, quaerimus propter quid sol deficiat, aut propter quid terra moveatur. Hoc igitur sic * quaerimus, ponentes scilicet in numerum.

5. Deinde cum dicit: *Quaedam autem alio modo* etc., manifestat alias duas * quaestiones, quae non ponunt in numerum *, sed sunt simplices. Et dicit quod quaedam quaerimus alio modo a praedictis quaestionibus, scilicet non ponentes in numerum ; utpote * si quaeramus an sit centaurus vel non: hic enim simpliciter ‘ quaeritur de centauro *an sit,* non autem quaeritur an centaurus sit hoc, puta album vel non *. Et sicut scientes *quia* hoc est illud, quaerebamus *propter quid,* ita etiam scientes de aliquo *quia* est simpliciter, quaerimus *quid* sit illud, puta quid est Deus*, aut quid est homo. Haec igitur et tot sunt illa quae quaerimus: quae cum invenerimus, dicimur scire.

6. Deinde cum dicit: *Quaerimus autem cum quaeramus* etc., ostendit qualiter praedictae quaestiones se habeant ad medium. Et circa hoc tria facit: primo, proponit quod intendit; secundo, manifestat quod dixerat; ibi: *Dico autem quia* * etc.; tertio, probat propositum; ibi: *Contingit itaque in omnibus quaestionibus* * etc. Circa primum sciendum est quod praedictarum quatuor * quaestionum, quarum duae ponunt in numerum et duae non ponunt, primam utrarumque in unam coordinat, scilicet quaestionem *quia* * et quaestionem *an est.* Et dicit quod cum quaerimus *quia hoc est hoc,* aut cum quaerimus de aliquo simpliciter *si est,* nihil aliud quaerimus quam utrum aliquod* medium ipsius quod quaerimus sit invenire vel non. Quod non dicitur secundum ipsam formam quaestionis. Non enim cum quaero *an sol eclipsetur,* vel *an homo sit,* ex ipsa forma quaestionis quaero *an sit aliquod medium,* quo possit demonstrari vel solem * eclipsari, vel hominem esse: sed si sol eclipsatur, vel homo est, consequens est quod sit aliquod medium invenire ad demonstrandum ista quae quaeruntur. Non enim fit quaestio de immediatis, quae etsi vera sunt, non tamen habent medium; quia huiusmodi, cum sint manifesta, sub * quaestione non cadunt. Sic ergo qui quaerit *an hoc sit hoc,* vel *an hoc sit simpliciter* *, ex consequenti quaerit an sit huiusmodi medium. Quaeritur enim in quaestione *si est,* vel *quia est,* an sit id quod est medium *; quia id quod est medium est ratio eius, de quo quaeritur an hoc sit hoc, vel an simpliciter, ut infra * dicetur **. Non tamen quaeritur sub ratione medii. Contingit autem, invento quod quaeritur per has * duas quaestiones, cognoscere aut *quia est* aut *si est:* quorum alterum est cognoscere esse simpliciter A, alterum esse in parte, sicut cum cognoscimus quod homo est albus ; quia esse album non significat totali-

• n: *essequaer.*
• 1 ct. u, n. 2.
s
'référé pote,t
t
ô ·ponit.
• *scii.* om.AFM.
η
• CELNOST et p. m. 0. *dicuntur,*
• 1 o q t : *cessat,*
0
• h : *soi dejicit,*
• f im: çK/a.-AQ om. *tn terraem.*
▮ *sic* ex codd.
’ rei om. *duas,*
♦codd. - r: *numero.* Cf. num. 3.
• n: *ut puta,*
t
' veinonom.n; Q : *vei nigrum.*
· « : *quid sit* Co-
· Num. seq.
" Num. 8.
-n mon.·, trium.
' c: *quia ita est;* *Qom.quia et qu.*
’ codd.,exe. c; utr· s,t et om.»?infra,
♦ *vet* ex codd., *licet sol.;* f hab. ac'
· n: «».
· codd., exc. c. - JiuiSfri cf
*
' Num. 8.
" f : *dicitur.*
’ Ha› « coJd·
λ

3) *Potest igitur quaestio.* – Ita codd.– P: *potest ergo (ergo* etiam T ; O, *enim) ratio formata* etc. Ex immediate additis patet legendum esse *quaestio.*

ε) *Quia videlicet quaeritur.* – *Quaeritur* habent omnes nostri codices; P: *quia videlicet est quaestio.* – FHIL : *quia scilicet.*

ζ) *Et sic quodammodo.* – Piana cum edd. Ven. (exc. *a*) omittit *et,* quod omnes nostri codices habent et antiquior ed. Ven. *a,* et per hanc omissionem formam periodi mutat, contra textum Aristotelis et s. Thomae expositionem. Textus est: Ὅταν μεν γάρ πότερον τόδε η τόδε ζητώμεν, ει αριθμόν Οίντε ,... τὸ ὁτι ζητοῦμεν. Manifestum est quod, *quaerimus* τὸ *quia,* τὸ ὁτι ζητοῦμεν, seu, ut ait s; Thomas, *tunc dicimur quaerere quia,* est consequens, cuius antecedens est, ὁταν μεν γάρ etc., ita ut, ει αριθμόν θίντε , *in numerum ponentes,* sit huius antecedentis pars. At contra in P, sic *quodammodo* etc., per omissionem τοῦ *et,* fit consequens; et verum consequens *(tunc dicimur quaerere quia)* non habet cui antecedenti connectatur. – Item codd., exc. BO: *ponimus numerum,* omisso *in;* sed hanc praepositionem retinemus: nam supra dictum est, *in numerum ponens;* deinde requiritur a sensu qui hic intenditur, et est denique in textu graeco, ει αριθμόν θεντε (Cf. infra nn. 4 et 5).

η) *Utrum homo sit animal vel non.* – Est alterum exemplum additum a s. Thoma exemplo Aristotelis. Cod. A: *au al;* num *an animal?* vel *aut animal,* sicut habet p. m. S? 1: *aul* (seq. *vel,* sed expung.) *animal;* LT et p. m. N : *at animal.* Lectio *aut animal* est omnino falsa, ut videre est n. 5.

0) *Quod ita est* etc.-Codd., exc. M: *quia ita est;* FI: *quia est, ideo manif.* – A : *manifestum* (cum LN om. *est) quod haec non quaerit.* Lectio erronea. BCDGH1KLNOST: *quod* (D, *quid) quaerit haec quaestio. Quod* non est bona lectio. E: *manifestum est hoc quod hoc non quaerit.* Lectio reficienda, quia falsa, ut lectio A. F: *quod quaestio hoc (haec?) quaerit.* – C s. m. ; *quaerit quia.* – Q om. *manifestum* etc. usque ad *quaerit* inclusive.

1) *Hic enim simpliciter* etc. – Addimus *enim* ex codd., qui insuper, exc. EN, legunt *quaeritur de;* P: *quaerimus,* sed immediate post habet cum codd. *quaeritur,* – ACDEF1LMST: *non quaeritur an,* om. *autem;* N : *non tamen ;* in C marg. add. per aman, *tamen ? (autem ?').*

x) *Sit id quod est medium* etc. – CDELOST : *sit illud,* et L om. *quod* est.-Deinde codices, exc. G, loco, *an hoc sit hoc, vel an simpliciter,* habent *an sit.*

λ) *Est cognoscere esse simpliciter* etc. – Haec lectio P videtur supposita ex iis quae immediate sequuntur de duplici cognitione τοῦ esse, nempe *simpliciter* seu *totaliter,* et *secundum quid* seu *ex parte.*- OQS om. *esse* post *cognoscere;* omnes codices omittunt erronee *simpliciter, alterum esse.*

• f: *totum, - i* om. seq. » g» ·

• *E^e* 0m. 0q. V

• a: *est.*

* ano et p. m. q: *quid.*

ξ

* *Est* om. ABCG KMNST.

• riQ: *dejiciat... augeatur.*

* ac non bene: *et;* q om.

▮ Codd., exc. be, om. *si.*

' n: *non;»: vel nox, sic est qu.*

' Num. 10.

0

ter * esse hominis, sed significat ipsum esse aliet jje0 cum jiomo aibus non dicitur generari simpliciter, sed generari secundum quid. Sed cum dicitur, *homo est,* significatur ipsum esse * simpliciter; et cum homo fit ens ", dicitur generari simpliciter. Cum ergo cognito *quia est,* quaerimus *propter quid est,* aut cognito *si est,* quaerimus *quid est,* tunc quaerimus quid sit * medium. Et hoc similiter est accipiendum non secundum formam quaestionis, sed secundum concomitantiam. Non enim qui quaerit causam propter quam * sol eclipsatur, quaerit ipsam ut medium demonstrans sed quaerit id quod est medium: quia consequens est ut, hoc habito, possit demonstrare. Et eadem ratio est de quaestione *quid est.*

η. Deinde cum dicit: *Dico autem quia aut si est* etc., manifestat quod dixerat, quod *quia est* * et *si est* differunt sicut in parte et simpliciter. Cum enim quaerimus utram deficit * luna aut utrum augetur, est quaestio in parte: in * huiusmodi enim quaestione quaerimus si luna est aliquid; puta si * deficiens, vel aucta, aut non. Sed cum quaerimus an luna sit, sive an nox * sit, est quaestio de esse simpliciter.

8. Deinde cum dicit: *Contingit itaque in omnibus* etc., probat propositum, scilicet quod praedictae quaestiones pertineant ad medium. Et primo, probat per rationem ; secundo, probat per signum ; ibi : *Quod autem sit medii* * etc. Concludit ergo primo ex praemissa manifestatione quod in omnibus praedictis quaestionibus, vel quaeritur an sit medium, scilicet in quaestione *quia* ° et in quaestione *si est;* vel quaeritur quid est medium, scilicet in quaestione *propter quid* et in quaestione *quid est.* Et probat quod quaestio *propter quid* quaerat quid sit medium. Manifestum est enim quod causa est medium in demonstratione, quae facit scire quia scire est causam rei cognoscere. Causa autem est quod quaeritur in omnibus praedictis quaestionibus. Quod * primo manifestat in quaestione *quia.* Cum enim * quaeritur utrum luna deficiat, quaeritur secundum modum supra * expositum, utrum aliquid sit causa defectus lunae vel non *. Et consequenter hoc manifestat in quaestione *propter quid.* Cum enim scimus *quia* est ρ aliquid causa defectus lunae, quaeritur *quid* sit causa; et hoc est quaerere *propter quid.* Et eadem ratio est in aliis duabus quaestionibus, ut per sequentia manifestat. Dicit enim quod, sive accipiamus aliquam rem esse non hoc aut hoc (puta cum dico *homo est albus,* aut *grammaticus'),* sed ' accipiamus ipsam substantiam esse simpliciter; sive etiam non accipiamus rem aliquam esse simpliciter *, sed rem aliquam esse aliquid, ponendo in numerum *, (sive illud aliquid sit de numero eorum quae praedicantur per se T, sive de numero eorum quae praedicantur per accidens*), sive hoc modo sive illo accipiamus rem esse, causa eius est medium ad demonstrandum ipsam.

Exponit autem consequenter quod dixit u, *simpliciter substantiam esse,* cum quaerimus de luna, aut de terra, aut de triangulo, aut de quolibet subiecto *an sit,* et ad hoc demonstrandum accipitur aliquod medium. Dico autem rem *esse aliquid,* cum quaerimus eclipsim de luna, aut aequalitatem ?, aut inaequalitatem de triangulo, aut de terra utrum sit in medio mundi vel non. Et ostendit * quod non differt quantum ad propositum utrolibet modo accipiatur rem esse; quia in omnibus praedictis idem est *quid est* et *pro-*

T·

'fciq: *Etprimo.*

' *Enimom.* *.

' Num. 6.

·εο<i4.,βχ€.0H.- PC: non *est;* h om. *vel non.*

°

e^°^pl'r:esse

» cf. supra n. 3.

τ

· cf. lib. 1,icct.

χ'ηο,·β·

u

? ·

χ

[a] *Et ideo cum homo* etc. -**Codd.** CLMNS: *cum homo Jit albus etc.*- Codd.: *non dicitur generari* (O, *gen. ipsum) simpliciter, sed generari* (L om. *gener.) secundum quid.* B: *non dicitur generari simpliciter* (cet. om.). *Cum ergo* etc. Lectio autem *generari,* quam concorditer habent codd., praesupponit praecedentem lectionem codd. CLMNS, *cum homo Jit.* – Principium communissimum saepe a s. Thoma repetitum est, *esse* et *Jieri* proportionate esse ad invicem, ita scilicet ut rei eo modo competat fieri quo convenit esse, et viceversa. Ratio est quia esse est terminus τοῦ *Jieri,* et fieri est via ad *το esse.* Praetulimus integram codd. lectionem. PQ: *cunt homo sit... esse* (Q, *esse ipsum) simpliciter, sed esse secundum quid.* Infra tamen P legit cum AC.MNS: *cum homo fit ens.*

ν) *Et cum homo fit ens.* – Codd., exc. BF: *Unde et cum* etc.; F: *Unde ideo et cum* etc. – Quoad B cf. not. praeced. – Infra *(Cum ergo etc.)* AGN: *tunc quaerimus;* Q om. *quaerimus ... si est;* sed est mendum ob repetitionem τοῦ *quaerimus.*

ξ) *Ut medium demonstrans.* – BGHMO: *medium demonstrationis.* – Compendia sequentium verborum, *sed quaerit, consequens* et *habito,* in codd., exc. BEO, ita scripta vel soluta sunt, ut plus minusve legant sic: sed quantum (secundum quam) *id quod est medium quia* omnis *est ut hoc* hnc (hnt) *possit demonstrare (- ri).* Singuli codices variant hoc modo. A: *secundum quam id quod est medium quia omnis est ut haec hanc possit demonstrare;* quibus expunctis per *vacat,* marg. add.: *sed quia id quod est causa-est medium, consequens est quod quaeritur quid sit medium quo possit demonstrari.* B: *habito hoc;* cet. ut P. C: (ras. in qua *sed quaerit;* marg., *al. secundum id. vel scilicet quantum ad) id quod est medium quia* (in ras., *consequens est ut hoc habito;* marg. interi., *vel omnis est ut hoc hnc) possit demonstrare.* D: *sed quantum Cquantum* vid. expungi; marg. interi, *ad) id quod est medium quia omnis* (expung. *omnis;* marg. add. *quaestio consequens) est ut hoc habito (habito* est correctio ex *hnc) possit demonstrare.* E: *hic habito;* cet. ut P. F: *secundum quod id quod est medium ut quia omnis est ut hoc habent demonstrari possunt.* G: *sed quantum id quod est medium quia est ut si hanc possit demonstrare.* H: *sed quam id quod est medium quia omnis est ut possit hoc hunc demonstrare.* I: *sed quod id quod est medium, quia, omnis est ut hoc habent possit demonstrari* KL: *sed quantum id quod est medium quia omnis est ut h hnc possit demonstrare. M: sed quantum* (marg. add. *ad) id quod est medium quia omnis* (supra *omnis* add. *demonstratio) est ut hoc habens possit demonstrare.* N: *secundum quam* (expunguntur et supra add. *sed quaerit) id quod est medium quia omnis* (expung. *quia omnis) est ut hoc habito possit demonstrare.* O: *scilicet quaerit id;* cet. ut P. Q: *sed id quod est medium;* cet. om. S: *secundum quantum id quod est medium quia omnis est ut hoc hunc possit demonstrare.* T: *demonstrans, scilicet quantum ad id quod est medium sed quia consequens est ut hoc habeat unde possit demonstrare.*

0) Jn quaestione quia etc.-Q: *quia* est.-H: *vel quaestione.* Etiam ACDEG1KLNQST om. in.-Infra *(scilicet in)* AO: *sicut in;* I et p. m. D: si *in;* p. m. FK om. *scilicet;* s. m. K: *ut in;* M: *si sit in;* Q: *vel in.*

~) *Quae facit scire.* – F et p. m. I om. haec verba et immediate sequentia, usque ad *Causa autem est* inclusive.

p) *Quia est* etc. – FI: *scimus cum aliquid sit causa* etc.; L om. *aliquid;* O: *aliqua.* – Si A est causa defectus lunae, et quaeritur *quid* sit illa causa, nempe quid sit A, quaeritur *propter quid* defectus lunae.

σ) *Sed accipiamus.* – EFI: *si accipiamus:* quae lectio non est ad mentem s. Thomae, ut contextus probat, neque ad mentem Aristotelis, ἀλλ' ἀπλώ . – Alii codd. habent lectionem Pianam.

τ) *Praedicantur per sc* etc.-EFH1KMT et p. m. D: *praedicantur per accidens,* om. intermediis. Sed est mendum, ut patet ex ipsa forma loquendi: adde quod hic fere ad litcram recitantur a s. Thoma verba Aristotelis dicentis καθ' αὑτὸ η κατά συριβεβηκό . – D s. *m.: praedicantur per se sive per accidens:* corrigitur nempe error magis secundum verba Aristotelis, quam secundum textum s. Thomae.

υ) *Quod dixit.* — ABLMNOQT et s. m. DK: *quod dixerat;* ES et p. m. DK: *dixerit.* — Infra FI o'm. *aut de triangulo* (cf. infra), et *de* ante *quolibet;* codd., exc. KL: *de quocunque;* L om. *an sit.*

φ) *Aut aequalitatem.* – Codices omnes, T excepto, omittunt haec verba; imo M omittit etiam quae sequuntur, usque ad *vel* (P, *aut) non* inclusive; T om. *aut inaequalitatem.* Censeo ex praemissis retinendam esse Pianam lectionem. De luna enim, dc terra et de triangulo praemissa sunt exempla, in quibus ponendis codd. cum P concordant; proindeque de eclipsi lunae, de aequalitate vel inaequalitate triangulorum, de situ terrae convenienter subsumitur. Quod est iuxta Aristotelis textum.

χ) *Et ostendit* etc. – Excepto N, codd. om. *ostendit,* et omnes legunt, *quod non differat.*

pter quid. Et hoc manifestat primo in defectu lunae. Si enim quaeratur *quid est* defectus lunae: respondetur quod est privatio luminis * a luna
α^ẑ*luna0''''* Pr0Pter terram, quae obiicitur inter ipsam et solem. Et hoc idem respondemus si quaeratur *propter quid* luna deficit. Dicimus enim quod luna deficit propter defectum luminis ex oppositione terrae. Et idem manifestat in alio exemplo. Si enim quaeratur *quid est* consonantia: respondetur quod est ratio, idest proportio numerorum secundum acutum et grave. Et rursum si quaeratur *propter quid* acutum consonat gravi : re-
εȯΰi"0«ΓT· sPor,detur propter * id quod habent numeralem *habet.',* proportionem acutum et grave. Sic ergo quaestio * *quid est* et quaestio *propter quid* redeunt in idem subiecto, quamvis differant ratione. Unde quia cum quaeritur *propter quid,* quaeritur quid sit medium, ut ostensum est, relinquitur quod cum quaeritur *quid est,* similiter quaeratur medium. Et idem ostendit in quaestione *quia.* Ut enim dictum est, consonantia est ratio in numeris acuti et gravis: cum ergo quaeritur utrum acutum et grave consonent, quaeritur utrum sit aliqua ratio
ω numeralis acuti et gravis "; et hoc est medium ad demonstrandum quod acutum et grave con-
-ı : *consonem,* sonant*. Relinquitur ergo quod in quaestione *quia* quaeritur an sit medium. Cum autem acceperimus *quia* est aliqua ratio numeralis acuti et gravis, quaeremus *quae sit* illa ratio. Et hoc est quaerere *quid* vel *propter quid.*

9. Videtur hic Aristoteles dicere quod definiαα tio passionis ee sit medium in demonstratione. Sed considerandum est quod definitio passionis perfici non potest sine definitione subiecti. Manifestum est enim quod principia, quae continet definitio * subiecti, sunt principia passionis. Non ergo demonstratio resolvet in primam causam, nisi accipiatur ut medium demonstrationis definitio subiecti. Sic igitur oportet * concludere pas-
codd. sionem de subiecto per definitionem passionis, et ulterius definitionem passionis concludere de subiecto per definitionem subiecti. Unde et 77 in Π
principio dictum est * quod oportet praecognoscere I Lib. l, kct. n, *quid est,* non solum de passione, sed etiam de subiecto ; quod non oporteret nisi definitio w passio- 83 nis concluderetur de subiecto per definitionem subiecti. Et hoc patet per exemplum. Si velimus de triangulo demonstrare quod habet tres angulos aequales duobus rectis, accipiamus primo pro medio quod est figura habens angulum extrinsecum aequalem duobus intrinsecis " sibi oppositis, ɛɛ quod est quasi definitio passionis. Quod iterum * * Fi: *tamen.* demonstrare oportet per definitionem subiecti, ut dicamus : Omnis figura tribus rectis lineis contenta habet angulum exteriorem aequalem duobus interioribus sibi oppositis; sed triangulus est huiusmodi ; ergo etc çç. Et idem patet si velimus demonstrare quod vox acuta et gravis consonent: **K**
accipiemus * definitionem passionis, ut hic dicitur, * Codd., exc. bf ci. - p; *accipiamus.* scilicet quod habent proportionem numeralem; sed * rursus ad hoc demonstrandum oportet accipere definitionem gravis et acuti. Nam gravis vox * h : *et.* - λ om. *rursus.* est quae in multo tempore nata est movere sensum , acuta autem quae in modico tempore ; modici autem ad multum est proportio numeralis; ergo vocis acutae et gravis est proportio numeralis Nec refert si aliter definiatur acutum et TI grave. Oportet enim in eorum definitione ponere aliquid ad quantitatem pertinens; et sic necesse erit * concludere in eis proportionem numeralem. * to: *est.*

10. Deinde cum dicit: *Quod autem medii sit quaestio* etc., ostendit propositum per signum sensibile. Et dicit quod ea in quibus medium est sensibile, manifeste ostendunt quod omnis quaestio sit quaestio medii: quia scilicet quando medium * per sensum innotescit, nullus relinquitur * Codd.-p; *medium sensibile Per.* quaestioni locus. Tunc enim quaerimus in rebus sensibilibus secundum aliquam praedictarum quae-

ψ) *Sic ergo quaestio* etc. – G non recte: *Si ergo quod quid est;* I.: *Sic igitur quaestio quid,* om. *est;* DFI om. secundo *quaestio;* DF GH1: *propter quid* esi. – Habes iterum hic esse idem *subiecto* significare idem esse *realiter,* per oppositionem ad esse idem *secundum rationem* (Cf. lib. I, lect. xliv, n. io, et not. εε).

ω) *Acuti et gravis* etc.– Amanuensis cod. B, a repetitione horum verborum distractus, omittit quae sequuntur, ac immediate prosequitur : *quaeremus quae sit* etc.

αα) *Definitio passionis* etc.-I omittit *passionis;* sed est mendum. Etenim sermo impraesentiarum est de definitione passionis, ut ex toto patet contextu. Hinc reiicienda est lectio BT legentium infra *quod demonstratio,* loco *quod definitio;* et BCE1LST et p. m. ADFK omittentium *passionis.* – FI: *etiam perfici;* EKNST: *etiam sine;* AH: *et sine.*– Quoad ea quae hic disseruntur, utrum scilicet definitio passionis sit nec ne *medium* in demonstratione, dissentiunt inter se Aristotelis interpretes, quorum sententias dilucide refert Sanseverino (Logic, vol. IV, P. II, cap. πι, artic. vr, pag. 65, seqq. – Ed. altera, Neapoli 1878). Hac in re mihi videtur esse distinguendum. Nam aut sermo est de demonstratione potissima, quae scilicet procedit ab his quae dicuntur per se in quarto modo (Cf. lib. I, lect. x, n. 7 et not. p) et concludit passionem de subiecto in secundo modo dicendi per se primo, et ideo convertibiliter (Cf. ib. n. 4 et not. t; et lect. xi, not. Ç); et hoc in casu quia nonnisi definitio subiecti est causa passionis, non resolvet demonstratio in primam causam nisi accipiatur ut medium demonstrationis definitio subiecti. – Atqui passio conclusa, ex nostra hypothesi, convertitur cum subiecto, hoc est cum causa assumpta in priori demonstratione. Ergo ex definitione passionis, ut ex medio, potest concludi definitio subiecti. Attamen haec demonstratio non est potissima, videlicet non est a priori et propter quid, sed a posteriori et quia (Cf. lib. I, lect. xxv, not. τ). Quod si ex prima passione, ut a causa, concluditur alia, illius definitio erit medium in demonstratione potissima, quia passio prima assumpta ut medium passionis posterioris, se habet sicut definitio subiecti ad concludendam passionem primam: e. g., si ex capacitate sciendi concluderetur docibilitas in homine (Cf. Caiet. in II *Poster.,* cap. vn, fol. 83, coi. 4 seqq.). De hoc tamen non est quaestio. – Quod si subiectum non sit *principium* passionis , et aliunde quaerenda est *ratio* cur passio ipsi subiecto conveniat; ipsa ratio erit medium. Sed iterum de hac hypothesi impraesentiarum non est sermo (Cf. infra lect. vn, n. 8, et lect. xix).

ββ) *Demonstratio resolvet.* – AGLT et s. m. DK: *resolvetur;* B: *resolvit;* Q: *solum,* corrupte pro *(re-) solvet.*

γγ) *Unde et in principio* etc.-*Et* legunt codd., exc.AFOQ; PO: *etiam ;* AFQ om.-Codd., exc. LNT: *in principio libri;* LN: *in principio huius;* T: (om. *in) principio primi.*

33) *Nisi definitio* etc. – Variant codices hoc loco. AG et s. m. BDK: *nisi demonstrator uteretur definitione subiecti in demonstrando. Et hoc* etc. Lectionem praefatam plus minusve habent alii codd. En differentiae: *Uteretur* om. p. m. BCDKNS; s. m. C: *uteretur vel indigeret;* s. m. S: *utatur;* CE: *etiam demonstrando;* N et p. m. DK: *et demonstrando;* H: *et hoc demonstrando;* F1Q om. *in;* M: *nisi demonstretur definitione subiecti et demonstrando;* O: *non oporteret non demonstrare definitionem subiecti in demonstrando.* Sed hae ultimae duae lectiones inintelligibiles sunt.

εε) *Duobus intrinsecis.* – Ita codd., exc. BG et p. m. E. Error irrepsit in PB et p. m. E, qui legunt *duobus rectis intrins.,* et in G : *duobus rectis aequalem intrinsecis;* erronea pariter est lectio cod. I et p. m. AN : *duobus extrinsecis.* F p. m. om. *intrinsecis.* – Post verba *definitio passionis* ab amanuensi vel lectore cod. B haec notula in interlinea additur: *scilicet hoc quod est habere tres angulos aequales duobus rectis.*

ζζ) *Sed triangulus est huiusmodi; ergo etc.* – Haec verba omittuntur concorditer a codd.

ηη) *Ergo vocis acutae* etc.-"Hanc illationem addimus P ex codd., exc. HS. Omissio irrepsit, ut puto, ex recursu earumdem vocum: *proportio numeralis.-G: eadem est proportio;* Q *vocis gravis et acutae.*

stionum, quando medium non sentimus: sicut quaerimus an sit defectus lunae 66 vel non, quia non sentimus medium quod est causa faciens deficere lunam. Sed si essemus in loco qui est super lunam *, videremus quomodo luna subintrando umbram terrae deficeret; et * ideo circa hoc nihil quaereremus, nec *si est* nec *propter quid est;* sed simul utrumque nobis fieret manifestum.

00

I cf. lib.i, iect. 'Lanéx'codd.,

11. Et quia " posset aliquis obviando dicere quod sensus est singularium, ea vero quae quaeruntur sunt universalia, sicut et ea quae sciuntur *; et jta per sensum non videtur quod possit nobis innotescere id de quo est quaestio : ideo quasi obviationi respondens subiungit quod ex hoc ipso quod sentiremus particulare, scilicet quod, hoc corpus lunae tunc subintrat hanc umbram terrae, statim accideret nobis quod sciremus universale. Sensus enim noster esset de hoc quod nunc lumen solis obstruitur per oppositionem terrae; et per hoc manifestum esset nobis quod luna nunc deficit. Et quia nos conficeremus quod semper hoc modo accideret lunae defectus, statim in nostra scientia sensus * rei singularis fieret universale Et ex hoc exemplo * concludit quod idem est scire *quod quid est* et *propter quid.* Nam ex hoc. quod videmus * terram interpositam inter solem et lunam, sciremus * et *quid est* defectus lunae et *propter quid* luna deficit: quorum unum, scilicet scire *quid est,* refertur ad scientiam qua scimus de aliquo quod simpliciter sit, non autem quod aliquid insit alicui ; sed *propter quid* refertur ad cognitionem eorum quae insunt, sicut cum dicimus quod tres anguli u sunt aequales duobus rectis, aut maiores aut minores.

u

' cf.lib.i, iect. *' n.5, seqq.

Ultimo autem epilogando concludit * principale propositum, scilicet manifestum esse* ex praedictis,'in omnibus quae quaeruntur esse medii quaestionem.

* a n : *etiam sens·*
««™"KOQST:eZ
»Fi: È* *hoc er.*
*om.ieieh^q^*
'^-Etom.ri.
λλ
'a^concludendo
'Codd.-p: «/.

00) ***An sit defectus lunae vel non.*** **– Codd. BFGHIO. E:** ***si an*** **(s. m.** ***an si) est defectus lunae vel non.*** **P et alii codd.:** ***an sit defectus lunae, vel (vel*** **om. ACDKLQST) si** ***est defectus lunae vel non :*** **sed verba,** ***vel si est defectus lunae,*** **sunt vere inutilis repetitio.**

u) ***Et quia*** **etc.-GHI:** ***Sed quia;*** **H et p. m. D om.** ***obviando;*** **M:** ***posset obviando dici.*** **– Infra vero** ***(quae sciuntur*** **etc.) Fi erronee:** ***quae sentiuntur; et ita per subiectum (subiectum*** **habet etiam p. m. S)** ***videtur quod non possit*** **etc.; Q:** ***quae sciuntur; et ita videtur quod per sensum non possit*** **etc.**

xx) ***Sensus rei singularis fieret universale.*** **– Non certe quasi sensus, aut res singularis fiant universale; sed quia ex hoc quod sensus noster apprehenderet nunc lumen solis obstrui per oppositionem terrae, intellectus conficeret quod semper hoc modo accideret lunae defectus. Unde ex hac acceptione, cuius causa est intellectus et non sensus, habetur universale, quod est obiectum scientiae (Cf. infra lect. xx).**

λλ) ***Quod tres anguli. – AM: quod singuli anguli;*** **BOQ et s. m. D:** ***quod anguli aliqui;*** **FIL et p. m. K:** ***quod anguli alicuius;*** **H et s. m. K:** ***quod anguli trianguli;*** **EGNS et p. m. D:** ***quod singuli alicui;*** **T et s. m. C:** ***quod singuli anguli alicui;*** **C p. m. om.** ***sicut*** **usque ad** ***sunt*** **inclusive. Fortassis vera lectio est illa quae datur ab H et s. m. K, quam videntur indicare corruptae lectiones aliorum codd.**

LECTIO SECUNDA

UTRUM DEFINITIO SIGNIFICANS QUOD QUID EST POSSIT DEMONSTRARI

Πώ δέ το τί έστι δεικνυτχι, καί τί ὁ τρόπο τη αναγωγή , καί τί έστιν ορισμό καί τίνων, εΐπωμεν, διαπορήσαντε πρώτον περί αυτών.

* Quomodo autem quod quid est demonstretur, et quis modus reductionis, et quid est definitio, et quorum, dicemus, opponentes primum de ipsis. JJJp·"l·· Seq'

'Αρχή δ' έστω τών μελλόντων, ήπερ έστίν οΐκειοτάτη τών έχομένων λόγων. Άπορη'σειε γάρ άν τι , άρ' έστι τό αύτό καί κατά τό αύτό όρισμω είδέναι καί αποδείξει, ή άδύνατον;

* Principium autem sit futurorum quod vere sit magis proprium habitarum rationum. Dubitabit enim aliquis utrum sit idem et secundum idem definitione scire et demonstratione, aut impossibile. * Text· 2·

ὁ μέν γάρ ορισμό τού τί έστιν είναι δοκεΐ, τό δέ τί έστιν άπαν καθόλου καί κατηγορικόν συλλογισμοί δ' εΐσίν οι μέν στερητικοί, οί δ' ού καθόλου, οίον οί μέν έν τω δευτέρω σχη'ματι στερητικοί πάντε , οί δ* έν τω τρίτω ού καθόλου.

Definitio quidem enim ipsius quod quid est esse videtur; quod autem quid est omne universale et praedicativum est. Syllogismi autem sunt alii quidem privativi, alii vero non universales; sicut in secunda quidem figura privativi omnes sunt, in tertia vero non universales.

Είτα ούδέ τών έν τω πρώτω σχήματι κατηγορικών απάντων έστίν ορισμό , οίον ότι παν τρίγωνον δυσίν όρθαΐ ίσα έχει. Τούτου δέ λόγο , ότι τό έπίστασθαί έστι τό άποδεικτικώ τό άπόδειξιν έχειν, ώστ' εί έπί τών τοιούτων άπόδειξί έστι, δήλον ότι ούκ άν είη αύτών καί ορισμό · έπίσταιτο γάρ άν τι καί κατά τον 'ορισμόν, ούκ έχων τη'ν άπόδειξιν ούδέν γάρ κωλύει μη άμα έχειν.

Postea neque eorum, quae sunt in prima figura, praedicativorum omnium est definitio; ut quod omnis triangulus duobus rectis aequales habet. Huius autem ratio est, quoniam scire demonstrabile est demonstrationem habere. Quare si in talibus demonstratio est, manifestum est quod non erit ipsorum definitio. Sciet enim utique aliquis et secundum definitionem non habens demonstrationem. Nihil enim prohibet non simul habere.

Ίκανη' δέ πίστι καί έκ τη έπαγωγη · ούδέν γάρ πώποτε όρισάμενοι έγνωμεν, ούτε τών καθ' αύτό ύπαρχόντων ούτε τών συμβεβηκότων.

Sufficiens autem fides est ex inductione. Nihil enim aliquando definientes cognoscent, neque eorum quae per se insunt, neque quae insunt secundum accidens.

'Ετι εί ὁ ορισμό ουσία τι γνωρισμό , τά γε τοιαύτα φανερόν ότι ούκ ούσίαι. "Οτι μέν ούν ούκ έστιν ορισμό άπαντο ούπερ καί άπόδειξι , δηλον.

Amplius si definitio substantiae quaedam est notificatio, huiusmodi manifestum est quod non sint substantiae. Quod quidem igitur non est definitio omnis cuius est et demonstratio, manifestum est.

Τί δ' ού ορισμό , άρα παντό άπόδειξί έστιν η ού ; ει μέν δη λόγο καί περί τούτου ὁ αύτό . Τού γάρ ενό , ή έν, μία έπιστήμη. "Ωστ' είπερ τό έπίστασθαί τό άποδεικτόν έστι τό την άπόδειξιν έχειν, συμβη'σεταί τι αδύνατον ὁ γάρ τόν ορισμόν έχων άνευ τη άποδείξεω έπιστη'σεται.

Quid autem, cuius est definitio, riumquid omnis est demonstratio, aut non? Una quidem iam ratio et de hoc eadem est. Unius enim, in quantum unum, una est scientia. Quare si vere scire demonstrabile est demonstrationem habere, accidet quoddam impossibile. Definitionem enim habens sine demonstratione sciret.

'Ετι αί άρχαί τών άποδείξεων ορισμοί, ών ὁ'τι ούκ έσονται αποδείξει δέδεικται πρότερον. "Η έσονται αί άρχαί άποδεικταί καί τών άρχών άρχαί, καί τούτ' ει άπειρον βαδιεΐται· η τά πρώτα ορισμοί έσονται αναπόδεικτοι.

Amplius principia demonstrationum definitiones sunt: quorum non esse demonstrationes monstratum est prius: aut enim erunt principia demonstrabilia, et principiorum principia, et hoc in infinitum abibit; aut primae definitiones erunt indemonstrabiles.

Άλλ' άρα, εί μη παντό τού αύτού, άλλα τίνο τού αύτού έστίν ορισμό καί άπόδειξι ; η άδύνατον; ού γάρ έστιν άπόδειξι ού ορισμό . 'Ορισμό μέν γάρ τού τί έστι καί ούσία · αί δ' άποδείξει φαίνονται πάσαι ύποτιθέμεναι καί λαμβάνουσαι τό τί έστιν, οίον αΐ μαθηματικαί τί μονά καί τί τό περιττόν, καί αί άλλαι ομοίω .

Sed utrum si non omnis eiusdem, sed cuiusdam eiusdem sit definitio et demonstratio, aut impossibile sit? Non est demonstratio cuius est definitio. Definitio quidem ipsius quid est et substantiae est: sed demonstrationes videntur omnes supponere esse, et accipientes quod quid est; ut mathematicae quid unitas ct quid impar, et aliae similiter.

*Ετι πάσα άπόδειξι τί κατά τίνο δείκνυσιν, οίον ότι έστιν η ούκ έστιν έν δέ τω ορισμω ούδέν έτερον ετέρου κατηγορεΐται, οίον ούτε τό ζωον κατά τού δίποδο ούτε τούτο κατά τού ζώου, ούδέ δη κατά τού έπιπέδου τό σχήμα· ού γάρ έστι τό επίπεδον σχήμα, ούδέ τό σχήμα έπίπεδον.

Amplius omnis demonstratio aliquid de aliquo demonstrat, ut quia est aut non est: in definitione autem nil alterum de altero praedicatur, ut neque quod animal de bipede, neque hoc de animali, neque de plano figura ; neque enim planum est figura, neque figura planum.

'Ετι έτερον τό τί έστι καί οτι έστι δεΐξαι. Ό μέν ούν ορισμό τί έστι δηλοΐ, ή δέ άπόδειξι ὁ'τι η έστι το'δε κατά τούδε ή ούκ εστιν. Ετέρου δέ έτέρα άπόδειξι , έάν μή ώ μέρο ή τι τή ὁ'λη . Τούτο δέ λέγω, ότι δέδεικται τό 'ισοσκελέ δύο όρθαΐ , εί παν τρίγωνον δέδεικται· μέρο γάρ, τό δ' ολον. Ταύτα δέ πρό άλληλα ούκ έχει ούτω , τό ὁ'τι έστι καί τί έστιν ού γάρ έστι θατέρου θάτερον μέρο . Φανερόν άρα ότι ούτε ού ορισμό , τούτου παντό άπόδειξι , ούτε ού άπόδειξι , τούτου παντό ορισμό · ώστε ὁ'λω τού αύτού ούδενό ενδέχεται άμφω έχειν. "Ωστε δηλον ώ ούδέ ορισμό καί άπόδειξι ούτε τό αυτό άν είη ούτε θάτερον έν θατέρω· καί

Amplius alterum est quod quid est, et quia est demonstrare. Definitio quidem igitur quid est ostendit; sed demonstratio quia est hoc de hoc aut non est. Alterius autem altera demonstratio est, nisi sit tanquam quaedam pars totius. Hoc autem dico, quoniam ostensum est quod isosceles duobus rectis habet aequales tres, si omnis ostensus est triangulus: pars enim est, hoc autem totum. Haec autem ad invicem non se habent sic, et quia est et quid est. Non enim alterum est alterius pars. Manifestum itaque est quod neque cuius est definitio, omnis sit demonstratio, neque cuius omnis sit demonstratio, huius omnis sit definitio. Quare omnino eiusdem nullius contingit habere utrumque. Mani-

γάρ ἀν τά υποκείμενα ομοίω εἰχεν. Ταῦτα μεν ουν μέχρι τούτου διηπορησΟω.

festum igitur est quod neque definitio et demonstratio neque idem erunt, neque alterum in altero. Et namque subiecta similiter se haberent. Haec quidem igitur usque ad hoc opposita.

Synopsis. — 1. Textus argumentum et divisiones. – 2. Tria quaerenda: *a)* modus quo *quod quid est* nobis ostenditur; *b)* modus reducendi quae apparent de re ad *quod quid est; c)* quid sit definitio et quae sint definibilia. – 3. Disputatur de ipsa definitione, quae significat quod quid est, et tres quaestiones moventur: *a)* utrum omnium quorum est demonstratio, sit definitio; *b)* utrum omnium quorum est definitio, sit demonstratio; c) utrum alicuius eiusdem sit definitio et demonstratio. – 4. Disputatio prima. Utrum omnium quorum est demonstratio sit definitio? Probatur quod non. Ratio prima. Definitio, utpote indicativa ταὐ *quod quid est,* est solum eorum quae praedicantur affirmative et universaliter; ex opposito demonstratio est etiam conclusionum negativarum et particularium. – 5. Ratio altera. Sed neque omnium eorum quae demonstrantur affirmative et universaliter, potest esse definitio. Probatur: nam ea quae sciuntur demonstrative, habentur per demonstrationem; ea autem quae definiuntur, cognoscuntur definitione. Ergo si omnia quae demonstrative concluduntur affirmative, sciri possent definitione, posset aliquis scire demonstranda, antequam ea demonstret.– 6. Tertia ratio. Demonstratio est eorum quae per se insunt in secundo et quarto modo dicendi per se; sed definitio non est de huiusmodi; ergo etc. – 7. Quarta ratio. Definitio est notificatio substantiae; ea autem de quibus sunt demonstrationes, non sunt substantiae, sed sunt ex his quae insunt subiecto; ergo etc. – 8. Disputatio altera. Utrum omnis eius cuius est definitio, sit demonstratio?-ostenditur quod non. Prima ratio convenit cum secunda posita in prima disputatione. Unius, in quantum unum, videtur esse una scientia, seu unus modus cognoscendi; ergo si omnis cuius est definitio, est demonstratio, habens definitionem sciret demonstrabile sine demonstratione; quod repugnat in terminis. – 9. Ratio altera. Definitiones sunt principia demonstrationum; sed principia non sunt demonstrabilia; ergo etc.-' 10. Disputatio tertia. Utrum sit possibile quod, etsi non omnis eiusdem, alicuius eiusdem sit definitio et demonstratio? Et videtur quod non. Ratio prima. Definitio est manifestativa essentiae cuiuslibet rei; sed demonstratio non manifestat, sed manifestam supponit essentiam rei; ergo etc.- 11. Ratio altera. In eo quod per demonstrationem cuncluditur, praedicatur aliquid de aliquo; in definitione autem non praedicatur aliquid de aliquo; ergo etc. – 12. Tertia ratio. Definitio ostendit de aliquo *quod quid est;* demonstratio ostendit *quia est,* quod non est pars subiectiva του *quod quid est;* ergo etc. – i3. Corollarium. Ergo definitio et demonstratio neque sunt idem, neque unum est in alio sicut pars subiectiva in suo toto.

1' j? ostquam Philosophus ostendit quod Wy^omnis quaestio est quodammodo quae-

a P medii> quod quidem est K *quod* ^*L&\fy&qiiid est* et *propter quid,* hic incipit

? manifestare qualiter medium nobis innotescat et dividitur in partes duas: in prima parte ostend** quomodo *quod * quid est* ct *propter quid* se habent ad demonstrationem; in secunda parte ostendit quomodo oporteat investigare *quod quid est* et *propter quid* *;-ibi: *Quomodo autem oportet venari* * etc. Prima autem pars y dividitur in partes duas: in prima, manifestat quomodo se habeat ad demonstrationem ly *quid est;* in secunda, manifestat quomodo se habeat ad demonstrationem ly *propter quid**, quod significat causam a; ibi: *Quoniam autem scire opinamur cum sciamus cansam* * etc.

2. Circa primum duo facit: primo, dicit de quo est intentio; secundo, prosequitur propositum; ibi: *Principium autem sit futurorum** etc. Dicit ergo primo quod quia omnis quaestio, ad cuius determinationem demonstratio inducitur, est quaestio medii *, quod est *quid* ‘ et *propter quid,* oportet primo dicere per quem modum hoc ipsum *quod quid est* nobis ostendatur, utrum scilicet per demonstrationem *, vel per divisionem, vel quovis alio modo. Et iterum oportet5 dicere quis sit modus reducendi ea quae apparent de re, ad *quod quid est.* Et quia definitio est oratio significans *quod quid est,* oportet etiam scire quid sit definitio et quae sint definibilia. – In his autem hoc ordine procedemus *: primo quidem opponendo; secundo autem * veritatem determinando.

3. Deinde cum dicit: *Principium autem sitfuturorum* etc., exequitur propositum * ordine praedicto. Unde primo, procedit circa praemissa disputative opponendo ”; secundo, veritatem determinando; ibi: *Iterum autem speculandum est quid horum* * etc. Circa primum duo facit: primo, procedit disputando de ipsa definitione, quae significat *quod quid est;* secundo, de ipso *quod* quid est* per definitionem significato; ibi: *Ipsius autem quid est utrum syllogismus* * etc. Circa primum tria facit: primo, inquirit disputative utrum omnium quorum est demonstratio, sit definitio; secundo, utrum e converso 6 omnium quorum est definitio, sit demonstratio; ibi: *Quid autem cuius est definitio* * etc.; tertio, utrum alicuius eiusdem sit definitio et demonstratio; ibi: *Sed utrum si non omnis* * etc. Circa primum duo facit: primo, dicit de quo est

• ™. *quid est.*

• Lect. ix.

•Num. seq.

• cf. lect. praeε

etFp. quid est.

'^■.*pp.qd.est.*

• Lect. xiii.

• b non recte: iSt"siq.n™'.Cf-

> *pcedamus;* g o : *pcedimus.*

' *Autem* om. m-

· codd.-r^ro- *p°op“' n suum* n

· Lect. vn.

· *Quod* ex codd.,

• Lect. seq.

0

· Num. 8.

· Num. to.

(x) *Quod quidem est* **etc. – F**: *est quodammodo quae sunt medii et dividitur;* **cetera per oscitantiam omittuntur. AGMO om.** *quod quidem est;* **N**: *medii, quod quidam {quidam* **expung.; marg. interi, add.** *idem) est;* **Q:** *medii, ct quod quaedam est quid;* **et** *quod* **ante** *quid* **om. etiam BC0EH1KLNST; L om. etiam** *et propter quid;* **Q: (om.** *et) propter quid est.*

β) *Qualiter medium nobis innotescat,-Est altera* **pars tractatus de medio demonstrationis iuxta divisionem datam in praecedenti lectione n. 1. Haec autem pars subdividitur in duas alias, ut dicitur in textu s. Thomae: prima pars, quae est de modo quo** *medium* **(seu** *quid est et propter quid est)* **se habet ad demonstrationem, complectitur undecim lectiones, a lectione nempe hac secunda ad duodecimam inclusive; altera vero pars, quae est de modo quo oportet investigare** *medium,* **incipit lectione xin, et prosequitur usque ad lectionem xix inclusive, in qua explicit tractatus** *de medio* **demonstrativi syllogismi. Unaquaelibet nutem pars huius subdivisionis iterum in alias subdividitur, ut ex dicendis erit manifestum.**

γ) *Prima autem pars* **etc. – BFI**: *prima in duas,* **ceteris omissis; LQ om.** *autem;* **GQ om.** *partes.*

Z) *Quod significat* **causa»:.-Horum verborum loco codices habent** *sive causa;* **M;** *sive causa eius.*

ή *Quod est quid* **etc.-EFI om.** *est;* **et hinc fortassis innuunt lectionem cod. H:** *quod est quod'quid est:* **nam et** *quid est* **habent non solum EFI, sed etiam alii codices, exc. DGO.-EQ:** *et propter quid est.*

ζ) *Et iterum oportet* **etc.-DG1KS et p. m. C: β** *ideo oportet;* **L:** *Et oportet iterum.* **F erronee: (om.** *Et) non oportet quis* **etc.**

r,) *Unde primo, procedit* **etc.-A om.** *circa;* **F:** *praemissam;* **Q:** *praedicta* **(?). – Novitius hanc animadversionem s. Thomae iugiter prae mente habeat in percurrendis tum hac tum sequentibus lectionibus, ne quae** *disputative* **disseruntur, quasi approbata habeat. Tres sunt quaestiones, quarum solutio investiganda est, ut in synopsi (num.** *1)* **notavimus: i", per quem modum nobis innotescat** *quod quid est,* **nempe definitio seu natura rei scitae; – 2·, quis sit modus reducendi ea quae apparent ad** *quod quid est;* **– 3·, quid sit definitio, et quae sint definibilia. – Porro in hac lectione ct in eis quae immediate sequuntur, ad sextam usque inclusive, variae resolutiones recitantur, quin approbentur vel improbentur; in septima ct octava praefatae resolutiones expenduntur, et quid veri quid falsi habeant decernitur, atque (in fine lectionis septimae et lectione octava) assignatur resolutio finalis.-Hac methodo uti solet Aristoteles, ut omnes norunt.**

6) *Secundo utrum e converso* **etc.-OQ:** *secundo e converso, utrum;* **H:** *secundo, utrum e converso, scilicet utrum omnium;* **B om.** *omnium;* **FI oscitanter omittunt verba** *omnium quorum est definitio;* **F om. etiam** *sit demonstratio.*

intentio; secundo, exequitur propositum; ibi: *Diienim utique aliquis* * etc. Dicit ergo primo quod inter ea quae in futurum dicenda * sunt, principium oportet sumere ab eo quod est convenientissimum *habitarum,* idest consequentium *rationum.* Quod quidem est de hoc quod posset aliquis dubitare utrum contingat idem et secundum idem ' scire per definitionem et demonstrationem.

'num fine huius
* o-. addenda,

4. Deinde cum dicit: *Definitio quidem enim quod quid est* etc., probat quod non omnium quorum est demonstratio, sit definitio. Et hoc * quadrupliciter *. Primo quidem, quia definitio est indicativa eius *quod quid est;* omne autem quod pertinet ad quod quid est, praedicatur et affirmative et universaliterx; ergo definitio est solum eorum contentiva sive significativa *, quae praedicantur affirmative et universaliter. Sed non omnes syllogismi sunt demonstrativi conclusionum affirmativarum universalium; sed quidam sunt negativi *Puta* omnes qui sunt* in secunda figura**; findam vero particulares, puta omnes qui sunt 'n tcrtia figura *. Non ergo omnium est definitio, quorum est demonstratio.

om°Ei 'hoc.' Q' e/p'. m. d k: ὰdpiex.
x
'ngnmom'^ive
iQ0-ÎFcn'ï«ae P:
vmVnn^'g'ʎ " ci

5. Secundo, ibi: *Postea neque eorum quae sunt* etc., ostendit idem dicens quod neque definitio etiam ʎ potest esse omnium eorum quae concluduntur per syllogismos affirmativos,'quod contingit esse solum in prima figura, sicut demonstrative syllogizatur quod *omnis * triangulus habet tres angulos aequales duobus rectis.* Huius autem quod dictum est, scilicet quod non omnium quae sic * syllogizantur, possit esse definitio, ratio est, quia scire aliquid demonstrative nihil aliud est quam demonstrationem habere. Ex quo patet quod si omnium * horum scientia solum per demonstrationem habetur, non est eorum definitio. Ea enim quorum est definitio, cognoscuntur per definitionem. Sequeretur * igitur quod aliquis non habens horum * demonstrationem sciret ea; eo quod nihil prohibet aliquem * habentem definitionem non simul habere demonstrationem; quamvis definitio sit demonstrationis principium. Non enim quicunque cognoscit principia, scit conclusionem deducere demonstrando

ʎ
-
Omnisexcodd.
• sic ex codd.
exc. q.

6. Tertio, ibi: *Sufficiens autem fides est* etc., ostendit idem per inductionem, ex qua potest fieri praemissae conclusionis sufficiens fides: quia demonstratio est eorum quae per se insunt, ut patet ex * his quae in primo ** habita sunt. Nullus autem unquam cognovit per definitionem neque aliquid eorum quae per se insunt, neque etiam aliquid eorum quae per accidens insunt; non quod" accidentium, quae per se vel per* accidens insunt, non possunt esse aliquae definitiones, ut habetur in* VII *Metaph.* **; sed quia eius quod est inesse per se vel per accidens, quod syllogismus concludit, nullus unquam dedit definitionem.

*Codd.(exc.HOT): °mn"'
* a fi: *Sequitur.*
- codd.,exc.o.- *rum.rum,Q'*
?«od.
µ.
^codd.-r.· *de-* Lect' x,v'
v
· *Per* ex codd.
; n: *ut patet vu.*
lecLÎ^ÈToidi |,b.vi,capJv,n.8.

7. Quarto, ibi: *Amplius si definitio substantiae* etc., ostendit idem per rationem, quia definitio est notificatio substantiae: tum quia substantia principaliter definitur, accidens vero * per posterius, definitione quae est per additamentum, ut habetur * in VII *Metaph.***·, tum etiam quia accidens non definitur, nisi quatenus significatur per modum substantiae per aliquod nomen. Haec autem de

⧫ codd.-p: a«- -ъ. *didtur.-v* ?'c"mm?s.Th. Ed. d m ! iit>?v7, «qq!v,nn· ' '

t) *Utrum contingat idem et secundum idem* etc. — Notanda sunt haec verba, quibus s. Thomas proponit quaestionem, mentemque Aristotelis interpretatur: το αὐτὸ χα'ι κατὰ τὸ αὐτό. Si enim ab hac reduplicatione abstrahatur quaestio nec recte proponitur nec dilucide potest definiri. Et revera a nemine in dubium revocatur quod idem secundum diversa potest simul cognosci definitione et demonstratione: quid sit, e. gr., triangulus, definitione cognoscimus; et per demonstrationem cognoscimus eius passiones, puta quod habeat tres angulos aequales duobus rectis. Standum est ergo ad idem et secundum idem.-Themistius in II *Poster.,* cap. m, pag. 3o: « Prius est, *inquit,* ut disseramus utrum omnia » eodem respectu per definitionem et per demonstrationem scire con- » tingat. Dixi *eodem respectu,* quia » etc. Idem notant Philoponus in II *Poster., § Quod igitur* etc., pag. 113, col. 3; graec., pag. 198; Anonymus auctor *Expositionis* in II *Poster.,* pag. 114, col. 1. — Venetiis 1568; graec., pag. 269. (Ext. in ed. cit. Comm. Philoponi); Eustratius in II *Poster., § Dubitaret enim* etc., pag. 16, col. 2. (Ext. in lat. ed. cit. Anonymi); et alii generatim tum graeci tum latini interpretes (Cf. Lincolniens. in II *Poster.,* cap. 11, § *Dubitabit aliquis* etc., fol. 3o, col. t, Ed. cit.; Albert. Magn. in 11 *Poster.,* Tract.it, pag. 61 5, col. 2).- « Averroes » tamen, *inquit Zabarelta,* hanc expositionem reiicit, nixus verbis Aristo- » telis, quae in suo codice habuit depravata» (In 11 *Poster.,* cap. n, fol. 118, col. 2). Quae huius Auctoris animadversio utrum vera sit, non audeo affirmare. Neque s. Thomas, neque Albertus Magnus, neque I.incolniensis *(locc. citt.J* dissensionis Averrois a communi interpretum sententia mentionem faciunt; atque ipsemet Averroes Comm. II super hunc textum Aristotelis non videtur aliter ab aliis sentire. « Oportet, *inquit,* » ut inquiramus de eo quod crevit cursu propositionis ei, in qua volumus » loqui illud: et est, si videns omnem rem scitam per demonstrationem » quod ipsa eadem scitur per definitionem donec sit scita per utramque » simul ex parte una, et sic si non sit omnis res cum hac dispositione; » et utrum sit possibile ut inveniatur aliquid scitum per demonstratio- » nem et definitionem simul ex parte una aut non inveniatur cum hac » dispositione » (Ed. cit. Ven. 1483).

x) *Omne autem quod pertinet ad quod quid est* etc. – Dictum est in primo libro (lect. xix, n. 7 et not. p) quod definitio neque universalis est neque particularis; hic autem videtur affirmari oppositum. Difficultatem solvimus loco cit. lib. I. – Addendum quod quamvis definitio formaliter sumpta non dicat neque particularitatem neque universalitatem, neque praedicationem affirmativam neque negativam, virtualiter tamen haec omnia habet, quia est virtualiter propositio (Cf. lib. I lect. v, n. 9), et ut propositio assumitur in syllogismo. Unde nulla est oppositio (Cf. *Caiet.* in 11 *Poster.,* cap. 11, § *Circa primam rationem* etc., fol. 77, col. 2). Hinc infra n. r 1, quia definitio formaliter accipitur, negatur in definitione aliquid praedicari de aliquo; et n. 6 dicitur quod definitio non est eorum quae per se insunt, seu quae per se praedicantur.

ʎ) *Neque definitio etiam* etc. — Codd. BO: *neque etiam definitio;* H om. *definitio.* – FI: *def. potest esse etiam;* G om. *omnium.* – Infra G om. *tres* ante *angulos;* ADEKLNQST om. *angulos.*- Ad verba *per syllogismos affirmativos,* in cod. C apponitur notula: *syllogismos universales.*

p) *Non enim* etc.-C: *cognoscunt principia, sciunt;* AFGI: *scit eam conclus.; eam* posset esse corruptio pro *ea in,* quod habent HMNT; BCL et s. m. DK : *ea ad conclus.* Quas lectiones nonnulli alii codices indicdnt: nam EOS et p. m. DK: *scit ea conci.;* Q: *scit eadem ad conci,- Deducere* leg. omnes codd.; P: *scit conclusionem inducere.*

v) *Non quod* etc.-Verba *non quod* etc., usque ad *insunt* inclusive, om. BH. Loco non *quod* habent C: *non quoniam;* FI: nu (num) *quid,* forte: *non quod,* ut habet s. m. D; ELMNS et p. m. ADK: non *quin;* A s. m.: non *quin per;* G p. m.: non *per* (r); s. m.: *non autem per (?);* Q: *non enim;* T: nam.-Maior igitur codd. numerus habet negationem.– Infra codd. et ed. *a: sed quia* (E, *sed per;* Gl, *sed quare) eius etc.* Quae lectio connectitur variantibus lectionibus, quas notavimus. De his cf. quae cum Aristotele s. Th. disserit in cit. lib. VII *Metaphys.,* lect. m et seqq. – P loco *non quod,* habet *quoniam,* et loco *sed quia* habet *quare.* Quibus positis, lectio P intricata est, si tamen sit intelligibilis. Duo enim in accidentibus quae per se vel per accidens insunt, distinguit s. Thomas. Unum est ratio accidentis, cui eo modo quo ipsi potest convenire quod quid, convenit etiam aliqua definitio: et hoc est quod dicit, *non quod* etc. Alterum est τὸ *inesse per se* vel *per accidens* (quam quidem rationem inhaerendi subiecto concludit syllogismus): et de hoc dicit quod *nullus unquam dedit definitionem* (quia est aliquid complexum; complexa autem non definiuntur, ut dictum est in primo libro, lect. it, n. 3, et not. γ). Lectio igitur, quam sufficimus Pianae, a codicibus traditur, a sensu postulatur, et iis quae in cit. loc. *Metaphys.* habentur conformis est. Adde Dominicum aFlandria, qui in II *Poster.,* qu. 11, artic. t, ait: «Demonstratio concludit aliquid alteri inesse per se, ut » in primo (cf. lib. I, lect. xtv) declaratum est; sed cius quod est per » se nunquam dedit aliquis definitionem... Licet accidentium per' se » sit definitio, tamen eius quod est inesse per se (quod demonstratio » concludit), cum sit complexum, nunquam aliquis dedit definitionem, » ut hic deducit Doctor sanctus. » Quae est lectio conformis lectioni nostrae.

quibus sunt demonstrationes, non sunt substantiae, nec per modum substantiae significantur, sed per modum accidentium, scilicet secundum inesse aliquid alicui. Unde concludit non esse possibile quod definitio sit omnis eius * cuius est demonstratio.

8. Deinde cum dicit: *Quid autem cuius est definitio* etc., inquirit an e converso demonstratio sit omnis eius cuius est definitio. Et ostendit * quod non, duplici ratione; quarum prima iam * supra ** tacta est. Unius enim, in quantum est unum[ξ], videtur esse una scientia, idest unus modus cognoscendi. Unde si id quod est demonstrabile, vere scitur per hoc quod habetur demonstratio de eo, sequitur quoddam impossibile si per definitionem sciri possit; quia habens definitionem [o] sciret aliquid demonstrabile absque hoc quod haberet demonstrationem: quod videtur inconveniens. Et haec ratio fuit secundo posita inter praemissas.

9. Secundam rationem ponit ibi: *Amplius principia demonstrationum* etc. Definitiones enim sunt principia demonstrationum, ut in primo * habitum est. secj prjncjpja non sunt demonstrabilia, quia sic sequeretur quod principiorum essent principia, et quod demonstrationes in infinitum procederent; quod est impossibile, ut in primo * ostensum est. Unde sequitur quod definitiones sint indemonstrabiles, tanquam quaedam prima principia in demonstrationibus. Et sic non omnium quorum est definitio, est demonstratio.

10. Deinde cum dicit: *Sed utrum si non omnis* etc., inquirit utrum sit possibile [π] quod alicuius eiusdem sit definitio et demonstratio, etsi non omnis eiusdem *. Et ostendit quod non, tribus rationibus. Quarum prima est, quia definitio est manifestativa eius *quod quid est* et substantiae, idest essentiae cuiuslibet rei. Demonstrationes autem hoc non manifestant, sed supponunt; sicut in mathematicis demonstrationibus arithmeticae supponitur quid est un*tas et Quid est impar *; et simile est ** etiam in aliis demonstrationibus. Ergo non est eiusdem demonstratio et definitio.

11. Secundam rationem ponit ibi: *Amplius omnis demonstratio* etc.; quae talis est. In eo quod per demonstrationem concluditur *, praedicatur aliquid de aliquo vel affirmative vel negative: sed in definitione non praedicatur [ρ] aliquid de aliquo; sicut in hac definitione, *homo est animal bipes,* neque animal praedicatur de bipede, neque bipes de animali. Et similiter in hac definitione, *circulus* * aut *triangulus est figura plana,* nec planum praedicatur de figura, neque e converso. Si enim partes definitionis adiungerentur sibi invicem, oporteret quod praedicatio intelligeretur per modum convenientem definitioni, scilicet in eo *quod quid est* *. Hoc autem * non videmus. Nec enim genus praedicatur · in eo quod quid est de differentia, neque e converso. Non ergo eiusdem est definitio et demonstratio.

12. Tertiam rationem ponit ibi: *Amplius alterum est quod quid est* etc.; et dicit quod alterum est manifestare *quod quid est* et *quia est,* ut patet in differentia quaestionum supra posita*: sed definitio ostendit[τ] de aliquo *quid est;* demonstratio autem * ostendit affirmative vel negative aliquid esse de aliquo vel non esse. Videmus autem quod alterius rei alia est demonstratio, nisi illa duo se habeant ad invicem sicut totum et pars; quia tunc una et eadem esset demonstratio de utroque. Sicut demonstrato quod triangulus habet tres angulos aequales duobus rectis, similiter*etiam ostensum est de isoscele, qui se habet ad triangulum sicut pars ad totum. Sed non ita est in his duobus, *quia est* et *quid est:* neutrum enim est pars alterius.

13. Ostensum est igitur *quod nec omnis cuius est definitio, sit demonstratio, neque e converso. Et ex hoc ulterius concludi potest quod nullius eiusdem sint; et quod definitio et demonstratio neque sint * idem, neque unum sit in alio sicut pars subiectiva [υ] in suo toto; quia oporteret quod etiam ea quorum sunt, se haberent per modum totius et partis, ita scilicet quod omne definibile esset demonstrabile, aut e converso. Quod supra * improbatum est.

Ultimo epilogando * concludit usque ad hoc processum esse opponendo *.

* ch om. *dus.*
• fit: *dicit.*
' *iam* ex codd., CXC. GHM. "Num.5.
0
•Lect.xvi,nn.4, 5.-AN.pn»czpo.
•Lect.xxxi.seqq.
«
‘
lac·
'' *Est* ex codd., *etiam.*
' n: *quaeritur;* c om.
P
* fi: *omnis circ.*
* *Est* om. codd., exc. GHM.
* *Aut.* om. c.
σ
' Fi: *positarum.*
τ
* an: *demonstr. aliter.* - fi: *vet affirmative.*
' belnqt: *simul.*
▮ Codd.: *enim.*
* Codd. - m: *sunt.*
υ
* Num. 8.
* dn: *Ultimo autem epit.;* 1 s: *utt. sic epit.*
' Cf. supra, n.3, not. η.

ξ) *Unius enim, in quantum est unum* **etc.—Circa hanc propositionem notandum cum Caietano (Op. et loc. cit., coi. 3) quod propositio vera est, loquendo de scientia quam res scibilis ex se exigit, seu generat in nobis (cf. l *Perih.,* lect. m, n. 7, et not. η): nam res sicut se habet ad esse, ita se habet ad cognosci (rem enim esse, et esse cognoscibilem, idem sunt realiter, quamvis rationis distinctione differant). Et propterea si res una est, ut sic unicum exigit cognitionis suae modum. Hoc sensu intelligenda est propositio enunciata a s. Thoma cum Aristotele.-Ex parte autem nostri nihil prohibet quominus multiplicentur modi cognoscendi unam et eamdem rem, puta a priori vel a posteriori, per rationem vel per auctoritatem, etc. Unde non de cognitionis modo ex parte nostra loquitur hic s. Thomas.**

0) *Quia habens definitionem* etc.-ACDFG1LS et p. m. KN: *quia habere;* E: *quod qui haberet;* H: *quod habere demonstrationem;* O: *quod habens;* N s. m. expung. *habere;* Q: *et habens.* – Pro *sciret,* C et s. m. D: *est scire;* s. m. K:*posset scire;* FGIS et p. m. DK: *scire.*

π) *Inquirit utrum sit possibile* etc. – Haec est tertia disputatio de definibili et de demonstrabili, quae principaliter movetur in hac lectione. Ordinatissime autem et ad leges logicae ducitur haec disputatio. Etenim primo quaeritur *utrum omne demonstrabile sit definibile* (n. 3); et conclusum est (n. 4 et seqq.) *non omne demonstrabile esse definibile.* – Sed ex hac resolutione enascitur dubium oppositum. Nam sicut ex eo quod *non omne animal est homo,* non sequitur quod *non omnis homo sit animal;* ita ex eo quod *non omne demonstrabile est definibile,* non sequitur quod *non omne definibile sit demonstrabile,* nisi probetur haec conversio. Hinc disputatio altera: *utrum omne definibile sit demonstrabile* (n. 8). Disputando resolvitur negative (nn. 8, 9). Sed ex hac secunda resolutione non completa adhuc est disputatio dc definibili et demonstrabili. Nam non sequitur: *non omne definibile est demonstrabile; ergo aliquod definibile* non *est demonstrabile: non omne demonstrabile est definibile; ergo aliquod demonstrabile non est definibile.* Quocirca, negatis propositionibus universaliter sumptis, videndum est an etiam sint negandae respectivae propositiones particulares. Hinc tertia disputatio (n. 10), in qua negantur etiam istae particulares conclusiones, inferendo *nullum demonstrabile esse definibile,* et ideo *nullum definibile esse demonstrabile* (n. 10 et seqq.): et per hunc modum disputatio expletur.

ρ) *Non praedicatur.* -EG et s. m. CKMN: *omnino non praed.;* 1L et p. m. CDKMN: *omnino,* om. *non;* S hab. ras. – Quoad ea quae hic de definitione asseruntur cf. supra not. χ.

σ) *Genus praedicatur* etc. – FI: *genus praedicatur de differentia in eo quod quid, neque etc.-Est* om. etiam alii codd., exc. HMT.

τ) *Definitio ostendit* etc. – N et p. m. A om. *de;* BDEG1KLOQST et p. m. C: *de alio;* F: *de quo;* N: *alio modo;* PAFH1KNQST: *quid est;* alii codd.: *quod quid est;* FI om. *est.*

υ) *Neque unum* etc.-Nomine partis *subiectivae* significatur species (cf. l *Perth.,* lect. I, n. 7), quae concipitur contineri sub genere quasi pars in suo toto potential! (cf. num. praec.). Genus enim virtualiter continet species, et in eas dividitur sicut totum in suas partes: e. g., animal dividitur in species, quae sunt homo ct brutum. Vult ergo dicere s. Thomas quod neque definitio est species demonstrationis, neque demonstratio est species definitionis. – M: *demonstratio neque sicut unum sit in alio;* codd., exc. DO: *in toto,* om. suo; item codd., exc. KM: *quia etiam oporteret;* BMQ om. sequens *etiam.*

LECTIO TERTIA

UTRUM QUOD QUID EST, QUOD EST DEFINITIONIS SIGNIFICATUM, POSSIT DEMONSTRATIVE PROBARI PER ACCEPTIONEM CONVERTIBILIUM TERMINORUM

Του δέ τί έστι πότερον έστι συλλογισμό και άπόδειξι ή ούκ εστι, καθάπερ νΰν ό λο'γο ύπέθετο;

* Ipsius autem quid est utrum syllogismus sit an demon- · cap. iv.
Stratio, aut non, sicut nunc ratio supposuit? Texi. 3.

ό μέν γάρ συλλογισμό τί κατά τίνο δείκνυσι διά του μέσου· το' δέ τί έστιν ίδιον τε, και έν τω τί έστι κατηγορεΐται. Ταΰτα δ' ανάγκη άντιστρέφειν.

Syllogismus quidem enim aliquid de aliquo demonstrat per medium. Sed quid est proprium est, et in eo quod quid est praedicatur. Hoc autem necesse est converti.

Εί γάρ τό Α του Γ ίδιον, δηλον ό'τι και του Β και τοΰτο τοΰ Γ, ώστε πάντα άλλήλων.

Si enim A ipsi C est proprium, manifestum est quod et A ipsi B, et hoc ipsi G. Quare omnia sunt ad invicem.

Αλλά μην και εί τό Α έν τω τί έστιν υπάρχει παντί τω Β, και καθόλου τό Β παντό του Γ έν τω τί έστι λέγεται, ανάγκη και τό Α έν τω τί έστι τοΰ Γ λέγεσθαι.

At vero et si A in eo quod quid est in omni B, et universaliter B de omni C in eo quod quid est dicitur, necesse est et A in eo quod quid est praedicari de C.

Εί δέ μη ούτω τι λήψεται διπλώσα , ούκ ανάγκη έσται τό Α τοΰ Γ κατηγορεΐσθαι έν τω τί έστιν, εί τό μέν Α τοΰ Β έν τω τί έστι, μη' καθ' ό'σων δέ τό Β έν τω τί έστιν. Τό δη τί έστιν άμφω ταΰτα έξει. Έσται άρα και τό Β κατά τοΰ Γ, τό τί έστιν.

Si vero aliquis non accipit sic duplicans, non necesse est A in eo quod quid est de C praedicari. Si autem A quidem de B in eo quod quid est, non quibuscunque B in eo quod quid est: ipsum autem quod quid est utrumque hoc habebit; erit itaque et B de C in eo quod quid est.

Εί δη τό τί έστι και τό τί ήν είναι άμφω έχει, έπΐ τοΰ μέσου έσται προτερον τό τί ην είναι.

Si igitur quod quid est et quod quid erat esse utraque habent, in medio erit prius quod quid erat esse.

Όλω τε, εί έστι δεΐ αι τί έστιν άνθρωπο · έστω τό Γ άνθρωπο , τό δέ Α τό τί έστιν, είτε ζωον δίπουν εΐτ άλλο τι. Εί τοίνυν συλλογιεΐται, ανάγκη κατά τοΰ Β τό Α παντό κατηγορεΐσθαι. Του'του δ' έσται άλλο λόγο μέσο , ώστε και τοΰτο έσται τί έστιν άνθρωπο . Λαμβάνει ούν δ δεΐ δεΐξαι· και γάρ τό Β έστί τί έστιν άνθρωπο .

Et omnino si est monstrare quid est homo, sit C homo, A vero quod quid est, sive animal bipes, sive aliquid aliud. Si igitur syllogizatur, necesse est A de B omni praedicari; et huiusmodi autem erit alia media ratio. Quare et hoc erit quod quid est homo. Accipit igitur quod oportet ostendere: etenim B est quod quid est hominis.

Δεΐ δ' έν ταΐ δυσί προτάσεσι και τοΐ π^ώτοι και άμέσοι σκοπεΐν μάλιστα γάρ φανερόν τό λεγόμενον γίνεται.

Oportet autem in duabus propositionibus primis et immediatis terminis considerare. Maxime autem manifestum est quod dicitur, sic.

Οί μέν ούν δια τοΰ άντιστρέφειν δεικνύντε τί έστι ψυχή η τί έστιν άνθρωπο η άλλο ότιοΰν τών δντων, τό έξ αρχή αίτοΰνται, οίον εί τι άξιώσειε ψυχήν είναι τό αυτό αύτω αίτιον τοΰ ζην, τοΰτο δ' αριθμόν αυτόν αυτόν κινοΰντα· ανάγκη γάρ αίτήσαι την ψυχήν οπερ άριθμόν είναι αυτόν αυτόν κινοΰντα, ούτω ώ τό αυτό δν.

Qui quidem itaque per conversionem demonstrantes quid est anima et quid est homo, aut aliud quodlibet eorum quae sunt, quod est ex principio petunt. Ut si aliquis definiat animam esse eamdem sibi ipsi causam vivendi, hoc autem numerum seipsum moventem , necesse est petere, si consequitur, animam hoc esse quod vere est esse numerum seipsum moventem sic sicut idem.

Ού γάρ εί άκολουθεΐ τό Α τω Β και τοΰτο τω Γ, εσται τω Γ τό Α τό τί ήν είναι, άλλ' αληθέ ήν είπειν έσται μόνον ούδ' εί έστι τό Α οπερ τι και ααά τοΰ Β κατηγορεΐται παντό . Και γάρ τό ζωω είναι κατηγορεΐται κατά τοΰ άνθρώπω είναι· άληθέ γάρ παν τό άνθρώπω είναι ζωω είναι, ώσπερ και πάντα άνθρωπον ζωον, άλλ* ούχ ού'τω ώστε έν είναι. Έάν μέν ούν μή ού'τω λάβη, ού συλλογιεΐται οτι τό Α έστί τω Γ τό τί ήν είναι και ή ούσία. Έάν δέ οΰτω λάβη, προτερον εσται είληφώ τω Γ τί έστι τό τί ήν είναι τό Β. "Ωστ' ούκ άποδέδεικται· τό γάρ έν άρχη είληφεν.

Non enim si consequitur A ipsi B et hoc ipsi C, erit ipsi G A quod quid erat esse; sed verum erat dicere quod erit solum: neque si est A quod quid est et de B praedicatur omni. Nam animalis esse praedicatur de hominis esse: verum enim est de omni hominis esse animalis esse, sicut et dicimus omnem hominem esse animal; sed non sic sicut unum esse. Si quidem igitur non sic accipiat, non syllogizatur quod A sit in C in eo quod quid erat et substantia. Si vero sic accipiat, tunc prius erit accipiens quod in G est in eo quod quid erat esse B. Quare non demonstratum est: quod enim erat in principio accepit.

Synopsis. — 1. Argumentum textus. – Utrum quod quid est, quod est definitionis significatum, possit demonstrative probari? – 2. Necessitas huius disputationis. – 3. Ex duplici capite haec disputatio versatur: *a)* utrum quod quid est possit demonstrari per speciales modos; *b)* vel per rationes communes. – Per speciales modos: nempe *a)* vel per acceptionem terminorum convertibilium; &) vel per divisionem; c) vel accipiendo id quod requiritur ad quod quid est. In hac lectione disputatur assumendo terminos convertibiles.–4. Duo praesupponenda in hac disputatione: quorum unum pertinet ad syllogismum, nempe medium; alterum pertinet ad ipsam rei essentiam, nempe praedicari quidditative et convertibiliter. – 5. Non potest syllogismus concludere quod quid est rei, nisi praemissae constent terminis convertibilibus. – 6. Praeterea in syllogismo praefato maior extremitas debet praedicari in eo quod quid est de medio; et medium in eo quod quid est de minori extremitate. – 7. Nisi hae duae conditiones observentur, syllogismus non potest concludere maiorem extremitatem esse quod quid est minoris extremitatis, nempe subiecti conclusionis. – 8. Sed his positis, non potest probari quod quid est, nisi petendo principium. – 9. Declaratur assertum exemplo definitionis hominis. – 10. Modus quo hoc inconveniens de petitione principii sequatur, considerandus est in duabus syllogismi propositionibus immediatis. – tr. Adducitur in exemplum definitio animae a Platone tradita. – 12. Probatur quod praefata demonstratio τοΰ quod quid est sit petitio principii; quia ponitur quod medium sit unum et idem cum utroque extremo, et consequenter supponitur quod est probandum, nempe ipsum quod quid est minoris extremi.

α

1. Kj ostquam Philosophus a disputative in- fj^/ffiquisivit utrum definitio significans Pl *est POSSIf* demonstrari, hic WPO^procedit ulterius ad inquirendum disputative * utrum ipsum *quod quid est,* quod est definitionis significatum, possit demonstrative probari. Et primo, proponit quod intendit; secundo, exequitur propositum; ibi: *Syllogismus quidem enim* * etc. Movet ergo primo quaestionem: utrum possit esse syllogismus aut demonstratio eius *quod quid est,* ita scilicet quod concludatur hoc esse quod quid est huius; aut hoc non sit possibile, sicut supposuit * ratio immediate praemissa?

2. Fuit autem necessaria haec disputatio* post praemissam *, quia in definitione attenditur non solum ut illud quod significatur, sit *quod quid est,* sed etiam ut tali modo tradatur qui competat ad manifestandum quod quid est ; ita scilicet quod sit ex prioribus et notioribus, et alia huiusmodi habeat quae in definitione * sunt observanda. Signanter autem dicit, *utrum sit syllogismus aut demonstratio:* nam rationum subsequentium quaedam concludunt quod eius quod quid est non sit demonstratio, quaedam vero quod eius omnino non sit syllogismus.

3. Deinde cum dicit: *Syllogismus quidem enim aliquid de aliquo* etc., procedit disputative ad ostendendum quod non sit syllogismus vel demonstratio eius *quod quid est.* Et primo, excludit quosdam speciales modos, quibus posset videri quod possit * demonstrari quod quid est; secundo, ponit rationes * communes ad hoc; ibi: *Amplius quomodo demonstrabit* * etc. Circa primum tria facit: primo, ostendit quod non potest demonstrari quod quid est per acceptionem convertibilium terminorum; secundo, quod non potest demonstrari per divisionem; ibi: *At vero neque per divisionem* * etc. ; tertio, quod non potest demonstrari ** accipiendo id quod requiritur ad quod quid est; ibi: *Sed utrum sit demonstrare* * etc. Circa primum tria facit: primo, praemittit quaedam quae sunt necessaria ad propositum ostendendum ; secundo, inducit rationem; ibi: *Si enim ipsius C A proprium est* * etc.; tertio, manifestat inconveniens quod sequitur; ibi: *Oportet autem in duabus propositionibus* * etc. .

4. Circa primum praesupponit duo. Quorum primum pertinet ad syllogismum *, scilicet quod omnis syllogismus probat aliquid de aliquo per aliquod * medium, ut ex superioribus patet. Aliud autem * pertinet ad ipsum *quod quid est,* quod est per syllogismum probandum; ad quod requiruntur duae conditiones. Quarum una est quod quod quid est sit proprium : quaelibet enim res habet propriam essentiam sive quidditatem. Et quia non omne quod est proprium alicui pertinet ad essentiam eius, sicut risibile homini; ideo requiritur secunda conditio, quod praedicetur *in quid* *. Et has duas conditiones necesse est sequi tertiam *, scilicet ut quod quid est sit convertibile cum eo cuius est.

5. Deinde cum dicit: *Si enim A ipsi C est proprium* etc., ponit rationem ad propositum ostendendum. Et circa hoc tria facit: primo, dicit qualem oporteat esse syllogismum qui * concludit *quod quid est,* si hoc sit possibile; secundo, concludit inconveniens, quod ex hoc sequitur; ibi: *Si ergo quod quid est** etc.; tertio, exemplificat in terminis; ibi: *Et omnino si est monstrare** etc. Circa primum tria facit: primo enim* ostendit quid requiratur, ad syllogismum concludentem quod quid est, ex eo quod est proprium; secundo, quid requiratur * ex eo quod praedicatur *in quid;* ibi: *At vero et si A** etc.; tertio, ostendit quod sine his talis syllogismus esse non possit; ibi: *Si vero aliquis* * etc.

Dicit ergo primo quod si A, quod est probandum de C tanquam *quod quid est* eius, est proprium ipsi C (quod requiritur ad quod quid est, ut dictum est *), oportebit quod primum, scilicet A, sit proprium medio*, quod est B: nam si A excedit B *, quod universaliter praedicatur de C, sequitur quod A multo magis excedat C. Et similiter manifestum est quod oportebit B esse proprium ipsius * C : nam si B excedat C, sequitur quod A, quod praedicatur universaliter de B, excedat C; et sic non erit proprium eius, ut supponebatur. Relinquitur ergo quod si aliquis syl-

* Cf. lect. pracc. not. η.

* Num. 3.

* ABDFGHIKS et n s. m.: *supponit;* c: *ponit,* n p. m. h. lac. • Codd. - p· *dubitatio.GQ.* h. lac. *Codd., exc. lM g q et p. m. K.- p: *praemissa.*

*f i: *demonstratione ;* l : *definitionibus.*

* pmq et p. m. b: *posset.*
* o : *conclusiones ? (quaestiones.?)- Aom. ad hoc.*
* Lect. vi.

* Lect. seq.
** *Demonstrari* om. a .

• Lect. v.

• Num. 5. '

* Num. to.

▮ Codd. - p : *ad ipsum syllogismum.*

*Codd.-rc: *per aliud.*
* *Autem* om. n.

β

' Cf. I *Perth.* lect. x, not. ε.
*h : (om. *nec.esfy sequitur tertia.*

* Codd.-p; *quando;* c p. m.: *quoniam.*

* Num. 8.

* Num. 9.

* *Enim* om. f i o .

• *Quid requiratur* om. h .
* Num. seq.

' Num. 7.

* Num. praec.

* Codd. -p: *medii.*
* Seu est universalius.

* h om. *ipsius.* - d i m n : *excedit.*

a) *Postquam Philosophus* etc.- A: *Postq. Ph. processit inquirendo disputative* (marg. add. *utrum quod quid est) inquisivit;* H: *Postq. Ph. disputavit vel disputative inquisivit;* N: *Postq. Ph.* (marg. add. *processit) disputative inquirendo ;* O: *Postq. Ph. ostendit disputative et inquisivit.* -In cod. C fol. 40 vers, et fol. 41 recto, ponitur in inferiori margine haec nota auctoris anonymi: « *Ipsius autem* etc. Non intelligo Expositorem *(s. Thomam)* qualiter introducat hanc partem, et qualiter continuet ipsam ad praecedentem. Cum enim Philosophus nihil aliud ostenderit quam quorum est definitio non est demonstratio, nec e converso, et per consequens quod demonstratio et definitio non sunt idem nec una sub alia; nescio videre quid velit dicere Expositor dicens quod Philosophus postquam disputative inquisivit utrum definitio possit demonstrari etc. : nescio videre qualiter debeat intelligi quod hic determinat de quod quid est, quod est definitionis significatum, inagis quam supra; cum semper respexerit ad illa quorum est definitio vel demonstratio. Imo Philosophus supra posuit primam dubitationem, hanc scilicet, si esset scire idem secundum idem definitione et demonstratione. Quaerere ergo videtur sic de eo quod per definitionem cognoscitur vel significatur, sicut de definitione significante quid est. Item quaero quae differentia est inter definitionem significantem quod quid est, et quod quid est significatum per definitionem? Nam idem significatur per definitionem quod definitum significat, et e converso.

« Sed forsan *(adverbium istud expungitur)* haec est intentio Thomae, et vere, quod Philosophus in praecedenti nihil aliud fecit quam ostendere definitionem non esse demonstrationem nec e converso, nec esse unam partem subjectivam alterius. Quod Philosophus probavit ex hoc quod haec non erant eorumdem omnium nec alicuius unius eiusdem secundum idem, ut patet ex dictis Philosophi. Et in hoc bene apparet quod Philosophus disputavit de definitione significante quod quid est, et non de ipso quod quid est significato per definitionem. Sed in ista parte Philosophus non quaerit nisi de eo quod significatur per definitionem, quod est vere quod quid est rei vel eius quidditas: utrum dicta quidditas alicuius rei possit investigari per demonstrationem vel syllogismum; et hanc significat definitio vel significatur hoc per definitionem non refert. Sed bene refert quaerere de significante quidditatem vel de quidditate significata. Ad obiecta patet responsio : imo grossa erat dubitatio. »

β) *Quod quod quid est* etc. – Codd., exc. ABI: *quod id quod* etc. ; I: *quod illud quod* etc.; B: (om. *quod) quod quid.-L* om. *sit.*-Conditiones de quibus hoc loco est sermo, manifestae sunt ex his quae dicta sunt lib. I, lect. x, quoad diversos modos dicendi per se. Quod enim id quod pertinet ad quod quid est rei, debeat esse *proprium* rei definitae, manifestum ex se est. Atqui *proprium* alicui dupliciter dicitur: nempe et quod est de eius definitione, ipsique proinde convenit per se in primo modo dicendi per se; et quod non est de cius definitione, sed tamen convenit ipsi in secundo vel quarto modo dicendi per se. Ergo cum sermo impraesentiarum sit de *quod quid est* rei, sequitur ct quod debeat esse proprium, et quod non debeat esse in secundo, sed in primo modo dicendi per se, nempe *in quid* (I *Periherm.*, lect. x, not. ε). Hinc ratio convertibilitatis inter definitionem et rem definitam, quoties *quid* sit completum, hoc est complectens genus proximum et ultimam differentiam.

logismus sit, qui concludit *quod quid est,* oportet esse talem habitudinem terminorum eius, ut omnes ad invicem convertantur.

6. Deinde cum dicit: *At vero et si A in eo quod quid est* etc., ostendit quid debeat * habere syllogismus praedictus, ex eo quod concludit id quod praedicatur in eo quod quid est *. Et dicit quod oportet hoc modo syllogismum procedere, ut *maior* extremitas, quae est A, praedicetur in eo quod quid de *medio 7,* quod est B ; et B similiter praedicetur in eo quod quid de *minori* extremitate^ quae est C; et sic concluditur quod A praedicetur de C in eo quod quid est.

7. Deinde cum dicit: *Si vero aliquis non accepit sic duplicans* etc., ostendit quod praedictus modus syllogizandi requiratur. Et dicit quod si non ita accipiat * terminos *duplicans,* idest observans duas conditiones praedictas, vel potius accipiens *quod quid est* ex duabus partibus, non sequitur ex necessitate quod A praedicetur * de C in eo quod quid est. Sed et si ex una * tantum parte praedictae * conditiones observentur, non sufficit ad propositum s. Etsi * enim detur quod A praedicetur de B in eo quod quid est, non propter hoc sequitur quod praedicetur in eo quod quid de quibuscunque praedicatur B qualitercunque *. Et sic sequitur quod ex utraque parte oporteat accipere quod quid est: ita scilicet quod non solum A sit quod quid est ipsius B, sed etiam ipsum B sit quod quid est ipsius C ‘, tanquam convertibiliter et in eo quod quid praedicatum.

8. Deinde cum dicit: *Si igitur quod quid est et quod quid erat esse* ? etc., ducit ad inconveniens: quia" si, sicut ostensum est, ex utraque parte invenitur non solum praedicari aliquid in eo quod quid, sicut genus praedicatur de specie, sed etiam quod ex utraque « parte sit *quod quid erat esse,* quod significat definitio, sequitur quod quid erat esse prius fuisse in *medio* termino; idest quod medius terminus sit quod quid erat esse minoris extremitatis: et ita supponitur quod oportebat probare, scilicet quidditatem ipsius C.

9. Deinde cum dicit: *Et omnino si est monstrare quid* etc., manifestat quod dixerat in terminis. Puta si volumus monstrare quid est homo, sit C, idest *minor* extremitas, *homo;* A vero, idest *maior* extremitas, sit *quod quid est* hominis, puta *animal bipes,* vel *aliquid aliud* * *huiusmodi.* Si ergo hoc oporteat per syllogismum probari, necesse est quod * definiatur aliquod medium, scilicet B, de quo omni* A praedicetur; et ad hoc medium pertinebit quaedam alia media definitio, quae scilicet erat definitio *minoris* extremitatis. Unde sequetur * quod hoc etiam medium sit quod quid est hominis. Et ita qui sic syllogizat, accipit supponendo id quod oportebat * ostendere, scilicet quod B sit quod quid erat esse hominis.

10. Deinde cum dicit: *Oportet autem in duabus* etc., manifestat quomodo hoc inconveniens sequatur * ex praemissis. Et circa hoc tria facit. Primo, ostendit modum ‡ quo convenienter hoc manifestetur. Et dicit quod id quod dictum est, oportet considerare in duabus propositionibus, quae sint primae et habeant terminos immediate sibi inhaerentes. Possibile enim esset per plures propositiones hoc ostendere, ex quibus plures syllogismi constarent; vel etiam esset* possibile duas solas propositiones accipiendo, accipere eas mediatas. Sed quia oportet semper reducere * ad duas primas immediatas, ideo, ut brevior et expeditior sit consideratio, assumamus * a principio tales propositiones *, et sic maxime poterit manifestari propositum.

11. Secundo, ibi: *Qui quidem itaque per conversionem* etc., proponit quod intendit; et dicit, concludens ex praemissis, quod ilii qui volunt de-

* Nempe immediatas.

*codd.-r: *de-*

‖ *Est* om. bcde

γ

L«°>w^[Lom. idest

•^■*praedica-*

• 1 : *sed si ex-*

-"f· d/ciae

s' '

• codd. - p: *et qualitercunque.*

ε

ζ

η

0

γ) *Quod quid de medio* etc. – HL et s. m. K : *quod quid est de medio.* In hac formula, *est* modo additur a P et omittitur a codd.; modo codd. habent et P omittit. Ad significationem nil addit, nil prorsus detrahit. Unde ex hac parte potest addi et potest omitti. S. Thomas, ut ex codd. et editionibus coniici potest, modo *quod quid,* modo *quod quid est* habuit. – N et s. m. A : *et medium B similiter.*- HKL et s. m. A: *quod quid est de minori.*- Codd., exc. BEF1 : *et sic concludetur;* E : *concluderetur.* – BFI: *praedicatur de* C.-Codd., exc. HLOQ: *in eo quod quid,* om. *est.*

3) *Non sufficit ad propositum.* – In numero superiori Aristoteles dixit quod, si syllogismus concludit *quod quid est,* debet habere duas conditiones: nempe i°, quod maior extremitas (A) sit quod quid est, seu definitio termini medii (B), hoc est definiti; 2·, quod medius terminus (B), hoc est definitum, sit quod quid est, seu definitio minoris extremitatis (C). Scilicet: B (definitum) est A (definitio); C (definitum) est B (definitio); C (definitum) est A (definitio). In quo syllogismo habetur quod definitio (A) definitionis (B in minori), est definitio definiti (C). Quod vero haec deberet esse forma argumentandi ad concludendum quod quid est, probat Aristoteles in hoc num. 7 hac ratiocinatione. Ponamus, inquit, quod syllogismus non ita reduplicetur ut B sit A et C sit B in sensu mox explicato, habemus istos syllogismos: t", B est A; C est B; C est A. Ex suppositione quod B non sit quod quid est τοῦ C, sed aliud praedicatum, licet per se conveniens, non potest concludi quod A sit quod quid est τοῦ C. Similiter 2°, A est B; C est A; C est B: si supponatur quod A est quod quid est τοῦ C, sed quod B non est quod quid est τοῦ A in maiori, concludi nequit quod B sit quod quid est τοῦ C. Stat ergo quod in syllogismo concludente quod quid est *(si hoc sit possibile,* n. 5), maior extremitas debet esse quod quid est medii, et medium debet esse quod quid est minoris extremitatis. – Dicitur, *si est possibile :* in sequenti enim numero demonstratur inconveniens,talis modus syllogizandi: quia nempe est petitio principii.

ε) *Quod quid est ipsius C* etc. – P om. *quid,* quod adiecimus ex codd. – 1 om. *ipsius,*- Legimus cum codd., exc. M: *tanquam convertibiliter;* P om. *tanquam;* M: *scilicet tanquam convertib.* – Loco *et in eo,* FI legunt: *cum eo,* G: *ideo,* HQ: *in eo.*

ζ) *Si igitur quod quid est et quod quid erat esse.* – Duo ista, τὸ τι ἐστι χαι τὸ τι ην εἰναι, hoc loco ut distincta exhibet Aristoteles (et ita in sua expositione s. Thomas); sed quandoque ad idem significandum usurpat. «Aristoteles, *inquit Lincolniensis,* quandoque sumit hanc ap» pellationem *quod quid est* pro omni definitione generaliter; quandoque » pro definitione materiali, et *quod quid erat* pro definitione formali » » (In II *Poster.,* cap. 11, fol. 3i, coi. 2. – Cf. s. Th. in IV *Sentent.,* Dist. m, qu. i, artic. i, *quaest.* 1). Etiam s. Thomas in lect. seq. n. 5, loquitur dc eo quod praedicatur in eo quod quid est, et de eo quod ostendit quod quid erat esse, idest quod demonstrat *essentiam rei.* Infra, lect. ix, n. 6, dicit per *quod quid erat esse* nominari *causam formalem,* additque hanc esse rationem significantem *quod quid est* (cf. lect. v, n. 7, seqq.). Et in Opusc. *De ente et essentia,* cap. 1, ait: « Quia illud per quod res » constituitur in proprio genere vel specie est quod significamus per » definitionem indicantem quid est res, inde est quod nomen essentiae a » philosophis in nomen quidditatis mutatur. Et hoc est quod Philoso» phus in septimo Metaphysicae frequenter nominat *quod quid erat esse,* » idest hoc per quod aliquid habet esse quid. » —S. Ioannes Damascenus tum genus tum speciem vocat *quid est,* τι ἐστι (Dialectica, capp. vt, ix et x. Ed. Lequien.).- Haec monuimus ad cautelam: nam utraque formula promiscue sumitur, et quando opus est, distinctione utimur. Trendelenburg in 1 *De anima,* pag. iôo, Ed. cit., de huiusmodi formulis disserit, sed ea remittimus ad Metaphysicam (Cf. lib. vn, Comm. s.Thomae lect.m).

η) *Ad inconveniens: quia si* etc.-L: *ad inconv. quod quia si* etc.; F ponit *si* ante *ex;* cet. codd.,'exc. CH : *quia si sicut.* – Admittimus in textu *si* auctoritate codd.; quae particula, omissa a P per errorem typogr., requiritur ex contextu orationis.

0) *Quod ex utraque parte* etc.—ABHQT om. *quod;* AHL *om. parte.*– *A.C* erronee: *quod aliquid erat esse;* et erronee H: *esse, aliquod significat;* Fl: *sit quod quid est esse.*

1) *Ostendit modum* etc.-G: *ostendit medium quomodo conveniunt hoc manifestetur;* F : *quo inconveniens hoc ostendetur;* et *ostendetur* etiam 1; BQ: *manifestatur.* P. *modum quo hoc convenienter.* Cet. codd. ut in textu.

*Aliud om.BEFHi OQ.

*a n : *ut.-BC'. quod assumatur.*
* c m: *omne,* sed erronee. Cf. text.

* a f g h i k l n q : *sequitur;* o : *sequeretur.*

* Codd.-p; ororrtebit.

* Codd., exc. d g n o .- p : *sequitur;* o : *sequetur.*

* Codd.-p; *esse.*

* Codd. - p: *deducere.*

* n : *accipiamus.*

monstrare per terminos convertibiles *quod quid est* alicuius rei, puta *quid est anima,* vel *quid est homo, vel quodcunque aliud huiusmodi,* necesse est quod incidant in hoc quod petant principium. Et inducit exemplum de definitione animae secundum Platonem*. Quia enim anima vivit, et est corpori causa vivendi, sequitur quod * differat a corpore per hoc quod corpus vivit per * aliam causam, anima vero vivit per seipsam. Ponebat autem Plato * quod numerus est substantia omnium rerum : eo quod non distinguebat inter unum quod convertitur cum ente, quod significat substantiam eius de quo dicitur, et unum quod est principium numeri; et ita sequebatur quod anima substantialiter sit numerus, sicut et quaelibet alia res multa in sé continens. Item ponebat Plato* quod vivere sit quoddam moveri. Duobus enim distinguitur vivum a non vivente, scilicet sensu x et motu, ut dicitur in I *De anima *;* ct ipsum sentire sive cognoscere dicebat esse quoddam moveri. Sic ergo λ dicebat animam esse numerum seipsum moventem: dicebat etiam animam esse id quod est sibi causa vivendi. Si quis ergo velit probare *qttid* est * anima, quia scilicet est id quod est sibi causa vivendi, et assumat pro medio quod anima est numerus seipsum movens, necesse est hoc petere, scilicet quod anima sit numerus seipsum movens: ita scilicet quod hoc sit idem ipsi animae, tanquam quod quid est eius. Alioquin non sequeretur quod si aliquid est quod quid est numeri * moventis seipsum, quod sit quod quid est ipsius animae.

12. Tertio, ibi: *Non enim si consequitur* etc., probat propositum, scilicet quod talis probatio contineat petitionem principii; et dicit quod non sequitur quod maior extremitas, quae est A, sit *quod quid est* minoris extremitatis, quae est C, ex hoc quod A sequitur ad B et B sequitur f* ad C ; sed sequitur simpliciter quod A insit C. Et si ulterius detur quod ipsum A sit * quod quid est alicuius, et praedicetur * universaliter de B, non adhuc sequitur quod A sit quod quid est ipsius C: manifestum est enim hoc quod est animali *esse v,* idest quod quid est animalis, praedicari de hoc quod est homini *esse,* idest de eo quod est * *quod quid est* hominis. Sicut enim verum est quod animal universaliter praedicatur de homine, ita verum est quod definitio animalis 'universaliter praedicetur de definitione hominis, non tamen ut sint omnino unum et idem. Sic igitur patet quod si aliquis non sic accipiat terminos, ut primum sit omnino unum et idem medio, et medium ultimo, non poterit syllogizari quod A, quod est primum, sit quod quid est ipsi C, quod est ultimum, et f essentia eius. Si vero accipiantur termini modo * praedicto, sequitur quod priusquam concludatur, accipiatur in praemissis quod quid est ipsius C, scilicet ipsum B. Ex quo sequitur quod non sit demonstratio, sed petitio vel acceptio principii.

• piato.- in n- *i oeanima, cap.*
*codl.: *quod in*
"Codd, .P:ρ·o.
' piato,- in *Par-*
* piato, -in *Timaeo·*
x
♦ cap.», n.2.-
kct?mint's' '
λ
• ı : *sit.*
"Codd.- *numeri; g* om.
p
* n: *est.*
' *cn·. pdeatur.*
*
' *Quod est* om. agqq.- f om. seq.
ξ
* at: *in modo.*

κ) *Scilicet sensu* etc. – Ita codd., exc. G; P: *idest sensu* etc.; G: *a non vivente secundum sensum et motum.*

λ) *Sic ergo* etc. – AN om. Sic *ergo... numerum.* Q: *Sicut ergo.*

μ.) *Et B sequitur* etc.-Oom. *et B;* F1Q om. *sequitur.-P: quod A solum insit C;* sed omnes codd. om. *solum.* Textus habet quidem μόνον, sed huic voci bene corresponde! *simpliciter,* post quod *solum* redundare videtur. S: *quod A scilicet;* et non bene cum G: *sit C.*

ν) *Manifestum est enim hoc quod est animali esse.* – Haec omnia verba, quae desiderantur in P, ct quae sunt in textu Aristotelis (xat γῖρ τὸ ζώω εἰναι), cuius verba hic recitantur a s. Thoma, addimus ex consensu unanimi omnium nostrorum codd. – Praeterea notanda est forma qua hoc loco utitur Aristoteles ad designandum *quod quid est* (cf. not. ζ), nempe, hoc quod est *homini esse,* hoc quod est *animali esse.* « Scien- » dum autem est, *inquit s. Thomas in VII Metaphys., lect.* tu, quod in » omnibus sequentibus, per hoc quod *(Aristoteles)* dicit *hoc esse,* vel » *huic esse,* intelligit quod quid erat esse illius rei; sicut *homini esse,* » vel *hominem esse* intelligit id quod pertinet ad quod quid est homo.»

ξ) *Quod est ultimum* etc.-O: *quod est medium ultimum.* Codd., exc. AH: *et essentia,* conformiter textui graeco, και ἡ ουσια. P: *ex essentia;* H: *de essentia;* A: *ultimum et extremum eius.*

LECTIO QUARTA

UTRUM QUOD QUID EST POSSIT DEMONSTRARI PER VIAM DIVISIONIS

Αλλά μην ούδ' ή διά τών διαιρέσεων οδα συλλογίζεται, καθάπερ έν τη αναλύσει τη περί τα σχάματα εϊρηται. Ούά'αμού γάρ ανάγκη γίνεται το' πράγμα έκεϊνο είναι τωνδί βντων, άλλ' ώσπερ ούδ' ό έπάγων άποόείκνυσιν. Ου γάρ δεϊ το συμπέρασμα έρωταν, ούδε' τω δούναι είναι· άλλ' ανάγκη είναι έκείνων όντων, καν μη' φη ό άποκρινόμενο . Άρ' ό άνθρωπο ζωον η άψυχον; είτ' έλαβε ζωον, ού συλλελόγισται. Πάλιν άπαν ζωον η πεζόν η ένυδρον έλαβε πεζο'ν. Καί το είναι τον άνθρωπον, το' ολον, ζώον πεζόν, ούκ άνάγκη έκ τών είρημένων, άλλά λαμβάνει καί τούτο. Διαφέρει δ' ούδέν έπί πολλών η ολίγων ούτω ποιεΐν=-'το αύτό γάρ έστιν. 'Ασυλλόγιστο μέν ούν καί ή χρησι γίνεται τοΐ οΰτω ριετιούσι καί τών ένδεχομένων συλλογισθηναι.

Τί γάρ κωλυ'ει τούτο αληθέ μέν το παν είναι κατά τού άνθρώπου, μη μέντοι τό τί έστι μηδέ τό τί ην είναι δηλοΰν;

έτι τί κωλύει η προσθεϊναί τι η άφελεΐν η ύπερβεβηκέναι τη ούσία ; Ταύτα μέν ούν παρίεται μέν,

ενδέχεται δέ λύσαι τω λαμβάνειν έν τω τί έστι πάντα, καί τό έφεξη τη διαιρέσει ποιεΐν, αΐτούμενον το πρώτον, καί μηδέν παραλείπειν. Τούτο δ' άναγκαΐον, εί άπαν εί την διαίρεσιν εμπίπτει καί μηδέν έλλείπει· τούτο δ' άναγκαΐον, άτομον γάρ ηδη δεϊ είναι.

Άλλά συλλογισμό όμω ούκ ένεστιν, άλλ' εΐπερ, άλλον τρόπον γνωρίζειν ποιεϊ. Καί τούτο μέν ούδέν άτοπον ούδέ γάρ ό έπάγων ίσω άποδείκνυσιν, άλλ' όμω δηλοϊ τι. Συλλογισμόν δ' ού λέγει ό έκ τη διαιρέσεω λέγων τον ορισμόν. "Ωσπερ γάρ έν τοϊ συμπεράσμασι τοϊ άνευ τών μέσων, έάν τι εΐπη ότι τούτων όντων άνάγκη τοδί είναι, ενδέχεται έρωτησαι διά τί, ούτω καί έν τοϊ διαιρετικοϊ δροι . Τί έστιν άνθρωπο ; ζωον θνητόν, ύποπουν, δίπουν, απτερον διά τί ; παρ' έκάστην πρόσθεσιν έρεϊ γάρ, καί δείξει τη διαιρέσει, ώ οϊεται, οτι παν η θνητόν η άθάνατον. Ό δέ τοιούτο λόγο άπα ούκ έστιν ορισμό . "Ωστ* εί καί άπεδείκνυτο τη διαιρέσει, άλλ' ο γ' ορισμό ού συλλογισμό γίνεται.

* At vero neque per divisionis viam est syllogizare: sicut in Resolutione circa figuras dictum est. Nequaquam enim necesse est illam rem esse cum haec sint, sed sicut neque inducens demonstrat. Non enim oportet conclusionem interrogare, neque in concedendo esse, sed necesse est esse cum sint illa, etsi non dicat respondens; ut homo animal est aut inanimatum, postea accepit animal, non syllogizatum est. Item omne animal aut gressibile aut aquatile, et si accepit gressibile, et hominem totum animal gressibile non necesse est ex dictis, sed accipit et hoc. Differt autem nihil in multis aut in paucis sic dicere: idem enim est. Non syllogisticus quidem igitur usus fit sic procedentibus, et de contingentibus syllogizari.

* Cap. v. Text. 4.

Quid enim prohibet hoc verum quidem omne esse de homine, non tamen quod quid est, neque quod quid erat esse ostendens?

Amplius quid prohibet aut apponere aliquid, aut auferre, aut supergredi substantiam? Haec igitur dimittuntur quidem.

Contingit autem solvere in accipiendo in eo quod quid est omnia, et quod est consequenter per divisionem facere quaesitum prius, et nihil relinquere. Hoc autem necessarium est, si omne in divisione cadit et nihil relinquit. Individuum enim specie oportet esse.

Sed syllogismus tamen non inest, etsi vere alio modo cognoscere facit; et hoc quidem non est inconveniens: neque enim inducens fortasse demonstrat, sed tamen manifestat aliquid. Syllogismum autem non dicit ex divisione dicens definitionem. Sicut enim in conclusionibus quae sine mediis sunt, si aliquis dicat quoniam his existentibus necesse est hoc esse, contingit interrogare propter quid, sic et in divisivis terminis. Quid est homo? animal mortale bipes habens pedes sine pennis; propter quid secundum unamquamque appositionem. Dicet enim et monstrabit divisione, sicut opinatur, quod omne animal aut mortale aut immortale sit. Huiusmodi autem ratio non omnis est definitio. Quare quamvis divisione demonstraverit, sed tamen definitio non syllogismus fit.

Synopsis.— 1. Argumentum huius lectionis. – 2. Quod quid est non potest demonstrari per viam divisionis. – 3. Probatur primo ex natura divisionis, secundum quam nihil concluditur ex necessitate, sed solum hypothetice; si nempe concedatur quod divisio sit completa.-4. In praesenti disputatione satis convenienter comparatur divisio inductioni, quia utrobique oportet supponere quod accepta sint omnia quae continentur sub aliquo communi.- 5. Probatur secundo ex ratione ipsius *quod quid_est.* Et imprimis quia, dato quod per viam divisionis concludatur aliquid praedicari de subiectô, non erit propter hoc probatum quod praedicetur de ipso in quod quid est. – 6. Altera probatio. Quod quid est non admittit additionem neque subtractionem. Quod autem probatur per viam divisionis, potest excedere quod quid est, aut ab eo excedi. – 7. Obiectio fundata in hypothesi quod membra divisionis sint complete accepta. – 8. Responsio. Data hypothesi, talis modus argumentandi non est syllogisticus, quia non ostendit *propter quid.*

1' ost(luani Philosophus ostendit quod Γ" JOnon potest demonstrari *quod quid est* X terminos convertibiles, hic osten-^.y^^^dit quod non potest demonstrari per viam divisionis *. Et circa hoc duo facit: primo, ostendit propositum;, secundo, excludit quamdam solutionem ; ibi : *Contingit autem solvere* * etc. Circa primum duo facit: primo, ostendit propositum pèr rationem communem omnibus * quae syllogizari possunt; secundo, ostendit propositum quantum ad ea quae sunt propria ei quod quid est: ibi: *Quid enim prohibet* * etc.

2. Dicit ergo primo quod, sicut non potest demonstrari *quod quid est* per terminos * convertibiles, ita etiam non potest demonstrari * per viam divisionis: per quam etiam nihil syllogistice probatur, sicut dictum est K in *Resolutione circa figuras,* idest in I *Priorum analyticorum* *. Sicut α Ed. Did. cap. XXXi.

▮ Cf. lect. praec. n.3.

* Num. 7.

* Λ: *in omnibus.*

* Num. 5.

* Cf. lect. pracc. num. 3.

* Codd.: *syt.ogi-\ari.*

α) *Sicut dictum est* etc.-1: *sicut etiam dictum est;* O: *sicut est determinatum.*-A: *idest in principio Prior, etc.; O: idest in libro Prior.*

enim in *Posterioribus analyticis* docetur resolutio usque ad principia prima, ita etiam in *Prioribus analyticis* fit resolutio ad prima quaedam simplicia * pertinentia ad dispositionem syllogismi in modo et figura *

• Cf. lib. I, lect. xxxvi, not. 0.
* Cf. lib. I, lect. vm, nott. p, r.

3. Quod autem per viam divisionis non possit aliquid syllogizari, probat per hoc, quod * in via divisionis non· ex necessitate sequitur conclusio, existentibus praemissis (quod requiritur ad rationem syllogismi): sed ita se habet in via divisionis, sicut et * in via inductionis. Ille enim qui inducit per singularia ad universale, non * demonstrat neque syllogizat ex necessitate. Cum enim aliquid syllogistice probatur, non est necessarium ulterius quod vel syllogizans interroget de conclusione, nec quod respondens det ei conclusionem: sed necesse est quod conclusio sit vera, praemissis existentibus veris. Hoc autem non accidit in via divisionis, sicut manifestat per exempla. Proceditur enim via * divisionis cum, accepto aliquo communi quod per multa * dividitur, remoto uno, concludit * alterum. Puta si entium 7 aliud est animal et aliud inanimatum, habito quod homo non sit inanimatum, concludit quod sit animal: sed ista conclusio non sequitur, nisi respondens det quod homo vel sit animal vel inanimatum.

• c f c i q om. ez.
* codd.- p: *nec.*
β
' b h q: *in via.*
I h: *ptura.*
· o et P. m. won.: *exetudi-*
γ

4. Et est attendendum quod satis convenienter comparavit divisionem inductioni *. Utrobique enim oportet supponere quod accepta sint * omnia

δ
* a d n: *sunt.*

β) *Vel syllogiqans interroget* etc – Addimus *syllogiqans* ex codd. – ΛH om. *vel;* L: *vel syllogisms adhuc* interroge?.-BCDEFGHKLM: *det ei;* P: *ei det.* – De interrogationibus propriis dialecticae et demonstrationi, videantur quae s. Thomas disseruit lib.i, lect. xxi.-Processum per viam divisionis maxime adhibuit Plato in Dialogis; unde non immerito graecis Interpretibus visum est Platonis *Politicum,* V, et *Sophistam* reprehendi hoc loco ab Aristotele (Cf. Philopon. in h. loc.; item Waitz, II *Poster., Comment,* in cap. v, pag. 386 et seq.; Trendelemburg *Elem. log.,* Adnot., § 58; Sanseverino *Logic.* P. 11, cap. m, art. v).

γ) *Si entium* etc. – Q om. *si;* ABHMOS (et p. m. CD?) corrupte: *puta scientium.-BHMSO* om. *et;* P: *et aliud est inanimatum;* codd., exc. CO, om. *est.*

o) *Satis convenienter comparavit divisionem inductioni.* – Similitudo, quam hoc loco ponit Aristoteles inter syllogismum inductivum et syllogismum divisivum, in eo iuxta s. Thomam consistit,quod in utroque syllogismo oportet supponere quod accepta sint omnia quae continentur sub aliquo communi. ~ Huic s. Thomae sententiae contradicit Aegidius in II *Poster., § Sed sicut neque inducens* etc., fol. io6, coi. 3: quia, *inquit,* « hoc videtur accipere quod est per accidens. Nam in inductione » hoc est per se quod oportet supponere partes sub toto esse suffi- » cienter acceptas, et quia non est notum nobis quod non sunt alia » particularia sub illo toto quam particularia accepta: sed in divisione » hoc est per accidens quod non sit notum partes evacuare totum; nam » divisio si bona sit, debet fieri per opposita, opposita autem sufficienter » dividunt ipsum totum. »

Ad quam Aegidii animadversionem respondet imprimis Dominicus a Flandria in II *Poster.,* qu. iv, artic. ii, quod Aegidius ideo contradicit, quia non distinguit inter divisionem immediatam et divisionem mediatam. Illa est per opposita contradictoria, et ideo est bimembris, ut cum dicitur *animalium aliud est rationale, aliud irrationale:* de hac divisione loquitur Aegidius. Divisio mediata non est,*formaliter* loquendo, bimembris, et ideo non est per opposita *formaliter,* ut ipsemet Aegidius ib. concedit. De hac divisione loquitur s. Thomas, dum cum Aristotele eam assimilât inductioni, quia in utraque necesse est supponere quod accepta sunt omnia quae continentur sub communi.

Caietanus in II *Poster.,* cap. iv, § *Circa similitudinem assignatam* etc., fol. 79, coi. 2 et seqq., tria expendenda suscipit: **i**", quot modis accipiatur divisio, seu syllogismus divisivus; 2", penes quid attendatur similitudo inter divisionem et inductionem; 3", quomodo salvetur in eis talis similitudo. – Quia res gravis momenti est in philosophia, quippe quod sit quaestio de methodo ipsa philosophandi, hoç est de vi et extensione ratiocinationum nostrarum, ideo ducimus tria illa enunciata cum ipso Caietano heic expendere.

Quoad primum, tria nomine divisionis possumus intelligere.—*a) Primo* quidem, purum syllogismum divisivum, cuius meminit Aristoteles in I *Priorum analyticorum,* cap. xxvm (Ed. Did. cap. xxxt), et qui fit assumendo pro medio commune divisum, puta *animal,* et concludendo *disiunctim* de aliquo inferiori membro divisi differentias totius divisi. Ex. g.: *Omne animal est rationale vel irrationale; homo est animal; ergo homo est ve! rationalis vel irrationalis.* Si divisio in hac lectione assumatur hoc sensu, planum est quod ipsa est inutilis ad definitionem concludendam, et caret necessitate consequentiae, et est petitio principii, et intentum, hoc est *quod quid,* non demonstrat. Ratio est, quia definitionis est assignare non quidem utramque differentiam divisi, sed alteram determinate. Non autem possibile est per praefatum syllogismum hanc determinatam differentiam concludere, quia medium assumptum *(animal)* universalius est qualibet sua differentia, hoc est *rationali* et *irrationali;* et consequenter ex ipso non potest ex necessitate concludi determinate neque quod homo sit *rationalis,* neque quod sit *irrationalis.* Si ergo concluditur per talem processum differentia determinata, petitur principium, supponendo quod est probandum *(hominem nempe esse animal rationale),* et non demonstratur intentum.- *b) Secundo,* sumi potest divisio pro syllogismo divisivo, ut supra, sed addita negatione alterutrius partis (vel plurium, si habeat) illationis,'et concludendo partem quae ex illa negatione relinquitur. Ex. g.: *Omne animal est rationale vel irrationale; homo est animal; homo est vel rationalis vel irrationalis: homo non est irrationalis; ergo homo est rationalis.* Si in hoc secundo sensu accipiatur divisio, de qua est sermo in hac lectione, etiam perspicuum est quod per ipsam non demonstratur definitio rei. Quamvis enim iuxta regulas logicae habeatur necessitas consequendae ex vi disiunctivae per negationem unius membri *(irrationalis)* ad affirmationem alterius *(rationalis),* vim tamen probativam non habet Et revera, duplex petitio principii offenditur. Una inevitabiliter quando ex negatione unius membri infertur alterum: idem enim est quoad totum divisum *(animal)* negare quod sit *irrationale,* et affirmare quod sit *rationale* (esto adsit differentia in vocabulis); et aeque dubium est aut ignotum post conclusionem disiunctam (homo est *rationalis* vel *irrationalis)* an sit *rationalis* vel *irrationalis,* ut de se patet Alia petitio principii offenditur in *maiori* propositione praefati syllogismi, *omne animal est rationale vel irrationale.* Haec enim propositio, prout hic assumitur, nec probatur nec probari potest; et propterea sufficiens non est ad probandum intentum. Cui enim probandum esset *hominem esse animal rationale,* probandum etiam esset *omne animal esse rationale vel irrationale,* et deinde *hominem non esse animal irrationale.* – Haec tamen petitio principii vitari potest, si sufficientia divisionis sit per se nota.' Addendum quod in hoc processu deficit vis probativa a priori, quia non infert alteram partem a priori, sed ex sola negatione oppositi: non enim ideo homo est rationalis quia non est irrationalis, ut inferebatur in supraposito exemplo; sed ex opposito quia est rationalis, ideo non est irrationalis. —c) *Tertio* denique, nomine divisionis intelligi potest discursus formaliter divisivus, quatenus nempe in maiori assumitur divisio ipsius communis. Ex. gr.: *Animalium aliud est volatile, aliud aquaticum, aliud gressibile;* homo est animal, et non est animal *volatile, neque aquaticum; ergo homo est animal gressibile.* Si hoc tertio sensu accipiatur divisio, manifestum etiam est quod per eam nequeat syllogistice concludi definitio; quia non adest necessitas consequentiae, nisi ex suppositione quod omnia membra quae continentur sub communi diviso, sint sufficienter enumerata, ut late explicat s. Thomas hoc loco. Sed accidit quoque, ait Caietanus, petitio principii in negatione aliorum membrorum, et defectus medii a priori, non secus ac in syllogismo divisivo in secunda significatione sumpto.

Ad secundam quaestionem dicendum quod Aristoteles dixit divisionem -similem esse inductioni in hoc quod divisio non habet necessitatem consequentiae, et inductio non demonstrat. Quae similitudo potest tripliciter intelligi. – ‹z) Uno modo accipiendo το *demonstrat* latiori sensu, prout idem est ac τὸ *syllogiqat;* et sic similitudo inter divisionem et inductionem consistit in eo quod neutra habet necessitatem consequentiae, ad veram demonstrationem necessario requisitam. – *b)* Alio modo accipiendo το *demonstrat* proprie, prout nempe distinguitur a τω *syllogiqat,* sicut species distinguitur a genere; et sic similitudo praedicta est proportionalis, in hoc scilicet consistens, quod sicut in inductione deficit vis demonstrativa, ita in divisione deficit vis illativa. – c) Tertio modo iterum accipiendo τὸ *demonstrat* proprie, et prouti complectitur tum vim demonstrativam, tum necessitatem consequentiae. Quo sensu duas istas differentias attendendo, potest secundum ipsas comparari divisio inductioni, quia una et altera carent praefatis differentiis demonstrationis propriis.

Ad tertiam quaestionem dicendum quod Aristoteles in textu expresse dicit divisionem carere necessitate consequentiae. Ergo in primo ct tertio sensu explicato divisionem accepisse videtur. In utroque enim, ut dictum est, deest necessitas consequentiae; in secundo non simpliciter quidem deest necessitas illa, sed tamen non est sine petitione principii. Inter primum autem processum divisivum et inductionem similitudo consistit in hoc, quia utrobique non necessario intentum concluditur ex praemissis: quod in inductione verificatur quoties non est completa, seu quando multa particularia contenta sub communi enumerantur, sed non omnia. – Inter secundum autem processum divisivum et inductionem est maior similitudo, quoniam utrobique non est necessitas consequentiae nisi cum petitione principii. Et hoc verificatur de inductione completa, quam constat petere principium, eo Quod accipit omnia singularia ad universale concludendum. – Tertius autem processus divisivus simillimus est inductioni, quoniam utrobique necessitas consequentiae incerta est ex eadem causa; scilicet quia utraque via, divisiva et inductive, a divisis partibus incipit: divisio autem, ut sic, certitudinem

quae continentur sub aliquo communi: alioquin nec inducens poterit ex singularibus acceptis concludere universale, nec dividens ex remotione quarumdam partium poterit concludere aliam. Patet igitur quod inducens, facta inductione quod Socrates currat et Plato et Cicero, non potest ex necessitate concludere quod omnis homo currat, nisi detur sibi * a respondente quod nihil aliud contineatur sub homine quam ista quae inducta sunt. Similiter etiam nec dividens, si probaverit quod hoc coloratum non sit album nec pallidum, non potest* ex necessitate concludere quod sit nigrum, nisi detur sibi a respondente quod nihil aliud contineatur sub colorato nisi ea quae assumpta sunt divisione. Et quia investigantibus *quid est* homo,* oportet accipere non solum genus, quod est animal, sed etiam* differentiam; ulterius in suo exemplo procedit quod, si omne animal aut gressibile est aut aquaticum ', et accipiat quod homo, quia non est aquaticum animal, sit totum hoc quod est animal gressibile, non ex necessitate sequitur ex dictis; sed oportet quod hoc etiam supponat datum sibi a respondente, scilicet quod animal sufficienter dividatur per gressibile et aquaticum. Et quia quandoque per plures divisiones proceditur ad accipiendum quod quid est alicuius rei, ideo, praemissis duabus divisionibus in suo exemplo, subdit quod nihil differt quod sic procedatur in multis aut in paucis. Eadem enim est ratio in omnibus. Et sic * ulterius concludit quod procedentes per viam divisionis, etiam * circa ea quae contingit syllogizari, non utuntur probatione syllogistica.

5. Deinde cum dicit: *Quid enim prohibet hoc verum* etc., inducit duas rationes proprias ei quod quid est. Quarum prima est, quia non omne quod vere * praedicatur de aliquo, praedicatur in eo quod quid est, nec significat essentiam eius. Si ergo detur quod per viam divisionis sufficienter probetur quod totum hoc, scilicet animal gressibile, vere praedicetur * de homine; non tamen propter hoc erit probatum quod praedicetur de eo in eo quod quid est, vel ostendat quod quid erat esse, idest quod demonstrat essentiam PCI .

6. Secundam rationem ponit ibi: *Amplius quid prohibet aut apponere* etc. * Essentia enim cuiuslibet rei declaratur per aliqua certa, quibus nec addere oportet nec subtrahi *. Nihil autem prohibet quin ille qui procedit per viam divisionis, aut apponat aliquid supra ea quae sufficiunt ad ostendendum *quod quid est,* aut auferat aliquid eorum quae ad hoc sunt necessaria, aut etiam quod supergrediatur vel excellat * essentiam rei, utpote si sit communius quam ipsa res; quod fit dum subtrahuntur differentiae ultimae, quibus ea quae sunt communia contrahuntur *. Unde per divisionem non probatur sufficienter quod quid est. Et hoc est quod * concludit, quod in via divisionis praetermittuntur praedictae conditiones; ut scilicet id quod concluditur, praedicetur in eo quod quid est, et quod nec excedat nec excedatur.

7. Deinde cum dicit: *Contingit autem solvere in accipiendo* etc., excludit quamdam solutionem *. Et primo, proponit eam; secundo, excludit * ipsam; ibi: *Sed syllogismus tamen* * etc. Dicit ergo primo quod contingit solvere ea quae obiecta sunt, ex eo ç quod aliquis dicat quod dividendo accipiat omnia quae praedicantur in eo quod quid est; ct ita per consequentiam ad divisionem faciat id quod primo intenditur, ut scilicet constituat definitionem significantem *quod quid est,* et nihil relinquat eorum quae requiruntur ad definiendum. Et si haec duo faciat, scilicet quod omnia, quae accipit per divisionem, praedicentur in eo quod quid, et omnia huiusmodi cadant in divisione, ita quod nihil desit, necessarium est quod id ' quod est inventum η

non habet, quia ab uno et ente declinando in incertum pergit; et-consequenter, nisi utrobique supponatur omnes partes acceptas esse, non sequitur necessario intentum. (Et hoc modo exposuit s. Thomas divisionem in hoc loco, et similitudinem inter divisionem et inductionem).– Postremo, inter omnes et quemlibet horum processuum et inductionem haec est similitudo, quod nunquam a priori proceditur, et semper petitur principium, si per unam vel alteram viam aliquis conetur probare rei alicuius definitionem.

Si quis autem primum et secundum modum processus divisivi intimius consideret, magis dixerit processus disiunctivos quam divisivos. Assumitur enim in hanc formam propositio: *homo aut est animal rationale aut irrationale,* ut in exemplis adductis videre est: quae forma est proprie disiunctiva. In tertio autem forma assumpta *(animalium aliud est volatile, aliud aquaticum, aliud gressibile)* est per enumerationem partium, et ideo est formaliter divisiva. Qua de causa s. Thomas, intuitus quod in divisione est proprium et formale ipsius, et per quod a disiunctione formaliter distinguitur, accipit eam in tertio sensu, qui est formalis.

ε) *Aut aquaticum, et accipiat* etc. – Λ: *aut aquale;* FI: *accipiunt;* K: *accipitur;* B: *accidit.* – *H: aut aquaticum* (cet. om.) *animal quod sit totum idest quod sit animal gressibile;* L: *aut aquaticum* (cet. om.) *quod sit totum hoc* etc.; Q: *et accipiat quia homo non est aquaticum animal hoc quod est gressibile animal, non ex* etc.; cet. codd.: *quod homo, quia non est aquaticum animal* (l om. *animat), quod sit (A, non sit) totum* (G, *manifestum) hoc.* – P: *homo, qui non est animal quod est aquaticum, sit totum hoc.* Legimus cum codd., expuncto tamen *quod* ante *sit,* quia inutilis repetitio

ζ) *Quae obiecta sunt, ex eo* etc. – Mendosam lectionem habet F: *quae obiecta sunt eo quod quid est et ita per consequentiam divisionem faciant id* etc. – Cum codicibus, exc. Q, legimus *quod quid est,* iuxta textum graecum, ἐν τω τι ἐστι, et nostram versionem; P om. *est.*– AN om. *ita;* L: *per consequens;* Q: *et ita addendo ad divisionem faciat id* etc.-BCDEKMNOQST: *quod primo intenditur:* quam lectionem adoptavimus, utpote quae magis conformis sit textui Aristotelis, αϊτοὐρενον τὰ πρώτον, *postulatum primo.* Antiqua versio in Piana: *quae fiunt prius;* sed recte s. Thomas: *quod primo intenditur;* Boethius: *quaesitum prius;* et ita noster codex Ragusinus. P: *intendit;* F: *ostenditur.*—*A: definitionem assignantem;* E: *defin. cum significantem; O: defin. praedicantem in eo quod* etc..- F1Q: *nihil relinquatur;* G: *relinquitur.*

η) *Necessarium est quod id* etc. – Codd. – P: *necessarium est id quod est inventum sit quod* (FI: *sit id quod) quid est;* M: *necessarium est quod id quod est in eo quod quid est inventum sit quod quid est.*– Infra s. Thomas habet: *nullo derelicto, iam id* etc. *Iam* ponitur a s. Thoma ex textu graeco ηοη: quae lectio probatur Casaubono (Opp. Arist., Tom. 1, pag. ɪ32.- Aureliae Allobrogum ifio5) et Du-Vallio, Op. cit. pag. 236. Eamdem lectionem praebet Pacius, cuius versio generatim adhibetur ab hisce Auctoribus. Verum in alia Opp. Aristot. ed. Aureliae Allobrog. 1607, cum Praefatione eiusdem Pacii (cui proinde ex inadvertentia tribuimus in praecedentibus versionem adnexam, quae est Nicolai Gruchii, uti monetur in *Indice)* recipitur lectio εἰδει, quae est etiam Edit. Basii, pag. 80, lin. 3g. Praeterea in versione Boethii et nostra ponitur *specie.* Item Waitz loco ηδη habet εἰδει *(specie),* atque in *Comment,* ait: « Le› ctionem εἰδει, quam etiam Brandisius (in *ed. Boruss. Poster, retiv netur* ηδη) probavit in Variet, lect. Aristot., quum ηδη alienae cor» rectionis speciem habeat, Boethii et vet. intp., cuius codex Gothan. » certe totum locum talem exhibet qualem nos dedimus, auctoritatem » secuti praetulimus › (Ed. cit., pag. 388). Philoponus bis adducit hunc Aristotelis textum, et bis omittit tum ηοη, tum εἰδει: ἀτορον γάρ, *inquit,* δει εἰναι (Ed. cit., pag. 203-4). Anonymus (Ed. cit., pag. 263) habet ηδη. B. Albertus Magn. utrumque ponit: « Id in quo ultimo stat *(divi» visio),* iam oportet esse individuum sive indivisibile specie, hoc est, » secundum formam, quod formaliter ulterius non possit dividi » (In II *Poster.,* Tract. II, cap. tn, pag. 620, col. 1). Ut ut res sit, id unum

• fg: «·.
• 3·.*poterit.*
• d1; *Sit.*
êfÎ'''excodd·
' *sic* om. a.
• qt: *et.*
' Vere om· π·
prae~
* Cf. lect. praec.
I coda.- P: *Quae tia enim.*
* l: *abstrahi.*
* bo: *excedat.*
• abcdefiklnoq: hâb?k£'"'/"r· '
* *Est quod* om.
*f erron.: *conclusionem.* Cf. n. 1.
* codd.-r er-
ç

sit quod quid est. Et huiusmodi necessitatis ratio est quia, acceptis omnibus quae praedicantur in eo quod quid, nullo derelicto, iam id quod inventum est, oportet esse quoddam individuum, idest * individuam rationem talis rei; ita scilicet quod non indigeat ulteriori divisione ad hoc quod approprietur huic rei.

8. Deinde cum dicit: *Sed syllogismus tamen non inest* etc., excludit praedictam solutionem: et dicit quod quamvis necesse sit, praedictis existentibus, aliquid * individuum fieri, sicut expositum est, tamen® praedicta via non est syllogistica ; quamvis cognoscere faciat *quod quid est* per alium modum. Et hoc non est inconveniens, scilicet quod aliquid * alio modo manifestetur quam per syllogismum. ll]c enim * qui utitur inductione, non probat syllogistice, sed tamen aliquid manifestat. Quod autem ille qui per divisionem ad definitionem ‘ pervenit, non faciat syllogismum, ostendit per quoddam simile. Si enim inducatur conclusio ex maiori propositione, subtracta media *, et concludens dicat quod hoc * necesse est sequi ex praemissis, poterit interrogare respondens, *propter quid* sit necessarium: quod non accidit[x] in syllogistica probatione. Unde talis modus argumentandi non est syllogisticus. Ita etiam in terminis divisivis non fit syllogismus, quia semper restat interrogatio *propter quid.* Puta si aliquis volens notificare *quid est homo,* accipiat per viam divisionis quod homo * est * *animal mortale bipes,* vel *habens pedes, sine pennis;* ad quamlibet appositionem praedictorum poterit convenienter quaeri *propter quid* sit necesse. Ille enim qui ad manifestandum quod quid est conatur, non solum ♦dicet, sed etiam probabit per divisionem, secundum quod ipse opinatur, quod omne quod est sit mortale aut immortale. Et quamvis detur quod per hanc divisionem possit demonstrare * propositum, tamen non est necesse quod ratio sic conclusa sit definitio ; quia forte ea ex quibus constat ratio talis, non praedicantur in eo quod quid est, vel excedunt substantiam definiti. Sed etsi * contingat quod talis ratio sit definitio, non tamen per syllogismum probatur quod definitio sit, ut ex supra dictis patet.

* Codd. - p: *set-*

* b f i: *aliquod,* 0

- 1: *aliquo.*

* a: om. *enim.* i

medio.
* *Hoc* ex codd., exc. o.

* Homo om. m FHIKLMO.
* *Est* om. h m. - Ap'm‘om-"e·

’ *cou.·,forta,- sis non solum.*

* f m i: *demon-*

’ C: *etiam si;* h etp.m.x: *si.*

certo colligitur ex hisce variantibus lectionibus, quod alias notavimus, nempe neque versione Boethiana, neque antiqua, quae habetur in Piana, usum s. Thomam fuisse, sed propria.

0) *Tamen praedicta via* **etc.-Codd., exc. ABNQ:** *sed tamen,* **ut in textu, Ἀλλχ συλλογισμὸ ὁμω ; AN: *sed,* om. *tamen;* B: *tamen praedicta via manifestationis ;* Q: *haec tamen praedicta* etc.**

1) *Per divisionem ad definitionem. —O* **om. *per;* CEFMOT et p.m. AD1NS: *ad divisionem,* sed erronee: unde in notatis codd. bene corrigitur in *definitionem.* Q om. *ad defin.; L: ad vel divisionem.***

x) *Quod non accidit* **etc.- ABCDEFGIKLMNOQS om. *non;* BCEG KLMS: *accidat;* FI: *accipiat;* H: *quod accidat, non autem in syllogistica probare;* B: *in syllogistica propositione.***

LECTIO QUINTA

UTRUM POSSIT DEMONSTRARI QUOD QUID EST ACCIPIENDO ID QUOD REQUIRITUR AD QUOD QUID EST

Ἀλλ' ἀρα εστι καὶ ἀποδεῖξαι το' τί ἐστι κατ' ουσίαν, ἐξ ὑπαθέσεω δε', λαβόντα το [Λεν τί ην είναι τὸ ἐκ τών ἐν τω τί εστιν ιδίων, ταδῖ δέ ἐν τω τί ἐστι μόνα, καὶ ἰδιον το παν; τοὕτο γάρ ἐστι τὸ είναι ἐκείνω,

"Η πάλιν εἴληφε το τί ην είναι καὶ ἐν τούτω ; ανάγκη γάρ διά τοῦ μέσου δεῖξαι.

Ἔτι ὡσπερ οὐδ' ἐν συλλογιστώ λαμβάνεται τί ἐστι τὸ συλλελαγίσθαι (ἀεῖ γάρ ὁλη η μέρο ἡ πρότασι , ἐξ ὡν ὁ συλλογισμό), οὑτω οὐδέ τὸ τί ην είναι δεῖ ἐνεῖναι ἐν τω συλλογισμω, ἀλλα χωρί τοὕτο τών κειμένων είναι, καὶ πρό τὸν ἀμφισβητοὕντα εἶ συλλελο'γισται η μη' τοὕτο, απαντάν ὁτι· τοὕτο γάρ ην συλλογισμό . Καὶ πρό τὸν οτι οὔ τό τί ην είναι συλλελόγισται, οτι ναί· τοὕτο γάρ ἑκειτο ἡμῖν τό τί ην είναι. "Ωστε ανάγκη καὶ ἀνευ τοῦ τί συλλογισμό η τοῦ τί ην είναι συλλελογίσθαι τι.

Καν ἐξ ὑποθέσεω δε' δεικνύη, οἰον ει τω κακω ἐστί τὸ διαιρετω είναι, τω δ' ἐναντίω τό τω ἐναντίω είναι, οσοι ἐστι τι εναντίον τό δ' αγαθὸν τω κακω ἐναντίον καὶ τὸ αδιαίρετον τω διαιρετω· ἐστιν ἀρα τὸ ἀγαθώ είναι τὸ ἀδιαιρέτω είναι.

Καὶ γάρ ἐνταῦθα λαβών τὸ τί ην είναι δείκνυστ

λαμβάνει δ* ει τὸ δεῖξαι το τί ην είναι. "Ετερον με'ντοι ἐστω· καὶ γάρ ἐν ταῖ ἀποδείξεσιν, οτι ἐστ'ι τόδε κατά τοὕδε, ἀλλά μη αυτό, μηδέ οὐ ὁ αυ'τό λόγο , καὶ αντιστρέφει.

Πρό ἀμφοτέρου δε',· τὸν τε κατά διαίρεσιν δεικνύντα και προ τὸν οὕτω συλλογισμόν, το αὐτό ἀπόρημα· δια τί ἐσται ὁ ἀνθρωπο ζωον δίπουν πεζόν, ἀλλ' οὐ ζωον καὶ πεζόν ; ἐκ γάρ τών λαμβανομε'νων οὐδεμία ἀνάγκη ε'στῖν εν γίνεσθαι τό κατηγορούμενον, ἀλλ' ὡσπερ αν ἀνθρωπο ὁ αὐτο' εῖη μουσικό καὶ γραμματικό .....

Πω ουν δη ο οριζοιχενο οει ει την ουσίαν η το τι ἐστιν ; οὐτε γάρ ὡ ἀποδεικνύ ἐξ ὁμολογουμένων είναι δηλον ποιη'σει ὁτι ἀνάγκη ἐκείνων ὁντων ἑ'τεοὸν τι είναι, ἀπόδειξι γάρ τοὕτο, οὐθ* ὡ ὁ ἐπάγων &ις τών καθ' ἑ'καστα δηλων ὁντων, οτι παν οὕτω τώ μηδέν ἀλλω · οὐ γάρ τί ἐστι δείκνυσιν, ἀλλ' ὁτι η ἐστιν η οὐκ ἐστιν. Τι οὐν ἀλλο τρόπο λοιπό ; οὐ γάρ δη δείξει γε τη αἴσθη'σει η τω δακτύλω.

* Sed utrum sit demonstrare quod quid est secundum substantiam ex conditione accipientem quod quid erat esse: quod est ex his quae sunt in eo quod quid est propriis ? Haec autem in quod quid est sola, et proprium est omne: hoc enim est esse illi. · Cap. vi. TcxI' 5'

An iterum accepit quod quid erat esse et in hoc? Necesse est enim per medium monstrare.

Amplius sicut neque in syllogismo accipitur quod quid est syllogizare (semper enim tota aut pars est propositio, ex quibus est syllogismus): sic neque quod quid erat esse oportet esse in syllogismo ; sed seorsum hoc appositis esse, et ad dubitantem an syllogizatum est, aut non est hoc, obviandum quoniam hoc erat syllogismus. Et adhuc quod neque quod quid erat esse syllogizatum est, quoniam utique est: hoc enim positum est nobis quod quid erat esse. Quare necesse est et sine eo quod quid est syllogismus, aut quod quid erat esse, syllogizare aliquid.

* Et si ex suppositione demonstret, ut si malo inest divisibile esse, in contrario autem est contrarium esse, in quibuscunque est aliquid contrarium, bonum autem malo contrarium est, et indivisibile divisibili : est itaque boni et indivisibile esse. ♦Text. 6.

Etenim hic accipiens quod quid erat esse, demonstrat;

accipit autem ad demonstrandum quod quid erat esse. Alterum tamen sit: et enim in demonstrationibus quoniam est hoc de hoc, sed non ipsum, neque cuius eadem ipsa ratio et convertitur.

Ad utrosque autem et secundum divisionem demonstrantem, et ad sic syllogismum, est eadem oppositio, propter quid est homo animal gressibile bipes, sed non animal et bipes. Ex acceptis enim neque una necessitas est unum fieri quod praedicatur, sed utique sicut homo idem erit et grammaticus et musicus.

* Qualiter igitur definiens demonstrabit substantiam, aut quod quid est? Neque enim sicut demonstrans ex certis esse, manifestum faciet quod necesse est, cum sint illa, alterum aliquid esse, demonstratio enim hoc est; neque sicut demonstrabit inducens per singularia cum manifesta sint, quoniam omne sic, eo quod nihil aliter est. Non enim quid est demonstrat, sed quoniam est aut non est. Quis igitur est alius modus relictus? Non enim monstrabit sensu aut digito. "Cap.vu.

Synopsis. — i. Argumentum et divisio textus.-2. Utrum contingat demonstrari quid sit aliquid secundum substantiam, accipiendo pro medio ea quae pertinent ad rationem ipsius quod quid erat esse. – 3. Disputatur pro parte negativa. Et primo, talis demonstratio est petitio principii. – 4. Deinde arguitur ex similitudine syllogismi: quia sicut definitio syllogismi non est aliquid eorum ex quibus procedit syllogismus (procedit enim ex propositionibus), ita syllogizans quod quid erat esse alicuius rei, non debet accipere quid sit quod quid erat esse. – 5. Videtur quod non possit demonstrari quod quid est unius rei ex quod quid est alterius rei. – 6. Nam primo, praefata demonstratio est iterum petitio principii. -7. Deinde, quia in omni demonstratione id quod accipitur pro principio demonstrationis, neque potest esse idipsum quod concluditur, neque aliquid quod habeat eamdem rationem et convertatur cum ipso. – 8. Additur ratio communis contra eum qui demonstrat ex suppositione ipsius quod quid est et contra eum qui demonstrat ex divisione. Nam definitio significat unum aliquid; ex his autem quae accipiuntur secundum vias divisionis et suppositionis ad definiendum, non est necessarium quod fiat unum praedicatum. – 9. Concluditur ex praemissis quod nullo modo potest demonstrari *quod quid est.*

1. ^4) ostquam Philosophus ostendit quod pnon potest demonstrari *qubd quid est,* JjSnec per convertibiles terminos, nec per viam divisionis, hic * ostendit ulterius quod non potest quod quid est demonstrari, accipiendo id quod requiritur ad quod quid est ". α

Cf. lect. ni, n.3.

α) *Id quod requiritur ad.* – Haec verba, quae P habet, omittuntur a codd., qui unanimiter legunt: *accipiendo quod quid* est.– Quae lectio expeditior videtur, et conformior modo loquendi quo saepius utitur s. Thomas in hac lectione. Lectio autem P habetur etiam supra lect. ni, n. 3. Sensus praesentis quaestionis in genere est: utrum possit demonstrari quod quid est rei per'definitionem, seu, quod idem est, per id

quod nullo modo quod quid est demonstrari possit; ibi: *Qualiter igitur definiens* * etc. Circa primum duo facit: primo, inducit rationes proprias ad propositum; secundo, inducit quamdam rationem communem ad id quod nunc dicitur, et ad id quod suPra * dictum est; ibi: *Ad utrosque autem*** etc. Circa primum duo facit: primo, ostendit quod non potest demonstrari quod quid est per hoc quod accipiatur id * quod pertinet ad rationem eius quod quid est; secundo, ostendit quod non potest demonstrari quod quid est huius rei, ex hoc quod accipitur quod quid est alterius rei; ibi: *Ex suppositione autem* * etc. Circa primum duo facit: primo, movet quaestionem; secundo, argumentatur ad propositum; ibi: *Aut iterum accipit* * etc.

2. Quaerit * ergo primo, utrum contingat demonstrare *quid sit aliquid? secundum suam substantiam,* ex tali suppositione, per quam accipiatur *quod quid erat esse* alicuius rei, ex illis conditionibus 7 quae sunt propriae * ei quod quid est. Puta si aliquis * probet quod animal gressibile bipes sit quod quid est hominis, accipiens pro medio quod haec ratio convertitur * cum homine, et constat ex genere et differentia> Haec autem sola requiruntur ad hoc * quod quid est, et totum hoc quod dictum est, est proprium ei quod quid est, quia est *esse* illi, scilicet ei quod est * quod quid est: quasi dicat quod * hoc quod est esse rationem convertibilem, *ex* genere et dinerentns constantem, est omnino idem ei quod quid est.

3. Deinde cum dicit: *An iterum accepit* etc., obiicit ad praedictam quaestionem duabus rationibus, ostendens quod non potest *quod quid est* praedicto modo demonstrari. Quarum prima est, quia sicut praemissi * modi demonstrandi deficiunt in hoc quod accipiunt id quod quaeritur, ita est in proposito. Accipitur enim et * in hoc modo probationis * quod quid erat esse; puta dum accipitur quod omnis ratio convertibilis, constans ex genere et differentiis, significat quod quid est: ct ita inconveniens est probatio. Necesse est enim id ad quod demonstratio inducitur, non supponere quasi medium; sed potius per aliud medium demonstrare.

4. Secundam rationem ponit ibi: *Amplius sicut neque in syllogismo* etc.; quae sumitur ex similitudine syllogismi. Cum enim aliquis syllogizat, non oportet quod J accipiat definitionem syllogismi ad syllogizandum; quia ea ex quibus procedit syllogismus, hoc modo se habent, quod semper quodlibet eorum est aut *tota propositio,* idest universalis seu *maior,* aut est *pars,* idest particularis seu *minor,* quae sumitur sub *maiori.* Et ita definitio syllogismi non est aliquid eorum ex quibus procedit syllogismus. Et similiter si aliquis velit syllogizare *quod quid erat esse* alicuius rei, non oportet quod accipiat quid sit quod quid erat esse: sed oportet hoc seorsum haberi * in mente, praeter ea quae ponuntur in definitione vel syllogismo. Huiusmodi enim rationes syllogismi et definitionis se habent in definiendo et syllogizando, sicut regulae artis, ad quas debet aspicere artifex in operando. Artifex autem * qui facit cultellum, non facit operando regulam, secundum quam operatur: sed secundum regulam, quam habet in mente, examinat an cultellus bene sit factus. Ita * etiam ille qui syllogizat non accipit rationem syllogismi in syllogizando: sed per rationem syllogismi * examinat syllogismum factum an sit bonus. Unde si aliquis dubitet, syllogismo * facto, an sit syllogizatum vel non, potent syllogizans obviare, ostendendo quod sit syllogizatum, ostendendo quod syllogismus sit tale aliquid. Similiter etiam ei qui intendit syllogizare quod quid erat esse, convenit ut habeat seorsum in mente rationem cius quod quid erat esse: ut si aliquis dicatη quod non est syllogizatum quod quid erat esse, ipse dicat quod immo, quia tale aliquid ponitur quod quid erat esse. Sic ergo patet quod syllogizans quod quid erat esse, neque*debet sumere quid est syllogismus, neque quid est quod quid erat esse*.

5. Deinde cum dicit: *Et si ex suppositione* etc., ostendit quod non potest demonstrari *quod quid est* unius rei. ex * *quod quid est* alterius rei. Et circa hoc duo facit: primo, proponit quod intendit; SCeundo, probat propositum; ibi: *Etenim hic** *accipiens* etc. Dicit ergo primo quod etiam* non probatur *quod quid est,* si aliquis velit hoc probare

'Num.9. ',LNumPßaec· • hi: aoc. •Num.5. • Num. 3. •codd.-r:Quae- p γ *propria,* aq n. • i· *si quis.* 'Codd., exc.OQ p. confer a *ur.* • *Hoc* ex codd., • *çuod est* ex h. iac.; fi: *quia est esse ei quod quid est.* 'cdeiknos: *quta;* mon recte: *quia autem;* item m: *quia hocestquod* • Lew. m et iv. • *Et* om. c.- *hoc demonstra-* ' n: *habere.* *codd.,exc.QT.-P: *enim.* J,£odd· 'P: Et e •Codd.,exc.c.-*r: de syllogismo.* " ζ n ·codd.-P: BOn. ⁑ h: *per;* alii *eo quod.* · Num.seq. · *Etiam om. rm.*

quod requiritur ad quod quid est, ut s. Thomas ait. Quae quidem quaestio generica in duas alias subdividitur. Nam si quod quid est potest demonstrari per definitionem, hoc erit vel i*, accipiendo definitionem definitionis (et haec t‘pars disputatur prioribus numeris, 2, 3, 4); vel 2·, accipiendo definitionem contrariam definitioni subiecti, cuius quod quid est demonstrandum suscipitur. Et de hac secunda quaestione sermo est n. 5 et seqq.-His disputatis, colligitur n. 9 ex praemissis quod quid est nullo modo posse, uti videtur, demonstrari.

β) *Demonstrare quid sit aliquid* etc. – FIQ: *demonstrare quod quid est sec.;* H: *quod quid sit see.* -Textus: τὸ τι ἐστι χατ' ουσίαν, *quod quid est secundum substantiam,* vel *essentiam:* in ultimo autem vers, huius lectionis Aristoteles habet τήν ουσίαν η τὸ τι εστιν, *substantiam aut quod quid est.* Notat Zabarella, in II *Poster.,* cap. v, fol. 124, coi. 2, quod per verba *secundum substantiam,* χατ' ουσίαν, voluit fortasse Aristoteles reiicere a praesenti consideratione illam definitionem, quae solam declarat nominis significationem (Cf. lib. I, lect. tl, n. 5 et not. 0): de hac enim definitione sermo non est, sed de illa quae essentiam rei significat. Et b. Albertus Magn.: « Quaerendum est, in-> *quit,* utrum sit demonstrare quod quid est secundum substantiam, » hoc est definitionem substantialem» (In II *Poster.,* Tract, n, cap. iv, pag. 621, coi. 1).

γ) £x *illis conditionibus* etc. – Duae conditiones quae propriae sunt definitioni, tanguntur a s. Thoma: una est quod definitio constet genere proximo ct differentia ultima; altera est quod definitio et definitum convertantur. Hinc vera definitio hominis est, *animal rationale: animal* enim est genus proximum hominis, quia illud immediate habetur statim ac subtrahitur differentia *(rationale),* qua ab aliis animantibus homo specie distinguitur. Deinde *homo* (definitum) et *animal rationale* (definitio) convertuntur, quia et vere *omnis homo est animal rationale,* et *omne animal rationale est homo.*

δ) *Non oportet quod* etc. – FI om. erronee *non;* D p. m.: *syll., ut oportet accipiat: ut oportet* utrum corrigatur in *non oportet ut,* an in *oportet ut non,* non liquet; pro *non,* I. p. m.: *al,* s. m.: *ut;* M: (om. *non) oportet ut.-β; accipiat rationem.* Alibi (1 *Perih.,* lect. x, not. e) diximus in huiusmodi rebus *rationem* et *definitionem* penes philosophos idem prorsus significare. Cf. infra in hoc ipso numero.

ε) *Per rationem syllogismi.* -Haec verba, quibus caret P, recipimus in nostra lectione auctoritate codd., exc. E, qui hab. lac. Non leviter enim ad perspicuitatem sententiae conferunt. – B: *examinat an syllogismus factus sit bonus.*

ζ) *Ostendendo quod sit syllogiqatum.* – Placet haec lectio codd. AC DELMNOQST et s. m. I; H pro *ostendendo* leg. *dicendo;* G non recte: *ostendendo quid sit syllogistica.* P omittit praefata verba cum BFK: sed haec omissio potest explicari ex recursu eiusdem vocabuli *ostendendo.* Revera in I, *sit syllogizatum ostendendo quod add.* marg.-Post alterum *ostendendo,* B: *quod sit tale aliquid syllogismus;* O: *scilicet quod sit tale aliquid;* D: *tale quid.*

η) *Ut si aliquis dicat* etc. – Hanc lectionem P habent codices, exc. B, qui non rcctc habet: *ut si aliquis negat hoc non esse quod quid erat esse, neque debet sumere* etc., intermediis om.

ex suppositione quod quid est alterius rei. Puta si aliquis sic procedat accipiens quod idem sit *esse* divisibili et malo, idest quod divisio sit quod quid est mali, et ulterius argumentetur sic: *In omnibus quae habent contrarium, contrarii est contrarium quod quid est* °; *sed bono est contrarium malum, et indivisibile est contrarium divisibili; sequitur ergo quod indivisibile sit quod quid est ipsius boni.* Et sumuntur ista exempla secundum opinionem Platonis *, qui posuit quod eadem est ratio unius et boni. Videmus enim quod unumquodque appetit unitatem sicut proprium bonum. Unum autem est idem quod indivisibile; et sic per oppositum sequitur quod malum sit idem quod divisib^e· Unumquodque * enim refugit ** divisionem sui, quia per hoc tendit ad diminutum et imperfectum.

6. Deinde cum dicit: *Etenim hic accipiens* etc., probat propositum, scilicet quod non possit demonstrari *quod quid est;* et hoc duabus rationibus. Quarum prima est, quia * etiam in hoc modo prodationis * demonstrat aliquis accipiendo quod quid esse, et ita accipit quod oportet probare *.

γ. Secundam rationem ponit ibi ʃ: *Accipit autem ad demonstrandum* etc.; et dicit quod non solum est inconveniens quod accipiatur *quod quid erat esse* ad demonstrandum, sed et * alterum inconveniens ht quod accipitur quod quid erat esse * ad demonstrandum quod quid erat esse: quia etiam in demonstrationibus in quibus probatur * hoc de hoc, puta passio de subiecto, accipitur pro medio quod quid erat esse, non tamen quod quid erat esse quod accipitur, est ipsummet debet concludi, vel aliquid * quod habeat eamdem rationem et convertatur. Eamdem autem rationem habet quod bonum sit indivisibile, et malum divisibile; et haec duo convertuntur, quia posito uno ponitur alterum *, et e converso.

8. Deinde cum dicit: *Ad utrosque autem et secundum divisionem* etc., inducit rationem communem contra eum qui demonstrat ex supposibone et * divisione; et dicit quod eadem oppositio habet locum contra utrosque, scilicet contra eum qui vult demonstrare quod quid est per divisionem, et contra eum qui utitur suppositione quod quid est in syllogismo. Manifestum est enim * quod definitio significat unum aliquid: unde ea quae ponuntur in definitione, ad significandum unitatem, debent poni absque copula; puta ut dicatur ' quod homo est animal gressibile bipes, non autem debet dici quod homo sit animal et bipes. Unde si aliquis vult probare quod quid est, oportet quod probet ex his *, quae assumuntur, fieri unum. Sed non est necessarium, secundum praedictas vias divisionis et suppositionis, quod ex his quae accipiuntur * ad definiendum, fiat unum praedicatum: sed poterit esse quod sint multa, puta si dicatur quod homo * est grammaticus et musicus. Videtur igitur quod secundum vias praedictas, non probetur quod quid est.

g. Deinde cum dicit: *Qualiter igitur definiens* etc., concludit ex praemissis quod nullo modo potest probari *quod quid est;* et dicit: si igitur neque per terminos convertibiles, neque per divisionem, neque per suppositionem demonstratur *quod quid est,* quomodo igitur definiens poterit demonstrare substantiam rei vel *quod quid est?* Iam * enim ex praemissis patet quod non probat *, sicut manifestum faciens ex his quae sunt per se nota, quod necesse sit alterum aliquid * sequi per ea quae dicta sunt, quod requiritur ad demonstrationem. Relinquitur autem praeter tres modos f quartus modus, qui est per inductionem. Sed nec contingit probare quod quid est per singularia manifesta, ita * scilicet quod aliquid praedicetur de omnibus, et non sit aliquid eorum quod aliter se habeat: quia sic inducendo * non demonstrabit quod quid * est, sed demonstrabit aliquid esse vel non esse, puta quod omnis homo est animal, vel nullus homo est lapis. Nullus autem alius modus relinquitur ad demonstrandum quod quid est: nisi forte modus demonstrationis qui est ad sensum, sicut cum * aliquid demonstratur digito. Manifestum est autem quod hic modus non potest competere in proposito: quia quod quid est non est obiectum sensus, sed intellectus, ut dicitur in III *De anima* *. Relinquitur ergo quod nullo modo possit demonstrari *quod quid est.*

0 Plato.-In *Parmenide.* " *effugit'm'* • 1 q: *quod.* \^emon,lra' κ erat λ '»■ *etiam,-u.: ad;* m: *quod.* » ex codd. p juorfM-ôm ' *i*. et ait.; n. et *uquum.* ' om-DrK v ·e*m *ex codd.* ·η·.a> *sumuntur.* ' «omoexcoda. * 1: *Ideo.* · h *om. ex praemissis.* * i: *procedat.* * g q: *aliquid alterum* om. *aliquid.* ξ * *Ita* ex codd. * L: *inductio.* * BCDEFCILQST et p.m. n *om.quod;* AK om. *quid.* *n *om.cum.-AH-quid* ex codd.;H: *aliquis.* • Cap. iv, n. 7 seqq.-Comment. s. Th. lect. viu.

0) *Contrarii est contrarium* etc. – Ex hoc exemplo intelligitur quae sit natura quaestionis propositae in hoc numero, utrum nempe possit demonstrari quod quid est unius rei cx quod quid est alterius rei. Idem enim est ac si quaeratur utrum essentia unius rei possit per suum oppositum demonstrari; accipiendo nempe pro medio demonstrationis, puta *malum* ad demonstrandum quod quid est, seu essentiam *boni,* quod est oppositum *mali.* Subtilis est haec quaestio: nam cum eadem sit ratio oppositorum, ut fert commune adagium, videtur primo adspectu quod unum oppositum per rationem alterius possit definiri. Sed notandum quod impraesentiarum sermo est non de notificatione quacunque, sed dc *demonstratione* essentiae. Conceditur quod unum oppositum manifestet aliquo modo alterum: sed negatur quod unum alterius definitionem demonstret nisi ex suppositione. – Hunc autem modum demonstrandi, non secus ac praecedentem (cf. n. 2), vocat Aristoteles *ex suppositione,* ἐξ ὑποθἰσεω , quia procedit ex supposita definitione alterius contrarii: quae quidem definitio, cum non possit non esse aeque ignota ac illa quae probanda suscipitur, nihil, nisi petendo principium, potest concludi, ut infra (nn.6,7) ostenditur (Cf. Zabarella, in II *Poster.,* cap.v, fol. 125, coi. 1).

1) *Secundum opinionem Platonis.* – *Est* lectio **codd.-P:** *secundum Platonem;* H: *secundum positionem Platonis.*

x) *Accipit quod oportet probare.* – *Hoc* est, petit principium. H non recte: *accipit quod quid erat esse, om. quod oportet probare.-Ex* his quae in sequenti numero disseruntur, discimus petitionem principii (cf. lib. I, lect. xxn, not. λ), formaliter loquendo, duplici ex capite offendi. Primo quidem, quando accipitur in principium demonstrationis illud ipsum quod debet concludi, vel aliquid quod eamdem rationem habet cum ipso: sicut si quis ad probandum quod triangulus habet summam trium angulorum aequalem duobus rectis, assumeret pro medio quod figura plana tribus lineis circumscripta habet tres angulos aequales duobus rectis. Probaret idem per idem, nam idem est triangulus et figura plana etc. – Alio modo, quando accipitur definitio oppositi eius quod est probandum. Nam cum oppositorum eadem sit ratio, patet quod si ignota est et demonstranda ratio unius oppositi, debet etiam esse ignota et demonstrari ratio alterius; et ideo nequit sine petitione principii una ad alteram demonstrandam assumi.

λ) *Secundam rationem ponit ibi.* – Hanc lectionem restituimus ex auctoritate omnium codd., seposita P: *deinde cum dicit; accip.Verba, et dicit* (quae unus M om.), satis manifestant necessitatem lectionis codd.

p) *Est ipsummet quod.* – Recipimus hanc lectionem codd. ABCDEH IKI.OST.-PM: *est ipsum videlicet quod;* FN corrupte pro, *met,* legunt *nec,* quod in N expungitur; G: *ipsum quod;* Q: *ipsum quod quid erat esse, quod.*

v) *Puta ut dicatur* etc. – Addimus *puta* ex codd., exc. B; A: *puta ut si dicatur;* HL: *puta si dicatur;* HM om. seq. *quod.*-Infra cod. Q om. verba *non autem,* usque ad *et bipes* inclusive. – ACDEKLNOST: *dici quod homo (homo* om. L) sit *et (G, et sit) animal et bipes;* B pro *bipes* habet *gressibile;* M: *sit et animal et gressibile et bipes.*

ξ) *Praeter tres* modos. – Modos nempe illos, quos Aristoteles expendit in hac et duabus praecedentibus lectionibus, nempe *terminorum convertibilitatem, divisionem* et *suppositionem.*

LECTIO SEXTA

UTRUM QUOD QUID EST POSSIT OSTENDI DEMONSTRATIONE VEL DEFINITIONE

Ετι πώ δείξει τό τί έστιν; ανάγκη γάρ τον εΐδότα το τί έστιν άνθρωπο η άλλο ότιοΰν, είδέναι καί ότι έστιν το γάρ [Λη ον ούδεί οίδεν ο τι έστίν, άλλα τί μέν σημαίνει ό λόγο η τό όνομα, όταν εΐπω τραγέλαφο , τί δ' έστι τραγέλαφο , αδύνατον είδέναι.

Άλλα μη'ν εί δείξει τί έστι καί ότι έστι, πώ τω αύτω λόγω δείξει; ό τε γάρ ορισμό έν τι δηλοΐ καί η άπόδειξι · τό δέ τί έστιν άνθρωπο καί τό είναι άνθρωπον άλλο.

Είτα καί δι άποδείξεώ φαμεν άναγκαΐον είναι δείκνυσθαι άπαν ότι έστιν, εί μη' ούσία εΐη. Τό δ' είναι ούκ ούσία ούδενί· ού γάρ γένο τό ον. Άπόδειξι άρ' έσται ότι έστιν. "Οπερ καί νυν ποιοΰσιν αί έπιστημαι. Τί μέν γάρ σημαίνει τό τρίγωνον, έλαβεν ό γεωμέτρη , ότι δ' έστι, δείκνυσιν. Τί ούν δείξει ό οριζόμενο τί έστιν; η τό τρίγωνον; είδώ άρα τι όρισμω τί έστιν, εί έστιν ούκ εΐσεται· άλλ' αδύνατον.

Φανερόν δέ καί κατά τού νυν τρόπου τών όρων ιό ού • δεικνύουσιν οί οριζόμενοι ότι έστιν. Εί γάρ καί έστιν έκ του μέσου τό ίσον, άλλα διά τί έστι τό όρισθέν; καί δια τί τοΰτ' έστι κύκλο ; εΐη γάρ άν καί ορειχάλκου φάναι είναι αυτόν. Ούτε γάρ οτι δυνατόν είναι τό λεγόμενον προσδηλοΰσιν οί όροι, ούτε ό'τι εκείνο ού φασίν είναι ορισμόν. Άλλ' άεί έξεστι λέγειν τό διά τί.

Εί άρα ό οριζόμενο δείκνυσιν η τί έστιν η τί σημαίνει τούνομα, εί μη' έστι μηδαμώ του τί έστιν, εΐη άν ό ορισμό λόγο όνόματι τό αύτό σημαίνων.

Άλλ' άτοπον. Πρώτον μέν γάρ καί μη ούσιών άν εΐη καί τών μη οντων σημαίνειν γάρ έστι καί τα μη' όντα.

'Ετι πάντε οί λόγοι ορισμοί άν είεν εΐη γάρ άν όνομα θέσθαι όποιωούν λόγω, ώστε όρου άν διαλεγοίμεθα πάντε καί ή Ίλιά ορισμό άν εΐη.

'Ετι ούδεμία έπιστημη άποδείξειεν άν ότι τούτο τούνομα τουτί δηλοΐ· ούδ' οί ορισμοί τοίνυν τοΰτο προσδηλοΰσιν.

Έκ μέν τοίνυν τούτων ούτε ορισμό καί .συλλογισμό φαίνεται ταύτόν ον, ούτε ταύτοΰ συλλογισμό καί ορισμό · πρό δέ τούτοι , ότι ούτε ό ορισμό ούδέν ούτε άποδείκνυσιν ούτε δείκνυσιν, ούτε τό τί έστιν οΰθ' όρισμω, ούτ' αποδείξει έστι γνώναι.

* Amplius autem quomodo monstrabit quod quid est? Necesse est enim scientem quod quid est homo, aut aliud quodcunque, scire quia est. Quod enim non est, nullus scit quod quid est; sed quid significat oratio quidem aut nomen, cum dico tragelaphus; quid autem est tragelaphus impossibile est scire. • Seq. cap. vn. Texi. 7.

At vero si demonstrabit quid est et quia est, et qualiter eadem ratione monstrabit? Definitio enim unum aliquid manifestat et demonstratio. Id autem quod quid est homo, et esse hominem, aliud est.

Postea et per demonstrationem dicimus necessarium esse demonstrare omne quia est, nisi substantia sit: esse autem nulla substantia est. Non enim est genus quod est. Demonstratio itaque erit quia est: quod vere et nunc faciunt scientiae. Quid enim significat triangulus, accipit geometra; quia autem est, demonstrat. Quid igitur monstrabit definiens? Quid est triangulus. Scieris itaque aliquis definitione quid est, si est non sciet. Sed impossibile est.

Manifestum autem est et secundum nunc modos terminorum, quod non demonstrant definientes quia est. Si enim et est ex medio aliquod aequale, sed propter quid est quod definitur, et propter quid est circulus? Esset enim utique et montis aenei dicere ipsum. Neque enim quia possibile sit esse quod dicitur, assignant termini, neque quod illud est, cuius dicunt esse definitionem; sed semper licet dicere et propter quid.

Si ergo definiens demonstrat aut quid est, aut quid significat nomen, si non est ullo modo eius quod quid est, erit utique definitio et ratio nominis idem significans.

Sed inconveniens est. Primum quidem, quia et non substantiarum utique esset definitio, et eorum quae non sunt; significare enim est et quae non sunt.

Amplius omnes rationes definitiones essent; esset enim utique nomen ponere cuilibet rationi. Quare terminis utique disputabimus omnes, et Ilias definitio erit.

Amplius neque una scientia demonstrat utique quia hoc nomen eius quod quid est significat: neque definitiones igitur hoc assignant.

Ex his igitur neque definitio et syllogismus idem videntur esse, neque eiusdem syllogismus et definitio. Adhuc autem quod neque definitio nihil demonstrat, neque monstrat. Neque quod quid est neque definitione, neque demonstratione cognoscere est.

Synopsis.— 1. Argumentum et divisio textus.-2. Praenotamen. Quia non entis non est aliqua quidditas vel essentia, quicunque scit quod quid est alicuius rei, debet scire rem illam esse, vel saltem esse possibilem. - 3. Quod quid est non potest ostendi per demonstrationem. Et primo, quia cum aliud sit *quod quid est* et aliud *quia est,* et demonstratio nonnisi unum concludat, non possunt una eademque demonstratione concludi *quid est* et *quia* est.-4. Deinde, quia per demonstrationem non concluditur nisi unum, quod est *esse* seu *quia est* rei demonstratae: si enim concluderetur *quod quid est,* hoc solum concluderetur, et illud posset sciri sine cognitione *an sit;* quod est impossibile. – 5. Tertio, manifestatur idem quod est conclusum in praecedenti ratione (quod scilicet demonstrans quid est, non demonstrat quia est), per exempia definitionum quae sunt in usu, quaecunque manifestant *quid est.-6.* Utrum quod quid est possit ostendi definitione? Disputatur pro parte negativa. Si enim quod quid est ostendi posset definitione, sequeretur quod definitio significans quod quid est, nihil esset aliud quam ratio significans idem quod nomen; quod est inconveniens. - 7. Nam primo, exinde sequeretur quod, cum etiam quae non sunt substantia, nec sunt universaliter entia, aliquo nomine significentur, definitio esset etiam non substantiarum et non entium. – 8. Deinde, sequeretur quod quaelibet oratio esset definitio, quia cuilibet orationi aliquid significanti imponitur nomen. – 9. Tertio, quia nulla scientia demonstrat quod tale nomen significet talem rem; ergo neque definitio significat solam nominis interpretationem. – 10. Epilogus praecedentium.

1. *0^ostquam Philosophus ostendit quod 'x- ||^Ζτηοη εοηί*ηοΐι demonstrare *quod quid 'ftest,* **inducendo per singulos modos** quibus aliquid demonstrari potest, hic ostendit propositum per rationes communes. Et circa hoc tria facit: primo, praemittit quoddam quod est necessarium ad propositum ostendendum; secundo, ostendit propositum; ibi: *At vero*

si demonstrabit quod quid est * etc.; tertio, epilogat quae dicta sunt; ibi: ***Ex his igitur neque definitio*** * etc.

2. Dicit ergo primo quod non videtur esse possibilis aliquis modus, quo aliquis demonstret *quod quid est esse* * hominis; et hoc ideo, quia necesse est quod quicunque scit quod quid est esse hominis, vel cuiuscunque alterius * rei, quod sciat rem illam esse *. Quia enim *non entis* non est aliqua quidditas vel essentia, de eo quod non est, nullus potest scire quod quid est; sed potest scire significationem nominis, vel rationem * ex pluribus nominibus compositam: sicut potest aliquis scire quid significat hoc nomen *tragelaphus* * vel *hircocervus,* quod idem est, quia significat quoddam animal compositum ex hirco et cervo; sed impossibile est scire * quod quid est hircocervi, quia nihil est tale in rerum natura.

3. Deinde cum dicit: ***At vero si demonstrabit quid est*** etc., ex eo quod praemissum est, procedit aci propositum ostendendum. Et * circa hoc duo facit: primo, ostendit quod non potest ostendi *quod quid est* demonstratione; secundo, quod non potest ostendi definitione; ibi: ***Si ergo et definiens demonstrat*** * etc. Circa primum ponit tres rationes; quarum prima talis est. Sicut definitio inducitur ad manifestandum aliquid unum, in quantum sci- '*cet ex Partibus definitionis fit unum ***per se,*** non* ***per accidens*** *, ita etiam oportet quod demonstratio, quae utitur definitione tanquam medio, unum aliquid demonstret: oportet enim conclusionem esse medio proportionatam. Et ita patet quod per unam et eamdem demonstrationem non possunt diversa demonstrari. Sed aliud est *quod quid est homo,* et *esse hominem:* in solo enim primo essendi Principio, quod est essentialiter ens, ipsum *esse* et *quidditas* cius est unum et idem; in omnibus autem aliis, quae sunt entia per participationem, oportet quod sit aliud *esse* et *quidditas* entis ". Non est ergo possibile quod eadem demonstratione demonstret aliquis *quid est* et *quia est.*

4. Secundam rationem ponit ibi: ***Postea et per demonstrationem*** etc.; quae talis est. Secundum commune sapientum dictum, necessarium est quod ***omne,*** idest totum * quod per demonstrationem demonstratur, sjt jpSurn *quja est,* nisi forte aliquis dicat quod hoc ipsum *quia est* sit substantia alicuius rei. Hoc * autem est impossibile. Hoc enim ipsum quod est * *esse,* non est substantia vel essentia * alicuius rei in genere existentis. Alioquin oporteret quod hoc quod dico *ens* esset genus, quia genus est quod praedicatur de aliquo in eo quod quid *. Ens autem non est genus **, ut probatur in III *Metaph.* * Et propter hoc etiam Deus, qui est suum esse, non est in genere. Si autem *quia est* esset substantia alicuius rei, simul cum aliquis ostenderet *quia est,* ostenderet *quid est,* et ita non totum quod demonstratio demonstrat, esset *quia est.* Illud autem est falsum. Ergo patet quod demonstratio solum demonstrat *quia* * *est.* Demonstrat enim enunciationem * aliquam, quae significat *esse* vel * *non esse.* Et hoc etiam apparet in processu scientiarum. Geometra enim accipit quid significat hoc nomen *triangulus,* et demonstrat *quod* * *sit,* puta cum demonstrat super lineam rectam datam * triangulum aequilaterum constituere. Si igitur aliquis demonstraret solum *quid est* triangulus, praeter morem demonstrationum quibus utuntur scientiae, non demonstraret hoc totum quod est triangulum esse, sed demonstraret solum hoc quod dico triangulum. Sicut enim propter hoc quod *esse* non est substantia rei, ille qui demonstrat *esse,* hoc solum * demonstrat; ita si aliquis demonstraret *quid est,* hoc solum demonstraret. Sequeretur igitur quod aliquis sciens per definitionem *quid est,* nesciret *an est,* quod est impossibile, ut ex praedictis * patet.

5. Tertiam rationem ponit ibi: ***Manifestum autem est secundum nunc*** etc.; quae per exempla consuetarum definitionum manifestat idem, quod in praecedenti ratione est conclusum, scilicet quod monstrans *quid est* non monstrat *quia est.* Unde dicit manifestum esse non solum secundum praedicta, sed etiam secundum modos *terminorum* *, idest definitionum, quae *nunc* sunt in usu, quod illi qui definiunt, non manifestant *quia est.* Puta qui definit circulum, dicens quod est aliquid ex cuius medio * lineae ad circumferentiam ductae sunt aequales, adhuc restat quaestio *propter quid* oporteat poni esse * id quod definitur; puta propter quid oporteat poni quod sit circulus, qui praedicto modo definitur. Convenit enim aliquam similem rationem dicere *montis aenei,* puta quod est corpus aeneum in altum et usquequaque diffusum; et tamen adhuc restat quaerere an sit aliquid * tale in rerum natura. Et hoc ideo quia termini, idest rationes definitivae, non declarant quod illud de quo assignantur, aut * *sit* aut *possibile* sit esse; sed * semper, assignata tali ratione, licet quaerere quare oporteat 7 tale aliquid esse. Sic

' Num. 3.
* Num. 10.
* *Esse* om. h, et ita infra.
* *Alterius* ex codd., exc.Q. Cf. text.
* Cf.lib.l.lcct.u, n. 5.
* λ: *orationem·*, b: *rationis.*
•Cf. Pen*., lib. I, lect. 111, n. 13.
• b d f i m q .-p: *sciri*; n om. Cf. text.
*£iex codd,—
' Num. 6.
Lo»od<i· 'PB: et
•Cf.iib.i,iect.x,
α
•codd.-putoz *pnmum Mum.*
'hoc autem m *te est quia,non.* -Firwxe.
• Cf. lect. m, n. 6 et not. γ; η. 8 et not. ζ.
" Cf. I *Perih.*, lect. vin, n. 6.
• Comm. s. Th. lect.vin.-Ed.Did. lib. II, cap. nt, n. 8, seqq.
* n erronee: *quid est.*
* η *enunciatio rem.*
* Codd. - p: *et.*
•nrcniM: *quid sit,* sed non rccte.
' Codd. - p: *datam contingit triang.*
* Cf. num. praec.
* Num. 2.
β
• Cf. I *Perih.*, lect. iv, n. 2.
* fi: *ex quibus mediae.*
* Cf. not. a.
* I: *hoc aliquid;* G: *quid,* - m om. *tale.*
* h: *an; n* om. *aut sit aut.*
* an: *et;* fi: *si.*
γ

α) *Aliud esse et quidditas entis.*-**Duo** hic distincte traduntur: unum est quod in omnibus rebus creatis *essentia* realitcr distinguitur ab earum *existentia;* aliud est quod vocabulo τοῦ esse s. Thomas designat *existentiam*. Primum est fundamentale in doctrina s. Thomae, ut omnes norunt, iliudque saepe s. Doctor inculcat. Alterum vero prae mente est habendum quoties de mente s. Thomae dubium occurrit. Quando enim *esse* sine addito ponitur, communiter intelligitur existentia; certissime autem esse pro existentia sumitur quoties, ut in hoc loco, *esse* comparatur cum quidditate seu essentia. « Omnis autem essentia vel quid- » ditas *(rerum creatarumJ* intelligi potest sine hoc quod aliquid in- » telligatur de esse suo facto. Possum enim intelligere quid est homo » vel phoenix, et tamen ignorare an esse habeat in rerum natura. Ergo » patet quod *esse* est aliud ab essentia vel quidditate. › (Opusc. *De ente et essentia,* cap. v. – Cf. ib. per tot., et cap. vi).

β) *Quae per exempla.* – Sic legimus cum codd., exc. FGI. PG om. *quae;* FI: *quam per exempla.* – G: *praedictarum rationem manifestat id quod* etc.; O: *manifestarum definitionem manif.;* Q: *consuetarum dictionum manif.* – ACENS: *manifestant idem;* D: *demonstrant* (s. m., *demonstrat') idem;* K: *manifestatur idem.*

Quoad exemplum de *monte aeneo* quod infra profertur, in textu graeco legitur ορειχάλκου. Non latuit scholasticos diversitas lectionis: nam b. Albertus Magn. in II *Poster.,* Tract. 11, cap. v, pag. 624, coi. 2, ait: «Arabica translatio non habet *montis*.*- Cf. Themist., Anonym., Eustrat., Philopon. in h. 1.; item Waitz op. cit. II *Poster,,* Comment cap. vn, pag. 3g3. – Sive autem ορειχάλκου dicatur de *circulo,* ut sonat littera nostra Aristotelis, sive de *monte,* et sic duplicetur exemplum, ut s. Thomas exponit, ad idem refertur: scilicet restat semper quaerere an et propter quid existât vel circulus aeneus, vel aeneus mons.

γ) *Quare oporteat.* – Est lectio codd., exc.· HT, quam Pianae suffecimus: *si oporteat.* Excepimus HT, sed hi tamen formam aliorum codd. exhibent: nam H: *propter quid oporteat;* T: *quia oportet.* Etiam L: *oportet.*

igitur patet quod impossibile est quod simul demonstretur *quid est* et *quia est.*

s 6. Deinde cum dicit *s: Si ergo definiens demonstrat* etc., ostendit quod non potest ostendi *quod quid est* definitione *. ducendo ad inconveniens. Unde primo, ostendit ‘ quid ex hoc sequatur; secundo, ostepdit illud quod sequitur esse inconveniens; ibi: *Sed inconveniens* * etc. Dicit ergo primo quod, cum5 ille qui definit, possit ostendere vel *quid est,* vel tantum *quid significat nomen* *, non propter hoc oportebit quod definitio sit manifestativa ipsius *quod quid est,* quod proprie ad definitionem pertinet: alioquin sequetur * quod definitio significans quod quid est, nihil sit aliud quam ratio significans idem quod nomen non * enim super talem rationem addit aliquid definitio, nisi quia significat essentiam alicuius rei. Unde si non sit aliqua res, cuius essentiam definitio significet, nihil differt definitio a ratione exponente significationem alicuius nominis.

* Cf. η. 3.

ε

• Num. scq.

ζ

*Cf. lib.I, lect.11, not. δ.

•a b e g k l n: *sequitur;* HMO: *sequeretur;* f: *requireretur.*

* Codd. - p: *nec.*

7. Deinde cum dicit: *Sed inconveniens est* etc., ostendit inconveniens esse quod definitio nihil sit aliud quam ratio exponens nominis significationem. Et h'oc tribus rationibus. Quarum prima est, quia contingit etiam ea quae nec sunt substantia 9, nec sunt universaliter entia, aliquo nomine significare. Quodlibet autem nomen per aliquam interpretationem exponi potest. Si ergo nihil aliud esset definitio quam ratio interpretativa nominis, sequeretur quod definitio posset esse ‘ *non substantiarum* et totaliter *non entium.* Quod patet esse falsum. Ostensum est enim in VII *Metaph.* * quod definitio principaliter quidem est substantiae, aliorum autem in quantum se habent ad substantiam.

0

l

^3’

“‘Vseqq3’’▾,v’

8. Secundam rationem ponit ibi: *Amplius omnes rationes* etc.; quae talis est. Cuilibet *rationi,* idest orationi aliquid significanti, est imponere aliquod nomen ei * correspondens, quod per illam rationem * manifestatur. Si ergo nihil aliud sit * definitio quam ratio interpretativa nominis, sequeretur quod omnes rationes essent definitiones: et ita sequetur quod % cum disputamus vel colloquimur ad invicem, ipsae * dispu-

‘ e l m: *oratio-nem.*

· codd., exc. *.- r: *est; s: potest.*

’ *Quod* « ci- *iP°ae."r'iUOd*

δ) *Deinde cum dicit* **etc. – In huius contextus interpretatione Zabarella putat Aristotelem hic velle disputandi gratia ostendere contrarium eius, quod immediate ante ostendit. Haec enim, inquit, est disputationis utilitas, ut, facta in utramque partem argumentatione, faciliorem inveniendae veritatis viam efficiamus. Quum igitur Aristoteles probaverit definitionem non posse ostendere quid est, nunc vult in contrariam partem probabiliter argumentari, et probare absurdum esse id quod ostensum est, et dicendum potius definitionem notificare quid est; ut inter contrarias disputationes dubii et perplexi manentes, mox ad ipsam rei veritatem indagandam convertamur. Probat igitur Aristoteles, iuxta Zabarellam, definitionem patefacere ipsum quid est, et, ad incommodum ducendo, ita argumentatur. Definitio alterum duorum omnino debet notificare, aut quid res sit, aut quid nomen significet: etenim inutile prorsus esset aliquid definire, si per definitionem nihil notificaretur. Quum itaque duorum alterum ostendere debeat (quandoquidem nil aliud apparet, quod per ipsam notificari possit, praeter illa duo), ergo, si vera est argumentatio praecedens, et dicamus definitionem non ostendere quid est, relinquitur ut nil per eam aliud ostendatur quam quid nomen significet. At hoc absurdum est (ut probat Aristoteles tribus rationibus, quas hnbes nn. 7, 8, 9): ergo et absurdum est antecedens, quo dicebatur definitionem non ostendere ipsum quid est.-Haec Zabarella in II *Poster.,* cap. vi, fol. 127, col. 3 et seq. Hanc interpretationem idem auctor affirmat esse Averrois, sed utrum Averroes id senserit difficile est affirmare: satis enim obscure loquitur in Comment, vu in II *Poster.* – Eustratius, in II *Poster.,* hunc locum (*Si ergo definiens* etc.) ita exponit: « Reliquum est, cum definitio duorum alterum ostendere debeat, vel quid est res, vel quid significat nomen; nequaquam autem ostendit quid est res, sicut dictum est; indicat ergo quid significat nomen, ut nihil aliud sit definitio quam ratio, aeque ac nomen, significans » (Alexandri Aphrodis. et Eustratii in II lib. *Poster.* Commentaria, interprete Andrea Gratiolo, pag.42, col. 1.- Venetiis 1568). B. Albertus Magn. in II *Poster.,* Tract. 11, cap. vi, pag. 620, col. 2: < Si ergo, *inquit,* aliquis dicat quod definitio » *non* semper demonstrat quid est res secundum quod quid est de re, » sed aliquando demonstrat quid significat nomen, hoc est nominis » definitionem sive significationem, et sic demonstrat quid est aliquo » modo; ostendemus quoniam definiens non demonstrat definitionem » nominis, sicut non demonstrat definitionem rei. > Cf. Themistium in 11 *Poster.,* cap. ix, pag. 34; Philoponum ib., § *Quod quidem nunc faciunt,* pag. 121, col. 2, Ed. graec. pag. 209; Anonymum ib., pag. 118, col. 2, Ed. graec. pag. 266; Lincoln, ib., cap. 11, § *Manifestum autem* etc., fol. 33, col. i; Aegidium ib., § *Si ergo definiens* etc., fol. ℓ12, col. 4 et seqq.; Caietanum ib., cap. vi, *conclus, tertia, § Quod quid est non demonstrabile* etc., fol. 80, col. 2; Sylvestr. Maurum ib., cap. iv. n. 12, pag. 385; Toletum ib., cap. vu, n. 4, fol. 219, col. 1; Dominic, a Flandria ib., qu. vi, artic. 11.**

S. Thomae expositio est: Si definitio τοῦ quod quid est posset ostendi definitione, haec definitio ostensiva esset vel definitio realis, significans nempe quod quid est, vel esset definitio significans nominis interpretationem. Sed non prima: nam ad cognoscendum quod quid est requiritur cognitio *quia est,* quod non per definitionem sed per snlam demonstrationem cognoscitur, ut probatum est in praecedentibus. Ergo quod quid est non posset ostendi nisi per definitionem significantem nominis interpretationem. Quo posito, sequitur quod definitio ostendens quid significat nomen idem sit ac definitio ostendens quid sit res (ostenderet enim in hac hypothesi quod quid est rei). Atqui haec illatio est inconveniens, ut probatur n. 7, seqq. Ergo falsum est quod *quod quid est* possit ostendi vel definitione significante quid rei, vel definitione significante nominis interpretationem.

ε) *Unde primo ostendit* etc.-P habet: *Unde primo, proponit; secundo, ostendit quid ex hoc sequatur; ibi* etc.– Sed DG1KLMNST ct p. m. AC legunt: *Unde primo ostendit* (1L, *ostendit primo) quid* (AG,' *quod) ex hoc sequatur* (G, *sequitur); ibi.* Huius lectionis defectuosae (quae tamen videtur primorum apographorum) ceteri codd. (O h. lac.) et P exhibent correctiones: A s. m. ut nos in textu; B: *sequatur; secundo ostendit hoc esse inconveniens; C* marg.: *secundo, ostendit illud esse inconveniens, quod sequitur ex hoc,* legenda inter *sequatur* et *ibi;* E: *sequitur; secundo, ostendit hoc, scilicet quod sequitur, esse inconveniens et impossibile; ibi;* H: *sequatur; secundo, manifestat hoc inconveniens; ibi;* Q (om. *Unde... sequatur) secundo, ostendit quod ex hoc sequitur; ibi.* Alia correctio (quam scriptor non intellexit) eruitur exF: *Unde ostendit primo circa hoc duo facit: primo, ostendit quid ex hoc sequitur; secundo, ostendit id inconveniens; ibi.* Correctionem cod. A recipimus, ut aliis veriorem.

ζ) *Quod, cum.* – Est lectio P, edd. Ven., ct fere omnium codd. – C s. m.: *quod si ille.*-DL om. tum *si* tum *cum,* sed *cum* add. marg. D; Q: *quod ille qui definit licet possit ostendere quod quid est vel tantum* etc.- H: *ostendere quod quid est, non tamen quid significat* etc.-A s. m.: *nomen, ideo propter hoc quod non oportebit.*

η) *Nihil sit aliud quam ratio significans idem quod nomen.* – Postillator cod. C addit in margine hanc notulam: *non intelligo hic Expositorem, et credo esse hic defectum in litera.* – Quid praecise non intellexit in hac expositione s. Thomae, postillator non dicit; hinc non possumus determinate respondere. Neque ex nostris codd. potuimus deprehendere utrum sit defectus in hac s. Thomae littera.

In declarationem definitionis quid rei et quid nominis affero quae Caietanus habet in II *Poster.,* cap. vi, § *Circa tertiam conclusionem* etc., fol. 80, col. 4. « Adverte primo, *inquit,* quod definitio *quid nominis* ita differt a definitione *quid rei,* sicut ipsum quid nominis differt a quid rei *(definitio enim et definitum convertuntur).* Haec autem duo... ex hoc differunt, quod alterum est rei significatae quidditas, alterum est quidditas ipsius nominis (c/. *lib. I., lect. n, n. S et not.* δ). Huius ratio in significatione consistit; et propterea definitio quid nominis nihil aliud est quam nominis interpretatio. Definitio autem quid rei est essentialium ipsius rei explicativa oratio. Unde et si utraque definitio explicet quid per nomen importatur, illa tamen nominis significationem declarando, .ista autem rem significatam distincte dilucidando a prima potentia usque ad ultimum actum. Et ideo inquit Aristoteles quod, si nomine non significetur essentia aliqua, vel declaratio nominis non explicet essentiam aliquam, definitio, idest definitio quid rei, quae simpliciter vocatur definitio, non differt a ratione nominis. – Advertendum dupliciter *(secundo),* quod ex hoc loco *(n. 8)* habetur quod quid nominis non debetur complexis, ut sic *(cf. lib. J, lect.* n, *n. 3 et not.* γ), sed ut complexa ad incomplexionis formam ducuntur, dum aliqund nomen toti complexo imponitur, ut historiae troianae *Hias:* inquit enim Aristoteles hic, volens probare omnes orationes esse definitiones, quod eis nomen aliquod imponi posset, ut *Ilias;* et sic oratio interpretans illud nomen esset definitio, sicut et esset ratione nominis. »

0) *Ea quae nec sunt substantiae.-G* om. *ea quae;* sed est error.· BN et p. m. A om. *nec;* at error corrig. in A: *non sunt;* et *non* etiam Q. A: *substantiae.*

1) *Posset* esse.-Est lectio codd., exc. GOQ. – P: *esset:* GO: *possit* esse.-Q, omissis *posset esse* et omnibus sequentibus, pergit: *omnes rationes essent definitiones* (linea septima num. 8).

tationes vel collocutiones nostrae sint * quaedam definitiones; et similiter sequetur * quod Ilias, idest poema Homeri de bello Troiano, sit quaedam definitio.

9. Tertiam rationem ponit ibi: *Amplius neque una scientia* etc.; quae talis est. Nulla scientia demonstrat quod tale nomen significet * talem rem. Nomina enim significant ad placitum; unde oportet hoc supponere secundum voluntatem instituentis *. Manifestum est autem quod in qualibet scientia dantur aliquae definitiones x. Manifestum est ergo quod definitiones non significant hoc, scilicet solam nominis interpretationem.

10. Deinde cum dicit: *Ex his igitur neque definitio* etc., epilogat quae disputative praemissa sunt λ. Et dicit quod ex praemissis videtur sequi quod definitio et syllogismus non sunt idem, neque de eodem; et quod definitio nihil * demonstret *, quia non est de eodem de quo est demonstratio. Et similiter videtur esse ostensum quod non est possibile cognoscere *quod quid est,* neque per definitionem *, neque per demonstrationem; quia definitio solum ostendit *quid* "I, et demonstratio ostendit *quia est.* Sed ad cognitionem *quod quid- est* requiritur cognitio *quia* est, ut dictum est.

* HQ: *essent.* - f hi om. *quaedam.* * HF: *sequeretur;* bcgiq: *sequitur.*

• BF1Q: *sigficat.*- κ: *talem rationem.*

* Cf. I *Perther.f* lect. », n. 8. x

demonstrat.

λ

**:«<"‹·

· aboehkmnoqst:

* *n·. suppositio-*

Hem' μ

x) ***Manifestum est autem quod in qualibet scientia dantur aliquae definitiones.*** **– Haec desiderantur in P, et restituuntur ex unanimi codd. auctoritate. – F:** ***causantur, pro dantur; O*** **om.** ***aliquae definitiones.***

. λ) ***Epilogat quae disputative praemissa sunt.*** **– « Circa totam habitam disputationem a secundo capite huc usque, notandum est,** ***inquit Caietanus,*** **quod Aristoteles proposita quatuor (Cf. lect. 11, n. 2) fideliter executus est, licet primum et secundum simul disputaverit; et subtili discursu cunctos pertransiit modos, quibus quod quid est demonstrari aut introduci possit. Septem namque modos adduxit, quibus quod quid est imaginatur induci, scilicet per veram demonstrationem, per divisionem, per artem definitivam, per oppositum, per inductionem, per admixtionem cum** ***si est*** **seu** ***quia est.*** **et per quid nominis, ut patet ex dictis. Praeter hos enim modos non facile est octavum invenire » (In II** ***Poster.,*** **cap. vi, fol. 80, coi. 4).**

p.) ***Ostendit quid*** **etc. – B:** ***ost. quod quid;*** **HT:** ***ost. quid est.*** **– Codd., exc. Q:** ***sed demonstratio.*** **– Q:** ***per demonstrationem ; et demonstratio ostendit quia est, definitio solum quid. Sed ad cognitionem*** **etc. – B infra omittit** ***cognitio quia est.***

LECTIO SEPTIMA

DE DUOBUS MODIS, LOGICO ET DEMONSTRATIVO, MANIFESTANDI QUOD QUID EST

Πάλιν δέ σκεπτέον τί τούτων λέγεται καλώ καί τί ού καλώ , καί τί έστιν ὁ ορισμό , καί τοΰ τί έστιν άρά πω έστιν άπόδειξι καί ορισμό η ού.δαμώ .

* Iterum autem speculandum est quid horum dicitur bene et quid non bene; et quid sit definitio, et eius quod quid est numquid quodammodo est demonstratio aut definitio, aut nullo modo. * Cap. vm. E '

Έπεΐ δ' έστίν, ώ έφαμεν, ταύτον το εϊδέναι τί έστι καί το' εϊδέναι το αίτιον τοΰ τί έστι· λόγο δέ τούτου, δτι έστι τι το' αίτιον καί τοΰτο ή το' αύτο' ή άλλο, καν η άλλο, ή άποδεικτόν ή άναπόδεικτον εΐ τοίνυν έστιν άλλο καί ενδέχεται άποδεΐξαι, άνάγκη μέσον είναι το αίτιον καί έν τω σχήματι τω πρώτφ δεικνυσθαι· καθόλου τε γάρ καί κατηγορικόν το' δεικνύμενον. Ει μέν δη τρόπο άν είη ὁ νϋν έξητασμένο , το' δι άλλου τό τί έστι δείκνυσθαι. Των τε γάρ τί έστιν άνάγκη τό μέσον είναι τί έστι, καί των ιδίων ίδιον. "Ωστε τό μέν δείξει τό δ* ού δείξει τών τί ην είναι τω αύτω πράγματι. Ουτο μέν ούν ὁ τρόπο οτι ούκ άν είη άπόδειξι , είρηται προτερον άλλ' έστι λογικό συλλογισμό τοΰ τί έστιν.

Quoniam autem, sicut diximus, idem est scire quod quid est, et scire causam ipsius si est. Ratio autem huius est, quoniam est aliqua causa. Et haec aut eadem aut alia est. Et si utique alia est, aut demonstrabilis aut indemonstrabilis est. Si igitur est alia et contingit demonstrare, necesse est medium causam esse, et in figura prima demonstrari. Universale enim et praedicativum est quod demonstratur. Unus quidem igitur modus nunc exquisitus per aliud quod quid est monstrare: horum enim quod quid est necesse est medium esse quid est, et propriorum proprium. Quare hoc quidem monstrabit, illud vero non monstrabit, eorum quod quid erat esse eiusdem rei. Hic quidem igitur modus quod non sit demonstratio dictum est prius; sed est logicus syllogismus ipsius quod quid est.

“Ον δέ τρόπον ενδέχεται, λέγωμεν, ειπόντε πάλιν έξ άρχή . "Ωσπερ γάρ τό διότι ζητοΰμεν έχοντε τό ότι, ένίοτε δέ καί άμα δήλα γίνεται, άλλ' ούτι πρότερόν γε τό διότι δυνατόν γνωρίσαι τοΰ ότι, δήλον ότι ού.οίω καί τό τί ην είναι ούκ άνευ τοΰ ότι έστίν άδυ'νατον γαρ εϊδέναι τί έστιν, άγνοοΰντζ ει έστιν.

Quo autem modo contingat dicemus, dicentes iterum ex principio. Sicut enim propter quid quaerimus habentes quia, aliquando autem et simul manifesta fiunt; sed neque prius propter quid possibile est cognoscere quam quia; manifestum est quod similiter et quod quid erat esse non sine quia est. Impossibile enim est scire quid est, ignorantes si est.

Τό δ' εί έστιν ότέ μέν κατά συμβεβηκύ έχομεν, ότέ δ' έχοντέ τι αύτοΰ τοΰ πράγματο , οίον βροντήν, ότι ψόφο τι νεφών, καί έκλειψιν, ότι στέρησί τι φωτό , καί άνθρωπον, ότι ζωο'ν τι, καί ψυχη'ν, ότι αύτό αύτό κινούν.

Hoc autem si est, aliquando quidem secundum accidens habemus, aliquando vero habentes quid ipsius rei; ut tonitruum, quoniam sonus quidam nebularum est, et defectum , quoniam privatio quaedam luminis est, et hominem , quoniam animal quoddam est, et animam, quoniam seipsum movens.

"Οσα μέν ούν κατά συμβεβηκύ οϊδαμεν ότι έστιν, άναγκαΐον μηδαμώ εχειν πρύ τύ τί έστιν ούδέ γαρ.ότι έστιν ϊσμεν τύ δέ ζητεΐν τί έστι μη έχοντα ότι έστι, μηδέν ζητεΐν έστίν καθ' όσων δ' έχομέν τι, ραον. "Ωστε ώ έχομεν ότι έστιν, ούτω έχομεν καί πρύ τό τί έστιν.

Sed quaecunque quidem secundum accidens scimus quia sunt, necesse est nullo modo habere se ad quid est. Neque enim scimus quia sunt: quaerere autem quid est, non habentes quia est, nihil quaerere est. Secundum quaecunque autem habemus quid, facile est quaerere. Quare quemadmodum habemus quia est, sic habemus ad id quod quid est.

Ών ούν έχομέν τι τοΰ τί έστιν, έστω πρώτον μέν ώδε· έκλειψι έφ' ού τό A, σελη'νη έφ' ού Γ, άντίφραξι γη έφ' ού B. Το μέν ούν πότερον έκλείπει ή ού, το B ζητεΐν έστίν, άρ' έστιν η ού. Τοΰτο δ' ούδέν διαφέρει ζητεΐν η εϊ έστι λόγο αύτοΰ. Καί έαν ή τοΰτο , κάκεϊνό φαμεν είναι. "Η ποτέρα τη άντιφάσεώ έστιν ὁ λόγο , πότερον τοΰ έχειν δύο όρθα η τοΰ μη έχειν. "Οταν δ'.εύ'ρωμεν, άμα τό ότι καί τό διότι ϊσμεν, άν διά μέσων ή· ει δέ μη', τό ότι, τύ διότι δ' ού. Σελη'νη Γ, έκλειψι A, τύ πανσέληνου σκιάν μη δύνασθαι ποιεΐν μηδενύ ημών μεταξύ οντο φανερού, έφ' ού B. Εϊ τοίνυν τω Γ ύπάρχει τό B τό μή δύνασθαι ποιεΐν σκιάν μηδενύ μεταξύ ημών όντο , τούτω δέ τύ A τύ έκλελοιπέναι, ότι μέν έκλείπει δήλον, διότι δ' ούπω, καί ότι μέν έκλειψί έστιν ϊσμεν, τί δ' έστίν ούκ ϊσμεν. Δη'λου δ' όντο οτι τό A τω Γ ύπάρχει, άλλα διά τί υπάρχει, το ζητεΐν τό B τί έστι, πότερον άντίφραξι ή στροφή τή σελήνη ή άπόσβεσι . Τοΰτο δ' έστίν ὁ λόγο τοΰ ετέρου άκρου, οίον έν τούτοι τοΰ A· έστι γαρ ή έκλειψι άντίφραξι ύπό γή . Τί έστι βροντή; πυρό άπόσβεσι έν νέφει. Διά τί βροντά; δια τό άποσβέννυσθαι τό πΰρ έν τφ νέφει. Νέφο Γ, βροντή A,

Quorum igitur habemus aliquid ipsius quod quid est, primum quidem sit defectus in quo A, luna in quo C, oppositio terrae in quo B. Utrum quidem igitur deficit aut non, B quaerere est utrum est aut non. Hoc autem nihil differt quaerere, quam si est ratio ipsius; et si sit hoc, et illud dicimus esse. Aut qualis contradictionis est ratio? utrum habendi duos rectos aut non habendi? Cum autem inveniamus, simul quia et propter quid est scimus, si per media sit. Si vero non, quia; propter quid autem non. Sit igitur luna C, defectus A, lunam plenam umbram non posse facere nullo nostrum medio existente manifesto, in quo B. Si igitur in C est B, quod est lunam non posse facere umbram cum nullus nostrum medius sit, in hoc autem A quod est deficere: quia deficit quidem manifestum est, sed propter quid nondum; et quia defectus est quidem scimus, quid autem est nescimus. Cum manifestum autem est quia A in C sit, sed propter quid, est quaerere B, est quaerere quid est, utrum si obiectio, aut conversio lunae, aut extinctio. Hoc autem est ratio alterius termini, ut in his quae sunt ipsius A: est enim defectus obiectio terrae. Quid est tonitruum? ignis extinctio in nube. Propter quid tonat? propter extingui ignem in nube. Sit.

αποσβεσι πυρά το Β. Τω οη Γ τω νεφει υπάρχει το Β· άποσβεννυται γάρ έν αύτω το πυρ" τούτω το Λ, φο'φο. Καί έστι γε λο'νο το' Β τοΰ Α τοΰ προίτου άκρου. "Αν δέ πάλιν του'του άλλο μέσον η, εκ τών παραλοίπων έσται λο'γων.

Ω [χέν τοίνυν λαμβάνεται τό τί έστι καί γίνεται γνώριμον, ειρηται, ώστε συλλογισμό μέν τοΰ τί έστιν ού γίνεται' ούΓ άπο'υειξι, δηλον μέντοι διά συλλογισμού καί δι άποδείξεω · ώστ' οΰτ' άνευ άποδείξεω έστι γνώναι τό τί έστιν, ού έστιν αίτιον άλλο, ούτ' έστιν άπο^ειξι αύτοΰ, ώσπερ καί έν τοΐ διαπορη'μασιν είπομεν.

nubes C, tonitruum A, extinctio ignis B. In C igitur nube est B, extinguitur enim in ipsa ignis; huic autem A sonus, et est B ratio ipsius A primi termini. Si autem iterum huius aliud medium sit, ex reliquis erit rationibus.

Quomodo quidem igitur accipitur quid est et fit notum, dictum est: quare syllogismus quidem ipsius quid est non fit, neque demonstratio; manifestum tamen est per syllogismum et demonstrationem. Quare neque sine demonstratione est cognoscere quid est, cuius est causa alia, neque est demonstratio ipsius, sicut et in oppositionibus diximus.

Synopsis. — **1. Textus argumentum et divisio. – 2. Praenotiones quaedam. –** *a)* **Quia oportet quod eius quod est rem esse, sit aliqua causa; ideo idem est de re aliqua scire** *quid est,* **et scire causam quaestionis** *an sit;* **sicut idem est scire** *propter quid,* **et scire causam quaestionis** *quia est. – b}* **Causa autem essendi alicuius rei aut est eadem cum ipsius rei essentia (uti sunt causae materialis et formalis); aut est alia a rei essentia (causae efficiens et finalis). Ex causa efficiente non potest fieri demonstratio effectus, quando effectus non ex necessitate sequitur causam agentem. Sed per causam finalem, supposito fine, sequitur ex necessitate quod sit id quod est ad finem: hinc facta tali suppositione, fieri potest demonstratio per causam finalem ad concludendum id quod est ad finem. – 3. De modo logico manifestandi** *quod quid. – Quoties esse* **causa est ipsa essentia, et simul habeatur aliqua causa ab essentia ipsa diversa, quae talis sit per quam possit demonstrari (secundum quod dictum est in praenotamine** *b),* **potest per unum** *quid est* **(hoc est per unam causam) concludi aliud (seu alia essendi causa). Attamen licet conclusio sit demonstrativa, quatenus conclusio, est solummodo logica seu probabilis, quatenus concludit quod quid est. Concluditur enim propositio, in qua praedicatum affirmatur de subiecto; quin tamen demonstretur praedicatum conclusum esse quod quid est, seu esse ipsum subiectum definitum.-4. Textus subdivisio.– De modo quo in aliquibus manifestatur quod quid est per demonstrationem, in sensu num. praeced. – 5. Praenotamen primum ad solutionem quaestionis. Comparatio quod quid est ad propter quid. De re aliqua potest a nobis cognosci** *quia,* **et ignorari** *propter quid;* **potest utrumque simul cognosci; sed impossibile est ut cognoscatur propter quid et ignoretur quia. Similiter potest sciri** *quia* **(quia res simpliciter est, seu** *si sit* **vel** *an sit)* **ignorato** *quod quid erat* **eius; potest utrumque simul cognosci; sed impossibile est cognoscere quod quid erat, ignorato an sit. – 6. Praenotamen alterum. Rem aliquam esse (quia est simpliciter, seu an sit), quin sciamus** *perfecte* **de ipsa quid est, scire possumus dupliciter: uno modo per aliquod eius accidens; alio modo, si res est composita, per aliquid essentiae eus. – 7. Praenotamen tertium. Quia autem accidentia neque vere manifestant nobis quod res sint, ideo nullo modo accidentia se habent ad hoc quod cognoscamus de rebus** *quid est.* **– 8. Per exempla eclipsis lunae et tonitrui manifestatur modus demonstrativus ostendendi quid rei per causam, quae est propter quid, et assumitur ut medium syllogizandi. – 9. Epilogus.**

1. ostquam Philosophus disputative inuisivit * qualiter cognoscatur definitio *quod quid est,* hic determinat veriVM^^tatem *. Et primo, dicit de quo est intentio; secundo, exequitur propositum; ibi: *Quoniam autem sicut diximus* * etc.; tertio, epilogat quae * dicta sunt; ibi: *Manifestum est igitur ex dictis* * etc. Dicit ergo primo quod iterum post disputativum processum, considerandum est, determinando veritatem, quid praedictorum dicatur bene et quid non bene: et hoc * tam circa ipsam definitionem, ut consideremus quid sit ipsa definitio, quam etiam circa ipsum *quod quid est,* ut consideremus utrum possit aliqualiter manifestari demonstratione vel definitione, vel nullo modo.

2. Deinde cum dicit: *Quoniam autem sicut diximus* etc., exequitur propositum. Et primo, quantum ad ipsum quod quid est; secundo, quantum ad definitionem, quae est ratio significativa eius; ibi: *Definitio autem quoniam dicitur ratio** etc. Circa primum, ponit duos modos manifestandi *quod quid est.* Et primo, ponit modum logicae probationis; secundo, modum demonstrativae probationis; ibi: *Quo autem modo contingat* * etc. Circa primum, resumit * primo id quod supra manifestatum est *, scilicet quod idem est scire *quid est,* et scire causam quaestionis *an est;* sicut idem est scire *propter quid,* et scire * causam quaestionis *quia est. Ratio autem huius,* scilicet quod idem sit " scire quid est, et scire causam

- cf.lect.n, not.
• Codd. - p: *utramque peritatem.*
‘ Num. seq.
• *ex, ea quae,*
• Lect. seq. n.n.
an om.*hoc.*
’ Lcct. seq. n. 5.
‘Num.4.
-codd.-p:^-
‘TJct.^, n.4, seqq'
f sare om.».
«

a) *Idem sit scire* **etc. –** *Sit* **legimus cum ACDEGKLMNST, loco τοΰ** *est* **PBFHIOQ. – BF1MQ pro** *ipsius* **leg.** *quaestionis,* **H: *huius,* N: *quaestionis ipsius,* sed *quaestionis* expung.; FI:** *si ita est oportet;* **H: si** *esset ista est.* **Cum codd. ABCDEHKMNOQS legimus: *si est, ista est;* PGL:** *si est ita, est;* **T om.** *ista est.* **– ADEGKLMNST:** *quod oportet.*

S. Thomas legit ergo, *si est,* **sicut versio nostra habet; textus autem graecus, qui lectioni praefigitur, habet τι έστι. At Waitz huic lectioni sufficit aliam, nempe εί έστι, quam,** *inquit,* **Boethius, vet. intp. lat., Philoponus, paraphr. Ricc., codices meliores et Edd. ante Pacium pleraeque tuentur. Et hanc recitat et exponit s. Thomas. Philopono legenti εί εστι (11** *Poster.,* **pag. 211) consentit Eustratius in versione latina (ib. pag. 48, col. 2, Ed. cit.), Themistius in Jl** *Poster.,* **cap. x, pag. 84. At Anonymus legit τι έστιν (Ed. cit. Philop., pag. 266), et hanc lectionem recipiunt Casaubonus Il** *Poster.,* **cap. vnt, pag. l 33, Du-Vallius ib., pag. 23g, Brandisius et Didot. Ed. lamen Basil. 153g retinet εί έστι, et εί έστι habet. Ed. Aurel. Allobr. cum Praefat. Pacii (cf. supra lect. tv, not. η; et Alb. Fabric.** *Biblioth. gra.ee.* **Vol. Ill, pag. 333. Kamburgi, tygS). -Suae autem nostraeque lectionis rationem reddit Waitz in haec verba: « Quomodo,** *inquit,* **» explicanda sit (lectio εί εστιν) facile intelligitur ex huius libri cap. 1 et » 11, ubi opponitur τό εί έστι τω τί έστιν. Nam si ad quaestionem τοΰ » εί έστιν affirmatione responsum est ότι εστιν, quaeritur τό τί έστι, » sive quod idem esse docuit (c;o a 14 sq) τό δια τί έστιν, hoc est τό » οττιον τοΰ είναι απλώ τήν οΰσιαν (ut dixit 90 a io). Omnis autem dif» ficultas in eo est, quod Aristoteles non dixit τό αίτιον τοΰ ότι εστι. Ap» paret autem cur non sic dixerit: ambiguum est enim τό ότι εστι, quum » et alterum de altero praedicari (τό έπι μέρου ....) et rem ipsam » exsistere significet: nam si affirmatur quaestio τοΰ *ei* εστι, non respon» deri non poterit δτι εστιν, quo quidem sensu si accipiatur τό ότι έστιν, » a quaestione τοΰ εί έστι non nisi eo differt, quod alterum affirmat » quod per alterum (εί εστι) dubitanter pronuntiatur et in incerto relin» quitur. Hoc loco igitur Aristoteles dixit εί εστιν pro affirmatione quae » respondetur ad quaestionem τοΰ εΐ έστιν, quam quidem affirmationem » verbis ότι έστι exprimere noluit, ne quis haec (ότι εστι) eo sensu » hic dicta putet quem habuimus cap. 1 et it » (II** *Poster.,* **Comment., cap. vm, pag. 3g3, seq., Ed. cit.).**

Dici etiam potest quod Aristoteles, ut s. Thomas animadvertit, manifeste hoc loco resumit quae in primo capite disseruit, ώ έ'φαμεν; ibi autem (praesupposito semper principio quod *scire* **proprie est causam rei scitae cognoscere) comparando** *quia est simpliciter,* **seu** *an sit* **vel** *si sit* **ad** *quid sit,* **dicit quod scito primo, nempe** *an sit,* **quaerimus alterum, nempe** *quid sit:* γνόντε δέ ότι έστι **(intellige non quia est hoc vel illud, album vel non, sed simpliciter, απλώ ,** *quia est,* **vel** *an,* **aut** *si est),* τί έστι ζητοΰμεν: **sicut scito** *quia est,* **non simpliciter, sed** *hoc* **vel** *illud* **de aliquo subiecto, quaerimus** *propter quid:* όταν δέ είδώμεν τό δτι. τό διότι ζητοΰμεν **(cap. 1. – Cf. lect. 1, n. 4 et 5). Ex quibus sequitur quod scire** *quia est simpliciter* **(δτι έστι... απλώ) idem est ac scire** *quid est,* **quod est causa τοΰ quia est simpliciter: ταύτόν τό είδιναι τί έστι χαι τό ειδιναι τό αίτιον τοΰ ει έστι. Vera est ergo lectio εί έστι, quam perspicue s. Thomas exponit. – Si autem legatur cum Anonymo aliisque supra citatis τι έστι, sensus erit quod idem sit cognoscere quid est et cognoscere causam ipsius quid est. Quod utrum et quomodo sustineri possit, non video: quamvis enim Aristoteles dicat quod haec causa possit esse ipsum** *quid est,* **subdit tamen quod potest esse etiam aliud**

ipsius si est, ista est, quia oportet quod eius quod est rem esse, sit aliqua causa: propter* hoc enim dicitur aliquid causatum, quod habet causam sui esse. Haec autem causa essendi aut est *eadem,* scilicet cum essentia ipsius rei, aut alia. Eadem quidem, sicut forma et materia, quae sunt partes essentiae ; alia vero, sicut efficiens * et finis: quae quidem duae causae sunt quodammodo causae formae et materiae nam agens operatur propter finem et unit formam materiae. Et si accipiamus causam quae est alia ab essentia rei, quandoque quidem est causa talis 7 per quam possit fieri demonstratio, quandoque autem non. Non enim ex omni causa agente sequitur ex necessitate effectus. Ex suppositione autem finis sequitur quod sit id quod est ad finem, ut probatur in II *Physicorum* *.

3. Supponamus ergo quod sit aliquis effectus, cuius esse causa sit non solum ipsa essentia rei, sed habeat etiam aliquam aliam * causam, et sit talis per quam possit demonstrari; puta si dicamus quod si homo pertingit ad beatitudinem, necesse est praeexistere virtutem. Accipiamus autem quod essentia virtutis sit habitus operans secundum rationem rectam. Potest ergo demonstrari esse aliquem habitum secundum rectam rationem operantem *, si sit aliquis habitus ad beatitudinem perducens. Accipiatur ergo pro medio illa causa alia *, quae est demonstrativa, et formetur syllogismus in prima figura *: quod necesse est fieri, quia oportet quod quid est universaliter ct affirmative praedicari de re cuius est. Syllogizabitur ergo sic: *Omnis habitus perducens ad beatitudinem est habitus secundum rectam rationem operans; sed virtus est huiusmodi* °; *ergo* etc. Concludit ergo quod iste modus, qui est nunc inquisitus, est unus modus ostendendi *quod quid est* per aliud, quod est causa. Et quod iste modus sit conveniens patet, quia necesse est, sicut supra * dictum est, quod *medium* ad probandum quod quid est accipiatur ipsum *quid est,* et similiter *medium* ad probandum aliqua *propria* accipiatur aliquid proprium. Est autem considerandum quod, cum *quid est* sit causa ipsius esse rei secundum diversas causas eiusdem rei potest multipliciter quod quid est eiusdem rei assignari. Puta quod quid est domus potest accipi per comparationem ad causam materialem, ut dicamus quod est * aliquid compositum ex lignis et lapidibus; et etiam per comparationem ad causam finalem, ut dicamus quod est artificium praeparatum ad habitandum *. Sic ergo continget quod, cum sint multa quod quid est eiusdem rei, aliquod illorum monstrabitur ", et aliquod non monstrabitur, sed supponetur *. Unde non sequitur quod sit petitio principii *, quia aliud quod quid est supponitur, et aliud probatur. Nec tamen est modus probandi quod quid est demonstrative, sed logice syllogizandi ; quia non sufficienter per hoc probatur quod id quod concluditur, sit quod quid est illius rei de qua concluditur, sed solum quod * insit ei.

4. Deinde cum dicit : *Quo autem modo* etc., ostendit quomodo per demonstrationem possit * accipi * *quod quid est.* Et circa hoc duo facit: primo, ostendit quomodo manifestetur quod quid est per demonstrationem in aliquibus; secundo, ostendit * quod non est ita in omnibus; ibi: *Est autem quorumdam* * etc. Circa primum tria facit: primo, praemittit quaedam quae sunt necessaria ad propositum ostendendum; secundo, manifestat propositum ; ibi : *Quorum igitur habemus* * etc. ; tertio, epilogat; ibi: *Quomodo quidem igitur* * etc.

5. Circa primum praemittit tria; quorum primum est comparatio quaedam ipsius *quod quid est* ad * *propter quid.* Dicit ergo quod ad ostendendum quomodo contingat accipere quod quid est per demonstrationem, oportet iterum a principio * resumere. Ubi considerandum occurrit quod dupliciter se habet aliquis * ad cognoscendum propter quid. Quandoque enim habemus *quia* in nostra cognitione, et quaerimus adhuc propter quid; quandoque autem simul manifesta * sunt nobis utraque; tertium autem est impossibile, ut scilicet prius cognoscat aliquis de aliqua re propter quid quam quia. Et similiter est dc eo quod quid erat esse: quia aliquando scimus rem esse, nec

* Codd., exc. h : *per.*

* c: *sicut est eff.;* fi erron. : *effectus.*

β

γ

* Cap. ix. – Comm. s. Th. lect. xv.

* n om. *aliquam aliam;* pbc om. *aliquam.*

* fio : *rectam operationem.*

* bl : *illa alia causa ;* fhim om. *alia.*
* Cf. lib. I, lect. vm, not. p.

o

• Lect. in.

* h : *quod domus est.-jMV. aliquod.*

* ABCEHKLMNO»: *inhabitandum.*

ζ

η

* Cf. lect. v, n.7.

* Cf. *ib.* not. x.

* *Quod* om. Λ.

* Codd., exc. q ,- - r : *potest.*
' h : *demonstrari.*

*Codd.-r: *ostenditur.*
' Lect. seq.

* Num. 8.

" Num. 9.

* fi: *et.*

* ft om. a *princ.*

* Codd. - p : *aliquid.*

' Codd., exc. oq po : *manifestata;* q : *manifestanda.* Cf. text. - Fl om. *nobis.*

ab ipso *quid* distinctum: χαι τοῦτο (nempe το αἰτιον) η το αὐτό (nempe τ! ἐστι) ἡ ἄλλο. Ideo autem, ut mihi videtur, Aristoteles dixit ει Ιστι, non autem ὀτι ιστι, quia voluit significare se loqui de *quia est simpliciter,* et haec significatio, ut Waitz recte notavit, perspicua est magis per ε! ἐστι, quam per ὀτι εστι.

β) *Causae formae et materiae.* – BFI : *causa* (B, *causae) materiae et formae;* O: *causae essentiae et materiae* (om. *formae).*

γ) *Est causa talis.* – Addimus *causa* ex codd.; C: *causa rei talis;* D: *est ratio causa talis.* – Infra *(sequitur ex necessitate effectus)* F: *sequitur etiam effectus;* I: *sequitur causa effectus.* Quae sunt lectiones non rectae; imo lectio l est erronea.

3) *Virtus est huiusmodi.*- A: *virtus est habitus:* sed non recte, nisi addatur *etc.,* ut subintelligatur, *perducens ad beatitudinem,* prout explicite ponitur a B : *virtus est habitus perducens ad beatitudinem ;* N erronee: *virtus est operans.* – Infra *(qui est nunc)* FI om. *qui est;* ABMO: *qui nunc est.*

ε) */psius esse rei.* – P caret *esse,* quod addimus (cf. supra et not. α) ex codd. ABDEGKMNQT; cum quibus FI et s. m. C: *esse ipsius rei ;* L: *ipsius rei esse;H; esse rei,* om. *ipsius.* – Infra *(Puta)* P: *Puta quid est domus ;* cum codd., exc. FH1, legimus *quod quid est;* FI erronee: *Puta quod quidem domus* (I, *demonstratio) potest.*

ζ) *Sic ergo continget quod, cum* etc.-Codd., exc. BEOT: *Sic igitur;* B om. *ergo.*-ABCDEG: *contingit;* FI: *concludit;* Q: *contingeret.* – Propositio quod sint *multa quod quid est eiusdem rei,* novitio potest primo adspectu videri absurda; sed absurda non est, imo est verissima Proculdubio cum ens et unum idem realiter sint, res quaelibet eo ipso quod ens est, propriam habet essentiam, scilicet quod quid est, qua constituitur una et indivisa in se, divisa a qualibet alia. Hinc ontologice loquendo repugnat quod unius eiusdemque rei sint multa *quod quid est.* Hic tamen non ontolngice loquimur, sed logice et in exclusive ordine syllogizandi: in quo ordine definitio, seu *quod quid,* est principium seu ratio assumpta in praemissis, ut medium, ad inferendam syllogistice conclusionem. Quamvis autem una sit causa formalis uniuscuiusque rei, dantur tamen aliae eiusdem rei causae, sive materiales, sive efficientes, sive finales: quae, esto non constituant rei essentiam, sunt tamen *ratio per* quam essentia ipsa declaratur, ut in assumpto exemplo de domo manifestat s. Thomas (Cf. lect. seq. et lib. I, lect. xvi, n. 5). Qua de re prae oculis habenda est lect. seq. n. i, praecipue vero lect.tx, in qua ex professo expenditur quomodo unius eiusdemque rei possint esse diversae causae, et quomodo diversae istae causae assumantur ut medium demonstrationis in rebus diversis. Hanc s. Thomae'doctrinam refert atque approbat Scotus in II *Poster.* Qu. l v : *Sicut dicit Expositor... Similiter hoc declarat Expositor per exemplum.* Exemplum est illud de domo, uti proponitur in cit. lect. xvt primi Libri. Sub nomine *Expositoris* designatur s. Thomas (cf. I *Pcrih.,* lect. i, not. γ fin.) sicut nominatim in I lib., qu. xvi, vocatur *Thomas expositor.*

η) *Aliquod illorum monstrabitur* etc. – BDEFG1KLMOST (et C) bis habent *aliquid,* loco τοὔ *aliquod;* et omnes, exc. Q, *istorum* pro *illorum;* AN et p. m. C om. *et aliquod non monstrabitur;* H (et A s. m.) om. *monstrabitur et aliquod;* Q; *aliquid illorum et aliquid monstrabitur et aliquid non monstrabitur.* -FI et p. m. K, infra omittunt *non* ante *sequitur:* sed est omissio erronea.

tamen perfecte scimus quid sit; aliquando autem simul scimus utrumque; sed tertium est impossibile, ut scilicet * sciamus quid est, ignorantes

• 5rfr.om.Ho.-h: *et ignoremus.*
▮ Cf. lect. prae- SI CSt *.

6. Secundum ponit ibi: *Hoc autem si est* etc.; et dicit quod rem aliquam *esse* * possumus scire, absque eo quod sciamus perfecte *quid est,* dupliciter. Uno modo, secundum quod cognoscimus aliquod accidens * eius, puta si per velocitatem motus existimemus leporem esse; alio modo, per hoc quod cognoscimus aliquid de essentia eius. Quod quidem est possibile in substantiis compositis, ut puta si comprehendamus hominem esse Per ^oc quod est rationalis *, nondum cognitis aliis, quae complent essentiam hominis. In substantiis vero simplicibus hoc non contingit; quia non potest cognosci aliquid de substantia simplicis rei, nisi tota cognoscatur, ut patet in IX *Metaphys.* * Oportet autem quod qui cognoscit aliquam rem esse, per * aliquid rei illud cognoscat: et hoc vel est aliquid praeter essentiam rei, vel aliquid de essentia ipsius. Et de hoc ponit exemplum, puta si cognoscamus tonitruum esse, propter hoc quia percipimus quemdam sonum in nubibus: quod quidem pertinet ad essentiam tonitrui; non tamen est tota tonitrui essentia, quia non omnis sonus nubium est tonitruum. Et similiter si cognoscamus defectum, idest eclipsim solis vel lunae esse *, propter hoc quod est quaedam privatio luminis; cum tamen non omnis privatio luminis sit eclipsis. Et eadem ratio est si aliquis percipiat hominem esse, propter hoc quod est quoddam animal; vel si percipiat animam esse, propter * hoc quod est aliquid seipsum movens.

p^r^onaie c'"
i'eS°SmÊdWd·
nC3 ™qCap x'
• Codd. - p: *cognoscit aliquid esse, quod per.*
•Eweom.x.
• coEFHiKLMxsT:

7. Tertium ponit ibi: *Sed quaecunque quidem* etc.; quod illa de quibus scimus quia * sunt per aliquod accidens ipsorum ", nullo modo per hoc se habent ad hoc quod cognoscamus de ipsis *quid est;* quia nec etiam per huiusmodi accidens vere scimus ea *esse.* Scimus quidem ' esse eorum accidentia; sed quia accidentia non sunt ipsae res, non propter hoc vere scimus ipsas res esse. Vanum autem est quaerere quid est, si aliquis nesciat quia est; sed illa de quibus scimus ea esse per aliquid ipsorum *, facilius possunt cognosci a nobis quid sunt. Unde manifestum est quod sicut nos habemus ad cognoscendum quia est aliquid, ita nos habemus ad cognoscendum *quid* est.

quod^'o^tiae] et
- h: *&nt.*
('m2ki-'»wraT>
rerum·

8. Deinde cum dicit: *Quorum igitur habemus aliquid* etc., manifestat propositum secundum praemissa; et dicit quod in his quae scimus esse per hoc quod cognoscimus aliquid essentiae eius, accipiamus primo tale exemplum. Sit defectus, idest eclipsis, in quo A, quae est x *maior* extremitas; luna in quo C, quae est *minor* extremitas; oppositio terrae directa inter lunam et solem in quo B', quod est *medium.* Idem igitur est quaerere utrum deficiat luna vel non, et quaerere utrum B sit vel non: quaerere λ autem utrum B sit vel non, nihil differt quam quaerere si est aliqua ratio ipsius defectus. Nam B, idest oppositio terrae, est ratio defectus lunae; et si sit oppositio terrae, et illud dicimus esse, scilicet defectum lunae. Aut similiter si quaeramus *qualis sit* ratio contradictionis,* utrum scilicet in habendo duos rectos vel non habendo * sit contradictio. Cum autem inveniamus esse id quod quaerimus, puta esse defectum, simul sciemus* *quia ex propter quid* **, si inveniatur propositum per medium debitum, quod est causa. Si vero non ", sed per aliquod extrinsecum, sciemus *quia,* sed non *propter quid.* Puta si sit luna C et defectus A, accipiamus pro medio, quod est B, hoc quod luna non potest facere umbram aliquo nostrum medio existente f, cum sit plenilunium. Luna enim, quandocunque non deficit, facit umbram interposito aliquo corpore: sed hoc quod est non posse facere umbram, non est causa defectus, sed potius effectus. Si ergo B praedicetur de C*(quia scilicet luna non potest in plenilunio facere umbram aliquo nostrum medio existente), et iterum si in hoc medio sit A (idest si accipiatur quod quandocunque * hoc accidit, luna deficit), manifestum erit lunam dcficerc. Sd *propter quid* luna deficiat, nondum

'nab. om.u
"H:
sit-5 '
5
ρ"'"^0βiδ·π'N··
*»;«««« et p.

0) *Per aliquod accidens ipsorum.* – Per ea quae aguntur a rebus et a nobis percipiuntur, licitum est assurgere ad cognitionem naturae a qua fluunt illa, sicut per effectus assurgimus ad cognitionem causae. Hinc demonstrationes a posteriori (cf. lib. I, lect. xxv, not. τ). Verum de his non est praesens quaestio: quia hic solum consideratur cognitio accidentis, prout importat cognitionem *per accidens* (κατὰ συρβεβηχό ε/ορεν, ut dicit Aristoteles), seu secundum quid, subiecti de quo huiusmodi accidens non praedicatur per se. Dicendum ergo quod cognitio per accidens est cognitio alicuius ratione alterius quod in eo est (cf. lib. 1, lect. iv, n. 4), et ideo argumentatio a *per accidens* ad *per se* est sophistica. Ponamus ergo quod cognoscamus aliquem esse musicum; cum esse musicum non sit nisi accidens subiecti, non propterea cognoscendo esse hoc accidens, cognoscimus per se subiectum illius accidentis *esse hominem;* et multo minus cognoscendo quid sit esse musicum, cognoscimus quid sit homo. Non ergo per cognitionem accidentium potest cognosci *esse* aut *quid* subiecti.-Sed in hypothesi numeri praecedentis, quando scimus aliquid de essentia subiecti, ut puta animal de homine, scimus et esse animal (nam cognitio του *esse* praecedit cognitionem του *quid,* ut saepe dictum est), et scimus etiam *quid* hominis, non quidem completum, hoc est specificum, sed geneticum.

1) *Scimus quidem* etc. – G om. *esse;* FIQ: *ipsorum accid.* – G: *sed quia eorum accidentia;* FI absurde habent: *sed quia necessariae non.* Insuper FI legunt *vere* ante *esse;* Q om. *vere.*

x) Zn *quo A, quae est* etc.-AC p. m.: *in quo autem est;* B: *in quo A, in quo* est.-AN: *in quo C, quod,* om. *est;* BCEKMOST: *quod est;* D erronee: *quod est maior.* – FGH1Q: *inter solem et lunam.*

λ) *Utrum B sit vel non: quaerere.* – Haec verba, requisita ex contextu, desiderantur in P; ea addimus ex codd. ABCDHKLNOST. E om. *utrum deficiat* etc. usque ad *et quaerere* inclusive; FG1M om. *quaerere autem* etc. usque ad *vel non* inclus.

p) *Et illud dicimus esse* etc. -A: *et tunc;* B: *et cum;* H: *et circa;* DEKLMNQST et p. m. G: *et ceter.;* O et s.m. C: *et illud.* Et hanc lectionem 'adoptamus; atque adoptandam esse suadent tum textus graecus, χάχεϊνὸ φαρεν ειναι, tum ea quae addit s. Thomas, *scilicet* etc., quibus significat adducta esse verba Aristotelis.—DE om. esse.-Q: *dicimus enim defectum lunae. Similiter;* ST: *dicimus enim* (T om. *enim*) *esse defectum lunae. Aut similiter.* Recipimus *Aut* ante *similiter,* quae est lectio codd., textus (*H), et ipsius P (quamvis diversimode disposita, ut statim dicam): illam tamen particulam non necessariam putamus. – P et Ven. edd.: *et si sit oppositio terrae, etiam tunc dicimus esse, scilicet defectum lunae aut non. Similiter si* etc. At *non* primitus obrepsit, forte ob praecedentem particulam *aut;* quae propterea avulsa est a sequenti periodo, *Similiter* etc. Etiam codd. FG1 legunt cum P: sed patet error lectionis *aut non;* nam *si sit oppositio terrae,* dicimus absolute *esse defectum lunae,* non autem distinctive *esse defectum lunae aut non.*

v) *Si vero non etc.-O: si vero non, ut oportet, sed;* AN: *est* pro *sed.* – Codd., exc. BHT: *aliquid* pro *aliquod;* H: *aliud.* – Infra *(hoc quod etc.)* CG om. *hoc;* PH: *hoc est quod luna;* at codices alii optime om. *est.;* FI: *quod est luna;* C: *quod quidem luna.-A: non potest umbram facere.*

ξ) *Aliquo nostrum medio existente etc.* – Codices nostri omnes habent hanc lectionem. P et Ven. edd. legunt: *aliquo nostrum medio non existente... sed hoc quod est non posse facere umbram nisi aliquis nostrum existât in medio, non est causa defectus... quia scilicet luna potest in plenilunio.* Quae lectio sustineri non potest. – FI: *aliquo nostrum in medio;* G: *aliquo iterum medio.*

erit manifestum. Et similiter sciemus *quia* * est defectus, sed nesciemus *quid* est defectus, quando* manifestum est quod A est in C, idest quod luna deficit. Et * sicut in praedicto exemplo nec scitur *propter quid* est, nec scitur *quid* est, ita * quaerere propter quid est, nihil aliud * est quam quaerere quid est. Puta si quaeramus quare * deficit luna, utrum deficiat propter hoc quod obiicitur terra in medio inter solem et lunam ; vel hoc fiat per conversionem lunae, ut scilicet * tunc vertatur versus nos superficies lunae * quae est tenebrosa, ut quidam dixerunt; vel etiam lunare ® lumen extinguatur in aliquo humido. Quaerere autem utrum propter aliquam harum * causarum fiat defectus lunae, nihil est aliud quam quaerere utrum defectus lunae sit obiectio terrae, aut conversio lunae, aut extinctio luminis eius. Et hoc medium est ratio alterius extremitatis, sicut in praemissis exemplis est ratio ipsius A, quod est maior extremitas; quia defectus lunae nihil est aliud quam obiectio facta lunari lumini a terra. Ponit etiam aliud exemplum: ut si quaeramus quid est tonitruum. Et dicatur *, secundum opinionem Anaxagorae et Empedoclis , quod est extinctio ignis in nube. Secundum vero opinionem eius in II *Meteororum* *, tonitruum fit ex percussura exhalationis ‘siccae in frigiditate ad nubes. Utitur autem multoties in exemplis opinionibus aliorum. Si ergo secundum praedictam opinionem quaeratur, propter quid tonat: respondetur, propter hoc quod extinguitur ignis in nube. Sit igitur nubes C, quod est *minor* extremitas; tonitruum A *, quod est *maior* extremitas ; extinctio ignis sit B, quod est *medium.* Syllogizetur ergo sic : *In C est B, idest in nube est extinctio ignis; sed omnis extinctio ignis est sonus; ergo in nube est sonus tonitrui* °. Et sic patet quod accipiendo propter quid, per demonstrationem accipimus quid est, quia ipsum medium ostendens propter quid, est ratio definitiva primi termini, idest maioris extremitatis. Sed si oporteat accipere aliquod aliud medium ad hoc demonstrandum, hoc assumetur *ex reliquis rationibus,* idest ex definitione minoris * extremitatis, et aliarum causarum extrinsccarum. Cum enim subiectum sit causa passionis, necesse est quod definitio passionis demonstretur per definitionem subiecti*. Et hoc patet in exempio proposito. Quia enim luna est corpus natum sic moveri, ideo necesse est quod obiiciatur certo tempore π terra inter solem et ipsam.

g.Deinde cum dicit: *Quomodo quidem igitur* etc., epilogat quod dictum est: et dicit dictum esse*quomodo accipiatur et innotescat *quod quid est,* scilicet per hoc quod accipitur *propter quid.* Dictum est etiam quod non est syllogismus neque demonstratio ipsius *quid est,* ut scilicet proprie syllogizetur vel demonstretur quod quid est; et tamen manifestatur quod quid est per syllogismum et per demonstrationem, in quantum scilicet medium demonstrationis propter quid est quod quid est *. Unde manifestum est quod neque sine demonstratione potest cognosci quod quid est, cuius est altera causa; nec tamen est demonstratio ipsius quod quid est, sicut probabatur * in obiiciendo. Et secundum hoc obiectiones inductae sunt verae.

* f: *quod.*
* Codd., exc. o. - p: *def. Quando autem man.*
* *Et* ex codd.
*Codd.- p: *tunc.*
* Codd. - p: *nihil enim al.* - h: *al. est quaerere q. quaer.*
* *Quare* om. 1 m.
• *Scii,* ex codd.- Fi: *convertatur.*
* *Lunae* om. i.
**Lunareex.* codd.
* f i: *illarum.*
* Codd. - p: *dicamus.* Anaxagoras. Empedocles.
* Cap.ix, n. 21. – Comm. s. Th. lect. x.
* Codd. - p: *autem A:* q: *autem,* om. *A.*
0
* b: *maioris.*
*cf.iect.i,n.9.
π
E onl· et dicit dictum esse.
* a n q erron. om. i“0li
'a c e l st .- p: *protum est;* f: *probabitur.*

o) *Ergo in nube est sonus tonitrui.* – Hanc integram illationem, quam P et Venn. edd. omittunt,_restituimus ex codd.: omissio enim in his edd. videtur esse ob recursum eiusdem vocis, *sonus. i*\ Piana vero et edd. Venn, dicitur in minori syllogismi; *est sonus tonitrui;* sed omittimus vocabulum *tonitrui,* quo carent codices : nam hoc vocabulo addito, iterum in illa minori post verba, *extinctio ignis,* videretur aliquid addendum vel subintelligendum, puta, *in nube.*

π) *Obiiciatur certo tempore* etc. – L : *obiiciatur terrae, posita terra* etc.; Q: *obiiciatur tertio tempore inter* (om. *solem ct) ipsam; β: inter solem et lunam.*

LECTIO OCTAVA

NON EST POSSIBILE IN OMNIBUS ACCIPERE QUOD QUID EST PER DEMONSTRATIONEM – QUOMODO SE HABEAT DEFINITIO AD DEMONSTRATIONEM

'Εστι δέ τών μέν έτερόν τι αίτιον, των ὁ ουκ εστιν. "Ωστε δηλον δτι καί τών τί έστι τα μέν άμεσα καί άρχαί είσίν, α καί είναι και τί έστιν ὑποθέσθαι δεϊ η άλλον τρόπον φανερά ποιησαι. Οπερ ο αριθμητικό ποιεί· καί γάρ τί έστι την μοναύα υποτίθεται, καί δτι έστιν. Τών δ' έχόντων μέσον, και ων εστι τι έτερον αίτιον τη ούσία , έστι δι αποδεί εω , ώσπερ είπομεν, δηλώσαι, μη τό τί εστιν αποδεικνΰντα .

* Est autem quorumdam quidem quaedam altera causa, quorumdam autem non est. (Definitiones quidem secundum speciem factae nullum habent medium quo demonstrentur; sed definitiones secundum materiam factae possunt habere medium.) Quare manifestum est quoniam eorum quae sunt quid est, alia quidem sine medio et principia sunt, quae quia sunt et quae quid sunt supponere oportet, aut alio modo manifesta facere; quod vere arithmeticus facit, et namque quid est unitas supponit, et quia est: sed habentium medium, et quorum est quaedam altera causa substantiae et ipsius esse, est per demonstrationem (sicut dictum est) ostendere non quod quid est demonstrantes.

Ç^q'%.ap'vm'

'Ορισμό δ' έπειδη' λε'γεται είναι λόγο τοΰ τί έστι, φανερόν δτι ὁ μέν τι εσται λόγο τοΰ τί σημαίνει τό όνομα η λόγο έτερο όνοματώδη , οίον τό τί σημαίνει, τί έστιν η τρίγωνον. "Οπερ έχοντε δτι έστι, ζητοΰμεν διά τί έστιν. Χαλεπόν δ' ού'τω έστί λαβεϊν α μη' ίσμεν δτι έστιν. 'Η δ' αιτία είρηται πρότερον τη χαλεπότητο , δτι ούδ' εί έστιν η μη ίσμεν, άλλ' η κατά συμβεβηκό . Λόγο δ' εί έστί διχώ , ὁ μέν συνδέσμω, ώσπερ ή 'Ιλιά , ὁ δέ τώ έν καθ' ενό δηλοΰν μη κατά συμβεβηκό . Εί μέν δη δρο έστίν όρου ὁ είρημένο ,

* Definitio autem quoniam quidem dicitur ratio ipsius quod quid est, manifestum est quoniam aliqua erit ratio ipsius quod quidem significat nomen, aut erit ratio altera nomina ponens, ut quidem significans quid est secundum quod triangulus est: quod vero habentes quia est, quaerimus propter quid est. Difficile autem est sic accipere quae non scimus quia sunt. Causa autem prius dicta est difficultatis, quia neque si est, neque si non, scimus, sed aut secundum accidens. Ratio autem una est dupliciter: haec quidem coniunctione est, ut quae est Ilias; alia vero unum de uno ostendens non secundum accidens. Ratio autem una quidem igitur terminus est termini , quae dicta est.

*Cap.ix.

άλλο δ' έστ'ιν δρο λόγο ὁ δηλών διά τί έστιν. "Ωστε ὁ μέν πρότερο σημαίνει μέν, δείκνυσι δ' ού, ὁ δ' ύστερο φανερόν δτι έσται οίον άπόδειξι τοΰ τί έστι, τη θέσει διαφέρων τη άποδείξεω .

* Alia vero terminus est demonstrans propter quid est. Quare prima quidem significat quod quid est, demonstrat autem non. Quae vero posterior est, manifestum est quoniam erit ut demonstratio eius quod quid est, positione differens a demonstratione.

* Text. io.

Διαφέρει γάρ είπεϊν διά τί βροντά καί τί έστι βροντή· έρεϊ γάρ ούτω μέν διότι άποσβέννυται τό πΰρ έν τοι νέφεσι· τί δ' έστί βροντή, ψόφο άποσβεννυμένου πυρό έν νέφεσιν. "Ωστε ὁ αυτό λόγο άλλον τρόπον λέγεται, καί ώδί μέν άπόδειξι συνεχη' , ώδί δέ ορισμό . Έτι έστίν δρο βροντή ψόφο έν νέφεσι· τοΰτο δ' έστί τη τοΰ τί έστιν άποδείξεω συμπέρασμα.

Differt enim dicere propter quid tonat, et quid est tonitruum. Dicet enim siquidem propter id quod extinguitur ignis in nubibus: quid autem tonitruum est? sonus extincti ignis in nubibus. Quare eadem ratio alio modo dicitur. Et sic quidem demonstratio continua, sic autem definitio. Amplius est terminus tonitrui, continuus sonus in nubibus. Hoc autem est, quae est ipsius quid est demonstrationis conclusio.

Ό δέ τών άμέσων ορισμό θέσι έστί τοΰ τί έστιν άναπόδεικτο . Έστιν άρα ορισμό εί μέν λόγο τοΰ τί έστιν άναπόδεικτο , εί δέ συλλογισμό τοΰ τί έστι, πτώσει διαφέρων τη άποδείξεω , τρίτο δέ τη τοΰ τί έστιν άποδείξεω συμπέρασμα.

Immediatorum autem definitio positio est ipsius quid est indemonstrabilis. Est ergo definitio una quidem oratio eius quod quid est indemonstrabilis; una vero syllogismus ipsius quid est, casu differens a demonstratione; tertia autem est, quae est ipsius quid est demonstrationis conclusio.

Φανερόν ούν έκ τών εΐρημένων καί πώ έστι τοΰ τί έστιν άπόδειξι καί πώ ούκ έστι, καί τίνων έστι καί τίνων ούκ έστιν, έτι δ' ορισμό ποσαχώ τε λεγεται καί πώ τό τί έστι δείκνυσι καί πώ ού, καί τίνων έστί καί τίνων ού, έτι δέ πρό άπόδειξιν πώ έχει, καί πώ ενδέχεται τοΰ αύτοΰ είναι καί πώ ουκ ενδέχεται.

Manifestum igitur ex dictis est, et qualiter est ipsius quod quid est demonstratio et quomodo non est; et quorum est et quorum non. Amplius autem definitio quot modis dicitur, et qualiter quod quid est monstrat et quomodo non, et quorum est et quorum non est. Adhuc autem et ad demonstrationem quomodo se habet, et quomodo contingit eiusdem esse et quomodo non contingit.

Synopsis. — 1. Argumentum primae partis huius lectionis. – Corollarium. Quorum non est causa, non potest ostendi quod quid est per demonstrationem; sed oportet accipere quod quid est sicut quoddam immediatum principium, vel manifestare aliquo alio modo quam per demonstrationem. – 2. Simpliciter et absolute non habere causam soli primo Principio competit, nempe Deo, qui est causa esse et veritatis in omnibus rebus. – 3. In rebus habentibus quatuor causas, una est quodammodo causa alterius; nempe causa formalis causae materialis, causa efficiens causae formalis, causa finalis causae efficientis. Ulterius non est procedere in causarum generibus, et ideo finis est causa causarum. Idem ordo servatur in definitionibus: ita scilicet ut definitio per causam formalem sit quodammodo causa (intrinseca) definitionis quae sumitur a causa materiali; definitio per causam efficientem sit causa (extrinseca) definitionis quae est ex causa formali; definitio per causam finalem sit causa (extrinseca) definitionis quae sumitur ex causa efficiente et ex aliis causis. – 4. Quaedam non habent causam in genere subiecto alicuius

scientiae. – 5. Pars altera lectionis (cf. lect. praec., n. 2). Quomodo se habeat definitio ad demonstrationem. Textus divisio. – 6. Definitio est ratio significativa *ipsius quod quid est;* et illa ratio est una non unitate coniunctionis, sed unitate significationis unius de una re, cuius est ratio. Et ideo distinguitur a ratione quae est expositiva significationis nominis, vel expositiva rei nominatae per eius accidentia, et quae est una unitate coniunctionis. – 7. Alia definitio definitionis est ut sit ratio manifestans *propter quid.* – 8. Definitio primo modo sumpta solum *significat* quod quid est: altero modo accepta est quasi demonstratio ipsius quod quid est, et non differt a demonstratione nisi sola positione. – 9. Quae omnia manifestantur per exemplum. – 10. Hinc definitionum aliae sunt accipiendae sicut quaedam immediata principia; aliae sunt demonstrationes sola positione differentes; aliae denique sunt conclusiones demonstrationis. – 11. Epilogus.

1. ostquam Philosophus ostendit quod ?in quibusdam per demonstrationem accipitur *quod quid est,* hic ostendit quod hoc non est possibile in omnibus. Et ad hoc ostendendum praesupponit quod quorumdam est quaedam * altera causa, quorumdam autem non *, Quia igitur quod quid est accipitur per demonstrationem, cuius medium est K causa *, manifestum est quod sunt quaedam, quorum quod quid est oportet accipere sicut quoddam immediatum principium; ita quod oportet supponere de tali re et *esse* et *quid* est, vel * manifestare aliquo alio modo quam per demonstrationem, puta per effectum vel per simile vel aliquo tali modô.

2. Est autem considerandum quod hoc quod dicit, *quorumdam non esse aliam causam,* potest intelligi tripliciter. Uno modo, quod simpliciter et absolute causam non habet sui esse. Et hoc competit soli primo Principio, quod est causa esse et veritatis in omnibus rebus. Nihil enim prohibet etiam eorum quae ex necessitate sunt, esse aliquam* causam necessitatis, ut patet in V *Metavhys.* * kt ideo, - cum hic Philosophus pluraliter loquatur, non sic est intelligendum quod hic dicitur, quod aliqua sint, quae nullam habent * causam sui esse.

3. Alio modo potest intelligi secundum ordinem causarum eiusdem rei. Manifestum est enim in rebus habentibus quatuor causas, quod una causa est quodammodo causa alterius. Quia enim materia est propter formam et non e converso, ut probatur in II *Physic.,* * definitio quae sumitur ex causa formali, est causa definitionis, quae sumitur ex causa materiali eiusdem rei. Et quia generatum consequitur formam per actionem generantis, consequens est quod agens sit quodammodo causa formae et definitio definitionis. Ulterius autem omne agens agit propter finem; unde et * definitio quae a fine sumitur, est quodammodo causa definitionis quae sumitur a causa agente. Ulterius autem non est procedere in generibus causarum: unde dicitur quod finis est causa causarum. Potest tamen in singulis £ causarum generibus a posterioribus ad priora procedi; sed definitiones debent dari per causas proximas. – Et secundum hunc sensum in quibusdam libris interponitur, quod definitiones secundum speciem factae nullum habent medium quo demonstrentur: definitiones autem secundum materiam factae possunt habere medium: quia scilicet definitiones quae dantur secundum causam materialem * possunt demonstrari per definitiones quae dantur * secundum causam formalem, Definitio autem quae datur secundum causam formalem, non potest ulterius demonstrari per aliquod principium intrinsecum rei, quod proprie pertinet ad quod quid est, utpote intrans essentiam rei. Sed etsi * demonstretur per causam efficientem et finalem, dicendum ent quod semper causa superior se habet ut * formalis respectu inferioris. – Praedicta tamen verba non habentur in libris graecis7. Unde magis videtur esse * glossa, quae per errorem scriptorum introducta est loco textus.

4. Tertio modo potest intelligi in quantum aliqua sunt, quae non habent causam in genere subiecto * alicuius scientiae: sicut in genere numeri, de quo est arithmetica, est devenire ad unitatem, cuius in hoc genere * non est accipere aliud principium. Et hic sensus concordat exemplo quod Philosophus subiungit, dicens quod arithmeticus supponit * *quid est* unitas et *quia est.* Et sicut

* *Quaedam* om. c.
* Cf. lect. praec., n. 2.
a
* Cf. lect. i, n. 8.
* b : *et.*
• n et a p. m. : *{om.esse\aliam.*
•comm. 5 Th. lect. vi,-Ed. Did.
\deo om' *I'*
• bcdelnos: *ha-*
▮ cap. n, n. 8, s.Th.lect.iv.
exc. q qui hab. lac.
? -codd.-rets. *ram mater,* f et "feSa.·™'*- s.?mai
defines datas; p. m. h. lac.
" FIKQ : *Sed si ;* L: *Sed etiamsi.*
- v ≪ρ.πι-λοπι. o om. *utforma-* γ Lom.««.
* cr. iib. i,lect. xv>n-3'tnot-P· δ
ε

α) *Cuius medium est causa.* – Quod hic praesupponitur, est fundamentum totius praecedentis lectionis. Probatum siquidem est quod ubi existât alia causa praeter causam quae est ipsa essentia rei, potest, si non demonstrative probari, saltem manifestari per demonstrationem vel syllogismum τὸ quod quid est (cf. lect. praec. n. 9). Hic igitur, quia intentio est probandi quod non in omnibus possit ostendi praedicto modo quod quid est, praesupponitur quod, si non in omnibus est alia causa praeter *quod quid est eorum,* in quibusdam hoc quod quid est potest quidem assumi ut quoddam principium immediatum, at nullo pacto potest demonstrari.

β) *Potest... procedi.* – In hac sententia AGOQST et p. m. CDKLN om. verbum *procedi.* E ponit *procedi* post *tamen,* HM et s. .m. CKL post *generibus;* nos legimus cum BFI et s. m. D; N s. m. habet *processus fieri* post *posterioribus;* P loco *procedi* legit *fieri demonstratio* post *generibus.* – Deinde cod. L om. *definitiones;* P: *definitiones vel demonstrationes:* at *vel demonstrationes* omittunt edd. *ac* et omnes nostri codices, quos sequimur. – Item codd. : *per causas proximas* ; P : *per causas* primas. – Variant igitur codd. a Piana, et variantes lectiones non sunt levis momenti. Nobis videtur esse dicendum quod *demonstratio a posterioribus* ct *definitiones vel demonstrationes* P simul consistere sine aequivocatione non queunt: dicitur enim primo quod potest fieri demonstratio a posterioribus ad priora, ac immediate particula adversativa *sed* interposita, additur quod demonstratio debet fieri per causas primas, videlicet quod non potest procedere nisi a prioribus ad posteriora. Adde quod cum demonstrationes dentur tum a prioribus ad posteriora tum a posterioribus ad priora, ut late declaratum est in primo libro (lect. xxm, seqq.), non videtur sustinenda affirmatio exclusive secundae partis : *sed... demonstrationes* etc. Denique hoc in loco de *quod quid est* totus est sermo, quod per definitiones significatur; definitiones autem opponuntur demonstrationibus, quatenus hae vel a posteriori vel a priori ducuntur, per causas immediatas vel mediatas (cf. lib. 1, ib.); at contra definitiones debent dari a priori et per causas immediatas, seu *proximas;* est enim definitio ratio manifestans propter quid, ut infra n. 7 dicitur. Hisce de causis ad sensum codd. exegimus nostram lectionem, quam Dominicus a Flandria etiam habet (11 *Poster.,* qu. vnt, artic. 1).

γ) *Praedicta tamen verba non habentur in libris graecis.* – Hanc s. Thomae animadversionem non lego neque in Lincolniensi (in 11 *Poster.,* cap. 11, § *Est autem quorumdam* etc. fol. 34, coi. 2) neque in b. Alberto Magn. (ib. Tract, it, cap. 9, pag. 629, col. 2). Uterque enim exponit praefata verba, quae in textu graeco haud reperiri s. Thomas dicit, sed haec annotatio s. Doctoris in neutro recurrit. Praeterea neque commentatores s.Thoma posteriores de hac eius annotatione generatim mentionem faciunt. Et tamen verum est praefata verba, quae ideo in nostra versione intra parenthesim clausimus, non haberi in libris graecis; quinimo in commentatoribus graecis Themistio, Philopono, Anonymo, Alexandro Aphrod. et Eustratio, Argyropulo (in h. lac.), nullum eorumdem verborum vestigium apparet. Ergo bene animadvertit s. Thomas: *Unde magis videtur* etc.

δ) *Cuius in hoc genere.* – Recipimus lectionem codd., exc. GQ, qui ad alios tamen accedunt, magis quam ad P, cuius lectio est : *ad unitatem eius. In hoc enim genere* etc. – G : *cuius non est accipere aliquod principium in suo genere. Et hic* etc.; Q: *in cuius genere* etc.

ε) *Arithmeticus supponit.* – *AGFILS* et p. m. CDKNQ om. *supponit,* sed est mendum manifestum (cf. lib. I, lect. xvin, n. 4); D S. m.: *praesupponit.* -Infra H: *non est alia causa si est ignorando manifestari possunt, ita* etc.

illa quorum non est alia causa, ita etiam illa quae possunt habere medium, et quorum est altera causa, potest manifestari quod quid est: ita tamen quod non demonstretur ipsum quod quid est, sed magis medium demonstrationis ut quod quid est accipiatur ç.

5. Deinde cum dicit: *Definitio autem quoniam* etc., ostenso qualiter se habeat quod quid est ad demonstrationem, ostendit quomodo se habeat definitio *. Et circa hoc duo facit: primo, ostendit qualiter definitio se habeat ad demonstrationem; secundo, manifestat quod dixerat per exemplum ; ibi: *Differt enim dicere propter quid* * etc. Circa primum tria facit: primo, proponit * unum modum definitionis significantis *quid est;* secundo, proponit * alium modum definitionis significantis *propter quid**·,* ibi: *Alia vero terminus* ** etc.; terfio, ostendit qualiter utraque definitio se habeat ad demonstrationem; ibi: *Quare prima quidem* * etc.

6. Circa primum, supponit * primo quod definitiva ipsius rei nominatae per aliqua accidentia: ut si dicatur quod * homo est *animal risibile susceptibile disciplinae.* Alia vero ratio est una in quantum simpliciter significat unum de re una, cuius est ratio, et hoc non secundum accidens. Et talis ratio est definitio significans *quid est,* quia essentia cuiuslibet rei est una. Sic igitur concludit quod illa quae dicta est, est una definitio definitionis, scilicet quod definitio est ratio ipsius quod quid est.

7. Deinde cum dicit: *Alia vero terminus est* etc., ponit alium modum definitionis; et dicit quod alia * definitio definitionis ** est, ut sit ratio manifestans *propter quid.*

8. Deinde cum dicit: *Quare prima quidem* etc., ostendit quomodo utraque definitio se habeat ad demonstrationem, concludens ex praemissis quod prima definitio solum significat quod quid est, sed non demonstrat ipsum. Secunda vero definitio est quasi demonstratio quaedam ipsius quod * quid est: et * non differt a demonstratione nisi sola *positione* *, id est ordine terminorum et propositionum.

9. Deinde cum dicit: *Differt enim dicere propter quid* etc., manifestat quod dixerat per exempla. Et circa hoc duo facit: primo, manifestat per exempla quae dicta sunt; secundo, colligit ex praemissis diversitatem definitionum; ibi: *Immediatorum autem definitio* * etc. Dicit ergo primo quod differt dicere *propter quid* tonat, et *quid est* tonitruum: quia secundum opinionem illorum qui dicunt quod extinctio ignis in nube est causa tonitrui, dicit aliquis *propter quid* cum dicit tonitruum esse propter hoc * quod ignis extinguitur in nube. Ille autem dicit *quid est* tonitruum, qui dicit quod est * sonus ignis extincti in nubibus. Dtrumque autem horum ‡ significat eamdem rationem, sed per alium modum. Nam cum dicitur *tonat propter hoc quod extinguitur ignis in nube,* significatur per modum demonstrationis continuae, idest non * distinctae * per diversas propositiones; accipiuntur tamen continue omnes tefmini demonstrationis. Cum autem dicitur quod *tonitruum est sonus extincti ignis in nubibus,* significatur per modum definitionis. Sed si dicamus quod * *tonitruum est sonus* * *in nubibus,* nulla mentione facta de extinctione ignis, erit definitio significans quid est, et erit solum demonstrationis conclusio.

10. Deinde cum dicit: *Immediatorum autem definitio* etc., colligit ex praemissis quot sunt modi definitionum per respectum ad demonstrationem. Et primo, resumit quoddam quod supra * dixerat, distinguendum autem rationem significan- ^cm es^ ab aliis, subiungit quod dupliciter aliqua ratio potest dici *una* *. Quaedam enim est una' sola coniuncti°ne 9; per quem modum etiam habet unitatem Ilias, idest poema de historia troiana. Et per hunc etiam modum dicitur esse *una ratio,* quae est expositiva nominis, vel manifesta- tur aliqua ratio *, quae exponit quid significat hoc nomen *triangulus.* Et per huiusmodi rationem habentes *quia est,* adhuc quaerimus *propter quid est,* ut sic accipiamus *quod quid est.* Sed sicut supra dictum est *, hoc difficile est accipere in illis in quibus nescimus *an sint* *. Et huius difficultatis causa superius est assignata *: quia scilicet, quando nescimus rem esse per aliquid rei, non absolute scimus si est vel non, sed solum secundum * accidens, ut supra expositum est **.

• cf. iect. vm,
* Num. 9.
* *n·. ponit.*
F^ponfof. laî.·
'' Num. 7.
•Num. 8.
^*Fit praesupp.*
0Com∂· ℚP-'ei"j'
η
m"
•^rfexcodd.
• h ; *ratio rei.*
•Lect. praeced.,
•■&dd.-rQs:
• Loc. cit.
* *Secundum* om. ABCFGIKLMS, p.m.
nabet Dominia articdii HQ·;"»·'
« Lect. praeced.
'ec^vl^r,A''
ô

* o -q : ° ' °™»·. *definiens;* °m'
* *Quod quid est*
° e z Om.ANO.
* cf.iib.i, iect. *XV„D'4'*
· Num. seq.
*wocom.codd„ "m.?/"' D; K
* *Est* cx codd., exc,°· t
* a n erron. om.
* t erron.: *non* i"d',ti"ctae·
* f i om. *quod,*
* i; *esse sonum.*
*Num.>.

ζ) *Ut quod quid est* etc. – Codd., exc. O, et editio *a.* – P ponit *ut* ante *medium ;* et similiter O : *sed magis quod quid est accipiatur ut medium demonstrationis.* – Et iuxta sensum codd. legit Dominicus a Flandria in II *Poster.,* qu. vm, artic. 1. Exponens enim cum s. Thoma Aristotelem, ait : « Potest tamen ipsum quod quid est in his, sicut in » illis quorum non est altera causa, per demonstrationem accipi, ita quod » medium demonstrationis ut quod quid est accipiatur. In his tamen quo- » rum est altera causa, unum quod quid est potest demonstrari per aliud, » ut dictum est: quod non accidit in his quorum non est altera causa.» Mens s. Thomae *(Et sicut illa* etc.) in his Flandrensis verbis perspicue traditur. Quod ideo dico, quia nonnihil deesse in nostro s. Thomae textu suspicor; sed neque in codd. neque in edd. Ven., neque denique in edd. Antuerp. et Paris, aliquid reperi ad eumdem textum elucidandum.

η) *Si autem non posset haberi* etc.-Addimus particulam *non* ex codd., uno E excepto. Nam lectio P, *si autem posset,* est erronea, et manifeste repugnans tum immediatae illationi, *impossibile esset* etc., tum additae rationi, *quia impossibile est* etc., tum denique iis quae infra dicuntur *(Invenitur autem aliqua alia ratio* etc.)-Cf. etiam quae a s. Thoma determinata sunt n. 5 et seqq. lectionis praecedentis, ad quam ipsemet s. Doctor infra in hoc ipso num. sese remittit. Item cf. Dominic, a Flandria loco prox, cit., artic. n. – FGHI : *non possit.* – Insuper cum codd., exc. OQ, legimus *aliqua alia ratio; PQ om. alia; O* om. *aliqua,* – H: *definitio indicans quid est, impossibile* etc.

0) *Sola coniunctione* etc.-Codd., exc. CD: *solum coniunctione;* et, exc. QST, om. seq. *etiam.* -Q: *per quem modum habet etiam Hias.* – De enunciationibus quae sunt vel simpliciter unae vel sola coniunctione, cf. quae a s. Thoma dicta sunt I *Periherm.,* Iect. vni, n. 2, et n. i3, seqq.

i) *Utrumque autem horum.* – *Utrumque* habent codd., exc. C, et recte. P: *utrum.* – BK om. *autem;* cuius loco Q ponit *enim.* – Item O om. *horum;* I: *istorum;* S: *hoc.*

quod eorum quae non habent causam, definitiones sunt accipiendae sicut quaedam immediata principia. Et ideo dicit hic quod definitio *immediatorum,* idest rerum non habentium causas, est sicut quaedam indemonstrabilis positio eius quod quid est. Ex hoc ergo * concludit quod triplex est genus definitionis per comparationem ad demonstrationem. Quaedam enim * est definitio, quae est indemonstrabilis ratio eius quod quid est; et haec est illa, quam dixerat esse immediatorum. Alia vero est definitio *, quae est quasi quidam syllogtsmus demonstrativus eius quod quid est; et non differt a demonstratione nisi *casu,* idest secundum diversam acceptionem et positionem dictionum *; ut cum dicitur, *tonitruum est sonus extincti ignis * in nubibus.* Tertia autem est definitio, quae est solum significativa ipsius quod * quid est, et est conclusio demonstrationis.

11. Deinde cum dicit: *Manifestum igitur ex dictis* etc., epilogat quae dicta sunt; et dicit manifestum esse ex praedictis per quem modum est demonstratio ipsius *quod quid est,* et per quem modum non: quia scilicet quod quid est potest accipi ex ipsa demonstratione, non autem potest demonstrari Dictum est etiam in quibus possit esse demonstratio eius quod quid est, secundum modum praedictum, quia in habentibus causam ; et in quibus non, quia in non habentibus causam *. Dictum est etiam quot modis dicitur definitio *: quia scilicet quaedam significat quod quid est, quaedam autem * etiam manifestat propter quid. Dictum est etiam quomodo quod * quid est demonstratur, in quantum scilicet significatur per definitionem significantem solum quod quid est; et quomodo non demonstratur, in quantum scilicet per definitionem accipitur non solum quid,-sed etiam propter quid *. Dictum est etiam quomodo definitio se habeat diversimode ad demonstrationem, et quomodo contingat quod eiusdem sit demonstratio et definitio, et quomodo hoc non contingat *.

* *Ergo* ex codd., exc. FM, M L, Aoe *concludit,*

• *Emm* om. a c d

- codd.-r: *au-*

■ *s·.posit.termi-*

"»■ *ignis extin-*

•QMdom.codd.,

* Cf. lect. praec.

'Supra n.praec.

*Supran.5, seqq.

* MQ. *ora. autem.*- a d h l n om. *etiam;* m: *etiam quae.*

' *Quod* ex codd., exc. F et m, qui h. lac.

*Supran.8,seqq.

* .In hac lect. et praec.

LECTIO NONA

PROPTER QUID POTEST MANIFESTARI IN QUATUOR GENERIBUS CAUSARUM

'Επεί δέ έπίστ'ασθαι οιόμεθα όταν εΐδώμεν την αιτίαν, αΐτίαι δε τέτταρε , μία μεν τό τί ην είναι, μία δέ τό τίνων όντων ανάγκη τοΰτ' είναι, έτέρα δε ή τι πρώτον έκίνησε, τέταρτη δέ τό τίνο ένεκα, πασαι αύται δια τοΰ μέσου δείκνυνται.

Τό τε γάρ ού όντο τοδΐ ανάγκη είναι μια μέν προτάσεω ληφθείση ούκ έστι , δυοιν δε τούλάχιστον τοΰτο δ' έστίν, όταν έν μέσον έχωσιν. Τούτου ουν ενό ληφθέντο τό συμπέρασμα ανάγκη είναι.

Δήλον δέ καί ώδε. Διά τί όοθή ή έν ήμικυκλίω; ή τίνο όντο όρθη; έστω δη όρθη έφ' η Α, ημίσεια δυοιν όρθαΐν έφ' η Β, ή έν ήμικυκλίφ έφ' η Γ. Τοΰ δη — τό Α την όρθην ύπάρχειν τω Γ τη έν τω ήμικυκλίω αΐτιον τό Β· αύτη μέν γάρ τή Α ίση, ή δέ το Γ τή Β· δύο γάρ ορθών ημίσεια. Τοΰ Β ουν όντο ημίθεο δύο ορθών τό Α τω Γ ύπάρχει· τοΰτο δ' ήν τό έν ήμικυκλίω ορθήν είναι. Τοΰτο δέ ταύτόν έστι τω τί ήν είναι, τω τοΰτο σημαίνειν τον λόγον.

Άλλα μην καί τό τί ήν είναι αίτιον δέδεικται τό μέσον.

Τό δέ διά τί ό Μηδικό πόλεμο έγένετο Άθηναίοι ; τι αιτία τοΰ πολεμεΐσθαι 'Αθηναίου ; ότι ει Σάρδ^ι μετ' Έρετριέων ένέβαλον τοΰτο γάρ έκίνησε πρώτον. Πόλεμο έφ' ού Α, προτέρου είσβαλεΐν Β, 'Αθηναίοι τό Γ. Υπάρχει δή τό Β τω Γ, το πρότερον έμβαλεΐν τοΐ Άθηναίοι , τό δέ Α τω Β· πολεμοΰσι γάρ τοΐ πρότερον άδικήσασιν. Υπάρχει' άρα τω μέν Β τό Α, τό πολεμεΐσθαι τοΐ πρότερον άρξασι· τοΰτο δέ τό Β τω Γ τοΐ Άθηναίοι · πρότερον γάρ ήρξαν. Μέσον άρα καί ενταύθα τό αίτιον τό πρώτον κίνησαν.

"Οσων δ' αίτιον τό ενεϊοά τίνο , οίον διά τί περιπατεί; όπω ύγιαίνη· διά τί οικία έστίν; όπω σώζηται τά σκεύη· τό μέν ένεκα τοΰ ύγιαίνειν, τό δ' ένεκα τοΰ σώζεσθαι. Δια τί δέ από δεί~νου δει περιπατεΐν, καί ένεκα τίνο δει, ούδέν διαφέρει. Περίπατο άπό δείπνου Γ, τό μή έπιπολάζειν τα σιτία έφ' ού Β, τό ύγιαίνειν έφ' ού Α. νΕστω δή τω άπό δείπνου περιπατεΐν ύπάρχον το ποιεΐν μή έπιπολάζειν τα σιτία προ τω στόματι τή κοιλία , καί τοΰτο ύγιεινόν. Δοκεΐ γάρ ύπάρχειν τω περιπατεΐν τω Γ τό Β τό μή έπιπολάζειν τα σιτία, τούτω δέ τό Α τό ύγιεινόν. Τί ουν αίτιον τω Γ τοΰ τό Α ύπάρχειν το ού ένεκα; τό Β τό μή έπιπολάζειν. Τούτο δ' έστίν ώσπερ έκείνου λόγο · τό γάρ Α ούτω άποδοθήσεται. Διά τί τό Β τω Γ έστίν ; ότι τοΰτ' έστι τό ύγιαίνειν, τό ούτω έχειν. Δει δέ μεταλαμβάνειν τού λόγου , καί ούτω μάλλον έκαστα φανεΐται.

Αί δέ γενέσει άνάπαλιν ένταΰθα καί έπί τών κατά κίνησιν αιτίων έκεΐ μέν γάρ τό μέσον δει γενέσθαι πρώτον, ένταΰθα δέ τό Γ τό έσχατον τελευταΐον δέ τό ού ένεκα.

'Ενδέχεται δέ τό αύτό καί^ένεκά τίνο είναι καί έξ ανάγκη , οίον διά τοΰ λαμπτήρο τό φώ · καί γάρ έξ ανάγκη διέρχεται τό μικρομερέστερον διά τών μειζόνων πόρων, ειπερ φω γίνεται τω διιέναι, καί ένεκά τίνο , όπω μή πταίωμεν. Άρ' ουν εΐ είναι ένδέχεται, καί γίνεσθαι ένδένεται; ώσπερ εΐ βροντά άποσβεννυμένου τε τοΰ πυρο ανάγκη σίζειν καί φοφεΐν, καί εΐ ώ οί Πυθαγόρειοί φασιν απειλή ένεκα τοΐ έν τω ταρτάρω, όπω φοβώνται.

* Quoniam autem scire opinamur cum sciamus causam, causae autem quatuor sunt, una quidem quod quid erat esse, una vero, cum haec sit, necesse est hoc esse, altera autem quae aliquid primo movet, quarta vero causa cuius gnjtia; omnes hae per medium monstrantur. y^tp'nx·

Et hoc enim quod cum sit, hoc necesse est esse, una quidem propositione accepta non est, duabus autem ad minus. Hoc autem est cum unum medium habeant. Hoc igitur uno accepto, conclusionem necesse est esse.

Manifestum autem est et sic: propter quid recta in medio circulo? quo existente recta est? Sit igitur recta in quo A, media duorum rectorum in quo B, quae est in medio circulo in quo C. A igitur rectam esse in C, quae est in medio circulo, causa B est, hoc enim ipsi A aequale est; quod vero est C ipsi B, duorum enim rectorum medium est. Existente igitur B medio duorum rectorum, A in G est, hoc autem erat in semicirculo rectam esse. Huic autem idem est quod quid erat esse, cum hoc significet ratio.

At vero et ipsius quod quid erat esse causa monstrata est media.

Propter quid autem Medorum bellum factum est Atheniensibus, quae causa est praeliari Athenienses? quoniam in Sardes cum Eretriis commiserunt. Propter hoc enim motum est primum. Sit bellum in quo A; prius committit B; Athenienses C. Est igitur B in C, prius enim est committere Atheniensibus; A autem in B, debellari enim prius iniustos. Est itaque in B A, debellari prius incipientes; B autem in C, sive in Atheniensibus, prius enim inceperunt. Medium itaque hic causa est primum movens.

Quorumcunque autem causa est propter aliquid, ut propter quid ambulat? ut sanus fiat; et propter quid est domus? ut salvet vasa. Hoc ergo ut sanet, illud vero propter id quod salvet: propter quid post coenam oportet ambulare, et cuius gratia oportet, nihil differt. Ambulare post coenam in quo C; non eminere cibos in ' quo B; sanari in quo A. Sit igitur in eo quod post coenam ambulat esse facere non supereminere cibos iuxta os ventris, et hoc esse sanum. Videtur enim inesse ipsi ambulare, quod est C, B quod est non eminere cibos; in hoc autem A quod sanativum est. Quae igitur causa est in C quod A sit, propter quid? est B, non eminere cibos. Hoc autem est sicut illius ratio. A enim sic demonstrabitur. Propter quid B in C est? quoniam hoc est sanari hoc sic habere. * Oportet autem commutare rationes, et sic magis ùnaquaeque apparebit. * Text. 15.

Generationes autem e contrario hic et in causis secundum motum. Ibi quidem enim medium oportet primum fieri, hic autem ipsum C ultimum. Ultimum autem est propter quid est.

Contingit autem idem et unum et propter quid esse, et ' ex necessitate, ut per lucernae pellem lumen. Et namque ex necessitate digreditur quod in parva est partibilius per maiores poros, si quidem lumen fit digrediendo; et propter aliquid, ut non offendamus. Itaque si esse contingit, et fieri contingit, sicut si tonat extincto igne, necesse est sizire et sonare, et si est, quemadmodum Pythagorici dicunt, minarum causa his qui sunt in tartaro, quatenus timeant. »

Πλεϊστα δε τοιαϋτ' έστί, καί μάλιστα έν τοϊ κατά φύσιν συνισταμένοι καί συνεστώσιν ή μέν γάρ ένεκά του ποιεί φυ'σι , η δ' έξ ανάγκη . 'Η δ' ανάγκη διττή'· ή μέν γάρ κατά φυ'σιν καί την όρμη'ν, ή δε' βία ή παρά την άρμην, ώσπερ λίθο έξ άνάγκη καί άνω καί κάτω φέρεται, άλλ' ού διά την αύτην ανάγκην.

Plurima autem huiusmodi sunt et maxime in his, quae natura subsistunt et constantibus. Haec quidem propter hoc natura facit, alia vero ex necessitate. Necessitas autem duplex est. Haec quidem enim secundum naturam et aptitudinem, haec vero violenta et contra aptitudinem; sicut lapis ex necessitate et sursum et deorsum defertur, sed non propter eandem necessitatem.

Έν δέ τοϊ άπο διανοία τα μέν ούδέποτε άπο τοΰ αύτομάτου υπάρχει, οίον οικία η άνδριά , ούδ' έξ ανάγκη , άλλ* ένεκα του, τά δέ καί άπο τύχη , οίον ύγίεια καί σωτηρία. Μάλιστα δέ έν οσοι ένδέχεται καί ώδε καί άλλω , δταν μη* άπο τύχη ή γένεσι η,

In his autem, quae sunt ab intelligentia, alia quidem nequaquam sunt ab eo, quod per se frustra est, ut domus, aut effigies, neque ex necessitate sunt, sed propter hoc ; alia vero sunt a fortuna, ut sanitas et salus. Maxime autem sunt in quibuscumque contingit sic et aliter, cum non a fortuna generatio fit.

ώστε το τέλο αγαθόν ένεκά του γίνεται καί η φύσει η τέχνγ(. Άπο τύχη δ' ούδέν ένεκά του γίνεται.

Quare finis bonus propter aliquid fit, et aut natura aut arte. A fortuna autem nihil propter aliquid fit.

Synopsis. — **i. Textus argumentum et divisio. – 2. Quia quaelibet quatuor causarum potest accipi ut medium demonstrationis, omnes hae causae possunt manifestari per medium demonstrationis. – 3. Textus subdivisio. – 4. Si causa materialis accipitur ut medium, ex necessitate sequitur conclusio; dummodo accipiantur duae propositiones, non solum propter exigentiam syllogismi, sed etiam ut in una ipsarum declaretur quod ex tali materia aliquid ex necessitate procedit. – 5. Proponitur exemplum in mathematicis. – 6. Nempe angulus cadens in semicirculo est rectus : probatur ex eo quod sit compositus ex duobus partialibus angulis quorum unusquisque est medietas anguli recti. – Iste modus demonstrationis potest pertinere etiam ad causam formalem, seu ad quod quid est. – 7. Quod autem causa formalis medium possit esse demonstrationis, relinquitur ut probatum in praecedentibus lectionibus. – 8. Exemplum adducitur de syllogismo in quo medium assumptum est causa efficiens. – g. Alius syllogismus, in quo medium assumptum est causa finalis.- 10. Est autem differentia inter medium quod est causa movens, et medium quod est causa finalis, quod illud est primum in via generationis, istud autem est ultimum in eadem via, quamvis sit primum in ordine intentionis. – 11. Quia plures esse possunt causae eiusdem effectus, ad hunc manifestandum possunt assumi ut media diversae illae causae, et diversimode possumus argumentari. – 12. Quomodo hoc se habeat in his quae fiunt a natura. – i3. Et in his quae fiunt a voluntate. – 14. Corollarium.**

1. ostquam Philosophus ostendit qua- ^^A^hter ipsum est se habeat ad demonstrationem, hic ostendit quo- i^Smodo ad demonstrationem se habeat *propter* tjzzz'J *, quod significat causam. Et circa hoc duo facit: primo, ostendit quomodo causae assumantur " in demonstratione; secundo, quomodo diversimode in diversis rebus; ibi: *Eadem autem causa est* * etc. Circa primum duo facit: primo, proponit quod intendit; secundo, manifestat propositum *; ibi: *Et hoc enim existente* ** etc.

• cf. kct. n, n. i.

α

• Leer. seq.

* *Propositum* om. CDELMQ.
*. Num. 3.
* *Quia* om. fci.
* Leer. iv.
* Ib., n. g.

2. Dicit ergo primo quod quia* scire opinamur cum sciamus causam, ut in primo * habitum est, demonstratio autem est syllogismus faciens scire*; ita consequens est quod medium demonstrationis sit causa. Sunt autem * quatuor genera causarum, ut 'n *Physic.* * et in V *Metaphys.* ** plenius man*festatur· Quarum una est quod quid erat esse, '^est causa formalis, quae est completiva essentiae rei. Alia autem est causa, qua posita necesse est causatum poni; et haec est causa materialis, quia ea quae sequuntur * ex necessitate materiae, sunt necessaria absolute, ut habetur in II *Physic.* * 1 ertia autem causa est, quae est princìpium motus, idest causa efficiens. Quarta autem * causa est, cuius gratia fit aliquid, scilicet causa finalis. Et ita patet quod per medium demonstrationis omnes hae causae manifestantur; quia quaelibet harum causarum potest accipi ut medium demonstrationis.

* fi: *enim.*

comme"! "'K' "Ccomm s Th i«bt iv'"Ead'nid'

* bcdeqst: *con-*

' Cap. « n. 2, seqq. - Com. s.τη. lect. xv.

* *Aut.* ex codd., -oom.*causa.-*

3. Deinde cum dicit: *Et hoc enim quod* etc., manifestat quod dixerat. Et circa hoc duo facit: primo, ostendit quomodo diversae causae sumuntur * ut media demonstrationis in diversis rebus; secundo, ostendit quomodo unius et eiusdem rei possunt esse diversae causae *; ibi: *Contingit autem idem* * etc. Circa primum quatuor facit: primo, manifestat quomodo causa materialis accipiatur in demonstratione; secundo, manifestat propositum in causa formali; ibi: *At vero ipsius** etc.; tertio, ostendit idem de causa efficienti; ibi: *Propter quid autem Medorum* * etc.; quarto autem, in causa finali; ibi: *Quorumcunque autem* * etc. Circa primum duo facit: primo, proponit modum quo causa materialis assumitur in demonstratione, qui etiam competit £ aliis causis; secundo, ponit exemplum; ibi: *Manifestum est autem* * etc.

"b: *assum,-Me-medium.*

>cf.iect.vn,nj.

· Num. u.

β

ᵀ Num.?,

ᵀ Num.8.

· Num.9.

4. Dicit ergo primo quod illud, quo existente necesse est aliud esse, scilicet causa materialis, non contingity accipi sic, ut ex necessitate aliquid sequatur, si accipiatur una sola propositio; sed oportet accipere ad minus duas * hoc modo se habentes, quod * communicent in uno medio. Si ergo accipiatur in duabus propositionibus unum medium, quod est causa materialis, ex necessitate sequitur conclusio *: puta si dicamus: *omne compositum ex contrariis est corruptibile; lapis est huiusmodi; ergo* etc. Oportet autem accipere duas propositiones, non solum propter exigentiam formae syllogisticae, sed etiam quia non omnia quae sunt ex materias, habent ex materia necessitatem, ut probatur in II *Physic.* * Et ideo praeter propositionem in qua sumitur hoc habere talem materiam, oportet quod sumatur alia propositio, quae

γ

* Q: *duas pro-*

'c<M.-e-.con-

ℭTM° *ntcessa-*

s

· Loc. prox.ch.

a) *Causae assumantur* etc. – ACDEHM et p. m. KN: *causae assimilantur,* et C add. marg.: *vel assumantur;* F: *ascant,* vel *astant;* I: *assilât,* nempe legit cum praecitatis codd. Sed *assimilantur* non est lectio bona, ut videre est infra n. 3.- L: *in demonstrationibus.*

β) *Qui etiam competit* etc. – Pro *qui,* F: *hic,* I: *quia,* Q: *quod,* om. *etiam.* – Codd., exc. AFl: *competit in aliis;* FI om. *causis.*

γ) *Non contingit* etc. – Q: *cum contingit accipi, non ex necessitate sequitur aliquid, si accip.* – *Aliquid* hab. cet. codd.; P: *quid.*

3) *Quae sunt ex materia* etc.-A p. m. om. *sunt ex materia;* L om. alterum *ex materia;* Q erronee: *quae sunt existentia habent essentias de necessitate.*

declaret quod ex tali materia aliquid ex necessitate sequatur.

5. Deinde cum dicit: *Manifestum autem est* etc., proponit exemplum in mathematicis. Nec est contra id quod dicitur in * III *Metaphys.* **, quod mathematicae scientiae non demonstrant per causam materjaiem Mathematica enim abstrahit quidem a materia sensibili, non autem a materia intelligibili *, ut dicitur in VI *Metaphys.* **· quae quidem materia intelligibilis' consideratur secundum quod aliquid divisibile accipitur vel in numeris vel in continuis. Et ideo quandocunque in mathematicis aliquid demonstratur de toto per partes, videtur esse demonstratio per causam materialem: partes enim se habent ad totum secundum rationem materiae, ut habetur in II *Physic.* * Et quia materia magis * proprie dicitur in sensibilibus, propter hoc noluit eam nominare * causam materialem, sed causam necessitatis.

6. Ad evidentiam autem exempli quod .in litera ponitur, sciendum est quod omnis angulus * cadens in semicirculo est rectus, ut probatur in m *Euclidis* *. Est autem probatio talis. Sit semicirculus ABC'; chorda autem eius, quae est diameter circuli, dividatur per medium * in puncto D, quod est centrum circuli. Erigatur ergo super punctum D linea perpendicularis, quae attingat circumferentiam circuli in puncto B; a quo ducantur duae lineae ad duo puncta A et C. Dico ergo quod angulus ABC, cadens in semicirculo, est rectus. Probatio. Triangulus B D C habet tres angulos aequales duobus rectis; sed angulus eius B D C est rectus, quia linea B D est perpendicularis; ergo duo alii anguli, scilicet D B C et B CD, sunt aequales uni recto. Sed hi duo anguli sunt aequales, eo quod duae lineae D B et D C sunt aequales, quia protrahuntur * a centro ad circumferentiam; relinquitur ergo quod angulus D B C sit media pars recti anguli. Pari quoque modo probatur quod angulus A B D sit media pars recti, Ergo totus angulus ABC* est rectus.

Hac ergo probatione utitur hic Philosophus, dicens quod manifestum est per hunc modum, propter quid est recta quae in semicirculo, idest rectus angulus qui cadit in semicirculo, dum accipit illud, quo existente sequitur quod sit rectus. Sit ergo rectus angulus in quo A, quod est *maior* extremitas; medietas duorum angulorum sit *medium,* in quo est * B; angulus cadens in semicirculo sit *minor* extremitas, in quo est * C. Huius igitur quod est" A esse in C, idest quod angulus in semicirculo sit rectus, causa est B, scilicet quod angulus semicirculi est medium duorum rectorum. Hoc enim medium est aequale per conversionem ipsi A, et ipsum C est simili modo aequale ipsi B. Nam B est esse medietatem duorum angulorum rectorum. Hoc igitur * existente necesse est quod A sit in C; quod nihil * est aliud quam angulum semicirculi esse rectum.

Subiungit autem quod hic modus e demonstrationis potest etiam ad causam formalem pertinere, quam nominaverat *quod quid erat esse;* eo quod esse medium duorum rectorum potest accipi ut ratio significans *quod quid est* recti anguli.

7. Deinde cum dicit: *At vero et ipsius* etc., remittit ad praemissa, et dicit * quod in superioribus monstratum * est quomodo causa formalis, quae est *quod * quid erat esse,* pertineat ad medium demonstrationis.

8. Deinde cum dicit: *Propter quid autem* etc., ponit exemplum de causa movente, tangens quamdam Graecorum * historiam: videlicet quod Athenienses quondam *, adiunctis sibi quibusdam aliis Graecis, invaserunt Sardenses, qui erant subiecti regi Medorum; et ideo Medi invaserunt Athenienses. Dicit ergo * quod quaeri potest *propter quid* bellum Medorum factum est cum Athéniensibus; et hoc *propter quid* est causa quare Athenienses impugnati sunt a Medis: quia scilicet ipsi simul cum quibusdam aliis, scilicet * Eretriis, fecerunt, insultum in Sardenses; hoc enim est quod· fuit primum * motivum belli. Sit ergo bellum if! quo A, quod - est *maior* extremitas; quod priores insultum fecerunt sit B, idest *medium;* sed Athenienses sit C, idest *minor* extremitas. Igitur B est in C, in quantum scilicet Atheniensibus convenit quod priores fecerunt insultum. A autem est in B, quia scilicet illi qui prius aliis iniustitiam intulerunt, sunt debellati. Sic ergo A est in B, in quantum debellantur illi qui prius inceperunt. Hoc autem, scilicet B, quod est *medium,* pertinet ad Athenienses, qui prius * bellum inceperunt. Et sic patet quod hic accipitur quasi medium causa quae primo movit.

9. Deinde cum dicit: *Quorumcunque autem causa* etc., manifestat idem in causa finali. Et

; *in* om.L.
lecr TvT Ed: Didjib.ii,cap.n,
• cf. libu.iect. ^comm. s°Th' lib. V, cap. i, w?(comni.s.n"': w/ficomm. s" Ed:Dîd.ïib'vi' Hbp'vn,'cap7|-, n.'j2.'e cap'VI' c^mm.IIs.nTh'
^*fag-is* om. a n. • *f i: appellare.*
• codd., exc. be g|X's'.P· r,an' χχχΓ· Prop' ε
'codd medium cx
•β o .-γ : *contrah.;*
•codd. - *p: ab CD;xs.m.:AB oc.*
ζ
e

*Extexcodd., exc. BCHQ. * *Est* om. c h.
0
*bo: *enim.*
*0: «°».
*Et dicit om.rm·,
?Êect. vu et vm.
*Qaorfexcodd.-be om. *esse.*
•codd.-rrgrae· ·ρ"οη</.οπ>.ιβ.
-codd.-r.·*ergo* om. *ergo,*
· *sat.* om. AHN °Q'
* *Primum ex* h: *prin-* coda.; Cf-tcxt·
' *phm* om.o.

e) *Sit semicirculus.* – Ad maiorem perspicuitatem demonstrationis subnectimus figuram.

A B C

ζ) *Propter quid est recta.*-PQ: *modum, quod est recta* etc. Lectio obscura. – Codd. ACDEFHIKLNOST: *modum, est recta;* in sinistro marg. C additur: *propter quid,* in dextro autem marg.: *angulatio, supple.* Hinc iuxta haec additamenta lectio esset: *propter quid est (angulatio) recta.* BM: *quod linea est* (M om. *est) recta quae est in.* – ACDEHIKLN: *idest est rectus.* – FI, loco *dum accipit,* legunt *autem accipit,* G h. lac. – Textus habet: Δηλον δε χα'ι ώδ·. Διά τί ορθή ή έν ήριχυχλίφ, η τίνο οντο ορθή, *manifestum autem est et sic. Propter quid rectus* (est angulus) *qui in semicirculo* (describitur)? *aut* (quid est) *quo posito* (necesse est ut angulus sit) *rectus*? – Quia igitur s. Thomas manifeste refert hoc loco verba Aristotelis, et sensus aliunde postulet lectionem marginalem cod. C, eam adoptamus.

n) *Huius igitur quod est* etc.-Est lectio codd., et textus, τοΰ. P: *Hoc ergo quod.* -Item codd., exc. A: *causa est B;* P om. *B;* A erronee: *causa est BC.* -Item *(scilicet quod angulus)* A om. *scilicet;* pro *angulus* F: *est causa,* 1: *causa.*

0) *Subiungit autem quod hic modus.* – Sufficimus hanc lectionem codd. lectioni P: *subiungit autem hic quod modus.* B: *quod huius (-modi) modus demonstrationis potest ad causam etiam formalem pertinere;* Q: *quod haec demonstratio potest.*

Dictum est quod in praefata demonstratione aliquid de toto conclusum est per partes, hoc est per causam materialem; nunc autem additur illammet demonstrationem posse pertinere ad causam formalem, quatenus partes assumptae possunt significare rationem, seu definitionem anguli recti. F.t optime. Nam, ut docet s. Thomas in II *Physic.* lect. v, partes speciei, quae ponuntur in definitione, comparantur ad suppositum naturae per modum causae formalis, quia ab ipsis suppositum illud constituitur in determinata specie; sed ad ipsam naturam, cuius sunt partes, comparantur ut materia: nam omnes partes comparantur ad totum, ut imperfectum ad perfectum, quae quidem est comparatio materiae ad formam (cf. VII *Metaphys.,* lect. tx).

circa hoc duo facit: primo, proponit exemplum in causa finali; secundo, ostendit differentiam inter causam finalem et causam quae est principium motus; ibi: *Generationes autem e contrario* * etc. Dicit ergo primo quod similiter se habet cum praedictis in quibuscunque accipitur quasi causa finis, cuius causa fit aliquid. Puta si dicamus propter quid aliquis ambulat post coenam, ut scilicet fiat sanus: et iterum propter quid est domus, ad hoc scilicet ‘ ut vasa, idest supcllectilia hominis, salventur, idest conserventur. Sic ergo hoc, scilicet ambulatio post coenam, fit gratia sanandi; hoc autem, scilicet aedificatio domus, est gratia servandi supellectilia. Sic ergo nihil differt dicere *propter quid* oportet post coenam ambulare, ct *cuius gratia* hoc oporteat. Sit ergo ambulare post coenam in quo C, *minor* extremitas ; sed non eminere cibos in ore stomachi sit *medium,* in quo est B; sanari vero sit *maior* extremitas, in quo est A. Sit ergo B in C, quia ambulatio post coenam facit ut non emineant cibi in ore stomachi; et propter hoc provenit sanitas, quod est A esse in B. Videtur enim quod ipsi ambulare, quod est C, insit B, quod est non eminere cibos in ore stomachi. Ad hoc autem sequitur A, quod est esse sanativum. Sic ergo patet quod B, scilicet non eminere cibos in ore stomachi, est causa quare C est A, idest quare ambulare post coenam sit sanativum; et hoc, scilicet non eminere cibos in ore stomachi, est ratio eius quod est esse sanativum. A enim, idest esse sanativum, sic assignabitur, idest * notificabitur. Quod autem B sit in C est "propter quid, quia scilicet sic se habere ut non emineant cibi in ore stomachi est sanari. Et ad hoc quod singula fiant magis manifesta, oportet transumere rationes, ut scilicet accipiatur medium, quasi ratio maioris extremitatis, sicut in praemisso exemplo * apparet.

10. Deinde cum dicit: *Generationes autem e contrario* etc., ostendit quomodo diversimode se habet et in causa quae * est principium motus. Contrario enim modo se habent in via generationis causa finalis, et causa quae est principium motus. Nam ibi *, scilicet in demonstratione quae sumitur per causam quae est principium motus, oportet medium primum fieri \ idest esse primum in via generationis; sicut prius fuit quod Athenienses insultum fecerunt * in Sardenses, quam quod impugnarentur a Medis. Sed hic, in demonstratione quae fit per causam finalem, accipitur sicut primum in via generationis ipsum C, quod * est minor extremitas, et est * ultimum causatum causae finalis. Ultimum autem * in via generationis est finis, cuius gratia est aliquid. Manifestum est enim * quod primo aliquis ambulat post coenam, et * ex hoc sequitur quod cibi non emineant in ore stomachi, et ex hoc ulterius sequitur sanitas hominis. quae est principalis finis.

11. Deinde cum dicit: *Contingit autem idem* etc., ostendit quomodo ad cumdem effectum possunt * assumi * plures praedictarum causarum. Et circa hoc duo facit: primo, manifestat plures causas esse eiusdem; secundo, ostendit in quibus habeat locum quod dictum est; ibi: *Plurima autem huiusmodi sunt* * etc. Dicit ergo primo quod contingit unum et eumdem effectum* esse propter aliquem finem sive gratia eius *, et ex necessitate alicuius prioris causae; sicut hoc quod est lumen apparere per pellem lucernae, ex necessitate provenit; necesse est enim quod corpus minorum partium transeat per poros largiores. Dicitur autem hoc secundum opinionem ponentium quod lumen sit corpus quoddam subtile, et quod apparentia luminis per diaphanum fiat propter magnitudinem pororum quasi quorumdam foraminum. Corpus autem subtile videtur esse parvarum partium. Et quia hoc non est secundum suam opinionem, subiungit quod ex tali necessitate Jioc provenit, si tamen lumen appareat * digrediendo, idest per egressum partium eius per poros diaphani. ’Hoc autem quod est apparere lumen per pellem lucernae, est propter aliquem finem, ut scilicet ambulantes in nocte beneficio luminis non offendamus *. In talibus ergo possibile est dupliciter argumentari. Uno modo a causa praeexistente, ut dicamus: *si esse contingit hoc, et hoc erit;* puta si lumen impo-

• Num. seq.
»
• codd.-p; *et.* z
• *Exempto* om.
• a o q s t et ed. *a: et in ea quae.*
-zwexcodd. cc
λ
·CDEIKMN09T:/a-
· *▪ quia.*
* *Est* ex codd.
-codd.-r: *etiam.*
*codd.- p: *au·*
* *Et* ex codd.
* fgm: *pastini.*
*codd., exc.cQ., l'Q: *accipt;* o: «««««.
* Num. seq.
* *Effectum* om.u
* no: *apparet.*
‘acdcklmnost.-qj ^*dSmut;*

i) *Ad hoc scilicet* **ut.-Hanc** lectionem habent codd., exc. LMOQ; P: *ad hoc ut scilicet;* L om. *ad hoc;* MO: *ad hoc scilicet quod;* Q: *ad hoc enim ut.*

x) *Quod autem B sit in C* **etc.-Sic** legimus cum codd., exc. IQ, qui om. *est* post *C,* et F, qui cum P habet: *quod autem A sit in C est B propter quid.* Edd. *bc* legunt cum P; ed. *a* cum codd. Textus graecus postulare videtur nostram lectionem: Διά τι το Β τω Γ ἐστιν, ὁτι τοῦτ’ ὕστι το ὑγιαίνειν, τὸ οὑτω ε/ειν.-**Codd.** (exc. FGLNQ) et ed. *a: sanare:* marg. autem C add.: *vel sanari. – (Et ad hoc* etc.) B om. *hoc;* AN om. *quod,* pro quo MO : ut. – T: *singularia.*

Additur ab Aristotele quod, ut praecedens syllogismus evidenter concludat id quod susceptum est probandum, *oportet transumere rationes,* Sit μεταλαμβάνειν του λόγου . – Sermo est directe de causa finali, quomodo accipiatur ut *medium,* et ideo ut *propter quid* effectus causae efficientis. Declaratur autem in exemplo de *propter quid,* seu propter quem finem aliquis deambulat post coenam, hoc modo. B (non eminere cibos in ore stomachi) est A (finis, qui est sanari); sed C (ambulare post coenam) est B; ergo C est A. Nempe B est causa efficiens causae finalis A; sed C est causa efficiens causae efficientis B; ergo C est causa efficiens causae finalis A. Patet ergo quod medium assumptum in hoc syllogismo non est propter quid, quod est finis (A enim est maior extremitus); sed est B, hoc est causa efficiens τοῦ A et effectus simul causae efficientis C. Igitur, attenta materiali dispositione propositionum, non probatur per praefatum syllogismum quod susceptum est probandum, nempe modus quo accipitur ut medium causa finalis. – Verum notandum est quod sermo est de causis efficientibus quae agunt propter finem. Finis autem in ordine exeeutionis est terminus efficientium, sed in ordine intentionis est earumdem causarum efficientium principium. Qua de causa, sicut in ordine exeeutionis B est medium et ratio maioris extremitatis A, et minor extremitas C est ratio medii B ; ita in ordine intentionis oppositum debet verificari, ut scilicet transumptis, seu commutatis terminis ct propositionibus, syllogismus hoc modo procedat: A (omne sanativum) est B (facit non eminere cibos); sed C (deambulare post coenam) est A (sanativum); ergo C (deambulare post coenam) est B (facit non eminere cibos). Videlicet A, quod in priori syllogismo erat maior extremitas ct quasi effectus medii termini B (quia procedebatur secundum ordinem efficientiae), in altero syllogismo, quia proceditur ex ordine finalitatis, est medium, et ratio maioris extremitatis B. Insuper in priori syllogismo C erat causa medii B, et ideo causa efficiens τοῦ A; in secundo autem syllogismo prius est causa ipsius A, et consequenter causa efficiens τοῦ B.—Probata igitur est thesis; sed insuper monemur quod « commutatis rationibus de causa «'efficienti in finalem, magis apparebit et manifesta erit unaquaeque » demonstratio utrum sit *(formaliter)* per causam efficientem vel fina- * lem. » (B. Alb. Magn. in II *Poster.,* tract, in, cap. ut, pag. *63q,* coi. 2, seq. – Cf. Waitz II *Poster. Comm.* in cap. xi, pag. 409).

λ) *Oportet medium primum Jieri.* – *Principium* habet P pro *primum* hic et statim post: sed codd. recte legunt *primum,* quae est lectio nostrae versionis, et textus graeci, το μέσον 3εῖ γενέσθαι πρώτον, et aliunde declaratio apposita a s. Thoma, *idest* etc.... *sicut prius,* subaudit *primum.* Adde quod infra habetur, *in demonstratione quae fit... accipitur sicut primum.* – Fl om. *esse;* et EQ om. *idest esse primum.*

situm est lucernae, sequitur quod diffundatur per poros pellis. Alio modo a causa posteriori, quae est posterior * in fieri; et secundum hoc argumentabimur " quod si fieri contingit finem ultimum, oportet praecedere ea per quae pervenitur ad finem, Sicut patet in tonitruo quod si est ignis extinctus, necesse est *sifire* *, idest facere fremitum quemdam ignis extincti et sonum quemdam. Et si * opinio Pythagoricorum est vera, quod tonitruum fiat ad comminandum his qui sunt in tartaro, oportet dicere quod tonitruum fiat ad hoc quod homines qui sunt in tartaro timeant.

12. Deinde cum dicit: *Plurima autem huiusmodi* etc., ostendit in quibus contingat hoc quod dictum est. Et circa hoc tria facit: primo, ostendit quomodo hoc se habeat in his quae sunt a natura; secundo, quomodo * se habeat in his quae sunt a proposito; ibi: *In his autem quae sunt* * etc.; tertio, infert quoddam corollarium; ibi: *Quare finis bonus*, etc.* Dicit ergo primo quod plurima huiusmodi, quae scilicet sunt * ex necessitate et fiunt ** propter finem, maxime inveniuntur in his quae subsistunt a natura, et in his quae sunt per naturam constructa. Natura enim quaedam facit propter finem, quaedam vero facit * ex necessitate priorum causarum. Quae quidem est duplex: una secundum naturam, quae est secundum conditionem materiae; alia secundum causam moventem: sicut lapis movetur quidem ex necessitate quandoque sursum, quandoque * deorsum,, sed non propter idem genus necessitatis; sed deorsum movetur propter necessitatem naturae *, sursum autem propter necessitatem moventis, idest proficientis.

13. Deinde cum dicit: *In his autem* etc., ostendit quomodo se habeat in his quae sunt a proposito. Et dicit quod in illis * quae fiunt per rationem, sicut sunt opera artis, quaedam talia sunt quae* nunquam fiunt a casu, sicut domus et statua, nec etiam possunt unquam fieri ex necessitate naturae; sed semper -fiunt propter finem, quia semper fiunt a ratione, quae non operatur nisi intendens finem. Quaedam vero sunt * quae possunt quidem fieri a ratione artis, tamen possunt etiam quandoque fieri a fortuna: sicut patet de sanitate, quae quandoque * fit per artem medicinae; sed tamen, quia potest provenire ex aliqua causa naturali, potest contingere quod aliquis sanetur praeter intentionem, sicut si leprosus sanetur ex esu serpentis, quem comedit ut moreretur. Et similiter contingit de salute; cum scilicet aliquis intrans domum propter aliquid aliud, liberatur de manu inimicorum quaerentium ipsum. Et hoc maxime contingit in * omnibus rebus in quibus contingit quod aliquid fit et sic et aliter ξ, cum non a fortuna fit, idest cum * contingit eumdem effectum non fortuito ex diversis causis provenire. Puta potest aliquis intrare domum non a fortuna ut salvetur a manu hostium, vel ut comedat, vel ut quiescat. Unde si intendendo unum eorum * eveniat aliud, erit a fortuna. Sed domus et statua non fiunt nisi per * easdem causas; et ideo talia non contingit fieri a fortuna.

14. Deinde cum dicit: *Quare finis bonus* etc., concludit ex praemissis quod pervenire ad bonum * est aut a natura aut ab arte. Ars enim et natura similiter operantur propter· finem, ut habetur in II *Physic.* * Sed a fortuna non fit aliquid gratia huius. Quod * ideo dicitur, quia etsi fortuna contingat in his quae fiunt propter aliquid, ut dicitur in II *Physic.* *, illud tamen quod dicitur a fortuna fieri, non est intentum tanquam finis, sed praeter intentionem accidit.

* Codd., exc. q: *posterius,*

H·

v

* *Si* om. a et p. m. n; n s. m.: *Et sic, si.*

* AG om. *quom.;* gq om. *se hab.*
• Num. seq.

* Num. 14.

• b: *Jiunt.*
**Codd.-p: *sunt;* b om.

• *Facit* om. 1.

* acdkmnst: *et quandoque.*

*abmn: *materiae.* CEG h.lac.

' n: *his.*

* coa.-r-.*quod.*

* *sunt* » codd.

' fi: *quae quidem quandoque.*

* *In* om. an.

ξ

* *Cum* ex codd.

-codd.: *horum;* L° °"'

'Codd. - p: *propter'*

'as. m.·. *bonum* finm'

* Cap. vin, nn. 5

»! Th.cîe"'?tx"n *Et.*

*Cap. v, nn.4,5.-Comment, s. Th. icct.vm.

(i) *Et secundum hoc argumentabimur.* – **AN om.** *et.* – **G om.** *hoc.* – **BChKLNOS:** *argumentabimur;* **D.MT:** *argumentabamur;* **F1Q:** *argumentamur;* **P:** *argumentabitur.*

v) *Necesse est siqire* **etc.-T om.** *necesse:* **EGS et p. m. K om.** *est;* **DFM om.** *necesse est.* **Loco** *siqire,* **quod habet s. m. 1, legunt ABCE GKLNS:** *sitire;* **DMT:** *vocem sitire* **(vel** *vocem* **corrupte pro** *necesse est),* **F:** *vocem sentire;* **1 p. m.:** *sentire; O: Jieri,* **Q:** *scire.* **H om.** *necesse est... extincti.* – **P:** *necesse est sceptire idest fulminare, et facere fremitum; sed fulminare et* **om. codd.** – **Existimo sine ulla temeritate affirmari posse quod lectiones** *sentire, scire,* **et praesertim** *sitire,* **non aliud sunt quam** *sitire* **correctoris cod. I, corrupte ab amanuensibus scriptum. Unde recipimus** *siqire:* **quod est ipsum vocabulum ab Aristotele positum:** σιζῖἵν.

ζ) *Aliquid fit et sic et aliter.* – **Est lectio ista P textui Aristotelis conformis:** χοά ὠδε χα'ι ἀλλω **. A:** *aliquid fit et aliter;* **B:** *aliquid sit et taliter;* **CEFG1LMNQST:** *aliquid sit taliter;* **D:** *aliquid* **(marg. add.** *fit) taliter;* **H:** *aliquid fit taliter;* **K:** *aliquid taliter sit;* **O:** *aliquid sic sit et aliter.* **-AL om.** *a;* **BOQ:** *a fortuna sit.*

LECTIO DECIMA

QUOMODO IN DEMONSTRATIONE ACCIPIATUR PROPTER QUID, SEU CAUSA QUAE EST SIMUL CUM EO CUIUS EST CAUSA - PRAENOTAMEN AD ALTERAM QUAESTIONEM DE CAUSA QUAE NON EST SIMUL CUM EFFECTU

Το δ' αὐτό αἰτιόν ἐστι τοῖ γινομένοι καὶ τοῖ γεγενημένοι καὶ τοῖ ἐσομένοι οπερ καὶ τοῖ οὐσι· το γάρ μέσον αἴτιον, πλην τοῖ μέν οὐσιν ον, τοῖ δέ γινομένοι γινόμενον, τοῖ δέ γεγενημένοι γεγενημένον καὶ ἐσοροενοι ἐσόμενον.

* Eadem autem causa est in his quae fiunt et factis et futuris, quae vere est his quae sunt. Medium enim causa est in his quae sunt, quae est, ipsis autem quae fiunt, quae fit, factis autem facta, et futuris futura. * Cap. xi. Se'?-,ex1·12

Οἰον διά τί γέγονεν εκλειψι ; διότι ἐν μέσω γέγονεν ἡ γη· γίνεται δέ διότι γίνεται, εσται δέ διότι εσται ἐν μέσω, καὶ εστι δέ ὁτι εστιν. Τί ἐστι κρύσταλλο ; εἰλη'φθω δη οτι ὑδωρ πεπηγό . 'Υ)ωρ ἐφ' οὐ Γ, πεπηγό ἐφ' οὐ Α, αἴτιον τό μέσον ἐφ' οὐ Β, ἐκλειψι θερμού παντελή . Υπάρχει δη τω Γ τ> Β, τούτω δέ τό πεπηγέναι τό ἐφ' οὐ Α. Γίνεται δέ κρύσταλλο γινομένου τού Β, γεγένηται δέ γεγενημένου , εσται δ' ἐσομένου. Τό μέν οὐν οὐτω αἴτιον καὶ οὐ αἴτιον ἁμα γίνεται, ὁταν γίνηται, καὶ ἐστιν, ὁταν η· καὶ ἐπί τοῦ γεγονέναι καὶ ἐσεσθαι ωσαὐτω .

Ut propter quid factus est defectus? propter id quod in medio facta est terra: fit autem propter id quod fit, erit autem et propter id quod erit in medio, et est propter id quod est similiter. Et quid est crystallus? Accipiatur igitur quoniam aqua densata est. Aqua C, densata in quo A, causa media in quo B defectus caloris penitus. Est igitur in C quidem B, in hoc autem densatum esse, quod est in quo A: fit autem crystallus cum fiat B, factum est autem facto B, erit autem futuro B. Sic quidem causa et cuius causa est, simul fiunt cum fiant, et sunt cum sint, et in eo quod factum est et in futuro similiter est.

Ἐπί δέ τών μη ἁμα ἀρ' ἐστιν ἐν τω συνεχεῖ χρόνω,

* In his autem quae non simul sunt, numquid sunt in continuo tempore? · Texi. 13.

ὁίσπερ δοκεῖ ἡμῖν, ἀλλα ἀλλων αἰτια εἰναι, τοῦ τόδε γενέσθαι ἑτερον γενομενον, καὶ τοῦ ἐσεσθαι ἑτερον ἐσόμενον, καὶ τοῦ γίνεσθαι δέ, εἰ τι ἐμπροσθεν ἐγένετο;

Sicut videtur nobis alias aliorum causas esse: hoc est facti esse altera facta, et futura futuri, eius autem quod fit, si aliquid antea factum est.

"Εστι δη από τοῦ ὑστερον γεγονότο ὁ συλλογισμό . Ἀρχη δέ καὶ τούτων τά γεγονότα. Διό καὶ ἐπί τών γινομένων ωσαὐτω . Ἀπό δέ τού προτέρου οὐκ εστιν, οἰον ἐπεί τόδε γέγονεν, ὁτι τού' ὑστερον γέγονεν. Καὶ ἐπί τοῦ ἐσεσθαι ωσαὐτω .

Est igitur a posterius facto syllogismus; principium igitur et horum est, quae facta sunt. Unde et in his quae fiunt similiter est. A priori autem non est, ut quoniam hoc factum est, quare hoc posterius factum est; et in futuro similiter.

Οὐτε γάρ αορίστου οὐθ' ὁρισθε'ντο εσται τού χρόνου, ὡστ' ἐπεί τούτ' αληθέ εἰπεῖν γεγονέναι, τόδ' αληθέ εἰπεῖν γεγονέναι τό ὑστερον. Ἐν γάρ τω μεταξύ ψεύδο εσται τό εἰπεῖν τούτο, ηδη θατέρου γεγονότο . '0 δ' αὐτό λόγο καὶ ἐπί τού ἐσομένου.

Neque enim determinati aut non determinati erit temporis. Quare neque quoniam hoc verum est dicere factum esse, hoc verum est dicere factum esse posterius. In medio enim falsum esset dicere hoc iam altero facto. Eadem autem ratio est et in futuro.

Οὐδ' ἐπεί τόδε γέγονε, τόδ' ἐσται. Τό γάρ μέσον ὁμόγονον δεῖ εἰναι, τών γενομένων γενομενον, τών ἐσομένων ἐσόμενον, τών γινομένων γινόμενον, τών ὀντων ον* τοῦ δέ γέγονε καὶ τού εσται οὐκ ἐνδέχεται εἰναι ομόγονον.

Neque quoniam hoc factum est, hoc erit. Medium enim homogeneum oportet esse, factorum factum, futurorum vero futurum, cum his quae fiunt fieri, cum his quae sunt esse. Sed futurum esse et esse non contingit esse homogeneum.

Ἐτι οὐτε αὁριστον ἐνδέχεται εἰναι τον χρόνον τον μεταξύ οὐθ' ὡρισμένον ψεύδο γάρ ἐσται τό εἰπεῖν ἐν τω μεταξύ.

Amplius enim neque indeterminatum contingit esse tempus medium, neque determinatum. Falsum enim erit dicere in medio.

Synopsis.— 1. Textus argumentum et divisio. – 2. Praenotamen de causa movente et de subiecto moto, deque coexistentia unius cum altera. – 3. Quandocunquc causa est simul cum suo effectu, causa quae accipitur in demonstratione ut medium quoad *esse* effectus, eadem accipitur proportionaliter quoad *fieri* et *factum esse* et *futurum esse* eiusdem effectus. -4. Manifestatur assertum per exempla desumpta ex eclipsi lunae et ex natura glaciei. – 5. Textus subdivisio. Quaestio: Utrum in causis quae non simul sunt cum causatis, sit dicere quod · causatum secundum tempus continuum consequatur ad causam vel non? – 6. Quaestio procedit ex eo quod dantur causae quae simul non existunt cum effectibus, et principium immediatum accipi non potest inter duo discontinua. – 7. Praenotamen. Quia et *fieri* est causa praecedens το *factum esse,* et το *factum esse* est causa alterius *fieri,* potest a posteriori argui a facto esse ad primum fieri; non autem potest a priori argui ad secundum fieri. Et eadem ratio est de *fore* et *futurum fieri,* quae est de *fieri* et de *factum esse.* – 8. Nam posito priori non sequitur ex necessitate posterius secundum determinatum tempus. – 9. Idem dicendum quoad tempus indeterminatum. - 10. Et quoad tempus intermedium.

1. ostquam Philosophus ostendit quo- $5modo quatuor genera causarum in ▮demonstrationibus * pro mediis assu- . -.muntur, hic ostendit quomodo in diversis demonstratur aliquid per causam. Est autem circa hoc duplex differentia consideranda *: -πϊλ^μιΛ. prima quidem secundum quod causa simul est cum effectu vel non simul secunda prout causa α

* Codd. - p : *demonstratione.*

α) *Secundum quod causa simul est cum effectu vel non simul.* – Ut quae dicuntur de causis, quae sunt media demonstrationis ct propter quid conclusionis, vero sensu accipiantur, perutile ducimus assignare varias significationes, quibus usurpare scholastici solent nomen *causae,* et declarare in qua significatione determinata illud usurpet hic s. Thomas cum Aristotele.

producit effectum semper aut sicut frequenter; et de hac agit ibi: *Sunt autem quidem quaedam quae fiunt universaliter* * etc. Circa primum duo facit: primo, ostendit quomodo aliquid demonstretur per causam quae est simul cum eo cuius est causa; secundo, quomodo demonstratur aliquid per causam quae non est simul cum eo cuius est causa; ibi: *In his autem quae non simul* * etc.

2. Circa primum considerandum est* quod, quia in motu necesse est considerare prius et posterius, in causis motus est accipere causam et causatum se habere secundum prius et posterius. Sicut patet quod causa agens naturalis movendo perducit * ad suum effectum: et sicut per totum motum perducitur * mobile ad terminum motus, ita per primam partem motus perducitur ad secundam, et sic deinceps. Unde sicut motus est causa quietis consequentis, ita prima pars motus est causa subsequentis, et sic deinceps. Et hoc indifferenter sive hoc consideretur in uno mobili, quod movetur continue a principio usque ad finem; sive in diversis mobilibus, quorum primum * movet seeundum, et secundum tertium. Et * licet simul dum primum movens movet, primum motum moveatur, tamen primum motum * remanet movens postquam desiit moveri, quo movente simul movetur secundum mobile. Et ita successive moventur mobilia, quorum unum est causa motus alterius, sicut de his quae proiiciuntur manifestat Philosophus in VIII *Physic.* * Per hunc ergo modum contingit quod causa non est simul cum eo cuius est causa, in quantum scilicet prima pars motus * est causa secundae *, vel primum motum movet secundum. Quamvis autem motus in suis partibus successionem habeat, tamen simul est cum causa movente. Simul enim dum movens movet, mobile movetur, eo quod motus nihil est aliud quam actus mobilis a movente, secundum quem * movens dicitur movere et mobile moveri. Et multo magis in his quae sunt extra motum, oportet causam simul esse cum suo causato; sive accipiatur aliquid ut terminus motus (sicut illuminatio aeris simul est cum solis exortu *), sive aliquid accipiatur in his quae sunt penitus immobilia, et in* causis essentialibus, quae sunt causae ipsius esse.

3. Circa primum ergo * duo facit: primo, proponit quod intendit; secundo, manifestat propositum per exempla; ibi: *Ut propter quid factus defectus* etc *. Dicit ergo primo quod quandocunque causa est simul cum suo effectu, oportet eamdem causam accipere quantum ad hoc quod est fieri vel factum esse vel * futurum esse, quae accipitur quantum ad hoc quod est esse: quia si causa est* simul cum suo * causato, sicut necesse est quod quando est causa est * effectus, ita necesse est quod quando fit causa fiat effectus et quando est facta quod sit factus effectus, et quando est futura quod sit futurus effectus. – Nec est instantia quod dum fit aedificator, addiscendo artem aedificativam *, nondum fit aedificium, cuius ipse est causa per artem aedificativam *; quia aedificator non nominat causam aedificii * in actu, sed causam in potentia vel in habitu. Sed aedificans nominat causam in actu, quam oportet simul esse cum eo cuius est causa, ut dicitur in II *Physic.* * Est autem identitas quantum ad hoc, quod in omnibus medium est causa. Sed hoc accipiendum est secundum debitam proportionem; ut scilicet ipsum *esse* causae proportionetur ipsi *esse* effectus, et *fieri* causae *fieri* causati, et *factum esse* causae *facio esse* causati, et *futurum esse* causae *futuro esse* causati.

4. Deinde cum dicit: *Ut propter quid factus est defectus* etc., manifestat quod dixerat per duo exempla, quorum primum est de eclipsi lunae. Dicimus enim quod heri factus est defectus lunae propter hoc quod heri facta est interpositio terrae inter solem et lunam; et quod nunc fit defectus lunae propter hoc quod nunc fit talis interpositio terrae; et quod cras fiet* defectus lunae propter id quod terra ponetur * in medio; et quod nunc 7 est defectus lunae propter id quod nunc est interpositio terrae. – Secundum autem exemplum est * de crystallo: puta si dicamus quid est crystallus ‘; et accipiatur hoc pro eius defini-

• Lect.xn,n.4.
ˀ Num. 5.
' Est ** c°dd.
• m : *perducitur,*
'ducu i ''va'per'
♦ AcoFiKLNST : *eundus.*
«0- ex codd.
ˀ cap.x.n. lect. xxii.
* *Motus* om. m.
c«wd/d''P: xe"
Quid est motus.
I on-MQST, p. m. c, s. m. q : *seeundum quod,*
* adlnq et s. m. C: *ortu.*
* *In a.* codd.
• *Ergo* **om.** h.
* Num. seq.
• bkq. - p : *et.*
• *Est* ex codd.
• *Suo* om. codd.
• Sit?
β
* 0Q : *aedificatoriam.* Cf. lib. I, lect. l, n. i.
* o: *aedificatoriam.*
' Gpdd. (exc.Fo): *in (g oro. in\actu aedif.;* f om. *aedif-*
* Cap. in, η. 8. - Comment. s.Th. lect. vi.
* Codd. (exc. bf 0Q): *erit;* o : *fit.* bf h. lac.
* ACDEHIKMNST : *interponetur;* c l o : *interponitur.*
Ï
* *Est* ex codd.
δ

Tria ergo in causa sunt, pro praesenti quaestione, distinguenda: t·, res, seu subiectum quod causa dicitur; 2*, actio, seu causalitas qua mediante subiectum quod dicitur causa, effectum producit; 3*, relatio, quae consequitur causalitatem positam et effectum productum, et qua mediante causa dicit ordinem ad effectum, ut ad terminum. Ita homo est causa filii; generatio est actio, seu causalitas qua producit filium; paternitas est relatio, quae in homine ex generatione filii consequitur, et qua ad filium ut ad terminum refertur. – Res, seu subiectum est *materiale* in causa, seu est causa materialiter sumpta; causalitas est *formale,* seu est causa sumpta *formaliter,* seu *reduplicative ut causa est.* Relatio denique est respectus causae ad effectum. – Quid intelligitur ab Aristotele et a s. Thoma in hoc tractatu de differentia *propter quid* in diversis causis? Non enim, notat Caietanus, parvi refert quid horum accipiatur in proposito.

Porro nomine causae hic non intelligitur causa materialiter sumpta, hoc est, res illa quae est causa: sermo est enim de causa quae est simul cum eo cuius est causa; quod universaliter de causa sumpta materialiter non est verum, ut patet dc artifice, qui est, quin tamen simul existât artificium. Sed et manifestum per se est causam hoc loco non accipi pro relatione: est enim sermo de causa prout causât effectum, et relatio causae neque effectum, neque effectus relationem causât. Ergo sequitur quod causae nomine intelligatur causa formaliter, seu causalitas, seu causa materialis prout est sub causalitate, nempe in exercitio actionis effectus productivae. Hinc infra (num. 3) distinguitur aedificans in potentia ab aedificante in actu, et de hoc, non autem de primo, dicitur quod nominat causam in actu, quam oportet simul esse cum eo cuius dicitur causa. Et merito causa formaliter sumitur « quia, *inquit » Caietanus,* nomina formaliter sumenda sunt, prolata praesertim a tanto » Philosopho; causae autem nomen nec rem, ncc relationem formaliter » importat, sed causalitatem. Quod ex duobus liquet. Primo ex hoc » quod eius *(causae)* abstractum *causalitas* est, et consequenter, sicut » album puram albedinem, ita causa puram causalitatem significat. Se- » eundo ex hoc quod ea quae causis sermone formali attribuuntur a » philosophis, de *causalitatibus* oportet et sufficit verificari: utpote quod » causa distinguitur in causam in actu et causam in potentia... Et quod » dictum est de causa, intelligendum est proportionaliter de effectus seu » causati nomine... de fieri et factum esse » (In II *Poster.,* cap. ix, § *Circa primam conclusionem* etc., fol. 86, col. i; et § *Circa secundam conclusionem* etc., ib. col. 2).

β) *Piat effectus* etc. – ACDGKLNOST: *fiet effectus;* HM: *fit effectus.—M; et quando est causa fit effectus, et quando est futura quod sit futura,* om. *effectus.* Q: *et quando est facta fit effectus, et quando est futura sit futurus;* ACDFH1LNOST et p. m. K: *et quando est facta quod sit facta* (C marg. *vel factus), et quando est futura quod sit futura* (marg. C, *vel futurus),* om. *effectus.* BG et s. m. K bis om. *effectus,* sicut praecedentes codd. Integram lectionem adoptatam habet cod. E. P om. *quod* post *futura.*

γ) *Et quod nunc est* etc.– Haec verba, usque ad *interpositio terrae* inclusive, omittuntur a cod. Q. Sed est mendum. Quatuor enim in praecedenti numero comparata sunt, nempe *esse* causae cum *esse* effectus, *fieri* causae cum *fieri* effectus, *factum esse* causae cum *facto esse* effectus, *futurum esse* causae cum *futuro esse* effectus. Quae omnia explicantur in hoc numero per exempla. Deest autem in Q membrum de *esse* effectus (defectus lunae) propter *esse* causae (interpositionis terrae).

0) *Quid est crystallus* etc. – In textu graeco: Τί εστι κρύσταλλο ; Κρύσταλλο autem graece *glacies* est latine, seu etiam, vocabulo ipso

tione, quod sit aqua condensata vehementer. Sit ergo aqua C, idest *minor* extremitas; et densatum esse sit A, idest *maior* extremitas; et accipiatur pro *medio* B, idest quod penitus caret calore. Exhalante enim calido inspissatur humidum: unde quando intense exhalat calidum, consequens est quod intense inspissetur humidum. Reducendo ergo ad formam syllogisticam, dicemus quod B est in C, quia scilicet crystallus habet perfectam exhalationem calidi; in B autem est A, quia illud quod perfecte caret calido, est densatum. Sicut huius * quod est crystallum esse aquam plene densatam f, causa est quod habeat defectum caloris; ita etiam causa quod fiat crystallus, causa est quod fiat B. Et eadem ratio est *in factum * esse,* et in *futurum * esse.* Et sic concludit quod si sic accipiantur ç caùsa et causatum quod sint simul, oportet quod similiter sint simul in fieri, et in esse, et in factum * esse, et in futurum ** esse.

5. Deinde cum dicit: *In his autem quae non simul* etc., ostendit quomodo causa quae non est simul cum causato, accipiatur medium demonstrationis. Et primo, in his quae fiunt in directum η; secundo, in his quae fiunt circulariter; ibi: *Quoniam autem videmus** etc. Circa primum tria facit: primo, proponit quaestionem; secundo, interponit quoddam * quod necessarium est praecognoscere * ad solutionem quaestionis: ibi: *Est igitur a posteriusfacto* * etc.; tertio, solvit quaestionem; ibi: *Speculandum est igitur quid est continens* * etc. Circa primum duo facit: primo, proponit quaestionem; secundo, manifestat eam; ibi: *Sicut videtur nobis* * etc. Movet ergo primo quaestionem utrum in causis quae non simul fiunt cum suis * causatis, sit dicere quod causatum secundum tempus continuum consequatur ad causam vel non.

6. Deinde cum dicit: *Sicut videtur nobis alias* etc., manifestat quaestionem. Videmus enim * quod aliae sunt causae aliorum non simul cum eis existentes; sicut eius quod est * *factum esse* est alia causa praecedens, quod est *fieri;* et ipsius *fore,* idest quod aliquid sit *futiirum,* causa est aliquod *futurum fieri* *; et iterum ipsius *fieri* causa est aliquid quod prius *factum est* *. Est igitur quaestio: utrum istae causae sc consequentes * sint in tempore continuo vel non ! Hoc enim necessarium est scire demonstratori, quia si non sit continuatio in huiusmodi causis, non erit accipere immediatum principium *, quia semper inter duo nunc discontinuata 0 est accipere aliquod medium. Et ideo si illud *nunc* in quo est effectus, non sit continuum ad illud *nunc* in quo est causa, erit in medio aliquid accipere quod sit causa media, et sic in infinitum.

7. Deinde cum dicit: *Est igitur a posterius facto syllogismus* etc., manifestat quoddam quod est necessarium ad solutionem praemissae quaestionis. Et primo, proponit quod intendit; secundo, probat propositum; ibi: *Neque enim determinati* * etc. Circa primum considerandum est quod, sicut linea est quoddam continuum, punctus autem est * quoddam indivisibile quod terminat et dividit lineam; ita etiam ipsum *fieri* vel *moveri* est quoddam continuum, ipsum autem quod est *motum esse* vel *factum esse,* est quoddam indivisibile, quod potest accipi vel ut * terminans totum motum, vel ut * dividens motum tanquam finis primae partis motus et principium secundae, sicut patet de puncto quod dividit lineam. Sic igitur ipsum *factum esse* est causa praecedens ipsum *fieri* cuius est principium; et est effectus consequens illud *fieri* cuius est terminus ‘. Si ergo debeamus demonstrare, oportet fieri syllogismum demonstrativum a posteriori factum * esse ad fieri praecedens; ut si dicamus: *hocfactum est *; ergo illud prius fiebat.* Sed quia et * ipsum factum esse est principium ipsius fieri x, sive quae facta sunt eorum quae fiunt, consequens est ut similiter se habeat* in his' quae fiunt; ut scilicet a posteriori fieri syllogizetur ad prius factum; puta si dicamus: *sol movetur ad punctum medii coeli; ergo prius motus est ad punctum orientis.* Sed a priori non poterit fieri syllogismus ad posterius; utputa si dicamus quod, quia hoc prius factum est, ideo sequitur quod illud quod est posterius fiat vel factum sit. Et quae ratio est de fieri et de factum * esse, eadem ratio est de fore et futurum * fieri.

8. Deinde cum dicit: *Neque enim determinati* etc., probat quod dixerat. Et circa hoc duo facit: primo, probat propositum ratione accepta ex parte temporis absolute considerati; secundo, ex parte temporis quod contingit esse medium inter causam priorem et effectum posteriorem; ibi: *Amplius enim neque indeterminatum* * etc. Dicit ergo primo quod ideo a priori non potest syllogizari ad posterius, quia posito priori non oportet quod sequatur λ posterius, neque secundum ali-

graeco, *crystallus.* Est *glacies* aqua concreta gelu, quasi *gelacies* « Cry- » stallum... et Crystallus... *cristallo,* κρύσταλλο , lapis, seu succus » perspicuus lapidescens, quem sub terris, aut inter gelidas rupium » venas frigus glaciat et durat: quasi χρυόσταλλο , a χρόο , frigus, et » στιλλοραι pro συστ'λλοραι, contraho, quia ab aliquibus glacies cen- » setur, idest aqua frigore concreta: vel melius a similitudine glaciei.» (Forcellini, *Lexicon,* vocc. *Crystallum* et *Glacies).*

t) *Esse aquam plene densatam.* – Adoptamus hanc lectionem cod. Q.-P: *esse plenum aqua densata;* B: *esse plene densatam aquam;* C: *esse plenum aquam densatam;* S om. *esse*; codd. alii: *esse plene aquam densatam.*

ζ) *Si sic accipiantur* etc.-AM om. *sic;* legimus *accipiantur* cum codd., exc. LOQ; PLO: *accipiatur;* Q om. omnia usque ad finem numeri. – Addimus *quod sint simul* ex codd.: ut enim patet, sermo est in hypothesi quod causa et causatum sint simul. – G om. *oportet quod similiter sint simul.*

η) *Quae fiunt in directum.* -F: *in directis;* MI et s. m. A: *indirecte;* N: *quae non sunt circulariter; secundo* etc.

0) *Duo nunc discontinuata.*- G: *duo disconvenientia nunc;* M ct p. m. A: *duo nunc discontinua;* A s. m. legit cum aliis codd., quorum lectionem suffecimus P: *duo non continuata.* – Manifestum est ex iis quae immediate sequuntur, argumentationem esse non de duobus continuis aut discontinuis in genere, sed in specie, hoc est de iis quae se consequuntur in tempore continuo. In tempore accipitur *nunc* in quo ponitur causa, et quod sese continuat ad sequens *nunc* in quo est effectus. Hoc autem non accidit inter *duo nunc discontinua,* inter quae est accipere aliud *nunc* medium, ut s.Thomas ait.-I. et p. m. A om. verba: *in quo... ad illud nunc.*

t) *Illud fieri cuius est terminus.* – AHN om. *fieri.* – H om. etiam *terminus.- Q* om. *et est... est terminus.*

x) *Est principium ipsius fieri* etc. – Addimus *ipsius,* quod codd. habent. – Loco autem *sive quae,* F legit *quandoque,* G: *sive autem,* 1: *quando quae,* K: *sicut quae.-Q om. Sunt.*

λ) *Non oportet quod sequatur* etc.-D: *ut sequatur;* ABCEKLNS: *quod consequatur;* Q: *ponatur.-E: neque principaliter non determinate;* et *non determinate* etiam D1K et s. m. T; MQ et p. m. T: *neque deter-*

quod determinatum tempus, neque simpliciter non determinate. Et hoc primo manifestat quantum ad determinatum tempus, puta si * dicamus: *bibit infirmus potionem: ergo tali die sanabitur.* Si enim a priori facto syllogizan possit posterius secundum determinatum tempus, poterit concludi quod quia verum est dicere hoc factum esse, puta infirmum bibisse * potionem, quod etiam verum sit dicere hoc factum esse quod posterius est, puta eum esse sanatum. Sed hoc non sequitur, quia potest dari aliquod tempus in quo verum est eum potionem bibisse, et tamen nondum verum est eum sanatum esse, sicut in intermedio tempore inter sumptionem medicinae et sanitatem adeptam. Et hoc cst quod dicit, quod ideo praedicta conclusio non sequitur, quia in medio tempore falsum erit dicere quod hoc sit factum scilicet hunc esse sanatum, quamvis alterum iam sit factum, scilicet eum medicinam bibisse. Et eadem ratio est etiam respectu futuri: non enim possumus concludere : *iste nunc medicinam bibit; ergo erit sanatus,* pro aliquo tempore determinato; quia hoc non erit verum in quolibet tempore futuro, scilicet in tempore medio.

9. Secundo, ibi: *Neque quoniam hoc factum est* etc., probat idem quantum ad tempus indeterminatum, puta si dicamus: *iste medicinam bibit; ergo sanabitur.* Non enim sequitur quod quia hoc factum est, scilicet quod iste medicinam bibit, hoc erit, scilicet sanabitur. Iam enim supra dictum est quod causa quae ex necessitate infert effectum, est simul cum effectu. Et accipitur quasi medium *homogeneum,* idest * unius generis; sicut ad probandum aliqua esse facta in praeterito, accipitur pro medio et causa aliquid quod est factum * in praeterito; et similiter futurorum, id quod est futurum; et eorum quae sunt in fieri, id quod est in fieri; et eorum quae existunt", id quod existit. Sed quando sic syllogizatur : *hoc factum est *; ergo hoc erit;* non accipitur medium unius generis, sed unum est prius et aliud posterius. Unde posito priori non sequitur ex necessitate posterius in illis in quibus effectus causarum impediri possunt.

10. Deinde cum dicit: *Amplius enim neque* etc., ponit aliam rationem, quae sumitur ex parte temporis medii; et dicit quod, sicut ex parte temporis absolute considerati manifestum est quod non potest syllogizari a priori ad posterius, nec secundum tempus determinatum, neque secundum tempus * indeterminatum; ita etiam nec ex parte medii temporis contingit accipi * aliquod determinatum aut indeterminatum, in quo scilicet possit * concludi posterius a priori. Iam enim dictum est quod in toto tempore intermedio falsum est dicere id quod est posterius esse, quamvis id quod est prius iam praecesserit ?.

• acc Inst : *puta uf;* OEM : *puta ut* SI. Bziom.jsuta) *ut;* ≤ *i·(0m.puta)*

* *n·. bibere.*

* fi **om.** *idest.*

* *Factum* **ex** *w. facturum.*

* 0lfs'scom^'c<l

* fi **om.** *tempus.*

\- *n·.accipere.*

* **codd.-r.· iO-**

μ

ξ

minate; **ABLS et s. m. C:** *neque simpliciter et (S* **om.** *et) indeterminate;* **G et p. m. C:** (om. *non) determinate;* **F hab. lac.; H:** *quod ponatur posterius vel consequatur, nec simpliciter determinate, nec secundum aliquod determinatum tempus. Et hoc* **etc. – Legimus** *non determinate,* **quia lectio P,** *non determinati,* **haberi potest tanquam error typographies.** *Determinate,* **omisso** *non* **vel** *in-,* **sustineri non potest. Cf. nn. seqq.**

p.) *Erit dicere quod hoc sit factum.* **– P om.** *dicere,* **quod addimus ex codd. Habetur etiam in textu: ψευδὸ εσται τὸ εἰπεΎν. – AN:** *est dicere;* **FI:** *sit dicere, —B* **om.** *hoc;* **G:** *quod hoc sic factum est.*

v) Et eorum quae existunt. —Est **lectio BFG1S; P:** *et eorum scilicet quae existunt;* **CEKL:** *et eorum quae scilicet existunt;* **DT:** *et eorum scilicet existunt;* **H:** *et eorum quae sunt, idest quae existunt;* **Q:** *et eorum quae sunt existentia.*

Ç) *Iam praecesserit.* **– PT:** *praecessit;* **Q:** *praecesserat; L: praecesserit iam.* **G:** *eSt prius praecedat scilicet id.*

LECTIO UNDECIMA

QUOMODO PER DEMONSTRATIONEM ACCIPIATUR CAUSA QUAE NON EST SIMUL CUM EFFECTU

Ἐπισκεπτέον δέ τί το συνέχον, ὡστε μετά τό γεγονέναι τό γίνεσθαι ὑπάρχειν ἐν τοῖ πράγμασιν. Ἤ δηλον ὁτι οὐκ ἐστιν ἐχόμενον γεγονο'το γινόμενον οὐδέ γάρ γενόμενον γενομένου· πέρατα γάρ καί ἀτομα. "Ωσπερ οὐν οὐδέ στιγμαί εισιν ἀλληλων ἐχόμεναι, οὐδέ γενόμενα- ἀμφω γάρ αδιαίρετα. Οὐδέ δη γινομενον γεγενημε'νου διά τό αὐτο'· τό μέν γάρ γινόμενον διαιρετόν, τό δέ γεγονό αδιαίρετον. "Ωσπερ ουν γραμμή πρό στιγμήν εχει, οὐ'τω τό γινο'μενον πρό τό γεγονό · ενυπάρχει γάρ ἀπειρα γεγονότα ἐν τω γινομένω. Μάλλον δέ φανερώ ἐν τοῖ καθόλου περί κινησεω δεῖ λεχθηναι περί του'των.

* Speculandum igitur quid est continens ut post id quod factum est, sit fieri in rebus. Aut manifestum est quod non est habitum cum facto esse quod fit; neque enim factum cum post facto esse: termini enim sunt et atomi. Sicut igitur neque puncta ad invicem sunt habita, neque quae facta sunt, utraque enim indivisibilia sunt; neque igitur quod fit cum eo quod factum est propter idem; quod quidem enim fit divisibile est, quod autem factum est indivisibile est. Sicut igitur linea ad punctum se habet, sic id quod fit ad quod factum est; sunt enim infinita facta in eo quod fit. Magis autem manifestum in universalibus de motu oportet dicere de his.

» Seq· cap. ”· Text. 14·

Περί μέν οὐν τοῦ πώ αν εφεξή γινομε'νη τη γενέσεω έχοι τό μέσον τό αἰτιον, ἐπί τοσοῦτον εἰληφθω. Ἀνάγκη γάρ καί ἐν του'τοι τό μέσον καί τό πρώτον ἀμεσα εἰναι. Οἰον τό Α γέγονεν, ἐπεί τό Γ γέγονεν ὑστερον δέ τό Γ γέγονεν, ἐμπροσθεν δέ τό Α. Ἀρχη δέ τό Γ διά το ἐγγυ'τερον τοῦ νῦν εἰναι, ὁ ἐστιν ἀρχη τοῦ χρόνου· τό δέ Γ γέγονεν, εἰ τό Δ γέγονεν. Τοῦ δη Δ γενομένου ανάγκη τό Α γεγονέναι. Αἰτιον δέ τό Γ· τοῦ γάρ Δ γενομένου τό Γ ανάγκη γεγονέναι, τοῦ δέ Γ γεγονότο ἀνάγκη πρότερον τό Α γεγονέναι. Οὐ'τω δέ λαμβάνοντι τό μέσον στη'σεταί που ει ἀμεσον,

De hoc quidem igitur quomodo cum eo quod consequenter fit generatione, se habeat media causa, in tantum acceptum sit; necesse enim et in iis mediam et primam sine medio esse; ut A factum est, quoniam C factum est, posterius autem C factum, A autem prius. Principium igitur est C propter id quod proximum est ipsi nunc, quod est principium temporis; sed C factum est quoniam D factum est; D igitur cum factum est, A necesse est factum esse. Causa autem est C: D enim facto necesse est C factum esse, C autem facto necesse est A prius fuisse. Sic autem accipiens aliquod medium stabit alicubi immediatum.

η ἀεί παρεμπεσεῖται διά τό ἀπειρον ; οὐ γα'ρ ἐστιν ἐχόμενον γεγονό γεγονότο , ἀίσπερ ἐλέχθη. Ἀλλ' ἀρξασθαί (γε ὁμω ἀνάγκη ἀπό μέσου καί ἀπό τοῦ νῦν πρώτου.

Aut semper intercidet propter infinitum? Non enim contiguum factum cum facto, quemadmodum dictum est. Sed incipere tamen necesse est a medio et ab ipso nunc primo.

'Ομοίω δέ καί ἐπί τοῦ ἐσται. Εἰ γάρ ἀληθέ ειπεῖν ὁτι ἐσται τό Δ, ἀν-άγκη πρότερον ἀληθέ ειπεῖν ὁτι τό Α ἐσται. Τούτου δ' αἰτιον τό Γ· εἰ μέν γάρ τό Δ ἐσται, πρότερον τό Γ ἐσται· εἰ δέ τό Γ ἐσται, πρότερον το Α ἐσται. 'Ομοίω δ' ἀπειρο ἡ τομή καί ἐν τούτοι · οὐ γάρ ἐστιν ἐσόμενα ἐχόμενα ἀλλήλων. Ἀρχη δέ καί ἐν τούτοι ἀμεσο ληπτέα.

Similiter autem est ét in eo quod erit. Si enim verum est dicere quoniam erit D, necesse est prius verum dicere quoniam A erit; huius autem causa est C; si quidem enim D erit, prius C erit, si vero C erit, prius A erit. Similiter autem est decisio infinita et in iis; non enim sunt talia quae erunt contigua ad invicem; principium autem et in iis immediatum sine medio accipiendum est.

Ἔχει δέ οὐ'τω ἐπί τών ἐργων. Εἰ γέγονεν οικία, ἀνάγκη τετμησθαι λίθου καί γεγονέναι. Τοῦτο διά τί ; οτι ἀνάγκη θεμέλιον γεγονέναι, εἰπερ καί οικίαν γεγονέναι· εἰ δέ θεμέλιον, πρότερον λίθου γεγονέναι ἀνάγκη. Πάλιν εἰ ἐσται οικία, ωσαὐτω πρότερον ἐσονται λίθοι. Δείκνυται δέ διά τοῦ μέσου ομοίω · ἐσται γάρ θεμέλιον πρότερον.

Habet autem sic se et in operibus. Si facta est domus, necesse est decisos esse lapides: et factum esse hoc propter quid? quoniam necesse est fundamentum factum esse si domus facta est; si vero fundamentum est, prius lapides esse factos necesse est. Iterum si erit domus, similiter prius erunt lapides; demonstratur autem per medium similiter; erit enim fundamentum prius.

Synopsis. — **i. Textus argumentum et divisio. – 2. Quia duo *facta esse* non se habent ad invicem consequenter, ita nempe ut inter ea non sit accipere aliquod medium (quia sunt quaedam ultima et indivisibilia in tempore, sicut in linea duo puncta, inter quae potest semper accipi aliquod medium); hinc neque *fieri* (quod est sicut divisibile, ut linea) et factum esse se habent ad invicem consequenter. – 3. Textus subdivisio. – 4. Etiam in demonstrationibus, quae syllogizant de his quae sunt in fieri, necesse est accipere esse aliquod medium quod sit primum et immediatum; et hoc est illud quod posterius factum est, a posteriori demonstrans *fieri* et alia *facta esse*. – 5. Excluditur obiectio. Quamvis sint in uno fieri infinita facta esse, necesse est accipere aliquod medium primum et immediatum. – 6. Eadem est ratio in futuris. – 7. Declarantur haec omnia per exempla.**

1. ostquam Philosophus quaesivit utrum his quae non simul fiunt, posterius secundum continuitatem temporis sequatur ad prius; et interposuit quoddam necessarium, scilicet quod a priori ad posterius non syllogizatur; hic accedit ad determinandum quaestionem motam *. Et circa hoc duo facit: primo, ostendit “quomodo se habeant * fieri et factum

• Cf. lect. praec., n. 5.

α “beimqt et p.m. a : *habeat.*

a) *Primo, ostendit* etc. -< Circa illa verba, *speculandum igitur* (inquit Caietanus), advertendum est propter obscuritatem magnam huius capituli, quod diversimode ab illustribus expositoribus exponuntur. Averroes namque *(Comm. XIII et XIV)* et Boethius tanquam quaestionem circa dicta exortam inducunt: quia enim dictum est quod *ex priori* in his quae non simul sunt, posterius necessario non sequitur, inquiren-

esse secundum temporis continuitatem; secundo, ostendit propositum; ibi: *De hoc quidem igitur* * etc.

Num. 3.

2. Dicit ergo primo. quod ad ostendendum propositum oportet speculari quid est coniungens, vel continuans *factum esse* ei quod est *fieri,* ut post unum continuo * sequatur aliud. Et circa hoc dicit primo, manifestum, esse quod fieri cum eo quod est factum esse, *non est habitum* *, idest consequenter se habens. Dicuntur autem consequenter se habentia, quorum nihil est medium eiusdem generis, sicut duo milites in acie, vel duo clerici in choro. *Habitum* autem supra id quod est *consequenter* addit contactum, sicut dicitur in V *Physicor.* *. Sic ergo dicit quod *fieri* non potest esse consequenter se habens et contiguum cum hoc quod est *factum esse.* Et hoc probat, quia neque etiam factum esse est contiguum, scilicet ut consequenter β se habens cum alio factum esse; eo quod duo facta esse hoc modo se habent ut quaedam ultima et indivisibilia in tempore, sicut duo puncta in linea. Unde sicut duo puncta non sunt consequenter se habentia ad invicem, ita etiam neque duo facta esse; quia tam puncta quam facta esse sunt sicut * indivisibilia, et talia non se habent consequenter in continuis, ut probatur in * VI *Physicor.* *. Et quia duo facta esse non sunt consequenter se habentia, propter hoc etiam * manifestum est quod fieri et factum esse non consequenter se habent. Fieri enim est divisibile, sicut et * moveri; sed factum esse est indivisibile, sicut et * punctus. Sicut igitur se habet linea ad punctum, sic se habet * fieri ad factum esse. Sunt enim infinita facta esse in eo quod .est fieri, sicut et infinita puncta sunt potentialiter * in linea. Et haec est causa quare in linea non possunt accipi * duo puncta consequenter se habentia, quia scilicet * inter quaelibet duo puncta est accipere aliud punctum: et similiter inter quaelibet * duo facta esse est accipere aliud. Unde duo facta esse non se habent consequenter. Et quia factum esse est terminus eius quod est fieri, sequitur consequenter quod nec fieri se habeat consequenter cum eo quod est factum esse: quia tunc duo facta esse se haberent consequenter ad invicem. Sed fieri immediate terminatur ad factum esse, sicut linea ad punctum 7. De his autem patet magis 5 in universalibus de motu, idest in libro *Physicorum.* Tractatur enim de his in sexto illius libri.

* Codd., cxç. gm n. - p: *continue.*

* Cf. lib. I, lect. xxxii, nn.4> 5»el not. η.

' Cap. in, n. 6. - Comm. s. Th. lect. v.

β

γ

3. Deinde cum dicit: *De hoc quidem igitur* etc., ostendit secundum praedicta quomodo accipi possit immediate vel mediate effectus causae in his quae non simul sunt *. Et primo, ostendit propositum; secundo, manifestat per exemplo; ibi: *Habet autem sic se in operibus* * etc. Circa primum duo facit: primo, ostendit propositum * in praeteritis; secundo, in futuris; ibi: *Similiter autem in eo quod erit* e etc. Circa primum duo facit: primo, ostendit propositum; secundo, excludit quamdam obviationem; ibi: *Aut semper intercidet** etc.

lac·

* Num. 7.

* *Propos,* om. u

* Num. 6.

*Num.5.

4. Dicit ergo primo * quod ex praemissis accipi potest quomodo causa, quae accipitur ut medium in demonstratione *, se habeat consequenter ei * quod est in fieri vel generari: quia etiam in his demonstrationibus, quae syllogizant de * his quae sunt in fieri, necesse est accipere esse * aliquod medium et primum quae sint immediata sicut si concludamus * quod A factum est propter hoc quod C factum est; ita scilicet quod

' *Primo* om. n.

t·· *medium de. monstrationis.*

ei

* ra: ««·

"Esteom.Hn.qr.

AcxLMN: *conclu-*

* m: *simililer.*

‹*««*.

* codd. -P: ««.

▾Scil-ex codd.

'*Quaeiibetom.t.*

* Sicut om. f1

* In om. f1

* Cap. m, n. 3. - Comm. s. Th. lect v.

' *Etiam* om. | et ρ.τη.κ; f om. *hoc etiam.*

* *Et* Om. BEH.

* *Et* om. f i.

* Se *habet* om. codd., exc. h.

dum est quare in rebus cernitur quod sine intermissione post factum unius sequitur fieri alterius. Et Boethius quidem vult hanc inquisitionem tactam esse ab Aristotele, sed statim derelictam tanquam impertinentem; Averroes autem aliqualiter responsum esse sustinere videtur.

» S. Thomas autem et Albertus Magnus et ipsemet Boethius, iuxta primam expositionem, volunt Aristotelem ita texisse, ut post declaratum modum arguendi in huiusmodi quae non simul sunt, quod scilicet non licet a priori arguere, tanquam ad id quod reliquum erat, transtulerit se ad contemplandum, scilicet continuitatem istorum: quoniam quaestio de continuitate eorum erat mota. Unde et cum nota illationis subdidit, *speculandum igitur (Ita versio nostra; textus graecus,* ἐπισκεπτέον 3à). Et sic proponit speculandum quid sit continuans ista, aut non esse aliquod continuans, et hoc determinat. Vel primam partem tantum pro, ponit et determinat destructive, quoniam ly *aut* apud graecos affirmantis est (textus: η), ut ex problematibus Aristotelis patet. Qualitercunque autem introducantur praedicta verba, manifestum est tertiam conclusionem *(manifestum esse quod Jieri etc., n. 2)* oppositam esse et probatam propter quaestionem motam, quoniam, ut dicetur, causa quae non simul est cum effectu et effectus se habent sicut factum esse et factum esse vel fieri » (In II *Poster.,* cap. n, § *Circa verba illa* etc., fol. 86, coli. 3 et 4).

β) *Scilicet ut consequenter* etc. – L (om. *scilicet) vel consequenter.* Maior pars codd. habet: *scilicet vel consequenter.* Quamvis placeat lectio L, conservamus lectionem P: *scilicet ut,* quae est etiam cod. D,—FI: *se habens cum facto esse;* in I tamen *alia* add. s. m.

γ) *Fieri immediate terminatur ad factum esse, sicut linea ad punctum.* – Haec comparatio inter *fieri* et *factum esse* et *lineam* et *punctum* apposite adducitur, ut probetur duo *facta esse* non esse immediatae consequentiae, ita scilicet ut uno posito aliud a priori ponere sit necesse, quia mediat inter ea *fieri.* Ex quo infertur quod si in demonstratione accipiatur primum factum esse ut medium, non potest, sicut probatum est in superiori lectione (n. 7, seqq.(, per ipsum probari secundum *factum esse;* neque ipsum *fieri* probari potest in causis de quibus agimus (in quibus nempe causa non est simul cum causato); quia *fieri,* quod tale est respectu secundi *facti esse,* est quoddam *factum,* prout consideratur prius *factum esse,* ex quo est ipsum.Jîeri. – Ratio autem comparationis exinde est, quod *linea* concipitur ut fluxus *puncti* et ad punctum *terminans:* consequenter in ea tria distinguimus, A, B, C; nempe A punctum, quod est principium fluxus lineae (quoties linea producatur), B fieri lineae ex fluxu A, denique C punctum ad quod terminatur fluxus, et propterea in quo terminatur *fieri,* et est linea. Ergo A non est immediatum τω C, sed inter A et C mediat B; et proinde C non sequitur ad 'A immediate, ita ut isto posito poni debeat, sed sequitur solummodo mediate, hoc est mediante B, cuius ultimum est principium του esse C. Et eadem est ratio si accipiatur B, non ut *fieri* respectu C, sed ut quoddam *factum esse'* (C') respectu A, inter quod et C necesse est concipere aliquod aliud fieri, B'. Similiter si accipiatur B', ut factum esse, inter ipsum et C necesse est ut sit aliud fieri B"; et ideo posito B', non sequitur necessario neque C neque B". Et sic deinceps. Sequitur tamen, et ex opposita ratione, a posteriori: *est C; ergo fuit B; et fuit A.* Quae vero diximus de punctis et lineis, recte applicantur *facto esse* et *fieri.* Nam fieri est a causa ad causatum, a *facto* nempe ad *factum esse,* sicut linea est a puncto ad punctum. Ergo factum esse A, quod est principium, et factum esse C, quod est terminus, non sunt immediata, sed mediat inter ipsa *fieri* B, cuius principium immediate coniungitur τω A, et terminus conjungitur immediate τω C; seu, ut dicitur a scholasticis, ultimum τοϋ B est primum του C. Ergo recte a posteriori arguitur: *est C, ergo est B; est B, ergo est A.* Non recta autem est argumentatio: *est A, ergo est B, aut saltem est principium του B; est B, ergo est* C.-Notandum tamen, uti supra monuimus, quod in praesenti est sermo de causis quae non simul sunt cum suis causatis, et ideo de causis non necessariis, et quae successive agunt.

0) *De his autem* etc. – Sic legimus cum CDGMT; non vero cum P: *De his autem oportet etc., idest de his patebit magis,* quia hic modus citandi textum inconsuetus est s. Thomae, nec in ullo codice fundamentum habet. AEFH1KLNS: *De* (1, *in*) *his autem oportet magis (oportet,* credimus, corrupte pro *patet (oq pro pq);* N super *oportet* s. m., *ostendet);* B: *De his autem oportet magis determinari in;* Q om. *De his* etc., usque ad finem num; T pro *in universalibus* habet *universali.* – Infra *(Tractatur)* legimus cum codd. P: *de hoc in sexto illius,* om. *libri;* C, pro *enim, autem.*

t) *Quae sint immediata.* – ABFQ(K?): *quae sunt in medio;* CHL: *quae sint in media;* N (K?) et p. m. D: *quae sunt in media;* ET et s. m. D: *quae sunt* (T, *sint) immediata;* G: (om. *et primum) ipsum quae sint medio;* I: *quae sunt in materia (?);* M: *et primo quae sunt immediata;* S p. m.: *quod sint in media,* s. m.: *quod sit immediatum.* Textus habet, Ανάγκη γάρ και εν τούτοι το μέσον και το πρώτον άμεσα είναι: *necesse enim est et in his medium et primum esse immediata.*

posterius factum sit C, et prius A. Puta si dicamus: *iste sanatus est; ergo bibit medicinam:* a priori enim non sequeretur ç syllogismus, ut supra * dictum est; sed ipsum C accipitur ut principium, quamvis sit posterius in fieri, propter ” id quod est magis proximum ipsi *nunc* praesenti quam A. Praesens autem nunc est principium temporis, quia secundum ipsum distinguitur praeteritum et futurum, et sic oportet praesens nunc accipere ut principium notificandi temporis successionem. In praeteritis enim tanto aliquid est posterius in fieri, quanto est proximius * in praesenti nunc; in futuris autem est *e* converso. Sicut igitur C accipitur 0 ut principium syllogizandi, eo quod est posterius in fieri quam A, et propinquius praesenti * nunc; ita et accipiamus D propinquius praesenti nunc quam C, et concludamus * quod si factum est D, quod prius factum est C; puta si perfecit * opus sani hominis, prius sanatus ** est. Possumus ergo concludere quod si factum est D, necesse est * quod prius factum sit A: et accipitur pro causa id quod erat in medio,'scilicet C. Facto enim D, necesse est quod prius factum fuerit C; et facto C, necesse est quod prius factum fuerit A; ergo * facto D, necesse est quod prius factum fuerit A. Puta si hic homo iam perfecit * opus sani hominis, sequitur quod prius fuerit* sanatus; et si est sanatus, necesse est qUO(j prjus biberit medicinam. Sic igitur semper * accipiendo medium, puta aliquid aliud inter C et A, sicut C acceptum est medium inter D et A, stabitur alicubi ad aliquod * immediatum,

5. Deinde cum dicit: *Aut semper intercidet prop-ier'* etc., ponit quamdam obviationem. Potest * enim aliquis dicere quod nunquam veniatur * ad immediatum, sed semper erit accipere aliquod medium inter duo facta esse, propter hoc quod in ipso fieri sunt infinita facta esse, eo quod factum esse non consequenter se habet ad aliud factum esse, ut dictum est ♦.

Sed hanc obviationem excludit ipse, quia quamvis sint infinita * facta esse in uno fieri, tamen necesse est incipere| ab aliquo medio, scilicet ab ipso nunc, tanquam a primo: dictum est enim quod id quod est posterius, est principium syllogizandi; respectu autem omnium in praeterito factorum, postremum est ipsum praesens nunc; unde necesse est ipsum praesens nunc accipere ut primum et immediatum principium. Quodlibet autem aliorum factorum accipitur ut principium mediatum.

6. Deinde cum dicit: *Similiter autem est* etc., manifestat idem * in futuris; et dicit quod, sicut se habet in eo quod factum est, similiter se habet et* in eo quod factum erit; quia si verum est quod erit D, necesse est quod prius verificetur quod sit A; et huiusmodi causa accipietur quod * cadit medium inter D et A. Quia si erit D, necesse est quod prius erit C; et si erit C, necesse est quod prius sit futurum A. »

Et similiter etiam in his potest fieri obiectio de infinita divisione futuri in instantia, vel motus in momenta; quia sicut in praeteritis, ita et * in futuris non consequenter se habent indivisibilia. Et tamen hic etiam* accipiendum est aliquid sicut immediatum principium, sicut dictum est in his quae facta sunt in praeterito. Licet enim non sit * accipere duo facta esse se consequenter habentia, neque in praeterito neque in futuro, potest tamen accipi aliquid ultimum utrobique, et hoc accipietur * ut principium immediatum.

η. Deinde cum dicit: *Habet autem sic se* etc., manifestat quod dixerat per exempla; et dicit quod praedictus modus argumentandi potest considerari circa opera humana. Accipiamus enim factum esse domus tanquam quoddam postremum, ex quo concluditur sicut quoddam primum, quod necesse est lapides prius fuisse decisos; et accipiemus pro *medio* constructionem fundamenti: quia si domus facta est, necesse est quod prius sit factum fundamentum »; et si factum est fundamentum, necesse est quod prius sint lapides decisi. Et quod dictum est in praeterito, accipiendum est etiam * in futuro: puta si erit domus, necesse est quod prius futura sit decisio lapidum, et quod * hoc demonstretur * per medium, quod est constructio fundamenti.

• Lect. praec., n. 7› seq.

η

proximum, et cum BK om. seq. iη,-Qh.iac.

0

• h l : *in praes,*

• codd-px : eo»-lac·

• codd. - pono : *perficit.;* h : *perfecerit;* q h. lac. Codd.-p; *sa-”us.*

• *Necesse est* om.nn;xcom.

• Codd. - p: *ergo* c –EF l ac·

• codd. - peg: *sit.q: pnus jiunt fue-*

• *semper*om.t,-m. om. *puta.*

• q : *aiiud;* K om.

• rem: *posset,*

• ω: *deven.;H·-monstratur.*

’ Num· 2·

;c.oàd.-.quameis t

· codd.-P:«d«n *et;0T: idem quod.*

et.

* h l .–p; *quae.*

’ »: *etiam;* 10« ««-AENsretp.m.

-«Nom. *etiam.*

" r-odd. («c. bo

- *= *accipitur.*

χ

'EtiamnaM.

· *Quode*'cod'd. *demonstra-*

Porro *immediata* cum EMT et s. m. D videntur habere codd., qui corrupte ponunt *in medio, in media, in materia.* Adoptavimus lectionem *quae sint immediata,* quae et auctoritate codd. sustinetur, et a textu graeco requiritur. P: *medium et primum quod sit sine medio.*

ζ) *A priori enim non sequeretur* etc. – PD omittunt particulam *non;* sed omissio est error: sese enim s. Thomas remittit ad lectionem praecedentem, in qua probatur non posse in huiusmodi rebus concludi *a priori,* et idem profertur exemplum de medicina et sanitate. Hinc in cod. D sec. manu τὸ *priori* corrigitur in *posteriori.* Nullus error est in hac lectione; attamen non *a posteriori,* sed *a priori* est legendum: quippe quod negatur in subiecta materia fieri syllogismum *a priori,* et hoc per oppositionem ad id quod immediate praecedit, videlicet posse legitime fieri ratiocinationem *a posteriori.* – Videtur autem particulam negantem omissam fuisse in P ex incuria typothetarum: editiones enim *a b c* et altera veneta Omnium Opp. 15g5, imo ed. i5a6, ad quam Piana exacta est, habent: *non consequeretur.* Edd. Opp. s. Th. Antuerpiensis et Paris, errorem P reproducunt. – PA: *consequeretur;* GMQ: *sequitur;* cum aliis codd. legimus *sequeretur.*

η) *Principium, quamvis sit posterius in fieri, propter.* – Haec verba desiderantur in P et edd. Venn., eaque addimus ex unanimi codd. consensu (Q: *primum... posterioris'),* et addenda sunt. Etenim ut patet ex enntextu, per verba *propter* etc. assignatur ratio cur C accipitur ut principium. Unde infra dicitur: *Sicut igitur C accipitur ut principium syllogizandi, eo quod est posterius in fieri* etc. Adde quod hic s. Thomas exponit Aristotelem, accipiendo verba ipsius textus: αρχὴ δ: το Γ οii το εγγύτερον τοῦ νῦν εἰναι, ὁ ἐστιν αρχὴ τοῦ χρόνου. Hinc etiam intelligimus *principium,* αρχὴ, esse retinendum, non autem *primum* cod. Q. *Primum* tamen non est error: nam et Aristoteles prius dixit τὸ πρώτον, quod postea semel et iterum dicitur αρχὴ.

0) *Sicut igitur C accipitur* etc. – Addimus *C,* quod habent codices nostri (exc. Q) et edd. *a b c.* Omittitur ab ed. 1,526, et ideo etiam in P desideratur; sed per hanc omissionem processus s.Tbomae obscurus evadit. Non enim scitur quid accipiatur ut principium syllogizandi.-Deinde cum omnibus codicibus legimus eo *quod; eo* caret P cum praecitata ed. t52Ô et edd. *bc.* Editio *a: ut principium syllogizandi, eo est posterius:* innuit nempe lectionem codd.-Praeterea FI : *quam A et posterius in praesenti nunc etiam ita accipiamus:* lectio non sustinenda. CDEKLMNOST et s. m. A: *ita etiam accipiamus* (A, *accipitur;* CM, *accipimus).* Codd. BGHQ et p. m. A omittunt *ita* etc., usque ad sequentia *praesenti nunc* inclusive; imo A p. m. om. etiam *quam C.* At omissio est mendum.

t) *Tamen necesse est incipere* etc.-Verba ista s. Thomae referuntur ad illum Aristotelis textum : Ἀλλ' ἰρξασΘαἰ γε ὀρω ανάγκη απὸ ρ-σου και απὸ τοῦ νυν πρώτου. Quae autem adduntur a s. Thoma declarant hanc Aristotelis responsionem. Esto enim sint infinita facta esse in uno fieri, quia, ut in obiectione dicitur, factum esse non consequenter se habet ad aliud factum esse; quia tamen ultimum factum esse accipitur ut medium et ut principium, licet sit posterius (arguimus enim a posteriori, non a priori), quacunque infinitate supposita, medium illud est primum et immediatum; et ideo legitime potest inferri factum esse praecedens.

χ) *Sit factum fundamentum.*– G: *factum fuerit fundamentum ;* Q: *factum sit fundamentum. DF* om. *factum:* quae omissio nedum est contra auctoritatem aliorum codd., sed etiam contra textum : 5τι ανάγκη β.ρίλιον γεγονίναι etc. Alii codd. habent nostram lectionem. P: *sit fundamentum factum.*

LECTIO DUODECIMA

QUOMODO IN DEMONSTRATIONE ACCIPIATUR CAUSA QUAE NON EST SIMUL CUM EFFECTU IN IIS QUAE CIRCULARITER FIUNT; ET QUALITER DIVERSIMODE DEMONSTRETUR PER CAUSAM IN HIS QUAE SUNT SEMPER, ET IN HIS QUAE SUNT UT FREQUENTER

Ἐπεί ἰ' ὁρώμεν ἐν τοῖ γινομένοι κύκλω τινά γένεσιν οὐσαν, ἐνόεχεται τοῦτο εἰναι, εἴπερ ἐποιντο ἀλλη'λοι το μέσον καί οἳ ἀκροι· ἐν γάρ τούτοι το ἀντιστρέφειν ἐστίν. Δείεικται δέ τοῦτο ἐν τοῖ πρώτοι , οτι αντιστρέφει ,τά συμπεράσματα· το' δέ κύκλω τοῦτο' ἐστιν. Ἐπί δέ τών ἐργων φαίνεται ὡδε. Βεβρεγμένη τη γη ἀνάγκη ἀτμίδα γίνεσθαι, τούτου δέ γενομένου νέφο , τούτου δέ γενομένου ὑ'δωρ· τούτου δέ γενομένου ἀνάγκη βεβρέχθαι την γην τοῦτο δ' ην το' ἐξ αρχή , ὡστε κύκλω περιελη'λυθεν ἑνό γάρ αυτών οτουοῦν οντο ἑτερόν ἐστι, κἀκείνου ἀλλο, καί τούτου το πρώτον.

* Quoniam autem videmus in his quae fiunt circulo quamdam generationem esse, et contingit hoc esse si quidem consequantur ad invicem medium et termini; in his enim converti est; ostensum est autem hoc in prioribus, quod convertantur conclusiones: circulo autem esse hoc est. In operibus autem videtur sic. Compluta enim terra, necesse est vaporem fieri ; hoc autem facto, nubem ; hac vero facta, necesse est terram complutam esse. Hoc autem erat ex principio; quare circulo circuivit: cum enim unum horum quodlibet est, alterum est; et cum illud est, alterum; et cum hoc, primum.

' Seq- cap. xi. Text. 15·

Ἔστι δ' ἑνια μέν γινόμενα καθόλου (ἀεί τε γάρ καί ἐπί παντό οὑτω η ἐχει η γίνεται), τα δέ ἀεί μέν οὔ, ὡ ἐπί το πολύ δέ, οἱον οὐ πα ἀνθρωπο ἀρρην τό γένειον τριχοῦται, ἀλλ' ὡ ἐπί τό πολύ. Τών δη τοιούτων ἀνάγκη καί το' μέσον ὡ ἐπί τό πολύ εἰναι.

* Sunt autem quaedam quae fiunt universaliter, semper quidem, et in omni aut se habent aut fiunt.semper: alia vero semper quidem non, sed sicut frequenter sunt, ut non semper omnis homo masculus barbatus, sed est sicut frequenter. Talium igitur necesse est et medium sicut frequenter esse.

• Text. 16.

Εἰ γάρ τό Α κατά τοῦ Β καθόλου κατηγορεῖται, καί τοῦτο κατά τοῦ Γ καθόλου, ἀνάγκη καί τό Α κατά τοῦ Γ ἀεί καί ἐπί παντό κατηγορεῖσθαι· τοῦτο γάρ ἐστι τό καθόλου, καί ἐπί παντί καί ἀεί. Ἀλλ' ὑπέκειτο ὡ ἐπί τό πολύ· ἀνάγκη ἀρα καί τό μέσον ὡ ἐπί τό πολύ εἰναι τό ἐφ' οὐ τό Β. Ἔσονται τοίνυν καί τών ὡ ἐπί τό πολύ ἀρχαί ἀμ-εσοι, ὁσα ὡ ἐπί τό πολύ οὑτω ἐστίν η γίνεται.

Si enim A de B praedicatur universaliter et B de C universaliter, necesse est et A de C semper et de omni praedicari; hoc enim erat universaliter et de omni et semper. Sed suppositum est stcut frequenter esse; necesse ergo est medium sicut frequenter esse, quod est in quo est B. Erunt igitur et eorum quae sunt frequenter principia sine medio, quaecunquc frequenter sunt sic aut fiunt.

Πώ μέν οὐν το τί ἐστιν εἰ τοὐ ὁρου ἀποδίδοται, καί τίνα τρόπον ἀπόδειξι η ορισμό ἐστιν αὐτοῦ η οὐκ ἐστιν, εἴρηται πρότερον.

* Quomodo quidem igitur quod quid est inter terminos assignatum est, et qualiter demonstratio aut definitio sit ipsius aut non, dictum est prius.

• Cap. xn. Text. 17.

Synopsis. — 1. Argumentum primae partis lectionis. – 2. In iis quae circulo generantur, causa syllogizatur a posteriori, si hoc modo accipiantur termini demonstrationis, quod medium et extremi se invicem consequantur: neque tamen haec est demonstratio circularis, quia quod assumitur ut principium et conclusio, non est idem numero, sed solummodo idem specie. – 3. Manifestatur assertum per exempla. – 4. Altera pars lectionis. – Diversitas demonstrationis per causam in iis quae fiunt semper, et in iis quae fiunt sicut frequenter. – 5. Ad concludendum id quod est sicut frequenter, necesse est accipere medium quod est sicut frequenter.-^ 6. Epilogus eorum quae dicta sunt circa τὸ *quod quid est* et circa τὸ *propter quid*.

1. Postquam Philosophus ostendit quo-^modo accipiendum sit medium quod est causa in his quae fiunt in rectum, hic ostendit quomodo debeat accipi in his quae fiunt secundum generationem circularem *. Et primo, ostendit propositum; secundo, manifestat * per exemplas; ibi: *In operibus autem videtur sic* * .etc.

* Cf. Icct. vin.
* q : *ostendit.*
* Num. 3.

2. Circà primum considerandum est quod, quia motus caeli " circularis causa est generationis in istis inferioribus, ideo dicitur in *De generatione**, quod quaedam circulatio in generationibus invenitur, puta quod ex aqua generatur terra, et ex terra iterum aqua. Dicit ergo quod*, quia videmus esse quamdam generationem in his quae circulo generantur, in his etiam contingit observari hoc quod supra * dictum est, scilicet quod syllogizetur a posteriori, si hoc modo accipiantur termini demonstrationis, quod medium et extremi termini se invicem consequuntur: quia in his quae sic ge-

' Cap. xi, n. 8. - Comm. s. Th. lect. xn.
* *Quod* ex codd.
* Lect. x, n. 7, séq.

α

β '

a) *Quod quia motus* etc.-FI om. *quia.* -I: *circulariter.* – AS: *ut dicitur;* F er p. m. C: *et ideo dic.;* C s. m.: *et ideo ut dic.* —*A.*, (om. *quod) ideo quaedam;* CEF1KLMNÔQST p. m. D et ed. *a* om. *quod.* – Quae hic a s. Thoma recitantur ex secundo libro *De generatione,* ibidem ab eodem s. Doctore ad mentem Aristotelis exponuntur in haec verba: « Si... motus caeli est in circuitu, oportet quod quaecunque sunt passio» nes huius motus, et quaecunque sunt per hunc motum solum, sicut » per causam efficientem, quod etiam illa sint. Si enim quod in cir» cuitu movetur movet elementa, necesse est etiam quod motus horum, » quae sunt passiones eius, et quod motus eorum quae sufficienter » generantur ab hoc, sint etiam ex necessitate. Verbi gratia, cum allatio superioris, hoc est circuli declivis, sit in circuitu, necesse est quod » moveantur etiam alii planetae.. Quia vero hoc, idest Sol movetur in » circuitu, necesse est etiam horas in circuitu generari et iterari; horis » autem in circuitu generatis, necesse est quod omnia quae sunt a causa » efficiente, sicut a motu Solis et motu horarum, sint etiam generata » ex necessitate et in circuitu. Et hae sunt generationes elementorum, » quia ex istorum generatione omnia alia generantur, maxime omnia » temporalia » (Lect. xn, cit. in marg.).

β) *Afedium et extremi termini.* — In nostro textu, τὰ μέσον και οἳ ἀκροι, *medium et extremi;* et est lectio Bekkeri (Ed. Acad. Reg. Roruss., pag. g5, col. 2). Waitz ponit τὸ μέσον καὶ οἳ ὁροι, *medium et termini,*

nerantur, est quaedam conversio circularis, dum scilicet a primo generato devenitur ad ultimum, et ab ultimo reditur ad primum, non idem numero, sed idem specie *, ut patet in II *De generatione* *. Et ita non sequitur quod idem numero sit prius et posterius, enectus et causa. Et hoc ipsum competit processui demonstrationum, eo quod, ut in praecedentibus dictum est 7, quandoque conclusiones convertuntur, ut scilicet ex eis syllogizentur aliquae * praemissarum; hoc enim est circulo demonstrare *. Quod quamvis non competat si omnino sit unum et idem quod prius fuit conclusio, et postea est principium respectu eiusdem numero *, ne sit idem notius et minus notum ; si tamen non sit omnino idem, sicut accidit in his quae circulo generantur, nullum inconveniens est.

3. Deinde cum dicit: *In operibus autem videtur sic* etc., manifestat quod dixerat per exempla *, et dicit quod in ipsis operibus naturae videtur sic evenire,quod sit quidam circularis processus. Quia si terra sit compluta, necesse est quod per actionem solis vapor * ex ea resolvatur; quo resoluto et sursum elevato, necesse est quod generetur nubes; et hac generata, necesse est quod generetur aqua pluviae ; qua generata , necesse est quod cadens * super terram compluat eam. Et hoc est quod accipiebamus * quasi primum: non tamen est eadem complutio terrae ad quam ultimo pervenhur, et a qua primo incipiebatur. Et sic manifestum est quod factus est quidam circuitus, inquantum uno eorum existente fit aliud, et illo existente fit aliquod aliud; quo existente reditur ad primum, non idem numero, sed idem specie. Iste tamen causarum circuitus inveniri non potest secundum ordinem qui invenitur in causis per se: sic enim necesse est pervenire ad unum primum in quolibet genere causarum, ut probatur in II *Metaphys* ·. Quod autem aqua generetur ex igne, et ignis iterato ex aqua, hoc non est per se, sed per accidens. Non enim ens per se generatur ut * ex ente in actu, sed ex ente in potent'a» ut dicitur in I *Physicor* *. Procedendo ergo in causis per se non erit circulatio. Nam complutionis terrae causam agentem accipiemus calorem acris, qui causatur cx sole, et non e converso; causam vero materialem aquam, cuius materia non est vapor, sed materia communis elementorum.

4. Deinde cum dicit: *Sunt autem quaedam quae* etc., ostendit qualiter diversimode demonstretur per causam in his quae sunt semper, et in his quae sunt ut frequenter *. Et circa hoc tria facit: primo,proponit quod intendit; secundo,probat propositum; ibi : *Si enim A de B* * etc.; tertio, epilogat quae * dicta sunt; ibi: *Quomodo quidem igitur* * etc. Dicit ergo primo quod quaedam sunt quae universaliter fiunt, et quantum ad tempus, quia semper, et quantum ad subiectum, quia in omnibus, *aut se habent,* sicut immobilia, quibus non competit * proprie fieri, *autfiunt,* sicut mobilia quae semper eodem modo se habent *, ut patet in motibus caelestibus. Quaedam vero non fiunt sicut semper, sed sicut frequenter *. Et ponit de his exemplum. Sicut quod * omnis homo masculus efficiatur * quandoque barbatus, non accidit semper, sed sicut frequenter. Sicut igitur eorum quae sunt semper, oportet accipere medium quod est * semper; ita et talium, quae sunt sicut frequenter, oportet accipere medium * sicut frequenter.

5. Deinde cum dicit: *Si enim A de B praedicatur* etc., probat quod ad concludendum id quod est sicut frequenter, necesse sit accipere medium quod sit sicut frequenter. Detur enim oppositum, quod accipiatur medium quod sit universaliter et semper; puta si A, quae est *maior* extremitas, praedicetur universaliter de B, quod est *medium,* et B de C, quod est *minor* extremitas: ex necessitate sequitur quod A praedicetur de C universaliter, et quantum ad tempus et quantum ad subiectum *, quod est *semper* ct *de omni* praedicari. Unde idem nunc dicimus universaliter praedicari, quod praedicari de omni * et semper. Sed suppositum erat quod A praedicaretur de G *sicut frequenter*. Necesse est ergo quod medium, quod est B, accipiatur *sicut frequenter* existens. Sic igitur patet quod possunt accipi quaedam immediata principia eorum quae sunt frequenter, ita quod ipsa principia sint aut fiant sicut frequenter. Huiusmodi tamen demonstrationes non faciunt *simpliciter* scire verum esse quod concluditur, sed *secundum quid,* scilicet quod sit verum ut in pluribus; et sic etiam principia quae assumuntur, veritatem habent. Unde huiusmodi scientiae deficiunt * a scientiis, quae sunt de necessariis *absolute,* quantum ad certitudinem demonstrationis.

6. Deinde cum dicit: *Quomodo quidem igitur* etc., epilogat ea * quae dicta sunt; et dicit quod iam supra dictum est, quomodo *quod quid est,* quod est aliqualiter idem ei quod *propter quid,* assignatur inter * terminos syllogisticos, dum ostensum ** est qualiter singula causarum genera, ct in singulis diversitatibus rerum, sint media demonstrationum. Dictum * est etiam qualiter cius *quod quid est* sit vel non sit demonstratio vel * definitio.

* Codd.-p:»jem *ivse specie.*
•i.oc.cit.,n.o.-Comm. s. Th. iect. cit.
ï
·*: *iyiiogi-.etur*
• c?uib. i, lect. vm, n. 2, seqq.
• codd., exc. dq: *innumero; in eiusdem numera.*
" Dehiscf.iiDe cit.
• 1 : *vapores....*
• beoq.- p: *cacadaver cadens.*
accipiebatur.
• commas. Th., Hb.ï'w. cap. π l
• · *vt* 0m. b.
commv'"s' nih' iect. xiv. '
» ct. icct. x, n. 7.

' Num. seq.
' a : *ea quae,*
'* Num. 6.
* Codd.-p : *expedit.*
' Codd.: *cod. modo sunt.*
* Cf. lib. I, lect. xvi, a. 8 ct lect. x l ii, nn. 2, 2.
*a om. *quoa;* n : *quod est omn.;* n om. *omnis.*
* Codd. - p *efficitur.*
* *Quod est* ex codd.
*Nempcquod est sicut frequenter.
* ACDPGILMNT : *substantiam;*^ eroqs : *subiecta ;* h : *supposita (suppositum ?*
* Ct. lib. l lect. ix.
*Codd.-p: *differunt.*
• *Ea* ex codd.
' Codd.: *in.*
** Lect. ix, seqq.
• Lect. vu et vin.
* OXFCHIKLNS : *aut.*

et in *Comm,* super cap. xn, pag. 413, ait: « Dedimus ὀι ὁροι, quod etiam » Boeth. et vet. intp. habuerunt: nam oi axpot, quod Bkk. exhibuit, » haud scio an nullo alio loco hoc sensu usurpatum ab Aristotele occur- » rat, quamquam neutrum τά ἀχρα saepissime apud eum maiorem et » minorem terminum significet, qui quod hic dicantur οἰ ὁροι offendere » non potest, quia opponuntur τω μ'σω: hunc enim certis finibus circum- » scribunt (ὁριζουσι), quos ille, quum latius pateat minore, dum maioris » ambitu superetur ipse , transire nequit. » – Philoponus in II *Poster.* utrumque ponit, τοὐ ἰχρου ὁρου (Ed. graec. pag. aa8). Anonymus in textu, quem refert, Aristotelis, habet oi ἀχροι, et oi ἀχροι repetit in ipsius textus expositione (ib. pag. 078-9). De significationibus quibus usurpatur ab Aristotele vox ἀχρο cf. Bonitz, *Index Aristotelicus*.

γ) *Ut in praecedentibus dictum est.* -BO: *sicut in primo;* Q: (om. *ut) in praecedenti;* alii codd.: (om. *ut) in praesenti.* D. s. m. (om. *ut) in praecedentibus dictum est quod quandoque* etc. Retinemus *in praecedentibus:* attamen lectio BO conformior videtur textui, *in primis:* Δ_ο;ιχτχι δ: τοὔτο ἐν τοϊ πρώτοι . De demonstratione circulari actum est in 1 libro, lect. vm (Cf. lect. xxxi, seqq.).

In citata lect. vnt, not. β, duo probavimus, nempe circularem demonstrationem esse impossibilem attenta natura syllogismi demonstrativi, ct servato eodem genere demonstrationis; esse autem possibilem circularem demonstrationem, variato cius genere, non simpliciter in omnibus, sed in his quae possunt ad invicem converti. Quae illic asseruimus hic habes expresse confirmata a s. Thoma.

LECTIO DECIMATERTIA

QUALIA ESSE OPORTEAT EA QUAE CONSTITUUNT DEFINITIONEM SIGNIFICANTEM ESSENTIAM REI

Πώ δέ δεῖ Οηρεύειν τά ἐν τώ τί ἐστι κατηγορούμενα, νυν λέγωμεν.

Τών δη' ὑ—αρχόντων ἀεί ἑκάστω ἑνια επεκτείνει ἐπΐ πλέον, οὐ μέντοι ἔξω τοῦ γένου . Λέγω δέ ἐπί πλέον ὑπάρχειν, οσα ὑπάρχει μέν ἑκάστω καθόλου, οὐ μη'ν ἄλλα κα'ι ἄλλω. Οἱον ἐστι τι β παση τριάδι υπάρχει, ἄλλα καί μη τριάδι, ὡσπερ τό ον ὑπάρχει τη τριάδι, ἄλλα καί μη ἀριθμώ" ἄλλα καί τό π-ριττόν ὑπάρχει τε πάση τριάδι καί ἐπί πλέον ὑπάρχει· καί γάρ τη πεντάδι υπάρχει· ἀλλ' οὐκ ἔξω τοὐ γένου · ἡ μέν γάρ πεντά αριθμό , οὐδέν δέ ἔξω ἀριθμοΰ περιττόν.

Τα δη τοιαΰτα ληπτέον μέχρι τούτου, ἑω τοσαϋτα ληφθη πρώτον, ὡν ἑκαστον μέν ἐπί πλ«ΐον υπάρξει, ἁπαντα δέ μή ἐπί πλέον ταὐτην γάρ ἀνάγκη οὐσίαν εἰναι τοΰ πράγματο .

Οἱον τριάδι υπάρχει πάση ἀριΟμό , τό περιττόν, τό πρώτον ἀμφοτέρω , καί ὠ μη μετρεΐσθαι ἀριθμώ καί ὠ μη' συγκεΐσθαι ἐξ αριθμών. Τούτο τοίνυν ηδη ἐστίν ἡ τρια , ἀριθμό περιττό πρώτο καί ὠδί πρώτο . Τούτων γάρ ἑκαστον, τα μέν και τοΐ περιττοΐ πάσιν ὑπάρχει, τό δέ τελευταΐον καί τη δυάδι, πάντα δέ οὐδενί.

Ἐπεί δέ δεδη'λωται ἡμΐν ἐν τοΐ ἀνω οτι ἀναγκαΐα μέν ἐστι τα ἐν τω τί ἐστι κατηγορούμενα, τώ καθόλου δέ ἀναγκαΐα, τη δέ τριάδι καί ἐφ' οὐ ἄλλου οὐ'τω λαμβάνεται ἐν τω τί ἐστι τώ λαμβανόμενα, οὐ'τω ἐξ ἀνάγκη μέν ἀν ε'η τριώ ταΰτα.

"Οτι δ' οὐσία, ἐκ τώνδε δηλον. 'Ανάγκη γα'ρ, εἰ μη' τοΰτο ην τριάδι εἰναι, οἱον γένο τι εἰναι τούτο, η ὠνομασμένον η ἀνώνυμον. Ἔσται τοίνυν ἐπί πλεΐον η τη τριάδι ὑπάρχον. "Γποκείσθω γάρ τοιούτον εἰναι τό γένο , ὡστε ὑπάρχειν κατά δύναμιν ἐπί πλεΐον. Ει τοίνυν μηδενί υπάρχει ἀλλω η ταΐ ἀτόμοι τριάσι, τοΰτ' ἀν εἴη τό τριάδι εἰναι. 'Γποκείσθω γάρ καί τοΰτο, η' οὐσία ἡ ἑκάστου εἰναι ἡ ἐπί ταΐ ἀτόμοι ἐσχατο τοιαύτη κατηγορία. "Ωστε ομοίω καί ἀλλω ὁτωοΰν τών οὐτω δειχθέντων τό αὐτω εἰναι ἐσται.

* Quomodo autem oportet venari praedicata in eo quod quid est, nunc dicamus.

Eorum igitur quae insunt semper unicuique, quaedam extenduntur in plus, non tamen extra genus: dico autem in plus esse quaecunque insunt quidem unicuique universaliter, at vero et alii. Ut est aliquid quod omni trinitati inest, sed et non trinitati; sient quod est inest trinitati, sed et non numero: sed impar inest omni trinitati et est in plus, namque ipsi quinque inest, sed non extra genus; quinque enim numerus est, nullum autem impar extra numerum est.

Huiusmodi autem accipienda sunt usque ad hoc, quousque tot accipiantur primum, quorum unumquodque quidem in plus sit, omnia autem non sint in plus: hanc enim necesse est substantiam rei esse.

Ut trinitati omni inest numerus, impar, primus utroque modo, et sicut quod est non mensurari numero, et sicut non componi ex numeris; hoc itaque iam trinitas est, numerus impar primus, et sic primus; horum enim unumquodque, aliud quidem imparibus omnibus inest, ultimum autem dualitati, omnia autem nulli;

Quoniam autem ostensum est a nobis in superioribus quod necessaria quidem sunt in eo quod quid est praedicantia, universalia autem necessaria sunt; in trinitate autem et in unoquoque alio sic accipiuntur in eo quod quid est accepta; sic ex necessitate quidem erit trinitas hoc. Quod autem substantia sit, ex his manifestum est. Necesse enim est, nisi hoc esset trinitati esse, ut genus aliquod esset; hoc autem nominatum aut non nominatum: erit igitur in plus quam trinitati inesse; concessum est enim huiusmodi esse genus, quod est secundum potentiam in plus: si itaque nulli inest "alii quam atomis trinitatis,'hoc utique erit trinitatis esse; supponatur enim et haec substantia uniuscuiusque esse, quae est in atomis ultimum praedicatum. Quare similiter et alii cuilibet sic demonstratorum eidem esse inerit.

♦Seq. cap. xii et text. 17·.

Synopsis. — 1. Argumentum et divisio textus. – 2. Eiusdem textus subdivisio et argumentum huius lectionis. – 3. Eorum quae semper et universaliter praedicantur quaedam sunt in plus quam illud cui insunt, non tamen sunt extra genus illius de quo praedicantur; quaedam sunt in plus et insuper sunt extra genus.– 4. Ad manifestandum quod quid est accipienda sunt talia, quae quidem sunt semper, et quae divisim accepta sunt in plus, hoc est magis universalia, non tamen extra genus; sed simul sumpta non sunt in plus quam quod quid est definiti, cum quo converti debent.-5. Manifestatur assertum per exemplum.-6. Obiectio. Videtur quod differentia non excedat speciem. – 7. Solvitur obiectio. Quia a nobis non'accipitur differentia quae notificat ipsam formam substantialem, sed loco eius accipiuntur accidentia communiora specie; ideo differentia assumpta est communior.specie.– 8. Quae in definitione ternarii accipiuntur, universaliter et ex necessitate ternario conveniunt; et ita est dicendum de omnibus quae assumuntur ad cuiusque rei definitionem essentialem. – 9. Et ex illis significantur constitutiva essentiae rei definitae.

1. Postquam Philosophus ostendit quaHiter *quod quid est* et *propter quid* se habeant ad demonstrationem, hic iostendit quomodo possint investigari: et primo, quomodo investigetur quod quid est; secundo, quomodo investigetur propter quid; ibi: *Ad habendum autem* * etc. Circa primum duo facit: primo, dicit de quo est intentio; secundo, exequitur propositum; ibi: *Eorum autem igitur quae insunt semper* * etcTDicit ergo primo quod postquam dictum est qualiter quod quid est cognoscatur, et qualiter quod quid est vel propter quid accipiatur ut medium in demonstratione, nunc dicendum est 'quomodo oporteat investigare ea quae praedicantur " in eo *quod quid est.*

2. Deinde cum dicit: *Eorum igitur quae insunt* etc., ostendit propositum: et primo *, manifestat qualia oporteat esse illa, quae accipiuntur

* Num. seq.

α

• Lect. xvii.

*Primo ex codd. - fi: *ostendit,* - 1: *qualiter.*

•a) *Quae praedicantur,* – Sic legimus cum CDEFKLNQS. H: *quae praedicata sunt;* alii codd.: *pfir;* P: *ponuntur.*

ad constituendum * quod quid est; secundo, quomodo sint inquirenda; ibi: *Congruum autem est cum totum aliquod* * etc. Circa primum tria facit: primo, praemittit quamdam divisionem; secundo, proponit qualia oporteat * esse quae accipiuntur ad constituendum * quod quid est; ibi: *Huiusmodi accipienda sunt** etc.; tertio, probat; ibi: *Quoniam autem ostensum est* * etc.

3. Circa primum considerandum est quod ea quae praedicantur * in eo quod quid est **, oportet quod semper et universaliter praedicentur, ut supra habitum est *: et ideo accipiens ea quae praedicantur de unoquoque ut semper, dicit quod inter ea quaedam inveniuntur quae extenduntur in plus quam id cui insunt; non tamen * ita quod inveniantur extra genus illud. Et exponit quid sit esse *in plus,* et dicit quod in plus esse dicuntur quaecunque universaliter insunt alicui, non tamen ei soli, sed etiam alii. Datur autem per hoc intelligi aliud membrum oppositum, quia scilicet est aliquid quod extenditur in plus, et est extra genus. Et de hoc primo ponit exemplum, dicens quod est aliquid quod inest omni ternario y, sed et *non ternario* inest; sicut patet de ipso ente communi, quod quidem universaliter inest non tantum trinitati, sed etiam aliis; et non solum in genere numeri, sed etiam in his quae sunt extra genus numeri. Impar vero inest omni ternario, et est in plus, quia etiam inest ipsi quinario; non tamen invenitur extra genus ternarii, quod est numerus, quia etiam quinarius in genere numeri invenitur; nihil autem quod sit extra genus numeri potest dici impar.

4. Deinde cum dicit: *Huiusmodi autem accipienda sunt* etc., ostendit qualia debeant* esse quae accipiuntur ad constituendum *quod quid est.* Et primo, proponit quod intendit; secundo, manifestat per exemplum; ibi: *Ut trinitati omni** *etc.* Dicit ergo primo quod ad manifestandum quod quid est accipienda sunt talia, quae quidem sunt semper et in plus, non tamen extra genus, usque ad talem terminum, ut primo quidem unumquodque quod accipitur sit in plus, omnia autem non sint in plus, sed convertantur cum re, cuius quaeritur quod quid cst. Huius * enim rationem necesse est significare quod quid est rei *.

5. Deinde cum dicit: *Ut trinitati omni inest numerus* etc., manifestat quod dixerat per exemplum. Accipiamus enim ista quatuor, scilicet * *numerus, impar, primus* utroque modo. Dicitur aliquis numerus primus. Uno modo, quia non mensuratur aliquo alio numero, sicut per oppositum patet quod quaternarius non est numerus primus, quia mensuratur dualitate; ternarius autem est numerus primus, quia non mensuratur aliquo numero, sed sola unitate. Alio modo dicitur aliquis numerus primus, quia non componitur ex pluribus * numeris; sicut patet per oppositum de septenario, qui primo modo est primus, non enim mensuratur nisi unitate; non autem est primus secundo modo, componitur enim ex ternario et quaternario: sed ternarius non componitur ex pluribus numeris, sed ex sola dualitate et unitate δ. Sic ergo patet quod quodlibet praedictorum quatuor convenit universaliter trinitati, quodlibet autem eorum convenit etiam aliis in genere numeri. Nam hoc quod dicitur numerus et * impar convenit omnibus numeris imparibus: ultimum autem, scilicet quod sit primus utroque modo, convenit etiam dualitati, quae nec mensuratur alio numero, nec componitur ex numeris, sed ex solis unitatibus: unde omnia ista simul iuncta significant quod quid est ternarius.

6. Sed videtur quod non requiratur ad definitionem quod quaelibet particula sit in plus quam definitum. Dicit enim Philosophus in Vll *Metaphys.* * quod quando pervenitur ad ultimas differentias, erunt aequales differentiae speciebus; non ergo oportet quod differentia sit in pius quam species. Quod etiam ratione * videtur. Dicit enim Philosophus in VIII *Metaphys.* *, quod ratio quae est ex differentiis, videtur esse speciei et actus, idest formae, quia, sicut ibidem dicitur*, differentia respondet formae; cùiuslibet autem speciei cst propria forma, quae nulli alii convenit. Videtur igitur quod differentia ultima non excedat speciem. Dicit etiam Philosophus in Vll *Metaphys.* * quod nihil est aliud in definitione quam genus et differentiae, ct quod possibile est definitionem ex duobus constitui, quorum unum sit genus, aliud * differentia. Differentia autem non invenitur extra proprium genus, alioquin non esset divisiva generis *per se,* sed *per accidens.* Videtur ergo quod differentia non excedat speciem.

7 Sed dicendum est quod si accipi posset differentia, quae notificarct ipsam formam substantialem speciei, nullo modo differentia ultima esset in plus quam species, ut rationes probant. Sed quia formae essentiales non sunt nobis per se notae ‘, oportet quod manifestentur per aliqua acci-

* Codd. – fq: *considerandum*; r: *ostendendum.*
• Lect. seq.
• Codd. - PGiQ: *oportet.*
*f: *considerandum:* q: *considerationem.*
• Num. 4.
• Num. c.
* Codd. –bgot: *pnr;pqy ponuntur.*
***Est* om.codd., exc. π.
• Lect. II, n. 4.
* *Tamen* om. a DEFIKLMNQS. Cf. text. - b om. *ita.*
β
γ
fefciq: *debent.*
' Num. seq.
* r: *Eius.*
• η: *res.*
**Scilicet* om.rq.
ε
* **n:** *ex aliquibus plur. num.*; *c: ex aliquibus num.*
o
* *Et* om. BCHIM et p. m. A.
▮ Comm. s. Th. lect. xii. · Ed. Did. lib. VI, cap. χπ,η. 7.
• Codd. - r: *rationabile.*
• Comm. s. Th. lect. II.-Ed. Did. lib. VII, cap. it, η. 7.
• Comm. s. Th. lect. cit. - Ed. Did. loc. cit., n. 9.
* Comm. s. Th. lect. xn. - Ed· Did. lib. VI. cap· xn, η. 3·
' bu: *et aliud* p h: *aliud vero.*

β) *Datur autem per hoc intelligi.* – Codd., exc. Q et s. m. K, om. *per hoc.* C s. m. legit: *Ex hoc autem datur intelligi.* – D: *intelligi et aliud membrum;* I: *intelligi id membrum.*

γ) *Quod inest omni ternario* etc. – H: *quod inest omni ternario et non ternario, sicut... et etiam in aliis.* B: *quod inest ternario... quod quidem non solum inest trinitati* etc.-Addimus *sed et non ternario inest,* quibus caret P, et quae habent codd., exc. Q, ac sensus requirit. – Legimus etiam cum omnibus codd.: *de ipso ente communi.* P om. *communi.* – Codd., exc. Q, ante *trinitati* om. verba non *tantum.*

3) *Ex sola dualitate et unitate.* – Sic codd. unanimiter. P: *ex sola unitate et dualitate;* sed per praecedens, *non ex pluribus numeris,* videtur *sola* pertinere ad *dualitate,* magis quam ad *unitate.*

e) *Sed quia formae essentiales non sunt nobis per se notae, oportet* etc.-Quin propter immanentiam actionis cognoscitivae et necessitatem praesentiae rei cognoscibilis in cognoscente (quoties existit cognitio actualis), necesse est ut obiectum cognitum sit in intellectu cognoscente; iuxta diversos modos quibus res est in intellectu, diversi modi intellectionis constituuntur atque denominantur. Etenim « aliquid tripliciter » cognoscitur. Uno modo per praesentiam suae essentiae in cognoscente, sicut si lux videatur in oculo... Alio modo per praesentiam suae similitudinis in potentia cognoscitiva, sicut lapis videtur ab oculo per hoc quod similitudo eius resultat in oculo. Tertio modo per hoc quod similitudo rei cognitae non accipitur immediate ab ipsa re cognita, sed a re aliqua in qua resultat, sicut videmus hominem in speculo » (P. I, qu. I vi, art. m). Prima et secunda dicuntur cognitiones *intuitivae:* intuitus enim est actio intellectus in obiectum ratione sui et non alterius praesens, in ratione obiecti, ipsi intellectui (Cf. s. August., *De Trinitate,* lib. XI, cap. tt, n. a; s. Th. in I *Sentent.,* dist. m, qu. iv, art. v; s. Bonavcnt. in II *Sentent.,* dist. xxm, artic. it, qu. m). Tertia vero cognitio dicitur *abstractiva,* qua menti res cognita obiicitur non per praesentiam propriam, sed ratione alterius obiecti (Cf. P. III, qu. xn, artic. ›, ad i). Neque officit quod in secundo modo cognoscendi

dentia, quae sunt signa illius formae, ut patet in VIII *Metaphys.* * Non autem oportet accipere accidenti a propria illius speciei, quia talia oportet per definitionem speciei demonstrari; sed oportet notificari ç formam speciei per aliqua accidentia communiora; et secundum hoc differentiae assumptae * dicuntur quidem substantiales, in quantum inducuntur ad declarandum formam essentialem *, sunt autem communiores specie, in quantum assumuntur ex aliquibus signis, quae consequuntur * superiora genera.

8. Deinde cum dicit: *Quoniam autem ostensum est* etc., ostendit quod supra dixerat: et primo, quod oporteat praedicta universaliter et ex necessitate praedicari de ternario; secundo, quod ex praedictis constituatur ipsa essentia ternarii ’; ibi: *Quod autem substantia ex his* * etc. Dicit ergo primo quod quia superius * ostensum est quod ea quae praedicantur in eo quod quid est ex necessitate insunt; quaecunque autem ex necessitate insunt, universaliter praedicantur; necesse est quod sive de ternario sive de quocunque alio accipiantur praedicto modo ea quae praedicantur in eo quod quid ♦, quod ex necessitate et ** universaliter praedicentur *.

9. Deinde cum dicit: *Quod autem substantia* etc., ostendit quod ex his quae praedicto modo accipiuntur, constituatur * essentia ternarii, vel cuiuscunque alterius; quia necesse est, si hoc quod supra positum est non esset ipsa substantia ternarii, cum praedicetur in eo quod quid est, quod esset quoddam genus, vel nominatum vel innominatum *. Non enim cuilibet rationi est nomen impositum*: et inde est quod multa sunt innominata tam in

* Commas. Th. iTb/vii, cap. n,

ζ

•codd.-rr:»nmf ni: *substantialem.*

• codd.-r: *se-*

Ί

♦ Num. seq.

•Lib. Ï, lect. tr.

* dfiqt: *quod quid est.*

-' *Et* Om. ADEFH il mns et p. m. k.

* Codd., exc. o, *praedicantur.*

* fi: *modo constituuntur, accipiatur.*

• Cf. lib.i, lect. xn, n. 4 et not. ζ.

* Codd.: *positum.*

res cognoscatur per sui similitudinem: nam primo, haec similitudo accipitur immediate in potentia cognoscitiva a re ipsa quae cognoscitur; deinde, quod plus est, similitudo illa non est obiectum quod directe cognoscitur, sed ipsa mediante (unde vocatur medium *quo)* cognitio nostra fertur in obiectum, cuius est similitudo.

Duo impraesentiarum supponimus ut probata ex ideologia s. Thomae. Horum primum est, quod proprium et connaturale obiectum mentis nostrae in praesenti statu sunt essentiae, seu quidditates rerum sensibilium; quibus primo cognitis, per eas assurgere possumus ad aliquam cognitionem rerum supra materiam elevatarum (Cf. P. 1, qu. Lxxiiv, artic. vi, ad 3).- Alterum est, quod essentiae praefatae, quae sunt obiectum nostrum proprium, non cognoscuntur per ideas seu species ab exteriori agente, sive creato sive increato, impressas in anima nostra, sed per species abstractas a sensibilibus individuis, quae per sensus attinguntur (Cf. ib., art. m, iv et v).-Supponimus deinde ex metaphysica quod genus rei sumatur a materia, differentia vero a forma, quae dat speciem rei, sicut alibi explicavimus (Cf. 1 *Perih.,* lect. vm, nn. 9 et 10, nott. κ et v). – Supponimus tertio, quod quamvis essentiae rerum simplices in se sint, tamen a nobis per compositionem (generis et differentiae) intelliguntur et definiuntur. – Quarto denique, supponimus hic sermonem esse de essentiis determinatis, deque earum cognitione per definitionem, hoc est per suppositionem generis, quod se habet ut materia, et per determinationem differentiae, quae se habet ut forma.

Dicit ergo primo s. Thomas quod si accipi posset differentia, quae notificaret ipsam formam substantialem speciei, nullo modo differentia ultima esset in plus quam species. Et ratio est, quia cum forma speciem rei constituat, cumque species ad invicem differant, sequitur quod forma constitutiva non possit esse universalior ipsa specie: secus enim forma, contra supposita, non esset differentia rem specificans.

Sed additur: *formae essentiales non sunt nobis per se notae,* hoc est, non habentur per cognitionem intuitivam. Notandum quod quidditates rerum sensibilium, et consequenter formae substantiales, quae illas specifice constituunt, dupliciter considerari possunt: uno modo in individuo *Chic homo),* altero modo in universali *(homo).* Non loquimur de essentiis individualibus: illae enim solum per quamdam reflexionem cognoscuntur, et non sunt obiecta demonstrationis et nostrae scientiae (cf. lib. 1, lect. xm, seqq.), neque definitionum nostrarum (cf. lib. 1, lect. xvi, nn. 4. 5). Porro quidditates universales non per se et formaliter, sed in naturis individuis solummodo existunt (cf. lib. 1, lect. xvi, not. κ), neque ad eas pervenit intellectus nisi *abstractive,* hoc est primo percipiendo in universali accidentia, deinde per accidentia penetrando ad substantiales quidditates quae ipsis accidentibus substant.

Hinc illud s. Thomae: *oportet quod manifestentur per aliqua accidentia, quae sunt signa illius formae.* Per viam enim sensus quaerenda est a nobis notio formae substantialis, quae accipiatur ut differentia in definitione speciei. Sensus autem nedum quidditatem seu formam substantialem in universali non attingunt, sed neque quidditatem individuam: eorum obiecta sunt qualitates seu accidentia, quibus afficiuntur sensibiles substantiae, et quae sensus externos afficiunt. Si ergo per obiecta sensuum assurgendum est ad formas praedictas, in illis accidentibus debet resultare similitudo formae substantialis, et per illa accipi a nobis earumdem formarum notionem necesse est.

Sed addit s. Thomas: *non autem oportet accipere accidentia propria illius speciei.* Ratio est, *quia talia oportet per definitionem speciei demonstrari.* Et revera huiusmodi accidentia sunt illa quae per se conveniunt in quarto modo dicendi per se (cf. lib. I, lect. x, n. 8), et quae sunt convertibilia cum specie, utpote ipsi convenientia etiam in secundo modo dicendi per se primo (cf. ib. lect. xi, not. ζ). Quocirca nonnisi per ipsius definitionem speciei possunt huiusmodi accidentia demonstrari (cf. ib. lect. xm, n. 3). Addendum quod si formae substantiales non sunt nobis per se notae, neque accidentia propria, quae cum ipsis convertuntur, nobis per se nota esse possunt.

Relinquitur ergo ut forma speciei nobis innotescat per alia accidentia communiora. Res exemplo erit manifesta. Ratio nostra examinando naturam obiectorum, circa quae versatur, ex ipsis recte deducit naturam actionum intellectivarum; et ex his assurgit, sicut ex effectibus, ad earumdem actionum causam, quae est ipsa facultas intellectiva; qua cognita, infert legitime naturam animae, quae est causa facultatis, et mediante facultate est causa actionum intellectivarum, quae primo nobis ex obiectis innotuerant (cf. P. 1, qu. lxxxvii, art. 1 et m). Atqui actiones, quatenus actiones, sunt in nobis accidentia non propria et inseparabilia, sed communia et separabilia (cf. lib. 1, lect. 11, not. α): agere enim non soli animae convenit, et insuper, quamvis ad essentiam animae pertineat ut possit exercere actiones intellectivas, non est de essentia animae ut easdem actiones actu exerceat. Praeterea actiones sunt etiam accidentia communia et separabilia, etiamsi considerentur ut tales, nempe ut rationales: nam nos non cognoscimus actiones nostras intellectivas ut in se sunt, hoc est ut sunt propriae animae nostrae, et non alterius, sicut revera sunt in se; sed cognoscimus rationem communem intellectionis, quae etiam competit angelis, quin assignemus *differentiam,* qua certo actio intellectiva prout emergit a facultate animae humanae, differt ab actione intellectiva prout fluit ab intellectu substantiae angelicae. Cum ergo actiones sint accidentia, quibus animam notificamus, sequitur quod animam et ita formas alias specierum notam facimus per accidentia communia, quae sunt specie universaliora. Et haec dicuntur differentiae substantiales, non quasi ipsa sint res, sed quia rei definitae sunt *signa,* ut sapienter concludit s. Thomas (cf. lect. cit. ex VII *Metaphys.).*

Neque haec asserta a s. Thoma opposita sunt iis quae supra ipse docuit (lib. 1, lect. iv, n. 16, not. 08; lib. II, lect. vu, n. 7), neque ullo modo favent Lockio (cf. lib I, loc. cit.): nam accidentia iuxta Lockium sunt ipsae differentiae substantiales, imo sunt ipsae res, quatenus nempe ex eorum collectione resultat essentia substantialis rerum; ex opposito, iuxta s. Thomam et veritatem, *accidentia non sunt ipsae res* (lib. II, lect. ct num. cit.), neque dicuntur differentiae substantiales absolute, sed solummodo in ratione signi, quatenus *inducuntur ad declarandum formam substantialem.* Quocirca in definienda essentia substantiali accipiuntur ut mera signa eiusdem substantialis essentiae.

Quo vero pacto haec accidentia assumpta, quae extra genus rei definitae esse non debent (n. 4), possint notificare quidditatem ipsius rei, explicatum est supra n. 5: si Γ scilicet, quodlibet praedictorum accidentium conveniat rei definitae: accidentia enim assumpta debent esse signa non rei cuiusque, sed propria illius cuius definitionem assignamus; si 2·, quodlibet conveniat aliis in eodem genere positis: ex hoc enim possumus accipere accidentia veluti significantia genus proximum rei definitae; si 3*, omnia simul sumpta non aliis, sed soli rei definitae conveniant, et cum ea universaliter convertantur (n. 4): sic enim alia accidentia significant genus commune; alia differentiam; compositum vero ex illis significat speciem quam volumus definire.

Dices: s. Thomas passim docet quod intellectus noster «primo ap» prehendit aliquid de ipsa *(re),* puta quidditatem ipsius rei, quae est » primum et proprium obiectum intellectus, et deinde intelligit proprie» tates et accidentia et habitudines circumstantes rei essentiam » (P. I, qu. lxxxv, artic. v). – Respondeo id esse verum. At unde pervenit primo et in ordine inventionis intellectus ad apprehendendam quidditatem? Audivimus ab ipso s. Thoma, per accidentia tanquam per signa, et ideo a posteriori, ad illam nos manuduci; et quidem per accidentia communia (componenda in unum *signum* definitionis quidditatis, eo modo quo dictum est): qua quidditate determinata, intelligimus a priori et in ordine demonstrativo proprietates etc. Unde quae adducta sunt ex *Summa theologica,* concordant cum traditis a s. Thoma in hac lectione.

ζ) *Sed oportet notifeari* etc.– Sic legimus cum ABCDEKLMNOS; P: *notificare... per alia accidentia; notificare* habent etiam FH1T; Q: *monstrare;* G: *notificari... per aliqua priora accidentia, om. communiora.* Omnes codd. (exc. N?) legunt *aliqua.*

η) *Ipsa essentia ternarii.* – Ita omnes codd., exc. G: (om. *ipsa) essentia numeri ternaria,* et Q: *ex praedictis sequetur esse ipsius ternarii.* P: *ipsa essentia ipsius ternarii.*

generibus quam in speciebus. Ideo autem oportet quod praedicta ratio sit genus ternarii, si non significet essentiam eius, quia omne quod praedicatur in *quid* *, aut est genus aut definitio significans essentiam. Non est autem possibile quod sit genus, quia sequeretur quod esset in plus quam ternarius: hoc enim supponimus esse genus, cuius potentia sub se plures species continet. Habitum est autem quod praedicta ratio non convenit nisi atomis, idest individuis, sub ternario contentis. Relinquitur ergo quod praedicta ratio sit definitio significans essentiam ternarii. Haec enim supponitur esse essentia uniuscuiusque, quae invenitur in individuis illius speciei finaliter °, secundum praedictum modum praedicationis. Et sicut dictum est de ternario, ita etiam est intelligendum de quibuscunque aliis, quibus demonstretur * aliquid esse idem per modum praedictum.

* *Cf. l Perth.,*

0

* afk : *demon-*

0) *Quae invenitur in individuis illius speciei finaliter* etc. – Ab hac lectione omnium codd. non leviter discrepat P: *illius speciei. Similiter secundum praedictum modum praedicationis, sicut dictum est de ternario* etc. Sed Piana, praeterquam quod codicibus contradicit, non exprimit textum: ἡ επ'ι ταῖ ατὸροι ἐσχατο τοιαὸτη κατηγορία. "Ωστε οροίω και etc. -ϊΰηα/itcr, quod codd. habent, textui convenit, ϊσχατο .

LECTIO DECIMAQUARTA

DE DIVISIONE GENERIS AD INVESTIGANDUM EA QUAE PONENDA SUNT IN DEFINITIONE

Χρη δέ, δταν δλον τι πραγματεύηταί τι , διελεΐν το γένο ει τά άτομα τω εϊδει τά πρώτα, οίον αριθμόν ' ει τριάδα καί δυάδα, ειθ' ούτω έκείνων ορισμού πειρασθαι λαμβάνειν, οίον εύθεία γραμμή καί κύκλου καί όρθη .γωνία ,

μετά δέ τοΰτο λαβοντα τί τό γένο , οίον πότερον των ποσών η τών ποιών, τά ίδια πάθη θεωρεΐν διά τών κοινών πρώτων. Τοΐ γάρ συντιθεμένοι έκ τών άτό- (Λων τα συμβαίνοντα έκ τών ορισμών έσται δηλα, διά τό άρχην είναι πάντων τόν ολισμόν καί τό άπλοΰν καί τοΐ άπλοΐ καθ' αύτα ύπάρχειν τά συμβαίνοντα μόνοι , τοΐ δ* άλλοι κατ' έκεΐνα.

Αί δέ διαιρέσει αί κατά τά διαφοοά χρη'σιμαί είσιν ει τό ούτω μετιέναι. Ώ μέντοι δεικνυ'ουσιν, εΐρηται έν τοΐ πρότερον. Χρήσιμοι δ' άν ειεν ώδε μόνον προ τό συλλογίζεσθαι τό τί έστιν. Καίτοι δόξειέν γ' άν ούδε'ν, άλλ' ευθύ λαμβάνειν άπαντα, ώσπερ άν εί έξ αρχή έλάμβανέ τι άνευ τη διαιρέσεω .

Διαφέρει δέ τι τό πρώτον καί ύστερον τών κατηγορουμένων κατηγορεΐσθαι, οίον είπεΐν ζωον ήμερον δίπουν η δίπουν ζφον ήμερον. Εί γάρ άπαν έκ δύο έστί, καί έν τι το ζωον ήμερον, καί πάλιν έκ τούτου καί τη διαφορά ό άνθρωπο η ο τι δη'ποτ' ε'στί τό έν γινόμενον, άναγκαΐον διελο'μενον αίτεϊσθαι.

νΕτι προ τό μηδέν παραλιπεΐν έν τω τί έστιν ούτω μόνω ενδέχεται. "Οταν γάρ το πρώτον ληφθη γένο , άν μέν τών κάτωθεν τινα διαιρέσεων λαμβάνη, ούκ έμπεσεΐται άπαν ει τοΰτο, οίον ού παν ζωον η ολόπτερον η σχιζόπτερον, άλλα πτηνον ζωον άπαν τούτου γάρ διαφορά αύτη. Πρώτη δέ διαφορά έστι ζώου, ει ην άπαν ζωον εμπίπτει. 'Ομοίω δέ καί τών άλλων έκάστου, καί τών έξω γενών καί τών ύπ' αύτό, οίον όρνιθο , ει ην άπαν δρνι , καί ιχθύο , ει ην άπα i^θύ . Ούτω μέν ουν βαδίζοντι έστιν εΐδέναι δτι ούδέν παραλέλειπται· άλλω δέ καί παραλιπεΐν άναγκαΐον καί μη εΐδέναι.

* Congruum autem est cum totum aliquod aliquis negotietur, departiri genus in atoma specie prima, ut numerum in trinitatem et dualitatem ; postea sic illorum definitiones accipere tentare, ut rectae lineae et circuli et recti anguli. • Seq. cap. xn. Text. 18.

Post haec autem accipientem quid genus sit, utrum quantitatis sit aut qualitatis, proprias passiones speculari per communia prima; compositis enim ex atomis convenientia ex definitionibus erunt manifesta, propterea quod principium est omnium definitionum quod simplex est, et simplicibus per se insunt convenientia solum, aliis autem secundum illa.

* Divisiones autem, quae sunt secundum differentias, utiles sunt in his ut sic adeamus; sicut tamen demonstrant, dictum est in prioribus. Utiles autem sunt utique sic solum ad colligendum quod quid est; et etiam videtur utique nil utile, sed mox videntur accipere omnia, tanquam si ex principio acceperit aliquis sine divisione. • Text. 19.

Differt autem aliquid prius et posterius praedicamentorum praedicari: ut est dicere animal mansuetum bipes, vel bipes animal mansuetum. Si enim omne ex duobus est, et unum quid sit animal mansuetum, et iterum ex hoc et differentia est homo, aut quodlibet est unum sic, necesse est dividentem petere.

Amplius autem ad nil relinquendum in eo quod quid est, sic solummodo contingit. Cum enim primum accipitur genus, si quidem inferiorum aliquam divisionem accipiat, non incidet omne in hoc, ut non omne animal aut totalum est aut divisum pennis; sed pennatum animal est omne, huius enim differentia haec est. Prima autem est differentia animalis, in quam omne animal incidit; similiter autem est in unoquoque aliorum, et in his quae extra genus ct quae sub ipsis sunt, ut in ave in qua est omnis avis, et in pisce in quo est omnis piscis. Sic igitur vadenti est scire quoniam nil relictum est; aliter autem relinquere est necesse, et non scire.

Synopsis. — 1. Argumentum et divisio textus. – 2. Cum aliquis negotiatur, ad definiendum, aliquod totum, congruum est ut primo dividat genus in species ; deinde tentet accipere definitionem singularum specierum. – 3. Ad investigandum differentias generis accepti oportet, per aliqua accidentia communia, considerare proprias passiones, quae sunt signa manifestantia formas proprias specierum. – 4. Per istum tamen processum ostenditur *quod quid est,* sed non syllogizatur. – 5. Partes quae assumuntur in definitione, debent esse ordinatae; – 6. Et non diminutae.

1. ostquam Philosophus ostendit qualia oportet esse * ea quae constituunt definitionem significantem essentiam rei, hic ostendit qualiter debeant investigari. Et circa hoc duo facit: primo, proponit modum maxime convenientem ad investigandum ea quae sunt in definitione ponenda, scilicet per divisionem * generis ; secundo, ponit quemdam alium modum per similia et differentia; ibi : *Quaerere autem oportet* * etc. Circa primum duo facit : primo, ostendit quod oportet uti divisione generis ad investigandum particulas definitionis; secundo, ostendit* quid oporteat in tali investigatione observari; ibi: *Ad consequendum autem terminum** etc. Circa primum duo facit: primo, ostendit veritatem; secundo, excludit errorem; ibi: *Nihil autem oportet dividentem* * etc. Circa primum tria facit: primo, ostendit qualiter per divisionem generis investigentur definitionis particulae; secundo, quomodo processus divisionis * sit utilis ad propositum; ibi: *Divisiones autem quae sunt** etc.; tertio, quomodo sunt cavenda ea, quae circa hunc processum defectum inducere possunt; ibi: *Differt autem* * etc• Circa primum duo facit: primo, ostendit quod oportet uti divisione generis ad definiendum; secundo, quomodo oportet accipere differentias *; ibi: *Post autem accepto* * etc.

* g : *qualia sunt.*

* Ao male : *definitionem.*

• Lecl. xvi.

f *Ostendit* ex codd., exc.EQ, qui hab. lac.
* Lecl. seq., n.6.

· Lect. seq.

· cqdd.-p: *de-*
* Num. 4.

* Num. 5.

7« P. m. 1: *^ffdiff-Pmiià.* Num·3·

2. Dicit ergo primo quod cum aliquis vult negotiari, ad definiendum, aliquod *totum,* idest universale, congruum est ut primo dividat genus "in

α) *Primo dividat genus* etc. – « Primum ergo, *inquit Clemens Alex.,* sumendum est genus, in quo sunt ea quae sunt proxima supremis : postea propinqua differentia. Differentiarum autem continuatio scissa et divisa complet quid sit esse, seu rei essentiam ac definitionem... Atque genus quidem rei, quae quaeritur, dividimus in eas quae ei insunt species: ut exempli causa, in homine, animal quod est genus, dividimus

primas partes illius generis, quae sunt indivisibiles secundum speciem *, puta quod dividat numerum in binarium et ternarium: ct hac divisione praemissa, per quam cognoscitur genus, tentet postea accipere definitionem singularum specierum; sicut etiam fit in aliis, puta in recta linea et in circulo * et in recto angulo. Omnia enim haec congrue definiuntur, praemissa divisione generis.

3. Deinde cum dicit: *Post haec autem accipientem* etc., ostendit qualiter sint accipiendae differentiae *; et dicit quod postquam acceperimus per divisionem generis in species quid sit genus, puta utrum sit in genere qualitatis vel quantitatis, oportet ad investigandum differentias considerare proprias passiones, quae, sicut dictum est *, sunt signa manifestantia formas proprias specierum. Et hoc °Portet primum facere per aliqua communia *. Si enim nos congregemus accidentia ex generibus communioribus * (quae hic dicuntur indivisibilia, quia non resolvuntur in aliqua priora genera^3), statim ex definitionibus eorum erunt manifesta ea quae quaerimus. Oportet enim *omnium definitionum esse principium id quod simplex est,* idest genus commune: et huiusmodi simplicibus solum *per se* insunt accidentia, quae communiter inveniuntur in multis; omnibus autem aliis conveniunt secundum illa*. Sicut album et nigrum per se quidem conveniunt corpori terminato, et secundum hoc commune conveniunt et homini et equo et quibuscunque aliis. Unde si oporteret accipere definitionem alicuius, cui universaliter conveniret album, puta definitionem nivis, oporteret recurrere'ad genus communius, quod est corpus terminatum, et ex eo investigare causam albedinis; et secundum hoc ostenderetur * nobis quare nix universaliter sit alba. Et illa causa pote-
r'[* Peri'nere quod quid est nivis; puta inspissat'° hum'di *, quae facit humidum terminari cum conservatione lucis.

4. Deinde cum dicit: *Divisiones autem quae sunt* etc., ostendit quomodo praedictus processus conferat ad definitiones; et dicit quod ad hoc quod aliquis praedicto * modo procedat ad defi-
mendum, scilicet dividendo * genus in species, utile est quod homo accipiat divisionem generis per differentias. Sed tamen quomodo per hoc manifestetur *quod quid est,* dictum est in praecedentibus*. Sunt quidem utiles praedictae divisiones ad accipiendum quod quid est sic * solum, sicut dictum est; sed ad syllogizandum quod quid est nihil videntur facere, ut prius dictum est*. Sed videtur quod dividentes statim accipiant omnia non syllogizata, sicut si a principio aliquis accepisset, antequam divideret '<

5. Deinde cum dicit: *Differt autem aliquid prius* etc., ostendit qvfid oporteat cavere, ne circa praedictum processum defectus accidat. Et circa hoc duo facit: primo, ostendit quod* oportet cavere inordinationem: secundo, quod oportet cavere diminutionem; ibi: *Amplius autem ad nil relinquendum* * etc. Dicit ergo primo quod multum differt quid prius et quid posterius praedicetur inter ca quae ponuntur in definitione. Potest enim uno modo sic dici, quod *homo est animal mansuetum bipes;* alio modo potest aliter * ordinari, ut dicatur quod *homo est bipes animal mansuetum,* Et quod hoc differat ad definiendum patet per hoc, quod oportet omne quod definitur constitui ex duobus, scilicet ex genere et differentia s. Sic igitur si *mansuetum* accipitur ut differentia animalis, oportet quod animal mansuetum sit aliquid unum quod accipiatur ut genus, ex quo et alia differentia quae est *bipes,* constituatur * homo. Et eadem ratio est de quocunque alio quod fit unum ex pluribus *per se,* et non *per accidens.* Sicut igitur differt quod accipiatur hoc vel illud pro genere vel * differentia, aut quod accipiatur aliquid ut est differentia constitutiva generis et divisiva eiusdem; ita differt ad definiendum quod sic vel aliter partes definitionis ordinentur. Si enim dicam quod *homo est animal mansuetum bipes,* accipietur * animal **. ut genus, mansuetum autem ut differentia constitutiva eius, bipes autem· ut differentia divisiva ipsius. E converso autem erit si dicatur quod *homo est animal bipes mansuetum.* Quia igitur differentia ordinis facit differentiam in quod quid est, consequens est quod ille qui dividit, non solum supponat ea quae accipiuntur ad definiendum, sed etiam petat ordinem eorumdem. Et sic manifestum est quod definitio non syllogizat quod quid est.

6. Deinde cum dicit: *Amplius autem ad nil relinquendum* etc., docet cavere diminutionem, ostendens * quomodo fieri possit ut nil praetermittatur eorum quae requiruntur ad quod quid est; et dicit quod hoc contingit fieri solum isto modo quo dicetur. Ad cuius evidentiam * considerandum est, quod omnes differentiae superiorum generum pertinent ad quod quid est alicuius speciei. Nam inferius genus constituitur per differentiam divisivam superioris generis. Ad vitandum ergo diminutionem, oportet quod nulla huiusmodi differentiarum praetermittatur. Praetermittitur autem si aliquis, accepto supremo genere, accipiat consequenter aliquam differentiam divisivam ç

in eas quae in ipso apparent species, nempe mortale et immortale.» (*Stromatum,* lib. VIII, § vi).

β) *In aliqua priora genera.-O: in aliqua priora propria.* Ex aliis codd. addimus Pianae *genera.*

γ) *Omnia non syllogizata* etc. – Ita codd., exc. F: *omnia non non sytlog.,* Λ p. m.; *sicut a,* AIT: *accepisse,* G: *acciperet,* N s. m.: *acquireret,* et Q, qui hab. lac. – P: *decipiant omnia syllogizata, sicut si prius* (ἐξ ἀρ/_Γ) *aliquis* etc.

δ) *Per hoc quod oportet omne* etc.-Ita CMQ, quibus ceteri codd. suffragantur. Λ: *per hoc quia quod oportet quod omne... constitui* etc.': sed signis indicatur, pro *quia quod,* legi debere *quod quia;* B: *per hoc quod oportet quod omne... constituatur etc.;* DGKLNST: *per hoc quod quia oporlet quod omne... constitui* etc.; EFO: *per hoc quia oportet quod omne... constitui* etc.; H: *per hoc quod quia oportet quod omne... constituitur* etc.; 1: *per hoc quia oportet quod omne... constitui* etc.: sed ipse aman, in marg, interi, addit *quod,* legendum inter *hoc* et *quia.* P: *per hoc quia oportet quod omne... constituatur ex genere et differentia;* cui lectioni substituimus lectionem CMQ, quae magis quoad formam expedita videtur.

t) *Ad cuius evidentiam.* – ABCFHiMOT et p. m. KN: *ad cuius modi evidentiam ;* DS: *ad eiusdem modi.*

ζ) *Si aliquis... accipiat* etc. – Retinemus hanc lectionem P et s. m. C.-BM: *si* (om. *aliquis*)... *accipiatur consequenter aliqua differentia divisiva;* cet. codd.: si *aliquis... accipiatur consequenter aliqua diffe-*

non quidem ipsius supremi generis, sed alicuius inferioris. Quod quidem hoc modo cognosci potest: quia cum animal accipiatur aliquod supremum genus, si postea aliquis accipiat divisionem alicuius de inferioribus generibus, non totum quod continetur sub genere superiori cadet sub illa * divisione. Et ponit ad hoc exemplum: sicut non omne animal est vel *totalum,* vel divisum pennis. Dicitur autem animal *totalum,* quod habet totas alas integras et continuas, sicut vespertilio; divisum autem pennis dicitur animal, cuius alae distinguuntur per diversas pennas, sicut accipitris vel corvi. Animali autem non habenti alas neutrum horum convenit; sed omne animal volatile continetur sub altera harum differentiarum, quia secundum praedictas differentias dividitur hoc genus quod est animal volatile. Sed prima et immediata differentia animalis attenditur ex hoc quod omne animal cadit sub divisione. Et ita est etiam de omnibus aliis generibus, sive accipiamus genera quae sunt extrinseca ab * animali, sicut lapis et planta, sive illa quae sub animali continentur, sicut avis et * piscis. Prima tamen differentia avis attenditur secundum differentiam in quam incidit omnis avis: et eadem ratio est de pisce. Concludit ergo quod si aliquis sic procedat in dividendo, quod scilicet totum divisum contineatur sub partibus divisionis, poterit homo cognoscere quod nil est relictum de his quae sunt necessaria ad definiendum. Si autem aliter procedatur, necesse est quod aliqua relinquantur, et quod homo non cognoscat se integraliter definisse.

•Aoetp.ni.Ki mn: *sub una dt-vis.;* e: *sub via*

* *Ab* ex codd.f hXtuc. H qul ' *Et* ex codd.

• diq: *definivisse>F1 definiisse;* C: *dM»ve.*

rentia divisiva; in K *aliquis* corr. in *aliquo.* – immediate infra AE1KL et p. m. CDNS: *non quidem est ipsius;* FG: non *quid est ipsius;* Q: non *quod quid est ipsius.* T erronee om. *non.* N s. m.: *non quae est ipsius,* et huius lectionis videntur esse corruptiones variantes praecedentium codd.

LECTIO DECIMAQUINTA

DUO ERRORES EXCLUDUNTUR. - QUAE SECUNDUM REI VERITATEM REQUIRANTUR AD CONSTITUENDAM DEFINITIONEM PER VIAM DIVISIONIS

Οὐδέν δέ δει τόν ὁριζόμενον καί διανοούμενον ἅπαντα εἰδέναι τά ὄντα.

Καίτοι αδύνατόν φασί τινε εἶναι τά διαφορά εἰδεναι τά προ ἕκαστον μη εἰδυτα ἕκαστον ἄνευ δέ τών διαφορών οὐκ εἶναι ἕκαστον εἰδεναι· οὐ γάρ μή διαφέρει, ταὐτόν εἶναι τούτω, οὐ δέ διαφέρει, ἕτερον τούτου.

Πρώτον μέν οὖν τούτο ψεὐδο · οὐ γάρ κατά πάσαν διαφοράν ἕτερον πολλαί γάρ διαφοραί ὑπάρχουσι τοῖ αὐτοϊ τω εἴδει, ἀλλ* οὐ κατ' ουσίαν οὐδέ καθ' αὐτά.

Εἶτα ὁταν λάβη τάντικ-ίμενα καί τήν διαφοράν καί οτι παν εμπίπτει ενταὐθα ἡ ενταὐθα, καί λάβη ἐν θατέρω το ζητούμενον εἶναι, καί τούτο γινώσκη, οὐδέν διαφέρει εἰιέναι ἡ μή εἰδέναι ἐφ' ὁσων κατηγορούνται ἀλλων αἱ διαφοραί. Φανερόν γάρ οτι ἀν ούτω βαδίζων ἐλθη ει ταὐτα ὠν μηκέτι ἐστι διαφορά, ἑξει τον λόγον τή ούσία .

Τό δ' ἅπαν ἐμπίπτειν ει τήν διαίρεσιν, ἀν ἡ αντικείμενα ὠν μή ἐστι μεταξύ, οὐκ αἰτημα· ανάγκη γάρ ἅπαν ἐν θατερω αὐτών εἶναι, εἴπερ ἐκείνου διαφορά ἐσται.

Ει δέ το κατασκευάζειν ορον διά τών διαιρέσεων, τριών δεῖ στοχάζεσθαι, τού λαβεῖν τά κατηγορούμενα ἐν τω τί ἐστι, καί ταὐτα τάξαι τί πρώτον ἡ' δεύτερον, καί οτι ταὐτα πάντα.

'Εστι δέ τούτων ἐν πρώτον διά τού δὐνασθαι, ὡσπερ προ συμβεβηκό συλλογίσασθαι οτι ὑπάρχει, καί δια τού γένου κατασκευάσαι.

Τό δέ τάξαι ὠ δεῖ ἐσται, ἐάν τό πρώτον λάβη. Τούτο δ' ἐσται, ἐάν ληφθή ὃ πάσιν ακολουθεί, ἐκείνω δέ μή πάντα· ανάγκη γάρ εἶναί τι τοιούτον. Αηφθέντο δέ τούτου ἠδη ἐπί τών κάτω ὁ αὐτο τρόπο . Δεύτερον γάρ τό τών ἀλλων πρώτον ἐσται, καί τρίτον τό τών ἐχομένων ἀφαιρεθέντο γάρ τού ἀνωθεν το ἐχομενον τών ἀλλων πρώτον ἐσται. 'Ομοίω δέ καί ἐπί τών ἀλλων.

"Οτι δ' ἅπαντα ταὐτα, φανερόν ἐκ τού λαβεῖν τό τε πρώτον κατά διαίρεσιν, ὁτι ἅπαν ἡ τόδε ἡ τόδε ζωον, ὑπάρχει δέ τόδε, καί πάλιν τούτου ὁλου τήν διαφοράν τού δέ τελευταίου μηκέτι εἶναι διαφοράν, η καί εὐθύ μετά τή τελευταία διαφορά τού συνόλου μή διαφέρειν εἴδει τούτο.

Δήλον γάρ ὁτι ούτε πλεῖον πρόσκειται· πάντα γάρ ἐν τω τί ἐστιν εἴληπται τούτων ούτε απολείπει οὐδέν· ἡ γάρ γένο ἡ διαφορά ἀν εἴη. Γένο μέν οὐν τό τε πρώτον, καί μετά τών διαφορών τούτο προσλαμβανόμενον αἱ διαφοραί δέ πάσαι ἐχοντατ οὐ γάρ ἐτι ἐστίν ὑστερα· εἴδει γάρ ἀν διέφερε τό τελευταῖον, τούτο δ' εἴρηται μή διαφέρειν.

* Nihil autem oportet definientem et dividentem omnia scire quae sunt. * Seq. cap. xu. Texi. 20.

Et tamen impossibile quidam dicunt esse differentias cognoscere, quae sunt ad unumquodque, non cognoscentem unumquodque; sine autem differentiis non esse unumquodque scire: a quo enim non differt, idem esse huic, a quo autem differt, alterum ab hoc.

Primum quidem igitur hoc falsum est: non enim secundum omnem differentiam alterum est. Multae enim sunt differentiae in eadem specie, sed non secundum substantiam, neque per se.

Postea cum accipiat opposita et differentiam, et quod omne incidit hinc aut inde, et accipiat in altero quod quaeritur esse, et hoc cognoscat, nihil differt scire aut nescire de quibuscunque praedicantur aliis differentiae. Manifestum enim quoniam si sic vadens veniat in haec, quorum non amplius est differentia, habebit rationem substantiae.

Omne autem incidere in divisionem, si sint opposita quibus nihil interest, non est petitio. Necesse enim est omne in altero ipsorum esse, si quidem illius differentia est.

* Ad construendum autem terminum per divisiones tria oportet coniecturare; Ut accipiantur praedicata in eo quod quid est, et haec ordinare quid primum aut secundum, et quoniam haec omnia sint. · Texi. 21.

Est autem horum unum primum per id, quod possumus sicut ad accidens syllogizare quoniam est, et per genus probare.

Ordinare autem sicut oportet erit, si primum accipiat. Hoc autem erit, si primum accipiatur quod omnibus sequitur, illi autem non omnia. Necesse est enim aliquod esse huiusmodi. Accepto autem hoc, iam erit idem in omnibus inferioribus modus. Secundum enim aliorum primum erit, et tertium habitorum. Remoto enim quod est sursum, habitum aliorum primum erit. Similiter autem est et in aliis.

Quod autem haec omnia sint, manifestum est ex hoc quod recipimus primum quidem secundum divisionem, quoniam omne animal est aut hoc aut illud, est autem hoc; et iterum huius totius differentiam; extremi autem non amplius esse differentiam, vel etiam statim cum ultima differentia a toto nil differre specie hoc.

Manifestum enim est quoniam neque plus hoc apponitur: omnia enim in eo quod quid est accipiuntur horum. Neque deficit nihil. Aut genus, aut differentia utique esset. Genus quidem igitur est primum, et cum differentiis hoc acceptum est. Differentiae autem omnes continentur: non enim amplius est posterior; specie enim differret et ultimum; hoc autem est dictum non differre.

Synopsis. — 1. Argumentum et divisio textus. – 2. Opinio dicentium quod non potest aliquid cognosci nisi omnia entia cognoscantur. – 3. Improbatur haec opinio. Et primo refutatur principium assumptum, nempe quod semper illud, a quo aliquid differt, sit alterum secundum essentiam, quam significat definitio: non enim omnis differentia facit talem *alteritalem*. – 4. Ad definiendum aliquid per divisionem non oportet ut sciatur de quibus praedicentur oppositae differentiae; sed sufficit quod alia omnia in communi cognoscantur distingui a definito; non requiritur autem ut sciantur in speciali. – 5. Alius error excluditur. Si opposita, per quae fit divisio, sint immediata, et si cuiusque generis accipiantur primae differentiae, necesse est quod totum divisum contineatur sub membris divisionis. Unde qui utitur divisione ad definiendum, in hoc non petit principium. – *G.* Tria requisita ad construendam definitionem per viam divisionis. Quarum primum est, ut ea quae accipiuntur praedicentur in quod quid est; alterum, ut sint ordinata; tertium, ut accipiantur omnia quae pertinent ad quod quid est. – 7. Quomodo observetur primum. – 8. Quomodo secundum. – 9. Quomodo tertium. – 10. Sufficit tria praedicta ad definiendum observari: sic enim definitio neque superfluum, neque diminutum habebit.

uam Philosophus ostendit veritacirca divisionem generis, quae asitur* ad definiendum, hic excludit 5 errores. Secundum ibi: *Omne autem incidere* *etc. Circa primum tria facit. Primo proponit exclusionem erroris: et dicit quod non est necessarium quod ille qui dividendo definit, sciat omnia quae sunt in mundo.

2. Secundo, ibi: *Et tamen impossibile quidam dicunt* etc., narrat opinionem errantium Λ Dicebant enim quidam, quod non potest cognosci * differentia alicuius ad omnia alia entia, nisi omnia alia entia cognoscantur *, ut patet in aliquibus duobus, quorum differentiam cognoscere non possumus nisi utrumque cognoscamus. Addebant autem quod non est possibile quod aliquid sciatur quid est, nisi cognoscatur differentia eius ad omnia alia. Id enim a quo aliquid non differt est idem ei: illud autem a quo differt est alterum ab ipso. Non autem possumus scire quid sit unumquodque, nisi sciamus quid sit idem ei, et quid alterum ab eo *. Et secundum hoc concludebant quod non potest aliquid cognosci nisi omnia cognoscantur.

3. Tertio, ibi: *Primum quidem igitur* etc., improbat quod dictum est dupliciter. Et primo quidem interimit hoc quod dictum est, quod illud a quo aliquid differt, est alterum. Loquimur enim nunc de eodem et de altero secundum essentiam, quam significat definitio. Manifestum est autem quod etiam in eadem specie sunt multae differentiae accidentales, quae non diversificant substantiam speciei, quam significat definitio, nec per se insunt. Unde consequens est quod non omnis differentia facit talem alteritatem, quam necessarium sit cognoscere ad definiendum.

4. Secundo, ibi: *Postea cum accipiat opposita* etc., improbat * quae dicta sunt alio modo. Cum enim ille qui vult definire dividendo, accipiat oppositas differentias hoc modo, quod omne quod continetur sub diviso, cadat sub hoc membro divisionis vel sub illo, et accipiat sub altero membrorum illud cuius definitio quaeritur, si hoc quod intendit definire, cognoscat sub illo membro divisionis contineri; non differt ad propositum utrum sciat vel nesciat de quibuscunque * aliis rebus praedicentur oppositae differentiae. Puta si dividam animal per rationale et irrationale, et accipiam propositum 7 sic hominem contineri sub rationali, non requiritur quod sciam de quibus irrationale praedicetur, nec qualiter * illa ad invicem differant. Manifestum est enim quodsi aliquis sic procedat, scilicet dividendo genus per primas differentias eius, et accipiendo propositum sub altero membro, dividens 3 quousque perveniatur in illa quae ulterius dividi non possunt essentialibus differentiis; sic procedens habebit definitionem substantiae, quam quaerebat. Decipiebantur ergo praedicti homines ex eo * quod non distinguebant inter cognoscere aliquid in communi et in speciali. Oportet enim quod quicunque scit quid ést aliquid, cognoscat omnia alia in communi, non autem in speciali. Puta qui scit quid est homo, oportet quod sciat hominem per hoc quod est animal, distingui ab omnibus quae non sunt animalia; et per hoc quod est rationale, distingui ab omnibus quae non sunt rationalia. Non enim oportet quod illa cognoscat, nisi secundum hoc commune quod est *non animal,* vel *irrationale* '. 8

5. Deinde cum dicit: *Omne autem incidere* etc., excludit secundum errorem. Posset enim aliquis credere quod quicunque utitur divisione ad definiendum, indigeat petere quod totum divisum contineatur sub membris divisionis*; sed ipse dicit quod hoc non est necessarium, si - opposita, per quae fit divisio, sint * immediata; quia secundum hoc necessarium est quod totum divisum sub altero oppositorum contineatur, dum * tamen accipiantur primae differentiae alicuius generis. Differentiae enim quae sunt immediatae si comparentur ad genus inferius, non sunt immediatae si * comparentur ad genus superius **. Sicut par et impar sunt immediata si comparentur ad numerum, cuius sunt propriae differentiae; non autem si comparentur ad quantitatem.

6. Deinde cum dicit: *Ad construendum autem terminum* etc., postquam exclusit ea quae non

* Codd. - p: *sumitur.*

a

• Num. 5.

β

* Codd. - p: *agnosci.*

• Codd. - p: *agnoscantur.*

* an: *ab ipso;* fi om. *ab eo:*

* g: *probat.* - π: *ea quae.*

* codd.-p: ae *quibusdam* alli* 1«- '« !- n *quibusdam* etiam c

' *quare.*-™ t *alla' pro illa.* - exc. m:

3

* cf.iect.iv,n,4 et not. δ.

* AEFIMN' et p. m.

* acofcikl mnst: *eundum*

* fi: *cum.*

* « *tamen*

*' a: *genus supe-*

a) *Excludit duos errores. Secundum* **etc.**-Est lectio P, edd. Venn., et fere omnium codd.—A: *duos errores. Prima* etc.; Q loco *Secundum,* habet *Primus est.-G: excludit duos errores. Et circa hoc duo facit: primo excludit primum; secundo, secundum; ibi: Omne* etc.

β) *Narrat opinionem errantium.—t* Fuerunt, *inquit b. Albertus Magn.,* » Heracliti discipuli et sequaces, qui dixerunt Impossibile esse omnes » differentias rerum definiendarum cognoscere (quae differentiae sunt » uniuscuiusque ad unumquodque), nisi quis cognoscat unumquodque: » et dixerunt quod non est unumquodque scire, nisi cognoscantur omnes » differentiae quas quodlibet habet ad quodlibet » (In II *Poster.,* Tract.iv, cap. tu, pag. 646, coi. 1). – Videtur autem Philopono quod Aristoteles directe oppugnet Speusippum, cuius rationes hic recitantur et oppugnantur (In II *Poster., § Neque autem oportet definientem* etc., pag. 137; ed. graec. pag. 235). Et Anonymus: *Speusippi,* inquit, *hanc opinionem Eudemus esse dicit* (In II *Poster., § Nihil autem oportet* etc., pag. 128, coi. 2; Ed. graec. pag. 283).

γ) *Et accipiam propositum* **etc.**-Haec verba, usque **adde** *quibus irrationale* inclusive, omittuntur a cod. H. – ABEG1LNOT et p. m. CD KMS: *et accipiam contineri.* Sed in hac lectione non dicitur quodnam sit subiectum quod accipitur contineri sub rationali: unde retinemus Pianam, cum qua ipsi codd. infra legunt: *et accipiendo propositum.* Dubium tamen subit num το *sic,* quod qua ratione ponatur me prorsus latet, fuerit error amanuensium, et legendum sit *scilicet,* ut hab. s. m.K,-F et s. m. MS: *et accipiam hominem contineri;* Qet s. m. C: *et accipiam propositum contineri;* D s. m: *et accipiam Illa quae debent contineri;* K s. m.: *et accipiam (?) scilicet hominem contineri.* Ubi interrogationem posuimus, corrector scripsit aliquid, quod non potuimus interpretari,—Ex edd. Venetis, *a* habet: ei *accipiam contineri;* aliae stant cum P.

δ) *Sub altero membro, dividens* **etc.-G:** *sub altero membrorum.* Pro *dividens,* quod habent FIKMT, BGHOQ legunt *divisionis,* sicut P. AELS et p. m. CDN habent *dicens,* corrupte pro *dividens; dicens* in N expung.; in D corrig. in *dividens;* in C super eo scribitur *al. dividens.*

ε) *Quod est non animal, vel irrationale.* – Hanc lectionem codd. adoptamus loco P: *quod est animal, vel rationale:* quae lectio, quamvis recto sensu accipi possit, minus tamen consonat processui argumentativo s. Thomae. Vult enim s. Doctor quod ad definiendum quid est homo, necesse est ut cognoscatur quid sit animal et quid rationale; et deinde in quo *rationale* differat ab *irrationali,* et *animal* a *non-animali.* Sed hoc sciri nequit nisi quatenus tum *irrationale* tum *non-animal* percipiantur aliquo modo, uti de se est manifestum. Verumtamen utrumque percipi potest dupliciter, *in speciali* et *in communi.* In *speciali,* est ognoscere species *non-animalium* et *irrationalium,* assignando genus earum proprium et respectivas differentias. Hoc autem a s.Thoma negatur requiri ut alicuius speciei essentiam definiamus. In *communi,* est solummodo cognoscere quod *non-animal* et *irrationale* sint tales naturae quae carent vel sensu vel ratione. Et hoc affirmatur requiri: quia secus non distingueretur res definita ab aliis rebus, quae non habent aut animalitatem aut rationalitatem. Qua de causa legendum est *non-animal, vel irrationale,* ut hic supra affirmavimus. – O legit cum P *quod est animal,* at cum aliis codd. habet *vel irrationale;* H: *vel non-rationale;* Q: *et irrationale.*

ζ requiruntur ζ ad divisiones definiti, hic ostendit ffuae secundum rei veritatem requirantur *. Et primo, proponit * quod intendit; secundo, manifestat propositum ; ibi: *Est autem horum unum* *. Dicit ergo primo quod ad hoc quod aliquis constituat * *terminum,* idest definitionem **, per viam divisionis, tria °Portet considerare: quorum primum est, ut ea quae accipiuntur*, praedicentur in eo *quod quid est;* secundum est ", ut ordinetur quid sit primum et quid secundum *; tertium est, quod accipiantur omnia quae pertinent ad quod quid est, et nihil eorum praetermittatur*.

7. Deinde cum dicit: *Est autem horum unum* etc., manifestat propositum. Et primo, ostendit quomodo tria praedicta possunt observari; secundo, ostendit quod praedicta tria* observata sufficiant; ibi: *Manifestum est autem* **etc. Circa primum tria facit. Primo ostendit quomodo observetur primum: et dicit quod unum horum (scilicet quod accipiantur ea quae praedicantur in eo *quod quid est)* observatur *, primo quidem per hoc quod homo potest inducere syllogismos quod id quod assumitur insit, sicut cum disputatur ad * problema de accidente *; secundo, ut ostendatur quod praedicatur in eo quod quid, per ea quibus disputatur * ad problema ** de genere ***.

8. Secundo, ibi: *Ordinare autem sicut oportet* etc., manifestat quomodo observetur secundum, scilicet debita ordinatio partium; et dicit quod tunc ordinantur partes definitionis sicut oportet, si aliquis primo accipiat id quod est primum; et hoc erit * si aliquis * primo accipiat id quod consequitur ad alia posterius accepta, et non e converso, Hoc enim est communius et prius. Necesse est autem aliquid huiusmodi accipi in definitione tanquam genus, puta cum dicitur quod * homo est animal gressibile bipes. Si enim est gressibile bipes, est animal, sed * non e converso. Cum ergo iam acceperimus animal9 tanquam primum, idem modus observandus est in ordinatione inferiorum. Accipietur enim quasi secundum in definitione illud quod secundum rationem praemissam erit primum inter omnia sequentia; et similiter accipietur tertium id quod est primum respectu* *habitorum,* idest consequentium. Semper enim, remoto superiori, illud quod est habitum, idest * immediate consequens, erit primum omnium aliorum. Et ita 0. est etiam in omnibus aliis, puta in quarto et in * quinto, si tot oporteat partes definitionis esse.

9. Tertio, ibi: *Quod autem haec omnia sint* etc., manifestat, qualiter possit tertium observari. Et dicit quod manifestum erit omnia quae pertinent ad *quod quid est* accipi in definitione secundum modum supra * dictum, ex hoc scilicet *s quod dividendo aliquod genus accipimus primas eius * differentias, sub quibus divisum universaliter continetur; sicut quod * omne animal est hoc vel illud, puta rationale vel irrationale, et accipimus * quod illud * quod intendimus definire, est ** hoc, puta rationale. Et iterum accipiemus hoc totum, scilicet animal rationale,, et dividemus ipsum per differentias proprias; sed quando iam devenerimus * ad ultimam differentiam, iam non erit dividere per alias differentias specificas: sed statim ultima differentia addita, hoc, cuius definitio quaeritur, in nullo differet t specie a *simul toto,* idest a ratione congregata ab omnibus partibus acceptis; sicut homo non differet specie ab aliquo eorum de quibus praedicatur animal rationale mortale.

10. Deinde cum dicit: *Manifestum enim est* etc., ostendit quod tria praedicta observata sufficiant ad definiendum, quia definitio neque superfluum neque diminutum habebit *. Quod autem non apponatur aliquid plus quam debeat, manifestum est per primum trium praedictorum *; quia scilicet accepta sunt solum ea quae praedicantur in eo *quod quid* et talia necesse erat accipere. Similiter etiam manifestum est quod nihil deficit. Aut enim * deficeret genus, aut differentia. Sed quod genus non * deficiat, patet ex secundo trium praedictorum *. Acceptum est enim primum id sine quo non sunt alia, et quod * potest esse sine aliis, et hoc est genus. Et cum genere postea acceptae sunt differentiae. Sed quod differentiae omnes sint* acceptae, patet per tertium praedictorum trium; quia non amplius potest accipi posterior differentia post illam cuius diximus non esse aliam * differentiam; quia iam sequeretur quod ultimum acceptum adhuc differret differentia essentiali, cum tamen dictum sit, quod non differat.' Similiter 9 etiam ex praemissis * patet quod non intermittatur **. aliqua differentia in medio, per hoc scilicet quod semper accipiuntur primae differentiae. Unde relinquitur quod sufficiat tria praedicta ad definiendum observari.

run'tur ,cçu'' *codd.-r:po- • Num. seq.

' cdegost: *canstruat;* f i: co- *r-rih* •ecodj'"p2'k *primnaccip.* ' • Cf. lect. pracc.,

• cf. >b., n. 6.

• rnaom.n. ' Num. m.

codd exc CQ- codd,. om.l prae- *aliquod,om.* ad. - *v.problemata.* • Cf. n *Topicarum.*

• λv: *ea quae* ••codd"-"r>ro- *blemata.* - n: *in* "- Cf. IV *Topieorum.*

•A:esz.

•codd.,cxc.cH.- p: *aliquis homo;* ch hab. iac. - q om. *primo.*

• *Quod* cx codd.,

• *et.* 0

•adefilmns et p. m. k: *et resp.*

J«' om a,- • an om. *ita.*- dm om. *etiam.*

• *In* om. adcde

* Num. 6. ei Jcct. praec. nn. 2 et 6. ** *Scit.* ex codd. * *Eius* cx codd., exc. h.

' *Quod* ex g h o q; al. codd. *quia.* * Codd. - p: *accipiamus.* t *Quod illud* cx codd. ** Codd.- p: *esse.*

t Codd., exc. g h. - pg ; *devenimus;* h : *deveniemus.*

• Cf. I *Perth.,* lect. iv, n.2.

* Nn. 7,8 et 9.

*Enim om. a. - f: *dejiciet;* h: *dejicit.* *Non om. erron. t et-p. m. an. *pdegknost: *dictorum.* * *Quod* cx codd., exc. k . ct o qui hab. lac. *Codd., exc.cc.- p: *sunt.*

* Codd. - p: esse *etiam djf.*

*f: *Consequenter.* * Cf. lect. praec. n.6. ** RCOELOS: *intermittitur;* k p. *m.: praemittitur,* 8. m.· *immittitur;* cet.codd.: *interimitur.*

ζ) *Quae non requiruntur* etc. – Codd., exc. B ; *quae non requiruntur* (G, *consequuntur) per divisiones definienti* (GN, *definiti;* H, de/in*itioni).* Haec lectio quoad sensum melior Piana videtur. B: *per divisionem in definitione.*

η) *Secundum est* etc. – Haec lectio codd. BHOQ consonat praecedentibus, *quorum primum est,* et sequentibus, *tertium est.* G hab. lac.; F: *sed* (corrupte pro *secundum) ut ord.;* alii codd.: *secundum ut ordinetur;* P: *secundo ut ordinetur.-UFl: et quid sit secundum;* N. om. *ct.*

0) *Cum ergo iam acceperimus animal* etc. – FG1 om. *iam.* – Pro *animal,* quod C om., AFLMNQS ct s. m. D habent *aliquid;* E: *aliquid huiusmodi;* 1: *AB;* K: *ab:* supra *ab* scribitur *animal, et* supra hoc, *vel aliquis.* – *Idem* in codd., exc. BGFOQS, multipliciter corruptum legitur. A : *debt idem;* E om.; HI et p. m. CDK : *diem ;* L : *vel dem (dein ?);* M: *deinde;* N p. m.: *si deinde;* T: *primum ordinem secundus modus.* – Codd., exc. M et s. m. N : *observandi.* – O : *in observatione inferiorum ;* I: *in divisione;* Q: *in ordine.*

t) *In nullo differet* etc.-G: *in nullo differt a sua specie tota idest;* cet. codd., exc. OQ: *a simul* (I, *sibi?) toto.* Quam lectionem adoptamus loco P: *a suo toto.* Hic enim s. Thomas refert et explicat verba textus, ut patet ex immediate additis, *idest a ratione congregata* etc.: textus autem habet *a simul toto,* τοΟ συνόλου. O: *a simul tota;* Q: *a toto suo.*

LECTIO DECIMASEXTA

DE MODO INVESTIGANDI DEFINITIONES PER SIMILIA ET DISSIMILIA

Ζητ-ῖν δέ δεῖ ἐπιβλέποντα ἐπῖ τά ὁμοια καί αδιάφορα, πρώτον τί ἅπαντα ταὐτόν ἐχουσιν, εἶτα πάλιν ἐφ' ἕτεροι , ἀ ἐν ταὐτῷ μ.ἐν γένει ἐκεῖνοι , εἰσί δέ αὐτοῖ μέν ταὐτα τῷ εἴδει, ἐκείνων ὀ' ἕτερα. "Οταν δ' ἐπ'. τούτων ληφ)η τι πάντα ταὐτο'ν, καί ἐπῖ τών ἀλλων ομοίω , ἐπῖ τών ειλημμένων πάλιν σκοπεῖν ει ταὐτόν, ἑω ἀν εἰ ἕνα ἐλθη λόγον οὐτο γάρ ἐσται τοῦ πράγματο ορισμό . Ἐάν δέ μή βαδίζη ει ἕνα ἀλλ' ει δύο η πλείω, δήλον ὀτι οὐκ ἀν εἴη ἐν τι εἰναι τό ζητούμενον, ἀλλά πλείω.

Οἰον λέγω, εἰ τί ἐστι μεγαλοψυχία ζητοῖμεν, σκεπτέον επί τινων μεγαλοψύχων, οὐ ἴσμεν, τί ἐχουσιν ἐν πάντε ἡ τοιοὔτοι· οἰον εἰ Ἀλκιβιά'η μεγαλόψυχο ἡ' ὁ Ἀχιλλεύ καί ὁ Αία , τί ἐν ἁπαντε ; τό μή ἀνέχεσίαι ὑβριζόμενοι· ὁ μέν γαρ ἐπολέμησεν, ὁ δ' ἐμήνισεν, ὁ δ' ἀπέκτεινεν ἑαυτον. Πάλιν ἐφ' ετέρων, οἰον Αυτάνδρου ἡ Σωκρατου . Ει δη τό ἀ ιά^οροι εἰναι εὐτυχοῦντε καί ἀτυχούντε , ταὔτα δύο λαβών σκοπώ τί.τό αὐτό ἐχουσιν ἡ τε ἀπάθεια ἡ περί τά τύχζ καί ἡ μή ὑπομονή ἀτιμαζομένων. Εἰ δέ μηδέν, δύο εἰδη ἀν εἴη τη μεγαλοψυχία .

Ἀεί δ' ἐστι πα ὠ'ρο καθόλου· οὐ γάρ τινι ὀφθαλμω λέγει τό υγιεινόν ὁ ιατρό , ἀλλ' ἡ πζντί ἡ εἴδει ἀφορίσζ .

Ράον τε τό καθ' ἑκαστον ὁρίσζσθαι ἡ τό καθόλου· διό δει ἀπό τών καθ' ἑκαστα επί τά καθόλου μεταβαίνειν καί γάρ αἱ ομωνυμίαι λανθάνουσι μάλλον ἐν τοῖ καθόλου ἡ ἐν τοῖ ἀ ηαφόροι .

"Ωσπερ δέ ἐν ταῖ ἀποδεί εσι δει τό γε συλλογίσασθαι ὑπάρχειν, οὐτω καί ἐν τοῖ οροι τό σαφέ . Τοὐτο δ' ἐσται, ἐάν δια τών καθ' ἑκαστον εἰρημένων η τό ἐν ἑκάστω γένει ὁρίζεσθαι χωρί ; οἰον τό ομοιον ρ.η' παν, ἀλλά το ἐν χρώμασι καί σχήμ,ασι, καί ὁ υ τό ἐν φωνή, καί οὐτω ἐπῖ τό κοινόν βαδίζειν, εὐλαβούμενον μή ομωνυμία ἐντύχη.

Εἰ δέ μή διαλέγεσθαι δεῖ μεταφοραῖ , δήλον οτι οὐδ* ὁρίζεσθαι οὐτε μεταφοραῖ οὐτε οσα λέγεται μετκφοραῖ · διαλέγεσθαι γάρ ἀνάγκη ἐσται μεταφοραῖ .

* Quaerere autem oportet intendentem in similia et indifferentia, primum quid omnia idem habeant, postea iterum in alteris, quae in eodem quidem genere sunt cum illis, sunt autem ipsis quidem idem specie, illorum autem altera. Cum autem in his accipiatur quid habeant omnia idem, et in aliis similiter, in acceptis iterum similiter intendendum si idem sit, quousque in unam conveniant rationem. Haec enim erit definitio. Si vero non vadit in unam, sed in duas aut plures, manifestum est quod utique non est unum aliquod quod quaeritur, sed plura. ' Seq. cap. xn. Text' 22'

Ut puta si quid est magnanimitas quaerimus, intendendum est in quosdam magnanimos, quos scimus quid habeant unum omnes, inquantum sunt huiusmodi. Ut magnanimus Alcibiades est, et Achilles, aut Aiax; quid unum omnes habent? Non tolerare iniuriam. Hic quidem enim dimicavit, ille vero insanivit, hic autem interfecit seipsum. Iterum idem est in alteris, ut in Lysandro et Socrate, si iam indifferentes prosperitati, et improsperitati. Haec duo accipiens intendo quid idem commune habent et impassibilitas quae est circa fortunas, et non tolerantia iniuriarum. Si vero nullum sit, duae species utique erunt magnanimitas.

Semper autem est omnis definitio universalis. Non enim in quodam oculo dicit sanabile medicus; sed aut in omni aut in specie determinans.

Facilius autem est singulare definire quam universale. Unde oportet ex singularibus in universalia ascendere. Namque aequivocationes latent magis in universalibus quam in indifferentibus.

Sicut autem in demonstrationibus oportet syllogizari inesse, sic et in terminis clarum. Hoc autem erit, si per ea quae singulariter dicuntur, sit in unoquoque genere definiri separatim: ut simile non omne, sed in coloribus et figuris, et acutum quod in voce est. Et sic in commune erit ire timentem ne aequivocatio contingat.

Si autem non oportet disputare in metaphoris, manifestum est neque definire metaphoris, neque quaecunque dicuntur in metaphoris. Disputare enim necesse erit in metaphoris.

Synopsis.— **i. Argumentum et divisio textus.-2. Modus alius investigandi definitionem est per similia et dissimilia, ut ex omnibus consideratis inveniatur aliqua una ratio communis, quae est ipsa rei definitio..- 3. Declaratur per exemplum de definitione magnanimitatis. - 4. Modus iste conveniens est. - 5. Et primo quantum ad terminum: nam definitio datur de aliquo secundum quod consideratur in universali. - 6. Secundo quantum ad processum, qui est a minus communibus ad magis commune: et hoc tum ratione facilitatis, quia facilius est definire minus commune quam magis commune; - 7. Tum ratione evidentiae: quatenus sicut in demonstrationibus ita et in definitionibus debet praesupponi aliquid quod sit evidens et manifestum, atque id habetur in hoc modo definiendi, quo in specialibus specialia prius definiuntur: sic enim ex illis specialibus separatim atque distincte definitis magis potest esse nota univocatio rationis universalis. - 8. A definitionibus 'debent excludi metaphorae, per quas non debet disputari, quia in illis non attenditur similitudo quoad omnia.**

postquam Philosophus docuit investigare *quod quid est* secundum modum ^maxime congruum, qui est per divi- §i?h.sionem generis, hic docet investigare quod quid est alio modo «. Et circa hoc tria facit: primo, docet praedictum modum investigandi; secundo, manifestat per exemplum; ibi: *Ut puta dico* * etc.; tertio, probat hunc modum esse convenientem; ibi: *Semper autem est omnis definitio* * etC. · Num. 3. ' Num. 4.

.a) *Alio modo,*- ‹ Non dubium est, *inquit Tullius,* id quidem, quin » definitio genere declaretur et proprietate quadam aut etiam commu- » nium frequentia, ex quibus proprium quid sit eluceat. Sed quoniam de » propriis oritur plerumque magna dissensio, definiendum est saepe ex » contrariis, saepe etiam ex dissimilibus, saepe ex paribus. Quamobrem » descriptiones quoque sunt in hoc genere saepe aptae et enumeratio » consequentium, in primisque commovet explicatio vocabuli ac nominis» *(Partit. Orat.,* cap. xn, n. 41, pag. 487.-Opp. Tom. II, Lipsiae 1849).

2. Dicit ergo primo quod si aliquis inquirit definitionem alicuius rei, oportet quod attendat ad ea quae sunt similia illi, et etiam ad ea* quae sunt differentia ab illa re. Quod quidem qualiter fieri debeat, ostendit subdens quod primo oportet circa similia considerare quid idem in omnibus inveniatur; puta quid idem inveniatur* in omnibus hominibus, qui omnes conveniunt in hoc quod est esse rationale. Postea considerandum est iterum in aliis, quae conveniunt eum primis in eodem genere, et sunt sibi invicem idem specie, sunt autem altera specie ab illis, quae primo accipiebantur, sicut equi ab * hominibus: oportet etiam accipere quid sit idem in his, scilicet equis, puta hinnibile. Cum ergo accipiatur quid sit idem in omnibus his, scilicet hominibus^, quia rationale; et quid sit idem similiter in omnibus aliis, scilicet equis, quia hinnibile; iterum considerandum est si aliquid est idem in istis duobus acceptis, scilicet in rationali et hinnibili. Et ita est considerandum quousque perveniatur ad aliquam*unam rationem communem. Haec enim erit definitio rei. Si vero talis consideratio non inducat in unam rationem communem, sed inducat in duas rationes diversas, aut etiam in plures; manifestum erit quod illud cuiud definitio quaeritur, non erit unum secundum essentiam, sed plura: et ita non poterit habere unam definitionem.

3. Deinde cum dicit: *Ut puta, si quid est magnanimitas* etc., manifestat quod dixerat per exemplum; et dicit quod si quaeramus quid est* magnanimitas, debemus attendere ad quosdam magnanimos, ut sciamus * quid unum habent in seipsis, in * quantum magnanimi sunt. Sicut Alcibiades dictus est magnanimus 7, et * etiam Achilles, et etiam Aiax; qui omnes habent unum quid commune, quod est non * sustinere iniurias. Cuius signum est, quod * Alcibiades non sustinens iniurias dimicavit, Achilles vero in insaniam versus est propter iram, Aiax autem interfecit seipsum. Iterum debemus considerare in aliis qui dicuntur * magnanimi, sicut in Lysandro aut* Socrate. Habent enim hoc commune, quod non mutabantur propter prosperitatem 4 fortunae et per infortunia, sed indifferenter se habebant in utrisque. Accipiamus ergo haec duo, scilicet impassibilitatem a fortuitis casibus et non tolerare iniurias, et consideremus si est aliquid commune eis. In hoc enim consistit ratio magnanimitatis '. Sicut si dicamus quod utrumque contingit * propter hoc, quod aliquis existimat se dignum magnis. Ex hoc enim contingit quod homo non patitur iniurias; et* ex hoc etiam * contingit quod contemnit mutationem exteriorum bonorum, tanquam minimorum. Si autem nihil commune inveniretur illis duobus acceptis, non esset una species magnanimitatis, sed duae. Unde non posset dari una communis * definitio.

4. Deinde cum dicit: *Semper autem est omnis* etc., ostendit praemissum modum inveniendi quod quid est esse convenientem. Et circa hoc duo facit: primo, ostendit hunc modum esse* convenientem; secundo, ostendit quid oportet in hoc modo vitare; ibi: *Si autem néque disputare* * etc. Circa primum duo facit: primo, ostendit praedictum modum esse convenientem quantum ad terminum, prout scilicet pervenitur ad aliquid commune; secundo, quantum ad processum, prout scilicet proceditur in * praedicto modo a particularibus; ibi: *Faciliusque est singulare* * etc.

5. Dicit ergo primo quod convenienter dictum est quod oportet inquirentem * *quod quid est* pervenire ad aliquod commune, quia omnis definitio datur de aliquo secundum quod consideratur in universali *, non autem secundum quod consideratur in hoc singulari vel in * illo. Non enim medicus definit quid sit sanum in hoc oculo huius hominis; sed vel * in universali simpliciter quantum ad omnes, vel distinguit sanum secundum diversas species, puta cum dicit hoc esse sanum cholericis, illud autem phlegmaticis.

6. Deinde cum dicit: *Facilius autem est singulare* etc., ostendit praedictum, modum esse convenientem quantum ad processum. quo scilicet proceditur a minus communibus ad magis * commune. Et hoc dupliciter: primo, ratione facilitatis: procedit enim disciplina a facilioribus. Facilius autem * est definire singulare , idest aliquod

• k·. *et ab eis*

▮ *inveniatur* 0m. *bus.*

•codd.,exc.bq, om. *ab.*

β

'Aliquamom.™.

• h : «V.

• «·: *sciatur.-n unum.*

suât. ' '

• codd.-7p:*quod,*

• f u *quod non*

•Sçodd. – PB : lu,a'

• n; *sunt.*

• *B*et in soc.,·*

δ

ε

**1 : contingat.* - F et p. m. i om. *propter hoc.*

* *Et* om. FO et p. m. k . *'Etiam es* codd,- r et p.r.i. k : *quod et contemnit.*

* *Communis* om.

• *Esse* cx codd., exc. k , ct Q qui hab. lac.

• Num 8.

'fik om. *in;c: a.*

* Num. 6.

• Codd. - rq: *inquirentes.*

• Cf. lect. in, n.4.

▮ *In* om. ADEKLNO QST.

• Vetom.BFMoq. – *in* ex codd.

* BFiMQ. - r: *maius.*

'fiq : *enim.* – au defiklmn: *aliquid.*

ζ·

β) *Scilicet hominibus* etc.-O om. haec verba; FI om. *scilicet.* – FHI KMOQT et s. m. D : *et quid sit idem ;* P *et quod* etc. – BFHIOQ om. seq. *similiter.* – PFIKLO: *in omnibus* sct7ice(*(scii.* om. L) *equis.* Addimus *aliis* ex cet. codd., ut immediate praecedentia postulare videntur. – Item codd.: *quia hinnibile;* P om. *quia.* – Praeterea codd., exc. LQ: s: *aliquid idem est;* L: *si idem aliquid est;* Q om. *idem*.- Denique H: *scilicet rationali et hinnibili;* CE: *et in hinnibili.* Legimus cum cet. codd.: *et hinnibili;* P: *et quia hinnibili.*

γ) *Sicut Alcibiades dictus est magnanimus.* – P: *Sicut Alcides* (et ita infra), *idest Hercules, dictus* etc. Et *Alcides* etc. est etiam in versione quae in Piana textui praefigitur. DEFIKLMN et p. m. S om. *Sicut;* S s. m.: *ut;* Q (om. *Sicut); Hercules dictus;* A: *dicitur magnanimus.* – Codices, exc. GO *(Alcid'des)* et s. m. KM, non *Alcides* habent, sed plus minusve corrupte *Alcibiades,* ut habetur in textu graeco. Item infra, exc. GM et s. m. K. Et cum codd. legit antiquior ed. *a.* At hac posita lectione, mirum est quod codices et ed. *a* retineant *idest Hercules.* Duae enim istae lectiones simul consistere non possunt. Cum ergo lectio *Alcibiades* cum codd. et textu sit retinenda, manifestum videtur verba *idest Hercules* fuisse ab amanuensi introducta. Unde ea expungere non dubitamus.

δ) *Propter prosperitatem* etc.-CDKS p. m. om. *propter;* AEIMN et s. m. CDKS: *per prosperitatem.* L: *(om. propter) prosperitate.*– ALN : *nec per infortunia;* M: *vel per infortunia;* HT: *et propter infortunia;* Q: *ct infortunii;* cet.: *et per infortunia.* P: *et per infortunium.*

ε) *In hoc enim consistit ratio magnanimitatis.* – Duo praemissa sunt in praecedenti numero: quorum unum est, quod si inveniatur in similibus et dissimilibus *unum* commune, invenitur definitio; alterum est, quod si illud commune non inveniatur, definitio non erit. Deinde haec declarantur per exemplum de magnanimitate. Sed quaeritur utrum Aristoteles concludat in magnanimitate zVlcibiadis, Achillis, Aiacis, Lysandri et Socratis esse unum commune, ct ideo magnanimitatem habere definitionem; an velit concludere oppositum, nempe non esse unum commune, et consequenter non haberi definitionem magnanimitatis, sed esse vocem aequivocam. Pro hac secunda parte stant Themistius in II *Poster.,* cap. xxi, pag. 4η; Philoponus ib., § *Quaerere autem oportet* etc., pag. 140, coi. 1 ; Eustratius ib., § *Cum haec duo* etc., pag. 91, coi. 2; Anonymus ib., § *Si autem nihil etc.* – Contra, s. Thomas invenit commune illud in eo qund aliquis existimat se dignum magnis. Toletus in II *Poster.,* cap. xiv, n. 14, (fol. 239, coi. 4), utramque expositionem dicit ennvenire textui. Mihi videtur subscribendum esse s. Thomae, qui textum Aristotelis declarat atque complet ex iis quae ipsemet Aristoteles tradit in Ethica Nicom., lib. iv, cap. in, n. 3 (Ed. Did.): Δοχεῖ δi, inquit Aristoteles, ρεγαλόψυ/ο εἰναι ρεγάλων αὖτόν αξιών ἀξιο ὠν : *videtur autem magnanimus esse qui existimat se dignum magnis, cum revera dignus sit.* De magnanimitate cf. 11-11, qu. cxxix.

ζ) *Facilius autem est definire singulare* etc. – Difficultas oritur cx hisce verbis, quae .sunt Aristotelis : 'Pôuv τε τό χαl)' ἑχαατον ὸοίσααΟαι η το χαΟὸλου : tum enim Aristoteles tum s.Thomas passim docent singularia a nostro intellectu non cognosci nisi per quamdam reflexionem (cf. lib. 1, lect. xxxvm, n. 8), directe autem cognosci universale; ac deinde non

minus commune, quam universale, quod est magis commune; in quantum scilicet in universalibus quia* sunt minus determinata, magis latent aequivocationes quam in illis quae sunt *indifferentia,* idest * quae non dividuntur per differentias specificas. Et ideo oportet a singularibus definiendo ascendere ad universalia.

7. Secundo, ibi: *Sicut autem in demonstrationibus* etc., ostendit idem ex ratione evidentiae. Sicut enim in demonstrationibus oportet syllogizari praesupponendo aliquid, quod est evidens et manifestum, sic etiam et * in *terminis,* idest in definitionibus. Non enim potest aliquis devenire in * cognitionem alicuius * ignoti nisi per aliquod notum sive aliquis intendat cognoscere *quia est,* quod fit * per demonstrationem, sive *quid est,* quod fit per definitionem. Hoc autem contingit, ut scilicet praeexistat aliqu'd * evidens, si sit, idest contingat, separatim, idest distinctim ", definiri per ea quae singulariter dicuntur, idest quae proprie conveniunt et distincte huic vel illi; sicut si aliquis velit notificare quid est *simile,* non considerabit ad omne * id quod potest simile dici, sed de quibusdam similibus; puta quomodo dicatur simile in coloribus, et quomodo dicatur simile * in figuris. Dicitur enim simile in coloribus ex unitate coloris; dicitur autem simile in figuris ex eo quo d anguli sunt aequales, et latera proportionalia *. Similiter etiam in aliis, si velit definire *acutum* non respiciet ad omne quod dici potest acutum, sed respiciet * ad acutum secundum quod dicitur in voce. Et per hunc modum patet quod aliquis definire intendens refugit statim ne contingat aliqua * aequivocatio. Et per ** hoc patet esse convenientem modum definiendi, quo ex inferioribus proceditur ad commune; in quantum * scilicet in specialibus specialia definire facilius est, et magis in talibus potest esse nota univocatio.

8. Deinde cum dicit: *Si autem non oportet* etc., excludit quemdam * modum procedendi in definitionibus. Et dicit quod sicut non oportet disputare per metaphoras, ita etiam non oportet definire per metaphoras; utpote si dicamus quod *homo est arbor inversa* l: nec oportet in definitionibus assumere quaecunque metaphorice dicuntur. Cum enim definitiones sint praecipua * et efficacissima media in disputationibus, si definitiones darentur per metaphoras, sequeretur quod oporteret ex metaphoris disputare. Hoc autem fieri non debet, quia metaphora accipitur secundum aliquid simile, non autem * oportet ut id quod est simile secundum unum, sit simile quantum ad omnia.

pCjMe.eiiC'Q··
Tom.d''P: *et;*
• *Et* om. codd., *pervenire*
'Àiicuius om.Fi.
• n: *contingit,*
aim'ati' guis.
• n.· *esse.*
• m om. *dic.*
ôQ:··oporzionaC-
tionata;Pca.°âû·
bii·
'lc()odd;>.
^haTiaf
*'Aliqua*excodd.,
·· Codd., exc. q :
-in quantum om.
* ex
0
-coda. -raD;
pr'"":,p'a'
-Âtl : non oportet
"écûndûmuwm.

singulare definiri a nobis posse, sed universale (cf. loca quae citantur a Petro a Bergamo, voc. *Definitio,* nn. 38, 39). Oppositum autem videtur hic doceri.

Respondeo quod Aristoteles, ut s. Thomas exponit, non sumit singulare proprie, sed prout significat minus universale in comparatione magis universalis (cf. lib. I, lect. xn, n. 3), quod est minus determinatum in comparatione *indifferentis,* hoc est magis determinati quod non dividitur per differentias specificas. Quamvis autem singulare proprie dictum, hoc est individuum, non possit a nobis definiri, universalia tamen definiuntur; et eo magis eorum definitiones sunt nobis faciliores, quanto magis sunt determinata. Ad rem Waitz: «Τὸ καθ' ἕκαστον hic non dicit id quod » sub sensus cadit (hoc enim definiri omnino nequit)... sed speciem » individuam, quam vs. 3t dicit τὸ «διάφορον, διὰ τὸ τοῦ τελευταίου » ρηκέτι εἶναι διαφοράν (97 a 38) *(Cf. lect. praec. vs. ÿ)* » (II *Poster, analytic., Comm,* in cap. xni, pag. 419, seq.).

Notat insuper Caietanus (in ll *Poster,* cap. x § *Circa septimam conclusionem* etc., fol. 89, col. 2), quod secundum duplicem ordinem intellectualis cognitionis, scilicet quoad se et quoad nos (cf. Jib. I, lect. iv, n. 15 seq.), dupliciter loqui possumus de ordine procedendi. Si enim loquamur secundum ordinem naturae et doctrinae, oportet ab universalioribus inchoare: sed si sermo sit de modo procedendi quoad nos, scilicet secundum ordinem nostrae investigationis, sic oportet a minus universalibus ad magis universalia ascendere; quia unitas minus universalium (uti docet hoc loco s. Thomas cum Aristotele) facilius invenitur, cum non oporteat vagari per multa illa, quae sub universaliori comprehenduntur, ut sciatur in quibus differant, et in qua unitate communi conveniant. Unde primus ordo (de quo dictum est in lectionibus immediate praecedentibus) ex difficilioribus procedit; ordo secundus (de quo nunc agitur) ex facilioribus. Hinc collige quod non prohibemur a difficilioribus illis procedere, imo haec via perfectior est: sed via facilior indicatur.

η) *Separatim, idest distinctim.* – Sic legimus cum B (cf. text.). P: *separatim definitionem definiri;* O: *separatim et distinctim ; C·. separatim, idest (idest* expung.) *disfôm;* D s. m.: *separatim, idest divisim;* cet. codd.: *separatim, idest definitionem,* ubi *definitionem* patet esse corruptionem; sed neque *definitionem definiri* Pianae admitti potest,– Pro *definiri,* G: *definibilis,* Q: *dici.

0) *Arbor inversa* etc. – ALNT: *eversa;* D: *conversa;* G *versa.* – B: *neque enim oportet;* ELN et p. m. D: *neque cum oportet;* HMO: *neque etiam oportet;* Q: *non tamen oportet ;* S; *neque oportet (oportet* expung.) *cum oportet.*

LECTIO DECIMASEPTIMA

DE MODO INVESTIGANDI PROPTER QUID CIRCA SINGULA PROBLEMATA, DEQUE CONVENIENTIA PROBLEMATUM IN EO QUOD EST PROPTER QUID, TUM QUOAD UNITATEM MEDII, TUM QUOAD ORDINEM MEDIORUM

Π3θ δέ τό έχειν *τχ* προβλη'ματα έκλέγειν δεϊ τά τε άνατομά καί τά διαιρέσει , ού'τω δέ έκλέγειν, ύποθέμενυν τό γένο το' κοινόν απάντων , οίον εί ζωα εϊη τά τεθεωρημένα, ποϊα παντί ζωω υπάρχει. Ληφθέντων δέ τούτων, πάλιν τών λοιπών τώ πρώτω ποια παντί έπεται, οίον εΐ τούτο ορνι , ποια παντί έπεται ορνίθι. Καί ούτω άεΐ τω εγγύτατα· δηλον γάρ οτι έξομεν ηδη λέγειν τό διά τί ύπάρχει τά επόμενα τοϊ ύπό τό κοινόν, οίον διά τί άνθρώπω η ΐππω ύπάρχει. "Εστω δέ ζωον έφ' ου Α, τό δέ Β τά επόμενα παντί ζωω, έφ' ών δέ Γ Δ Ε τά τινά ζωα. Δηλον δη διά τί τό Β ύπάρχει τω Δ· διά γάρ τού Α. 'Ομοίω δέ καί τοϊ άλλοι · καί άεί έπΐ τών άλλων ό αύτο λόγο .

* Ad habendum autem problemata, eligere oportet decisiones et divisiones. Sic autem eligere subiectum genus commune omnium consimilium, ut si animalia sunt quae considerantur, qualia omni animali insunt. Acceptis autem his, reliquorum primo qualia omni inhaerent, ut si hoc est avis, qualia inhaereant omni avi; et sic semper proximo. Manifestum enim est quoniam habebimus iam dicere propter quid insunt inhaerentia iis, quae sunt sub communi : ut propter quid homini aut equo insunt. Sit autem animal in quo A, B autem inhaerentia omni animali, in quibus autem sunt C D E, sint quaedam animalia. Manifestum igitur est propter quid est B in D ; propter A enim : similiter et in aliis, et semper in aliis eadem ratio est.

• cap· χ>". Seq. >«'· J2·

Νυν μέν ούν κατά τά παραδεδομένα κοινά ονόματα λέγομεν, δεϊ δέ μη μόνον έπΐ τούτων σκοπεϊν, αλλά καί άν άλλο τι όφ9η ύπάρχον κοινόν, έκλαμβάνοντα, είτα τίσι τούτ' ακολουθεί καί ποϊα τούτω έπεται, οίον τοϊ κέρατα έχουσι το έχειν έχΐνον, το μη' άμφώδοντ' είναι. Πάλιν το κέρατ' έχειν τίσιν έπεται ; δηλον γάρ διά τί έκείνοι ύπάρ ει το είρημένον διά γάρ τό κέρατ' έχειν ύπάρ ει.

Nunc quidem igitur secundum ea quae assignantur communia nomina, dicimus. * Oportet autem non solum in his considerare, sed et si aliud aliquid videtur commune, accipientem si aliquibus hoc inhaereat, et qualia hoc sequantur. Ut cornua habentia hoc, habere ventres, non utrobique dentes esse. Iterum cornua habere quibus sequitur? Manifestum est enim propter quid est in illis quod dicitur: propter id enim quod cornua habent.

• Texi. 23·

'Ετι δ' άλλο τρόπο έστί κατά το άνάλογον έκλέγειν. "Εν γάρ λαβεϊν ούκ έστι τό αυτό, δ δεϊ καλέσαι σηπειον καί άκανΟαν καί οστούν έστι δ' επόμενα καί τούτοι οίσπερ μια τινό φύσεω τη τοιαύτη ούση .

Amplius autem alius modus est secundum analogum eligere. Unum enim idem non est accipere quod oportet vocare sepion, et spinam, et os. Sunt autem quae sequuntur et hoc, tamquam natura una huiusmodi existente.

Τα δ' αύτά προβληματά έστι τά μέν τω τό αύτό μέσον έχειν, οίον οτι πάντα άντιπερίστασι . Τούτων δ' έ'νια τω γένει ταύτά, δσα έχει διαφορά τω άλλων η άλλω είναι, οίον διά τί ήχεΐ, η διά τί έμφαίνεται, καί διά τί ίρι * άπαντα γάρ ταΰτα τό αύτό ποοβλημά έστι γένει (πάντα γάρ άνάκλασι), άλλ'-εϊδει ετερα.

* Eadem autem problemata sunt quae quidem idem medium habent, ut quoniam omnia antiparistasis. Horum autem quaedam genere sunt eadem, quaecunque habent differentias, ex quo aliorum aut aliter sunt; ut propter quid echo, aut propter quid apparet, et propter quid iris. Omnia enim haec ununi problema sunt genere (omnia enim repercussio sunt), sed specie altera.

· Text. 24·

Τά δέ τω τό μέσον ύπό τό έτερον μέσον είναι διαφέρει τών προβλημάτων, οίον διά τί ό Νείλο φΊίνοντο τοΰ μηνό μάλλον ρεΐ", διότι χειμεριοίτερο φΟίνων ό μην. Διά τί δέ χειμεριώτερο φΟίνων ; διότι ή σελήνή απολείπει. Ταΰτα γάρ ούτω έχει πρό άλληλα.

Alia autem ex eo quod medium quidem sub altero medio est, differunt problemata. Ut propter quid Nilus, finiente mense, magis fluit? Propter id quod hibernior est finis mensis. Propter quid autem est hibernior finis mensis? Propter id quod luna deficit. Haec quidem enim sic se habent ad invicem.

synopsis. — **1. Argumentum et divisio textus. – 2. Ad investigandum propter quid oportet, supposito communi genere, considerare divisiones et subdivisiones, donec accipiatur subiectum aliquod commune quod sit causa, seu propter quid illius passionis, de qua quaerimus propter quid. – 3. Eadem methodus servanda est quando commune, quod inest pluribus, aut non est genus, aut est genus innominatum. – 4. De reductione ad aliquod commune analogum, quod sit causa, seu propter quid passionum secundum aliquam proportionem. – 5. Quaedam problemata conveniunt in eo quod est propter quid, quia habem eadem media, aut simpliciter, aut genere, quae nempe quibusdam differentiis diversificantur. – 6. Alia vero problemata sunt quae conveniunt in eo quod est propter quid, non quasi habeant idem medium, sed quia habent diversa media quae ad invicem subordinantur.**

ostquam ostendit Philosophus quomodo oportet investigare *quod quid est,* hic ostendit quomodo oportet investigare *propter quid* *. Et circa hoc duo facit: primo, ostendit quomodo oporteat investigari propter quid ; secundo, movet quasdam quaestiones circa ipsum propter quid; ibi: *De causa autem et cuius est causa* * etc. Circa primum duo facit: primo, ostendit quomodo alicuius quaestionis * propositae possit investigari propter quid; secundo, ostendit quomodo diversae quaestiones communicant in propter quid; ibi: *Eadem autem problemata* * etc. Circa primum duo facit : primo, docet accipere *propter quid,* accipiendo commune univocum; secundo, accipiendo commune analogum; ibi: *Amplius autem alius modus* * etc. Circa primum· duo facit: primo, docet investigare propter quid, accipiendo commune uni-

Cf.lect.xin, n.

Lect. seq.

·κιρ.ι».»<»η. }uae'"°n,s·

" Num. 5.

-Num. 4.

vocum,quod est genus nominatum; secundo, accipiendo quodcunque * aliud commune; ibi: *Nunc quidem igitur** etc.

•*cM.-r-.quod-* •NÛm.3.

2. Dicit ergo primo quod ad hoc quod habeamus *propter quid* circa singula problemata quae ponuntur, oportet considerare divisiones et subdivisiones *, et sic ad singula procedere disputando, supposito communi genere. Ut si aliquis velit * considerare propter quid aliquid conveniat aliquibus animalibus, oportet accipere qualia sunt quae conveniunt omni animali. -Quibus acceptis, oportet iterato accipere secundum divisionem " qualia sunt quae consequuntur primo ad aliquod commune, quod sub animali continetur *P,* puta qualia consequuntur ad * omnem avem: et sic semper debemus procedere accipiendo illud quod est *primum,* in quod scilicet fit immediate divisio; quod etiam supra observabatur* in divisiombus quibus * proceditur ad investigandum quod quid est.' Sic autem * procedendo manifestum est quod semper poterimus dicere *propter quid* aliqua insunt his quae continentur sub aliquo communi; ut si velimus scire propter quid aliqua insunt homini et equo, puta somnus et vigilia. Sit ergo animal in quo A *, quod est *medium;* B autem, idest *maior* extremitas, accipiatur pro his quae inhaerent omni animali, sicut somnus et vigilia; quaedam autem animalium species, puta homo, equus, bos, accipiantur ut *minor* extremitas, scilicet CDE s. Sic igitur manifestum est propter quid B, idest somnus vel vigilia sit in D, puta in h°m'ne; Quia propter A, idest propter hoc * quod homo est animal. Et similiter est faciendum in aliis, et in omnibus est eadem ratio observanda. Huiusmodi autem documenti ratio est, quia subiectum est causa propriae passionis *. Et ideo si volumus investigare causam alicuius passionis, propter quam insit quibusdam rebus inferioribus, oportet accipere commune quod est proprium subiectum, per cuius definitionem accipitur * causa * illius passionis '.

• *Et subdivisiones* om. an.

' r: *ut si veïimus·*

«

β

•xdom.Fi.

γ

• Lect.xiv, n. 2, «qq- •bl o: *m quibus; g* om. *a* Goda.-p; *ergo.*

•codd.-rwM,-

8

"°ŒtommDciL

^cf.iib.i,iect.x,

*ci.icct.i,n.9.

3. Deinde cum dicit: *Nunc quidem igitur* etc., ostendit quomodo oportet investigare *propter quid est,* reducendo in aliquod commune, quod non sit genus nominatum; et dicit quod ea quae supra dicta sunt, dicuntur secundum illa communia, quibus nomina sunt assignata; sed oportet non solum * in talibus considerare, sed et si quid aliud appareat commune quod insit aliquibus, etiamsi non sit genus, vel si non sit nominatum *. Deinde oportet " considerare ad quae hoc commune consequatur, et quae sunt illa quae consequuntur ad hoc commune innominatum acceptum. Sicut habere cornua est quoddam commune, cui non est nomen impositum *, et quod non est genus. Ad hoc autem commune sequuntur duo: quorum unum est, quod omne animal habens cornua habet multos ventres propter necessitatem ruminationis; quorum unus vocatur *echinus* e, in interioribus existens, asper et capedines * habens, ut dicitur in libro de *Historiis animalium* *. Aliud autem quod consequitur ad animalia habentia * cornua, est quod non habeant dentes in utraque mandibula, sed solum in infenon, quia materia dentium convertitur in cornua. Item* considerandum est ad quae animalia consequatur habere cornua, puta bovem et cervum. Sic enim manifestum erit *propter quid* haec animalia habent illas proprietates, quia scilicet habent cornua.

' çodd.-r: *non*

•cf.Hb.i.iect.xu, η

^X^KLN0ST:

0

· Codd.,^exc.ji *nem; fi: caput.*

'Ub.n.caPxvu,

"Ar^on.': *non habentia.*

- codd.,exc.Q:

Iterum.

4. Deinde cum dicit: *Amplius autem alius modus* etc., ostendit investigare *propter quid* reducendo ad aliquod commune analogum; et dicit quod alius modus investigandi propter quid est

a) Accipere secundum divisionem etc.-ADEI.MN et s. m. K: *accipere secundum* (K p. m., *secundum quia) subdivisionem;* BCFHIO: *accipere subdivisionem;* Get p. m. Qom. *secundum divisionem.*– Pro *sunt,* ACEHS et p. m. DN legunt *autem,* K p. m. *vero, s.* m. *vero sunt,* L et s. m. D, *autem sunt,* Q *autem illa;* M om.

β) *Quod sub animali continetur.* – Est lectio codd., exc. CE, quam requirunt ea quae immediate sequuntur *{qualia consequuntur ad omnem avem;* avis est commune quod sub animali continetur). Eam propterea sufficimus P: *quae sub animali continentur.* C: *quod sub anima continentur,* sed est amanuensis error. E hab. lac.

γ) *Quod etiam supra.* – PFI, K p. m. et s. m. CDS om. *etiam ;* AMN et p. m. CDS: *est:* quod cum hoc loco absurde ponatur (nisi legatur *observatum,* sicut forte habet N), ideo s. m. expung. in CDS; attamen haberi potest tanquam positum a primo amanuensi corrupte pro *etiam,* ut habent alii codd.; H et s. m. K: *et.*– FI loco *observatur* habent *supponebatur:* sed, ut lector ex se iam deprehendit, isti codices frequenter aut parum accurati sunt, ut hoc loco, aut absurdi, vel etiam ridiculi. M: *observabitur;* Q: *quae supra observantur.*

0) *Scilicet CDE* etc. – F: *scilicet ut C;* I: *scilicet ut CDE.* – AD EFILN et p. m. KMS omittunt verba *idest somnus vel vigilia sit in D;* imo p. m. M om. etiam *B.* Sed est error, qui male corrigitur in K: *sed* (pro *scilicet?) in D;* S s. m.: *B inest C.* Q om. *idest somnus vel vigilia sit.* – B: *somnus et vigilia.*

ε) *Accipitur causa illius passionis.-Hoc* est, si iuxta methodum rectae divisionis et subdivisionis proceditur in investigando propter quid alicui subiecto conveniat per se passio, necesse est ut assurgatur ad subiectum cui talis passio per se in quarto modo dicendi per se (cf. lib. I, lect. x, n. 7) conveniat. Secus non habetur universale primum passionis quaesitae, et a recta methodo philosophandi prorsus absceditur. Qua de re cf. quae diximus de falsa positivismi methodo in primo libro lect. xn, not. u; ea enim quae hic disseruntur, connexa sunt cum iis quae Aristoteles determinavit de *per se* in primo libro (cf. lect. x, seqq.).

Ç) *Propter quid est.* – ACDEFGH1LM et p. m. KNS: *investig. quod quid est* (G om. *est).* Sed, ut dictum est in assignando argumento huius lectionis (cf. n. i), impraesentiarum est quaestio non de *quod quid est,* sed de *propter quid est.* B et s. m. K om. *est;* Q om. *quid est;* S s. m.: *idest? (quod?) est.* – Infra *{secundum illa* etc.) AEFILMS ct p. m. CDKNT: *secundum ea quae illa communia* etc.; H: *secundum illa quae ipsa communia.* Lectiones intricatae. G hab. lac.

η) *Deinde oportet.-* A ct p. m. KN: *Deinde cum dicit oportet.–* Cum codd. legimus infra: *et quae sunt illa quae consequuntur.* P om. *illa,* et habet *consequantur;* M: *et quae sint illa quae consequantur;* N p. m. *consequitur.*

0) *Quorum unus vocatur echintis.* – Aristoteles in textu, εχῖνον; quod vocabulum adhibetur a s. Thoma. In nostra versione pro τὸ *i/εἴ'I* è/Yνον erronee ponitur, *habere ventres.* Argyropulüs vertit *ericium ; forte,* inquit August. Niphus, *quia est simile* (ε/ἴνθi) *ei animali, quod Erinaceum dicitur vel aliam ob causam* (In 11 *Poster., § Nunc quidem igitur* etc., pag. 2o3, col. 2. – Parisiis iSqo). Ex sententia autem Aristotelis (loc. cit. ex *Historia animal.)* praemisit s. Thomas ruminantibus animalibus plures ventriculos inesse. Quatuor recensentur (loc. cit.) ab Aristotele. Horum primum vocat ventriculum magnum (τήν χοιλίαν την ρ-γιλην. – ib. n. 5), intus asperum atque in loculamenta distinctum. Alter dicitur *arsineus sive reticulus* (χζζοὐφαλο . – ib. n. 6) a similitudine: namque extrinsecus quidem ventriculo, intus vero nexis reticulis similis est. Tertius est *omasus,* (ὁ έ/Yνο . – ib.) qui continuatur reticulo, sicut iste continuatur ventriculo magno: est autem ἐχῖνο intus asper et plagulis cavus, magnitudine proximus reticulo. Quartus denique dicitur ηνυστρὸ (ib.), latine *faliscus venter,* sive *abomasus* (Cf. Nipb., loc. cit.). Faliscus continuatur omaso, et est omaso maior, figura oblongior, habetque intus multos sinus grandes ac laeves. Haec Aristoteles.

Aliud autem quod consequitur etc. – Haec iterum gratia exempli a s. Thoma recitantur ex Aristotelis opere, *De partibus animalium,* lib. III, cap. n. «Cornigerorum, *inquit Aristoteles,* nullum utrinque dentatum » est: superne enim primores dentes non habent, quia natura hinc adi- » mens addidit cornibus, et alimentum quod his dentibus tribui solet, » in cornuum incrementum impenditur» (Opp. Afist. vol. Ill, Ed. Did., pag. 255). Quod ideo Aristoteles affirmare videtur, quia ipsi sententia est cornuum non secus ac dentium os principium esse (cf. ib. lib. II, cap. ix, pag. 243).

* Codd. - t mq : eligere commune secundum analogiam *, idest proportionem. Contingit enim unum accipere ana-
l logum, quod non est ' idem secundum speciem vel genus; sicut os sepiarum, quod vocatur *sepion,* et spina piscium, et ossa animalium terrestrium. Omnia enim ista conveniunt secundum proportionem, quia eodem modo se habent spinae ad pisces sicut ossa ad terrestria animalia. Ad hoc autem commune analogum quaedam
' n·. secundum, consequuntur propter * unitatem proportionis, sicut si communicarent in una natura generis vel speciei, sicut esse coopertum carnibus.

5. Deinde cum dicit: *Eadem autem problemata sunt* etc., ostendit quomodo multa problemata conveniunt in eo quod est *propter quid:* et primo, quantum ad unitatem medii; secundo, quantum
• Num.seq. ad ordinem mediorum; ibi: *Alia autem* * etc. Dicit ergo primo quod quaedam problemata sunt ea-
x dem, in quantum scilicet conveniunt * in eo quod est *propter quid.* Uno quidem modo propter hoc quod habent idem medium; sicut per hoc medium quod est *antiperistasis,* idest contra-resistcntia vel repercussio, multa demonstrantur. Sunt
λ autem quaedam media eadem l non simpliciter, sed genere, quae quibusdam differentiis diversificantur, quae sumuntur vel ex diversitate subiectorum, vel ex diversitate modi flendi. Sicut si
p. quaeratur propter quid fit echo ?, aut propter quid *apparet,* scilicet aliquid in speculo, vel propter quid generatur iris. Omnia enim ista sunt idem problema quantum ad medium propter quid, quod est idem genere*: omnia enim causantur ex re- * L : *in genere.*
percussione. Sed repercussiones differunt specie. Nam echo fit per repercussionem aeris moti a corpore sonante ad aliquod corpus concavum ; apparitio autem rei in speculo fit propter hoc quod immutatio medii repercutitur ad speculum; iris autem fit propter hoc quod radii solares repercutiuntur ad vapores humidos.

6. Deinde cum dicit: *Alia autem ex eo quod medium* etc., ostendit quomodo problemata conveniunt in *propter quid* secundum ordinationem mediorum ; ct dicit quod quaedam alia problemata sunt, quae differunt ad invicem ex * eo quod * *Ex* ex codd., exc. c.
habent diversa media, quorum unum est sub altero. Et ponit exemplum, utpote si quaeratur propter quid Nilus in fine mensis, scilicet lunaris, magis inundat. Huius enim * ratio est, quia finis * a om. *enim.*
mensis est magis pluvialis. Quare autem hoc sit, accipitur per aliud medium; propter hoc scilicet quod * tunc deficit luna, quae habet dominium * h : *quia.*
super humores, et ideo, deficiente lumine eius, magis commoventur vapores in aere, ex quo causatur pluvia *. Et sic patet quod ista duo * b e g h : *causantur pluviae.* - ri : *Ex quo patet.*
media sic se habent ad invicem, quod unum eorum est sub alio *. ' Codd. exc. GT.- p: *attero.*

t) ***Analogum, quod non est idem.-M*** **om.** ***analogum,*** **et cum P legit:** ***quod est idem.*** **Sed erronee omittitur** ***non.*** **De eo enim quod est unum commune secundum analogiam, sermo est. Quod autem est unum idem secundum speciem vel genus, non analogum est, sed univocum (Cf. l** ***Perih.,*** **lect. v, n. 19 et not. Ç).**

x) ***In quantum scilicet conveniunt*** **etc.-Cod. N s. m.:** ***in quantum scilicet conveniunt in uno propter quid conveniunt uno quidem propter hoc:*** **lectio inordinata. ACDEFGLST et p. m. K om.** ***est*** **ante** ***propter quid;*** **N p. m. om.** ***quod est.*** **Codd., exc. Q:** ***propter quid, uno quidem modo*** **(CF1,** ***modo quidem;*** **ADLST et p.m. KN om.** ***modo) propter hoc quod liaient*** **(G,** ***habet).*** **Adoptamus hanc codd. lectionem. Duo enim hic tradit s. Thomas ; quorum primum est quod quaedam problemata conveniunt in eo quod habent idem medium, simpliciter nempe; alterum est quod quaedam problemata habent idem medium non simpliciter, sed genere tantum. Hanc distinctionem dilucide tradunt codices.- P omittit,** ***Uno quidem modo.*** **– Lectionem nostram habet Dominicus a Flandria, cuius verba sunt: « Considerandum est... hic secundum Philosophum, ut adducit D. S., quod aliqua** ***(problemata)*** **dicuntur eadem propter hoc quod habent idem medium propter quid unum in genere, diversificatum tamen in specie; ut patet de sono echo, de imagine in speculo ct dc iride in nubibus. Omnia enim illa conveniunt in medio propter quid uno secundum genus, quod est repercussio; sed tamen tale medium diversificatur secundum speciem : illae enim tres percussiones differant specie... Sed sunt aliqua plura problemata, quae habent idem medium secundum speciem; ut propter quid homo est risibilis, propter quid est flexibilis, et propter quid homo est disciplinabilis : ad omnia respondetur, quia est animal rationale, quod quidem est medium unum secundum speciem. Quaedam vero sunt quae habent medium unum solum secundum analogiam, ut supra patuit de spina et sepionc. Considerandum est ulterius quod problemata, quae dicuntur plura, sunt in duplici differentia. Nam quaedam sunt in quibus plures passiones quaeruntur de pluribus subiectis; et talia sunt in duplici differentia: nam aliqua sunt in quibus plures passiones quaeruntur de pluribus subiectis penitus disparatis, ut propter quid homo est risibilis, et propter quid equus est hinnibilis, et talia problemata non habent idem propter quid; quaedam vero sunt, in quibus plures passiones quaeruntur de pluribus subiectis non disparatis, ut propter quid homo est risibilis et propter quid est animal rationale, et talia possunt habere idem medium. Alia vero sunt in quibus quaeruntur plures passiones de uno subiecto, vel una passio de pluribus subiectis, et talia possunt communicare in uno medio, quod est unum aut secundum genus, aut secundum speciem, aut secundum analogum, aut vero secundum subordinationem » In II** ***Poster.,*** **qu. xvn, artic. u.**

λ) ***Sunt autem quaedam media eadem,*** **– Ita B et s. m. D; ceteri codd. omittunt** ***eadem;*** **P om.** ***media,*** **quod adoptamus ex codd., quia verba,** ***sunt autem quaedam,*** **ex contextu videntur immediate pertinere magis ad** ***media,*** **quam ad problemata. Retinemus autem cum PB et s. m. D** ***eadem:*** **nam verbum** ***inedia,*** **sine addito, sententiam incompletam relinquit (cf. not. praec.) – Omnes codd. habent :** ***quae tamen quibusdam ;*** **sed post,** ***non simpliciter, sed genere,*** **videtur redundare particula** ***tamen.*** **– ABFI post** ***sumuntur om. vel;*** **pro** ***subtectorum,*** **FI :** ***substantiarum;*** **pro** ***fiendi,*** **G:** ***causandi.***

p.) ***Propter quid fit echo.*** **– A om.** ***fit,*** **quod neque habetur in nostra versionc. Textus: δια τι ἡ/εἶ. H1KMNQST (et BDEFG?):** ***propter quid fit echo;*** **P:** ***sit echo.*** **– DFG1Q om.** ***scilicet;*** **H:** ***scilicet forma in speculo;*** **LST:** ***scilicet quid in speculo.***

LECTIO DECIMAOCTAVA

DE COEXISTENTIA CAUSAE AD CAUSATUM QUANTUM AD SIMULTATEM CONSECUTIONIS

Περί δ' αιτίου καί ού αίτιον άπορη'σειε μέν άν τι , άρα δτε ύπάρχει το αίτιατόν, καί το αίτιον ύπάρχει, ώσπερ εί φυλλορροεϊ η εκλείπει, καί το αίτιον τοΰ έκλείπειν η φυλλορροειν έσται· οίον εΐ τοΰτ' έστι το πλατέα έχειν τα φύλλα, τοΰ δ' έκλείπειν τά την γην έν μέσω είναι· .

ει γάρ μη ύπάρχει, άλλο τι έσται το αίτιον αυτών είτε το' αίτιον ύπάρχει, άμα καί το' αίτιατόν, οίον εί έν μέσφ ή γη, έκλείπει, η εί πλατύφυλλον, φυλ- ' λορροεϊ. Εί δ' ούτω , άμ' άν είη

καί δεικνύοιτο δι άλληλων. "Εστω γάρ το φυλλορροεΐν έφ* ού Α, το' δέ πλατύφυλλον έφ' ού Β, άμπελο δέ έφ' ού Γ. Εί δη τω Β ύπάρχει τό Α (παν γάρ πλατύφυλλον φυλλορροεϊ), τω δέ Γ ύπάρχει το Β (πάσα γάρ άμπελο πλατύφυλλο), τω Γ ύπάρχει το Α, καί πάσα άαπελο φυλλορροεϊ· αίτιον δέ το Β το μέσον. 'Αλλά καί οτι πλατύφυλλον ή άμπελο , έστι διά τοΰ φυλλορροειν άποδεΐξαι. "Εστω γαρ τό μέν Δ πλατύφυλλον, τό δέ Ε το φυλλορροειν, άμπελο δέ έφ' ού Ζ. Τω δη Ζ ύπάρχει το Ε (φυλλορροεϊ γάρ πάσα άμπελο), τω δέ Ε το' Δ (άπαν γάρ το φυλλορροούν πλατύφυλλον)· πάσα άρα άμπελο πλατύφυλλον αίτιον δέ το φυλλορροειν.

Εί δέ μη' ενδέχεται αίτια είναι άλλη'λων (το γαρ αίτιον προτερον ού αίτιον), καί τοΰ μέν έκλείπειν αίτιον το' έν μέσω την γην είναι, τοΰ δ' έν μέσω την γην είναι ούκ αίτιον το έκλείπειν. Εί ούν ή μέν διά τοΰ αιτίου άπόδειξι τοΰ διά τί, ή δέ μη διά τοΰ αιτίου τοΰ ότι, ότι μέν έν μέσω, οιδε, διότι δ' ου.

"Οτι δ' ού τό έκλείπειν αίτιον τοΰ έν μέσω, άλλα τοΰτο τοΰ έκλείπειν, φανερόν έν γαρ τω λόγω τω τοΰ έκλείπειν ενυπάρχει τό έν μέσω, ώστε δηλον ότι διά τούτου έκεϊνο γνωρίζεται, άλλ' ού τοΰτο δι εκείνου.

"Π ένδέχεται ένό πλείω αίτια είναι; καί γάρ εί έστι τό αύτό πλειόνων πρώτων κατηγορεϊσθαι, έστω τό Α τω Β πρώτω ύπάρχον, καί τω Γ άλλω πρώτω, καί ταΰτα τοϊ Δ Ε. 'Υπάρξει άρα το Α τοϊ Δ Ε· αίτιον δέ τω μέν Δ τό Β, τω δέ Ε τό Γ· ώστε τοΰ μέν αιτίου ύπάρχοντο άνάγκη τό πράγμα ύπάρχειν, τοΰ δέ πράγματο ύπάρχοντο ούκ άνάγκη παν δ αν η αίτιον, άλλ' αίτιον μέν, ού μέντοι παν.

"Π εί" άεί καθόλου τό πρόβλημά έστι, καί τό αίτιον ολον τί, καί ού αίτιον, καθόλου; οίον τό φυλλορροειν όλω τινί άφωρισμένον, καν είδη αύτοΰ η, καί τοϊσδ'ι καθόλου, η φυτοϊ η τοιοϊσδε φυτοϊ . "Ωστε καί τό μέσον ίσον δεΐ είναι έπί τούτων, καί ού αίτιον, καί άντιστρεφειν. Οίον διά τί τά δένδρα φυλλορροεϊ, εί δη δια πηξιν τοΰ ύγροΰ, είτε φυλλορροεϊ, δένδρον, δεΐ ύπάρχειν πηξιν, είτε πηξι ύπάρχει μη ότωοΰν άλλά δένδρω, φυλλορροειν.

* De causa autem et cuius est causa, dubitabit aliquis numquid cum causatum est et causa est. Ut si folia fluunt aut deficit luna, et causa deficiendi vel folia cadendi erit; ut si huius est lata habere folia, deficiendi autem terram esse in medio. * Cap. xiY. Text. 25.

Si enim non, aliqua alia erit causa ipsorum. Si vero causa sit simul et causatum, ut si in medio est terra, deficit, aut si latum folium est, fluit. Si igitur non sit, simul itaque erunt

et si demonstrentur per altera. Sit enim folium fluere in quo A, latum autem folium in quo B, vitis vero in quo C. Sic igitur in B est A, omne enim latum folium habens folio fluit; in C autem B, omnis enim vitis est habens latum folium; in C igitur A, omnis enim vitis folio fluit. Causa autem est B medium. Sed et quoniam latis foliis vitis sit, est propter id quod folio fluit demonstrare. Sit enim D quidem latum folium, E autem folio fluere, vitis vero in quo Z. In Z igitur est E, folio enim fluit omnis vitis ; in E autem D, omne enim fluens folio latum est folium habens ; omnis itaque vitis latum est folium habens. Causa autem est folio fluere.

Si autem non contingit causas esse ad invicem (causa enim prius est eo cuius est causa), et deficiendi quidem causa est terram esse in medio, eius autem quod est in medio terram esse non est causa deficere. Si igitur quidem per causam est demonstratio, propter quid est; si vero non per causam, ipsius quia, quoniam quidem in medio est cognovit, propter quid autem non.

Quod autem non deficere causa sit in medio esse, sed hoc deficiendi, manifestum est. In ratione enim deficiendi est quod est in medio. Quare manifestum est quod per hoc illud cognoscitur, sed non hoc per illud.

Aut contingit unius plures causas esse? Et namque si est idem de pluribus primum praedicari, sit A in B primo esse, et in C alio primo, et hoc sit in D, et illud in E. Erit itaque A in D et E. Causa autem quod A sit in D quidem B, in E autem C. Quare cum causa sit, necesse est rem esse; sed res cum sit, non necesse est esse omne quodcunque sit causa. Causam quidem necesse est esse, non tamen omnem.

Aut si semper est universale propositum, et causa quoddam totum est, et cuius est causa universale; ut folio fluere in toto quodam determinatum est, etsi species ipsius sint multae, et universaliter igitur aut plantis, aut huiusmodi plantis. Quare medium aequale oportet esse in iis et cuius est causa, et converti; ut propter quid arbores folio fluunt? Si ergo propter densitatem humidi, sive folio fluit arbor, oportet esse densitatem; sive densitas est, non in qualibet sed in arbore, folio fluit.

Synopsis. — 1. Argumentum et divisio textus. – 2. Quaestio de coexistentia causae et causati quantum ad simultatem consecutionis.-3. Obiicitur primo ad quaestionem istam, ostendendo quod causa et causatum semper simul sunt secundum consequentiam, quia omne causatum habet aliquam causam.-4. Textus subdivisio. – 5. Obiicitur secundo. Quia causa et causatum ad invicem demonstrantur, ergo, cum ad medium demonstrationis sequatur ex necessitate conclusio, causa et causatum simul se consequuntur. – 6. Ex hoc tamen non sequitur quod causa et causatum ad invicem demonstrentur eadem demonstratione, sed diversis demonstrationibus, scilicet *quia* et *propter quid*. – *η'*. De interpositione terrae ut causa eclipsis lunae. – 8. Solvitur quaestio. Ubi unum aliquod commune plures habeat causas, secundum quod convenit diversis, ipso posito, necesse est unam ex illis causis adesse, non quamlibet et determinate, sed disjunctive. – 9. Ubi vero causa sit tale medium quod convertitur cum causato, necesse est ut causa et causatum simul se consequantur.

à ostquam Philosophus ostendit quomodo oportet investigare *propter quid,* hic movet * duas quaestiones circa ipsum propter quid, quarum prima est de coexistentia causae ad causatum, secunda pertinet ad unitatem causae; ibi: *Utrum autem contingat** etc. Circa primum tria facit: primo, proponit quaestionem; secundo, obiicit; ibi: *Si enim non est* * etc.; tertio, solvit; ibi: *Aut contingit unius* * etc.

2. Dicit ergo primo quod de causa et causato potest aliquis dubitare utrum quando est unum eorum, sit et * aliud. Quae quidem quaestio non est intelligenda quantum ad simultatem temporis, sed quantum ad simultatem consecutionis “, utpote si posito uno consequatur aliud vel simul tempore, vel prius et post. Et ponit duo exempla.

Quorum uno causa tempore * praecedit causatum : nara lata folia habere est causa quod fluant folia alicuius arboris ; non autem habere lata folia et folia * fluere sunt simul tempore. In alio autem exemplo causa et causatum sunt simul tempore, sicut interpositio terrae simul tempore * est cum defectu lunae. Est ergo quaestio utrum ad unum istorum consequatur aliud.

3. Deinde cum dicit: *Si enim non aliqua* etc., obiicit ad propositam quaestionem, ostendens quod causa et causatum semper simul sunt secundum consequentiam; et ponit ad hoc duas rationes. Quarum prima sumitur ex ratione causae et causati; et dicit quod omne causatum oportet quod habeat aliquam causam. Unde si posito isto causato, non simul ponitur quod ista eius causa sit7, sequitur quod sit eius aliqua alia causa; et hoc ideo, quia necesse est quod causatum simul sit cum aliqua causa. Sicut ad hoc quod est terram esse in medio, sequitur quod luna deficiat; et ad hoc quod est arborem habere lata folia, sequitur quod folia eius fluant. Si ergo non est dare aliam causam, sequitur quod simul sit hoc causatum * cum hac causa.

4. Secundam rationem ponit ibi: *Et si demonstrentur per altera* etc., quae quidem sumitur ex hoc quod causa et causatum per invicem demonstrantur. Et circa hoc tria facit: primo, ponit 'rationem; secundo, removet errorem qui posset consequi *; ibi: *Si autem non contingit*** etc.; tertio, probat quoddam quod supposuerat; ibi: *Quod autem non deficere* * etc.

5. Circa primum dicit quod etiam manifestum est quod causa et causatum simul se consequuntur, si hoc verum est, quod per * invicem demonstrentur; quia ad medium demonstrationis ex* necessitate sequitur conclusio. Quod autem per invicem demonstrentur, probat in praedicto exemplo. Sit enim folium fluere in quo A *, quae est *maior* extremitas; latum folium habere in quo B, quod est *medium;* vites vero accipiantur in quo C, quod est *minor* extremitas. Sic * igitur in B est A, quia omne quod habet latum folium, folio * fluit; in Cautem est B, quia omnis vitis habet lata folia; et sic concluditur quod A est in C, idest quod omnis vitis folio fluit. Et in toto hoc processu causa accipitur pro medio, et sic causatum per causam demonstratur. Contingit autem et * e converso demonstrare causam per causatum, scilicet quod vitis habet lata folia per hoc quod fluit folio. Accipiatur enim lata folia habere quasi *maior* extremitas, quae est D; fluere folio * quasi *medium,* quod est E ; vitis vero *minor* extremitas, quae est Z. Sic igitur E est in Z, quia omnis vitis fluit folio; D autem est in E, quia scilicet omne quod fluit folio, habet lata folia *; et cx hoc concluditur quod omnis vitis sit lati

• Lect.seq.
•Num.3.
• Num. 8.
• *Et* om. ß.
«
Mr°ria
• *Fotta* om. u
• *Tempore* non recte om. bcq.
β
γ
Hoc *causatum*
Sequ-
Num. 7.
Per om. 1.
·ooàà.,βχo.No.-p: *de.* n h. !ac.
•Codd.(exc.ci<i)r
**;*'; *v. sicut.*
Totio om. ›.
'*Et* ex codd.,
·.codd.-r:/0-
8

a) ***Ad simultatem consecutionis*** **etc. – Non est dubium quin haec lectio P sit vera lectio. Proponitur enim n.** 1 **quaestio, in hac lectione solvenda, de coexistentia causae ad causatum. Quia tamen poterat oriri dubitatio, num simultas causae ad efTectus accipienda esset quoad tempus, vel quoad consecutionem ; s. Thomas addit intelligendam esse quantum ad simultatem consecutionis (cf. infra not. ε). – Corrupte pro** ***consecutionis*** **FI legunt** ***consueti causis*** **(I,** ***côis);*** **LS:** ***consuetis causis;*** **MT et p. m.K:** ***consuetam causis;*** **D:** ***causis;*** **quo expuncto, marg, add.:** ***causarum cum suis causatis;*** **K marg. interi.:** ***vel consecutionis ;*** **Q:** ***consequentiae.*** **– Q:** ***consequatur*** ***aliud*** ***ut sint simul*** ***tempore ut (vel) prius. Et ponit.*** **G om.** ***aliud*** ***vel simul tempore,*** **sed est mendum.–** Codd.: ***aliud vel simul*** ***tempore,*** ***vel prius et*** **(BHM,** ***vel) post.*** **Hanc codd. lectionem adoptavimus prae P:** ***aliud*** ***simul tempore vel posterius.*** **Etenim quaestio, consentiente P, proponitur a s. Thoma sub forma disjunctiva, cuius membra opposita esse inter se debent; membro autem** ***simul tempore*** **opponitur, in re qua de agimus,** ***vel prius et*** ***post;*** **scilicet, sive causa sit simul, quoad simultatem temporis, cum effectu, sive contra prius sit** ***causa*** **et** ***post*** **effectus. In lectione P, omisso** ***prius,*** **disiunctiva videtur incompleta.**

β) ***Quarum prima*** ***sumitur*** **etc. – Caietanus in 11** ***Poster.,*** **cap. xn, in** ***Summa*** **capituli, fol. 90, coi. 2, hanc primam Aristotelis rationem hoc modo exponit: « Causa et causatum simul sunt. Probatur dupliciter. ȉ Primo, quia si causa assumpta non sequitur ad effectum, oportet illius » causati esse aliquam aliam causam, sive causa ct causatum sint si- » mul, ut eclipsis et interpositio, sive non, ut lata folia et fluere. Si » autem sic est, simul utique erunt. Secundo » etc. Differt autem haec Caietani expositio ab expositione s. Thomae. Nam s. Thomas pro antecedente argumentationis ponit:** ***omne causatum*** ***oportet quod habeat aliquam causam.*** **Quod quidem antecedens ab Aristotele praesupponitur. Deinde infert primam illationem: si** ***posito isto causato,*** ***non simul ponitur quod ista eius causa sit,*** ***sequitur quod sit eius aliqua alia causa.*** **Ratio huius illationis additur, quia scilicet** ***necesse est quod causatum simul sit cum aliqua causa.*** **Atqui illa alia causa supponitur non dari. Ergo** ***sequitur quod simul*** ***sit hoc causatum cum hac*** ***causa.*** **Contra, Caietanus sumit primam illationem, si** ***posito*** **etc., absque probatione, quam s. Thomas addit. «Nec putet aliquis, addit Caietanus, » haec dicta esse ut non imitemur s. Thomae expositionem, sed quo- » niam textum cius non habeo, ct nostrum in hac parte forte melio- » rem salvare volumus, ab ipsius sententia non discrepantes: quoniam » talem esse quaestionis titulum ipse expresse dicit, explicans quod Ari- » stoteles tacuit, scilicet quod de mutua consecutione quaestio agitur, an » scilicet ad effectum causa et e converso sequatur etc. » (ib. fol. cit., coi. 4). Textus dispositio est: ει γάρ ρή υπάρχει (quod scilicet posito isto causato, simul ponatur quôd ista eius causa sit), άλλο τι εστα: το αίτιον αυτών, nempe, ut s. Thomas interpretatur,** ***sequitur quod sit eius aliqua alia causa.*** **Sequitur in Aristotele: είτε το αίτιον υπάρχει, Spain τὸ αἰτιατῦν; hoc est, secundum s. Thomam,** ***quia necesse est quod causatum simul sit cum aliqua causa;*** **secundum autem Caietanum:** ***sive causa et causatum sint simul... sive non.*** **Gruchius:** ***siquidem,*** **inquit,** ***simul cum iis causis sint effectus*** **(11** ***Poster.,*** **cap. xvit, pag. a5o. – Aureliae Allobrogum 1607). Pacius (quem sequuntur Du-Vallius et Casaubonus) in ed. Berolini ε83l :** ***sive causa sit,*** ***simul etiam erit effectus.*** **Didot:** ***sive si causa sit, num simul quoque erit effectus.*** **Boethius: si** ***vero causa sit et causatum simul,*** ***ut si in medio...; si autem sic est, simul utique erunt, et demonstrabuntur per invicem. Sit enim.*** **Versio quae praemittitur commentariis Averrois (Venetiis 1483):** ***sive cum causa sit simul et causatum est, ut si in medio... si*** ***autem sic est*** ***simul*** ***itaque erunt: et si demonstrentur per*** ***altera. Sit enim.*** **Interpretationem s. Thomae habet Anonymus: « Si quidem haud simul » inhaeret causato exlstcnti, et posita ipsius, ct accepta causa, alia pro- » fecto ab ipso, et non illi qausa esset. Oportet enim existente causato, ct » causam esse (ο.~ γὰ^ οντο τοῦ αἰτιατοϋ, εἰναι το αἰτιον). Quapropter » hoc est (3ὼ τοῦτο ἐστιν) » (In 11** ***Poster., § De causa autem*** **etc., pag. 131, col. 2; ed. grace., pag. 188). Haec omnia apertc probant, quod non semel iam notavimus, s. Thomam peculiarem textum habuisse.**

γ) ***Ista*** ***eius causa sit*** **etc. – Codd., exc. Q ct s. m. K, om.** ***eius.*** **– H:** ***sequitur quod eius alia*** ***causa,*** **om.** ***sit*** **et** ***aliqua;*** **ABCFG1LMNS ct p. m. K om.** ***alia;*** **D:** ***sit eius aliqua causarum;*** **T om. aut** ***aliqua*** **aut** ***alia.***

δ) ***Quod fluit folio, habet lata folia.-Ita*** **legunt nostri codices, exc.**

folii, et accipitur pro causa in consequendo folio * (lucre.

6. Deinde cum dicit: *Si autem non contingit* etc., excludit quemdam errorem, qui posset sequi ex praemissis, ut scilicet eadem ratione unum praedictorum demonstretur ex alio. Sed ipse excludens hoc dicit quod si non contingit quod aliqua duo sint sibi invicem causae, scilicet in eodem genere (eo quod causa est prior eo cuius est causa; non autem contingit idem esse prius et posterius eodem modo); cum causa defectus lunae sit terram esse in medio, non est possibile quod defectus lunae sit causa eius quod terra sit in medio. Si igitur demonstratio quae est * per causam, est demonstratio *propter, quid,* quae autem non est per causam, est ipsius *quia,* ut in primo habitum est *; sequitur quod ille qui per defectum lunae demonstrat quod terra sit in medio, cognoscit * quidem *quia,* non *propter quid.*

7. Deinde cum dicit: *Quod autem non deficere* etc., probat quod supposuerat, scilicet quod interpositio terrae sit causa defectus, et non e converso; et dicit manifestum esse quod lunam deficere non est causa eius quod est terram esse in medio, sed e converso; quia in ratione eclipsis ponitur quod terra sit in medio, ut supra dictum est. * Cum igitur *quid* et *propter quid* sint idem **, manifestum est quod defectus lunae * cognoscitur per interpositionem terrae, sicut per medium * propter quid *, et non e converso.

8. Deinde cum dicit: *Aut contingit unius plures causas* etc., solvit praemissam quaestionem' ostendens in quibus verum sit quod causa et causatum semper * se consequantur, et in quibus non. Et circa hoc duo facit: primo, ostendit in quibus non sit verum; secundo, in quibus sit verum; ibi : *Aut si semper* * etc. Dicit ergo primo quod contingit aliquid * unum commune habere plures causas secundum quod convenit diversis, sicut esse vituperabile convenit audaci propter excessum, timido autem propter defectum. Accipiatur ergo * quod ** aliquod unum praedicetur de pluribus primo et immediate, ct * praedicetur A de B primo *, et similiter de C, sicut esse vituperabile de superabundantia et defectu; et ista duo, scilicet C et B, praedicentur de D et E ç, sicut superabundantia convenit audaci, defectus autem timido. Praedicabitur itaque A de D et E, quia tam audax quam timidus est vituperabilis. Causa autem quod A sit in D est ipsum B: est enim audax vituperabilis propter superabundantiam. Quod autem A insit *-îpsi E, causa est ipsum C: timidus enim vituperabilis est propter defectum. Patet ergo quod cum causa sit, necesse est rem esse.; quia sive A sit superabundantia, sive defectus , necesse est aliquid esse vituperabile. Sed existente re, necesse est quidem quod aliqua causarum sit, non tamen necesse est quamlibet causam * esse. Sicut posito quod aliquid sit vituperabile, non est necesse quod sit in superabundantia, sed necesse est quod sit vel in superabundantia vel in * defectu.

9. Deinde cum dicit: *Aut si semper est universale* etc., ostendit in quibus necesse sit * simul se consequi causam et causatum; et dicit quod si aliquid quaeratur in universali, et accipiatur tam causa quam id cuius causa " quaeritur, in universali; tunc oportet quod ad causam semper sequatur effectus, et ad effectum causa. Sicut hoc quod est fluere folio, non convenit primo pluribus, ut erat in praemisso exemplo, sed determinate uni primo communi, quamvis illius communis sint multae species, quibus universaliter convenit quod fluunt folio; puta si accipiamus vel * plantas vel tales plantas, scilicet lata folia habentes. Unde in omnibus istis * oportet accipere aequale medium, ita quod convertatur causa et id * cuius est causa. Sicut si quaeramus quare arbores fluant folio ; si accipiatur causa huius esse propter hoc quod humidum est condensatum et sic facilius est * desiccabile, sequetur quod si causatum sit, quod etiam causa sit; puta si fluit arbor, oportet* quod sit condensatio humoris. Et e converso, oportet quod posita causa in tali subiecto ponatur effectus; ut puta si condensatio humoris est, non in quacunque re sed in arbore, sequitur quod folio fluat 9.

• Codd., cxc. dg kq. - p: *folia.*

• a om. *est.*

• Lect. xxin.

• Codd., exc. b: *'cognow* L-fi om. *quidem.*

• Lect. i, n. 8. - Cl, lectt. vn, n. 8 et vin, n. 7, seqq. ** Cf. lect. t loc. cit. **Lunae* ex codd., exc. g. *Permci/.om.AN. * i om. *propter quid.*

*Semp. excodd.- *Conseq.ex* beflm nst; al. codd.: *consequuntur;* p: *sequantur.*

' Num. seq.

• *Aliquid* ex codd., exc. fi.

'Codd., exc. q: *enim ;* q : *igitur. Quod* pon. μ post *unum.*

4 Codd., exc. c hl. - p: *ut.*

* fik : *et primo.*

ζ

• h : *sit in E.* - Codd., exc. fi, om. *ipsum.*

* *Causam* om. AN.

* *In* om. AFGiNo.

* ag : *est.*

* *Vel* cx codd., cxc.FGIQ.

* *In omnib. istis* om. fi.

• *Id* om. codd., cxc. c.

• *Est* ex codd., cxc. FG. • *Oportet ex codd.*

FM, et ita legendum esse ratio suadet. Syllogismus enim, qui hic proponitur, est, quoad modum procedendi, oppositus priori: nam in priori procedebatur a causa ad causatum; hic autem *e conversa* a causato ad causam, nempe cx *folio fuere* ad *lata folia.-P: quod fuit et lata habet folia, folio fuit; ex hoc* etc., om. *et* codd.; M; *quod fuit, folia habet lata; et ex hoc* etc.; F h. lac.

ε) *Solvit praemissam quaestionem*.- Codd.— P : *solvit primam quaest.;* A et p. m. B: *praedictam quaest.* – De hisce quaestionibus iam egit Aristoteles in praecedentibus, ut videre est lectt. x ct xi huius secundi libri. Unde a quibusdam dubitatum fuit cur Aristoteles actum agat. Zabarella in Il *Poster.,* cap. xtv, fol. i6o, coi. 2, opinatur Aristotelem in praecedentibus considerasse breviter, et absque ulla probatione, causam et effectum tempore simul esse; hic vero accuratius et profundius rem speculari, et tum dubia omnia solvendo, tum veritatem firmis argumentis demonstrando, funditus rem declarare. Eamdem igitur rem tractat Aristoteles hic et ibi, non tamen eodem modo; neque eadem hic dicit, sed alia, quae ad plenam huius theorematis excussionem necessaria erant. Quod si quaeras cur igitur Aristoteles non uno et continuato sermone totam simul hanc tractationem absolverit in praecedentibus, sed eam interrumpens, tractatum interposuerit de venatione definitionis, et de aliis quae hactenus tradita sunt; respondet idem auctor quod non sine ratione nec sine artificio hunc ordinem servavit: nam praesens tractatio maxime pertinet et confert ad inventionem medii, et ad abundantiam demonstrationum, de qua Aristoteles sibi dicendum proposuit in capite praecedente; ideo in aliis memoratis locis hanc causae et effectus reciprocationem leviter tetigit, at diligens huiusce rei examen ad locum hunc, tanquam opportuniorem, remisit. Hucusque Zabarella. – Huic non contradicit Niphus, sed et aliam explicationem proponit, inquiens: « Philoponus dicebat » hanc quaestionem superius fuisse motam et dissolutam. Dicemus alia » forma fuisse superius quaesitam et alia forma hic quaeri: superius » enim quaerebatur de mutua coexistentia effectus et causae secundum » rem ; hic vero secundum syllogisticam conversionem. Praeterea hic » copiosius rem attingit, ibi brevibus » (In Il *Poster., § De causa autem* etc., pag. 2o 5, coi. 2.—Ed. cit.).

ζ) *Praedicentur de D et E*.-ANO: *de D et C;* F: *de B et E;* H: *de E et D*. Priores lectiones reficiendae sunt; lectio autem cod. H sustineri potest, quia literarum inversio hoc loco et quantum ad sensum est indifferens.

η) *Cuius causa quaeritur*. – Sic legimus cum codd. exc.. FGIOQ. P; *cuius causa, et quaeritur;* FIO: *cuius est causa quaeritur;* G: *cuius est causa et quaeritur;* Q: *et accipiatur tam causa quam causatum in universali; tunc* etc.

0) *Quod folio fluat*. – Hanc lectionem, uti cohaerentem praemissis in hoc exemplo, adoptamus ex codd. ABCLNOQST. H: *folio fuant;* P: *folia fuant.* FI: *in quamcunque residet in arbore sequitur quod folia fuant.*

LECTIO DECIMANONA

UTRUM AD UNITATEM CAUSAE SEQUATUR UNITAS EFFECTUS, ET E CONVERSO. - MANIFESTATUR MODUS CONSECUTIONIS CAUSAE ET EFFECTUS

Πότερον δ' ἐνδέχεται μη τό αυτό αίτιον είναι τοῦ αὐτοῦ πάσιν ἀλλ' ἕτερον, η οὔ;

ἠ' εἰ ριέν καθ' αὐτό ἀποδέδεικται καί μη κατά σημεῖον η συμβεβηκό , οὐχ οἰόντε· ὁ γάρ λόγο τοῦ ἀκρου τό μέσον ἐστίν· εἰ δέ μη οὐτω , ενδέχεται.

“Εστι δέ καί οὐ αίτιον καί ω σκοπεῖν κατά συμβεβηκό · οὐ μην δοκεῖ προβλήματα είναι. Εἰ δέ μη', ομοίω ἑξει τό μέσον εἰ μέν ομώνυμα, ομώνυμον τό μέσον, εἰ δ' ὡ ἐν γε'νει, ομοίω ἑξει. Οἷον δια τί καί εναλλάξ ἀνάλογον; ἄλλο γάρ αίτιον ἐν γραμμαϊ καί ἀριθμοϊ · καί τό αὐτό γε, ἡ μέν γραμμαί, ἄλλο, η δ' ἔχον αὔξησιν τοιανδί, τό αὐτό. Οὑτω ἐπί πάντων. Τοῦ δ' δμοιον είναι χρώμα χρώματί καί σχήμα σχη'ματι ἄλλο ἄλλω. 'Ομώνυμον γάρ τό δμοιον ἐπί τούτων ἑνθα μέν γάρ ἰσω τό ἀνάλογον ἔχειν τά πλευρά καί ἰσα τά γωνία , ἐπί δέ χρωμάτων τό την αἴσθησιν μίαν είναι η τι ἄλλο τοιοῦτον. Τα δέ κατ' αναλογίαν τά. αὐτα καί τό μέσον ἑξει κατ' αναλογίαν.

'Έχει δ' οὕτω τό παρακολουθεῖν τό αίτιον ἀλλη'λοι καί οὐ αίτιον καί ὡ αίτιον. Καθ' ἑκαστον μέν λαμβάνοντι τό οὐ αίτιον ἐπί πλέον, οἷον τό τετταρσιν ἰσα τά ἑξω ἐπί πλέον η τρίγωνον η τετράγωνον, ἁπασι δέ ἐπ' ἰσον δσα γάρ τέτταρσιν ὀρθαϊ ἰσα τά ἑξω, καί τό μέσον ομοίω . 'Εστι δέ το μέσον λόγο τοῦ πρώτου ἀκρου· διό πάσαι αἱ ἐπιστημαι δί ορισμού γίγνονται. Οἷον τό φυλλορροεῖν ἁμα ακολουθεί τη ἀμπέλω καί υπερέχει, καί συκη, καί υπερέχει· ἀλλ' οὐ πάντων, ἀλλ' ἰσον. Εἰ δη' λάβοι τό πρώτον μέσον, λόγο τοῦ φυλλορροεῖν ἐστίν. “Εσται γάρ πρώτον μέν ἐπί θάτερα μέσον, δτι τοιαδί ἁπαντα· εἰτα τούτου μέσον, οτι οπό πη'γνυται η τι ἄλλο τοιοῦτον. Τί δ' ἐστί τό φυλλορροεῖν; τό πηγνυσθαι τόν ἐν τη συνάφει τοῦ σπέρματο οπόν.

'Επί δέ τών σχημάτων ὡδε αποδώσει ζητοῦσι την παρακολούθησιν τοῦ αιτίου καί οὐ αίτιον. 'Έστω τό Α τω Β ὑπάρχειν παντί, τό δέ Β ἑκάστω τών Δ, ἐπί πλεῖον δέ. Τό μέν δη* Β καθόλου ἀν είη τοϊ Δ· τοῦτο γάρ λέγω καθόλου ο μη ἀντιστρέφει, πρώτον δέ καθόλου ὡ ἑκαστον μέν μη ἀντιστρέφει, ἁπαντα δέ ἀντιστρέφει καί παρεκτείνει. Τοϊ δη Δ αίτιον τοῦ Α τό Β. Δεῖ ἀρα τό Α ἐπί πλέον τοῦ Β παρεκτείνειν εἰ δέ μη, τί μάλλον αίτιον ἑσται τοῦτο ἐκείνου; εἰ δή πάσιν ὑπάρχει τοϊ Ε τό Α, ἑσται τι ἐκεῖνα εν ἁπαντα ἄλλο τοῦ Β. Εἰ γάρ μη', πώ ἑσται εἰπεῖν οτι ω τό Ε, τό Α παντί, ω δέ τό Α, οὐ παντί τό Ε ; δια τί γάρ οὐκ ἑσται τι αίτιον οἷον τό Α υπάρχει πάσι τοϊ Δ; ἀλλ' ἀρα καί τα Ε ἑσται τι ἑν ; ἐπισκέφασθαι δεῖ τοῦτο, καί ἑστω τό Γ. Ἐνδέχεται δη τοῦ αὐτοῦ πλείω αίτια είναι, ἀλλ' οὐ τοϊ αὐτοϊ τω εἴδει, οἷον τοῦ μακρόβια είναι τά μέν τετράποδα τό μη ἑχειν χολη'ν, τά δέ πτηνά τό ξηρά είναι η ἑτερόν τι.

Εἰ δέ ει το ἀτομον μη εὐθύ ἐρχονται, καί μη μόνον ἑν τό μέσον ἀλλά πλείω, καί τά αίτια πλείω. Πο'τερον δ' αίτιον τών μέσων τό πρό τό καθόλου πρώτον η τό πρό το καθ' ἑκαστον τοϊ καθ' ἑκαστον; Δηλον δη δτι τά ἐγγύτατα ἑκάστω ω αίτιον. Τοῦ γάρ τό πρώτον ὑπό τό καθόλου ὑπάρχειν, τοῦτο αίτιον, οἷον τω Δ τό Γ τοῦ τό Β ὑπάρχειν αίτιον. Τώ μέν οὐν Δ

* Utrum autem contingat non eamdem esse causam eiusdem in omnibus, sed alteram, aut non? ♦Seq.cap.xive text· 25·

Aut si quidem per se demonstretur, et non secundum signum aut accidens, non potest esse. Ratio enim ultimi medium. Si vero non sic est, contingit.

Est autem et causam et cuius causa considerare secundum accidens, immo videntur problemata esse. Si autem non, similiter se habebit medium. Si quidem aequivoca, et aequivocum medium esf, si vero sicut ih genere, similiter se habebit, ut propter quid vicissim analogum. Alia enim est causa in numeris et in lineis, et eadem: inquantum autem linea est, non eadem est; inquantum autem habens augmenta huiusmodi, eadem: sic in omnibus. Similem autem esse colorem colori et figuram figurae, aliam causam esse: aequivocum enim est simile in his. Hic quidem est fortassis secundum analogiam habere latera et aequales angulos; in coloribus autem, unum sensum esse, aut aliquid aliud huiusmodi. Quae autem secundum analogiam eadem sunt, et medium se habet secundum analogiam.

Habet autem sic consequi causam adinvicem et cuius est causa et in quo est causa. Unumquodque quidem accipienti, cuius est causa in plus est; ut quatuor aequales qui sunt extra, in plus sunt quam triangulus aut quadrangulus: in omnibus autem et in aeque. Quaecunque enim quatuor rectis aequales qui sunt extra et medium similiter est. Est autem medium ratio primi extremi; ex quo omnes scientiae fiunt per definitiones: ut folio fluere similiter sequitur vitem et excellit, et ficum et excellit; sed non omnia, sed aequalium est. Si vero accipiat aliquis primum medium, ratio fluendi folium est. Erit enim primum quidem in altera medium, quoniam huiusmodi sunt omnia. Deinde huius medium quoniam succus densatur, aut aliquid aliud huiusmodi. Quid autem est folio fluere? densari in contactu seminis succum.

In figuris autem sic assignabit quaerentibus consecutionem causae et cuius est causa: sit enim A quidem in B omni, B autem in unoquoque corum quae sunt D, in plus autem; B quidem universaliter utique in ipsis erit D. Hoc autem dico universale, quod non convertitur: primum autem universale, cui unumquodque quidem non convertitur, omnia autem convertuntur et excedunt. In ipsis D igitur causa ipsius A, B est. Oportet itaque A in plus quam B extendi. Si vero non, quid magis erit causa hoc illius? Si ergo in omnibus E est A, erunt aliquod unum illa omnia aliud a B. Si enim non, quomodo erit dicere quoniam in quo est E sit A omni, in quo autem A non omni sit E? Propter quid enim non erit aliqua causa ut A sit in omnibus D? Sed nunquid et quae sunt E erunt aliquod unum? Considerare oportet hoc, et sit C. Contingit igitur et plures causas esse eiusdem, sed non eisdem specie; ut longae vitae esse quadrupedia causa est non habere choleram, volatilia autem sicca esse, aut aliqua alia.

Si autem in atomum non statim veniunt, non solum unum medium est, sed plura, et causae plures sunt. Et qualis est causa mediorum? quae ad universale primum est, aut quae ad singulare singularium? Manifestum igitur est quod magis proxima unicuique cui est causa. Primum quidem sub universali esse, hacc est causa, ut in D, quod est C, ipsius B causa est. In D quidem

τὸ Γ αιτίαν τοῦ Α, τῷ δὲ Γ τὸ Β, τοῦτω δὲ αὐτό. Περὶ [λέν οὺν συλλογισμού καὶ ἀποδείξεω , τί τε ἑκάτερόν ἐστι καὶ πὼ γίνεται , φανερόν , ἁμα δὲ καὶ περὶ επιστήμη ἀποδεικτικη · ταὐτόν γὰρ εστιν.

igitur esse, C causa est ipsius A; in C autem A, B; in hoc autem eadem est. * De syllogismo et demonstratione, quid unumquodque sit, et quomodo fit, manifestum est. Similiter autem et de scientia demonstrativa : idem enim est.

' Text. 36.

Synopsis. — **i. Argumentum et divisio textus. - Quaestio: Utrum eiusdem effectus sit eadem causa in omnibus, vel sit alia et alia in diversis? - 2. Solvitur quaestto distinguendo. Nam tripliciter contingit assignari causam alicuius effectus: uno modo, accipiendo causam *per se;* alio modo, accipiendo aliquod signum ; tertio modo, accipiendo aliquod accidens. Primo modo, causa est per se medium demonstrationis, quod est definitio maioris extremitatis; unius autem una est definitio; ergo unius effectus non potest esse nisi una causa in omnibus. At secundo et tertio modo, causa accepta non est per se medium demonstrationis, et ideo contingit eiusdem effectus esse diversas causas in diversis. - 3. Manifestatur solutio data. Nam et causam et id cuius est causa contingit considerare secundum accidens : sed quando causa et causatum accipiuntur per se, medium quod accipitur pro causa debet proportionari effectui, ita quod in univocis vel analogis medium commune sit unum generice vel analogice; in aequivocis autem sit aliud et aliud in diversis. - 4. Talis modus consequentiae habetur inter causam et causatum et subiectum cui inest illud causatum, quod si id cuius causa quaeritur, accipiatur secundum aliquid particulare ex iis quibus inest, causatum excedit causam sicut et subiectum; sed si accipiatur secundum omnia quibus competit, aequaliter se habebunt illa tria, nempe erunt adinvicem convertibilia subiectum, praedicatum et causa seu medium, - 5. Praemissa declarantur in forma syllogistica, et per exemplum in rebus naturalibus. - 6. Solvitur dubitatio. Quando effectus communis demonstratur de subiectis particularibus causa seu medium accipi debet non ex parte universalis effectus, sed ex parte subiecti particularis; ita quod semper accipiantur media propinquiora subiecto, quousque perveniatur ad id quod est immediatum communi causato. - 7. Epilogus eorum quae dicta sunt in tota doctrina Analyticorum.**

1. ostquam' Philosophus determinavit 5quaestionem motam, utrum * ad exil^stentiam effectus sequatur existentia causae, et *e* converso; hic inquirit utrum ad unitatem causae sequatur unitas effectus et e converso “. Et circa hoc duo facit: primo, ostendit quomodo ad unitatem effectus sequatur unitas causae p secundo, ex hoc manife- *a*

' b : *utrum scilicet.*

a) *Utrum ad unitatem causae sequatur unitas effectus, et e converso.*— **Quaestio ista duos potest habere sensus, ut notat Caietanus in II *Poster.,* cap. xn, § *Circa eiusdem quaestionis* etc. (foi. 91, col., ī, seq.). « Primus sensus est ut inquiratur hoc in loco de causae unitate et pluralitate simpliciter respectu eiusdem effectus propter demonstrationem tamen etc.; ita quod quaestio sit, an contingat eiusdem effectus esse causas plures, an unam tantum. Et hic sensus est alienus a praesenti intentione, licet a cursim studentibus approbetur, propter abbreviate verba Aristotelis in responsione, et expositorum, unitatem et pluralitatem causarum hic sonantia. - Alius sensus est, ut inquiratur de unius et eiusdem effectus causae unitate et pluralitate non simpliciter, sed in omnibus in quibus invenitur ille effectus; ita quod non est quaestio an unius effectus sint plures causae vel una tantum, sed an unus et idem effectus in omnibus in quibus invenitur, causetur ab eadem causa, sive una sive plures causae ad eumdem effectum concurrant, an non ab eadem sed diversis; et est sermo non de identitate et diversitate numerali, sed formali etc. Quanta vero sit inter hos sensus differentia exemplariter manifestatur. Iuxta primum, esset quaestio an unius effectus, puta domus, sint causae plures, an una tantum etc.: et tali quaestioni diceretur quod eiusdem effectus sunt plures causae per se in naturalibus , quia materialis et finalis et formalis etc. Iuxta secundum vero sensum, est quaestio an talis effectus unus, puta domus, ubicunque invenitur, proveniat ab eisdem causis, an a diversis: puta an domus ubique habeat pro causa materiali lapides, cementum etc., pro formali quadraturam, pro efficiente artem, pro finali habitationem; an non, sed alicubi domus habeat aliud efficiens, puta naturam, vel aliam materiam, puta ferrum etc. Et similiter in simplicibus, an habere tres angulos aequales etc. conveniat omnibus per unammet causam, an diversis per diversas etc. Et hic sensus est intentus ab Aristotele: qui breviter ex multis declaratur, ne alicui videatur novus, et insipienter veritatem refutet. Primo hoc patet ex verbis Aristotelis in titulo quaestionis: ait enim: *utrum autem contingat* non *eamdem causam eiusdem in omnibus, sed alteram, aut non?* ubi ex ly *in omnibus,* et ly *eamdem,* et ly *alteram,* liquet quod dicimus, ut cuilibet exercitato facile est deducere. Secundo, ex eo quod secundum hunc sensum intenta veritas de consecutione causae et effectus inter se habetur *(cf. n. 4, seqq.),* et totus processus Aristotelis clarus valde est: iuxta primum autem, processus insufficiens et scrupulosus invenitur, et extorquenda veritas magis quam elicienda ex eo esset. Tertio, quoniam expresse Aristoteles in tertia conclusione *(Contingit igitur etc. - Cf. n.* 5) determinat concludendo ex antedictis ad hanc quaestionem, quod licet unius effectus contingat esse plures causas, non tamen hoc contingit si effectus,ille est unus secundum speciem: quae conclusio esset manifeste falsa, si de unitate et pluralitate causarum absolute loqueretur, quoniam specierum naturalium sunt multae causae per se; et est manifeste vera loquendo de unitate et pluralitate in omnibus , quoniam sicut effectus est indivisibilis secundum speciem, ita et causae atomae sunt, et consequenter in omnibus eaedem etc. Est autem valde notandus sensus iste, et prae oculis semper habendus in ho<*capitulo; quoniam oportet omnia intelligere conformiter ad quaesitum, et apparebunt impertinentes quaestiones de unitate .et pluralitate causae hic agitatae etc. »**

Circa ea quae dicuntur (nn. 2 et 3) in solutione praemissae quaestionis, iterum notat Caietanus (ib. coi. 2, seqq.): « Primum..., quod Aristoteles non distinxit causam in per se et per accidens etc.; sed divisit demonstrationem in demonstrationem per se et demonstrationem secundum signum aut accidens, ut patet in littera. Quid autem intelligat per talis divisionis membra, ipsemet declarat in sequentibus duabus propositionibus. Demonstrationem per se vocat, quando proprium de suo adaequato subiecto per propriam causam demonstratur: et merito, quoniam tunc salvantur in demonstratione omnes modi praedicationis per se perfecte (cf. *lib. I, lect. s.).* Demonstrationem vero secundum accidens vocat, quando aliquid praedictorum trium deficit, ut si causa inadaequata, vel subiectum inadaequatum, vel passio inadaequata sumatur: hoc enim intendit in illis verbis, *contingit causam et cuius est causa et in quo, secundum accidens considerare.* Vocatur autem merito demonstratio secundum accidens talis demonstratio, eo quod est secundum aliud, et non est per se in primo gradu perseitatum *(cf. ib. n. 3, not.* ε, *et lect.* xi, *not.* ζ, *II):* quotiescunque enim subiectum inadaequatum sumitur, perseitas secundi modi *(cf. ib. lect.* x, *n. 4; et lect.* xi, *loc. cit.)* non nisi per aliud salvatur; et similiter de passione et causa inadaequatis dicendum est, ut ex dictis in primo libro *(locc. citt.)* et exemplis hic positis ab Aristotele et s. Thoma patet. Vocatur quoque praedicta demonstratio secundum signum, non propterea quod per effectum demonstret causam, quoniam... praesens sermo est de causa in essendo *(cf. lib. I, lect.* iv, *n. 5 et not.* 1); sed quia inadaequatione supradicta interveniente, non complete cognoscitur passio in proprio subiecto, quod demonstratio quaerit, sed signum eius habetur (sciendo enim volatilia longae vitae esso, signum ducens ad notitiam ampliorem diuturnae vitae accipimus); sive propria causa assumatur pro medio, quoniam proprium subiectum ex tali processu non scitur, sed signum eius, inferius scilicet etc.; sive per specialem causam sciatur, quoniam tunc non per causam propriam, sed per signum causae propriae scitur passio etc. Eadem ergo demonstratio vocatur secundum signum aut accidens diversis rationibus; et sic divisio Aristotelis bimembris secundum rem est, trimembris autem attentis diversis rationibus unius membri etc. Nec demonstrationem ex his quae sunt per accidens *(cf. lib. I, lect.* x, *not.* α) posuit, nec novam divisionem demonstrationis induxit, ac si insufficienter in primo libro demonstratio divisa fuisset : patet enim ex dictis quod divisio ista reducitur ad illam qua distincta est demonstratio in universalem et particularem *(Cf. lib. I, lect.* xxxvni, *seq.).* - Secundum notandum est, quod licet quaestio sit de causa et causato, demonstrationem tamen distinguere placuit Aristoteli, eo quia non agitur de causa nisi in ordine ad demonstrationem: ita nihilominus demonstrationem divisit, ut causae divisionem immisceret. Accipitur siquidem hinc quod causa in essendo est duplex: quaedam adaequata effectui, et quaedam excessa ab effectu, quae vocatur causa specialis et partialis; non eo modo quo quilibet trahentium navem est causa partialis per modum partis integralis, quoniam talis causa partialis non infert effectum, quia non est causa sufficiens; sed potius per modum partis subiectivae, quae sufficiens est ad illationem sui totius etc. Tales enim de quibus loquimur causae speciales sufficienter singulae causant et inferunt effectum, sed nulla earum est universalis seu adaequata causa illius, ut in exemplis textus in mathematicis et naturalibus patet. Sunt autem hae causae signa non effectuum, sed propriarum causarum, et causae secundum accidens; quia causae sunt secundum aliud *(cf. lib. I, lect.* x, *not.* β), secundum propriam scilicet et adaequatam causam, ad quam reducuntur... Quartum autem notandum est probatio primae conclusionis, scilicet *ratio enim ultimi est medium (cf.n. 2):* nomine siquidem ultimi accipi potest ipsa passio, quae superius et inferius *(lib. I, lect.* xiv, *n. 1, - infra, n. 4)* vocatur primum diversis rationibus. Ultimum quidem dici potest, quia in essendo ultimum est, quoniam effectus est subiecti et medii ; primum autem dicitur, quoniam primum locum tenet

stat consecutionem causae et effectus; ibi: *Habet autem sic consequi** etc. Circa primum tria facit: primo, proponit quaestionem; quae est, utrum contingat quod eiusdem effectus non sit eadem causa in omnibus, sed alia ct alia, vel non. Videbatur enim in solutione* praemissae quaestionis** supponi quod contingat unius effectus m diversis rebus esse diversas causas.

2. Secundo, ibi: *Aut si quidem perse* etc., solvit quaestionem distinguendo. Contingit enim aliquid assignari pro causa alicuius effectus tripliciter: uno modo, accipiendo causam per se, et sic demonstrative concludendo effectum; alio modo, accipiendo aliquod * signum; tertio modo, accipiendo aliquod accidens. Si ergo accipiatur pro causa id quod per se est medium demonstrationis, non potest esse nisi una causa unius effectus in omnibus. Et hoc probat quia * medium per se jernonstration;bus est *rati0 ultimi,* idest definitio maioris extremitatis *. Quae tamen si ** demonstrari indigeat de subiecto, demonstrabitur per definitionem subiecti, ut supra habitum est *. Manifestum est autem quod unius una est definitio. Unde oportet quod unius effectus non accipiatur nisi una causa, quae est medium demonstrationis. Si vero non accipiatur quasi causa * inferens, id quod est per se medium demonstrationis, sed accipiatur pro medio aliquod signum vel aliquod accidens, tunc contingit unius effectus acc'Pl Quasi * plures causas in diversis, sicut patet in exemplo superius * posito. Per se enim causa aliquid sit vituperabile, est esse * praeter rationem rectam. Sed quod aliquid sit superabundans vel deficiens, est signum eius quod est praeter rationem rectam.

3. Tertio, ibi: *Est autem et causam et* etc., manifcstat positam solutionem *, ostendens membra divisionis positae esse possibilia. Et dicit quod contingit et id quod est causa et id cuius est causa considerare secundum accidens; sicut musicus per accidens est causa domus, cuius per se est causa aedificator, qui tamen est causa rcccptaculi latronum per accidens, si contingat hoc* in domo fieri: quinimo etiam ipsa problemata * videntur esse per accidens. Si vero non accipiantur * per accidens causa Ct causatum, oportet quod medium quod accipitur pro causa, similiter se habeat cum effectu, cuius demonstratio quaeritur. Utpote si aliqua sint * aequivoca, et medium commune quod accipitur, erit * aequivocum. Si autem non sint aequivoca, sed conveniant * quasi in genere, et medium erit* commune secundum ** genus; sicut *vicissim analogum,* idest commutatim proportionari *, univoce in multis invenitur, puta in numeris et * in lineis, in quibus habet quodammodo aliam causam, et quodammodo eamdem. Aliam quidem secundum speciem, in quantum scilicet alii sunt numeri et aliae lineae: sed est genere eadem in quantum scilicet tam lineae quam numeri conveniunt in hoc quod habent tale augmentum, ex quo in eis commutata proportio demonstratur. Aliud autem exemplum subiungit in aequivocis; et dicit quod eius quod est esse * simile, alia causa est in coloribus ct in figuris, quia aequivoce dicitur * utrobique. In figuris enim nihil est aliud esse simile, quam quod latera habeant *analogiam,* idest quod sint ad invicem proportionalia *, ct quod anguli sint aequales. Sed in coloribus esse simile est quod faciant eamdem * immutationem in sensu, vel aliquid aliud huiusmodi. Tertio autem dicit de his quae conveniunt secundum analogiam, quod * in his etiam oportet esse medium unum secundum analogiam; sicut supra * dictum est quod * tam iris quam echo est quaedam repercussio.

4. Deinde cum dicit': *Habet autem sic consequi causam* etc., ostendit secundum praemissa qualiter sibi invicem causae consequantur y. Et circa hoc tria facit: primo, ostendit qualis sit consecutio causae et effectus; secundo, ordinat huiusmodi consequentiam in figura syllogistica; ibi: *In figuris autem** etc.; tertio, movet quamdam dubitationem ex praemissis; ibi: *Si autem in atomum* * etc. Dicit ergo primo quod talis modus conscquen-· tiae * invenitur inter causam et causatum et subiectum cui inest illud causatum s, quod si aliquis accipiat secundum unum aliquid particulare id * cuius causa quaeritur, erit * in plus quam causa vel subiectum; sicut habere angulos extrinsecos aequales quatuor rectis convenit triangulo eadem ratione, quia tres anguli eius extrinseci simul cum tribus intrinsecis sunt aequales sex rectis. Cum igitur tres intrinseci sint aequales duobus rectis, sequitur quod tres extrinseci sint aequales quatuor rectis. Etiam quadrangulus habet quatuor angulos aequales quatuor rectis, sed alia ratione. Anguli enim eius intrinseci et extrinseci sunt aequales octo rectis; sed anguli intrinseci quadranguli sunt aequales quatuor rectis; ergo * anguli extrinseci sunt aequales quatuor rectis. Sic igitur

• Num. 4.

•n-conclusione, n· 8.

• *Aliquod* ex qui hab. iac.

•codd.- p:?wa c *me tum.*

^cr. not. α. *siv'tame^iquae}*

• Lect.i, n.9. - «f.

'Fiom. *causa,*

coddMO?c oa/e/.·' • afi: *prius.* - ■^Ess^e^codd

'ci.om.hoc.

• cr. text.

• codd.-P: *acaptatur.*

'Sint ex al.-p: *sunt.-G·. aliqua* ^côdd" exc elo ets.m?M: *irat.*

• r: *conclusio-*

• n-abn: *communicant.*
' Codd., exc. 1: *erat*
·· Codd., exc.Q.-p: *sicut;* q om.
• Cf. lib. I, lect. xii, n. 8.
• f om. *et.-In* cx COdd.,eXC

β

• *Esse* ex codd., exc. CHLST.

• fi: *dicuntur.* - *Enim* om. a.

•e.- *voiproportionabiha ;* alii codd. dubii. *'Eamdemom.L.*

• Codd., eXC.CEH *ssq.-f: quoniam; ce: quia;w.idem.* hq hab. lac. - *Etiam* ex codd.
• Lect. xvii, n. 5.
•Codd.- p: *quia* M: *eo quod.*

γ

* Num. seq.

• Num. 6.

* n om. *consequentiae.*
3

* *Id* om. fi.

* Codd., CXC. LO ct s. m. c: *erat.*

'*Ergo... rectis* Om. ABFG1NQ.

in demonstratione, quoniam maior extremitas est; et secundum hoc quoniam ratio ultimi, idest passionis, dicens ipsius propter quid est medium proprium, includitur quod eiusdem eadem est in omnibus causa, quoniam talis passionis ratio unica est, idest non divcrsificatur in diversis, quoniam definitio cuiusque unius rei, sive geneticam, sive specificam, sive analogam habeat unitatem, illam retinet in quibuscumque inveniatur. Potest quoque ultimi nomioe subiectum ipsum accipi quod, quia minor extremitas est, ultimum vocatur in demonstrationis ordine respectu primi et medii, et secundum hoc, quia ratio ultimi idest subiecti est proprium medium, ad quod oportet tandem resolvendo venire, et a quo oportet componendo inchoare, ideo unius effectus in omnibus una causa concluditur, quoniam ratione eiusdem subiecti primi et proprii in omnibus eius passio invenitur. Utrunque autem horum intelligi absque dissonantia potest, quoniam propnsitin declarativa huius primae conclusionis utrunque comprehendit, dicens identitatem effectus et causae per se semper proportionaliter se comitari ctc., ita quod si effectus in omnibus est unus specie, causa per se non quaeratur eadem genere sed specie, si effectus est unus genere, causa per se erit una in omnibus generice, et si effectus est unus analogia, causa inquiratur una in omnibus analogice etc. *(cf. n. 3):* haec siquidem ct de definitione propter quid passionis et de definitione subiecti vcritqtem habent. »

β) *Genere eadem.* – **A** et p. m. **N** erronee: *genere lineae eadem;* nec error corrigitur s. m. **N**: *sed genere numeri sunt eadem.* **H**: *in genere eadem.* **F** om. *sed est genere... quam numeri.*

γ) *Causae consequantur.* – **F**: *causae et causatum conseq.;* **K** s. m.: *causae et effectus consequantur.* Quae lectiones videntur conlormes iis quae dicuntur tum in primo num., *manifestat consecutionem causae et effectus,* tum infra, *Dicit ergo primo* etc.

3) *Et subiectum cui inest illud causatum.* -**Haec** verba omittuntur a **G** et p. m. **A**; recte tamen supplentur in **A** s. m.-Cf. tcxt.-**F**: *inest illud quod causatur.*

habere angulos exteriores aequales quatuor rectis, est in plus quam triangulus aut quadrangulus: secj simuj accipiantur, aequaliter * se habebunt. Quaecunque enim figurae communicant in hoc quod habeant angulos exteriores aequales quatuor rectis, oportet quod similiter * communicent in medio, quod est causa aequalitatis ad quatuor angulos rectos. Et hoc probat sicut et * prius **, per hoc quod medium est definitio maioris extremitatis. Et inde est s quod omnes scientiae fiunt per definitionem. Probat autem hoc per exemplum jn rehus naturalibus. Hoc enim quod est folio * fluere, consequitur ad vitem ζ et excedit ipsam, quia est in pluribus; consequitur etiam ad ficum et excedit eam : non tamen est cxcessivum omnium quibus convenit, sed est eorum sicut aequalium. Si ergo aliquis velit accipere id quod est primum medium respectu omnium, erit haec definitio eius quod est * folio fluere; quae quidem definitio erit primum medium ad alia, eo quod omnia talia sunt. Et iterum huius * accipietur aliquod aliud medium, puta quod succus densatur per desiccationem, vel aliquod aliud huiusmodi. Unde si quaeratur quid est folio fluere, dicemus quod nihil aliud est quam *condensari succum seminis in contactu* *, scilicet folii ad ramum.

5. Deinde cum dicit: *In figuris .autem sic assignabit* etc., ordinat modum praedictae consecutionis in figura syllogistica; et dicit quod si quaeratur consecutio causae et causati, sic poterit assignari secundum figuras syllogismorum. Sit enim A in omni * B; B autem in unoquoque eorum quae sunt D, sed in plus quam D. Sic igitur B universaliter erit in his quae continentur sub D, secundum quod universaliter dicitur inesse quod non convertitur. Sed et primum universale est, cui unumquodque ' quidem contentorum sub eo non convertitur; omnia autem simul accepta convertuntur cum primo universali, et* excedunt quodlibet eorum quae sub eo continentur. Sic igitur quod A sit in ipsis quae continentur sub D, causa est B. Oportet ergo quod A extendatur in plus quam B *. Si autem non, sed se haberet ex aequo, quare magis B esset causa in inferendo quod A sit in D, quam e converso? Potest enim * ex utroque convertibilium concludi aliud. Ponatur igitur ulterius quod A praedicetur de omnibus in quibus est E, sed non convertitur. Oportet ergo * dicere quod illa omnia quae continentur sub E *, sint aliquid unum diversum ab eo quod est B. Si enim non esset aliud E quam B, quomodo esset verum dicere quod A inesset omni B, et non e converso, cum A non sit nisi in E et in B ? Et ita sequeretur, si E et B non essent aliud, quod A non * esset in plus quam E. Supponatur ergo quod A sit in plus quam D et quam E. Quare ergo non poterit inveniri * aliqua causa propter quam insit omnibus quae sunt in D? Et haec causa est B. Sed adhuc quaerendum est utrum et * omnia quae continentur sub E, habeant aliquam unam causam; et sit talis causa G. Sic igitur concludit 9 quod contingit eiusdem esse plures causas, sed non in eodem secundum speciem. Sicut eius quod est A, causa est et * B et C : sed B est causa quod A insit his quae continentur sub D, C autem est causa quod A insit his quae continentur sub E. Et ponit exemplum in rebus * naturalibus. Sit enim hoc quod est esse longae vitae, quasi A ; quadrupedia quasi D ; sed non habere choleram, scilicet * superfluam *, sit quasi B, quod est causa in quadrupedibus longae vitae; volatilia autem sint* quasi E; siccum autem esse, vel aliquid aliud huiusmodi, quod est'in eis causa longae vitae, aut aliquid aliud huiusmodi sit quasi G.

6. Deinde cum dicit: *Si autem in atomum* etc., movet quamdam dubitationem ex praemissis. Dictum est enim * supra ** quod non statim a principio venitur in * aliquod atomum, idest indivisibile, in quo inveniatur illud cuius causa quaeritur; sed statim inveniuntur multa ct indivisa *, in quibus illud unum invenitur, et non est unum medium, per quod de omnibus illud unum demonstretur, et causae plures sunt. Est ergo dubitatio, si illorum plurium * mediorum oporteat aliquam causam accipere, utrum oporteat eam accipere ex parte universalis primi, puta ex parte ipsius A; vel ex parte singularium, idest eorum quae sunt minus communia, sicut supra accipiebantur * E et D, vel quadrupedia et aves. Et ad hoc respondet dicens * quod oportet semper media accipere quae sunt propinquiora subiecto, in quo quaeritur causa illius communis causati; ct sic oportet procedere quousque perveniatur ad id quod est immediatum communi * causato. Et huius rationem assignat, quia illud quod est ex parte eius quod continetur sub aliquo communi, est ei causa quod sit sub illo communi; sicut si

ε) *Et inde est, —A·. Et inde est quod est definitio maioris extremitatis. Et inde est* etc. Est inutilis repetitio praecedentium.

ζ) *Consequitur ad vitem* etc. – P : *consequitur ad vitem et quia ex pluribus consequitur etiam ad ficum non excedit ipsam tamen est excessivum omnium* etc. – Quae est lectio intricata: imo, uti iacet, est erronea; falsum enim est et in se et iuxta s. Thomam quod *folio fiuere* non excedat ficum, falsum quod *folio fiuere* sit excessivum omnium quibus convenit. Dixi erroneam lectionem P ut iacet: manifeste enim particula *non* ex typothetarum incuria transposita est ante *excedit,* cum poni debuisset ante *tamen*. – Ceterum nonnulli etiam codd. variantes proferunt lectiones. A pro *ad vitem,* legit *ad se invicem;* et eamdem lectionem (om. *se)* habent etiam p. m. CDK.-M: *et exceditur ipsa;* et ita p. m. DK, om. tamen *ipsa.-A: quod est in pluribus;* DELST: *quae in pluribus,* et marg. D add. *est;* H: *quia convenit pluribus;* M et p. m. K: *quia* (K s. m. add. *est) in pluribus;* N: *quare in pluribus;* Q: *quia in pii reperitur.* O: *quia in pluribus invenitur; consequitur enim ficum.*- B om. verba *quia est* etc., usque ad *excedit eam* inclusive ; G om. *consequitur ad vitem* etc., usque ad *non tamen* inclus.- F: *consequitur ad vicem et exceditur ipsam, quia in pluribus; consequitur etiam ad ficum, extenditur et excedit ipsam: non tamen est excessum omni quibus convenit;* 1: *consequitur ad invicem et exceditur ipsam quae in pluribus; consequitur etiam ad finitum et excedit ipsam: non* etc., ut F.

η) *Cui unumquodque* etc.-Pro *cui,* ST et p. m. L: *qui,* L s. m.: *quid,* G: *quae (.... non convertuntur).* – H : *unum quod quid est contentorum;* AC1ST et p. m. DK: *unum quod quidem;* BFMOQ et s. m. D om. *quidem ;* L : *unum quod quam contentorum.* Cum P legunt *unumquodque quidem* EGN et s. m. K; sed quia maior et melior pars codicum omittit aut *que* aut *quidem,* suspicari licet *quidem (quid est, quam)* corrupte scriptum esse pro *que.* Certe videtur quod absolute omitti posset.

0) *Sic igitur concludit* etc. – Addimus *.sic* cx codd. – ABCEFG1O ST et p. m. DK: *sed* (ACG et p. m. DK, *si) non in eodem secund.;* HLMN et s. m. K hanc ipsam habent lectionem, nisi quod erronee om. *non;* Q: *sed non secundum eamdem i* (expung. *i) speciem. Sicut.* P: *sed non eiusdem secundum* etc. (Cf. text, et ea quae hic immediate sequuntur).

κ·. *timiuter.*
'K-.oP.sMi.gd
Em °cm· Ap et •Num.2.
•ь· *foins.*
/o Æ/cnst'/o-tia·
•*Huius* om. L.
•codd.,cxc.fls. *ti·actualco"'*
• f om. *omni,-*›».
n
• Codd.- p: *sed et;* gh om.
• Cotjd.-p: *a.*
'ri..igitur,-gust om.
Coȧd.-p: *enim.* –n om. *dicere,*
• Codd.-ra: *b.*
• g : *investigare.*
' *Et* om. moQ.
«
*Et ‘‘ ‘‘dd·›
-*codd.-v.inhis*
' *Scii.* om. bfio.
* *Superfl.* om. fi
‡ *Sint* ex codd.,
°xc'Q'
'*Enimvscon.*- τ om. *supra.*
"Numm.4,5: et lect. praec., nn. ?'»·
fp-.muha media, tn; l om. *et.*
f Piur.es con., exc. GQ.
* codd., exc. ft.. *v: accipiebatur;*
spondens dieu.
• f : *illi communi.*

i D est sub B *, et si C sit causa D quod B insit ei. Et ex hoc sequitur ulterius quod C sit causa quod A insit D; et quod A insit C, B est causa. Ipsi autem B inest * A per seipsum et immediate.

■*Autem* om. λ. 7. Ultimo autem * epilogat ea quae dicta sunt in tota doctrina Analyticorum; et dicit quod manifestum est ex praemissis, tam in libro Priorum quam in hoc * libro Posteriorum, de syllogismo et de * demonstratione, quid sit et quomodo fiat utrumque; et similiter manifestum χ est de scientia demonstrativa, quomodo fiat in nobis. Hoc enim ad idem pertinet, quia demonstratio est syllogismus faciens scire, ut supra * habitum est \ · Lib.i, iect.« λ

–*hoc* ex codd.

"nAxE<codd" χ

') Sicut si D est sub B etc. – F om. *sicut;* l : *sicut enim D;* alii codd., exc. G: *sicut si D;* P : *sicut* Z>.-Item codd., exc. BQ: *sub B, sicut* (G, *et sicut) C* (F om. C) *sit* (CH, *est) causa D; B: sub B, sic E erit causa D;* Q: *sub B, si C sit causa D.*

x) Et similiter manifestum est. – E : *et dicit quod manifestum est;* codd., exc. ABEGN: *et* (KO omittunt *et) similiter etiam manifestum est.*

λ) *Ut supra habitum* esi. – Haec verba om. BQ; H : *ut supra dictum est.* P : *ut supra in primo habitum est:* sed cum nullus codex habeat *in primo,* existimari potest tanquam nota marginalis textui inserta.

LECTIO VIGESIMA

QUOMODO COGNOSCANTUR A MOBIS PRIMA PRINCIPIA DEMONSTRATIONIS

ΠερΙ δέ τών αρχών, πώ τε γίνονται γνώριμοι καί τί ■ή γνωρίζουσα έξι , έντεΰθέν .έστι δηλον προαπορήσασι πρώτον.

"Οτι ρ.έν ούν ούκ ενδέχεται έπίστασθαί δι* άποδείξεω μή γίνώσκοντι τα πρώτα άρχά τά άμεσου , εϊρηται προ'τερον.

Τών ό* άμεσων την γνώσιν , καί πο'τερον ή αύτή έστιν η ούγ ή αύτη', διαπορήσειεν άν τι , καί πο'τερον έπιστήμη έκατέρου ή ού, ή τοϋ μέν επιστήμη τοϋ δ' *έτερόν* τι γένο , καί πο'τερον ούκ ένοΰσαι αί έξει έγγίνονται η ένοΰσαι λελη'θασιν.

Εί μέν δη' εχομεν αύτά , άτοπον συμβαίνει γάρ άκριβεστε'ρα έχοντα γνώσει άποδείξεω λανθάνειν.

Εί δέ λαμβάνομεν μή έχοντε πρότερον, πώ άν γνωρίζοιμεν καί μανθάνοιμεν έκ μή προϋπαρχούση γνώσεω ; άδύνατον γάρ, ώσπερ καί έπί τη άποδείξεω έλέγομεν.

Φανερόν τοίνυν ό'τι ούτ' εχειν οίο'ντε, ούτ' άγνοοϋσι καί μηδεμίαν εχουσιν έξιν έγγίνεσθαι.

Άνάγκη άρα εχειν μέν τινα δυναμιν, μή τοιαύτην δ' έχειν η εσται τούτων τιμιωτέρα κατ' άκρίβειαν.

Φαίνεται δέ τούτο' γε πάσιν ύπαρχον τοΐ ζφοι . "Εχει γάρ δύναμιν σύ«.φυτον κριτικήν , ήν καλοΰσιν αΐσθησιν

ένούση δ* αίσθη'σεω τοΐ μέν τών ζώων έγγίνεται μονή τοϋ αισθήματο , τοΐ δ' ούκ έγγίνεται. "Οσοι [Λεν ούν μή έγγίνεται, η ολω η περί ά μή έγγίνεται, ούκ έστι τούτοι γνώσι έξω τοϋ αίσθάνεσθαι· έν οί δ', ένεστιν -αίσθανομένοι εχειν έτι έν τή ψυχή.

Πολλών δέ τοιούτων γινομένων ηδη διαφορά τι γίνεται, ώστε τοΐ μέν γίνεσθαι λόγον έκ τή τών τοιούτων [λονή , τοΐ δέ μή.

Έκ μέν ούν αίσθη'σεω γίνεται μνήμη, ώσπερ λέγοριεν, έκ δέ μνήμη πολλάκι τοϋ αύτού γινόμενη έμπειρία· αί γάρ πολλαί μνήμαι τω άριθμω εμπειρία μία έστίν. Έκ δ' έμπειρία ή έκ παντό ήρεμήσαντο τοΰ καθόλου έν τή ψυχή, τού ενό παρά τά πολλά, δ άν έν άπασιν έν ένή έκείνοι το αύτό, τέχνη άρχή καί έπιστήμη , έαν μέν περί γένεσιν, τέχνη , έάν δέ περί τό ον, έπιστήμη . Ούτε δή ένυπάρχουσιν άφωρισμέναι αί έξει , ούτ' άπ' άλλων έ'ξεων γίνονται γνωστικωτέρων, άλλ' άπο αίσθήσεω , οίον έν μάχη τροπή γενομε'νη ενό στάντο έτερο έστη, ειθ' έτερο , έω έπί αρχήν ήλθεν. Ή δέ ψυχή ύπάρχει τοιαύτη ούσα οϊα δύνασθαι πάσχειν τούτο.

“Ο δ' έλέχθη μέν πάλαι, ού σαφώ δέ έλέχθη, πάλιν εϊπωμεν. Στάντο γάρ τών αδιαφορών ενό , πρώτον μέν έν τή ψυχή καθόδου· καί γάρ αισθάνεται μέν τό καθ' έκαστον , ή δ' αίσθησι τοϋ καθόλου έστίν, οίον άνθρώπου, άλλ' ού Καλλίου άνθρώπου· πάλιν έν τούτοι ϊσταται, έω άν τα άμερή στη καί τά καθόλου, οίον τοιονδί ζωον, έω ζωον καί έν τούτω ώσαύτω . Δηλον δή ότι ήμϊν τά πρώτα έπαγωγή γνωρίζειν άναγκαΐον καί γάρ καί αίσθησι οΰτω τό καθόλου εμποιεί.

Έπεί δέ τών περί την διάνοιαν έξεων, αί άληθεύομεν, αί μέν άεί άληθεϊ είσίν, αί δέ επιδέχονται τό ψεύδο , οίον δόξα καί λογισμό , άληθή δ' άεί έπιστήμη καί νοϋ , καί ούδέν έπιστήμη άκριβέστερον άλλο

* De principiis autem, quomodo fiunt cognita principia, et quis est cognoscens habitus, hinc est manifestum, dubitantibus quidem primum. • Cap. XT. Text. 27.

Quod quidem igitur non contingit scire per demonstrationem non cognoscentem prima principia immediata, dictum est prius.

Immediatorum autem cognitio utrum eadem est aut non eadem, dubitabit utique aliquis: et utrum scientia utriusque aut est aut non est, aut huius quidem scientia, illius autem alterum aliquod genus sit : et utrum cum non insint, habitus fiant, aut dum insint, lateant.

Si quidem igitur habemus ipsos, inconveniens est. Contingit enim certiores habere cognitiones demonstratione et latere.

Si autem accipimus non habentes prius, itaque qualiter cognoscimus et addiscimus ex non praeexistenti cognitione? Impossibile enim est, sicut in demonstratione diximus.

Manifestum igitur est quoniam neque habere possibile est ignorantibus, et neque non habentibus habitum fieri.

Necesse itaque est habere quamdam quidem potentiam: non huiusmodi autem habere ut sit his honorabilior secundum certitudinem.

Videtur autem hoc inesse omnibus animalibus: habent enim naturalem potentiam judicativam, quam vocamus sensum.

Cum autem insit sensus animalibus, in his quidem animalium mansio est sensibilis, in aliis autem non fit. In quibuscunque igitur non fit, aut omnino, aut circa quae non fit, non est in his cognitio ultra quam sentiunt. In quibus autem sentientibus, est habere unum quoddam in anima.

Multis igitur factis huiusmodi, iam differentia quaedam fit. Quare in his quamdam est fieri rationem ex talium memoria, in aliis vero non.

Ex sensu quidem igitur fit memoria, sicut diximus; ex memoria autem multoties eiusdem facta, experimentum. Multae enim memoriae numero, experimentum est unum. Ex experimento autem, aut ex omni quiescente universali in anima, uno praeter multa, quod cum in omnibus unum sit et idem, illud est artis principium et scientiae. Si quidem circa generationem, artis est, si vero circa esse, scientiae. Neque igitur insunt determinati habitus, neque ab aliis habitibus fiunt notioribus, sed a sensu, ut in versione pugnae uno enim stante alter stetit, postea alter, quousque in principium veniunt. Anima autem cum huiusmodi sit qualis possit pati hoc.

Quod autem dictum est olim, non autem plane dictum est, iterum dicamus. Stante enim uno indifferentium, primum quidem universale in anima est. Et namque sentire quidem singulare est, sensus autem universalis est, ut hominis, non Calliae hominis. Iterum in his statur, quousque utique impartibilia stent et universalia; ut huiusmodi animal quousque animal, et in hoc similiter. Manifestum igitur est quoniam nobis prima inductione cognoscere necessarium est. Et namque sic sensus universale facit.

Quoniam autem eorum qui circa intelligentiam habituum, quibus verum dicimus, alii quidem semper veri sunt, alii autem recipiunt falsitatem, ut opinio et ratio: veri autem sunt semper scientia et intellectus, et nihil est

γένο η νου , αί δ' άοχαί τών αποδείξεων γνωριμώτεραι, έπιστημη δ' άπασα μετά λόγου έστι, τών αρχών έπιστημη μέν ούκ άν εϊη, έπεϊ ό' ούόέν άληθέστερον ένδέχεται είναι έπιστημη η νοϋν, νου άν εϊη τών αρχών, έκ τε τούτων σκοποϋσι καί δτι άποδείξεω άρχη ούκ άπόδειξι , ωστ' ούδ' επιστήμη έπιστη'μη. Εί ούν μηδέν άλλο παρ' έπιστη'μην γένο έχομεν άληθέ , νου άν εϊη έπιστημη άρχη'. Καί ή μέν άρχη' τη αρχή εϊη άν , ή δέ πάσα ομοίω έχει προ' τό άπαν πράγμα.

scientia certius aliud genus quam intellectus, principia autem demonstrationum sunt notiora, scientia autem omnis cum ratione est, principiorum quidem scientia non utique erit. Quoniam autem nihil verius contingit esse scientia quam intellectus, intellectus utique erit principiorum, ex his considerantibus. Et quoniam quidem demonstrationis principium non sit demonstratio: quare neque scientiae scientia est. Si igitur nil aliud praeter scientiam genus habemus verum, intellectus utique erit scientiae principium et principium principii. Hoc autem omne similiter se habet ad omne genus rerum.

Synopsis. — 1. Argumentum et divisio textus. – 2. Textus subdivisio; et de utilitate definiendi modum quo cognoscuntur prima principia, quae ad scientiam praesupponuntur. – 3. Tres quaestiones. – 4. Inconveniens est quod habeamus insitam cognitionem principiorum, et nos lateat: cognitio enim quae habetur per demonstrationem, non potest nos latere; ergo multo minus potest esse in nobis cognitio principiorum, ex quibus fiunt demonstrationes, et nos latere. – 5. Quia autem nihil addiscimus nisi ex praeexistenti cognitione; et ex praeexistenti cognitione non possunt acquiri principia, quia certiora sunt et causa certitudinis eorum quae habentur per demonstrationem; ideo videtur quod habitus primorum principiorum non possint esse acquisiti. – 6. Corollarium. – 7. Subdivisiones textus. Necesse est a principio in nobis esse quamdam potentiam cognoscitivam, quae praeexistat cognitioni principiorum; non tamen talem quae sit potior quantum ad certitudinem cognitione principiorum. – 8. Potentia illa quae est principium cognoscitivum praeexistens, primo est sensus, qui omnibus animantibus inest. -9. Deinde praeter sensum memoria, quae competit omnibus animalibus perfectis. – ro. Denique praeter sensum et memoriam est ratio, quae est hominis propria. – n. Habitus principiorum fiunt in nobis ex sensu praeexistente, unde accipitur memoria et experimentum; et ex memoria et experimento accipitur universale, quod semper eodem modo se habet. – 12. Attamen ad habendum universale non sufficiunt neque sensus neque memoria, sed requiritur potentia quae sit capax abstrahendi universale illud a singularibus, et potentia quae idem universale possit in se recipere. – i3. Tunc accipitur universale ex singularibus, quando accipitur illud unum in quo singularia non differunt. – 14. Ideo autem ab intellectu accipitur universale ex sensu, quia sensus est quodammodo ipsius universalis. – i5. Primorum principiorum est intellectus, non autem scientia.

1. Postquam Philosophus ostendit quomodo cognoscatur illud quod est principium demonstrationis sicut medium, scilicet *quid* et *propter quid,* hic ostendit quomodo cognoscantur prima * principia demonstrationis communia*. Et primo, dicit de quo est intentio; secundo, exequitur propositum; ibi: *Quod quidem igitur* * etc. Dicit ergo primo quod ex his quae sequuntur *, manifestum erit de principiis primis indemonstrabilibus *, qualiter eorum cognitio fiat * in nobis, et quo habitu cognoscantur; hoc tamen ordine observato, ut prius circa hoc dubitationes ponamus.

• *Prima* om. fi.

• h: *demonstr., sive principia comm.*

• Num. seq.

• ABFHiKLNT. - p: *sequentur;* egm OQ: *consequun-*

2. Deinde cum dicit: *Quod quidem igitur non contingit scire* etc., exequitur propositum. Et circa hoc duo facit: primo, movet dubitationem; secundo, solvit; ibi: *Necesse itaque est habere* * etc. Circa primum tria facit: primo, praemittit quoddam ex quo ostenditur necessitas huiusmodi inquisitionis *; secundo, movet quaestiones; ibi: *Immediatorum autem* * etc.; tertio, obiicit ad quaestionem *5 'bi' *quidem*** *etc.* Dicit ergo primo quod iam supra * dictum est, quod non contingit aliquid scire per demonstrationem, nisi praecognoscantur* prima principia immediata *. Et ideo ad scientiam quae est de demonstratione, utile est ut sciatur qualiter prima principia cognoscantur.

• Num. 7.

quaestionis,

• Num. seq.

stiones'

•Lib.i, iecti. v « cx codd.

• rei: *et inimed.;*

3. Deinde cum dicit: *Immediatorum autem cognitio* etc., movet dubitationes tres circa praedictam cognitionem principiorum. Quarum prima est, utrum omnium immediatorum principiorum sit eadem cognitio vel non. Secunda dubitatio est, utrum omnium immediatorum principiorum * sit scientia vel nullorum, aut quorumdam sit scientia, aliorum vero aliud genus cognitionis. Tertia quaestio * est, utrum habitus istorum principiorum fiant in nobis, cum prius non fuerint, " vel semper in nobis fuerunt, sed tamen nos latebat.

* *Princip.* ex codd.

*Codd.-r: Teri *vero quaest.* *a*

4. Deinde cum dicit: *Si quidem igitur habemus ipsos* etc., obiicit ad quaestionem ultimam, ad quam aliae ordinantur. Et primo obiicit ad unam partem; et dicit quod est inconveniens dicere quod habeamus habitus horum principiorum, et lateat nos. Manifestum est enim quod illi qui habent cognitionem principiorum, habent certiorem cognitionem cognitione quae est per demonstrationem. Sed cognitio quae est per demonstrationem non potest haberi ita quod lateat habentem. Dictum est enim in principio huius libri *, quod ille qui habet scientiam, scit quod impossibile est aliter se habere. Ergo multo minus * potest esse quod aliquis habeat cognitionem principiorum immediatorum, et lateat ipsum. Quod tamen inconveniens sequeretur, si habitus huiusmodi inessent, et laterent.

β

* Lect. iv. - α lect. xuv.

' a erron.: *magis.*

5. Secundo, ibi: *Si autem accipimus* etc., obiicit ad contrarium. Si enim aliquis dicat quod accipimus de novo habitus principiorum, cum prius cos non habuerimus γ, relinquitur ulterius dubitatio qualiter possimus huiusmodi principia de novo cognoscere et addiscere, et hoc non ex aliqua praeexistenti cognitione; impossibile est

a) *Cum prius non fuerint* etc.-Est lectio BDEKLOQ; P: *non fuerunt.* -M: *aut semper;* PQ om. *semper.*– Codd., exc. 1Q, om. *in nobis;* CDEFHKLNOST: *infuerunt;* B: *infuerint;* G: *insunt;* Q: *fuerint. Infuerunt* et *infuerint* forte sunt corruptiones lectionis P, *in* (om. *nobis) fuerunt.*

β) *Sed cognitio quae est per demonstrationem.* – *Hanc* s. Thomae germanam lectionem restituimus ex nostris codd.. cxc. Q, ct ex ed. *a.* Errata est enim Icclio P et aliarum Venn, edd.: *habent certiorem cognitionem cognitione quae est per demonstrationem: non enim potest haberi* etc. – Infra. L om. *in principio;* FI om. *libri;* PF1O om. *huius,* quod addimus ex aliis codd.

γ) *Cum prius cos non habuerimus.* – Haec lectio omnino vera est, ut patet ex dubio quod immediate proponitur, *qualiter possimus* etc. Hinc erronea est lectio codd. AFI omittentium non. FI loco *eos* non recte legunt nos, forte corrupte pro non.-Infra loco *qualiter possumus* P, legimus *possimus* cum ACDEFIKI.NQS. – AN: *ex aliqua existenti cognitione:* sed *praeexistenti* esse legendum patet cx ratione addita *{impossibile* etc.), in qua AN cum P aliisque codd. conveniunt (Cf. lib. I, lect. 1).

enim aliquid addiscere nisi ex * praeexistenti cognitione, sicut etiam supra * circa demonstrationem diximus *. Immediata autem principia ideo ex praeexistenti cognitione addiscere non possumus, quia praeexistens cognitio est certior, cum sit causa certitudinis his quae per eam innotescunt. Nulla autem cognitio est certior cognitione huiusmodi principiorum. Unde non videtur quod possimus * ea cognoscere, cum prius non cognoverimus.

6. Tertio, ibi: *Manifestum igitur est* etc., concludit ex praemissis 5 duabus rationibus, quod neque possibile est semper habere cognitionem horum principiorum, quae nos lateat; neque etiam possibile est quod in. nobis generôtur de novo talis cognitio, omnimoda ignorantia praecedente, et non habito aliquo alio habitu.

7. Deinde cum dicit: *Necesse itaque est* etc., solvit praemissas * quaestiones. Et primo, solvit ultimam; secundo, solvit duas primas; ibi: *Quoniam autem eorum qui circa intellectum* * etc. Circa primum duo facit: primo, solvit dubitationem; secundo, manifestat solutionem positam; ibi: *Quod autem dictum est olim* * etc. Circa primum tria facit: primo, proponit quod oportet aliquid cognoscitivum in nobis praeexistere; secundo, ostendit quid sit illud; ibi: *Videtur autem* * etc.; tertio, ostendit quomodo ex praeexistenti cognoscitivo principio fiat in nobis principiorum cognitio; ibi: *Ex sensu quidem* * etc. Dicit ergo primo quod necesse est a principio in nobis esse quamdam potentiam cognoscitivam quae scilicet praeexistat cognitioni principiorum; non tamen talem quae sit potior quantum ad certitudinem cognitione principiorum. Unde non eodem modo principiorum cognitio fit in nobis ex praeexistenti cognitione, sicut accidit in his quae cognoscuntur per demonstrationem * ç.

• h.-p om. *ex;* a: *nisi sit ex.*
• Lib. I, lect. i.
• a: *dicimus;* f i: *habitum est.*
*a c e g h l s t: *passumus.*
0
* Num. 3. - a h et. p. m. b: *praedictas.*- Pro s vide Praef.
* Num. 15.
▮ Num. 13.
· Num. seq.
· Num. 11.
ε
'G-di!finitiOnem. Q °m' dem·

δ) *Concludit ex praemissis* etc. – BFIQ et p. m. K: *excludit ex praemissis;* sed est lectio erronea: hic enim s. Thomas infert corollarium, quod ex praemissis nn. 4 et 5 infertur. – Deinde F: *quod neque impossibile est semper:* lectio abfurda, et praemissis repugnans. – L: *principiorum et nos lateat;* C: *latent;* Q: *latet;* alii codd.: *lateat:* et hanc lectionem sufficimus P, *lateant.* Sermo est enim de *cognitione,* unde et supra (n. 4) s. Thomas dixit, *habeat cognitionem principiorum immediatorum, et lateat ipsum.* – Deinde, in fine huius numeri, codd., exc. FGIQ: *omnimoda ignorantia;* PG: *omnino ignorantia;* FIQ: *omnimodo ignorantia.* – *Codd.,* exc. G: *et non habito aliquo alio habitu.* P om. *habito;* B erronee: *et praehabito etiam aliquo* etc.; H: *et non habens aliquem habitum;* T om. *aliquo;* M om. *alio.*

ε) *Necesse est a principio in nobis esse quamdam potentiam cognoscitivam.* – Ad haec verba est attendendum. Tertia quaestio proposita n. 3, quae tamen primo solvitur ab Aristotele, erat utrum habitus primorum principiorum *acquirantur* a nobis; vel utrum sint nobis *innata,* ita tamen ut in principio nos lateant. Quod additum existimo contra Platonem (cf. lib. I, lect. 111). Ratio adducta n. 4 urgetur ad suadendum non posse affirmari quod innata sit existentia primorum principiorum in nobis, et simul quod nos lateant. Sed aliunde n. 5 ratio affertur ad probandum quod eadem prima principia non possunt esse acquisita. Ergo, concluditur n. 6, principia prima sunt in nobis partira innata et partira acquisita, sub diverso respectu. – Quomodo innata? Quia nempe nobis innata est quaedam potentia cognoscitiva praeexistens cognitioni principiorum (n. 7.), ἀνάγχη ἀρα ε/ειν ρ'ν πνα δὐναριν. Non dicit habitum (ἑξι), non cognitionem (γνὼσι), non denique cognoscibile vel cognitum (γνωστόν), sed facultatem, δὐναμι ; ut intelligamus principium cognoscitivum praeexistens acquisitioni habitus primorum principiorum lll nobis esse quid subiectivum, non obiectivum, esse aliquid animae nostrae. Hinc ratione *obiecti,* principia prima non sunt nobis innata, sed de novo acquiruntur; ratione *subiecti,* sunt nobis innata; hoc est, innata est ct consequens animae naturam facultas cognoscitiva, habens naturalem inclinationem ad cognoscenda obiecta propria. Sed hac in re audiendus est s. Thomas, qui in *Summa theolog.,* I–II, qu. ı i, artic. ı, quaerens, *Utrum aliquis habitus sit a natura,* ait: « Videtur quod nullus habitus sit a natura... Sed contra est, quod in VI *Eth. (cap.*τη, *n.l- Ed. Did.)* inter alios habitus ponitur *intellectus principiorum,* qui est a natura, unde et principia prima dicuntur naturaliter cognita.

* Respondeo dicendum, quod aliquid potest esse naturale alicui *dupliciter. Uno modo* secundum naturam speciei; sicut naturale est homini esse risibile, et igni ferri sursum. *Alio modo* secundum naturam individui; sicut naturale est Socrati vel Platoni esse aegrotativum vel sanativum, secundum propriam complexionem. Rursus secundum utramque naturam potest dici aliquid naturale *dupliciter: Uno modo* quia totum est a natura; *Alio modo* quia secundum aliquid est a natura, et secundum aliquid est ab exteriori principio: sicut cum aliquis sanatur per seipsum, tota sanitas est a natura; cum autem aliquis sanatur auxilio medicinae, sanitas partira est a natura, partim ab exteriori principio.

» Si *igitur loquamur de habitu secundum quod est dispositio subiecti in ordine ad formam vel naturam, quolibet praedictorum modorum contingit habitum esse naturalem.* Est enim aliqua dispositio naturalis, quae debetur humanae speciei, extra quam nullus homo invenitur: et haec est naturalis secundum naturam speciei. Sed quia talis dispositio quamdam latitudinem habet, contingit diversos gradus huiusmodi dispositionis convenire diversis hominibus secundum naturam individui: et huiusmodi dispositio potest esse vel totaliter a natura, vel partim a natura et partim ab exteriori principio, sicut dictum est *(hic sup.)* de his qui sanantur per artem.

» *Sed habitus, qui est dispositio ad operationem, cuius subiectum est potentia animae,* ut dictum est (q. ı, ar. 11), *potest quidem esse naturalis, et secundum naturam speciei et secundum naturam individui:* secundum quidem naturam speciei, secundum quod se tenet ex parte ipsius animae, quae cum sit forma corporis, est principium specificum; secundum autem naturam individui, ex parte corporis, quod est materiale principium. Sed tamen neutro modo contingit in hominibus esse habitus naturales, ita quod sint totaliter a natura. In angelis siquidem contingit, eo quod habent species intelligibiles naturaliter inditas; quod non competit humanae naturae, ut in l dictum est (q. ı v, artic. n.) Sunt ergo in hominibus aliqui habitus naturales, tanquam partim a natura existentes, ct partim ab exteriori principio.

» Aliter quidem in apprehensivis potentiis, et aliter in appetitivis. In apprehensjvis enim potentiis potest esse habitus naturalis secundum inchoationem, secundum naturam speciei, et secundum naturam individui. Secundum quidem naturam speciei, ex parte ipsius animae: sicut *intellectus principiorum* dicitur esse habitus naturalis. Ex ipsa enim natura animae intellectualis convenit homini quod statim cognito quid est totum, et quid est pars, cognoscat quod omne totum est maius sua parte; et simile est in caeteris: sed quid sit totum, et quid sit pars, cognoscere non potest nisi per species intelligibiles a phantasmatibus acceptas. Et propter hoc Philosophus in fine Posteriorum ostendit quod *cognitio principiorum provenit nobis ex sensu.* Secundum vero naturam individui est aliquis habitus cognoscitivus secundum inchoationem naturalem, inquantum unus homo ex dispositione organorum est magis aptus ad bene intelligendum quam alius, inquantum ad operationem intellectus indigemus virtutibus sensitivis. In appetitivis autem potentiis non est aliquis habitus naturalis secundum inchoationem ex parte ipsius animae, quantum ad ipsam substantiam habitus, sed solum quantum ad principia quaedam ipsius: sicut principia iuris communis dicuntur esse *seminalia virtutum.* Et hoc ideo, quia inclinatio ad obiecta propria, quae videtur esse inchoatio habitus, non pertinet ad habitum; sed magis pertinet ad ipsam rationem potentiarum. Sed ex parte corporis secundum naturam individui sunt aliqui habitus appetitivi secundum inchoationes naturales: sunt enim quidam dispositi ex propria corporis complexione ad castitatem, vel mansuetudinem, vel ad aliquid huiusmodi. »

ζ) *Quae cognoscuntur per demonstrationem.* – Hucusque codices. P et Venn. edd. immediate addunt: *quia cognitio eorum quae cognoscuntur per demonstrationem, idest cognitio conclusionum, fit in nobis ex praeexistenti cognitione intellectiva principiorum, idest ex habitu; sed cognitio principiorum fit in nobis ex praeexistenti cognitione sensitiva.* – Cum codd. consentit Dominicus a Flandria, qui in II Poster., qu. xx, artic. l, hunc locum Aristotelis exponit, usurpando, uti assolet, verba s. Thomae, quin addat quae P et Venn. edd. habent: « Necesse est a principio creationis in nobis esse quamdam potentiam » cognoscitivam, quae scilicet praecedat cognitionem principiorum; non » tamen talem quae sit certior quantum ad certitudinem cognitione prin» cipiorum. Unde non eodem modo cognitio principiorum fit in nobis » ex praeexistenti cognitione, sicut accidit in his quae cognoscuntur per » demonstrationem, quemadmodum declaratum est in primo huius. » – Revera quae adduntur a Piana et Venn. edd. non solum non sunt necessaria hoc in loco, sed nec videntur congruere ordini quem sequitur hic d. Thomas cum Aristotele. Nam iuxta divisionem textus traditam in principio huius numeri, hoc tantum ex antecedentibus hic inferri debet, nempe quod oportet cognitioni principiorum praeexistere in nobis aliquod principium cognoscitivum. Quid autem sit illud principium praeexistens, et quomodo ex ipso fiat in nobis principiorum cognitio, proponitur declarandum, et late declaratur, in sequentibus numeris. Unde prope finem n. 11 concluditur: *quod neque praeexistunt in nobis habitus principiorum, quasi determinati et completi; neque etiam fiunt de novo ab aliquibus notioribus habitibus praeexistentibus, sicut generatur in nobis habitus scientiae ex praecognitione principiorum; sed*

8. Deinde cum dicit: *Videtur autem hoc inesse* etc., ostendit quid sit illud * principium cognoscitivum praeexistens ». Et quantum ad hoc ponit tres gradus in animalibus. Quorum primus est hoc, quod videtur inesse communiter omnibus animalibus, quae * omnia habent quamdam connaturalem potentiam ad iudicandum de sensibilibus, quae vocatur sensus, quae non acquiritur η de novo, sed ipsam naturam consequitur.

g. Secundum gradum ponit ‘ ibi: *Cum autem insit sensus* etc.; et dicit quod cum sensus sitx in omnibus animalibus, in quibusdam eorum remanet aliqua impressio sensibilis, abeunte re * sensibili, sicut contingit in omnibus animalibus perfectis. In quibusdam autem J hoc non contingit, sicut in quibusdam animalibus imperfectis, sicut patet in his quae non moventur motu progressivo. Et forte contingit quod circa aliqua animalia remanet *aliqua impressio quantum ad aliqua sensibilia, quae sunt vehementiora, non autem quantum ad alia *, quae sunt·debiliora. In quibuscunque igitur * animalibus omnino nulla impressio remanet sensibilium % huiusmodi animalia nullam cognitionem habent, nisi dum sentiunt. Et similiter animalia in quibus nata est remanere talis impressio, si circa aliqua μ sensibilia in eis non remaneat, non possunt habere aliquam cognitionem nisi dum sentiunt. Sed animalia in quibus inest huiusmodi remansio impressionis, contingit adhuc habere quamdam cognitionem in anima praeter sensum; et ista sunt quae habent memoriam.

io. Tertium gradum ’ ponit ibi: *Multis igitur factis* etc.; et dicit, quod cum multa sint talia * animalia habentia memoriam, inter ea ulterius est quaedam differentia. Nam in quibusdam eorum fit * ratiocinatio de his quae remanent in

iiiudom.cadd. i
s: *quia.* ®
l * ne om. h. λ
animalium. *sibilis.*
ι *e·, remaneat.*
· codd.-«s: ‹«z
· *Ig.* om. an,- a
·codd.-prwn
tl
v
· *Tatia* om. bs.
’ a: «z.

habitus principiorum fiunt in nobis a sensu praeexistente. Per verba autem quae adduntur a Piana, videtur dari, contra ordinem positum a s. Th., conclusio, quae ultimo loco est ponenda. Quocirca existimamus verba illa prius fuisse notam marginalem a lectore appositam, quae deinde textui per ignorantiam fuerit inserta. Ideo auctoritate codd. praefata verba expungimus.

η) *Quid sit illud principium cognoscitivum praeexistens,* habitui nempe primorum principiorum. Quia in num. praecedenti asserta est existentia huius principii, seu facultatis cognoscitivae, de eiusdem facultatis natura inquiritur: ad quaestionem enim *an sit* sequitur e vestigio quaestio *quid sit.* Exordium autem sumitur a sensu, duplici potissimum ex capite. Primo quidem quia posita falsitate innatismi idearum, ut in not. ε dictum est; et supposito quod mens non ex seipsa educat suas cognitiones, quasi per essentiam suam intelligendo obiecta (cf. P. I, qu. lv, artic. t, et qu. lxxxiv, artic. n), sequitur quod origo nostrarum idearum repeti debeat aliquo modo a sensu, qui proinde debet esse unum principium cognoscitivum praeexistens cognitioni principiorum. Deinde, quia in sententia Aristotelis et s. Thomae, quamvis sensibilis cognitio non sit totalis et perfecta causa nostrae intellectualis cognitionis, est tamen quodammodo materia causae (cf. P. I, qu. lxxxiv, artic. vi). Hisce ergo praesuppositis tum ex dictis in numeris praecedentibus, tum ex ideologia, expendendum est quid valeant sensus, ut deinde determinetur per quod tanquam per causam vere immediatam et efficientem cognitio primorum principiorum a nobis acquiratur. Iuxta autem praemissa exordium sumitur a sensu, qui est communis nobis et brutis, et gradatim pervenitur ad id quod est nobis proprium.

θ) *Quae non acquiritur* etc. – FIM: *accipitur;* G om. – F: *sed secundum ipsam* etc.; et ita I, nisi quod om. *sed.*

i) *Secundum gradum ponit.* – Sensus est quaedam potentia passiva, quae nata est immutari ab exteriori sensibili (cf. P. I, qu. Lxxviit, art. m); unde communiter dicitur quod ex impressione sensibilis in sensus exteriores producitur sensatio; ac proinde quod sensum affici est ipsum eius sentire; quod sensus in actu est sensibile in actu (cf. P. 1, qu. xvtt, artic. n, ad i; qu. lv, artic. i, ad 2). Manifestum autem est quod sensus externi non immutantur a sensibilibus absentibus, sed ad illam immutationem, et proinde ad actualem sensationem, requiritur praesentia earumdem rerum sensibilium; et tamdiu perdurat sensatio in nobis, quamdiu perdurat impressio ipsa. Haec de sensatione externa. Si ergo nullus alius sensus existeret in nobis praeter sensus externos, nullae aliae sensationes haberentur nisi illae quae exercentur ad praesentiam et actionem externorum sensibilium. Oppositum autem omnino contingit, ut ex conscientia habemus: obiecta enim per sensus externos percepta ita retinemus ut ea, ipsis absentibus, reproducamus per phantasiam, et sive fuerint nobis grata vel ingrata, utilia vel nociva, probe recordamur. Ergo individua separatim noscimus per sensus externos; eadem individua successive percepta, collectim retinemus per phantasiam et memoriam. Quae facultates nobis non sunt propriae, sed bruta animantia, saltem aliqua, eisdem sunt praedita: nam, ut s. Augustinus ait, «per » loca nota sine errore iumenta pergunt, et cubilia sua bestiae repetunt, » et canes dominorum suorum corpora recognoscunt, et dormientes » plerumque immurmurant, et in latratum aliquando erumpunt; quod » nullo modo possent, nisi in eorum memoria visarum rerum vel per » corpus utcunque sensarum versarentur imagines» *(Contra Epistolam Fundamenti,* cap. xvn, n. 20).-Phantasia autem, quae est facultas reproductiva, praeceditur a sensu alio interno, qui dicitur *communis,* cuius est percipere ac discernere sensationes sensuum externorum; ad ipsum enim « referuntur, sicut ad communem terminum omnes appre» hensiones sensuum, a quo etiam percipiuntur intentiones sensuum, » sicut cum aliquis videt se videre. Hoc enim non potest fieri per sensum » proprium, qui non cognoscit nisi formam sensibilis, a quo immutatur: » in qua immutatione perficitur visio, et ex qua immutatione sequitur » alia immutatio in sensu communi, qui visionem percipit» (P. I, qu. utxviti, artic. iv, ad 2. – Cf. s. August. *De libero arbitrio,* lib. II, capp. lll et tv).

x) *Cum sensus sit* etc.-Ita codd. P: *cum sit sensus;* GOQ: *cum sensus insit omnibus anim.;* T: *cum sensus sit omnibus anim.;* H: cum *sensus insit nobis anim.*

λ) *In quibusdam autem* etc. – FIL, p. m. CD et s. m. K: *In quibus autem.*- ANS om. *hoc.*- FI et p. m. D absurde om. *non.* – B: *In quibusdam autem hoc non contingit, sicut in animalibus imperfectis, puta in* etc.

μ) *Si circa aliqua* etc. – FLMT: *sed circa;* S: *si tunc aliqua sensibilis impressio in eis;* M om. *aliqua;* codd., exc. S, om *in.* Omnes: *remaneat;* P: *remanet.* – Infra *(Sed anim.* etc.) S: *Sed animalibus quibus inest;* ACGHKLNT: *quibus est.* – S: *huiusmodi impressio sive remansio impress.* – BCDEKLMOQST: *contingit adhuc esse quamdam;* A: *adhuc convenit esse quanid.;* H: *contingit esse adhuc quamd.;* F om. *habere.*

ν) *Tertium gradum ponit.* – Praeter memoriam, phantasiam et sensum communem, de quibus supra (not. l) diximus, in nobis et in brutis datur alius sensus internus, qui a scholasticis dicitur aestimativa. Etenim « si animal moveretur solum propter delectabile et contristabile secundum sensum, non esset necessarium ponere in animali nisi apprehensionem formarum quas percipit sensus, in quibus delectatur aut horret. Sed necessarium est animali ut quaerat aliqua vel fugiat, non solum quia sunt convenientia vel non convenientia ad sentiendum, sed etiam propter aliquas alias commoditates et utilitates, sive nocumenta. Sicut ovis videns lupum venientem fugit, non propter indecentiam coloris vel figurae, sed quasi inimicum naturae. Et similiter avis colligit paleam, non quia delectet sensum, sed quia est utilis ad nidificandum » (P. 1, qu. LXXVHI, art. iv). Rationes praefatae commoditatis, utilitatis vel nocumenti a scholasticis dictae sunt *intentiones;* et ad percipiendas huiusmodi intentiones, quas non percipit sensus exterior, ordinatur sensus interior, qui dicitur aestimativa. « Considerandum est autem quod quantum ad formas sensibiles, non est differentia inter hominem et alia animalia: similiter enim immutantur a sensibilibus exterioribus. Sed quantum ad intentiones praedictas differentia est. Nam alia animalia percipiunt huiusmodi intentiones solum naturali quodam instinctu, homo autem per quamdam collationem. Et ideo quae in aliis animalibus dicitur aestimativa naturalis, in homine dicitur *cogitativa,* quae per collationem quamdam huiusmodi intentiones adinvenit. Unde etiam dicitur ratio particularis. ...Est enim collativa intentionum individualium, sicut ratio intellectiva intentionum universalium. Ex parte autem memorativae, non solum habet *(homo)* memoriam, sicut caetera animalia, in subita recordatione praeteritorum, sed etiam *reminiscentiam,* quasi syllogistice inquirendo praeteritorum memoriam, secundum individuales intentiones » (qu. et artic. cit.).

Quamvis autem aestimativa et memorativa in nobis sint perfectiores iisdem facultatibus prout sunt in brutis, tamen ultra intentiones individuantes non sese porrigunt, neque *unum* commune intentionibus istis attingunt; sicut phantasia in nobis quamvis perfectior sit quam in brutis, quatenus *componit et dividit formas imaginatas* (s. Th. loc. cit.), nonnisi tamen formas individuas sensibiles componit vel dividit, et semper obiectum eius est sensibile individuum, non autem universale. Hinc hodierni positivistae, dum ab universalibus et a metaphysica abhorrere affectant, nonnisi collectionem rerum sensibilium considerare queunt: hoc autem nihil aliud revera est quam excludere rationem a scientia, et omnes facultates cognoscitivas humanas ad sensum reducere. Si enim ratio est, supra facultates sensitivas debet sese attollere, ut ex multis particularibus ad invicem coilatis accipiat unum commune, quod firmatur in mente; et illud unum est universale, quod est proprium obiectum scientiae, in inquisitione ergo primorum principiorum, admittendum est ut principium praeexistens facultas quae est sensus externus, et insuper facultas quae est sensus interior; at utraque est materia causae cognitionis principiorum; vera causa est ratio (eo modo quo infra explicabitur), sine qua frustra sunt sensus ad cognoscenda universalia, et ad principia efformanda.

memoria, sicut in hominibus; in quibusdam autem non, sicut in brutis.

11. Deinde cum dicit: *Ex sensu quidem igitur* etc., ostendit secundum praedicta quomodo in nobis fiat cognitio primorum principiorum; et concludit ex praemissis quod cx sensu fit memoria in illis animalibus, in quibus * remanet impressio sensibilis, sicut supra * dictum est. Ex memoria autem multoties facta circa eamdem rem, in diversis tamen singularibus*,fit experimentum; quia experimentum nihil aliud esse * videtur quam accipere aliquid ex multis in memoria retentis. Sed tamen experimentum indiget * aliqua ratiocinatione circa particularia, per quam confertur unum ad aliud, quod est proprium rationis. Puta cum aliquis * recordatur quod talis herba multoties sanavit multos * a febre, dicitur esse experimentum quod talis * sit sanativa febris. Ratio autem non sistit in experimento particularium, sed ex multis particularibus in quibus expertus est, accipit unum commune, quod firmatur in anima, et considerat illud ξ absque consideratione alicuius singularium; et hoc commune * accipit ut principium artis et scientiae. Puta quamdiu 0 medicus consideravit hanc herbam sanasse * Socratem febrientem **, et Platonem, et multos alios singulares homines, est experimentum; cum autem sua consideratio ad hoc ascendit quod talis species herbae sanat * febrientem simpliciter, hoc accipitur ut quaedam regula artis medicinae. Hoc est ergo * quod dicit, quod sicut ex memoria fit experimentum, ita etiam ex experimento aut etiam ulterius *ex universali quiescente in anima* (quod scilicet accipitur ac * si in omnibus ita sit, sicut est experimentum in quibusdam.-Quod quidem universale dicitur esse quiescens in anima; in quantum scilicet consideratur praeter singularia, in quibus est motus. Quod etiam dicit esse *unum * praeter multa,* non quidem secundum esse, sed secundum considerationem intellectus, qui considerat naturam aliquam, puta hominis, non respiciendo ad Socratem et Platonem. Quod * etsi secundum considerationem intellectus sit unum praeter multa, tamen secundum esse est in omnibus singularibus unum et idem, non quidem numero, quasi sit eadem humanitas numero * omnium hominum, sed secundum rationem speciei. Sicut enim hoc album est simile illi albo in albedine, non quasi una numero albedine existente in utroque, ita etiam Socrates est similis Platoni in humanitate, non quasi una humanitate numero in utroque existente.) – Cx hoc igitur experimento p, et ex tali universali per experimentum accepto, est in anima id quod est principium artis et scientiae. Et distinguit inter artem ct scientiam, sicut etiam * in VI *Ethic.* *, ubi dicitur quod ars est recta ratio factibilium. Et ideo hic dicit * quod si ex ** experimento accipiatur aliquod universale circa *generationem,* idest circa * quaecunque factibilia, puta circa sanationem vel agriculturam, hoc pertinet ad artem. Scientia vero, ut ibidem * dicitur, est circa necessaria; et ideo si universale consideretur circa ea quae semper eodem modo sunt *, pertinet ad scientiam, puta circa numeros vel figuras. Et iste modus qui dictus est, competit in principiis omnium scientiarum et artium. Unde concludit quod neque praeexistunt in nobis habitus principiorum, quasi *determinati* ct completi; neque etiam fiunt de novo * ab aliquibus notioribus habitibus praeexistentibus *, sicut generatur in nobis habitus scientiae ex praecognitione principiorum; sed habitus principiorum fiunt * in nobis a sensu praeexistente. Et ponit exemplum in pugnis quae fiunt per reversionem * exercitus devicti et *· fugati. Cum enim unus eorum perfecerit statum, idest immobiliter ceperit stare ' et non fugere, alter stat adiungens

• Codd. - p: *in ill.scilicet... quibus scilicet.*
• Num. 9.
* f g i: *sensibilibus.* Experimentum. **Esse e**, codd., cxc. G.
* 1: *non indiget.*
• Codd.-p: *talis.*
9 π: *aliquos.*
• b: *talis herba.*
ξ
' *Commune* cx codd. et Dom. a Flaad.
0
• f i: *salvasse.* "g s:*febricitantem.*
' f i: *talis herba sanavit.*- g n s:/o *bridtantem.*
* Fl: *autem;* g om.
π
* f i: *ut.*
Universale quiescens id anima.
• *Vnum* om. 1.
' ACeaiKKNO: Qd *tamen etsi;* d: *Quod tamen si;* F: *Quod tamen et secund.;* g l t om. *Quod;* b q h. lac.
ᵓ a: *in numero.*
P
*a h k t: *el;acorn.*
• Cap. iv. - Cornus. Th. lect. in.
• a: *subdit.*
'' *Ex* om. codd., exc.BFiM.Cf.text.
'*Circa* om. ri.
‘ Cap. in, n. 2. - Comment. s.Th. lect. cit.
• a: *se habent.*
* a: *neq. et. sunt de novo acquisiti ab.*
* *Praeex.* om. c.
* Codd. - pas: *sunt.*
"a: *in reversione.*
"b; *et debellati et fug.*
σ

Ç) *Et considerat illud* etc. -, G: *et non consideretur illud;* Q: *consideranter,* om. *et;* ADEF1L et p. m. CKN: *et considerat non illud* (F om. *illud);* M: *et considerat illud non absque.* BO: *et considerat ratio illud absque;* H: *et considerat nom illud absque.* – Additio τοῦ *non* est error, contra mentem s. Thomae et ordinem argumentationis. Dominicus a Flandria in Il *Poster.,* qu. xx, artic. t, legit, sicut revera legendum est, cum P.

0) *Puta quamdiu.* – FI: *Ut puta cum* om. *diu;* G: *Puta quidam med.;* II: *Puta quod* (corrupte pro *quam) diu;* M: *Puta quando med.;* ceteri codd.: *Puta quamdiu* (ct ita Dom. a Flandria) *med.* P: *Puta diu med.* -'Infra ex codd. BST et s. m. C addimus, *est* (B, *tunc est) experimentum;* quae verba requiruntur ex toto processu argumentative, et manifeste supponuntur expressa cx immediate seqq. Ea legisse 'in suo codice Dominicum a Flandria aperte constat, cum ait: *accipit de eo experimentum.*

π) *Ita etiam ex experimento* etc. – Haec lectio P ct Venn. edd. concordat cum lectione codd., excepto S, qui legit: *ex experimento fit universale ulterius quiescens in anima.* Verum haec lectio, quamvis prima fronte facilior videatur, acceptari nequit, tum quia contradicit aliis codd., tum quia opponitur textui Aristotelis, ἡ ἐχ *παντό* etc.

ρ) *Ex hoc igitur experimento* etc. – Utile erit comparare cum textu graeco quae hucusque Angelicus disseruit. – Dicitur ergo imprimis quod in nobis ex memoria multoties facta accipitur experimentum: αἱ γὰρ πολλαὶ μνήμαι τω αριθμώ ἐμπειρία μία ἐστιν. Hoc autem experimentum non est simplex collectio rerum memoratarum, sed exurgit ex aliqua circa particularia ratiocinatione, per quam unum particulare refertur ad aliud, ut sic ex multis particularibus ad invicem collatis unum omnibus commune accipiatur. Ex hoc autem experimento, et ex tali universali per experimentum accepto, est in anima id quod est principium artis in rebus factibilibus, et id quod est principium scientiae in speculabilibus: ἐχ δ' εμπειρία ἡ ἐχ παντό ἠρεμήσαντο τοῦ καθόλου ἐν τη ψυχή... τέχνη αρχή καὶ ἐπιστήμη. Sed eatenus universale est principium scientiae quatenus in anima quiescit, hoc est quatenus consideratur praeter singularia: haec enim mutabilia sunt, obiectum autem scientiae immutabile et necessarium esse debet. Sed quatenus universale consideratur praeter singularia, est quid *unum* praeter multa: non quasi hoc unum existât per se extra singularia, sed quia a mente consideratur non consideratis individuis in quibus realiter existit (cf. lib. I, lect. xvi, not. x): τοῦ ivó (universale prout est in anima) παρὰ τὰ πολλά, ο αν ἐν ἁπασιν εν ἑνὴ ἐκείνοι τό αυτό. Quia ergo innatismus principiorum fuit exclusus, et universale ex quo sunt principia scientiarum est in rebus singularibus, quae dantur a sensibus, et ex quibus accipitur experimentum, sequitur quod habitus primorum principiorum sint in nobis a sensu praeexistente: οὔτε δὴ ἐνυπάρχουσιν αφωρισμέναι αἱ ἕξει, οὔτ' *απ' ἄλλων* ἕξεων γίνονται γνωστιχωτέρων, ἀλλ' από αἰσθήσεω. Ergo sequitur quod habitus primorum principiorum non sunt in nobis a natura, prouti habitus dicuntur ipsa principia obiectiva; sed neque etiam ita totaliter acquiruntur ut nulla omnino cognitio in nobis praecedat: est enim praecedens cognitio sensitiva, in cuius obiectis possunt universalia apprehendi, quae sunt scientiarum principia. Haec est responsio data quaestioni propositae in principio huius lectionis.

Sed haec responsio nonnisi primam partem explicite continet solutionis aristotelicae: hucusque enim Philosophus tradidit ex sensibus accipi singularia, ex singularibus accipi experimentum, et ex experimento accipi universale, quod est in singularibus ipsis. Atqui, inquit Aristoteles, nihil valerent sensus, memoria, experimentum, ubi non adesset facultas, quae per se sit capax tum accipiendi in singularibus universale (unum praeter multa) tum illud intelligendi. Et haec est altera pars, de qua in sequenti numero dicitur.

σ) *Immobiliter ceperit stare* etc. – DKT et p. m. ACN: *mobiliter,* sed est erronea lectio; L: *nobiliter;* ACDEF1KLNQT: *inceperit stare,*- FI: *adiungens se eis, et postea aliter.* – Codd., exc. F: *quod* (FI, *uf) faciant;* PF: *faciunt.* – Pro *Sic,* DE: *sicut,* Q: scie, S: *similiter.* ABom. *etiam,* cuius loco cet. codd. habent *enim.*

se ci, et postea alter, quousque tot congregentur quod faciant principium pugnae. Sic etiam ex sensu et memoria unius particularis, et iterum alterius et alterius, quandoque pervenitur ad id quod est principium artis et scientiae, ut dictum est.

τ 12. Posset autem aliquis credere T quod solus sensus, vel memoria singularium sufficiat ad causandum υ intelligibilem cognitionem principiorum, sicut posuerunt quidam antiqui, non discernentes inter sensum et intellectum; et ideo ad hoc exeludendum Philosophus subdit quod simul* cum sensu oportet praesupponere talem naturam ani-
• *simul* ex codd. *mae; fiuae possit *pati hoc,* idest quae ** sit susceptiva cognitionis universalis, quod quidem fit per intellectum possibilem; et iterum quae possit agere hoc secundum * intellectum agentem, qui facit intelligibilia in actu per abstractionem universalium a singularibus.

13. Deinde cum dicit: *Quod autem dictum est etc.,* manifestat quod dictum est in praecedenti solu-
dhkmnotdd'ABC tione, quantum ad hoc quod ex * experimento singularium accipitur universale; et dicit quod illud
•Num.n. quod supra * dictum est, et non plane, quomodo
FiMNOTCctdsdmAK° sc'l'cet ex * experimento singularium fiat univer-
L"GliQS: ple' sa^e 'n an*ma! iterum oportet dicere, ut planius * manifestetur. Si enim accipiantur multa singularia, quae sunt indifferentia quantum ad aliquid unum in eis existens, illud unum secundum quod
'cippum ''pr<n' non differunt, in anima acceptum, est primum * universale, quidquid sit illud, sive scilicet pertineat ad essentiam · singularium , sive non. Quia enim invenimus Socratem et Platonem et multos alios esse indifferentes quantum ad albedinem, accipimus hoc unum, scilicet album, quasi * universale quod est accidens. Et similiter quia invenimus Socratem et Platonem et alios* esse indiffcrentes quantum ad rationalitatem *, hoc unum in quo non differunt, scilicet rationale, accipimus quasi universale quod est differentia.

14. Qualiter autem hoc unum accipi possit, manifestat consequenter. Manifestum est enim quod singulare sentitur *proprie* ct *per se,* sed tamen sensus est quodammodo etiam * ipsius universalis?. Cognoscit enim Calliam non solum in quantum est Callias, sed etiam * in quantum est hic homo, et similiter Socratem in quantum est hic homo. Et exinde * est quod tali acceptione sensus ** praeexistente, anima intellectiva potest considerare hominem in utroque [r>]. Si autem ita esset quod sensus apprehenderet solum id quod est particularitatis ct nullo modo cum hoc apprehenderet universalem naturam in particulari, non esset possibile quod ex apprehensione sensus causaretur in nobis cognitio universalis. Et hoc idem manifestat consequenter in processu qui est a speciebus ad genus. Unde * subdit quod iterum in his, scilicet in homine et equo, anima stat per considerationem quousque perveniatur ad aliquid ψ impartibile in cis, quod est universale. Ut puta consideramus tale animal et tale, puta hominem et equum, quousque perveniamus * ad commune animal, quod est genus; et in*hoc similiter facimus quousque perveniamus ad aliquod genus superius. Quia igitur universalium cognitionem accipimus cx singularibus, concludit manifestum esse quod necesse est prima universalia principia cognoscere per inductionem. Sic enim, scilicet per viam in-

· n: «t

· n: *et muttos*

* Codd. - p: *ra-*
m/humaniStem.

· codd., exc. n,-
‘ ?

· *Etiam* om. *.

*Codd.,exc.BB..

s. m. c: *ex tali.*
” Codd.- *p: sen-*
tu.

caitlneisôcra-
·/

· codd.-r: <·/,.
°' i"ando·
ψ

◆codd.-r:per-
^ex^dd.

τ) *Posset autem aliquis credere* etc. – Haec est altera pars (cf. not. p), in qua enucleatius Aristoteles disserit de cognitione primorum principiorum in nobis. Detur ergo sensus, ct cum sensu memoria; hucusque nonnisi singularia habemus, quae principia esse non possunt, quamvis principiorum universalia in se contineant. Nonnulli, ex illis Aristotelis verbis, αι εξΐΐ ... γινονται... από αΐσΟήσεω , occasionem sumpserunt calumniandi ipsum, quasi deduxerit intelligentiam a sensu, ac proinde docuerit sensationem in phantasma ex se converti, phantasma in memoriam, memoriam in experimentum, experimentum denique in principium artis ct scientiae; aliis verbis, omnes nostras cognitiones revera non esse nisi sensationes transformatas, ut Condillac docuit in suo de origine nostrarum idearum systemate. Verum Aristoteles nil habet commune cum sensismi et materialism! placitis. Vult quidem in nobis praeexistere sensitivam cognitionem cognitioni principiorum; sed ulterius postulat facultatem sensibus superiorem, nempe intellectivam, quae sit capax abstrahendi universalia a sensibilibus eaque intelligent!!, ut iam supra not. cit. innuimus. Ait enim: H' δε ψυχή υπάρχει τοιαύτη ουσα οΐα δύναaOαι πάσχειν τούτο. Antonius Rosmini *(Aristotele esposto ed csaminato)* affert hunc Aristotelis locum ad refutandos quos hic supra memoravimus, atque concludit: *Non e dunque il solo senso, cite possa fare tutto cib che in fine agli Analitici posteriori describe, ma it senso in un"anima intellettiva* (Op. cit., lib. I, cap.tx, n. 92, pag. 120). Quamvis autem extensive actiones intellectivae *sensus* quandoque appellentur, nihilominus ab hoc vocabulo, ne acquivocationi ansa praebeatur, abstinendum esse in praesenti censeo; praesertim quia in verbis Aristotelis praecitatis illud vocabulum non occurrit, neque ullo modo verba ista referenda sunt ad praecedentia, ἀπό αίσΟήσεω;, sed de facultate intellectiva omnino diversa a sensu sunt exponenda, uti exponuntur a s. Thoma: « Simul cum sensu *(quae est materia causae universalium)* oportet » praesupponere talem naturam animae, quae possit pati hoc, idest quae » sit susceptiva cognitionis universalis (cf. 1 *Perih.,* lect. 11, n. 6 et not. 0), » quod quidem fit per intellectum possibilem *(dicit « possibilem », qui » est facultas essentialiter intellectiva, spiritualis et propria animae; » non dicit 1 intellectum passivum », quo nomine designantur imagi- » nativa et aestimativa, et qui ideo est facultas sensitiva, propria ani- » malis, non animae intellectivae.* – Cf. 1 *Perih.,* loc. cit.); et iterum » quod possit agere hoc secundum intellectum agentem, qui facit intel- » ligibilia in actu per abstractionem universalium a singularibus. » Intellectus ergo solus accipit universale; ct ideo solus intellectus est causa vere efficiens universalium cx singularibus.

υ) *Sufficiat ad causandum* etc. – FI: *ad causandum sufficiat cognitionem intclligibilium* (F, *intellectivam?);* M: *ad causam cognitionis intellectivae principiorum; S; ad causandum cognitionem intellectualem princip.;* ceteri codd., exc. G: *ad causandum cognitionem intelligibilem principiorum.*

tp) *Sensus est quodammodo etiam ipsius universalis.* – Et hoc datur infra ut conditio sine qua non ad accipienda per intellectum universalia. Et re sane vera, quoties obiectum aliquod sensibile sensibus nostris obversatur, percipiuntur primo et per se quidem accidentia individua, quae sunt obiecta propria cuiusque sensus, secundario vero et per accidens individua substantia, quae est revera sub illis accidentibus (Cf. lib. 1, lect. xxx, not. α). Accidens autem individuum dari nequit, nisi simul habeat naturam ipsius accidentis specifici, per quam in tali specie accidentis constituitur. Pari ratione non potest dari individua substantia, nisi detur in ipsa species substantiae, hoc est universale specificum quo constituitur in determinata substantiae specie. Imo quamvis universale obiective et in se a mente nostra consideratum non sit singulare, tamen quatenus est in hoc vel illo singulari, non distinguitur nisi ratione ab ipso, et est idem realiter cum eo: non enim homo prout est in Petro est quid realiter distinctum a Petro, sed est unum ct idem realiter; quae identitas realiter et vere affirmatur, cum dicitur, *Petrus est homo* (cf. Opusc. *De ente et essentia,* cap. m). Ergo eo ipso quod sensus attingit singulare in concreto, attingit aliquo modo etiam universale, non quatenus formaliter est universale, sed quatenus in singulari est universale (cf. lib. I, lect. xvt, not. x); et eo ipso quod singulare est praesens animae, etiam universale est praesens, non quidem fonnalitcr ct in ratione cognoscibilitatis, sed materialiter ct in ratione realitatis, quatenus realiter est in singulari. Habetur autem universale formaliter et praesens praesentia cognitionis, quando ab intellectu consideratur praeter illud singulare. Sed ex his manifestum est quod non posset universale considerari praeter singulare in quo est, si sensus non exhiberet in singulari ipsum universale. Profunda ergo et vera est illa sententia s. Thomae, quod si sensus apprehenderet solum id quod est particularitatis, et nullo modo cum hoc apprehenderet universalem naturam in particulari, non esset possibile quod ex apprehensione sensus causaretur in nobis per intellectum cognitio universalis.

χ) *Solum id quod est particularitatis* etc.-A: *particularis;* BO: *particulare.* – P: *apprehenderet universale in particulari.* Nostram lectionem omnes codd. habent.

ψ) *Perveniatur ad aliquid.* – Codd., exc. S, *inveniatur aliquid impartibile;* S: *inveniat,* et ita se corrigit aman. K.

ductionis, sensus facit universale intus in anima ", jn quantum considerantur omnia * singularia.

15. Deinde cum dicit: *Quoniam autem eorum* etc., solvit primas duas quaestiones *, utrum scilicet primorum principiorum sit scientia, vel aliquis alius habitus. Circa quod ex praemissis* accipit** quod cognitio principiorum pertinet ad intellectum, cuius est cognoscere universale: nam universale dicit esse principium scientiae. Circa intellectum autem sunt duo genera habituum habentium se aliqua- ''ter * acl vcram **· Quidam enim sunt semper verb vcr0 ›nterdum recipiunt falsitatem, ut patet dc opinione et ratiocinatione, quae potest esse et * ver' et fals'· Sunt etiam ** et quidam habitus erronei, se habentes ad falsum. Quia vero principia sunt maxime vera, manifestum est quod non pertinent ad habitus qui semper sunt falsi *, neque etiam ad habitus qui interdum recipiunt falsitatem, sed solum ad habitus qui sunt semper veri, Huiusmodi' autem sunt scientia et intellectus αα. Additur autem in VI * *Ethic,* tertium **, scilicet sapientia : sed quia sapientia, ut ibidem * dicitur, comPrehendit in se scientiam et intellectum (est enim quaedam scientia et caput scientiarum), hic eam praetermittit. Hac ergo praetermissa, nullum aliud genus cognitionis quam intellectus, est certius scientia. Manifestum est autem quod principia demonstrationum sunt notiora conclusionibus demonstratis, ut in primo * habitum est. Non autem * potest esse sciēntia ipsorum principiorum, quia omnis scientia fit ex aliqua ratiocinatione, scilicet demonstrativa, cuius sunt principia illa de quibus loquimur. Quia igitur nihil potest esse verius quam scientia ct intellectus (nam sapientia in his intelligitur), consequens est ex * consideratione praemissorum quod principiorum proprie sit intellectus. Probat hoc etiam alia ratione, quia scilicet demonstratio non est ex necessitate demonstrationis principium; alioquin procederetur in demonstrationibus in infinitum, quod in primo * improbatum est. Cum igitur demonstratio scientiam causet, sequitur quod neque scientia possit esse principium scientiae, ita scilicet quod principia scientiarum per scientiam cognoscantur. Si igitur nullum aliud genus cognitionis praeter scientiam habemus quod semper sit verum, relinquitur quod intellectus erit principium scientiae, quia scilicet per intellectum cognoscuntur principia scientiarum 77; ita scilicet * quod hic intellectus, qui est principium scientiae, est cognoscitivus principii, ex quo procedit scientia *. Hoc autem, scilicet scientia,' est *omne,* ' idest totum, quod sīmīliter se habet ad omnem rem, idest ad totam materiam de qua est scientia, sicut scilicet intellectus ad principium scientiae

ω n: *atiqua.* · cr· η·3· ■■Codd *upuur.* ™α.ʻıTi'kcti x1iv, n.11. ',E'.ëïa^ - ac cum Fams om. · * erron..· *feri* «x · cap. m, m i. - *tertia* comment s'ïh'· lect.v. ‘Codd., exc.ch,- *P: prmcipto.* -· ◆. =λ»;βoπ›. ?3 · Lect. xxxm, seqq' , „ „.ττ Codd.etcd.aitc- *MeUectu,*. ' cf. iib.i, iect. xxxvi, n. ll. ss

ω) ***Sensus facit universale intus in anima.*** **– Intellige, iuxta explicata, sensus facit universale non formaliter et ut causa efficiens, sed materialiter, quatenus ab eo est singulare, in quo intellectus colligit universale. « Ex parte phantasmatum intellectualis operatio a sensu cau- » satur. Sed quia phantasmata non sufficiunt immutare intellectum pos- › sibilem, sed oportet quod fiant intclligibilia actu per intellectum » agentem, non potest dici quod sensibilis cognitio sit totalis et perfe- » cta causa intellectualis cognitionis, sed magis quodammodo est ma- » teria causae » (P. I. qu. i.xxxiv. artic. vi).**

In primo libro, lect. xxx, not. o. de eorumdem principiorum cognitione loquendo, diximus cum s. Thoma eam acquiri ope sensuum, quatenus ope sensuum habetur a nobis illorum terminorum cognitio. Et hinc ministerio sensuum intellectus acquirit cognitionem principiorum saltem quoad illorum incomplexionem, hoc est quoad terminos, ex quibus veluti ex elementis incomplexis coalescit iudicium, quod est principium complexum. – Sed movetur quaestio utrum etiam quoad eorum complexionem, quatenus nempe principium importat' iudicium, hoc est compositum ex terminis, ope sensuum principia ipsa ab intellectu nostro acquirantur. Caietanus respondet affirmative, et pro sua sententia ita argumentatur : « Oportet ponere aliquod motivum et determinativum intellectus ad talem complexionem faciendam: termini autem accepti, licet si componerentur haberent ex se evidentiam, non sufficiunt tamen ad movendum (etr) determinandum intellectum ad hanc compositionem potius quam illam. Experimur namque continue in nobis ipsis, quod habemus diu multorum terminorum conceptus absque notitia principiorum complexorum, quae ex illorum terminorum coniunctione constat. Fateor enim me cognovisse quid aequale, quid demere, et quid remanet, nescivisse tamen hoc principium: si ab aequalibus aequalia demas, quae remanent sunt aequalia; et similis ratio est in aliis. Oportet ergo ultra conceptus terminorum incomplexorum, ponere aliquod determinativum seu motivum intellectus ad talem compositionem faciendam. Tale autem motivum oportet esse sensum, quoniam ante cognitionem principiorum Aristoteles nullum motivum intellectus novit nisi sensum. Ergo necessario cognitio complexa principiorum praeexigit sensitivam experimentaient. Et confirmatur, quoniam cum ex eisdem terminis variae possint fieri compositiones, ut manifestum est, nisi cognitio experimentalis determinet intellectum ad hanc compositionem, non erit maior ratio quare intellectus acquirat hanc cognitionem complexam, quam vocamus principium, ex illis terminis magis quam aliam etc.... Ad rationem autem... in oppositum, dicitur quod principia sunt evidentia ex propriis terminis, sic iam compositis, vel (et idem est) si taliter componantur eorum termini ab intellectu ; sed taliter componi nequeunt absque experimento determinativo intellectus ad hoc etc. Unde quando dicitur quod principia ex solis terminis lumine intellectus cognoscuntur, non excluditur adminiculum sensus, sed tantummodo termini medii: sic enim principia cognoscimus in quantum terminos cognoscimus, quia absque alio medio termino complexum illud, quod principium est, evidens est; et non quia absque experimentali complexione compositio intellectus fiat etc. Ex his autem quae diximus, nullus arbitretur meae opinionis esse quod omnem compositionem intellectus oporteat praecedere compositionem experimentalem similem illi etc.: hoc enim non teneo, neque sequitur ex dictis; sermo enim noster versatus est circa generationem illius compositionis intellectus, quae non fit ex praeexistenti habitu, et non circa omnem » (In ll *Poster.,* cap. xm, § *Circa conclusionem responsivam* etc., fol. 92, coli. 3, 4, – 9.3, coi. 1).

αα) ***Sunt scientia ct intellectus.* **– Hic sumuntur scientia et intellectus ut habitus. Et hinc habes confirmata a s. Thoma quae diximus in primo libro, lect. xxxvi, not. 0. – Addendum ex ipso s. Doctorc quod ‹ hoc nomen intellectus quandoque significat rem intellectam, sicut no- » mina dicuntur significare intellectus ; quandoque vero ipsam intcllecti- » vam potentiam; quandoque vero habitum quemdam *('sicut cum di- . cimus quod intellectus est habitus principiorum);* quandoque vero » actum *('sicut cum dicimus quod intellectus est cognoscitivus princi- . pii)* » QQ. Dispp. *De veritate,* qu. xvn, *Dc conscientia,* artic. 1. Quia igitur nomen intellectus *ad ista quatuor aequivocatur* (ib.), necesse est ut quo sensu accipiatur quoties occurrit, recte determinetur.**

β,3) ***Probat hoc etiam.* **– *AKQS·. Probat autem hoc;* CDHLNOT: *etiam hoc;* EFI om. *etiam;* G: *Et hoc etiam probat ;* M: om. *hoc etiam.***

γγ) ***Intellectus erit principium scientiae, quia scilicet per intellectum cognoscuntur principia scientiarum.* **– Tria in hac s. Thomae sententia distincte ponuntur, quibus explicatur sensus quo dicitur intellectus esse habitus principiorum. Nempe *intellectus* (facultas intellectiva) est principium scientiae, quatenus per *intellectum* (hoc est per actionem intellectivam, ut distinguitur a ratiocinio) cognoscuntur *principia,* sive complexa sive incomplexa, ex quibus demonstrantur conclusiones, quae sunt obiecta scientiae proprie dictae. – Nonnulli apud antiquos et recentiorcs (cf. lib. 1, lect. xxxvi, not. 0) dixerunt, ex Aristotele et s. Thoma habitum principiorum esse intellectum agentem, qui etiam *lumen* dicitur, et ideo nobis inditum esse lumen subiectivo-obiectivum ; verum hanc falsam interpretationem ipsemet s. Thomas ex professo reiicit lib. ll *Contra Gentiles,* cap. 1 xxviii. – Cf. Ferrar. ib.**

S3) ***Ad principium scientiae.* **– Codd. ACDEFH1KLMN0T addunt tanquam ad textum s. Thomae pertinentia: *Et in hoc terminatur* (A, *determinatur) expositio* (O, *scientia) libri Posteriorum Aristotelis* (hic sistunt MO), *ad honorem Christi, qui est Deus* (H om. *Deus) benedictus in saecula* (T, *saec. saeculorum). Arnen.* – B: *Et in hoc terminatur expositio libri Poster. Aristotelis. Deo gratias. Arnen.* – S: *Et in hoc terminatur expositio libri Poster., ad honorem Christi filii .Variae Virginis, qui est Deus omnipotens in saecula benedictus. Arnen.***

INDEX

EORUM QUAE IN HOC VOLUMINE CONTINENTUR

ACTA APOSTOLICA

De philosophia Christiana ad mentem sancti Thomae Aquinatis Doctoris Angelici in scholis catholicis instauranda..... *pag.* i-xvi

De Academia s. Thomae Aquinatis Romae instituenda, deque nova omnium Operum eius editione curanda » xvii-xxt

De Operibus s. Thomae Aquinatis iussu et auctoritate Leonis XIII Pont. Max. ex integro edendis.» xxur-xxvi

De sancto Thoma Aquinate Patrono caelesti studiorum optimorum cooptando..... » xxvn-xxxt

IN OMNIA OPERA DIVI THOMAE AQUINATIS APPARATUS GENERALIS

Praefatio *pag.* xxxv-xxxix

Vita s. Thomae Aquinatis Ordinis Praedicatorum (ex Echardo, *Scriptores Ordinis Praedicatorum*, ad annum 1274)..... » xti-xurr

De Gestis et Scriptis ac Doctrina sancti Thomae Aquinatis dissertationes criticae et apologeticae fr. Io. Francisci Bernardi De Rubeis Ordinis Praedicatorum..... » xlv-cccxlvi

IN LIBROS PERIHERMENEIAS

EXPOSITIO

Praefatio..... *pag.* 1 1

Epistola nuncupatoria..... *pag.* 5

LIBER L

CAP. I.

LECTIO PRIMA

Prooemium..... *pag.* 7

LECTIO SECUNDA

De vocum significatione..... » 11

LECTIO TERTIA

De diversa vocum significatione..... » 15

cap. n.

LECTIO QUARTA

De nomine..... » 19

cap. m.

LECTIO QUINTA

De verbi natura et eius convenientia ad nomen . . » 23

CAP. iv.

LECTIO SEXTA

De principio formali enunciationis, quod est oratio. » 29

LECTIO SEPTIMA

De enunciationis definitione..... » 33

capp. v, vi.

LECTIO OCTAVA

De divisione enunciationis in simplicem et compositam, affirmativam et negativam..... » 35

LECTIO NONA

De oppositione affirmationis et negationis absolute. » 42

cap. vn.

LECTIO DECIMA

De divisione propositionum cx parte subiecti, deque oppositione affirmationis et negationis in propositionibus universalibus et in indefinitis..... *Pag-* 4$

LECTIO UNDECIMA

De oppositione inter propositiones universales et particulares, deque modo quo se habent affirmatio et negatio oppositae ad verum et falsum - - - - » 5z

cap. vni.

LECTIO DUODEÇIMA

Quod uni affirmationi una sola negatio opponitur. » 56

cap. ix.

LECTIO DECIMATERTIA

De veritate et falsitate in oppositis propositionibus singularibus de futuro in materia contingenti. .» 5g

LECTIO DECIMAQUARTA

Iterum de propositionibus singularibus de futuro in materia contingenti, de contingentia in rebus, deque contingentiae radicibus..... » 64

LECTIO DECIMAQUINTA

Ex modo quo veritas se habet circa res concluditur qualiter veritas se habeat circa propositiones . .» 72

LIBI I II.

cap. x.

LECTIO PRIMA

De distinctione et ordine simplicium enunciationum, in quibus nomen finitum vel infinitum ponitur tantum ex parte subiecti..... *pag.* y5

LECTIO SECUNDA

De numero et habitudine inter se simplicium enunciationum de tertio adiacente, in quibus praedicatur verbum *est* et subiicitur nomen finitum non universaliter sumptum..... *pag.* 79

IN RELIQUUM LIBRI SECUNDI PERI HERMENEIAS

COMMENTARIA CARDINALIS CAIETANI

LECTIO TERTIA

De numero et habitudine enunciationum in quibus praedicatur verbum *est* et subiicitur nomen finitum universaliter sumptum, vel nomen infinitum, et in quibus praedicatur verbum adiectivum. *pag.* 87

LECTIO QUARTA

Nonnullae circa ea quae dicta sunt dubitationes moventur ac solvuntur..... » 92

CAP. XI.

LECTIO QUINTA

De multiplicitate enunciationum iuxta quosdam modos, quibus non unam, sed plures esse contingit unam enunciationem..... » 96

LECTIO SEXTA

Ex aliquibus divisim praedicatis de subiecto sequitur enunciatio de eisdem coniunctim in eodem subiecto, ex aliquibus autem non sequitur ---» 99

LECTIO SEPTIMA

An ex enunciatione habente plura praedicata coniunctim inferre liceat enunciationem quae eadem praedicata divisim continet..... » 102

CAP. XII.

LECTIO OCTAVA

De propositionibus modalibus earumque inter se oppositione ..... » io5

LECTIO NONA

De negatione apponenda non verbo sed modis in contradictionibus propositionum modalium . . . *pag.* 108

CAP. xm.

LECTIO DECIMA

De propositionum modalium consequentiis..... » 110

LECTIO UNDECIMA

An ad illud quod est, *necessarium esse,* sequatur id quod est, *possibile esse ?*..... » 115

LECTIO DUODECIMA

Declaratis potentiis quae aequivocae dicuntur, sumitur ratio *impossibilis* ad determinandum quodnam ex possibilibus ad *necessarium* sequatur..... » 117

CAP. xiv.

LECTIO DECIMATERTIA

Contrarietas in animi opinionibus constituitur ex aliqua veri falsique oppositione..... » 120

LECTIO DEC1MAQUARTA

Illa veri falsique oppositio, quae opinionum contrarietatem constituit, est oppositio secundum affirmationem et negationem eiusdem de eodem . .» 123

IN LIBROS POSTERIORUM ANALYTICORUM

EXPOSITIO

Praefatio..... *pag.* 131

LIBER 1.

CAP. 1.

LECTIO PRIMA

Prooemium – De necessitate praecognitionis in omni doctrina et disciplina intellectiva..... *pag.* 137

LECTIO SECUNDA

De modo et ordine praecognitionis necessariae ad scientiam acquirendam..... » 142

LECTIO TERTIA

De praecognitione conclusionis..... » 146

CAP. π.

LECTIO QUARTA

De natura syllogismi demonstrativi..... » 149

LECTIO QUINTA

De propositionibus primis et immediatis..... » τ56

LECTIO SEXTA

De immediatorum principiorum cognitione..... » 160

CAP. ni.

LECTIO SEPTIMA

Duo errores, quorum primus est, quod nullius rei sit scientia; alter, quod omnium possit haberi scientia per demonstrationem.-Excluditur primus error..... » i63

LECTIO OCTAVA

Alter error excluditur ostendendo quod non contingit circulariter demonstrare..... » 166

CAP. tV.

LECTIO NONA

De principio quod est, *dici de omni*..... » 172

LECTIO DECIMA

De altero principio quod est, *dici per se* ---- .

LECTIO UNDECIMA

De tertio principio quod est, *dici ut universale,* et de modo quo *universali* utitur demonstratio . . *pag.* >79

CAP. v.

LECTIO DUODECIMA

Quo modo in acceptione universalis errare contingat. › 182

cap. vi.

LECTIO DECIMATERTIA

Demonstratio procedit ex necessariis..... › 187

LECTIO DECIMAQUARTA

Demonstratio est de his et ex his quae sunt *per se.* › 193

cap. vn.

LECTIO DECIMAQUINTA

Demonstratio non potest transire de uno ad aliud genus extraneum..... › 196

cap. vni.

LECTIO DECIMASEXTA

Ostenditur demonstrationem esse de perpetuis, non autem de corruptibilibus..... › 200

cap. ix.

LECTIO DECIMASEPTIMA

Demonstratio procedit non ex communibus, sed ex propriis principiis rei demonstratae..... » 204

cap. x.

LECTIO DECIMAOCTAVA

De differentia inter principia et non principia, principia communia et propria. . ..... » 208

CAP. XI.

LECTIO DECIMANONA

Dc differentia principiorum communium ab invicem, *pag.* 212

LECTIO VIGESIMA

Quomodo demonstrativae scientiae se habeant ad principia communia..... » 2r5

CAP. xn.

LECTIO VIGESIMAPRIMA

De interrogationibus, responsionibus et disputationibus in qualibet scientia propriis..... » 219

LECTIO VIGESIMASECUNDA

Quod in qualibet scientia sunt propriae deceptiones et ignorantiae..... » 222

cap. xni.

LECTIO VIGESIMATERTIA

De differentia inter demonstrationem *quia* et *propter quid* in eadem scientia; ac de demonstratione *quia* per effectum..... » 229

LECTIO VIGESIMAQUARTA

De demonstratione *quia* per non immediata ---- » 233

LECTIO VIGESIMAQUINTA

De differentia demonstrationis *quia* a demonstratione *propter quid* in diversis scientiis sive subalternatis, sive non subalternatis..... » 236

capp. xrv, xv.

LECTIO VIGESIMASEXTA

Syllogismus demonstrativus maxime fit in prima figura. - De propositione negativa tum mediata tum immediata..... » 241

CAP. XVT.

LECTIO VIGESIMASEPTIMA

De syllogismo, per quem inducitur in nobis ignorantia vel deceptio. Et primo, quomodo circa prima et immediata causatur ignorantia qua existimatur esse, quod non est..... » 246

LECTIO VIGESIMAOCTAVA

De syllogismo ignorantiae, quo in Ia et in IIa figura concluditur negativa falsa contraria affirmativae immediatae..... » 25o

CAP. XVII.

LECTIO VIGESIMANONA

De syllogismo ignorantiae in propositionibus mediatis..... » 254

CAP. XVIII.

LECTIO TRIGESIMA

De ignorantia simplicis negationis..... » 258

CAP. XIX.

LECTIO TRIGESIMAPRIMA

Quaestiones moventur an sit stare in extremis et mediis syllogismi demonstrativi, vel sit possibilis processus in infinitum..... » 261

capp. xx, xxi.

LECTIO TRIGESIMASECUNDA

Dubitatio quae est de processu in infinitum in mediis reducitur ad dubitationem quae movetur de extremis. Item dubitatio quae est de processu in infinitum in demonstrationibus negativis reducitur ad dubitationem quae est de affirmativis ---- *pag.* 266

CAP. XXII.

LECTIO TRIGESIMATERTIA

Logice ostenditur demonstrationes non posse procedere in infinitum in praedicatis quidditativis. - Praenotamina quaedam ad solvendam universaliter quaestionem de processu in infinitum in praedicatis affirmativis..... » 271

LECTIO TRIGESIMAQUARTA

Per logicas rationes ostenditur universaliter quod in praedicatis affirmativis non proceditur in infinitum, neque per modum circulationis, neque secundum rectitudinem in sursum vel deorsum. .» 276

LECTIO TRIGESIMAQUINTA

Ostenditur analytice quod in praedicatis non est in infinitum procedere, neque in sursum neque in deorsum..... » 281

cap. xxm.

LECTIO TRIGES1MASEXTA

Corollaria quaedam ex dictis..... » 284

cap. xxiv.

LECTIO TR1GESIMASEPTIMA

Utrum demonstratio universalis potior sit demonstratione particulari? - Disputatur pro parte negativa ..... » 290

LECTIO TRIGESIMAOCTAVA

Demonstratio universalis potior est demonstratione particulari..... » 294

cap. xxv.

LECTIO TRIGESIMANONA

Demonstratio affirmativa est potior negativa . . '. . » 298

cap. xxvi.

LECTIO QUADRAGESIMA

Demonstratio negativa ostensiva potior est demonstratione ducente ad impossibile..... » 3oi

CAPP. XXVII, XXIX.

LECTIO QUADRAGESIMAPRIMA

De comparatione scientiae ad scientiam secundum certitudinem, et secundum unitatem et pluralitatem ..... » 3o3

CAPP. XXX, XXXI.

LECTIO QUADRAGESIMASECUNDA

Scientia non est de rebus fortuitis, neque de rebus quae cognoscuntur per sensum..... » 3oq

CAP. xxxn.

LECTIO QUADRAGESIMATERT1A

Non eadem sunt principia omnium syllogismorum. » 313

capp. xxxiii, xxxrv.

LECTIO QUADRAGESIMAQUARTA

De comparatione scientiae ad alios cognoscendi modos..... » 318

LIBER II.

CAPP. I, II.

LECTIO PRIMA

Quatuor sunt quaestiones ad scientiam pertinentes, et omnes sunt quaestiones medii.....*pag.* 325

CAP. in.

LECTIO SECUNDA

Utrum definitio significans quod quid est possit demonstrari .....33i.....

cap. rv.

LECTIO TERTIA

Utrum quod quid est, quod est definitionis significatum, possit demonstrative probari per acceptionem convertibilium terminorum..... *pag-* 335

cap. v.

LECTIO QUARTA

Utrum quod quid est possit demonstrari per viam divisionis.....339.....

CAPP. VI, VII.

LECTIO QUINTA

Utrum possit demonstrari quod quid est accipiendo id quod requiritur ad quod quid est..... *pag.* 343

LECTIO SEXTA

Utrum quod quid est possit ostendi demonstratione vel definitione..... » 346

CAP. VIII.

LECTIO SEPTIMA

De duobus modis, logico et demonstrativo, manifestandi quod quid est..... » 350

CAP. IX.

LECTIO OCTAVA

Non est possibile in omnibus accipere quod quid est per demonstrationem. - Quomodo se habeat definitio ad demonstrationem..... » 355

CAP. X.

LECTIO NONA

Propter quid potest manifestari in quatuor generibus causarum..... »

CAP. XI.

LECTIO DECIMA

Quomodo in demonstratione accipiatur propter quid, seu causa quae est simul cum eo cuius est causa. - Praenotamen ad alteram quaestionem de causa quae non est simul cum effectu..... » 354

LECTIO UNDECIMA

Quomodo per demonstrationem accipiatur causa quae non est simul cum effectu..... » 361

CAP. XII.

LECTIO DUODECIMA

Quomodo in demonstratione accipiatur causa quae non est simul cum effectu in iis quae circulariter fiunt; et qualiter diversimode demonstretur per causam in his quae sunt semper, et in his quae sunt ut frequenter..... *Pag.* 371

LECTIO DECIMATERTIA

Qualia esse oporteat ea quae constituunt definitionem significantem essentiam rei..... » 373

LECTIO DECIMAQUARTA

De divisione generis ad investigandum ea quae ponenda sunt in definitione..... » 377

LECTIO DECIMAQUINTA

Duo errores excluduntur. - Quae secundum rei veritatem requirantur ad constituendam definitionem per viam divisionis..... » 380

LECTIO DECIMASEXTA

De modo investigandi definitiones per similia et dissimilia ..... » 383

CAP. XIII.

LECTIO DECIMASEPTIMA

De modo investigandi propter quid circa singula problemata; deque convenientia problematum in eo quod est propter quid, tum quoad unitatem medii, tum quoad ordinem mediorum..... » 386

CAP. XIV.

LECTIO DECIMAOCTAVA

De coexistentia causae ad causatum quantum ad simultatem consecutionis..... » 389

LECTIO DECIMANONA

Utrum ad unitatem causae sequatur unitas effectus, et e converso..... » 392

CAP. XV.

LECTIO VIGESIMA

Quomodo cognoscantur a nobis prima principia demonstrationis..... » 397

INDEX ALPHABETICUS

EORUM

QUAE IN COMMENTARIIS DIVI THOMAE

SUPER

ARISTOTELIS LIBRUM PERIHERMENEIAS

CONTINENTUR

Signa — Litteris romanis maioribus indicatur *liber;* minoribus *lectio;* numeralibus arabicis *paragraphus.* Aristotelis opera litteris italicis designantur.

A

Accidbns — Est ens per aliud et in alio. 1, vm, 6. – In definitione omnium accidentium oportet poni subiectum. I, iv, 5. – Quomodo definiantur in abstracto et in concreto? *ibid.* ~ Accidens *de* subiecto praedicatur et *in* subiecto est. I, v, 9. *Cf.* Boethius. – Omne accidens accidit alicui subiecto per se existent!. I, xiv, i3.-Non est univocum cum substantia. I, v;n, 6. – Natura est ea posterior, *ibid.*- *Quod est* per accidens. *Vide* Ens. – *Effectus* per accidens. *Vide* Effectus.

Actio — Consistit in motu. I, iv, 7. – Potest significari tripliciter. I, v, 5. – Actiones nobis notae sunt in tempore. 1, v, 7. – De ratione actionis, quatenus actionis, est ut inhaereat. I, v, 5, 8.– In instanti non est actio. 1, v, 12.

Actus — Quid significet habere dominium sui actus. I, xiv, 5.

Adverbium — Adverbia temporis. *Vide* Tempus.

Aeouivocum — Nomen aequivocum. *Vide* Nomen.

Aeternitas — Est tota simul. I, xtv, 20. – Deus est in aeternitate, *ibid.*

Affirmatio — Idest *Enunciatio affirmativa.* Definitur ab Aristotele. I, viii, 21. II, 1, 2.- Est per modum compositionis. I, I, 10. vm, 21. – Quare dicatur compositio. 1, m, 4.– Significat *esse.* I, 1, 10. vm, 3, 19, 21. ix, 2. x, 18.- Significare esse est proprium illi, et eius differentia specifica. I, vm, 21.- Significat compositionem intellectus. I, vm, 3.- Non est pars integratis enunciationis. 1,1, 7.- Sed est species eius. I, 1, 7, 10. vm, 6, 21. ix. 2. x, 10. *Cf.* Alexander. – Ex aequo cum negatione dividens eam. I, 1. 10. vm. 6.-Et sic simul natura cum negatione. I, 1, 10. – Secundum propriam rationem prius est negatione. I, i, 10. vm, 3, 4, 6. II, 1, 5.-Et quidem triplici modo. I, vm, 3.—Affirmatio est vera et falsa. I, ix, 3. xm, 12.-Affirmatio vera et falsa definitur. I, ix, 3. – Affirmatio una, quae sit. I, xn, 7, 8, 9. II, t, 2. – Affirmatio et negatio oppositae sunt *secundum se.* I, ix, 6. – Contingit omne quod quis negaverit, affirmare, *ibid.*-*Vide* Contradictio, Contrarif.tas Propositionum, Enunciatio, Negatio, Oppositio Enunciationum.

Agere — Est in tempore. I, v, 10. – Sicut etiam eius privatio, *ibid.* – Agere *simpliciter* et *secundum quid.* I, v, 12. – Agere est quaedam res. I, v, i5.

Alexander — Tenet, litteras sic dici et in prolatione et in scriptura; in prolatione autem magis proprie elementa vocis nominari. I, 11, 7. – Non approbatur eius expositio textus in hoc loco. *ibid.* – Male explicat quare Aristoteles dicat: *Neque si* ens *ipsum nudum dixeris, ipsum quidem nihil est.* I, v, 19.-Erronee docet *ens* aequivoce dici de decem praedicamentis; et aequivocum per se positum nihil significare. I, v, 19.—Potest dici, secundum Alexandrum, quod definitio orationis ab Aristotele data, sit pro oratione in communi. 1, vi, 4. – Negat affirmationem et negationem esse species orationis; quare. |, vui, 5, 20.-Solvitur difficultas. I, vm, 6, 21. – Approbatur eius expositio contrarietatis enunciationum indefinitarum. I, x, 22. – Censet litteram Aristotelis esse corruptam. II, 11, 15.

Aliquis — Quid designet signum *aliquis.* I, x, 13. – Quare dicatur indicare individuum vagum. *ibid.*

Ammonius — Dicit, infinitum nomen posse dici de ente et non ente. I, iv, i3. – Secundum eum, Aristoteles primo communius definit nomen, postmodum vero significationem eius arctat. 1, iv, 16. – Explicat secundam particulam in definitione nominis positam: *cuius pars nihil extra significat.* I, v, 3. – Interpretatur verba Aristotelis: *neque si ipsum* ens *nudum* etc. I, v, 19. – Falso tamen. *ibid.* – Potest dici, secundum Ammonium, Aristotelem definivisse orationem in communi I, vi, 4. – Recte asserit, Aristotelem non definire, sed dividere enunciationem his verbis: *est autem simplex enunciatio* etc. 1, vm, 21.—Dicit, ipsum Aristotelem *contradictionis* nomen imposuisse oppositioni affirmationis et negationis. I, ix, 7. – Refert, aliquos Aristoteli contradixisse, ponentes quod indefinita negativa semper sit accipienda pro universali negativa. I, xi, 9. – Dat falsam interpretationem litterae Aristotelis circa simplicium enunciationum de tertio adiacente numerum et habitudinem ad invicem, a quibusdam antiquis traditam. II, 11, 8. – Sua interpretatio eiusdem. II, 11, g, 10, 11. – Subtilis, sed aliquantulum distorta. II, 11, 12.- Virtus enunciationis quousque se extendat. II, n, 9.

Andronicus — Quare posuerit librum *Perihermeneias* non esse Aristotelis. I, n, 6. – Respondetur eius argupiento. *ibid.*

Animalia — Animalia per quasdam voces, suas conceptiones sibi invicem manifestant. I, 11, 2, – Quaedam non habent vocem. I, iv, 11.– Quomodo talia exprimant proprias passiones. *ibid.* – Animalia bruta quodam naturali instinctu moventur ad agendum. I, xiv, 5.

Appetibile — *Vide* Bonum.

Aristoteles — Auctor libri *Perihermeneias.* I, n, 6. – Sequentia eius opera citantur. Liber *Praedicamentorum.* I, vn, 3. x, 3. – II *Perihermeneias.* I, x, 21.- I *Priorum.* II. n, 8. – I *Elenchorum.* I, ix, 9. – I *Physic.* I, m, 8. xi, 9. – II *Physic.* I, xiv, 13, 24.-III *Physic.* I, xi, g. – IV *Physic.* I, xiv, 10. – VI *Physic.* 1, v, 10. – *De Somno et Vigilia.* I. xiv, 14. – I *De Anima.* I, n, 6. – II *De Anima.* I, i, g. iv, 3.- III *De Anima.* I, 1, 1. 11,6, 10. m, 2, 3, 5, g. vi, 8. x, 5. xi, ig. xiv, 14, ig. – Ult. *De Generatione Animalium.* 1,1, g. – II *De Generatione et Corruptione.* I, xm, g. – IV *Metaph.* I, 11, 10. xi, 7. II, 1, 3. – V *Metaph.* I, xiv, i3. – VI *Metaph.* 1, ni, g. vn, 3. xiv, II. – VII *Metaph.* I, vm, 10. x, 3, 6. – VIII *Metaph.* I, viii, 10. – IX *Metaph.* I, xiv, ig. – XII *Metaph.* I, m, 5. – II *Ethic.* I, 11, 5. – III *Ethic.* I, xiv, 2, 24. – VII *Ethic.* 1, xiv, 14. – I *Politicae.* I, 11, 5.

Artificialia — In quo genere sint. I, iv, 5.- Quomodo definiantur, *ibid.* – Quomodo vera et falsa. I, in, 7.- Omnia artificialia causantur ex humana voluntate et ratione. I, xi, 8.- Non sunt instrumenta virtutis corporalis, sed rationis, *ibid.*

Aspasius — Obiicit definitioni orationis ab Aristotele traditae. I, vi, 4.

B

Boethius — Definit interpretationem. 1, 1, 3. – Explicat dictum: *Eaedem omnibus passiones animae sunt.* I, 11, 10.-Admittitur, sed sensu restricto, eius interpretatio, *ibid.* – Docet, nomen infinitum posse dici de ente et non ente. I, iv, 13. – Solvit dubium de illa particula in verbi definitione posita, *ut eorum quae de subiecto vel in subiecto sunt.* I, v, g.~ Opinio eius de unitate et pluralitate enunciationis ex ordine ad significatum: de simplicitate et compositione ex ordine ad voces. I, viii, 14.-Non approbatur. I, vm, 15.-Dicit, Aristotelem simul definivisse et divisisse simplicem enunciationem his verbis: *vox significativa de eo quod est, vel de eo quod non est:* item, *de eo quod est* etc., referre ad eius divisionem in affirmationem et negationem, non ad eius definitionem. I, vm, 21. – Reprobatur haec expositio, *ibid.* – Tradit in Commento, plures opiniones de natura *possibilis* et *necessarii.* I, xiv, 8. – Refert Porphyrii expositionem litterae Aristotelis de numero et habitudine ad invicem simplicium enunciationum de tertio adiacente. II, n, 12.

Bonum — Est obiectum voluntatis. I, xiv, 23. – Bonum et appetibile sunt unum et idem. I, xiv, 16.- Quoddam bonum est propter se appetibile, et huic ex necessitate inhaeret voluntas: quaedam vero sunt appetibilia propter finem. 1, xiv, 24.- Haec comparantur ad finem, ut conclusiones ad principium. II *Physic, ibid.* – Si essent aliqua bona, quibus non existentibus, non posset aliquis esse felix, haec essent ex necessitate appetibilia; maxime apud eum qui talem ordinem perciperet, *ibid.* – Quae sint. *ibid.* – Particularia bona, In quibus actus humani consistunt, non sunt talia: habent tamen in se unde moveant appetitum. *ibid.* -Omne bonum, ex hoc ipso quod est bonum, cadit sub voluntate divina. 1, xiv, 16.

Bruta — *Vide* Animalia.

C

Casualia — Quae videntur casualia vel fortuita, reducuntur in ordinem providentiae divinae. I, xiv, 16.

Casus — *Casus nominis.* Quare sic dicantur. I, iv, 14. *Cf.* Stoici.-Non sunt simpliciter nomina. I, iv, 16.– Non significant secundum primum placitum instituentis, *ibid.* – Ratio quam significat nomen, est eadem et in casibus. I, iv, r5.- Casus nominum, etiam verbo *est* addito, non constituunt enunciationem significantem verum vel falsum. I, iv, i5. II, 1, 5. – Possunt tamen cum verbis impersonalibus. I, iv, 15. – Casus non includunt ipsum nomen. II, 1, 5. – *Cf.* Nominativus. – *Casus verbi.* Excluduntur ab eius ratione. I, iv, 12.- Consignificant tempus, et sic quodammodo -comprehenduntur sub verbis. II, 1, 5.-Qui sint. I, v, 12, 14. – Significant praeteritum et futurum. II, 1, 5. – Quare verba praeteriti et futuri temporis dicantur casus. I, v, 13.–Declinatio quae est per modos et tempora, constituit casus verbi. I, v, 14.-In casibus verbi includitur ipsum verbum praesentis temporis. II, 1, 5. – Ideoque ex casu verbi et nomine fit enunciatio. II, 1, 5.

Causa — Dividitur. 1·, in causam per se et causam per accidens. I, xiv, i3. – 2·, in necessariam et contingentem. I, xm, 9. xtv, 22. – Prima causa transcendit ordinem necessitatis et contingendae. I, xiv, 22. *Cf.* Voluntas. – Omnis causa creata cadit sub ordine necessitatis vel contingcntiae. *ibid.* – Non omnis causa est talis (etiamsi sufficiens sit) quod eius effectus impediri non possit. VI *Metaph.* I, xiv, 11. *Vide* Effectus, Stoici. – Quomodo res habeat esse in sua causa. *Vide* Futurum.

Cognitio — Fit per similitudinem rei existentem vel in sensu vel in intellectu. J, n, 9. – Nihil est cognoscibile nisi secundum qund est in actu. IX *Metaph.* I, xiv, 19. – Cognitio intellectualis abstrahit ab *hic* et *nunc.* l, n, 2.-Sensitiva respicit solum ad *hic* ct *nunc. ibid.* – Cognitio nostra cadit sub ordine temporis, vel per se vel per accidens. I, xiv, 19.-Ideoque res cognoscimus ut praesentia, praeterita, et futura, *ibid.* – Praesentia in seipsis, et aliquatenus sensibiliter, praeterita ut memorata, futura in suis causis, *ibid.* -Futura cognoscimus in suis causis, vel certitudinaliter vel coniecturaliter, prout in iis determinantur: nullo modo vero, si sint prorsus indeterminata, *ibid.* – Deus omnia quae aguntur in tempore, aeternaliter cognoscit uno intuitu, et unumquodque secundum quod est in seipso. I, xiv, 20. – Cognoscit futura non solum in suis causis, sed et in seipsis ; ideoque non quasi sibi futura, *ibid.* – Cognitio eius est infallibilis. I, xtv, ^.-Includit omnem cognitionem ; et cius cognoscibile includit omne cognoscibile. I, xiv, 16.- Divina cognitio non tollit a rebus contingendam. I, xiv, 21.

Compositio — Magis accedit ad totum quam ad partes. I, i, 10.-Si consideremus ea quae sunt circa intellectum, secundum se, semper est compositio ubi est veritas et falsitas: sed si referantur ad rem, dicitur *compositio* quando intellectus comparat unum conceptum alteri, quasi apprehendens coniunctionem aut identitatem rcrum, quarum sunt conceptiones. I, m, 4.-Talis compositio pertinet ad secundam operationem intellectus. I, 1, 1. m, 3. – Est nonnisi simplicium apprehensorum. *ibid.* – Compositio in qua est verum et falsum, non potest intelligi sine extremis compositionis. I, v, 19, 20, 21. vm, 9. – Anima in componendo necesse habet adiungerc tempus. III *De anima.* I, xiv, 19. – In compositione *vocali* perficitur oratio verum et falsum significans. I, v, 3.

Compositum — Compositorum partes sunt eorum principia. I, m, 4.

Conceptio — In libro *Perihermeneias* conceptiones vocantur *passiones animae.* I, 11, 5, 10.-Non est consuetum quod Aristoteles sic eas nominet, *ibid.*-Tamen sic dici possunt. *ibid.* – Quare *passiones* dicantur potius quam *intellectus, ibid.* – Praeambulae sunt ordine naturae vocibus. I, 11, 9. 111, t.-Ex iis intelJiguntur res. I, 11, 2. – Originem habent a rebus, *ibid.* – Et sunt earum similitudines. I, 11, 2, 9. 111, 4, 5, 7. x, 2.-Si homo esset animal solitarium, sibi sufficerent conceptiones animae. I, 11, 2. – Quare opus sit ut hominis conceptiones aliis innotescant, *ibid.* – Primae conceptiones intellectus, quas significant voces incomplexae, sunt naturaliter et eaedem apud omnes. I, 9, 10. – Identitas ilia est per comparationem ad res, non ad voces. I, 11, n. *Cf.* Boethius, Porphyhius. – De veritate conceptionum. *Vide* Veritas

Coniunctiones — Non dicuntur interpretationes. I 1,3.– Non sunt tam *partes* orationum, quam *colligationes* partium. 1,1, 6. – Non sunt nomina neque verba. I, v, 19.

Consilium — Non est de necessariis, sed solum de contingentibus. III *Ethic.* I, xiv, 2. – Qui agunt absque consilio, non habent dominium sui actus. I, xiv, 5. – Est eorum quae sunt ad finem, et tamen non sunt determinata. III *Ethic.* I, xiv, 2, 24. – Quidam volunt ostendere quod omnia quorum nos principium sumus per consilium et electionem, ex necessitate proveniant. I, xiv, 23. – Est radix contingcntiae in actibus humanis. I, xiv, 5, 8, 23, 24.

Contingens — Contingens, scu *possibile,* quid sit. I, xiv, 8. *Cf.* Diodorus, Philo, Stoici. – Triplex est contingentium genus. I, xm, 9. xiv, 7. – Quae contingunt *ut in paucioribus,* accidunt a casu vel fortuna: quae eveniunt *ut in pluribus,* causantur ex natura: quae se habent *ad utrumlibet,* procedunt ex electione. I, xm, 9. – Si omnia ex necessitate evenirent, nihil horum contingentium esset, *ibid.* – De eo quod est magis determinatum ad unum, possumus determinate verum dicere quod *hoc erit* vel *non erit.* II *De Gen. et Corr. ibid.*– *Non* autem de eo quod est ad utrumlibet contingens, *ibid.* – Quomodo tollatur id quod est *ad utrumlibet,* si omnia sint ex necessitate vera vel falsa, ibid. – Quare Philosophus non expresse dicat id quod est *ut in pluribus* excludi, si omnia sint ex necessitate, *ibid.* – Contingens *ut in pluribus* nihil differt ab eo quod est *in paucioribus,* nisi quod deficit in minori parte, *ibid.*- Contingens quomodo fiat necessarium. *Vide* Necessarium. – Contingentia respicit ordinem causae ad effectum. I, xiv, 21.-Eius radix in his quae sunt a nobis, est consilium. I, xiv, 5,8, 23, 24. – In aliis quaenam sit eius radix. I, xiv, 8, 9. – Originatur ex ipsa voluntate divina, quae ordinavit ad effectus contingentes, causas contingenter agentes, seu potentes deficere. I,χιv, 22. Çf. Cognitio.-Enunciationes in materia contingenti. *Vide* Enunciatio.

Contradictio Propositionum — Contradictio large sumitur pro qualicunque oppositione affirmationis et negationis. l, xn, 6.-Absoluta oppositio affirmationis ct negationis proprie vocatur contradictio. I,ix,7,8. *Cf.* Ammonius.- Consistit in sola remotione affirmationis per negationem. I, xi, 4, 7. – Illa requiruntur ad contradictionem, quae ad oppositionem. I, ix, 8. *Vide* Oppositio Enunciationum. – Contradictio non admittit medium. I, xi, 5. – Contradictoriae non sunt simul verae. I, 111,7. xi, 7. xn, 5. xv, 3. – Nec simul falsae. I, xi, 7. xv, 4. – Sed una est necessario vera, et altera falsa. I, xi, 7. xtl, 6. xm, 4. – Oppositio inter universales et particulares est contradictio. I, xi, 3, 4. xm, 4. – Singularis affirmativa semper contradicit singulari negativae. I, xi, 7. xm, 4. – Propositiones indefinitae non sunt contradictoriae vi propositionum : possunt tamen sic esse vi materiae. I, xi, 8, 9. xm, 4.

Contradictoria — Cadunt sub diversorum opinionibus. I, m, 7.—Quae sint illae res quarum contradictoria contingere queant. I,xv, 4.

Contraria — Maxime a se distant. I, x, 18.- Mutuo se tollunt. I, x, 20. xi, 6. – Remotiones eorum possunt esse simul. I, xi, 6. – Non sunt contrariae opiniones quae sunt de contrariis. II *Periher.* I, x, 21.

Contrarietas PnoPosiTtONUM — Oppositio inter propositiones universales affirmativas ct universales negativas, dicitur contrarietas. I, x, 18, 22. xi, 5, 6,- Contrariae sunt illae propositiones quae maxime a se distant; scilicet, in affirmatione et negatione *modi* quo praedicatum tribuitur ct negatur subiecto. I, x, 18. xi, 5. – Contrarietas admittit medium, scilicet propositiones particulares. I, xt, 5. – Contrariae non possunt esse simul verae. I, xi, 6.– Sed earum contradictoriae possunt simul vcrificari. I, xi, 6. – Possunt contrariae simul esse falsae. I, xit, 6. – Propositiones indefinitae non sunt contrariae. I, x, 19.—Sed contingit eas habere contrarietatem ratione significati. I, x, 22. *Cf.* Alexander, Porphyries.– Particulares non sunt contrariae. I, x, 19, 22.

Corpus — Nulla vis corporalis potest agere per se, nisi in rem corpoream. I, xiv, 14.-In effectibus corporalibus rerum corruptibilium, multa per accidens eveniunt, *ibid.* – *Corpora Caelestia.* Quidam tentaverunt reducere omnes effectus hic inferius provenientes, in virtutem corporum caelestium, tanquam in causam per se. I, xiv, 14.-Sicque *fatum* dicebant *vim positionis siderum, ibid.*-*Refellitur* haec opinio quoad effectus intellectus et voluntatis, et quoad multos effectus corporales, *ibid.* – Vires sensitivae per accidens subduntur actioni caelestium corporum, *ibid.* – Sicque indirecte redundat ad intellectum et voluntatem eorum virtus, ibid. – Qui ponebant intellectum et voluntatem directe subiici motui caeli, ponebant intellectum non differre a sensu. III *De Anima, ibid.* – Multa quorum signa praeexistunt in corporibus caelestibus, impediuntur per accidens *De Somno et Vigilia, ibid.*

D

Declinatio Verbi — Variatur per modos, tempora, numeros, ct personas. I, v, 14. *Cf.* Casus *(Casus verbi).*

Definitio — Est oratio quaedam, non tamen enunciativa absque verbo. I, vm, 8. – Est aliquid unum. I, vm, 10, 16.-Ad eius unitatem quid requiratur. I, vm, 11.-Genus et differentia sunt partes eius. I, xn, 8.—Definitiones quare dicantur positiones. I, 1, 4. – Quare definitio dicatur terminus. I, tv, 2.- *Çf.* Demonstratio.

Demonstratio — Demonstrationes definitiones praesupponunt, ct ex eis concludunt. I, 1, 4. – In eis requiritur absolutae veritatis cognitio. I, 1, 8.– In scientia demonstrativa animus hominis inducitur ad consentiendum vero ex propriis rei. I, vn, 6. – Demonstrator non utitur nisi enunciativis orationibus, *ibid.*

Denominatio – Fit a forma quae dat speciem rei. I, vm, 9.

Deprecativa — Est species orationis perfectae. I, vu, 4. – Quid exprimat. I, vn, 5. *Cf.* Oratio.

Determinatio— *Vide* Sionum.

Deus — *Vide* Aeternitas, Cognitio, Esse, Intellectus, Providentia, Voluntas.

Dicere — Aristoteles frequenter ponit *dicere* pro *affirmare.* I, vi, 4.

Dictio — Aristoteles videtur imposuisse nomen *dictio* ad significandum partes enunciationis. I, vm, 17.– Dictiones simplices tripliciter considerari possunt. I, 1, 5. – Quomodo considerentur in libris *Praedicamentorum, Perihermeneias,* et *Priorum, ibid.* -Dictio significat simplicem intellectum.I, vi, 3.-Etiamsi sit composita. I, vi, 6.

Differentia — Est pars definitionis. I, xn, 8. – Sumitur a forma. I, vm, 10.-Advenit generi *per se,* determinans ipsum, sicut materia determinatur a forma. Ex ea et genere fit vere unum. VI, VII! *Metaph. ibid.* – Differentiae divisivac generis non cadunt in definitione ipsius generis. 1, vm, 21.

Diodorus — Secundum Boethium, definivit *necessarium, possibile,* et *impossibile,* distinguens ea in ordine ad eventum. I, xiv, 8. – Haec distinctio est incompetens. *ibid.*

Divisio — Magis accedit ad partes quam ad totum. I, i, 10.- Fit per resolutionem ad simplicia. I, m, 4.-Naturaliter posterior est compositione. I, m, 3.– Divisio , idest iudicium negativum, dicitur esse in intellectu quando comparat unum conceptum alteri, quasi apprehendens *diversitatem* rcrum quarum sunt conceptiones. I, m, 4, 9. – Talis divisio pertinet ad secundam operationem intellectus. I, 1, 1. 111, 3.-Est nonnisi simplicium apprehensorum. I, 1, 1. m, 3. – Anima in dividendo necesse habet adiungere tempus. III *De*

Anima. I, nv, 19. – Divisio in voce. *Vide* Negatio.

Dubitativa Oratio — Ad interrogativam reducitur. I, vu, 5. *Cf.* Oratio.

E

Effectus — Non omne quod fit, habet causam, sed solum illud quod est per se. VI *Metaph.* I, xiv, 11, 12.-Oportet effectum proportionaliter referre ad causam suam. Il *Physic.* V *Metaph.* I, xiv, 13. – Quod est pér accidens habet causam per accidens, et quomodo. *ibid.* – Quod est per accidens non potest reduci, ut in causam per se, in aliquam virtutem naturalem. I, xiv, 14. – Contingit id quod secundum se causaliter evenit, reduci in aliquem intellectum praeordinantem. I, xiv, i5_ Effectus dicuntur necessarii vel contingentes, per respectum ad causas necessario vel contingenter agentes. I, xiv, 22.-Omnes effectus dependent a voluntate divina, ut a prima causa, quae transcendit ordinem necessitatis et contingentiac. *ibid.* -Falsum est quod, posita causa, etiam sufficienti, necesse est effectum poni. VI *Metaph.* I, xiv, n, 12. *Cf.* Fatum, Providentia, Stoici.

Electio — Sequitur ed consilium. I, xiv, 23. – Videtur quibusdam quod sit semper ex necessitate. *ibid.* – Revera non est necessaria. I, xiv, 24. *Cf.* Contingens. »

Ens — Ens et verum convertuntur. I, m, 5. – Quomodo. I, m, 8.-Ens et unum convertuntur. l, vm, 2. – Ens est fons et origo *esse.* I, v, ig.-Non dicitur proprie aequivoce, sed secundum prius et posterius, *ibid.* – Non potest esse genus substantiae et accidentis. I, vm, 6. – Omne ens est per participationem divini esse. I, xiv, 16.-Et hoc ipso quod est ens, cadit sub virtute activa divina, *ibid.* – Omne ens, omnesque entis differentiae profunduntur a voluntate divina, ut a causa. l, xiv, 22.- *Possibile* et *necessarium* sunt differentiae entis, *ibid.* -Ens vel est *per se,* vel *per accidens.* I, xiv, u.-Quod est per accidens non est proprie ens. *ibid. Cf.* Plato.- Quomodo reducatur ad id quod est per se. 1, xiv, 13.-Non est unum. I, xiv, 15.-Potest tamen ab intellectu accipi ut unum. 1, xiv, 16.- Dictio *ens* nihil aliud significat quam *quod est.* I, v, 20. – Importat *rem* et *esse.* – Consignificat, sed non principaliter significat *esse.* – Ideoque non significat veritatem vel falsitatem cognitionis, *ibid.* – *Non ens* quomodo dicatur ens. IV *Metaph.* II, l, 3.- *Cf.* Alexander, Ammonius, Porphyrius, Effectus, Esse.

Enunciatio — Est oratio in qua verum vel falsum est. I, vn, 2. vm, 6, 21.-Sicut in signo. I, vti, 3. – De ipsa sola agit demonstrator. I, vn, 6.– Idem est quod Interpretatio. 1,l, 3. *Cf.* Interpretatio, Perihermeneias.– Fieri potest ex solo nomine et verbo. I, l, 6. – Non autem ex aliis orationum partibus sine his. I, l, 6. vnt, 8, 9.-Verbum infinitum non supplet Incum verbi. II, 1, 5.– Nomen infinitum sufficit loco nominis. *ibid,*- Ex casu verbi et nomine fit enunciatio : non autem ex casibus nominum, verbo addito. II, i, 5.—Nomen et verbum sunt principia eius materialia, seu partes intégrales. I, l, 7. iv, 1. vi, i, – Oratio est principium eius formale. I, iv, i. vi, i. – Utpote genus eius. 1,l, 8. iv, 1. vi, 1. vm , 6, 21. – Constituitur ex subiecto et praedicato. I, ix, 8. x, 8. *Cf.* Nomen, Praedicatum, Subiectum, Verbum.– Enunciatio *ratione suae unitatis* dividitur in unam *absolute,* et unam *secundum quid,* seu in simplicem et compositam. I, vm, 2, 4, 18. x, 10. xm, 2.- Definitiones utriusque membri. I, *vm,* 13, 18. – Est divisio analogi in ea de quibus praedicatur *per prius* et *posterius.* I, x, 10. – Unitas eius petenda est ab unitate significati, non ex unitate nominis. I, vm. i5. xn, 7, 8, 9. *Cf.* Boethius.–Unitas significationis debet esse tum ex parte praedicati, tum ex parte subiecti. I, xn, 7.– Unitas non impeditur neque per compositionem importatam per verbum, neque per multitudinem nominum ex quibus constat definitio. I, vm, n, 16.-Unitas non impeditur per multitudinem quae continetur sub universali, neque per eam quae continetur sub sola nominis unitate. I, xn, 7.- Additio facta ad praedicatum vel subiectum quandoque tollit unitatem enunciationis, quandoque non. II, 1, 1. – Enunciatio una non sic unum significat sicut nomen et verbum. I, vm, 17.-Enunciationes plures sunt, vel ex eo quod plura significant, vel ex eo quod absque coniunctione proferuntur. I, vm, 13, 16.-Ex parte unitatis et pluralitatis tres sunt modi enunciationis; quibus Aristoteles addit quartum. I, vm, 16.- *Ratione suae formae* dividitur in affirmativam et negativam. I, vm, 3. ix, 2. xm, 2. II, 1, 6.– Est divisio generis in species. I, 1, 7, 8, 10. vm, 6, 21. x, 10.-Pertinet ad eius qualitatem essentialem. I, x, 10. xm, 2. – Convenit primo simplici enunciation!, secundo compositae. I, vni, 19.- *Cf.* Affirmatio, Negatio, Alexander, Ammonius, Boethius, Porphyrius. – *Ratione subiecti* dividitur in universalem, particularem, indefinitam, et singularem. I, x, 8, 14, 16. xm, 2.-Quae divisio spectat eius quantitatem. I, x, 10, 16. xm, 2.- *Universalis* quid sit. 1, x, 13, 14.-Ad veritatem eius quid requiratur. I, xi, 9.– Prior est particulari. I, xi, g.—Continens eam. I, xi, g. xn, 2. —*Particularis* quid sit. I, x, 13, 14. xi, 2.-Ad eius veritatem quid requiratur. 1, xi, 9.-Particularis negativa destruit partem subiecti. *ibid.* – Particularis quodammodo aequivalet indefinitae. 11, 1, 6. – *Indefinita* quid sit. I, x, 14, 22.-Quidam ponebant, falso tamen, indefinitam negativam semper esse accipiendam pro universali negativa. 1, xi, 9. *Cf.* Ammonius.–Philosophi quandoque utuntur indefinitis pro universalibus in his quae per se conveniunt universalibus, vel ab eis removentur. *ibid.*-*Singularis* quid sit. I, x, 8. – Non diversificatur ex modis quibus praedicatum dicitur de subiecto. I, x, 15. – In singularibus non potest inveniri omnis differentia. II,1, 6. – *Vide* Contradictio, Propositio, Oppositio Enunciat.– Divisiones *ratione nominis finiti vel infiniti* ex parte subiecti. 11,1, 6,- Rationc *praedicati* dividitur in enunciationes *de secundo adiacente,* et *de tertio adiacente.* II, 11, 2. – Enunciationes *de tertio adiacente* subdividuntur in simplices, infinitas, et privitivas. II, 11, 6. *Cf.* Theophrastus.– Numerus et ordo simplicium enunciationum *de tertio adiacente.* II, 11, 5. *Cf.* Ammonius, Boethius, Herminus. – Oppositio inter eas. *Vide* Oppositio. – *Ratione temporis* est de praesenti, de praeterito, et de futuro. I, xm, 3.- In enunciationibus de praesenti et de praeterito, opus est ut affirmatio vel negatio sit determinate vera vel falsa. I, xm, 4. xv, 5.– Idem dicendum de universalibus, particularibus, et indefinitis de futuro. I, xm, 5.-Et de singularibus de futuro in materia necessaria et impossibili. I, xn, 6.-Non autem de singularibus de futuro in materia contingenti. I, xiu, 6, seqq. xiv, *per tot.* – *Ratione materiae* dividitur in enunciationem de materia necessaria seu naturali, impossibili seu remota, et possibili seu contingenti. I, xm, 3.- Definiuntur tales enunciationes. *ibid.* – In materia necessaria omnes affirmativae sunt verae, et negativae falsae; in materia impossibili, e contrario ; in materia contingenti, universales sunt falsae, et particulares verae; indefinitae autem affirmativae et negativae sunt simul verae. I, xm, 5. – Contradictoriarum enunciationum in materia contingenti, necesse est quod sub disiunctione altera pars sit vera vel falsa. I, xm, 12. xv, 4.—Si contingat quod altera *magis* sit vera, non sequitur quod altera determinate sit vera vel falsa. I, xv, 4. – Enunciatio *per comparationem ad rem* est vera aut falsa. 1, ix, 2.– Vera definitur. I, ix, 2, 3. xr, 7. xm, 7, 11, 12. xiv, 4.-Falsa definitur. I, ix, 2, 3. xi, 7 (ex IV *Metaph.*). xm, 12. – Relate ad veritatem et falsitatem, affirmationem et negationem, quatuor modis variatur enunciatio. l, ix, 3. – Quae differentiae inveniuntur etiam quando verbum est futuri vel praeteriti temporis. I, ix,5,- *Vide* Veritas.– Dividitur enunciatio in *categoricam* ct *hypotheticam.* 1,1, 8. – Enunciato quare dicatur categorica. 1. vm, 9.- Categorica dicitur affirmativa vel negativa ratione verbi, *ibid.* – Hypothetica ex pluribus categoricis componitur, *ibid.* – Non continet absolutam veritatem, *ibid.* – Ideoque de ea non agitur in libro Perihermeneias. *ibid.* – Quo sensu dicatur affirmativa vel negativa. I. vm, 9. – *Virtus* enunciationis. *Vide* Ammonius.—Dupliciter utimur enunciatione. I, vm, 17.

Esse—Idest *Existere.* In iis quae possunt esse vel non esse, prius est *non esse* quam *esse.* I, i, 10.– Esse vel non esse secundum tempus praesens, est esse vel non esse in actu et simpliciter: secundum tempus praeteritum vel futurum, est esse vel non esse secundum quid. I, m, 13. v, 22. – Quod est in *praesenti* habet esse in seipso. I, xm, 11.- Quod est in *futuro,* quomodo habeat esse. *Vide* Futurum.—Impossibile est idem simul esse et non esse. I, xv, 2. *Cf.* Necessarium. – Esse *divinum,* seu essentia divina comprehendit omne quod quocunque modo est. l, xiv, 16. Verbum *esse* vel *non esse* exprimit iudicium intellectus. I, in, 13. – Est nota praedicationis. II, n, 3. – Est dictio, non enunciatio. I, vm, 17.-Per se non est significativum veritatis vel falsitatis in re. I, v, 18.-Significat *esse.* I, v, 21.-*Esse* quod importat, est compositio quaedam. I, v, 20, 21, 22.-In qua est verum et falsum. I, v, 21.- Secundum se non significat aliquid esse. 1, v, 21. – Consignificat compositionem, sed non principaliter significat. 1, v, 22.-Quid primo significet. *ibid.* – Significat per modum verbi. *ibid.* – In enunciatione significat non solum existentiam subiecti, sed etiam praedicatum illi inesse. I, ix, 4. II, 11, 4. – Quando significat existentiam subiecti, praedicatur secundum se. 11, 11, 2.-Quando significat coniunctionem inter praedicatum et subiectum, dicitur *tertium adiacens.* II, 11, 2, 4.

F

Fatum — Significat causam determinatam ad unum, inferentem necessitatem rebus naturalibus. I, xiv, 10.-Quomodo Stoici intellexerint fatum; et quid dicendum de eorum opinione. *Vide* Stoici. – Quidam dicebant fatum esse vim coelestium corporum inferentem necessitatem omnibus rebus. I, xiv, 14. – Non datur fatum in hoc sensu sumptum. I, xiv, i5.

Forma — Philosophus nominat formam *quoddam divinum* (I *Phys.);* et quarc. I, m, 8.-A forma sumitur differentia. I, vm, 10,- Ex materia et forma fit vere unum. *ibid.* – Inter formam et materiam nihil cadit medium. 1, vm, 11.-Omnis forma quae nata est recipi in materia, quantum est de se cominunicabilis est multis materiis. I, x, 6.- Dupliciter impediri potest eius communicatio. I, x, 5. – Quae non est nata in materia recipi, oportet quod remaneat una ct singularis, *ibid.*

Fortuita — *Vide* Casualia.

Futurum — Futurum est quod erit praesens. I, v, 13. II, 1, 5.-Est extrinsccum praesenti. I, ix, 5. II, i, 6.- Non est in seipso; sed est aliqualiter in sua causa. I, xm, 11. xiv, 9. – Id contingit tripliciter. I, xm, 11.– Quando sic est in sua causa ut ex necessitate ex ea proveniat, determinate potest dici de eo quod *erit:* quando est in sua causa ut quae habet *inclinationem* ad effectum, quae tamen impediri potest, idem de co dici potest, sed non cum certitudine: non vero quando est in sua causa *pure in potentia,* absque determinatione ad unum. *ibid.* – Homo est principium eorum futurorum quae agit ut dominus suorum actuum. I, xiv, 5. – Quomodo cognoscantur futura. *Vide* Cognitio.–Enunciationes de futuro. *Vide* Enunciatio.

G

Genus — Est pars definitionis. I, xn, 8. – Sumitur a materia. I, vm, 10.– Ex eo et differentia fit unum. *ibid.* – Differentiae divisivae generis non cadunt in eius definitione. l, vm, 21.-Nec etiam propria specierum. *ibid.*- Dicitur univoce de suis speciebus. I, vui, 20. *Vide* Prioritas.

H

Habitus — Naturaliter prior est privatione. I, vin, 3.

Herminus— Citatur eius expositio .textus circa enunciationes simplices de tertio adiacente. • II, n, 7·

Homo — Est animal naturaliter politicum et sociale. I, n, 2. – Utitur intellectuali cognitione. *ibid.* – Est sollicitus de his quae distant loco et futura sunt tempora, *ibid.* -Intendit finem in suis actionibus. I, xiv, 2, —Est principium quorumdam futurorum, ea agens quasi dominus suorum actuum. I, xiv, 5. *Cf.* Consilium. – Intellectus et voluntas hominis. *Vide sub propriis titulis.*

I

Idea — Ideae secundum suam abstractionem non subsistunt realiter, sed in solo intellectu. I, n, 5. *Cf.* Plato.

Imaginatio — Λ Philosopho vocatur *passivus intellectus,* in III. *De Anima.* I, n, 6.

Imperativa — Est species orationis perfectae. I, vn, 4.-Quid exprimat. 1, vn, 5. *Cf.* Oratio.

Impossibile — Definitur: Id quod est determinatum solum ad non esse. 1, xiv, 8. *Cf.* Diodorus, Philo, Stoici. – Impossibilitas in rebus est duplex; una *absoluta,* altera *ex suppositione.* I, xv, 2. – *Impossibile non esse* idem significat ac *necesse esse.* I, xm, 10. xv, 2. – Impossibilia *semper non sunt.* 1, xv, 4.-Enunciationes in materia impossibili. *Vide* Enunciatio.

Individuum Vagum — Quid sit. I, x, 13.

Institutio — Institutio humana advenit rei naturali sicut materiae. I, n, 4.

Instrumentum — Est quo agens operatur. I, vt, 7.-Debet definiri ex suo fine, qui est usus instrumenti. I, vn, 2.

Intellectus – Operatio intellectus nostri duplex est. III *De Anima.* I, 1, 1. m, 3. v, 17. vir, 2. – Una, indivisibilium intelligentia; altera, operatio intellectus componentis et dividentis, idest iudicium. J, 1, 1. m, 3.– Additur tertia, scilicet ratiocinatio. I, 1, 1.-Prima ordinatur ad secundam; secunda ad tertiam. 1,1, i.-Obiectum proprium intellectus nostri est *quod quid est.* III *De Anima.* 1, x, 5. – Apprehendit rem intellectam secundum propriam essentiam, *ibid.* -Untelligendo format quasdam intentiones, attribuens eas naturae intellectae, secundum quod comparat eam ad res quae sunt extra animam. I, x, g. – Singularia non cognoscit. I, xiv, 16. – Intelligit materialia immaterialiter. I, 111, to.-Ea quae sunt coniuncta in rebus potest distinguere, quando unum eorum non cadit in ratione alterius. I, x, 4. – Conceptiones intellectus. *Vide* Conceptiones. – Intellectus bonum est verum. VI *Ethic.* I, 111, 7. *Vide* Veritas. – Intellectus speculativus humanus mensuratur a rebus naturalibus. I, in, 7. – Intellectus practicus est mensura et causa rerum, *ibid. Cf.* Res. – Intellectus, seu ratio, non est actus alicuius corporis, seu organi corporalis. *III De Anima.* I, vi, 8. xiv, 14.-Utitur viribus sensitivis, *ibid. Cf.* Corpus Sensus. – Movet virtutem corporalem motivam ad opera artificialia; illisque utitur ut instrumentis. I, vi, 8. – Potest uti oratione et eius partibus ut instrumentis, *ibid.* – Ad eius officium pertinet secundum suum conceptum alia dirigere et ordinare. I, vn, 5.-Ex ratione seu intellectu unius hominis, alius dirigitur ad tria. *ibid.* – Intellectus *divinus* cognoscit veritatem. I, iti, 10. *Vide* Veritas. – Non habet in se compositionem et divisionem. XII *Metaph.* I, m, 5. 10.-Ad ipsum omnia etiam naturalia comparantur, sicut artificiata ad artem. I, m, 8. – Deus agit per suum intellectum. I, xiv, i6.-Ideoquc perfecte comprehendit suam virtutem activam. *ibid.* -Intellectus *passivus. Vide* Inaoinatio.– Intellectus *possibilis. Vide* Intellioeiie.

Intelligentia — Indivisibilium intelligentia, quid significer. 1, 1, 1.111, 3. *Cf.* Intellectus.

Intellioerf.— Idest *Actus intellectus intelligentis.* Intelligerc nostrum non est sine phantasmate. I, 11, 6. – Intelligere intellectus possibilis quoddam *pati* est. *ibid.*

Intentiones — *Vide* Intellectus.

Interpretatio — Definitur secundum Boethium. I, i, 3. – Proprie loquendo, sola oratio enunciativa est interpretatio, *ibid. Cf.* Perihermeneias.– *Virtus interpretativa.* Est naturalis homini. I, vi, 7, 8. – Instrumenta eius, quae sint. 1, n, 8.-Utitur naturalibus instrumentis ad faciendum orationem, *ibid.* – Si virtutem hanc attribuamus rationi, sic non est naturalis, sed supra omnem naturam corpoream. *ibid.*

Interrogativa — Est species orationis perfectae. I, vn, 4. – Quid exprimat. I, vn, 5. *Cf.* Oratio.

Ioannes Grammaticus — Voluit ut definitio orationis daretur solum de oratione perfecta: sed decipiebatur. J, vi, 4.

Iudicium — Idest *Actus intellectus componentis et dividentis. Vide* Compositio, Divisio, Intellectus.

L

Liberum Arbitrium — *Vide* Bonum, Consilium, Contingens,

Litterae — Sunt notae vel signa vocum. J, 11, g. – Earum significatio est ex impositione. 1, 11, 8, g. – Est magis remota a conceptionibus intellectus quam significatio vocum. J, it, 3. – Pertinet magis ad consideration em grammatici quam logici, *ibid.* – Litterae sunt partes nominis et verbi. I, vi, 6.-Earum formatio est per artem. I, 11, 3.-Non sunt eaedem apud omnes, *ibid.*- *Vide* Alexander.

Looica — Dicitur *rationalis' scientia.* I, 1, 2. – Eius consideratio versatur circa ea quae pertinent ad tres operationes rationis, *ibid.*-Ordinatur ad cognitionem de rebus sumendam. I, n, 3.- *Vide* Vox.

M

Magnitudo — Secundum prius et posterius in magnitudine est prius et posterius in motu et tempore. IV *Phys.* I, xiv, ig.

Materia — Quod *materia secundum se sumpta sumitur pro peiori,* verum est secundum sententiam Platonis; non tamen secundum Aristotelem..!, xi, g. *Cf.* Plato.-Malum et turpe et alia huiusmodi ad defectum pertinentia, non dicuntur de materia nisi per accidens. *I Physic, ibid.-Es* materia sumitur genus. I, vm, 10. *Vide* Forma.

Materialia — *Vide* Intellectus.

Motus — Proprium est motus tempore mensurari. I, v, 7.-Non datur in instanti. I, v, 12. *Vide* Actio, Passio, Tempus.– *Virtus motiva.* Movetur a ratione. I, vi, 8. – Utitur naturalibus instrumentis ad faciendum opera artificialia, *ibid.* -Prius et posterius in motu. *Vide* Magnitudo.

N

Natura — Quomodo naturalia comparentur ad intellectum divinum. *Vide* Intellectus. – Virtutis naturalis oportet esse instrumenta naturalia. I, vi, 7.

Necessarium — Definitur. I, xiv. 8. – Necessaria semper sunt. Ixiv, 8. xv, 4. – Non possunt, impediri. I, xiv, 8. *Cf.* Diodorus, Philo, Stoici. – Quod omnia sint ex necessitate est inconveniens. I, xm, 10, xiv, 2.– Probatur. 1, xiv, 5, 6, 7. *Cf.* Fatum. – Necessitas in rebus, alia est *absoluta,* alia *ex suppositione.* I, xv, 2. – Invenitur necessitas *ex suppositione* in omnibus entibus; non vero *absoluta. ibid.* – Necessitas in rebus per comparationem ad sua opposita, sequitur leges contradictionis. I, xv, 3. – Ideoque quod non est in ae necessarium absolute, fit necessarium per disiunctionem oppositi, *ibid.* – Si tamen *divisim* alterum accipiatur, non est necesse illud esse absolute. *ibid.*– *Pnn* modo loquendum est de necessitate *non essendi* et *essendi.* I, xv, 2.- *Necesse esse* et *impossibile non esse,* idem valent. I. xm, 10. xv, 2.- *Necesse non esse* et *impossibile esse,* etiam idem significant. I, xv, 2. *Cf.* Impossibile.– De necessitate enunciationum; et de enunciationibus in materia necessaria. *Vide* Enunciatio.

Negatio — Idest *Enunciatio negativa.* Definitur ab Aristotele. I, vin, 21.—Est per modum divisionis. 1, 1, 10. vm, 2t.-Quare dicatur divisio. I, ni, 4. – Significat *non esse.* I, i, io. vm, 3, ig, 21. ix, 2. x, 18. – Significare *non esse* est proprium illi, et eius differentia specifica. J, vin, 21.—Significat divisionem intellectus. I, vm, 3. – Reducitur ad genus affirmationis. I, v, 10.– Non est pars integralis enunciationis. 1,1, 7. – Sed est species eius. I, i, 7, 10. vm, 6,21. ix, 2. x, 10. (*f.* Alexander. – Ex aequo cum affirmatione dividens eam. 1, 1, 10. vm, 6.– Et sic simul natura cum affirmatione. I, i, 10. – Secundum propriam rationem est ea posterior. 1,1, 10. vm, 3,4,6. II, i,5.-Et quidem triplici modo. I, vm, 3.-Negatio secundum vocem superaddit affirmationi. I, vi, 3. vm, 3. – Scilicet particulam negativam. 1, vm, 3. II, 1, 5. – Negatio est vera vel falsa. I, ix, 3. xm, 12. – Definitur negatio vera et falsa. I, ix, 3. – Negatio una, quae sit. I, xn, 7, 8, g. – Affirmatio et negatio opposita suut secundum se. 1, ix, 6. – Contingit omne quod quis affirmaverit, negare. I, ix, 6. – Quomodo efficiatur enunciatio negativa. 11, i, 5. – *Vide* Contradictio, Contrarietas, Enunciatio, Oppositio.– *Negatio,* idest *negativa particula.* Addita verbo vel nomini extra enunciationem, removet ipsum absolute: addita verbo in enunciatione posito, facit enunciationem negativam. II, 1, 5. – In nullo variatur veritas enunciationis, sive utamur negativa particula ut infinitante verbum, vel ut faciente negativam enunciationem. *ibid.* -In verbis infinitis quomodo sumatur negatio apposita. I, v, 11.

Nomen — Tripliciter habet esse. 1, n, 4. – In conceptione intellectus; in prolatione vocis; in conscriptione litterarum (*Vide* Scriptura). *ibid.* -Nomen *vocale* late sumptum, significat quamlibet dictionem. II, 11, 4.-Stricte sumptum. 1·, Est vox significativa. I, iv, 3. vi, 2. x, 2.—Sic distinguitur ab aliis sonis. *ibid.* – Quare *vox,* non vero *signum* ponatur ut genus eius. I, iv, 5. – 2·, Non est aliquid naturale. 1, iv, 4. – Sed ab hominibus est institutum. I, 11, 4. iv, 4, 6, 11. x, 2. – Et sic differt a vocibus significantibus naturaliter. 1, rv, 6. – Significatio eius non est a natura. 1, iv, ii, 12.-Congruit tamen naturis rerum. I, iv, 12.-Variae sententiae de re hac. *ibid. Cf.* Plato. – 3*, Significat sine tempore. 1, iv, 7. v, 2, 7. – Per hoc differt a verbo. 1, iv, 7.– Significat tempus *principaliter,* ut rem quamdam. I, iv, 7. v, 7. – 4·, Nulla pars eius a toto separata significat. I, iv, 8, g. vi, 3, 6. *Cf.* Ammonius. – Sic distinguitur ab oratione. J, iv, 8. – Pars nominis, quomodo comparetur ad significationem totius, *ibid.* – Pars nominis compositi non significat partem conceptionis compositae. J, iv, g.-Nominis compositi pars habet apparentiam significandi, licet non significet. 1, iv, 10, i3. vi, 6.-Nomen est dictio, non enunciatio. 1, vin, 17. – Est pars materialis orationis. I, v, 3. vi, 1. – Non est affirmatio aut negatio in actu, sed in potentia. I, vi, 5.– Non importat compositionem. I, vm, g.– Nomen, si dicatur, facitne quiescere intellectum? I, v. 17.– Potest poni ex parte subiecti et praedicati. I, iv, 13. v, 4, i5. – Nomina magis sunt *principia interpretationum* quam *interpretationes.* I, 1, 3.-Nomen significat simplicem intellectum. I, vt, 2. x, 2.- Nomina composita significant simplices intellectus, licet rerum compositarum. I, ni, i3. – Unum nomen imponitur ad significandum unum simplicem intellectum. 1, iv, g, 10. Nomina immediate significant conceptiones intellectus, et eis mediantibus, res. J, 11, 5. x, 4· *Cf.* Plato,– Ratio quam significat nomen, est definitio. IV *Metaph.* I, 11, io.-Significat substantiam rei. 1, iv, 1. – Significat formam accidentalem ut concretam subiecto. f, iv, 5.-Proprium est eius ut significet rem quasi per se existentem. I, v, 5, 15. – Omne nomen significat aliquam naturam determinatam, aut personam determinatam, aut utrumque determinatum. I, rv, i3. *Cf.* Pronomen. – Dantur multa nomina unius rei, et quomodo. I, iv, 12.-Aliud est id a quo imponi-

tur nomen ad significandum, ab eo quod nomen significat. I, iv,· 9.– Nomen simplex imponitur ad . significandum ab aliquo simplici conceptu. I, iv, 10.-Nomen compositum, a composita conceptione. I, iv, 9, 10.– Nomen impositum a privatione, requirit subiectum existens. I, rv, 13.-Nomina, divisim accepta a rebus, assimilantur intellectui simplici quoad veritatem. I, in, 11, 12. vin, 17.-Addito verbo, nomen fit verum vel falsum. I, ni, 11, 12. iv, 15. vm, 17.-Quando per unicum nomen responsio vera datur, subintelligitur verbum. I, ni, 12. vm, 17. – Nec etiam nomina composita sunt vera vel falsa, nisi addito *esse* vel *non esse*. I, in, i3. – Nomen dividitur. 1·, In *simplex* et *compositum*. I, iv, 9, 10.- 2·, In *finitum* et *infinitum*. 11, i, 2.– Nomen finitum prius est ratione infinito. II, 1, 6. – Nomen infinitum non est nomen simpliciter dictum. I, rv, 13, 16. II, 1, 2, 3.—Non est oratio nec negatio. I, rv, i3. – Dicitur innominatum, et quare. II, 1, 2.-Quare ab Aristotele vocetur *infinitum*. 1, iv, i3. II, i, 2, 3. *Cf.* Ammonius, Boethius. – Significat per modum nominis, et requirit adminus suppositum in apprehensione. I, rv, i3. – Quare non significet determinatam naturam vel personam.' I, iv, 13. – Significat unum, non simpliciter sed quodammodo. II, 1, 3.- 3*, In *rectum* et *obliquum*. – 4·, In nomen quod significat *universale* et nomen significans *singulare*. I, x, 4. – Explicatur divisio. *ibid*. – Duplici modo contingit nomen significare singulare. I, x, 6. – Nomen singulare pluribus impositum, non est universale, sed aequivocum. 1, x, 7.– Aristoteles non divisit nomina in universale et particulare, *ibid*. – Nomen *aequivocum* definitur: Unum nomen diversas res significans. I, n, 11. ix, 8. – Non nihil sed multa significat. I, v, 19. *Cf.* Alexander. – Nomine aequivoco non utimur ad notificandum significata cius. I, vni, 21.

Nominativus — Solus principaliter dicitur nomen. I, iv, 14. – Per illum facta est impositio nominis ad significandum, *ibid*. – Quare dicatur rectus, *ibid*. *Cf.* Stoici.

Nullus — Quid significet dictio *nullus*. I,x, 13,- Eius etymon, *ibid*.

Numerus – Genus numerorum est multitudo mensurata per unum. I, vm, 6. – Aequaliter hanc rationem participant; licet unus sit alteri prior secundum proprias rationes, *ibid*.

O

Omnis — Dictio *amnis* quid designet. I, x, 13, 19.– Non significat ipsum universale, sed *modum* universalitatis. I, x, 19.

Oppositа — Quae non sunt opposita, possunt simul esse. I, vm, 16. – Oportet opposita esse circa idem. I, ix, 8.

Oppositio Enunciationum — Definitur: Affirmatio et negatio eiusdem de eodem. I, rx, 8. x, i. xi, 2. xii, 3. – Ad eam requiritur identitas praedicati et subiecti. *ibid*. – Non solum secundum nomen, sed etiam secundum rem. I, ix, 8.– Aliae conditiones requisitae. I, ix, 9.—Quonam principio nitantur hae conditiones. *ibid*. – Sunt plura oppositionum genera. 1, xii, 2. – Oppositarum enunciationum aliae sunt contrariae, aliae contradictoriae. I, xn, 6. – Est oppositio inter universalem et particularem; et inter duas universales. I, xi, 1.– Non est oppositio proprie dicta inter particulares seu subcontrarias. I, xt, 2. xn, 6. – Nec inter indefinitas, duplici casu excepto. I, xn, 5, 6.-Est oppositio inter.singulares. 1, xn, 4.– Omnis affirmatio habet negationem sibi oppositam. I, ix, 6. x, 9. II, 1, 4. – Uni affirmationi una sola negatio opponitur. I, xn, 2, 3, 6. – Enunciationum, in quibus verbum *est* constituit principale praedicatum, una tantum est oppositio, eodem subiecto existente ; sed in enunciationibus *de tertio adiacente* oportet esse duas. II, 11, 3.-Non est necesse in omni genere affirmationum et negationum oppositarum, alteram determinate esse veram et alteram falsam. I, xv, 5. – Nec indeterminate. I, xn, 6. – Indefinitae improprie oppositae possunt simul vcrificari. I, xi, .8. – In affirmationibus et negationibus aequivoci subiecti, non oportet unam esse veram et altcram falsam. I,χπ, io.- *Cf.* Contradictio Propositionum, Contrarietas Propositionum.

Optativa — Oratio optativa reducitur ad deprecativam. I, vn, 5. *Cf.* Oratio.

Oratio — Definitur. 1, vi, 2, 3. – 1·, Est vox significativa. I, vi, 2.-Vox non est proprie eius genus, sed assumitur ad eius constitutionem. 1, 1, 9. – Ad placitum. I, vi, 8. *Cf.* Plato. – Significat intellectum compositum. 1, iv, 9. vi, 2, 3,- 2·, Eius partium aliquid significativum est separatim. I, iv, 9. vi, 3. vm, 4, 9.-Quaenam partes eius significent. 1, vi, 6. – 3·, Pars eius significat intellectum simplicem. I, iv, 9. vt, 3.- Pars eius non est affirmatio vel negatio in actu. I, vi, 3, 5. – Sed in potentia. I, vi,' 5. *Cf.* Alexander, Ammonius, Aspasius, Porpiivrius. – Definitio' Aristotelica convenit etiam orationi imperfectae. I, vi, 4. *Cf.* Ioannes Grammaticus. – Quaedam orationes componuntur ex nominibus, quaedam ex verbis. I, v, 3.-Omnes orationis partes, quando ponuntur materialiter, sumuntur in vi nominum. 1, v, 6.– Sola nomina et verba sunt principales eius partes. I,i, 6.-Alia sunt magis *colligationes* partium eius, *ibid*. – Omnes eius partes principaliter referuntur ad orationem perfectam. 1, vi, 4. – Sola oratio enunciativa proprie interpretatio vocatur; caeterae magis ordinantur ad exprimendum affectum quam ad interpretandum. I, i, 3. – Oratio est prior enunciatione. I, 1, 10.-Utpote genus eius. I, 1, 8. rv, i. vi, i. vm, 6, 21. *Cf.* Enunciatio. – Oratio dividitur in perfectam et imperfectam. I, vi, 4. vn, 4. – Ipsa oratio imperfecta est pars orationis perfectae. 1, vi, 4. – Non significat verum et falsum. I, vn, 4.—Sola oratio perfecta facit quiescere intellectum. I, v, 17.– Oratio perfecta, seu quae complet sententiam, habet quinque species , scilicet, Enunciativam, Deprecativam, Imperativam, Interrogativam, et Vocativam. I, vn, 4. *Vide sub propriis titulis*. – Necesariae sunt hae species. I, vii, 5. – Aliae orationes praeter enunciativam, non significant ipsum conceptum intellectus, sed quemdam ordinem ad hoc consequentem. *ibid*. – Nec significant verum et falsum. *ibid*. – Consideratio illarum, ad quem pertineat. I, vn, 6. – Oratio est simplex et composita. I, vi, 4. – *Oratio composita*. *Vide* Enunciatio.

P

Pars — Illud dicitur pars, quod immediate venit ad constitutionem totius. I, vi, 6.– Nulla pars separata habet formam totius. 1, iv, 8. – Omnes partes principaliter referuntur ad totum perfectum; quaedam immediate, quaedam mediantibus partibus principalibus. I, vi, 4. – Partes, aliae sunt *rationis*, aliae *integrales*. 1, xn, 8.

Participium — Sub verbo comprehenditur. 1, 1,6.-Habet tamen convenientiam cum nomine. *ibid*. – Significat substantiam prout motui subiicitur. I, iv, 7. – Consignificat tempus. I, i, 6. iv, 7. v, 4.– Potest poni ex parte praedicati et subiecti. I, v, 4.

Particula Neoativa — *Vide* Negatio.

Passio — Passio est ex impressione alicuius agentis. I, n, 2.-Consistit in motu. I, rv, 7.– Passio et eius privatio sunt in tempore. I, v, 10.-Non est in instanti. I, v, 12.—Pati in actu est pati *simpliciter:* pati in praeterito vel futuro, est pati *secundum quid, ibid*.- Nomcn *passionis* potest extendi ad omnem receptionem. I, 11, 6. – *Passiones animae*. Communiter significant appetitus sensibilis affectiones. Il *Ethic*. I, 11, 5. – In *I De Anima* omnes animae operationes vocantur passiones. I, 11, 6. – In libro *Perihermeneias* designant conceptiones intellectus. 1,11, 5, 10. *Cf.* Conceptio.– *Passiones virium sensitivarum*. *Vide* Sensus.

Perihermeneias — Liber *Perihermeneias* dicitur quasi *De Interpretatione*. I. 1, 3. – Explicatur titulus, *ibid*. – Tractat de oratione enunciativa simplici. 1, 1, 2, 3, 6.-Determinat de nomine et verbo prout sunt partes enunciationis. I, i, 5.-Principaliter ordinatur ad demonstrationem. I, i, 8. – Ordinatur ad librum *Priorum*, et sequentes. I, 1, 2. – De eius authentia. *Cf.* Andronicus. – Huic operi Aristoteles praemittit prooemium. 1,1, 4. – In primo libro agitur de enunciatione simpliciter considerata: in secundo, prout diversificatur per aliquid sibi additum. I, 1, 1.

Phantasma — Phantasma non est sine corporali passione. I, 11, 6.

Philo — Referente Boethio , definivit *necessarium, impossibile, possibile,* et *contingens ad utrumlibet,* distinguens ea secundum naturam rerum. I, xrv, 8.-In hoc convenit cum Aristotele, *ibid*.

Placitum — *Ad placitum,* sive *secundum placitum,* quid significet. I, iv, 6. vi, 8.

Plato — Dicit, nominum significationem congruere naturis rerum. I, iv, 12.-Et in hoc sensu oratio est aliquid naturale, non ex institutione hominum significans, sed naturaliter. 1, vi, 7, 8. – Respondetur cius rationi. I, vi, 8.– Opinatur universale esse extra animam. 1, x, 4.– Et species rerum dari separatas a singularibus, et per se subsistentes. 1, x, 6, g, 12.– Adinvenit determinationes quibus designaretur quomodo aliquid attribuitur universali prout est extra singularia. I, x, 12.– Non distinguebat privationem a materia. I, xi, 9. – Dixit, id quod est per accidens, non esse ens, sed magis ordinari cum non ente. 1, xiv, 11. – Platonici posuerunt quod nomina significarent ipsas ideas separatas. 1, π, 5.

Pluralitas — Opponitur unitati pluralitas. I, vm, 12. – *Pluralitas enunciationum*. *Vide* Enunciatio.

Poetae — Quomodo moveant auditores, et inducant ad assentiendum. I, vn, 6.

Porphyrius —Approbatur eius expositio textus, ibi: *et ea quae scribuntur (sunt notae) eorum quae sunt in voce*. I, 11, 7. – Quomodo interpretetur identitatem conceptionum apud omnes, adsertam ab Aristotele. 1,11, 11. – Non accipitur eius interpretatio, *ibid*. – Quomodo exponat dictum Aristotelicum : *Neque si* ens *ipsum nudum dixeris* etc. 1, v, ig. – Reficitur expositio, *ibid*.-Censet definitionem orationis datam esse pro oratione simplici. I, vi, 4. – Opinio eius in re hac coincidit, quoad sensum, cum illa Alexandri et Ammonii. *ibid*. – Quomodo explicet verba Philosophi: *Est autem simplex enunciatio, vox significativa de eo quod est aliquid, vel non est*. I, vm, 21.- Approbatur explicatio, *ibid*. – Contrarietatem enunciationum indefinitarum refert ad contrarietatem praedicati. I, x, *21.-Vide* Boethius.

Possibile — *Vide* Contingens.

Potentia — *Potentia Interpretativa*. *Vide* Interpretatio.

Praedicamentorum Liber — Quid contineat. I, i, 2.-Ordinatur ad librum *Perihermeneias*. *ibid*.

Praedicatio — Magis proprie ad compositionem pertinet. I, v, 8, 9. – In omni praedicatione oportet esse verbum. I, v, 8, g.

Praedicatum — Est quasi pars formalis enuntiationis. I, vm, 9. x, 10, 23. – Comparatur ad subiectum ut forma ad materiam, et differentia ad genus. I, vni, 11.- Rationes ob quas negari potest de subiecto. I, x, 21.– Non sumitur universaliter in affirmativis, sive universalibus, sive non universalibus. I, x, 23, 24. – Ideoque nunquam accipere potest signum universale in talibus, *ibid*.-*In* negativis sumitur universaliter; et potest habere appositum signum universale, *ibid*. – Signum particulare potest illi adiungi in affirmativis; et quandoque ponitur ad designandum quod sit *in plus*. I, x, 23.-Nullum signum tamen convenienter additur ei. I, x, 23. – Aliquid praedicatur essentialiter, ut *de* subiecto; accidentaliter, ut *in* subiecto. I, v, 9. – Praedicatum exprimitur per verbum. I, v, 4, 8. vm, g. II, i, 2.- *Vide* Enunciatio.

Praepositiones — Non sunt interpretationes. I, i, 3.—Nec, proprie loquendo, partes orationis. I,i,6. —Non sunt nomina neque verba.I, v, 19.

Praesens — Praesens tempus quid mensuret. I, v, 12.—Est medium praeteriti, et futuri. I, ix, 5.-Alia tempora dicuntur per respectum ad praesens. 1, v, 13. 11, 1, 5.– Praesens indivisibile est instans. I, v, 12.- Quomodo cognoscantur praesentia. *Vide* Cognitio.

Praeteritum — Dicitur per respectum ad praesens. I, v, 13. II, i, 5.—Est ei extrinsecum.

I, ix, 5. II, i, 6.-Quomodo cognoscantur praeterita. *Vide* Cognitio.

Prioritas — Unum dividentium aliquod commune potest esse prius altero dupliciter. I, vm, 6. – Qualis prioritas tollat univocationem generis, *ibid.*

Priorum Liber — Quid contineat. I, i, 2.

Privatio — Supponit determinatum subiectum. I, v, n, – *Vide* Habitus, Pi.ato.

Pronomen — Pronomina sub nominibus comprehenduntur. I, i, 6. – Non nominant naturam, sed personam determinant. I, i, 6. iv, 13. – Significant substantiam secundum se consideratam, i, iv, 7.-Non significant cum tempore, *ibid.*

Providentia — Omnia quaecunque in hoc mundo aguntur, etiam fortuita et casualia, reducuntur in ordinem providentiae divinae. I, xiv, 16.-Non sequitur ex hoc omnia necessario evenire. I, xiv, i8, 22.

Q

Quidam — Idem designat quod *aliquis. Vide* Auatns.

Quies — Tempore mensuratur. VI *Physic.* I, v, 10.

R

Ratio — *Vide* Intellectus.

Ratiocinatio — Est tertia operatio intellectus. l, i, 1. – Definitur, *ibid.*

Res — Sunt naturaliter. I, n. 9. – Eaedem sunt apud omnes, *ibid.* – Quomodo cognoscantur. *Vide* Cognitio. – Ex quibus intelligantur. I, ii, 2. – Comparantur ad intellectum, sicut ea quorum intellectus sunt similitudines. I, m, 7. – Res naturalis comparatur ad intellectum dupliciter. 1,111, 7. – Ad intellectum speculativum humanum sicut mensura ad mensuratum. I, ni, 7, 9. ix, 2.-Ad intellectum practicum ut mensuratum ad mensuram. I, m, 7. – Omnes res ad intellectum divinum comparantur ut artificiata ad artem. I, ut, 8.-Dividitur res 1“, in *veram* et *falsam*. 1, m, 5,9. *Vide* Veritas. – 2·, in *unam simplicem* et *unam coniunctione.* 1, vm, 2.- Necesse est omnem rem esse aliqualiter unam, *ibid.*,- 3*, in *universalem* et *singularem,* seu *particularem*. 1, x, 2, 7, 8.-Haec ultima divisio rerum fit secundum quod referuntur ad intellectum, et significantur per nomina. 1, x, 4. *Vide* Nomen, Singulars, Universale.– De necessitate in rebus. *Vide* Necessarium.

Rhetores — Quomodo moveant auditores, et ad assentiendum inducant. 1, vu, 6.

S

Scientia — Scientiae proprium est partes subiecti tradere, sicut et passiones. I, 1, 3.-In omni scientia oportet praenoscere principia subiecti. 1, 1, 4. iv, i.-Scientia *demonstrativa. Vide* Demonstratio. – Scientia *Dei. Vide* Cognitio.

ScniPTURA — Ex scriptura intelliguntur res, I, n, 2.-Homini necessarius est eius usus. *ibid.* – Nomina et verba quae scribuntur, sunt signa eorum nominum et verborum quae sunt in voce. I, 11, 7. *Cf.* Ponpiixiuus.– Scriptura *vera. Vide* Veritas.

Sensus — Sensus non componit vel dividit. I, m, 5. – Quomodo, et quando sensus sit verus. *Vide* Veritas *(Veritas sensus).* – *Vires sensitivae* sunt actus organorum corporalium : per accidens subduntur virtuti corporum coelestium: earum passiones non inferunt necessitatem rationi et voluntati, ut patet ex VII *Ethic.* I, xiv, 14.

Signum — Signum debet conformari signato. I, 11, 2.-Signum est vel naturale, vel ex institution». I, π, 9. iv,. 11.-Signum naturale est similitudo rei. I, 11, 9. – Signum naturale non fit. 1, tv, ii.—In multis signis non attenditur ratio similitudinis, sed institutionis tantum. I, n, 9.-Ad designandum diversos modos attribuendi aliquid universali, inventa sunt quaedam *signa,* sive *determinationes.* I,x, 12. *Cf.* Plato. – Sunt universalia et particularia; affirmativa ct negativa. I, x, 13;- Quid designent, et quae sint. *ibid.* -Neque signum universale neque particulare, convenienter additur praedicato, sed magis subiecto. I, x, 23. —Signum universale negativum, vel particulare affirmativum, non repugnat veritati si ponatur ex parte praedicati, *ibid.*– Sed universale affirmativum nunquam ei apponitur. *ibid.* – Quare quandoque a philosophis praedicato addatur signum particulare affirmativum, *ibid.* – Contingit plura significari sub aliquo uno communi. I, vm, 16.

SiMiLituno — Unius rei possunt esse multae similitudines. I, iv, 12.

Singulare — Definitur. I, x, 2. – In qualibet re singulari est considerare aliquid quod est proprium illi, in quantum est haec res; et aliquid in quo convenit cum aliis quibusdam rebus. I, x, 4. – Duo modi singularitatis. 1, x, 6. – Res ut *singularis,* est res considerata secundum id quod illi soli convenit, in quantum est haec res. *ibid.* – Singulari attribuitur aliquid tripliciter, et tot modis de eo negatur. I, x, 9.-De singulari quamvis aliquid diversa ratione praedicetur, tamen totum refertur ad singularitatem ipsius. I, x, 15. – Illa proprie ad singularia pertinent, quae contingenter eveniunt: quae autem per se insunt vel repugnant, attribuuntur singularibus secundum universalium rationes. I, xui, 6.- Singularia dicuntur substantiae primae. I, x, 3. – *Enunciationes singulares. Vide* Enunciatio.

Sonus — Soni *ferarum* litteris significari non possunt. I, iv, ii.– Non sunt nomina: ea tamen habent. I, iv, n, 12.-*Litterati* et *articulati* soni distinguuntur lingua, dentibus, et labii. I, vi, 8.

Species — Species ex aequo dividentes genus sunt simul natura, I, 1, io.-Species separatae, si darentur, essent individua. VII *Metaph.* I, x, 6. *Vide* Plato.

Stoici — Docent, nominativos esse casus. I, iv, 14.- Quare, *ibid.* – Definiunt *necessarium, possibile,* et *impossibile,* secundum exteriora prohibentia, ut ait Boethius. 1, xiv, 8. – Non approbatur haec distinctio, *ibid.* – Ponunt omnia ex necessitate evenire propter *fatum.* I, xiv, 10. – Quomodo fatum intellexerint. *ibid.*

Subcontrariab — *Vide* Oppositio Enunciationum.

Subiectum — Subiectum enunciationis significatur ut *cui inhaeret aliquid.},* v, 8.-Est pars materialis enunciationis, utpote pars eius integralis. I, iv, i. – Etiam ut comparatum ad praedicatum, est pars materialis. I, vm, 11. x, 10, 23.-Est nomen, vel aliquid loco nominis. I, x, 2. II, i, 2.- *Vide* Enunciatio, Praedicatum.

Substantia – Substantia secundum se considerata, prout significatur per nomen vel pronomen, non mensuratur tempore; sed secundum quod subiicitur motui, prout per participium designatur. I, iv, 7. – Substantiae dividuntur in *primas,* seu *singulares,* et *secundas,* seu *universales.* I, x, 3. – Substantiae secundae non sunt nisi in primis. *Praedicam, ibid.* – Substantia non est univocum cum accidente. I, vm, 6. – Est prior eo naturaliter, *ibid.*

Suppositiva — Oratio suppositiva, seu *hypothetica. Vide* Enunciatio.

Syllabae — Syllabae sunt voces, sed non per se significant in quantum sunt partes nominis vel verbi, licet aliunde sint dictiones per se significantes, i, vi, 6.

Syncategoremata — Secundum se non significant aliquid absolutum, sed solum habitudinem unius ad alterum. I, vi, 3.

T

Tempus — Circa tempus considerari possunt: 1·, ipsum tempus ut res quaedam ; 2·, id quod mensuratur a tempore, nempe motus ; 3*, habitudo temporis mensurantis. I, iv, 7. – Primum significatur per nomen. I, iv, 7. v, 7.- Secundum per verbum vel participium. 1, iv, 7.-Tertium per adverbium, *ibid.* – Id quod primo et principaliter a tempore mensuratur, est motus : substantia vero solum prout subiicitur motui, *ibid,* et v, 7. – Dividitur in praesens, praeteritum, et futurum. I, v, 13. ix, 5. 11, 1, 5.-Alia tempora dicuntur per respectum ad praesens. I, v, 13. II, 1, 5.-Consignificare tempus, quid sit. I, iv, 7. v, 7.- Prius et posterius in tempore. *Vide* Magnitudo. – *Cf.* Futurum, Praesens, Praeteritum.

Theophrastus — Enunciationes simplices de tertio adiacente, quae sunt de infinito praedicato, Theophrastus vocabat *transpositas.* II, n, 7·

U

Universale — Definitur. I, x, 2.-Non est aliquid extra res existens. *VII Metaph.* I, x, 3. – Seu non est nisi in singulari. *Praedicam. ibid.* – Dicitur *substantia secunda, ibid.* – Est ipsa res singularis considerata secundum id quod est commune sibi et multis aliis. I, x, 4. – Ideoque Aristoteles non definivit secundum aliquid quod pertinet ad rem. *ibid. Cf.* Plato. – Ad rationem universalis requiritur, quod forma quae dicitur universalis, *possit esse* in pluribus, non autem quod sit *actualiter* in pluribus. I,x, 5.– Quod significatur per nomen, si sit forma terminata ad hanc materiam, vel quae non est nata in materia recipi, non est universale. I, x, 6. – Ratio universalitatis non pendet a communicabilitate nominis tantum, sed etiam a communicabilitate rei. J, x, 7. – Universale, ut sic, habet esse in intellectu. 1, x, 9. – Quatuor modis aliquid attribuitur universali, vel de eo negatur, *ibid.* Quomodo designentur isti modi. I, x, 12, 13.-Quae per se insunt vel repugnant, attribuuntur rebus secundum universalium rationes, i, x, 9. xm, 6. – Non est ab omnibus communiter apprehensum quod universalia extra singularia subsistant; sed universale ut in singularibus cadit in communi apprehensione hominum. 1, x, 12.- Cum universale profertur universaliter, quomodo sumatur. 1, x, 23. – Item, quando particulariter profertur, *ibid. Vide* Enunciatio, Praedicatum.

Unum — Ens et unum convertuntur. I, vm, 2. – Unum eodem modo dicitur aliquid sicut et ens. 11, i, 3. – Unum dividitur in unum *simplex,* idest indivisibile vel continuum; et unum *compositum,* idest colligatione, compositione, aut ordine. I, vm, 2, 18. – Quod est coniunctione unum, non est *unum et non multa,* sed est *unum ex multis.* I, vm, 15. – Dividitur etiam in unum *simpliciter* et unum *secundum rationem.* II, 1, 3. – Ex multis fit unum tribus modis. I, xn, 8.- *Unitas enunciationis. Vide* Enunciatio.

V

Velle— *Vide* Voluntas.

Verbum— Tripliciter habet esse. I, ti, 4.-In conceptione intellectus; in prolatione vocis; in conscriptione litterarum (*Cf.* Scriptura). *ibid.*- In verbi vocalis definitione Aristoteles non ponit ea quae sunt nomini et verbo communia. I, v, 2, 7.-Verbum t*, consignificat tempus. I, t, 5. rv, 7. v, 2,7. 10, 12. II, 11, 4.-Exponitur haec particula. 1, v,7, 12.-Per ipsari distinguitur a nomine. I, iv, 7. v, 2, 7.- 2·, Est semper eorum,quae de altero praedicantur, nota. 1, v, 4, 8, 9. vm, 9.II, i, 2.- Exponitur. I, v, 8, 9. *Cf.* Boethius. – Per quam differt a participio et nomine. I, v, 4. – 3*, Dicitur: *cuius nulla pars separata significat.* I, v, 2.-Ut distinguatur ab oratione. 1, v, 3.—Vel etiam ob convenientiam quam videtur habere cum oratione. 1, v, 3. – Definitio Aristotelis est de verbo communiter sumpto. I, v, 11.- Verba magis sunt *principia interpretationum* quam *interpretationes.* 1,1, 3. – Verbum est pars integralis enunciationis, ideoque annumeratur inter cius principia materialia. I, t, 7. iv, 1. vi, 1. – Importat compositionem. I, v, 3, 8. vm, 9. – Et sic est quasi quaedam pars formalis orationis. J, v, 3. – Verba sunt voces significativae ex institutione humann. I, 11, 4.-Verbum semper ponitur ex parte praedicati. I, v, 4, 8. – In subiecto positum significat materialiter. 1, v, 6,-Verbum significat aliquid ut in altero existens. I, v, to. – Significat actionem

vel passionem. I, iv, 1,7. v, 5, 8, 10.- Procedentem a re. I, iv, 1. v, 5, 8. —Verba accepta divisim a nominibus, assimilantur intellectui simplici quoad veritatem. I, m, 11, 12. – Per se sumptum verbum non significat nisi simplicem conceptionem. I, v, 17.– Ideoque non significat verum vel falsum logicum. 1, v, 18.-In verbo primae et secundae personae, et in verbo exceptae actionis, intelligitur determinatus nominativus, et in illis est compositio implicita. I, 111, 12. vin, 17.-Verbum substantivum cum nomine semper significat verum vel falsum. I, iv, 15. – Quare verba impersonalia cum casibus obliquis significent verum vel falsum, *ibid* - Quomodo verba comprehendantur sub nominibus. I, v, 15, 16. – Quando ponuntur materialiter, sumuntur in vi nominum. 1, v, 6,8, – Verba infinitivi modi, quomodo accipiantur ut verba, et ut nomina. 1, v, 5, 8. – Verbum infinitum, quomodo constituatur. 11, i, 5. - Non habet perfectam rationem verbi. I, v, 10, it.-Quare dicatur infinitum. I, v, ii.-Verba infinita quomodo differant a negativis. *ibid*. -Extra enunciationem positum, verbum infinitum potest accipi ut una dictio. II, t, 5. – In enunciatione positum fit verbum negativum, *ibid*. – *Casus* verbi. *Vide* Casus.

Veritas — Veritas *late sumpta* est conformitas ad mensuram. ·, m, 9. – *Stricte sumpta,* est conformitas inter rem et intellectum. I, 111, 7.-Verum est bonum intellectus. VI *Ethic*. I, m, 7. - De quocunque dicatur verum, oportet quod sit per respectum ad intellectum. *ibid*. – Veritas dupliciter invenitur: 1*, ut in eo quod est verum ; 2·, ut in cognoscente verum. I, m, 6. – Cognoscere veritatem, quid sit. I, m, 9. - Veritas, ut in re vera, invenitur in simplicibus et in compositis. 1, 111, 6. – Est quoddam verum per se notum. I, xiv, 24.—Sunt quaedam vera non per se nota, sed per alia. *ibid*. – Horum quaedam ex necessitate sequuntur ex principiis, alia non. *ibid*. – Ex vero cognito, proceditur ad cognitionem ignotorum. 1,1, 1.-Veritas dividitur in veritatem *rerum, intellectus, vocis,* et *sensus*. I, 111, 7, 8, 9.- *Veritas rerum*. Ens et verum convertuntur. I, m, 5.-Quomodo quaelibet res sit vera. I, m, 8. - Hoc modo est aliquid verum quo habet esse. I, xm, 11. Veritas in rebus per comparationem ad earum opposita, sequitur leges contradictioni·'. I, xv, 3. - Res naturalis non est vera vel falsa *formaliter* per comparationem ad intellectum nostrum. 1,111, 7. - Est tamen *effective,* ut habetur ex lib. *Praedic*. I, in, 7. vn, 3.-Quidam antiqui posuerunt veritatem rerum in *videri*. I, hi, 7. – Artificialia quomodo sint vera vel falsa, *ibid*. - *Veritas intellectus*. Intellectus noster quandonam verus vel falsus. I,' in, 7, 9. ix, 2. - Veritas, ut in re vera, semper invenitur in intellectu secundum quod cognoscit *quod quid est.* III *De Anima*. I, 11, 10. m, 5, g. —Intellectus est subiectum veritatis cognitionis. VI *Metaph*. 1, vn, 3. – Concipiens in se veritatem rei. 1, vn, 5. - Solus intellectus cognoscit veritatem. VI *Metaph*. 1, m, g.—Quomodo veritatem cognoscat. *ibid*. – Invenitur in una eius operatione, non autem in altera. III *De Anima*. I, ni, 2.-Veritas et falsitas cognitionis est in intellectu componente et dividente. I, tu, 3,4,6, 9, ii. - Intellectus componens et dividens habet ex necessitate veritatem vel falsitatem cognitionis. 1, m, 2.– Prima et summa veritas est in intellectu divino. 1, m, 5.-Absque compositione et divisione. J, m, 10.- *Veritas vocis*. Vox est vera, ut res quaedam. I, m, 9.- Vox vera, ut in quo est verum, quid sit. *ibid*.- Item falsa, *ibid*. - Veritas vel falsitas est in eo ut in signo. I, m, 9. vn, 3. - Vocum significativarum quaedam significant sine vero et falso, quaedam cum vero et falso. I, m, 1, 2.-Nomina et verba divisim accepta, non sunt vera vel falsa. I, hi, 11 , 12, i3.-Ncc etiam nomina composita, absque verbo. I, m, 3. - Sola oratio enunciativa significat verum et falsum. I, vu, 4.-Veritas vocis non est sine compositione et divisione. I, in, i3. II, i, i.–Ex veritate vel falsitate enunciationis sequitur rem esse vel non esse; et e converso. I, xm, 7, 12. - Veritas nostrae enunciationis non est causa existentiae rerum. I, xiv, 4.—Sed potius e converso. 1, ix, 2. xiv, 4. - Enunciationes se habent ad veritatem sicut res ad esse vel non esse. I, xv, 4. - Quid sequatur ex hoc. *ibid*. - *Veritas sensus*. Sensus est verus quando per suam formam conformatur ad res extra animam. 1, in, g. - Sensus proprii sensibilis semper est verus, *ibid*. – Sensus non cognoscit veritatem. *ibid*.

Virtus—Vis— *Vide* Corpus, Interpretatio, Motus, Natura, Sensus.

Vocativa — Est species orationis perfectae. 1, vn, 4. - Non constituitur per solum nomen vocativi casiis. *ibid*. – Quid exprimat. I, vu, 5. - *Cf*. Oratio.

Vocativus — Per casum vocativum provocatur animus audientis ad attendendum. 1, vn, 4. *Cf*. Vocativa.

Volitum — *Vide* Voluntas.

Voluntas — Obiectum voluntatis est bonum. 1, xiv, 23. —Bono propter se appetibili necessario adhaeret voluntas. I, x, 24.– Item bonis necessariis ad felicitatem, maxime si ut sic apprehendantur, *ibid*. - Non vero necessario appetit particularia bona; sed libere ea eligit. *ibid*. *Cf*. Consilium, Electio. - Voluntas quae est in ratione, non est actus organi corporalis. 111 *De Anima*. I, xiv, 14.-Utitur viribus sensitivis, *ibid*. – *Voluntas Dei* est causa extra ordinem entium existens, profundens totum ens, omnesque entis differentias. 1, xtv, 22.-Indeficiens est: tamen non omnes eius effectus sunt necessarii, sed quidam contingentes. ffriJ.-Ex ipsa originatur necessitas et contingentia in rebus: ipsa tamen transcendit ordinem utriusque. *ibid*. - *Velle* Dei, seu operatio eius voluntatis, multo differt ab operatione voluntatis nostrae. I, xiv, 18. – Est ipsum esse Dei. I, xiv, 16. - Comprehendit omnem appetitum, *ibid*. – *Volitum* divinum comorchendit omne appetibile, *ibid*.

Vox — Definitur ex II *De Anima*. I, iv, 3. - Est quoddam naturale. 1, 1, 9. 11, 4. iv, 4. – Vox, ut quoddam naturale, pertinet ad consideratione Naturalis Philosophiae. II *De Anima,* et ult. *De 'Generat. Animal*. 1,1, 9. - *Cf*. Oratio. – Significatio vocum pertinet ad Logicam. 1, n, 3.-Non omnes voces sunt significativae. I, n, 4. – Ex vocibus significativis intelliguntur res. 1, 1, 2. - Voces significativae sunt homini necessariae : et sufficerent, si uteretur sola cognitione sensitiva. I, n, 2. – Quaedam significant naturaliter. I *Polit*. 1,11, 4, 5, 8,- Exprimentes appetitus sensibilis affectiones. I, n, 5. - Quaedam ex institutione humana significant. 1, 11, 5, 8, 9.– Tales sunt notae conceptionum intellectus. 1, 11, 3, 5, 9, 10.111, i, 2, 9. v, 16. vn, 2. – Immediate significantes conceptiones, et, eis mediantibus, res. J, n, 3, 5. - Quae naturaliter significant, eaedem sunt apud omnes; aliae vero non. I, 11, 8,-Voces significantes naturaliter, interpretationes dici non possunt. 1, 1, 3. – Proprium est vocis significativae *stricte dictae* ut generet aliquem intellectum in animo audientis. I, v, 16.-Duplex est significatio vocis. I, vi, 3.- Una refertur ad intellectus simplices. I, 11, 10. vi, 3.-Altera ad intellectum compositum. I, vi, 3.-Vox *vera*. *Vide* Veritas.

INDEX ALPHABETICUS

EORUM QUAE IN ANNOTATIONIBUS

SUPER DIVI THOMAE COMMENTARIOS

IN LIBRUM PERI HERMENEIAS

CONTINENTUR

Signa — Litterae romanae maiores *librum* indicant; mtnores *lectionem; notam* graecae designant.

A

Accidens — Inhaerentia est de ratione accidentis. l, iv, δ. vin, η. – Subiectum ingreditur definitionem eius "non ut pars *intrinseca* essentialis, sed *extrinsece,* ut cui inesse debet accidens. I, iv, δ. – *Per aliud,* quod de accidente dicitur, importat negationem existendi per se, et necessitatem inhaerendi subiecto. I, vin, η. – Accidentia, quomodo entia dicantur. II, ι, ζ.

Actio — Actiones, absolute loquendo, non dicunt tempus, sed nobis notae sunt in tempore. I, v, ζ.-Actiones intellectivae neque sunt tempus, neque proprie in tempore fiunt. *ibid.* – Actio praesens est simpliciter actio. I, v, θ.

Actus — Actuum propriorum dominium. *Vide* Liberum Arbitrium.

Aegidius — Aegidius Columna (f 1316), Romanus, ex Ordine Eremitarum s. Augustini. *Praef.* – S. Thomâe discipulus doctissimus: eum *Expositorem* appellat, *ibid,* et I, ι, γ. – Citatur eius Expositio in lib. Periherm. I, i, γ. n, v. iv, β.

Aequivocum — *Vide* Nomen.

Aestimativa — *Vide* Intellectus.

Affirmatio — Ex parte rei praecedit negationem, i. e. absolute loquendo. I, vm, β.

Albertus Magnus B. — Citatur eius opus in lib. Periherm. I, n, η. iv, v. v, β. vι, ι. vni, ββ. XIV, ββ.

Alexander — Alexander Aphrodisiensis, discipulus Hermini. I, n, o. – Floruit saec. II aerae christianae: *Commentator* Aristotelis apud antiquos vocabatur. I, n, η.

Ammonius— Ammonius Hermea: floruit saeculo V: discipulus Procli. I, n, η. —Citatur eius Commentarius in lib. Periherm. *Epist. nuncup. D. Thomae,* β. I, ι, γ. u, η, p.. iv, v. v, ε, p. ix, η. xi, 0. χιv, ββ. II, i, *a.* 11, ε, p, π.

Analogum — *Vide* Nomen.

Andronicus — Andronicus Rhodius; floruit saeculo Ciceronis. I, II, η.

Appetitus —· Appetitus *animalis* est in organo animato tanquam in proprio subiecto immediato. I, χιv, π.– Appetitus animalis, quatenus est potentia in essentia animae rationalis radicata, potest dici *voluntas, ibid.* – Appetitus *rationalis. Vide* Voluntas.

Apprehensio — In simplici mentis apprehensione non est *per se* falsitas; est tamen *per accidens;* idque dupliciter. I, n, o.-In ea est actus simplex tum subiective tum obiective. I, vi, 8.

Aristoteles — Sequentia eius opera citantur. *Categ.* I, v, ξ. x, β.-I *Prior. Analyt.* II, n, p. – *De Rhetorica ad Alexandrum.* I, ι, γ. – *De Respiratione, ibid.*-II *De Anima, ibid.*– III *De Anima.* I, I, a.-III *Metaph.* I, v, v.

Artificialia — In artificialibus duo sunt, materia et forma: utraque quid sit. I, iv, δ. – Denominantur a forma, *ibid.* – Materia ingreditur definitionem eorum vel in recto vel in obliquo, prout definiuntur in concreto vel in abstracto, *ibid.*

Augustinus S. — Citatur eius opus *De Civitate Dei.* I, n, *a.* χιv, p. xv, η.

Averpoes — Citatur eius Commentarius super lib. *De Interpretatione.* I, v, ζ.

B

Bacon — Bacon a Verulamio reprehendit Aristotelem et scholasticos, quod in causis finalibus anchoram fixerint. I, vn, a. – Respondetur accusationi, *ibid.*

Boethius — Citantur I et II *Editio* in lib. Periherm. *Epist. nuncup. D. Thomae,* β. I, ι, γ, x. n, η, ι, o. III, o. v, «, ε, π. vι, η. vιιι, φ, ιι. χ, υ. χι, θ. χιv, ξ, ββ. χv, η. II, Π, ε, 9. – Versio Boethiana. I, vι, ε. χι, η. xm, ι. II, Π, ρ, π.

Bonum — Particularia bona, si apprehenderentur a ratione ut sine quibus finis non obtineretur, essent ex necessitate appetibilia. I, xrv, αχ.– Talis necessitas esset non quidem obiectiva et absoluta, sed subiectiva et hypothetica. *ibid.*

C

Caietanus — Quod in Commentariis s. Thomae super lib. Periherm. desideratur, a Caietano suppletum est. *Praefat.* – Citatur hoc supplementum. I, xm, p. – Et Comment, super *Summam.* I, vin, o. xm, γ. xv, γ.

Causa — Causas finales sapiens non potest praeterire. I, vu, ot – *Vide* Bacon.

Cognitio — Veritas cognitionis. *Vide* Veritas.

Compositio — Apud Aristotelem et Scholasticos, designat iudicium affirmativum. I, ni, δ. Cf. Iudicium.

Conceptus — Conceptus mentis natura sua ordinem dicit ad obiectum intellectum. I, n, p.-*Passio, similitudo, intellectus, conceptus,* idem significant, sed a diversis proprietatibus haec nomina imponuntur. I, n, v. – Conceptus sunt iidem apud omnes, et naturales. I, n, p.

Consignificare — Quaenam sit distinctio inter *consignificare* et *significare.* I. v, p.

Consilium — Media circa quae cadit consilium, opus est quod nec sint in sç necessaria, nec ut talia apprehendantur: quod si ut necessaria apprehendantur, etsi in se non sint, iam non est circa illa consilium. I, χιv, αα.

Contingens — Contingentia possunt considerari secundum quod sunt contingentia, et secundum quod in eis aliquid necessitatis invenitur. I, xm, γ. xv, γ. – Nihil est adeo contingens, quin in se aliquid necessarium habeat. I, xm, γ. – In ente contingente distinguenda sunt *natura* contingentiae et *status* contingentiae: ratio huius distinctionis: conclusiones hinc deductae. I, xv, γ. —De radicibus contingentiae pertractare, pertinetne ad logicam ? I, χιv, ββ.

Contradictio — Nomen *contradictio* ab Aristotele introductum. I, iv, ξ. – In contradictoriis enunciationibus requiritur primo, quod affirmatio et negatio referantur ad idem: secundo, quod negatio non plus faciat nisi ut removeat affirmationem. I, ix, x, χι, δ.

Corruptio — Quomodo dicatur ens. II, ι, ζ.

Creatura — *Vide* Deus, Esse.

D

Definitio — Ex exigentia finis petitur ratio definitionis. I, vn, *a.* – Quandoque dicitur falsa, non ratione apprehensionis, sed ratione compositionis. I, n, o. – Unitas eius, quali interruptione tollatur. I,vπι, o.-Quomodo interpositio coniunctionis ve! morae destruat unitatem definitionis. I, vιιι, π.-Partes speciei quae in definitione ponuntur, sunt materiales. I, vi, a.-Dicitur *terminus:* quare. I, iv, β.– Principia eius. *Vide* Differentia, Genus.

De Rubeis — Epistolam nuncupatoriam s. Thomae ut genuinam non renuit admittere. *Praef.* – Dicit Commentarium s. Thomae in Periherm. librum, ab alio non fuisse suppletum. *ibid.*

Deus — Deus est sua essentia, sua cognitio, et sua operatio, modo infinito. I, χιv, φ. – Ex modo essendi, cognoscendi, et operandi in creaturis, non potest argui ad modum essendi, cognoscendi, et operandi in Deo. *ibid.* – Modus iste divinus est infinitus, *ibid.* – Deus dicitur *super-ens, super-essentia* etc. *ibid.* – Ratio entis et ratio causae sunt realiter una eademque res in Deo. *ibid.* – Deus est *esse,* et caeterae perfectiones per essentiam. I, vin, β. – In intellectu divino ab aeterno praeexiterunt deae rerum creatarum. I, m, η. – *Vide* Esse, Philosophia, Veritas.

Dictio — Vocabulum *dictio* ab Aristotele introductum. I, iv, ξ. – Dictiones *infinitae,* quare sic appellentur. I, iv, v.-Ab Aristotele nomen acceperunt, *ibid.*

Differentia — Est principium formale in definitionibus, sive consideretur relate ad genus, sive respectu individui. I, vi, a. – Dicitur sum a forma, quia est quid determinans. I, vni, x.

Divisio — Apud Aristotelem et Scholasticos designat iudicium negativum. I, m, δ. *Cf.* Iudicium.

E

Echard— Citatur eius *Scriptores Ordinis Praedicatorum.* Praef. II, n, o.

Ens — Ens pure dictum, formaliter significat *rem,* sed consignificat *esse* eius rei. I, v, p. – Est ultimum ad quod ascendit mens in abstractionibus; et a quo descendit in synthesi ideali. I, vin, ζ. – Omne ens dicitur per respectum ad unum primum. II, ι, ζ.-Ex eo quod *ens* non sit genus, sequitur quod non sit univocum, et vice versa, *ibid.* – Potest intelligi, non intellecta ratione *veri.* I, m, ζ. *Cf.* Ontologistae. – Ens et verum sunt una eademque res, licet ratione distinguantur.I,

ni, η. – Dictum Aristotelis, *Ens... nihil est,* non identificatur cum placito Hegeliano. I, v, v. – Ens multipliciter dicitur: tamen diversi modi essendi ad quatuor reduci possunt. H, i. ζ·

Enunciabile — Enunciabilium veritas. *Vide* Veritas.

Enunciatio — An sit interpretatio. *Vide* Interpretatio. – Enunciatio et propositio non differunt inter se, nisi quadam comparatione et relatione. I, vn, γ. – Ideoque vocabulis *enunciatio* et *propositio* promiscue utuntur philosophi, *ibid.* – Quantitas enunciationis ex subiecto diiudicatur; et quare. I, x, γ. – Propositiones, seu enunciationes affirmativae et negativae, quandonam oporteat ut una sit vera et altera falsa. I, xn, t, – Quid de propositionibus aequivoci subiecti. *ibid.* – Aristotelis doctrina circa enunciationes de futuris contingentibus : an sit vera, vel contra fidem. I, xv, η. – Enunciationes de tertio adiacente. Obscuritas litterae circa earum ad invicem habitudinem. II, u, ε. – Variae interpretationes eiusdem. II, n, p.

Esse — *Esse,* non secundum purum nomen, sed quoad rem etiam significatam, vere et realiter affirmatur de Deo et de creaturis. I, v, ξ. – *Esse* Deo et creaturis convenit analogia *proportionalitatis,* et analogia *attributionis.* I, v, ξ. xiv, φ.- Quae possunt esse et *non esse,* prius concipiuntur ut non existentia quam ut existentia; sed absolute loquendo, *esse* praecedit *non esse.* I, vm, β. – Ergo, existentia entis perfectissimi praecedit existentiam entis finiti, *ibid.*

Est — Potest sumi vel ut dictio, vel ut copula I, v, v,- Quid significet utroque modo sumptum, *ibid.-Est* seu *Ens.... nihil est. Vide* Ens.

F

Fatum — Potest accipi vel ut divinae providentiae ordinatio, vel ut· necessitas in omnibus causis secundis. I, xiv, p.-Qui liberum hominis arbitrium fato subiiciebant, variis modis fati naturam explicabant, *ibid.* – Quae sint istae acceptationes, *ibid.* – Divinae providentiae ordinatio an recte dicatur fatum, *ibid.*

Finis — *Vide* Causa, Definitio.

Forma — Illud a quo aliquid constituitur et denominatur, consuevit appellari forma. I, vm, x.

Futurum — Eorum futurorum homo est principium, quae agit quasi dominus suorum actuum existens. I, xiv, 3.

G

Generatio — Quomodo generationes dicantur entia. II, 1, ζ.

Genus — Est principium materiale respectu definitionis et differentiae, sed formale respectu *suppositi* naturae specificae. 1, vt, «.-Sumitur a materia, utpote determinabile. I, vm, x.– Significat naturam quae sub se habet species, in quas dividitur per differentias superadditas. 1, x, i. – Significat aliquo modo totum. I, vm, v.

Georgius — Georeius Trapezuntius. Citatur eius *Comparatio Platonis et Aristotelis.},*ιχ.η.

Gratiadeus — Floruit ad annum i3qi : eximiae fuit doctrinae. *Praef.* - Ex scriptis eius in totam artem veterem, excerptum est quoddam supplementum Periher. II, n, o.

H

Hanorens. — Philipp. Com. *Lege* Flandrens. *Praef.*

Haurhau — Auctor recentissimus *Historiae Philosophiae scholast'cae :* citatur tacito nomine: nnn attendit ad distinctionem a D. Thoma factam, inter *naturam* et *modum intelligendi* naturam, in consideratione universalis. I, x, i.

Hegklius — Fundator idealism: speculativi. II, i, ζ.-In eius *Logique,* negationes ad ordinem realitatis transtulit, *ibid.* - De placito Hegeliano: *Ens est nihil.* I, v, v.

Hic — *I/ic et nunc,* idest loci et temporis determinatio. I, n, β. – *Secundum locum* et *secundum tempus* Scholastici etiam dicunt *secundum hic* et *secundum nunc.* I, ti, γ.

Homo — *Vide* Intellectus, Liberum Arbitrium, Voluntas.

I

Idealismus — Totus fundatur in confusione entis *rationis* cum ente *reali.* II, i, ζ.- *Vide* Hegelius, Kantius.

Imaginativa — Dicitur intellectus *passivus.* I, n, 0. – *Cf.* Intellectus.

Intellectus — Potest designare facultatem, habitum, vel actum intelligendi. I, 1, a.– Vel etiam rem intellectam, seu nudum conceptum mentis. I, ii, v, p. *Cf.* Conceptus.– Intellectus quare ab Aristotele appellentur passiones animae. I, n, i. – Intellectus prout significat actum vel habitum, est idem quod *intelligentia, intelligere,* et *intellectio.* I, i, «.- Intellectus *passivus* est facultas sensitiva interna, quae est vel *imaginativa,* vel *aestimativa:* estque facultas organica. I, n, 0. – Intellectus *possibilis* est facultas propria animae humanae, sine corporis commixtione, ab anima inseparabilis, *ibid.* – Actiones intellectivae. *Vide* Actio.– Intellectus noster cognoscit singularia per quamdam reflexionem. I, xiv, σ. – Potest distinguere, seu separatim intelligere, ea quae sunt coniuncta in rebus, quando secundum se considerata, constituunt obiecta quae independenter ab aliis praescierunt intelligibilitatem. 1, x, γ. – Sed non debet affirmare ea esse separata, vel distincta in seipsis. *ibid.* – Verum absolutum est bonum intellectus, et falsum absolutum est malum eius. I, m, ζ.

Intelligentia — Proprie designat non facultatem intellectivam, sed actionem eius. I, i, *a.*

Interpretatio — Interpretatio stricte accepta idem sonat ac enunciatio; late autem sumpta idem est ac locutio in genere. I, t, γ. vi, o.- Merito a D. Thoma dicitur, interpretationem sumi pro enunciatione in titulo libri *Perihermeneias.* I, i, γ. – Quid sit eius genus. I, vi, t. – Interpretativa facultas quid sit. I, vi, o.

Isidorus S.— Citatur lib. II *Originum.* I, i, γ.

luniciuM — Iudicium est actus simplex ex parte intellectus, et compositus ex parte rerum iudicatarum. I, in, 3. vi, 3. – Apprehensiones subiecti et praedicati, et eorum ad invicem comparatio praecedunt iudicium. I, m, 3.– Sed iudicium ipsum totum perficitur in affirmanda vel neganda identitate praedicati et subiecti. I,ιιι,δ. vi, 3.—Quare iudicium affirmativum dicatur *compositio,* et negativum *divisio.* I, m, 3.

J

Jourdain — Citatur eius *Recherches critiques sur l'âge et l'origine des traductions latines d'Aristote.* I, v, «. vι, ε.

K

Kantius — Fundator idealism! critici: in eius *Critique de la raison pure,* nonnisi rcalitatem contingentem extra nos ponit. II, ι, ζ.

Liberum Arbitrium — Est dominium propriorum actuum. I, xiv,ε. – Argumenta quibus hic utitur Divus Thomas, ad demonstrandum liberum in homine arbitrium, sunt *a posteriori. ibid.* – Rationalitas est causa liberi arbitrii, et per eam *a priori* demonstratur, *ibid.*- An providentia divina tollat liberum hominis arbitrium. *Vide* Providentia.

Lingua — Linguarum diversitas hominem alienat ab homine. I, n, a.

Ludovicus — Ludovicus dc Valle-Oleti, Ord. Praed.: saeculo XV historiam scripsit conventus Parisiensis, in qua D. Thomam Commentarios fecisse ait super librum *Periher.* et librum *Poster.,* eum *Expositorem* per excellentiam a philosophis appellari dicens. *Praef.*

M

Materia — Eius proprium est ut determinetur a forma. I, vin, x.-Omne determinabile lato sensu dicitur materia, *ibid.* – Materia non potest praedicari dc toto cuius est pars integralis. 1, vm, v. – In conceptu eius est ratio subiecti recipientis omnia genera, ct ratio privationis. I, xi, t. – Est distinctio rationis inter privationem et materiam, *ibid.*

Maurus — Sylvester Maurus. Citatur eius explanatio Operum Aristotelis. I, iv, i. xv, η. II, n, p.

Mens — *Vide* Intellectus.

Motus — Quomodo dicatur ens. II, t, ζ.

N

Natura — Opus naturae est opus intelligentiae divinae ; ideoque ita ad finem ordinatum, ut unicuique rei talis indita sit natura, qualem ratio finis eius postulat. 1, vn, a. – *Naturale,* apud Scholasticos designabat id quod a materia dependet, vel est in materia sensibili. I, vi, σ.

Necessarium—Definitio eius. I, xiv, ξ.-Variae opiniones, *ibid.* – Necessitas est differentia essentialis, sicut et contingentia. I, xv, γ.

Negatio — Absolute loquendo praesupponit affirmationem. I, vm, β. – Quomodo possit dici *ens.* II, i, ζ.

Nomen — Dividitur in *aequivocum, analogum,* et *univocum.* I, v, ξ. – Definitiones singulorum. *ibid.* – Nomen analogum improprie dicitur ab auctoribus aequivocum. *ibid.* – Analogum subdividitur in analogum analogia *proportionalitatis,* et analogia *habitudinis* seu *attributionis, ibid.* – Definitiones, *ibid.* – In analogis significatio *per prius* invenitur in uno, quod dicitur *famosum analogatum. ibid.* – Differentia inter nomina simplicia bt composita. I, tv, i.

O

Ontologistae — Erronee intulerunt ex verbis s. Thomae, *ens* non posse intelligi nisi ratio *veri* intelligatur. I, m, ζ.

Oppositio — Cuilibet oppositioni proprie dictae commune est quod affirmatio et negatio referantur ad idem. I, xi, 3. – Oppositio *contradictoria. Vide* Contradictio.

Oratio — In definitione enunciationis, oratio est principium materiale respectu ipsius definitionis, et respectu differentiae; formale vero respectu rei definitae. I, vi, *a.* – Definitio orationis quomodo accipienda: variae opiniones. I, vi, η, i. – De unitate ct pluralitate orationis. I, vm, o, φ, ω.—De simplicitate et compositione orationis. I, vm, ϛp.

P

Passio — Quot modis dicatur *pati.* I, n, 0.- Quandoque *praedicatum* significat; et passio *propria,* praedicatum exprimens aliquid *proprium.* I, m, 3.- *Passiones animae* non significant omnes operationes animne, quamvis sensu latissimo hae possunt dici passiones seu affectiones animae. I, n, 0.- Passio significat etiam nudum conceptum mentis. I, H, v. *Cf.* Conceptus. – Passio, absolute loquendo, non dicit tempus. I, v, Ç.

Periiiermenkias — Celebritas, auctoritas et obscuritas libri Periher. *Epist. nuncup. D. Thomae,* β. – Vindicatur eius authentia. I, n, η.– Tractat non solum de enunciativa oratione, sed et de nomine et verbo, et proprietatibus enunciationis, prout ad hanc ordinantur. I, i, γ.-Titulus non est imperfectus, sed liber denominatur a principaliori subiecto. *ibid. Vide* St-Hilaire. – Unico libro apud graecos absolvitur. *Praefat.* et II, i, «.-A latinis in duos distributum fuit opus. *ibid.* – Divisio petitur ex natura enunciationis. *ibid.* – Partitio Ammonii. II, 1, a.-Codices et impressa in hac editione adornanda adhibita. *Praef.*

Philoponus — Alias,Joannes Grammaticus: floruit saeculo VII: desunt eius Commenta in lib. *Periher.* 1, vi, 1. – Citantur eius Commentaria in libros *Priorum.* 1, vni, v. vi, t. vn, γ.
Philosophia — Necessario Dei existentiam praesupponit. I, vm, β.
Plato — Plura ex iis quae Aristoteles tradit de logica, inveniuntur in libris Platonis; dispersa tamen. 1, ιχ, η. – Sequentia eius opera citantur. *Cratylus.* I, vi, π.- *Timaeus.* I, x, p. xi, i. – *Sophista.* II, 1, ζ.
Possibile — Definitio eius. I, xiv, ξ. – Variae opiniones, *ibid.*
Praedicare — Quid significet praedicari *in quid,* in *quale quid, in quale,* in quale *necessario* et in quale *contingenter.* I, x, ~k,- *Praedicatum,* quare dicatur pars formalis propositionis. 1, x, *a.* – Quid sit praedicatum formale et materiale: verbum solum est praedicatum formale. I, v,-β. – Praedicatum dicitur *passio.* *Vide* Passio.
Principium — Nihil prohibet unum et idem, respectu diversorum, esse principium *materiale* et *formale.* I, vi, a.
Privatio — Semper praesupponit subiectum de quo aliquid negatur: et strictiori sensu est negatio perfectionis debitae. I, iv, p. – Hinc differt a negatione, *ibid.* – Quomodo dicatur *ens.* II, i, ζ.-An sit distincta a materia. *Vide* Materia.
Propositio — *Vide* Enunciatio.
Proprium — Propria, sive *per se* accidentia, quomodo sint entia. II, 1, ζ.
Providentia — Quidam a subiectione divinae providentiae voluntatem humanam eximebant; alii talem subiectionem male explicabant, dicendo nullum esse liberum hominis arbitrium sub providentia Dei; alii utrumque conciliant. I, xiv, p. – Ordinatio divinae providentiae, debetne fatum appellari? *Vide* Fatum.

Q

Quale — Praedicari *in quale. Vide* Praedicare.
Quid — Praedicari *in quid. Vide* Praedicare.– *Quod quid est* idem valet quod essentia. I, x, ε. – Variae dictiones et locutiones huc pertinentes, *ibid.*

R

Ratio — Quod a ratione est, aliquo modo naturale est. I, vi, σ.
Robertus de Vuloarbia — Dubitatur an sit idem qui *Robertus Kilwardbius:* scripsit supplementum ad *Periher.* II, 11, 0.
Robertus Kilwardbius — Eius agnomen incredibiliter corruptum. II, 11, 0. – Scripsit *Annotationes* in lib. *Pe Interp. ibid.*

S

St-Hilaire — Barthélemy de St-Hilaire, nuperus auctor: tacito nomine, citatur eius opus *De Logica Aristotelis:* quid senserit de titulo *Perihermeneias.* I, 1, γ.
Scientia — Proprium scientiae est cognitio sui obiecti, ad quod tanquam ad suum finem ordinatur. Iki, γ.–Qualis sit haec cognitio, *ibid,*- Quaelibet scientia est ex praecedenti cognitione. I, iv, *a.*
Scriptura — Scriptura cuius usus est necessarius homini, comprehendit signa quaecunque sensibilia a vocibus diversa. I, 11, 3.
Sermo — Sermo manifestativus conceptuum mentis perficitur nonnisi in enunciatione. I, 1. γ-
Significare — Multum differt a *consignificare.* I, v, p.
Signum — Diversa nomina quibus signa intellectuum simplicium appellantur in schola: *terminus, vox simplex, dictio, nomen, verbum.* I, ni, v.
Similitudo — Significat quandoque conceptum mentis. I, 11, v. *Cf.* Conceptus.
Singulare — Quomodo intelligantur singularia. *Vide* Intellectus.
Subiectum — Illud quod constituitur et denominatur a forma, dicitur *subiectum.* I, vni, x.- Quomodo subiectum ingrediatur definitionem accidentis. *Vide* Accidens. – Subiectum propositionis quid sit. I, x, a. – Dicitur pars materialis propositionis, *ibid.* – Non potest esse aliquid quod significet inhaerentiam, nisi hoc sumatur in vi nominis, *ibid.*
Substantia — Quomodo dicatur ens. II, 1, ζ.- *Per se,* quod dicitur dc substantia, non excludit *causam essendi,* sed tantum *subiectum cui inhaereat.* I, vm, η. – Substantiae *primae* sunt res singulares: *secundae* sunt universales. 1, x, β. – Primae non dicuntur de subiecto, nec possunt in pluribus esse; quod e contrario accidit secundis, *ibid.* – Quare appellentur *primae* et *secundae, ibid.* – Primae insunt secundis sicut inferius est in suo superiori. *ibid.*

T

Thomas S. — *Expositor* dictus *Praefat.* – Vindicatur authentia eius epistolae nuncupatoriae. *ibid.* – Probabilius est ipsum legisse textum graecum Aristotelis. I, v, a.-Sequentia eius opera citantur. *In lib.* I. *Post. Anal.* I, iv, *a.* vu, *a.* – *In* VI *Metaph.* 1, m, λ. – *In* Ill *De Anima.* I, 1, *a.* – *In* VI *Ethic.* I, in, ζ. – 11 *Dist.* χχχιχ. 1, xiv, π. – *Summae Theologicae* P. I. I, 11, 0. m, ζ, x, ξ. xin, γ. xiv, ε, σ.
Tullius — Citatur eius opus *De Fato.* 1, xiv, p.

U

Unitas — Unitas definitionis vel cuiuscunque orationis. *Vide* Definitio, Oratio.
Universale — Aliud est natura universalis *obiective* accepta, aliud est *modus intelligendi* naturam: entia rationis non praedicantur de natura secundum se spectata, sicut nec *esse naturae* praedicatur de modo intelligendi. I, x, i. – Conceptualistae concludunt a *modo intelligendi* naturam ad *naturam* ipsam: ultra-realistae vero a natura ad modum intelligendi naturam, *ibid.* – De modis diversis attribuendi aliquid universali, et de dictionibus quibus tales modi exprimuntur. I, x, p, v.

V

Verbum — Primo et per se non significat tempus; sed consignificat tempus, significando actionem notam in tempore. 1,1, 0. v, ζ. – Nominatur apud Arabes *actio.* I, v, ζ. – De interpretatione secundae particulae in definitione verbi positae. I, v, *a.* – Quare dicatur *ut eorum quae de subiecto dicuntur, vel in subiecto sunt.* I, v, ε.
Veritas — Est conformitas rei et intellectus. I, m, x.-Veritas *cognitionis* consistit in conformitate intellectus iudicantis cum re. I, in, η. – In quo consistat haec conformitas. I, in, λ. – Enunciabilium veritas non est aliud quam veritas intellectus. I, hi, ξ. – Res sunt verae quatenus necessario conformantur intellectui divino. I, m, η, x. – Veritas rei non efficitur ab intellectu nostro. I, m, η.-Verum est idem realiter cum *ente;* sed ratione ab ea distinguitur. I, m. ζ, η. – Addit supra *ens* relationem rationis ad intellectum; ideoque non semper intelligitur, intellecto ente. I, m, ζ.
Voluntas — Voluntas simpliciter accepta, est *appetitus rationalis;* seu facultas consequens iudicium rationis. I, xiv, π, αχ.-Est essentialiter inorganica; a sola animae essentia fluit, et in ipsa est immediate. I, xiv, π.- Voluntas latiori significatione etiam pro *appetitu animali* usurpatur, quatenus hic est in homine, in animae rationalis essentia radicatur, et rationis moderamini subiicitur. *ibid.* – Libertas voluntatis. *Vide* Liberum Arbitrium. – Voluntas divina, debetne *fatum* appellari? *Vide* Fatum.
Vox — Voces primo conceptus significant, iisque mediantibus, res. I, 11, p.

W

Waitz — Theodorus Waitz. Citatur eius *Aristotelis Organon Graece.* I, 1, γ. ii, p. v, v. vi, β, ε. xn, ‹χ. xin, 3, ι. II, 11, ε, p, π.

INDEX ALPHABETICUS

EORUM

QUAE IN COMMENTARIIS DIVI THOMAE

SUPER LIBROS

POSTERIORUM ANALYTICORUM ARISTOTELIS

CONTINENTUR

■«O>

Signa — Litteris romanis indicatur *liber;* minoribus *lectio;* numeralibus arabicis *paragraphus*. Aristotelis opera litteris italicis designantur.

A

Abstracta — Ea quae dicuntur secundum abstractionem,-contingit nota facere per inductionem. I, xxx, 5.

Accidens — Accidentia quodammodo definitionem habent. VII *Metaph.* I, n, 3. – Accidens inest aliis. 1, xxxiv, g. – Esse eius est inesse subiecto. I, n, 3. – Esse eius dependet a subtecto. I, x, 4. – De sui ratione est ut dicatur de subiecto. I, xxxiv, g. – Non est aliquid subsistens. I, xxxiv, g.-Non est subiectum alterius, per se loquendo. I, xxxiv, 2, g. – Quomodo id quod est accidens in respectu ad aliquid, possit esse subiectum in respectu alterius. 1, n, 5.-Uni infinita accidunt. I, xxxiv, g.-Accidens *per se,* quid sit. I, x, 4. xiv, 2. – Duplex est, scilicet *per se* passio vel *proprium* et accidens inseparabile. I, xiv, 2.-Oportet quod proprium subiectum ponatur in eius definitione, quandoque in recto, quandoque in obliquo. I, x, 4..- Propria subiecta sunt causae talium accidentium. I, x, 8. xtv, 2.- Haec accidentia subiectis insunt semper et necessario, *ibid.* – Accidentia propria demonstrantur per definitionem speciei. II, xiii, 7.-Sunt convertibilia cum subiecto. I, vm, 7. xxxi, 13. – Universaliter praedicantur. I, xxvii, g. – *Vide* Definitio. – Accidens quod non est *per se,* contingit non inesse. 1, xiv, 2. – Et non potest demonstrari, *ibid.* – Tale non est necessarium. I,xiv, 2, 6. – Genera accidentium sunt finila. I, xxxrv, 10.- Omnia quae non sunt aliquid substantiale, sunt accidentia. I, xxxiv, g. – Accidentia sunt signa formae essentialis. VIII *Metaph.* II, xni, 7. – Non quidem accidentia propria speciei, sed accidentia communiora, *ibid.* – Causa probativa *per accidens. Vide* Medium. – Modi praedicationis in accidentibus. *Vide* Praedicatum. – Cognitio *per accidens. Vide* Scientia.

Actus — Sumitur ad significandum idem quod *forma.* II, xni, 6. – Quod est *in actu. Vide* Generatio.

Addiscere — Quid significet. I, in, 6. – Nihil addiscitur nisi ex praeexistenti cognitione. I, i, g. II, XX, 5. – Quod quis addiscit, erat prius notum *virtute,* non autem *actu.* I, 1, g. *Cf.* Plato.

Aequivoca — Medium demonstrationis in aequivocis. *Vide* Medium. – Fallacia aequivocationis. *Vide* Fallacia.

Affirmatio — *Vide* Propositio.

Agens — *Agens* seu *efficiens,* est causa alia ab essentia causati. II, vn, 2. vm, 3. – Ratio eius sumitur ex fine. I, xvi, 5. – Operatur propter finem. 1, xvi, 5. II, vn, 2. vm, 3.-Unit formam materiae. II, vn, 2. vm, 3.—Unde est quodammodo causa formae et materiae. 11, vu, 2.—Est principium motus.II, ix, 2,g, 10.- Est primum in via generationis. II, ix, to.– Non est semper causa necessaria. II, vn, 2. – Agit sibi simile. 1, xvi, 5.-Quomodo contingat quod non sit simul cum eo cuius est causa; et quomodo etiam sit simul cum eo. II, x, 2. —Agentia naturalia per suas formas reducunt in actum formas rerum inferiorum. I, 1, 8. *Cf.* Plato. – Agens, ut medium demonstrationis. *Vide* Medium.

Analogum — Est quoddam commune, quod proportionaliter se habet ad multa. I, xxxvn, 6. II, xvii, 4. xix, 3. – Non est idem cum eis secundum speciem vel genus. II, xvit, 4.- Medium demonstrationis in analogis. *Vide* Medium.

Analytica — *Analytica* seu *ludicativa* est pars Logicae. I, 1, 6. xxxv, 2.-Quare sic appelletur. I, i, 6.-Est demonstrativa scientia. 1, xxxv, 2. – *Analyticorum* libri. *Priorum Analyticorum* liber est de syllogismo simpliciter. I, i, 6. – In eo fit resolutio ad quaedam simplicia principia pertinentia ad dispositionem syllogismi in modo et figura. II, iv, 2. – *Posteriorum* liber est de syllogismo demonstrativo. I, i, 6, 7.– In eo docetur resolutio usque ad principia prima. II, iv, 2. – *In primo libro·* determinat Philosophus de ipso syllogismo demonstrativo. II, 1, *i.* – *In secundo libro,* de principiis eius, scilicet medio et propositionibus indemonstrabilibus. *ibid.*

Anaxagoras — Posuit, formas naturales praeextitisse simpliciter in materia ante generationem. I, ni, 3.-Tonitruum, quid iudicaverit esse. II, vn, 8.

Anima — *Vide* Plato.

Animalia — Tres gradus in animalibus quantum ad vim cognoscitivam. i". Inest omnibus sensus. II, xx, 8.-2'. Animalibus quibusdam, praeter sensum, inest memoria, et hoc in gradu diverso: quae carent motu progressivo, memoriam non habent. II, xx, g. – 3'. Homines vero gaudent etiam ratione. II, xx, 10. Animalia bruta naturali instinctu ad suos actus aguntur. 1, *1, 1.*

Aristoteles — Ex eius operibus sequentia citantur. II *Periherm.* II, 1, 3.-I *Priorum.* I, vm, 8. ix, 3, 4. xni, 10. xx, 6. xxxix, 6. II, iv, 2.-1 *Topic.* I, iv, 14. xxn, 2, 7, g. II, 1, 2.-II *Topic.* I, iv, 6. – *Elenchorum.* 1, xm, 7. –1 *Phys.* I, iv, 16. II, xn, 3. – II *Phys.* I, ni, i. XLi, 3, 16. XLii, 1, 2, 3. II, vn, 2. vm, 3. ix, 2, 4, 5, 14. x, 3.-III *Phys.* I, xxxvni, 4.-V *Phys.* I, xxxii, 4. xli, 7. II, xi, 2.- VI *Phys.* 11, xi, 2.-VII *Phys.* I, xxxvn, 5.- VIII *Phys.* I, xxxvn, 5. II, x, 2. – I *De Anima.* I, xliv, ii. 11, in, 11. – III *De Anima. I,* xlti, 7. II, v, g. – II *De Generat, et Corrupt.* II, xn, 2. – I *De Coelo et Mundo.* I, xxxvn, 5. – II *De Coelo et Mundo.* I, xn, 3. –1 *Metaph.* I, i, i. xxx, 4, 7.-II *Metaph.* 1, iv, 5, 16. x, 3. II, vi, 4. ix, 5. xn, 3.—IV *Metaph.* 1,11, 5. iv, 6. v, 6. xx, i, 5, 6. xxvii, 3, 4. xxxi, 11. XLii, 7. xliv, 10. – V *Metaph.* II, vm, 2. ix, 2.- VI *Metaph.* II, ix, 5.—VII *Metaph.* I, 11, 5. xxxvn, 6. xli, 5. II, 11, 6, 7. vi, 7. xm, 6.- VIII *Metaph.* II, xm, 6, 7.-IX *Metaph.* II, vn, 6. – X *Metaph.* I, xxxvi, *11.-VI Ethic.* I, xliv, 11. II; xx, n, 15.-VII et X *Ethic.* 1, xli, i5.

Ars — Est certa ordinatio rationis quomodo per determinata media ad debitum finem actus humani perveniant. I, 1, i.-Seu, est recta ratio factibilium. VI *Ethic.* I, xliv, ii. 11, xx, 11. *Vide* Intellectus. – Ab actu rationis omnes artes procedunt 1, 1, 2, 3. II, ix, 13.– Undenam sit in nobis eius principium. II, xx, 11. – Imitatur naturam. 1,1, 5. – Operatur propter finem. 11 *Phys.* II, ix, 14.-In omnibus artibus est aliquis demonstrationis modus. I, i, 10.

Ascensus — Ascensus in demonstrationibus. *Vide* Demonstratio.

B

Bonum — Pervenire ad bonum est aut a natura, aut ab arte. II, ix, 14.-De natura boni. *Vide* Plato.

C

Causa — Causa *essendi* est eadem cum essentia causati, vel non. II, vn, 2. – Ergo, quatuor sunt genera causarum, formalis, materialis, efficiens seu agens, et finalis. II *Phys.* V *Metaph.* II, vn, 2. ix, 2. *Vide sub propriis titulis.* – In rebus habentibus quatuor causas, una causa est quodammodo causa alterius. 1, xvi, 5. II, viti, 3. – Semper causa superior se habet ut formalis respectu inferioris. II, vm, 3. – Unius effectus possunt esse plures causae. II, ix, 11.- Contingit aliquid unum commune habere plures causas, secundum quod convenit diversis. II, xvm, 8.- Causa vel est causa *per se,* vel causa *per accidens.* II, xix, 2, 3. – Necesse est pervenire ad unum primum in quolibet genere causarum. II *Metaph.* II, xn, 3. – Idest in causis *per se. Ibid.* – Unius effectus una est causa *per se,* seu *propter quam* est (non *numerice* sed *formaliter* loquendo). I, xxn, 12. II, xix, 2. – Remota causa propter quam est aliquid, removetur effectus. I, xm, 8. – Causa *per se est* universalis causa. I, xxxvni, 2. XLii, 8. – Causa debet esse proportionate effectui. I, iv, n.-Est naturaliter prior et

notior suo effectu. 1, iv, i5. xxm, 4. xli, 5.- Id est *simpliciter,* et *secundum naturam*. I, xxm, 4. – Causa est potior suo effectu. I, vi, 4. – explicatur adagium *propter quod unumquodque tale, et illud magis. Jbid.* – Alia producit effectum suum semper, alia sicut frequenter. II, x, 1. xn, 4. – Alia est simul tempore cum suo effectu, alia non. II, x, 1. xvm, 2.- Causam in actu oportet simul esse cum eo cuius est causa. Il *Phys*. II, x, 3. – In causis quae sunt extra motum, oportet causam esse simul cum effectu. II, x, 2, 6.– Causa et causatum quae accipiuntur ut simul, oportet quod similiter sint in *jieri,* et in *esse,* et in *factum esse,* et in *futurum esse.* 11, x, 3, 4. – Utrum, quando causa et causatum non sunt simul, causatum secundum tempus continuum consequatur ad causam, vel non. II, x, 5, seqq. xi, *per tot.* – Causa et causatum sunt simul simultate consecutionis. II, xvm, 3. – Quomodo hoc sit accipiendum. II, xviit, 8, g. – Nobilioris principii (seu causae) nobilior est effectus. I, xxxix, 8. – Causa et effectus in generatione circulari. *Vide* Generatio. – Causa *probativa*. *Vide* Medium.

Certitudo — Quod contingit aliter se habere, non potest aliquis per certitudinem cognoscere. 1, iv, 5. – Incertitude causatur propter materiae sensibilis transmutationem. I, xli, 3.- *Vide* Iudicium.

Coelum — Motus coeli circularis. *Vide* Generatio.

Cognitio — Est sensitiva, imaginative ct intellectiva. I, 1, 9. *Vide* Imaginatio, Intellectus Sensus. – Cognitio *per se* et *per accidens*. *Vide* Scientia. – Magis scimus unumquodque cum cognoscimus ipsum secundum se, quam quando cognoscimus ipsum secundum aliud. 1, xxxvii, 5.-Cognitio nobilior ea est, quae est per causam. I, xlii, 8. -Cognitio simplicium praecedit cognitionem compositorum. I, n, 2.– Prius est scire magis commune. 1, iv, 16.-Dupliciter aliquid est notius, scilicet *quoad nos,* et *secundum naturam*. I, iv, 15. vm, 4.- Nihil potest fieri nobis notum nisi per id quod est magis notum nobis. I, iv, 16. xxm, 4. xxxix, 7. – Non potest per ignotum aliquid cognosci, nisi sub illa conditione, si illud primum quod ignotum est, sit. I, vn, 3. – Quod est magis notum nobis, est quandoque magis notum simpliciter, quandoque non. *ibid.-Praecognitio* importat cognitionem, et cognitionis ordinem. 1,11, 1.- Quaedam praecognoscuntur sicut prius nota *tempore;* quaedam sicut prius nota *natura,* licet simul tempore cum iis quibus praecognoscuntur. I, 11, 8. – Quandonam habeatur praecognitio ordine naturae, et quandonam ordine temporis. I, 11, g.

Complexa — Complexa non definiuntur. VII *Metaphys*. 1, 11, 3.

Compositio — Compositio, sicut et divisio, est secunda operatio intellectus. I, 1, 4. *Vide* Verum.

Conceptio — Communes animi conceptiones. *Vide* Principium.

Conclusio — Ex principiis aliquibus infertur. I, 11, 2.-Ad conclusionem inferendam duae propositiones requiruntur. 1,11, g. *Vide* Maior, Minor.– Conclusiones, quomodo sint infinitae. I, XLII1, 7. – Subiectum et praedicatum conclusionis sunt maior et minor extremitas in praemissis. I, 111, 5. xv, 6.– Ex conclusionibus possunt quodammodo syllogizari praemissae. II, xn, 2. *Cf.* Demonstratio.– Conclusio debet proportionari medio. II, vi, 3.– Est propositio mediata. I, xxxvi, 11.- Quaedam conclusiones, utpote per sensum acceptae, sunt notissimae. I, vi, 2. – Una conclusio per plura principia demonstrari potest. I, xli, 14.-Et hoc dupliciter. I, xli, 14, 15, 16.- Interempta conclusione, interimitur principium. I, xl, 6. – Conclusio se habet ad principium ut pars ad totum, *ibid*. – Conclusionum et principiorum est idem genus, aut simpliciter, aut secundum quid. I, xv, 5, 6. – Antequam inducatur inductio vel syllogismus ad faciendam cognitionem de conclusione, illa conclusio simpliciter nescitur, sed scitur secundum quid, seu virtualiter. I, m, 1, 3, 6. *Cf.* Plato. – Plura alia. *Vide* Principium, Syllogismus. – Conclusio demonstrationis. *Vide* Demonstratio.

Consequens— Fallacia consequentis. *Vide* Fallacia.

Consequenter — Dicuntur *consequenter* se habentia, quorum nihil est medium eiusdem generis. II, xi, 2.

Contingens — Contingentia possunt aliter se habere. I, xliv, 3. – Id quod non est necessarium, seu quod est contingens, oportet quod aliquando corrumpatur. I, xm, g. – Posito contingenti, illud quod accidit est possibile et contingens, non impossibile, *ibid*.

Continuum — In continuis, inter quaelibet duo puncta, sive signa, est medium accipere. I, xxxn, 5.

Contradictio — Est oppositio cuius non est medium secundum se. I, v, 5. – Oppositio nempe affirmationis et negationis, *ibid*. – Altera pars eius est affirmatio, altera negatio. *ibid*. – Contrarium, privatio, ct contradictio sunt in eodem genere. I, x, 8.- Contingit utramque contradictionis partem quandoque vel probabilem esse, vel ex probabilibus ostendi. I, xx, 6.

Contrarium — Contrarium, privatio, et contradictio sunt in eodem genere. I, x, 8. – Quandoque contrarium aequiparatur negationi in aliquo genere. I, x, 8. – Alterum contrariorum habet aliquid privationis. I, v, 5. – In contrariis immediatis, quamvis non sit medium circa determinatum subiectum, tamen est medium simpliciter; ct hoc etiam quod habent de immediatione, habent in quantum aliquid participant contradictionis, *ibid*. – Oportet, si unum contrariorum invenitur in natura, et reliquum inveniri. Il *De Coelo et Mundo*. I, xn, 3. – Contraria pertinent ad scientiam communem. I, xv, 7.

CoNVERTiaiLiA— *Convertibilia* idem sonat quod *aeque praedicantia*. I, xxm, 4. xxxiv, 6. – Quo sensu non sit in eis accipere prius et posterius. I, xxxi, 13. – Datur inter ea quaedam prioritas. *ibid*. – In terminis convertibilibus non accidit deceptio secundum fallaciam consequentis. I, xxn, 11.

Corruptibile — In omnibus corruptibilibus invenitur *aliquando sic* et *aliquando non*. I, xvi, 3.-In eis non invenitur *dici de omni, ibid*. – *Vide* Definitio, Demonstratio. – Incorruptibile est magis ens quam corruptibile. I, xxxvn, 8. *Vide* Particulare, Universale.

D

Deceptio — *Vide* Ignorantia.

Definitio — Definitio *essentialis* est oratio significans *quod quid est*. II. 11, 2. vm, 6. – Est una unitate significationis. II, v, 8. vi, 3. vm, 6.- Significat unum de una re cuius est ratio, et hoc non per accidens. II, vm, 6. – Sic distinguitur a nomine, *ibid*. – Ex partibus eius fit unum per se. II, vi, 3.-Est ratio quam significat nomen. IV *Metaph*. I, iv, 6.- Inconveniens est quod nihil sit aliud quam ratio exponens nominis significationem. II, vi, 6, seqq. – Alius modus definitionis est, ut sit *ratio manifestans propter quid*. II, vin, 7. – Definitio est notificatio substantiae; I), n, 7, 10. – Principaliter est substantiae; aliorum autem in quantum se habent ad substantiam. VII *Metaph*. II, 11, 7. vi, 7.-Quo sensu dicatur quod non sit eorum quae insunt. II, 11, 6. – Non-entium et non-substantiarum non sunt definitiones. I, n, 5. II, vi, 7.-Solam substantiam mediam definire contingit. I, xxxiv, 5. – Non contingit definire genera generalissima, *ibid*. -Nec singularia. I, xvi, 5. xxxiv, 5. – Est universalium. 1, xvi, 5. – Non est corruptibilium, sed sempiternorum. I, xvi, 4, 6. – Est eorum significativa, quae praedicantur affirmative et universaliter. II, II, 4.- Sed tamen non omnium horum. II, 11, 5. *Vide* Praedicatum. – Quae ponuntur in definitione debent esse talia, quae quidem sunt semper, et divisim accepta sunt in plus, non tamen extra genus; sed simul sumpta non sunt in plus quam *quod quid est* definiti. II, xm, 4, seqq.-Partes materiae non ponuntur in definitione. VII *Metaph*. I, x, 3. – Quomodn debeant investigari ea quae ponuntur in definitione, per divisionem generis. II, xiv, 2, 3.-Duo errores excluduntur. II,xv, 1, 5.-Tria requisita ad constituendam definitionem per viam divisionis. II, xv, 6. – Quomodo haec observentur. II, xv, 7, 8, 9. – Sufficiunt haec tria. II, xv, 10.– Modus investigandi definitiones per similia et dissimilia. II, xvi, seqq. —Definitio debet tradi tali modo qui competat ad manifestandum *quod quid est*. II,m, 2.-Unde, debet esse ex prioribus et notioribus, *ibid*. – Constare ex genere et differentia. I, xxvi, 8. xxvu, g. xxxiv, 4, 5. II, v, 2.-Et esse convertibilis cum definito. I, xxxm, 7. II, v, 2. xm, 4. – Partes eius debent poni absque copula. II, v, 8. —Et recte ordinari. I), xiv, 5,- Nihil debet praetermitti eorum quae pertinent ad *quod quid est*. 1, xxxm, 2. 11, iv, 6. xiv, 6.- Nihil superfluum debet apponi. II, iv, 6. – Significat totam essentiam. I, xxxm, 7. – Non oportet definire per metaphora». 11, xvi, 8. – Definitiones debent dari per causas proximas. II, vm, 3. – Non sunt infinita praedicata in definitione. I, xxxm, 2. xxxiv, 5. xxxv, 6, 8. – Quamvis definitio et proprium sint convertibilia, definitio est prius proprio naturaliter, utpote praedicatum essentiale. I, xxxi, 13. – Contingit diversas definitiones dari eiusdem rei. I, xvi, 5.-Unius una est definitio (essentialis). II, xix, 2.– Definitio quae sumitur ex causa formali, est causa definitionis quae sumitur ex causa materiali. II, vm, 3. – Definitio quae est ex causa agente, est causa definitionis a causa formali, *ibid*. – Definitio sumpta a fine est quodammodo causa definitionis quae sumitur ex causa agente, *ibid*.-Definitio sumpta a fine est ratio et causa probativa aliarum definitionum. I, xvi, 5. – Non significat *esse* vel *non esse*. 1, v, 8, 9. xix, 5. – Est quaedam positio. I, v, 8. – Non est petitio vel suppositio. 1, v, 8. xix, 5, 7.- Non significat verum vel falsum. I, v, 8.-In ea nihil praedicatur. I, xix, 7. II, 11, 11. – Neque universaliter neque particulariter. 1, xix, 7. – Etsi non in actu, tamen in virtute est propositio. I, v, g. – Et sic potest dici principium syllogismi, *ibid*.-Definitio et syllogismus non sunt idem, neque de eodem. II, vi, 10. – Non manifestat *quia est*. 11, vi, 5.- Non omnium est definitio, quorum est demonstratio. II,ii, 4, 7.-Nec alicuius eiusdem est definitio et demonstratio. II,n, to, seqq.– Idest, secundum idem. II, 11, 3. vi, 10-Definitio potissimum locum habet in scientiis demonstrativis. I, xxvi, 3. – Aut est principium demonstrationis, aut conclusio, aut demonstratio positione differens. I, xvi, 4, 5. xxvi, 3. II, vm, 10. – Est indemonstrabilis, ratio eius quod quid est, respectu eorum quae non habent causam. II, vm, 1, 10.-Definitio manifestans propter quid, est quasi demonstrativus syllogismus cius quod quid est. II, vm, 8, g, 10.– Quaedam definitio est solum significativa eius quod quid est, et est conclusio demonstrationis. II,\ni, 10. *Vide* Quod quid est. – Quo sensu dici possit, quod definitiones secundum materiam factae, habent medium unde demonstrentur, sed definitiones secundum speciem factae, medio carent. II, vm, 3.-Cum aliquid definitur, ita se habet ad intellectum, sicut id quod sensibiliter describitur se habet ad visum. I, xxn, 5.-Ad investigandam definitionem, sola prima figura convenit. I, xxvi, 3. – Definitiones dicuntur termini. I, xix, 5. II, vi, 5.-Vel etiam *quod quid est*. I, x, 3. xxxm, 2. II, v, 2. – Praeter definitionem *essentialem* inveniuntur aliae rationes (seu definitiones) rei: quae sint. II, vm, 6. – Est in eis sola unitas coniunctionis. *ibid*.

Delectatio — Est motus appetitivae potentiae. I, xli, 15. – Quies in bono desiderato causât delectationem, *ibid*. – Delectationes sensibiles sunt cum motu. *ibid*. *Cf.* Plato. – Omne quod delectatur, quiescit (VII et X *Ethic.);* et hoc praecipue verificatur in delectationibus intelligibilibus. *ibid*.

Demonstratio — Undenam oriatur necessitas demonstrationis. 1, t, 8. – Ostenditur necessarium esse dari demonstrationes. 1,1, g. – Finis, seu effectus eius, est acquisitio acientiae. 1, 1, 8, *et pluries habetur*. – Scire nempe ultimum *propter quid*. I, xxxvm, 3. –Hoc addit supra syllogismum. I, xxxvi, II.–Id cuius scientia in ea quaeritur, est conclusio in qua propria passio de subiecto

praedicatur, I, π, 2. – Demonstrat de passionibus subiecti *quod* sint. I, xvin, 9. – Definitur ex fine demonstratio perfecta: *Syllogismus scientialis,* seu *faciens scire.* I, iv, 9, *etpluries habetur.* – Vel etiam : *Syllogismus ostendens causam et propter quid.* I, xxxvni, 2.-Ex materia definitur: *Syllogismus procedens ex veris, primis et immediatis, notioribus, et causis conclusionis.* I, iv, 10. xxm, 2, seqq.-Ac proinde *ex propriis.* I, iv, 11, 16. – Demonstratio .inferioris scientiae, facta ex principiis superioris, non facit scire *propter quid,* sed *quia* tantum. I, xvn, 3.-Est de necessariis. I, ix, 2. x, 8. xm, 4, 11. xiv, 2, 3, 6. xlh, 2.-De his quae sunt *per se.* I, xtv, 1, seqq. xv, fi. xxxv, 3. II, 11, fi. – Conclusio demonstrationis includit secundum et quartum modum dicendi *per* se. I, x, 8. xm, 3.-Non est eorum accidentium quae non sunt *per se.* I, xiv, 2. – Est de perpetuis, non de corruptibilibus. I, xvi, 3. xix, 8. – Per accidens est de corruptibilibus. I, xvi, 7. – Eorum quae frequenter eveniunt, dantur demonstrationes. I, xvi, 8. xui, 2. – Quomodo. I, xvi, 8. xlh, 3. – Demonstrationes de his quae sunt vera ut frequenter, non faciunt scire verum, nisi *secundum quid,* et deficiunt a certitudine aliarum scientiarum. Ii, xn, 2.-Non est eorum quae accidunt ut in paucioribus. I, xlh, 2.-Est *de omni.* I, m, 5. xvi, 8. xix, 8. – Per se est *huius universalis,* prout *per se* et *primo* praedicatur. I, xi, 8.-Affirmativa universalis maxime quaeritur in demonstratione. I, xxxi, 2.-Non est de singularibus. I, xxxvi, 7. – Demonstrator nunquam habet viam nisi ad verum demonstrandum. I, v, 4. xxxi, 4.-Datur syllogismus ignorantiae in demonstrativis. I, xxn, 2. – In eis non est paralogismus in dictione. I, xxn, 5.- Nec extra dictionem. I, xxn, 7, seqq. – Paralogismus disciplinae procedit ex propriis seu convenientibus disciplinae, sed non ex veris. I *Topic.* I, xxvn, 7, 9. – In ea non est falsitas ex parte formae. I, xxvn, 7. – Quae demonstrantur, non sunt substantiae. II, 11,7, 10.-Nec per modum substantiae significantur, sed per modum accidentis. II, 11, 7. – Supponunt substantiam demonstrationes. II, 11, 10.– Omne quod demonstratur, est *quia est.* II, vi, 4, 10. – Demonstratio non est omnis eius cuius est definitio. II, 11, 8, 9.- Nec alicuius eiusdem (secundum idem) est definitio et demonstratio. II, n, 10, seqq. – Quomodo hoc sit intelligcndum. *Vide* Qüod qcid est. – Alterius alia est demonstratio. II, 11, 12. vi, 3.-Est eadem demonstratio totius et partis. II, n, 12.- Erroneum est dicere, omnium posse haberi scientiam per demonstrationem. I, vn, 2. xxxv, 10.– Radix huius erroris. I, vn, 4. – Non contingit circulariter demonstrare. I, vin, 3, seqq. II, xn, 2.-Nisi in primo modo primae figurae, sumptis tribus terminis convertibilibus. 1, vm, 9. II, xn, 2.-Dummodo etiam non sit omnino idem quod prius fuit conclusio, et postea est principium, respectu eiusdem numero. II, xn, 2.-Duplex est principium eius, *medium* nempe, et *primae propositiones indemonstrabiles.* II, i, i. *Vide* Medium, PniNcipium.-Ex parte scientiae quam causât, quid sit eius principium. I, xxxvi, ii.-In demonstrationibus tria sunt necessaria ; quae sint. I, xv, 3. – Non omnis qui scit principia, scit conclusionem deducere demonstrando. 11, n, 5.-Concludit demonstratio necessario. II, v, g. – Suntne interrogationes in demonstratione? *Vide* Interrogatio.– Maxime fit in prima figura. I, xxvi, *per tot.*-Utrum in demonstrationibus sit ascensus in infinitum ex parte maioris termini; descensus ex parte minoris ; vel processus in infinitum ex parte medii termini. I, xxxi, 7, seqq. – In quibus hae quaestiones locum habeant, et in quibus non. I, xxxi, 12, 13. – Dubitatio de medio reducitur ad illam de extremis. 1, xxxii, 2-5.-Item, dubitatio de processu in infinitum in negativis, reducitur ad dubitationem de affirmativis. I, xxxii, 7, seqq.-Logice ostenditur demonstrationes affirmativas non posse procedere in infinitum in praedicatis ex quibus constituitur definitio. I, xxxm, 2. xxxiv, 5. – Idem dicendum quoad omnia praedicata affirmativa, sive substantialia, sive accidentalia. I, xxxm, 3. xxxiv, n.-Sive per modum circulationis. I, xxxiv, 6, 7.- Sive procedendo in sursum, sive in deorsum. I, xxxiv, 8, seqq. – Ostenditur analytice quod in praedicatis non est procedere in infinitum, neque in sursum, neque in deorsum. I, xxxv, *per tot.* – Demonstrationes non utuntur nisi praedicatis simpliciter et per se. I, xxxi, 5. xxxm, 5. xxxv, 2. – Quae sunt in demonstrativis, sunt ut plurimum convertibilia. 1, xxn, 11. —Demonstratio dividitur in demonstrationem *quia,* seu facientem scire *quia,* et demonstrationem *propter quid,* seu facientem scire *propter quid.* I, xm, 11. xxiv, 2. – Demonstratio *propter quid* est ea quae procedit ex *causis rei,* et *primis,* et *immediatis.* I, xxm, 2. – Demonstratio *quia,* dupliciter differt a demonstratione *propter quid* in una scientia. I, xxm, 3. – Vel enim non est *ex immediatis*;,vel etsi sit *ex immediatis,* non est *ex causis.* I, χχπι, 3,4·- Demonstratio *quia* per *effectus,* est syllogismus per effectus convertibiles et immediatos, vel per effectus non convertibiles. I, xxm, 4-9. – Demonstratio *quia* per effectus, procedit ex prioribus et notioribus *quoad nos,* licet non *simpliciter.* I, iv, 16. xxm, 4-9.- Quomodo possit converti in demonstrationem *propter quid,* demonstratio per effectum, convertibilem. I, xxm, 7, 8. – Item, quando et quomodo demonstratio per effectum non convertibilem. I, xxm, 9.-Ab effectu qui a pluribus causis procedere potest, non potest una illarum concludi. I, xxm, 9. – Demonstratio per causam, sed *non immediatam,* seu in qua medium extra ponitur, qualis sit. i, xxiv, *per tot.* -Talem syllogismum oportet fieri in media figura. I, xxiv, 4.– Demonstratio *quia* et *propter quid* differunt etiam in diversis scientiis. I, xxv, 1. – In scientiis subalternis. I, xxv, 2-5.-Et in non subalternis. I, xxv, 6. – Demonstratio etiam dividitur in universalem ct particularem. I, xxxvii, 2.- Utrum universalis sit potior particulari. I, xxxvii, 5, seqq. xxxvni, *per tot.*- Demonstratio universalis semper concludit de universali illud quod ipsi convenit per se primo, et secundum quod ipsum. I , xxxvn, 7. – Est ex universalibus. I, xxxvni, 7. – Terminatur in ipso intellectu. – 1, xxxvni, 8. – Demonstratio particularis procedit ex aliqua particulari propositione.·!, xxxvni, 7.- Concludit particulare. I, xxxvni, 8. – Incipit in intellectu et terminatur ad sensum, *ibid.* – Per quamdam applicationem seu reflexionem ratio demonstrans usque ad particulare perducitur. *ibid.* – Dividitur demonstratio in *categoricam* seu *affirmativam,* et *privativam* seu *negativam.* I, xxxvii,-2.-Demonstratio affirmativa est potior negativa. I, xxxix, *per tot.* – Affirmativa accipit solum ens; negativa accipit *esse* et *non esse.* I, xxxix, 5. – Affirmativa est ex solis affirmativis; negativa ex affirmativa et negativa. I,χχχι, 12.xxxix, 6.-Negativa demonstratio dependet ex affirmativa. I, xxx, 9. – Qualis sit demonstratio negativa. I, xl , 2. – Dividitur etiam in *ostensivam et ducentem ad impossibile.* I, xxxvn, 2.- Ostensiva potior est ea quae ducit *ad impossibile.* I, xl, *per tot.* – Quae sit demonstratio *ad impossibile.* I, xl, 3.- In quo conveniat cum negativa ostensiva? I, xl, 4.-De praecognitione requisita antequam sciatur conclusio. *Vide* Conclusio, Praedicatum, Principium, Subiectum.

Dependere — Illud ex quo aliud dependet, est principalius. I, xxxix, g.

Descensus — Descensus in demonstrationibus et praedicationibus. *Vide* Demonstratio , Praedicatum.

Deus — Est essentialiter *Ens.* – In ipso solo quidditas et esse sunt unum et idem. II, vi, 3, 4.-Ipse solus simpliciter et absolute non habet causam sui esse. II, vm, 2.-Non est in genere. II, vi, 4.-Est causa *esse* et veritatis in omnibus rebus. II, vm, 2.

Dialectica — *Dialectica,* sive *Topica,* continetur sub *Logica:* ordinatur ad illum rationis processum, qui non est cum omnimoda certitudine. I , 1, 6. – Utitur syllogismo et inductione. I, 1, 11.- Dicitur *scientia communis.* I, xv, 7.-Est enim de communibus, non solum quia pertractat intentiones communes rationis, sed etiam quia circa communia rerum argumentatur. I, xx, 5. - Differt a *Metaphysica* quoad principia communia. I, xx, 6. – *Vide* Disputatio, Interrogatio, Propositio, Syllogismus.

Dicere — Dici *de omni, per se* etc. *Vide* Praedicatum. – Simul intenduntur ea quae dicuntur ad invicem. I, xxxvni, 4.

Differentia — Est pars definitionis. VII *Metaph.* II, xni, 6, *et pluries habetur.* – Ratio quae est differentiae, est speciei et actus. VIII *Metaph.* II, xm, 6. – Differentia ultima non excedit speciem Vil. II, xm, 6, 7.-In eadem specie sunt multae differentiae accidentales, quae non diversificant substantiam speciei. II, xv, 3. – Differentiae assumptae ad notificandam. formam essentialem, quare sint communiores specie: et quo sensu dicantur substantiales. II, xin, 7. – Differentiae quae sunt immediatae si comparentur ad genus inferius, non sunt immediatae si comparentur ad genus superius. II, xv, 5. – *Vide* Genus. – Problema de differentia reducitur ad problema de genere. I *Topic.I,xxxiv, 6.*

Dignitas — *Dignitas,* seu *Maxima Propositio,* est illa quam non contingit demonstrare, sed necesse est habere in mente et ei assentire quemlibet qui doceri debet. I, v, 6. – Dantur talia principia, *ibid.*-Quare appellentur *dignitates* vel *maximae propositiones, ibid.* – Sunt per.se notae quoad omnes. I, v, 7. xxxvi, 7. – Accipiuntur a Metaphysica. I, v, 7.

Disciplina — Est receptio cognitionis ab alio. I, 1, 9.-Omnis disciplina intellectiva fit ex praeexistente cognitione. 1,1, g. II, 1, 1.-Procedit a facilioribus. II, xvi, 16.- *Disciplinae,* idest Mathematica. I, xlh, 3.

Discursus — Discurrere ab uno in aliud, ut per id quod est notum, deveniat in cognitionem ignoti, est tertius actus rationis, et proprium eius. I, i, 4.

Disputatio — Ex interrogatione et responsione fit disputatio. I, xxi, 7.-In qualibet scientia est propria disputatio, quae fieri debet circa subiecta, et ex principiis illius scientiae, *ibid.*- Disputatio *dialectica* est circa probabilia; et procedit ex communibus. 1, xxvn, 7.-Non procedit ex aliquibus demonstrativis, neque assumit alteram contradictionis partem. I, xx, 6. – Disputatio *demonstrativa* est circa necessaria, et est ex propriis. I, xxvn, 7. – Quali syllogismo utraque utatur. EMe Demonstratio, Syllogismus. – Per dialecticas et rhetoricas disputationes non acquiritur scientia. I, I, 9.

Divisio — Unumquodque refugit divisionem sui. II, v, 5. – Divisio intellectualis est secunda operatio intellectus. I, 1, 4.–In ea est verum et falsum, *ibid.* -Via divisionis ad probandum, quae sit. II, iv, 3.-Per eam nihil syllogistice probatur. I *Prior.* II, iv, 2, seqq,- In quo conveniat cum inductione. II, iv, 2. *Vide* Definitio, Quon quid est.

Doctrina — Est actio eius qui aliquid cognoscere facit. I,i,9.-Omnis doctrina intellectiva fit ex praeexistenti cognitione. 1,1,9. II, 1, 1.

E

Effectus — Effectus dicitur *causatum,* quia habet causam sui esse. 11, vn, 2.-Omne causatum habet causam. 11, xvm, 3.-Plures possunt esse causae eiusdem effectus. II, ix, ti.- Et sic effectus potest manifestari pluribus causis, *ibid.* – Praeexistit in causis activis *virtute,* non autem *in actu.* I, m, 1. – Effectus aliquando est notior causa, quoad nos, et secundum sensum. I, iv, 16. xxm, 4.-Causa et effectus ad invicem demonstrantur. II, xvin, 5.-Sed diversis demonstrationibus; scilicet *quia* et *propter quid.* I, xxm. II, xvin, 6. – Iudicium certum de effectibus haberi non potest nisi resolvendo in prima principia. I, i, 6.-Effectus, alius est per se, alius per accidens. II, xix, 2, 3.-Alius est convertibilis cum sua causa, alius non. I, xxm, 4, 9. – Quidam effectus fiunt *ut semper,* quidam *ut frequenter.* I, xvi, 8. II, xn, 4, 5.-Aliquando effectus est simul cum sua causa, aliquando non. II, x, 1. *Vide* Causa, Medium.·

Efficiens — *Vide* Agens.

Elenchorum Liber — De quo agat. 1, 1, 6. *Vide* Sophistica.

Empedocles — Tonitruum, quid esse diSerit. II, vn, 8.

Ens — Non est genus, ill *Metaph.* 11, vi, 4.- Ens et ea quae sunt propria entis, sunt omnibus communia: considerantur a philosophia prima. 1, xvi, q.-Quacnam sint quae communiter consequuntur ens. 1, xxxvil, 9. – Omnia praeter Deum sunt entia per participationem. II, vi, 3.-Aon *entis* non est aliqua essentia. II, vi, 2.-Potest nomine significari. II, vi, 7. – De eo sciri potest solummodo significatio nominis, vel ratio ex pluribus nominibus composita. II, vi, 2.-Non entia non producuntur in esse nisi ab aliquo ente. I, xxxix 8. – Genera entium sunt diversa. I, XLIII, 6.

Enthymema — Est quidam syllogismus detruncatus. I, i, ii.

Enunciatio — In enunciatione plura de uno, vel unum de pluribus praedicatur. I, v, 3. – Unde dicitur *plures*. *Ibid.* – Habet duas partes, scilicet *affirmationem* et *negationem, ibid.* – Complectitur utramque partem contradictionis. 1, v, 5. *Cf.* Propositio. – Formatur uno modo ex nomine et verbo absque apposito; alio modo, quando tertium aliquid adiacet. II *Periher.* II, 1, 3.

Error — *Vide* Ignorantia.

Esse — *Esse* et *quod quid est* non sunt idem nisi in Deo. II, vi, 3, 4.– Non est substantia alicuius rei in genere exîstentis. II, vi, 4. – Esse rei causatae habet causam aliquam. II, vn, 2. *Vide* Necessarium. – Scilicet, vel ipsam essentiam, vel aliam causam: sunt quatuor genera causarum esse. *ibid.* – *Esse* et *esse verum* convertuntur. I, iv, 13.-Eadem sunt principia esse rei et *veritatis* ipsius. II *Metaph.* I, iv, 5.-Quod est *per se,* est causa eius quod est *per aliud.* VIII *Phys.* 1, vn, 8. xxxvn, 5.-Esse *in actu* est esse *simpliciter.* I, ni, i. – Prius est esse quam *non esse.* 1, xxxix, 8.- Quid sit *individualiter inesse* vel *non esse.* 1, xxvi, 5.-Quaestio *an sit. Vide* Quaestio.

Essentia — *Vide* Quod quid est.

Exemplum — Est inductio imperfecta procedens a singulari ad singulare. 1,1, 11.

Experientia — Λ sensu ortum habet. 1, xxx, 5. *Vide* Universale.

Experimentum — Quomodo fiat. II, xx, 11. – Indiget aliqua ratiocinatione circa particularia: ex experimento et ex universali per experimentum accepto, est in anima principium artis et scientiae, *ibid.*

Extrema — In conclusione continentur. Maior extremitas in conclusione est praedicatum; minor est subiectum. I, xv, 6. xxvi, 2.-Contingit extrema non esse in eodem genere. I, xxvi, 7.

F

Fallacia — Fallacia seu *Paralogismus. Vide* Demonstratio, Syllogismus. – Fallacia aequivocationis quid sit. I, xxn, 5.-Duplici modo excluditur, *ibid.* – Fallacia consequentis quomodo fiat. I, xxn, 8.

Fieri — *Fieri* est quoddam continuum: *factum esse* est quoddam indivisibile terminans vel dividens motum. II, x, 7. xi, 2. — *Fieri* est causa praecedens *factum esse:* et *factum esse est* causa alterius *fieri:* item, *futurum fieri* est causa/ore. II, x, 6, 7.-Duo *facta esse* non se habent ad invicem consequenter; nec *fieri* et *factum esse.* II, xi, 2.-Sunt infinita *facta esse* in eo quod est *fieri.* II, xi, 2, 5.-*Fieri* immediate terminatur ad *factum esse.* II, xt, 2.-De his plura in libro *Physic, ibid.* – Potest *a posteriori* argui a *factum esse* ad primum *fieri;* non autem *a priori* ad secundum *fieri.* II, x, 7, 10.-Eadem est ratio de *fore* et *futurum fieri,* quae de *fieri* ct de *factum esse.* II, x, 7.-Etiam in demonstrationibus de his quae sunt in *fieri,* necesse est accipere esse medium quod sit primum et immediatum. II, xi, 4, 5. – Scilicet, quod posterius factum est; ex quo *fieri* ct alia/a-*cta esse* demonstrantur. II, xi, 4, 6.-Idem dicendum de futuris quod de praeteritis. II, xi, 6, 7. – Quomodo ct in his quae fiunt circularitcr, possit syllogizari *a posteriori.* II, xn, 2, 3,- Omne quod incipit esse hoc, fit hoc. I, xxxm, 4.

Figura — In prima figura medium sumitur inter extrema, seu subiicitur in maiori et praedicatur in minori; in secunda, extra extrema; in tertia, infra extrema. 1, xxvi, 1, 4.-In sola prima figura concluditur universalis affirmativa. I, vin, 9. xxvi, 3, 4. xxxi, 2. II, 11, 5. – Et hoc nonnisi in primo eius modo. I, vm, 9.- In ea proceditur etiam ex negativis. I, xxvi, iIn prima figura non potest esse maior affirmativa si minor sit negativa: talis combinatio est secundae. I, xxiv, 4. xxvi, 8.-Minor primae figurae non potest esse negativa. *ibid.* – Condensatio et augmentatio mediorum fit solum per primam figuram. I, xxvi, 4. – Est maxime accomoda demonstrationibus. 1, xxvi, 2. xxxix, 7.-Ad investigandam definitionem sola prima figura convenit. I, xxvi, 3.– Aliae figurae in demonstrationibus indigent prima; prima autem non indiget aliis. I, xxvi, 4. – In secunda figura non est conclusio nisi negativa. I, vin, g. xxvn, 12. xxxvi, 14. II, n, 4. – Una praemissarum debet esse negativa. I, vm, g. – Syllogismus cuius medium extra ponitur, oportet quod fiat in media (idest secunda) figura. I, xxiv, 4.-In tertia figura omnes conclusiones sunt particulares. I, vm, 9. xxvn, 12. II, 11, 4;-In tribus figuris contingit negativam concludi. 1, xxxti, 7, 8, 9. – In syllogismis negativis in prima figura, nihil mediorum acceptorum procedendo ad immediata, cadit extra genus terminorum affirmativae propositionis: cadit tamen extra genus praedicati. I, xxxvi, i3. – In negativis secundae figurae, media accipi debent ex parte propositionis negativae. 1, xxxvi, 14.- In negativis tertiae figurae, media accepta non sunt neque extra praedicatum quod negatur, neque extra subiectum de quo negatur. I, xxxvi, i5.

Finis — Finis, seu causa finalis, est *cuius gratia aliquid fit.* II, ix, 2.-Est alia ab essentia causati. 11, vn, 2.-Est quodammodo causa materiae et formae, *ibid. Cf.* Agens. – Est causa causarum. II, vni, 3.-Est ultimum in via generationis. II, ix, 10.-Tamen est prior natura. I, xlii, 3. – Ex suppositione finis sequitur quod sit id quod est ad finem. II *Phys.* II, vn, 2. *Vide* Necessarium. – Aliquid est finis alterius et quantum ad *fieri,* et quantum ad esse. I, xxxvtn, 3. – *Vide* Ars, Natura. – Quomodo accipiatur in demonstratione. *Vide* Medium.

Finitum — Si finita finities accipiantur, necesse est totum esse finitum. l, xxxn, 10.- In quantum aliqua sunt finita, in tantum sunt scibilia. I, xxxvm, 4.

Forma — Forma, seu causa formalis, est pars essentiae causati. II, vn, 2.-Completiva ipsius. II, ix, 2.-Nominatur *quod quid erat esse.* II, ix, 2, 6, 7.-Non est propter materiam. II *Phys.* II, vin, 3. *Cf.* Materia. – Ratio formae est efficiens causa. I, xvi, 5. *Cf.* Aoens, Finis. – Quomodo accipiatur forma in demonstratione. *Vide* Medium. – Quare sit certior quam materia. I, xli, 5.-Est principium cognoscendi rem. I, xxxvm, 4.-Est simplex; et habet rationem finis, in quantum terminat infinitatem materiae, *ibid.*- Licet posterius in via generationis, est prius ordine naturae. 1, xlii, 3. *Cf.* Finis.-Formae in rebus inferioribus reducuntur in actum per formas agentium naturalium. I, 1, 7. *Cf.* Plato.-Formae naturales praeexistunt in potentia in materia. .1, ni, 3. *Cf.* Anaxagoras. – Formae essentiales non sunt nobis per se notae. II, xm, 7. – Nobis manifestantur per accidentia communiora. VIII *Metaph. ibid.*

Fortuna — Quae sunt a fortuna, eveniunt per accidens ct praeter intentionem. II *Phys.* 1, xlii, i. – Etsi contingat fortuna in his quae fiunt propter aliquid, illud quod dicitur a fortuna fieri non est intentum tanquam finis. II, ix, 14.-Quae sunt a fortuna, eveniunt ut in paucioribus. Il *Phys.* I, xlii, 2. – De ipsis non datur scientia, *ibid.*

FuTunuM — In futuris tanto aliquid est prius in *fieri,* quanto est proximius praesenti nunc. II, xi, 4.

G

Generatio — *Generari,* quid sit. 1, m, 6. – Quod generatur, ante generationem fuit ens in potentia, non autem in actu. l, m, 6. II, xn, 3.-In omni generatione, id quod est in potentia, est prius tempore, et posterius natura; quod autem est completum in actu, est prius natura et posterius tempore. l, iv, 16. *Cf.* Finis, Forma. – Generatio est propter formam. I, xxxvm, 3.-Generatum consequitur formam per actionem generantis. II, vm, 3. – Duplex est generatio; *in rectum,* et *in circulo.* II, x, 5. – Motus coeli circularis est causa generationis in istis inferioribus. II *De Generatione.* II, xn, 2. – Ideoque est quaedam circulatio in generationibus, *ibid.* – Quatenus a primo devenitur ad ultimum, et ab ultimo reditur ad primum, non idem numero, sed specie, *ibid.* – Iste causarum circuitus non invenitur in causis per se. II, xn, 4.

Genus — Est substantiale praedicatum, significans partem essentiae. I, xxxin, 7. xxxiv, 4.- Dividitur in species per oppositas differentias. I, xn, 3.– Non est possibile invenire aliquod genus cuius una tantum sit species. I, xn, 3.-De ratione eius est quod contineat sub se species. I, xlh, 6. II, xm, g. – Inferius genus constituitur per differentiam divisivam superioris. II, xiv, 6. – Per se praedicatur de specie. 1, xxvm, 2.-Praedicatur de ea in eo *quod quid est.* I, xxxiv, 10. —Est immediate in proximis speciebus, in quas primo dividitur. I, xxvn, 10. xxvm, 2.-Quae de aliquo praedicantur substantialiter ut genera, non praedicantur aequaliter ad invicem. I, xxxiv, 6. – Genera generalissima non contingit definire. 1, xxxiv, 5. – Genus commune innominatum. 1, xn, 4,8. xxxvi, 5. II, xvn, 3.-Multa sunt innominata tam in generibus quam in speciebus. 11, xm, 9. – *Genus subiectum.scientiae. Vide* Subiectum.

H

Habitum — *//abitum* super id quod est *consequenter,* addit contactum. V *Physic.* 1, xxxn, 4. II, xi, 2. *Vide* Consequenter. – Inveniuntur *habita* in discretis. I, xxxn, 5.

Habitus — Materialis diversitas obiecti non diversifies! habitum, sed formalis. 1, xli, ii. – Quomodo in habitu et privatione sit immédiat», et quomodo non. 1, v, 5. – Habitus cogonscitivi. *Vide* Intellectus.

Homo — Hominum genus arte et rationibus vivit. I *Metaphys.* 1,1, 1. – Rationis iudicio actus humani reguntur, *ibid.* -In actibus singularibus hominum, universales propositiones non possunt assumi vere. I, I, 12.- Homo utitur ratiocinatione de his quae remanent in memoria. II, xx, 10.- *Vide* Intellectus, Ratio.

I

Idea — *Vide* Plato.

Idem — */dem* dicitur multipliciter. I, xliv, 10.- Quae eisdem sunt eadem, sibi invicem sunt eadem. I, xliii, 9.

Ignorantia — Alia est negativa, alia est *secundum dispositionem.* 1, xxvn, 2.-Explicatur utraque. *ibid.* – Ignorantia *secundum dispositionem,* idem est quod *error, ibid.*- Negativa non potest fieri per syllogismum: fit tamen altera ignorantia. I, xxvn, 2. xxxi, 1.– Ignorantia per syllogismum facta, vocatur *deceptio.* 1, xxvn, 2.- *Vide* Syllooismus,- Deceptio vel est circa prima principia, vel circa conclusiones. 1, xxvn, 3. – Quomodo detur ignorantia circa prima principia, *ibid.* – Utraque ignorantia dispositionis provenit homini dupliciter; absque ductu rationis, seu *simpliciter,* et cx ratione errante. I, xxvn, 4. – Ignorantia *simpliciter* dicta, nonnisi uno modo causatur; sed deceptio *ex ratione errante* multiplex esse potest. 1, xxvn, 6. – In qualibet scientia sunt propriae deceptiones et ignorantiae. I, xxn, i, – Qui semper caruit aliquo sensu, vel qui nunquam exercuit sensum quem habet, necesse est quod habeat ignorantiam negativam respectu obiecti illius sensus. I, xxx, 2, seqq.

Imaoinatio — Cognitio imaginative non accipitur per processum ex uno in aliud. I, l, 9.

Impressio Sensibilis — In quibusdam animalibus remanet aliqua impressio sensibilis, abeunto re sensibili; in quibusdam autem non. II, xx, 9.

Incertitüdo — *Vide* Certitudo.

Individuum — Contingit totam materiam alicui speciei proportionatam, sub uno individuo comprehendi, et tunc non est nisi unum individuum sub una specie. I, xn, 3.

Indivisibile — Indivisibile et unum sunt idem. 11, v, 5.-Indivisibilia non se habent consequenter in continuis. IV *Physic.* II, xi, 2.

Inductio — Est modus sciendi quo concluditur universale ex singularibus. I, i, n. jtxii, 6. xxx, 4. – Nisi supponatur quod accepta sint omnia quae continentur sub aliquo communi, inducens non poterit concludere universale. II, iv, 4. – Inducens non demonstrat neque syllogizat ex necessitate. II, iv, 3, 8. – Tamen manifestat aliquid. II, iv, 8.-Neque ex universalibus possumus demonstrare sine inductione; neque per inductionem aliquid cognoscitur sine sensu. I, xxx, 6.-Etiam ea quae dicuntur secundum abstractionem, contingit nota facere per inductionem. I, xxx, 5.– *Vide* Conclusio.

Infinitum — Infinita (seu *indefinita),* in quantum huiusmodi, non sunt scibilia: quare. I, xxxvni, 4. *Vide* Materia, Particulare,—Infinita non est pertransire. I, xxxiu, 2. xxxtv, 5, 11.

Instantia — Per *instantiam* ostenditur defectus in forma syllogizandi; et sic frequenter per eam obviatur paralogismus *extra dictionem.* I, xxii, 6.-Instantia et propositio, quomodo sint eaedem, *ibid.* – In demonstrativis non est instantia nisi universalis, *ibid.*

Intellectus — Error fuit quorumdam, intellectum non differre a sensu. III *De anima.* IV *Metaph.* 1, xlu, 7. II, xx, 12. – Intellectualis cognitio ex sensu procedit in nobis. 1, rv, 26. – Intellectus est potior sensu. I, xxvni, 8. – Intellectus est cognoscere universale. II, xx, i5.-Proprium est intellectivae partis ut in seipsam reflectatur. 1, 1, 1. – Cognitio intellectiva in nobis acquiritur ex aliqua cognitione praeexistente. 1, 1, 9, seqq. 111, 1. II, xx, 4.–Duo sunt actus intellectus; intelligentia indivisibilium, et compositio vel divisio. I, 1,4.– Prima dicitur etiam *informatio intellectus,* vel *imaginatio per intellectum, ibid.* -Intellectus potest intelligere aliquid eorum quae sunt coniuncta secundum rem, sine hoc quod actu intelligat aliud: nec tamen est falsus. I, xxxvii, g. – Habitus cognoscitivi intellectuales quinam sint. I, xliv, 11. – Quidam eorum sunt semper veri; alii interdum recipiunt falsitatem; quidam etiam sunt semper falsi. I, xliv, 11. II, xx, 15.-Quantum ad aliquid, pertinent ad considerationem *philosophiae primae* vel *naturalis,* et quantum ad aliquid, ad *moralem.* I, xliv, 11.- *Vide* Ars, Prudentia, Ratio, Sapientia, Scientia, Solertia.– *Intellectus* potest sumi ut quaedam potentia animae, vel ut principium scientiae. I, xliv, 3.—Est principium scientiae quatenus est habitus cognoscitivus primorum principiorum, ex quibus'procedit scientia. I, xliv, 3. II, xx, 15.-Ut habitus, est quaedam scientia indemonstrabilis: quare sic dicatur. I, xliv, 3.-Est certa existimatio, seu absoluta et simplex acceptio principii per se noti. I, xxxvi, 11. xliv, 3.—Comparatur ad scientiam sicut unum et indivisibile ad multa. I, xxxvi, II. – Respondet immediatae propositioni. *ibid.* – Est certius scientia. II, xx, 15. – Semper est verus. I, xliv, 11. II, xx, 15.-Nihil est eo verius, *ibid.* – Non est contingentium. I, xliv, 3.–Ad intelligibilem cognitionem principiorum, simul cum sensu oportet praesupponere *intellectum agentem,* et *intellectum possibilem:* quid significent. II, xx, 12.

Intellioentia — Omnis intelligentia est substantia. I, xxvii, ii.

Intelligere — Intelligere non est supponere. I, xix, 5.

Interrogatio — Idem est secundum substantiam interrogatio syllogistica et propositio. I, v, 3. xxi, 2.-Sed in modo proferendi differunt. I, xxi, 2.-In dialectica non solum interrogatur de conclusione, sed etiam de praemissis; in demonstratione autem interrogatur tantum de conclusione. I *Prior.* I, xx, 6. xxr, 3.-In qualibet scientia sunt propriae interrogationes. I, xxi, 2. – Interrogatio, sumpta ut propositio, dicitur proprie alicuius scientiae, ex qua demonstratur, vel in ipsa scientia, vel in scientia ei subaltemata. I, xxi, 4.– Sumpta ut conclusio, est proprie alicuius scientiae illa de qua ratio reddi potest in scientia illa. I, xxi, 5.-Non contingit unumquemque scientem de qualibet quaestione interrogare, sed de his solum quae pertinent ad illam scientiam. I, xxi, 6. *Cf.* Disputatio, Responsio. – Interrogatio non geometrica, quid sit (et idem de aliis scientiis). I, xxii, 3.-Interrogatio secundum ignorantiam, quid significet. I, xxii, 2.- Utrum tales interrogationes possint dici alicuius scientiae propriae. 1, xxii, 4. – Interrogationes fiunt de contingentibus. 1, xiv, 4.

Inventio — Non semper est cum certitudine: de his quae inventa sunt, iudicium requiritur ad hoc quod certitudo habeatur. 1, 1, 6.

Inventiva — Est pars Logicae deserviens processui rationis in quo ut in pluribus verum concluditur. I, 1, 6. – Continet sub se *Topicam* sive *Dialecticam, Rhetoricam,* et *Poeticam. ibid.*

Judicativa — Pars Logicae quae de certo iudicio agit. I, 1, 6. – Dicitur etiam *Analytica. ibid.* – *Vide* Analytica.

Iudicium — Est cum certitudine scientiae. I, 1, 6.-Certitudo iudicii per resolutionem habita, est vel ex forma syllogismi tantum, vel simul ex forma et materia, *ibid.*

L

Linea — Est in genere quantitatis. I, xn, 8,- Est quoddam continuum. II, x, 7.-Sunt Infinita puncta potentialiter in linea. II, xi, 2. *Vide* Punctum.

Logica — Est ars directiva ipsius actus rationis. I, i, r. xx, 5.-Est necessaria, *ibid.*– Quare dicatur *rationalis scientia.* I, 1, 2.- Est ars artium. I, 1, 3.-Eius partes accipiuntur secundum diversitatem actuum rationis. I, 1, 3.-Ideoque tres partes Logicae assignantur. 1,l, 4.-Tertia subdividitur, secundum varios rationis processus, in *ludicativam* seu *Analyticam; Inventivam* (quae continet *Topicam* sive *Dialecticam, Rhetoricam,* et *Poeticam);* et *Sophisticam.* I, 1, 6. *Vide in locis propriis.* – Logica, quomodo sit de communibus. I, xx, 5. – Est de operationibus rationis, *ibid.*– Ad Logicam communiter pertinet considerare praedicationem, secundum quod continet sub se praedicationem quae est *per se,* et quae non est *per se.* I, xxxv, 2. – *Logice* ostendere, idest, ostendere per rationes communes omni syllogismo. I, xxxin ,1,2. xxxvni, 6.

M

Maior — Maior *propositio* syllogismi est universalis. I, n, g. 11, v, 4.- Dicitur ab Aristotele *tota.* II, v, 4. – Praecognoscitur conclusioni non solum natura, sed tempore. 1,11,9.- Maior *terminus,* seu *extremitas* in conclusione est praedicatum. I, xv, 6. xxvi, 2.– *Vide* Extrema, Praedicatum. – Si aliquis accipiat secundum unum aliquid particulare, id cuius causa quaeritur, id est, praedicatum conclusionis, erit in plus quam medium vel subiectum: sed si accipiatur secundum omnia quibus competit, aequaliter se habebunt subiectum, medium, et praedicatum. II, xix, 4.

Materia — Alateria, seu causa materialis, est pars essentiae causati. II, vn, 2. – Est propter formam. II *Phys.* II, vm, 3.-Ex forma sumitur eius ratio. I, xvr, 5. *Cf.* Agens, Finis. – Est causa necessaria. II *Phys.* II, ix, 2,4.- Tamen non ita quod omnia quae sunt ex materia, habeant ex ea necessitatem. II *Phys.* II, ix, 4. – Est individuationis principium. I, xxxvni, 4. – Non est principium cognoscendi rem. *ibid.* – Infinitum (improprie dictum) congruit materiae. III *Phys. ibid.* – Duplex est materia; *sensibilis* et *intelligibilis.* I, xli, 5,- Materia magis proprie dicitur in sensibilibus. II, xi, 5. – Quomodo accipiatur causa materialis in demonstratione. II, ix, 4, 5, 6. – Materia communis elementorum. II, xm,. 3.

Mathemata — Manifesta *mathemata.* Quid hoc nomine velit Aristoteles. I, xliii, 10.4^?

Mathematica — Mathematicae scientiae sunt principaliores in demonstrativis. I, 1, 10.- Sunt de quantitate continua vel discreta. I, n, 5. – Supponuntur in iis prima in genere quantitatis, *ibid.* – Abstrahunt a materia sensibili, non autem a materia intclligibili. VI *Metaph.* II, ix, 5. – Earum subiecta tamen sunt in materia sensibili. I, xxv, 4.- Sunt circa species, *ibid.* – In eis non fiunt demonstrationes nisi ex causis formalibus. I, iv, 16.- Etsi fiant in cis demonstrationes per materiam intelligibilem, non dicuntur fieri per causam materialem, sed potius per causam necessitatis: quare. II, ix, 5. – In eis sunt demonstrationes quasi operativae. 1, n, 5. – Ut plurimum prima figura utuntur. I, xxvi, 2. – Necessitas in mathematicis est *a priori.* I, xlu, 3. – Mathematica sunt semper vera. *ibid.* – scientiae mathematicae Subalternatae, 1, xxv, 3, 4. xu, 3.

Medium — Est unum ex principiis demonstrationis. II, 1, 1.-Assumitur in demonstratione ad aliquid innotescendum de quo dubitatur vel quaeritur, *ibid.*-Est *quod quid est* et *propter quid.* II, 11, 1, 2.-Est definitio passionis et subiecti conclusionis. I, 11, 3. xm, 3. xxvii, g. II, i, g, —Seu, definitio maioris extremitatis, quae si indigeat demonstrari de subiecto, demonstrabitur per definitionem minoris extremitatis. II, vn, 8. xix, 2.-Est causa. II, 1, 8., *et pluries habetur.* – Causa nempe passionis quae praedicatur de subiecto. I, xxvi, 2. -Passio inest subiecto propter medium. I, xvu, 3. – Quae causae possint accipi ut media demonstrationis. 11, vn, 2. – Quomodo causa materialis possit esse medium demonstrativum. II, ix, 4, 5, fi.-Idem modus potest etiam pertinere ad *formalem.* II, ix, 6.-Exemplum medii, quod est causa efficiens. 11, ix, 8.- Manifestatur in causa finali. 11, ix, 9. – Differentia inter media quae sunt causae finales et agentes. 11, ix, 10.-Plures praedictarum causarum, seu multa *quod quid est,* possunt assumi ad manifestandum eundem effectum. I, xvi, 5.11, vn, 3. ix, 11.-Quando causa est simul cum suo effectu, oportet eamdem causam accipere quantum ad hoc quod est *fieri,* vel *factum esse,* vel *futurum esse,* quae accipitur ad hoc quod est *esse.* II, x, 3, 4, 9. – Quando causa non est simul cum suo effectu, non potest accipi ut medium ad demonstrandum effectum. II, x, 7, seqq.-Sed fieri potest demonstratio *a posteriori,* ab effectu nempe, ita ut posterius *factum est* sit medium ad demonstrandum *fieri* praecedens; et posterius *fieri* demonstret *factum esse* praecedens. II, x, 7. – Etiam in demonstrationibus de his quae sunt in *fieri,* necesse est accipere aliquod medium quod sit primum et immediatum. II, xi, 4, 5.-Et hoc est illud quod posterius factum est. *ibid.* -Eadem est ratio in futuris. II, xi, 6. – Quomodo effectus sint media demonstrationis in his quae fiunt circulariter. II, xn, 2, 3.-Sunt varia media praeter demonstrativa. II, vm, 1. – Causa probativa, seu medium, triplex est: 1', Causa *per se;* 2°, Causa *ut signum;* 3', Causa *per accidens.* II, xix, 2.– Causa *per se,* est medium in demonstratione. I, xxii, 11. II, 1, 8. ix, 2. xix, 2.–Dialectici syllogismi frequenter recipiunt pro medio praedicata per accidens. I, xxii, 11.-Est una causa *per se* demonstrativa unius effectus. II, xix, 2.—Unius effectus contingit accipere plures causas probativas, *ut signa,* vel *per accidens, ibid.* -Causa, seu medium, *per se,* similiter se habet cum effectu; idest, in aequivocis medium commune erit aequivocum, in analogis accipitur analogice. II, xix, 3.-Talis modus consequentiae invenitur inter subiectum et praedicatum conclusionis et medium, quod si id cuius causa quaeritur accipiatur secundum aliquid particulare ex iis quibus inest, causatum excedit causam, sicut et subiectum; sed si accipiatur secundum omnia quibus competit, aequaliter se habebunt medium, praedicatum, et subiectum. II, xix, 4, seqq.-Medium in praemissis continetur. I, xv, 6. – Necesse est medios terminos accipi ex eodem genere ac extrema. I, xv, 6. xxxvi, 6.-Medium demonstrationis debet esse universale. I, xix, 8. xxxvni, 8.- Et necessarium. I, xm, 11.-Eorum quae fiunt *ut semper,* oportet accipere medium quod sit

ut semper: et eorum quae fiunt *sicut frequenter,* medium *sicut frequenter.* II, 4, 5.-Medium *proprium* quid sit. I, xxix, 2.– Medium in demonstratione débet esse prius et notius. I, xxvi, 8.-Media quae sunt unius ordinis sunt aeque nota; sed priora sunt notiora. I, xxxix, 4.–'Quando effectus est medium, est convertibilis, vel non, cum maiori extremitate. J, xxir, 7, 8, g. – Si non sit convertibilis, aut est in plus aut in minus quam maior extremitas; aut in plus aut in minus quam minor extremitas. I, xxm, g. – Si sit in plus quam minor, et convertatur cum maiori, conveniens fit syllogismus: item si sit in minus quam maior: non autem si sit in plus. *ibid.* – In demonstrativis oportet medium semper idem esse dupliciter. I, xxn, 5,- Quid sit medium *extra positum.* I, xxiv, 2. – Tale non est causa proprie loquendo; ideoque non potest esse medium demonstrationis *propter quid, ibid.*- Si medium sit aequivocum, potest accidere vitium in arguendo. I, xix, 8.-Diversum medium quandoque pertinet ad eamdem scientiam, quandoque ad diversas. I, xli, 16.-Assumere medium *extraneum* contingit in litigiosis et dialecticis syllogismis. I. xxxv, 10.-Quid significet densare, vel augmentare media. I, xxvi, 4. – Fit solum in prima figura, *ibid.* – Processu; in infinitum ex parte medii. *Vide* Demonstratio, Syllogismus. – Combinatio medii cum extremis. *Vide* Figura.

Memoria — Animalia in quibus remanet impressio sensibilium, abeunte re sensibili, habent memoriam. II, xx, g, 11.-Sola memoria singularium non sulhcit ad causandum intelligibilem cognitionem principiorum. II, xx, 12. *Vide* Experimentum.

Mensura — Est hoinogenea mensurato. I, xxxvi, 11.-Primum in quolibet genere est mensura omnium quae sunt illius generis, *ibid.* – Secundum diversitatem generum, sunt diversae mensurae, *ibid.*

Metaphora — Accipitur secundum aliquid simile. II, xvi, 8.

Metaphysica — *Metaphysica,* seu *Philosophia Prima,* considerat *substantiam,* sive *ens,* simpliciter, et ea quae sunt entis. J, r, 5. v, 7. xvn, 4. xvm, 4. xx, 5. xli, 7. – Est scientia communis.!, xv, 7.-Quomodo sit de communibus. I, xx, 5.-Non demonstrat principia communia; sed contradicit negantibus ea, per ea quae oportet concedi, *ibid.* – Et monstrat aliquid de eis, sicut de subiectis. 1, xx, 6. – Procedit circa ea per modum demonstrationis, et non per modum dialecticae disputationis, *ibid.* – Considerat omnia principia; I, xvu, 4.- Est maxime scientia. 1, xvu, 5. – Omnes scientiae accipiunt ab ea principia per se nota *quoad omnes.* I, v, 7.

Minor — Minor *propositio* syllogismi dicitur ab Aristotele *pars,* idest *particularis.* II, v, 4. – Quando tempore praecognoscatur conclusioni, et quando non. I, n, g.-Minor *terminus* est subiectum conclusionis. I, xv, 6. xxvi, 2.- *Vide* Extrema, Subiectum.

Motus — Est actus mobilis a movente, secundum quem movens dicitur movere, et mobile moveri. II, x, 2.-In motu est prius et posterius, *ibid.*-Sicut per totum motum perducitur mobile ad terminum, ita per primam partem ad secundam, et sic deinceps; unde sicut motus est causa quietis subsequentis, ita una pars motus est causa subsequentis; et hoc sive consideretur in uno mobili, sive in diversis, ifrtd.-Motus simul eitcum movente.*ibid.*- *Motum esse* est quoddam indivisibile, quod potest accipi vel ut terminans totum motum, vel ut dividens motum. 11, x, 7. – *Moveri* est divisibile. II, xi, 2.-Infinita divisio motus in momenta. II, xi, 6.-Omnis motus a principio procedit, et ad aliquid terminatur. 1, xl', 8. – Unitas motus ex termino desumitur. V *Phys.* J, XL), 7. – Motus est in singularibus. II, xx, 11.

N

Natura — In actibus naturae triplex diversitas ■invenitur. I, 1, 5.-In rebus naturalibus, in his quae *ut in pluribus* agunt, gradus quidam attenditur; et quare. 1,), 6.–Plurima quae sunt ex necessitate, et fiunt propter finem, maxime inveniuntur in his quae subsistunt a natura, et in his quae sunt per naturam constructa. II, ix, 12. —Quaedam facit propter finem. 11 *Phys.* II, ix, 12, 14. —Quaedam ex necessitate priorum causarum. II, ix, 2. *Vide* Necessarium. – In operibus naturae est quidam circularis processus. II, xn, 3,- In naturalibus demonstrationes fiunt ut plurimum per effectus. 1, iv, 16. – Essentiae et virtutes rerum naturalium sunt nobis occultae: quare.—Quomodo innotescant, *ibid.* – Fiunt demonstrationes de rebus in natura existentibus, nobis notis. J, xxxm, g.-Tales res sunt particulares et materiales, *ibid.*

Naturalis — Scientia *Naturalis* est de subiecto mobili. 1, 11, 5.

Necessarium — Necessarium definitur: illud quod non contingit aliter se habere. I, xliv, 2. – Illa sunt ex necessitate circa unumquodque genus, quaecunque sunt *per* se et conveniunt unicuique secundum quod unumquodque est. I, xiv, 6. – Quae sunt *per accidens* non sunt necessaria. I, xiv, 2, 6.- Necessarium in mathematicis est *a priori;* in naturalibus *a posteriori.* Il *Phys.* I, xlii, 3. – In naturalibus, necessitas priorum causarum est vel secundum naturam, vel secundum causam moventem. II, >x, 12.- Quae sequuntur ex necessitate materiae, sunt necessaria absolute. Il *Phys.* II, ix, 2.-Non omnia quae sunt ex materia, habent ex ea necessitatem. Il *Phys.* II, ix, 4. – Necessitas rei ordinatae ad finem, cx fine desumitur. 1,),8.-Etiam necessaria habent causam suae necessitatis. V *Metaph.* II, vm, 1. —Quod non est necessarium, oportet quod aliquando corrumpatur. I, xm, g.-Necessaria non sunt propria principia contingentium; neque ex necessariis potest concludi contingens. I, xliv, 5.

Negatio — *Vide* Propositio.

Nomen — Nomina significant ad placitum. Il, vi, o. – Nominibus utendum est ut plures utuntur. Il *Topic.* I, iv, 6.- Nomen quodlibet per interpretationem exponi potest. H, vi, 7.- Multa sunt innominata tam in generibus quam in speciebu'. II, xm, g.-Contingit ea quae nec sunt substantiae, nec universaliter entia, nomine significare. II, vi, 7.

NuMEnus—*Primum* in numeris, quid sit. I, x, 4. —Compositus numerus definitur, *ibid.*

Nunc — Praesens *nunc* est principium temporis, quia secundum ipsum distinguitur praeteritum ct futurum; et sic est principium notificandi temporis successionem. II, xi, 4.– Respectu omnium in praeterito factorum, postremum est praesens nunc. II, xi, 5. – Inter quaelibet duo *nunc* discontinuata est accipere medium. II, x, 6.

O

Omne— Est signum universale. I, xxn, 5. – *Dici de omni. Vidi'* Praedicatum.

Opinabile — *Vide* Probable.

Opinio — Est assensus mentis in unam contradictonis partem, cum formidine alterius. 1, i, 6.-Oritur ex probabilitate propositionum, ex quibus proceditur, *ibid.*- Aliter definitur. Acceptio seu existimatio immediatae vel mediatae propositionis, et non necessariae. I, xliv, 5. – Est circa contingentia quae possunt aliter se habere, sive sint actu vera, sive actu falsa. J, xliv, 3, 4. *Cf.* Verum. – Est etiam circa ea quae accipiuntur ut contingentia, etsi talia non sint. I, xliv, 8.- Sic se habet opinio circa contingentia, sicut intellectus et scientia circa necessaria. 1, xliv, 5.-Ex sua natura est debilis et incerta. I, xliv, 6.—Opinio differt a scientia. I, xliv, 1, seqo.-Si aliquis per media procedat ad immediata, ita quod illa media non nrbitretur ut contingentia aliter se habere, non erit opinio, sed scientia. I, xliv, g. – Si procedat per media vera, quae tamen vel non insint *per se,* vel oon sint accepta ut quae per sc insunt, tunc habebit opinionem, *ibid.* – Sed quod idem homo de eodem simul habeat opinionem et scientiam, non omnino est verum, sed aliquo modo, *ibid.*-Falsa opinio et vera opinio possunt esse de eodem subiecto secundum rem, non tamen secundum eamdem rationem. – Similiter idem subiectum pofest esse scitum et opinatum, sed non secundum eamdem rationem. l, xliv, 10.-Id quod est scitum ab uno, potest esse opinatum ab alio: sed quod idem homo dc penitus eodem simul habeat opinionem ct scientiam, non contingit. *ibid.*

Opposita — Quandoque duo opposita sub disiunctione accepta, ex necessitate subiecto insunt. I, x, 8.-Quicunque dubitat de falsitate unius oppositorum, non potest firmiter inhaerere opposito. I, vi, 7. – Oppositio prioris et posterioris: propinqui et remoti. 1, iv, i5.

Oratio — Comprehenditur sub quantitate. I, xn, 8,—Cuilibet rationi, idest oratinni aliquid significanti, est imponere nomen ei correspondons, quod per illam rationem manifestatur. II, vi, 8.-Oratio est una dupliciter, coniunctione scilicet, et significatione. 11, vm, 6.– Orationes disputativae, sive dialecticae utuntur syllogismo et inductione. I, 1, 11.

P

Paralogismus — *Vide* Syllogismus.

Pars — Partes se habent ad totum secundum rationem materiae. Il *Phys.* II, ix, 5.- In toto sunt in potentia partes. I, xxxvm, 7. – Idem respectu eiusdem esse partem ei totum, est impossibile. J, xxxiv, 6.- Partes componentes et partes subiectivae. I, xxxm, g. xli, g.

Particulare — Quantum ad id quod rationis est, universalia magis sunt entia quam particularia; quantum vero ad naturalem subsistentiam, particularia magis sunt entia, quae dicuntur primae ct principales substantiae. I, xxxvi', 8,– Quanto magis proceditur versus particularia, tanto magis itur versus infinitum. I, xxxvm, 4. – Qui cognoscit particulare, non propter hoc cognoscit universale. I, xxxvm, 5.–Particulare directe per sensum cognoscitur. I, xxxvm, 8.-In universali sunt in potentia particularia. 1, xxxvm, 7.

Passio — Passio *propria. Vide* Accidens, Praedicatum.

Per — Praepositio *per* designat habitudinem causae. J, x, 2. – Interdum etiam situm, *ibid.*- Causae habitudinem aliquando designat *formalis;* aliquando *materialis;* quandoque causae *extrinsecae;* et praecipue *efficientis, ibid.*- *Per se.* Significat subiectum vel aliquid eius esse causam cius quod sibi attribuitur, *ibid,*- Quatuor modi dicendi *per se.* I, x. 3, seqq.- Semper id quod est per se, prius est eo quod est per aliud, et causa eius. VIII *Phys.* 1, xxxvu, 5. – *Vide* Praedicatum, Scientia. – *Per accidens. Vide ibid.*

Perihermeneias I.iaRR — Ordinatur ad secundam operationem intellectus. I, 1, 4,

Petitio — Est propositio non per se nota, quae non est opinata a discente, sive habeat contrariam opinionem sive non. I, xxxix, 2.-Quid commune habeant petitiones et suppositiones; et in quo differant. I, xix, 4. – Petitio, sicut et suppositio, exteriori ratione confirmari potest. I, xix, 3. xxxix, 2. – Dicit aliquid *esse* vel *non esse.* I, xix, 5.- Est propositio universalis vel particularis. I, xix, 7.

Philosophia — Philosophia *Rationalis.* Vide Logica. – Philosophia *Prima. Vide* Metaphysica.

Physica — Est de corpore mobili. I, xli, 7.

Plato — Originem scientiae nostrae quomodo explicaverit. I, 1, 8. xxx, 7. – Refutatur cius positio. I, xxx, 7. – Formas naturales quidnam esse dixerit. I, 1, 8.-Actio naturalium agentium qualis sit secundum Platonem, *ibid.*- Libcr *Menonis* intitulatur ex nomine sui discipuli. I, m, 2. – Eius-argumentatio ibidem facta ad probandum conclusionem praecognosci simpliciter antequam fiat syllogismus: veritas explicatur et dubitatio solvitur. I, 111, 2, seqq.-Quid intellexerit per *species* seu *ideas:* quomodo has ponere coactus sit. I, xvi, 6. xix, 8. – Item, mathematica separata posuit: quare. I, xix, 8. – Platonici dicebant, praedicata substantialia significare essentias separatas, non vero id de quo praed:cantur, nec aliquid eius: unde negabant accidentia quae sunt in individui», convenire huiusmodi praedicatis. I, xxxm, g. – Solvitur haec dubitatio. *ibid.* – Species istae, ai darentur, essent

universales et immateriales, nobiliores rebus naturalibus, *praemonstrationes* respectu earum. *ibid.* – Plato non distinxit inter unum, substantiam rei, et unum, principium numeri. I, xu, 4. II, m, 11.-Definit *unum* et *punctum:* dicit, ex puncto causari quantitates continuas: has se habere ex appositione ad numeros: et numeros esse formas magnitudinum. I, XL7, 4.- Secundum eius opinionem, omne quod delectatur movetur. I, xli, 15.- Quomodo animam definiverit. 11, ni, 11.- Secundum Platonem, vivere est quoddam moveri ; sicut et sentire, sive cognoscere. II, in, 11.- Posuit eamdem esse rationem unius et boni. II, v, 5.

Plus — Esse *in plus,* quid significet. II, xm, 3.

Poetica — Continetur sub */nventiva,* et pertinet ad *Rationalem Philosophiam*. I,i, 6.- Poetae est inducere ad aliquod virtuosum per aliquam decentem repraesentationem. *ibid.*

Porphyrius — Quomodo acceperit universale. I, xi, 2.

Positio — Definitur: Quod non contingit demonstrare, neque tamen qui doceri debet, necesse est mente concipere, sive ei assentire. I, v, 6.- Positiones sunt principia per se nota quibusdam tantum. I, v, 7.-Positio dividitur in *positionem* simpliciter, et *suppositionem*. I, v, 8, 9 -Positiones simpliciter dictae non significant *esse* vel *non esse.* I, v, 8. – *Vide* Suppositio.

PosTEnioRUM Liber — *Vide* Analytica.

Potentia — Quod est *in potentia. Vide* Generatio.

Praecognitio — *Vide* Cognitio.

Praedicamentum — Quae praedicantur non secundum aliud subiectum, distinguuntur per decem praedicamenta. 1, xxxi, 6. – Praedicari sicut praedicamentum, idem est ac sicut substantiale praedicatum. I, xxxi, 13.-Genera praedicamentorum sunt finita. 1, xxxm, 6. xxxiv, g,-Id quod est in uno praedicamento, non est in altero. I, xxvi, 7. xxvn, g.—Nullum praedicamentum universaliter praedicatur de his quae communiter consequuntur *ens.* I, xxvn, g,—*Praedicamentorum Liber* ordinatur ad primam operationem intellectus. I, 1,4.-In eo actum est de decem praedicamentis. I, xxxm, 6.

Praedicatum — Praedicatum conclusionis syllogismi demonstrativi dicitur *propria passio.* 1. 11, 2.—Conclusioni praecognoscitur. I, 11, 2.– Qualiter. I, 11, 3, 5. xvm, g, to. 11, 1, g.- Praedicatum inesse subiecto concluditur demonstratione. 1,11, 3.– Cognoscitur per actum apprehendentis *quid est.* 1,11, 7.- Per prius inest medio quam subiecto. 1, v, 2.-Contingit praedicatum et subiectum non esse in eodem genere. I, xxvi, 7.– Qualis sit modus consecutionis inter medium, praedicatum, et subiectum. 11, xix, 4, seqq. – Praedicatum dicitur *individualiter* esse vel non esse in subiecto, quando non est medium per quod probetur propositio. 1, xxvi, 5. – Dici, seu praedicari *singulariter,* quid sit. II, xvi, 7. – Praedicata in demonstratione sunt *de omni, per se,* et *primo*. 1, ix, 3. – Haec sunt ex additione ad invicem, *ibid.* – *Dici de omni* est per comparationem ad ea quae continentur sub subiecto. *ibid.*-Significat praedicatum inesse cuilibet eorum quae continentur sub subiecto; et sic commune est demonstratori et dialectico. I *Priorum*. I, ix, 4.-Vel super hoc addit quod praedicetur simpliciter, et secundum omne tempus; et sic a solo demonstratore accipitur. I, ix, 5, 6. xvi, 2, 3. – Praedicata propositionum demonstrationis quomodo insint subiectis. I, x, 8. xm, 3. – *Dici primo* est per comparationem ad ea quae sunt priora subiecto et continentia ipsum. I, ix, 3.- Omne quod *primo* praedicatur, praedicatur *per se,* sed non convertitur, *ibid.* – Dici *primo* est dici *ut universale, ibid.* – Et hoc est quando praedicatum dicitur de subiecto, ut *de omni,* et *per se,* et *secundum quod ipsum*. I, xi, 3. – Ac proinde necessario inest subiecto. 1, xi, 4. – Dicitur hic *universale* secundum quamdam adaequationem praedicati ad subiectum. I, xi, 2. – Multa *universaliter* (idest, *de omni)* praedicantur, quae non praedicantur *per se, et secundum quod ipsa.* 1, xi, 3. – *Per se,* et *secundum quod ipsum* idem significant. I, χι, 5. – Praedicatum etiam debet *primo* demonstrari inesse subiecto. I, xi, 6, 7.- *Dici per se est per* respectum ad ipsum subiectum. 1, ix, 3.-*Per se* aliquid praedicatur, quando subiectum vel aliquid eius, est causa eius quod attribuitur. I, x, 2.– Omne quod *per se* praedicatur, universaliter praedicatur, sed non e converso. 1, ix, 3.– Primus modus dicendi *per se* est quando praedicatum est de definitione subiecti. I, x, 3. xxxv, 4.-Huiusmodi praedicata sunt necessaria. 1, xm, 2.-Secundus modus est, quando subiectum ponitur in definitione praedicati, ut causa materialis et proprium subiectum eiusdem. 1, x, 4. xxxv, 4.- Si talia praedicata sint opposita, necesse est ut unum eorum, sub disiunctione, insit praedicato. 1, x, 8. xm, 2.-Tertius modus est, quando unum ita est in se, ut non possit praedicari de aliquo ut de subiecto in quo sit : talis est modus existendi, non praedicandi. I, x, 6. – Quartus modus est, quando subiectum, vel aliquid eius, se habet ut causa praedicati, sive efficiens, sive altera. I, x, ÿ. xxvi, 2.-Ultimi modi dicendi *per se* reducuntur ad duos priores. I, xxxv, 4. – Printer ea quae dicuntur *per se,* quaedam dicuntur *secundum accidens.* I, xm, 2. xxxi, 5. xxxm, 4. – Talia dicuntur, vel ut subiectum de accidente, vel ut accidens de subiecto, vel ut accidens de accidente. I, xxxi, 5. xxxm, 4.- Differentia inter istos modos, *ibid.* – Omne quod praedicatur *in quid,* aut est genus, aut definitio significans essentiam. II,xm, g.-Tale oportet quod semper et universaliter praedicetur. 1, xxvn, g. II, xm, 3 – Et ex necessitate. 11, xm, 8.- Etiam quod praedicatur ut proprium, universaliter praedicatur. 1, xxvn, g,—Non omne quod vere praedicatur de aliquo, praedicatur in eo quod quid est. 11, iv, 5.-Quae praedicata neque sunt in definitione subiecti, neque habent subiectum in sua definitione, per accidens praedicantur. I, x, 5.- Ea quae dicuntur de subiecto, sicut in eo existentia, sunt accidentia. I, x, 6. – Quae vero dicuntur de subiecto, sicut universalia de inferioribus, non semper accidentia sunt, *ibid.*- Aliter dividitur *praedicari* in *simpliciter,* seu *per se,* idest, *non ratione alterius subiecti;* et *per accidens,* idest, *ratione alterius sublecti.* I, x, 7. xxxm, 5,8.- Nihil *simpliciter* praedicatur de accidentibus, sed solum *per accidens:* et quare. I, xxxm, 4, 5. xxxiv, g, – Praedicata *per se,* sic sumpta, et secundum decem praedicamenta distincta, in *substantialia* et *accidentalia* dividuntur. 1, xxxm, 6. xxxiv, g. – Quod praedicatur ut substantia, praedicatur vel ut definitio, vel ut genus, vel ut differentia. I, xxxm, 7. xxxiv, 4. – Quandoque subiectum est convertibile cum praedicato tali, quandoque est pars illius subiectiva. 1, xxxm, 7.- Praedicata accidentalia non significant substantiam, sed dicuntur de aliquo subiecto, quod nec essentialiter est illud praedicatum, nec aliquid eius. I, xxxm, 8.-Nullum accidens convertitur cum subiecto suo. 1, xxxiv, 7. – Quamvis illa quae non significant substantiam, sint accidentia, non tamen *per accidens* praedicantur. 1, xxxm, 8,- Omnia accidentia praedicantur de his quae pertinent ad substantiam rei. I, xxxiv, 10. *Vide* Plato. – Quid significet processus in infinitum in praedicatis. I, xxxi, g. – Quaestio de processu in infinitum non habet locum in propositionibus, quarum praedicata et subiecta aequaliter de se invicem praedicantur. 1, xxxi, 13.-Quid sit processus *in sursum,* seu *ascensus :* quid processus *in deorsum,* seu *descensus.* 1, xxxii, 2. – Circulatio in praedicatione. 1, xxxiv, 3. – Non est processus in infinitum in praedicatis quidditativis. I, xxxm, 2. xxxiv, 5, g. – Logice ostenditur quod non est procedere in infinitum in praedicatis quibuscunque affirmativis, sive substantialibus sive accidentalibus; neque per modum circulationis, neque per modum rectitudinis in sursum, nec in deorsum. 1, xxxiv, *per* tot.-Idem ostenditur analytice quoad praedicata *per se* in primo et secundo modo. I, xxxv, *per tot.* – *Cf.* Demonstratio.- Prius praedicatur de posteriori *per se:* posterius de priori *per accidens.* 1, xxxiv, 10.- Quae aeque praedicantur, dicuntur convertibilia. I, vm, g. xxiv, 4. xxxi, 13. *Vide* Converti Bi LiA.- Unum de uno praedicatur in simplici praedicatione. I, xxxm, C. xxxiv, g.-Si praedicatum non sit unum sed multa, non poterit simpliciter dici *quid* vel *quale,* sed forte *quale quid.* 1, xxxm, fi. – Si multa praedicantur de uno, ita quod accipiantur in ratione unius praedicati, poterunt in infinitum praedicationes multiplicari, secundum infinitos modos combinandi praedicata ad invicem, *ibid.*- Non oportet ut illud quod praedicatur de duobus, quorum unum aut nullo modo aut non universaliter de alio praedicatur, insit utrique secundum aliquid commune, et hoc semper. I, xxxvi, 2, seqq. – Praedicatio universaliter sumpta pertinet communiter ad Logicam; praedicatio *per se* ad *Analyticam*. 1, xxxv, 2, 3.

Praemissae — *Vide* Principium.

Praemonstrationes — *Vide* Plato.

Praesens — *Vide* Nunc.

Praeter'tum — In praeteritis, tanto aliquid est posterius in fieri, quanto est proximius praesenti *nunc.* 11, xi, 4.

Primum — *Vide* Principium,— *Dici primo. Vide* Praedicatum.

Principium — Idem videtur esse *primum* et *principium*. I,iv, 16.- Primum et maximum in unoquoque genere est causa omnium quae sunt post. Il *Metaph.* I, iv, 16.- In quolibet genere oportet esse unum primum, quod est simplicissimum in genere illo, et mensura omnium quae sunt illius generis. X *Metaph.* I, xxxvi, 11.–Secundum diversitatem generum oportet esse diversa principia indivisibilia. I, xxxvi, 11. —Principia *syllogismi* sunt propositiones; et primum eius principium est propositio simplicissima immediata, *ibid.* – Praemissae, seu principia, syllogismi sunt duae, *maior* et *minor.* 1, 11, g.-Non sunt eadem principia omnium syllogismorum. I, XLin, i, seqq. – Non possunt esse aliqua principia communia, ex quibus solum omnia syllogizentur. I, xliu, 6.- Diversorum generum subiectorum diversa sunt principia. I, XLin, 5, 13.-Oportet haec coassumere communibus ad concludendum , vel demonstrandum. I, xliu , 6, 11. – Syllogismus non procedit ex definitione syllogismi. 11, v, 4.-Est ex universalibus. 1, xxii, 6. – In aliis syllogismis praeter demonstrationem opus non est ut syllogizetur ex necessariis: sufficit ut sint ex veris. 1, xm, 4. – Principia sunt *universalia* et *particularia*. I, xxxvm, 7. – Qui cognoscit universale, cognoscit particulare in potentia, sed non e converso, *ibid.* – Sunt *vera* vel *falsa*. I, xliu, 2. – Principia falsa quandoque sunt contraria, et incompossibilia. I, xliu, 4. – Sunt *necessaria* principia et *contingentia.* 1 *Prior.* I, xliu, 8.-Principia syllogismorum non sunt multum pauciora conclusionibus. I, xliu, 7. – Sunt infinita (seu indefinita). I, xliu, 7, 8.-Quomodo multiplicentur. I, XLin, 5, 7.-Plurima eorum sunt etiam conclusiones. 1, xxi, 3. XLin, 5, 7.-Principia *syllogismorum demonstrativorum*. Sunt illa quae, cum sint vera, non contingit ea demonstrare, vil simpliciter, vel in illa scientia in qua sunt principia. I, xvin, 3. xxi, 5.-In quo conveniant cum non principiis, et in quo differant. I, xvm, 4, g.-In talibus principiis, seu propositionibus per se notis, praedicatum est de ratione subiecti. I, v, 7. vn, 8.-Dividuntur in per se notas *quoad omnes,* et *non quoad omnes.* I, v, 7.-Sunt vel communia vel propria. 1, xvm, 6. – Seu, propositiones immediatae *primae* et *secundae.* I, xliu, 11. – Nempe, communes dignitates, et positiones seu suppositiones. I, v, 6, seqq. xix, *per tot.* xxxi, 3.-Quae sint principia communia et propria,et quomodo accipiantur. I, xvm, 6, seqq.- Dignitates sunt communes omnibus demonstrationibus , et sunt eorum principia *simpliciter;* aliae propositiones sunt principia particularium demonstrationum. I,xv, 4.xxxvi, 7. XLin, 13.-Omnes scientiae communicant in principiis communibus, quatenus omnes utuntur eis, ut *ex quibus* demonstrant, non autem ut *de quibus,* vel ut *quod* demonstrant. I, xx, 4. – Quomodo Dialectica et Metaphysica eis utantur. I, xx , 5 , 6. – Principia scientiae immediata non sunt communia aliis scientiis diversi generis, nisi subiectum unius contineatur sub subiecto alterius. I,

xv, 4· – Est impossibile et derisibile quod sint eadem principia unius scientiae, quae sunt alterius. I, xliii, 9.-Quodlibet non demonstratur ex quolibet. I, xliii, 10.-Tot sunt principia demonstrationum quot sunt termini ad quos statur. I, xxxvi, 5. – Duo omnium prima principia, quae sint. 1, xx, 1. – Nulla demonstratio accipit principium contradictionis. I, xx, 2. —Demonstratio *ad impossibile* accipit illud, *De quolibet est affirmatio vel negatio vera.* I, xx, 3.-Non tamen semper, nec in sua universalitate, sed quantum sufficiens est in genere aliquo, *ibid.*- Principia propria singularum scientiarum habent aliquod commune prius eis. I, xvn, 3.-Nempe, principia communia, i, xvn, 4.-Habere aliquid prius (in eadem scientia) est contra rationem principii. I, xxxvi 10.-Tam communia quam alia principia demonstrationis sunt per se vera. I, xix, 2.-Sed communia necesse est videri quod per se sint vera; et in hoc ab aliis distinguuntur. IV' *Metaph.* I, xix, 2, 3. xx, 6. xxvn, 3. xi.iv, 8.-Interiori ratione communibus obviari non potest, sed solum exteriori, quae est per vocem. I, xix, 3. xxvn, 3,- Et secundum falsam quamdam imaginationem. IV *Metaph.* 1, xxvn, 3,- Principium quod *non contingat idem esse et non esse,* quidam ore negaverunt. I, xix, 3.– Alia principia confirmari possunt aliqua argumentatione. I, xix, 3.-Principia prima et immediata sunt indemonstrabilia. 1, vn, 3, 5. xix, 4.XX, i5. xxxv, 10. xli, 13. II, 11, 9. – In demonstrativis dantur non solum indemonstrabilia affirmativa, quae scilicet affirmant essentiale praedicatum vel propriam passionem ; sed et negativa quae talia negant. I, xxxvi, 7, 8.—Quomodo in affirmativis demonstrationibus utendum sit immediata propositione. I, xxxvi, 10, 12.-Item, in negativis. I, xxxvi, i3, 14, 15.- Propositio affirmativa universalis est principium proprium demonstrationis affirmativae, et universalis negativa negativae. 1, xxxix, 8.-In demonstrativis, principiorum et conclusionum est idem genus. I, xv, 5, 6. xliit, 9, t3. – Aiit *simpliciter,* aut *secundum quid.* 1, xv, 5, 6. – In demonstratione id quod accipitur, non est idipsum quod concluditur, nec aliquid quod habeat eamdem rationem cum eo, et convertatur. II, v, 7.-Principia praecognoscuntur conclusioni. I, 11, 2.-Non potest de eis praecognosci *quid sunt,* sed solum *quia vera sunt.* I, n, 3. XVIII, 10. – Cognoscuntur per actum componentis et dividentis. I, 11, 7. – Principia, aut omnia aut quaedam, nedum conclusioni praecognoscuntur, sed magis nobis nota sunt quam conclusio. I, vj, 2, 3, 5. vn, 2. viu, 3.– Quare dicatur, *aut omnia aut quaedam.* I, vi, 2.-Si conclusio aliunde quam per demonstrationem esset nota, nihil prohiberet principia non esse magis nota conclusione in via illa. I, vi, 6.-Principia se habent ad conclusiones in demonstrativis, sicut causae activae in naturalibus ad suos effectus. II *Phys.* I, 111, i.-De eis est cognitio certitudinalis. I, vn, 5, 6.-Immo, nihil debet esse certius quam quod opposita principiis sint falsa. I, vi, 7.-Cognitio immediatorum est principium quoddam totius scientiae. 1, vn, 8.-Est certior cognitione scientifica. I, xxxv, 11. II, xx, 4. – Cognoscuntur per cognitionem propriorum terminorum. I, vn, 8. xx, 4. *Vide* Dignitas, Positio. – Cognitio eorum pertinet ad intellectum. 11, xx, 15. – Cognitioni principiorum praeexistit in nobis potentia cognoscitiva, quae tamen non est certior cognitione principiorum. II, xx, 7. – Habitus principiorum cognoscitivi non praeexistunt in nobis quasi determinati et completi; neque fiunt de novo ab habitu praeexistente ; sed fiunt in nobis a aensu praeexistente. II, xx, 11. – Cognoscuntur per inductionem. I, xxx, 5. II, xx, 14.- Pertiqent ad habitus qui sunt semper veri. 11, 'xx, 15.-In disputatione contra neganest principia, oportet incipere a significatione nominum. IV *Metaph.* I, n, 5.-Principia demonstrationis *simpliciter* dictae sunt immediata, vel statitn assumpta, vel ad quae devenitur per media aliqua. I *Topic.* I, iv, 14. vu, 7. xxvr, 4. xxvn, it. xxxvi, 7. xliii, 10.-Immediata secundum rei veritatem. I, xxxi, 4. – Quare dicantur immediata.I, iv, io.-Sunt notiora, non solum quantum ad *quid est,* sed etiam quantum ad *quia est.* I, iv, 15.-Notiora *simpliciter,* non solum *quoad nos.* I, iv, 15, 16. vni, 4, 5.-Sunt necessaria. I, 1, 6. ix, 2. xm, 1, seqq. xiv, 6. xlu, 2.-Proprium est demonstrationis simpliciter dictae, ex necessariis semper procedere. I, xm, 4.-Sunt *per se.* I, ix, 3. xiv, 6, 7. xv, 2, 6. xvn, 1. xx, 7. xxxi, 5. xxxv, 3, 8. II, xix, 2.-Imo, *per se primo.* I, ix, 3.- In quibus modis dicendi *per se.* I, xm, 3.-Proprium est demonstrationis ut principia eius sint *per se.* I. xxxv, 2. – Sunt universalia. I, iv, 16. ix, 3. xvi, 2, 3. xix, 8. xxn, 7. xxx, 4. xxxvi, 7. xxxix. 8. – Non sunt extranea, sed propria. I, xm, 6. xv, *per tot.* – Sunt sempiterna et non corruptibilia. 1, xvi, 4. —Sunt per se nota. 1), v, 8.-Quaedam etiam sunt vera *ut frequenter.* I, xlh, 2. – Qualia sint principia demonstrationis *quia.* I, xxm, 3, 4.-Scientiae subalternatae accipiunt principia sua formalia a subalternantibus. I, xxv, 4.-Principia syllogismi dialectici sunt solum probabilia. 1, vm, 5.- Sunt magis nobis nota. *ibid.* – Sunt maxime opinabilia. I, xxxi, 4. - Habent medium, licet videantur non habere. I, xxxi, 4.-Opus non est ut sint *per se.* 1, xxxi, 5. – Frequenter sunt *per accidens.* 1, xxn, 11.-Principia sophistici syllogismi quandoque non sunt probabilia, etsi videantur talia esse. 1, xm, 7.-Principia inductionis sunt singularia. I. xxn, 6. xxx, 4.- Et sunt priora quoad nos. I, vm, 4.

Priorum Liber — *Vide* Analytica.

Prius — Prius *tempore* et prius *natura.* I, 11, 8. iv, 16. xxxix, 8.- *Prius,* idest, a quo non convertitur consequentia essendi. I, xxxi, 13.- Priora in cognitione. *Vide* Cognitio.

Privatio — Est in eodem genere cum *contrario* et *contradictione.* I, x, 8. – Nihil aliud est quam negatio in subiecto determinato, *ibid.* – in privatione et habitu, licet non sit medium circa determinatum subiectum, tamen est medium simpliciter; et hoc quod habent de immediatione, habent in quantum participant aliquid de contradictione. 1, v, 5.

Probabile — Probabile, seu opinabile, dicitur, quod est magis notum vel sapientibus vel pluribus. I, vm, 5.-Ex hoc quod aliquid sit probabile vel improbabile, non habetur quod sit primum vel non primum. I, xm, 6. – Probabilitas propositionum generat opinionem vel fidem. 1,1, 6.- Opinabile (seu probabile) differt a scibili. I, xtiv, t.

Problema — Quomodo differat a propositione. I, v, 3.-Quaedam problematicae dubitationes reducuntur, sicut in causam, ad defectum sensus. I, xlit, 10.-Quaedam problemata conveniunt in eo quod est *propter quid,* quia habent eadem media, non simpliciter, sed genere, quae tamen diversis differentiis diversificantur. II, xvn, 4.-Alia conveniunt in eo quod est *propter quid,* quia habent diversa media quae ad invicem subordinantur. II, xvn, 5.

Processus — Processus *in infinitum. Vide* Demonstratio, Praedicatum, Stllooismus.

Proportio — Est habitudo unius quantitatis ad alteram. 1, xn, 8. – *Proportionalitas* est collatio duarum proportionum: quot terminos habeat, *ibid.*-*Permutata proportio* quid sit; et quibus conveniat, *ibid.*

Propositio — Est *altera pars enuntiationis, in qua praedicatur unum de uno.* I, v, 3. *Vide* Enunciatio, Problema. - Quomodo differat ab interrogatione syllogistica. 1, xxi, 2. – Propositiones et instantiae quomodo sint eaedem. I, xxn, 6. – Propositio *demonstrativa* accipit unam enunciationis partem determinate; *dialectica ·vero* utramlibet.T, v, 4.- Propositio *inductiva.* I, xxn, 6. – Propositio est mediata vel immediata. 1, v, e,-Utraque definitur, *ibid.* -Immediata propositio (sicut et mediata) est necessaria vel contingens. I, xliv, 5. – Propositio immediata dicitur *individua.* I, XXIX, 2.- Plura de immediata propositione. *Vide* Principium. – Quandocunque aliqua propositio est mediata, oportet quod priores ea sint propositiones ex quibus demonstratur. I, v, 2. – Propositio est affirmativa vel negativa. J; xxxix, 5.-Affirmativa significat *esse.* 1, xxxix, 5.- Est potior negativa. I, xxxix, 8. Et prior ea naturaliter, *ibid.* – Habet maiorem efficaciam ad syllogizandum quam negativa. I, Xxxix, 6. - Negativa'significat *non esse.* I, xxxn, 7. xxxix, 5. – Negativa potest esse mediata vel immediata. '!, xxvi, 5, seqq. – Tripliciter potest demonstrari negativa. 1, xxxn, 7, 8, 9. – Falsa propositio aut est contraria verae, aut contradictoria, f , xxvn, 7. – Quandonam propositio sit demonstrabilis. I, xxxiv, 11. – Propositionem demonstrabilem non possumus melius cognoscere quam sciendo. *ibid.*- Si illam propositionem per quam alia nota est nescimus, neque melius cognoscimus quam sciendo, consequens est quod nec secundam propositionem sciamus, *ibid.*- De cognitione indemonstrabilium. *Vide* Principium.

Proprium — Non omne quod est proprium alicui, pertinet ad essentiam eius. 11, 111, 4. *Vide* Accidens.

Prudentia — Est habitus intellectualis rectificans rationem circa agibilia, seu actus morales. I, xi.iv, 11.-Est semper ad verum *ibid.*- *Vide* Intellectus.

Punctum — Est quoddam unum indivisibile in continuo, abstrahens secundum rationem a materia sensibili. I, xli, 5.-Se habet ex additione ad unitatem, *ibid.* – Est quoddam terminans et dividens lineam. II, x, 7.- Idem punctum est terminus unius partis et principium alterius, *ibid.* -Duo puncta non habent se *consequenter* in continuo. 11, xi, 2.-Sunt infinita puncta potentialiter in linea, *ibid.*

Pythagorici — Eorum opinio est, tonitruum fieri ad comminandum his qui sunt in tartaro. II, ix, 11.

Q

Quaestio — De his quaestiones facimus, quae ignoramus. II, 1, 2. – Hinc sunt quatuor, scilicet *quia, propter quid, si est, et quid est. ibid.* – Quomodo dividantur quaestiones in I *Topic.* II, 1, 2.-Sola enunciatio est quaeribilis. II, 1, 3.-Quaestio est simplex vel composita. *ibid.* – *Simplex* est *an sit* vel *quidsit.* II, 1, 5.- *Composita* est *quia* vel *propter quid.* II, i, 3, 4. – Omnes quaerunt medium seu causam. II, 1, 8, 10, 11. II, 11, 1, 2. – Quando medium sentitur, nullus est quaestioni locus. II, 1, to.-Ea quae quaeruntur sunt universalia. II, 1, 1 i. – Quaestio *an sit.* Cognoscere si *est* est cognoscere *esse simpliciter.* II, 1, 6, 7. – Quomodo differat cognoscere *si est* a cognoscere *quia est. ibid.* – In quaestione si est, quomodo quaeratur an sit medium. II, 1, 6, 8. – Antequam sciatur *an sit,* non possumus scire proprie *quid sit.* I, 11, 5. – Possumus scire *an sit,* non scientes perfecte *quid sit.* II, vn, 5. – Et hoc vel per aliquod accidens eius, vel (quod in solis compositis contingit) per aliquid essentiae eius. 11, vn, 6. – Cognoscentes accidens, non vere (idest per se et absolute, cf. II, vni, 6) cognoscimus *quia est* de subiecto. II, vn, 7. – Possumus simul scire si *est* et *quid est;* sed impossibile est cognoscere *quid est,* ignorato si *est.* II, vn, 5, 7. vm, 6. – Dc penitus ignoto non possumus scire si *est.* II, vm, 6.- Oportet intelligere *quid significet nomen* priusquam cognoscamus si *sit.* I, 11, 5.– Possumus scire *quia est,* nescientes *propter quid;* possumus utrumque simul cognoscere; sed non possumus scire *propter quid,* nescientes *quia est.* II, vn, 5. – Quaestio *quid est.* Idem est quaerere *quid est et* quaerere causam quaestionis *an est.* I, n, 5. II, 1, 5. vn, 2.- Qui quaerit *quidsit,* quaerit quid sit medium ; non tamen *ut* medium. II, 1, 6, 8.– *Vide* Quod quid est.– Quaestio *quia.* Quaerere *quia* seu *quia est ita,* differt a quaerere *quia est simpliciter,* sicut *in parte* et *simpliciter.* II, 1, 6, 7. – In ea quaerimus utrum sit invenire medium ipsius quod quaerimus, an non. II, 1, 6, 8.- Non tamen quaeritur medium ex forma quaestionis, vel sub ratione medii, *ibid.* – Quaestio *propter quid.* Quaestiones *quid est* et *propter quid* in idem redeunt subiecto, sed differunt ratione. II, I, 8, 11.- *Propter quid* significat causam seu medium. I, xm, 8. xiv, 7. xi.iv, 8. II, n, 1. ix, t. – Idem- est scire *propter quid,* et scire causam quaestionis *quia est ita.* II, 1, 4. vn, 2. – Qui quaerit *propter 'quid,* quaerit quid sit medium,- non

tamen *ut* medium. II, i, 6, 8. – Scire *propter quid* differt a scire *quia est ita.* I, xxm, i. *Vide* Demonstratio – Multoties qui sciunt *propter quid,* nesciunt *quia ita est.* I, xxv, 4.– Ultimum *propter quid* scitur, quando pervenitur ad universale. I, xxxvm, 3. – Quomodo oporteat investigare *propter quid.* II, xvii, *per tot. Vide* Medium. – Quaestio, *principium,* quid sit. I, xix, 4.-Assumitur ut principium indemonstrabile in una scientia, etsi in alia possit demonstrari, *ibid.*

Qualitas — Est accidens. I, xxxiv, 2,7,9.– Qualitates sensibiles afficiunt singulares quasdam substantias in determinato loco et tempore existentes. I, xui, 5.-Sunt obiectum sensus, *ibid.*

Quantitas — Est accidens. I, xxxiv, 9. – Continet sub se numeros, et lineas, et corpora, et tempora. I, xn, 8.- Continet etiam sub se alia, sicut orationem et ea quae dicuntur quantitates *per accidens, ibid.* – Quomodo illi conveniat commutatim proportionari. *ibid.* – Quantitates incommensurabiles. I, iv, 13.

Quies — *Vide* Delectatio, Motus.

Quod quid erat esse — Ostendere *quod quid erat esse,* est demonstrare essentiam rei. II, iv, 5. (Cf. II, v, 2, 7). Est causa formalis. II, jx, 6, 7.

Quod quid est — Est essentia rei. 11, iv, 5.- Hacc supponitur esse essentia (seu *quod quid est)* uniuscuiusque, quae invenitur in individuis illius speciei finaliter, ex necessitate et universaliter. II, xm, *g,-Quod quid est* et *esse* non identificantur nisi in primo essendi principio. II, vi, 3.—Est causa ipsius *esse* rei. II, vn, 3. – Qui scit *quod quid est* rei, scit rem illam esse, vel saltem esse possibilem. II, vi, 2, 4, 10. vn, 5.- Essentia cuiuslibet rei est una. II, vm, 6. – Neutrum istorum, *quid est* et *quia est,* est pars alterius. II, 11, 12. – *Quod quid est* est proprium. II, m, 4, 5. – Quomodo praedicetur. *Vide* Praedicatum. – *Quod quid est* non est obiectum sensus, sed intellectus. III *De Anima.* I, xlh, 5. II, v, g. – Constituitur ex genere et differentia. II, xiv, 5. – Investigantibus *quod quid est,* oportet accipere non solum genus, sed etiam differentiam. 11, iv, 4. – *Quod quid est* cognoscitur per affirmationem. I, xxvi, 3.-Nullo modo *proprie* demonstratur vel syllogizatur *quod quid est.* II, vn, 9. vin, 6.-Non per terminos convertibiles. II, 111, 8, seqq. – Ncc per viam divisionis. II, iv, *per tot.v,* 8,-Quandoque per plures divisiones accipitur *quod quid est.* II, iv, 4.- Sed non syllogistice. II, iv, 4, 8. – Nec accipiendo id quod requiritur ad *quod quid est.* II, v, *per tot.* – *Nec* per suppositionem; nempe, accipiendo *quod quid est* alterius rei. II, v, 6, seqq. – Ncc per inductionem. II, v, g. – Neque potest demonstrari demonstratione sensus. II, v, g. – Rationes quaedam communes quae probant impossibilitatem.demonstrandi *quod quid est.* 11, vi. – Potest *logice* probari *quod quid est* per aliud *quid* eiusdem rei. II, vn, 3, 9. – In quibus hoc contingat. II, vn, 3. – Licet non demonstretur, potest accipi ex demonstratione. II, vn, 8, 9. vm, to. – Non tamen in omnibus, sed in habentibus causam. II, vm, I, l i,-Sunt quaedam quorum *quod quid est* oportet accipere sicut immediatum principium. II, vm, 1, 3. – Supponendo de eis *esse* et *quid est.* II, vm, 1.- Et in his, *quod quid est* debet manifestari alio modo quam per demonstrationem. *ibid.* – Ad cognoscendum *quid est* alicuius rei, non est necesse cognoscere omnia alia entia in speciali. II, xv, 4.– Accidentia nullo modo se habent ad hoc ut cognoscamus (absolute .et per se. *Cf.* II, vm,' 6.) de re *quid est.* II, vn, 7. – Cognito tamen *quia est* per accidentia, facilius scire possumus *quid est.* II, vn, ,7.– Sicut nos habemus ad cognoscendum *quia est,* ita nos habemus ad cognoscendum *quid est. ibid.* – Impossibile est cognoscere *quid est,* ignorato *si est.* 11, vn, 5, 7. vm, 6. *Cf.* Quaestio. – *Quod quid est* proprie pertinet ao philosophiam primam. I, xvin, 4.-Essentia, seu *quod quid est,* dicitur etiam substantia. II, n, 10. -*Quod quid est,* idest definitio significans *quod quid est. Vide* Definitio. – *Quod quid est* ut causa probativa. *Vide* Medium.

R

Ratio — Ratio est interior, scilicet *facultas* in anima; vel exterior, idest *argumentatio.* I, xix, 3.- Ratio *interior.* Tres sunt eius actus; quorum duo sunt rationis inquantum est intellectus quidam, tertius est secundum id quod est rationi proprium. I, 1, 4. – Rationis solum est procedere ex uno in aliud. I, 1, g,- Actus eius similes sunt aliquo modo actibus naturae. I, 1, 5.-Unde, triplex diversitas in eis reperitur, relate ad veritatis acquisitionem. *ibid.* – In secundo processu (ad veritatem acquirendam) gradus inveniuntur; scilicet, fides vel opinio, suspicio, et existimatio ex mera repraesentatione. I, 1, 6.-Ratio non solum dirigere potest inferiorum partium actus, sed etiam actus sui directive est. I, 1, 1. – Ratio non operatur nisi intendens finem. II, ix, i3.—In illis quae fiunt per rationem, quaedam talia sunt quae nunquam fiunt a casu, nec etiam unquam possunt fieri ex necessitate naturae, sed semper fiunt propter finem : quaedam possunt fieri quandoque a fortuna; et hoc maxime contingit in his in quibus aliquid fit sic *et aliter, ibid.* – Ratio ut significat potentiam quamdam, pertinet ad considerationem naturalem. *De Anima.* I, xliv, ii,– Ratio, *habitus,* pertinet ad deductionem principiorum in conclusiones. I, xliv, 11.-Recipit veritatem et falsitatem. II,-xx, 15.-Ratio, idest *oratio. Vide* Oratio.

Responsio — In qualibet scientia sunt responsiones; sed de his solum quae sunt secundum illam scientiam. I, xxi, 6. – Ad eamdem scientiam pertinet interrogatio et responsio, *ibid.*

Rhetorica—.Pertinet ad partem Logicae quae */nventiva* dicitur. 1,1, 6. – Ad quid deserviat. *ibid.*-Per rhetoricas disputationes non acquiritur scientia. 1, 1. 9. – Quomodo in eis fiat persuasio. I, T, 12.

S

Sapientia — Est habitus cognoscitivus· rectificans rationem circa causas altissimas. VI *Ethic.* I, xliv, .t i. – Continet sub se scientiam et intellectum. IV *Ethic.* II, xx, i5.- Est quaedam scientia et caput scientiarum. *ibid.* – Est semper ad verum. I, xliv, i 1. II, xx, t5.

Scientia —Scire est duplex, *simpliciter seu per se,* et *secundum quid* seu *per accidens.* I, iv, 4.– Scire simpliciter est scire rem in seipsa: scire secundum quid est scire rem in alio; et hoc tribus modis contingit, *ibid.*- *Vide* Cognitio. – Scientia *simpliciter* sumpta, et in sensu perfecto, est: t*, Cognitio rei perfecta ; ideoque cognitio eius causae ut ad effectum applicatae: 2·, cognitio actualis: 3°, et certa; ideoque. cognitio rei necessariae. I, iv, 5, 6, 7.- Sola enunciatio est scibilis. II, 1,3.– Scientia est conclusionum. I, iv, 9, *et pluries habetur.* – Conclusionum, nempe, in quibus passiones praedicantur de propriis subiectis. I, x, 8. – Est cognitio per demonstrationem acquisita. I, iv, 9, *et pluries habetur.* – Est ex principiis propriis. I, xvin, 1. xxi, 2. – Ex necessariis. I, xliv, 2. – Principia eius debent esse proxima his quae demonstrantur, .vel proxima primis principiis indemonstrabilibus. I, xvin, i.-Est per causam et *propter quid.* 1. xxxvm, .2. – Per causam nempe universalem. I, xlh, 8. – Est ex principiis primis. I, xli, 8. – Quomodo scientia non sit .principium scientiae. II, xx, 15.– Non est uniuscuiusque scientiae demonstrare principia sua propria. I, xvn, 4. xvin, 3. xxi, 5.-Nisi accipiendo principia alterius. I, xxi, 5.– Obiectum eius est necessarium. I, rv, 5, 7. xm, 1. xliv, 3. II, xx, 4, i i.-Et universale.!, xlh, 7, 10. xliv, 2. II, i, 11.-Non datur scientia de singularibus pertinentibus ad sensum. I, xlii, 5, seqq. xliv, 2.- In sciendo intelligimus omnia singularia simul in universali. J, xlii, 10..-Non est corruptibilium, loquendo simpliciter, sed solum secundum *accidens.* 1, xvi, 2.-Est eorum quae sunt sicut frequenter: quomodo. I, xlii, 3.- Talis scientia deficit quoad certitudinem demonstrationis a scientiis quae sunt de necessariis absolute. II, xn, 5. – Non potest esse de eo quod est a fortuna. I, xlii, 2.-Non est nisi veri. VI *Ethic.* 1, iv, i3. xliv, ii. 11, xx, 15.-Erroneum.est dicere nullius rei dari scientiam. II, vn, 2, seqq. – Non datur scientia non entium. I, iv, i3. – Non est de significatione nominum. II, vi, 9.- *Genus subiectum, communes dignitates,* et *passiones* sunt in qualibet scientia naturaliter supponenda. I, xvin, g, 10. – Processus scientiae est .quasi motus rationis. I, xli, 7,8.- Quid sit eius finis seu terminus. I, xli, 7, g. – Est per decursum a principiis ad conclusionem. I, xxxvi, tt.- Eius *unum et indivisibile* quid sit. *ibid.* – Scientia est potior sensu, et qualibet alia cognitione quae est de rebus habentibus causam. I, xlii, 8.- Scientia differt ab opinione, et scibile ab opinabili. I, xliv, t, seqq. *Vide* Opinio. – Quomodo differat ab aliis habitibus cognoscitivis. I, xliv, ii, seqq.-Non latet habentem. II, xx, 4. – Quatuor modi quibus amittitur. I, xm, 9.- Nullum aliud genus cognitionis, quam intellectus, est certius scientia. 1l, xx, 15. – Certitudinem habet ex intelligentia principiorum. I, xlii, 9.– Tres modi quibus una scientia est alia certior. I, xli, 2, 3, 4. – Scientia de causa est certior illa quae est de effectu; et scientia de forma est certior illa quae est de materia. I, xli, 5. – Est determinate unius secundum certitudinem. I, xlii, g. – Scientia dicitur una ex hoc quod est unius generis subiecti. I, xli, 7. – Unius nempe *formaliter.* I, xli, 11. – Diversitas scientiarum sumitur ex diversitate principiorum, in aliquo genere scibili. I, xli, 12, i3,– Una scientia est sub altera dupliciter; vel quia subiectum unius est species subiecti superioris scientiae, vel quia subiectum inferioris comparatur ad subiectum superioris sicut materiale ad formale. l, xxv, 2.-Scientiae quarum una est sub altera in hoc secundo sensu, sunt fere univocae ad invicem. I, xxv, 3. – In iis, superiores subalternantes demonstrant *propter quid,* seu principia formalia inferiorum, quae ideo accipiunt *propter quid* a subalternantibus, et applicant ad cognoscendum *quia* proprii subiecti. I, xxv, 4.-Scientia subalternata separatim scit *quia,* nesciens *propter quid.* I, xli, 2.-Eadem ratione scientia inferior, quatenus est subalternans respectu alterius scientiae, demonstrat *propter quid* huius inferioris. 1, xxv, 5.—In *speculativis* scientiis, nihil aliud quaeritur quam cognitio generis subiecti : in *practicis,* finis est constructio subiecti. I, xli, 7.-Scientiae speculativae non sunt de essentiis substantiarum separatarum. J, xli, 8. *Cf.* Substantia. – Rei quae non habet principia priora, non est scientia. I, xli, 8.-Una scientia communior est quam alia. I, xli,-7.- Scientia *communis.* Vide Dialectica,-Metaphysica. – *Rationalis* scientia. *Vide* Logica.- Est etiam scire (minus proprie) *per effectum.* I, iv, 8. xxm, 4, seqq. – Sumitur scientia quandoque pro cognitione qualibet certitudinali. I, vn, 6. – Hoc sensu sumpta, datur scientia principiorum indemonstrabilium. 1, iv, 8. vn, 5. – Potest acquiri vel demonstratione vel inductione. I, xxx, 4,– Certae existimationes, quare *scientiae* vocentur. I, xlii, g.

Sensus — Cognoscit aliquid tale et non hoc. I, xlii, 5. – Sensibiles qualitates sunt eius obiectum. *ibid.-Non* substantiae vel quidditates. III *De Anima.* I, xlii, 5. II, v, 9. – Id quod sentitur est *hoc aliquid;* et est *alicubi* et *nunc.* I, xlii,-5. – Sensus est singularium. I, xxx, 6. XLiii, 7. II, 1, 11. – Ea directe cognoscit. I, xxxvm, 8.-Non apprehendit universale. I, xlui, 7, 8. – Sed sentiendo particulare, statim accidit ut sciamus universale. 1l, 1, 11.– Singulare sentitur proprie et per se, sed tamen sensus est quodammodo etiam ipsius universalis. II, xx, 14.- Sensibilia in particulari sunt corruptibilia: in universali tamen quamdam sempiternitatem habent. I, xvi, 6, 7. – Qualis sit demonstratio sensus. II, v, g. – Nulla est deceptio in iis quae demonstrantur ad sensum. I, xxn, 5. – Est determinate unius quantum ad certitudinem. I, xlii, .9. – Quae per sensum cognoscuntur, sunt prima in cognitione nostra. I, iv, 16. xlii, i.-Sunt etiam notiora quoad

nos. I, iv, 16. – Sensitiva cognitio praecedit in nobis intellectivam, *ibid.* – Non acquiritur ex praecedenti cognitione. I, i, g.-Error sensismi excluditur. I, xlih, 7.-Impossibile est per sensum cognoscere aliquid demonstrabile, nisi forte aequivoce utamur nomine *sensus.* I, xlh, 9. – Si alicui deficiat aliquis sensus, et semper illi defuerit, deficit scientia ei propriorum sensibilium illius sensus. 1, xxx, 2, 6. – Sentire, seu cognoscere. *Vide* Plato.

Simile — Non oportet quod id quod est simile quoad unum, sit simile quoad omnia. II, xvi, 8.

Singulare — Late sumptum, potest accipi pro quolibet inferiori. I, xn, 3. II, xvi, 6.-Stricte loquendo, individuum speciei designat, *ibid,*- Tale singulare non dicitur de subiecto. I, n, g. xxxiv, 5. – Inter singularia et speciem specialissimam nullum medium potest inveniri. I, n, g. xxxvi, 7.-Quo sensu dicatur quod semper habeant notitiam sui universalis. I, n, g. – Singularia sunt manifesta quantum ad sensum. I, 1, 11. iv, 16.- Sunt proxima sensui. I, iv, 15.-Sunt priora et notiora *quoad nos,* et posteriora simpliciter. I, iv, i5, 16. vm, 4. – *Vide* Sensus. – Quaedam singularia contingit esse omnino ignota: quomodo. I, xxx, 6. – Ordo singularis ad universale simpliciter, est secundum ordinem sensitivae et intellectivae cognitionis. I, iv, 16. – Qualiter singularia opponantur universalibus. I, iv, i5.

Solertia — Est quaedam subtilis ct facilis coniecturatio medii propter quod aliquid evenit, et hoc quando non habet magnum tempus ad perspiciendum vel deliberandum. I, xliv, 12. – Habitus iste contingit ex naturali aptitudine et ex exercitio, *ibid.* – In omnibus habitibus intellectualibus potest esse solertia. *ibid.*

Sophistae — Quare sic dicantur. I, 1111, 6, 7.– Duo genera sophistarum. 1, xin, 7.—Exemplum modi arguendi sophistarum. 1, iv, 4. – *Syllogismus* sophisticus. *Vide* Syllogismus.

Sophistica — Pars Logicae. 1, 1, 6. – Cuinam rationis processui deserviat, *ibid.* – De ea agitur in libro *Elenchorum, ibid.*

Spatium — Quid intelligatur per *spatia immediata.* 1, xxxv, 10. xxxvi, 4.

Species — Genus ponitur in definitione speciei. I, xxvm, 2. – Omnes differentiae superiorum generum pertinent ad *quod quid est* alicuius speciei. II, xiv, 6. – In eadem specie sunt multae differentiae accidentales, quae non diversificant substantiam speciei, nec per se insunt. II, xv, 3. – Cuiuslibet speciei est propria forma, quae nulli alii convenit. II, xn, 6. – Quomodo notificetur forma speciei. II, xin, 7. – Accidentia speciei. *Vide* Accidens. – Species dividitur in diversa individua per divisionem materiae. I, xn, 3.-Quomodo contingat unum solum individuum inveniri in una specie, *ibid.* – Species communis est omnibus, et conservatur per generationem. 1, xxxvn, 8.- Species specialissima non praedicatur de singulari per aliquod medium. I, ii, g. xxxvi, 7.- Species, idest formalia principia. I, xxv, 4. – Species, seu *ideae. Vide* Plato. – Multa sunt innominata in speciebus. II, xin, 9.

Subiectum — Subiectum fit hoc quod praedicatur de ipso sicut de subiecto, vel secundum totum vel secundum partem. I, xxxm, 4.- Subiectum est causa propriae passionis. I, xxxvm, 2. II, vn, 8.- *Ultimum,* seu *particularissimum* subiectum quid sit. I, xxxi, 7. xxxn, 6, 9. – *Primum* seu *universalissimum* quid sit. I, xxxn, 6.-Subiectum conclusionis est minor terminus in syllogismo. I, xv, 6. xxvi, 2.- Subiecto conclusionis per prius inest medium quam praedicatum. I, v, 2.-Modus consequentiae inter subiectum, praedicatum, et medium in demonstratione. II, xix, 4.-Subiectum conclusionis debet praecognosci quoad *quid est* et *quia est.* I, 11, 2, 3, 6.-Cognoscitur per actum apprehendentis *quod quid est.* I, n, 7. – *Subiectum,* seu *genus subiectum* scientiae, est cuius propriae passiones et per ae accidentia demonstrantur. I, xv, 3. – Est terminus scientiae. I, xli, 7. – Est necessarium ad demonstrationem, *ibid* – Duae conditiones generis subiecti. I, xli,8,g. xlh, i,- Duplices partes habere potest. I, xli, 9.- Unitas eius formalis unde desumatur. I, xli, ii. – Unitas unius generis subiecti est communior quam unitas alterius. I, xli, 7.– Genera scibilium secundum diversos modos cognoscibilitatis distinguuntur. I, xli, 12.- Sunt diversa genera subiecta diversarum scientiarum. 1, xv, 4, 6. xlui, 13.-Genus subiectum inferioris scientiae est alterum a genere subiecto superioris. I, xvn, 3.– In demonstratione non est transitus de genere in genus. I, xv. 5.- Est unum genus vel simpliciter vel secundum quid, circa quod sunt principia et conclusiones, *ibid.* – Quid sit genus unum *simpliciter,* et genus unum *secundum quid. ibid.* – Subiectum in demonstratione debet supponi, quoad *quid est* et *quia est.* I, xvm, g, 10. – Est unum ex propriis principiis demonstrationis. I, xvm, g. – Quare non semper fiat mentio de genere subiecto, quod supponatur esse. I, xvm, 10.– Nulla scientia demonstrat aliquid de subiecto alterius, nisi agatur de scientiis quarum una est sub altera. I, xv, 7. – De proprio subiecto scientia non probat nisi accidentia eiusdem generis cum subiecto. 1, xv, 8. – In scientiis quae sunt de accidentibus, nihil prohibet id quod accipitur ut subiectum respectu unius, accipi ut passionem respectu anterioris, *ibid.*- Tamen et in illis est devenire ad aliquod primum, quod non accipitur ut passio. 1, 11, 5.-Subiectum sumitur quandoque pro *materia sensibili.* I, xxv, 4. xli, 2.

Substantia — Primae substantiae significant hoc aliquid. I, x, 6. xlh, 5. – Sunt per se. I, x, 6. – Substantia media. I, xxxiv, 5. – Substantia universalis, *ibid.* – Soli substantiae convenit proprie ratio subiecti. I, xxxiv, 2.- Substantia non est obiectum sensus. I, xlh, 5. *Cf.* Sensus. – Substantiae separatae transcendunt sensibilia. I, xxx, 7.-Non possumus in hac vita eas cognoscere intelligendo quidditates earum. 1, xxx, 7. xli, 8. – Quid de eis scire possimus. 1, xli, 8. – Intelligibiles sunt per seipsas ab intellectu ad hoc proportionate: non cognoscuntur per priora. *ibid.* – Possumus intelligere partem essentiae substantiae compositae: sed substantia simplex intelligitur tota simul. IX .*Metaph.* II, vn, 6. <- Substantia quandoque sumitur pro *essentia.* I, x, 3. II, 11, io.

Suppositio — Ut propositio immediata, est ea quae rton potest probari nisi per principia alterius scientiae. I, v, 7. xix, 4. xxxix, 2.- Ut principium syllogismi, est *positio* quae accipit alteram partem enunciationis, scilicet affirmationem vel negationem. I, v, 8. – Quomodo differat suppositio a petitione. 1, xix, 4. xxxix, 2.-Quomodo differat a quaestione. 1, xix, 4.-Quomodo differat a definitione. I,χιχ, 5, 7·-Suppositio exteriori ratione confirmari potest. I, xix, 2.

Suspicio — Quid sit. I, 1, 6. – Ad eam ordinatur *Rhetorica, ibid.*

Syllogismus — Omnis syllogismus probat aliquid de aliquo per aliquod medium. II, 111, 4. – Constat ex tribus terminis et duabus propositionibus ad minus. 1 *Prior.* 1, 11, 9. vm, 8. xxxi, 2, 3. II, ix, 4. – In eo accipitur cognitio alicuius universalis ab aliis universalibus notis. I, 1, 11. – Qualia sint principia eius. *Vide* Principium. – De conclusione. *Vide* Conclusio.–De medio. Vide Medium.– Altera praemissarum ad minus debet esse universalis. I, n, g. vm, g. – Si una sit particularis, conclusio non erit universalis. I, vm, 9. xvi, 3. – Ex duabus negativis nihil concluditur. I *Prior.* 1, vm, 9. xxxix, 6, 7.- Ex duabus affirmativis non concluditur negativa. 1, vm, g. – Ex veris semper concluditur verum. 1, xin, 10. xlui, 3.-Conclusio falsa concluditur ex falsis. I, xnu, 3. – Quomodo contingat syllogizare verum ex falsis. I, xlh, 3. – Necessarium potest syllogizari, licet non possit sciri, ex non necessariis. I, ix, 2. xin, 4, 8, g, 10, 11. xlii io. – Ex duabus necessariis semper sequitur necessarium. I *Prior.* I, xm, 10. xlh, 2.-Ex *veris ut frequenter,* sequitur *verum ut frequenter:* nunquam *verum ut in paucioribus.* I, xlii, 10.-Ex praemissis contingentibus non est *necessitas absoluta* consequentis, sed *necessitas consequentiae.* I, xiv, 5.-Syllogismi qui sunt ex eisdem principiis, conveniunt vel in medio, vel in sursum ascendendo versus maiorem extremitatem, vel deorsum descendendo versus minorem extremitatem. I, xlui, 5.-Non datur processus in infinitum in syllogismis, neque quantum ad media, neque quantum ad extrema. 1, xxxm et xxxiv, *per tot,* xliv, 5. *Cf.* Demonstratio, Praedicatum. – Syllogizans non proponit utramque partem enunciationis. I, v, 3. – Propositiones syllogismi ponuntur in genere causae efficientis. Il *Phys.* I, 111, 1.–Virtualiter continent conclusionem, *ibid.* – Syllogizans respicit ad definitionem syllogismi, sicut artifex ad regulam artis. II, v, 4. – Per viam divisionis nihil syllogistice probatur. I *Prior.* II, iv, 2. – Syllogismus est affirmativus vel negativus. I, xxxi, 2. II, 11, 4.-Qualis sit uterque. I, xxxi, 2. – Est universalis vel particularis. II, ii, 4.-Verus vel falsus. I, xlui, 2.-Syllogismus *demonstrativus. Vide* Demonstratio. – Syllogismus *dialecticus.* Ex qualibus principiis procedat: tendit ad faciendam opinionem. I, xxxi, 4. – Quo sensu dicatur *sophisticus.* I, xin, 7. – Potest esse circularis. I, vm, 5.-Potest esse falsus ex parte formae, et ex parte materiae. I, xxn, 2. xxvh, 7. – *Vide* Medium, Principium. – Syllogismus *sophisticus* in stricto sensu, qualis sit. I, xm, 7. – Syllogismus *per signa.* I, xiv, 7. – Syllogismus *circularis.* Quid sit. I, vm, 2.-Utrum detur in demonstrativis. *Vide* Demonstratio.– An in dialecticis. *Vide supra.* – Syllogismus *ignorantiae.* Qualis ignorantia fiat per syllogismum. I, xxvh, 2.-Accidit per eum decipi, vel quia peccat in materia, vel quia peccat in forma. I *Topic.* I, xxn, 2.- Syllogismus qui peccat in forma, est *paralogismus:* quid significet *paralogismus. ibid.* – Paralogismus in demonstrativis. *Vide* Demonstratio.– In dialecticis. *Vide supra.—in* syllogismo deceptionem causante contingit quandoque utrasque propositiones esse falsas, quandoque alteram tantum. I, xxvh, 8, seqq. – Syllogismus ignorantiae potest concludere affirmativam contrariam negativae immediatae, vel ex duabus falsis contrariis veris, vel ex duabus falsis contradictoriis veris. 1, xxvh, ,8 g.-Vel ex una falsa et altera vera. I, xxvn, to, 11. – Tamen, nonnisi in prima figura. 1, xxvh, 12.- Potest concludere negativam falsam contrariam affirmativae immediatae, in prima figura, ex utrisque falsis. I, xxviii, 2.-Vel ex altera falsa et altera vera. I, xxvm, 3, 4.-Item, in secunda figura. I, xxvm, 5, 6, 7.-Syllogismus negativus falsus, quando fit in propositionibus mediatis, si accipiatur medium proprium, non potest esse utrasque esse falsas, sed solum maiorem. I, xxix, 2.-Idem dicendum si fiat ex medio extraneo simili proprio. I, xxix, 3.-Ex medio extraneo dissimili, in prima figura, non fit per utrasque falsas, nisi in uno casu. I, xxix, 4.-Minor tamen potest esse falsa, *ibid.* -In secunda figura, utraque non potest esse totaliter falsa. 1, xxix, 5.—Syllogismus affirmativus falsus in propositionibus mediatis, si accipiatur medium proprium, non potest habere utrasque falsas. I, xxix, 6.-Idem dicendum si medium sit non proprium, sed eiusdem ordinis. I, xxix, 7.-Si medium sit extraneum, tunc syllogismus potest fieri ex utraque falsa, vel ex alterutra. I, xxix, 8.

T

Tempus — De eis tractatur in naturali philosophia vel astrologia, *ibid.*-*Cf.* Futurum, Nunc, Praeteritum.

Terminus — Terminus, idest definitio. II, vi, 5.

Topica — *Topica* sive *Dialectica.* 1,1, 6. *Vide* Dialectica. – *Topicorum* liber tractat de syllogismo dialectico, *ibid.*

Totum — In tote sunt in potentia partes. 1, xxxvm, 7. – Idem respectu eiusdem esse partem et totum est impossibile. I, xxxiv 6.– Quandocunque in mathematicis demonstratur aliquid de toto per partes, est demonstratio per causam materialem. II, tx, 5.

Transmutari — Eiusdem est transmutari et quiescere. I, xli, i 5.

U

Universale — Potest accipi ut unum pluribus commune, vel secundum quamdam adaequationem praedicati ad subiectum. I, xi, 2. – Universale (in primo sensu) accipitur in consideratione intellectus ut unum secundum se; sed non oportet opinari quod sit unum praeter multa existens. I, xxxvn, 9. II, xx, n,- Non est aliquid praeter singularia. VII *Metaph.* I, xxxvn, 6. – Non praedicatur aequivoce de suis particularibus. I, xxxvn, 7.-Secundum *esse,* est in omnibus singularibus unum et idem, non numero, sed secundum rationem speciei. II, xx, 11.-Est semper et ubique. I, xlh, 5.—Hoc intelligendum est per modum negationis. I, xlii, 6.-Ratio universalis est incorruptibilis. I, xxxvn, 8. – Quanto magis proceditur versus universalia, tanto magis itur in aliquid simplex. I, xxxvm, 4. —Ratio universalis sumitur ex parte formae, *ibid.* – Non est necesse de quocunque universali, quod insit universaliter omnibus quae sunt. 1, xxvn, 9. – Duplex oppositio inter universalia et singularia. l, iv, 15.-Universalia sunt priora et notiora *simpliciter,* non *quoad nos. ibid.* – Quo sensu dicatur in I *Phys.* ea esse priora *quoad nos,* et posteriora *secundum naturam.* 1, iv, 16. – Universalia quantum ad id quod rationis est, sunt magis entia quam particularia; non autem quantum ad naturalem subsistentiam. I, xxxvn, 8.-Particularia sunt in universali in potentia. l, xxxvm, 7. —Considerantes universale, multoties nesciunt quaedam singularia, quia non intendunt per considerationem. I, xxv, 4.-Qui habet cognitionem de universali, cognoscit etiam particulare, dummodo sciat quod sub universali contineatur. I, xxxvni, 5.-Qui cognoscit propositionem universalem, cognoscit particularem in potentia. J, xxxvm, 7.-Qui cognoscit in particulari, non propter hoc cognoscit in universali, nec in actu, nec in potentia. *ibid.* – Universale non cadit sub sensu. I, xxx, 4. xlii, 5, 6, 7.-Ab intellectu cognoscitur. 1, iv, 16. xxxvm, 8.-Impossibile est universalia speculari absque inductione. 1, xxx, 4, 5. —Ex pluribus singularibus visis, in quibus multoties consideratis invenitur idem accidere, accipimus universalem cognitionem. I, xlii, 7. II, xx, 11.-Accipitur ex experientia singularium. I, xxx, 4. II, xx, it.-Tunc accipitur a singularibus, quando unum in quo non differunt, accipitur, sive pertineat ad essentiam, sive non. II, xx, 13. – Quomodo possit intellectus accipere ex' sensu universale. II, xx, 14. – Abstrahitur a singularibus per intellectum agentem, et eius cognitio suscipitur ab intellectu possibili. II, xx, 2.-Ex experimento et universali quiescente in anima, est principium artis et scientiae. II, xx, 11.-Quare universale dicatur *quiescens* in anima. *ibid.* – In universalibus (acceptis pro magis communibus) magis latent aequivocationes quam in singularibus (idest minus communibus). II, xvi, 6.- Universale acceptum secundum adaequationem praedicati ad subiectum, quale sit. *Vide* Praedicatum. – Multoties videtur demonstrari, et non demonstratur. I, xn, 2. – Tripliciter contingit decipi circa eius acceptionem. l, xn, 3, seqq. – Cognitis inferioribus alicuius universalis, non propterea cognoscitur universale secundum seipsum. I, xn, 9, 10.-Quid sit cognoscere universale secundum species: item, secundum numerum. I, xn, 9. – Cuinam subiecto primo conveniat hoc universale. I, xn, 11. – Est primum cui propria passio inest. I, xxxvni, 2.-Illi magis inest aliquid *secundum se* quam particulari (idest, cui *non primo), ibid.* – Est proprie causa, *ibid.* – Est magis demonstrabile quam particulare (relative sic dictum). I, xxxvm, 4. —Qui scit in universali, magis cognoscit rem per se, in quantum huiusmodi, quam qui cognoscit in particulari (seu non *primo).* I, xxxvn, 7.

Univocatio — In specialibus magis potest esse nota univocatio. II, xvi, 7.

Unum — Unum *principium numeri.* Est principium in omni genere quantitatis. I, 11, 6.-Aliquo modo est accidens respectu substantiae; sed non accipitur ut passio in mathematicis. *ibid.* – Unitas orationis. *Vide* Oπατιο.-Unum *transcendentale.* Abstrahit et a materia sensibili et ab intelligibili. I, xli, 5,– Identitas unius et boni. II, v, 5.- *Vide* Plato. – Unius in quantum est unum, est unus modus cognoscendi. II, π, 8.

V

Verum — *Esse* et *esse verum* convertuntur. I, iv, 13.– Eadem sunt principia *esse* rei et veritatis ipsius. *11 Metaph.* 1, iv, 5. – Contingit verum esse intellectum, et scientiam, et opinionem, et quod enunciatur voce. I, xliv, 4. – Verum et falsum est in compositione et divisione intellectus. I, I, 4. xliv, 4. – Est in enunciatione exteriori in quantum significat interiorem veritatem opinionis, scientiae, vel intellectus. I, xliv, 4. II, 1, 3.-Vera sunt necessaria vel contingentia. I, xliv, 3.-Contingentia vel sunt vera ut frequenter, vel ut in paucioribus. I, xlii, 2.-Nihil est adeo quin verum voce possit negari: quaedam sunt ita vera quod eorum opposita intellectu capi non possint. I, xx, 3.-Quomodo habitus cognoscitivi se habeant ad verum. *Vide* Intellectus.–Varii processus rationis circa verum. *Vide* Ratio. – Quomodo concludatur. *Vide* Syllogismus.

Virtus — Virtus uniuscuiusque est id quod ultimum potest. l *De Coelo et Mundo.* I, xxxvn, 5. – Unumquodque tanto perfectius est, quanto magis attingit ad propriam virtutem. VIII *Phys. ibid.*

Vivum — Duobus distinguitur vivum a non vivente, scilicet sensu et motu. *I De Anima.* II, 111, 3. – *Cf.* Plato.

INDEX ALPHABETICUS

EORUM QUAE IN ANNOTATIONIBUS

SUPER DIVI THOMAE COMMENTARIOS

IN LIBROS POSTERIORUM ANALYTICORUM

CONTINENTUR

Signa — Litterae romanae maiores *librum* indicant; minores *lectionem; notam* graecae designant.

A

Academici — *Vide* Scepticl.

Accentus — Fallacia accentus. *Vide* Paralogismus.

Accidens — Triplex est;*passio propria, accidens inseparabile,* et *accidens separabile* seu *contingens:* explicatur natura uniuscuiusque. I, n. *a.* – Accidentia propria non sunt per se nota: convertuntur cum forma substantiali. II, xm, ε. – Accidentia inseparabilia dicuntur etiam *propria:* quare. I, vm, o. – Sunt convertibilia cum subiecto. *ibid.* – Accidentia communia, quate dicantur differentiae essentiales. II, xm, ε. – Non sunt ipsae res. *ibid.* – Quomodo unum accidens sit in alio ut in subiecto. I, π, ε. xxxiv, 3. – Accidentia individua sunt in subiecto, sed non dicuntur de subiecto. I, χχχιιι, π. – Accidentia universaliter sumpta, sunt in subiecto, et de subiecto dicuntur, *ibid.* – Dividitur accidens in novem suprema genera, *ibid.* – *Per accidens* dupliciter sumitur; ut dicit *contingenter,* et ut dicit *per aliud.* I, x, β. – Fallacia accidentis. *Vide* Paralogismus.

Actio — Actiones in nobis sunt accidentia communia et separabilia. II, xm, ε. – Agere non soli animae convenit, *ibid.* – Finis ultimus humanarum actionum est beatitudo. I, xxxvm, ζ.

Additio — Habere sc *ex additione* ad aliquid, duplici modo accipi potest. I, ix, ε.

Aegidius — Aegidius Columna. – Eius Commentarii in libros *Posteriorum* in locis sequentibus citantur. I, n, 3. vi, 3. xn, β. xm, β. II, iv, 3.

Aeguivocatio — Fallacia aequivocationis. bWe Paralogismus.

Aestimativa — Facultas aestimativa quid sit. II, xx, v. – Quae sint intentiones ab eo perceptae, *ibid.* – In homine dicitur *cogitativa. ibid. Vide* Cogitativa.

Affirmatio — Omnis affirmatio est vera vel falsa. I, xxxm, π.

Albertus Magnus, B. — Citantur eius Commentarii in libros *Posteriorum.* I, iv, η. ix, λ. x, λ. xi, 3. xn, β, ζ. xm, β. χιχ, ε. xxxi, μ. Π, ιν, η. ν, β. νι, α, 3. νιιι, γ. ιχ, χ. χν, β.

Alexander — Alexander Aphrodisiensis. – Citatur eius Commentarium in libros *Priorum.* I, i, 0. II, vm, γ.

Amicus — Bartholomaeus Amicus. Citatur eius opus, *In libros Aristotelis Perihermeneias, Priores et Posteriores analyticos, notae et disputationes.* I, x, t.

Ammonius — Citatur eius opus in *Praedicamenta.* I, i, 0.

Amphibolooia — Fallacia amphibologiae. *Vide* Paralogismus.

Analytica — Titulus *Priorum* et *Posteriorum analyticorum,* utrum his operibus ab Aristotele impositus sit, disputatur: sic tamen appellari possunt: rectissime dicuntur *De syllogismo,* et *De demonstratione.* 1,1, 0. – *Priorum* liber immediate sequitur librum *Perihermeneias* in *Organo* Aristotelis: quare praemittatur aliis Logicae libris. *Praefat.* – Posteriora analytica sunt finis ultimus totius Logicae, *ibid.* – Libri *Posteriorum* multis obscuritatibus involuti sunt. *ibid.*

Anima — Anima humana est *hoc aliquid.* I, x, ξ. – Est forma corporis, non quatenus formaliter rationalis, sed quatenus virtualiter corporea. 1, xxvi, β.

Anonymus — Anonymus auctor *Expositionis* in II *Poste'·,* citatur. II, n, i. vu, α. xv, β. xvi, *c.* xvm, β. – De versione textus, qua usus est, mentio fit. II, iv, η.

Apparentia — Auctoritate plurium scriptorum, probatur per « apparentia » Aristotelem significasse *scientiam navalem.* I, xxv, ζ.

Argyropolus — Citatur eius versio textus Aristotelici. I, xli, τ. II, xvii, 0,

Aristoteles — Sequentia eius opera citantur. *Categoriae,* I, xxxm, π. – II *Perihermeneias.* I,ι, 0. – I *Priorum.* II, iv, 3.-I *Posteriorum.* I, i, 0. – I *Topicorum.* I, iv, u. xxn, ε. xxv, π. – II *Physicorum.* I, i, ε. – V *Physicorum.* I, xxxii, η. – III *De Anima.* I, xxxvi, o. – II *De Generatione.* II, xn, *a.* – II *De Historiis Animalium.* II, xvii, 0. – III *De Partibus Animalium.* II, χνπ, 9. – I *Metaph.* I, i, α. – IV *Metaph.* I, xxxvi, o,- VIII *Metaph.* I, xxxvi, o. – VI *Ethic.* I, xxxvi, o. II, xvi, ε. – *Vide* Analytica, Categoriae.

Artificialia — Quomodo sit in eis necessitas. I, xlii, 3.

Assentire — Quid sit. I, ι, ζ.

Attributum — Idem est quod *proprietas,* seu *passio propria.* I, n, a.

Augustinus, S. — Sequentia eius opera citantur. *Retract.* I, m, γ. – *Contra Epistolam Fundamenti.* II, xx, i. – *De Libero Arbitrio.* II, xx, t.

Averroes — Citantur eius Commentarii in I *Posteriorum.* I, xvm, a. xxv, ζ. – In II *Posteriorum.* II, u, t. vi, 3. – Prolog. Comment, in libros *Physicorum.* I, xxv, r. – Comment. in II *De Coelo et Mundo.* I, xxx, τ. – Comment. in III *De Anima.* I, i, 3. – Versio eius Commentariis praefixa. I, xm, β. xvm, a. II, xvm, β.

B

Bekker — Quomodo legat textum Aristotelis. I, xvm,,v. xxm, ξ. xxxi, γ. xxxu, γγ. II, xn, β.

Biese — Quomodo vertat textum Artstotelis. I, xvm, v.

Boethius — Citantur eius Comment. in libros *Posteriorum.* I, xm, β. xvm, α. II, xvm, β.- Versio Boethiana. 1, χι, ι. xvi, ε. xxm, v. xxix, γ.

Brandisius — Quomodo legat textum Aristotelis. II, vu, a.

Bruta — Quare nunquam evehantur ad perfectiora attingenda. I. i, β.

C

Caietanus — Citantur eius Commentarii in libros *Posteriorum.* I, n, 3. iv, ι, γγ. v, x. vi, 3, t. ix, λ. x, β, ρ. xm, β. xv, β. χνι, ε, κ. χιχ, χ, μ. χχ, 3. xxm, ε, ρ. χχιν, Β, ζ. χχν, τ. xli, τ. xml, λ. XLiv, ιι. II, n, ξ. ιν, 3. νι, η, λ. χ, α. χι, α. χνι, ζ. χνπι, β. χιχ, α. χχ, ω. – Comment. in Ill P. I, xltv, u.

Carpentier — D.P. Carpentier, O. S. B. Citatur eius *Glossarium novum ad scriptores medii aevi.* I, χχιν, λ.

Casaubonus — Quomodo legat textum Aristotelis. II, ιν, η. vu, α.

Categoriae — Liber cui nomen *Categoriae,* ab Aristotele scriptus: a Scholasticis *De Praedicamentis* nuncupatur: Gumposch maluit ut inscriberetur *De decem generibus.* I, xxxm, π. – Quid contineat, *ibid.*

Causa — Tria in causa distinguenda; res seu subiectum, causalitas, et relatio II, x, a.– Quid istorum intelligatur nomine *causae,* ubi agitur de differentia *propter quid* in diversis causis, *ibid.* – Causa est in ordine essendi vel cognoscendi. I, iv, t. – Causa in essendo potest sumi stricto vel lato sensu: lato sensu sumpta, significat rationem cur aliquid rei inest. *ibid.* – Causa in essendo *formaliter* et *virtualiter. ibid.* – Causa rei est formalis, materialis, finalis, vel efficiens. I, ιν, ι. II, vn, ζ. – Est una causa rei formalis. II, vn, ζ. – Causa univoca et analoga. I, vi, 3. – Quomodo interpretandum sit adagium: *Propter quod unumquodque* etc. *ibid.* – Causa, ut principium demonstrationis, vel est convertibilis cum effectu, et proxima, vel non convertibilis, et remota. I, xxv, τ. – Causa dicitur *remota* ratione *praedicationis* et ratione *positionis:* explicatur natura utriusque: multiplex differentia inter eas assignatur. I, χχιν, β. xxv, τ. – Sensus quaestionis, utrum ad unitatem causae sequatur unitas effectus, et e converso. II, xix, a.-Fallacia *non causae pro causa. Vide* Paralogismus.

Celeuma — Quid sit. I, χχιν, λ.

Certitudo — Est firmitas adhaesionis veritati rei cognitae. I, vi, i. – Firmitas ista vocatur *habitus, ibid.* – Eius intensitas oritur ex ipsa veritate movente ad sui cognitionem, *ibid,*- Intensitas ista admittit gradus, *ibid.*

Clemens Alexandrinus — Citatur lib.VUI *Stromatum.* II, xiv, «.

Cogitativa — Dicitur etiam *ratio particularis.* II, xx, v. – Est vis aestimativa in homine. *ibid.* – Est collativa rationum individualium. *ibid.* – Non attingit unum commune in intentionibus perceptis, *ibid.*

Coonitio — Est actio immanens. I, xli, u. – Cognitum est in cognoscente secundum modum cognoscentis, *ibid.* – luxta tres modos quibus res est in cognoscente, tres sunt modi cognoscendi: primus et secundus sunt intuitivi; tertius est abstractivus. II, xm, ε.~ In cognitione per similitudinem, similitudo non est *obiectum quod,* sed *medium quo* cognoscitur. *ibid.* – Cognitio est specifica seu propria, vel generica seu communis : est directa et immediata, vel mediata et deducta. I, xxx, *a.* – Cognitio nostra terminatur ad res extra nos existentes. I, xxx, ζ. – Obiecta cognitionis nostrae quomodo dividantur.I, xxxm, π.– Tripliciter nos habere possumus ad rem cognoscendam: i*, ut non cognoscamus neque *quid sit* neque *quid non sit;* 2·, ut cognoscamus perfecte *quid sit;* 3", ut cognoscamus *quid non sit.* I, χχvι, γ. – Non scire de re neque *quid sit* neque *quid non sit,* est status ignorantiae, *ibid.* – Cognoscere solum *quid non sit,* est cognitio imperfecta. *ibid.* – Qui scit in universali, magis cognoscit rem quam ille qui cognoscit in particulari: quo sensu intelligcndum. I, xxxvn, σ. – Cognitio *intellectualis. Vide* Intellectus. – Cognitio *sensitiva. Vide* Sensus.

Commune — Commune innominatum in rebus specie differentibus , explicatur : quomodo contingat errare in acceptione universalis, ratione huius communis. 1, xx, ζ.

Complexum — *Vide* Compositum.

Compositio — Fallacia compositionis. *Vide* PARALOGISMUS.

Compositum — Compositum vel est essentiale vel accidentale, seu *complexum.* 1, n, γ. – Compositum essentiale quid sit: habet definitionem essentialem, *ibid.* – Quid sit complexum: non definitur definitione essentiali, *ibid,*- Quomodo ab invicem distinguantur, *ibid.*

Conclusio — In omni demonstratione praenoscuntur (perceptione) elementa conclusionis; minime vero conclusio ipsa, idest identitas elementorum, 1, 111, ξ. – Cognoscitur ratiocinatione. I, vi, i. – Vi evidentiae principiorum generat in nobis certitudinem sui. I, vn, ζ.-Cognitio *consequentiae* conclusionis, quomodo differat a cognitione *consequentis,* seu ipsius conclusionis. I, ιv, γγ. vn, ζ. – Potest haberi cognitio *consequentiae* sine cognitione *consequentis:* sed talis cognitio non est scientia. *ibid.* -Ex principiis certis deduci potest conclusio certa. 1. vn, ζ.-Conclusio necessaria inferri potest et a syllogismo demonstrativo et a dialectico: in utroque est necessaria *in se;* sed *formaliter* et *quoad nos,* in demonstrativo tantum. I, xm, ψ.-Conclusio negativa falsa, quot modis fieri possit in prima figura. 1, xxvm, x.- Conclusio demonstrativa potissimum esse debet affirmativa et universalis. I, xxvi, 3. – Conclusio syllogismi demonstrativi potest esse principium ad aliam conclusionem demonstrandam.I,χχι, ζ.-Conclusio dialectica potest assumi ad aliam inferendam *probabiliter,* non *demonstrative, ibid.*

Conimbricenses — Citatur eorum *Commentarium in universam Dialecticam Aristotelis.* 1, xxxvi, 0. xi.iv, u.

Consequens — *Fallacia* consequentis. *Vide* Paralooismus. – *Cognitio* consequentis. *Vide* Conclusio.

Consequentia — Cognitio consequentiae. *Vide* Conclusio.

Constitutivum — Est causa, seu *ratio formalis* rei. II, 1, *a.*

Contigua — Quid sint. I, xxxn, η. – Quomodo differant *contigua* et *habita, ibid.*

Contradictio — Definitur. I, xx, λ.

Contraria — Si unum contrariorum sit in natura, necesse est quod et alterum inveniatur: exponitur hoc assertum. I, xn, 3.

Copula — Semper se tenet ex parte praedicati. I. v, x.

Cornigeri — Ratio ab Aristotele allata, quare cornigerorum nullum utrinque dentatum sit. II, xvii, 0.

Crystallus — Quid veniat nomine *crystalli.* II, x, 3.

D

Darwinianismus — Sophisticus eius processus. 1, xu, u.

Definitio — Dicitur etiam *ratio.* II, v, 3. – Est nominis vel rei. I, ιv, ξ. II, vi, η. – Duae conditiones definitionis essentialis. II, v, γ.-Non definitur nisi compositum ex partibus physicis vel mctaphysicis. I, 11, γ.-Licet sit universalium et non singularium, non est universalis nec particularis; idest, non includit signum universale aut particulare.l, xix, p. – *Formaliter* sumpta, non dicit neque particularitatem neque universalitatem, nec affirmationem nec negationem; *virtualiter* tamen haec omnia habet. II, 1l, x. – Definiens non debet adducere omnia genera superiora, sed mente percurrere, ut genus proximum assignet. I, xxxiv, c.—Definitio potissimum quaeritur in demonstratione. 1, xxvi, 3. – De triplici definitione in demonstrativis. I, xlh, 3.- In definitione rerum naturalium invenitur id quod est necessarium propter finem, *ibid.* – Nihil prohibet in definitione poni quasdam partes *communes* materiae, non vero *individuates. ibid.* – Definitio colligens in se finem, formam et materiam, comprehendit totum processum generationis naturalis, *ibid.*– Definitio, seu *essentia* est causa passionum seu proprietatum, quae ab essentia necessario resultant. I, xm, t.

Demonstratio — Non est conditio veritatis, sed instrumentum quod ex conditione mentis nostrae requiritur. I, ιv, π. χvιιι, γ. χχvι, β. II, i, γ. – Ad quid sit necessaria. I, xix, η. – A quibus negetur eius necessitas. I, 1, v.– Quomodo interpretanda sint haec Aristotelis verba: *ex quibus et qualibus demonstrationes fiunt.* I, ix, 3.-Processus demonstrativus quomodo differat a processu dialectico. I, v, 3. – Demonstratio vera est de veritate absoluta. I, xiv, η. – Demonstrationem praecipue fieri in prima figura, probatur ab Aristotele *ex signo,* et a Divo Thoma *ex natura* primae figurae. 1, χχvι, β. – Ex natura demonstrationis, et ex parte rei demonstratae, ostenditur impossibilem esse syllogismum demonstrativum (proprie) circularem. I, vin, β.-Quo sensu sit possibilis demonstratio circularis. II, xn, γ.-In demonstratione non licet transire de genere in genus, quocunque modo sumatur genus. 1, xv, β. – Quomodo oporteat medium et extrema in demonstratione, esse eiusdem generis. 1, xv, p.-In demonstratione *quia,* praemissae *necessariae* non sunt *per se causae.* I, xiv, ξ. – *Propter quid* in demonstratione est *essentia,* quatenus est ratio huius proprietatis. I, xm, 1. – Quomodo demonstratio ex partibus possit pertinere ad causam formalem. II, ix, 0. – Demonstratio apparens non est per medium necessarium. I, xm, *r.*.-Quid intelligi debeat per demonstrationem *universalem*, et per *particularem.* I, xxxvn, a. – Demonstratio de universali dat simul cognitionem virtualem particularium ; et cognitionem actualem, si haec considerentur ut subiccta illi universali: demonstratio de particulari non dat cognitionem neque actualem neque virtualem universalis. I, xxxvm, v. – Demonstratio *per se* et *per accidens,* seu *per signa.* II, xix, 01.-Schema omnium modorum demonstrandi. I, xxv, τ.

Deus — In Deo non datur opinio, non scientia (quatenus importat motum mentalem), non iudicium (ut est compositio vel divisio); sed intuitu simplicissimo cognoscit opinabilia, syllogismum et compositionem. I, xliv. u.

Dialectica — Processus dialecticus in quo differat a demonstrativo. I, v, 3. – *Propositio* dialectica. *Vide Propositio.* – *Conclusio* dialectica. *Vide* Conclusio.

Dici — Dici *per se, dici primo etc. Vide* Praedicatum.

Differentia — Quomodo differentia ultima non esset in plus quam species, si posset accipi differentia quae notificaret ipsam formam substantialem. II, xm, ε. – Per differentias positivas cognoscimus *quid sit* res; per negativas, quid non sit. I, χχvι, γ.

DtONHATES — Sunt primae communes animi conceptiones complexae. 1, xix, a. – Quo sensu non sint *ad exterius rationem.* I, xix, η.

Dioof.nes — Diogenes Laertius. Citatur eius vita Aristotelis. 1,1, 0.- Citatur eius vita Anacharsidis, I, xxiv, x.

Disciplina — *Vide* Doctrina.

Divisio — Divisio, seu *syllogismus divisivus,* potest sumi: 1', pro puro syllogismo divisivo; 2°, pro eodem, addita negatione alterutrius partis illationis; 3°, pro discursu formaliter divisivo. II, tv, 3.- Penes quid attendatur similitudo inter divisionem et inductionem; et quomodo in eis salvetur, *ibid.* – Fallacia divisionis. *Vide* Paralogismus.

Doctrina — *Omnis doctrina et omnis disciplina intellectiva ex p>aeexistenti cognitione fit :* quomodo hoc intelligendum sit: duplex error refutatur. I, 111, ξ.

Dominicus — Dominicus a Flandria. Citatur eius Comment, in libros *Posteriorum.* 1, 1, p. vi, t. ix, λ. xv, v. xxiv, α, β. II, u, v, iv, 3. vin, β, ζ. XVII, κ. χχ, ζ, o.

Du Cange — Citatur *Glossarium ad scriptores mediae et infimae Latinitatis.* 1, xxiv, λ.

Du-Vallius — Quomodo legat textum Aristotelis. I, XXXI, γ. xxxn, γγ. II, tv, η. vu, *a.*

E

Echard — Citatur eius *Scriptores Ordinis Praedicatorum. Praef.*

Echinus—Explicatur quid sit. 11, xvn, 0.

Effectus — Potest esse causa cognoscendi. 1, iv, t. – Praebet nobis existentiam suae causae: si est univocus, potest ducere nos in cognitionem naturae causae: si vero analogus sit, nonnisi analogas notiones ex eo eruere possumus circa naturam causae. I, xxv, τ.– Contingit effectum esse convertibilem cum causa vel convertibilitate *praedicationis,* vel convertibilitate *causalitatis.* I, xxm, ε.

Ens — Nihil est invenire extra *ens.* I, xvn, π – Ens et unum idem sunt. II, vn, ζ.-Ens est unum per analogiam in suis inferioribus. l , xn , ζ. – Dividitur in substantiam et accidens; et haec subdividuntur in genera inferiora, et deinceps in species. I, xv, β. – Quomodo omne quod quocunque modo est, a Deo sit. I, xi, 3. – *Ens* est primum quod cadit in apprehensione nostrae mentis. I, xxxvi, 0. – Praesupponitur in omnibus cognitis. *ibid.* – Quomodo sit lux. *ibid.* – Explicatur natura ipsius, et origo conceptionis eius in mente nostra, *ibid.* – Expenduntur placita Rosminiana. *ibid.* – *Vide* Principium.

Enunciatio — Quid sit. 1, v, β. – Quomodo differat a propositione. itiif.-Enunciationis pars potest esse propositio. 1, v, γ.

Eustratius — Citatur eius Comment, in [I *Posteriorum.* II, 11, i. vi, 3. vn, *a.* vm, γ.

Esse — Apud Divum Thomam *esse* sumitur pro *existentia,* quando ponitur sine additione. II, vi, *a.* – Est terminus τοϋ *fieri.* II, 1, p.. – Est reale vel ideale. 1, 11, β. – Esse *propositionis. Vide* Propositio. – Quid sit *esse purissimum.* I, xxxvm, x.-Tale *esse* est maxime intelligibile. *ibid.* – Quomodo *non esse* relative praecedat *esse,* sed sit absolute posterius. I, ιv, ω.-*Non esse* et *esse,* in quo sensu sint duae determinationes entis, *ibid,*- Error Hegelii in hac materia, *ibid.* – Aliquid potest esse alterum *virtualiter* vel *formaliter.* I, xvn, 3.

Essknтia — *Vide* Quod quid est.

Exercitium — Exercitium mentale distinguitur a studio. I, 1, ξ.

Expehimentcm — Non est simplex collectio memoratorum; sed importat quamdam collationem. II, xx, φ. *Vide* Principium, Universale.

Extrema — Extrema conclusionis sunt *maior* et *minor* terminus: ratio harum denominationum. I, vm, p.-Vocabula quibus apud Aristotelem extrema designentur. II, xu, β.

F

Facciolati — Citatur *Lexicon Latinum* Facciolati et Forcellini. 1, xxiv, λ. 11, x, 3.

Fieri — Est via ad *esse.* II, l, p.

Fioura — Figura syllogismi definitur. I, vin, ρ, τ.-Quot sint figurae: explicantur et illustrantur. *ibid.* – Exponitur quomodo prima figura sit maxime accomodata demonstrationibus. l, xxvt, β, o, ζ. – *Figura dictionis. Vide* Paralogismus.

Finis —)n iis quae fiunt propter finem, eumdem ordinem tenet finis, quem principium in demonstrativis; et ea quae sunt ad fi-

nem, sunt sicut conclusiones. I, xlii, o.-Finis non est propter materiam, sed e contrario. *ibid*.-Quomodo sit necessitas in iis quae sunt propter finem, *ibid*. *Vide* Materia.—Finis in generatione est forma speciei, *ibid*. – Finis in ordine executionis est terminus efficientium ; sed in ordine intentionis est earumdem causarum principium. II, ix, x.

Forma — Formae essentiales non cognoscuntur intuitive, sed per accidentia: notio earum habetur per viam sensus: quomodo. II, xin, ε. – Formae praeter res existentes nominantur *species* vel *ideae*. I, xxxni, u.-Forma huiusmodi praeter res existens, vel est exemplar, vel principium cognoscendi, *ibid*. -Forma *exemplaris* communius apud Scholasticos et Divum Thomam denominatur *idea;* altera vero forma communius *species* ab iisdem vocatur; quamvis utrumque vocabulum ad unam eamdemque rem significandam usurpent Philosophi, *ibid*. – Forma exemplaris directe cognoscitur; et est principium actionis quatenus est obiectum cognitionis, non vice versa, *ibid*. – Forma quae proprie *species* dicitur, est *medium quo* cognoscendi; non autem *obiectum quod* cognoscitur, nisi in reflexa cognitione, *ibid*. – Recentiores reficiunt speciem hoc sensu acceptam, *ibid*.

G

Galenus — Citatur eius opus *De libris propriis*. I, i, 0.

Generatio — Id quod generatur, deducitur de *non esse* ad *esse*. I, iv, ω.

Genus — Est pars metaphysica et potentialis speciei : trahitur ad speciem per differentiam. I, xvii, 3. xxv, t. – Non est *formaliter* species, sed *virtualiter*. 1, xvii, 3. – Genus et species non convertuntur: affirmato genere non affirmatur species; licet ex affirmatione speciei sequatur affirmatio generis. I, xxv, τ.– Genus primo ponitur in definitione speciei. I, xxvm, γ. – Si agatur de specie determinata, non quodlibet genus, sed immediatum in eius definitione ponendum est. *ibid* – Quid sit genus immediatum, *ibid*. – Genera sunt suprema, subalterna, et infima. I, xn, v.– Dividitur genus in praedicamentale seu naturale, et logicum. I, xv, β. – Est etiam genus *praedicabile* ct *scibile, ibid*. – Genus *subiectum* est genus scibile, *ibid*. – Genera logica quomodo sint entia rationis, *ibid*. – Genus proximum in se complectitur omnia genera superiora. I, xxxm, η.

Gruchius — Quomodo interpretetur textum Aristotelis. Π, xvm, β.

H

Habitus — Dicitur uno modo actus quidam habentis et habiti. I, xxxvi, o. – Dicitur etiam dispositio firma et difficile mobilis. I, vi, t,– Utrum et quomodo sit naturalis aliquis talis habitus. Π, xx, ε. – Habitus cognoscitivus non est actualis consideratio, sed dispositio ad eam. 1, xliv, tt.

Hegel — De eius systemate idealistico : est revera pantheisticum : quo principio nitatur. 1, rv, ω.

Hieronymus, S. — Citatur lib. V *in Isaiam*. 1, xxiv, λ.

Hoc aliquid — Designat individuum in genere substantiae. I, x, ξ. – Quid requiratur ut subiectum sit *hoc aliquid, ibid*. – Quae significant *hoc aliquid,* sunt entia *per se*. I, x, β.

Homo — Praeter instinctum, gaudet ratione. I, i, β. *Cf.* Ratio.

I

Idea — *Vide* Forma.

Idealismus — Idealismus et sensismus ex eodem principio originem ducunt. I, xvi, x. – Idealismus, ut scientiam tueatur, collocat extra et supra sensibilia, scientiae nostrae obiecta. *ibid*.

Ignorantia — Quomodo ignorantia positiva a Platone definiatur. I, xxvn, ε. – Non admittit ipse negativam, *ibid*. – *Ignorantia Elenchi. Vide* Paralogismus.

Individuum vagum — Non est universale : quid sit. J, xvi, x.

Inductio — Quomodo procedatur in inductione. I, I, p. – Duo universalium genera ope inductionis accipiuntur ab intellectu nostro; elementa universalia sed disgregata, et eadem composita per iudicium. I, xxx, 3.

Infinitum — Infinitum *simpliciter et secundum quid,* seu *indefinitum*. 1, xxxvm, 0. – Indefinita ut sic, non sunt scibilia. I, xxxvm, x.

Instinctum — Instinctum ad unum, quod est in brutis, est ad conservationem et propagationem, magis quam perfectionem. I, i, β. – In hominibus etiam invenitur instinctum quoad aliquos actus, *ibid*.

Instrumentum — Debet esse conforme utenti, materiae, et fini. I, iv, π.

Intellectus — Intellectus, seu *mens,* est incorruptibilis. I, xm, τ. – Utitur imaginatione et phantasmatibus in cogitando, *ibid*. – Deordinatio in ipsum redundat ex corruptione virium sensitivarum, *ibid*. – Cognitum est in intellectu immaterialiter. I, xli, v. – Intelligibile et ens convertuntur. I, xxxvm, x. – Quid sit obiectum extensivum intellectus. I, xxxvm, 0. – Et obiectum proprium. I, xxxvm, 0. xm, ε. – Obiectum eius proprium non cognoscitur nisi per species abstractas a sensibilibus. II, xm, ε. – Cognitio intellectualis duplicem ordinem habet, *quoad se* et *quoad nos*. II, xvi, ζ. – Quomodo *intellectus* et *ratio* distinguantur. I, i, γ. – Non designant duas facultates, sed duo officia eiusdem facultatis, *ibid*.– *Vide* Ratio. – Actus intellectus (ut distinguitur a *ratione}* sunt intelligentia et iudicium. I, i, γ, 3.- Quare intelligens dicatur melius dispositus quam *sciens*. I, vi, t. – *Intellectus* (νου) designat apud Aristotelem, 1·, facultatem subiectivam animae, denudatam ab omni actu et ab omni idea. I, xxxvi, o. (Cf. II, xx, ai). – 2*, designat *actum* potentiae intellectivae, *ibid*. *(Cf.* 1, xliv, σ. II, xx, αα).-In hoc sensu est principium demonstrationis ex parte scientiae, *ibid*.- Est actus accidentalis, *ibid*. – Significat non iudicium, sed apprehensionem definitionis *ibid*. – Dicitur etiam *intelligentia, intellectio, ibid*. – Est semper verus, *ibid*. – 3', saepe significat *habitum* primorum principiorum, *ibid*. (Cf. I, vi, t. xliv, σ. II, xx, αα). – Explicatur quid sit iste habitus. I, vi, i. xxxvi, o. – Quare talis habitus dicatur intellectus. I, xxxvi, o. – Intellectus agens non est habitus principiorum. II, xx, γγ. – Vox *intellectus* significare potest etiam *ipsam rem intellectam*. II, xx, αα.

Intelligentia — Quid sit. I, i, γ, 3. – Arabes eam vocant formationem vel imaginationem per intellectum, *ibid*.

Interrogatio — Fallacia interrogationis. *Vide* Paralogismus.

Ioannes — De quodam loanne, qui e graeco vertit nonnulla Aristotelis opera, mentionem facit B. Albertus Magnus. I, xxxi, μ. – Inter alia, reddidit *Posteriora Analytica*. *ibid*. – Dubitatur an sit loannes de Basingstoke, vel alius homonymus, *ibid*. – Versio eius nec est eadem cum Boethiana, nec cum nostra. *ibid*.

Ioannes Damascenus, S. — Citatur eius *Dialectica*. II, m, ζ.

Ioannes Sarisburiensis — Citatur. *Praef*.

Iudicium — Quid sit. I, i, γ, 3. n, 0. – Est compositum mentale, cuius *esse* est significare verum. I, n, β. – Arabes iudicium vocant *credulitatem* vel *fidem*. I, i, 3.—Ordinatur ad ratiocinationem. *Praef*.

J

Jourdain — Citatur eius *Recherches critiques sur l'âge et l'origine des traductions latines d'Aristote*. *Praef*. I, xxxt, p.

K

Kant — Eius *apriorismus* est revera *subiectivismus*. 1, iv, εε. – Citatur eius *Logique*. I, ix, λ.

L

Lincolniensis — Robertus Lincolniensis. Citantur eius Comment, in libros *Posteriorum*. I, xli, τ. Il, πι, ζ. vm, γ.

Linea — Concipitur ut fluxus puncti et ad punctum terminans. II, xi, γ. – In ea tria distinguuntur. *ibid*.

Lockius — Docuit rerum essentias esse nobis penitus ignotas. I, iv, oo. – Item, substantiam esse collectionem accidentium, *ibid*.

Logica — Eius necessitas et origo. 1, i, β. – Est de universalitatibus et intentionibus. I, xvi, x.

Lux — Extense significat omne id quod manifestat. 1, xxxvi, o. xli, v. – Quomodo intellectus, veritas, et ipsum intelligibile dicantur lux. *ibid*.- *Ens* est prima lux obiectiva. I, xxxvi, o.

M

Maior —· Maior *terminus* ab Aristotele et Divo Thoma appellatur *primum*. 1, xx, ε. *Vide* Extrema.-Maior *propositio* syllogismi, quaenam sit. I, vm, p,—Maior propositio praecipue sunt principia indemonstrabilia. I, xx, ε.

Materia — Quo sensu dicatur *infinita*. I, xxxvm, 0. – Nonnisi formas naturales potest accipere. *ibid*. – Comparatur ad formam ut imperfectum ad perfectum. II, ix, 0. – Necessitas eius oritur ex fine. I, xlii, 3. – Materia *communis* et *individualis: sensibilis* ct *intelligibilis*. I, xli, ζ. – Intellectus abstrahit speciem rei naturalis a materia sensibili *individuali,* non vero a *communi, ibid*. – Species mathematicae abstrahuntur etiam a *communi sensibili,* non autem ab *intelligibili communi,* quamvis ab intelligibili *individual!* abstrahantur. *ibid*. – Quaedam sunt quae possunt abstrahi etiam ab intelligibili communi. 1, xli, ζ, v.

Mathematica — Quoad nostram cognitionem naturalem, est in summo certitudinis gradu. I, xxvi, β.

Maurus — Sylvester Maurus. Citatur eius explanatio Operum Aristotelis. I, xn, β, 0.

Medium — Ad quid requiratur. I, χιχ, η.- Licet videatur quod possit appellari *secundum,* haec tamen locutio non est recepta in scholis. I, xx, ε. – In syllogismis demonstrativis *a priori,* medium est causa conclusionis. I, xxvi, ζ. – Non est causa efficiens, sed formalis. II, 1, a. – Definitio passionis, qualis demonstrationis sit medium. II, i, αα. – *Densare* et *augmentare* media. I, xxvi, ζ.

Memorativa — Eius obiectum. II, xx, t, v. —Inest et hominibus et brutis. II, xx, t. – Ex parte memorativae homo differt a brutis in hoc quod habet *reminiscentiam :* quid haec sit. *ibid*. – Memorativa in homine non attingit unum commune in intentionibus quas percipit. II, xx, v.

Metaphysica — Obiectum eius est *ens* et *passiones entis*. I, n, η. xvii, π. – Varia nomina quibus insignitur. I, π, η. – Quomodo a recentioribus accipiatur et dividatur, *ibid*.- *Vide* Scientia.

Minor — Minor *terminus* ab Aristotele et Divo Thoma appellatur *tertium*. I, xx, ε. *Vide* Extrema. – Minor *propositio* syllogismi, quaenam sit. I, vm, p.

Motus — Motus coeli circularis quomodo sit causa circulationis in generationibus rerum, explicatur ex Aristotele. II, xn, a.

N

Naturalia — Quomodo in eis sit necessitas. I, xlii, 3. – In definitione eorum invenitur id quod est necessarium propter finem, *ibid*. – Opus est in eorum definitione ponere partes communes materiae, *ibid*.

Necessarium — Quid sit. I, xlii, 3. – Est *absolutum* et *hypotheticum, ibid*. – Quaerere utrum in rebus sit necessarium s:mpliciter aut ex suppositione, nihil aliud est quam quaerere utrum necessitas inveniatur ex fine aut ex materia, *ibid*.-*Vide* Artificialia, Finis, Materia, Naturalia.

Nomen — Eius ratio in significatione consistit. 11, vi, η. – *Quid naminis* non debetur complexis. *ibid.*

O

Opinio — Opinio refertur ad mentem. I, i, x.- Sumi potest: i", *generice,* pro quacunque cognitione cum assensu; 2°, *proprie,* pro determinata quadam cognitione; et hoc *subjective* vel *obiective.* I, xliv, i. – Quid sit opinio *subiective* accepta, *ibid.* – Item, *obiective* sumpta, *ibid.* – Potest considerari ut actus et ut habitus.], xliv, «.-Non potest esse simul actus opinionis cum actu scientifico in eadem mente, respectu eiusdem cogniti, secundum ipsam formalitatem cognitam: neque datur simultas habitus opinionis et habitus scientiae, respectu eiusdem obiecti. *ibid.* – Potest esse actus opinionis simul cum habitu scientifico, et vice versa, dummodo non sit actus ex habitu proveniens, *ibid.* – Opinio ut cognitio potest consequi ad habitum scientificum. *ibid.*-Cognitio signorum probabilium, proveniens ex cognitione causae, non est opinio. *ibid.*- Opinio addit super cognitionem per medium probabile, formidinem, *ibid.* – Cognitio dialectica, quae ante demonstrationem habet naturam opinionis, post demonstrationem cessat esse opinio, et est dialectica obiective tantum. *ibid.*-Opinio ct scientia circa idem, opponuntur secundum certitudinem et incertitudinem ex parte subiecti, non obiecti vel medii. *ibid.* – Motivum opinionis est probabilitas. I, i, x.

Opposita — Unum oppositorum manifestat aliquo modo alterum; sed unum alterius definitionem non demonstrat nisi ex suppositione, 11, v, 0. – Si ignota est ratio unius oppositorum, ignota est et alterius ratio. II, v, x.

Ostensio ad hominem — Quid sit. 1, xiv, η.- In ea conclusio est necessaria necessitate *consequentiae,* et quandoque necessitate *consequentis. ibid.*

P

Pacius — Citatur eius *Opp. Arist.* 1, xn, β. xm, β. xvi, ε. xviii, v. xix, ε. xxiii, ξ. xxiv, x. xxv, ζ. χχχι, γ. χχχιι, γ. xxxiu, u. II, n, ι. vu, a. vin, γ. xn, β. xv, β. χνι, ε.

Philosophia prima ;— Nomine *philosophiae primae* designatur *metaphysica.* I, n, *n·* *Vide* Metaphysica.

Plato — Ponebat scientiam nobis inditam esse, et quidquid de novo sciri videtur, esse *reminiscentiam.* 1, i, v. xxx, ζ.-Item, deficiente sensu deficere *reminiscentiam,* non autem *scientiam.* 1, xxx, δ. – Utrum revera docuerit ideas separatas a rebus naturalibus, et per se subsistentes.], xxxiu, u. – Radix erroris platonici circa ideas vel species separatas. I, xvi, x. – Processum per viam divisionis maxime adhibuit in *Dialogis.* 11, iv, β. – Sequentia eius scripta citantur: *Meno.* I, m, ζ. – *Sophista.* I, xxvn, ε. – *Phaedo.* I, xxvii, ε. xxx, ζ.

PosiTivisMus — Exponitur. I, vn, ζ. – Revera est *materialismus. ibid.*-Neque est scientia *consequentium,* neque *consequentiarum,* sed est fictio quaedam scientiae, *ibid.*

Posteriorum liber — *Vide* Analytica.

Posterius — *A posteriori,* quid designet in Schola: item, apud recentiores. I, iv, εε. *Cf.* Prius.

Praedicamentum — Praedicamenta per se non affirmant nec negant; sed eorum coniunctione inter se constituitur affirmatio vel negatio. 1, xxxiu, π. – *Antepraedicamenta* quae sint. *ibid.* – *Postpraedicamenta,* quid et quae. *ibid.* – Liber *De Praedicamentis. Vide* Categoriae.

Praedicatum — Quid sit. 1, χχχι, γ. – Dicitur *passio:* quare. I. II, a. – Praedicatum necessarium dicitur *passio propria, ibid.* – Praedicatum, seu passio propria, quoad suum *quid est quod dicitur,* est principium demonstrationis; quoad suum *quia est,* est principiatum. J, xviii, v. – In propositione immediata, quod praedicatum insit subiecto, est cx ratione subiecti. I, v, x. – Generatim et per se est magis universale quam subiectum. I, vm, p. xxvi, ζ. χχχι, γ. xxxv, *i.-Vide* Subiectum.–*Summum* praedicatum quid sit. I, xxxv, i,-Praedicatum vocatur primum et ultimum diversis rationibus. II, xix, a.-De impossibilitate procedendi in infinitum in praedicatis essentialibus. I, xxxm, η. – Ire in sursum ct in deorsum in praedicationibus, explicatur. I, xxxv, t. – Varii modi *dicendi* in ordinandis propositionibus ad demonstrationem pertinentibus, sunt *de omni, per se, universaliter.* I, xt, ζ, – *Dici de omni* aliud *prioristicum,* aliud *posteriorisiicum:* utrumque explicatur. I, ix, a. – Universalitas suppositorum et temporum quoad *dici de omni,* quomodo sit accipienda, *ibid.*- *Dici de omni* altius repeti debet quam principium, *Nota notae* etc. *ibid.* – Continet hoc principium, *ibid.*-Cur Aristoteles mentionem non fecerit principii *dici de nullo, ibid,*- *Per se* dicitur quatuor modis. 1, xi, ζ. – Exponitur primus modus: dividitur in *per se primo* et *per se secundo.* I, x, ε. xi, ζ. – Secundus modus: dividitur etiam in *per se primo* et *secundo.* 1, xi, ζ. – Differentia inter primum et secundum modum. 1, x,'t.-Non omnia accidentia, sed solum accidentia *propria,* praedicantur in secundo modo dicendi *per se. ibid.* – Ad propositionem *per se* in hoc modo, sufficit quod subiectum ponatur in definitione praedicati, sive secundum se, sive secundum aliquid sibi intrinsecum, *ibid.* – Dubitatur de mente Divi Thomae circa quaedam exempla hic posita. I, x, λ. – Tertius modus explicatur. I, x, v. xi, ζ. – Non dicitur exclusive de singularibus substantiis. I, x, v, – Quartus modus, quomodo distinguatur a secundo; ct quomodo in una propositione utraque perscitas possit inveniri. 1, x, p. xi, ζ. xxiii, ε. – Quomodo ad duos modos dicendi *per se.* quatuor praefati revocentur. I, xxxv, ζ. – *Dici universaliter.* Quomodo hic accipiatur universale: includit *de omni et per se* et *secundum quod ipsum:* haec tria explicantur. I, xi, ζ. xn, β. – *De omni* et *per se* sunt conditiones praedicati relate ad subiectum: *secundum quod ipsum* est conditin subiecti. 1, xi, 3.- Quomndo haec se habeant ex additione ad invicem. I, xn. β. – *Secundum quod ipsum* distincuitur a *per se* absolute sumpto, non re sed ratione. I, χι, ζ. – Nec re nec ratione distinguitur a *per se primo* in primo et secundo modo. I, xi, ζ. xn, β.– Sed distinguitur a *per se secundo* in primo et secundo modo. I, xi, ζ. —Quomodo *primo* significet idem quod *universale.* 1, ix, 0.- De variis modis quibus errare contingit in acceptione universalis, ut hic sumitur. I, xn, β. – Error ratione generis communis innominati. L xn, ζ·

Praemissae — Constituuntur ex medio bis assumpto cum extremis. I, xxxvi, ζ. – Sunt ut causae efficientes respectu conclusionis, praecipue in demonstratione, *ibid.* – Differentia inter praemissam et propositionem. I, xiv, ξ.- Praemissa quae est *per se* causa conclusionis, est etiam necessaria; sed non e converso. *ibid.* – *Cf.* Principium.

Principium — Principia sunt *complexa* et *incomplexa.* I, hi, ξ. xxx, 3. xxxvi, o. – Incomplcxa sunt obiecta simplicis apprehensionis; complexa iudicii. I, m, ξ. – Haec principia non sunt nobis innata in propria obiectivitate. I, xix, *a.* – Sunt quaedam principia *communia,* complexa ct incomplexa, seminaria scientiarum, ex quibus omnia alia principia derivant, *ibid.* – Quo sensu dicantur innata. I, m, ξ. xxxvi, o. II, xx, ε, p. – Unica causa efficiens *subiectiva* cognitionis principiorum complexorum est intellectus noster; *obiectiva* est perspecta notitia terminorum. I, xxx, 3.-Lumine intellectus agentis cognoscuntur absque ratiocinatinne. I, xix, a. xxx, 3. – Causa proxima certitudinis eorum: quare iis interiori ratione contradici nequeat. l, xix, *η.-Vide* Dignitates. – Termini communes, seu principia incomplexa communi.·', innotescunt ope sensuum et lumine intellectus agentis. I, xix, *a.* xxx, 3.-Termini quorumdam principiorum cognosci possunt sine experimento, licet non sine sensu et memoria. I, xxx, B. – Praeter communia primaria, sunt quaedam communia secundaria. I, xx, β.-Quo sensu accipiantur *communia,* quando dicitur quod demonstratio non sit ex communibus. 1, xvu, 3. – Opus est ut sint *propria* principia in qualibet scientia. *ibid.* – Principia scientiae debent esse absolute certa. 1, vp, ζ. – Quomodo oporteat uti principiis hypotheticis, *ibid.* – Si propositiones syllogismi dialectici sint immediatae *quoad se* et non *quoad nos,* talis syllogismus est dialecticus quoad syllogizantem, non in se: erit dialecticus quoque si propositiones existimentur esse immediatae, sed non sintvI, χχχι, γ. – Perceptio *actualis* principiorum est *virtualis* praecognitio conclusionum. 1, m, ξ. iv, 0. – Quando applicantur ad eas principia, conclusiones actualiter cognoscuntur, *ibid.*– Principia sunt quasi genus et species respectu conclusionis: *communia* quasi *genus, propria* quasi *differentia.* I, xvu, 3. – Cognitio principiorum communium est quasi virtualis, nnn formalis, cognitio aliorum, sicut ct conclusionum, *ibid.* – Scientiae quae utuntur principiis communibus ut propriis, non utuntur iis quatenus sunt communia, sed quatenus applicantur generi subiecto. *ibid.*- De principio non potest praecognosci *quid sit:* respondetur difficultati Aegidii. 1, n, 3.

Priorum Liber — *Vide* Analytica. λ

Prius — *A priori,* quid in schola designet: quid apud Kantium aliosque recentiores: innovatio vocabulorum est graviter reprehendenda. I, iv, εε.

Probabilitas — Refertur ad obiectum cognitum. I, i, x.-Probabilitas propositionum est motivum assensus qui dicitur opinin. *ibid,*- Probabilitas praemissarum est quodammodo causa *opinionis* conclusionis, *ibid.*

Proportio — Quid significet primario, et quid secundario. I, xn, i. – Finiti ad infinitum non est proportio in sensu primario; est tamen *proportionalitas,* et etiam *proportio* in sensu secundario, *ibid.*

Propositio — Est compositum logicum. I, n, *a.* – Est ens rationis complexum: in quo consistat cius *esse.* I, n, β. – Esse eius Indicatur per *quia est. ibid.-Quomodo* differat ab enunciatione. I. v, β, γ. – De propositione demonstrativa et dialectica. 1, v, β. – Differentia inter propositionem ct praemissam. 1, xtv, ξ. – Propositio immediata, quare sic dicatur. 1, iv, χ. v, x. – Dividitur in per se notam *quoad se* tantum, per se notam *quoad nos*

tantum, et per se notam utroque modo. I, v, x, p. – Haec ultima subdividitur in per se notam *secundum se et quoad omnes,* et *secundum se et quoad solos sapientes, ibid.* – Propositio *mediata,* seu *per aliud nota,* triplex est: vel enim est nota per aliud medium *simpliciter,* vel *quoad nos,* vel utroque modo. I, v, x. – Quare in demonstratione propositiones mediatae debeant reduci ad immediatas; et quomodo sint reducendae. I, χχvι, ζ.- Propositio negativa immediata ex duplici capite contingere potest. I, xxvt, p. – Propositio seu praedicatio *simplex* vel *una,* qualis sit: item, *plures* vel *composita; propria* vel *directa; impropria* seu *indirecta.* I, xxxtv, σ.- In propositionibus *de tertio adiacente,* non attenditur utrum subiectum vel praedicatum existât necne; sed solum utrum eorum connexio sit vera : sunt contingentes vel necessariae prout haec connexio est contingens vel necessaria: unde possunt esse necessariae et *per se,* etsi subiectum sit contingens. I, xm, γ. – Triplex universalitas in propositionibus. I, ix, λ. – *Conversio propositionum,* quid sit. I, vm, *a.*

Proprium — *Proprium* alicui dicitur, quod est de-eius definitione; vel quod convenit ei in secundo vel quarto modo dicendi *per se.* II, in, β.

Propter amo — *Vide* Quaestio.

Q

Quaestio — Quaerere *quia est,* est quaerere an res habeat *esse,* sive reale sive idcale. I, ιι,β.- Quaerere *quid est,* est quaerere *quid nominis* vel *quid rei. ibid.* – Cognoscere *quid est quod dicitur,* includit cognoscere *quid rei* et *quid nominis, ibid.* -In investigando *propter quid* iuxta methodum rectae divisionis, si alicui subiecto conveniat *per se* passio, necesse est ut assurgatur ad subiectum cui talis passio conveniat *per se* in quarto modo. II, xvii, ε.

Quantitas — Omnia alia accidentia referuntur ad substantiam, mediante quantitate dimensiva. I, n, ε.

Quod quid est – *Quod quid est* (seu *quidditas)* est essentia per quam res in seipsa constituitur, et distinguitur ab aliis. I, χχvι, γ. – Quandoque distinguitur a *quod quid erat esse.* II, m, ζ. – Est definitio. I, χχvι, δ. – Quomodo sit *medium,* et etiam concludatur in demonstratione. *ibid.* – Quomodo cognoscatur per affirmationem. I, χχvι, γ. – Quomodo investigetur. *ibid.* – Quidditas non efficit rem, sed constituit. II, 1, a. – Quidditates rerum a nobis per compositionem intelliguntur et definiuntur. II, xm, ε. – Quidditates rerum sensibilium non definiuntur vel demonstrantur ut sunt in individuis, sed ut in universali, abstractae, et *per se. ibid.* – Quidditas rei materialis est universalis vi abstractionis. 1, xxxvm, 0. – Sunt multa *quod quid est* unius rei, non *ontologice,* sed *logice.* Π, vn, ζ.

R

Ratio — Praeest et miscetur actibus organorum: quomodo etiam proprios actus regat: finis eius, quis sit. I, i, β. – *Ratio* et *intellectus* designant duo munia eiusdem facultatis animae rationalis : quomodo distinguantur. I, i, γ. – Quare dicamur *rationales* potius quam *intellectivi, ibid.* – Ratio est quaedam natura : unde in eius actibus invenitur id quod ex natura in genere est, et id quod est ex natura rationali. I, i, ε.

Ratiocinatio — Per ratiocinationem proceditur a notis ad inquisitionem ignotorum. *Praef.* II, i, γ.-Ad cognitionem nempe conclusionum , quae in principiis *virtualiter* tantum continentur, *ibid.* – Duplici via de noto ad ignotum mens ratiocinando procedit, syllogismo et inductione: in utroque casu initium fit a notioribus, ve! *secundum intellectum,* vel *secundum sensum.* I, i, p. – Secundum ordinem naturae et doctrinae, oportet procedere ab universalioribus ad minus universalia: secundum ordinem investigationis, a minus universalibus ad universaliora. II, xvi, ζ.

Relativum — De ratione relativi est, ut possit oppositas praedicationes suscipere. I, xvni, v.

Reminiscentia — *Vide* Memorativa.

Res — Constitui nequit nisi per quid positivum. I, xxv, τ. χχvι, γ. – Res ex se sunt indifferentes ut ab intellectu creato cognoscantur. I, iv, π.–Rerum naturalium essentiae et virtutes sunt nobis occultae: quomodo hoc sit intelligendum. 1, iv, o.

Rosmini — Antonius Rosmini-Serbati.-Sequentia huius auctoris scripta citantur: *Aristotele esposto ed esaminato.* I, xvi, x. xxxvi, o. II, xx, τ. – *Teosofia.* 1, xvt, x. xxxvi, *o.-Nuovo Saggio sull'origine delle idee.* I, xxxvi, o.- *Psicologia. ibid.* – *Antropologia. ibid.*

S

St-Hilaire — J. Barthélemy de St-Hilaire. Citatur eius opus, *De la logique d'Aristote.* I, XLltl, η.

Sanseverino — Eius *Logica* citatur. II, i, «α.

ScEPTici — Sceptici, seu Academici, nihil certo sciri ab homine posse affirmabant. I, i, v.

Scientia — Latissimo sensu sumptum, *scire* significat *cognitionem quamcunque.* I, iv, η. – Strictius , *cognitionem certitudinalem,* sive conclusionum sive principiorum. I, iv, η. xliv, σ.-In sensu proprio, *scire* est cognoscere per causam essendi et cognoscendi. I, rv, t.-Quomodo intelligenda haec causa essendi. *ibid.* – *Scire* est cognoscere rem in seipsa et perfecte. I, χχχι, γ.–Assensus scientiae excludit formidinem. I, xliv, *u.* – *Scire* est conclusionum. I, vi, t. vn, ζ. χχχι, γ.-Est cognoscere conclusionem, *quia est.* I, iv, γγ.- Certitudo scientiae est ex principiis. 1, i, Θ.- In quo sensu *sciens* sit melius dispositus quam *intelligens,* et in quo sensu non. I, vi, t. – Scientia nostra, quatenus cognitio certa, est perfectio; quatenus gradatim acquisita, est imperfecta. I, xvm, γ. – Datur quoddam *scire* per *effectum.* I, iv, i,- *Scire* potest sumi ut *motus* a praemissis in conclusionem, vel ut actus intelligentis conclusionem. I, iv, ξ. – Ut *motus* non definitur definitione reali. *ibid.*- Quomodo definiatur ut *actus intelligentis* conclusionem, *ibid.* – *Scire* et *scientia* quomodo differant. I, iv, -q, – *Scientia* potest accipi ut habitus et ut actus. I, xliv, σ, tt. – Quare dicatur *habitus.* I, vi, i. – Obiectum scientiae *materiale* quid sit; item, *formale:* ratio distinctionis. I, xli, u. – Obiectum formale *quod,* et *sub quo:* alia nomina quibus designantur, *ibid.*-Ad unitatem scientiae quid requiratur, *ibid.* – Quare non a materiali obiecto, sed a formali, eius unitas repetenda sit. *ibid.* – Scientia est in sensibus quasi in materia cogitationum; sed est in intellectu principaliter. 1, xm, r.-Quatuor modi quibus amittitur, *ibidi* – Quomodo ad res ipsas terminetur, I, xvi, x. – Quomodo sit universalium : item, quomodo *per accidens* sit singularium corruptibilium, *ibid.*- Similitudo et differentia inter necessitatem quae est in scientiis naturalibus, et eam quae est in metaphysicis. I, xlii, δ.-Unius, in quantum est unum, est una scientia, loquendo de scientia, quatenus a scibili generatur; sed ex parte nostri, modus sciendi est multiplex. II, u, ξ. – *Subalternatio* scientiarum explicatur. 1, xv, η. xvii, λ. – Omnes aliae scientiae non subalternantur metaphysicae. I, xvii, π.- Scientia *docens* et *utens.* I, xx, *a.*

Scotus — Citatur eius Comment. in II *Poster.* II, vu, ζ.

Sensismus — Sensismus et Idealismus ex eodem principio originem ducunt. I, xvi, x. – Quare sensismus scientiam dari neget, *ibid.*

Sensus — Est quaedam potentia passiva, quae nata est immutari ab exteriori sensibili. II. xx, i. – Sensus sunt *externi* et *interni, ibid.* – Ad sensationem *externam* requiritur praesentia rerum sensibilium, *ibid.* – Sensus *interni* quinam sint. *ibid.* – Sensus *communis:* quid sit eius munus, *ibid.* – Aestimativa, Memorativa , Phantasia. *Vide sub propriis titulis.* – Triplex est sensibile ; *proprium, commune, per accidens.* I, xxx, «.-Deficiente aliquo sensu, non deficit sensibile *per accidens* vel *commune, ibid.* – Deficiente sensu proprii sensibilis, non est impossibilis cognitio gencrica eiusdem obiecti, sed solum specifica: impossibilis est cognitio directa et immediata ex sensibili proprio, sed possibilis est cognitio deducta, non quidem specifica, sed generica vel analoga, *ibid.*- In re sensibili, sensus percipit primario sensibiles qualitates, secundario ipsam substantiam. II, χχ,-φ. – Attingit etiam universale, non quatenus formaliter est universale, sed quatenus in singulari est universale, *ibid.*- Sensus, nedum quidditatem, seu formam substantialem, in universali non attingit, sed neque quidditatem individuam. II, xm, ε. – Quomodn faciat universale intus in anima. II, xx, ω —Sensus sunt organa ex quibus intellectus habet materiam in qua universale singulariter existit, et ex qua universale abstrahit. I, xxx, ζ.-Sunt materia causae cognitionis principiorum. I, xxx, δ. II, xx, η. – Sensus non est totalis causa intellectualis cognitionis. II, xx, η.-Vires sensitivae sunt compositi animati, et sunt corruptibiles. I, xm, τ. *Cf.* Intellectus.

Sententia —Definitur. I, i, ζ.

Simpliciter et secundum guid — Fallacia dicta *simpliciter et secundum quid. Vide* Paralogismus.

Simplicius — Citatur eius opus *In Categ.* I, i, 0.

Simultas — Simultas *naturae* et simultas *temporis.* I, n, o. —Simultas *existentiae* et simultas *cognitionis :* item cognitionis *in actu* et *in habitu.* I, xliv, u.

Singulare — Quandoque significat *minus universale* in comparatione magis universalis. II, xvi, ζ.—Singulare proprie dictum (seu individuum) non potest definiri: non cognoscitur nisi per reflexionem: sed singulare improprie dictum (seu minus universale) potest definiri, *ibid.* – Singularia, quare dicantur prius nota nobis quam universalia: et quomodo etiam non sint prius nota. I, vm, ζ.

Species — Species sunt *supremae, subalternae* et *infimae.* I, xn, u. – Proprietates speciei radicaliter sunt a generibus. I, xxv, τ. – Partes speciei comparantur ad suppositum ut causa formalis: ad naturam autem ut causa materialis. II, ix, O.- Species ut exemplar, vel forma intelligibilis. *Vide* Forma.

Stephanus — Henricus Stephanus. Citatur eius *Thesaurus graecae linguae.* I, χχιv, λ.

Subiectum — Subiectum *primum* et subiectum *secundarium.* I, n, ε.-Subiectüm *logicum* quid sit. I, χχχι, γ. – Concipitur quasi recipiens praedicatum. I, n, a.-Subiectum in affirmativa propositione dicitur esse praedicatum ; in negativa, *non esse.* I, xxxiv, a. – Identitas inter subiectum et praedicatum vel est simplicis affirmationis, vel etiam adaequationis et convertibilitatis, *ibid.* – Subiectum potest vocari *ultimum,* in ordine demonstrationis. II, xix, a. – Subiectum *infimum* quid sit. I, χχχι, γ. – Substantiae primae sunt subiecta infima, *ibid.* – Subiectum *universale* quandoque sumitur universaliter, quandoque non. 1, π, λ. – *Vide* Praedicatum.

Substantia — Substantiae *primae* significant *hoc aliquid:* substantiae *secundae* videntur significare *hoc aliquid,* sed potius significant *quale quid.* I, x, ξ. – Substantiae *primae* neque *in* subiecto *sunt,* neque *de* subiecto *dicuntur:* substantiae *universales* (seu *secundae) de* subiecto *dicuntur,* sed non *sunt in* subiecto. I, xxxtn, π. – Substantia *universalis,* sumpta in conceptu generico *eius quod de subiecto dicitur et non est in subiecto,* non patitur divisionem in genera, *ibid.* – Substantias immateriales non possumus intelligere per abstractionem a sensibilibus. I, xxx, η.- In ordine subiectionis, substantia corporalis est primum, non immediatum subiectum coloris. 1, II, ε.

Superficies — Est primum et immediatum subiectum coloris. I, n, ε.

Suppositio — Non una significatione accipitur ab Aristotele vocabulum *suppositio:* duplici sensu explicatur a Caietano. I, xix, *x. Vide* Petitio.

Syllogismus — In syllogismo quomodo procedatur. I, i. p. – Eius -forma et materia. I, i, η. xxii, ε. – Materia remota et proxima. I, i, η. vm, τ.-Ex comparatione extremorum cum

medio resultant propositiones. I, ι, η. – Definitur ab Aristotele ratione *formae*. I, xxn, ε.– Forma, seu ordo consequentiarum ad praemissa, est eadem semper, *ibid.* – Ex *materia* species desumuntur. *Praef.* I, xxn, ε.–Syllogismus *demonstrativus; dialecticus; contentiosus* ratione *materiae,* et ratione *formae, ibid.*-Peccans in forma dicitur *paralogismus.* I, xxn, ε. – Syllogismus *redargutivus.* I, xxn, λ. – De syllogismo *divisive.* *Vide* Divisio.– Regulae syllogismorum quoad terminos, et quoad propositiones. I, vm, p. – *Modus* syllogismi quid sit: quot modi sint possibiles: explicantur. I, vm, r,- Dc *figura* syllogismi. *Vide* Figura.– Syllogismus *circularis* potest fieri in prima figura *apparenter.* I, vπι, τ. – Syllogismi *a signo* non habent media accomodata demonstrationi *propter quid,* licet fere media sumant quae sint firma et perpetua. I, xrv, ξ.-In syllogismo procedimus ab universalioribus ad minus universalia. 1, i, p. – Non valet ad generandam certitudinem nisi resolvatur in formam ex qua resultat, et in principia. 1, i, 0. – De principiis syllogismi. *Vide* Principium.

T

Terminus — Termini sunt materia *remota* syllogismi. I, i, η.-Termini *convertibiles,* quid significent. 1, vm, u. – Dc cognitione terminorum communium. *Vide* Principium.

Thfmistius — Citatur eius *Paraphrasis in Poster. Analyt. Arist.* Praefat. I, i, 0. m, Ç, Ç. xn, β. xm, β, o. XIV, ξ. xvn, 3. xvm, v. xix, ε. xxv, ζ. xxxii, γ. xxxm, u. II, n, t. vn, a. vm, γ. xvi, ε.

Theologia — Theologia quae ad sacram doctrinam pertinet, differt secundum genus ab illa quae pars philosophiae ponitur. I, xli, u.

Thomas, S.— Ex *Organo* Aristotelis nonnisi *Perihermeneias* et *Posteriorum* libros commentatus est. *Praef.* – Non versionibus vulgaribus usus, sed propriis, *ibid.* – Non uno titulo haec secunda Commentaria designantur. *ibid.* – Codices et impressa in hac editione adornanda adhibita, *ibid.* – Sequentia Doctoris Angelici opera citantur: *Comment, in* I *Periher.* I, xxxiv, σ. – *In* II *Physic.* I, xlh, o. II, ix, 0.-7« V *Physic.* I, xxxii, η.– *In* II *De Coelo et Mundo.* I, xn, 3. – *Prolog, in Metaph.* I, π, η.– *Comment, in* IV *Metaph.* I, xxx, 3.-7« VII *Metaph.* II, ni, v. – 7« I *Sent.* I, vi, 3. – 7« IV *Sent.* I, n, ε. – *Opusc. de Ente et Essentia.* I, xxxvi, o. II, in, ζ. vi, *a.* – *Compend. Theol.* I, xvii, 3. – *Qq. Dispp.* I, ι. γ. 3, ζ. ιι, ε. vi, 3. xix, *a.* xxx, 3. xxxvi, o. II, xx, αα. – *Contra Gentiles.* I, xi, ζ. xxxvi, o. II, xx, γγ. – *Summa Theol.* I, n, ε. vi, 3. xxx, η. xxxm, u. xxxvi, o. xxxvii, σ. xli, ζ. XLiv, u. II, xm, ε. xx, ε, v, ω.

Toletus — Citatur eius Comment, in II *Poster.* II, xvi, ε.

Tullius — Citatur I *Tuscul.* I, xxxm, u.- *Partit. Orat.* II, xvi, *a.*

u

Universale — Universale est unum praeter multa: quo sensu. II, xx, <p.-Dicit haec duo, *rem universalem.* I, xvi. x. – Accipi potest pro *re,* pro *universalitate*, pro *coniuncta ex re* et universalitate *quasi ex partibus,* et pro eodem *coniuncta,* non quasi ex partibus, sed sicut *ex re et rei conditione, ibid.* – Quomodo sit in singularibus et suscipiat praedicationes singularitatis, et quomodo non. *ibid.* – Universale *praedicabile* quid significet: quintuplex est. I. xv, β. – Totum id quod est de ratione magis universalis (in universalibus subordinatis) invenitur in inferiori universali subordinato. I, xn, u. – Minus universalia a nobis concipiuntur ut subiecta magis universali. I, ix. 0. – Universale potest sumi vel per oppositionem ad particulare, vel secundum adaequationem praedicati ad subiectum. I, xxxvii, a. – Universale non habetur per hoc quod sensus aut res singularis fiat universale, sed per acceptionem intellectus. II, i, xx.-Ex experimento et ex universali per experimentum accepto, est in anima principium artis et scientiae: quid intelligatur per *universale quiescens in anima.* II, xx, *p.*~ Quo sensu universalia dicantur incorruptibilia et perpetua. I, xvi, x. xxxvn, t.

Unum — Unum est ens ut indivisum in se, et divisum a quolibet alio. II, vn, ζ. – Unum *per se* et unum *per accidens.* I, u, γ.

V

Veritas — Veritas obiectiva est mensura veritatis subiectivae, non vice versa. I, xxx, γ.– Absque coniunctione non est veritas vel falsitas. I, xxx, π.-Ubi veritas invenitur absque demonstratione, est perfectio, non defectus. I, xvm, γ. – Ridiculum est negare dari veritatem evidentem absque demonstratione, *ibid.*

W

Waitz — Theodorus Waitz. – Citatur eius *Aristotelis Organon graece.* I, xn, β. xiv, Ç. xvi, ε. xvm, v. xx, ε. xxm, ξ. χχιχ, γ. xxxi, γ. xxxii, γ. xxxm, π. xli, r. xliii, η. II, iv, η. vn, a. iII, α, β. χvι, ζ.

Z

Zabarella — Citatur eius Comment, in II *Posterior.* II, ιι, i. v, β. vi, 3. xvm, ε.

IMPRIMATUR

Fr. Augustinus Bausa Ord. Praed. S. Pal. Ap. Magister.

IMPRIMATUR

Iulius Lenti Archiep. Siden. Vicesgerens.

B
765
T5
1882
t.i

PLEASE DO NOT REMOVE
CARDS OR SLIPS FROM THIS POCKET

UNIVERSITY OF TORONTO LIBRARY